44 cluſo; quia eſt remotior † Dic ꝙ ſic, pro hoc videt tex. in l. adeo. §. inſula. ff. de acquir. rerum domi. facit l. duumuiri. in fi. ff. de re mili. & Inſti. de rerum diui. §. in ſum. Iuxta hoc quæro, Titius vēdidit domum mihi iuxta aliam domum meam, vicinus agit contra me iure congrui inſolidum, an ego ex quo ſum vicinus habeam ius congrui propter meam contra me ipſum. Videtur ꝙ non: quia ius congrui confuſum eſt ex quo egomet ei eram vicinus, ar. ff. de ſolu. l. Stichum. §. aditio. & l. ſi debitori tuo. C. de pactis. cum concordantijs, & hoc eſt verum, ꝙ actio iuris congrui eſt confuſa; non tamen eſt confuſa, vt nō poſſim excipere de parte mea ratione vicinitatis per ea quæ notan. in l. debitor. ff. ad Treb. & ſic licèt actio ſit extincta de iure ciuili, habet tamē locum exceptio pro parte mea ratione vicinitatis, quam habeo iuxta rem emptam per me, & in parte mea potero cōtra aduerſarium excipere, ꝙ ſibi non competit ius cōgrui, arg. ff. de capi. dimi. l. 1. §. pe. & ita concludit per pulchra verba do. Sebaſtia. in d. conſtitutione. ſi ex vno, in glo. fina. ad fin. Item pone, ꝙ pluribus competit ius congrui, & res empta ſtabilis eſt indiuiſibilis, quid fiendum. Videtur ius congrui competat ei inſolidum, qui primò ad iudicium emptorem prouocauit, & ſi ambo ad iudicium prouocant, forte non dirimatur, vt in l. in his tribus. & in l. ſeq. & l. qui prior. ff. de iu. Alij poſſent dicere, ꝙ ius congrui competit ei qui maiori parte rei emptę cōiunctus eſt, arg. fami. erciſc. l. ſi quæ cautionis, ꝙ ſi non apparet, forte dirimitur, vt in
45 d. l. ſi quæ & C. communia de leg. l. fin. & ibi glo. & Bal. † & de iſto iudicio ſortis eſt bonus text. l. 2. C. quando & quibus quarpars debea. lib. x. & de iudicio ſortis multa reperies in veteri teſtamento, de quibus authoritatibus plene per D. Sebaſtia. in d. conſtitutione ſi ex vno. in verbo, ea parte, & p totā cauſam. 26. in decretis. Et quot modis accipitur ſors, ponit Io. And. ī prologo clemen. Nec obſt. ꝙ ſortilegia ſunt prohibita; vt patet in c. ſi. de ſortileg. quia hoc iudicium ſortis potius procedit authoritate legis, quā illud reprobari videatur, de quo per glo. 26. quæſtio. 1. c. in ſum. & Arc. ea. cauſa. q. 2. c. 1. & vide per not. per Arc. in c. accuſatus. de hære. lib. 6. & Bal. in l. ſi maior. C. communi diuidun. vbi dicitur, ꝙ non eſt verum, ꝙ in diuiſionibus maior debet diuidere & minor eligere, ſed debet fieri diuiſio fęlicitate fortunæ & per ſortes, vt in d. l. 2. C. quando & quibus quarta pars, tamen pro iſta opin. ꝙ maior natu debeat diuidentur & minor eligere, facit tex. in c. 1. extra de parochi.

Item pone, ꝙ venditur domus eccleſiæ, quæ non habet ius congrui, vt in vlt. §. huius legis, & ab alio latere eſt domus alterius vicini, an iſte vicinus habeat ius congrui pro medietate ratione ſuæ partis tantum, vel inſoli
46 dum. Reſpondeo † ꝙ videbatur dicendum, ꝙ pro parte coniū-

cta

cta habere debeat ius congrui: quia istud est reale, & ipsam rē coniunctam afficit, ergo pro ipsa parte tantum competit ius cō grui. In contrarium tamen est veritas .s. in defectum iuris alterius vicini admittatur insolidum vicinus habilis, cui competebat ius congrui pro parte, si alter vicinus fuisset habilis, ar.l.vnicę.§.1.& 2.C.de ca.tol. Item quia ius congrui competit idoneo, & si sint duo collaterales vnus idoneus alter nō, totum ius cōgrui competit idoneo, ar.l.fi.C.de iu.em.& facit tex.in d.l.1.quā do non pe.par. item quia non idoneus ad ius congrui habetur pro non coniuncto, quia non dicitur esse quòd iure non est, vt l.Paulus.ff.de verb.obli.& l. vbi autē non apparet.ff. de in diem adiec.& l.quoties.ff.qui sat.cog.& in c. 1. de vot.lib. 6. Nec præstat impedimentum, q̄ de iure non sortitur effectum, vt in c. non præstat.de re.iu.li.6.& videas ad hoc plura similia, quę alle. And.ad illud qđ dicitur, q̄ paria sunt non esse, vel esse sed eē inhabile de iure in c.1. §. præterea.in 4. colum. quæ fuit pri. causa bene.amit.arg.l.nec nulla.ff.de pe.hære.

Item quæro, pone q̄ ego habeo duo prædia coniūcta, quorum vnum est prædio tuo cōiunctum, ipsumque vēdidi Titio, tu petis a Titio totum ius cō grui,& ego peto me admitti pro parte, quæ remansit collateralis, quæritur quid iuris? Respondetur, quòd † ad eo cui vendidi 47
non possum petere ius congrui pro parte collaterali; quia non possum venire contra factum meū proprium, vt in l.post mortem.ff.de adop.cum si. &c. Item ob.regula quem de euictione tenet actio, eundē agentem repellet exceptio.l.vendicantē.ff.de euic. Item quia vendendo Titio, videor repudiasse tam sibi illā congruitatem, quam haberem, si illa domus esset alterius,& illam venderet, & ego essem vicinus, ar.C.de rei ven.l.ad solutionem,& ff.de inoffi.testa.l.fi.in prin.& l.commissoriæ. C.de pac. inter emp.& ven. Concluditur ergo, q̄ mihi venditori pro parte mea non competit ius congrui, sed ille solus habilis habebit totam rem emptam ratione iuris congrui: quia venditor est inhabilis in aliam partem, & propterea habetur ac si non esset collateralis. Sed iuxta hoc quero, pone tu vicinus egisti contra illum vicinum Titium iure cōgrui & obtinuisti in causa: & sic ille Titius fuit compulsus ad vendendum tibi, ego primus vēditor postea peto a te secūdo emptore domum illā pro parte, pro qua sum collateralis iure congrui, tu excipis, q̄ ego illā domū vēdidi Titio à quo nō potui exigere ius cōgrui p parte, vt supra dixi. Nec consequenter ab illo cui vendidit ipse Titius iu-
ris necessitate.i. per ius congrui † quia emptor & vēditor quasi 48
vna persona esse censentur, vt no.in l.si tibi.ff. de pac.&. l. idem in duobus.§.personale.&.l.iurisgētium.§.pactorum. Item quia emptor & venditor sunt nomina correlatiua: vt probatur in l. fi.C.de indi.vid.tol.&.l.nemo martyres. C. de sa.san.eccle. extra de iud.c.fi. Item quia defensiones, quę adiuuant vēditorem, ad iuuant etiam emptorem, vt in l.dolia.§.i.ff.de contrahen. empt. & in l.de accessio.ff.de diuer.& tem. prę sc. quæritur quid iuris. Dicit do. Sebast.in.d.consti.si vno, in verbo, nolētibus, q̄ habet locum ius congrui, ratione: quia non possum contra Titium exercere ius congrui est: quia vendidi Titio, quę rō cessat in persona tui, qui emisti a Titio: cū tunc ex noua tua intentione mihi quoddam aliud nouū ius congrui nascatur. Hoc verū putarem, quando venditio spōtanea esset facta per emptorem ipsum vicino per necessitatem iuris cōgrui,& a principio primus venditor sciebat illum esse vicinum,& q̄ poterat petere ius cōgrui, & sibi non recusauit ius petendi ius cōgrui pro parte sua, si contingat illum vicinum euincere iure congrui: tunc videtur tacite refutare ius congrui illi ementi pro se & hæredibus suis, & cui ipse vendiderit per necessitatem iuris congrui. Aliàs ista lex esset captiosa, qđ esse nō debet, vt dicit tex.in c.abbates. S. Sil uestri.circa fi.de ver.signi. secus si ignorauit: nam tunc procedit opi.do. Sebas. ut habeat locum ius congrui pro parte sua; quia sciuisset q̄ vicinus poterat eum priuare iure suo: & sic ignoranti succurritur, vt non perdat beneficium a iure vel a l.cōcessum, arg.eo.quæ no.in.c.si vasallus.si de feu.fue.cōtro.int.do.& agna. & ex his remaneat expedita ista prima pars & istud principiū.l.

SVMMARIVM.

1 *Prothomiseos petens infra quantum tempus debet soluere pretium, & quā do incipiat currere tempus illud. 3. Et quæ sint necessaria. 4.*
Forma legis est de substantia legis: & quid sit illa forma.
2 *Forma rei quid sit, item & forma in actibus hominum.*
Denunciatio quid sit.
3 *Scientia nunquid requisita in iure congrui & qualis. 46.*
Perfectio venditionis est triplex.
4 *Tempus decen.lij datum appellaturis incipit a die scientiæ.*
5 *Scientia facti duplex est & qualiter probetur.*
Gradus tres sunt intermedij inter ignorantiam & scientiam, & qui sunt.
Dubietas, suspitio & opinio quid sint.
6 *Opinio quę dicatur.*
7 *Statutum loquens de scientia non verificantur in scientia ficta, & sic loquēs de casu ficto non trahitur ad verum.*
8 *Scientia in edicto pretoris quomodo intelligenda.*
Fictio iuris quid operetur, & cuius effectus.
9 *Iuramentum habet ignorantiæ præsumptionem per se: & statur iuramento præcedente ignorantiæ præsumptione.*
Ignorantiæ iustitia quomodo probetur.
10 *Denunciatio requisita in iure congrui quo loco fieri debeat, & quo tempore. 11. & cui & per quem: & quomodo fieri possit. 15.*
Locus congruus quid sit.
12 *Semel actum facere quibus casibus in iure locum habeat*
13 *Denunciatio nunquid superuacua, vbi vicinus scit rem esse venalem in iure congrui.*
Presentia an equiparetur denunciationi.
14 *Actum faciens non vt ipse, sed vt alius, an sibi preiudicet.*
Procurator falsum confitens non excusatur, quòd tanquam alius dixerit.
15 *Præscriptio non currit iuste impedito.*
16 *Necessitas quas iuris regulas prohibitiuas infregit.*
Paupertas veniens sine sua culpa a periurio excusat.
17 *Euictio rei venditæ iure congrui quid requirat.*
Pretium iustum examinare ad iudicem spectat: & quomodo probari possit. 19.
18 *Aestimatio rei qualiter veniat consideranda.*
Subhastatio per iudicis decretum exceptionē deceptionis dimidię excludit.
20 *Pretium iustum nunquid dicatur, quod imposuit testator rei venditæ.*
Valor rei venditæ qualiter probetur.
21 *Aestimatio rei venditæ in iure congrui an facienda ad tēpus litis contestatio. si forte sit mutata.*
23 *Litigandi iusta causa excusat ab expensis.*
Ius congrui nunquid ad hæredes transeat: & qualiter hæres iure defuncti vtatur.
24 *Lapsus termini excludit a iure congrui.*
25 *Incarceratus citatus si per procuratorem non compareat, an incurrat contumaciam.*
26 *Præscriptio quo iure currat impedito, & cuius impedimenti.*
27 *Ignoranti an currat præscriptio ipso iure, vel ope exceptionis.*
28 *Deportatus quis dicatur, item & in exilium missus.*
29 *Prescriptio iuris congruis absenti causa reipublicæ non currit. 31.*
Absens quis dicendus, & quis præsens.
30 *Absentia quando præsumenda dolosa, & an prosit.*
Minori qualiter currat præscriptio iuris congrui. 32.
31 *Absens uel impeditus tenetur mittere procuratorem, aliàs currit ei tēpus iuris congrui. 33. 34.*
33 *Mora illum non arguit, qui potest se legitima excusatione tueri.*
35 *Ius congrui est in rem & afficit possessorem.*
Libellus iure congrui ratione vicinitatis qualiter formari debeat.
36 *Formula libelli cum petitur ius congrui ratione sanguinis.*
37 *Emptor rei subditæ iuri congrui ab euictione cadit.*
Euictionem non habet qui scienter rem alienam vel alteri obligatam emit.

§. Secundus.

§. Vt intra triginta dies. Hæc est secunda pars in qua ponit, intra quod tempus debeat ille cui competit ius congrui petere dictum ius ab emptore, cum quinque fallentijs & quarta fallētia limitatur in versi.& licet. & hoc dicit ille qui vult rem stabilem alienare, debet denunciare parentibus, socijs, vel vicinis, & ipsi quibus facta fuit denunciatio & quibus competit ius congrui volunt rem emptam iure Prothomiseos, tenentur intra xxx. dies dinumerando a die denūciationis soluere iustum pretium venditori,& si intra dictum tempus 30. dierū illi, quibus competit ius congrui fuerunt in mora soluendi ipsum iustum pretium, aut tantum quātum verus emptor sine fraude soluit, excludit tempus a dicto iure congrui. Fallit tamen in quinque casibus, in quibus post tempus 30. dierum admittitur ad agendum iure congrui,& non currit supradicta præscriptio.

Primus casus est, nisi infra dictum tempus ille talis, cui competebat ius congrui, erat in captiuitate.

Secundus casus, nisi intra dictum tempus esset deportatus.

Tertius casus est, nisi in dicto tempore esset relegatus, vel in exilium missus. Quartus casus est, nisi in tēpore ipso fuisset absens causa reipublice, vel esset absens pro suis negotijs sine dolo & fraude. Quintus casus est, nisi in tempore prædicto ille cui competebat ius congrui, erat minor annis 25. Nam tūc sibi non currit dictum tempus, sed currit ab eo tempore quo effectus est maior.& sum ibi in versicu. & licet. hic quædam limitationem prærecitatam, in qua fuit dictum, quòd si ille, cui competebat ius congrui, erat absens pro suis negotijs auditur petendo ius cōgrui, post triginta dies. Nam illud verbum post, intelligitur, scilicet quatuor menses. Nam procurator absentis debet intra quatuor menses soluere venditori iustum pretium vnà cum legitimis vsuris, expēsis vel interesse, & sic habebit ius congrui, & expellet extraneos emptores: & si infra dictū tēpus 30. dierum & post infra quatuor menses non soluerit iustum

pretium

Source : BIU Cujas

Matthæi de Affli. De iure Prothomiſeos.

pretium: tunc non ſolum non habebit ius congrui, verumetiã tenetur vẽditori ad expenſas ſi quas fecit & ad intereſſe, quòd paſſus eſt propter tardatam venditionem. hoc dicit vſque ad §. licèt enim.

1 **Nota primo** † ex iſto text. quòd infra 30. dies debet ille, cui competit ius congrui, ſoluere iuſtum pretium venditori per iſtum tex. licèt in aliquibus partibus, vt eſt Neapoli, debeat hoc fieri infra annum a die ſcientiæ, & hoc a conſuetudine.

Sed iuxta hoc quęro, quando incipiunt iſti triginta dies, an a die celebrati contractus, vel a die ſcientię, vel a die denuntiationis. Dicit Bal. in quodam ſuo cõſilio incipiente, Iure municipali cauetur, ponitur ſub titulo de iure cõgrui, quòd tempus vtẽdi iure congrui abſque dubio non currit ignoranti, ſed tempus iſtud triginta dierum currit ei qui ſciuit factam vẽditionem & cui denuntiatum fuit venditionem rei facturã. vnde ſola ſcientia non ſufficeret; quia hæc lex requirit fieri denuntiationem: & ſic ipſa denuntiaaio eſt de forma ſiue ſubſtãtia; quia forma legis eſt de ſubſtantia legis, ſicut forma rei eſt de ſubſtantia rei, & forma in actibus hominum eſt de ſubſtãtia ipſius actus. Eſt autem forma legis ordinata diſpoſitio ordinãs certos hominis fines, vt in l. certa forma. ff. de iure fiſci. & de cenſi. l. forma. & ff.
2 ad municipa. l. conſtitutio. † Forma rei eſt quidam gradus, ſeu perfectio eius a natura vel arte: & antequam forma iſta inducatur, dicimus eſſe rudem, & quaſi rudẽ materiam, vt ff. de lega. 3. l. quæſitum. §. illud fortaſſe. Forma in actibus hominũ eſt debita partium ordinatio ſecundum prius & poſterius, vt ff. de præſcri. ver. l. eum qui. & l. naturalis. Denũtiatio autem eſt facti futuri, vbi de futuro loquimur, certa, clara & intelligibilis deſignatio cum proteſtatione vel prohibitione tacita vel expreſſa. ff. de adul. l. denuntiaſſe. & ff. qđ vi, aut clam. l. aut qui aliter. & C. quæ res pig. obli. poſ. l. neque. Conſtat autem, ꝙ iſta denũtiatio eſt de ſubſtãtia, vt expreſſe dicit lex iſta, quæ requirit fieri denũtiationem ipſi vicino: & tunc quaſi de forma eſt, quis aſtrictus vt denuntiet: ſed ſi lex ſimpliciter loqueretur, & non dixiſſet de nuntiatione, tunc eſſet diſtinguendum, aut tractamus quò ad finem ſciendi, & ſufficit ſola ſcientia: vt ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. petitam. aut quo ad effectum aliud inducendi vlterius vel prohibendi, & non ſufficit ſcientia, vt d. l. denuntiaſſe. cum ſimi. vbi ergo lex requirit denuntiari, ſine dubio eſt neceſſaria ſcientia, ſcientia dico facti, & forma ipſius & cæterorũ, quæ habent factum ſubſtantiale, vt ff. depo. l. ſiquis inficiatus. & de electio. capit. causã. & ff. de act. empti. l. j. §. fi. & l. quęro. & facit cle. fi. vt lite pendente. iſta ſunt verba Bal. in d. conſilio, & ſic cõcluditur, ꝙ in materia legis noſtrę iſti 30. dies a die denuntiationis currunt.

3 **Sed vlterius quęrit ibi** † Bald. quid de tempore quatuor menſium, de quo loquitur litera noſtra, quod non requirit denũtiationem ſed ſcientiam. Dicit, ꝙ licèt non dicat a die ſcientiæ: tamen ita interpretari debet: & ſubdit, quòd non ſufficit ſcire factum, niſi ſciat eius modum & quantitatem. Plena enim ſcientia requiritur, & quòd facti ſeries non ignoretur, vnde ſi parentes, vel vicini ſciunt factam eſſe vẽditionem & ignorent, de certo pretio, non currit iſtud tempus: quia ſine pretio contractus venditionis non valet, vt not. Cyn. in l. C. de contrahen. emp. debet certificari de pretio ille, cui competit ius congrui, arg. l. fina. C. de iure emphyt. quia ergo non habet notitiam eorum quæ ſunt de ſubſtantia nõ dicitur ſciuiſſe ſed ignoraſſe, vt ff. de cõdi. & demonſt. l. multum. & ff. de acqui. hęre. l. ſi quis extraneus. §. fin. Idem ſi vicinus ſciret factam eſſe venditionem, & ignoret eſſe perfectã. Triplex enim eſt perfectio. ſ. quò ad quentionem: & hoc fit, cum ꝯctus, à partib. eſt abſolutus ſiue ꝺditionaliter, ita ꝙ nõ liceat pęnitere, vt in l. ſicut. C. de act. & obl. Secunda eſt perfectio quò ad dationem & obligationem, quæ etiã rei periculum ad ſe trahit, vt ff. de peri. & cõmo. rei vendi. l. neceſſario. Tertia eſt perfectio quò ad ęquationem, quò ad rei traditionẽ & pretij numerationẽ, & iſta eſt poſtrema & finalis perfectio, & plus dicitur perfectio quàm alię ſupradictę; quia id eſt perfectum, quod ex omnibus eius partibus conſtat eſſe perfectum, vt ff. de orig. iur. l. prima. & ff. de pact. l. ab emptione. & C. quãdo non licet ab emp. diſce. l. j. & 2. quia ergo tempus quatuor menſium requirit perfectionem contractus ad omnia non incipit
4 currere rebus integris exiſtentibus. † Tria ergo ſunt neceſſaria, vt currat tempus prædictum quatuor menſium. ſ. vera exiſtentia contractus, perfectio eius & ſcientia de vtroque & pro hoc facit, ꝙ tempus decem dierum, quod datur volentibus appellare a ſententia, incipit non a die probationis ſententię: ſed a die ſcientiæ, vt not. Io. An. in c. conſultationi. de appel. lib. vj. de quo in deciſione Rotę deciſione. 49. incip. ſi fertur ſententia diffinitiua &c. & ideo dicebat Ang. ſingulariter in l. ij. §. biduum. ff. quando appel. ſit, ꝙ ſi pars ſimpliciter notificauit parti, ꝙ ſentẽtia lata eſt non expreſſis verbis contra vel pro, ꝙ non currit tẽpus decem dierum ad hoc, vt dicatur ſciens de ſciẽtia, & ibi etiã dicit iſta verba, citatus ad audiendum ſententiam, ſi non fuit aliter ei denunciatum, non ſufficit ad hoc, vt dicatur certus, adeo ꝙ ſibi currat tempus tantum ad appellandum, ſecundùm not. in l. j. §. fi. ff. quando ap. ſit. & idem dicit ipſe Ang. in l. a ſententia. §. fi. ff. de ap. hoc idẽ tenet Bal. in auth. hodie. C. de ap. & l. is qui. C. de lib. cauſa. & ratio eſt ſecundum Ang. quia forte iudex prorogabit terminum ad ferendam ſententiam, vt in c. cõſuluit. de offi. deleg. Itẽ eſt alia ratio: quia forte iudicabit pro citato, quẽadmodum contra. Prętera illa nuntiatio non reddit illum certum, puta pſtendendo ei inſtrumentum ſuum ſecundum dec. cauſam. de elec. & plene per Bar. in l. non ſolũ. §. morte. ff. de op. noui nun. & in l. nomen. C. quæ res pigno. obli. poſ. & eſt glo. in c. concertationi. de appel. lib. 6. & Inno. in c. 1. vt lite non conte. in 1. col. & pro dicto Ang. eſt glo. in l. fi. §. fi. C. de tempo. ap. Itẽ quia parti non eſt credendum, vt in l. ij. C. de reſcin. vendi. & no. Bar. in d. §. morte. & in l. 1. §. 1. ff. de eo per quẽ fac. erit ibi. nimia credulitas. Fallit, niſi nuncians eſſet perſona bona & digna auctoritate ſecundum glo. in l. Titio. ff. de condi. & demon. debet ergo eſſe ſcientia certa ex parte illus, cui cõpetit ius congrui, & non dubitabilis: quia non eſt ſcientia, ſicut dubia probatio non eſt probatio: vt in c. in præſentia de probatio.

5 **Sed iuxta** † hoc quæro, qualiter iſta ſcientia facti probetur. Reſpondeo, ꝙ duplex eſt ſcientia facti, altera vera, altera præſumpta. Vera ſcientia eſt illa, ad quam peruenitur per ſenſum corporis, & iſta dicitur ſciẽtia vera, quæ dicitur infallibilis notitia & veritas quæ per ſenſum acquiritur ſecundũ Bal. in l. ſcire leges. ff. de legi. & idem no. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. alleg. tex. in l. in teſtamento. in fi. ff. de teſta. & l. teſtium. C. de teſti. Huius quidem ſciẽtiæ terminus appoſitus eſt in ſcientia ſiue ignorantia, inter quæ extrema ſcilicet ſcientiã & ignorãtiam ſunt gradus intermedij. Primus quidem gradus eſt dubietas, quæ per inueſtigationem cauſatur, hęc quidẽ non eſt ſpecies ſcientię, ſed eſt quoddam medium per quod peruenitur ad inueſtigandum, glo. eſt in l. 1. C. de procu. & in rub. de iuris & facti ign. & l. ſi teſtator. ff. de teſta. & in l. 3. C. qui. ad lib. procla. non licet. Secundus gradus eſt ſuſpitio, per quã animus incipit adherere per tex. in l. lege Aquilia ſi deletum. ibi ad ſuſpitionẽ, in fi. ff. ad l. Aquil. & in l. abſentem. ff. de pęnis, ibi. ſuſpitionibus cõdẽnari & in l. 3. §. eius. ibi, quid autem credas. ff. de teſt. & hoc tangit Bar. in l. fi. de quęſtio. Tertius gradus eſt, qui dicitur opinio, per quam animus iudicis maxime adheret, & nihil deeſt, niſi partis, confeſſio vt habetur in text. in l. 1. poſt prin. ff. de quæſtio. ibi quũ dicit, ad quæſtionem tunc deuenitur, cum ſuſpectus eſt &c. Ita dicit Bart. in l. admonedi. in. 4. col. & ſic opi-
6 nio† dicitur illa, quæ nõ per ſenſum, ſed per probationes & media concludendi acquiritur, & vocatur vehemens opinio ſeu credulitas ſecundum Bar. in c. præallegato, in l. pater. ff. de acqui. here. & de opinione eſt text. in l. 1. ff. de interrog. act. vbi per hoc dat intellectum ad l. ſecundam. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. vbi eſt verbum credi, qđ ita exponit, vt ſupra. per Bal. alia ſcientia facti eſt pſumpta, hęc eſt pſumptio quę pſumit ex ꝺſanguinitate, vt in l. octaui. ff. vnde cognati. & in l. de tutela. de in integrum reſtitu. min. Aliquando ex vicinitate, vt in l. vicinis. C. de nup. & in l. filiũ diffinimus. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Aliquando ſumitur ex eo quod publice fit, vel publice ſcitur, ſecũdùm glo. in l. ſi tutor. ff. de peri. tuto. & in aut. at qui ſemel. C. quomo. & quando iudex. Aliquando præſumitur ex fama ſine ex eo ꝙ publice dicitur, vt l. cum quidã. §. ꝙ dicitur. ff. de acqui hęre. & ibi Bart. in l. is poteſt. eod. titu.

Sed ſtat dubium in hoc, an iſtud tempus, ꝙ currit a die ſcientię, intelligatur de ſcientia vera aut ſcientia ficta, vel præſumpta. Diſtinguo, aut ius congrui obſeruatur in terra ſecundum iſtam legem, & iſto caſu hæc lex etiã ꝺprehẽdit ſcientiam præſumptã. Aut ius ꝺgrui ſeruat̃ mediante ſtatuto vel conſuetudine, & tunc intelligitur de ſcientia vera
7 facti, ita quod non ſufficit præſumpta, hoc probo: quia † ſtatutum loquens de ſcientia non verificatur in ſcientia ficta ſed vera l. 3. §. hæc verba. & ibi glo. & Barto. ff. quod quiſque iuris, & not. Barto. in l. omnes populi. in vltima car. in ver. vlterius quæro, an ſtatutum extendatur ad caſum fictum, videtur tex. in l. fi. C. qui ven. ęta. impetra. Idem tenet Bartol. in l. lex. ff. de ſtipu. ſeruo. & in l. apud Iulianum. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & dicit optime Bal. in l. ij. §. voluntate. ff. ſolu. ma. quòd ſtatuto requirente cõſenſum non ſufficit conſenſus præſumptus ſed verus expreſſus. & in ſimili no. Bart. in l. 1. ff. de fonte. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. in 6. col. ver. & facit ad q. C. de epiſ. & cleri. vbi dicit, ꝙ ſtatuto vetante fieri pacem de homicidio, nõ habet locum in eo, qui condemnatus eſt de homicidio ex contumacia, & ſic ex ficta confeſſione: & non vera, allegat d. §. hæc verba, & idem not. ipſe Bald. in l. receptitia. C. de conſtitu. pecin vlti. colum. ver. ſed. pone ad corroborandum. facit quod no. Bal. in l. ſi quis ſeruo, in fi. C. de ſur. vbi dixit, ſtatutum non extendi ad caſum fictum & ęcontra, ſed ſtatutum loquens de caſu ficto non extenditur

ad caſum

Source : BIU Cujas

ád casum verum, alleg.not.p Io.And.in c.sciant cũcti. de elect. lib.6.& per Bal.in l.fi.C.de hæred.instit. & Bart.pulchrè in l.hæres qñcunq;.de acquir.hæred.sed in indiuiduo not. idem Bart. loquẽdo ꝓpriè de materia scientiæ in d.l.admonendi. in 5.col. vers.hoc præmisso dicit, ꝙ in edicto prætoris verbum sciẽtia, intelligitur de vera scientia facti per sensum corporis acqsita,
8 & quod de statuto dr̃ idem est dicendum de edicto prætoris, vt not.in l.3.§.hæc verba.vbi tex.loquit̃ de edicto prætoris, & per illum tex.Doct.decidunt de statuto. Et si diceret̃, aliud esse casum fictum, aliud præsumptum, sed ad plus se habet fictio iuris, vt dicit gl.in l.si duo.ff.de peti.hæred.Fictio.n.adeo hr̃ ꝓ veritate, ꝙ in ꝯrium probari non admittitur vt ibi. Præsumptio aũt non habet onus probandi in se, sed transfert in alium, vt not.Bar.in l.in illa.ff.de verb.obli.& ei statur, donec probatur ꝯrium, ideo statuto requirente veritatem non admittitur fictio iuris, quæ omnimodo pro veritate hr̃, multo fortius p̃sumptio iuris veritati proxima non est. Vnde cõcludo, ꝙ statutum loquens de iure & apponens tps ad rem petendam iure ꝯgrui a die scientiæ intelligit̃ de scientia vera & non præsumpta per supradicta. Et si præsumptio in probanda scientia est probata, ista probatio præsumptiua tollit̃ per iur̃m partis ꝯriæ iurantis de ignorantia. Sed certum est, ꝙ de iure præsumitur ignorãtia. l.verius.ff.de probat.& eꝯ eo præsumitur scientia de eo qđ publicè fit, vt supra dixi. Hæc secunda præsumptio excluditur per iur̃m; quia iur̃m habet ignorantiæ præsumptionem per se; qa nemo præsumitur immemor salutis æternę, vt l.iubemus.C.ad leg.Iul.repe.& sic duæ præsumptiones fortiores excludũt vnã
9 debilem.l.diuus.de in integ.rest.† Item stat̃ iur̃o p̃cedẽte p̃sumptione ignorantiæ: & hoc tenet Archid.in c.cupientes, de electio.lib.6.in c.1.de dolo & contu.per Archi.& not.Bar. & Nic. de Neap.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de execu.tuto.& Bal.in l.2. ff.de iurisd.om.iud.& no.in c.pastoralis.de excep.& gl.magna in c.ad audientiam.de resti.in integ. Fateor tñ, ꝙ iustitia ignorantiæ non probatur per iur̃m, vt est qñ mutuatur filiofami.& talis ignorantia probatur per iur̃m, sed non iustitia ignorãtiæ, ꝯ quam est præsumptio iuris nisi concurrentibus alijs coniecturis, vt quia publicè pro patrefami.reputabatur, vt est text.in l.si *quis patrem*.ff.ad Maced.& ita intelligitur dictum Bart.in l. si cui.§.i*j*sdem criminibus.ff.de accus.vbi erat iustitia ignorantiæ, ideo iur̃m non sufficit, quod satis est notandum.

Et quoniam supra conclusimus, ꝙ tps xxx. dierũ currit tpe denuntiationis ꝓp formã traditam per istam legem, propterea sunt quærẽda aliqua hic circa hanc materiam denuntiationis. Et primò in quo loco deber fieri hæc denuntiatio. Dicit gl.in l.mora.ff.de vsuris, ꝙ
10 in loco congruo, † & locus congruus est, vbi quis põt conueniri, & sic vbicunq; potest conueniri, ibi põt fieri, argu.l.fi.ff.de offi.præsi.& puto ẽt ꝙ in lupanari posset fieri ista denuntiatio, si vicinus ibidem inueniatur ex consuetudine, puta quia esse leno, tunc attenditur consuetudo loci, vbi solet conuersari ipse vicinus, argumen.eorum quæ not.in l.ꝙ si nolit.§.qa assidua.ff.de ædil.edicto.& in l.vel vniuersorum.ff.de pig.act.& facit quod no.Cyn.in l.excepto.C.loca.vbi refert, ꝙ si quis stat in domo tanquam inquilinus, ꝙ tenet̃ noĩe pensionis eaten⁹, quatenus præstari cõsueuit, ad hoc allegaui multa similia post Bal.& Docto.in c.1.§.præterea. quid sit inuestitura. Sed si esset homo, qui non solet accedere ad locum publicũ, sed ex aliquo casu fortè inueniatur ibi, ex quo ille locus est inhonestus, non puto posse ibi fieri hanc denuntiationem.argu.l.si cum dies.§. arbiter.ff.de arb.Sed hoc vltimum fortè non procedit: qa ista denuntiatio fit solum ad effectum scientiæ, & sufficit ꝙ vicin⁹ sit certificatus quocunq; modo, ut infra dicã. Sed an sit necessè ꝙ dicta denuntiatio fiat coram iudice. Dic ꝙ non est necessarium. Nam extra iudicium valet & tenet, dummodo possit probari factam esse, vt no.in l.amplius.ff.rem ratam habe.

11 Item quæro † quo tempore debeat fieri ista denuntiatio, an possit fieri die feriata. Bar.tangit de citatione an possit fieri die feriata, vt hr̃ in d.§.nũtiatio, & in l.miles § sexaginta.ff.de adul.C.de appel.l.fin.maximè cũ in casu nr̃o talis denuntiatio fecit ad effectum tollendæ ignorantiæ.facit.ff.mãd.l.si fideiussor.§ j.& ff.de act.emp l.j.in fi.vn de quocunq; tpe, & in quocunq; loco, & ẽt in Missa põt fieri.

Sed interim q̃rit̃, an ista denuntiatio debeat de necessitate fieri principali, vel sufficit fieri ꝓcuratori gñali. Rñdeo, ꝙ põt fieri ẽt ꝓcuratori, vt not.in l.apud Celsum.ff.de except.doli. & in l.ꝓcurator.ff.de trib.& no.in l.sancim⁹.§.fi.ff.de euic. sed qd eꝯ, an talis denuntiatio possit fieri per proc.Rñdeo ꝙ sic, sed ille qui denuntiat ꝓcuratorio noĩe debet oñdere ꝓcuratorium, aliàs non valet denũtiatio. Ita dicit Ang.in l.hæres.ff.ad Treb. alle.C.de renuntia.l.si fundum.iuncta l.si quis inficiatur. ff.depos.& l.si hominem.ff.manda. Itã q̃ro, an sufficiat semel denũtiari, vel pluries debet fieri ista denũtia. Rñdeo, ꝙ sępius debeat fieri, arg.l.ꝙ Romæ.§.cohæredes. ff.de verb.obli. & ff.de min.l. Emilius.& ff.de pig.act.l si cõuenerit. Sed certè in dictis iurib. narratur accidentia facti. Ideo dicendum est, ꝙ sufficiet semel denuntiari, vt not. gl.in l.mora.ff.de vsur. & in l. Titio Seio. §. vsuris.de leg.2.& in l.3.§.1.ff.quod vi, aut clam.& ff.de no. oper. nun.l.procurato.§.1. Et ꝙ sufficiat semel, deducunt̃ plura simi-
12 lia.† Nam ad acquirendum ius in possessione seu quasi sufficit, ꝙ semel qs fuit in possessione, vt in c.cũ de beneficio.de ꝓcess. præben.lib.6.& in c.cũ ecclesia.in fi. de caus.pos.& ꝓpric.facit. tex.in l.1.§.q̃situm. de aqua quot. & æsti. vbi ad ꝓbandũ quasi possessionem seruitutis ducendi aquam ex fundo alterius sufficit probare quẽ fuisse semel vsum, de quo per Bart.in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priua.& no.Doct.in d.c.cũ ecclesia. facit.l.in die.de aqua plu.arcen. vbi non dr̃ facta iniuria ei, qui semel voluit.facit l.videam⁹.ff.qđ met.cã. vbi sufficit semel me nunciasse ad eum vel eius hæredes, & ꝓpterea no.in l.mariti.§. qui quæstum.ff.de adult. ꝙ quodammodo parificantur actum fieri sępe, vel sępius: sicut ẽt sufficit semel extitisse tabulas testamenti paterni, licèt extare desierũt, vt ff.de ꝯtab.l.quod vulgò. & de ſm tab.l.1.§.semel.sic ẽt & legato relicto cũ quis filios habuerit, sufficit semel nasci, quamuis illico mortui sunt, vt ff.qñ dies lega.ced.l.cũ vxori.& ff.de instit.& substi.l.si quis hæredes. Item sufficit semel tm̃ dilationũ dari ad deliberandũ. l.sancimus.C.de iure delib.in §.sed qa. itẽ sufficit semel idoneitatem inuenire in bonis debitorum.ff.de aucto.iudi.posl.fi.§.1.Itẽ sufficit semel ꝯcessũ, vt reuocari nõ possit, vt in c.1.q succes.tenea. Item vbi cęptũ est semel iudiciũ, ibi debet finiri.l vbi cęptũ.ff. de iudi.Itẽ nõ cõmittit̃ pœna nisi semel.l.si duo,§.fi.ff.ex quib. cau.l.cũ quærebat̃.ff.iud.sol.& ff.de ędil.edi.l.si tm̃. Item semel pœna cõmissa non euanescit.l.Celsus.ff.ex quib.cau.ma. Item qui semel est hæres, semp manebit hæres.l.ait prætor. §.sed qd. ff.de mino. Item non potest reprobari, quod semel approbatum est.l.Pomponius.ff.de neg.gest. Item actio semel extincta amplius non reuiuiscit.l.si vnus.§.sed si pactum.ff.de pact.l.quires.§.aream.ff.de solutio. Item in omnib. ꝯctib. qui solo consensu ꝯhuntur, sufficit semel voluisse.ff.pro socio.l.antepen. & l.de accessionibus.ff.de diu.& temp.præscri. Item sufficit solũ semel fuisse commissum.l.1.§.si rem.ff.de pact. Item ex quo semel cœpit cõpetere, semper cõpet.ff.de ædil.edicto. l.quid sit. & ff.de actio.& oblig l.quæcunq;. Item qui voluit semel cogit̃ prosequi, vt in auth.de litigio.§ omnem. & ff.manda.l.si mandauero.in fi. Item sufficit quem esse vasallum ad hoc, vt eius filij dicantur vasalli, arg.l.cum satis.§.cum aũt.C.de agri.& cẽsi.lib.11. Item sufficit semel fuisse feudum quaternatum, vt dicit Ang.in c.1.de controuer. feu. apud par.termi. Item sufficit semel centum auri libras præfecto vrbis per creatum consulẽ numerari, ut C.de cõsuli.l.pen.in fi. Sic ẽt semel sufficit ꝯdõnẽ extitisse hæredib.l.hæredes ff.ad Trebel. Itẽ semel absolutus a banno, non põt iterato absolui ſm Bal.in l.ancillam.C.de condi.ob cau.Item ubi permittitur narratio, non permittitur nisi semel tm̃.C.de reb.cred.l.si quis iusiurandi.& no.Bal.in authẽ. habita.§.verũ.C.ne filius pro patre. Vñ ad propositũ sufficit semel factam esse denuntiationẽ, & illa facta, ꝯiunctus excludit̃ ꝓ istum tex.a iure congrui; potest tm̃ volens vẽdere ante denũtiationẽ exponere rẽ venalem, vt sciat quãtũ inueniret, vt possit denũtiare vicino, vt legitur & not.in c.potuit.de locato.

13 Subsequenter quæritur, an † si sciat vicinus rem esse venalem, requiratur denũtiatio. Vr̃ ꝙ non; quia certus certificari non debet, vt ff.de actio. emp.l.1.in fi. & c.eum qui certus.de reg.iur.lib.6. faciunt q hñr in gl.in c.2.de concess.præben.& tex.in c.1.§.donare.in ver.porrò.qualiter olim feu.alie.pote.& facit.l.scribit.§.fin.cũ l.seq. ff. de admi.tut.& ff de pet.hæred.l.itẽ veniũt.§.qd ergo, vt not.in auth.vt spon.lar.§.rursus. Sed dic, ꝙ in tex.nostro denuntiatio est de forma, quæ non debet omitti, vt supra dixi &c. auctori. Bal.& per hoc facit l.emptor fundi. de euic. vnde qñ denũtiatio est de forma, nõ sufficit sciẽtia, vt dicit Dy.in d.regula cum qui certus.per no.in d.l.denũtiasse.circa princ.ff.de adulte. Sed pone ꝙ coniunctus fuit præsens venditioni tanquam testis, an requiratur, ꝙ ei denũtiet̃, prout dicit ista lex: vr̃ ꝙ nõ requirit̃ denuntiatio; quia illa p̃tia æquiparat̃ denũtiationi, arg.l.procuratorem.§.sed si testator.iũcta gl.ff.manda. In ꝯrium facit.l. Caius.ff.de pig.act.vbi ille qui fuit p̃s in testõ, & se subscripsit tanquam testis, nõ sit sibi præiudicium in iure suo; quia tũc hr̃ vt alia p̃sona nõ ut ipse.facit l.cũ quidam.C.de admini. tuto. ut i qñ tutor facit aliquid vt tutor, nõ prędiudicat sibi vt priuato. Facit ad idem bonus tex.in l.aduersus. §.tutores. & l.fi. cũ gl.sua. ff.de inof.testa.Itẽ patet: qa si iudex habet sciẽtiam facti vt hõ, & aliter habet ex processu; tũc est alia p̃sona, & debet iudicare ut iudex, hoc est ſm allegata, & probata, & nõ ſm ꝯscietiã ſm Archi.in c.1.de re.iu.lib. .in verbo, iustitiam.de quo in l.1. C.ut
14 quæ desunt adhuoca. Et † de ista materia qñ aliquis facit actũ non ut ipse, sed ut alius, non præiudicet sibi. vide glo.in c.inter canonicos.extra de electio.& glos.in l.si pater.§.qui duos.ff.de adop.& in l.ad officium.de rei.vendi.& in d.l.fi.C.de inof.test. facit ad hoc illud quod dr̃, ꝙ si p̃s sit auctorizatus, præiudicat ei in his quæ sibi nocent, puta si describatur ipse debitor in eo actu, etiam si ille actus, puta inuentarium sit nullum, & in c.ex literis.

Source : BIU Cujas

literis.iuncta gl.in verbo,teſtis,ad fi.de tranſ.& in c.quanto. in 2.gl.de his quæ fi.a præla.ſine conſen.capi.& in c.ſi quis presbyterorum.in 1.gl.de reb.eccle.non alie.& in l.Titio.§.Lucia. de lega.2.Sed pro deciſione concludo,ꝙ quò ad effectum vt curāt illi xxx.dies,requiritur denuntiatio,ēt ſi coniunctus eſt teſtis in inſtr̄o venditionis:qa hoc eſt de forma,ꝙ non pōt omitti.Nec eſt verum, ꝙ pñtia, & denuntiatio parib.paſſib. ambulant; quia hoc male probant in d.§.ſed & ſi teſtatori,ſed quantum ad effectum ſcientiam inducēdi ſufficit, ꝙ fuit præſens in ⁊ctu tanquam teſtis; quia ſcientia ita vrget in his quæ quis fecit tanquā alius ſicut in his q̄ quis fecit tanquā ipſe: ut 46. diſt. c.ſicut.& de decimis.c pe.§.porrò.2.rñſo,li.6.& ꝙ ibi not.Pro hoc facit in ſimili dicimus ꝙ ꝑcurator falſum ⁊ñtens non excuſat ꝙ tanquā alius eſt confeſſus,vt hr̄ in l.proinde.§.1.ff.ad l. aquil.qa vtilis actio confeſſoria datur contra eum vt ibi.

15 Sed iterum quæritur,quid ſi † non pōt hr̄i copia cō iuncti ut poſſit ei fieri denūtiatio,an ſufficiat denūtiari in eius domo? Rñdeo ꝙ ſufficit corā vicinis, & amicis in domo illius fieri hanc denūtiationē iuxta not.in l.cū qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clā.in d.l.denūtiaſſe.ff.de adult. Facit ad hoc denūtiationem fiēdam amicis,& vicinis, qđ not. Inn.in c.fi.de dolo,& cōtu.& qđ no.in l.2.ex quib.cau. in poſſ. ea.Sed quid ſi ille cui competit ius congrui eſt pupillus & hēat tutorē; ſed tutoris copia haberi nō pōt, an ſufficiat denūtiari pupillo? Certè ſic,ſi pupillus eſt maior infante,arg.l.ſi dictū.§.1. ff.de euic.ſed ſi infans eſt,nō valet denūtiatio; qa eius ætas ꝙquid videt ignorat.l.2.C.de falſa mone.& in Spe.de actore.§.1. Sed iterum q̄rit̄.qd ſi facta denūtiatione vicino vicinus j.xxx. dies nō ſoluit ꝓtiū: qa iuſtè eſt impeditus,an ceſſante impedimēto poſtea poſſit petere ius cōgrui lapſu t̄pis nō obſtāte? Dic ꝙ ſic;qa iuſtè īpedito nō currit p̄ſcriptio.l.1.de anna exce.cū ſi.

Sed iuxta hoc q̄rit hic Bal. qd ſi vēditor iuxta mortē coactus,puta qa moritur fame,vel eſt infirmus,& nō habet vnde poſſit facere expenſas, vel eſt apud hoſtes,& nō vult expectare terminū xxx.dierum ad recipiendum ꝓtium a volēte emere per ius Protomiſeos,& ꝓteſtat̄,ꝙ niſi Titius vicinus ei ſoluat incontinenti,ꝙ vendet alteri,& habebit ꝓtium abſq; t̄pis expectatione:ut teneat̄ vicinus ſtatim ſoluere pretium abiq; eo ꝙ gaudeat dicto termino xxx. dierum.

16 † Rñdeo,ꝙ ceſſat terminus huius l.ꝓ neceſſitatem. Nam in quolibet diſpoſitione legali vr̄ excepta neceſſitas:quia neceſſitas nō habet legem,vt in l.1.ff.de offi.cōſul.in c.4.de cōſue.& patet in c.1.in prin.qualiter olim feu.alie.poſ.vbi feudum non pōt alienari,& tñ ex neceſſitate,ſi nō habet vnde poſſit viuere, poterit alienari.Item ex neceſſitate permiſſum eſt furari,vt eſt bonus tex.in c.diſcipulis dñi.& ibi bona gl.de ⁊ſe.diſt.vl.& bonus tex.in c.1.in verbo,equum ſuum,de pace tenē.Item ex neceſſitate pōt pater filium vendere,text.in l.2.C.de patri. qui fil. diſ.Item res prohibitæ alienari poſſunt ex neceſſitate famis, & pro alimentis,& medelis alienari,vt no.in l.mutus.§.morte.ff. de iure do.& l.ſi cū dotem.ff.ſol.mat.ibi,cum aūt neceſſitas famis faciat licitum quod aliàs illicitum.7.q.1.c.mutationes. Facit illud quod dr̄,ꝙ neceſſitas, ſeu paupertas veniēs ſine culpa excuſat a periurio,ſi in tpe promiſſo nō pōt ſatisfacere, vt no. in c.breui.& in c.q̄relam.de iureiu.& no.Bal.in c.1.de no.for.fideli.& in c.1 §.porrò.quæ ſit pri.cauſa benefi.ami.& in c.licet.ſi de feu.fue.⁊trouer.& in c.ſi de alie.feu.pater. Item ſi ſunt plures notarij ad vnū banchū,& vnus incipit acta alicuius cāæ q̄ nō pōt finire ex neceſſitate ſm laco.But.in l.1.ff.de of.cōſu. de quo in c.cum plures.de offi.deleg.& vide q̄ hñr in l.q̄.ff.de off. eius cui māda.eſt iuriſd.& ibi ēt allegant̄ aliæ cōcor.Item ſi Papa vult,ꝙ res eccleſiæ nō p̄ñt alienari incōſulto eo, nihilominus p̄ñt alienari ex cauſa neceſſitatis,dicit gl.& text.in c.verū. de cōdi.app.Item p̄latus iurat non alienare Romano Pontifice inconſulto,& tñ in caſu neceſſitatis pōt alienare inconſulto Romano Pōtifice,de quo per Io.And.in addi. Spec.in tit.de reb.eccle.non alie.& per Panor.in c.fi.de relig.domi.

17 Secundò not.† ex tex.ibi.iuſtum pretium,ꝙ coniunctus ad hoc vt poſſit cuincere rem venditā iure congrui debet duo facere. Primò intra xxx.dies ſoluat vēditori p̄tium rei emptæ:qa ſi morā committit excludit̄ ab iſto iure,vt dicit iſte tex.Secūdò ꝙ iuſtū pretiū ſoluat ſm ꝙ viſum fuerit arbitrio iudicis.Nam ad iudicem ſpectat examinare qđ ſit iuſtū p̄tiū,vt dicit Bar.in l.Calipodius.ff.de ſol.& idē Bart.in l.creditores.C.de pig.& eſt bonus tex.in l.ſi.C.de iure domi.impetran.& no.Bar.in l.ſi equo.ff.de leg.1. vel ſm ꝙ viſum fuerit æſtimatoribus ad hoc ex publico deputatis, quos Neapoli vocamus tabellarios. Et de iſtis æſtimatorib.loquitur tex.in l.hac edictali.§.is illud.C.de ſecun.nup.& in authē.de non alie. §.qa verò Leonis.vel debet ſoluere illud pretium quod reperit̄ ab alio volente emere,dumtñ ceſſet fraus. Nam poſſet quis volēs vendere adhibere aliquem amicum ſuum qui fingat emere, vel vendere magno p̄tio,& in veritate hoc fiat in vtilitatem venditoris ad hoc,vt vicinus cui competit ius congrui tātum ſoluat quantum inuenit̄.Nam ſi poterit detecta fraude cōſtare non debet domus appretiari tñ quantum vendi pōt, ſed debet æſtimari; quia ceſſante fraude,vendicat ſibi locum illud,ꝙ tantum valet res quantum vendi pōt,vt in l.ſi ſeruus.in prin.ff.de condi.fur.& ibi gl.allegat cōcor.Item hoc eſt verum ſcienti qualitatem rei,vt l.mor.cauſa capimus.in fi.ff.de do.cā

18 mor.facit l.ſi quis.C.de reſcind.vend. † Nam ſi aliquis emeret rem ꝑ centum,quæ non valet lx.& ignorabat vitium rei, non dicer̄t,ꝙ iſta res valet centum,ad hanc ignorantiam probandam debet fieri articulus,ꝙ res vendita habebat vitia latentia, puta quia erat ſterilis,vel redditicia,vel reddebant malam vmbram ꝓ hominem ibi ſepultum,vt ff.de lega.2.l.Mæuius.§.in fundo.vel habet ſeruitutem cuius occaſione res non eſt in tāta æſtimatione:ita dicit Bar.in l.pretia rerum ff.ad l.falci. & l.1. §.ſi hæres. ff.ad treb.& do.Sebaſtia.in j.conſtōne,de iure congrui ſuper verbo fuerit,in fi.& not.Bar.in l.3.§.diui fratres.ff.de iure fiſci.quia res debet æſtimari cū ſuis qualitatib.ut in iurib. prædallegatis.Sed quid ſi aliquis eſt compulſus ad vendendum ꝓ neceſſitatem,& nullius comparet ad emendum, conſideramus ꝙ ille venditor facit bonum forum ꝓ neceſſitatē quā habet,an dr̄ tunc res valere tantum quantum vendi poteſt? Forte non:ſed iudex tunc æſtimabit ſm Bartō.in d.l.ſed ſi equo.de leg.1.Item vbi res debet æſtimari ſm cōem æſtimationem,non ſufficit probare,ꝙ tali die res tñ valebat; quia non hr̄ conſideratio tam breuis t̄pis,ſed debet fieri probatio, ꝙ res cōiter tñ valuit tali tpe ante,& poſt annos ſm Bar.in d.l.pretia rerū. & Ang.in d.l.in lege.ff.ad leg.Fal.& in l.obſeruādum.§.corpora.

19 ff.eod.† Pōt ēt iuſtum pretium probari hoc modo, ꝙ res fuit ſubhaſtata in loco publico alta voce, & non fuit plus repertū niſi tñ.Nam iſto caſu qñ res eſt vendita per ſubhaſtationem, non pōt dicere venditor ſe deceptum vltra dimidiam iuſti pretij,ſi iudicis decretum interuenerit,vt in l.1.C.de præd.cur. lib. 10.& ibi Bar.tenet hoc expreſſè etiā Ang.in d.§.corpora.licèt. Bar. aliter dicat ī l.1. C.de præſcr.xxx.anno.alleg.l.ſi quis id qđ. C.de reſcind.vend.Sed ibi clara fuit probata ambitio ſm Ang. in d.§.corpora. vel dic ꝙ iuſtum pretium dr̄ conſiderato redditu rei,vt ff.de reb.eorum.l.fundus per fideic. in princi. puta ſi dicatur tantum quantum valet res xx.ann.puta quinq; ꝑ centenario,ut dicit gl.in auth.de nō alie.§.ſi verò alicuius.ſed hoc ꝑcedit,qñ eccleſia dat in emphyteuſim aliquod pretioſum p̄dium magni valoris, redditus verò nullius aut modici, tunc emphyteuticus redditus debet ſtatui ita,& taliter ꝙ ipſi reddituſ in xx.annis collecti faciant æſtimationem rei,ſed qñ eccleſia vult alienare ꝑ redemptione captiuorum, tunc eſt iuſtum pretium,quantum aſcendit redditus in xxx.annis, ut in authē. de alien. & emphy. §.ſancimus. Sed qñ eccleſia vult alienare certū redditū quē habet extra ꝓuinciam ipſius eccleſiæ; tunc iuſtū pretium eſt, quantū aſcendit redditus xxxv.annis, vt in auth.de eccle.tit.§.ſancimus. Item dum autem ſtatuitur iuſtū pretium ex redditu.15.annis.C.de dona.l.ſi quis argentum.§. ſimiliq; mō. Ibi.in redditibus ante 15.annis æſtimationē p̄ſter. Cætera de iſta materia qualiter res ſit æſtimanda, vide pulchrā glo.c.cum cauſa.extra de teſti.& plenè per Bart.& Doct.in l.2. C.de reſcin.vendi.

20 Sed iuxta prædicta † quæro,teſtator fecit teſtm̄,& im poſuit pretium rei venditæ,an iſtud dicatur iuſtum pretium? Videtur ꝙ ſic.parificata poteſtate iudicis, & teſtatoris.l.non impoſſibile.cum concor.ff.de pac.In ⁊rium tamen veritas: quia æſtimatio facta per teſtatorem nullam neceſſitatem inducit,vt in l.cum pater.§.pater filio. & ibi Bart. ff. de leg.2.& ſcias ꝙ fructus pendētes in agro,augent æſtimationem agri,ut eſt text.in l.falci.l.3.ad leg.Falcid.vbi dr̄,ꝙ fundus eſt pretioſior propter fructus,ſed an illa propter ventrem,no. per illum text.ꝙ de partu non eſt habenda conſideratio,antequam naſcatur,ꝙ notanter dicit ipſe pro ſtatuto Florentiæ dictantis,ꝙ de legato rei debet ſolui gabella ſm rei valorem;ſed ſi legatur vacca prægnans,quæ carius venditur propter fętum, tamen illius qualitatis conſideratio habenda non eſt, quod ſatis eſt notandum. Qualiter autem probetur valor rei venditę, dic ut in l.2.C.de reſcin.vendi.& in c.cum cauſam.de teſtib. & Ang.in l.ſi is qui.xl.§.quędam.ff.ad leg.Falci.Sed quid ſi aliqui teſtes deponāt de maiori pretio,& quidam de minori, quibus magis eſt credēdum? Rñdetur, ꝙ magis creditur illis qui dñr de minori pretio ſm Bald in d.l.2. & vide in l.ſi quis in ſuo. ff. de condi.inſti.& in d.l.mortis cauſa.de donatio.cauſa mortis.

21 Nunc quæro † de pulchra quæſtione, quidam vendidit domū pro l.quæ in veritate tempore contractus valebat centum,emptor iſte conuenitur a vicino ipſe congrui, ille emptor ſe defendit,ꝙ non tenetur vendere iure congrui,fit proceſſus,& iudicium illud durat per annos,demum fertur ſententia,& condemnatur emptor ad vendendum iure congrui iuſto pretio ſm ꝙ æſtimabunt tabularij vel æſtimatores pretium,cuius domus tūc fortè creuit nō per induſtriam emptoris, ſed fortè caſu fortuito,prout cōtingit de facto iſto anno propter mutationē dohanæ Neapolitanæ de vno loco ad alīū, an debeat fieri æſtimatio ſm p̄ſs tēpus ſententiæ, an ſm tempus huius cōtęſta

tę in

Source : BIU Cujas

tę in cā? Vr̄ ꝙ debet fieri ęstimatio a tempore morę, videlicet a quo tempore fuit emptor requisitus, vt vendat per ius cōgrui iusto pretio ipsi vicino: vt vr̄ casus in l.in hac.ff. de triti. & l.cū in diem.ff.de verb.obli.& in l.vinū.ff.si cer. pet.& hoc tenet ibi Dyn.ī 4.col.ibi dū dicit in hoc ꝯclude vltra solutionē.gl.Quare cū q̄rit quo tēpore debeat fieri ęstimatio, de hoc facit l.vxo
22 rē.§.testamēto. de leg.3.quā alleg.Old.ꝯsi. 30. ꝙ† ꝯdēnatus ad decē debet ſoluere de pecunia quæ currebat tēpore latę sentē tię,& nō tēpore executionis. Accedāt notata p̄ Doc.in l.cū qd ff.si cer.pet.& qd̄ not.Spe.in tit.de solu.in §.nūc aliqua. & Bal. in l.illud.C.de sac.san. eccle.& in l.fi. C.ꝯmunia de leg.Mora.n. ꝯmittitur p̄ interpellationē, vt in l. mora.in prin.ff.de vsur.& in l.si ex legati cā.ff.de verbo. obli.In ꝯrium tn̄ determinare vide tur do.Sebasti.in ꝯstitutione de iure ꝯgrui in verbo, fuerit, vbi dicit, ꝙ iustū pretiū ꝯsideratē fm tēpus futurū, quo tpe debet vendere vicino iure ꝯgrui: qa emptor posset acqrere seruitutē,& sic plus valeret, vel aliter meliorare, arg.l.Męuius. ff.de le. 2.Itē iusta p̄tia nō ex p̄terito sed ex p̄senti statu inducunt, vt l. 3.§.diui fratres. & ibi Bar. ff.de iure fis.& sic dēt fieri ęstimatio fm ꝙ res valet tpe sentētiæ: & p̄ hoc nouissime allego nouū tex.in c.1.si de feu.vasal.ab ali.fuerit inter.& no.Spe.ī ti.de solu. §.nūc alia.Pro solutione tn̄ vr̄ dicendum, ꝙ qn̄ nulla mora est commissa p̄ emptorem: tunc iustum pretium ęstimatur fm tempus futurum:& ita loquit opi.do.Sebastia.Sed si mora est cōmissa p̄ eum, fit, æstimatio fm tempus a tempore moræ per iura allegata in d.l.vinum. Et hoc verum est, nisi emptor haberet iustam cām litigandi. Nam donec habuit iustam causam
23 litigandi non est mora;† quia iusta cā litigandi excusat ab expē sis, vt in l.qui solidum.§.ēt.ff.de lega.2.&adde.l.igitur.§.post.de libe.cau.& C. ad l. flaui. de plagi.l.si plagij. & secundū aliquorum opiniones excusat et pęna, de quo per scribentes in l. qui Romæ §. duo fratres.ff. de verb. ob. & consequenter excusat a mora. Pileus tamen in suis quæstionibus in vltima quæst.vide tur tenere, quòd debeat ęstimari secūdùm tempus rei iudicate, alleg.d.l.3. de tritica.

Tertiò not.ex tex.ibi.vnusquisq;, ꝙ si pluribus vicinis ratione coniunctionis competat ius congrui, res illa euicta iure congrui diuiditur, p̄portionabiliter inter eos,& vnusquisq; recipit portionem suam fm magnitudinem coniunctionis, quæ est iuxta rem vēditam, ar.l.1.C.de impu.& alijs substi.& l.vnicę.C. qn̄ nō pet.par. & de hac materia dictū fuit. §.præcedenti.in vlti.not. Sed iuxta hoc quæro, vicino ꝯpetebat ius congrui, antequā obtineret in cā, mortuus est relictis plurib. quæritur an istud ius congrui transeat ad hæredes: quia(vt dictū fuit in §.præcedenti)non pōt cedi ius cōgrui, sed illud ꝙ non est cessibile nō est transmissibile, vt in l.ex partib.ff.de dā. infe.& ita not.Bal.in l.p̄ diuersas.in 16.q.C. manda.ergo &c.In ꝯrium videtur, ꝙ in hæredes transeant actiones actiue,& passiue, vt in l.j.C.vt acti.ab hære.& cōt.hære.qa hæres debet vti iure defuncti ēt si ipse sit priuilegiatus, vt ff.de vsufru. l.cum quidam.§. fisco. & fit decisio inter eos, p̄ equali portione: vt in l.2. §.& harū. de verb. oblig. & ista pars est verior. Nec obstat arg. in ꝯrium: quia ius cōgrui potest cedi cum re ipsa,& ꝯsequenter transmittitur ad hæredē cum ipsa re: sed in iure congrui se parato a re quis non potest hęres instituі per dictam regulam: sic intelligitur ista materia.

24 **Quartò** not.† ex tex. ibi. verū si infra statutū terminū, ꝙ per lapsum termini quis excluſus est a iure congrui vt hic:& facit tex.in l. item veniunt.§. a quo. ff.de peti. hęr.& ei imputandū est, qui infra terminum statutū non egit: qa p̄scriptio excludit eū a iure suo.facit bonus tex.in l.fi.ī fi.C. de his q non manumit. vbi tex. dicit, cū sibi amissis mancipijs dānū debeat imputari: quia p̄ segnitiem suā gesta taciturnitatis sopita, vt infra subdit ꝯ desides homines, & iuris sui cōtemptores. Item sicut prędscriptione,& vsucapione excluditur quis ab actione sibi competenti transacto tempore iure statuto vt C.de vsu.transl.1. Itē isto casu transacto tēpore 30.dierum excluditur a iure ꝯgrui. Non enim permittendum est cōtra quē p̄scriptum est possessorem iudicis afficere, nec separare aliquā in his viam aptam. Sed omnis aditus est remouendus l.fin. C. de quadri.præscrip.& not.Spe.in tit.de excep.§.d.ver.sed adhuc opi.Nam elapso termino intelligitur tacitam renuntiationem fieri per eū q tacuit.l.apud eum.C. de censi.li.11.l.si eo tempore.C.de remiss.pig.& ff.loca.l. cum plures.§. locator. Properare ergo debet actor ad sui iuris prosequutionē, vt C. de adulte.l. ob commissa, quia vigilantibus iura subueniunt, vt in c.vigilanti.de præscriptio. & alibi dicit Bal. ꝙ per lapsum vnius anni videtur inducі tacita repudiatio, alleg.l. si impuberes.§.fi.ad treb. & l.facta.§.si quis bonorum.ff.ad Trebel.Ita dicit ipse in l.licet. C. de iure delibe.quod not.

18 Sed quęro †an ꝯctus iste simulatus celebratus ī fraudē iuris ꝓgrui erit ipso iure nullus, vel venit annullandus per sententiam? In hac lege non reperitur. Nā si esset nullus venditor deberet vēdere minus iusto pretio ipsi vicino;quia emptor qui possidet nō posset vendere;quia nullū ius habet, ex quo ꝯctus est ipso iure nullus ꝓp simulationem, & sic libellus iuris congrui, qñ ꝯctus est factus fraudulenter ad fraudandum vicinum iure congrui deberet corrigi contra venditorem & non contra possessorem, vt dixi in §. præcedenti. si enim contractus non est ipso iure nullus, & tunc emptor qui possidet vendit vicino minus iusto pretio, & sic ꝓcluditur, ꝙ ꝯctus simulatus est nullus post sententiam, sed ante sententiā non est nullus. Et propterea debet fieri libellus contra emptorem possessorem rei & ab eodem debet peti res iure congrui; quia contractus est simulatus, & iudex constito de simulatione pronuntiabit vicino competere ius congrui; quia cōtractus fuit simulatus & gestus in fraudem vicini, & sic emptor vendet minus iusto pretio, quo ipse emit, prout expresse ponitur in isto text.

Vndecimò & vltimò no. ex tex.ꝙ ꝓtrahentes simulate in fraudem iuris congrui debēt omnibus modis quibus possunt fugere, ne eis detur iuramentū super simulatione, & econuerso, vicinus cui cōpetit ius congrui, debet esse solicitus, vt detur iuramentū ipsis contrahentibus, & hoc propter pęnam. Sed ego semper consulerem vicino, si potest probare simulationem aliter quā per iurm ꝯhentiū, ꝙ non exigat iurm ab eis; quia postea emit minori pretio quàm
29 emisset a fisco. Sed qđ † si datio iurō emptori & venditori venditor fatetur simulationem & emptor nō: & nō apparet aliud de simulatione.Certe facit semiplenā probationem tm̄, & si aliud non facit in fraudem emptoris in ꝯriū,habebit locū iurm suppletoriū iuxta no.in l.in bonę fidei.C.de reb.credi.& in l.admonendi.ff.de iureiur. Sed si aliud fuit in fauorē ipsius emptoris,vt puta quia ipse emptor probauit,ꝙ factus fuit inimicus ipsius,vēditor ille,vel aliter habet causam repulsandi; tunc habet locū iurm suppletoriū;quia fides ipsius testis est extenuata per probationes contrarias, vt dicit glo.nota.in l. 1. C.qui & aduer, quos. Et sic absoluetur emptor a petitione vicini per regulam actore non probante,vt in l.qui accusare. C.de eden.Sed an tūc quando semiplene probatur de simulatione & datur iuramentum suppletorium vicino priuetur venditor re & emptor pre-
30 tio & fisco applicetur.Dic ꝙ non; quia † in pęnis inferendis nō defertur iuramentum semiplene probanti, vt in l. 1. & ibi Bal. C.de his quæ pę.nomi.Vnde si fiscus principaliter ageret ad pęnam priuandi vēditorem re ipsa,& emptorem pretio, probando semiplene de fraude non haberet locum iuramentum suppletorium, vt s. dixi.eadem ratione quando incidenter veniret pęna applicanda fisco ex causa,quæ est inter vicinum & emptorem de iure congrui fraudato: & probetur semiplene de fraude. Nam tunc reus absoluitur, quod est menti tenendum pro limitatione huius. & per ista remanet expeditus iste §.sequitur §. prohibemus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta potentioribus an & quando teneat.*
2 *Potentiores qui dicantur 6.*
Differentia quæ sit inter titu.de alie.iudi. & ne lic.poten.
3 *Dare ſ. in adoptionem potentiori vt potentiori nemo potest.*
Officialis nihil potest recipere pro alicuius defensione etiam ad iustitiam.
4 *Iura præsumunt contra potentiores personas.*
Potentiores quid possint, & quas contra eos habeant præsumptiones.
5 *Sanguinis ratio excusat, vt donatio non videatur facta in potentiores.*
Pater nunquid possit legare filio potentiori ratione officij.
6 *Comparatiuus restringit suum positiuum.*
Clericus nunquid intelligatur potentior laico ratione officij.
7 *Consequentia non tenet.Officialis potest inferre metum,ergo contractus cum eo est meticulosus.*
Dignitas non præsumit metum.
8 *Libere agere nemo in necessitate constitutus dicitur.*
Metus materia vbi in iure tractata.
9 *Promissio beneficū trahit hominem ad suam voluntatem.*
Aduocati promissionibus magnatum credere non debent.
Promissio generalis non ligat promittentem.
Simplex dicitur, qui suasionibus credit.
10 *Potentior qui sibi donari fecit, quomodo puniatur.*
Dictio &, cuius naturæ.
11 *Fiscus est, qui imbursat pœnas legales.*

§. Quintus.

§.Prohibemus. Diuiditur iste §. in tres partes. In prima parte ponitur reg. & exceptio.In secunda ibi, potentes, ponitur declaratio regulæ. In tertia ibi, si quis, ponitur qua pęna puniuntur illi qui faciunt ꝯ regulā.Regula est,ꝙ licet in §. 3. fuerit dictū, ꝙ cuilibet licet rem suam stabilem donare inter viuos, vel causa mortis, vel legati; tñ hoc verū, nisi fiat donatio potentiori personę inter viuos, vel causa mortis, vel vigore legati, vel adoptionis, vel defensionis: & ista est regula, quæ fallit, nisi alienetur istis modis in potentiorē,qui sit de parentibus ipsius alienatoris,& ista est exceptio.declaratio regulæ est,ꝙ illæ personę dicuntur potentiores, quæ non solùm sunt potentiores per se, sed etiā sunt potentiores per suos consanguineos vsq; ad secundum gradū,per quos potest inferri timor aut promissio beneficiorum istis alienatoribus, pęna verò, quæ infertur alienatoribus in potentioribus est: quia puniuntur amissione ipsius rei donatæ vnà cum æstimatione ipsius, & fisco ipsà res vnà cum æstimatione applicabitur.h.d.vsq; ad §.scriptum est,& sic iste text.in nil facit ad materiam iuris cōgrui.aliqui habent in litera, & fiscus postea vendit iusto pretio illi,,quibus cōpetit ius prothomi. & secundùm istam lecturam tex.facit ad materiam iuris prothomiseos.

1 Nota primò ex tex. † ꝙ personis potentioribus donatio facta non tenet, siue sit donatio facta inter viuos,siue causa mortis,siue legatum.Sed iste tex.habet quatuor limitationes. & primò fallit, si bona fide alienat donando,vel legando potentiori: nā tunc donatio valet, & sic iste text.procedit, quando fit alienatio supradictis modis ea intentione & proposito,vt potētior & terribilior appareat:vt no. in l.qui stipendia. C.de procu.Ita dicit Spe. in tit.de cess.act. §. 1. ver.quod autem dici.& ita refert tenere Vincen.& Inno.in c.2. extra de alie.iudi.mut.causa fac. Secūdò fallit, nisi fiat donatio, vel legatum,vel hæredis institutio ipsi principi.Nam licèt princeps sit potentior,tamē vbi eius persona est,cessat omnis fraus, vt est tex.ibi not.in l.pe.ff.de heredi.institu. Tertiò fallit, nisi sit potentior ratione diuitiarum,vel ratione nobilitatis, vel honoris.Nam isti etiam dicuntur potētiores,vt in l.3.C.de commer. & merca.& in l.2.C.vt rusti.ad nullum obsequi.deuo. lib.11.& de istis potentioribus notauit iste tex. humani enim moris illū vereri cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur.16.q.1.c.visis.intra medium: reuerentiā enim exigenti obe-
2 dire compellimur.8.q.2.c.illud.† Secus est ergo,si est potentior ratione officij, & de ista potentia loquitur iste tex. vt in l. si per impressionē.C.quod met.causa. & in l.quicunq;. C. si quacunque prædi. pote.& in l.1. C.si rec.prouin. ſm Innocen.in c.2.extra de alienatione iudi.mutan. causa facta. Et hoc expresse probat iste textus ibi dū dicit,ꝙ illæ sunt potentiores personæ quæ possunt inferre timorē alienatoribus, & sic nō loquitur de potentiori ratione nobilitatis,vel dignitatis: & ita tenet gl. & Bar. C.ne lic.pot.l.j.& Spe.in ti.de cess.act. §. 1.ver.cęterū. & Bar.in l. cum miles. ff. de alie. iud. & est differentia inter tit. de alie.iudi. mut.cau.fac. & tit.ne lic. poten. quia primus titulus habet locū in potentiori ratione diuitiarū, secundus titulus habet locū in potentiori ratione officiorū ſm Bar.in l.j. C. ne lic.pot. Itē primus titulus habet locum, qñ alienatur res, de qua intendebat facere litē.secundus verò loquitur, ēt si non intendebat facere litē.Item inter tit.de alie.iudi.& titu.de litig. est diffe. Nam primus titulus habet locum, vt dixi, quando alienatur res, de qua intendebat facere litem secūdus titulus loquitur,qñ post litem motam fuit facta donatio,vt C.de litig.l.fi.& dicit Spe. in tit.de alie.iud.in fi.Item ti.de alie.iudi.habet locum,qñ fit donatio potentiori. Item tit.de alie.iudi.datur ad interesse, interdum ad expensas,vt in l.1.§.item si locum.& ibi Bar.ff.de alie.iudi.Sed per titulum de litigio. alienans perdit ipsam rem, vt in auth. litigiosa. C. de litig.

3 Secundò nota ex tex.† ibi adoptionis, ꝙ quis non potest se dare in adoptionem potē tentiori vt potentiori,qđ intelligitur,vt dixi s. 1.nota.& exponitur hęc adoptio,id est arrogatio; quia per adoptionē non transeunt bona filij adoptiui in patrem adoptantem sed per arrogationem sic,quò ad vlum fructum,vt Insti.de arroga.§.1.

Tertiò nota ex isto tex.ibi defensionis,quia officialis nihil potest recipere pro defendēdo aliquem etiam ad iustitiam. primò ponitur ille qui donat & ille officialis

Source : BIU Cujas

officialis qui recipit extraordinarie arbitrio iudicis, vt nota.d.c. 2.extra de alie.iud.& in l.2. C.ne lic.pot. & in titu.de ceſ.§.1.ver. cæterùm.non enim licet dare pecuniam iudici, vt iuſtam ferat ſententiam,vt in l.1.ff.de condic. ob turp. cau. immo ſi hoc faciat litigans perdit litem ſuam & datum, vt ibi no. & l. 1. C.de peda.iudi.& no.in c.ſtatutum.in ver.gratis.de reſcr.lib.6.de quo per Bart.in l.1.ff.de calum. & in l.eadem. ff.ad leg. Iul. repet. & Doct.in d.l.1.ff.de condic.ob tur.cau.

4 **Quartò nota** ex tex. † ꝙ iura præſumunt cõtra potentiores perſonas;quia potẽtior præſumitur violentiam inferre facilius, vt C. qđ met.cau. l.ad inuidiam.hinc eſt,ꝙ dicitur in eccleſiaſtico.7.c.non litiges cum homine potentiore, ne forte incidas in manus illius, non contendas cum viro locuplete, ne forte ecõtra cõſtituat tibi litem. ibi, multos enim perdidit aurum & argentum & vſq; ad cor regis ſe extendit. Item potens præſumitur tenuioribus afferre iniuriam.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præſid.Item præſumitur,ꝙ opprimũtur debiles in oportunis eorum neceſſitatibus, vt in d.l.1.ne lic.poten. Item præſumitur, ꝙ aduocati potentioribus deferant non ſuſcipiendo patrocinium in eos, ſed potius pro eis.ſ.potentioribus aduocant, vt ff.de poſtu.l.1.§. non ſolũ. Item iudex præſumitur potius deferre potentioribus,quàm iuſtitiam impotẽtibus miniſtrare,vt in Auth.vt omnes obe.prin.

5 **Quintò nota** ex tex. ibi. parentes † ꝙ ratio ſanguinis excuſat, vt non videatur facta donatio in potentiores,quãquam parentes fuerint potentiores ratione officij, videlicet ceſſio facta clerico conſanguineo,vt dicit Bal.in l.per diuerſas. C.man.& hic eſt vnus de effectibus cõſanguinitatis,de quibus dixi ſ.in rub.Et an idem ſit in patre,vt poſſit legare filio potentiori ratione officij. Certe ſic per id quod no.glo.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo. obli. quia de patre ad filium dicitur potius quædam commutatio quàm tranſlatio, vt in l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.& ibi habuiſtis hoc anno,& no. glo.in c.2.de ſeu.cog. Nam appellatione parentum non veniũt filij,ſed aſcendentes,vt no.in l.3.§.parentes.ff.de in ius voc.& C. eod. tit. l. 2.

6 **Sextò nota** ex tex. ꝙ † potentiores perſonas appellamus illas,quæ non ſolum per ſe potentiores ſunt, ſed etiam illas quæ habent coniunctum potentiorem propinquiorem vſque ad ſecundum gradum. Nam ſi litera dixiſſet propinquos,intelligeretur vſq; ad quartum gradũ, vt nota glo.in c.requiſiſti.extra de teſta. & facit quod no.in l.licentiã, C. de epiſ. & cle. ſed litera dicit propinquiores per cõparatiuũ, qđ reſtringit poſitiuum ſuum,vt in l.vbi autẽ.in prin. ff. de ver, obli.& extra de elect.c.cum dilecti.verſi.verum.& no. Doc.in l. exigendi. C. de procur. ſed quid ſi fiat alienatio alicui familiari potentioris domini. Certe idem eſt ſicut ſi fieret potẽtiori ſm Inno.in d.c.2.de alie.iud.& no.in d. l. 1. C.ne lice. poten. Sed an clericus intelligatur potẽtior laico ratione officij,videtur ꝙ ſic, vt patet in c.diligenti.cum concor.extra de fo. compet. vbi propter priuilegium fori, cui per clericum renuntiari non poteſt, dicitur potentior laico.Item quia eccleſia potẽtior eſt laico, qa nunq̃ moritur,vt in c.1.§.& ſi clientulus.de alie.feu.in contrariũ videtur, ꝙ immo quilibet laicus potentior eſt clerico, vt dicit Hoſti.in ſumma,de alie.iudi.§.fi.ex eo,quia terribilior, vt 2.q.2. c.alieni.& not.Domini.de Rota deci. 177.incip.ceſſio facta.Solutio.dicit Spe.in d.§.1.de ceſſi.act.& Doc.in d.c.2.de alien.iudi. & per Bal. in d. l. per diuerſas. in vlti. col. per Barto. in l. 1. ff.de aliena. iudi.

7 **Septimò nota** ex tex. ibi timorem, ꝙ † non ſequitur, officialis poteſt inferre timorẽ, ergo contractus factus cum officiali eſt meticuloſus: hoc idem tenet Bal.in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.vbi dicit, ꝙ quando adminiſtratio eſt annexa dignitati, non præſumitur metus illatus per habentem dignitatem, niſi alia indicia illati timoris, vel metus poſſent probari;quia dignitas non debet obeſſe,ſed prodeſſe,vt in l.ſi longius.in fi.ff.de iudi.& ita tenet Bar.in d.l.ad inuidiã.vbi dicit,ꝙ qñ officialis facit cõtractum nullo metu adhibito,niſi ſit ſolitus alteri inferre metum, de quo per Bar.& Ludo.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no. oper. nun.

8 **Octauò nota** ex tex. † ꝙ propter metũ adhibitum in contractu dicitur contractus peccare in libero conſenſu. Nemo enim in neceſſitate conſtitutus dicitur libere agere ſm Bal.in conſ.ſciſmatis, licèt coacta voluntas voluntas ſit,vt ibi per eum in d.conſi. qui multa dicit de materia metus,& in l.interpoſitas. C.de trãſa. & de materia metus habemus titulos in iure ciuili & canonico. extra de his q̃ vi metuſve cau.fiũt.& ff.eo.& C.qđ me.cau. Ideo hic me nõ extẽdo.

Nonò nota ex tex.ꝙ promiſſio beneficij trahit hominem ad ſuã voluntatẽ, ſicut etiã dicimus in teſte, vt propter promiſſionem, vel propter pecuniam, quã
9 habuit † præſumitur ſatisfeciſſe deſiderio illius,qui eum corrupit,vt in c.1.§.ſed enim. ibi corrupti forte odii gratia ſeu pretio. quid ſit inueſti.Sed hoc non cadit in aduocatis ſcientibus id qđ dicit Io.An.in addi. Spec.in tit.de aduo. §. hi dicendum.in addi. quæ incipit, dicit Guil. Anglicus ꝙ vna de cautelis aduocatorũ eſt,ꝙ non credant promiſſionibus magnatum: vt C.de lati.lib. tol. l.1. §.ſimilique modo.in fi.dicuntur enim ſimplices homines illi,qui credunt ſuaſionibus,vt dicit Bal.in l.1.in prin. C. ne fil.pro pa. maxime ſi ſunt promiſſiones generales, quæ non ligant promittentem,vt in c.cum veniſſent.circa medium. & ibi Doc.extra de inſti.& ideo not.ibi Doct.illud vulgare,ꝙ multos decipit, Io ben faremo. Quia ſcilicet de vento ſeruitur, vt dicit ibi Do.Cardi.faciunt ea quæ habentur in l.ita ſtipulatus. la grande.ff.de verb.obli.

10 **Decimò nota** ex tex.† ꝙ ſi potentior præſumpſerit in ſe fieri donationẽ per aliquã iuſſionem, ꝙ aufertur res ipſa donata & præſtabit fiſco æſtimationem eiuſdem rei. Sed an fiſcus habebit ipſam rem & pœnã. Videtur ꝙ ſic,quia tex.loquitur per dictionem &,quæ coniungit,vt in l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verb. obli. ſed in contrarium facit;quia non eſt addẽda afflictio afflicto, vt ff.de offi. præſid.l.diuus.Affligetur enim ipſe alienans, ſi res ipſa applicetur fiſco, ex quo afflictus eſt patiendo impreſſionem a potentiori,& hoc vltimum vĩ verius, inquantũ dicitur in tex. ſi quis autem ex potentioribus, ſed ſi habes ſi quis autem ex alienatoribus,tunc ſit vera poſitio caſus,vt res & æſtimatio eius applicetur fiſco,ſi facta ſit donatio in potentiorem eo animo,vt in potentiorem fiat,vt dixi ſ.in 1 no.quia tunc ipſe delinquit,& ideo ipſe punitur: probabitur autem iſtud ex verbis & factis præcedẽtibus,vt no.gl.in l.1.in §.eum.ff.de cõſti.pecu.l.apud Celſum. in prin.ff.de do.excep.& in cle.1.de homi.per Bal. in l. moueor. C.de ſer.expor.& per gl.in l. 1. C.de ſicar.& Bar. in l. Fulcinius. & l.quod autẽ.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& in l. Labeo. ff.de ſupel. leg.& glo.in §.aliæ.Inſti.de act.

11 **Vndecimò** & vltimò no.ex tex.† ꝙ fiſcus eſt ille,qui imburſat pœnas legales, de qua materia plene per And.in c.1.quæ ſint rega. & tetigi in §. præcedenti. in 8. no. & in iſtis pœnis impoſitis a lege iudex debet eſſe ſolicitus in earum exactione, & poſt exactionem curet fiſco aſſignare, aliàs de ſuo illas ſoluere fiſco tenetur,vt in Auth. defun. ſeu.fune.eo.§.pe. Poſſem protelare materiam huius §.in longum. ſed quia omnia eſſent extra materiam iuris congrui, ideo omitto. Et hic finiunt verba Federici & ſequuntur quædam leges grecè loquentes de iure Prothomiſeos:& iſtæ leges græce non ſeruantur,niſi vbi eſt conſuetudo,vel ſtatutum,quia ſunt leges locales.ideo ſequitur §.ſcriptum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui a quibus introductum.*
Lex paulatim ex deſuetudine labitur.
2 *Leges princeps quas voluit obtinere.*
2 *Lex per non vſum an tollatur, & quando.*
4 *Ius Prothomiſeos ratione cuius venditcet ſibi locum inter coniunctos.*
5 *Vicinus in iure congrui nunquid compellatur emere plura corpora diuiſa vno pretio vendita. 6.*
Solutio particularis multa incommoda inferre poteſt.
7 *Acceſſorium in venditionibus nunquid ſequi debeat principale.*
8 *Maior pars in iure congrui an trahat ad ſe minorem.*
9 *Modicitas in rebus an veniat conſideranda, & quid operetur.*
Tranſgreſſor in modico non vituperatur.
Feudum non perditur modico damno.
10 *Ius Prothomiſeos in rebus non coniunctis ceſſat.*
Minima quando veniant in conſideratione. Et de modico quãdo attendatur.
11 *Terminus qui datur præſentibus ratione abſentiæ prorogatur.*
12 *Contrahentibus non licet pœnitere in vicini præiudicium, quando agitur de iure congrui.*
13 *Vicinus an habeat ius congrui contra euincentem.*
14 *Vicinus an poſſit agere iure congrui contra venditorem pretio nondum ſoluto.*
15 *Ius congrui an tranſeat in emptorem. 19. 20.*
16 *Victoriam habere dicitur, qui habet ſententiam pro ſe.*
17 *Denunciatio in iure congrui debet fieri ſolenniter.*
18 *Vicinus dupliciter iuri congrui poteſt renuntiare & quomodo.*

§. Sextus.

§. Scriptum eſt. Hæc eſt ſexta pars principalis, in qua dicitur, ꝙ in legibus Grecorum de iure Prothomiſeos cauet, ꝙ ille qui habet ius congrui rõne vicinitatis,ſi eſt præſens in ciuitate,vbi res venditur, vel in ipſo loco habitat,vbi venditur res,habet quatuor menſes ad petendum ius cõgrui vſq; ad diem requiſitionis, & ſic requiritur denuntiatio ſm leges Græcorum,ſi aũt ille cui cõpetit ius congrui rõe vicinitatis ſit abſens ab illa terra, in qua eſt res quæ vẽditur,tunc habet vnum annum a die ſcientiæ ad petendum ius congrui,ſed ſm iſtam legem currit annus a die requiſitionis,& hoc

Source : BIU Cujas

hoc verum, nisi fuisset vicinus requisitus a venditore, si vellet emere, & ipse renuntiassem. Nam statim post renuntiationem exclusus est a iure congrui. h. d. vsq; ad §. item de sponsa.

1 **Nota primò** ex tex. † q̃ ius congrui est introductũ origine a Grecis, & sic est ius ab antiquo tempore introductum, immo etiam in veteri testamento de hoc iure cauetur, vt dictum fuit s̃. in rub. nouissimis temporibus confirmatum p̃senti Federici sanctione & consuetudinibus & statutis ciuitatum communiter per Italiam seruatur. Ergo hæc lex in toto isto regno Sicilię seruabitur; quia iste imperator fuit huius regni & Hierusalem & Siciliæ, vt dicit And. in c. 1. in prin. de capi. Corra. Sunt tamen aliquæ ciuitates in isto regno, quæ non habent ius congrui, & hoc est de consuetudine, & sic lex ista tollitur per non vsum: ex desuetudine enim lex paulatim omnino penè cadit, & vsus hoc præcipiens in aliam transfert figuram, vt in Auth. de iudi. in prin. & facit bonus tex. in Auth. vt ordo dig. ſerue. in prin. lex enim non vtendo perimitur, vt in Auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. & C. de repu. l. fi. & ideo conquiescit, vt Insti. de excep. in fi. & q̃ lex per desuetudinem obũbretur, voluit tex. in proç. Insti. in §. igitur. & ideo princeps
2 eas tantum leges † obtinere voluit, quas vel iudiciorũ frequentissimus ordo exposuit, vel longa consuetudo vrbis Romæ approbauit, vt C. de vete. iur. enucl. l. 1. §. nulla itaq;. & hoc dicitur ius optimum, vt C. de vsur. l. 1. vnde concludo, q̃ lex ista tollitur per desuetudinem. Nam si in ciuitate Auersę, vbi non seruatur ius congrui, vel alibi, vbi nũquam fuit obseruata hæc lex. ibi nõ poterit allegari lex ista in iudicijs. Cum in iudicijs allegata non seruetur per iura allegata. Aliàs si super mille annos allegata nõ sit in iudicijs, non per hoc abijt in desuetudinem hæc lex: quia interpellatione opus est. Nam sic inducitur consuetudo in contradictorio iudicio, vt nota. in c. Abbate. de verb. sig. id enim q̃d vsitatum nõ est, fieri non potest, vt ff. de aqua plu. arc. l. si prius. §. 1. & ita concludit Luc. de Pen. in l. presto. C. de pala. sac. largi. lib. 12. & in l. euidenter. C. de exact. trib. & in l. 1. C. de colla. do. lib. 10. sed Iaco. de Bel. in Auth. de hæredi. & fal. post princi. in 1. q. an lex tollatur per non vsum, sic distinguit per quinq; capita, & primò aut lex non est seruata nec in contrarium obseruatũ. secũdò aut non est seruata, sed semper in contrarium obseruatum. tertiò aut lex aliquando est seruata, sed malus vsus eã transtulit in aliam figuram. quartò aut lex aliquãdo est seruata, sed postea desijt frequentari, & cepit tacite in desuetudinem abire. quintò aut lex est aliquando seruata, sed bonus vsus eam trans-
3 stulit in aliam figuram. † Primo casu lex nullo tempore tollitur, vt C. de legi. l. leges. & de diuer. præscri. l. falso. 2. q. 6. c. in istis. Secundo casu sine dubio tollitur lex per desuetudinem, vt in d. §. igitur. & in l. vetustissima. C. de iur. do. impe. Tertio casu quando malus vsus eam transtulit in aliam figuram, eo casu tollitur per desuetudinem, vt in Auth. de iudi. post prin. Sed in hoc distingue, vt in Auth. vt nul. iudi. §. 1. Quarto casu, tunc etiam per desuetudinem tollitur, vt in §. 1. in Auth. de hęred. & fal. & ff. de interro. act. l. 1. Quinto casu non tollitur per desuetudinem, vt nota. in l. de quibus. ff. de legi. & C. commu. præd. l. venditor. §. si constat. & C. quæ sit long. consue. l. fi. facit l. fi. ff. de plag. Et hæc distinctio videtur esse de mente Cy. in l. rem non nouam. C. de iud. & ex ista distinctione potest colligi in quibus locis seruatur hęc lex.

4 **Secundò nota** ex tex. q̃ † ius congrui vendicat sibi locum inter coniunctos ratione rei stabilis, non autem inter coniunctos ratione sanguinis tantùm. Et hoc expresse probat iste tex. ibi dicit per ꝓfinem secundum ipsam propinquitatem, & ita etiam seruatur in ista ciuitate Neapolis, licèt in aliquibus partibus regni per statuta seu cõsuetudines habet locum ius cõgrui ratione sanguinis tantùm, prout dixi s̃. in rubr. de priuileg. sanguinis.

Tertiò nota ex tex. q̃ ſm leges Græcorum tempus petendi ius congrui est tẽpus quatuor mensium inter præsentes, inter absentes est annus a die requisitionis ſm iustum tex. qui expresse dicit. Ita tamen si fuerunt a venditoribus requisiti. Regulariter autem vbi expresse statutũ vel consuetudo non requirit expressam denuntiationem, currit istud tempus a die scientiæ, & plene dictũ fuit in §. 2. in prin. Not. & aduerte ne erres, quia iste tex. non corrigit legem Federici, quæ statuit tm̃ triginta dies ad petendum ius congrui; quia illa lex seruatur, vbi non est contraria consuetudo in termino, qui datur ad petendum ius congrui, non hæc consuetudo Græcorum, quia hic tantummodo consuetudines Græcorum referuntur non autem q̃ illæ debeant seruari, nisi vbi est talis consuetudo, qui enim declarat, vt aliàs refert, nihil de se facit. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. Quidam tamen dicunt, q̃ prescriptio 30. dierum habet locum, quando facta est denuntiatio, sed vbi non est facta denuntiatio; tunc quatuor menses, vel annus currit a die scientiæ ad petendũ ius congrui. Sed ego miror de istis, cum iste tex. expresse dicat, ita tamen si fuerunt a venditoribus requisiti, vt supra dixi.

5 **Quartò nota** ex tex. q̃ † ille qui est vicinus rei venditæ potest petere illam rem iure cõgrui sed hic dubitatur de pulchra quæstione, quam Bal. hic ponit, quid si ego vendidi tibi domum existentem Neapoli & terram existentem Auersæ pro vnico pretio, puta pro vnciis centum, vicinus domus vult emere iure congrui tantùm domum, venditor dicit, aut totum emas, idest domum & terram, aut nihil, quæritur quid iuris? Respondet Bal. q̃ videtur, q̃ vicinus nõ sit audiendus, volens emere domum tantùm, per illud generale, aut totum admittendum, aut totum repudiandum, vt C. de iu. deli. l. quidam eulogio. & ff. ad municip. l. cum quæritur. in fi. Secũdò pro hoc facit; quia domus & terra vnico pretio fuerũt venditæ, & sic est vna venditio, meritò non debet diuidi particulari solutione. Quia particularis solutio multa incõmoda inferre potest, vt in l. plane. ff. fami. erc. & no. in l. quidam æstimauerunt ff. si cer. pet. tertiò quia dicit venditor, q̃ sua interest simul vendere domum & terram vnica venditione, quia aliàs separatim non reperiret emptorem terræ, argu. l. 2. ff. fam. erci. & l. nemo. §. in fundo. eod. ti. nec ille emptor vult emere domũ sine terra, arg. ff. de in diẽ addic. l. q̃ si vno pretio. & ff. de mino. l. tutor. §. 1. & ff. de ædil. edi. l. cum eiusdem. & ff. de solu. l. si quis alia. in princ. meritò videtur, q̃ vicinus non habet ius congrui volendo solum domum emere.

6 **In contrarium** tñ est veritas. s. q̃ † vicinus possit habere domum cõiunctam absq; eo q̃ compellatur emere terrã; quia licet domus & terra vnico pretio sint venditæ, tñ plura sunt corpora diuisa, domus, & terra; quia quot sunt res separatæ, vna ab alia tot sunt venditiones, ar. l. scire debemus. ff. de verb. obli. & pro hoc facit; quia si plures fundi sunt venditi vnico pretio, si euincitur vnus fundus, ad illum vnum agitur de euictione, vt in l. cum in plures. ff. de euic. Sic in proposito nostro si in vna re vendita vicinus habet ius Prothomiseos, non est dicendum q̃ propter terram venditam, ad quã non habet ius Prothomiseos, nec illam emere intendit, q̃ perdat ius congrui ad domum, cum facto venditoris venden te plures res vnico pretio fiat præiudicium ipsi vicino habenti ius congrui a iure cõi per istã legem: quia bñficiũ concessum a lege per priuatũ tolli non potest, vt in Auth. de nup. §. non solum. neq; per alterum debet iniqua conditio alteri afferri, vt ff. de reg. iur. l. non debet. Nec ob. in contrarium allegata ſm Bal. hic: quia illa habent locum, quando venditur vna domus plures habentes membra, & vicinus vellet partem eius emere iure congrui; tunc non admittitur, nisi ad totum aut ad nihilum: &
7 sic q̃n vẽditur vna res vel vnum corpus † cum pluribus' accessorijs, non potest accessorium sine principali. facit ad hoc quod not. glo. in l. cum eiusdem. ff. de ædi. edic. at nos loquimur, quando plura corpora separata venduntur licet vnico pretio, vnde licet vna sit venditio respectu pretij, tamẽ respectu plurium corporum possunt dici plures emptiones & venditiones; quia pro singulis potest agi actione ex empto, vt ff. de act. emp. l. si vno. & facit. d. l. scire debemus. & pro hoc facit; quia si testator vnico contextu verborum plures legat res, quot sunt res, tot legata esse censentur, & legatarius potest vnam repudiare & alteram petere, vt ff. de leg. 2. l. neminem. & similem distinctionem feci in c. 1. in prin. quid sit inuestit. in quarto notabili, in quæstione, an sufficiat capere possessionem cuiusdam rei feudalis vel omniũ rerum feudalium, de quo etiam per scriben. in l. 3. ff. de acquir. pos. & sic concluditur, q̃ vicinus potest petere domum sibi adiudicari iure congrui absq; eo q̃ compellatur terram emere.

8 **Sed iterum quæro** † pone q̃ quis vẽdidit omnia bona sua. Ego peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipsius ratione alicuius rei ex ipsis mihi coniunctæ vel venditor emptori dicit, recipias tantùm rem coniunctam, quæritur quid iuris? Respondit hic Bal. q̃ vicinus admittitur ad ius congrui solum ratione illius rei quę est sibi coniuncta & non ad alia bona vẽdita; quia illud ius congrui est ius reale, & afficit rem ipsam coniunctam, & iudex illam æstimabit, deducta æstimatione aliarum rerum venditarum in communi, vt ff. de lega. 2. l. si quis ex ipsa. & l. qui solidum. §. 1. eod. tit. Sed ego quæro, quid si quis vẽdidit omnia bona sua stabilia, ita q̃ omnia sunt vicina fundis meis præter vnum fundum modici pretij, ego volo istum fundum, vnà cum alijs bonis ratione iuris Prothomiseos, qd̃ habeo ratione maioris partis bonorum venditorum, quæritur quid iuris? Videtur prima facie q̃ etiam in illo fundo ratione maioris partis bonorum venditorum in quibus habeo ius cõgrui cõpetat ius Prothomiseos, quia maior pars trahit ad se minorem, arg. c. auditis. §. ipse verò. de elec. & in c. 1. extra de his quæ fi. a maio. par. cap. & ff. ad muni. l. qd̃ maior. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. fi. & l. maiorem. Item quia de modica re non est curãdum: nã licet post tempus non liceat purgare moram, tamen intra modicum tẽpus licet, vt in l. si ita quis. §. Scia. ff. de verbo. obli. facit c. potuit.
9 locati. † Item vbi res est prohibita alienari non tamen intelligitur modica res prohibita, vt no. in gl. in Auct. de hære. & fal. §.

hinc

Source : BIU Cujas

hinc nobis.in ver.ſubſtantiam.& ibi dicit Ang.ꝙ illa gl.facit ad ſtatutum dicens ꝙ nullus poſſidens apothecam poſſit capi per ſonaliter; quia ſi aliquis poſſidet viliſſimam apothecam, non gaudet commodo ſtatuti.facit,qđ dicit Bal.in l. 2. C. de reſcin. ven.in 12.q.vbi dicit, qui parum tranſgreditur nō vituperatur, alle.l.Ariſto.& ff.de condi.& demonſtra.l.quamuis. facit etiam quod dicit Bal.in l.ſciēdum.& ibi gl.ff.qui ſatiſ.cog.ꝙ licet poſſidens ſtabilia releuetur ab onere ſatiſdandi, non tamen releua tur poſſidēs domunculam vel ceſpitem terræ. Accedit ad hoc. 12.q.2.c.terrulas. & qđ not.Ang.in §. hoc etiā.in fi.in Auth. de alie.& emphy.Item ſi vaſallus ſciat domino imminere damnū, debet reuelare domino, aliàs perdit feudum; tamen ſi non reuelat & ſit modicum damnum non perdit feudum,vt in c.1.§. præterea.& ibi dixi in 2. not. quę ſit pri.cau.benefi.amit. Regulariter aūt de modicis non curat prætor, vt in l. ſi poſt morā. ff.de cōmu.& ibi plene per Iac.But.qui ponit fallentias ad hoc.

Sed in contrarium facit; quia non habet locū ius congrui in illa modica re ratione maioris partis bonorum vicinorū. Primò quia iſta
10 res eſt ſeparata ab alijs rebus vicinis, & in rebus nō ꝓiūctis non habet locū ius Prothomiſeos per iſtam legem. Non ob. ꝙ res eſt modica;quia minimum etiam eſt in conſideratione. Nam ſeruus dicitur habere peculium licèt minimum habeat,vt ff.de ædil.edi.l.ſi quis venditor.in fin. & facit ad hoc quod no. Bal.in l.1.C.quę res expor.non debe.vbi dicit,ꝙ ille,qui eſt prohibitus portare vinum, nō poteſt portare vnam phialam cauſa guſtus. Iſta quæſtio poteſt terminari ex his quæ no.per Pau. de Ca.in l. quicunq;.C.ſi.regū.vbi dicit,pone ꝙ dicat ſtatutū,ꝙ ille qui habet prædium 14. modiorum iuxta prædium alterius quatuor modiorum poſſit compellere illum ad vendendum illud prædium quatuor modiorum, dummodo non ſit prædium vltra quatuor modia; quia forte eſſet quatuor modiorum & quarti vel modij & 7.Vtrum propter tam modicum ceſſat diſpoſitio ſtatuti.Dicit ipſe ꝙ ſic; quia quando receditur a iure ſpeciali & regreditur ad ius commune,non curandum de modico;vt in l. ſcio.de in integ. reſt. Sed hic receditur a ſtatuto,quod eſt de iure ſpeciali,& acceditur ad ius commune, quo iure nullus compellitur rem vendere,vt in l.nec emere. C.de iure delibe. ergo a contrario ſenſu ſi non receditur a iure cōmuni de modico eſt curandum, vnde cum ius congrui eſt commune per iſtam legem,dicendum eſt,ꝙ in illo modico, in quo nō eſt congruitas, non habet locum ius congrui. Secus ergo dicendum eſt, ſi per ſtatutum permiſſum ſit ius cōgrui: & hæc videtur ipſa veritas.

11 **Quintò nota** ex tex.ꝙ † ſm legem Grecorum præſcriptio,per quam vicinus excluditur a iure congrui, eſt inter abſentes vnus annus, & inter præſentes ſunt quatuor menſes. Sed contra hoc oppono de cōſtitutione regni. dicta conſuetudine.de præſcrip. vbi tex.vult, ꝙ in iſto regno ſint caſſatę & annullatæ præſcriptiones anni,menſis,& dierum,& horæ:& illa cōſtitutio fuit poſt iſtam. Nam iſta lex fuit de primis legibus quas ordinauit Federicus, meritò videtur, ꝙ ius congrui poterit peti etiam poſt annum. Similiter dicta conſtitutio tollit præſcriptionē anni,menſis,diei,& horæ, quæ fuerant indutæ per conſuetudinem, non aūt tollit præſcriptionē anni,menſis,diei,& horæ,quæ fuerunt inductę per legem. Sed hæc ſolutio non placet;quia ſequeretur ꝙ ſi per conſuetudinē, vel ſtatutum eſſet,ꝙ præſcriberetur ius congrui per annum,talis conſuetudo vel ſtatutum nō valeret; quia ꝯſuetudo quæ eſt ante vel poſt ꝯſtitutionē regni ꝯ aliquam regni ꝯſtitutionē nō valet,vt dicit gl.in proęmio ꝯſtitutionum regni,in fi.no.Io.An. in c.j.§.fi.quali.olim feu.alie.pote.Quare ſolue melius,ꝙ ibi tolluntur præſcriptiones anni.menſis,diei, & horæ, per quas tollitur dominium, non autem ſublatæ ſunt præſcriptiones anni, menſis,dei,& horæ,per quas non tollitur dominium abſq; pretio, prout contra in materia iuris congrui: & hoc videtur eſſe de mente glo. in dicta conſtitutione ducatus.

Sextò nota ex tex.ꝙ ratione abſentiæ prorogatur terminus,qui datur præſentibus vltra medietatem termini,regulariter aūt prorogatur abſentibus terminus vſq; ad medietatem,vt patet in præſcriptione 10.ann.inter præſentes.& 20.inter abſentes,vt in §.1.Inſti.de vſucap. cum ſi. Sed hic abſenti prorogatur per duos menſes vltra medietatem termini qui datur preſentibus.

12 **Septimò nota** ex tex.ibi in venditione, ꝙ † non licet ꝯhentibus pęnitere in præiudicium vicini,ſi ꝯctus venditionis erat perfectus, immo ſi poſtea emptor & venditor pęnitentia deducti reſoluunt ꝯctum,poterit vicinus rē illā petere iure ꝯgrui:& hoc ꝓbat iſte tex.qui ſimpliciter requirit ꝯctum venditionis eſſe perfectū,vt vicino ꝯpetat ius congrui,& nihil dicit,ꝙ fallat,niſi pęniteat, & ſic generaliter eſt intelligendus,vt l.de pretio.ff.de publ.cum ſi.& per.hoc facit bonus text.in c.1.quid iur.ſi poſt alie. feu.vaſal. recupe. Itē quia diſpoſitionibus iuris non eſt locus pęnitentiæ.l.1.§.ſi rem. ff.depoſi.l.rogaſti.ff.de præſcrip.verb.& no.in 1.diſt.c.ſi quis nō dicam rapere. faciunt ad hoc ea quæ habētur in illa quæſtione, ſi emphyteuta vendidit rem irrequiſito domino:& ſic propter iſtam culpam perdidit rem,vt in l. 2. C. de iu.emphy. An ſi poſtea pęnitentia ductus recuperat ipſam rem, ſit excuſatus a pęna,de quo per Bar.in l.4.§.idem Labeo. ff.de vſuca. & per Ioan. And.in c.ſi quis.de reb. eccle.non alie. & in c. potuit.de loca. & Bal.in conſi.ſuo 34.incip.abſq; longa.& in Spec.in titu.de loca. §.nunc aliqua.ver.96.& Bal.in l. ſi quis non dicam rapere. C.de epiſ.& cler.& Saly.in l.fi.C.de iur.emphy.& Bar.in l.1.C.de grege dominico.lib.12.& Bal.in l.fi. C. de rei vendi. & in l.quoties. de hęre.inſti.& Pe. de Ancha.in reg. peccati venia.lib. 6. & dixi in c.1.§.& qui delator.quę fuit prima cau.benefi.amit. Prędicta vera intelligo, ſi ex venditione tranſlatum eſſet dominium in emptorem, licèt poſſeſſio ſit penes venditorem, quod poteſt eſſe, quando precario ſe nomine emptoris poſſidere cōſtituit, vt no.Bal.in l.1.quando lic.ab emptio.diſcedere.

13 **Sed iuxta** prædicta quæro † de aliquibus q̄ſtionibus, & primò quid ſi venditur res, & anteq̄ vicinus ab emptore euincat iure Prothomiſeos, res euincitur per alium ab ipſo emptore,an contra illum, qui euincit vicinus habeat ius congrui? Dic ꝙ non:ſicut dicimus, ꝙ qñ res alienatur ex cauſa neceſſaria,puta per ſententiam iudicis,non habet locū ius congrui,vt ſ.dixi in §.3.eadem ratione quādo res euincitur, & poſſeſſio penes alium vadit, non competit ius congrui ꝓtra poſſeſſorem;quia alienatio eſt neceſſaria ex cauſa euictionis,ſiue res ſit euicta per ſententiam iudicis, ſiue per ſententiam arbitri,ſiue arbitratoris;vt in l.1.ff.de arbi.cuius ſententia habetur vt tranſactio, vt in Auth.vt diffe.iud. poſt princip. Et in tranſactione non habet locum ius cōgrui,vt in §.3.ſ.eo.ergo &c. Sed quid ſi res vendatur cum conditione,ꝙ ſi vicinus petat ius congrui, res ſit inempta, an habeat locum ius congrui? Videtur ꝙ ſic; quia talis conditio fuit appoſita ad præiudicium tertij ſcilicet vicini,& res inter alios acta tertio nō prejudicat.facit bonus tex. in l. qui balneum. ff. qui pot.in pign. habe. In contrarium videtur, ꝙ talis venditio pendet ex futuro euentu, ſcilicet quòd ſi vicinus, non petat ius congrui tunc res ſit uendita, ſed ſi petat uicinus ſit ipſo iure reſoluta. Poteſt autem fieri venditio ſub conditione,vt Inſtit.de emp.& ven. §.pe. Item quia pōt fieri venditio ad arbitrium tertij,vt l.fi.C.de contrahen.emp. & hanc partem puto veriorem per per tex.in l. ſi hominem. ff. de vſufruc. vbi videtur deciſio huius quæſtionis.

14 **Item quæro** de illa quæſtione † pone ꝙ dicit ſtatutū, ꝙ ſi vēditor nō ſoluit gabellam, nō poſſit petere pretium,accidit ꝙ quidam vendidit domum emptori,quę mihi coniuncta eſt,& venditor non ſoluit gabellam, emptor petit domum tradi virtute emptionis.Ego vicinus eandem domum mihi tradi iure congrui.Dicit venditor ꝙ ipſe nō tenetur ad tradendum emptori:quia pretium nondum ſolutū eſt,nec ad pretium poteſt agere vigore ſtatuti, & non eſt cōueniēs,ꝙ emptor habeat rem & pretium,argu.l.1.C.de ſer.expor- & ſi liberato vno ex contrahentibus,hoc eſt ipſo emptore a ſolutione pretij, alter ſcilicet venditor effectualiter non tenetur ad tradendum,vt in l.bona fides.ff.de act.emp.Item dicit venditor, ꝙ ipſe non tenetur vicino ad tradendum iure congrui dictam domum; quia contractus eſt reſolutus inter eum & emptorem, tamen hoc non obſtante videtur dicendum ꝙ venditor tenetur ad tradendum ipſi emptori, & emptor nō tenetur ſoluere pretium ipſi vēditori vigore ſtatuti: & hoc in terminis noſtris format Bald.in l.mortis caſus. C. de peri.& commo. rei ven. & conſequenter habebit locum iſto caſu ius congrui. Sed dubium ſtat in hoc,cui ipſe vicinus tenetur ſoluere pretium an venditori, an emptori, & certe ſi pretium ſolueretur emptori per vicinum,emptor lucraretur cum aliena iactura; quia haberet rem & pretium duplicatum contra l.nam hoc natura. ff.de condi.indebi.vnde videtur mihi æquius, ꝙ debeat ſolui pretiū per vicinum venditori,ſi res nondum ſit tradita emptori,ſed ſi tradita ſit emptori, tunc pretium ſoluitur emptori per vicinū, & venditor ad illud pretium aget, non quidem ad illud pretiū conuentum;quia illud non poteſt petere vigore ſtatuti, ſed ad illud pretiū, quod habuit occaſione rei, ſiue a vicino, ad quod ſtatutum non ſe extēdit,ſed intelligitur de pretio quod debeat ſoluere ipſe emptor. Nam ſtatutum eſt ſtricti iuris, & propterea venit ſtricte intelligendum ſm doc. Barto. in l. omnes populi.in materia ſtatutorum.ff.de iuſti.& iur.quia illud quod oc caſione rei meæ ad te peruenit meum eſt.l.hęc conditio.& l.nā hoc natura. & l. indebiti. ff. de condi. inde. & hæc opinio ſapit maximam æquitatem.

15 **Item quæro** † Quidam emit domū, & poſtea ego emi aliam domum collateralem illi domui primò emptæ. An ego habeo ius congrui ad illam primā domum emptam? Videtur ꝙ non; quia ego emi vltimò, immo ille primus emptor aget iure congrui contra me.In contrarium facit; quia ſi ille, a quo ego habeo cauſam, poterat agere contra illum primum emptorem iure congrui, illud ius trāſit ad empto-

Source : BIU Cujas

ad emptorem,vt in l.dolia. cum concor. ff. de contrahen. emp. & hoc verum procedit,quãdo ille a quo ego causam habeo po terat exercere ius congrui,secus si non poterat exercere ius con grui,puta quia venditor esset ecclesia, vel fiscus,vel etiam rusticus qui non habent ius congrui,vt in §.fi.ĩ.eo.& ibi dicetur.Nã tunc ex quo venditor non habet ius petendi ius congrui,nõ po tuit illud transmittere;quia nemo transmittit quod non habet: vt in l.2.C.de leg.& in l.traditiones. ff.de acqui.re. do. Sed si ecclesia emit ab alio,qui habet ius ꝯgrui,non transit in ecclesiã,licet a quo habet causam ecclesia poterat vti iure cõgrui, & hoc ideo; quia ecclesia prohibita est vti iure congrui siue vendat siue emat per istum text. in fi.

16 **Octauò nota** ex tex. ibi victoriã † ꝙ ille qui habet sententiam pro se dicitur habere victoriam, quod patet, quando vicinus iure congrui obtinet domum coniunctam,videtur habere victoriam, sic etiam aduocatus quando vincit in causa dicitur habere victoriam, sicut miles quando vincit in prælio: cum aduocatus militi armorum ꝙuiparetur,vt in l.aduocati. C.de aduo. diuer.iudi.

Nonò no.ex tex. ꝙ præscriptio temporis excludit vicinum a iure congrui,de quo dictum fuit in §.2. s̃.eo.in 4.no.

Decimò nota ex tex.ꝙ requisitio,seu denunciatio, quę est necessaria in hoc iure congrui secundùm tenorem huius constitutionis debet fieri solen niter;quia tex.iste dicit,solenniter requisiti,& sic non sufficit so la scientia;quia ibi in denuntiando requiritur certa forma; tunc semper denunciatio est de substantia, nec sufficit sola scientia,
17 vt in l.denuntiasse. ff. de adul. † Ista sunt verba Bald. in materia denunciationis in l.post perfectam.C.de peri. & cõmo. rei ven. & hoc fuit late dictum in §. 2.s̃.eo.in 1.no. & ista solẽnitas consistit in hoc;quia debet volens vendere requirere vicinum ante venditionem, si ipse vult soluere iustum pretium illius rei vendendæ,vel quantum ab alio inueniet,aliàs vicino non currit tẽpus ad petendum ius congrui,nisi a die denunciationis,si denũciatio fuit facta post venditionem ad effectum inducendi præscriptionem,& tunc debet dicere ipse emptor,vel venditor vicino,qualiter factus fuit contractus venditionis talis fundi pro tãto pretio, & a die prædictæ denunciationis currunt illi 30. dies *fm legem Federi.* vel *fm* consuetudinem Græcorum currunt illi 4.menses,vel annus,prout dictum est in §.2.in 10. no.& quę ibi dixi hic repetenda non sunt.

18 **Vndecimò nota** † ex text. in finalibus verbis, ꝙ dupliciter vicinus potest renũtiare iure congrui,scilicet tacite & expresse. Tacite cum permisit labi tempus,in quo potuit agere iure congrui,Expresse quãdo renuntiat per pactum, puta quia promisit vicinus emptori non vti iure congrui contra eum. Sed quid si vicinus promisit venditori,ꝙ ipse non aget iure congrui contra emptorem futurum, an emptor possit postea se iuuare de isto pacto? Videtur ꝙ sic;quia fit accessus de venditore ad emptorem, vt in l. de accessionibus.ff.de diuer.& tempo.præscri. & est bonus tex.in d.l. dolia.§.1.ff.de cõtrahen.emp. & ff.de pac.l.si tibi. §.pactum.Sed in contrarium facit l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de ver.obli.vbi alteri stipulari nemo potest.Solu.pactum de iure congrui nõ vtendo est reale,& ideo transit cum ipsa re, non obstante ꝙ factum sit cum venditore;quia res transit cum sua causa, vt ff. de pig.l. pignoris, & ff.de pig.act.l.si conuenerit. §.si fundus, & C. de distrac.pig. l.si debitor. cum simili. Vide ad hoc etiam quæ dixi s̃. in§.1.in 10.nota.Sunt tamen multi casus,vbi valet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per Barto.in d.l.stipulatio ista.§.si stipuler.de verb.obli. Sed quæro,quid si promisit non mouere quæstionem super tali domo,an poterit postea agere iure congrui contra emptorẽ eiusdem domus? Dic ꝙ nõ. arg.d.l.stipulatio ista. §.si quis forte.vbi dicit Ang. ꝙ ille qui promisit non mouere controuersiam super domo,non poterit mouere super vsufructu,vel alio iure:& sic pondera istud verbum,vel alio iure,quia per consequens videtur comprehendere ius congrui.

19 **Vltimò quęro,** quidam volens vendere † quandam domum requisiuit vicinũ si vellet emere; quia reperit emptorem, si ipse vicinus non vult emere.Respondit vicinus,ꝙ placet quod denuntiasti, ille qui fecit denunciationem non expectans 30. dierum lapsum vẽdidit alteri, & ille vicinus postea intra 30. dies vendidit domum suã alteri:nũc intra tempus nouus emptor, qui emit ab isto vicino cui competebat ius congrui vult petere domum iure congrui, dicens ꝙ facta fuit accessio iuris congrui de venditore ad emptorem.ille extraneus emptor dicit, ꝙ non tenetur ad tradẽdũ iure congrui;quia eoipso ꝙ vicinus vendidit rem,videtur renũtiasse tacite iuri congrui;quia non habebat intentionem habendi bona stabilia in illo loco,ex quo sua vẽdidit in illo loco: cum nemo præsumatur incontinenti contraria agere, arg. l. non ad ea.cum simi.ff.de condi.& demon.& sic ista renũciatio fuit realis,& consequenter trãsit in ipsum emptorem. Quæritur quid
20 iuris sit? † Breuiter respondetur, ꝙ per venditionem non videtur quis renuntiare iuri suo Prothomiseos qđ iam cõpetebat; quia illud ius congrui videtur tacite vẽdidisse vnà cum ipsa re, per d.l.dolia.cum simili.s̃.alleg. ergo poterit agere iure congrui contra illum qui emit intra terminum 30.dierum,secus si post terminum emisset.Nam tunc prescriptione vẽditor & emptor rei vnitæ essent excluſi a iure congrui,& hoc etiam videtur esse de mente Bald.in c.1.2.col. & Do. Sebast.in prima consuetudine ciuitatis Neap. de iure congrui in ver.emit. & hæc omnia.d. in præsenti constitu. Græca veniunt per modum additionis ad tex.præsentis legis Do. Fede.Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Vicini qui sint in iure congrui potiores.*
2 *Priuilegium societatis maius est vicinitate in petendo rem iure congrui.*
3 *Ius congrui Neapoli quibus competat.*
4 *Vicinitatis maior numerus excludit minorem numerum coniunctorum in iure congrui 5.*
6 *Numerus impar præfertur pari.*
7 *Sanguine propinquior est in iure potior.*

§. Septimus.

§.In alio quoq;. Hęc septima pars principalis,vbi recitatur quædam alia constitutio Græcorum, quæ similiter loquitur de iure Prothomiseos, in qua quidem Græca constitutione cauetur, ꝙ si rei venditæ vicinus est ꝓpinquus a tribus partibus, præfertur alteri vicino, qui est coniunctus ab vna parte,vel ex duabus partibus,intantũ ꝙ ille, qui est coniunctus ex tribus lateribus, habebit totam rẽ iure congrui totaliter excluso vicino,qui est coniunctus ex vno latere vel duobus lateribus. Sed si domus vicino est coniuncta ex duobus lateribus, & alius vicinus ex alijs duobus lateribus, vel ex vno latere tantùm est coniunctus,& tunc res vẽdita proportionaliter diuidetur inter ipsos quibus competit ius cõgrui *fm* portionem propinquitatis quam habent in illa re vendita. hoc dicit vsque ad §.si autem.

1 **Nota primò ex tex.** † ꝙ licet pluribus competat ius congrui, si plures sunt vicini coniuncti,vt dicit tex.huius l.in prin. ibi dum dicit.si autem 14.plureſve sint &c.tamen non omnibus vicinis competit, vbi est vicinus qui habet propinquitatem a tribus lateribus rei emptæ. Nam iste solus a iure congrui excludit omnes alios vicinos. Sed iuxta hoc quæro, quidam habebat pro communi & indiuiso cum Titio,vult vẽdere partem suam,an vicinus qui habet ius congrui a tribus lateribus præferatur Titio consorti? Certe non; quia primò competit ius congrui consorti, vt dicit ista lex in principio, & postea deficiente consorte competit vicino, & inter vicinos præfertur ille qui est coniunctus a tribus lateribus altero coniuncto excluso: & hoc tenet do. Sebasti. in vltima consue.de iure congrui.Pro hoc facit; quia socius ratione societatis succedit in imperiali largitate ipsi socio,excluso fi-
2 sco,vt in l.1.C.si soc.imper.largi.lib.10.patet ergo † ꝙ maius est priuilegium societatis quàm vicinitatis in petendo rẽ iure congrui:& est sciendum, ꝙ in ciuitate Neapolis ius cõgrui primò competit soli consorti eiusdem domus.Secundò competit illi, qui ex parte inferiori habet domum,puta erat domus, quæ habebat tria solaria: & erat diuersorum dominorum, si venditur medium solare,ille qui habet solare inferius excludit illum qui habet solare superius, & etiam excludit collaterales vicinos: & eadem ratione si venditur solare habens solare medium præfertur habenti solare inferius,& etiam collateralibus. Si venditur solare inferius, ille qui habet solare super ipsum immediatum potest illud petere iure cõgrui excluſis alijs omnibus *fm* ꝯsuetudinem Neapolitanã. Tertiò cõpetit ius congrui illi qui habet domum superiorem. Quartò his deficientibus competit collateralibus.Quintò competit illis qui sunt propinqui per capita:collaterales verò non habent ius congrui,vt dicit do. Sebast.in prælleg.consue.de iure cõgrui. Sed de hoc non fit mẽtio in ista lege.ideo omitto examinare,qđ ibi tangit Do.Sebast. quomodo sciemus ꝙ vna domus habens plura solaria dicatur vna domus vel plures domus. Item quare ius congrui competit inferiori membro potius quã superiori,de quibus per eum.

3 **Sed intro materiam nostram,** q̃ro † vẽditur domus,quæ est mihi coniuncta in tribus partibus. Sempronio verò est coniuncta ex vna parte, sed est consanguineus venditoris,quis præfertur.Respondeo,ꝙ præfertur coniunctus ex tribus lateribus seu partibus,qui habet iura duplicata, & ille non habet nisi duo iura,& tria iura vincũt duo, vt in auth. itaque.C.commu.de succes.& no. gl.in ver.meliores, in Auth. vt cle.apud prop.epis. Facit pro hoc illud, qđ dicitur, ꝙ probatio semiplena non derogat plenę probationi *fm* Andr.de Iser.c.1.

§. inter

Source : BIU Cujas

Matthæi de Afflic. De iure Prothomiſeos.

§.inter partes.de lege Corra.& Bal.in c.1.§.ſacramẽtum.de conſue.rec.feu.& Bar.in l.1. ff.de ven.inſpi. & Bal.in l.in bonæ fidei. C.de iureiu.aliàs ſi cer.pet.Sed quid ſi eſt Sempronius coniunctus ex duabus partibus,& eſt conſanguineus,quis præferatur? Reſpondeo, ꝙ quilibet pro medietate & pro ęquali portione venit ad ius congrui; equiparant enim tertiam vicinitatem conſũctioni ſanguinis.& ideo cum in æquali vicinitate ſunt, ambo veniunt ad ius cõgrui quilibet pro medietate, & hoc eſt æquũ, licèt ex mente literæ appareat contrarium, dum dicit generaliter,ꝙ habens tres vicinitates excludit omnes.Multifortius ſi habet quatuor vt in auth.multomagis.C.de ſacr.ſan.eccle.& ideo ſi Sempronius eſſet conſanguineus, & haberet tres vicinitates. Certe ille præfertur alteri, qui habet tantũ tres propinquitates, quia habet iuta quadruplata,arg.d.auth.itaq; . cum ſi.ſ.alleg.

4 **Secundo nota** ex tex.ꝙ † maior numerus vicinitatis excludit minorem numerũ conſunctionum.facit l.ſi debitori.ff.de fideiuſ. ibi quia maior tollit minorem.Nam & maiori parti ſtandum eſt,vt extra de renun. c.cum inter.P.cum concor.& in l.nulli. ff.qđ cuiuſq; vni. no. & ff.ad muni.l.qđ maior.cum ſi.Item ſi ſunt tres iudices delegati, ſtatur ſententiæ maioris partis, vt ff.de iudic. l.duo ex tribus.Itẽ in iudicibus ordinariis,vt ff.co.ti.l.Pomponius.& ibi gl.& C.qñ prouo.non eſt neceſ.l.magiſtratus.Item in arbitris, vt ff. de arb. l.item ſi vnus.§.fi.Sic etiam ſtatur maiori parti creditorum, vbi tractatur de parte debiti remittenda,vt ff.de pac.l.iuriſgentium. §.horum.& l.maiorem,& l.reſcriptum.in prin. Facit l.fi. C. qui bo.ced.poſ.vbi dicitur, ꝙ ſi debitori petenti inducias ad ſoluendum maior pars creditorum inducias tribuit,ſtatur minori parti creditorum.fa.d.l.maiorem.ff.de pac.& de ſepul.c.fi.& de hoc conſuluit Do.Lud.in conſi. incip. debito vnius. quod conſiliũ poſitum eſt inter conſi. Bald.

5 **Tertio nota** ex tex.ibi,vna pars † ꝙ iſte tex.poteſt habere duplicem intellectum, ſcilicet ꝙ alter vicinus,qui habet vicinitatem vnam vel duas, & ita poſui in ſummario.ſecundus intellectus eſt,ꝙ habens ius congrui a tribus partibus. alter ex vna, ille qui habet vicinitatem ex vna parte,nõ habet ius congrui.Sed ſi a duabus partibus habet, admittitur ad ius cõgrui pro duabus partibus proportionaliter, ideſt ille qui tres confines habebit tres partes, qui verò duos confines duas partes habebit: & iſte intellectus eſt magis æquus.

Quartò nota, ꝙ vicinus habet ius congrui pro ea parte pro qua eſt coniunctus ſecundùm portionem coniunctionis,vt expreſſe probat iſte tex.

6 **Quinto nota** ex tex.de trino numero:† & ſic de numero impari..Fęlicius enim agitur aliquid in numero impari, aliàs diſpari, quàm in numero pari, vt ff.de arbi.l.item ſi vnus.& de offi.deleg. c.prudẽtiam.in fi.de numero perfecto no. Io.An.in fi.proęmij lib. 6.in verſi.profectus. & de ſeptennario & quaternario numero,vide extra de conſan. & affi.c.non debet.& de celeb.miſ.c.1.& 15.diſ.c.1.Item de plurali numero & ſingulari in c.1.de regu.iur.lib.6.aliàs de re iudi.

Sextò nota ex tex.ibi potior, ꝙ potior in ſanguine potior in iure,vt in toto tit.ff.& C.qui pot.in pig.hab.Facit ad hoc etiam regula. C.de potio.ad mune. nomi.

7 **Septimo,& vltimo nota** ex tex.† ꝙ paria ſunt vicinum habere vnam coniunctionem, ſi vicinus alter hẽt alteram coniunctionem, & hĩe duas ꝯiunctiones, ſi alter vicinus duas alias habeat ꝯiunctiones,& cõſequenter veniũt ambo pro æquali portione ad ius prothomiſeos, vt æqualitas inter ipſos ſeruetur, vt in l.ſi.C.de fruc.& lit.expen.cum concor. & in Auth. qui. mod. na.eſſi.ſui.§.filius.& de æqualitate ſeruãda multa dixi in c.1.Imperator Lotharius, in illa quæſtione magna, an patruus ſuccedat nepoti. Alia no.hic non ſunt propter breuitatem tex. Ideo venio ad §.ſequentem qui incipit. Si autem concurrat.

Hunc §. non habebat exemplar vnicum, ꝙ tũc habebamus, cum hæc præli feſtinatione e manibus eriperẽtur. Sed nec etiã Conſtitutionum Neapolitanarum. codex ille maximo apparatu cartarumq; atq; characterũ magnificẽtia Venetijs impreſſus,ſed deprauatiſſime ſi quis alius vnquan.Porrò ſufficere nobis abunde puto ſi gl.ipſam habuerimus,donec integer conſtitutionum liber exeat. Liquet nanq; conſtitutionis tex.in frontiſpicio poſitum a ſexta quidem particula ad finem vſque penitus inuerſum.

SVMMARIVM.

1 *Vicinitatis ius in iure congrui potius eſt ſanguinis.*
2 *Priuilegium accidentale potentius eſt naturali.*
3 *Coniunctionis diuerſitas effectum producit diuerſum.*
4 *Dictio prope idem operatur, quod dictio iuxta.*
5 *Verbum habere, quid importet.*

§. Octauus.

§.Si autem concurrat.

Hæc eſt 8. pars in qua narratur quædam alia conſtitutio Græcorum,quæ vult,ꝙ ſi ad ius congrui concurrãt parentes iure ſanguinis & vicinus iure vicinitatis, ꝙ præferatur vicinus,qui prope eſt in iure congrui.h.d.vſq; ad §.eſt autẽ.Nota primò ex tex. † ꝙ ſi plures parentes. i. pater & mater & auus concurrant ſimul ad ius congrui,& nullam coniunctionem habent reſpectu rei vendi. Vicinus ſola ratione vicinitatis omnes excludit: quia ius vicinitatis in iure congrui potius eſt iure ſanguinis per iſtum tex.Sed per ſtatuta ciuitatum *in aliquibus terris* aliud eſt ſtatutum,& tunc in illa terra ſtabimus eius ſtatuto, vt l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. Nam ex diuerſitate locorũ diuerſa iura ſtatuuntur,vt *in* proęmio ff.§.illud ſatis.Vnus ergo vicinus excludit multos parentes,ſicut aliàs dicitur,ꝙ vna ratio efficax vincit duas perſuaſiuas *ſm* Bal.in l.pater filium.in 1.col. ff.de inof. teſt.facit quod no. Iac. But.in l.dñs. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.vbi dicit, ꝙ vna rõ in ſpecie vincit duas in genere.

2 **Secundo nota** ex tex. † ꝙ maius eſt priuilegium, quod quis habet iure vicinitatis, & ſic rei,q̃ priuilegium ratione perſonæ; quia ratione rei coniunctę præfertur vicinus parentibus, & ſic potentius eſt priuilegiũ accidentale quàm naturale,quod eſt contra l.ſi apud. ff. de mino.vbi potentius eſt priuilegium ætatis,quod eſt naturale,q̃ priuilegium Velleiani,vel Macedoniani,quod eſt accidentale.Poteſt dici,ꝙ ideo vicinus præfertur conſanguineo ratione ſubiecti, quod eſt reale. i.ratione rei,quæ venditur, in qua habet vicinitatem. ideo præfertur conſanguineo, qui nullum ius habet in illa re, quæ venditur. & pro hoc facit, quòd conſanguineus pro conſanguineo non ſit idoneus teſtis, vt *in* l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib. tamen ratione ſubiecti poteſt eſſe teſtis ad probandum ipſam conſanguinitatem,vt 35. quæſt. 6. per totũ. & ideo ſi vicinus eſſet conſanguineus,admitteretur ad ius congrui non ex perſona ſua,ſed ex perſona alterius,vt ita dicam,ſcilicet ratione vicinitatis,arg.ff.de libe.& poſthu. l.ſi.& ff. de contratab. l. filium. & ſic priuilegium ciuile iunctum cum aliquo naturali præfertur naturali ſolum; quia ciuilia naturali iuncta potiora ſunt.C.de adop.l.cum in adoptiuis, *ſm* Ang. *in* conſil. ſuo inci.illuſtriſſima Do.Regina.nu. 110.

3 **Tertio nota** ex tex. † ꝙ diuerſitas coniunctionis diuerſum producit effectum.Nam diuerſa eſt coniunctio ſanguinis a coniunctione vicinitatis, & ſic diuerſum producit effectum; quia prima coniunctio non habet ius congrui, ſecunda verò ſic: ſic etiam dicitur, ꝙ beneficium eccleſiaſticum non datur propter coniunctionem ſanguinis, vt in c.1.de feu.aliàs de pręben.per hoc facit tex.l.diſt.c.cõſtituerunt.vbi quod dicitur,ꝙ varia experimenta morborum nos cogũt ad diuerſa remedia,& ſic diuerſitàs corporis diuerſitas animorum ſępe inducit, ita diuerſitas coniunctionis diuerſitatem ſententiæ inducit, licet alibi dicat text. ꝙ diuerſitas officiorum venuſtam reddit eccleſiam, vt 89. di.c.ad hoc.

4 **Quarto nota** ibi prope † ꝙ tantum habet operare dictio prope,ſicut dictio iuxta,de qua dictione habes per Bar.in l.ſi ſtatuta.ff.de iniur.& in l. Gallus.§. ille caſus.ff.de lib.& poſth.& in l.fiſtulam. ff.de ſer. vrb.præd.& no.in c.Abbate de ver. ſig.& not.Bart.in l. decernimus. C.de aqued.lib.11.vbi dicit,ꝙ ſi res diſtat ab alia per 10.pedes, non dicitur iuxta eam.facit l.omnes.eo. ti. & l.quidam Hyberus. ff. de ſer.vrb.præd.vide tex.in l.fi.ff.fi.regun. ſic etiam dictio ad, ponitur pro iuxta,vt dicit Bar.in l.itẽ Labeo. §.cõuicium.ff.de iniur.

5 **Quinto nota** ex tex.ibi habebat † ꝙ vicinus debet habere rem emptam per extraneum iure cõgrui cum effectu.Vnde non liberatur ille extraneus emptor dando intereſſe;quia verbum habere,ſignificat habere cũ effectu,vt ff.de verb.ſig.l.notam.§.fi.& iſtud verbum habere.ſumitur duob.modis.primò iure dominij. Nã illud quod eſt noſtrum habere dicimur,etiam ſi illud poſſideat alius,vt ff.de ver. ſig.l.apud ſe.& l.habere,& ideo datur rei vendicatio, vt in l.officium.& in l.rem.ff.de rei ven.ſecũdò ratione poſſeſſionis, vt in l.qui nauem.& ibi Luc.de Penna.C.de nat.lib.lib. 11.& qui habet ciuilem poſſeſſionem dicitur proprie rẽ habere, licet alius habeat naturalem,vt no.ff.de contrahen.emp. l.ſi in emptione. §.omnium.Quis autem dicatur quaſi habere,vide qđ no.in l.1. in fi.ff.commu.præd.& ſcias quòd hoc verbum habere,importat fideicommiſſum,vt patet in l.fideicommiſſa.& in l.qui concubinam.§.1.ff.de leg.3.& ff.de leg.2.l.Lucius.& per iſta ſit finis in iſto breui.§.quem ſi coniungis cum §.præceden.& ſeq.habebis vndecim notabilia ex iſtis tribus. §§. & ſic ex tota iſta lege 56.di, notabilia habebis.Sequitur §.eſt autem.

SVMMARIVM.

1 *Via publica non poteſt petere ius congrui, & quid ſit quò ad nomen & materiam, & cuius latitudinis eſſe debeat.2.*

3 *Viam*

Source : BIU Cujas

3 *Viam publicam facere qui possit.*
4 *Viarum forma est duplex, & quis sit earum vsus.*
Imperator dicitur semper Augustus aptitudine non actu.
5 *Possessio momentanea quæ dicatur.*
6 *Viam publicã ante domũ suam quilibet debet reficere, & quæ via eligẽda.*
7 *Via publica an possit per populum ciuitatis vendi.*
Et an possit præscribi. 8 9.
9 *Viam publicam & vrbis fossas occupantes qua pœna puniantur.*
10 *Peculatus crimen quid sit.*
11 *Vniuersitas an possit seruitutem imponere in via publica.*
12 *Via priuata quid sit, & quid vicinalis.*
13 *Ius congrui nunquid habeat locum in porticu.*
14 *Ecclesia non connenitur iure congrui, & quid sit ecclesia.*
Ecclesia triumphans, militans, defendens, & personalis quæ sit.
15 *Clericus iure congrui conueniri an possit, si nomine proprio emat. 16.*
16 *Sanctio canonica violata libertatem ecclesiæ lædit.*
17 *Clerici statutis laicorum an & qualiter vti possint.*
Ecclesiæ res in quatuor partes diuisæ.
18 *Ecclesia non consecrata an gaudeat priuilegio consecratæ.*
Statutum laicorum an comprehendat clericos.
19 *Emptor domus pro ædificanda ecclesia an possit iure congrui conueniri.*
20 *Consuetudo in feudis inspicitur, vbi sita est res fendalis.*
21 *Ecclesia triumphans significatur per corpus Christi, quod in missa leuatur.*
Ecclesia sine temporalibus in nullo proficit.
Fiscalia bona differunt a patrimonialibus principis.
22 *Fiscũ quis habere dicatur: & an ecclesia fiscũ habeat: & quid dicatur fiscus.*
Respublica & fiscus an sint idem.
23 *Fiscus quot habeat priuilegia.*

§. Nonus.

§. Est autem. Hic est nouus & vltimus. §. in ordine. vbi dicitur, quòd de generali consuetudine via publica, ecclesia, & fiscus, seu curia lex Federici non habet congrui h.d. vsque ad finem totius constitutionis.

1 **Nota primò** ex tex. ibi via publica † ꝙ quando venditur res, quę est iuxta viam publicã, nõ potest petere via publica illam rem iure congrui, & consequenter si est via publica in medio, non habet ius congrui in illam rem venditã. Sed quæro, quid si venditur a rege vel ciuitatem via publica, an vicinus habet ius congrui? Dic ꝙ non; quia iste tex. habet locũ & loquitur generaliter, ꝙ via publica non habet ius congrui, siue vendatur ipsa via publica, siue venditur ipsa res iuxta viã publicam, & sic generaliter intelligẽda est l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum si. Item quæro, quot sunt species viarum? Dic ſm Do. Seba. in consuetudine de iure congrui, ꝙ tres sunt species, videlicet publica, priuata & vicinalis, vt ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. viarum. in publica autẽ via sunt quatuor attẽdenda scilicet nomẽ, materia, forma & vsus. Quò ad primum. ſ. nomen est sciendum, ꝙ est trinominis. Nã
2 dicitur publica, † prætoria & consularis, vt in d. §. viarum. vers. publicas vias. & hæc trina nomina sunt sinonima idem significantia, sicut ensis, mucro & spata, sicut est ius patronatus, quãdoq; dicitur aduocatio, quandoq; vice dominatus, quandoq; custodia, siue guardia, vt not. glo. in c. quia clerici. de iure pat. Quò ad secundum. ſ. ad materiam dic, ꝙ materia siue solum viæ publicæ est duplex. ſ. publicum & priuatũ. Publicum quò ad iter adiectum eũ certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit, vt publice iretur. d. §. viarum. Fines autem latitudinis in porrectum. i. directum sunt octo pedes. In anfractũ, idest vbi via obliquatur, sexdecim pedes, vt dicit ibi gl. & tex. in l. viæ latitudo. ff. de ser. rusti. præd. quod intelligit esse verum Do. Seba. vbi latitudo non fuit limitata per constituentem, puta quia iussit fieri viam publicam in tali loco non designata latitudine, aliàs si designasset latiorem vel strictiorem, non minus propterea esset via publica: posset etiam constituens iubere vel facere latitudinem quam vellet, ex quo habuit ius publicandi seu faciendi viam publicam: & sic tanquam in re sua est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man.

3 **Sed quis habet** hanc potestatem † publicandi seu faciendi viam publicam? Respondeo renatus, ciuitas, princeps, vt d. §. viã. Sed illud quòd dicitur de ciuitate altiorem requirit indaginem. Priuatum autem solum potest esse via publica, puta si in priuato solo est via publica, quòd potest esse hoc modo; quia si ab eo tempore, cuius non extat memoria hominum in contrarium publice omnibus transire licuit per agrum priuatum ex vtroque capite istius viæ est locus publicus, seu via publica, vel loco publico exitus viæ similiter respondeat ad locum publicum, vel ad viam publicam, nec requiritur, ꝙ fiat iure seruitutis; quia tunc esset via omnino priuata, vt patet in d. l. 1. §. priuatæ viæ. Nec est inconueniens, quòd proprietas soli sit priuatorum, vt ff. de re. diui. l. riparum. Item fontis vsus est publicus licet proprietas sit priuata, vt in l. diligenter. C. de aqueduc. lib. 11. & sic talis via est publica quò ad vsum non quò ad proprietatẽ. Quantum verò ad tertium. ſ. de forma viæ dic, quòd forma
4 viæ est duplex †. ſ. volũtaria vt latitudo, quę fit ad voluntatem ꝓstituentis, vt ſ. dictũ est. & necessaria videlicet ꝙ quodlibet caput ipsius viæ exeat & correspõdeat ad viam vel locũ publicũ: & sic ꝙ ex via vel loco publico ingrediatur ad eã, & ad locum publicũ exeatur ab ea, aliàs non diceretur via publica, vt ff. de itine. publi. l. 2. Quò ad quartũ. ſ. ad vsum dic, ꝙ vsus in via publica est attẽdendus ſm naturã soli; quia si solũ est publicum, nõ requiritur vsus actu sed aptitudine tantum. Hoc est ꝙ fuerit ordinata seu parata ad recipiendũ vsum publicum, ꝙ ex eo apparet, ꝙ populus nõ vtendo nõ perdit eam, aliàs multis non liceret ire ad sanctũ Iacobũ, vt ff. de iti. pub. l. viam publicã. & ff. de vsucap. l. vsucapionẽ, & l. fi. Sic etiã dicimus, ꝙ aqua quotidiana non est quæ quotidie ducitur, sed ea quæ quotidie duci possit, vt ff. de aqua quoti. & estì. l. 1. §. quotidiana. Et imperator dr̃ semper Augustus aptitudine nõ actu, & no. in rub. ff. & matrimoniũ dr̃ indiuiduum aptitudine nõ actu, facit ff. de rei ven.
5 l. vẽditio quoq;. Sic possessio dr̃ momentanea aptitudine † q̃ est apta durare momẽto, vt C. si de momen. pos. fue. ap. l. 1. facit ff. de serui. rusti. p̃di. l. Attilicinus. & dato ꝙ via publica esset fracta & diruta & plena spinis & sępis, nõ ꝓpterea dr̃ minus apta ad vsum publicu: cũ possit ab vno quoq; de populo refici, vel purgari, vt ff. de via pub. vel itine. priu. l. 1. Si verò sit priuatum. tũc requirit vsus publicus in actu a tãto tpe cuius nõ extat memoria hoĩum in o̅rium: & non in iure seruitutis, vt prędictum est, per ea quæ no. in. l. 1. §. priuatæ vię. ff. ne qd in loc. pub. & hęc sunt verba Do. Seba. in loc. prę allega. quantũ ad viam publicã.

Sed antequam veniam ad viã priuatã & vicinalem dicam aliquid de materia viæ publicæ vltra eũ. & primò est sciendũ,
6 quòd † quilibet debet reficere viam publicam ante domum suam, vt in l. ad instructionem. C. de sac. sanc. eccle. & in l. fi. ff. de via pub. vel iti. priua. & etiam ecclesia tenetur ad hoc, vt dicit Bar. in d. l. ad instructionem. & etiam est sciendum, quòd Bar. in l. præsidibus. C. de cur. pub. lib. 11. dicit ꝙ nullus cum annona aliam viam tenere debeat, nisi viam publicam, nec debet ire per viam transuersalem, adeo ꝙ si extra reperitur, mala suspitio est contra eum, de quo etiam per Bald. in l. prædijs. §. balneis. de leg. 3. & per Bal. in l. si fugitiui. C. de serui. fugi. & in l. cum proponas. C. de nauti. fęno. & Bar. in l. qui fiscales. C. de nauic. lib. 11. & per eum in l. non solum. ff. de excu. tuto. Sed quando sunt duæ viæ aptæ ad eundum, & vna via est breuior alia, quam viam debet quis eligere? Respondeo, quòd debet eligere illam, per quam securius acceditur, & per illam quæ magis frequentatur secundùm Bar. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. & ff. ad l. Fal. l. eos. in fi. & de cursu pu. l. 2. Sed necessarium putaui hoc inferre, an populus ciuitatis possit vende-
7 re viam publicam. † Videtur quòd sic. Nam ista sunt vniuersitatis: vt Instit. de rerum diui. §. nullus. cum ibi not. ergo potest illam alienare quemadmodum & alias res suas, vt C. de ven. rer. ciui. per totum. facit ad hoc 1. q. 1. c. eos qui. Ad idem. l. 2. de diue. prædi. vrb. lib. 11. & ibi Luc. de Pen. & ff. quod vi aut clam. l. 3. §. plane. ver. hoc ita. Item quia quælibet ciuitas habet ius constituendi viam publicam, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. item viam publicam. in glo. quæ incipit, ergo & ipsum alienandi, vt ff. de fund. dot. l. lege Iulia & l. seq. Nam eius est destruere cuius est condere, vt ff. de leg. 3. l. si quis in prin. & l. fi. C. de legi. Item quia ista sunt vniuersitatis: & sic vniuersitas eorum est domina, vt ff. de relig. l. 2. §. in locum. & d. §. viam publicam. ergo per eam alienari possunt. Nam appellatione vsus rei continetur potestas alienandi dominium, vt in Auth. de mona. §. illud quoq;. quia rei suæ quilibet est moderator & arbiter, vt vulgata. l. in re mandata. Vnde si priuato non interdicitur rerũ suarũ alienatio, vt ff. si quis a pare. fue. ma l. 2. minime vniuersitati, in qua sunt ipsi priuati. Facit pro hoc ff. de leg. 2. l. Męuius. §. fi. econtra ꝙ non possit alienari probatur. Quia regulariter, quod præscribi non potest, nec alienari põt. ff. de ver. sig.
8 l. alienationis. † Sed via publica prę scribi non potest, vt ff. de via pub. l. fi. & ff. de vsuca. l. vsucapionem. ergo nec alienari: habet enim ius in his quilibet prohibendi, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. 1. immo plus potest vnus homo solus in vniuersitate ad ꝓhibendum, q̃ reliqui ad permittendum, vt ff. communia prædio. l. fi. & ff. commu. diui. l. Sabinus. cũ cõcor. Vnde si quis sub colore, ꝙ vult viam publicam reficere vel aptare, ipsam viã publicam deteriorem fecerit, impune vim a quolibet priuato patietur, vt ff. de via pub. refi. l. 1. §. si quis in spe. Nam cũ o̅currunt inuicẽ interesse publicũ & priuatũ, estimat̃ priuatũ atq; p̃fert̃, vt ff. de ꝓcu. l. licet. & l. nõ cogendũ. §. si qs ita. quinetiã via publica nõ dr̃ per municipes posse videri, sed ea oẽs ꝓmiscue dr̃ vti, vt ff. de acqui. pos. l. 1. §. fi. ff. de o̅hen. em. l. sed & Celsus. in prin. Pro sol. posset dici. Aut via publica, de qua agit̃, est necessaria solũ populo distrahẽdi, aut grẽcis & alijs. primo casu vẽditio valet, dũmodo fiat cũ ea solẽnitate q̃ tradit̃ in l. fi. C. de ven. rerũ ciui.

Source : BIU Cujas

Secundo caſu non valet. & vide ad prædicta quod no. Inno. in c.cum ex iniuncto.de no.ope.nun.Sed gl.in l.continuus. §.cum quis ff.de ver.obli. videtur indiſtincte ſentire, ꝙ non poſſit niſi
9 principe ſtatuente,ſed Bar. ibi tenet † ꝙ ciuitas, quæ non recognoſcit ſuperiorem,poteſt hoc facere, dũtamen per ſtatutum faciat viã publicam eſſe priuatã,quod poteſt per l. 3. §.plane. ff. qđ vi aut clã. & idem dicit, ſi ciuitas eſſet ſubiecta principi.Sed hoc eſt facere fraudẽ legi. Dic tñ vt ibi per eum. Sed bonũ eſt hic videre, qua pœna puniuntur illi, qui occupant vias publicas & foſſata vrbiũ : cũ de iure viam publicam prohibitum eſt occupari,quin etiam coarctari,vt ff.ne quid in lo.pub. l. via.nec eã vllo modo deteriorare,vt in ea.l.i,§.deteriorem.& §.ſeq.&idem in finibus publicis,vt ff.de op.pub.l.ſi legatum. §. fines. & l. ſi in agris.ff.de ven.re.ad ciui.pertinen.l.imperator. §.2. Reſpõdetur, ꝙ poterit puniri pœna ſacrilegii:quia publica & ſacra equiparãtur,& eodem priuilegio gaudent.vt C.de ſac.ſan. eccle. l.fi.ff.de vſuca.l.vſucapionẽ.Sed qui ſacra occupat,ſacrilegium committit,vt patet 16. q.4.c.quiſquis inuentus. & extra de foro compe. c.conqueſtus.nam quando lex æquiparat, poteſt procedi de ſimilibus ad ſimilia etiam in odioſis.tex.eſt no.& ibi dixi in c.1.§. prædictæ.quæ ſu.prima cau.bene.amit.& facit bo.tex.quem ibi non allegaui in l.famoſi. ibi.ad exemplum leg. Iuliæ iudicandũ
10 eſt ff. ad l. Iul.maie. Item quia † qui pecuniam reipublicæ ſubtrahit,crimen peculatus committit,vt ff.ad l. Iul.pe.l.1.ergo fortius qui viam publicam occupauit, quæ inter bona reipublicæ & regalia imputatur,vt in c.1.quę ſint rega.in princi.quæ etiam dignior eſt,quàm pecunia, cuius eſt vilis & abiecta conditio,vt ff.de acqui.poſſ.l.ſi rem mobilem.& l.ſi quis vi. §.differentia,eo. titu.Nam ſine via res hominum inutiles ſunt,vt ff. de ſer. vrba. prædio.l.bona fide.quia publico,& cunctorum vſui ſeruit,ideo æquum eſt,vt cum plures offendat,durius puniatur.Nam quãtum quis diſtat in numero perſonarum per ſe offenſarum,tanto in numero criminorum punitur,vt ff.de iniur.l.1.§. fi.vt ff.de ſepul.vio.l.3.§.ſi ad plures.& 31.q. 1.c.quomodo & ex rei nobilitate in eum pœna grauior conſtituitur,arg. ff.de euic.l.emptori.§.1.& in Auth.de non alie.§.ſi mouet.& 22. q. 1. c. mouet. & C.de his quæ ex publi.ratio.l.fina.& hanc partem firmat Lucas de Pen. in d. l. 1. C. de diuer. prædi. vrb.vel poteſt dici,quòd teneantur pœna.l.librarum auri, ar. C.de ope. publ.l.qui ſine. Sed iuxta hoc quæro, an vniuerſitas poſſit imponere ſeruitutem in via publica. Certe non,ſi recognoſcit ſuperiorem, vt ff.de aqua plu.arc.l.1.§.in loco.1.cum concor.

11 **Item quęro, duo** † ſunt qui habent curtem ſeu viam communem, vel debetur alteri ſeruitus per fundum alicuius, vnus emit aliam domũ ſeu prędium iuxta ſuum,ad quod trahit viam vię ſeu curtis cõmunis aut ſeruitutem. Cum ſibi debeatur, an poſſit illam vendere: Videtur ꝙ non,argu.l.perfectum,C.de cur.pub.lib. 12. & Luc.de Pen.tangit iſtã quæſtionem,& concludit, ꝙ ſi domino prædij ſeruientis nullum incommodum contingit, poteſt ille vti via ad illud prædium, aliàs ſecus: & pro hoc facit ff. de aqua quoti.& eſti.l.1.§.item Labeo.& ff. de itin. actuq; priua.l. 3. §.pe. Sed vtiliter quæro. An ſi aliquis habet terram in medio aliarũ terrarum & non habet viam vnde poſſet ad dictam terram accedere,an vicinus teneatur præſtare viam ipſam pretio mediante: Dicit Bar.ꝙ non.l.ſolu.matri. ff.ſo.matri.per tex.in l.binas. ff. de ſer.leg. facit tex.in l.vendendo. ff.de contrah. emp. bonus eſt tex.in l.via.§.fi.in fi.de ſerui.ruſt. prædio.& in l.penul. ff. de euic. & pro hoc eſt bonus tex.in l.ſi quis ſepulchrum. ff. de relig.per locum a ſpeciali. Nam ſi fauore religionis vicinus compellitur vendere viam, ergo in contrarium eſt ius commune, vt in l.ius ſingulare.ff.de legi. Sed in contrarium facit tex.in l. 2. §. recte. ff. ſi ſer. vendi. Ego plenam iſtam quæſtionem examinaui poſt And.in c.1.§.ſi quis de manſo. de controuer. inueſti. In ciuitate autem Neapo. eſt conſuetudo ſcripta, quòd vicinus teneatur vendere viam vicino ſi non habet viam ad terram ſuam, vt patet in prima conſuetudine in titu. de ſer. & ſi habet vnam viam licet longiorem non debet habere aliam breuiorem. Nã homo duabus vijs terram ingrediens eſt maledictus: vt in c. quidam viam. extra de apoſtat.

12 **Nunc venio ad vias** priuatas vicinales, † & dicit, quòd via priuata eſt, quæ debetur ab agro alteri agro, vt dicit tex.in l. 1.§. priuatæ viæ. ff. ne quid in loco publi. & duplex eſt via priuata, vt dicit tex. in l. §. priuatæ viæ. Vicinalis via eſt illa, quæ eſt in vico, vel ad vicos ducit, vt in d.l.1.§.viarum. verſi. vicinales, quod latius proſequitur Do. Sebaſt. in præallegata conſuetudine, vbi agit de iure congrui, vbi etiam dicit, quid ſit vicus, & quid villa, ex quibus infertur, quòd via vicinalis non tollit vicino ius congrui:quia iſte tex.loquitur tantum de via publica,& eadem ratione dic, quòd riuus priuatus non tollit ius congrui. facit l. 3.ff.de interdi. Sed flumen publium ſic: & pro hoc facit l.ſin autem. cum l. ſeq. ff. fi. regun. Sed ſi flumen eſſet deſiccatum, tunc habet locum ius congrui per ea, quæ habentur in c. 1. §.ſi quis de manſo. de contro. inueſti. ſed in his ſpecialis terræ conſuetudo attendenda eſt & ſeruanda, vt C. de ædi. priua. l. an in totum. Item quærit Domi. Sebaſt. in d. c. conſuetudine. pone quòd dicta via eſt ſub quodam porticu, ſupra quem porticum ego & tu habemus domus coniunctas, an habeamus adinuicem ius congrui ſuper eo, quod eſt ædificatum in porticu? Vi-
13 detur quòd non † quia porticus eſt ædificatus ſuper via publica, & conſequenter non habet locum ius congrui. In contrarium facit: quia coniunctio non ſolùm attenditur circa ſolum terrę, quod eſt publicum, ſed eſt etiam circa confines,qui ſunt priuati. Solue primò porticum ad cellaria quę ſunt inferius iuxta viam portici deſuper exiſtentis non habet locum ius congrui: quia confines ſunt priuati, & latera ſunt priuata: & pro hoc facit in arg. ff.de aqua.quoti. & æſti.l.hoc iure. §. fi. & ff. de aqua plu.arcen. l.ſuper iter alienum,in princi.& ſic vna domus, quæ venditur, poteſt in partem euinci iure congrui a vicino & in partem non,quod eſt menti tenendum: quia hoc ſępe venit de facto in ciuitate,vbi ſunt multi portici. Quid autem de ponte,vide per Bar.in l. ſuper. de aqua plu.arcen.

14 **Secundò nota** ex textibi eccleſia. quòd † eccleſia non conuenitur iure congrui ſiue emat ſiue habeat prædia vicina rei venditæ. Nam illa non poteſt petere ius congrui.& aduerte:quia ſecundùm opinionem, quam infra ſubdam, magis eſt priuilegiatus clericus quàm eccleſia ipſa. Et expone prius illud verbum eccleſia, quia non ponitur in c.pro parietibus eccleſię,quia parietes non poſſunt contrahere,nec agere,nec conueniri, licet aliter dicat gl. in l.ſicut. §. 1.ff.quod cuiuſq; vniuer.no.ſed exponitur verbum eccleſia.i.ali quis nomine eccleſiæ. Etiam ſi eſſet laicus. vnde ſi ego laicus emo nomine eccleſiæ domum,vicinus non habet ius congrui: quia eccleſia videtur emiſſe,& hoc tenet Do.Sebaſt.in conſuetudine ſi eccleſia,de iure cõgrui.& fortiori ratione dicendũ eſt, ſi clericus,vel aliquis prælatus emit nomine eccleſiæ,ꝙ non petitur ab eo ius congrui:quia eccleſia eſt illa, quæ poſſidet. cum prælatus dicatur prelatus ipſius eccleſię,vt in c.2.de dona.& ſic ponitur hic eccleſia in genere. Comprehendẽdo tã eccleſiam triumphantẽ,per quã ſignificatur Chriſtus. 10. q. 1.c.quicunq; quam eccleſia militantẽ,per quam ſignificatur Papa, vt in d.c. quicunq;. quàm eccleſiam defendentem, per quam ſignificãtur prælati,& rectores eccleſię:vt 6. q.1.c.ſimiliter, quàm eccleſiam perſonalem, per quam ſignificatur capitulum, cum eccleſia vacat paſtore, vt extra de reſcrip.c.cum te.& melius. 6. q.1.c. ſcire debemus. Sed qđ ſi clericus emit nõ pro eccleſia ſed p ſe ipſo & hæredibus ſuis, an contra eum poſſit agi iure congrui
15 ad rem emptam † & an clericus habens domum propriam,& non eccleſiæ vicinam rei emptæ habet ius prothomiſeos? Do. Sebaſt.in conſuetudine. vbi domus.in verbo eccleſia, tenet ꝙ conſuetudo de iure congrui comprehendit clericos quantum ad eorum bona,vt dixi ſupra.1.in §.1.in 3.no.Et iſtam opi.videtur tenere Bar.in l.cunctos populos.in 5.q.C.de ſum.Tri.& fide catho.prout ibi retuli.Sed contra opi.Bar.videtur tenere.D.Abb. in c.cum laicus.de reb. eccle. non alie.& Bald.in d.l.cunctos populos. in 13. col. & Saly. in authen. caſſa. de ſac. ſanc. eccle. & idem tenet Calder. in conſil. ſuo 11. ſub titu. de conſtitutio. & idem videtur tenere in ſimili Ludo. de Ro. in conſil. 484. Pro iſta opi.quòd clericus emptor prædi non poſſit conueniri iure congrui,ſi emit nomine proprio, adducitur iſta ratio,quia non ſolùm dicitur fieri contra libertatem eccleſiæ, quando fit contra priuilegia generalia conceſſa eccleſijs, ſed etiam quando fit contra ius commune, quia facilius tollitur priuilegium contra ius commune ſecundùm Ioan.de Imo.in c.eccleſia ſanctę Ma-
16 riæ. de conſti.& in auth.caſſa.de ſacroſanc. ecc.vbi † expreſſe dicitur fieri contra libertatem eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum, quãdo fit contra canonicas & temporales ſanctiones, & conſtat in iure communi vicinos non poſſe extraneos emptores repellere,vt in l.dudum. C.de contrahenda emp.Sed ſtatutum cõtra libertatem eccleſiæ non valet, vt in d.c.eccleſia. ergo clericus non ligatur iure congrui. Sed iſta opinio procedit,ſi volumus tenere,ꝙ ius congrui introductum ſit vigore iuris communis, ſi per iſtam legem Fede. hæc ratio nõ procedit. Vnde poſſet alia ratio aſſignari: quia etiã dato ꝙ iſta lex ſit ius commune,non ligat clericos quãtum ad eorum bona propria, ſi emunt.Nam tunc dicitur contra libertatem eccleſiæ fieri,qñ clericus ratione legis laicorum fit timidior ſecundùm Bar. in l. 1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non datur,& Pet.de Anch.tenet in repetitione.c.canonum ſtatuta.in 11. q.de cõſti. & Do.Fran.de Zaba.in c.perpendimus.de ſen.excom.& Pau.de Caſt.in conſi. 33. Sed per hanc legem Federi. fit timidior ad emendum, ex quo ſibi poteſt res empta auferri a vicino iure cõgrui vigore huius legis, ergo dicitur lex contra libertatem eccleſiaſticarum perſonarum.Quare concludo, quòd clerici poſſunt agere iure congrui contra laicos,ſed laici nõ agunt contra clericos iure congrui: & hoc tenet Io. de Imo.in d. c. conſtitutus.de in integ. reſti.vt retuli ſupra in §.2.in 3. no. & idem tenet

in d.c.

Source : BIU Cujas

in d. c.ecclesia sanctæ Marię. & hoc etiam tenet D. Abb. in d.c.
17 constitutus. † Nam clerici possunt vti statutis & consuetudinibus laicis,quatenus concernunt eorum fauorem secundùm ꝙ consuluit Pa.de Cast. in consil.præallega. & ista opinio sic breuiter recitata videtur verior de iure, licet de facto male seruet: & ex ista opi.sequitur vt s̃. dixi in prin. huius notabilis, ꝙ clericus est magis priuilegiatus quàm ecclesia:quia ecclesia nō agit, nec conuenitur iure ꝯgrui,vt dicit tex.sed clericus agit, sed non conuenitur iure congrui,quod est mirabile. Sed pulchrum est inuestigare rationem diuersitatis.potest dici,quòd ratio sit ista: quia ecclesia temporales facultates non reputat proprias, sed communes,vt 12.q.1.c.exemplum.aliàs extraneum. & c. seq.& c. habeat. & ideo dr̃, quòd de rebus ecclesię fiunt quatuor uel tres parte. Nam vna pars est pro fabrica ipsius ecclesiæ. secunda pars est pro sustentatione episcopi. tertia pars est clericorum obsequentium ecclesiæ.quarta datur pauperibus, & peregrinis 12. q. 2. c.concessio. & 16. quæst.1.constitutum. & propterea ecclesia nec agit nec conuenitur iure congrui, quia bona sua sunt omnibus communia, & ratione communionis nō agit iure congrui: sed bona clericorum non sunt communia, ideo agunt & non conueniuntur iure congrui, nihilominus super ista ratione relinquo cogitandum.

18 **Sed quęro quid** † de ecclesia nō consecrata?Dic idem prout in ecclesia consecrata,si authoritate episcoporum fuit ædificata,vt in c. ecclesia extra de immu.eccle.& c.ad hæc.de religio.domi. Esset hic tangenda quæstio, an statutum laicorum comprehendat clericos & ecclesiasticas personas, sed quia ista quæstio in plerisque locis examinata est,videlicet per Bar.& Ang.in l.filiusfa. §. 1.ff.de leg.1.& per Bald. & Cy.in auth.cassa.& auth. quas actiones. C. de sacrosan.eccle.& per Bar. in consilio suo incip. domini priores.& Pet.de Anch.in d.repe.c-canonum statuta.in 2. col.& per Abb.sicu.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi per alios Doct. & per Lap. in alleg. 30. & per Ang. in consilio suo 39. & plenius per plures cartas per Do. And. Barba. in repe.rub. de reb.eccle. non alie.in 2. q.prin.vbi tractat, quando dicatur statutum contra libertatem ecclesiæ. *Ideo omitto*: quia in eius dictis in veritate *nihil* adderem.

19 **Sed iuxta prędicta quęritur,** quid si † aliqs emit domum pro ædificanda ecclesia an possit conueniri iure congrui nondum ædificata ecclesia? Dicit Domi.Sebast.in consuetudine, si eccle.quòd sic. Nam potest esse quòd non ædificetur ecclesia,& sic vicinus semper erit excluśus a iure congrui; quia semper emptor posset dicere, quòd emit pro construenda ecclesia. Sed quid si incepit ædificare ecclesiam pendente liligio iuris congrui? Dic ꝙ nō consideratur *initium* fabricæ sed finis.Nam plerunq; propter defectum non fabricatur ecclesia, vt in Auth.vt nullus fabricet oratorij dom. §. 1.& 2. Item quia ecclesia nondum fabricata est nulla, vt in clemen. ad literas.de rescri.& no.in c.ad audi.de eccle. ędifi. & sic illud quod esse potest non præiudicat vicino quò ad ius congrui.facit in arg.c.abbate sanè.de re iud.lib. 6.& ideo habuit locum ius congrui, nisi sit visum iudici multis concurrentibus coniecturis:quia illa domus empta omnino fiet ecclesia:tunc cessabit ius cōgrui: quia lex multa remittit arbitrio iudicis, prout accumulaui in c. 1. ex quib.cau.feu.amit. Sed pone dicit statutum ciuitatis Neapolis, ꝙ ecclesia non habeat ius congrui. Quid si eccle.sit extra districtum Neapolitanum. Sed illa ecclesia bona habet in ciuitate Neapolis, an respectu bonorum quę habet in ciuitate excludatur a iure congrui virtute statuti? Videtur ꝙ non: quia statutū non extenditur ad ecclesiam extra districtū, vt dicit D. Seba.in proœmio consue.ciuitatis Neapolis. in ver.districtum. & in prima consuetu.de suc.ab intest.in vers.antiquitas. In contrarium tamen est veritas:quia ligatur ſm consuetudinem, vbi sunt bona,& hoc ius cōgrui est ius reale,qđ sequitur ipsam rem,vt pluries dictum fuit:& pro hoc facit tex.in Auth.vt ecclesia Romana.in prin.Vbi debet considerari consuetudo, vbi sunt res. facit quod dicit Bald. in c.1.§. si qua controuersia.de pace Constan.
20 vbi dicit, ꝙ † in feudis inspicitur consuetudo,vbi sita est res feudalis,& idem dixit in c.mulier.si de feu. fue.contro. & ibi etiam gl.Vlterius quærebat idem Do.Seba.in consue.si ecclesia.si quidam iussit fieri capellam & legauit certas possessiones dictæ capellæ,vel ipsam instituit hæredem, an ipsæ res subijciantur iuri congrui? Decidit ꝙ capella, quę nondum est creata, est nulla, vt in d.cle.ad literas.& ideo habet locum ius congrui,nec ob.ꝙ hæreditas iacet,& hæreditate iacente non potest cōueniri; quia tunc poterit peti, ꝙ detur curator illi hæreditati iacenti, vt in l. cum non solum.§.sinautem. C. de bo. quæ libe. sed mihi videtur, ꝙ ista quæstio sit superflua, ex quo in legato & in hæredis institutione non habet locum ius congrui,vt patet s̃. in ea.l.§.3. Item quæro, an bona pauperum dicantur bona ecclesiastica, ita quòd non habeat locum ius congrui. De hoc dixi s̃. in §. 1. in l.no.in q.quid de bonis stauritis.Item quæro, quid si aliquis emit vnam possessionem,vt fructus illius possessionis habeant deseruire vni presbytero pro dicenda vna missa ad requiem æternam in perpetuò in tali capella, an habeat locum ius con-
21 grui? Respondeo quòd non, † quia per corpus Christi, quod in missa leuatur,significatur ecclesia triumphans, vt 1. q. 1. c.in ecclesia.& 26.q.2.si illud.& extra de sen.excom. c.sicut.& ex his apparet, ꝙ licite ecclesia potest possidere facultates tēporales. Nam sicut anima sine corpore corporaliter non viuit, sic nec ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. 1.q.3.c.si quis obiecerit. Multę questiones possent tangi sub isto verbo ecclesia, sed quia non essent de materia iuris congrui, ideo silentio prętermisi.

Tertiò & vltimò no.ex tex. ibi.fiscus si ue respublica non agit nec conuenitur iure congrui. Quid autem de bonis patrimonialibus imperatoris? Dic quòd magna differentia est inter bona fiscalia,& bona patrimonialia imperatoris,vt in l.bene a Zenone. C.de quadrien.præscrip. ibi dum dicit. non a fiscalibus rebus, sed ex priuata eorum substantia, & ideo puto quòd in bonis patrimonialibus imperatoris, vel regis habet
22 locum ius congrui. † Quis autem dicatur habere fiscum. Certe imperator,& omnes reges liberi fiscum habent, vt no. And. in c.1.in ver.bona committentium crimen læsę.maie.in tit.quæ sint rega.& not.glo.in proę.consti.regni prope fi.facit. C. de fisca.vsu.l.3.lib.12.& C.de fide instru.& iure hastę fisc. l.1.in prin. lib.11.& C.de censi.l.gratuitas,& C.de princi.agen.in reb. l.3.in fi.lib. 11.& Inno.in c. sincera.in fi.extra de dona.inter vi. & vxo. Sed an ecclesia habeat fiscum? Certe sic, vt patet in c. quia diuersitatem.de concessio.præben.'& in clemen.nolentes. de hære. & 17.q.4.c.si quis. Quid autem de ciuitatibus, & alijs dominis recognoscentibus dominos superiores an habeat fiscum? Dic quòd non,vt patet.ff.de verbo.signifi.l.eum qui vectigal.& C.de bon.vacan.l.1.& ff.ad municip. l.simile. Sed an respublica & fiscus sint idem vel diuersa? Videtur quòd non sint idem,vt ff.de bo.pos.l.non est ambiguum,& patet ff.de interdi. & releg. l.sciendum.in glo.In contrarium videtur quòd sint idem,patet. C.de iure fis.lib.10.& glo.in proę.consti.regni.dicit tamen Luc. de Pen.in l.in prouincijs.C.de nume.lib.12.quòd respublica est genus, fiscus est pars ipsius generis, vel respublica est caput, fiscus est membrum reipublicæ & factor publicus,vt dicit And. in titu. quæ sint rega.referendo Augustinum & Docto. Idem no.Luc.de Pen.in rub.C.de iur.fis.& in l.pe. C. de diuer. prædi. vrb.lib.11.& fiscus dicitur bursa Cęsaris;quia quòd non accipit Christus,vel episcopus,accipit fiscus, vt dicit tex. 7. quęstio 7.c.
23 maiores. † Sed quoniam hic fit mentio de fisco per vnicum verbū,& *in* iure nostro sunt Rub. propriæ,maxime ff. & C. de iure fis. ideo superstitiosum esset quæstiones ad materias fiscales pertinentes hic tractare. Priuilegia autem fisci aliàs dixi in §. prędeden.& ponit Bal.in l.1.C.de hære.vel actio.ven.& ego plura alia posui in c.1.de fra.de no.bene.inuesti. Quare finem facio in ista l. Federici imperatoris, in qua Bald. scripsit per duas cartas tantùm. Nec vnquam aliquis doctor dignus nominari in hac l.scripsit, bene tamen noster Sebastianus Neapolitanus in consuetudinibus ciuitatis scripsit multas de supra dictis quæstionibus, vltra eum alias hic posui: fateor tamen hic in l. nihil dixisse de rustico,qui non habet ius congrui, sed hoc ex speciali consuetudine in hac ciuitate, & lex ista nihil de rustico dicit. Ideo superfluum est hic videre, quis dicatur rusticus, vel villanus,sed de hoc habes per glo.& And.in consti.reg. prosequentes.de testi.contra comi.& mili.produ.vt dixi in c.1.§.si quis rusticus. de pace tenen. & omnia quæ hic dicta sunt per me Matthe. de Afflicto. ll. Doct. de Neapoli subijcio ingenio melius scientis, vt vtar verbis iurisconsulti. in l. Claudius Felix. ff. qui potio. in pigno. habe. & sic finem facio ad Dei omnipotentis ciusque gloriosissimæ matris Mariæ laudem gloriamque sempiternam. Amen.

BALDI DE VBALDIS DE iure Prothomiseos.

SVMMARIVM.

1 *Ius Prothomiseos quibus competat.*
2 *Ius Prothomiseos, quibus in contractibus locum habeat.* 10. 13.
3 *Ius Prothomiseos,quanto tempore præscribatur.*
4 *Vicini quomodo requiri debeant in iure congrui, & an possit fieri per procuratorem.*
5 *Ius Prothomi.nunquid possit cedi vel donari.*
6 *Ius Prothomi.transit cum re.*
7 *Vsufructuarius in emptione rei an præferendus vicino in iure congrui.*
8 *Permutatio an & quando sit,vbi refunditur pecunia.*
9 *Vicinus propinquior remotiorem nunquid in totum excludat in iure congrui.*
10 *Pupillus quomodo aduersus tempus elapsum in iure congrui se habeat.*

Source : BIU Cujas

Matthæi de Afflic. De iure Prothomiſeos.

11 *Captiui vel abſentes an admittendi ad retractationem venditionis in iure Prothomiſeos. 12.*
12 *Ius Prothomiſeos, an locum habeat in feudis.*
13 *Conſtitutio iuris congrui an liget clericos. Et in quibus ſe extendat.*
14 *Tempus currere in iure congrui quando incipiat in venditione conditionali.*
15 *Ius congrui an cedat ignoranti.*
Legis forma quid ſit, & quid rei.
16 *Denunciatio quid ſit, & an de ſubſtantia.*
17 *Temporis lapſus quando cedat ignoranti.*
18 *Abſens ignorare præſumitur.*
Ignorantia quomodo probetur.
19 *Sciuiſſe non dicitur, qui non habuit ſcientiam eorum, quæ ſunt de ſubſtantia.*
Perfectio triplex eſt.
20 *Venditio plurium rerum ſub vno pretio an ſit vna, vel multiplex.*
Et qualiter veniat in iure congrui.
21 *Euictio qualiter procedat in pluribus fundis venditis vno pretio.*
22 *Stipulationes tot ſunt, quot res.*
23 *Ius congrui an ſe extendat ad omnium bonorum emptionem ratione alicuius rei coniunctæ.*
24 *Ius Prothomiſeos, an ſe extendat ad donationem maioris valentiæ.*
Victus victori non ſoluit pro aduocato quem gratis habuit.
25 *Contrariorum mixtura fraudem præſumit in venditione.*

PAter per hanc constitutionem, ꝙ domino tātùm rei vicinæ cōpetit ius Protho. & actio ex iſto iure
1 Protho. Dicit hęc ꝓſtitutio, ꝙ † ſi quis habuerit domū cōem aut agrū aut ex cōi emptione vl̄ ex alijs titulis dño ꝓpetit ius Protho. ad hoc. ff. de fur. l. q rē ſibi. §. ſi quis alteri. vbi dr̄, ꝙ dñs furti agere pōt: & hoc verū qa dñs rei furatę furti agit. ideo qa dñi intereſt de ipſa cā agere, arg. eo. tit. l. ſi is. §. 1. vbi dr̄, ꝙ ſi aliquis pro hęrede poſſi deat, furti actio ad ipſum poſſeſſorē nō pertinet, quāuis vſucapere poſſit: qa hęc actio tm̄ ꝓpetit ei, cuius intereſt rē nō furripi intereſt aūt eius qui dānum patitur, nō eius qui perdit, vt eo. ti. l. qui rē ſibi. in fi. Sed vtrū ꝓpetat marito & dño rei dotalis vicinę. Dic ꝙ ſic: qm̄ ipſe eſt dñs rei dotalis. l. doce ancillā. C. de rei ven. & l. de his. de iure do. Sed vtrū ſoluto mr̄imonio teneat maritus hęredibus vxoris reſtituere rē totaliter emptā occaſione rei dotalis. tex. facit qd̄ no. in l. vſufructu. ff. de vſufr. pro quo facit l. cum manifeſtiſſimi. §. ſed cū in ſecūda. & quod ibi per Cy. C. de fur. in contrarium facit l. quoties. & l. non ſolum. ff. de iur. do. pro quo vide Docto. in l. penul. vel fina. ff. ſolu. matri.

2 Nota ius † iſtud in contractibus emptionis, locationis, & emphytheuſis locū ſibi vendicare, in alijs verò non; quia qd̄ in vno permittitur in alio prohibetur. l. cum prætor ff. de iudi. prohibetur autem in alijs contractibus generaliter, quod quidem verum eſt, etiam per conſuetudinem certam recipit interpretationem. ff. de legi. l. non eſt, & ita ſe habet vbique continuatus vſus, & locum habet tex. facit. ff. de contra. emp. l. ſi quis emptionem. Inſti. de rerum diui. §. fi. ff. de acqui. re. do. l. adeo. §. inſula. Quid ſi via publica vel publicum flumē eſt in medio? Reſpondeo, ceſſat ius prothomiſeos. pro quo facit l. ſi prius. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. Sed ſi riuus priuatus, vel via priuata, vel vicus alius interueniat, hoc ius nihilominus competit; quia iſta non dicuntur ſeparare coniunctionem, argumen. ff. ar. fur. cæſa. l. tertia. §. fina. & l. 5. & 6. & de iud. l. tertia. Sed in his ſpecialis conſuetudo terræ ſeruanda eſt, argumen. C. de leg. præſtan. l. 3. ꝓſtitutio. n. iſta diſcrepat a l. C. de ꝓhen. emptio. l. dudū.

3 Quæritur hic † cum trāſacti ſunt iſti triginta dies, nūquid habeat locū ius Prothomi. Dic ꝙ non, ſed ſibi imputet: cum non egit intra tēpus ſtatutū, cū preſcriptum ſit huic iuri elapſis ipſis diebus, ar. C. de his qui a nō do. ma. l. fi. in ſi. vbi tex. dixit. cum. ſibi amiſſi mancipij damnum debeat imputari, qui per ſegnitiem ſuam geſta taciturnitate firmant. Itē ſicut præſcriptione, vel vſucapione excluditur quis ab actione ſibi ꝓpetente: quia tranſacto tēpore a iure ſtatuto, vt C. de præſcrip. & vſuca. l. 1. ita in iſto caſu tranſacto tpe triginta dierū, hoc tēpus 30. dierū forte eſt per loci conſuetudinē limitatum, ſed conſtitutio dicit in 4. menſes. Sed tunc quæro, quid iuris ſi venditor nuntiauerit vicino ꝙ emat, ille autem dicat, ego habeo terminū iuris infra quem ego poſſum agere, & in fine termini dabo tibi pretium, vtrū bene dicat? Dic ꝙ nō, immo venditor tenetur eum expectare tm̄ per duos mēſes & nō vltra, quibus elapſis ille videretur nolle emere: ſicut in ſimili de emphytheuta. l. fi. C. de iure emphy. faciunt no. per Bar. in l. qui Romę. §. cohęredes. ff. de verb. ſignifi. niſi vrgens neceſſitas interuenerit: quia tunc incontinenti tenerentur vicini ſoluere, vt infra dicetur. Sed nunquid requiratur † ꝙ vicini pluries ſint requiſiti? Dicit ꝙ non ſed ſufficit ſemel facta requiſitio, vt nos conſtituat in mora ſtatuti temporis, vt not. glo. in l. mora. poſt prin. ff. de vſur. & eſt tex. in l. Titia ſępe. §. vſuras. ff. de leg. 2. & faciunt no. in l. qui Romę. §. Augerius. ff. de ver. obliga. Sed nunquid ſufficit nuntiari procuratori? Ad hoc videtur reſpondendum ſecundùm quod Cy. dicit in ſimili in l. in minorum. C. de in integ. reſti. vt ſi eſt procurator & habeat liberam. adminiſtrationem ſufficit, aliàs non, arg. l. procurator. ff. de tribu. & ratio quare non per Dy. in d. l. pupillo. §. & generaliter. ff. de no. ope. nun. Sed Pe. eſt in contraria opi. vt l. 3. & l. 1. C. de lib. agnoſ.

Quęro nunquid iſtud ius Prothomiſ. poſſit cedi,
5 vel aliter donari? Ad quod reſpondeo, ꝙ † cetum eſt, ꝙ niſi qs eſſet coniunctus. i. niſi haberet terram coniunctam rei venditę, non haberet, nec pretēdere poſſet in emptione ius Prothomi. qm̄ ex cōiunctione ipſa acquiritur & naſcitur tale ius, vnde volens tale ius, quod quis habet alteri cedere vel donare, oportet ꝙ faceret eum coniungi, ſicut ipſe eſt. Nam ſicut ipſe ſine prædicta coniunctione nullum ius haberet, ſic & alius. Nam ſine ipſa re coniuncta tale ius naſci non poſſet ſeu transferre; quia nemo plus iuris in alium trāsfert quàm ipſe habet. ff. de reg. iur. l. nemo. & ſic coniunctum facere non poſſet, niſi traderet rem ſibi quam coniunctam habet fundo vendito, qua non tradita illud ius remanet apud eum, & per conſequens ceſſio inutilis: & iſtud tenet Cy. fm Pet. in l. ad officium. C. cōi diui. Idem Guiliel. de Cu. licet alibi ponat caſum Cyn. in quo poteſt cedi in l. manifeſtiſſimi. in 3. q. C. de fur. facit l. 1. C. com. de ſucceſ.

Sed inſurgit quæſtio. Quidam diſponens vendere fundum ſuum requiſiuit quendam vicinum ſuo fundo habenti fundum vicinum ſi vellet illū emere, dicēs ꝙ ſi nollet illum emere iam inueniret alium emptorē prorſus extraneum & vicinum fundum non habentē, puta Titiū ꝓiunctum. ille reſpondet ſi velim emere, infra 30. dies ſoluā tibi pretiū, ſufficit ꝙ mihi denuntiaſti. ꝯ. quē terminū ipſe non curauit emere, ſed donauit, ſeu ceſſit fundū ſuū, ſeu terram ſuā ꝓiunctam, quā habebat, cuidā alteri, ipſeq; de nouo emit vel ex cauſa donationis acquiſiuit terrā ꝓiunctam, dicit velle vti iure, & ipſe velle emere fundū prædictū. ꝯ. terminū excluſo illo Titio ꝓiuncto qui prius arras vel pretium dederat. Titius aſſerebat in ꝓrium, fuiſſe factū illud in fraudē ꝓcurrēte cū eo vēditore, qui magis Titium affectabat, quæritur quid iuris? Ad quod rn̄deo,
6 ꝙ † ille poteſt ꝓqueri de fraude, & de eius præcedēti vicino, qui habet aliquod ius & aliquā obligationē ſuper bonis alienatis vel mutuatis, vt puta ſi in his per alienationē vel mutationē creditor dānificetur ſeu damnū pateretur in ſuo iure, niſi reuocatio fieret. C. & ff. quę in frau. cre. & maxime in l. 1. in fi. Sed ipſe non coniunctus qui poſtea apparuit ad emendum nullum ius in re vendita. ꝯ. 30. dies prętendere poterat, quia durāte iure Protho. eum excludebat, ergo de fraude prefatus non coniunctus conqueri non pōt, nec de lęſione alicuius iuris, cum nullum. ꝯ. dictum terminum ius habuerit. Ex quibus concluditur, ꝙ licitum fuit prefato coniuncto requiſito venditore terram ſuam vendere vel donare, quam cōiunctam habebat rei venditę cuicunq; voluit. puta quia affectabat ipſum cui vendidit vel donauit potius habere rem prædictam vicinalem, quàm haberet ille Titius, & ſic in eum trāſtulit terram illam cum ſua cauſa, ſicut erat penes eū, & ſic iure Protho. cū ipſe habeat. & facit. ff. de contra. emp. l. alienum. & C. de inſti. l. 3. Quo iure Protho. acquiſito ipſe cui facta eſt tranſlatio ſeu alienatio, vti poteſt ꝯ. 30. dies ſicut poterat qui tranſtulit, & ex hoc concluditur pro dicto Titio, nō pro cōiuncto qui pro emptione dederat arras. Cum venditur res emphy. vel cenſualis quis præfertur vicinus vel dominus, qui habet ius emphyteuticum. Dicit quòd dominus: ita dicit Guliel. in d. l. imperatores. ff. de pac. quod no.

7 Sed pone † vſufructuarius vult emere proprietatem illius rei, in qua habet vſumfructum, vtrum alter vicinus præferri poſſit per ea quæ dicit Cyn. in l. ſi maritum. C. de teſta. Dic quòd vicinus præfertur, ſed in iſto caſu vtrum vicinus retrahat proprietatem cum vſufru. vel ſolam proprie. venditam. Dicit Cyn. quòd eſſet inconueniens conſequi vtrūque; quia ille emptor non debet plus conſequi quàm venditor habuiſſet, niſi ille fuiſſet in dolo: vide eum ibi. Quid ſi facta eſt venditio, quæ non tenet, vtrum nihilominus vicinus poſſit rem conſequi, vide Cy. in l. fi. C. communia de lega.

Quid ſi vendo iuſta mercede coactus, nec valeo expectare terminum 30. dierum ad recipiendum pretium a volente emere per ius Prothomiſeos, & ille proteſtatur, quòd niſi cito ei ſoluat, vendet alij. Reſpon. quòd propter neceſſitatem ius termini perditur in ſua quantitate ſeu dilatione: ceſſat enim lex vbi euenit neceſſitas. ff. de offic. procon. l. 1.

Quid ſi teſtator legauit fundū ſuū alicui, vel diuiſit hereditatē & mandauit, ꝙ ſi vendi ꝓtigerit, non poſſit vendi niſi marito, qui ꝓiunctus non erat, legatarius, vel hęredes volunt vēdere. Rn̄deo ꝙ habens ius Prothomi. eſt præferendus; quia nō potuit teſtator per ſuam diſpoſitionem facere, ꝙ lex non haberet locum in ſuo teſtamento. ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. ſic etiā dicerem de ꝓſuetudine quę pro lege ſeruatur. ff. de legi. l. de quibus. Nam beneficium a l. vel conſuetudine quæ pro l. ſeruatur conceſſum a priuato auferri non poteſt; in Auth. de nup. §. ſi verò.

Quæro

Source : BIU Cujas

8 Quęro quidam † permutauit fundum suum cũ quodam pro quadam alia re, & cõuenit inter eos, ꝙ vnus alteri refunderet vltra ipsam rem vni cã vnam apparet quidã qui habet rem coniunctam ipsi rei permuta. & dicit ꝙ ratione dictæ pecuniæ refusę fit venditio, & sic petit rẽ permutatam æstimari cum rata dicit refusi pretij, & sibi venditionis titulo attribui iure Protho. quia ꝑiunctam possessionem habet, quæritur quid iuris? Rndeo, ꝙ clarum est, talem ꝯctum esse permutationis in totum, vt ff. de ꝑdi. ob cãm. l. dedi. per pulchras rationes illius l. notatas & positas in glo. sed in permutatione cessat ius congrui, vt in allegata constitutione Sancimus, ergo &c. Tu dic fm Bar. Quòd aut principaliter inter partes agitur de permutãdo, & tunc censetur permutatio, aut principaliter agitur de vendendo, & iudicabitur emptio & venditio: & pro ista quæstione vide c. ad quæstionem. extra de rerum permu. & aliqua per Cy. in l. cum te. C. de pac. inter emp. & vẽdi. & quid in dubio, vide per Bar. in l. Arist. ff. de don. & ponunt Doct. in l. quæritur. ff. de sta. homi. & per Cy. plene in d. l.

9 cum te. quomodo cognoscatur permutatio, & vẽditio. † Sunt duo vicini vnus tamen propinquior altero, quæro an iste istam rem venditam possit insolidum aduocare alio excluso qui remotior est? Videtur ꝙ sic per l. adeo. §. insulam. ff. de acquir. rerum domi. facit l. triumuiri. in fi. ff. de re mili. & Insti. de rerum diui. §. insula. Sed quid si sunt æqualiter vicini? Videtur ꝙ aut ambo debeant consequi, aut qui primò prouocat, aut sit locus gratificationi, arg. l. fi. ff. de relig. & sump. fune. facit tex. in l. si venditor. post principium. ff. de in diem addi. faciunt no. in l. si Titius. ff. de ver. ob. & in l. si quis seruus. §. si in iure. ff. de leg. 2. & l. cum quæstio. C. de leg. & l. si plures. ff. de accu. & ista constitutio videtur non habere locum in permutatione, nisi generalis consuetudo aliter se habeat; quia statuitur tantum in ꝯractum venditionis, & sic non extenditur ad permutationem. Nã quoties verbum venditionis profertur a lege municipali contra ius commune non comprehendit permutationem, vt est glo. no. in l. fi. C. de prædi. cur. lib. 10. Cuius legis intellectum vide per Cyn. in l. voluntas. C. de fideicommis. melius in l. 1. §. 1. quando & qui. quarta pars debe. lib. 19. vbi ipse tractat, quando res prohibita vendi vel alienari possit donari, dicit Bar. in d. l. Aristo. ꝙ quatenus donatio contineat aliud pactum, tunc dici contractum innominatum, & est locus pœnitentiæ.

10 Quęro quid in alijs contractibus, pone † ꝙ pro fundo tuo reddidi tibi centũ & equum, erit ne emptio vel permutatio, vt habetur in d. l. Aristo. tamẽ dicit Bar. si principaliter agitur vt sit emptio, licet aliqua species detur, in totum erit emptio, vt l. tuum. §. 1. Si verò principaliter permutaretur, tunc esset permutatio, vt extra de rerum permuta. c. ad quæstionem. In dubio aspiciam quod plus valet, & si valet plus res quæ daretur pro re q̃ pecunia, erit permutatio. d. c. ad quęstionẽ. aliàs esset emptio, arg. l. quicquid. §. fi. ff. de acqui. rerum domi. nec erit locus pœnitentię, vt ibi dicitur. Sed quæro, dicit hæc ꝯstitutio, ꝙ si quis fuerit absens causa reipu. vel fuerit pupillus, ꝙ defensores & tutores eorũ ꝯ. quatuor men. debent soluere pro eis iustum pretium, & recipere rem iure Protho. ꝙ si non fuerint, omne damnum, quod illi pupillo vel absenti ex tali negligentia contigerit eis de proprio reficient, constat modo, ꝙ in ciuitate est quidam pupillus non habens tutorem, & propter hoc amisit ius Prothom. facta venditione alijs 30. diebus, vel 4. mensib. elapsis nũquid pupillus iste habebit aliquod tempus recuperandi rem illam? Dic ꝙ remedium, quod aliàs daretur contra tutores, dabitur sibi contra magistratum, qui ei de tutore non prouidit: quia ad eum spectabat, & si non fecit, imputatur ipsi magistratui omne damnum pupillo proueniẽs, vt ff. de magi. conue. l. 1. §. magistratus. & Insti. de tuto. §. sed hoc. Quia si dicta constitutio ob minorem ętatem voluisset ei aliter prouidere, puta de resti. in integ. vel aliter subalternatim dixisset. Sed iam præparauit vltimum remediũ vt C. de cadu. tol. l. 1. circa princip. ibi, quod corrigitur vel reformatur transit in cognitum.

11 Sed adhuc quęro. Nam superius dicta habent † locũ in minoribus. Quid de captiuo vel absente non habentibus procuratores, pro quibus non est remedium aduersus magistratum, & in domo neminem dimisit? Dic ꝙ consilium est, ꝙ quando talis res venditur, fiat denuntiatio per emissionem banni: quia forte aliquis consanguineus, vel amicus suus interponet se pro eo in factum suũ in talibus oportunum, arg. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. hoc etiã. primo respõso, & §. 1. & l. Fulcinius. §. 1. aliàs 2. & ff. de priui. credi. l. si pupillus. Quid si hoc facto nullus comparuit, & captiuus vel absens causa reipu. rediẽs petit retractari venditionem & iure Protho. sibi attribui offerens pretium de ea re qđ soluerat extraneus emptor, causam captiuitatis vel absentiam allegans? Ad qđ videtur dicẽdum, ꝙ ex quo dicta constitutio sancimus. loquitur de captiuis vel absentibus procuratores habẽtibus, vel alias pśonas statutas pro eis, ꝑtra tales procuratores negligentes vti iure Protho. intra terminũ statutũ potest habere recursum ad dm̃, & ex hoc proueniens, & de non habentibus tales personas vel per procuratores constitutio nullam mentionem facit, sed indeterminate relinquit, & propterea opus est noua l. quæ determinet istud dubium, quod sepius contingere põt, vt dicitur per Ray. aliàs per Azo. in l. si sorores. in tit. de succes. & licet ibi habentes procuratores contra eos prædicto modo sint moniti. Isti tamen nullo modo, & propterea videretur iniquũ,

12 & sine culpa damnum paterentur, † & ideo iuris remedijs succurrendum est eis per beneficium restitutionis in integrum, vt C. & ff. ex quib. cau. ma. & ff. de cap. & postli. reuer. per totũ, per qđ recuperare poterunt rem ſ. dictam; quia per eos non stetit, quominus intra statutum terminum iure suo vterentur. ergo eis imputari non debet. C. de insti. l. 1. & l. vter. ff. de condi. insti. & l. qui operas. ff. loca. Ad hoc etiam facit, qđ dicitur, non est in mora qui potest legitima exceptione se tueri. ff. si cer. pet. l. lecta. & de verbo. obli. l. si pupillus. & de regu. iur. l. non est, & l. nulla. Tunc eis damnum imputaretur, si illud eorum culpa contigisset. ff. de procu. l. qui proprio. §. procurator. & quia constitutio dicit, ꝙ habet locũ etiam in locatione, potest corroborari per l. nemo. C. locat. & per l. si pendentes §. 1. in fi. ff. de vsufru.

Sed vtrum ius Protho. habeat locum in feudis. Videtur ꝙ sic, per tex. in 10. col. in tit. quid sit inuesti. §. sed & res.

13 Sed pone † ꝙ res fuit vendita alicui clerico, a quo ista res aduocabatur per proximum ratione cõstitutionis, posito ꝙ constitutio & consuetudo ista liget clericos, dicit clericus ego volo deducere ex ista re & retinere tãtum quantũ fuisset per te vel per alium laicũ solutum ratione istius rei pro collecta, & pro tributo, licet ego nihil soluerim; quia nõ tenebar ratione priuilegij clericalis, vtrũ bene dicat? Videtur ꝙ sic. pro quo vide Cy. in l. neq;. C. de hære. insti. qui videt dicere ꝑtrarium licet non firmet pedes. pro hoc facit materia l. oẽs. C. sine cens. vel reli. & l. inter debitorẽ. ff. de pac. Mihi videtur, ꝙ dubiũ non sit solutum per istas allega. cogitabis, consului isto anno contra clericũ. Sed vtrum hæc constitutio habet locum in donatione, vide l. 1. C. de emp. & ven. reipubl. lib. 10. Sed vtrum hæc constitutio habeat locũ in re data in solutum? Videtur ꝙ sic; quia dare in solutum simile est emptori, vt ff. pro emp. l. 3. & l. fi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & l. fi. C. de senten. sed Spec. in tit. de emp. & venditio. §. interdum. versi. sed pone statutum, dicit ꝙ contrarium fuit iudicatum propter vocabulorum diuersitates, arg. l. si idẽ. C. de codi. & extra de deci. c. ad audientiam. Itẽ quia interuenire pretiũ, vt sit emptio, vt l. 2. ff. loca. & ff. depo. l. 1. §. si quis seruum. & l. si conuenerit. ff. com. diui. licet faciat in contrarium. l. fi. ff. de condi. ob cau. & l. naturalis. ff. de prescrip. ver.

14 Sed quęro † quid si aliqua res vendatur sub conditione, qñ incipit currere tps, intra qđ possit habere locum ius Prothomiseos. Dic ꝙ a tempore aduentus conditionis, vt dicit Guil. de Cu. in l. 1. ff. quando act. de pec. est anna. per tex. illum & per l. Caius. ff. de exc. tut. & facit l. 1. ff. de iu

15 re delib. & l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædi. edi. † Sed pone, ꝙ Titius vendidit extraneo, & dum inter istos esset controuersia forte de re tradenda emptori, fuit litigatum inter eos per annum, intra quem de consuetudine poterat vicinus vel proximus auocare rem, vtrum non obstante talis anni cursu siue lapsu, quo durauit dictum litigium, possit nihilominus intentari actio iuris cõgrui per istũ vicinum. Cy. vr̃ tenere ꝙ sic per l. ꝑtra maiores. C. de inoffi. testa. Sed pone iure municipali vel consuetudine cauetur in aliquo loco, ꝙ si vendatur res vicina mihi, & est mihi venditio nuntiata, ꝙ habeo 12. dies ad recolligendam rem: & si non fuerit mihi denuntiata, habeo 4. mẽses a die scientiæ. Modò pone, ꝙ vendita est res vicina me absente, quidam amicus meus mihi scripsit, scias ꝙ talis vendidit talem domum vicinam tibi & mihi, ego rogo te vt renunties eidem ius Prothomiseos, quod habes, ego scripsi: si verum est, ꝙ talis vendiderit, de illo iure qđ habeo nihil volo facere, nisi qđ Titius quidam voluerit, quæro an per istam literam scientia sit probata? Ad qđ dicendum est, ipsius iuris congrui seu Protho. ius non cedit ignoranti absque dubio. Nam in tempore 12. dierum labendo requiritur nedum scientia: sed denunciatio quæ est de substantia; quia statutum seu consuetudo denuntiari exigit, & a forma statuti nõ recedendũ; quia forma est de eius substãtia, sicut forma rei est de substantia rei, & forma in actibus hominũ est de substãtia ipsius actus. Est aũt forma legis ordinata dispositio certos habens fines. C. de in re fis. l. certa forma, & ff. de censi. l. forma, & ff. ad muni. l. ꝯstitutionibus. Forma aũt rei est qdã gradus seu ꝑfectio eius a natura vel arte: & anteq̃ ista forma inducat, dicimus rem rudẽ & quasi rudẽ materiã l. quçsitũ. §. illud fortasse. ff. de leg. 3. forma verò in actibus hominũ est de bita partũ ordinatio fm prius & posterius. ff. de ꝯsti. pec. l. 1. §.

16 eum qui. de prescr. verbi. l. naturalis. Denunciatio autem est † facti futuri, vbi de futuro loquimur, certa & clara & intelligibilis designatio cũ requisitione ꝑtestantiũ, vel prohibitione tacita vel expressa. ff. de adul. l. denuntiasse. & ibi per Bart. ff. qđ vi aut

Source : BIU Cujas

clam.l.aut qui aliter,& C.quæ res pig.obli.poſ.l.nomen. An autem denũciatio ſit de ſubſtãtia refert,aut lex expreſſe reqrit denũtiari,& tũc quaſi forma quadã eſt aſtrictus quis vt denũtiet. Aut lex ſimpliciter loquit, & tũc aut tractam⁹ quò ad finẽ ſciẽ di,& ſufficit ſciẽtia.ff.de pe.hęre.l.itẽ veniunt.§.petitũ. Aut quò ad effectũ aliũ alterius rei inducendæ,vel ꝓhibendę,& tunc nõ ſufficit ſcientia,vt d.l.denũtiaſſe,vbi lex requirit denũtiari abſq; dubio ſciẽtia neceſſaria eſt,dico facti & formæ ipſius & cęterorũ,quæ hebent factũ ſubſtantiare. l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. cle.cauſam.extra de elec. ff.de act.em.l.1.§. fi.& l.quæro.& extra vt lite penden.c. fi.in cle.aliàs vt lit.non conteſta.

Venio ad ſtatutum de 4.menſibus, qđ nõ requirit denunciationẽ,ſed ſcientiam,& dico quòd licet non dicatur a die ſcientiæ,& tamẽ
17 ita interpretari debet. Sciendum eſt tñ † ꝙ qñq; lapſus tpis inducit ignoranti fauorẽ,& tunc cedit ei.ff.de his qui no.infa.l.genero.qñq; odiũ vel excluſionem,& tunc nõ cedit ignoranti. ff. de excu.tuto.l.quinquaginta.& de ædi.edi.l.cũ ſex.& de calum.l. annus.quia ergo hoc induceret excluſionẽ a iure ꝙgrui,meritò non labitur ignoranti factũ.Cũ ignoranti factum nõ currat tps emptionis ſeu deliberationis. C.de iure deli.l.cũ antiquioribus. ff.de ꝙdi.& demon.l.multum.C.de cap.l.nec nos.Suppoſitis igi tur fundamentis videamus, ſi ſcientia eſt probata. Certum eſt enim, ꝙ ignorantia facti præſumitur, & maxime vbi abſentia comprobatur, & ideo quilibet præſumitur ignorare factum alienũ.ff.de proba.l.verius.Scientia enim factum eſt,& facta non preſumuntur, & ideo quilibet præſumitur ignorare factum alienum,niſi ſit tale,qđ ratione officij teneatur ſcire. ff.de confir. tuto.l.ſi patronus,vel ratione ſanguinis,vt l.de tutela.C.de in inte.reſti.mino.vel ratione contractus a ſe celebrati, vt ff. de regu. iur.l qui cum alio, vel ratione conſuetudinis & vicinitatis. ff. de flu.l.1.§.Labeo.vel ratione notorietatis,vt no. C.de pe.tuto.l.pe. ff.de recep.l.1.vel quia ſe ſimilem finxit.ff.quod quiſq; iur.l.2.& de ſcientia & animo ſtare literis etiam priuatis eius, qui ſe dicit ſcire, de nego.geſt.l.Neſennius. ſi veritas concurrit cum opera.
18 ff.de acquiren.hære. l. cum quidam. §. quod dicitur. † Sic & de ignorantia præſertim ſi iuret ſe ignoraſſe. Creditur ei qui allegat ignorantiam,extra de electio.c.innotuit.in gloſſ.ignorantia. & not.in cap. certa. eo. titu. in 6.& maxime abſens præſumitur ignorare.ff.de excu.tuto.l.plane.ff.de decre.ab or.fa. l. fi. facit qđ no.82.diſt.propoſuiſti.de poſtu.præl.c.1.extra qui ma.accuſ.poſ. c.cum in tua.per Inno.in c.licet.de proba.in gl.ſed nonne. C. de hęre.ven.l qui nondum. ff.de admi.tuto. l. quidam decedens. §. ex quo innotuit. Qualiter etiam probetur ignorantia per teſtes,no.Specu.in tit.de ambi.§.1.verſi.ſed qualiter.

His ſic præmiſsis eſt, videndũ an ſit probatũ, ꝙ talis ſciuerit nec ne.Et videtur ꝙ ſit probata ſcientia contractus.& per ꝙſequens per lapſum termini quatuor menſium ſit excluſus a iure congrui per l.item veniunt.§.a quo.ff.de pet.hęre. & hoc per teſtes, & per literas remiſſiuas & reſponſales.ff.ad Macedo.l.ſi ſeruus. ff.de actio.& obli.l.2. Contrarium dico propter duo. Primò ꝙ non ſufficit ſcire factum niſi ſciat eius modum & qualitatem. Plena enim ſcientia requiritur,& quod facti ſeries non ignoretur.Sed hic de certo pretio,ſine quo contractus venditionis nõ valet, non dicunt teſtes, nec literæ loquũtur, nec præſumitur: vt not.Cy.& Pet. C.de contrahen. & commit.ſtipu. l. 1. Debet enim certificari de pretio ille, qui habet ius congrui. C. de iur. emphy. l. fi. Quia ergo non habuit ſcientiam eorum quæ ſunt
19 de ſubſtantia: † non dicitur ſcituiſſe ſed ignoraſſe.ff.de condi.& demon.l.multum.ff.de hære. vel actio.ven.l.ſed & ſi de ſua. Secundò: quia non conſtat, quòd ſciuerit venditionem perfectã quò ad omnia. Triplex enim eſt perfectio,ſcilicet quò ad conuentionem, & hoc fit cum contractus a partibus abſoluitur ſiue pure, ſiue conditionaliter. Ita quòd non licet pęnitere. C. de actio. & obliga l. ſicut. Secunda eſt perfectio quò ad actionem & obligationem, quæ etiam rei periculum ad ſe trahit.ff. de per. & commo. rei vendi. l. neceſſario. Tertia eſt perfectio quò ad executionem per rei traditionem & pretij numerationem, & iſta eſt poſtrema & finalis perfectio, quæ proprius dicitur perfectio, quàm aliæ duæ ſupraſcriptæ: quia id eſt perfectius quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.l. 1.de orig. iur. ff. de pactis.l.ab emptione. C. quando lice.ab.empt.diſce. l. 1.& 2. Quia ergo tempus quatuor menſium requirit perfectionem quò ad omnia: ideo incipit currere rebus integre exiſtentibus. Tria ergo ſunt neceſſaria vt currat, & tria ſunt probanda, ſcilicet vera exiſtentia contractus,perfectio eius,& ſcientia de vtroque: aliàs non currit tempus quadrimeſtre. ergo ius congrui poteſt merito intentari. facit extra de in integ.reſtit. c. conſtitutus. nec poteſt alteri cedi niſi cum re vicina: quia rei cohęret illud ius: vt dicit ſtatutum.facit quod not. C.communi diui. l.ad officium. per Pet. & Cyn.

Sed pone quòd quis † habens domum & terram vendidit vtran-
20 que vno pretio cuidam,qui erat coniunctus domui tantum,& non fundo, petit iure Prothomiſeos emere domum tantum, nec vult fundum, venditor ſeu ille emptor extraneus dicit, aut totũ emas,aut totum dimittas, quæritur quid iuris. Et videtur primò, ꝙ non ſit audiendus volens domum tantum. Pro hoc facit illud generale,aut totum admittendum, aut totum repudiandum:vt l.quidam eulogio.C.de iure deli. ff.de admi. tuto.l. cum quæritur. in fi. Item vbi facta eſt venditio plurium rerum vno pretio, debet firma manere priori emptori: quia vna dicitur emptio & venditio ne in particulari venditione venditor afficiatur incommodo: quia particularis ſolutio eſt damnoſa. ff. fami. ercif. l. plane.Item aliquid fit ratione totius, quod non fit ratione partis.ff.fami.ercif.l.Męuio.§.in fundo.Item ne prior emptor partem tantum cogeretur emptam habere, cum aliàs niſi in totum non fuiſſet empturus. ff.de in diem addic. l.quòd ſi vno.& ff.de mino.l.tutor.§. 1.& de ędil.edic.l.cum eiuſdem.& de ſolut.l.ſi quis aliam.In contrarium videtur dicendum,quòd licèt domus & fundus vno pretio vendatur: tamen vnum non eſt pars alterius: quia corpora ſunt diuerſa. ff. commo. l. cum
21 plures.ff.de verbo.oblig. l.ſcire debemus. † Vnde pluribus fundis venditis, vno pretio vno euicto pro vno tantum poteſt agi de euictione: quia tot ſunt venditiones quot ſunt res in emptione comprehenſæ: vt l. cum plures. ſupra allegata. & ſuperiora argumenta poſſunt habere locum, qñ eſſet totum contiguum vel vnum corpus, quod venderetur. Puta vna domus, vel vnus fundus,& vicinus peteret & vellet partem ipſius emere tantùm. Si tamen plures diuerſi iuris vendantur, vna non poteſt dici pars alterius, niſi eſſet talis res, quæ eſſet eiuſdem officij, vel vna eſſet alteri acceſſoria, quo caſu deberent obſeruari quæ diximus ff.de ædil. edict. l.cum eiuſdem.in gloſſ. Reſtat ergo, quòd ſi in vna habeam ius Prothomiſeos, iſtud ius non debet mihi auferri facto venditoris vendentis in præiudicium iuris mei plures alias res vel corpora. Nam iſtud ius ſeu beneficium contra ius commune competit conſuetudine quę
22 pro lege ſeruatur: & eſt † ius ciuitatis, & beneficium a lege conceſſum priuatus auferre non poteſt: vt in Auth. de nupt. §. ſed non ſolùm. nec per alium debet alteri iniqua conditio inferri.ff.de regu. iur. l.non debet. Item licèt ſit vna emptio plurium corporum ſimul vno pretio facto: tamen habito reſpectu ad ipſa corpora poſſunt dici plures emptiones & venditiones: quia de ſingulis agi poteſt actione ex emp.ff.de actio.emp. l.ſi vno.ſicut vna ſtipulatio de pluribus rebus fieret: quia quot ſunt res, tot ſunt ſtipulationes. ff.de verbo. obliga. l. ſcire debemus.Et ſi teſtator vno contextu plures res legauit:tamen quot ſunt res, tot cenſentur eſſe legata. ff. de lega. 2.l.2.& legatarius poteſt vnum repudiare, & alterum petere, quod non eſt tñ in vna re legata: quia non poteſt partem petere & partem repudiare. ff. de lega. 2. l.neminem. Sic ergo his argumentis habes, quòd vicinus petere poteſt ratione iuris congrui ſe admitti ad emptionem vnius rei venditæ, in qua ius vicinitatis habet, & res alias emere cogi non debet. Nam de iure conſuetudinis huius iuris Prothomiſeos quod communiter in partibus Neapolis & Meſſanæ ius congruum appellatur. Iuri communi derogatum eſt, vt inuitus quis vendat,cui aliàs non venderet. C. de iure delib.l.nec emere. ff.de cõtrahen.emp.l.inuitum. Et quod contra iuris rationem inductum eſt, non debet ad conſequentiam trahi. ff. de leg. l. quod verò.

Item pone quòd 23 † quis vendidiſſet omnia bona ſua alicui, ego peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipſorum ratione alicuius rei ex his mihi coniunctis, per quam ius Prothomiſeos mihi competere prætendo inuito venditore & emptore, vtrũ poſſim. Et certe hoc ſatis videtur abſurdum, vt compellatur venditor mihi omnia bona vendere,ſicut non poſſet me compellere vt omnia bona emerem ratione iuris Prothomiſeos. Sed quomodo fiet æſtimatio illius rei tantum, quam ego peto emere ex iure Prothomiſeos: cum vno pretio vendita fuerint tot bona. Dic quòd iudex æſtimabit deducta æſtimatione aliarum rerum venditarum in communi. ff. de lega. 2. l. ſi quod ex Pamphila.& l.qui ſolidum. §.1.& vide glo. ad hoc no. in l.ſi plura. ff. de ædili. edic. Sed iuxta prædicta quæritur,quid
24 † ſi Titius plures fundos vno pretio pone decem vncijs vendidit Sempronio, & adiectum eſt in contractu venditionis. & quod plus valuit, dictus Titius dicto Sempronio donauit, a quo iurauit ſe recepiſſe. Modò Męuius habet fundum vicinum ratione iuris Prothomiſeos, & vult ſoluere pro rata pretij recepti, emptor opponit donationẽ ſibi factam de eo quod plus valet. Sed ſi eum vult, quòd iuſto pretio emat, quæritur quid iuris. Et primò videtur quòd pro rata pretij recepti debeat ſolui: ita videtur not.glo. in l.penul. ff. de ædil. edic. & videtur text. in l. ſi quod ex Pamphila. & l. qui ſolidum. §. 1. ff. de lega.2. Præterea in iure Prothomiſeos non ſoluitur niſi pretium quo emit, vt in hac conſtitutione not.qui tex.etiam facit pro hac etiam parte.quia victus victori non ſoluit ſalarium pro

aduocato

Source : BIU Cujas

aduocato quẽ gratias habuit: vt per Bar.in l.stipulatus. ff. de fideiusso. Aduerte † ꝙ qñ in contractu venditionis adijcitur donatio, quantum soluit vicinus volens rem iure Prothomiseos: Videtur ꝙ talis adiectio donationis nil operetur: quia quando fit mixtura quorundam contrarium,præsumitur fraus & reuocatur res vendita:ita tenet Guil.de Cu.in l.si tibi decem.ff.de pactis. In eo qui vendidit quadraginta, & adijcitur ꝙ si quid valet plus donare emptori:certe non obstante tali donatione præsumpta fraude reuocatur res vendita l.2.C.de rescinden. venditione.Bal.de Perusio.

IACOBI NOVELLI DE IVRE Prothomiseos, siue de iure congrui.

SVMMARIVM.

1 *Imperialis hæc constitutione de iure prothomiseos, praticabilis est in curijs & lucrosam in se continet materiam.*
2 *Venditor rei immobilis alicui coniunctæ, vel communis, coniunctis reali coniunctione potius quàm extraneis vendere tenetur.*
3 *Actio ex hac lege domino rei, seu personis coniunctis tantùm competit.*
4 *Dominus tantùm potest furti agere contra furem.*
5 *Ius prothomiseos an locum habeat in contractibus venditionis, locationis, & emphyteusis.*
6 *Termissum in vno casu in alijs legitime prohibetur.*
7 *Vocandi quomodo sunt, qui ad ius prothomiseos admittuntur.*
8 *Venditor coniunctis rem vendendam denunciare tenetur, vt infra triginta dies iustum pretium soluere debeant.*
9 *Pretium iustum quod dicatur.*
10 *Pro absentibus quis & quomodo admittatur ad ius prothomiseos.*
11 *Defensores, procuratores, tutores, & curatores negligentes in bonis propijs puniuntur.*
12 *Verba legis semper sunt ponderanda & subtili ratione consideranda.*
13 *Ius congrui an in iudicijs optimo iure seruandum sit.*
14 *Ius prothomiseos an a Græcis originem habuerit.*
15 *Ius congrui a quo certo tempore adinuentum fuerit.*
16 *Res vendita tempore Moysi in anno iubilei an ad vẽditorem reuertebatur.*
17 *In anno iubilei an debitores à credito relaxabantur.*
18 *Ius prothomiseos in pluribus Italiæ locis, ac curijs obseruatur.*
19 *Ius redimendi possessionem venditam, an sit de iure diuino permissiue.*
20 *Si fructus in annis 50 exuberant capitale, An venditor possit sine alio medio fundum venditum rehabere & recuperare.*
21 *Ius congrui an de iure communi locum habeat.*
22 *Cõsanguinitatis fauore multa specialia cõcedũtur, quæ alijs nõ permittũtur.*
23 *Alienatio, quæ fit Agnatis, & consangutneis nõ dicitur proprie alienatio.*
24 *Prohibitus simpliciter alienare, non prohibetur alienare fratri, vel sorori.*
25 *Ius congrui an de consuetudine locum habeat.*
26 *Bona per agnatos vendita an possint infra tempora legis ab illis de prole redimi: & in quibus certis locis.*
27 *In prothomiseos an in terris & locis Ecclesiæ seruetur.*
28 *Imperator an possit imponere iugum in terris sibi non subditis.*
29 *Verbum sancimus an sit demonstratiuum iuris noui.*
30 *Verbum sancimus, an sit declaratiuum iuris antiqui, & in lege appositum an penaliter operatur.*
31 *Sanctio legalis sicut reperitur, an ita etiam sanctio testatoris.*
32 *Sanctio pragmatica quæ nam dicatur.* ∴
33 *Verbum volo, an sit iuris noui introductorium.*
34 *Verbum decerno, an sit inductiuum iuris noui.*
35 *Verbum decerno, an interdum referat ius antiquum.* ∴
36 *Dictio amodo, an denotat tempus.*
37 *Dictio in antea, an tempus significet.*
38 *Dictio ante, in depositione testium quid importat.*
39 *Dictio Et, multipliciter in iure exponitur, remissiue.*
40 *Dictio Et, si ponitur inter similia cum non possit coniungere, resoluit vnum in adiectiuum alterius.*
41 *Dictio Et, interdum resoluitur in disiunctiua.*
42 *Dictio Et, quandoque stat ampliatiue, & repetiue.*
43 *Dictio Et, magis copulat proxima quàm remota, & non copulat nisi ea; quæ sunt eiusdem generis.*
44 *Dictio Et, quandoque ponitur pro ideſt.*
45 *Dictio Et, interdum stat implicatiue.*
46 *Dictio Et, quandoque stat partitiue: interdum distributiue.*
47 *Dictio In, multipliciter in iure nostro exponitur.*
48 *Hæc dictio In, quandoque ponitur pro iuxta.*
49 *Testes si dicerent, hoc esse factum in hostio: & alius prope hostium. an de falso redargui possent.*
50 *Dictio In, si ponitur cum ablatiuo: seu accusatiuo secundùm naturam verbi: an producat diuersos effectus.*
51 *Dictio In, quandoque stat priuatiue. Interdum augumentatiue, aliquando pro ideſt, & interdum nil operatur 52. 53. & 54.*
55 *Dictio In, stat quandoque inclusiue.*
56 *Dictio omnis si refertur ad vnam rem tantùm exponitur pro tota.*
57 *Dictio Omnis, est signum vniuersale, & prædicatur de pluribus differentibus numero.*
58 *Dictio Omnis, est collectiua, & an requirat concursum omnium.*
59 *Dictio Hæc omnia, an sit apta omnia includere.*
60 *Verbum generale an ea amplectatur, quæ in generali dispositione non includuntur.*
61 *Obligans omnia bona sua, an ea obligare dicatur: quæ non esset specialiter obligaturus.*
62 *In obligatione generali non solum veniunt præsentia, sed etiam futura.*
63 *Omnia promittens, an videatur excludere ea quæ ex natura contractus veniunt*
64 *Clausula, omni solennitate omissa. non tollit ea quæ sunt inducta de iure diuino.*
65 *Dictio Omnis, in contractu apposita an se restringat ad ea, quæ sunt de natura contractus.*
66 *Dictio Omnis, distributiua an differat a toto.*
67 *Natura verbi distributiui an sit atribuere actum verbi cuilibet in solidum.*
68 *Assignatio termini ad probandum per omne genus probationis, an excludat omnem probationem.*
69 *In generali locutione non includuntur exempti.*
70 *Prouincia est nomen generale, an incolas compredendat.*
71 *De aliquo loco, vere & proprie dicitur secundùm naturam, & originem & non secundùm fictionem.*
72 *Ciuitas an vere & proprie prouincia dicatur.*
73 *Prouincia quælibet an debeat habere Archiepiscopum, & decẽ Episcopos.*
74 *Gallia, Hispania, Romandiola, Marchia, Ducatus, ac Lombardia, an prouinciæ dicantur.*
75 *Ciuitas Venetiarum superiorem non recognoscens, an sit habenda loco prouinciæ.*
76 *Quælibet prouincia an possit sibi regem eligere.*
77 *Legatus in prouincia an possit prouisiones facere.*
78 *Ciuitates, & prouinciæ an possit vnri.*
79 *Multitudo populi, & turres an sint ornamentum reipublicæ.*
80 *Ciuitas, quæ habet distinctum regimen, non supponitur iurisdictioni superioris.*
81 *Ciuitas non recognoscens superiorem, an prouincia sit appellanda.*
82 *Ciuitas quælibet an possit statuta & constitutiones facere.*
83 *Superioris officium est loci statuta confirmare.*
84 *Confirmatio statutorum est meri Imperij: & id ad principem spectat.*
85 *Ciuitas an ea dicatur, quæ habet Episcopos.*
86 *In terris christianorum an ciuitas dicatur, quæ habet Episcopum.*
87 *Ciuitas an differat a Villis, & in quibus.*
88 *Ciuitas in Gallia an Villa appellatur.*
89 *Municipes qui vocentur proprie.*
90 *Oppida an ciuitatibus opem præstare teneantur.*
91 *Regentes ciuitates an loco principis habendi sint.*
92 *Ciuitates inferiores an vti debent legibus ciuitatis Metropolitanæ.*
93 *Ciuitas an possit concedere minoribus liberam bonorum administrationem.*
94 *Ciuitas non recognoscens superiorem an possit concedere liberam bonorum administrationem subditis.*
95 *Princeps & si legibus sit solutus: attamen secundùm leges viuere debet.*
96 *Ciuitas & villæ an habeant iurisdictionem.*
97 *Populus an possit præscribere absque scientia superioris.*
98 *Bona ciuitatum an possint præscribi, & possideri.*
99 *Loci consilium an totam ciuitatem repræsentet.*
100 *Consilium loci an possit præscribere bona etiam alibi situata.*
101 *Aduersus ciuitatem quo tempore currat præscriptio.*
102 *Ciuitatis appellatione in materia odiosa an veniant suburbia.*
103 *Interdicta ciuitate an intelligantur interdicta suburbia.*
104 *Ciuitas duplex est.*
105 *Ciuium appellatione an vere & proprie veniant banniti.*
106 *Ciuium appellatione an veniant clerici beneficiati.*
107 *Ciuitatis appellatione an veniant personæ in ea existentes.*
108 *Ciuium appellatione an veniant Monachi.*
109 *Ciuitas originis an sit naturalis & immutabilis.*
110 *Ciuitas an possit obligari ad obseruantiam conuentorum.*
111 *Ciuitas mori tunc intelligitur: cũ ad aratrũ superioris auctoritate dãnetur.*
112 *Damnata ciuitate an etiam oppida intelligantur damnata.*
113 *Destructa ciuitate si reædificetur an retineat priuilegia, quæ ante habebat.*
114 *Bannitus de vna ciuitate an intelligatur etiam bannitus de ciuitate illi confederata.*
115 *Muri ciuitatis an intelligantur sacri: Ita ꝙ nullo modo alienari possint.*
116 *Ciuitas nec agit, nec conuenitur iure congrui.*
117 *Commune Venetiarum an olim tenebatur possessionem venalem emere, si nullus de prole venditoris, aut lateraneus emere voluisset.*
118 *Ius congrui si seruatur in ciuitatibus, quid in villis & castris.*
119 *Collecta imposita ciuitati, an censeatur imposita etiam villis.*
120 *Ius congrui in quibus certis locis locum non obtinet.*
121 *Statuta prohibitoria rem extraneæ personæ distrahi an irrationabilia iudicanda sint.*
122 *Bona vendita in familia permanere, an reipublicæ intersit.*
123 *Ius congrui in bonis mobilibus an locum habere possit.*
124 *In penitus diuersis an recta fiat illatio.*
125 *In immobilibus si ius cõgrui locũ obtinet. quid de mobilibus est respõdẽdũ.*
126 *Nomina debitorum an sint species distinctæ & separatæ a bonis mobilibus & immobilibus.*

Source : BIU Cujas

Iacobi Nouelli. De iure Prothomiseos. &c.

127 *Donans rem mobilem an veniat actio competens ad rem mobilem.*
128 *Legans omnia, quæ erant in domo alicuius, an in legato veniant nomina debitorum.*
129 *In bonis feudalibus an ius prothomiseos locum habere possit.*
130 *In generali bonorum alienatione an veniant feudalia.*
131 *Rogatus restituere hæreditatem alicui, an feudum veniat.*
132 *In vniuersali sermone an similiter omnia veniant.*
133 *Feuda non omnibus passim sunt concedenda.*
134 *Marito tanquam domino fundi dotatis an ius prothomiseos competat.*
135 *Maritus dominus fundi dotalis habet beneficium prælationis.*
136 *Maritus soluto matrimonio si fundum dotalem restituet, an etiam restituet, quicquid fundo accessit.*
137 *Extincto principali an etiam accessorium extinguatur.*
138 *Vsufructuarius fundi non habet fundum proprium.*
139 *Vicinus si cum fructuario concurrit, an præferatur in hoc iure.*
140 *Vsufructuarius an naturaliter fundum possideat.*
141 *Possidens titulo pro suo an habeat beneficium prælationis.*
142 *Si venditur vsufructus fundi, quis iure prælationis obtinebit, Agnatus, an dominus fundi alienati.*

1 IN nomine Indiuiduæ Trinitatis patris, filij, ac Spiritus sancti. Imperialis hæc ꝑstitutio subtilis est, admodū practicabilis † lucrosamq; in se ꝑtinet materiā: & ꝑmuniter affirmat per Doc. ꝙ hæc lex, seu ꝑstitutio fuit vltima D. Federici Imperatoris, quæ in ꝑsuetudinē ꝑuersa est in omni loco, & prouincia: & imperator & princeps eas semper leges obtinere voluit, quas vel iudiciorū frequentissimus ordo exposuit, vel lōga ꝑsuetudo vere ꝑprobauit, vt C. de vet. iur. enulce. §. nulla itaq;. l. 1. & propter eius prolixitatem legitur per partes. prima pars vsq; ibi. licèt. n. quamuis tex. possit esse pro summario. h. d. Coniunctus volens alienare, locare, vel in emphiteusim concedere, denūciet parentibus, sociis, & extraneis ꝑiunctis: vt infra triginta dies soluāt iustum pretium, & vnusquisq; ſm suam portionē accipiat, alioquin ipsum ius amittet, nisi quisque eorum fuerit in captiuitate deportatus, vel in exiliū missus, vel absens, sine dolo, vel fraude, vel minor, pro quibus tutores, curatores, ꝓcuratores, vel eorum defensores infra quatuor menses, venire debēt & soluere iustū pretiū cū vsuris. & necessarijs impensis, & accipere rē, & extraneos emptores repellere. & si neglexerint de eorū ꝓprijs bonis resarcient incommoditas illorum. Diuiditur autem hoc principiū in duas partes, in prima parte ponitur, qui dicant proprie coniuncti, & quo ordine vocentur: in secūda parte dicitur, qualiter coniunctis fiet denunciatio per venditorē. & infra qđ tēpus debeant soluere iustum pretiū: & si fuerint in captiuitate, vel absentes: qūo eis prouidendum sit: secunda ibi si autem: prima adhuc subdiuiditur: quia primò dicit illud idem quod dictum est: in secunda dicit, ꝙ in primis vocentur parētes, deinde socij: ac demū extranei. secunda primę ibi in primis. secunda adhuc subdiuiditur, nam primò dicit, ꝙ facienda est denunciatio ꝑiunctis, si plures sunt, vt infra triginta dies soluāt iustū pretiū, & vnusquisq; portionē rei recipiat: & si nō soluerit infra dictū terminum, dictum ius amittent, in secūda dicitur. si dicti ꝑiūcti fuerint, vel quisq; eorū in captiuitate, vel deportatus, vel in exiliū missus, vel absens cā republicæ, vel ꝓpria, sine dolo, & fraude, vel minor, ꝙ procuratores, tutores, vel curatores, vel defensores eorū infra quatuor menses admittātur ad beneficium iuris ꝓgrui: soluendo iustum pretium cum vsuris legitimis & legitimis expensis, & emptorem repellant: alias de eorū proprijs bonis incommoditates resarcient: secunda ibi nisi quisquā eorū. Vel ſm quosdam Doct. in nouē diuiditur partes. in prima parte loquitur quibus in rebus hoc ius ꝓgrui locū habeat: in secunda in quibus locis hoc ius prothomiseos ordinate ꝓpetat. in tertia ponit quibus personis liceat rē vēditā ex hoc iure petere: in quarta in quibus casibus ius ꝓgrui locū nō habet: in quinta ponitur de ꝑctibus initis in fraudem huius legis: in sexta ponitur prohibitio ꝓtractuum cum personis potentibus: in septima refert quasdam ꝑstitutiones Grecorum in materia presentis constitutionis: in octaua recitat, qūo parentes & vicini concurrere possunt ad petendam prælationem, & quis eorum præferatur: in nona, & vltima parte dicitur, ꝙ tria sunt quæ ꝓthomisin nō habēt: videlicet via publica ecclesia, & curia, seu fiscus. Nota pri
2 mò, quod † habens rē immobilē alicui ꝑmunem, vel ꝑiunctā, volens illam vendere, tenetur eam vendere potius ꝑiunctis cōiunctione reali, quàm extraneis: vt hic, & per hanc legem reducimur ad ius antiquum, cui derogatū erat ꝑ leges Codicis: vt in
3 l. dudū. C. de ꝑhend. empt. Nota † secundò, ꝙ actio ex hac lege competit dño rei tantùm, seu personis ꝑiunctis: cum dicat hæc ꝑstitutio, Si quis habuerit rem cōmunem, domū agrum ex pa-
4 rentela &c. arg. ad hoc ff. de fur. l. qđ rem sibi. §. si qs alteri. † vbi dicitur, ꝙ dñs furti agere potest, ideo quia domini interest de
5 ipsa re agere: ſm Bal. & Doct. Nota tertiò † ꝙ in hac lege ęqui paratur venditio, locatio & in emphiteusim datio: vt vendi, res locari, vel in emphiteusim concedi non possit, nisi coniunctis, & sic istud ius prothomiseos in talibus cōtractibus locum ha-
6 bere potest & non in alijs: quia † qđ in vno permittitur, in alijs prohibetur, arg. l. maritus. C. de procur. l. quod Labeo. ff. de compens. & l. cum ita. in fin. ff. de cond. & demostr. not. in l. cum prætor. in princ. ff. de iudic.
7 Quartò nota: † ꝙ ſm præscriptū ordinē vocandi, & admittēdi sunt ad ius ꝓthomiseos primò parētes, secūdò socij, & demū collaterales extranei admittunt: rōnes dicā īfra suis ī locis.
8 Quintò nota † quòd venditor debet denunciare coniunctis rem vendendam, & quòd soluāt iustum pretium infra triginta dies: aliàs amittunt ius quod habent.
9 Nota sextò † quòd iustum pretium dicitur illud, quod verus emptor sine fraude exhibetur: vt hic de quo infra in glo. dicetur: & vbi fit mentio de pretio, semper refertur ad pecuniam numeratam ſm Bal. cons. 98. num. 2. vol. 1. & cons. 383. vol. 1. & Idem in l. 2. in fine C. de rescind. vendit.

Nota septimò, ꝙ si plures coniuncti sunt rei vēdendæ, vnusquisque ſm suam cōiunctionem per nomen rei recipiat. quod intellige, prout in glos. declarabitur.
10 Nota octauò † ꝙ pro ꝑiūctis absentibus ēt ex eorū criminibus & minoribus admittunt defensores procuratores, tutores, vel curatores eorū infra quatuor menses ad ius prothomiseos.
11 Nota nonò † ꝙ defensores, ꝓcuratores, tutores, vel curatores puniuntur in proprijs bonis de eorū negligētia: & ad hæc facit l. si procuratorē. §. dolo. ff. mādati. & l. quicquid. C. arb. tut. & potest pro leuissima culpa tutor vti suspectus ab officio tutelæ removeri, vt Bar. in l. fi. ff. de suspec. tut. Bal. in l. quę fortuitis. 8. col. C. de pign. acti. Et similiter tutor si non habet iustam causam litigandi potest per iudicem in expensis damnari: & fit executio contra eum, & non ꝫ bona pupilli: vt est tex. singul. in l. non est ignotum C. de adm. tutor. Bar. in l. edita. col. fi. C. de eden. & in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & in l. 4. in princ. ff. de re iud. cum similib.
12 Et qa singula verba huiusce legis seu ꝑstitutionis sunt † pōderanda ac subtili ratione sunt ꝑsiderāda. Imperialis enim hęc ꝑstitutio cum rōne & iustitia composita est: & si iurisconsulto rū leges cū tanta iustitia & ratione factæ sunt: vt iniustitia in eis inueniri nō potest, quid de imperialibus ꝑstitutionibus dicēdū, quæ diuinum in se numen habere credendum est, ſm And. de Iser. in c. 1. versi. ad fęlicem. quæ sint regal. in vsib. feudorum & ob id Doct. communiter in legibus commentandis semper inuestigare solent rationem dubitandi, & decidendi: idcirco inter cæteras iuris regulas, quas certa ratione meo quidē iudicio terminare non sat possibile est: discutiendum venit, si ius prothomiseos (qđ vtiq; ius ꝙgrui appellatur) in foro nostro & curijs
13 optimo iure seruandū sit an ne † suo loco inferius ꝓponetur, ac terminabitur. Et antequā huiusce iuris materiam aggrediar videre est, quotuplex dicatur hoc ius prothomiseos. Et tu absolute conclude & dic, ꝙ quadruplex, iure scilicet consanguinitatis, vicinitatis, ꝑmunionis, & cohabitationis, de primo fuit olim de more in terra Israel: vt infra dicē, & ꝑpellebatur quis prius vendere ꝑsanguineis, ꝙ extraneis; de secūdo est locus hic, & ample tractatur per d. And. de Barulo in l. curiales. C. de prædijs cur. lib. 10. & sic ex lege alueus fluminis recedentis acquiritur proximo vicino. ſm Bar. in tract. Tiberiadis, lib. 3. & est tex. in l. hoc iure. §. si aquam. ff. de aq. quot. & esti. De tertio dicā in vers. vel ex omni emptione: par enim interesse videtur propinquitatis, & vicinitatis: vt l. si in emptione. in glos. in versi. maiorum. ff. de minorib. De vltimo nō habet locum nisi in Metrocomia, idest in Villa assignata militibus translatis vt l. 1. C. nō licere habit. Metroco. lib. 11. Est & aliud ius huic simile, scilicet rōne directi dñij, de quo late in l. 1. C. de iur. emphi. & infra dicetur: sed a quo certo tēpore hoc ius introductum sit discutiendum venit. Et quidē a Græcis originem habuisse asserunt: nonnulli ve-
14 rò ab antiquissimo tēpore arbitrantur. † Et omissis quāplurimorū Doctorū infructuosis altercationibus absolute concludendum venit, hoc ius ꝙgrui, quod nos prothomisin appellamus ab antiquissimo & vetustissimo tēpore adinuentū esse:
15 primis nanq; temporibus hoc ius † cognitum fuit, si quis. n. vē debat possessionem suam ex imminenti paupertate poterat is sine temporibus præfinitione redimere, cū ad pinguiorē fortunam perueniebat: & similiter propinquus eius: Tēpore verò.
16 Moysis res vēdita † reuertebatur ad venditorē in anno iubilei: idest in anno quinquagesimo post subsecutā vēditionē. In quo quippe anno oēs creditores tenebantur relaxare debitum obli
17 gatis, & a credito debitores omnino relaxabantur, & † serui liberi dimittebant, & hanc ꝑstitutionē Moyses a Deo cognouit, & hebræis in scriptis tradidit. Dū sub mōte Sina moraretur, & hoc quippe ius ꝓthomiseos, seu cōgrui in pluribus Italię locis & curijs, de quibus suo loco particulariter commemorabitur;
18 admittitur & obseruatur. Iure † scilicet diuino, cōmuni, ac consuetudinario, & ꝙ ius redimēdi ac possessionē venditā recuperandi per agnatos proximiores è manibus emptorū extraneo-

rum

Source : BIU Cujas

rum sit de iure diuino, hoc clarè ac lucidè habetur Leuitici ca.
19 25. Ibi. si frater tuus attenuatus vendiderit possessiunculā suā,
& voluerit propinquus eius, potest redimere, qđ ille vēdiderat.
qđ semper intelligi debet oblato pretio, & solutis melioramen
tis de iure venientibus, vel ſm antiquam ꝯstitutionem, si com-
20 pertum esset fructus in annis 50 exuberasse capitale † venditor
sine aliquo alio medio fundum venditum recipiebat. Et alibi
Hierem. profer. in c. 32. Ibi. eme tibi agrum, qđ est in Anathot:
tibi enim competit ex propinquitate vt emas. & alibi Rut. c. 4.
si vis possidere iure propinquitatis eme, & possside: si autem di-
splicet tibi, indica mihi, vt sciam quid facere debeā: nullus est. n.
propinquus excepto te, qui prior es & me, qui secūdus sum; &
sic clare & aperte habetur, ꝙ ius congrui est de iure diuino: &
in eo habetur ratio propinquitatis. Et in omni loco in decisio-
nibus causarum etiam lex Mosayca allegari potest, ſm Cald.
cons. 39. Ias. in l. 1. col. 8. ff. si cer. pet. Io. de Imo. in l. stipulatio hoc
modo concepta. ff. de verb. obli. leges enim a Deo optimo ema
narunt medio profetarum secundùm Bald. in c. clerici. de vit. &
21 honest. cler. Neapol. decis. 321. nu. 1. in fine † & ꝙ similiter hoc
liceat de iure communi, quæ leges fuerunt per annos 300. an-
te Christi Aduentum secundùm Bart. in l. multum. ff. de verb.
oblig. glos. & Bal. in l. pridie. ff. de ferijs. & habē in l. si cui fun-
dus. in fine. ff. de leg. 2. ibi. interest nostra fundos vicinos etiam
supra iustam extimationē habere, ne alius extraneus habeat.
& ibi glos. & sic not. ꝙ ius congrui habet originem a dicta l.
& vide Roma. in l. fi. §. diui quoque fratres. ff. de publi, & in d.
l dudum. in prin. C. de contrah. empt. Ibi, dudum concessum
erat proximis, consortibusque: vt extraneos emptores ab em-
tione remouerent oblato tamen pretio. hoc idem in l. fi. C. de
agricol. & cēs. lib. 11. vbi si aliquis de colonis Imperatoris vult
vendere agrum, seu fundum, requirendi sunt illi, qui sunt de
consimili origine, & hoc optima ratione; fauore enim cōsan-
22 guinitatis † multa alia specialia conceduntur, quæ extraneis
non permittuntur, & ob id in remittenda quinta parte hære-
di consanguineorum suffragia extraneis præferūtur: vt sing.
Franc. Aret. in l. pro hærede. §. si sepulchri. col. 5. ff. de acqui. hæ-
redit. Alex. in l. maiorum. ff. eo. tit. & similiter si inter executo-
res testamenti non conueniunt de modo distribuendorū bo-
norum testatoris, nec aliter possunt concordari: debent con-
sanguinei extraneis præferri. Roma. sing. 539. Bal. in l. imperā-
tor. ff. de pact. Aret. consi. 162. col. 2. Flor. in d. l. Imperator. ad
fin. & in l. 1. ad fi. ff. famil. ercis. nec de hoc est mirandum: cum
23 alienatio, quæ fit agnatis, non † proprie dicitur alienatio: vt l.
cum pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. & l. voluntas. C. de fideicō.
vbi prohibitus alienare simpliciter non prohibetur alienare
sorori, vel frātri venditoris: quia bona non exeunt de familia:
24 & prohibitio alienandi non egreditur † personam prohibiti,
secundùm Bal. in cons. 462. & 272. vol. 3. & consi. 304. num. 2.
vol. 5. & facit tex. in l. 1. ff. de priuileg. credit. vbi cum debitoris
bona vēneunt: & creditores ęquale pretium offerunt, præfer-
tur cognatus alijs extraneis: & similiter si aliqua hęreditas de-
bet diuidi inter extraneos & consanguineos in ijs rebus, quas
conueniētius est remanere in familia, electio dari debet ꝙ san-
guineis: vt sing. Aret. in consi. 162. col. 2. & in c. 1. de alienat. fe-
udi. in vsib. feud. & in multis alijs casibus de quibus per Mat-
thæum de Afflic. in tractat. de iur. protho. in princ. nu. 13. Bar.
in cons. 19. ad fin. vbi frater in vēditione fratris præfertur alijs
extraneis: si modò æquale pretium obtulerit, vide cōsi. Anch.
371. incip. ꝙ dicta domina, quod not. Et quòd pariter hoc sit
25 † de consuetudine, quæ legis habet vigorem, habetur in cap.
constitutus, de in integr. restit. vbi cauetur, ꝙ res & bona alie-
nata possunt per agnatos infra tempora a lege præstituta re-
dimi & recuperari. Et hoc ex antiqua consuetudine legibus
approbata, vt l. 1. & l. fi. C. de emancip. Et sic manifeste datur
intelligi, quòd hoc ius congrui, quod nos prothomisin voca-
mus multis in locis Italiæ obseruatur: tam ex iure diuino cō-
muni, quàm consuetudinario, & præsertim Io. Faber in §. 2. In
26 stit. de rerum diuis. immo in tit. de empt. & vēdit. † dicit hanc
esse generalem in regno Franciæ consuetudinem, prout etiā
attestatur Tiraque l. in suo tract. de vtroque retract. in princi-
pio, in alijs regionibus adsunt statuta, ducales prouisiones, &
decreta, vt priuatim attestatur Cępol. consi. 62. in ciuilibus, in
casu prælationis petitæ de anno 1460. Tar. Paul. de Castro in
consi. 249. vol. 2. Socin. cōsi. 45. vol. 3. Idem Cępol. in consi. 44.
in casu d. Leonelli de Leone de Padua. Idem Paulus de Cast.
consi. 351. Et similiter Rauennæ ciuitas, quandiu sub impe-
rio illustrissimi Veneti Senatus subdita fuit: prout attestatur
Cępo. consi. 47. prælationem admisit. De Mediolano consul-
uit D. Ias. cons. 194. vol. 2. de stilo huiusce Magnificę vrbis Ve-
netiarum refert Castrens. consi. 349. co. 2. vol. De Ciuitate Fer-
rarię Saly. optime in l. ad officium. ante finem. C. communi
diuid. Et de Ciuitate Florentiæ attestatur Ias. in l. 2. colu. 4. ver-
si. iuxta supradicta. C. de iur. emphyt. Angelus in l. Imperator
ff. de pact. De Alexandria fidem facit Fulg. 9. cons. 34. inter ꝙs.
Franc. Curtij senior. Bergomi in aliquibus casibus & nō pas-
sim admittitur prælatio: prout attestatur Alber. de Rosate in
l. dudum. C. de contrahen. empt. & in l. si filiusfamilias. §. cum
fundum. ff. de verb. oblig. De Ciuitate Lucæ affirmat Decius
cons. 222. in princ. vol. 2. Iac. But. in d. l. dudum. præalleg. refert.
vsum Bononiæ etiam Castrens. con. 349. vol. 2. Socin. cons. 45
vol. 3. In Francia, seu Gallia dat prælatio secundùm. D. And.
Tiraque l. in suo tracta. de vtroque retract. & de multis alijs
Italiæ partibus refert Saly. in d. l. dudum, cons. 2. uer. ꝙro post
hanc, & Marsi. sing. 64. vbi allegat Barba. in cap. plerunque in
5. col. de rescrip. vbi attestatur consuluisse Cesenæ in facti cō-
tingentia: Ciuitas Feltri etiam prælationem admittit in ven-
ditione & in datione insolutum: vt in suo statuto cautum est
c. vlt. fol. 131. prout ēt Vtini more & modo Patauino. Ciuitas
Neapoli etiam prælationem admittit, vt in constitutionibus
regni, prout late Sebast. Neap. in suo tract. de iure protho. anotauit: Verona verò ciuitas, Crema Bassani oppidum, Leona-
di, Rodigij Policinij prælationem nō admittit, prout inferius
27 suo loco, particulariter proponetur: sed in terris Ecclesiæ † hoc
ius congrui, seu presentationis nullo modo seruatur: cum Im
28 perator non possit legem ac iugum † in dictis terris imponere,
vt est gl. sing. & not. in Auth. quomodo oporteat epis. in princ.
in ver. conferens: & in cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constitut.
& in cap. cum Ecclesia. eo. titul. nam Imperator iura Pontifi-
cis arripere nō debet, nec summus pontifex iura Imperatoris
vsurpare debet, ne promiscuis actibus rerum turbentur offi-
cia: quoniam indecorum videtur, vt vnum membrum alte-
rius membri fungatur officio: vt cap. 1. distinct. 89. & Bal. cons.
205. vol. 3. in princ. & idem Bald. cons. 400. numero 6. vol. 4. Et
iccirco omissis ambagibus, quæ nullam afferunt vtilitatem,
vt ait Bal. in procœmio feudorum, in princip. Accedo. modo
29 ad expositionem literæ, & capio verbum sancimus † quod
nanque verbum est demonstratiuum iuris noui: prout uol-
uit Panor in c. præsentata. de testibus, glo. not. in clem. fin. in fi.
de rescrip. & sic introducturus Imperator in omni loco, foro,
ac regione hoc ius præsentādi usus est simili verbo sancimus,
quod ad solum Imperatorem pertinet, vt in glos. 1. circa finē.
col. 10. consti. D. Loth. & ponitur etiam in leg. quæ pœnam im
ponunt, ut in c. statutum. in glos. sanctione, de rescrip. in 6. & in
glos. in fine. 3. dist. in summa: & iccirco per hoc uerbum sanci-
mus, inducitur confirmatio alicuius iuris: vt sing. Abb. in cōs.
98. col. 6. in fine: pariterque verbum, statuimus, est iur. noui de
monstratiuum, clem. ne Romani. in fi. de elect. Gemi. in c. pen.
de re iudi. in 6. Doct. in c. decernimus. de iudicijs. glo. not. in c. 1.
in versi. receperit. in princ. de cleri. non resident. in 6. & c. statui-
mus. il 2. de off. deleg. in 6. & ibi glos. Abb. cons. 98. col. 6. Cor.
cons. 97. col. 2. ver. lex autem, vol. 3. & cons. 56. col. 5. ver. quod
demonstrat, vol. 2. ibi dicit, quòd verbum sancimus, est demō
30 stratiuū iuris noui: & † non declaratorij iuris antiqui, & sicut
31 reperitur sanctio legalis. Ita etiam sanctio testatoris † secundū
Ias. in l. filium quem. numero 12. C. famil. ercis. & similiter san
32 ctio pragmatica, quæ est principis rescriptum † & causa venti-
lata in consistorio Principis coram proceribus, ut est glos. not.
in c. peruenit. distinct. 101. & l. sancimus nullam. C. de sacrosan.
eccle. & Ias. in l. omnes. C. si contra ius, vel pub. util. Barb. in c. 1.
col. 5. de constit. l. non aliter. C. de pallat. lib. 12. glo. in auth. qua
in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Adde etiam, quòd uer.
33 volumus, est iuris noui introductoriū † vt glos. not. in clemēt.
1. de off. uicar. in uer. volumus. & d. Card. ibi. in 3. notab. & clē.
1. in ver. volumus. de cens. & in clem. 1. in ver. volumus, de re-
rum permut. Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide
cathol. Ias. in l. more. num. 28. ff. de iurisd. omni. iudic. Abb. in c.
sedes. de rescrip. in 3. col. Car. in c. 1. de confess. & c. ad audien-
80 Fundus † est nomen generale sub se continens rusticum, & vrbanum:vt glos.sing.in l.fundi.ff.de act.empt.& l.quæstio est. ff.de verb.signifi. & alij sunt vtiles,& fructuosi: alij verò steriles & inutiles,& ob id fundus minorū inutilis & sterilis pōt sine decreto alienari, vt Neap.decis.87.nu.2.Bal.& Doct. in l.cū hi.§.causa. ff. de trasanct. quando maxime continet;vtilitatem minoris,& concernit beneficium pupilli, & difert à possessione & agro,qui est species fundi,& ad hominis vsum ꝓparatur: terra verò dr a terendo,eo ꝙ boues terunt, & confringunt eā, & hoc quantum ad partem superiorē:sub terra verò dicitur humus ab humiditate,quā ipsam ab elementis recipit, & proprie terra dicitur humus, quando erat inter aquas uaporabiles quasi humida sit, sed cum ad aspectum nostrum uenit nutu Dei,terra dicta est,à terendo, quæ pedibus animalium teritur, vel à tollendo, eò quòd per continuos labores nostros tollimus ab ea fructus non paucos, & ideo terra tellus dicitur a tollendo, vt per me dictum fuit supra, & sic terra particularis est prædium rusticum ad herbam germinandam deputatum, ut Genes.c.1.in fin.vt sit nobis in escam & cunctis animantib.terræ, & summa terrarum diuisio hæc est, ꝙ.quædam est nemorosa,uarijs nominibus nuncupata, & hanc partem lex arbustū vocat,vt l.seruus seruum.§.si quis.ff.ad l.Aquil.& quædam verò est uinea seu oliuetum, vt l.si quis vinum. ff. trit.uino, & oleo legat.Exodi.c.23.circa medium, quædam insuper est sylua, q̄ non est terra arabilis, sed ex syluis arbores ad hominis commodum & beneficium extirpantur, & arabiles fieri possunt,vt c.ad aures. de reb.eccles.iæ non aliena. & ista noualia appellantur,vt sing.in cap. quid per nouale.extra de verb.signifi.ibi.nouale est terra præcisa, quæ anno cessat,alijs asserentibus,quæ sil ua arboribus extirpatis ad cultū redigitur,nouale dicitur.Quædam est pomerium, quæ habet vuas nuces, & ficus,vt l.qui fudum.ff.de verbo.sign. & vulgares ortum appellant, terra autē sine arboribus varijs modis nuncupatur, quædam est seminatoria,Exordi 23. ibi. sex annis seminabis terram tuam & congregabis fruges, septimo verò anno facies eam requiescere, vt comedant pauperes,& proprie ager appellatur; quia sine uilla est,ut l.ager.ff. de verb.signifi. & ager differt ab area; quia ager est in rure,area verò est in urbe, vt d.l.fundi.de act. empt. Item est terra uirga,in qua nondum pascendi gratia aliquod animal est immissum: vt d.c.quid per nouale. est similiter terra deserta,quæ nondum colitur, etiam si coli consueuit, de qua in l. licèt.ff.de acqui.possess.vel quando ibi non habitatur, ut extra c. 3.de verb.sig.lib. 6. est terra sterilis, quæ per magnum tempus deserta est a cultura,vt l.quicunque.C. de fund.patrimo.lib.11. sed terra multipliciter sterilis dici potest, vel quia nil colligitur seminis, vel quæ non est apta gignere herbas fructiferas, item sterilis, quæ vendi non potest. l. ob es. C.de prædijs mino. vel quia est foresta,ex quo feræ bestiæ inducuntur,& est terra pratiua,quæ ad vsum animalium terræ deputatur, vt l.prata. C. de pasc.pub.& hæc bona communialia nuncupantur, est & horti ua,vbi olera & aliæ herbæ nascuntur, summus igitur Imperator ut omnia includeret dixit sub his verbis, agrum, vineam, vel aliam rem immobilem diuisam,vel indiuisam,ad denotandum omnia supra dicta, & alia immobilia sub.cęlo, & in terra nostra iacentia esse sub censura huiusce constitutionis de præsentando, quod nota.

81 Vel, ista dictio disiunctiua qñ ponit inter genus † & speciē tunc resoluit in dictionem copulatiuam, vt l. quintus.§. plane ff.de aur.& arg.leg. & l.ille aut ille ff. de leg.3.Bal.consi.37.nume.9.vol. 5. & interdum ista dictio vel, stat expositiue pro ideest,vt Alex.in l.j.num.8.ff.de iur.omn.iud.Old.consi.162.col.1.
82 & quandoque ista dictio vel, sapit naturam † coniunctiuæ, vt l.in repetendis.ff.de leg.pri. & ibi Bar.Bal. consi.98.nume.6.volu.primo. quandoque ista dictio vel, sui natura est aduersatiua
83 † & sufficit alteram partem verificari,ut l.si hæredi plures.ff.de condit.inst.Cor. consi.237.col.4.versi.itaque verba, vol.4.& si
84 apponitur hæc dictio vel,cum dictione † circa, reddit dictū testis ambiguum,vt puta si testis de annis 20. vel circa deponit talem possediss, non probat saltem tēpus annorum 20. prout dicit Ant.de But.in c.attestationes.& in c.fin.de despos.impub. Cor.consi.110.col.2.versi.quia Venantius vol.primo.Alex.cōsi.59.col.5.vol.5.Spec.in titu.de test.§.1. versi.item quod obscure.Mars.in Rub.C.de probat.nu.425. vbi disiunctiua causat in-
85 certitudinem, & similiter quandoque † ponitur disiunctiua pro coniunctiua,quando cadit inter personas grauatas, & sunt tanquam duo rei debendi, & quilibet tenetur insolidum, secundùm Din.Bal.& Bar.in d.l. ille aut ille ff. de leg.3.Oldra. in consilio.49,colu.vltima Archid.in cap.ego.distinct. 63. Cyn.in leg.cum quidam.C.de uerb.significa.& ibi Salyc. Socinus.consilio.52.colum. 3.circa medium,volum. primo.vbi plene Cyn. in l.2. C. per quas person. nob. acqui. & l.2. ff. de rebus dubijs

Source : BIU Cujas

Cor.consi.227. col.3.versi.itaque verba sequentia,vol.4. vbi dicit naturam aduersatiuæ esse alteram partem verificari, vt d.l. si hæredi plures.ff. de condit. instit. Rom.singul. 405. incip. tu habes,Doct.& glos. in l. cum quidam.de ver.signif. vbi loquitur de natura orationis copulatiuæ, disiunctiuæ, & solutiuæ, Felin.in c.inter cæteras.col.vlt.de rescrip. vbi ponit regulam cũ 5.fallent.Ias.in d.l.cum quidam.col.3.in 7. fall.Ripa in l.re coniuncti,nume.51.ff.de leg.3.Bald.consi.203.vol.5.& consil.218. numero.3.vol.2.cum multis alijs, sed istæ dictiones vel, aut, siue,aliquando coniungunt, interdum disiungunt ſm glos.not. in c.2.de scrip.Bar.in l.sæpe,de verbo. signifi. Cy. in l. cum quidam.C.eo.titulo.tu summarie procedendo ex prædictis facnouem regulas prima est, qñ istæ dictiones ponuntur inter personas ad honorem, vel cõmodũ tunc semper stant coniunctiue
35 † siue loquatur in contractibus,siue in vltimis voluntatibus,& alternatiua resoluitur per ideſt.ſm Cor. consi.200.col.1.vol.2. alleg.tex.in l.fi.C.de verb.signifi.& l.sæpe. ff.eo titulo.
36 Secunda regula est†ꝙ si disiunctiua ponatur inter personas ad onus:tunc stat in propria sua natura disiunctionis, ſm tex. in l.si ex toto.§.primo. ff. de leg.1.& l.sæpe.ff. de verb. significa. Rom.sing.405.Ripa.in l.re coniuncti.num.61.ff.de l.3.

Tertia regula est, ꝙ si huiusmodi dicti. ponantur inter personas in casu simpliciter odioso,vt scilicet:dãnetur Titius, aut Caius,tunc non ponuntur pro coniunctis,arg. tex.in l.præses. ff.de pẽn.Cẽpol.in consi.71. nu.7.in cosilijs crimi.

Quarta regula est, ꝙ istæ dictiones si ponantur inter ꝛctus vnius personæ tantum: tunc contra proferentem ponuntur ꝑ coniunctis,& vtraq; continetur,vt l.sæpe.§.1.ff.de versi.signif.

Quinta regula est,ꝙ si hæ dict.aut, vel,& siue,ponant inter res,tunc stant in ꝓpria natura disiunctionis,vt si dico legõ dige stum,vel infortiatum, vtrunque debetur ſm tex.in l. si quis ita. ff.de auro & arg.legat. & l.plerunque. in fine.ff. de iur. dot.hoc tñ fallit,qñ præcedit species,& subsequitur genus;quia tunc ꝯiungunt,& dict.seu auget,vt in d.l.si quis ita.Bal. consi.378.nume.9.vol.5.de ijs dict.uide Franc.Crem.in sing.57. vbi tenet,ꝙ interdum hæc dict.seu,habet vim copulę, ſm tex.in l.Titio.aut Seio.ff.de lega.secundo.l.cum quidam. C. de verb. signifi. & l. cum quis decedens.§.1.& fi.ff.de leg.3.

Sexta regula est,ꝙ istæ dictiones in conditionibus potestatiuis,vel casualibus disiuncta stat in ꝓpria natura disiunctionis, vt l.cum pupillus.§.1.ff.de cond. & demonstr.& l. si hæredi.ff. de cond.instit fallit qñ ex intellectu disiunctionis resultaret iniquitas:vel prauus intlls.ſm tex.in l.gñale. C. de instit.& subst.

Septima regula est, ꝙ in delictis istæ dictiones intelligũtur stare coniunctiue & disiunctiue:vt l.is q in puteũ.§. hoc interdictũ ff.quod vi aut clam.& l.fin.C.de vend.rer. ciuit.lib.11.Ias. in l.cum quidam in 7.fall.col:3.C. de verbo signifi.

Octaua regula est,ꝙ in arbitrarijs,ideſt, quando ponitur ad arbitrium alicuius,tunc stat in propria natura disiunctionis, vt l.1.C.de cust.reor.

Nona & vltima regula est,ꝙ si disiunctiua ponatur inter ea quæ simul stare non possunt,tunc semꝑ stat in sua ꝓpria nã disiunctionis,ut si dicatur,dies est,aut nox.vel Titius stat,aut ambulat,ut l.hæc verba,principio.ff.de verb.signifi.& oĩa supra allegata debent intelligi per istas regulas quas alibi non reperies, nec ista reperies in libro aliquorum,quod not.

Sic domus in iure nostro variis modis sumitur, quandoq; enim magis proprie pro domo mãli, quæ constat ex solo, parietib.& tecto:seu ex solo,& superficie, vt l.cum qui ædes.ff.de vsucap.cũ sua glos l.si finita.§. ex hoc edicto. ff.de dam.infect.l. si domus.ff.de leg.1.& est vnum corpus cõtextum ex cohærẽtibus lapidibus,vt §.si grex.Inst.de legat.interdum ponitur pro familia,seu agnatione,vt l.pronuntiatio.§.cõi iure.ff.de verb.signifi.Bar.in l.fin.C.eo.titulo.& in l.tutelas.ff. de cap.dim.quan-
37 doque † sumitur pro pluribus in eadem habitatione consistentibus,vt l.1.C.si rector prouinc.& in l.1.C.si qua prædit. potest. Bar.in d.l.tutelas.Cor.consi.198.col.2.vol.3.& consi. 206.colu. 6.vol.eod.& in consi.216.col.2.vol.2.vbi dicit, quòd illi dicun-
38 tur de domo,qui deferunt eadem arma, seu insignia † vel pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine, vt d. l. pronunciatio.in fine.Bar.in l.1.nu.3.ff.ad Sillan.Castr.consi.211.numero.1.vol.primo,& consi.92. in eod.primo vol.numero. 3. Flor. in l. quidam Hiberus, numero 3. ff. de seru.rust. prędio. idem Cor.consi.55.col.2.vol.primo,& in consi. 26.in primo volu. 4. & consi.41.col.3.vol.eod. Cẽpol.consi.35. num.8.Bald.consil. 242.volu.1.num.5.Bal.in l.ea quæ.num.16.C. quomod.& quã
39 do Iud.& ideo testes domestici † ii dicuntur, qui mercede conducta seruiunt in domo patroni, vt Bal.in l.etiam. C. de testib. addo, ad vnum panem, & uinum: vt Ang.consil.primo.Bart. Bal.Ang.& Saly.in l.parentes.C.de testib. & l. eos.eo. titulo,& Innoc.Fe.in.Barba.in c. ex litteris.extra de testib. Bar. in l.si pa-
90 ter.ff.de Fals.vbi dicit † ꝙ filius tanquam domesticus non potest pro patre testificari.Bar.in l.2.C. de testi.nu.1.2. & 4.& l. 1. in princi.ff.ad Sillan. idem Alex.consi.166. vol.2.Bal. consi.10.
91 nu.4. vol. 3. vbi dicit † quòd testes domestici ii dicuntur, quibus imperari potest ex ratione patrię vel dominicæ potestatis, & colonus,& affictualis domesticus dicitur secundùm Cẽpol. consi.3.nume.4.in ciuil.Bar.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.Grammat.in consi.45. num.3.Marsi. consil.28.num.9. Soc. consi.17. col.4.vol.primo,Spec. in titu. de testib.§.1.versi.item excipitur, quòd est domesticus, Bal. consi. 405. prima col. volu. primo, idem consi.10.nume.4. vol.3. idem consi. 417. num. 7. volu.5. Marsi.in l.de minore. §. tormenta.num.ff. de quæstionibus. & in l.prima.§.ad quæstionem. num.4. ff. de quæstion.& in l.1.§. idem,num.4.ff.eo.titulo,& in sing. suis,nu.5.Rom.consi. 420.
92 interdum domus ponitur pro patrimonio † ut sing.Afflic.de. cis.106.num.2.alleg.Bal.in l.si voluntatis.C. de fideicom. vbi si relinquitur vxor domina domus testatoris, intelligitur domina sui patrimonij, vt Bal.ibi nume.3. Alber.in l.1.C. de ing.& man. & appellatione domus an veniat capanna. Dic ꝙ sic, est glos.in §. cum in suo.versi. appellatione, Instit. de rerum diuis. Bal.in c.2.de duob. frat. de no. bene. inuest.in§. si duo fratres, Alex.in l.plerique: num 3.ff. de in ius voc. & Alex. consi.104 col.1.vol.1.Bar.in l.cætera.§.quod senatus.ff.de legat. primo, &
93 similiter appellatione † domus uenit & domuncula, vt Bald. in l.1.§.de exercitori.ff.naut.cap.stab.ubi dicit, quòd si punitur comburens domum, etiam punietur comburens domunculam: quia plus & minus non constituunt differentiam, vt sub nomine nauis uenit etiam scapha. l.fin. ff.de fundo inst.& inst.
94 leg.& l.nauis, primo resp. ff.ad l.Rod.de iact.† vbi damnum & iactura contingens in scapha debet proinde iudicari, atque si in ipsa naui contigisset,licèt Bal.in l.cum proponas C.de naut. fœno.dicat,quòd confiscata naui non venit scapha: sed vide in hoc. D.Soc.in l.1.nume.122.C. de sen. quæ pro eo quod inte-
95 rest.† quæro non inutiliter, an domus ex delicto proprietarij deuastari possit,in qua alius ex quocunq; titulo hẽt usumfructum.Bal.in si quis.§.si filius.ff.quod quisque iur. tenet ꝙ non, alleg.Iac.de Are.in l.post legatum.§.si filius.ff.de his quib. ut in
96 dig. † quemadmodum ex delicto filij nõ publicatur peculium aduentitium,in quo pr̃ habet vsumfructũ,vt l.3.§. sed vtrum.ff. de minorib.Ias.in d.§.si filius.in princi.ff. quod quisque iur. nec etiam peculium castrense confiscatur,uel publicatur ex delicto
97 filij,vt l.si filius.C.de bon. damnat.† sed hodie aliter seruatur, nec patria potestas est in aliqua consideratione. Quæro etiam si domus est posita in confinio duarum parochiarum & cõtingat mori dominus,vel inquilinus illius domus,in qua parochia
98 sepelietur,dic ꝙ in ea in qua habet † aditum & exitum, vt Bart. in l.quod conclaue.ff.de damn.infect.num.6.& in l. prædijs.§.q domum.nume. 2.ff.de legat. 3. quid si testator fecerit legatum uxori suæ de omnibus bonis quæ habet in domo, & contingat testatorem duas habere domos,de quibus erit intelligendum. Tu dic de illa domo in qua testõr magis frequentat & habitat, per tex.in l.si ita legatum est.ff.de leg.3. sed ad casum nostrum non ab re quæro: si venditur domus in ciuitate tria habens solaria diuersorum dominorum,si solare medium alienatur, qs rei
99 venditæ,prælationem obtinebit. Dic ꝙ † dominus solaris inferioris,vt Bal.in c.1.§.præterea.col.2.de prohibita.feud.alienat.in vsib.feud.& infra dicam suo loco. Quæro etiam an domus ap-
100 pellatione † veniat etiam ortus: Tu dic,ꝙ si ortus est cũ domo ipsa coniunctus;quia quicquid est intra se.i.affixa, claustra & instrumenta,cum quibus claduntur, uel terra ibi adiacens,si per ipsam habetur accessus, uel egressus, uel sunt insimul, tunc appellatione domus etiam hortus continetur,ut l. fundi.in princi. & §.Labeo.ff.de act.empt.& l.prædijs.§.balnea.ff. de leg.3.& ex ijs si quis habuerit animum comburẽdi vnam domum, & ibi ignem immiserit, & plures domus ibi adhærentes combustæ
101 sunt † talis qui ignem imposuit tenetur pro omnibus domibus combustis & pro omnibus bonis ex hac causa asportatis, ut sing.Marsi.in l.frater tuus,nu.23.24.C.ad l.Cor.de sicar.& in
102 l.1.§. ex incendio.ff.de incẽ. rui.& nauf.quæro † etiam quilibet in domo sua est tutus, adeoque quòd pro debito inde extrahi non potest vulg.l. nemo de domo sua. ff.de reg. iur. & l.plerique.ff. de in ius voc. & Doct. ibi ut in casu sententiæ Taruisij latæ ad fauorem Hyc.pellicani carcerati,& cõtra hæredes liyc. scaya, sub die. 30. octob. 1556. de qua per Claris D. aud.nou. par.aud.amota fuit suspensio sub die 13. nouemb.dicti.millesimi. Quid modo in hospicio, vbi communiter omnes conflu-
103 unt.Dic quòd idem:ut Decius ibi numero.2. vbi dicit † quòd pœna imposita offendenti aliquem in domo habet etiam locum in offendente in hospicio, licèt Bal.aliter senserit, quòd not.Ant.de But.in consi.21.& Affl. decis.384. nu.7.dicunt, ꝙ appellatione domicilij refertur ad ciuitatẽ domicilij & non originis,quia dicit Bal.in l.2.ff.de stat.homi.& Alex.in cons.16. col.3.vol.1.quòd si quis haberet in vna ciuitate ciuitatem,& in alia domicilium,magis consideramus locum domicilij,quàm
104 originis. Alex.consi.101.col.3.vol.3. sed quia ista non est propria materia,ideo ad alia accedamus.

Vel rẽ ĩmobilẽ,hic ꝓsidera.1.ver.rẽ,ex quo hẽs ꝙ appellatio huius

Source : BIU Cujas

huius nominis est generalis: vt l.rei appellatio.ff.de verb.signifi.in iure nostro res æquiuoce sumitur, nam appellatione rei
105 largo sumpto vocabulo venit † homo,Bal.in l. 1.ff.de stat.hō.
106 l.omnia.§.fina.ff. de legat. 2. quandoque † accipitur res pro æquitate, vt est gloss. not. in l.prima.C.de in ius uoc. in versi. re dictante, & l.circa in fine.ff.de probat. interdum accipitur pro
107 causa † vel lite.ut l.is apud quem.C. de edend. & in l.in bonæ-
108 fidei.C.de reb.credit.quandoque† pro contractu uel conuentione l.cum res.C.de probat.quandoq; pro iusta ratione l.non ab re.C.unde vi. interdum pro ueritate l. quotiens.ff.de iur. iu-
109 ran. nonnunquam pro vtilitate † vt l.1.ff. si cert. pet. quandoque pro materia,& sic ponitur Instit.de reb.corporalibus.& in corp.Saly.in l.1.in fine.ff.si cert.pet. sed si ponitur cum ista qualitate immobilis, aliter intelligitur, prout etiam differa re mo
110 bili † nam res immobiles, & bona immobilia ea dicuntur, quæ solo cohærent, vt in ædificijs solo fabricatis,vt sing. Bal.in
111 titulo de feud. cogn.in c.1.§.primo, vbi etiam quærit † an annuus redditus inter immobilia computetur, & Boer.consi.3. numero 7.Feder. de Sent. consi.12.& 76.& Doct. in clem.exiui.§.cumque annui redditus.de verb.signifi. Alex.in l.si constāte.§.si bona.in fi.ff.sol.mat. & Bal.in d.c.1.§.sciēdum.de cognit. feud.vbi refert not.distinctionem : Ias.etiam in l.sciendum,nu-
112 me.23.ff.qui satisd.cog.vbi tenet.† quòd possidēs annuos reditus releuatur ab onere satisdandi, vt Doct.omnes in d.l.sciendum, licèt aliter dixerit Bal.in c.1.col.6.de pace tenend.vbi te-
113 net, quòd aut debetur quid mobile,& † iudicatur vt mobile, aut debetur quid immobile, & censetur vt immobile, quòd not.& vide Arch.in ca.peculium.§.in peculio.ff.de pecul.Cor. consi.104.col.3.vol.2.& Boer.late.d.consi.3.num.7.& 8. quod not.& And.Tiraquel.in §.1.gloss.6. nume.1.vbi tenet.quòd in Gallia ita in practica obseruatur, quòd illi annui redditus mobilibus cedunt, & pro mobilibus iudicantur, & in tex.ibi diuisam,vel indiuisam, nam quando agitur ex hoc iure, non refert,an res stabilis sit diuisa, vel indiuisa, sicut etiam non debet esse in aliqua cosideratione, an res vendita sit vnius tantum personæ, vel plurium, vel sit communis inter duas, vel plures personas;quoniam,vt supra dixi, res communis etiam propria
114 † dici potest,vt l.illud,& ibi gloss.ff.de ritu nupt.& super re cō muni vendita locum habet ius prothomiseos, vt infra dicam. Sed in dubium venit, si plures collaterales, seu lateranei obtinent prælationem in re emphyteutica iure congrui contra em
115 ptorem & diuidunt eam † an quilibet ipsorum teneatur ad canonem pro parte sua : aliqui vt Bart. tenebant quòd sic in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verb.oblig.& l. si domus.§.fin.ff. de leg.primo.& mod.in l.fin.col.74.C.de iure emph.Aliqui verò tenebant, ꝙ non, vt Imol. in c.potuit. 37. col.extra de locat. Paulus de Castro in l.quidam extimauerunt.ff.si cer.pet.c 2.de reb. ecclesiæ non alienand. Ang.in l.pen.si cer.pet. gloss.not.in l.communi diuidundo ff. cōmuni diui. vbi si hæredes emphy-
116 teutæ diuidunt inter se rem emphyteuticam † & vnus soluat canonem pro parte sua, & aliter non, tota res incidit in commissum, & istam gloss. communiter sequuntur omnes Doct. Alex.in consi.7.col.2.in volu.5. & Host. in summa in titulo de locat.§.fina. Albe.de Rosat.in l.2.colu.9.de iure emph. C.& ibi mod.Papien.col.30. & ita Affl.decis.153.nu.4.tu verò tene, ꝙ quilibet eorum tenetur insolidum ad integram pensionem, tanquam duo rei insolidum obligati : nec per diuisionem d. collateralium fieri potuit præiudicium primę obligationi, & sic bonum est, habere consensum domini directi in diuisione ipsa, prout firmat. Alber.in d. l. communi diuidundo ad finē,
117 quod not. & similiter si vnus † ex dominis portet rem communem contra deuetum non soluta gabella, sola eius portio non incidit in commissum,ratio: quia ibi illa obligatio est legalis, diuisa a lege per partes : quia quilibet ut possessor tenetur, ita Flor.in d.l.communi diuidūdo.la 2.ff. communi diuid.Bar. in l.fraudati.in princip.ff. de publican.item quid si venditur res duobus cum pacto reuendendi,& vnus ex hæredibus venditoris vult redimere partem suam, alter verò non, an emptor teneatur accipere partem.Dic absolute,ꝙ non;quia non tenetur
118 emptor diuidere vnum & eundem contractum † sed vbi plures vendunt separatim,quilibet admittitur ad luitionem & recuperationem suæ partis,ita tenet Bal.in l.legatarius. ff. de leg. primo,& Alex.in aposti.Bar.in d.l.fraudati.de publican.pariter in hoc iure.si quis uendit fundum camporum decem vni,& la
119 teraneus confinat cum campis 3. poterit vicinus petere † se admitti ad emptionem rei venditæ ratione iuris congrui ad totum fundum, & non ad partem, in qua ius vicinitatis hēt, ratio: quia emptor afficeretur hoc incommodo,vt si vicinus sibi meliorem partem fundi e manibus euinceret, deteriorem emptori relinqueret,quod esse non debet: quia alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet, & si admitteretur in parte, emptor teneretur vnum & eundem contractum emptionis diuidere, rationibus præallegatis, quod fieri non debet, sed ista suo congruo loco ample pertractabuntur: Not.
120 † insuper, quòd officium iudicis est assignare partem possessionum vnicuique æqualiter,vt l.possessionum. C.communia utr.iudit.& quando commode diuisio fieri non potest,assignā do cuilibet virilem, tunc assignabit vni totum,alij extimationem,vel vni maiorem partem, alteri verò minorem cum extimatione,vt §.antep.Instit.de off.iud.& ibi Fab. & Ang.vel forte diuisio fiet: quoniam quandoque bonum est fortunam
121 huius optionis† iudicem esse,vt ad quem sors deuenerit,illius sententia optionem præcellat; nam inspiratione diuina per-
122 missa etiam fuit in electione Mathiæ ac Ionæ prophetæ : † & ad lites & dissensiones dirimendas sors multoties admittitur, vt gloss.Abb.& Doct.in c.fin.de sortileg.sed nunquam res sorte dirimitur,nisi quando dubium est in iure, vt Alex.in l.huius modi.§.si is cui.nu.3.ff.de leg.primo, & interdum diuisio fit & fieri potest per confessionem & refutationem hinc inde factam, & hæc forma in ciuitate Perusij introducta fuit, ut euitetur solutio gabellarum,quæ pro forma ordinamentorum illius loci solui de contractibus debeat, & non de refutationibus secundùm Bal. in l.tres fratres, nume. 3. ff. de pact. quòd not.quia est cautela;quid si est facta uenditio per consortes alicuius rei existentis pro indiuiso abiente vno ex dictis consortibus, qui habebant partē & ius in ipsa re vendita. An iste talis teneatur ratificare dictam venditionem,vel ius prælationis habere. Dic ꝙ potest vendicare rem venditam iure ex hoc ꝯgrui, prout tenuit,sing. Old.in consi.34.incip.quæstio talis est, Affl. de iure protho.in 4.not.quod not..dem decisi.72.numero.9.vi de etiam Bal.cons.281.vol.3.idem Bal.similiter authen.si quas ruinas.col.vlt.C. de sacr.sanct.Ecclesiis. Cor.consil.285.per totum, vol.3. vbi emphyteusis concessa duobus, pars deficiens
123 † non accrescit consocio, sed reuetitur ad dominum directi prout notum est , & pluries obtentum fuit in iudicijs tam huius vrbis , quàm aliorum locorum , ut infra dicetur suo loco.

124 Aut ex communi emptione,not. † primo, ꝙ ista dictio aut, est aduersatiua,& in iure,& in facto,vt Alex.in l.si filius a patre. numero.2.ff.de lib.& posthu. & in l.hoc amplius.§.de ijs,num. 5.ff.de damn.infect.& semper, licèt aduersetur præcedentibus, vt Bal.consi.421.num.4.vol.3. vt l.mariti.§.fin.ff.de adult.& ibi Bar.& Saly.in l.vinum,ff.si cert.pet.& Cor.consi.94.vol.4.Ias.in d.l.vinum,numero 21. & in l.municeps, nu.3.ff. de acqui. pos-
125 sess.Inducit † tamen repetitionem qualitatum præcedentiū, ſm Ias.Alex.& alios in l.1.nu.13.ff.ne quis eū,q,in ius vocat.est ui.& in l.si quis extraneum.§.sciendum,nu.6. ff. de acq. hær. & in l.hæc verba.nume.24.ff.de lega.1.& in l.plane.§.ꝙ si rem,numero.3.ff.eo.titulo,& in d.l. si filius.num. 23. de lib. & post. & nu.5.ac.6.& in l.admonendi.num.6.ff. de iureiuran. & quando
126 que ista aduersatiua † aut,resoluitur in coniunctam,vt l.fin.C. de verb.sig.Cor.consi.200. col.2.circa medium,vol.2. & in ꝯsi. 246.col.3.vol.4.Arch.in c.ego.dist.63. Old.cōsi.49. in fine.Bal. in l.omnes populi,col.15.ff.de iust. & iure.& Cor.consi.44.col.
127 penul.vol.3.quandoque ista dict.† aut, ponitur pro idest,quando pouitur.inter ea,quæ idē sunt,glos.not.in l. 1. C. vbi de poss. sessi.agi oport.interdum ponitur pro &,l.is qui in puteum.§.in
128 terdum.ff. quod ui aut clam, & interdum ponitur † pro non, vt l.vnica.C. de quibus mu. hi qui post.lib.10. qñ maxime scribitur,cum.h.ut in glos.in uer.haud. Adde ꝙ hæc dictio aut,po-
129 sita inter duos † reos constituit quemlibet ipsorum insolidum,vt Bar.sing.in auth. si quando. C.de const.pecu. numero 1.& interdum ponitur dictio autem,inceptiue,quandoque re-
130 strictiue,interdum aduersatiue † & quandoque correctiue, vt Bar.in l.hoc amplius §. de ijs autem.num.1. ff.de dam.infect.& quandoq; ponitur pro certe,ut Bar.in l.non tantum. §. si duos. numero.2.ff.de bonorum possess. contab.not.etiam,quòd ista
131 dictio aut, est desiunctiua, quæ tam sensum,quàm uerba disiungit:vt aut est dies, aut est nox, vt Bar.in l.is qui ducenta.§. utrum.nume.2.ff.de reb. dub. & vide Bal.in l. cum quidam.C. de verb.signifi.numero.6.vbi dicit,quòd si dictum fuerit, volo
132 pecuniam deponi in manibus Titij † aut Sempronij , videtur tacite,procurationis officium cuilibet de per se insolidum esse commissum, prout & etiam tenuit Bar. in auth.si quando. C. de const.pecu.ex cōi opinione ista dictio ex,interdum denotat causam proximam de per se, & non per accidens,vt l.1.C.si seruus extero.Bar.in l.1.§.ex incendio. ff.de incend. & l.cum filius §.haberes. num.2.ff.de lega.secundo Corne.consi.290.colum. prima.volum.4.ac etiam immediatam, vt Alexan. in l. Gallus. §.quid si is,numero 8.ff.de lib. & posth. & ob id si testator in-
133 stituat T.& si decesserit sine filijs † ex se natis substituit A. nil minus non dicitur decessisse sine filijs,si cum nepote decedat, vt sing.Bald.in leg. prima.C. de cond.insert.Corne.consi.144. volum.primo.numero.1.& in consi. 25. colum. secunda.eod. volum.& in l. venditor ex hæreditate. ff. de hæreditate,vel act' vend.& leg.non dubium.C. de legibus. Cępol.consil.7. nume. 9.10.& 11.in ciuil.& Bald.in capitulo primo. §. iniuria ad finē. de pace iura. firma. vbi statutum puniens condemnatum ex

Source : BIU Cujas

homicidio non comprehendit mandantem propter dict.illā ex,ut l. ex eo tempore.§.fi.ff.de pecul. Bar.in l 1.§.si plures. ff. de exercit.col.3.nu.4.Abb.in. c.inter dilectos. de fide instr. Bal.in.l. ex hoc iure.ff.de iust.& iure.Paul.Castr.consi. 41.col.1.&consi. 171.& Doct. omnes in.l.petens.C.de pact.Bar.in.l.prętor.§.1.ff. de bon.auth.iud.poss.& in. l. cum oportet. in princ.C. de bonis quæ lib.Old.consi.49.Flor.in. l.qua actione. §. Cælsus, nume.4. ff.ad l.Aquil. ubi dicit, quòd si ex statuto caueatur, quòd si ex percusione sanguis exiuerit, imponatur talis pœna, non habe-
134 bit locum, si ex percussione cecidit in terram † & ex læsione lapidis exjuit sanguis; quia non dicitur ex percussione tali incurrisse pænā propter dict.ex, importantem causam immedia tam,perpetuò not.Feli.in.c. decætero.de homicid.& las.uide in
135 l.1.numero.17.&18.ff.de legib.& ista dict.† ex, interdum ponitur inclusiue,aliquādo exclusiue, interdum significat augumētum,ut Host: extra de elect.c.cū in cunctis. super uer.exegerit, &.l.si anno.& l. diuortio. ff.sol. mat. Alber. in dict.in uer.extra. Arch.in.c.1. de rest.spol.lib. 6. Ias.in l.prima.nu.2. ff.de leg. primo.Bar.in l.ex placito.nu.2.C.de rerum ꝑmut.Saly.in l. eo tempore.§.seruus.nu.1.ff.de pecul.Soci.in l.in bonefidei.2.not.C.de
136 pact.† & interdum ista dict. denotat principium temporis: ut Bar.in.d.l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.Cor.consi.122.l.r.uolu.2. idem consi.290 col. 1.volu.4. & in consi.144.lit.o.volu.1 idem consi.26.col.6.vol.3.consi.200.col.pe.eo. vol.3.

In communi emptione, uide Abb. super verbo in cōmuni in c.quoniam.de uit.& ho.cleri.not. quod tria faciūt emptionem, consensus res,ac pretium:vulg.l. 1.de rerum permut.& pro forma requiritur, quòd precium in contractu venditionis sit certum in quantitate: vt Ias.in l. ita stipulatus. nume.12.ff.de ver.
137 oblig. & si non est specificatum pretium, non valet emptio † nec venditio,vt D. Ias.l. ex hoc iure, num.17. ff. de iust.& iure. Sed non inutiliter dubitari potest, si facta venditione res vendita non fuit tradita emptori,an precium possit penes se emptor
138 retinere,donec venditor rem tradat † Dic ꝙ sic, ut seruetur æqualitas,ita sentit glos.& Saly. in l.Iulianus.§.offerri,numero.2. ff.de act.emp.alleg.l. qui pendentem.ff.eo.titulo. Panor. consi. 66.col.2.vol. primo.& in consi.69. ante fin.vol.2.Alex.cons.73. in principio volu.2.Cor.consi. 150.col.2.vol.4.immo. si venditor per annum steterit in possessione rei venditę per l.exellent. Consi.X.1481.simulata præsumitur:qđ not.& quid si conuentum est,inter emptorem & venditorem, ꝙ si infra certum tēpus pretium non soluatur, res sit inempta, si infra tempus em-
139 ptor non offerat,aut soluat†an emptor sit amplius audiendus. Dic absolute ꝙ non, vt sing.Ias.in l.nemo potest, nume.2. prima lectura ff.de lega. primo.& in l.si ita quis.§.Seia cauit.num.
140 9.& 10.ff.de verb.oblig.& ideo nil refert † ad petendam prælationem ex iure congrui, an res venalis sit communis, propria, vel emphyteuticaria,vel pro indiuiso:vel sub vno tecto,vel coopertura, vt infra suis locis copiose dicetur, sed quæritur, si venditio nou fuit pure,& simpliciter concepta,sed stipulata sub ꝙditione, vel per terminos ad precij solutionem, vel cum certis
141 & limitatis qualitatibus, pactis † aut conditionibus, an super ea ius congrui locum habere poterit.Dic intrepide, ꝙ sic, pro ut pluries & obtentum & iudicatū fuit ad curiā, D.iud. Procuratorū huius fœliciſſimæ ciuitatis de anno 1531.1547.1556.in super si in venditione perfecta appositum est pactum de retro uendendo intra certum tempus,vel quandocunque, quòd intelligitur usque ad annos 30. secundùm Cast.consi.430. vol.2. Anch.consi.331.col.2. Car.Ruy. consi.27.col.3. vol.4. Bal. M. Laud. Alex. in titulo de feudo. d.in vicem l. com.c.1. in versi. quandocunque, Bal. sing.consi.67.col.2.num.1.volu.3.Cor.in l.1.C.de bon.mat.in ver.præscriptionem Alex.in l.nemo.num. 27.ff.de leg.primo,& late Tiraquel.in glos. nume. 17.de vtroque retract. vsque 14. & prout iudicatum fuit ad curiam Procuratorum,ad fauorem nob.D. Ber. de Priolis & contra Ioan. Bap.stella occasione intentatæ prælationis, de anno 1558. die. 14.Iunij.& an donec venerit tempus retrouendendi, possit agnatus, vel vicinus petere rem venditam ex hoc iure & habere
142 illam commoditatem, quam habet emptor.Dic & conclude ꝙ sic,vt Bar.in cōsi.28.incip. Cechus de Spoleto. Ang.in l.ad officium.in fin. C.cōmuni diuid. & Doct. in c.illo vos. de pigno. Afflict.de iure prothom. numero. 20.fol.64. ver. Item quæro. Bal.in rubr.C.de contrah. emp. nam qui uellet fraudare agnatum,vel vicinum,emeret semper cum tali pacto,& secreto,postea solueret precium, & sic nunquam ius prothomiseos locū haberet, si ratione pacti res vendita huic dispositioni non subiaceret, & pactum huiuscemodi de trouendendo facit censeri pignus:vt Bal.not.in consi.220.num.3.vol. 4. & super pignore in hac ciuitate ius congrui locum habet,prout ad curiam examinatorum obseruari vidi in multis casibus,& licèt Afflict.de cis.339.tenat, ꝙ ius congrui cessat in re iure pignoris possessa per contractum pignoratitium alleg. Cano. in c.illo vos. de pignor. Neapol. in c. 1. de iure cong. Paul.de Castro consil. 328. col.prima. Attamen in hac fæliciſſima ciuitate, & in multis alijs locis uidi contrarium obseruari: quoniam daretur occa-
143 sio hoc medio fraudandi agnatos † & collaterales, & sic nunquam hoc ius prælationis locum obtineret, quòd tu subtilis not.& tene menti,& etiam vide eundem Afflict. decis.338.nume.9. vbi tenet, quòd pactum de retrouendendo non operatur præiudicium agnato & vicino, quin possint petere rem venditam ex hoc iure,alleg. Neapo.in c.1.de consu. de iure ꝙg. verbo emit.Bal.in Rub. C.de contrahenda empt.& Cast. in d. consi.328.incip.in causa mota.per.D.Dorotheam.quia vicinus & agnatus vult consequi illam vtilitatem, quam emptor con-
144 sequi & habere intendit† quod not.quia ista facient tibi honorem in practica iudicaria, & hoc si petatur infra 30. annos, aliter non audiretur,ut supra dixi.Quid modo si inter contrahentes pactum sit, quòd si precium ad diem certam exolutum non fuerit, creditor possit authoritate propria rem hypothecatam in solutum accipere, an hoc casu pactum operabitur
145 præiudicium agnato † uel uicino, quominus possint petere prælationem rei insolutum acceptæ: Tu dic quòd non in ciuitate Paduæ, Vtini ac Taru.& credo etiam alibi, nisi statuto
146 aliter caueretur. Ratio: quia datio insolutum,rei certæ † pro debito censetur emptio,& venditio,vul.l.eleganter. in princip. ff.de pign.act.& voluit Bar.in l.libera. C. de sent. & interl. om. Iud.l.si prædium.C.de euict.Franc.Are.consi.160.incip. longa est.col.7.Afflic.decis.168. & 369.numero.1.Bar.in l.pupillorū. §.si prætor.ff.de reb.eorum, & in l.1.§.cum prædium. ff. de pignor.sed in emptione & venditione ius congrui locum obti-
147 net † ita & in datione in solutum, ea enim datio vicem venditionis obtinet l. si prædium.C.de euict. Lud. Bol.consi.21. & consi.25.Dec. consi.160.col.2.& consi.286.Alb. & Ias.in l. cætera.§.sed si separauit,col.2.ff.de leg.primo. Alber.ī prima par. stat.q.88.Old.consi.37.in fine.Bal.consi.15. vol.1.& cons. 300. eo.volu.Imol.consi.8.col.vlt Franc. Are.consi.32.& cons.148. & 160. & ita sentit. Afflic.in decis. 368. & 369. Bal. consi.289. numero 2.vol.2. Cor.consi.166.col.2.vol.2. Afflict.in §. tertio. numero.16.de iure prothom. car. 62.

Vel ex aliquo alio huiusmodi titulo, de ista disiunctiua uel, & dict.ex, satis supra dictum fuit copiose, nunc de dictione ali-
148 quo alio † de istis vide Ias. in l.1.nu.3. C.de pact.& in l. eū qui. numero.2.ff.de iurisd.om.Iud.& in l. Gallus.§.in omnibus. nu. 5.ff.de lib.& post.& in l.legitima, numero 7.ff.de pact.Bal. cōs. 353.nume.1.vol.5.vbi dicit,quòd qui per alium facit non vere, sed interpretatiue facit, & Din.in c.qui ꝑ alium facit. de regul. iur.in 6.Decius in l.consilij, num.15.ff.de reg. iur. Alex. consi. 65.vol.4.Cæpo.consi.34. in crimina.Bal.consi. 52. vol.3. Bal.in c.1.Opizoni.ver.etiam in statutis,de pace Constan.Ias.in l.si qs id,quod.ff. de iurisd. omn. iudic.cum inf.alijs.Alex.in l. cum ex filijs.§.quidam.n.3.& 4.ff.de lib.& pohu. ibi dicit, quòd dictlo
149 alius † uerificatur in duobus vel pluribus, Abb. in c. fina.de fide instr.& in c.fedes.de rescrip.& in c.officij, de pœniten.& remiss. Alber.in l.non solùm. §.quæritur.ff. de procurat. Afflict. decis. 244. nume. 4. glos. not. in l.si fugitiui, ibi alia pœna, C.de fer.fugit.& glos. in clem. 1. de rescrip. & Abb. in c. fin. de præben. & in c.mulieres.de sent.excomu. & est repetitiua similium, ut in d. l.si fugitiui,& Spec.in titulo de sponsin princi. & auth.ex testamento.C.de collat.& Innoc.in Cle.illa de re iudic. & Abb.in c.accedens.de præben.& denotat similitudinem prę
150 cedentium ista dict.alius † ut Cępol.in consi.66.in ciuilib.alleg
151 glos.in d.l.si fugitiui.& in c. fedes. de rescrip.† Huiusmodi titulo,ista.n. dictio intelligitur huius qualitatis, ut transferatur dominium,ut in clem.constitutionem. de elect.in uerbo. circunstantias huiusmodi:& in c.1.de sequest.possess.ibi.sequestrationem huiusmodi:& in clem.romani.§.nos itaque. ibi.huiusmodi rñsio.de iure iurand.& in c.1.§.similiter.ibi appellatio huiusmodi,de re iudic.& in c.1.§.huiusmodi statuto.de sepult.& in c. 1.de consa.ibi.metu. pœnæ in huiusmodi temeritate, & c. 1.de Magist.ibi.huiusmodi linguæ,in Clement. & iustus titulus dici
152 tur, quando tendit ad domini translationem † ut sing. Bal. in consi.480.numero.2.volu.5. & per titulum iustificatur intētio. c.licèt causam. de probat. & per possessionem inducitur acquisitio, commoda enim possessionis multa:sed quatuor inter cętera sunt,quæ ratione possessionis tanquam domini consequimur, primò est actio.2. est exceptio.3.est acquisitio.4. est præsumptio actionum, de quibus omnibus per Bald.in l.cum res, numero sexto. C. de probatio. & similiter per fundationem
153 † & dotationem ecclesiæ acquiritur titulus iurispatronatus, vt c.piæ mentis. 16. q.7.Cœpol. consil.2. numero. 2. in ciuilibus & in iure titulus multipliciter exponitur, vt glos. not. in c.dudum, il 2. in uer.intitulatam.de electione.& c.fina. de off. Archiepresb. & ibi Abb. & Doct. & vbicunque fit mentio
154 de titulo † semper intelligitur de valido & non de inualido: ut l. nec vllam .ff. de pet. hæredit Affl.decis.271. nume.3.pariterq; promittens numū intelligitur de valido. Alex.ꝑsi. 104. col.2.vers.accedat ad primum,vol.1.glo.in l.oēs.de hæreti.c.vera,45.distinct.quæ dicit, falsum iudicem non esse iudicem, nec

falsum

Source : BIU Cujas

falsum testamentum esse testamentum, ita Bar.9si.43.nu.16. & licèt nemo ex forma iuris teneatur ostendere titulum suæ
155 possessionis,iuri.vulg.Abb.consi.83.col.4. † tamen si quis possidet contra formam iuris, tenetur ostendere titulum suæ possessionis,vt sing.Abb. in c.quanto.de censib. & ex diutina pstatione census presumitur titulus, quod intellige id esse verum,
256 qñ † diutina solutio census est per id tempus cuius initio non est memoria in contrarium:vt Bar.in l.cum de in rem verso.ff. de vsuris. Abb.in c.si.de cā poss.& propriet.Io. And. in c.peruenit.de cens. Affl.decis.239.in fi.& communiter Doct.in l.si certis annis C.de pact.& in c. accepimus. de priuileg.c.omnis aīal, de casib.& ibi.Doct.Mod.& not. q voluit sing.Bal. & Deci.in l.cum fundus.§.seruus tuus.ff.si cert.pet.quòd licèt titulus sit in
157 persona vnius, & traditio sit alteri facta præleuat traditio † ad dominij translationem, quando fit a vero domino, secus est in publiciana;quia ibi requiritur, quòd res sit tradita cum titulo,& ideo ius congrui in ciuitate Paduæ locum obtinet in venditione & dationem insolutum, tum Feltri ac Vtini. ob parietatem & vniformitatem statutorum idem; Tarui. verò in
158 omni contractu ,donatione & in venditione ad publicum incantum datur præsentatio, prout in ducal. prouis. cautum est, in alijs verò ciuitatibus, & locis aliter, & alio modo,prout infra dicemus;disponitur, prout est Bergomi:& in ciuitate Neapol.secundùm Afflict. prout per me supra dictum fuit.

Vel aliquo alio modo,ius congrui non solùm ex forma huius constitutionis locū obtinet in alienationibus, seu hmōi titulis,verùm ēt in contractibus initis aliquo alio modo,vt inferius suis locis proponetur.Sed supersest videre,quid vult dicere
159 alio modo : † nā modus in l.condenda debet omnino seruari, vt Bal.in l. lex est.num.2.ff.de legib. & alibi Bal. in l.cum eorū. C.de sent.& inter.om.iud.dicit, quòd modus sicut forma est
160 seruandus,& ideo sententia lata sub modo tenet † & valet,& inducit obligationem modus appositus in sententia, & habetur loco causæ finalis, ibi nu.3.& 4.sed not. q modus differt a
161 conditione † quia modus apponitur in consequentiam alterius dispositi, sed conditio apponitur in antecedentia alterius disponendi, vt l. cum tale. §. primo. ff.de cond. & demonstra. conditio enim semper ex ordine debet præuenire, sed modus sequi: sententia enim sub conditione ferri non debet, nec potest,vt l.1.§. biduum. ff. quando appell. sit. sub modo verò potest l.cum eorum.C.de sententijs & interlo.om.Iud. item conditio deducit obligationem ad esse,modus verò non; vnde q-
162 ditio est ex parte ante † ille ex parte post:ita Bal.in d.l. cum eorum . nume.7.C.de sent.omni.Iud.Item modus non suspendit
163 substantiam actus.i.non impedit dominium acquiri, & in alterum transferri,vt Alex.in l.qui absenti.§. si quis poss. num.2. ff.de acquir.possess. & modus appositus in aliqua dispositione
164 respiciens commodum alterius habetur pro† causa finali, ita Bar.in l.si Titio.nume.1.ff.de legat.primo,Cor.sing.suis, verb. contractus,il primo.incip.in omnibus cont. & si vis videre diffinitionem modi, vide Bar.in l.quibus.§. Termilius,nume.1.ff.
165 de cond.& demonstrat. † & modus inducitur per dictionem, vt, vt Bar.in d. §. Termilius, num.2.hoc idem facit dictio ita, vti,& dummodo,ita Bar.numero.4. & modus licèt non impe-
166 diat natiuitatem actionis †impedit tamen effectum, & executionem,vt Ias.in l.huiusmodi,nume.15. ff.de leg.primo,& si dictio vt,sequitur, illa verba ea conditione, facit magis modum,
167 quàm conditionem, vt puta si testator relinquat † alicui centum,ut faciat quid tale; est magis modus quàm conditio,prout dicit Bar.in d.§.Termilius,supra,& Decius in l.debitori, numero.12.C.de pact.cum alijs, vt ibi, & ex ijs infero,q in venditione facta sub modo ēt locum habet prælatio, prout Doct. omnes concludunt, secundùm Tiraquel in §.1.glos.2.numero 32.& 33.vbi plene, quòd not.

168 Et ista dictio copulatiua interdum coniungit diuersa, aliqñ similia, sed propria eius natura est semper diuersa coniungere, & augere;& nō diminuere,prout Doct.in Rub. de iur. & fact. ignorant. & late dixi. Coniunctus; hoc verbum in iure dupliciter exponitur,quidam sunt coniuncti sanguinis,quidam sunt coniuncti terræ venditæ: nam quando habetur sermo coniun-
169 ctorum† in dubio intelligitur de coniuncto secundùm naturam, & non per accidens. i. per vicinitatem : vt not. in l.si quis postumus.ff.de liber.& posthu.Afflict.decis.223.nume.3.&.de iure prothom.fol.31. num.36. vers.Item quæro,an ad hoc, &
170 coniunctus potest testificari inter pariter coniunctos † quoniam par affectio remouet suspicionem,vt sing.Bar.& mod.in l.parentes.numero.5.C.de testib.l.non solùm.§.primo.ff.de rit. nupt.Deci.consi.56.vbi multa, & inter coniunctos peti potest compromissum,vt not.Bar.in l. si procurator. §. primo ff. rem rat.hab. & similiter coniūctus potest in iudicio agere & com-
171 parere pro coniuncto etiam eo inuito † quando tractatur de proprio interesse,ita Bar.in repe.l. si constante. numero. 65. & 66.ff.fol.mat.& l.1.C.de procur.Item coniunctus licèt pro coniuncto in criminali causa non admittatur in testem, vt Bar.in.l.
172 qui testamento.§.quæcunque numero.7.ff.de testam.†attamē ad defensam bene admittitur etiam in causa capitali : ita Marc. sing.133. incip.affinitas,Gram.consi.12. Ang.consi. 154. Alex. consi.161.penul.col.vol.2.Bal.consi.183. nu.1. vol.4. & consi. 405.numero.2.vol.primo,& consi.10.vol. 3. Car.in sua pract. numero.165.fol. 39.quod semper intellige de transuersalibus
173 † & non de ascendentibus,nec descendentibus,& sic magis tenetur quis vendere suo consanguineo,quàm extraneo, ut tenet Affl.in titulo de iure prothom.in princi.uer decimò, & vl-
174 timò,& sic multa alia specialia conceduntur coniunctis † quæ alijs non concederentur, & de quibus per Alex.consi.115.vol. 2.& consi.79. col.vlt.vol.6.& consi.125. vol.7.Cor.consi.222. l.3.vol. 3. item etiam consanguineis datur hoc beneficium ex iure congrui. Videre superest, qui dicantur consanguinei. & in iure hoc verbum 4.modis positum reperitur, quandoq; stri
175 ctissime,interdum stricte,aliquando large † nonnunquam largissime, strictissime ponitur tantum pro fratribus coniunctis ex latere patris,vt non comprehendat cæteros agnatos,vt l.constitutione.C.de leg.hæredib.ibi.tam consanguineus; stricte sumitur pro agnatis, ut per Cor.consi.21.col. 1. vol.primo. & in consi.74.l.2.co.vol.& in cōsi.222. vol.3.Bal.consi. 201.col.vlt. in vol.primo,& consi.6.incip.hæc est.vol.2.large ponitur,ut q-prehendat etiam cognatos, ut in Rub. de consang. & affin. & max.in c.tua nos.eod.titulo.Io. And.in c.sciant.de elect.in 6.largissimè ponitur etiam pro affinibus, ut per Ioann.Andr. in d. c.sciant.Arch.in c.primo 3.q.5. ita quòd libere videmus,q nec dum vulgus, sed etiam legum professores ponunt consangui-
176 neos etiam pro coniunctis†ex latere materno, prout sing.not. Cor.consi.21.col.3.vol.primo,& consi. 167. col.2.& consi.13. col.6.vol.2.Bal.in l.fin.C.de uerb. signifi. idem Bal.consi. 201. in prin.vol. 1. interdum hoc prælationis beneficium competit
177 illis de prole,† & qui de prole dicantur, & quid certum appellatione contineatur,uide not.consi. Bal.321. in princi. in uolu. primo.& consi.334.numero.6. vol.3.& consi.339. & nume.1. vol.3.& Cæpol.in consil.62.in ciuilibus,idem in auct. sed si qs. num.4.C.de secund.nupti. & pariter quis dicatur de progenie, vide Bal.in l.cum inspeximus.num.1.& 3.de emancip.lib.C.& in apost.Roma.in Rub.ff.ad Syllan.Bal.in l.fin.C.de dot.q mis. Barba.in c.vergentis. de hæretic. vbi condudunt, q omnis de-
178 scendens in infinitum de progenie†dicitur,Cor. cōsi.317. vol. 3.Anch.in cap. vbicunquede pœnis. Bart.consi.55.incip. Guelterius Petri:& in c. progeniem. 35. q. & ibi Arch.Ias. in l. omnes populi.num.42.ff.de iust.& iure:quandoque hoc prælatio-
179 nis beneficium competit † proximioribus agnatis,& in hoc agnati,& cognati parificantur, cum de iure ciuili sublatum sit ius agnationis, & cognationis:vt Cor.9si.133.col.2.vol.2. auct. in successione C.de suis & legit.& Inst.de gradibus.§.fin. & ibi Are.Ias.in l.certum,numero 3.C.vnde legit.Bal. consi. 120.volu.4.Ang. consi. 289. col. prima, & in ciuitate Tar. si venditio fundi est facta per masculum, mares de prole venditoris præ-
180 poni debent mulieribus † sed si venditio est facta per mulierem veniunt indifferenter mares & fœminæ secundùm eorū gradus,iuxta prouis.duc.alibi aliter seruatur secundùm eorum statuta,quòd nota: interdum ad hoc beneficium iuris congrui
181 inuitātur propinqui de prole, & qui dicantur propinqui† vide Ias.in l.suggestione,num.22. C. de verb.signifi.vbi dicit, quòd
182 si in contractu† minoris requireretur consensus duorum propinquorum, non sufficeret consensus affinium, vt Bar. ibi. & Ias.in l.1.C. unde uir & vxor. & Bart.in l.transactionem . C. de transact.Saly.in l.viduæ C.de nupt.& Bald. in l.fina.C. de uerb. signi. Alex.in l-fin.C.de testa.milit. Ang.consil.67.& consi.157. incip.D.Catarina.Bald.consi.334.numero.3. vol.3.& in consil. 335.nu.4. & 5.vol.3. Cæpol.consi.62. nu.5. alleg.l.officiales. C.
183 de episc. & cle. ubi appellatione propinquorum† amplectunt etiam collaterales, qui non solùm masculi sed etiam collaterales fœminę uocantur ad præsentādum ex iure congrui,& præferuntur vicino lateraneo, fm consil.Cæpo. num. 62.in fine; si non secundùm rationem recti sermonis,attamē fm rōnē recti iudicij,secundùm Bal.consi.334.col.2.nume.5.uol.3.Anch.cōsi.95.Barb.in repet l. cum acutissimo.col.52. C.de fideico. & l. qui duos mulos.ff.de leg.3.& ibi Doct. & similiter lateranei,q
148 sunt coniuncti uel sub vno tecto, admittuntur ad beneficium iuris congrui,ratio;quia ea quæ sunt connexa per partes, & cō-
285 mode diuidi non possunt, pro vna habentur.Hinc est † quòd continentia ædificij vnum censetur ædificium cum eo, quod cohæret:vt l.2.ff.de verb.signifi. & l.ædificia, eo titulo.c.si ciuitas.de sent.excom.lib. 6. & ob id polluta ecclesia cœmeterium
186 coniunctum † pollutum censetur, & fugiens ad porticum ecclesiæ gaudet immunitate totius ecclesiæ, vt 17.q.c. si quis contumax. & hoc operatur connexitas : ut unitas censeatur :
187 connexorum enim idem est iudicium c. translato. de constit. glos.in c. quo iure. 8. distinct.l. quod conclaue. ff. de dam infect. & ideo si vicinus, seu lateraneus esset etiam consanguineus omnibus alijs præfertur ; quia quando priuilegium

Source : BIU Cujas

Iacobi Nouelli. De iure Prothomiseos.

ciuile est iunctum cum aliquo naturali, præfertur naturali
188 tantùm † quia duo uincula magis stringunt, quàm vnum;
189 quia iura ciuilia naturalitati iuncta potentiora sunt † vt l.cum
in adoptiuis.C.de adopt.Ang.consi.110 incip. illustrissima do-
190 mina Regina & ob id,quando duę fictiones†possunt in idem
concurrere habentur ꝓ veritate, vt l.1. C. de dot.promissione;
quæ supra dicta locum non hñt, si vicinus horti esset coniun-
ctus ad domũ venditam, & per ipsum haberetur aditus ad ip-
sam domũ, & ipsa esset ꝯiuncta dictio horto; quia hortus est
191 res rustica,† & rusticum non trahit ad se vrbanum: prout deci
sum fuit Neapol.in causa his iudicata,ut Affl. decis.123.per to
tam quòd nota.
192 Voluerit alienare†not.ꝙ verbum volo, de ꝑ se nihil impor-
tat: sed ratione adiuncti bene operatur,aut enim habet deter-
minationem certe rei, & tunc inducit dispositionem, vt cum
dicitur, volo alienare, vt Bar.in l.serui electione. nu.4. ff.de leg.
primo.& l.1. C.de summa Trini. num.3. Bar.in l.Pamphilo.§.
propositum,nume. 10.ff.de leg.3. & l.apud Aufidium. de.opt.
legat.aut haberet determinationẽ alterius verbi infiniti, & tũc
193 aut actus importatus per illud verbũ uenit†explicãdus ab alio
tertio,aut a uolente,si ab alio, tunc dispositionẽ importat, vt l.
1.ff.mandati,& ibi Bar.& Salv.l.non dubium.C. de testam.l.2.
C.communia de legat.& ibi Bal. aut a volente.

Et tunc aut ille actus non consistit in nuda voluntate, & nõ
inducit dispositionem illius actus,ut si dico, volo ascendere ar-
borẽ,non sequitur,ergo ascendo,vt l.in mentis,& ibi no.C. de
ꝯh.empt.aut ille actus pōt explicari nuda voluntate,& tunc de
194 nã illius actus est pendere in futurũ vt in vltima volũtate † &
tunc inducit dispositionem,vt si dico volo relinquere;cũ enim
nã vltimæ voluntatus sit pendere vsq; ad mortem:vt l.4. ff. de
adim.legat.meritò ista supradicta verba volo relinquere, licèt
habeant quandam dependentiam in futurum, conueniunt illi
actui, qđ not.si fuerũt prolata deliberate,secundùm Cor.cons.
149.vol.2.interdum est aliquis actus, qui illico,& incontinenti
debet expediri,& de illius nã non debet pendere,& tunc distin
gue vt dicit Bar.in d.l.serui electione. Aut illa verba fuerunt,ꝑ-
195 lata ad partis interrogationem deliberate † vel indeliberate,
& tunc dic vt ibi. Aut actus dependet ex voluntate proferen-
tis,& alterius,ut in contractibus,ut si dico volo emere, & tunc
aut profertur ab vuo tantùm, & non sufficit.Aut ab ambobus
contrahentibus, & tunc aut per uerba præsentis temporis,aut
futuri,de quibus per Doct.in d.l.in mentis. de contrahe.emp.
Roma.consi.492.Bal.in l.iubemus.C.de testiam. Cor.con.149.
vol.2.& in consi.105.penul.col. vol. eo.glos. & Saly.in l. qui se-
patris.C.vnde lib.& in cõsi.77.l.si vo.4. & in consi.319.l.f.vol.4.
196 & alibi dicit Bal.ꝙ verbum volo, † denotat merum arbitrium
ab omni æquitate abstractum,vt l.cum quidam.numer.2. ff.de
leg.2.& ibi numero.3.dicit, quòd duplex est voluntas,vna abso
197 luta, alia verò regulata,† & ideo Bal.in l.in uendentis,num.10.
C.de contrah.empt.dicit, quòd voluntas est animi motus,nul-
198 lo cogente, † qui si cogitur vim patitur, & in suo arbitrio nõ
est,& sic loquitur de voluntate absoluta, & non regulata,quo-
niam illa cogitur legibus, vel rationibus, & vide eundem Bal.
in l.potuit,nu.14.C.de iure.delib.
199 Alienare,hoc verbum est generale, † secundum Bar. in l.fi-
liusfa.§.diui.ff.de leg.primo,& l.fin.C.de iure emph, & in l.fin.
C.de præd.cur.lib.10.& in c.nulli.de reb. Ecclesiæ alien.vel nõ;
nam alienare nil aliud est,nisi alienam facere rem propriã quo-
quo titulo, vt infra dicam, & alienatio secundùm Bal. duplex
200 est.alia ꝯporalis † & alia effectualis: nam feudatario alienan
te feudum illico reuertitur ad dominum, & ista est venditio
corporalis,non sic effectualis;quoniam ista non potest fieri ni-
201 si iuridice fiat l. omne verbum,nu.9. C.cõia de legat. † & alie-
natio.4.modis dicitur proprie,proprijssime,improprię, & im-
proprijssime.Primo modo dicitur, quãdo plenum dominum
irreuocabiliter alienatur,vt l.1.C.de fund.dot.qñ verò ius.i.pro
prietas transfertur,vt utile dominium,tunc proprie dicitur,im-
proprie quando alienatur vsufructus,vel vius, vel alia rei qua-
litas,vt seruitus, improprijssime quando res allibellatur, vel pi
gnori obligatur, ita quòd cessat spes luitionis: ista sunt uerba
Bal.in c.1.§.aut si libellario.in fine,quibus mod. feud. amit. Tu
considera tex.in l.alienationis, & l.alenatum.ff. de verb. signifi.
& Doct.in l.alienationes.ff. famil. ercisc. & ibi Odof. vbi dicit,
202 quòd quando lex prohibet alienationem permittit necessa-
riam Decius consi.422.numero 9. vol.3. Afflict.decis.191. nu.
1. & prohibitus alienare, prohibetur omnis actus per quem
203 † dominium transfertur, ut Deci.consi.584. numero.2.vol. 4.
& consi.637.numero.2.vol.5.& ideo prohibita alienatione,nõ
est prohibita donatio, quando causa prohibitionis est adiecta;
quia omne verbum vltra propriam significationem non se ex
tendit, & similiter prohibita alienari possunt pro dote consti-
204 tui secundùm Bal.consi.300.vol.5.in fine consi.† & causa sem
per ampliat, regulat, ac restringit dictum secundùm naturam
causæ,ut sing.Alber.in l.fin.§.1.ver.vendet.C. de iure emph.Cę
pol.in l.si contra. numero. 27. C. de vsucap. pro empt. & ideo
205 alienatio stricte sumpta non amplectitur ꝯctum † per quem
dominium non transfertur, in materia vrò larga & fauorabili
comprehendit venditionem, donationem permutationem &
perpetuum emphyteusis contractum,ut est tex. coniũcta glo.
in c.nulli.de reb.ecclesiæ alien.vel non: & ibi Host.Abb.Fel.In-
noc. & simpliciter etiam sub uer. alienationis continentur ob-
206 ligatio & hypotheca † vt l.omnes.& l.sequent.C.de ijs qui vẽ.
ætat.imper.Decius consi.645.nume.5.vol.3.Aret.consi.125.in
207 cip.exim.coll. & ob id prohibita alienatione per aliquem extra
cypum, vel familiam nullatenus videt prohibita inter illos de
familia,ut l.cum pater.§.libertis.ff.de leg. 2.l.peto. §.fratre. ff.eo.
titulo l.voluntas.C.de fideicom.Pa.de Castro consi.12.vol.pri-
mo,& Deci.consi.425.nume.2. vol.3. & consi.619. numero 3.
vol.5.& consi.422.nume.9.vol.3.Bal.consi.47.nume.4.vol.2.&
consi.498. nume. 5. vol.primo,& 469. nume. 2. vol.3. & Bald.
consi.50.numero.4.& 7.vol.5.& nunquid appellatione aliena-
208 tionis veniat renuntiatio † vide Cor. consi.2. num.8.vol.3. sed
quid de verbo vẽditionis.Tu dic,quòd aut profertur a lege;aut
ab homine primo casu.Aut lex facit mentionem de uenditio-
ne permissiue. Aut prohibitiue, si permissiue . Aut lex consi-
derat effectum, & tunc appellatione venditionis comprehen-
209 ditur omnis actus, per quem dominium transfertur,ut l.statu-
liberi.§.quæritur,in fine.ff.de statuliber. Aut lex non cõsiderat
effectum;& tunc continetur omnis actus onerosus,quo domi
nium transfertur,vt permutatio, vt l.sciẽdum.§.pollicetur.ff.de
ædil.edict.non autem continetur lucratiuus,vt l.ad res donatas
ff.eo.titulo.si verò lex facit mentionem de venditione prohibi
210 tione†tunc solus venditionis ꝯctus continetur,vt l.fi.C.de præ
diis cur.lib.10. Secundo casu quando profertur ab homine, &
tunc aut profertur permissiue, & solus venditionis contractus
continetur:vt Bar.in l.sicut.§.sed si promiserit. ff. quibus mod.
211 pig.vel.hypoth.Aut prohibitiue,& tunc omnis contractus† ꝑ
quẽ dñium transfertur,continetur,vt l.codicillis. §.instituto.ff.
de leg.2.& l. pater filium. §. fi fundum ff. de leg. 3. quam sing.
distinctionem facit Alber. & Cępo.in l.si contra .ff. de vsucap.
pro empt. sed tu vide & considera aliam distinct. D. Benedicti
de Plum.in d.l.statuliberi. §. quæritur. supra. & not. quòd pro-
212 hibitus vendere prohibetur permutare † & donare, vt Abb.
in c.ex parte.extra de postul.l. sancimus. C. de reb.ecclesiæ non
alien.Bal.in c.1.ad fin. de alien.feudi.Io.de Imol. in c.potuit. de
locat.8.col.Saly.in l.voluntas.C.de fideicom.Cyn.in l.fin.5.opp.
C.in quibus.caus.in integ.rest. & Cor.consi.73. col.3. vol.4.vbi
clare tenet, permutationem differre ab emptione, ex quo per-
mutatio est contractus innominatus.

Prædictas res:not. ꝙ si coniunctus voluerit alienare agrum
cõem,domũ,vel uineam,vel rem immobilem:super prædictis
213 stabilibus ius prothomiseos locum obtinebit † in mobilibus
aũt nõ habet locum ius congrui per istum tex.ratio:quia mo-
bilium vilis & abiecta est possessio, vt gloss.in l. si rem mobi-
214 lem.ff.de acqui.poss.& sic not.ꝙ rei appellatio† est comprehẽ
dere mobilia & immobilia,corporalia,& incorporaliapropter
sui generalitatem,vt §.fi.Inst. de rerum diuis. & de reb. corp. &
incorp.§.fi.& l.1.ff. si cer.pet. & ibi Saly. in fine, vbi dicit,ꝙ res
215 est nomẽ æquiuocũ,& multipliciter in iure † exponitur,& su
mitur, quandoque pro æquitate, interdum pro causa, & lite,
quandoque pro contractu, & conuentione, & nonnunquam
pro iusta ratione, quandoque pro ueritate. Interdum pro uti-
litate, aliquando pro materia, & in omnibus ut supra dixi ui-
de Flor.in l.1.in principio.ff.de seruit.Odoff.in l. 1. nume.2.ff.si
216 cer.pet.& in l.1.numero.1. ff. de rerum diuis. & res dicuntur
secundus sanguis hominis, ut est gloss.iuncto tex. & ibi Bald.
in l. aduocati C. de aduoca. diuer. iudi. & Bald. in l. si tuis nu-
mis.C.de oper.liber. Affl.decis.24.num. 4. Item res traditæ per
maritum sponsę in domo patris vel fratris. an sint hæredum v-
xoris,vel mariti:tria considerantur per Neapol.in decis.315.nu.
217 2.3.& 7.† & appellatione rei largo sumpto vocabulo etiam ve
nit homo,Bal.Io.de Imol.in l.1.ff.de stat.hom.l.omnia. §.fi.ff.đ
leg.2.& l.1.C.de verb.signifi.Roma.consi.247.2.dubio, & Bar-
218 ba.de const.c.2.& rerum appellatione an veniant † actiones,vi-
de Abb.in c.quia monasterium,de relig.domi.& in c.fi.de præ-
script.& appellatione rei an veniat pretium,tene ꝙ sic: quoniã
219 res & pretium sunt correlatiua: † vt Bal.consi. 270. nu. 13.vol.
1. & res an dicatur tantum valere, quantum vendi potest, vide
Cępol.consi.10.nu. 3.in ciuilibus, qđ nota & vna & eadem res
220 non debet diuerso iure censeri.Idem Cępo.consi. 31.num.6.c.
cognouimus.in fi.12.q.2.& l.eum qui ædes.de vsucap. & not.ꝙ
quęlibet res in 12.diuiditur partes,vt Bar.in l.interdum.§.pater-
221 familias.num.2.ff.de hæredi.instit.† & sic rei appellatio est ma-
gis generalis,quàm pecuniæ,vt Bar.sing.in l.balista.num.2.ff.ad
Trebel.& in l.quintus.§.argento,num. 5. ff.de aur.& arg. legat.
& quia in mobilibus rebus non habet locum ius prothomi-
seos, ideo pro nunc aliter non prosequar, quod not.
222 Per venditionẽ, intelligo sub noīe gñrali ꝑ oī ꝯctu † ex quo

dominium

Source : BIU Cujas

dominium vel perpetua vtilitas transfertur, prout sing. Bal. in consi. 336. in primo. vol. 5. ita ꝙ ius congrui locum obtinet in omni contractu vēditionis stabilium, siue venditio sit propria, siue proprijssima, vel impropria, aut improprijssima, vt supra
223 dictum est, sed quid in datione insolutum † dic idem in ciuitate Paduæ, Vtini, ac Tar. vt infra dicam; quia datio insolutum similis est emptioni, vt l. si prædium. in fine ibi. vicem emptionis obtinet. C. de euict. maxime quando fit de rebus pro pecunia:
224 quoniam habet vim emptionis † ac venditionis, & si res insolutum data non traditur, agi potest ad interesse: vt l. 1. & l. Iulianus. ff. de act. emp. hoc idem Bal. in consi. 289. nu. 1. vol. 2. ita Ias. in l. cætera. §. si parauerit, nume. 10. ff. de leg. primo. sicut etiam
225 venditor si no habet facultatem rei tradendæ † soluendo interesse liberatur, vt Socin. in l. certi condictio. in princ. col. pen. ff. si cer. pet. & Deci. in l. in actionibus. num. 16. ff. de in litem iura. sed si habet facultatem rei tradendæ tenetur rem omnino tradere secundùm opi. communem, prout ibi Deci. num. 16. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 38. ff. de ver. oblig. idem si per emphitheusim contractum res fuit extraneo concessa; nam D.
226 directi omnibus alijs præfertur, etiam agnatis † & attinentibus venditoris, ex quo habet ius in re, ac etiam vigore pacti apposîti in instrumento alienationis, prout pluries in hac etiam ci
227 uitate iudicatum fuit † & maxime in causa nob. D. Augustini Nani terminata per M. D. Potestatem castri Franchi ad fauorem Io. Rachello: quia sub die 31. Augusti 1554. pronunciando prętulit Ioannem Rachello præfato M. D. Augustino, quæ postmodum deducta in appellatione corā Clarissimis D. Audit. nouiss. incisa fuit par. audit. ad fauorem præfat M. D. Augustini domini directi dominij sum die 29. Octob. 1554. & sic dominus directi ex rationibus prædictis concurrens cum filio venditoris prælationem obtinuit, nec non similiter in causa Augustini Badeno. prætendentis præferri debere super iuribus camporum 4. terræ vocatæ il boschetto, pertinentiarum gambarariarum produc. 20. empt. per q. Sāctum Babent. ac Thomeum fratrem super fundo. M. D. Lucretiæ Nauagerio, q. M. D. Io. de Garzonibus, qui per sententiam. d. prouis. prælatus fuit sub die 15. Nouemb. 1553. sed d. sententia ad appellationem prælibatæ D. Lucretiæ sub die 2. Decēbris, per DD. de cathauere in cōtumacia Augustini Baden. incisa fuit, sed partib. auditis sub die 20. Feb. 1553. d. incisio per absentiam confirmata fuit, nec non in casu Magnifici D. comitis vallis Mareni domini directi dominij cum Marco Antonio Muse sequuto in excellē. collegio sub die 12. Maij proximi prēteriti, qui tanquam agnatus venditoris prælationem obtinuit contra comitem, & sic contra communem opinionē vt supra iudicatam, qđ no. & similiter Tar. Brix. & in hac ciuitate propinquis, ac attinentibus ius congrui ijs omnibus ciuitate Paduæ propter vniformitatem statutorū: cum ibi dicatur expresse, si quis vendiderit, vel *insolutum* dederit rem aliquam, non valeat venditio, vel *insolutū* datio *in* præiudicium attinentium, & vicinorum tunc cohęrentium: ita ꝙ
228 si in ijs duobus † casibus tantum conceditur in alijs omnino prohibetur, argu. l. cum prætor. ff. de iudic. quia cum statuta sint stricti iuris, nullatenus extra illos casus sunt extendenda, vt Paulus de Cast. in consi. 43. vbi tenet, quòd statutum loquens de do
229 mo † non includit apothecam; quia verba apposîta in statutis debent *stricte*, & proprie intelligi, secundùm Alex. & Doct. in Rub. ff. de oper. no. nunc. nu. 21. Bal. in consi. 398. num. 1. vol. 3. Bar. in l. omnes populi. q. 6. nume. 54. ff. de iust. & iur. & ibi Bal. Ang. sing. in §. ius autem ciuile. num. 20. Inst. de iur. nat. gent. & ci. Affl. decis. 21. num. 12. Alex. consi. 74. col. 4. vol. 1. Bar. in l. diuus Traianus. ff. de testa. milit. & in auth. quas actiones. C. de sac. sanct. Ecclesijs. & in ijs terminis laudata fuit sentētia sp. Po.
230 Estæ. lata ad fauorem D. Ioan. Petri a vetula, † & contra Reuerendū D. don. Io. Iacobū Taberna. qua sub die 26. Maij. 1551. pronunciando absoluit Io. Petrum ab intentata prælatione occasione liuelli facti in personā Dominici Pessati de anno 1552. Et sic datur intelligi, ꝙ in Padua & territorio ius congrui locū obtinet in venditionibus & dationibus insolutū & non in con
231 tractu emphiteutico † quia similes contractus nomine, subsstātia, & effectu deuiant a contractu emptionis, & sic propter manifestam rationem diuersitatis prælegatum statutum faciens mentionem de venditione non habet locum in allibellatione, nisi hoc sequeretur in fraudem; quoniam in omni dispositione legali fraus semper intelligitur excepta, secundùm Affl. de-
232 cis. 3. nume. 3. vt sicut etiam statutum faciens mentionem † de viro, nō habet locum in vxore, licèt sint correlatiua, vt Decius, *in* l. 1. *in fine*. C. de in ius voc. Bal. in l. cum te. C. ne vxor pro mar. Bal. in consi. 6. in fine, vol. 5. vbi statutum loquens in adultero
233 non habet locum in adultera † propter diuersitatem rationis. Anto. de But. in c. vniuersitatis. 2. col. de sen. excommu. Roma. sing. 609. num. 1. Alex. consi. 106. col. 3. vol. 3. Are. consi. 107. in fine sed in ciuitate Tar. beneficium prælationis datur cuilibet
234 † tam in contractu venditionis & donationis insolutū, quàm in possessione translata titulo liuelli, ac etiam donationis, vt in
235 suis duc. prouis. ca. 28. lib. 6. cautum reperitur, & ꝙ ius † cōgrui in proprietatibus, huius fœlicissimæ vrbis ad libellum, seu in emphiteusim concessis locum habeat, est casus Reuerendi D. Plebani S. Agnetis de proprietate seu domo vendita D. Hye. de Monte, sita sub dicta parochia pro annuo liuello duc. 15. disputatus ad curiam examinatorū ad fauorē nob. D. Andr. Fuscha reno, & contra dict. D. Hye. quo sub die 2. Iunij terminatū fuit per eosdem. DD. iudices instrumentum prædictum allibellationis, ad publicas stridas poni debere, etiam postmodum deductus ad excellens consilium de 40. curiæ vet. laudatus reman sit, non obstante, ꝙ allibellatio esset facta seruatis seruandis in & super bonis ecclesiæ, seu mensæ dictæ ecclesiæ; quia ex anti-
236 qua consuetudine de qua in c. constitutus. de rescript. † vbi cōsuetudo ciuitatis in materia iuris congrui dat beneficium laycis, etiam clericos illius ciuitatis comprehendit, vt sing. Abb. in d. c. constitutus, Cald. consi. 21. in fine. Abb. consi. 63. vol. primo. col. 2. Cy. & Mod. in l. neque. C. de hæred. inst. & Bar. in l. 1. ff. ad
237 municip. vbi dicit † ꝙ appellatione ciuium veniunt etiam clerici, & Math. de Affl. de iur. prothom. num. 9. & 10. nec non etiā in casu nob. D. Marci Zentani de domo posita in cōtrata. S. Pāthaleonis allibellata, seu in emphiteusim concessa seruatis so-
238 lennitatibus legum Reuerendo † D. Gabrieli Boldu nomine vt in instrumento liuelli pro annuo censu duca. 36. expeditus ad curiam examinatorum sub die 19. Ianuarij 1549. qui DD. iudices per eorum terminationem dictam proprietatem, vt supra allibellatam, eidem Magnifi. D. Marco adiudicauerunt.

Et postmodum in excellent. consi. de 40. curiæ vet. laudatus remansit, & ratio iudicio meo esse potuit; quia verba statuti
239 † largo modo intelligendo, sub nomine venditionis comprehenditur emphit. perpetuus cōtractus vt l. 1. C. de fundo dot. & in c. nulli. de reb. eccle. alien. vel non: quia ius congrui sequitur rei possessorem, qui est subditus legi laycorum, & contra eum dirigitur & mutatur conditio rei: secundùm Sebast. Neap. in consue. 51. in ver. eccle. in fine vbi tenet, ꝙ si laycus emit secundùm, ꝙ vicinus potest petere ex hoc iure congrui. Abb. in c. si diligenti. col. fin. & c. ex literis. in fi. de præscrip. & ibi Fel. Bal. in
240 consi. 336. nu. 2. vol. 5. vbi dicit, ꝙ appellatione venditionis † venit quilibet contractus, ex quo dominium transfertur, & hoc etiam vt bona in familia conseruentur: & nil mirum, cum sta
241 tuta † propter publicam vtilitatem recipiant interpretationē a iur. communi: vt Bar. Bal. in d. l. omnes populi. quæst. 6. nu. 54. ff. de iust. & iur. & quandoque propter publicam vtilitatem re-
242 ceditur etiam a regulis † iur. communis, vt Alex. in l. 1. num. 4. ff. sol. mat. & ob id lex volens homicidium sequutum puniri, ha
243 bet etiam locum in fieri faciente: cum fieri faciens dicatur facte facere, secundùm Alex. in l. 1. num. 22. ff. de ver. oblig. & hoc ne delicta remaneant impunita, & sic not. ꝙ statuta loquentia
244 *in* casu vero propter publicam vtilitatem † extenduntur ad casum fictum, de qua quæstione late per Bald. in l. sed si per aliū. §. prætor. ff. ne quis eum qui in ius voc. Cyn. Bal. Saly. in l. non ideo minus. C. de accus. Alex. in l. transigere. num. 14. C. de transact. & in l. 1. §. lex Falcidia, num. 9. & 10. ff. ad l. Falcid. Bal. consi. 339. num. 3. vol. 5. Carol. Ruy. in §. & quid si tantùm, num. 33. & 34. ff. de lib. & posthu. Cor. consi. 196. num. 9. vol. 3. Abb. in c. 2.
245 de diuort. & sic statuta loquentia † de venditione habent etiā locum in permutatione, & in alijs casibus secundùm Alex. in l, filiusfam. §. diui Seuerus, num. 23. ff. de legat. 1. Albe. in tract. statut. in 2. parte, q. 2. Bal. consi. 175. num. 1. vol. 4. & in consi. 177. eo. vol. Math. de Affl. in tract. de iure prothom. num. 11. 12. &
246 13. fol. 60. vbi tenet, ꝙ originarij serui & rustici censiti † absque terra vendi non possunt. l. quemadmodum. C. de agric. & cēsi. lib. 11. quærit ibi glos. quid in permutatione, & post multa tenet, ꝙ illud quod statuitur in emptione, idem dicendum est in permutatione. l. vel permutauit. ff. de lib. causa. & ff. quando act. de pecul. est annal. l. 1. §. in alienatione. sed Bal. not. in d. consi. 177. vbi loquitur in terminis proprijs.

247 Vel locationem, not. ꝙ locatio † ad longum tempus dicitur alienatio. Bar. in l. codicillis. §. instituto. num. 3. ff. de leg. 2. Bal. cōsil. 392. in princi. volu. 5. c. 1. de reb. ecclesiæ non ali. in 6. in glos. ibi ad modicum, Ias. in l. nemo potest. num. 89. ff. de leg. 1. in 2. lect. & in l. manumissiones, num. 7. ff. de iust. & iur. Abb. in c. ad audientiam. de reb. ecclesiæ, Alex. cōsi. 113. vol. 1. & consi. 6. vol. 2. & consi. 28. col. 2. vol. 4. Cor. cōsi. 243. in princi. vol. 3. Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 5. ff. de damn. infect. & in l. si filiofam. §. si vir in quinquennium, num. 23. ff. sol. mat. quando
248 maxime locatio transcendit † decennium dicitur alienatio, secundùm Ang. ibi quando vtile dominium transfertur in locatarium, vt l. 1. §. quid ait. ff. de superf. & in l. fi. ff. si ag. vectig. vel in c. ad audient. de reb. ecclesię. locatio enim ad annum decimum dicitur locatio ad longum tempus, & per eam trānsfertur vtile
249 dominium in locatorem. Lap. alleg. 31. Bar. in l. 1. §. quod autē. ff. de superfi. Alex. consi. 66. vol. 3. Card. consi. 27. & sic ius congrui locum habet in locationibus, & conductionibus, vt in tex. supra locationem, Alex. consi. 80. vol. 2. in quibus conductores

habent

Source : BIU Cujas

habent ius in re,vt Anch.in consi.431.incip.in Christi nomine. fuisset expediens, Bal.in l.1.versi. sed pone maritus. C. de fruct. & litis expēsis.Cor.9s.6.col.1.ver.& qñ.vol.4.Doc.in l.si filiofa. §.si vir in quinquennium.ff.sol.mat.sed quid in simplici locatio ne.dic ꝙ idem; quia tex. loquitur generaliter, aliter non distinguendo inter locationem simplicem,& ad longum tempus,& sic nec nos distinguere debemus, vulg. l. 1.§.generali. ff. de leg. præstand.& l.1.ff.de public.& ita tenet Neapol.de iure prothomiseos. 8.not.nu. 25.& 26.sed si in hac nostra fœlicissima ciuitate locatio esset facta ad præstationem pensionis existentis in pecunia numerata,vel cum tenui affictus præstatione, & cum
250 exbursatione ad manus. duc. 200. vel 300. † tunc crederem, ꝙ consanguinei locatoris oblatò pretio ad iuris congrui beneficium admitterentur: prout fit de inuiamentis apothecarum; aliter secus,vt suo loco proponetur,qđ no.perpetuò.Non autē concedimus alienare,per ista verba datur intelligi, ꝙ ista prohibitio importat omnimodam necessitatem, & lex prohibitiua debet omnino seruari,vt sing.Bal.in consi.164.vol.4.Afflict.decis.315.nu.11.Alex.in l.quid si nominatim,numero. 8. ff.de lib.
251 & posth.vbi dicit,† ꝙ lex prohibitiue loquens si habet causam prohibitionis perpetuam omissio talis solennitatis reddit actū ipso iure nullum, absque clausula annullatiuas, secus si habet clausulam temporalem,quia actus valet, nisi adsit, clausula annullatiua,ita sing.voluit glos.not.in clem.1.in ver.inhibentes,de iure pat.Bal.sing.in l.cessante.col.vlt. C.quo.& quando Iud. idē in l.1.C-vt quæ.des.Aduoc.Rom.consi.236.& cōsi.166.& 203. Bar.in l.non sunt liberi.ff.de stat.hom.Pau.de Cast.in l.casus,C. de testam. Bal.in l.fi. C. de testa.Ias.in l. 1.§.sublata.num. 11.ad
252 Trebel.in 2.lect.& sic nota,ꝙ prohibitus inferre molestiā † ali cui semper intelligitur,nisi quatenus de iure inferat,secundùm Ias.in l.actionem,num.4.C.de procurat. & sic prohibitus per legem emere a pupillo,nisi forma seruata, prohibetur etiā emere per interpositam personam,vt sing.Ias.in l.si mihi & tibi.§.regula,num.6.ff.de leg.primo. & sic prohibitus emere vel vende-
254 re ad tempus,post tempus intelligitur esse concessum † vt idē Ias.in l.si minor.num.15.ff.de verbo.oblig.Bal.consi. 142.col.1. vol.2.vbi dicit,ꝙ finito tempore priuilegij finitur & priuilegiū: vt Bar. consi. 100. vbi inquisitio concessa in tempore post censetur prohibita:& ideo prohibita in casu necessitatis, in alio tē-
255 pore censetur esse permissa † Doct. omnes in l.quæcunque. ff. de off.eius,cui mand.est iurisd.& quod principaliter prohibetur, conceditur quandoq; in consequentiam,vt idem Ias.in l.de pupillo.§.si procurator.num.4.ff.de oper.no.nunc.Decius in l.cui iurisdict.num.36.ff.de iurisd.omn.iudic.vbi etiam tenet, ꝙ prohibitus alienare prohibetur actum facere,ex quo alienatio sequatur,num.37.& similiter prohibita acquisitione dominij prohi-
256 tur etiam acquisitio possessionis † qđ intellig.secundùm Ias.in l.1.§.si vir vxori,num.13.ff.de acqui.possess. & sic prohibitio fa-
257 cta de aliquo censetur facta de omnibus † per quæ peruenitur ad illud:vt Alex.in l.is cui bonis.num.26.ff.de verb.oblig.Bal.in l.1.C.quæ res vēdi. prohibentur.vbi prohibitus portare vinum prohibetur portare amphoram causa degustationis, & sic prohibitus appellare ex aliquo actu iudiciario,non tamen prohibe
258 tur querelare † Alexan.in l.fi.C.de edict. diui Adria. tollen.nu. 28. & similiter prohibitus alienare, an possit locare fundū etiā
259 ad mille annos † vide Alex.in l.si filiofam.§.si vir in quinquennium.ff.solut.mat.qui dicit,ꝙ Ang. tenet, ꝙ possit: tamen per Doct. communiter reprobatur, secundùm Alex. ibi Abba. in consi.94.Alex.consi.80.vol.2. Bal.in l.voluntas. C. de fideicom. Bal.in c.imperialem,in princi.de prohib.feud.alien. per Fede.&
260 prohibitus pignorare, † an incidat in pœnam pignorum, vide Bald.in l.voluntas,nu.14. C.de pignor. prohibitionis enim causa cessante,an cesset etiam prohibitio,vide Bal. sing. in l.si quis, num.8.C.si rect.prouinc.vel ad eum:& sic not. ꝙ in materia locationis terrarum etiam si per appellationem in Tar. & territorio non suspenditur iudicatum, prout in aliis locis, attamen ex antiquissima fori obseruantia hactenus approbata in hac nostra ciuitate per decisiones Illustrissimi Consi.X.receptum est in commeatus terratum materia semper Aud. no. per appellationem actus appellati appositorum clausulam suspensionis in literis suis appellationis, prout pluries partibus auditis iudicatum fuit.

261 Nisi,hæc dictio † secundùm Ang.in cōsi.82. in secunda col. dicit,ꝙ est aduersatiua, & negat præcedentia, locum habere in in sequentibus.Bal.in consi.428.nu. 3. vol.1.dicit,ꝙ hæc dictio,
26v si habet antecedēs negatiuum † videtur affirmare, & alibi Bal. in cap.cum accessissent.de constitu.dicit, ꝙ aut oratio affirmatiua præcedit,& tunc dictio nisi,imponit necessitatem,& diminuit de suo genere, vt in cap. generi per speciem. de reg.iu.in 6.
263 aut negatiua præcedit † & tunc stat inclusiue, & importat habilitatem, & aptitudinem secundùm Domi. in reg. peccatum. de reg.iu.in 6.& ista dictio quandoque ponit, & quandoq; priuat.vt Bar.in l.actione.num.3.C.de transact.& interdum hęc di
264 ctio nisi † in vltimis voluntatibus æquipollet conditioni, ideſt facit conditionem secundùm Bar.in l.1.ff.de cond. & demonst. num.10.idem in l.si eum.§.qui iniuriarum.nu.8. ff. si quis caut. & ibi Odof.num.4.& l.si sit scriptum.§.si pater.num. 1. ff.de legat.2.Cæpola consi.1.nu.15.in ciuil. vbi tenet, ꝙ dictio nisi, po-
265 sita cum oratione negatiua † potentiam & non actum negat, vnde si promitto non vendere,nisi tibi,intelligitur, ꝙ non possum alteri vendere, nisi tibi,& sic dictio nisi, quandoque poni-
266 tur † exceptiue, quandoque positiue,vt l.Titia. §.fi.ff.de manu. testa.Alber.in suo dicti.in dictio.nisi, Cor.cōsi.3.col.2.vol. 4. & in consi.193.col.2.in eo.vol.& in consi. 261. col. 15. vol.4. & in
267 cōsi.80.col. 1.vol.1.& consi.184.col.1.vol.eo.interdum † dictio nisi disponit:vt Ias.in l.bonorum.num. 2. C.de bonorum poss. secundum tab.& in l.si eum qui.§.1.nu. 32.ff.si quis caut. Alex. in l.si eum.§.qui iniuri.num. 7.9.& 11. ff. si quis caut. & quid in
268 sententijs & vltimis voluntatibus † & in cōtractibus, vide Bal. in c.cum accessissent. de consti. & in auth.nisi rogati. in principio C.ad Treb.Cyn.Bar.& alios in l.actione.C.de transac.Ang. in l.Titia.§.fi.ff.de manu.testa.Anto.& Abb. in c.ex parte. in 3. col.de spons.Archi.in c. 1. de consti. in 6. Bal.in l. interlocutio. C.commin.vel epist.Ang.& Imo.in l.qui Rome.§.cohæredes. ff.de verbo.oblig.Domi.in cap.ad decimas.de resti.spol.in 6.Saly.in l.2.C.qui accusa.non possunt. Bal.in consi. 428.num. 3.in 1.vol.Bar.in l.si eum§.qui iniuria.num. 4.si quis caut. & in l. si
269 ita scriptum.§.si pater.ff.de leg.2. † & quandoq; dictio nisi,ponit exceptionem a regula: vt Dec. in auth. si quis in aliquo documento,num.2.C.de eden.Deci.in l.actione.num.5.C.de trāsact. Petr. Gerard.in sing.suis nu. 46. dicit,ꝙ dictio nisi,cum sit exceptiua,necessariò significat oppositum antecedentis,cui immediate aduersatur, vnde si præcedit oratio affirmatiua, dictio nisi negat vel priuat,quod dic vt ibi per eum cum alijs.

270 Prius, † deest ante,& ista dictio significat tempus, & ordinē, sicut & dicitur de prioritate,& posterioritate secundùm Bal.in
271 l.pacta nouissima.num. 4.C.de pact.qui dicit,ꝙ prioritas † duplex est, quædam secundùm ordinem scripturæ & intellectus, & ita intelligunt Doct.tex.in d.l.nacta.in prin.quædam est secū dùm ordinem scripturæ tantum:& non intellectus,vt exempli gratia,vbicunque in primo contractu sunt verba derogatiua,licèt quantum ad originem scripturæ subsequatur posterior contractus,tamen quantum ad ordinem intellectus non subsequitur; quia deficit consensus in suo contractu: vnde primus con-
272 tractus proprie loquendo non est primus, sed solus: † contractus enim nullus reputatur consensu deficiente,vt sing. Bal. in d.l.pacta num.4.& ob id illa regula,quæ dicit.prior in tempore
273 potior in iure.intelligitur a Doct. † qui prior in tēpore,qui est prior efficaciter,non autem in eo,cuius prioritas absorbetur ratione fraudis commissæ,ita Bal.in d.l.pacta. & in consi.149.nu. 2.vol.1.Odoff.in l.2.nu.1.ff.qui pot.in pig.hab. Affl.decis.306. num.3.Alex.in l.si finita. §.si plures.num.3.ff.de dam.infect.

Denuncietur illis,ista verba denuncietur, nil aliud significāt
274 quàm notificetur;quia denunciare, † nil aliud est, quàm noticare,vel palam facere,denunciatio enim: secundùm quosdam,
275 est quædam prouocatio ad iudicium, † vt Alex. & Ias. in l. in prouinciali.§.nunciationem,nu. 5. ff.de op.no.nunc. vel secundùm alios,si de futuro loquimur,est facti futuri certa, clara, & intelligibilis designatio cum protestatione,vel prohibitione tacita,vel expressa,vt l.denunciasse, ff.de adult. & ibi Bar. denunciatio enim in noui operis nūciatione fit vel causa iuris sui con
276 seruandi, vel damni depellendi † vel publici iuris tuendi gratia,de quibus in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.no.nunc. denūcietur illis.Not.primò,ꝙ notificatio est facienda illi, qui habet beneficium ex iure cōgrui,ratio; quia denunciatio facta ab eo, qui nō habet ius nunciandi,nulla est tex.est in l.si maior.C.de rei.vendit.Pau.Cast.in sing.suis num. 46. & sic tam notificans, quàm cui fit notificatio,necesse est,ꝙ sibi ius competat. Secūdò not. ꝙ denūciatio est quædam notificatio, seu protestatio,qua quis inuitatur seu certificatur ad aliquid faciendum,vel desistendū, vel obtinēdum, prout iuris ordo requirit,& ista colliguntur in l.denūciasse.in fi.ff.de adult.l.emptor.ff.de euict.& glo.& Doc. in l.1.in prin.& §.nunciatio,& in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de op.no.nunc. & denunciationum plura sunt genera, de quibus per Spec.in tit.de denūtia.§.2.versi.publica,Are.in tract.malef. in versi.nec non ad denunciam: Marant.in tract.de ord. Iud.in rub.de denuncia.Bonico.de accu.num. 8. 12. & 16.vbi dicunt, ꝙ denunciatio est triplex iudicialis, euangelica, & canonica, & iudicialis alia publica est,& alia priuata,vt Saly. in l.ea quidem. in prin.de accusat.'& huius denunciationis, quædam est prohibitoria alicuius facti;quædam verò est certificatoria ad aliquid faciendum, vel non faciendum, quædam est incitatoria ad aliquid agendum,de quibus per Bar. & Doct. in l. non solùm. §. morte.ff.de oper.no.nunc.de primo & secundo membro non pertinet ad nostram materiam, sed de tertio videamus, quod est proprium & peculiare huius nostræ constitutionis,circa qđ membrum dic, ꝙ denunciatio est alicuius facti certificatoria, quod non est factum,seu faciendum,& ista cōsistit in duobus,

quod

Source : BIU Cujas

quod est, quando denuncio tibi, ꝙ aliquid in futurum facere intendo: vel de præterito, aut de præsenti, circa primum talis denunciatio commode fieri potest, vt tollatur, seu amoueatur vicium clandestinitatis, vt l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. & ista omnino debet fieri attinentibus & coniunctis per ordinē, secundùm modum nostræ constitutionis, & ista denunciatio fieri debet per venditorem in loco congruo, & honesto, & aliter non secundùm glos. in l. mora. ff. de vsur. & in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitr. circa secundum membrum cum venditor denunciat aliquid, quod est de præsenti, vel de præterito, & ista debent fieri cum effectu: quia tollit ignorantiā; ne tempore aliquo ille, cui fit talis denunciatio, possit se excusare de cætero de ignorantia, cum fuerit certificatus l. si fideiussor. §. 1. ff. mandat. & c. eum qui. de reg. iur. in 6. & ista notificatio fit & fieri debet per preconē semel tm̄, & non pluries, nā facta denūciatione de vēdēdo aliquid alicui, semper vidētur interpellati ꝯiuncti, vt petāt prælationē rei & in mora ꝯstituantur: nam dicitur in tex. nisi denuncietur illis, quæ verba denotāt accidentiam facti, & potest exponere rem venalem, vt sciat quantum de ea habere potest, hoc est, denuncio tibi, ꝙ sum venditurus talem rem vel prædium existentem in tali villa camporū 50. infra confines Titio, vel Caio pro duc. mille, & ista notificatio facta huic tali excludit eum a beneficio iuris congrui, vt c. potuit. de locat. & ibi Doct. qā not. Quid si coniunctus non habitat, vbi prædium est venale, sed habitat alibi, & verba legis nō possunt verificari, ex quo sibi denunciatio fieri nō potest. Bar. tenet in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. ꝙ coniunctus excusatur: sed tu dic, ꝙ communiter obseruatur, ꝙ denunciatio fit & fieri debet per literas directiuas rectori loci, vbi ille talis habitat, qā verum credo, vbi fiunt cognita: sed si ꝓceditur per viā stridarum sufficit; quoniā vox præconia omnibus innotescit: Quid modò si coniunctus est pupillus, & habet tutorem, cuius tutoris copia haberi non potest? Dic ꝙ sufficit denuntiari pupillo, vt l. si dictum. §. fi. ff. de euict. sed in hoc obseruanda est solennitas statuti loci, vbi denunciatio seu notificatio facienda est: secūdùm Bal. in l. 1. col. 24. vers. extra queritur. C. qui admit. Pau. de Cast. in l. si cum dotem. §. eo autem. ff. sol. mat. Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. idē consi. 170. vol. 2. Bal. in cōsi. 414. num. 1. vol. 3. Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in ver. notificare. §. 2. num. 26. vbi plene, in quo loco & an sæpius fieri debeat denunciatio, dicam inferius suo loco, in criminibus ve-
277 rò denūciatio nil aliud est † nisi notificatio quędam criminis commissi, de qua in l. ea quidem. C. de accus. & ibi Docto. constat igitur, ꝙ ista denunciatio in aliquibus locis necessaria
278 est: vt in hac fœlicissima † rep. & Paduæ oppido, nam ibi de substantia est; quia statuta requirūt denunciationem agnato, vel vicino fieri, Aliter non facta denunciatione admitteretur depositum volentis præsentare, etiam si transacti essent anni 30. & vltra, vt iudicatum fuit ad cur. examinatorū sub die 10. Iunij 1548. in casu D. Iac. a Curtiuo cum domino Ioanne Saponario nomine quo in sententia: sed in ciuitate Tar. non est necessaria denunciatio propter duplicitatem stridationū, sed si factis primis stridis quis volet excludere secundas stridationes: tūc facere debet agnato, vel vicino notificationem, prout obseruare vidi Tar. in multis casibus; sed insurgit dubitatio non inutilis. An ista denunciatio fieri debeat pluries, vel semel. Dic
279 ꝙ omissis superfluis semel tantum fieri debet † vt glos. not. in l. mora. in ver. difficilis. ff. de vsur. Afflict. de iure protho. §. 2. nu.
280 2. vbi dicit, ꝙ ad acquirendū ius in possessione, sufficit † ꝙ quis semel fuerit in possessione: vt in c. cum ecclesia. in fine, de causa poss. & ꝓpriet. & in l. 1. §. quæsitum. ff. de aq. plu. arcē. sic etiā in legato relicto, cum quis filios habuerit, semel nasci sufficit,
281 quamuis † illico moriantur, vt l. si quis hæredes. ff. de inst. & substit. & l. cum vxori. ff. quando dies leg. ced. & similiter sufficit dilationem semel dari ad deliberādum, de qua in l. Sanci. §. sed quia. C. de iure delib. Item sufficit aliquid semel esse cōcessum,
282 vt reuocari † non possit, vt in c. 1. C. quo quisque ord. conue. Item qui semel est hæres, semper manebit hæres: vt l. ait prætor. §. sed quid. ff. de minoribus: item nō potest reprobari † qā
283 semel est approbatum. l. Papinianus. ff. de nego. gest. & simili-
284 ter actio semel extincta, amplius non reuiuiscit. † l. qui res. §. aream. ff. de solu. l. si vnus. §. sed si pactum. ff. de pact. Item semel a banno absolutus non potest iterato absolui, secundùm Bal.
285 in l. ancillam. C. de cond. ob causam, Item semel excluſus † sem per intelligitur esse excluſus; vnde sufficit ad propositum denunciationem semel esse factam, vt coniunctus, vel vicinus excludatur a beneficio iuris cōgrui, vt Doct. in c. potuit. de locat.
286 & sic denunciatio est de forma † & nullo modo omitti debet secundùm Bal. in tit. de iure prothom. num. 16. & nunquid denunciatio semel fieri debeat, & quo loco & tempore & cui & per quem, vide Affli. in §. 2. num. 19. eod. titu. & infra suo loco dicam.

Quos vocamus per ordinem in ius prothomi. not. ꝙ in hoc
287 iure congrui proceditur ordine succeſſiuo † vt si sunt plures parentes, vel plures vicini, tunc ordinate proceditur, vt in successione: nam proprior sanguine, potior est in iure, vt l. 1. C. de succ. edict. & prioribus non petentibus sequentes petentes admittuntur: ut glo. ibi in verbo, ex edicto in princi. de capite in caput, & de gradu in gradum, cū enim plures sint species successionum, & ordines, & in vnaquaque species sæpe plures existant dispari gradu personæ, ne iura creditorum differantur; sed haberent, quos conuenirent, & ne facile in possessionem defuncti mittantur, ideo petendæ bonorum possessionis certum
288 tempus præfiniunt † liberis vtriusque sexus ob sanguinis prærogatiuam in bonorum possessione petenda anni spatium indulsit. l. cæteris agnatis, vel cognatis, centum dierum dedit, & si intra hoc tempus aliquis bonorum possessor non petierit, eiusdem gradus personis accrescit, partes autem non petentium accrescunt petentibus, vt l. 1. quando non pet. par. pet. accre. & §. cum igitur, Inst. de bonor. pos. pariter & in legatis: nam si vna res ab eodem duobus legatur, ambo concurrunt ad lagatum
289 † sed deficiente vno tota collegatario dabitur, ut l. re coniuncti. §. fin. ff. de leg. 3. & §. si eadem res, Inst. de legat. & similiter ēt in iudicijs ordo est seruandus, vt in possessorio, & petitorio: vt l. ordinarij. C. de rei uendicat. Abb. in c. fin. de ord. cognit. Affl.
290 deci. 98. numero. 3. & ordo iudicij non seruatus † iudicum sententia est nulla, ut l. prolatam. C. de sent. nam dicit Bal. in l. qui prior. ff. de iudic. ꝙ in executionibus sententiarum, & decretorum ordo seruatur l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. in consilijs faciendis ordo seruatur, ordo naturæ, diuinæ institutionis seruandus est: in sedendo ordo est seruandus, nam maior honor est sedere a dextris, quàm a sinistris, & in l. quoties ff. de vsufr. Bal. in auth. hoc amplius, col. penult. C. de fideicō. vbi si duobus legatus sit vsusfructus, ita vt alternis annis utantur, Titio, & Męuio, colligitur ordinem scripturæ designare
291 † ordinem voluntatis, ut, ut prius Titio & postea Męuio legatum esse censendum sit. Nec est mirandum: quia glos. not. in c. quorundam. de elect. in 6. ꝙ si in aliqua scriptura reperiantur
292 nominatæ duæ personæ † primò nominata pręsumitur dignior, ita Abb. in. c. sedes. col. 3. de rescrip. nam ordo verborum designat ordinem intellectus, ut. l. cum pater. §. a te peto. ff. de leg. 3. nam si testator subalterat personas & habet affectionem or-
293 dinatam † primò nominatus, primò censetur uocatus: ita Bar. in l. si ita. ad fin. ff. de leg. primo, &. l. qui duos. ff. eod. titulo, vbi ponit casum militis relinquentis duos equos, unum monasterio ultra marino, alium fratribus prædicatoribus, electio legati erit monasterio: quia primò nominatus est, ad quam reg. vide sing. Din. in c. in alternatiuis. de re. iu. in 6. & sic etiam in hoc iure prothomiseos, si in tex. aspexeris: primò. n. vocantur parentes, post hos socij eiusdem rei: & postmodum collaterales, qui
294 habent fundum contiguum, secundùm Cor. consi. 29. col. 1. vol. 3. de quibus infra sermo noster copiosissime habebitur.

SVMMARIVM.

1 *Ius noscere parum esset, si personæ, quarum causa constitutum est, ignoraretur.*
2 *Homo nobilissima est creaturarum.*
3 *Omnia animalia creauit Deus propter hominem.*
4 *Digniora, & propter se & propter alios præferenda sunt.*
5 *Parentes an vtriusque sexus vsque in infinitum accipiantur.*
6 *Spurij an possint matrem in ius vocare absque venia.*
7 *Parentes an collaterales vocentur.*
8 *Parentes an tam ad agnatos, quàm ad cognatos adaptari possint.*
9 *Parentes, & patroni an æquiparentur.*
10 *Patriæ an parentibus magis parendum.*
11 *Notabilis distinctio, an parentibus vel patriæ magis parendum sit.* 12.
13 *Parentes de prole venditoris in proximiori gradu an alijs propinquis præferantur secundùm gradus prærogatiuam.*
14 *Coniuncti ratione sanguinis & non per accidens an omnibus alijs præferendi sunt.*
15 *Agnati in feudis an præferantur extraneis.*
16 *Ascendentes an præferantur descendentibus, & collateralibus.*
17 *Ascendentes an collateralibus in venditionibus præferantur.*
18 *Legitimus & naturalis filius ortus ex parentibus bastardis an prælationē obtinebit super venditione per auum facta.*
19 *Imperfecta primitiua an succedat imperfectio deriuatiua.*
20 *Ad destructionem antecedentis, an necessariò sequatur destructio consequentis.*
21 *Extincto principali an dependentia corruant.*
22 *Religiosi valentes disponere de corpore suæ ecclesiæ an possint de accessorijs ad ipsam ecclesiam.*
23 *Consequentia an dicatur legitima ex causa corrupta.*
24 *Filiofamilias in patria potestate constituto an prælationis beneficium competat patria potestate non obstante.*
25 *Pater & filius an sit identitas personæ.*
26 *Aextimum patris an possit reputari extimum filij.*
27 *Filius feudatarij an possit appellari feudatarius.*
28 *Filius comitis an viuente patre comes dicatur.*

Source : BIU Cujas

Iacobi Nouelli. De iure Prothomiseos.

29 *Iniuria filio facta an patri facta intelligatur.*
30 *Pater an possit filium ad religionem obligare.*
31 *Pater an possit filium ob necessitatem famis vendere.*
32 *Venditio facta per patrem an dicatur facta per filium.*
33 *Si patri non licet, an filio licebit rem venditam redimere.*
34 *Prælationis beneficium an sit priuilegium personale.*
35 *Bona vendita per patrem an filius recuperare possit.*
36 *Filius redimendo bona per patrem vendita An consideretur vnitas personæ, aut patria potestas.*
37 *Casus filiorum. q nob. D. Ioan. Petri Gisi, in materia.*
38 *Filiæ fœminæ venditorum an habeant beneficium iuris congrui.*
39 *In alienationibus factis per fœminam: an mares & fœminæ pariter admittantur, & omnibus alijs agnatis sint præponendæ.*
40 *Consanguinei an verè, & proprie dicantur, qui ex eodē sanguine oriuntur.*
41 *Fœminæ de sanguine venditoris non existentes an prælationis beneficio potiantur.*
42 *Casus nob. D. Petri Mauroceno cum Baldasere Rodulpho.*
43 *Ius prothomiseos an sit beneficium mere personale.*
44 *Reipublicæ interest bona in familia conseruari.*
45 *Statuta localia, quæ agnatos cognatis præfert an absurda & iniqua sint censenda.*
46 *Prælationis beneficium an proximis consortibus, & lateraneis æqualiter competat.*
47 *De sanguine venditoris an dicatur secundum naturam, vel per accidens.*
48 *Descendentes an dicantur de prole venditorum.*
49 *Proles an dicatur proprie omnis descendens in infinitum.*
50 *Prolis appellatione in iure nostro an intelligatur de descendentibus.*
51 *Descendentes in alienationibus factis per patrem an præponantur ascendentibus, & collateralibus.*
52 *Proximus in venditis bonis redimendis an necesse sit, vt cohæreat cum fundo proprio. 53.*
54 *Bastardi an sint de domo & casata parentum suorum.*
55 *Bastardi an habeant iura sanguinis.*
56 *Statutum puniens illos de domo propter aliquem accessum an comprehendat bastardos.*
57 *Bastardi an filiorum loco sint habendi.*
58 *Bastardi quò ad commoda & honores an includantur in dispositione legali.*
59 *Filijs bastardis an prælationis beneficium competat. 59. casus.*
60 *Consortibus ad rem venditam redimendam an ius agendi ex iure congrui competat.*
61 *Socij pro indiuiso in fundo venali, an lateraneis preferantur.*
62 *Dominus directi dominij an omnibus in fundo vendito præferatur.*
63 *Dominus directi laudans venditionem an amittat prælationis beneficium.*
64 *Casus Iacobi Taberna domini directi dominij in hac materia.*
65 *Casus Matheæ Malinæ filiæ venditoris prælatæ patrono directi.*
66 *Consortes an possint vendere pedagium in præiudicium consortum.*
67 *Chi ha mal vicino, ha mal matino.*
68 *Ordo seruandus in iure prothomiseos, vt primò parentes, postea socij, & postmodum lateranei.*
69 *Lateranei extraneis emptoribus an sint præferendi.*
70 *Loca certa sub dominio D. Venetorum, in quibus ius congrui locum non habet.*
71 *In re sua quilibet est moderator & arbiter.*
72 *Nemo compellitur rem suam vendere, nec alienam emere.*
73 *Priuilegium prælationis vicinis concessum in alienatione stabilium an cedi vel transferri in alium possit.*
74 *Ex coniunctione rei an acquiratur actio ex iure congrui.*
75 *Ius prothomiseos an sine re coniuncta in alium transferri possit.*
76 *Ius congrui an omnibus ordinate competat.*
77 *In quibus casibus & super quibus contractibus ius congrui locum habeat.*
78 *Ius congrui in alienationibus & dationibus insolutum Paduæ ac Vtini locum obtinet.*
79 *Datio insolutum an venditionis loco habeatur, quando maxime transfertur dominium.*
80 *Alienationis verbo an omnis venditio comprehendatur.*
81 *Alienationis appellatione an omnis species venditionis includatur.*
82 *Distinctio notabilis, an venditionis appellatione venat quilibet contractus, ex quo dominio transfertur. 83. 84 85. vsque. 87.*
88 *Legis extensio in fauorabilibus an fiat de casu ad casum.*
89 *Filiorum appellatione an veniant nepotes ad exclusionem fœminarum.*
90 *Lex odiosa & pœnalis loquens in casu vero, an se extendat ad casum fictum.*
91 *Lex pœnalis an extendatur extra proprium significatum.*
92 *Statuta an recipiant interpretationem a iure communi.*
93 *Statutum correctorium si reducit rem ad primeuam iuris dispositionem, an fauorabile sit censendum.*
94 *Constitutio seu decretum reducens rem ad terminos iuris communis an fauorabile sit censendum.*
95 *In correctorijs & pœnalibus quādo ratio est scripta in lege, an fiat extensio de casu ad casum.*
96 *Agnati omnes, etiam adoptini, siue masculi, siue fœminæ infra 30. dies an admittantur ad beneficium iuris congrui.*
97 *Forma depositorum in materia iuris congrui.*
98 *Agnatus & collateralis an possit redimere e manibus emptoris rem alienatam sententia documentinon obstante.*
99 *Res declarantur ex confinibus positis & nominatis in instrumento venditionis.*
100 *Dolus & fraus nemini patrocinari debet.*
101 *Illud censetur contineri in dispositione referente aliam, quod continetur in dispositione ad quam fit relatio.*
102 *Accessorium corruit non subsistente principali.*
103 *Res præsumitur diuersa ex diuersitate confinium.*
104 *Confinia mutantem an iudex possit extra ordinem mulctare.*
105 *Confines & termini ponuntur in instrumento venditionis, vt designetur, quantum iura partium se extendunt.*
106 *Res in suo confinio communis pro indiuiso esse censetur.*
107 *Ius prothomiseos an in fructibus locum habere possit.*
108 *Fructus existentes in herba, an sint pars fundi.*
109 *Longa pensionis præstatio an inter immobilia contineatur.*
110 *Possidens annuos redditus an subleuetur ab oncre satisdandi.*
111 *Annui reditus in hac vrbe an pro bonis mobilibus habeantur.*
112 *Molendina sita in terra firma an pro bonis immobilibus habeantur.*
113 *Molendina posita in fluminibus, quæ instar nauium meant, an comprehendantur sub nomine possessionum & terrarum.*
114 *Stante statuto, quòd de quolibet stabili soluatur necessaria, an soluetur de emptione molendinorum in fluminibus existentium.*
115 *Si est facta venditio plurium corporum terrarum simul vno precio & in vno instrumento: an vicinus, vel agnatus cohærens vni tantùm petiæ terræ admittatur ad beneficium prælationis.*
116 *Aliquid fit ratione totius, quod tamen non fit ratione partis.*
117 *Si pars fundi euinceretur, an emptor agere possit de euictione ad partem rei euictæ, an ad totam venditionem.*
118 *Casus D. Barth. Agolante de Tar. cum D. Camilla Cinami.*
119 *Si venditio non est libera, sed per terminos conditionata, an super ea agnati vel vicini habeant prælationis beneficium.*
120 *Venditio conditionalis an perfecta dicatur.*
121 *Fraudibus & dolis semper an sit resistendum.*
122 *Ex clausulis insolitis an semper fraus præsumatur.*
123 *Socij eiusdem rei an in possessione venali lateraneis præferantur.*
124 *Dictio, postea, an sit aduerbium temporis.*
125 *Societatum plura sunt genera.*
126 *Socij vniuersorum bonorum an inter se omnia communicant.*
127 *Quod est commune, an meum esse iura patiantur.*
128 *Qui non habent terram coniunctam cum re vendita, ius prothomiseos nullo modo habere possunt.*
129 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet.*
130 *Beneficium personale an cum persona extinguatur.*
131 *Iura passiua inuito creditore an cedi possint.*
132 *Coniuncti ex aliqua parte, an ad beneficium prælationis admittantur.*
133 *Iura duplicata an vincant vnum.*
134 *Vsufructuarius an ad prælationis beneficium admittatur.*
135 *Vsufructuarius an teneatur contribuere ad expensas rei temporales.*
136 *Si venditur directum dominium, an luellarius omnibus anteponatur.*
137 *Locator ad longum tempus an beneficio iuris congrui potiatur.*
138 *Laboratores terrarum positi iussu principis in aliqua villa, si loca ipsa alienantur in extraneos, an oblato pretio extraneis anteponantur.*
139 *Coloni imperatoris si iura sua vendere volunt, an illi de simili origine requirendi sint.*
140 *Alueus fluminis recedentis an domino vel vicino acquiratur.*
141 *Si Alueus fluminis est derelictus, & aqua aliò fluere cæperit, an prior alueus eorum sit, qui prope ripam prædia possident.*
142 *Episcopus an sine consensu superioris possit emere bona ecclesiæ a suo capitulo.*
143 *In successionibus prima causa sunt descendentes in infinitum & post hos fratres collaterales.*
144 *In materia iuris prothomiseos an spectentur gradus, & prærogatiua.*
145 *Verba an semper debent naturaliter intelligi.*
146 *Collaterales an dicantur, qui cohærent fundo seu prædio.*
147 *In permutatione & donatione an ius congrui locum habere possit.*
148 *Dolus & fraus semper in omni dispositione videtur excepta.*
149 *Doli diffinitio a iure approbata.*
150 *Lex semper deceptis succurrendum putauit.*
151 *Fraus & dolus, quibus modis consideretur.*
152 *Venditionis appellatione an omnis species alienationis & permutationis contineatur.*
153 *In alienatione facta per contractum dotalem an ius congrui locum obtinere possit.*
154 *In contractu vbi interuenit precium, an semper intelligatur de venditione.*
155 *In concessione vbi fit mentio pretij, potius dicitur contractus venditionis quàm gratificationis.*
156 *Agnati, creditores & collaterales ex lege senatus in solutione dotium oblato pretio cum impensis habent beneficium prælationis.*
157 *Nemo cum aliena iactura ditari debet.*
158 *Venditor domus an possit resoluere contractum ad præiudicium agnati vel vicini volentis rem recuperare ex iure congrui.*
159 *Casus nob. D. Marci Barbaro occasione resolutionis contractus.*
160 *In contractibus perfectis, an sit locus pœnitentiæ.*
161 *Emphiteuta alienans rem irrequisito domino, si pœnitentia ductus rem recuperat, an pœnam caducitatis effugiat.*

162 *In con-*

Source : BIU Cujas

161 *In contractibus hinc inde obligatorijs re integra an pœnitentia admittatur.*
163 *Voluntatem suam mutare an licitum sit in alterius præiudicium.*
164 *In contractibus innominatis an sit locus pœnitentiæ.*
165 *In contractibus nominatis re perfecta: an pœnitentiæ locus sit.*
166 *In delictis an sit locus pœnitentiæ.*
167 *In crimine falsæ monetæ an sit locus pœnitentiæ.*
168 *Fabricare proponens falsam monetam si pœnitet, an extraordinaria pœna puniendus sit.*
169 *Proponens iudicem corrumpere, an puniatur ac si corrupisset.*
170 *Venditur domus, in qua quis habet proprietatem, alius verò habet vsumfructum, quis horum anteponetur.*
171 *Vsusfructus an sit pars fundi.*
172 *Vsufructuarius habens titulum, an habet ciuilem & naturalem possessionem.*
173 *Proprietarius an teneatur ad onera & refectionem domus.*
174 *Dominus prædij an possit vsum rei immutare, in qua alius hēt vsumfructū.*
175 *Si venditur terrenum, in quo quis habet modicum terræ ab vna parte, an vicinus possit prælationem petere non obstante illa modica parte terræ.*
176 *Fraus an præsumatur, si ex breuitate temporis emptor possidet modicum terræ.*
177 *Casus nob. D. Marci Barbaro cum Martino de Circularijs.*
178 *Modicum terreni an debet esse in aliqua consideratione.*
179 *Parum & nihil an æquiparetur.*
180 *Potestas an de minimis sindicetur.*
181 *Domus tres habens habitationes si vendatur, quis erit præferendus.*
182 *Existentes sub vno tecto an loco consortium habeantur.*
183 *Fratres si habent turrim communem, & alter eorum delictum commitat, propeter quod venit destruenda: an tota destrui debeat.*
184 *Dominus inferior habet vtile dominium totius.*

§. SECVNDVS.

IMprimis vocentur parentes qui sunt coniuncti. Hic imperator intendit tractare cumulatissime per ordinem, quibus personis competat hoc ius congrui, quod nos prothomisin appellamus: & hoc non sine optima ratione: cum prius de personis videndum sit, nam
1 parum esset Ius noscere, † si personæ, quarum causa constitutum est, ignorarentur: & quia homo nobilissima est creaturarum † vt Abbs in c. si quis. de fur. & quia in eo attenditur reue-
2 rentia diuinæ pulchritudinis † vt l. siquis in metallū. C. de pœn.
3 & ibi glo. Abba. in c. ad audientiam. de crimin. fals. & ideo facies hominis facta ad instar diuinæ imaginis non debet pro delicti pœna vllo modo bullari, vel deturpari secundū Placent. in tit. de accusa. in fine, & oīa animalia creauit Deus propter hominē hoīem verò ꝓp seipsum, si ergo animātibus ministrat propter hominem, qūo hominibus nō ministrabit propter seipsum: & ob id nō est mirandū, si prius de personis tāquam de subiecto
4 digniori pertractandum sit † cū dignior semper & propter se & propter alios præferendus sit. l. ob carmen. §. 1. ff. de testibus. Inno. in c. 1. de maio. & obed. §. fi. Insti. de iur. natu. gent. & ci. & not. ordinem huius iuris, & quomodo admittantur coniuncti, sed primùm in ordine vocantur parentes, qui se extendunt vsque ad tritauum: vt l. iur. §. parentes. ff. de gradi. quomo-
5 do accipiemus † certe vtriusque sexus vsq; in infinitum secundum opinionem Caij & Cassij. Adeo quod si viuerent D. Adā & Eua, hodie non posset quis sine venia in ius vocare, & appellamus etiam parentes eos qui in seruitute filios susceperunt: &
6 accipimus parentes siue iustos † siue iniustos: nam vulgò quæsiti non possunt matrem in ius vocare sine venia: vt Doct. in l. quique litigandi. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. & hoc verū est.
7 Sed etiam parentes vocantur collaterales † vt Abba. in c. fraternitatis. de sepult. Cor. cons. 133. col. 1. versi. his non obst. dicit, ꝙ
8 istud vulgare li parenti, adaptatur tam ad agnatos † quā ad cognatos: quia omnes in vulgari sermone dicuntur parenti: pro-
9 prie tamen loquendo † parentes appellantur pater & mater: vt
10 sing. Affl. decis. 178. nu. 2. & in quibus casibus parentes † & patroni non æquiparentur, vide D. Ias. in auth. nouissima. nu. 4. C. de inof. testa. & an patriæ magis parendum sit quàm parentibus † distingue, ꝙ aut neuter mandat licite, & nulli est parendum. Aut vnus mandat licitum, alter verò illicitū: & tunc magis parendum ei qui mandat licitum; aut vterq; mandat licitū, & tunc aut parens aliquid attentauit contra remp. & sibi nullo
12 modo est parendum. Immo pater potest impune † per filium offendi: vt l. minime. ff. de relig. & sumpt. fun. Aut non attentauit aliquid contra remp. & tunc aut sunt in pari necessitate, & necessitas parentum potest differri & differtur, & præfertur patriæ necessitas, vt l. veluti. ff. eod. tit. Aut non potest necessitas parentum differri, & præfertur patriæ, secundùm Ang. in §. ius ciuile. Instit. de iur. nat. gent. & Flor. in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. quia vnicuique patria sua charior: nam feris datum est agros siluarum quærere; aues per aera vagantes proprios nidos amant, voluptuosi pisces cauernas perquirunt; hominibus autem fores patrias super cuncta diligere datum est. & sic not. ꝙ paren-
13 tes seu attinentes † siue propinqui de prole in proximiori gradu præferuntur aliis propinquis secundum eorum gradus: vt in c. 32. in Hieremia. Ibi. eme tibi agrum meum: tibi enim competit, vt ex propinquitate emas. & in l. 1. de impo. lucr. descript. lib. 10. sed est melior tex. de iure hic: nam coniuncti ratione san-
14 guinis secundùm naturam † & nō per accidens omnibus aliis præferuntur tam in hac ciuitate quàm in alijs locis, vbi ius congrui locum obtinet, & hoc nō sine ratione: vt bona alienata in familia permaneant: priuilegium enim naturale potentius est accidentali: vt in argu. l. si apud. ff. de minoribus. vbi ætatis priuilegium, quod est naturale, potētius est priuilegio Velleiani vel Macedoniani quod est accidentale, nec est mirandum: cum iura ciuilia iuncta naturalitati aliis potentiora sunt habēda secundùm Ang. consi. 110. incip. Illustrissima domina. sicut est in feu-
15 dis: nam si feudatarius vult vēdere feudum † Agnati præferuntur extraneis, etiam si non habent feudum collaterale, vt in c. 1. de aliena. feud. pat. & in c. 1. §. sed & res. de aliena. feud. & ibi. Bal.
16 in aliquibus locis super alienationibus factis descēdentes † præferuntur ascēdentibus, & collateralibus de prole. & ascendētes
17 similiter in omni casu † collateralibus præponùntur, nisi esset eis facta notificatio per preconem, vt suo loco dicetur. Modò
18 in dubium reuocatur, si filius legitimus & naturalis † ex parentibus bastardis intendat præsentare super alienationibus factis per auun. An ius prothomiseos in hoc casu locum obtinebit tanquam consanguineus. Dic absolute ꝙ non; quia nulla consequentia dicitur legitima ex causa corrupta siue ex nascendi legitimo principio: vt l. fi. C. de natu. lib. Bal. not. in l. fi. C. de verb.
19 signifi. vbi concludit, ꝙ imperfecta primitiua succedit † imperfectio deriuatiua. Ibi in fine, in simili idē Bal. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. ecclesijs. & pulchra verba in c. 1. §. & quia. de ijs qui feud. dar. poss. vbi dicit, ꝙ nepos masculus ex ex filia fœmina excusa ad hæreditatem non admittitur: quia destructo ordine destruitur etiā ordinabile † quia ad destructionem
20 antecedēdis necessariò sequit destructio ꝙsequētis. l. 1. §. huius
21 rei. ff. de off. eius, cui mād. exrincto enim negocio principali † accidentia & dependentia corruunt: vt l. 1. in prin. C. de lat. lib. tollend. Anch. consi. 78. Bar. consi. 91. & cōsi. 113. vbi religiosi valentes disponere de corpore suæ Ecclesiæ, possunt etiam de
22 capellis disponere, quæ cohærent † eidem tanquam de accessoriis ad Ecclesiam, & ob id si eorum parentes viuerent, nullum ex iuris congrui beneficium haberent, pariter & filij prælationis beneficium obtinere nullo modo possunt causis, & rationibus supra deductis: quia (vt prædictū fuit) nulla consequen-
23 tia dicitur legitima † ex causa corrupta, & infecta, prout aliàs iudicatum fuit per M. D. Potestatem cāpi. S. Petri ad fauorem Baptistæ Valaresso & contra certos nobiles familię de domo Baduaria. Quæ sententia cum deducta esset in appellatione ad Clarissimos Dom. Auditores nouissimos, tandem par. auditis incisa remānsit sub die 16. Ianuarij 1555. Quęro non inutiliter vltra præmissa. An filiofamilias in patria potestate constituto
24 hoc prælationis beneficium competat † patria potestate non obstante. Videretur dicendum ꝙ non, ex quo pater & filius est vna & eadem persona, & vnitas personę indicat suspicionem fraudis: cum quicquid acquirit filius, patri acquirat: vt l. cum oportet. in pri. C. de bonis quæ liber. Cor. consi. 235. vol. 1. & ob
25 id. cū pater & filius † sit vna caro, vulga. l. in suis ff. de lib. & posthum. meritò videtur dicendùm, ꝙ nō possit; quia si pater per se & directe non potest recuperare, minus potest mediante persona filij, & qui non potest suo nomine tenutam & bonorum possessionem accipere, nec liberorum quoque nomine potest. l. quæritur. ff. de bon. liber. & eo maxime cum filius nulla bona habere possit, ex quibus pretium filius consequi possit. Accedat etiam, ꝙ secundùm Ange. in d. l. in suis. Aestimū patris eo
26 etiam viuente † dicitur æstimum filij, & ipsi prodest secūdùm Iaso. in l. sciendum. num. 25. ff. qui satisd. cogantur. Bal. in c. 1. in
27 fine dicit, ꝙ filius feudatarij pōt dici feudatarius † an mutus vel al. imperf. & And. in c. 1. §. 1. quis dic. dux, com. vel march. di-
28 cit, ꝙ filius comitis in vita patris dicitur comes † & filius regis dicitur rex, & similiter securitas data patri censetur etiam data filio propter vnitatem personæ secūdùm Doct. in l. 1. C. de muner. & hono. lib. 11. sicut etiam dicitur, ꝙ iniuria facta filio censetur esse facta patri † & econtra: vt Bar. in l. lex Cornelia. ff. de
29 iniurijs. Bal. in l. 1. C. de indicta viduit. & ratione vnitatis & sanguinis pater potest obligare filium ad religionem, vt glos. not. in l. ne diutius. C. de agricol. & cens. lib. 11. Host. in summa de regula. §. sed vtrum. ver. si igitur: & similiter pater potest propter necessitatem famis alienare filium: vt l. 2. C. de patr. qui fil. di-
31 strax. Host. in c. iudæorum. de ætate & qualitate † & ad propositum huiusce difficultatis facit tex. not. in l. si venditor. §. sed & si pupillus. ff. de in diem adiect. vbi clare dicitur, ꝙ si fundum pater vendiderit, filius non potest emere talia prædia a patre venditā: cum sit vna & eadem persona; ergo si pater nō potest fundum a se venditum redimere, minus & filius, vulg. l. quæritur. & c. quod alicui non licet nomine suo, nec alieno nomine licebit, de reg. iur. in 6. Adeo ꝙ venditio facta per patrem ratione

vnitatis

Source : BIU Cujas

32 vnitatis potest dici facta per ipsummet filium † si ergo pater
contra proprium factū venire non potest: pariter nō licebit &
filio: vt l. post mortem. ff. de adopt. & hoc tam ratione vnitatis
quàm ratione patriæ potestatis: & sic datur intelligi, q̄ ius por-
thomiseos non solum datur filio pro re vendita redimenda ra-
tione sanguinis, quàm ratione conexitatis & vnitatis, quæ de-
bet esse in aliqua consideratione, vnde si patri non liceret rem
33 a se venditā † redimere & recuperare, minus debet filio licet ra
tione vnitatis & connexitatis ex idētitate rationis; veritas tamē
34 est in contrarium: quia hoc prælationis beneficium est † priui-
legium personale in rem scriptum, quod filio nato & cōcepto
tempore vēditionis competit nō ex persona patris. Sed ex pro-
35 pria sui persona † a die suæ conceptionis & natiuitatis ratione
congrui; nam iuri consentaneum videtur; vt bona vendita per
patrem filius illam redimat potius, quàm in extraneū transeūt,
36 & in hoc nullatenus consideratur patria potestas † non vnitas
personæ sed omnibus agnatis anteponitur, ex l. diuina, cōi ac cō
suetudinaria, prout legere est in multis casibus occursis tam in
hac felicissima Repu. quā in alijs ciuitatibus huic imperio su-
biectis, & in excellentiss. Consilijs approbatis, & præsertim in ca
37 su filiorum q. nob. D. Io. Petri Gisi cum nob. D. Alexan. † Con
tareno decisō per sententiam documenti ad curiam Procura.
Quæ sententia laudata fuit per Clarissimos DD. Aud. vet. sub die 12.
April. 1550. non obstat. pri. stridationibus, & in casu etiā D. An
gelicæ de Ferrarijs de Salodio, quæ erat in vtero tempore ven-
ditionis cū illis de familia Iustiniana sub die 16. Decemb. 1550.
38 sequuto par. And. ad eandem curiam † Filiæ verò fœminæ ven-
ditorum pariter, & eodem ordine, tā ex lege senatus vrbis no-
stræ, quàm ex forma aliorum ciuitatū huic Imperio subiecta-
rum omnibus consanguineis præponuntur, & q̄ fœminæ si
sunt de sanguine venditorum ad hoc beneficium ex iure san-
guinis admittantur, est casus in c. 22. lib. 3. & c. 37. in 6. statut. hu-
39 iusce vrbis, in alienationibus factis per mulierē mares & † fœ-
minæ si sunt de sanguine venditricis omnibus alijs attinētibus
sunt præponendæ secundùm cap. 21. lib. 3. ibi. in consanguini-
tate, quæ est in fratre & sorore secundùm l. 1. C. de legi. hære-
dib. & in l. 1. cū glo. C. ad orfi. Cor. consi. 90. col. 3. vol. 3. & cōsi.
13. col. 6. vol. 2. vbi dicit, q̄ consanguinei vere & proprie dicun-
tur, qui ex eodem sanguine oriūtur secundùm Bal. in l. fi. C. de
40 verb. signifi. † Cor. consi. 167. in fi. 1. col. vol. Alexan. & Mod. in
l. cum alienam. num. 5. C. de legat. aliæ verò fœminæ venditri-
cis nullo modo ad hoc prælationis beneficium admittuntur,
41 si non sunt de sanguine † venditricis, prout recentissimis hisce
temporibus iudicatum fuit in casu nob. D. Petri Mauroceno
compatris mei hon. contra M. Baldasarem de Rodulphis varo
42 tariū ad curiam examinatorū sub die 8. Septemb. 1554. de qua
sententia per Clarissimos DD. Audito. veteres par. Aud. Amota fuit
suspensio cum eorum excel. D. Aduocat. vtriusque par. sub die
12. Octob. d. Mille. nec non in multis alijs casibus ad eandem
curiam sequutis, quos studendo videre poteris, & licèt in statu-
to dicatur, q̄ totus ille ordo tam in pretio quàm in alijs obser-
uetur, sicut superius in masculis sancitum est obseruari, attamē
hoc debet intelligi: quādo in legibus aliud in masculis quàm in
fœminis sancitur: nam in Gallia est consuetudo, q̄ primogeni-
tus succedat, non habet locum in fœmina, & sic masculinum
non concipit fœmininum, prout etiā in multis casibus, & ma-
xime differentibus consuetudine; quia quæ consuetudine diffe-
runt, videntur natura differre, vt puta q̄ nullus ingrediatur pa-
latium Pontifi. non comprehendit mulierem: quia non est de
consuetudine, q̄ mulieres ingrediantur palatium: Item quan-
do lex, vel statutum loquitur discretiue, ideſt per se de masculo,
& per se de fœmina, ratio quia expressum facit cessare præsum
ptum, vt l. si ita. ff. de lib. & posthu. & ob id statuta loquuntur di
scretiue de masculo: vt bona in familia remaneant; & aliud in
fœmina: quia ipsa familiæ finis est: eo quia in aliā familiā abijt;
nec sunt eius liberi in familia a qua ipsa venit, vt l. pronunciatio.
§. vlt. & l. familiæ. §. fœminarum. ff. de verbo. signifi. & quia filia.
& soror sunt de familia: ideo admittuntur; cæteræ verò fœmi-
næ nullatenus admittuntur: quia patris & nō matris familiam
sequuntur, & eo præsertim cum repellantur a successione, ita
statuto nostro disponente, q̄ stantibus fratribus soror non ad-
mittatur. Ita etiam a iure cōgrui omnino repellitur, præterquā
in filia & sorore, quæ vt supra dixi admittitur, & ita tenet Bene-
di. in repe. c. Raynutius. col. 2. nu. 4. de test. Alex. consi. 131. vol. 1.
Ias. consi. 105. col. vlt. vol. 4. Bar. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & le-
git. Bal. in l. maximum. ad fin. C. de lib. præter. Idem Alex. consi.
154. col. 4. ver. præterea confirmo. vol. 7. Quod nanque ius pro-
43 thom. † est beneficium personale concessum respectu certæ
personæ in rem scriptum, prout tenet Cępo. consi. 43. col. 3. nu.
5. & in consi. 65. num. 3. in consi. caus. ciuil. conuenit igitur, vt at-
tinentes & consanguinei de prole, ac socij pro indiuiso sub vno
tecto extraneis emptoribus præferantur, & possint oblato pre-
tio infra debita tempora rem venditam reuocare, nec sibi iniu-
ria aliqua infertur: cum emptor rei venditę pretium consequa-
tur, instrumentorum impensas, & omnia melioramenta de iu-
re venientia, antequam possessione rei venditæ priuetur: hoc
vtique & congruum & honestum videtur: vt emptor damnū
aliquod non patiatur, & agnatus conseruare possit bona vendi
ta in familia; lex enim prospicit, vt oblato pretio, & melioramē-
44 tis, bona in familia permaneant † & conseruentur, q̄ in se non
modicam habent æquitatem; lex enim municipalis, quæ ab in-
testato agnatos præfert cognatis absurda, & iniqua non est cen
45 senda, cum id pro fine habeatur, vt domus † & familia conser-
uetur, & bona in agnatione permaneant, modo quæro, si con-
sanguineus vult e manibus emptoris rem venditam redimere,
tenetur (vt dixi) offerre capitale, accessiones, impensas instru-
mentorum, & melioramenta de iure venientia, quid de pecu-
nijs datis mediatoribus seu proxenetis: tu absolute conclude su
perfluis omissis, q̄ aut emptor sponte dedit venditori, & nullo
modo repetit a consanguineo, aut ex necessitate, & repetit, &
ita Doc. intelligū t tex. in l. debet. & ibi Cæpol. ff. de ędili. edict. &
hanc distinct. facit Tiraq. in §. 29. glo. 4. num. 8. & 9. & in §. 6. glo.
3. num. 21. incip. sed quid si emptor. sed ante eum fuit opin. Bar.
in d. l. debet. qđ no. Et quia hoc prælationis beneficium, vt supe
rius expositum fuit, est priuilegium personale, ob id imprimis
animaduertendum est, quibus certis personis hoc beneficium
competat, super quibus contractibus, & in quibus certis Italiæ
locis, & infra quæ tempora. Annotatione digna ea nobis in pri-
mis visa sunt, quę ad personas attinet. & dic proximis consorti-
46 bus † ac lateraneis hoc prælationis competere, & proximus se-
cundùm Bar. ac Bal. opinionem dicitur de linea sanguinis ven-
47 ditoris non per accidens † sed secundùm naturam, secundum
Bal. in l. dudum. C. de contrahen. emptio. & vt l. si quis posthu-
mus. ff. de lib. & posth. Bal. in consi. 469. num. 1. vol. 1. Anch. in c.
canonum statuta. de consti. col. 85. ver. quero vlterius. Cor. cōsi.
95. col. 2. vol. 3. & in consi. 154. l. d. eo. vol. & l. proximus. & l. pro-
48 ximi. ff. de verb. signifi. & quia de prole venditoris sunt † descen
dentes pariter & collaterales, de quibus ergo erit intelligen. dic
primò de descendentibus vēditoris, vt sunt liberi, nepotes, pro-
nepotes, & alij vlteriores descendentes, vt auth. licet. C. de na-
tu. lib. Bal. consi. 321. 1. vol. & in cap. fin. §. si quis ver. de cland. de-
spons. Ibi pari modo proles illegitima, & in cap. fin. de cond. ap-
pos. Ibi si generationem prolis euites, & in l. officiales. C. de epi-
sco. & cleri. vbi proprie proles dicitur, quæ descendit ex paren-
tibus: vt l. liberorum. in fi. ff. de verbo. signifi. ibi. vt ex prole corū
memoriam in æuum relinquamus. l. diui. C. de natu. lib. ibi. iu-
sto matrimonio legitima proles suscepta, & l. ne diutius. C. de
agric. & cens. lib. 10. Bal. in c. si pater. de testam. in 6. in sua repet.
49 vbi concludit, q̄ proles proprie dicitur omnis descendens † in
infinitum. Idem Bal. in consi. 334. nu. 6. & 8. in vol. 3. Alexan. in l.
ex facto. §. si quis rogatus. num. 59. ff. ad Trebel. Cępol. consi. 62.
in ciuilibus. idem in consi. 339. eo. 3. vol. & in consi. 469. 1. vol.
Cor. in consi. 227. 4. vol. col. 4. ac etiā iure nostro prolis appella-
50 tione proprie † intelligitur de descendentibus, vt in cap. 37. in 6.
statu. ibi. filiæ ac filiabus de prole cæteris prę̄ponantur, & sic ab-
solute conclude, q̄ propinqui de prole venditoris. i. descenden-
51 tes in omni casu præferuntur illis de linea ascendenti † & colla-
terali; sed omnes de prole venditoris vsque ad quartum gradū
pariter admittuntur, & vti proximior quisque primo loco cen-
setur inuitatus æqualiter non æqualitate vocationis, sed distri-
butionis inter vocatos, vt in capita veniant nō in stirpem secun
dùm Old. consi. 178. in fine, in ciuitate verò Tar. si vēditio pos-
sessionis facta est per masculum, mares de prole prę̄poni debēt
mulieribus. Sed in venditionibus factis per fœminas mares &
fœminæ pariter admittuntur, sed in dubiū reuocatur, an in ven
ditionibus prædiorum necesse sit, vt agnatus vel proximus de
prole, qui iuris congrui beneficium habere intendit, rei vendite
52 cohæreat, † & quidam tenebant ita demū propinquo de pro-
le beneficium competere duobus concurrentibus. Primò, q̄
sit sanguine cōiunctus. 2. q̄ rei vēditæ cohęreat. Veritas tamen
est in contrarium; quia in rebus & fundis venditis per agnatū
proximus de prole omnino admittitur ad bonorum vendito-
rum recuperationē, licèt prædio & rei venditæ minime cohę-
53 reat, † & minus in fundo vendito ius aliquod habeat; constito
tamen de parentela, & agnatione, prout iura suadent. Sed quæ-
ro hoc in loco, quid si agnatus, vel collateralis, qui depositum
fecerat super alienatione facta per agnatū vel collateralem de-
positum e bancho, vel e manibus capserij alicuius officij retro
accipiat, eleuet; vel recipiat depositū. An videatur ex hoc renun-
ciare iuri redimendi rem ita venditam, & venditionem lauda-
re: tu absolute conclude q̄ sic, quia id etiam iuris est, secundùm
tex. in l. acceptam. in fine in ver. recepit. C. de solut. Ang. in l. 1. in
fi. C. qui pot. in pig. habea. Flor. in l. debitor. & in l. 1. §. fi. in fi. ff.
de vsur. Iaso. in specie in consi. 272. in fi. vol. 2. Cassa. in consi. 71.
incip. quia casus, col. vlt. Alexan. in l. singularia. col. pen. ff. si cert.
pet. & hoc verum, nisi in eleuatione depositi deponēs vsus fue-
rit ijs formalibus verbis, sine præiudicio iurium suorum vel cū
protestatione eleuandi; animo tamen deponendi maiorē sum-

mam

Source : BIU Cujas

mam pecuniam,prout fieri solutum est. Quero hoc in loco,an
54 filij,vel consanguinei bastardi † sint de domo & casata vendito
ris,ita q̃ & ipsi prælationis beneficium habere possint. Bar. in l.
fi.ff.de verb.signifi.dicit, q̃ bastardi non habent iura sanguinis,
55 nec possunt dici cognati, minusq; agnati † vt l. spurius. ff. vnde
cognat. Alex.& Imol.in l.ex facto.§.si quis rogatus.num.53.54.
& 55.ff.ad Trebel.dicunt,q̃ bastardi non sunt de domo patris,
nec possunt arma portare secundùm Bal. in l.fi.& l.certum. C.
vnde legit. Anch.in c.canonum statuta.col. 82. Incip. dubitant
alij. Bar.in tractatu de insig.& arm.col.3. Cor. consi. 169. col.1.
vol.3. Bar.in l.fi.C.fami.erci. Bal.in l.in testamẽto.C.de test.mil.
vbi bastardi non includuntur sub nomine coniunctorum. Al-
56 ber.in suo dictionario,in verſ.bastardus.vbi tenet † q̃ statutum
puniens illos de domo non includit,neque amplectitur bastar-
dos. Bal.cons.319.nu.8.vol.4. Idem in l.generaliter. C.de inst. &
substit.& in l.filiũ.ff.qui sunt sui vel alie iur. Cyn.& Saly. in l.quis-
quis.C.ad l.Iul.maiest.& consequenter si prælationis beneficiũ
conceditur,vt bona in familia cõseruentur, & bastardi nõ sunt
de familia vel agnatione:vt per Bar.in l.pronunciatio.§.familiæ.
ff.de verb.signifi. Bal.consi.168.col.2.vol.5.num.3. Pau.de Cast.
in consi.178.vol.1. Ang.consi. 401.in fi. Dec.consi. 471. voluit
Bened.in repet.c.Rayn.num.715.ver.& vxo.nomine Adelasiã.
de testamen.vbi etiam tenet, q̃ in venditionibus bonorum fa-
ctorum per bastardos nec pater,mater,vel cõsanguinei ad præ-
lationis beneficiũ nullatenus admittuntur, vt seruetur æqualitas ob paritatem rationis:quod tamen aliter hic iudicatur. An-
ge. Inst.de excusa.tu.in pri.num.7.dicit,q̃ bastardi non sunt no
57 minandi filij † nec in numero liberorum computantur. Bart.
Bal.Saly.in d.l.fi.C.de verb.signifi. Ang.in §.si aduersus. num.2.
Inst.de nupt. Idem Instit.de ser.cognat.col.2.in glo.quò ad ho-
nores.alle. Bal.in l.ex libera.C.de suis,& legit. Cy.in l. Paulus.ff.
de stat.homi. & Cy.& Saly. in d. l. quisquis. dicunt,q̃ bastardi
58 quò ad commoda & † honores non includuntur in dispositio
ne legali,nisi communis vsus loquendi aliter se haberet,vt l.cũ
de lanionis. §.asinã.ff.de fundo instru.& in l.liberorum. §. cum
Cassius.ff.de leg. 3.ita quòd absolute filijs & sanguineis bastar
59 dis hoc prelationis beneficium nullo modo cõpetit † vel com
petere potest:prout etiam consuluit Alex.in cõsi.47.vol.4.Ioã.
de Anania consi.46.num. 12.ex quo iura sanguinis non habẽt.
Et huius opinionis fuere Clarissimi DD. Aud. no. in casu sen-
tentiæ latæ per sp.D.Potestatem castri S.Petri ad fauorẽ S. Ba-
ptistę Valaresso, & contra nob. de cha Baduario, quæ ad eorũ
appellationẽ partibus in contradictorio iudicio auditis incisa
fuit vsque de anno 1555.16.Ianuarij vt in actis offi. Consorti-
60 busq; omnibus ius agendi ex hoc iure congrui † ad rem vendi
tam recuperandam competere potest; sed rationabiliter quæ-
ri potest,q̃ti dicantur consortes,& tu dic,q̃ intelliguntur om-
nes illi,qui habent communicationem in eadem re per partici
pationem dominij. Vt Bal.& Saly. in l.dudum. C. de contrah.
empt. vt sunt socij,pro indiuiso, vel sub eodem tecto.in possẽs-
61 sione vẽdita: nam cæteris † lateraneis prę̃feruntur. Ratio:quia
maius priuilegium ascribitur societati, quàm vicinitati in pe-
tendo rem vẽditam ex hoc iure:vt l. 1. C.si lib.Impe. soc.lib.10.
Odof.in l.1.C.de vend.rerum fisca.lib.10.nam si quis vendit rẽ
communem nullo modo domino præiudicat,vt l. 2. C.de cõ-
muni.rerum alien.ad redimendam. s.partem venditam ex hoc
iure, prout etiam dicitur in vtili dominio vendito per libella-
62 rium: nam dominus directi omnibus agnatis † & vicinis.ante-
ponitur,ex quo in re vendita participat de dominio.s.si offerat
dominus vel socius quantum.s.ab alio reperit secundùm Gui-
liel.de Cune.in l.Imperatores.ff.de pact. Guid. Papa decis.47.ad
63 fin. nisi dominus directi re vendita laudaret venditionẽ † quia
ex iure congrui eam obtinere non posset: & pari ratione si do-
minus directi venderet ius suum;dominus vtilis dominij in re
vendita omnibus agnatis & vicinis anteponeret; quoniam in
re vendita;siue vendito participat de dominio:nisi præsens es-
set & non contradiceret,nam patientia sine contradictione ha
betur pro consensu expresso, argumen.l.quidam. ff. de euict.l.
si vt proponis.C.de nupt.& qui præsens non contradicit, con-
sentire videtur,argumen.l.ad honorem. §. vlti.ff.de decur.quæ
supradicta vera sunt,quando ex certa scientia consentit & non
aliter. Aluar.in c.1.§.præterea.quibus mod.feud.amit. Iaso. in l.
quæ dotis.col.antepe.ver.14.ff.sol.matri. Alber.& Cast.in l.1.§.
scientiam. ff. de trib. act. & sic cõmunis legistarum opinio est,
q̃ si venditur res emphiteutica alicui dominus directi domi-
nij omnibus alijs præfertur secundùm Doct. omnes per tex.in
l.2.C.de iure emphi. Alber. Ray. Bal.in l. Imperator. ff.de pact.
Alex.consi.27.col.2.vol. 6. Aret.in l.si mihi & Titio. in vlt.col.
ff.de verb.oblig.Cæpol.in ciuil.consi.45.nu.2.Iaso.in l. vlti. col.
43.not.C.de iur.emphiteut.cum multis infinit.hoc etiam ha-
betur in materia feudali,vt agnati præferantur domino in reuo
catione feudi alienati,vt Doct.omnes in c. 1.§.porrò. qualiter
olim pot.feud.alie. Car.Alex.in c.Titius. col. penult. si de feud.
fuer.contro.inter.dom.& agnat.licèt Pet.Cor. in c.1.de succes.
feudi.aliter sentiat,& bene:nec est mirandum, quonim etiam
in materia alienationis iur. emphiteut. in hac ciuitate diuersi-
mode extitit iudicatum,prout infra dicetur;nam quidã sequu-
ti honestatem prætulerunt agnatos domino, alij verò sequuti
iuris rigorem & pacti naturam appositam in instrumento li-
uelli voluerunt dominum directi oĩbus agnatis præferri prout
64 iudicatum fuit in casu † don.Iacobi Taberna montecillicensis
cum D. Io. Petro a vetula vsq; de anno 1551.26. Maij per Sp.
D. Potestatem Estæ, quæ sententia ad appellationem præfati
don Iacobi per Clar.DD. Aud.no. ob eorum discordiã remis-
sa fuit Col. de XII. & par.auditis laudata fuit sub die 27. Iunij.
1552.& in casu nob. D.Aug. Nani. q.Clarisſ. D. Pauli cum Ser
Ioan.Rachella incola castri S. Petri petentis tãquam dominus
directi præferri Io.agnato qui.D.Augustinus habuit sententiã
contra se & ad fauorem Ioan. agnati. a qua sententia parte D.
Augusti.extitit appellatũ ad Mag.& Clarisſ. DD.Aud.no. sent.
& par.auditis per eosd. DD.Aud.incisa fuit sub die 29. Octob.
1554.& sic idem D.Augu.tanquam dominus directi prælatio
nem obtinuit, & huius opinionis fuit Bald. in d. l. imperato.
ff.de pact.& in titu.de iure prothom. & in l.2. C. de rescinden.
65 vendit. † Sed aliter iudicatum fuit in casu D. Matheæ Malinæ
q.D.Cathę.venditricis,quæ per sententiam Mag. D.Prouisoris
Gambarariarum latã sub die 1. Octob. 1555. prælata fuit nob.
D.Grego. Valerio patrono directi dominij, & deuoluta causa
ipsa in appellat.ad DD.Aud.vete.qui ob eorum discordiam re-
miserunt causam Excel.Coll.XII.sub die 17.Octob.1556.quæ
sententia par.auditis laudata fuit,& sic filia venditricis prælatio
nem obtinuit contra dominum directi, quod no. & similiter
Bal.singu.in consi.220.vol.2.tenet q̃ consortes nõ possunt vẽ-
dere pedagium in præiudicium aliorum suorum consortum
66 † absque eorum scięntia & voluntate.l.si autẽ plures. ff. de aqua
plu.arcend.quia quod omnes tangit debet ab omnibus appro-
bari.l.quod omnes.de reg.iur.in 6.Quod tamen intellige prædi
cta,si offert consors quantum ab alio reperit secundùm Bal. in
d.l.2.Alexan.in l.qui Romæ.§.cohæredes.nume. 11.& 12. ff.de
verb. obliga.Io. And.in add. ad Specul.in titu.de empt.& vend.
§.nunc dicendum restat,versi.sed pone statutum,ad fin.magnę
addi.Alb.de Rosat.in dict.in versi.consortes:expedit enim con-
sortem rem venalem habere etiam cum augumento pretij, vt
67 l.fi.C.de pact. int. emp. & vend. ne malos † habeamus vicinos:
quia communiter dici solet, chi ha mal vicin ha mal matin, vt
in prouerb.Salom.cap.25. & 27. ibi.melior est vicinus iuxta, q̃
frater procul.Pone insuper,habeo prędium commune cum ali
quo,volo illud vendere,quis erit præferendus,filius venditoris,
an vicinus. Dic primò,q̃ filius & postea socius alteri, nunquã
68 ad æmulationem socij, per constitu. † vlt. D. Federici de iure
prothom.ibi in primis parentes,postea socii,& postmodum la
69 teranei,qđ no.& obserua,lateranei atque † confinantes omni-
bus extraneis emptoribus anteponẽdi sunt eodem oblato pre-
70 tio ijs † exceptis locis Veronæ,Cremę,Brixiæ Leonadi,Bassani
& Rodigii pollicini,in quibus nanque locis ius prothomisis lo
cum non habet. Sed reguntur secundùm iuris communis di-
71 spositionẽ † vbi quilibet de re sua potest disponere prout vult,
secundùm tex.in l.in re mandata.C.mand.& l.2. C.de noxal. &
72 nemo † compellitur vendere,cui non vult.l.nec emere.C.de iu
re delib.& ad hæc accedit totus titul. C. vt nemo inuitus, & si-
cut nemo inuitus cogitur contrahere.Ita nec quasi contrahere,
prout in casu.d.l.nec emere.supra.Et nõ ab re a D.Cyno dispu-
tatum fuit in l.ad officium.C.communi diuidun.an priuilegiũ
concessum vicinis,& lateraneis in alienatione stabilium possit
73 cedi,vel transferri in alium † Dic q̃ non; quia priuilegia perso-
nalia non possunt in quẽquam transferri:vt Cy. & Saly. in l. 1.
C.de priuig.dot. de quo articulo plene examinatur per Alexan.
in l.post dotem.num.34.ff.solu.matri.& Cy. post Pet. in supra.
d.l.ad officium.C.commu.diuid. Tiraquel.de vtroq; retract.&
glo.1.§.26.num.64.vbi multa accumulat,& concludit,q̃ nullo
modo cedi potest, nisi detur & transferatur petia terræ con-
74 iuncta cum re vendita: nam ex coniunctione ipsa † acquiritur
& nascitur actio ex iure congrui,nam vt dicit Bal.in tract.de iu
re prothom.volens tale ius alteri cedere vel donare, oportet q̃
coniungantur cum re vendita secundùm Affli.decis.223.sicur
75 enim sine ipsa re coniuncta tale ius † transferri non potest. Ita
necesse est,vt is talis sibi tradat, vel cedat rem, quam coniunctã
habet cum fundo vendito,qua petia terræ non cessa,vel tradita
congrui locum habere nõ potest,aliàs cessio inutilis esset. Qui
nanque lateranei in fine omnium extraneis emptoribus prę̃fe-
runtur ita demum,si non fuerint propinqui,attinentes,consor
tes venditoris,vel habentes ius in re vendita & alienata, modis
vt præmissum fuit. Ius ergo prothomiseos omnibus & singu-
76 lis ordinatim competit. † Attinentibus primò & ipsis tacite,
vel expresse renunciantibus competit alijs consanguineis colla
teralibus & ipsis nolentibus competit consortibus habentibus
ius in re,& illis nolentibus;tũc ius congrui competit lateraneis
secundùm iura lateraniratis,& si cognitum foret eum, vel eos

nullum

Source : BIU Cujas

nullum ius habere, tunc procedat vēditio, secundum iura loci.
77 Supereſt modò videre in quibus caſibus & ſuper † quibus cō-
tractibus hoc prælationis beneficium cadit & admittatur. Dic
regulariter ſuper vēditionibus prædiorum ac ſtabilium huius
fælicisſimæ vrbis, vt patet in principio cap. 23. lib. 3. ſtatuti. Ibi vē
dere volentibus, modò reuocatur in dubium, ſi poſſeſſio non
venditur: ſed inſolutum transferatur, an ius prælationis locum
obtineat. Dic ꝙ ſic in loco Vtini, ac Paduæ: quia eorum ſtatutis
prouiſum eſt, ꝙ ſi quis vendet, vel inſolutum dabit tanquā rē,
78 non valeat † venditio, vel inſolutum datio ad præiudicium attī-
nentium maſculorum, vel tunc coherentium. Et ſic rationabi-
liter dubitari poteſt. An datio inſolutum loco venditionis ha-
beat. & tene ꝙ ſic, ſecundùm Alber. in quæſtione 88. in prima
parte ſtat. & in l. ſi prædium. C. de euict. & in l. ſicut. §. venditio-
nis. ff. quibus mod. pig. vel hipoth. ſol. & in l. 1. C. cōmunia vtri.
79 iud. & maxime quando dominium transfertur de perſona † in
perſonam, vt glo. not. in d. §. venditionis. ſup. & in l. 1. C. de fund.
dot. & in l. alienationis. ff. de verb. ſignifi. & ſic ſub verbo vendi-
tionis an comprehendatur omnis ſpecies alienationis: ardua, &
non inutils eſt diſputatio gloſ. not. in l. 2. C. de vſuc. pro emp. al-
leg. tex. in l. ſtatuliberi. §. quintus. ff. de ſtat. lib. ibi, alienationis ver
80 bo omnem venditionem † comprehendi videtur, nec intereſt
quo genere quiſque dominus fieret. Bal. ſing. in ca. 1. in fi. verb.
de contro. inueſt. int. D. & empt. in vſib. feud. idem in c. 1. §. noui.
per quos fiat inueſt. Idem Bal. in conſi. 336. num. 2. vol. 5. Iaſ. in
l. filiusfami. §. diui. num. 106. ff. de leg. 1. Cor. conſi. 257. lit. K. vol.
4. Abba. in c. ex parte. de poſtul. in fine Docto. omnes in l. ſan-
cimus. C. de reb. eccle. non alien. Bar. in l. fi. C. de præd. cur. fine
decret. non aliena. lib. 10. Idem in l. fi. C. de iure emph. Saly. in l.
voluntas. C. de fideicom. vbi concludunt, ꝙ ſub nomine vendi
81 tionis † large loquendo omnis ſpecies alienationis includitur,
vt in d. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſoluit. Imol. in c.
potuit. col. 4. ſuper 3. gloſ. locat. Bal. in l. cum hi. §. ſi cui. ff. de trā-
ſact. ſing. diſtinguit hoc modo videlicet. Aut verba intelliguntur
82 de ſtricta ſignificatione † aut de interpretatione, primo ca-
ſu non continetur, ſecundo caſu de interpretatione, aut prohi-
bitio eſt facta ratione rei, vt puta teſtator non vult rem exire de
familia, & tunc omnis contractus cenſetur eſſe prohibitus. Ita
loquitur gloſ. in d. l. 2. de vſucap. pro emp. Aut ratione perſonę,
vt puta teſtator prohibuit rem ſuam ſtabilem obuenire Titio
inimico ſuo, & tūc ſimiliter idem, vt d. l. fi. C. de pact. inter emp.
& vend. aut prohibitio eſt facta ratione formæ contractus, &
tunc non continetur alius contractus. Ita loquitur. l. fi. C. de præ
dijs cur. lib. 10. Quidam verò aliter dicunt, ꝙ aut verbum vendi
83 tionis profertur a lege † aut ab homine, primo nanque caſu ſi
profertur a lege, vel a ſtatuto in caſu, qui regulatur ſecundùm
ius commune, & tunc continentur alij contractus, ſi ſit identi-
tatis ratio, vt l. ſciendum. §. emptorem. ff. de ędili. edict. ſi verò di-
uerſa eſt ratio: tunc non veniunt alij contractus, vt l. ad res do-
natas. ff. de ędili. edict. & l. fi. C. de iure emphit. Bal. in l. voluntas.
C. de fideicom. & l. 2. C. de vſuc. pro emp. In 2. verò caſu alij mo
di alienationis non continentur, vt l. cuicunque. §. non tamen. ff.
85 quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit. † Ego verò aliter & alio mo
do diſtinguerem iudicio meo, & dicerem. Aut lex vel ſtatutū
loquitur ſub verbo alienationis, aut ſub nomine vēditionis, pri
mo nanque caſu proprie loquendo nō veniunt alij cōtractus,
vt l. alienatum non proprie. ff. de verb. ſignif. & ita loquitur tex.
86 in l. fi. C. de prædi. cur. lib. 10. ratio eſt: quia alienatio † proprie di
citur, quando vere & irreuocabiliter dominium transfertur, vt
d. l. alienatum non proprie. ſupra & l. 1. in fi. C. de fun. dot. Soc. in
l. legatum. num. 4. ff. de lega. 1. l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Bal. cōſi.
177. num. 1. vol. 4. & in conſil. 218. in 1. vol. 1. & conſil. 253. in 1.
vol. 3. Aut loquitur ſub verbo venditionis, & tunc aut ſumus in
87 materia pęnali & odioſa † & proprie loquendo non veniunt
alij cōtractus, vt l. fi. C. de præd. cur. lib. 10. quia odia ſunt reſtrin-
genda, vt l. odia. de reg. iur. in 6. Aut ſumus in materia fauorabi-
li, & veniunt alij contractus, dummodo transfertur dominium
de perſona ad perſonam, vt d. l. alienatum. 2. reſpon. ibi venditū
tamen, & gloſ. not. in l. 2. C. de vſuc. pro empt. Iaſ. in l. filiusfami.
§. diui. num. 106. ff. de leg. 1. & in d. §. quintus. ff. de ſta. lib. quia in
88 fauoralibus licitum eſt extendere legem † de caſu ad caſum, &
de perſona ad perſonam, & ad ſimiles caſus: vt Bar. in l. ſi con-
ſtante. nona quæſtione. ff. ſolu. matri. Alex. in rub. ff. co. tit. Saly.
in l. 2. de in ius vocand. vbi dicitur, ꝙ ſtantibus filijs fœminæ ex-
89 cludantur a ſucceſſione † tale ſtatutum ad excluſionem fœmi
narum extenditur ad nepotes, vt bona conſeruentur in familia:
licèt nepos improprie dicatur filius: vt Bar. in l. liberorum. ff. de
verb. ſignifi. Bal. conſi. 40. vol. 3. & conſi. 487. vol. 2. & cōſi. 362.
vol. 4. & conſi. 364. & 413. in eod. vol. Blanch. in tract. de cōpro.
q. 1. num. 15. ſicut etiam in ſimili lex odioſa & pęnalis loquens
90 † in caſu vero ſe extendit ad caſum fictum; vt in mandante fie-
ri homicidium, quandoq; ſe extendit ad fieri facientem, cum
mandans vere faciat, vt in c. mulier. de ſententia excommu. & l.
91 furtis. §. ſiue. ff. arb. fur. cęſa. & licèt lex odioſa & pęnalis extra
proprium ſignificatum nullatenus extendatur, vt regula odia.
& ibi Dinus de reg. iur. in 6. & ibi Ioan. And. Attamen vbi ex-
tenſio fit ad commodum & fauorem reip. ita debemus illam
extendere, ac ſi eſſet lex fauorabilis. Ita ſing. affirmat D. Carol.
Ruy. in repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. 31. 32. & 33. ff. de
lib. & poſth. Alexan. docte in ead. l. & §. Afflict. deciſ. nu. 21. nu.
10. Alexan. conſi. 65. vol. 4. Bar. & Doct. omnes in l. omnes po-
puli. ff. de iuſt. & iure. vbi eſt propria materia: Bal. ēt in l. fi. in fi.
C. per quas perſonas nob. acqui. Aret. in l. quicquid aſtring. in
fi. ff. de verbo. obliga. Bal. conſi. 148. num. 2. vol. 4. Iaſo. in l. ex ea
parte. ff. de verb. oblig. §. inſulam. num. 2. Gemi. in c. ſuſceptum.
il. 3. de reſcrip. Iaſ. in l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. Cor. conſi.
254. & nu. & 5 vol. 4. Bal. in l. 1. ante fin. C. de ſucceſ. edict. Iaſo.
in l. cætera. §. ſed ſi quis. num. 8. ff. de leg. 1. vbi communiter con
92 cludunt † ꝙ ſtatuta recipiunt interpretationem a iure commu
ni: vt euitetur abſurditas, qđ tu ſemper obſerua. Abba. ſingu. in
c. ex literis. col. 2. de cōſtitu. & in c. cauſam quæ, col. 3. de reſcri.
& in c. cum dilectus. de conſuetu. & Doct. in l. ſi ſerui veſtri. ff.
de noxal. & in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. Abb. in
c. conſtitutus. de in integ. reſtitu. Cor. Per. conſi. 1. col. vlt. vol. 2.
Idem conſi. 36. & 37. in vol. 3. Anch. in c. canonum ſtatuta. col.
58. de conſt. Bal conſi. 58. num. 5. vol. 2. Iaſ. in l. 2. §. bonorum. ff.
ad ſen. conſul. Trebel. & ob id ad propoſitum ſupradictæ quæ-
ſtionis ſi extaret ſtatutum in hac ciuitate, ꝙ agnati cognatis prę
ferantur, erunt ne comprehènſi emancipati. Saly. Iaſo. Ange. &
Deci. in l. qui ſe patris, vnde lib. C. tenent ꝙ non, rationibus ibi
per eos adductis, contrarium tamen eſt verius, ratio eſt: quia ſi
93 ſtatutum nouum eſt correctorium, & reducit † nos ad primę-
uam iuris diſpoſitionem, fauorabile eſt cenſendum, & poteſt
indubitanter extendi, vt Curtius in d. l. qui ſe patris. num. 75. &
ſic tenetur ſemper, ꝙ diſpoſitio, ſeu conſtitutio, quæ reducit rē
94 ad terminos iuris communis, ſemper erit fauorabilis † & per
conſequens extēdetur, vt ſingu. Decius in c. paſtoralis. col. 3. de
excep. Cur conſi. 9. num 4. & conſi. 6. num. 14. Bononienſes in
tract. extent. col. 37. Alex. in l. ſi conſtante, col. 5. ff. ſol. matri. &
quia iſta eſt materia brocardica, & ſubtilis, aliter non me exten
dam, ſed vide Alexan. & Iaſo. in l. iuriſgentium. §. quinimmo. 4.
& 7. col. ff. de pact. Alex. conſi. 166. col. vlt. vol. 2. Rom. cōſi. 129.
Alex. conſi. 216. col. 8. lib. 2. Rom. conſi. 150. ad fin. Crot. in d. l. ſi
conſtante, col. 30. ff. ſolu. matri. Deci. in c. in præſentia. col. 19. de
95 probat. vbi dicunt, † ꝙ etiam in correctorijs & pęnalibus, quan
do ratio ſcripta eſt in lege, fit extenſio de vno caſu ad alium, vt
eſt gloſ. not. in clem. 1. in verſi. eleganter. de elect. id eſt de caſu
expreſſo ad caſum omiſſum, vt Iaſ. in l. Barbarius, col. 3. de offi.
prætor. & diffuſe tract. Seyſel. in l. non poſſunt. col. 3. ff. de legib.
& Doct. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. late & tu conclude,
ꝙ omnes agnati, attinentes, ſiue propinqui, ſiue ſint in poteſta-
te, ſiue ſui iuris, ſiue emancipati, vel arrogati, vel adoptiui, ſiue
maſculi, ſeu fœminæ oblato pretio infra 30. dies, admittuntur
ad beneficium iuris congrui. i. rem venditam recuperandam
96 † e manibus emptorum, cum ſolutione melioramētorum de
iure venientium, & inſtrumentorum, ac licitationum, ſeu au-
ctionum factarum per venditorem, prout obſeruantur in om-
ni foro & curijs, vbi ius cōgrui locum obtinet. Forma autem,
ſeu modus petendi prelationem, ſiue faciendi depoſitum in &
ſuper re vendita ad curiam procuratorum ſequitur vt infra.

*Forma depoſitorum, quæ fiunt in officio Curiæ procura-
torum ſequitur vt infra.*

Forma igitur hæc a lege & conſuetudine hactenus in-
troducta & obſeruata nullo modo omitti pōt,
ſm Doc. in l. certa forma. C. de iure fiſc. lib. 10. & l. forma. ff. de cē
ſi. & l. cōſtitutionib. ff. ad munic. Bal. conſi. 283. circa medium,
nu. 3. verſi. 4. vol. 1. immo dicitur, ꝙ vbi l. noua tradit & introdu
cit formam: alia lex non eſt ſequenda, & loquitur de denuncia-
tione in hac materia fienda, etiam forma iſta cum ſit a lege in-
troducta cenſetur ſubſtantialis, qua non ſeruata corruit actus,
ſecundùm Bal. in l. humanum. col. 2. C. de legib. idem in l. com-
parationes. in 3. oppo. in fine. C. de fide inſtru. Ange. conſi. 89.
Anch. conſi. 35. col. 1. Deci. conſi. 222. col. 2. verſi. vlterius etiam,
nec poteſt per æquipollens adimpleri. immo præciſè ac ſpecifi-
ce eſt adimplenda forma prædicta, ſecundùm Doct. recentio-
res in l. 1. ff. de lib. & poſthum. immo omiſſio formæ etiam in
minima parte actum vitiat ſecundùm Decium in cap. prudē-
tiam. in 4. not. de offi. delegat. Felin. in c. cum dilecta. col. 26. ver.
amplia 10. de reſcrip. & huic ſupradictæ formæ nec addi, vel mi
nui poteſt, ſecundùm Bal. in l. vlti. col. 2. C. de ſuis & leg. immo
forma iſta dici poteſt indiuiſibilis, & diuiſio ſi fieret, formam
corrumperet, ſecundùm Bal. in l. ſi ſeruus. circa mediū. ff. ſi quis
caut. Iaco. But. in l. certi condictio. §. quoniam, & ibi Alber. col.
vlt. ff. ſi cert. pet. Idem Bal. ibi col. 3. ver. oppone ꝙ vtile eſt, dicit
formam eſſe de genere indiuiſibilium & eſſe inſeparabilē, vbi
vtile per inutile vitiatur, ſecundùm Bar. in l. Græce. §. illud. ff. de
fideiuſſo.

Source : BIU Cujas

fideiusso.& Ange.in l.1.§.sed si mihi.ff.de verb. oblig.Bal.in c. cū adeo.col.2.ver.cōtenti ex paruo, extra de rescrip. immo Bal. in l.si veritas,in 2.not.C.de fideicom. dicit, ꝙ oīs solemnitas est iudiuisibilis.Alex.in l.is qui quadringenta.§.quędā.ff.ad l. Falci. Deci.cōsi.532.col.1.sicut etiam dicitur de forma numi,qm̄ nec diuidi aut scindi potest secundùm Bal.consi.494.post prin.vol. 1.& in consi.276.col.1.vol.3.Cum.consi.138.col.vlt.quod not.

Depositaquandoque fiunt per partitam banchi tenoris vt infra, videlicet.

Pro Ser Ant. Capello nominibus quibus interuenit officio iudicatus Curiæ procuratorū, auri ducat. 160. in rōne libr. 6. soldi 4.pro ducat.vigore depositi, pro recuperatione cāporū decē terrę sitorū siue positorū in villa cāpi crucis diti.Tar. vēditorū aliàs nob.D.Iaco.Diedo.nob.D.Angelo Cōtareno & hoc vigore confinium,vel iure sanguinis:hac tamen lege,ꝙ pecuniæ non eleuentur,nisi cum interuentu præfati Ser Anto. vel ꝙ inuestiantur in aliquo fundo libero, qui specialiter remaneat hipothecatus tam pro cautione dicti emptoris, quàm pro cautione præfati Ser Antonij.

In Officio Curiæ Examinatorum deposita hoc modo formantur.

Coram officio examinatorū cōparuit D. Titius de Vtino.q.D.Alber. & in executione cogniti sibi facti præsentauit super vēditione facta per D.Anto.Cōtareno q. ser P.de vna domo,seu proprietate domus positę in cōfinio S.Pauli p̄tio, duc.1500.vt apparet in instrumēto vēditionis manu ser Michaelis Rampano not.sub die 8.Augusti 1540. volens ac intendens illam consequi & habere iure propinquitatis, vel ratione,aut vigore confinium,fideiussor extitit D. Antonius Mercator vini in confinio Sancti Saluatoris.

Forma instantiæ Actoris in causa prælationis.

Dominus Aloysius de Vico Mercato.nunc habitator Coloniæ intēdens iure sanguinis & parētelę prędferri in vēditione facta per s.M.eius patrē D.Iulio fideli in & super cāpis 100. sitis in villa curtis districtus plebis Sacci pretio duc.1000.currentiū,,put apparet instrumēto diei 25. Octo. 1557. in actis D. M. Anto.de Cauaneis publici Venetiarū nota. prędsentauit in officio per partitā banchi Delphini, sub die 2.Iunij 1558.duc.1000.in rōne libr.6.sold.4.pro duc.perēs dicto nomine præferri debere in dicta emptione,& mādari debere dicto emptori,siue ius & cām ab eo habēti,quatenus seruatis seruādis eleuare debeat dictū depositū, & ꝙ cartæ factæ ad nomē ipsius emptoris vel ab eo cām habēti nil sibi prosint & valeant.Sed intelligātur factę ad nomē dicti præsentantis & fiendæ de cætero fieri debeāt ad eius nomē,cū oblatione soluendi expēsas & melioramēta de iure venientia,& si opus fuerit etiā p̄tiū augēdi &c.

97 Alia forma depositi. D.Alb.de Amicis noīe suo,& M.fratris in cōmunione,& fraterna existens, habita notitia de venditione facta per Hyppolitū,eorū attinentē D. Francisco optato de cāpis 30.terræ,seu de iuribus vtilibus ad dictos camp.spectantes prędfato vēditori positos in villa Farrę vltra plauim distrīct⁹ Tar. suos infra cōfines,pretio,pactis,modis, ac conditionibus de quibus in instrumento rogato per ser Danielem Iordanum nota.Venet. sub die 2.Febra.1543.vt in eo.ideo dicti præsentātes vti attinentes & beneficiari a iure,ac prouis.duc.cōmunis Tar. tanq̄ cōiunctæ persōnæ dicti vēditoris, præsentauerunt in officio DD. Iud. curiæ procur.penes & in manibus nob.D.Anto. Contare.capserij dicti offici duca.1300 in ratione librarū 6.soldi 4.pro duca.cū oblatione offerēdi maiorē quātitatē,si opus fuerit,petēs vigore prędfati depositi sic vt supra facti, p̄ferri debere antedicto emptori in prædicta venditione,& mandari ipsi emptori,quatenus eleuare debeat præsens depositū:prędstito, ac delato prius iuramēto ipsi emptori, & vēditori de vera quātitate pretij dictarum terrarū,& ꝙ cartę factæ ad nomē dicti emptoris nil sibi de cætero ꝓsint,& valeant. Sed intelligantur factę ad nomē dicti præsentantis quo supra nomine,& fiendæ de cætero fiant, & fieri debeant ad nomen ipsorū comparentiū quo supra nomine cū oblatione suprascripta. Cæterum ex iis quæ superius dicta sunt,noua suboritur dubitatio,an sequutis stridationibus in locis solitis & cō suetis per precōnē & lapsis triginta diebus. In quo termino nullus comparuit contradictor & non solum decursus est annus, sed etiā plures, & emptor remanet securus,sit dare casum, vt nō

98 obstantibus stridationibus & temporis decursu † agnatus & col lateralis possit redimere rem venditā e manibus emptotis, vel possessoris etiā non obstante sententia documenti lata ad curiā procuratorum,examinatorū,vel DD.Rectorum de extra: tu absolute cōclude,ꝙ sic; qñ maxime in instrumento vēditionis per venditorem vel emptorem studiose,dolose, vel per fraudem er-

99 ratum est in confinibus:† nam ex cōfinibus rerum positis in instrumento res ipsę declarantur,ſm tex.in l.forma.ff.de censib.& in l.si in rem agat.ff.de rei.vendi. & sic aperta est via agnato, vicino, seu collaterali per viā terminationis regulari facere confinia instrumenti, & hoc medio nō obstante sententia prędlationis & stridationibus, & regulatis cōfinibus potest redimere cōsanguineus, aut vicinus rem venditam e manibus emptoris vel possessoris,decursu temporis non obstante; nam dolus & fraus nemi-

100 ni † patrocinari debet; & nulla sit tibi admiratio de hoc; quia si sententia documenti,& instrumenta vēditionis, quò ad cōfinia nō subsistūt;quod est principale,nec ea quidem quæ sequuntur locum habere possunt,sicut etiā dicimus de sentētia lata in causa appellationis,quæ censetur habere expressum errorē, si confirmat primam habentem expressum errorem per relationem, quam secunda sentētia habet ad primā. Idem de errore contento in libello: licèt enim sententia in se non contineat expressum errorem,tamen per tacitam relationem, quam habet sententia

101 ad libellū,dicitur continere errorem, idem de calculo † nam id censetur contineri in dispositjone referēte aliā, quod cōtinetur in dispositione ad quā fit relatio. l.asse toto.ff.de hęred. instit. l.si ita scripsero.ff.de cond.& demon. Alex.in consi.134.col.1.vol.2. vbi tenet, ꝙ si testes se referunt ad scripturam, vel instrumentū non faciunt aliam probationem, quam quę continentur in scriptura vel instrumento,ad quod testis se refert. Et ita detecto errore, fraude, & deceptione in ponendis confinibus, nec ea quidem quæ sequuntur ex eo subsistere possunt, & potest agnatus & vicinus ius habere petendi relaxationem rei venditæ regulatis prius confinibus per viam terminationis, cuius forma sequitur vt infra.

Forma terminationis pro regulatione confinium.

in l.si vnus.num.4.C.de testamen.Alex.in l.si is qui quadringen.
ta.§.quædam.nu 2 ff.ad l.Falc.Idem in l.si quis. §. si coram. ff. de
acqui.hęredita.Soc.in l.1.nu.12.ff.de lib.& posth. Rom. cõsi.42.
Bal.in consi.282.nu.2.vol.4.& in consi.198.& 199.nu.1.vol.5.&
18 consi.183.vol. 4.& ob id forma rei est de substãtia rei † & forma
legis in actibus hominum est de substantia ipsius actus, est autẽ
lex forma legis ordinata dispositio, ordinans certos hominis fi-
19 nes † vt d.l.forma.C.de iure fisc.& l.forma. ff.de censi. forma.au-
tem rei est quidam gradus,seu perfectio eius a natura vel arte in
20 uentus † & antequã forma ista inducatur, dicimus illam esse in-
formem:& quasi rudẽ materiam,vt l.quæsitũ.§.illud.ff.de leg.3.
forma igitur in actibus hominum est debita partium ordinatio
ſm prius,& posterius, vt l.eum qui. & l.naturalis. ff.de præscrip.
21 verb.Bal.in d. cõsi. 282.vol. 4.quæ forma supradicta † cum sit a
sapientibus introduta,specie ac formaliter debet adimpleri;quia
requisitum pro forma non debet per æquipollẽs adimpleri,ſm
Bal.in d.l.1:& ibi Iaſo.nu.23.ff.de lib.& posthu.& l.si institorem.
ff.si cert.pet.Dec.in l.si mater.num.4. C.de insti. & substi. Doct.
in cap.cum dilecta.de rescript.Innoc.in c.4.de consc.eccle.vel al
ta.Ang.in §.semel. Institu.quibus ex causis manu.licet,Decius in
l.qui potest.ff.de regu.iu. Bal.in l.si cum sententia. C. qñ prouo.
22 non est necess.in secunda col.vbi dicit,ꝙ forma illa est † quæ ten-
dit ad esse rei,& aduenit rei in potentia, & dat primum & princi
pale esse rei,accidentalis autem forma est quædam obseruantia,
quæ postea superuenit, vt idem Bal. in l. 1.in verb. extra quæro,
quid si vnum statutum dicit,ꝙ sententia. C.ne liceat ter. prouo.
idem Bal.in l.vniuersa. C. de preci.impe.offer.Card.in cle.vna.§.
primo. 10. q. de rebus eccle. non alienandis. Bal.in rub. C.de re-
scinden.vendi.Abba.in c.causam quæ.penul.col.ver.vlt.quero.de
23 iudicijs.† & ideo peruersio formæ vitiat actũ,vt Imo.in l.si quæ-
ramus.3.col.ff.de testa.in c.exhibita. de iudicijs.Bal. in auth. ma-
tri & auiæ.in 1.col. C.qñ mulier offi.tu.fung.& Bal.in rub. extra
de officio iudicis,col.11.Bald.in l.1. 24. col.10.extra quæritur. C.
qui admit.itaq; si lex dedit hanc formam,vt infra dies 30. notifi-
24 catio fiat † illa omnino est obseruãda, quibus transactis petitio
alicuius amplius nõ est audienda: quia sic visum fuit maioribus
nostris ad audientiam denegãdam illi, qui post notificationem
sibi factã tacuit.Sed modò dubitatur, si agnatus scit rẽ esse ven-
ditam, an nunciatio sit necessaria. Videbatur esse dicendum ꝙ
25 non:quia certus † certiorari non debet,vulga. l. eum qui certus.
de reg.iur.in 6.& l.1.in fi.ff.de act.empt.glos.in c. 2. de conc. præ-
bend.& l.scribit.§.fi.cum l.seq.ff.de'admini.tut.& l.item veniunt.
§.quid ergo.ff.de petit.hereditа.& l.1.§.fi.ff.de dote prælegat. ve-
26 ritas tamen est in cõtrarium : quia denunciatio † est introducta
pro forma,quę omitti nullo modo potest, vt l. emptor fundi. ff.
de euict.& Dyn.in d.c.eum qui certus. de reg. iur. & in l. denun-
27 ciasse.in prin.ff.de adult.qđ secus est † in citatione : quia præsens
aliter non vitatur, vt Io. de Monte sperello in l. 1. C. de eden. &
Doct.omnes in l.de vnoquoq;. ff.de re iudic. Abba. & Barba. in
28 c. 1. de iudic. cum fiat ad finem comprehendi † ꝙ si præsens est,
& comparet, & nõ aliter citatio requiritur, vt Canonistę in d. c.
1.de iudic.Affl.decis.2.nu.7.Bar.in l.1.§.fi.de act.emp.dicit,ꝙ aut
denunciatio fit solũ ad certificandum aliquem & non ad aliũ fi-
29 nem,& tunc certus certiorari non debet † vt in d. l.1. §. fi. de act.
empt.& l.item veniunt.§.petitam.ff.de pet.heredit.aut denuncia
tio fit,vt inuitetur ille, cui fit denũciatio ad aliquod dandum vel
faciendum,vt in casu prędicto, & tunc necessaria est notificatio
prędicta:vt Cępol.consi.47.nu.6.Bar.Bal.Saly.in l.1.C.de per. rei
vend.& idem Bar.in l.emptor.C.de euict.& vide Alex. post Bar.
in l.non solùm.§.morte.in vlt.col.ff.de no.oper.nunc.Bal.& Bar.
in d.§.petitam.ff.de pet.hered.vel dic ſm Doct.in c.eum qui cer-
tus.nu.4.de reg.iur.in 6.ꝙ in ijs,in quibus denunciatio est de sub-
stantia, non sufficit simplex scientia, & ideo denunciatio est ne-
cessaria, in ijs autem in quibus sola sciẽtia est de substantia, non
est necessaria scienti denunciatio,vt l.1.in fi.ff.de act.empt.& l.1.
§.intelligatur.ff.de ędili. edict. cum denunciationes fieri soleant
ad hoc solum,vt qui erat incertus,certus reddatur, vel dic,ꝙ sciẽ
tia ſm Abbat.in glo.Rubricę, in 3. col.de summa Trinit. & fide
cath. in verbo,circa ſm,dicitur implicite vel explicite, vt ibi, vel
30 dic,ꝙ scientia facti & non iuris duplex est, alia vera † altera verò
pręsumpta:vera enim sciẽtia illa dicitur,quę per sensum corpo-
ris percipitur,& illa dicitur proprie infallibilis notitia, & veritas,
quę per sensum corporis percipitur,ſm Bal.in l. scire leges. ff. de
legib.vt puta alicuius rei notitia habetur, qñ res inuestita ad stri-
das ponitur,vel quando notificatio fit per preconem, sciẽtia ve-
rò facti pręsumpti est illa,quę præsumitur ex consanguinitate,vt
l.octaui.ff.vnde cognat.vel ꝙ quilibet scire debeat vires sui patri-
monij,vt Bar.sing.in l. quisquis. C. de rescind. vendit.aliquando
scitur ex vicinitate,vt l.vicinus. ff.de nupt. l. filium diffinimus. ff.
de ijs qui sunt sui vel alien. iuris. interdum sumitur ex quo pu-
blice scitur,vel fit ſm glo.not.in l.si tutor.C.de pericu. tuto. Ali-
quando aliquid scitur ex fama,vt l.cum quidam. §.quod dicitur.
ff.de acqui.hęredita.Bar.in l.is potest. ff.eo.tit.vel scire dicitur,qđ
vehementer opinatur ſm glo.in l.2.§.pen.in verb.sciat.ff.de aqua
plu.ar.& in l.si duo.§.pen.ff.vti possid. Anch. not. in consi. 23.in-
cip.in causa inquisitionis.glo. etiam not.in c. cõcertationi.de ap-
pel. in 6. vbi lex vel statutum ponderat scientiã alicuius actus re-
spectu certę qualitatis. Ille nõ dicitur scire qui scit actum & qua-
litatem ignorat,sed de hoc vide late Barba.in c.cum vicesimũ.de
off.deleg.Cors.not.sing.in verbo sentẽtia 11. fol. 174. vbi multa
31 cõgerit,qđ no. Et quo in loco denunciatio fieri debeat † Dic pri-
mò personaliter,si haberi poterit,sin autẽ domi solitę habitatio
nis.l.qui aliter.§.1.ff.quod vi,aut clam. & l.denunciasse.in prin.ff.
de adult.& Inno.in c.fi.de dol.& cõtu.& si plures propinqui, vel
collaterales habitarẽt in vna domo: tunc sufficit, ꝙ denunciatio
32 ipsa fiat, seu fieri debeat † patrifamilias, seu illi qui gubernat fa-
miliam,& notificatio vni facta de per se omnibus facta intelligi-
tur,& si ille cui ius cõgrui competit est pupillus,tunc sufficit no-
33 tificationẽ fieri tutori † & si forte tutorẽ nõ hẽret,& tutoris co-
pia haberi non possit:an sufficiat denunciari pupillo, dic ꝙ sic si
pupillus est maior infante,arg.l.si dictum §. 1. ff.de euict.ita in si-
34 mili pupillus nõ potest citari † sed tutor pro eo eo citabitur, per
text.in l.prima.§.sufficit.ff.de admini.tut.Bar.& Cast.in l. 2. ff. de
cond.fur.sed bene citabitur pupillus,si est maior septẽnio; vt Io-
an.Andrea in titu.de reo.§.1.in addit.quę incip.quęrit Goff. Bar.
in d.§.sufficit,& Bal.in l.donatarum.C.de acqui. poss. Affl.decis.
262.in prima col.& Bar.in l.qui habent. §. si pupillus. ff.de tutel.
Bal.in l.non eo minus.C.de procur.& idem in l. si quis fundum.
C. sine cens. vel reliqui. & ita communiter denunciationes seu
35 notificationes,quę fiunt per precones alicui personę † fiunt per-
sonaliter,siue domi solitę habitationis,vel per literas : si extra ci-
uitatem reperiuntur, quòd nota. & relationes officialium, seu
preconum registrantur in actis curię proprij,vel examinatorum
de stabilibus huius vrbis, vel ad curiam Procuratorum de & su-
per alienationibus factis extra vrbem, prout satis omnibus no-
tum est, sed in dubium reuocatur: si facta denunciatione vici-
no, vicinus ob iustum impedimentum pretium infra 30. dies
depositare non potuit, tanquam iuste impeditus, an cessante
impedimento possit postea rem venditam consequi lapsu tem-
36 poris nõ obstante, Tu dic absolute quòd sic † quia iuste impe-
dito non currit prescriptio, vt l.1.C.de annali exceptio. Bald.in l.
fin.C.de adult.dicit quòd impedito nõ currit tempus,quod not.
ijs explicitis. Venio. ad vltimam q. videlicet cui & per quem &
quomodo denunciatio fieri debeat, & dic, ꝙ fit notificatio per

preconem

Source : BIU Cujas

37 preconē infra † 30.dies agnatis,vicinis,& socijs in re vendita,vt si intēdunt aliquid dicere, vel in tali fundo vendito ius aliquod habere prętēdant,debeāt corā D.Potestate vel iudicibus cōparere ante tps dietū 30.aliter &c. & fit denunciatio prædicta per preconē curiæ ad certificandū propinquos, vel illos de prole, vel socios,vel vicinos; vt cōpareant ad dicendū & docendū de iure suo, & scire debes, ꝙ denunciationum plures sunt species
38 † aliæ sunt prohibitoriæ alicuius facti,quædā incitatoriæ ad aliquid faciendū, vel nō faciendū, aliæ verò sunt necessarię alicuius entis,de qbus fusius per Bar.in l.qui vxori. ff.de adult. Alex. in l.hęredes cū ff.ad Treb.nu.3.& in l.qui Romę. §. cohęredes. nu.3.ff.de ver.obli.& ibi Ias.nu. 23.& in l.1. §.morte.nu. 140. ff. de no.op.nun.& Ferra.in sua pract. in forma declina.iurisd. nu. 12.& facta sibi notificatione prædicta necesse habent agnati,
39 socij,vel lateranei † in Marchia Taruisina infra octauā diē post præsentationes suarū protestationū citatis emptoribus causas ipsarū protestationū prosequi teneantur,& offerre ac depone re pretiū penes illos; quos emptores elegerint, cū clausula saluo iure augendi, si & quatenus opus erit, & nō aliter,prout iudicatū fuit Mestrę per D.Potestatē,& Capitaneū in casu Hver. Paramēto de villa Zeri cū Sancto Carrareto noīe quo &c.sub die 18. Ianuarij 1559. qđ quidē ius offerendi pretiū fit & fieri
40 omnino debet † ante litē ꝓtestatā;sed post litem ꝓtestatam locū non habet oblatio pretij,fm Bar.in l.si stipulatus fuerit.col. 2.ff.de solut.Affli.decis.186.nu.4.& hoc verū est, vt post litem ꝓtestatam super actione iudicati ius offerendi pretiū nullo modo locum habeat, nisi per viam purgationis moræ, quæ mora
41 purgari omnino debet † vsq; ad sententiā,vt sing.voluit Bal.in l.& si post tres.col.5.ff.si qs caut.& ibi Ias.& in l.siue apud acta. C.de transact.& ibi Ang.& Saly.super 3.not.dic; ꝙ non solùm oportet præsentare capitale ,sed antequā emptor amoueatur de sua pacifica possessione, oportet etiā præsentare augumen-
42 ta,& melioramenta de iure obuenientia † ex antiquissima loci nostri consuetudine, quæ pro lege obseruatur, vulga.l.de quibus.ff.de legib.& l.sed & ea.ff.eo.titu. & maxime per actuū frequentiā,& per multos annos firmata † prout tenent Doct.in l.
43 2.C.quæ sit lōga consu.& Io.And.in c.fi.de cōsu.Alex.cōsi.45. vol.2.& consi.136.eo.vol.& cōs.5.vol.5.col.4. Bal.in c.1.in prin. qualiter olim feud.alien.pot.Anch.consi. 283.Ias.plura in d.l. de quibus.col.3.Abba.in consi.15.col.1.vol.1. Gramma.consi. 39.& Deci.consi.170.col.3.& 4.vol.1.Gram.consi.39.vol.2.col. 1.& ita firmat Cor.consi.201.vol.3.& consi.231.vol.2.& Doc. in l.fi.C.de per.& commodo rei.vēd.Bar.in l.venditores. in pri. ff.de verb.obliga.& in l.emptor.nu.1. C.de euict. Afflict.decis.
44 399.nu. 2.& Saly.in l.Lucius.in fi. ff.de act.empt. † vbi non tradendo rem venditor tenetur ad restitutionem pretij,ad vsuras, & pęnā,qđ ibi not.& Affl.deci.80.nu.7.8.& 10.Anch.consi.19. nu.2.Bert. consi. 318. nu. 7.Alex.consi. 96.in fin.vol.1.& consi. 121.col.1.vol.4.Neap.decis.20.col. 2.& Berta.consi. 109. vol.3. & Ias.sing.in l.creditor.la prima.ff.si cert.pet.num.6.vbi dicit,ꝙ
45 melioramenta † oparantur hipothecam in re obligata, adeo ꝙ,si pro capitali habet rem obligatam,habet pro melioramentis etiam rē ipsam obligatā,iuribus prædictis omnibus satis notis.Cor.sing in consi.37.versi. posito tamen sine præiudicio veritatis,vol.2.Bal.not.in consi.303.vol.1.vbi examinat istam dif-
46 ficultatem. An melioramenta soluenda sint † & detinens bona meliorata possit expelli de possessione,nisi prius solutis me-
47 lioramentis de iure venientibus,qđ no.ibi Bal.Sed † quæro modo infra quæ tempota ille, cui cōpetit ius congrui possit oblato pretio cū expensis, & melioramentis de iure venientibus rē vel prædium venditū redimere. Respondē infra 30. dies dinumerandos a die denunciationis factæ agnatis, socijs & vicinis, vt late supra dixi, & si infra dictū tēpus dierū 30.illi quibus ius congrui cōpetit erunt in mora soluendi, & depositandi pretiū rei venditæ post prædictū tempus, tunc excluſi intelliguntur a beneficio iuris cōgrui, & hoc ex forma iuris cōmunis fm Mat. de Affli.in tract. de iure prothom. §.vt infra.fol. 38. & Bal.in d. tract.nu.3.sed ex forma statutorū Paduæ,Vtini, Bergo. ac Tar. alia forma est limitata: nam in Padua & territorio facta & se-
48 quuta venditione † prædiorum per aliquem is,qui ex hoc iure vult rem vel prædiū venditū redimere, tenetur infra 30. dies a die.notificationis factæ re vera pretiū integre deponere super sacro monte pietatis,vel penes idoneā personā periculo deponentis,& si notificatio sequuta non fuit, habet is qui præsentare intendit terminū vnius anni, si fuit abiens a districtu Paduæ, vel si sibi cognitum factū non fuit, quo termino vt supra transacto, si cōparens pretiū re vera non deposuerit cū expensis de iure venientibus, tunc venditio ipsa firma remaneat, ita quod deinceps nullus agnatus, vel vicinus cū facta fuerit notificatio hoc iuris cōgrui beneficio vti & gaudere poterit; in Tarui. & territorio alia forma seruatur,ex quo non fit neq; fieri consue-
49 tū est notificationes neq; cognita † sed fiunt proclamationes in Taruis.& in platea loci vbi possessio est situata, & infra terminū dierum 30. is qui ex hoc iure prædiū redimere intendit tenetur cōparere corā D. Potestate infra 8.dies post præsentationes suarū protestationū citatis emptoribus & pretia deponere penes illos quos emptores elegerint,vel super sacro monte pietatis,licèt aliter iudicatū fuerit per DD. Aud. no.in causa Natalis Marchesini cum D. Guerrino de Plouenis sub die 28.
50 Aprilis 1558.quibus.30.diebus decursis,& nō facta † protestatione, & pretij depositatione infra tēpora a lege præstituta tūc vēditio firma remanet,& oēs præsentes in Taruis.& in loco rei venditæ situatæ excluſi esse intelligunt ob primas stridationes: quia cōtra desides hoīes & iuris sui ꝓtemptores oīs aditus est remouendus,prout iudicatū fuit in casu Taruisij.Ant.de Solico 25.Setēb.1544.& laudata in Col.de XII.sub 14.Ianu.1548. & si illi de prole venditoris seu lateranei tēpore primarū stridationum absentes fuerint, vel iustū impedimentū habuerint, vt puta si is qui ius præsentandi haberet,causa reip.absens esset,vel in captiuitate,vel in exiliū missus,vel si erat minor annis 25.vel in potestate patris,vel extra villā rei sitæ,tūc vsq; ad spatiū duorū annorū a die primæ stridationis infra tū spatiū 30. dierū auditur,& si in termino ꝓparuerit,ius suū corā D.Potestate prosequatur,& prælationē obtineat,si verò nemo cōparuerit, vel ꝓparenti nullū ius habere cognitum fuerit, tunc venditio ipsa procedat,& emptor possessionem firmā & securā hēat, & instantia alicuius amplius non audiatur, & in casu seraualli sniæ latæ ad fauorē Leonardi Cargnelli & cōtra Iacobū,& Sylvest. Ruio.qua die 23.Martij.1539.super stridis de capite duorū annorū rite,ac recte fuit processum, quæ sententia per DD. Aud. no.laudata fuit die 19.Septēb. 1550. par. auditis, & ipsis stridationibus rite & recte transactis ex lege senatus 1550.nullus am-
51 plius audiri debet † ita iustitia suadente,& l.ꝑmitēte, & si vēditio facta fuisset Venetijs de possessionibus sitis in territorio Taruis.tubindeq; stridationes factę essent rite ac recte, tunc tā præsentes q̄ absentes a iure ꝓgrui excluſi esse intelliguntur,prout
52 in casu † hęredū q.Mag.D.Anto.Barbaro cū D. Anto.a Fratina de Vtino obtēto ad Cur.Procuratorū & laudato in Excell. Collegio de XII.sub die 12.Octob.1549.& in aliis multis casibus occursis in d.Curia. Stridę per preconē tribus in locis etiā de capite duorū annorū fieri debent ex forma prouis ducal.qd modo si factæ forent duobus in locis duntaxat ex antiquissima loci consuetudine.An constitutionibus Taruis.an cōsuetudini Marchię Taruis.standū sit.Tu dic,ꝙ ista forma a duc.prouisionibus tradita oīno est obseruanda: quia forma introduta a statuto in dubio censetur substantialis, fm Bal. in l. cōparationes. in fine 3.oppo. C. de fide instru. & si forma statuti nō obseruatur corruit actus,fm Bal.in l.humanitatis.col.2.C.de legib. Idē consi.283.versi. 4.probatur.vol. 6. & ita iudicatū fuit ad fauorē Benedicti Tozzo de la Motta per Excell. Col. de XII. sub die 4.Iunij.1552.ex quo forma prouis duc.obseruata nō fuit,& sic forma tradita a statuto omitti nullo modo pōt. Ang. consi.89. Anch.consi.35.incip.visa.col.1.Decius consi. 74. col.2.versi. & prædicta,& 222.col.2. versi. vlterius tñ; quia forma præcise & specifice adimpleri dēt fm Bal.Ang.Imol Cast.& recentiores in l.1.ff.de lib.& posthu.& omissio formę in qualibet minima parte actū vitiat fm Doct.in c. cum dilecta,& ibi Felin.col.26. ver.amplia.10.de rescrip.Bal.consi.250.vol.5.& 188.eo.vol.vbi dicit,ꝙ vbi deficit forma nō sufficit causa etiā iustissima: & alibi Bal.in vlti.l.col.2.C.de suis & leg.vbi dicit, ꝙ formę nil addi, vel minui pōt,nec per æquipollēs adimpleri potest,fm glo.no. in clem.1.in ver.3.de vita,& honest.cler.& Bar.in l. non sunt liberi.ff.de stat.hom. quinimmo quælibet mutatio in forma totum viciat fm Iac. But.in l. certi condictio. §. qm̄. & ibi Alber. col.vlt.ff.si cert.pet,& sic vbi forma per quā datur ordo non seruatur actus stridationis est nullus,ita ꝙ omissio modi uel formæ, etiā in actu fauorabili viciat dispositionē, vt Bal.consi. 63. vol. 5.igitur cum forma tradita a statuto obseruata non fuerit, stridationes nullæ sunt censendæ fm Bal.in d. consi. 63. vol. 5. Ergo magis,& securius inhærendū est cōstitutionibus Taruis. quàm cōsuetudinis:licèt Bal.in l.per diuersas.col.1. C.mandat. affirmet,consuetudinē posse probare, & reprobare contractū. Idē Cæpol.in suo tract.simulat.in prin.col.3.& consi. 13.causa. criminal.col.pen.versi.& intelligo,nu.23.Old.consi. 207.incip. vniuersis.in fi.Ias.consi.152.col.5.versi.7.vol.4.fm quam consuetudinem Marchiæ Tar. dū stridationes factę fuissent Mothę ad nomen A. Dicitur supra, ꝙ durāte captiuitate & patria potestate non currit tēpus 30. dierum ad petēdam prelationē
53 rei venditę,ex quo non valenti agere † non currit præscriptio, fm Guiel.đ Cun.in l.senatus.ff.de off.presidis.l.fi.§.donec.C.de iur.delib.& l.1.in fin.C.de annal.excep. quid modò si facta fuit denunciatio prędictis,seu cognitum patri, an tempus 30. dierū currit eis? Dic ꝙ sic facta denunciatione & notificatione secūdùm Matth. de Affli. in tracta.de iure prothomi.in fol. 49.nume. 25. incipien. quintò not. & hoc non sine ratione: quia potest quilibet per procuratorem comparere & suum ius prosequi: vt singula. Bartol. in l.is qui reus. in fine. ff. de publi. iudicijs. in fine vbi dicit, quòd ille qui detinetur in carceri-

Source : BIU Cujas

bus D. Potestatis ob aliquam cõdemnationẽ sibi citatur,& nõ cõparet,sibi imputetur, si saltẽ per procuratorẽ nõ cõparet.cũ
54 posset,quia impeditus in aliquo † actu faciendo tenetur procuratorẽ substituere ſm Abba.in c.querelã.de procu.& in c.quia propter.§.illud.de elec.Bal.in consi.291.nu.1.vol. 4. vbi dicit, ꝙ impeditus in exercitio litis propter incertitudinem officij,ei nõ currit tempus instantię ſm Ias.in l.qui in aliena.§.Celsus.nu.27. ff.de acqui.hæred.vbi dicit,ꝙ si impeditus cõtra impedimentũ non protestatur, & non reclamat, cum posset, sibi præiudicat ſm Bar.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis caut.vbi dicit,ꝙ si in mari fuit tẽpestas,ita ꝙ tali tempore non potuit nauigari,& tali de causa fuit impeditus, consuetudo est in locis maritimis, ꝙ fiat intimatio & protestatio, aliter sibi præiudiciũ facit, & ob id facta vẽditione alicuius fundi existẽtis tam in territorio Patauino,q̃ Taruisino si filiusfamilias de hoc notitiã habet,tenetur super stridis ꝓtradicere pro cõseruatione iuriũ suorũ,loco & tempore demonstrandorũ,qđ si non facit,sibi præiudiciũ generat, prout iudicatũ fuit Tar.in casu Laurentij Trezza de Taruis.cũ Excell D.Aurelio & fratribus de Solico in Excel.Colle.de XII.
55 sub die 14.Ian. 1548.partibus auditis expedito, & propter hoc succedit regula,ꝙ qui põt ꝺicere, & nõ facit † videtur ius suũ remittere ſm Abba.in c.ex parte decani.col.3.de rescrip.Doc.in l.qui patitur.ff.mandat.Abba.consi.89.9.& 10.col.idẽ in c.cũ dilectus.col.pen.de.consũ.& in c.dilecti.de arbit. & in c.nonne.de præsump.Alex.in l.si cum dotẽ. §.eo autẽ tempore.ff. sol.matr. vbi tenet,ꝙ in oĩbus casibus, in q̃bus per scientiã & patiẽtiã qs videtur tacite ꝓsentire, nunquã id sibi locũ vẽdicat in persona quæ reuerentiã præstare tenetur vt in filio,seruo,clerico,& vxore; quia similes personæ si sciunt & tacent, nunquam assentire
56 videtur, de quibus plene per Doct. in regula † qui tacet.de reg. iur.in 6.not.Bar.in l.quæ dotis.ad finem.ff.sol.matri.D.Anto.in c.nonne.de præsum.Bal.in l.filiusfa.§.inuitus.ff.de procurato.& Alexan.in l.quæ dotis.ff.sol.matri. Aff.decis. 95. num. 7.& nu. 3.& decis. 308.nu. 13. quæ omnia nota quia honorem facient.
57 † Absenti non currit præscriptio in materia iuris congrui,& ex hoc quæritur, quis dicatur absens. Respondet, is qui non est in loco, in quo stridationes fiunt secundum tex.in l.absentem. ff. de verbo.signifi.Lud.Roma.consi.354.Ant. de Can.in tract.de excus.num.13.vbi disputat, an sola absentia probet iustum impedimentum,& absens etiam dicitnr,qui reperitur extra suum domicilium in alia ciuitate,vel alio territorio, vt Doct.in auth. præsente.& in l.3.vbi duo.ff.de duob.reis,& ibi Barto. & Bal.in consi.488.in 1.vol. & similiter absens is dici potest, qui non est
58 † in loco, vbi ius redditur, ſm Cor.consi. 58.in fine vol.2.Iaso. in l.soluto matri.§.voluntatem. num. 17.ff. solu.matri. & in l.is potest.num.66.& 71.ff.de acquir.hæredita. vbi dicit, ꝙ absens a loco non præsumitur scire quæ fiunt in loco, & late Alex. in d. §. voluntatem num. 2. vbi dicit, ꝙ absens pluribus modis dicitur,proprie tamen,qui longe abest.l.fi.§.vbi autem. C.de bonis quæ libe.& ibi Bar.Odof.& Saly. & ideo cum mihi occurrisset casus in hac materia, ꝙ hospitale domus Dei Mestræ, seu pro eo agẽtes emisset certas terras a Thadeo.q.Noe, stridationesq; fecisẽt in Mestrę,& vico Mogliani,quo in loco terrę sitę sunt, & ibi Noe nõ habitabat: sed bene ibi prope,citatisq; agentibus pro dicto hospitali ad curiã Procuratorũ per sentẽtiã documẽ
59 ti ad instantiã præfacti Noe filij q. Thadei lataq; fuit sĩa p̃ d. Noe sub die 17.Martij 1551.ex quo per aduersarios dicebat,ꝙ Noe de dictis stridis notitiam habuerat, vel habere poterat,cũ esset ibi prope locũ venditũ, deductaq; causa per viã remissionis p sp.DD.Aud.vet.ob discordiã p Excel. Col. de XII.par.auditis cũ suis D.Aduoc. sĩa ipsa incisa remãsit sub die 16. Maij 1551.ex quo tpe stridationũ non erat in loco,nec scire poterat, q̃ fiunt in loco,& sic pro absente is habitus, & reputatus fuit,&
60 sic nota,ꝙ abiens dr̃,qui in loco nõ est, pro † ut iudicatum fuit etiã ad curiã procur.sub die 9.Martij 1559.ad fauorẽ hæredum q.D.Io.de Stepha.& contra Pet.Viola,quæ sententia par. auditis fuit intromissa p Clar. DD.Aud.vet. & in casu Petri Busato de villa Madernarũ cũ hospitali Pietatis lataq; sĩa ad curiam Procur.sub die 13.Iunij 1551. tandẽ sententia ipsa in Consilio dę XII.incisa fuit sub die 23.Maij 1552.ad fauorẽ Petri Busato & absens dr̃, & reputatur qui est in præparatione absentiæ ſm Decium in l.1.ff.de off.eius,cui mand.est iur.& ibi. Alex. & idẽ iudicatur dę suspitione & præparatione belli, quod de ipso bel-
61 lo,vt Anc.consi.87.& Imol.consi. 7.& similiter dicitur † fugitiuus,qui est in præparatione fugæ ſm Mod.Doc.in l.quis sit fugitiuus.ff.de ædil.edict.& nota etiam, ꝙ pro absente non est iudicandum, qui habet cognatos, & cõsanguineos in loco originis,ex quo per eos facti notitiã habere possibilę est,quæ doctrina fuit Bar.in l.cũ scimus.C.de agric.& censi.lib.11.Ang.consi.
62 269. incip. statuto † & vtrũ absentia causa studij sit iusta causa absentię,hoc dirimit Bar.in l.Scio.§.Pamphilæ.ff.de fund.instr. Aff.decis.390.nu.37.cũ alijs. Quęro modò,an denũciatio personaliter,vel ad domum fieri debeat. Rñde, ꝙ personaliter fieri debet,si haberi potest,etsi haberi non potest,sufficit ꝙ fiat vicinis,& amicis in domo illius,cui fieri debebat, ſm ea quæ not. in l.cũ qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clam. & l.denunciasset. ff.de
63 adult.Innoc.in c.fi.de dolo & cont. † & dñs denunciare potest, vsũfructuarius verò nullo modo potest; sicut enim non valet denunciatio, vbi de iure cõstat denunciati ius nõ cõpetere. Ita etiam in hoc casu ſm Roff.in tit.de denunciat.& Bar.in l.1.post princip.ff.de oper.no.nunc.& Specu.in §.sed nunquid. ver.prope finẽ. de denunciat. sed not. ꝙ notificatio facta patrifamilias
64 prędiudicat filijs † vel maiori in domo, qui familiã gubernat, & similiter sufficit,ꝙ notificatio fiat illi,qui pupillũ, vel furiosum aut mẽtecaptũ tenet in domo, & pari modo si fiat procurato. seu factoribus hospitaliũ, vel cõmunis, qua notificatione facta prędictis si in termino prędicto ꝙparauerint,& pretiũ nõ depo suerint,firma ac rata erit vẽditio, & amplius aliquis nõ audiet, quæ q̃dẽ notificatio, seu denũciatio fit & fieri debet cũ expres-
65 sione causæ, aliter simpliciter facta nõ valeret, & nota † ꝙ plura sunt genera denunciationũ,alia est iudicialis priuata,alia euãgelica & alia canonica,de q̃bus per Abba. in c.nouit.col. 17. de iudi.Matth.c.18.Luc.c. 17.& aliæ nanq; fiunt ei, qui est obligatus ipsi denũcianti,vt puta creditor vigore alicuius sĩæ, vel instrumẽti denũciat,vel notificat debitori vt soluat, tũc huius denunciationis effectus est,vt in mora ꝓstituat debitorem, de quibus in l.mora.ff.de vsur.& in l.ratio.§.si per vẽditorẽ. ff. de act. empt.quędã fiunt ei qui nõ est obligatus, vtputa T. denunciat
66 Marco, ne soluat Sẽpro. & tũc ista notificatio fit sine † expressione alicuius causæ,sed fit ad cautelã, vt Marcus nõ soluat debitũ Sẽpro.donec aliud subinde cognoscatur & discutiat,quædã fiunt cũ expressione certę causę,vtputa fit notificatio alicui, ne soluat legatũ Aurelio,ex quo hæreditas nõ est soluendo,vel ex aliqua alia causa. Tunc & in hoc casu cautio exigitur ab eo, cui soluendũ erit,vt hæredẽ defendat,vt l.fi.C.de peti.hære.& l. nomẽ. C.quæ res pignori oblig. poss. in operis noui denuncia-
67 tione nõ requiritur aliqua † expressio causæ:sed sufficit dicere, nũcio tibi,ne ędifices in tali loco:vt est gl.no.& ibi Bar.& Doc. in l.1.post prin.ff.de oper.no.nũciat. & in l.non solùm. §. sicut.
68 ff.eo.tit. † Sed dubitari põt,an nũcio publico prædicta referenti credendũ sit,vide Rom.consi.497.col.2.Gui.Papa decis.628. Mant.in suis dialog.c.1.Abba.in c.cum parati.col.3.de appel.& glo.in c.proposuisti.distin.82.Cor.sing.cõsi.95.col.2.vol.4.Bar. in l.1.§.cura.ff.de off.pręf.vrbis.Saly.in l.tres.C.qũo & qñ iudex, Fel.in c.inquisitionis.§.fi.col.9.de accusat.vbi concludunt, ꝙ ei credendum est in pertinentibus ad suum officiũ, Ias. in §. quadrupli.col. 3.Inst.de act.nã de consuetudine fori hic & in pluribus Italiæ locis q̃ sunt nuncij publici & generales descripti & creati per principem,vel ab eo potestatẽ habentes, eorum relationibus credendum & fides adhibenda est.Bal.in l.neminẽ.C. de exhiben.reis,Fel.in c.1.de iudic.Alex.in l.sciendũ.col. fi. ff.de verb.oblig.Bal.in l.fi. C.de ferijs ,verum si citatus esset persona qualificata & fide digna,& iuraret se nunquã citatum fuisse,an sibi crederetur.Abba.in d.c.cum parati.col.4.& ibi recentiores, & in terminis hanc quæstionem mouet Specin tit.de citat.§.sequitur.versi.sed nunquid,& ibi Io.And.in addit.& concludunt, ꝙ sibi potius crederetur quàm nũcio, qđ nota propterea: quia in dies ista occurrunt, sed quia hæc non faciunt ad propositam materiã,non insisto,& ad alia ad materiã necessaria accedo. Et quia dici solet, ꝙ variæ morborũ qualitates cogũt homines ad diuersa remedia,& experimenta cõuolare: sic diuersitas cõiunctionis sanguinis sæpenumero inducit diuersitatẽ sententiæ,vt
69 puta si soror possessionem vel prædiũ cuipiã vẽdiderit † soror non extantibus fratribus,vel ipsis recusantibus oĩbus alijs anteponitur,vt in c.21.lib. 3.nam & mulieres si sunt de sanguine & agnatione venditoris ius prothomiseos habent, vt inferius dicetur,quid modo dicendũ, si essent duæ sorores vterinæ, & earũ vna possessionem alicui venderet, an ipsa masculis de prole nõ extantibus extraneis præponatur? Dic ꝙ sic: quia appellatione fratris soror includitur,vt l.tres fratres. ff.de pact. & ibi glo. & l. Lucius.§.quæsitũ.ff.de leg.3.Fulg. cõsi. 71.incip. Mulier. Alex. cõsi.8.col.2.vol.4.Alex.in cõsi.85.vol.4.Ias.plene in d.l.tres fratres.Bal.consi.47.in versi.dubitatur,vol.5 idẽ consi. 30.vol.1.in fi.Fran.Cur.consi.9.Alex.consi.15.vol.4.& ratio videtur: quia soror cõiunctorũ appellatione includitur ſm op.Alex.in d.cõs. 15.Idem si sub nomine propinquorũ vocetur a statuto,vt Bal. cõsi.334.vol.3.Idẽ si sub appellatione proximorũ,vt Ang.cõs. 289.& idẽ si sub noĩe descendentiũ.Alex.cõsi.160.vol.2.Bal.cõsi. 460.nu. 5.vol. 1. idẽ si sub nomine consanguineorũ,vt Cor.
70 consi.167.col.1.vol.2.& in cõsi.40.col.pen.eo. vol. & † ita iudicatum fuit per sp.DD.Iud.curiæ Procu.in causa prælationis petitæ per D.Agnesinã de Lazeris contra D.Iaco. Zuncha Venetiarũ aduocatũ occasione acquisitionis factæ per ipsum D.Iac. de cãpis 4. terræ sitis in villa Mirani suos infra cõfines pretio vt in instrumẽto emptionis.A D.Hælisabet de Anzeleriis soror vterina d.D.Agnetis,quæ de anno 1552.8.Febr.obtinuit sententiã documenti ad ipsius fauorẽ, vt in actis officij d. Curiæ: licèt per vnum ex Clarissi. DD.Aud. vet.d. sententia intromissa fuerit,

Source : BIU Cujas

sa fuerit,sub die.17.Aprilis 1553. sed ita obtentum,& iudicatū fuit, quòd soror vterina ex iure congrui prælationem habeat in prædicta venditione, per sororem vterinam, quæ sententia in excellētissimo Colle. de XII.introducta fuit sub die 7.Maii. 1555.& confirmata ad fauorem præfatæ. D. Agnesinæ de Lazaris, quam omnino vide † ex speciali consuetudine hactenus
71 obseruata habetur,quòd si venditio est facta Venetijs per Venetum, vel forensem de aliquo prædio, vel fundo existenti in Padua, vel distinctu, & de alienatione ipsa cum literis curiæ Procuratorum factæ sint stridationes, super quibus nullus exti terit contradictor,sed quiete permaneant, quilibet a beneficio iuris congrui prorsus excludetur,non obstante; statuto Patauino de cognitis fiendis agnatis,& vicinis, quoniam id locum ha bet de alienationibus factis in Padua & territorio,prout in plu ribus casibus per eosdem DD. iudices curiæ Procuratorum,&
72 decisum, iudicatum extitit † & præsertim in casu.D. Zachariæ de Pinzonibus cum nob.D. Francisco Contareno iudicato ad fauorem præfati Do. Zacchariæ stantibus stridis quietis ac obseruatia officij sub die 30.Ianua.1527. ac etiam in casu.D.Ambrosij de desideratis contra D. Guidonem de Rubeis nomine filij quā Bonioannis de eadem familia de Desideratis sequuto
73 de anno 1531.29. Aprilis. Ac in † casu Ioannis Butacij cerdonis qui sub die 27.Ianua.1552.depositauit in offi.Curiæ procu ratorum duca.12. super venditione Venetijs facta per Franciscum Butacium patruum præfati Ioannis Domino Zachariæ de Pizonibus super dimidio campo sito in villa Marcugiagi di strictus plebis sacci,factæque fuerunt super ipsa venditione stri dationes & nullus cōparuit contradictor, ideo ex parte præfati Ioannis ius congrui locum habere non potuit stante obseruātia & ritu officii, licèt aliter iudicatum. fuerit in casu Ioan. Petri Nardino cum nob. D. Nicolao de Ponte Doct. vbi sub die 30.Martij 1358. data fuit prælatio filio venditoris per sententiam curię Procura. nō obstantibus stridis quiete decursis, qđ semper not. quæ non permittit, quòd stantibus stridis quiete decursis super alienationibus in hac vrbe factis alicui super iure congrui audientia præbeatur, cum visum fuerit maioribus nostris auctoritate publica stridationum omnibus, & singulis ex iure congrui omnem prorsus actionem excludere,prout in multis alijs casibus in dicto officio existentibus legere est,qđ not.& obserua casum D.Guerini de Odis,qui in dicta petia ter ræ prælationem obtinuit, prout etiam in alijs quàm plurimis casibus, nisi in instrumento uenditionis studiose per emptorē & venditorem error in confinibus petiæ terræ venditæ appositus esset: quia eo casu filius, uel lateraneus dictis stridis non obstantibus posset petere prælationem predij venditi, prius petita declaratione confinium per uiam terminationis,ut in casu nob.D.Petri Mauroc.quon. Clarissi.D. Hyeroni.cum nob. D. Io.Antonio Iustiniano,qui emit certas terras in territorio Mō teciliſis a D.Guerino.Postremò quęro consanguineus per sen
74 tentiam prælationis † admissus fuit ad petitam prælationem,& per annum stetit in quieta possessione rei venditæ recuperatæ, demū res fuit euicta, à quodam tertio,an cōsanguineus possit aliquo modo agere recta uia aduersus primum venditorem de euictione Tu absolute conclude & tene quòd sic, ratio est iudicio meo;quia per sententiam documenti agnatus habet ra tiones emptoris,quo fit ut si vēditor promisit emptori de euictione,consequens est igitur:vt aduersus priorem venditorem agat & obtineat, & ita in specie tenet Ferro. in consuetu. Burdeg.in titu.de retractu.§.3.col.2. versi.quid si res, licèt aliqui teneant contra,ex quo in venditionibus voluntarijs nulli dubiū, quòd vēditor tenetur emptori de euictione & legitima defensione tam ex natura cōtractus,quàm ex legis dispositione, sed in hoc casu nulla consanguineo est facta venditio,seu cessio ab emptore sua spontanea voluntate, ergo non tenetur venditor consanguineo de euictione, nisi ex suo facto, aut culpa pro suo facto. At culpa cessante non potest consanguineus agere aduersus priorem venditorem ex aliquo contractu vel quasi; attamen ne recedas a priori sententia, quæ innititur veritati, ratio est:quia in sententia prælationis dicitur,quòd cartæ factæ ad nomen emptoris nil sibi hæredibusve suis & quibuscunq; alijs prosint, & valeant, sed intelligantur factæ ad nomen præsentantis; cum itaque instrumenta ex iure emptoris per sentētiam transfusa sint in consanguineum, nimirum si agnatus po test contra priorem venditorem agere de euictione non per voluntariam aliquam cessionem sibi factam, sed per sententiam, quæ valet, & tenet, nec est necessaria expressio tituli; qa in cessionibus,quæ fiunt virtute legis, illæ dicuntur necessariæ, ergo non est necessaria expressio tituli, secundùm Bal.in consil.461.ad finem num.7.vol.primo, alleg.tex.in l. Papinianus.ff. mandat.& ff.de solu. l. Modestinus, & fuit opino Dini in l.patrem,& ibi Alber. nume.3. ff.quæ in fraud. cred.& Bald.in l.2. col.1.vers.tertiò præsumitur. C.ne licea.poten.& ibi Saly.col.2. vel tertiò si titulus, ubi concludunt, actionem cedi posse inter coniunctos sine expressione alicuius tituli:ergo datur intel ligi,quòd agnatus recta uia potest agere contra priorem vendi torem stante sententia sine aliqua cessione, quod nota, & tene menti perpetuò. Sed iura passiua cedi quoque minime pos sunt secundum Bald, in l.2. in prima oppos. C. de pact.per l.si mandato.ff.manda.D.Car.Ruy. in consi.53.col.3.nume.6.vol. primo. ratio iudicio meo:quia iura, & actiones sunt in dominio, & potestate nostra, sed non passiones nostræ, ius colonarium similiter cedi potest,siue cōductor, seu colonus sit partiarius, siue is numis colat secundum text.in l.solutum.§. vnde si domum.ff.de pign. actio.Bal.sing.in c.contingit.uersic.quæro, simplex colonus.de dolo & contu. vbi allegat l.uiam.C. locat. vbi idem ius transit etiam ad hæredes, & plus dicit idem Bald.
75 quòd quilibet creditor potest mitti in possessionē colonariæ facultatis,quod semper not.modum istius constit. Expeditus de textualibus,uenio ad glo.& quæro quis fuit glossator,& dic quòd fuit D.Sebastianus Neapol. & not. quòd auth.glossę est magna & summæ auctoritatis † ut plene scribit Barba.in c. capellanus de feri.Bar.in consi.8.Saly.in l.traditionib. C. de pact. & in l.2.C.de sent.quæ sin cer. quant.Bal.in l.cū hēreditas.C.depos.Bal.in c. pri.in fine de natu.succes.feud. vbi tenet, quòd in dubijs opinionibus in consulendo glos.ord. sequi debemus,& auctoritas glossæ omnes alias antecellit, Ang.in l. si idem,cum
76 eodem.ad fin.de iur.omnium iudic.ff.ibi tenet† quòd vbi non habemus legem sufficit allegare aucto.glos.&.idem in l.2.ff.de accus.dicit, quòd in consulendo non est recedendū ab opinione glos.Iacob. But. dicit in l.1. C. qui pro sua iurisd. quòd non est recedendum ab opinione glossæ,nisi consuetudo esset in ꝯtrarium,& Bald.in l.fin.C.de pęn.iud.qui male iudi.dicit,quòd
77 iudex non debet tenere insolitas opiniones † sed inhęrere opinionibus maiorum, maxime glos. Saly.in l.2.C.de sent.quæ sine certa quan.dicit, quòd qui nescit equitare firmet se supra ar cione,ita debet iudex se firmare super opinionibus glos. Imo. & cano.in c.cum contingat.de iure iur.dicunt,glos.opinionem esse omnino tenendam.Cy.in l.1.C. de act.& obliga.dicit glos. esse iuris idolum.Cors.in sign.suis nume.4.in uer.legitima.Afflict.decis.384.nume.3.quòd glossæ auctoritas omnes alias antecellit, quando Doct. communiter non concludunt cōtra eā,
78 & in iudicijs & in scolis semper est sequenda † & Affli. decis. 21 num.4.& decis.321. nume.14.dicit,quòd glos.opinio de facili non est improbanda, Bal.in consi.169.num.3.volu.5.tenet, quòd in practica non est recedendum a glos.& cōsi.251.in pri. volu.ver.nam ita determinat,& consi.272. in fine,eo.vol.& cō si.351.nume.4.eod.volu.pri.& consi.352.nume.3.volu.3.dicit, ꝙ standum est opinioni glossæ, & eo ꝙ in decisionibus glossarum rarò reperitur error, & ideo glossa nostra in verbo pretiū
79 iustum,dicit,ꝙ iustum pretium soluendum † est arbitrio iudicis; nam ad iudicem spectat examinare & perpendere quod sit iustum pretium, vt not.Bar.in l.Calipodius.ff. de sol.& in l. creditores.C.de pignor.& glos.not.in l.2.glos.magna, in vlt.q. C.de rescind.vendi. vbi dicit, iustum pretium esse extimandū non vnius, aut alterius licitatione, sed communi regionis extimatione ex rei qualitate, & quantitate redituum, prout æxtimatoribus visum fuerit uel iustum pretium dicitur, quando
80 res est subhastata in publico loco † ciuitatis per preconem alta uoce, nec plus fuit repertum; quia pretia rerum non ex affectione sed quantum communiter ualet, & res vendi potest secundùm Doct.in l.pretia.rerum.ff. ad l.falci.Paul.Cast.in sing. 14.dicit,quòd extimatio rerum semper fieri debet pro eo pretio,quo res in foro venduntur.vel dic,quòd istum precium di-
81 citur considerato redditu † rei: vt l.si fundus per fideicommissum.in princip. ff. de reb. eor. secundùm Paul.de Cast. in sing. 5.num.47.alle. tex.in l.dolus.C.de rescind. vendit.vel dic secundùm glos.in l.per diuersas,& est vlt.glos. circa. med. & ibi Bar. Bal.Saly.& Ang.C.mandat. quòd iustum pretium actionis debet considerari deductis expensis litis & laboribus, quæ interueniunt ad rei exactionem, & dicit Bar. hoc esse menti tenen-
82 dum, & not.† ꝙ vbi fit mentio in aliquo contractu de precio, semper demonstrat & præsupponit venditionem propriam, secundùm glos. & ibi Bar. in l.vlti. C. de prædijs cur.lib.10. & ibi Lucas de Penna.col.6.Alexan. in l.2.ff.si cert. pet.in pri.Affiict.in §.licèt.num.24.de iure protho.ubi allegat Cyn.in l.1.C. de legat.in 8.quæst.tenet, quòd si testator damnauit hæredem vendere aliquam rem iusto pretio, & emptor offerat iustum pretium,& hæres non vult recipere, an possit cogi ad rem tradendam, & perfecta dicitur venditio, quando translatum est dominium,& Bar.in l.fideiuss.§.meminisse.ff.de leg. pri. & alibi Bar.in l.3.§.diui fratres.ff.de iure fisci.dicit,quòd iustum pretium illud dicitur,quod non ex præterito,sed ex præsenti statu inducitur,hoc idem tenet Old.consi.31.vbi monetæ ualor cōsideratur tempore contractus celebrati, & non alio tempore,
83 quod not. † quia tibi seruiet ad multa, & super hoc uide duo consi.Bal.in pri.uolu.consi.nu.499.&500.& not.Cor.sing.consi.321.l.m.& n.volu.3.alleg.Doct.in l.cum quid.ff.si cert.pet.& c.olim causam. & c.cūcanonicis:extra de censibus,vbi solutio

fieri

Source : BIU Cujas

fieri debet de moneta usuali, & currente tempore promissionis, & non alio tempore, quòd not. & tene menti omnia prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Dictio verum, est aduersatiua.*
2 *Aduersatiuæ natura est repetere qualitates præcedentes in sequentibus.*
3 *Aduersatiua in iure & in facto an aduersatur.*
4 *Dictio si, multipliciter in iure exponitur.*
5 *Dictio si, pro quando interdum exponitur.*
6 *Dictio si, an & quando conditionem faciat.*
7 *Dictio si, aliquando ponitur pro quia, interdum pro quamuis.* 8
9 *Dictio infra, est omittere aliquid, & assumere.*
10 *Dictio infra, an denotat temporis diminutionem.*
11 *Infra annum pubertatis, uel infra subdiaconatum an tps certũ significet.* 12
13 *Testis si deponit infra domum, & alius in domo aliquid esse factum, an discordare dicantur.*
14 *Dilatio alicui concessa infra decimum diem, an includat, uel excludat diem decimum.*
15 *Lex an limitet terminum ad soluendum pretium cum augumento.*
16 *Existens in captiuitate, uel in banno, an habeat tempus a lege præfixum ad petendam prælationem.* 17
18 *Dies 30. in hoc iure a quo tempore incipiant currere.*
19 *Scientia sola an sufficiat ad excludendum agentem a iure congrui.*
20 *Forma a lege tradita an omitti debeat.*
21 *Necessitas legi non est subiecta.*
22 *Pater an possit vendere filium in causa necessitatis.*
23 *Impedito iusto impedimento an currat tempus dierum 30.*
24 *Præscriptio an currat non valenti agere.*
25 *Impedimentum duplex aliud iuris, & aliud facti.*
26 *Impedito iusto impedimento an succurendum sit.*
27 *Filio nondum nato tempore venditionis an competat beneficium ex iure congrui.* 62
28 *Vocatus per stradationes an notitiam venditionis habere dicatur.*
29 *Impedito si non potestatur, vel reclamat, an sibi præiudicium faciat.*
30 *Impedito an currat præscriptio.*
31 *Impedimentum an per testes legitime probandum sit.*
32 *Dies 30. à quo certo tempore currere incipiant.*
33 *Rei demonstratæ frustra adjcitur demonstratio.*
34 *Perfectum an dicatur, quod ex omnibus suis partibus constat.*
35 *Perfectio rerum triplex est.*
36 *Scire aliquid an dicatur, quando series facti optime dignoscitur.*
37 *Factum certum an dicatur, quando quiditas, & qualitas demonstratur.*
38 *Dies 30. an die scientiæ, uel a die celebrati contractus incipiant.*
39 *Dies 30. an a die cogniti, uel notificationis currere incipiant.*
40 *Visum fuit maioribus nostris illi audientiam denegare, qui tanto tempore tacuit.*
41 *Diebus 30. quiete transcursis in hac ciuitate in uenditionibus proprietatum & stridis quietis nullus amplius auditur.*
42 *Bannito carcerato, uel infirmo an currat temporis præscriptio.*
43 *Contra desides & sui iuris contemptores an audientia denegetur.*
44 *Stridis quiete lapsis de capite duorum annorum non obstantibus an quilibet admittetur ad uenditionem redimendam.*
45 *Impedito iusto impedimento an lex succurrendum putauit.*
46 *Iustum impedimentum an impediat legis præscriptionem currere.*
47 *Dammum sibi debeant imputari, qui gesta taciturnitate firmat.*
48 *Minor propter ætatem an prælationis beneficium amittere dicatur.*
49 *Minor ætas iure nostro usque ad quæ tempora se extendat.*
50 *Minor ætas de iure communi an usque ad annos 25. se extendat.*
51 *Præscriptio statuaria an currat contra minorem.*
52 *Minor an possit agere rescissoria actione non imperata in integrum restitutione.*
53 *Ius prothomiseos locum habeat in fundo extimato in dotem tradito.*
54 *Contractus venditionis eo tunc absolutus dicitur, cum res emptoris fit.*
55 *Fundus in dotem datus præuia extimatione an dotalis dicatur.*
56 *Res in dotem tradita existimata an in dubio faciat emptionem.*
57 *Extimatio rei ad quem finem introducatur.*
58 *Filio nondum nato an ius congrui competere potest* 27. 62.
59 *Pater & filius est una & eadem persona.*
60 *Ius prothomiseos an sit ius mere personale.*
61 *Notificatio quæ fit agnatis venditoris an sit de forma essentiali.*
62 *Casus Excellentis Colle, de XII. de filio non nato tempore venditionis.* 63.
64 *In iure congrui exbursatur nisi id, quod in contractu venditionis clare apparet,* 63.
65 *Fraus an semper præsumatur, quando fit mixtura contrariorum.*
66 *Fraus multiplicetur, ac multis modis fieri potest.*
67 *Fraus an præsumatur, si donator post donationem factam in possessione rei donatæ reperiatur.*
68 *Ius congrui an super inuiamentis apothecarum locum habere possit.*
69 *Ius prothomiseos an sit in rem scriptum, ita quod afficiat possessorem.*
70 *Casus Matthæi Furnareti ad curiam Examinatorum expeditus.*
71 *Casus in materia inuiamenti de pistoria. S. Fælicis Venetiarum.*
72 *Absens causa reipu. bannitus, vel aliter impeditus, habet beneficium prælationis.*
73 *Iustum impedimentum an omnes excusat.*
74 *Necessitas an sit legi supposita.* 21.
75 *Vasallus an teneatur domino existenti in magna necessitate subuenire.*
76 *Necessitas famis licitum facit, quod alio tempore est illicitum.*
77 *In necessitatibus cibaria debent & solent esse communia.*
78 *Bona supposita fideicommisso possunt ob necessitatem famis alienari.*
79 *Res Ecclesiæ inconsulto Pontefice possunt alienari ob necessitatem famis.*
80 *Layco permittitur confessio peccatorum tempore necessitatis.*
81 *In casu necessitatis receditur a regulis iuris.*
82 *Laycus an possit administrare Ecclesiæ sacramenta tempore necessitatis.*
83 *Hospitale an possit vendere bona sibi relicta in casu necessitatis.*
84 *Clerici in casu necessitatis an possunt impune debellare.*
85 *In diebus quadragesimæ instante necessitate an bellum inire liceat.*
86 *Statutum, seu deliberatio facta instante necessitate eatenus durat, quatenus vergat necessitas.*
87 *Necessitas facit separabile, quod consueuit esse inseparabile.*
88 *Necessitatis tempora multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*
89 *Dies 30 an currant durante impedimento.*
90 *Tutores, & procuratores an possint extraneum emptorem repellere infra quatuor menses oblato capitali, & impensis.*
91 *Domo exusta, super qua petitur prælatio, arbitrio boni uiri minuitur & precium.*
92 *Domo destructa & desolata an pro rata temporis fictus remittatur.*

§. QVARTVS.

VErum si infra statutum terminum pretium iustum non soluerit, decætero non habeat ius prothomiseos: vt in casu D. Franc. Optati cum D. Benedicto Bino Mestræ sequuto & lauda
1 to per DD. Aud. Nouiss. sub die 15. Febra. 1558. † not. q hæc dictio, verum est aduersatiua, vt Bar. in l. mariti. in fine. ff. de adult. natura enim aduersatiuæ est repetere qualitates præcedentes
2 † in sequentibus, vt sing. Bal. in l. omnes populi. in repet. nu. 21. ff. de iust. & iure. Cor. consi. 219. col. fi. versic. nam est. volum. 2.
3 † & aduersatiua in iure & in facto aduersatur. Alex. in l. alimenta. num. 9. C. de neg gest. & in l. si filius à patre. ff. de libe. & posthu. nume. 2. & in l. eius. nume. 12. ff. si cert. petat. Abba. in cap. cum super. colu. 2. de re iudi. Bart. in l. amplius. ff. rem ratã hab. & est glos. not. in l. interdum. §. fin. ff. de minor. & l. si cum filius. §. fin. ibi vero. ff. de donat. & Iaso. singu. in l. seruum filij. §. si quis nume. 4. ff. de leg. pri. & l. turpia. §. si pars. nume. 2. ff. eo. titu. & l. si constante. nume. 110. ff. solu. matri. & l. re coniuncti. nume. 40. ff. de l. 3. & in l. si ita scriptum. nume. 4. ff. de lib. & posth. & l. admonendi. num. 6. ff. de iureiur. & l. si fundum §. Stichum, nu. 8. ff. de lega. pri. & l. prima. §. si municipes. num. 3. ff. de acqui. possess. † similiter hæc dictio si, multipliciter in iure exponitur,
4 quandoque ponitur conditionaliter, vt Bart. in l. si ita quis promisit. nume. 1. ff. de verbo. oblig. † quandoque exponitur pro
5 quando, vt Bart. in l. hæc verba. nume. 4. ff. de lega. primo, interdum non facit conditionem † quando adijcitur ei, quod tacitè
6 inerat de necessitate, vt Barto. in l. muto. §. sub conditione. nume. 2. ff. de tutel. † quandoque ponitur pro quia, quando appo
7 nitur orationi, quæ est certa, vel pro certa habetur, vt l. pri. nu. 5. ff. de cond. & demonstra. & ibi Bar. & Socin. interdum impro-
8 priè ponitur pro quanuis † vt Bar. not. in d. l. pri. num. 4. de cõd. & demonstra. & Iaso. fusius in l. 1. ff. de off. eius cui: num. 69. vbi
9 ponit, quot modis dictio si, capiatur, vbi not. † infra, hæc dictio secundum Bar. in l. Gallus. §. idem credendum. nume. 5. de libe. & posth. est omittere aliquid, & assumere aliquid, quod erat in fra. Old. consi. 49. colum. 3. vbi dicit, q dict. infra, includit. Inno. cap. pia. colu. 1. de excep. Bald. consi. 115. nume. 2. volu. 4. Corn. consi. 244. littera l. volum. primo. Ioan. de Ana. in cap. super eo.
10 de vsur. † & ista dictio denotat diminutionem, & imperfectio
11 nem temporis, & ob id dicitur puer, siue pupillus infra † puber tatis annum constitutus, quando adhuc non peruenit ad pubertatem, vt Abba. in cap. ex parte. de restitu. spol. & cap. cum vi
12 rum. de regula. & quandoque excludit dictio infra † vt cum dicitur, quis est infra subdiaconatum, quando adhuc non est promotus ad subdiaconatum, quod facit ad l. nostram, cum dicit Verùm si infra triginta dies pretium non soluerit, à beneficio. iuris congrui excludetur, ad quod vide Cor. d. consi. 244. volu. pri. Ioan. And. in c. præterea. il 2. col. 2. versi. infra de appell. & intellige nisi per statuta aliter prouisum esset, vel saluo iusto im-
13 pedimento, qd facit pro testibus concordandis † nam si vnus testis diceret, actum esse factum infra domum, & alter deponeret esse factum in camera domus, isti de loco nullo modo discordarent. vt Domi. in cap. si annum. §. si verò. de iudic. in 6. &
14 in c. pia. de except. in 6. vbi dilatio assignata alicui infra † x. dies includit diem in qua dilatio assignatur. Not. ibi statutum terminum, q lex ista assignauit, ac limitauit terminum certum, ac
15 præfixum ad soluendum iustum † pretium cum augmento, & melioramenta de iure venientia. prout decens est, aliter excludetur, qd tamẽ fallit in multis casibus. Primò, si ille cui hoc ius
16 cõpetebat erat in captiuitate † Secundò si esset bannitus, uel deportatus. Tertio si esset absens cã reipu. vel in studio, aut in ali-

quo

Source : BIU Cujas

quo officio,vel magistratu extra ciuitatem.4.si ille talis eo tempore erat minor:quia iustum impedimẽtum excusat. l. prima.
17 in fin.C. de annal.excep. 5. si iste talis esset relegatus † ijs enim omnibus supradictis casibus non currit tempus à lege præfixum, nisi à die soluti impedimenti, sed à quo tempore isti 30.
18 dies incipiunt,an à die emptionis † an à die denunciationis,vel à die scientiæ, multi in hoc multa scripsere aliqui tenuere à die scientiæ, nonnulli ab eo tempore quo sibi denunciatum fuit uenditionem factam, quam veram arbitror opinionem: cum quilibet scire præsumitur, quod ad eius domum quam inhabitat est denunciatum.glos.sing. in l.si tutor. ver. ostenderis.C. de per.tutor.& ibi Barto.& Bald.in l.scire.§.oportet. ff. de excus.tut. & in c.quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non contesta.Bald.
19 consi.295.versi.expediti,volu.3. & sola scientia† non sufficit,sed oportet scire & modum & pretium rei venditæ, & lex tradit hanc formam denunciationis, quæ nullo modo omitti potest:
20 cum sit de forma † à lege ordinata, vt patet supra ibi. nisi prius denuncietur illis &c. quæ quidem solemnitas locum non ha-
21 bet in casu necessitatis † quæ legi non subiacet, vt l.j. ff. de offi. cõsul.in verb. expedire, quia etiam ob necessitatem permissum
22 est furari,vt in cap.1.versic.equum suum, de pac.ten. † & pater potest filium suum vendere pro alimentis:vt l.mutus. §. morte. ff.de iure dot.cum multis infinit.Alber.in l.2.C.de pat. qui filius distra.Iaso.& Franc.Curt. in repet.l.admonendi.nu.214.ff.de iureiur.Roman.in l.si verò.§.de viro.fal. 54. ff.solu. matri. Gerard. à Pet.sanct.singu.nume.100. versi.necessitas. similiter impedito iusto impedimento non currit tempus dierum 30. sed quæro de quo impedimento est intelligendum; cum duplex sit impe-
23 dimentum iuris † scilicet & facti, primo casu. Aut impedimentum superuenit ante actionem competentem,aut post, si ante,
24 tunc non valenti agere non currit præscriptio † si verò post, tũc currit præscriptio.Sed datur restitutio in integrum, ut Guiel.de Cun.in l.senatus.ff.de offi.præsid.si verò impedimentum est fa-
25 cti † & tunc in hoc secundo casu si impedimentum est iustum, non currit præscriptio; quia succurrendum est impedito iusto impedimẽto,vt l.Cæsar.ff.de public. l.qui comeatus.ff.de re mil. Bald.consi.57.nume.4. 5. volu. 5. & dixi in capitulo 13. stat.pri. volu.si autem est iniustum,bene currit. Iacob. But. aliter distinguit in d.l.qđ tu vide.Sed quæro non inutiliter,pater vẽdit prædium alicui,illico facta venditione competit ius congrui omnibus descendentibus natis,filius tempore venditionis nõ erat natus.Sed tempore stridationis est procreatus,an beneficium prælationis huic filio nondum nato tempore venditionis, cognito
27 tamen tempore stridationis competat† Dic ꝙ sic:vt in casu prælationis petitæ coram Magnifico D.Pote.portus bufole.in causa Hyeronimi de vanda cum filijs,& hæredibus q.Magda. Puppiæ occasione vnius prati.Quæ sententia lata fuit. per D. Pote. ad fauorẽ dicti Hyeronimi sub die 30. Iunii.1554.& per Clarif. DD. Aud.nouiss. laudata fuit par. in contradictorio auditis sub die. 15.Nouemb. d. Millesimi.ratio fuit iudicio meo: quia per stri-
28 dationem vocatus † & notitia sibi data fuit, quando autem impedimentum facti non impedit tempus currere,vide Iaco.But. in d.l.senatus. Floria.in l.in l. Attilicinus.nume.1.ff.de ser.rusti.p̃-
29 dio.Iaso.in l.non exigimus.§. si quid. nume.2.ff. si quis caut.† & ideo peroptimum est impedito iusto impedimento protestari,& reclamare per interpositam personam, quòd si non facit, sibi præiudicat,prout Iaso.l.qui in aliena.§. Celsus.num.27.ff.de acqui.hæredita.& ibi D.Alexan.& in l.non exigimus.§.quod diximus,num.7.ff. si quis cautionibus Afflict. decis.50. num.3. allega.Ange. consi.140.Alexan. consi. 164. volu.2. & c.cupientes §.quòd si per 20.dies. de elect.in vi.& in c.1.§. si quis. de pac.iur.
30 firma. & iuste impedito non currit † præscriptio secundũ tex. in l.prima.C.de annali except. cum similibus. & Matth. de Afflict.in tracta.de iure prothomis.in §. sed iterum quæritur,num. 16.fol. 46. quòd not.sed dubium est, an impedimentum clare
31 per testes probandum sit† an uerò per iuramentum,tu sup hoc vide singu.Bald. disting.in l.non exigimus. §. si quis tamen. ff. si quis caut.num.1.ubi A.& ibi Alexan. & Iaso. Affli. decis.79.nu. 2.& 29.num.1.& 4. & not. perpetuo. Quæro a quo certo tem-
32 pore incipiant currere illi 30.dies † Responde a die scientiæ:pro ut concludunt Doct.omnes,& præsertim Alexan.consi.24. volu.4.per totum l.prima,in fine.ff.de act. empt.& sic probata scie̅ tia per lapsum 30. dierum agnati & vicini excluduntur a iure
33 congrui † quia qui scit cerciorari aliter non debet, ut & rei demonstratæ adijcitur frustra demonstratio vt l.prima. in fine.ff. de dote prælega.sed in hoc plena scientia requiritur,& quòd fa-
34 cti series non ignoretur,perfectum etiam dicitur,quod † ex omnibus suis partibus constat: ut l.prima. ff. de orig. iur. perfectio
35 enim triplex est † alia quo ad conuentionem, & hoc fit, cum contractus a partibus absoluitur. Ita quòd a partibus non licèt pẽitere, secunda est perfectio quo ad actionem, & obligationem, quę ad se periculum trahit, tertia est quò ad rei executionem, quæ fit per rei traditionem & pretij numera-
36 tionem, & ista cæteris alijs est perfectior † scire enim dicitur, quando series facti optime dignoscitur,& Old. consi.329.dicit, quòd scire est veritatem rei habere.col.2.in prin.& factum dici-
37 tur certum, cuius quidditas, qualitas † & quantitas rei demonstratur, ut puta vendis fundum, hoc quiditas est, qualitas optimum,infra confines,quantitas camporum 100.& hoc nihil est, nisi addatur pretium,& ob id scire hoc factum, necesse est scire omnes eius qualitates, † sed redeundo ad propositum isti.
38 30.dies a quo tempore incipiunt, an a die celebrati contractus, vel a die scientiæ,vel a die notificationis, Dic, ꝙ in Padua, Vtini
39 & territorio a die notificationis & cogniti facti † incipiũt currere illi 30.dies, sic in ista alma ciuitate a die cogniti facti per ministerialem Proprij,ut omnibus notum est,in Tarui.& oppidis Taruisi Diocesis à die primæ stridationis,vel secundæ de capite duorum annorum iuxta ordines prouis.Ducalium,quibus tran
40 factis nullus amplius auditur: quoniam visum fuit † maioribus nostris illis audientiam denegare,qui tanto tempore tacuerunt, ne rerum dominia stent in incerto, vt quilibet certò sciat transactis illis 30. diebus & stridationibus quiete venditionem pro cedere,& emptor ex lege senatus 1550.habere possessionem se
41 curam & quietam † prout pluries in consilijs obtentum & coram Clarijs D. Audito. nouissimis in casibus deforis iudicatum fuit,& si vis excludere lapsis primò 30.diebus necessarium emptorem a beneficio præsentandi super secundis stridis consulo, ut notifices agnato vel confinanti: vt rem redimat infra alios 30.dies, alioquin illum se non admissurum arbitror, prout cõsuluit Roma.in consi.27.in vltimo dubio. Tiraquel.§.1.gloss.
42 10.num.29. qđ semper not. Quæro postmodum, an † bannito carcerato,vel sup triremibus existenti,aut infirmo currat prescr ptio temporis constituti ad petendam præ lationem rei venditæ stante supradicto impedimento, Et omissis Doctorum opinionibus dic, ꝙ aut venditio est facta de bonis existentibus, in Padua,Vtini & territorio,aut de bonis sitis in Tar.& territorio. primo quidem membro dic, quòd factis stridis ac cognitis secundùm modum, & formam a statuto loci introductam nul-
43 lus amplius auditur: quia contra desides † & iuris sui contemptores audientia non præbetur, prout in multis casibus iudicatis ad officium iudic.curiæ Procuratorum, & maxime in causa illorum de Pinzonibus cum certo cerdone Sanctæ Margaritæ de anno 1553.& in multis alijs, quos enarrare longum esset, in secundo verò casu dic. quòd factis primis stridis ob iustum impedimentum ex lege nullatenus excluditur a beneficio iuris cõ grui,sed valens quilibet præsentare super venditione facta ad-
44 mittetur super stridis de capite duorum annorum † stante præ dicto facti impedimento tam ex decreto municipali, quàm ex
45 l.communi: quia succurrendum est impedito iusto † impedimento, ut l.ad commissa.C. de adul.Bal.in l.diffamari. C.de In ge.manu.& l. scire oportet.§. consequens.ff. de excu.tuto.l. Cæsar.ff.de public.& Bal.consi.54.num.4. & 5. volu.quinto, & iustum impedimentum impedit præscriptionem legis currere
46 † secundùm Guilielmum de Cun.in l. senatus. ff. de off.præsid. & in l.prima,in fin. C. de annali excep. & in l.fin. in fine C.de ijs qui a nõ dom. man. ibi,qui in segnitiem suam gesta taciturnita
47 te firmante † damnum sibi debeat imputari: cum sapientibus uisum fuerit ijs audientiã denegandũ,qui tanto tempore tacuerunt,vt l.sicut,& l.si quis emptionis. C.de præscrip.xxx. annorũ. Aufer.in decis.Tholos.quæ.237.incip.quidam Bono.cum alijs: cum taciturnitatis iudicio habet uim consensus c. 2. de accusa. in vi.& tenet Dom. Quæro vlterius, an minor propter ætatem
48 † perdat beneficium prælationis super bonis venditis per suos maiores.Dic quòd non: quia præscriptio statutaria xxx.dierum
49 non currit durante, minori ætate, & iure nostro minor † ætas dicitur vsque ad annos 12. post dictam ætatem dicetur maior: cum fuerint completi anni 12. ut in c.primo,in lib.2.stat. Vene. iure verò communi secus est:nam masculi,& fœminæ iure Lõgobardorum post annos 12. completos ætatis legitimæ esse cẽsentur. Quæro non ab re, si venditor fundi promisit & se obligauit emptori de euictione, & legitima defensione, quocunque modo res euincatur. An si prædium e manibus emptoris per agnatum redimatur,seu recuperetur, uenditor ob rem eui ctã teneatur de euictio. Tu absolute conclude, quòd non stante capitulo 33.libro primo statutorum,ibi.qui promittit textum promissionis obseruare, debet præterquam a propinquo, & lateraneo; ratione ꝓpinquitatis, & lateranitatis,ratio est:quia res vendita non euincitur, per consanguineum, vel vicinum ex natura negocij e manu emptoris.Sed virtute legis ita disponentis rem potius penes consanguineum quàm extraneum remanere,secundùm prouisionem huiusce constitutionis,& quòd vna res vendatur magis vni,quàm alij, non a iure improbatum;immo per plures leges hoc est comprobatum: nam si venduntur bona debitoris, non ne præfertur creditor, vel agnatus alijs extraneis, per text. in l. prima. ff. de priuileg. credit. & similiter in venditione nonne agnatus offerens iustum pretium præfertur extraneo in emendo: ita tenet Lucas de Pen.in l. prima. colu. 1. C.de impo. luc. descriptio. in verò. debiti, lib.x. Ita si ali

quis

quis tenuit rem aliquam ad libellum ſeu in emphyteuſim,& finita eſt, non ne conſanguineus poteſt petere renouationem liuelli, & dominus directi tenetur ſibi potius concedere quàm alteri, qđ ſi nõ facit,poteſt appellari,ſecundùm theoricam Bar. in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quot.& æſtiua.Are. idem in l.1.in fine.ff.de priuileg.credit.Soci.in conſi.99.colu. penult.in primo volu. & ſimiliter colonus partiarius nonne tenetur vendere partem ſuam fructuum potius domino quàm extraneo: vt tenet Bart.in l.1.in fi. C. de metalla. lib.x.& ideo ſi prohibetur alienatio contemplatione certæ perſonæ, vicini & agnati admittuntur ad reuocandum alienationem,prout uoluit Abba. in conſi. 63.col.2.volu.1.& ſic prohibita alienatione contemplatione vicinorum, ergo ipſi reuocant a quocunque, per doct. Bart.in l. quotiens.C.de fideicom. & l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.Soc. ſingu. in conſi.84.col.4.in fine,primo volu. & idem ſi conductor antiquus offert tantum pretij,quantum nouus, nonne antiquus p̃fertur nouo:vt l.congrui.C.de loc.præd.ciuil.lib.11.Neap.in deciſi.238.incip.dixit,& ita tenet Paul.de Caſt.conſ.4.volu.primo, vbi clare tenet,q̃ in rebus eccleſiæ non poteſt expelli primus ꝙductor per ſecundum, idem in conſi.32. in eod. primo volum. Roma.conſi.22.col.penul.& ita iudicari feci in cauſa hæredum quondam Franciſci Coſmæ Barberij cum hoſpitale Tar.de anno 1539.7.Auguſti par.audit in cauſa appellationis ad fauorem præfatorum hæredum cum oblatione dandi, quantum nouus cõductor offerebat,& ſic obtinui, qđ not.& licèt (ad materiam propoſitæ quæſtionis redeundo)quidam Docto.ſummę auctoritenuerit,q̃ ſi quis promiſerit de euictione quomodocunque res euinceretur,teneri illum, & ea aliàs ex natura contractus nõ comprehendatur,per gloſſ.not.in l.cum pœna.ff.de arbit.in uerſi.necne,& ibi Flor.Bal.& Alex.conſi.4.colu.1.verſi. & per hoc. volu.3.& conſi.102.col.2. volu.vi.Barba.conſi.12.col.8. volum. primo.Gozadi,conſi. 14.col.penulti.num.22.& conſi.63. col.2. nu.3.& conſi.83.colu.5.qđ not.ſed non recedas a communi: qa venditor non tenetur de futuris caſibus poſt contractam emptionem, ſecundùm Bal.in conſi.460. incip.factum tale eſt, nu. 4.volu.4.ratio eſt: quia euictio ſumens cauſam a nouis legibus, diſponentibus circa deciſoria vltra vel contra commune non pertinet ad venditoris detrimentum,ſecundùm tex.in l.Lucius. ff. de euict. & maxime quia emptor nullum ſentit detrimentũ vel damnum: quia conſequitur capitale,acceſſiones, & omnia alia melioramẽta de iure obueniẽtia,qđ not. & tene menti Minor † ætas intelligitur vſque ad annos 25.vt in l.fi. C. de ijs qui. ven.ætat.impe.Bal.in conſi.480.in princip.vol.5.Cor.conſi.108. in princip.in volu.3. & dubitatur a Doctoribus, an præſcriptio ſtatutaria currat contra minorem † & D.Iaſo.in l.ait prætor.§.ſi minor.ff.de iure iur. & canoni. in capit. conſtitutus, extra de in integ.reſt. tenent quòd ſic, ſed datur in integrũ reſtitutio, qua non impetrata † minor non poteſt agere reſciſſoria actione,& oportet q̃ minor ſit leſus vel ſui facilitate, vel dolo aduerſarij, vt Cor.in conſi 135.in col.2.vol.2.Bal.conſi.71.volu.4.num.2.& conſi.96.num.2.volu.quinto.Quero etiam† ſi eſt datus fundus, vel prædium alicui in dotem extimatus ea extimatione, quæ facit emptionem, an ius prothomiſeos. i. congrui locum habere poſſit.Reſponde abſolute q̃ ſic, ratio videtur: quia contractus venditionis dicitur abſolutus, quaſi q̃ res ſit vendita marito†& pretium vxori datum,ut Bal.in l.in rebus. C. de iure dot.& nota ſemper q̃ res in dotem data prꝛuia†extimatione non dicitur dotalis:ut Doct.in l. extimatis.ff.ſolu.matri.Bal.in in l.prima. C. de iure dot.& in l.ex conuentione. C.de pact.& ibi. Alex.Iaſo.Alb. & Decius, vbi dicunt, q̃ in dubio extimatio rei in dotem datæ † facit emptionem, vt eſt tex.in l. quotiens. & l.cum dotem, de iure dot. Alexan.conſi.78.volu.5.Cor.conſi.primo.num.3.volu. 2.alleg.tex.in l.vnica.§.extimatarum. C.de rei vxo.act. Mar. Soc. conſi.8.col.penul.Aret.conſi. 160.col.8.Soc.in conſi. 289. & in conſ.56.& 93.col.4.quæ concluſio procedit in dubio,ſecus verò quaudo extimatio eſt facta ad cognoſcendum valorem rei in dotem datæ † quia tunc fit ad finem conſpiciendi, ſi res eſt deteriorata:vt concludunt Doct.omnes in d.l. ex conuentione C.de pact.& Cor.conſi. primo,& conſi.15.in volu.2.& Imol. in rep.c.cum contingat.col.39.extra de iure iur. & in l.plerumque.ff. de iure dot. & Cor.conſi.172.col.2. in fin.vol.primo.ſi verò fundus eſt dotalis in in dotem datus, ſit & eſſe debet liber mulieris, nec poteſt vendi: & ſoluto matrimonio.nunquã accipi poteſt per maritum vel propinquos mariti pro aliquibus denarijs dandis mulieri: prout eſt Taruiſij conſil.d.c.cap. 22.in vi.ſecus in hac ciuitate, vt late infra dicam.Subſequenter quæro, an filius patre viuente poſſit obtinere & conſequi beneficium prælationis, communis opinio eſt,quòd poſſit,vt Doct.in titulo de iure prothom.alleg.capitulum conſtitutus. de in integ.reſti.Soci. conſi.248.colu.vlt.volu.2. & conſi.266. col.16.eod.vol.Bal.conſi.276. in fin.volu.5. & 315.eod.vol.& idem Bal.in c.1.§.vlt.in fine,quæ fuit prima cauſa benefi.amit. Iaſo.ꝙſi.56.col.3.verſi.ſed præmiſſis non oſtant. vol.3. Franc. Cur,ſenior conſ.83.ſed dubitatio inſurgit.† An filio nondum natо ſuper alienationibus poſſeſſionum per patrem factis ante natiuitatem ipſius ius congrui ſibi competat. Tu dic quòd non: quia filij antequam naſcantur, nullum ius habent in bonis paternis: ſed poſt conceptionem, & eorum natiuitatem debent ex omni iure omnibus alijs extraneis præferri, ſi tantum offerunt,quantum ab alijs reperitur,& ob id natiuitate filij illico ipſe ius habet in bonis patris, † immo cum ſit vna & eadem perſona & caro, continuatur dominium patris in filiũ vt l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.immo eſt portio viſcerum ac corporis paterni ſecundùm tex.in l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſ.lib.11. Adeo quòd antequam ipſe naſcatur, nullum ius habet in bonis per patrem venditis,cum ſit extra illius poteſtatem † ſed a die ſuæ conceptionis, & natiuitatis hoc prælationis beneficium aſſequitur, cum ſit beneficium mere perſonale,vt ſupra dixi, a legibus introductum ratione ſanguinis,& q̃ ſit conſanguineus venditoris, quæ qualitas neceſſariò adeſſe debet tempore vẽditionis ſecundùm Decium conſi.222. col.prima. Cor.conſi.151. col.prima,ibi ſtatutum erat.vol.3. ſecundùm Matth. de Afflict.in tracta.de iure prothom.num. 43.fol.34. ergo ante quam ipſe naſcatur, in bonis per patrem venditis nullum prorſus ius ipſi filio nondum nato competere poteſt; cum ſit ius contempetens perſonæ quò ad bona paterna redimẽda: Accedat vlterius, q̃ notificatio, ſeu denuntiatio † ſit & fieri debet agnatis & vicinis, ſed filio nondum nato nulla fieri poteſt notificatio, ergo ius congrui ſibi nondũ nato tempore venditionis competere poteſt,prout pluries obtinui ad diuerſas curias, & maximæ in caſu ſequuto ad curiã procurat.inter Antonium Brugnera & Ioan.Camola ſub die 17.Febr.1558.de quo amota fuit ſuſpenſio per DD. Aud.vet. ſub die 15.Maij 1559.par. auditis, & pluries iudicatum fuit p̃ DD. Rectores de extra, & ſi non nati ad rem venditam redimendam admiſſi fuerint, dictorum ſentẽtiæ per conſilia inciſæ fuere, prout aliàs iudicatum fuit † per ſp. D. Vicarium M. D.Locumtenentis patriæ ad fauorem D. Ioan.Franciſ. Partiſtagno, ſub die 19. Ianua.1552. qua pronunciatum fuit d. Io. Franciſ.filiiq.D.Auguſtini venditoris certarum terrarum prę ferandum eſſe Ser Ioanni, & Domenico ad Zampis: & vel ut in ea,quam quidem ſententiam Clariſ. DD.Aud,no.ad appellationem illorum de Zampis vigore legum remiſerunt cauſam Colleg.de XII.ſub die 4.Aprilis 1552.qui nanque ſapientes ad d. Colleg.ambarum partium iuribus optime intellectis & diſcuſſis d. ſententiam inciderunt ſub die 14. Ianua.1552. more patrio, & more imperij 1553. Sed quid in non nato, ſed bene concepto tempore venditionis. Tu dic, quòd ſibi bene competit beneficium ex hoc iure; cum de eius commodo agatur ſecundùm opinionem Tiraquel. in 1.§. gloſſ.9. num. 77.& 78.de vtroque retract.& in hac materia D.Decius in cõſi.222.incip.uiſo puncto,col.prima, quod nota,& obſerua: ꝙput in caſu ſequuto ad Curiam Procuratorum ad fauorem Saluatoris de Ferrarijs nomine D.Angelicæ vxoris ſuæ filiæ q.D. Franciſci de Liberalibus de Opitergio ſuper campis octo uenditis nob.D.Marco Iuſtiniano ſub die 16.Decemb.1550.& in caſu D.Alex.de Florite quon. D. Iacobi, & Pompei de Girardis deciſo per ſp.D. Locumtenentem Vtini ad fauorem præfati D.Alexan.ſub die 14.Nouemb.1519.laudato & approbato par.auditis cum eorum aduocatis in conſilio olim bladorum ſub die 6.Nouemb.1539. ad nomen D.Hiero. de & in caſu filiorum.q. D. Leonardi Pigocio de Opitergio cum D.Bernar. Morauio nepote Reuerendi Plebani. S. Pantaleonis ſequuto Opitergij & inc. in Excellentiſ.conſi. XL. no. ad fauorem.D. Ber.Morauio ſub die.nec non in caſu ſequuto ad curiam Procuratorum ad fauorem ſp. D.Vincentij Ritio ſecr. Illuſtriſſi. con.X.& contra Hieroni.filium D. Aloi. Triuiſano nondum natum tempore vẽditionis ſub die 14.Ottobris.1558.Sed maior dubitatio inſurgit,an mortuo patre,cuius ipſe filius eſt hæres,poſſit habere beneficium prælationis. Prima facie videtur dicendum,q̃ non,ex quo hæres & defunctus eſt vna,& eadem perſona,vt in Auct.de iureiur.a mort. præſt.poſt principium, ergo propter identitatem perſonæ ſecundò hæres nullo modo poteſt uenire contra factum defuncti. l. cum a matre C.de rei vendica.& l.ſi ab eo.C. de neg geſt.l.ſucceſſiones. C.de ſolutionibus, & l.ſi fundum. & l.venditrici. C. de reb.alien.non alien. quæ lex multum facit ad propoſitum, venditrici ſuccedenti poſt perfectam recte venditionem reſcindere ac dominium reuocare non licèt, ſed ſi ex perſona ſua vendicet,quanti ſua intereſt, experire poteſt. tertio hæres non poteſt eſſe melioris conditionis quàm defunctus l. in omnibus officijs.§.nõ debeo.ff.de regul. iur.& l. hæredem. ff. eod. titu. Ibi hæredem eiuſdem poteſtatis,iurisque eſſe,cuius fuit defunctus, conſtat, factum enim hæredis cẽſetur factum defuncti, & e conuerſo, ſecundùm Angel. conſi.185.Alexan. conſi.18.col.vlt. volu.5. Anch.conſi.26. ad fin. Decius conſi 247. verſi.his tamen non obſtant.colum.prima.Veritas tamen eſt in contrarium:quoniã ius prælationis, ſeu congrui obtinet filius ex perſona ſua ꝙpria, & non

Source : BIU Cujas

& non patris, vel tanquam patris hæres, sed bene tanquam proximior agnatus, prout supra dictum fuit, & in c. constitutus, de
63 in integ. restit. ibi quō. † illorum pater, ea enim dictio. quod denotat qualitatem cui adiungitur aliàs fuisse, & nunc amplius non esse secundùm Saly. & Roma. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul. Raph. Cu. consil. 43. circa medium, & ꝑsi. 71. Imol. consi. 110. Alexan. consi. 14. col. 3. volu. 6. Card. Flor. in c. fin. de test. lo. cogen. Bal. consi. 407. colu. 3. versi. tangitur, volu. 1. Cuma. d. consi. 43. & consi. 71. & Bal. consi. 164. col. 1. volu. 4. Imol. consil. 110. an fin. Alexan. in c. ex tenore. primo not. qui fil. sint leg. Quæro si possessio, vel domus fuit vendita pro duca. mille, & si quid plus valet, emptori venditor donauit, agnatus vel lateraneus vult ex iure congrui rem redimere infra tempora a lege p̄fixa, opponitur de eo pluri, quod res valet, an is talis sit auditus.
64 † Tu dic, quòd sic, non obstante tali donatione: quia in hoc iure prothomiseos non exbursatur nisi pretium, quo res ipsa vendita fuit, ratio est: quia quando in contractu venditionis addijcitur donatio, talis adiectio nil operatur, ex quo videtur apposita in fraudem, & fraudibus semper est obuiandum. Cor. consi. 29.
65 col. vlt. volu. 3. & quando fit mixtura contrariorum † fraus semper præsumitur; prout supra dixi de clausulis insolitis, secundū Doct. in l. 2. C. de rescind. vendit. & ita Guiel. de Cun. in l. si tibi decem. ff. de pact. venit in hanc opinionem, & faciunt argumento, ea quæ dicit Bar. in l. si stipulatus. ff. de fideiussoribus, quòd victus victori non soluit salarium aduocato, quem ipse gratis
66 habuit, & not. quòd fraus † multis modis fieri potest not. singu. Bal. in l. non dubium. C. de legibus. Ioan. And. in c. ad nostram. extra de empt. & vendit. Bal. in l. 2. C. de repud. hæredit. & in l. emptione. C. plus valere quod agitur, quā quod simul, concip. & in c. primo, de feud. dato in ui. l. commis. Idem in l. fraus. ff. de legibus, & in l. etiam. col. 2. C. de execut. rei iudicat. Bar. in l. post contractum. num. 4. ff. de donat. ubi dicit, quòd si donator repe-
67 riatur in possessione bonorū donatorum † fraus præsumitur, & similiter quando post alienationem factam res manet apud alienantem, fraus & dolus præsumitur, secundùm Bar. in l. sicut §. superuacuum. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluitur. Bal. in consi. 70. col. 2. versi. super secundo, num. 4 volu. 1. & Ange. consi. 48. & Barba. in c. illo vos. de pignor. col. 2. & idem ꝙ clam. & secreto fit suspectum videtur, ut Bal. in l. ab Anastasio. in versi. non occulte. v. not. C. mandat. Alber. in l. omnes. §. Lucius. ff. q̄ in fraud. credit. Ange. consi. 390. col. 2. Anch. consi. 48. col. 2. Roma. consi. 34. col. 2. versi. tertio. Barba. consi. 14. col. 2. volu. 2. Decius consi. 235. col. 2. versi. 4. est præsumptio, & similiter confessio viri de dote numerata non ob aliud quandoque fit, quam ob fraudis suspitionem, ut singu. tradit Bald. consi. 251. col. vol. 3. Bar. in l. assiduis. col. vlti. C. qui pot. in pigno. habeantur. Raph. Cum. consi. 31. in secundo dubio, Fulg. consi. 233. col. 1. & in ꝑsi. 105. Alexand. consi. 123. col. 2. vol. vi. Guido Papa singu. 589. versi. utrum. Bal. consi. 352. colu. volu. 3. Feder. de Sen. consi. 54.
68 incip. eodem modo. in fine. Quæro insuper † an ius congrui possit habere locum super inuiamentis apothecarum. Videtur prima facie dicendum quòd non, cum ius illud sit incertum; & ius prothomiseos datur super re certa, & non super incerto, quemadmodum non habet locum in seruitutibus & iuribus incorporalibus, secundùm Iaso. in consi. 194. circa medium volu. 2. vbi tenet, ꝙ proximus possit redimere rem immobilam oblato pretio, non tamen locum habet in seruitutibus. Lapus alleg. 91. imprimis videndum, ad fin. Alexan. consi. 52. col. vlti. versi. & ea. quæ non sunt, vol. primo, & similiter ex hoc iure agitur contra possessores, & emptores: cum ius prothomiseos sit in rem scri-
69 ptum, & semper † afficit possessorem fundi, nec datur super rebus mobilibus, vel iuribus incorporalibus, prout supra dixi, sed ex vsu fori nostri, ac diuturna consuetudine fori hactenus obseruata super dictis inuiamentis iuris congrui semper locum obtinuit, prout in multis casibus iudicatum fuit, & præsertim in ca-
70 su Matthei Furnareti † qui habita notitia de certa venditione facta per Michaelem, & Antoniū fratres, filios. q. Iacobi piscatoris, Ser Ioanni de Mognis mercatori sargiarum de contrata & confinio Sancti Iuliani Venetia. super medietate vnius quarti inuiamenti furni existentibus in confinio Sacti Martini pretio duca. 80. prælationem obtinuit ad curiam Examinatorum sub die 16. Decembris. 1550. partibus in contradictorio auditis, &
71 hoc iure laternitatis: nec non in alio casu † cuiusdam D. Mariæ de Monthona, quæ iure sanguinis ad eandem curiam prælationem consequuta fuit super alienatione inuiamenti pistoriæ. S. Felicis facta per dominaam Vrsiam matrem prafatæ D. Mariæ Ser Nicolao; ac Ioanni Georgio pretio ducatorum 1200. ut in instrumento anni. 1544. primo Nouēbris, & sic de anno. 1549. 15. Ianuarij in casu prædicto ius congrui locum habuit, & in casu nob. D. Hieronimi Grimani sequuto ad Curiam for. quo de anno 1550. d. iudices ad fauorem aromatarij ad insigne ducis firmum tenentes tenuerunt contra cognitum euacuando cognitum præfati D. Hieronimi, quem nota, & obserua, & in multis alijs, quos longum esse referre sed tu, si uis scire, stude, & inuigila. Nisi forte aliquis eorum fuerit in captiuitate, vel fuerit deportatur, vel in exilium missus, vel fuerit absens causa
72 reip. † vel ex propria sua causa sine dolo ac fraude. Aut si fuerit minor 25. annis, & licèt fuerint isti absentes ex iusta causa. Tamen tutores, vel curatores eorum, vel procuratores, vel defensores infra quatuor menses uenire debent, & soluere pretium, & necessitas impensas, & accipere ius prothomiseos, & extraneos emptores repellere. Not. primò, quòd hæc dictio nisi, interdum stat expositiue, vt l. 3. §. si cum plures. ff. de lib. & posth. quandoque exceptiue, ut l. 1. de reg. iur. in vi. secūdùm Arch. sed tu dic, quòd si hæc dictio apponitur orationi affirmatiuæ. tunc excipit, siue negat, ut hic, si autem apponitur orationi negatiuæ, tunc ponit, seu affirmat, ut l. actione. C. de transact. quandoque priuat, ut in regula peccatum non dimittitur nisi rest. & ibi Docto. Bal. consi. 428. num. 3. volu. primo. aliquando ponitur asser tiue, ut l. fidei. circa §. si rem tuam. ff. de leg. 3. Sed in hoc loco stat exceptiue, dum dicit, ꝙ coniuncti, quibus fuerat denunciatum, si non soluerint iustum pretium infra 30. dies, excludunt, nisi quisque eorum, de hoc vide Cor. consi. 3. in prima. colu. in consi. 193. & consi. 261. col. 15. volu. 4. Secundò not. ꝙ iustum
73 impedimentum omnes excusat † ut supra dixi, & late Bal. in l. fin C. de adult. nec interim impedito currit tempus, sed impediti tenētur protestari de tali eorum impedimento, ut concludūt omnes Doct. in l 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. & glo. in l. fi. C. de temp. appellat. Bal. in l. properandum. §. finautem. C. de iudi. Alexan. consi. 49. volum. 2. Neapo. in decis. 50. num. 4. Feli. & Deci. in c. ex ratione. col. vi. de appellat. Iaso. sing. in l. de pupillo §. si quis. num. 2. ff. de no. oper. nun. & l. qui aliena. §. Celsus. nume. 27. ff. de acqui. hæredit. & Affl. decis. num. 29. & similiter necessitas excusat: quia in omni dispositione legali videtur exce-
74 ptuata necessitas † quia (ut prædixi) legi necessitas non est subiecta. gloss. not. in l. 1. in uersi. expedire. de off. consu. ff. & c. 4. de consuetu. & c. 1. in prin. qualiter olim feudum alien. po. ex necessitate impune potest quis furari. c. discipulos domini. & ibi bona gloss. de consē. dist. vlt. & de consē. distinct. v. c. quidquid enim. & multa de necessitate collegit Alber. in l. 2. C. de pat. qui f. distraxerit. Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. fal. 54. ff. sol. matri. tenet & Pet. Gera. sing. 100. & in c. 1. in uers. equum suū, de pace tene. Ias. in l. si ex toto. §. si quis. nu. 16. ff. de leg. pri. & l. Macellus §. res quæ. num. 3. ff. ad Trebel. vbi dicit, ꝙ si est magna neces-
75 sitas, vasallus tenetur subuenire domino cum pecunia † alleg. Iacob. Ard. in summa feud. in titulo quomodo nega. perda. feud. §. Item quæritur. uer. item quæro, necessitas famis facit licitū
76 † quod aliàs est illicitum c. mutationes. 7. q. pri. Iaso. in l. 1. num. 75. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & in necessitatibus cibaria
77 debent esse † communia: vt gloss. not. in l. 2. §. cum in eadem naui. in fine. ff. ad l. rodiam de iactu & c. pasce. distin. 86. & glo. in uersi. famæ, de consec. distin. v. c. discipulos, & similiter necessitas veniēs sine culpa excusat a periurio: si in tpe permisso nō potest satisfacere, ut c. breui & c. q̄relam. de iureiur. Bal. in c. 1. de
78 nou. for fidelit. bona subiecta fideicommisso † ex necessitate famis possunt alienari, & pro alimētis & medelis l. mutus. §. morte, ff. de iure dot. Ias. in d. §. res quę in princ. num. 3. ff. ad Trebell. & l. alienationes. ff. famil. er. Item in magna necessitate pater potest filium uendere, & alienare l. 2. C. de pat. qui fili. distr. & res ecclesiæ ob necessitatis causam possunt alienari in consul-
79 to summo Pontifice † in tempore necessitatis glo. est singu. in c. verum. in fi. de cond. appolit. Panor. inc. fin. de relig. dom. Ioan. And. in add. ad Specu. in titulo de reb. ecclesiæ non alien.
80 & in casu necessitatis licitum est laycis confiteri peccata † alteri layco. gloss. sing. & ibi Abba. in c. pastoralis. de off. ordin.
81 ver. præterquam. & quia in casu necessitatis † receditur etiā à regulis iuris, ut in c. quanto. de consuetud. in gloss. prima c. veniens. de transact. Luc. de Pen. in l. 1. colu. 2. C. de delat. libr. 10. Quintalianus declam. 260. contra iustitiam necessitas valet: quia parendū est necessitati secundùm Tul. officiorum libr. 2. immo. licet layco conferre & administrare sacramenta eccle-
82 siæ alteri layco tempore necessitatis † ut d. c. quāto. & ibi Abb. sed quæ dicatur necessitas, & quis dicatur casus necessitatis, vide Abba. in consi. 17. col. 2. Affli. decis. 80. num. 4. Bal. in auth. nisi regnati. num. 4. C. ad Trebell. & hinc uenit, ꝙ prætextu necessitatis ecclesia, vel hospitale potest alienare & bona sibi re-
83 licta † pacto ne alienentur. ita Bald. in auctentic. hoc ius porrectum. nu. 14. C. de sacrosanctis eccles. prohibitum est enim ec clesiasticis personis bellare 23. q. 8. c. his a quibus, & 23. q. 1. c.
84 noli existimare, tamen in casu † necessitatis ineuitabilis potest, ut in c. 1. de homicid. in clem. Bal. sing. in consi. 439. in princip. volu. 5. pariterque instante necessitate licet inire bellum in die
85 bus quadragesimalibus † pro defensione bonorū suorū ac patriæ, seu legum paternarū, vt 23. q. 8. c. si nulla, & ideo p̄textu ne
86 cessitatis statutū seu deliberatio durat † eatenus quatenus urget necessitas, ut sing. Alex. & Decius in l. quecunq;. n. 78. ff. de offi. eius cui, alleg. Bar. in l. 1. §. nunciatio, col. 3. ff. de no. oper. nū
87 cia. & similiter necessitas facit ius separabile † quod consueuit esse

Source : BIU Cujas

Iacobi Nouelli. De iure Prothomiseos.

esse inseparabile a persona alicuius, ut Alex.not.in l. pro hæ-
rede.§.si quid tamen.ff.de acqui.hæred nume.7.& & ideo tempo
re necessitatis multa conceduntur, quæ aliàs non concederen-
tur,& ideo necessitas facit aliquid probabile, quod aliàs non es-
88 set.c.quod non est.de reg.iur.iuribus prædictis † & sic non est in
conueniens si durante impedimẽto,vel necessitate prædicta 30.
89 illi dies currere nullo modo debent † quod tamen intellige,vt p
me supradictum fuit,sed q̃ de impedimento clare appareat vel
per testes aut per iuramẽtum,ut Bar.Iaso.& Doct.in l.2. §.quod
dicimus.ff.si quis caut.& non aliter,vt Afflict. decis. 50.nume.4.
& decis.29.num.4.& licèt principales agnati, socij, vel vicini sint
absentes & impediti ex iusta causa. Attamen tutores, procurato
res,& eorum legitimi agentes possunt infra 4. menses compare
90 re † ac soluere pretium & impensas & repellere extraneum em
ptorem,quod secus est ex forma statutorum Paduæ ad car.39.
& prouis.duca.Tar.ad car.158.Quod vide & nota. Modò viden
dum supereſt,si domus,pro qua contenditur ad curiam Exami
natorum occasione intentatæ prælationis comburatur, agna-
tus,uel collateralis an ad integrum pretium tenebitur, vel pro
rata tantum eius rei quæ supersit. Tu absolute sine aliqua dubi-
tatione conclude pretium domus exustæ minui pro parte,arbi
91 trio boni viri,frætus † authoritate text.in l.domum.ff.de cõtrah.
empt.quæ loquitur de domo vendita exusta, cuius pars incen-
dio consumpta erat,ob idq̃ æstimatione boni viri habita,qđ
ex pretio propter incendium decrescere fuerit inuentũ ab eius
prestatione emptorem esse liberandum, prout in simili, si agri
portio casmate perierit,debere eum,qui in publicis tabulis mo-
dum detulerit per censitorem releuari,vt in l.forma.§.1. ff.de cẽ-
sibus, & quod not. legitur in l. ij. C.de alluui.vbi dicitur tributũ
minui pro parte rei extinctæ: sed facit id quod scribitur in l.licèt
92 certis.& l.excepto.C.locati. vbi remittitur pensio domus † pro
rata periculi siue calamitatis rei locatæ: cum itaque in casibus
præmissis pretium rei combustæ pro rata debeatur. Ita in casu
propositæ difficultatis domo exusta pretium non in totum sed
pro rata exoluetur iuribus prædictis, secundùm Ferr. in suo
tracta.consuet.Burdeg.§.15.& nota & tene menti, quia seruiet
ad multa.

SVMMARIVM.

1 *Omnis regula,quæ suas habet fallentias,à iure summitur.*
2 *Ad beneficium iuris congrui qui sint inhabiles.*
3 *Verbum licet,an semper se referat ad æquitatem.*
4 *Verbum licitum,an importat idem quod arbitrium boni viri.*
5 *Dictio autem,an contrariatur iis,quæ sunt eiusdem generis.*
6 *Dictio aut,an constituat duos reos insolidum.*
7 *Dictio autem,ponitur inceptiue aliquando aduersatiue quandoq; correctiue.*
8 *Dictio supra,an constituat sui natura ius in re.*
9 *Legatum factum super domo,vel fundo an videatur obligare fundum.*
10 *Dictio super,differt à dictione supra.*
11 *Dictio omnis,est collectiua,& interdum distributiua.*
12 *Omnia instrumenta mittantur executioni, an locum habet in liquidis.*
13 *Terminus datus ad probandum per omne genus probationis, an excludat omnem probationem.*
14 *Testes si deponant omnes interfuisse,& vnus deficiat, an instrumentum corruere dicatur.*
15 *Totum qui dicit,an aliquid excludere videatur.*
16 *Ius prothomiseos sicut ex lege acquiritur, ita etiam amittitur.*
17 *Donatio an propter inimicitias inter donantem & donatarium reuocetur.*
18 *Vicinus,an sit dare casum in quo possit amittere beneficium iuris congrui.*
19 *Vicinus ex omni verberatione iniuriose facta perdit beneficium iuris prothomiseos.* 20.
21 *Iniuria reputatur atrox ex aspectu per iudicem.*
22 *Comes si ædificauit monasterium, an propter ingratitudinem Monachorum possit Monasterium destruere.*
23 *Vasallus si dominum cum potest, non defendit, propter ingratitudinem, an feudo priuari potest.*
24 *Ingratus,& omnium ingratissimus quis dicatur.*
25 *Frater an propter ingratitudinem possit filium exhæredare.*
26 *Familiæ appellatione qui comprehendantur.*
27 *Familiares an dicantur,qui in obsequio domini permanent.*
28 *Parentes an possint fundum in extraneos transferre titulo donationis,permutationis,transactionis, uel causa dotis sine prælationis beneficio.*
29 *Fundus extimatus si in dotem traditur, an ius congrui locum habet.*
30 *Fundus extimatus an proprie dotalis dicatur.*
31 *Verbum indulgemus,si cum pretio adiungitur, an proprie contractus uenditionis,quàm gratificationis intelligatur.*
32 *Pretij mentio vbi in contractu fit,an venditionis loco habeatur.*
33 *In contractu dotali in hac ciuitate in proprietatibus ius congrui locum non obtinet.*
34 *Fundi in assecuratione dotis ob vergẽtiam mariti ad inopiam traditi an sint ipsarum proprij.Ita quòd in eis ius congrui locum habere non possit.*
35 *Soluto matrimonio per mortem mariti,& assignatis proprietatibus insolutum vxori,an propinqui mariti possint super eis habere beneficium ex iure prothomiseos.*
36 *Id quod nostrum est,an sine facto nostro à nobis auferri possit.*
37 *In donationibus an ius congrui locum habere possit.*
38 *Dolus & fraus nemini patrocinari debet.*
39 *Fraus & dolus in omni dispositione exceptus intelligitur.*
40 *Fraus quando fieri dicatur de re ad rem,de persona ad personam & de contractu ad contractum,remissiue.*
41 *In permutatione an ius congrui locum habet.*
42 *Id quod statuitur in venditione,idem iudicandum in permutatione.*
43 *In permutatione an locum habet ius prothomiseos.*
44 *Venditionis nomine an comprehendatur permutatio.*
45 *Stante statuto,q̃ de venditione soluatur solidum pro libra,an idem in permutatione solui debeat.*
46 *Venditio,& permutatio an sit contractus nominatus, uel innominatus.*
47 *Prohibita fundi dotalis uenditione,an prohibeatur permutatio.*
48 *Ius congrui an locum habet in donatione & permutatione.*
49 *Emptor & venditor an possit exigere sacramentum in hoc iure.*
50 *Vicini an possint petere iuramentum deferri emptori & venditori de vera quantitate pretij.*
51 *Emptor & venditor si periurauerint,ambo de periurio punientur.*
52 *Emptor si periurauerit,punitur amissione rei ac pretij.*
53 *Periurus ecclesiastica beneficia an retinere licite possit.*
54 *Qui periurium committit,in omnium iniuriam vertitur.*
55 *Censores vrbis Romæ de nulla re diligentius iudicabant, quàm de iureiurando violato.*
56 *Lex vbi viget, opinionum cessat authoritas.*
57 *Lex defert iuramentum parti in defectum testium.*
58 *Iuramentum non est probatio,sed probationis uim obtinet.*
59 *Dictio de,an separationem, vel exclusionem significet.*
60 *Dictio de,an causam proximam uel remotam significet.*
61 *Dictio de,interdum denotat augumentum.*
62 *Qui decedit sine liberis ex se natis, obijt tamen cum nepote,an sine liberis decedere intelligatur.*
63 *Probatio nulla melior,quàm ea quæ fit per euidentiam rei.*
64 *Certior aure arbiter est oculus.*
65 *Probationes multipliciter fieri possunt.*
66 *Probatio ea vera,& propria dicitur,quæ fit per viuam vocem.*
67 *Confines antiqui an probari possunt per testes de auditu.*
68 *Testes deponentes de visu vel auditu debent affirmatiue & non negatiue deponere.*
69 *Probatio,quæ fit per viuam vocem,validior est mortua.*
70 *Probatio plena,an ita requiratur in summarijs, sicut in ordinarijs.*
71 *Iudicium quodlibet debet per duos testes probari.*
72 *Viua vox & scriptura ex vna parte,an prævalet scripturæ tantùm.*
73 *Probatio testium an sit dignior; vel plenior instrumentorum.*
74 *Iudex ex diuersis animi motibus,an deueniat ad finalem animi conceptum.*
75 *Testibus an sit credendum magis pluribus,quàm melioribus.*
76 *Testem vnum bonum melius est habere, quàm centum.*
77 *Verba enunciatiua in instrumentis apposita an probent.*
78 *Verba enunciatiua in pluribus instrumentis antiquis appositа, locum esse de iurisdictione alicuius,an plene probant.*
79 *Fama an plenam faciat probationem.*
80 *Verba narratiua in probandis factis antiquis, an plene probat.*
81 *Confessio facta coram notario & non in figura iudicij an alicui præiudicet.*
82 *Instrumenta,& documenta,quare ita dicantur.*
83 *Publicum ex qua causa ita dicatur.*
84 *Instrumentum an in papiro & tabulis de ligno an scribi possit.*
85 *Stante statuto, quòd de instrumento soluatur gabella, an de appodissa solui liceat.*
86 *Instrumentorum appellatione an testes veniant.*
87 *Libris antiquis si sub publica reperiantur custodia, an fides sit adhibenda.*
88 *Cronicis an fides præstari possit.*
89 *Libris mortuorum an magis credendum sit, quàm viuorum.*
90 *Scripturæ priuatæ sub fide publica existentes & de nullius tractatur præiudicio,an fidem faciant & probent.*
91 *Scripturis priuatis tribus concurrentibus fides an sit adhibenda.*
92 *Collectarum solutio an per testes vel libros probanda sit.*
93 *Collectarum solutio an per exactores in scriptis redigenda sit.*
94 *Litteris scriptis in marmore an credendum sit.* 95.
96 *Fama in factis antiquis an credulitatem inducat.*
97 *Confines loci an probent dominia rerum.*
98 *Fama an sit species veræ probationis.*
99 *Mors hominum an per famam probari possit.*
100 *Dictio supra,& superius,an denotat contingentiam actus.*
101 *Testator si legat alicui x. annuatim super tali fundo, an fundus censetur obligatus.*
102 *Dictio supra & vltra, an faciant includere ea ad quæ referuntur.*
103 *Obligatio facta super tali libro an censeatur obligare librum.*
104 *Dictio suprascripta,an semper referatur ad proxima.*
105 *Dictio nunc,an denotat temporis præsentiam.*
106 *Dictio tunc,an denotat temporis extremitatem.*
107 *Dictio ex nunc prout ex tunc,quid significat,remissiue.*
108 *Dictio ex tunc,an designat tempus extremum.*
109 *Verbum restat,an referatur ad plenariam restitutionem.*
110 *Princeps,& senatus an possit famam restituere.*
111 *Ciuitas Venetiarum nunquam recognouit superiorem.*

112 *Iuramen-*

Source : BIU Cujas

112 *Iuramentorum species plures sunt.*
113 *Iuramentum promissorium an super futuro semper fit.*
114 *Iuramentum an possit hominis conditionem infamare.*
115 *Iuramenti multæ sunt species.* 112.
116 *Iuramentum voluntarium quare ita dicatur.*
117 *Iuramentum necessarium an possit recusari.*
118 *Iuramentum iudiciale quare ita appellatur.*
119 *Iuramentum à iudice parti delatum, an recusari possit.*
120 *Testes insimul concordantes, sententia ferri potest, quoniam recte probant.*
121 *Iuramentum in supplementum probationis deferri potest, si res modica est.*
122 *Iuramentum in causa ciuili an in supplementum probationis deferri potest.*
123 *Sex copulatiue requiruntur, quando iuramentum petenti defertur.*
124 *Iurameutum in supplementum probationis ante conclusionem in cã petitur.*
125 *Iuramentum pro retractanda sententia non admittitur in defectum semiplenæ probationis.*
126 *Dictio vniuersalis recipit restrictionem de habilitate.*
127 *Donatio omnium bonorum suorum mobilium actiones non includit.*
128 *Dictio vnusquisque, recipit intelligentiam de habilitate personæ.*
129 *Statuta disponentia, quòd instrumenta executioni mittantur, intelligitur de liquidis.*
130 *Instrumenta liberationis seu quietationis an extendantur ad incognita.*
131 *Dictio generalis, seu vniuersalis dupliciter intelligitur.*
132 *Verba generalia seu vniuersalia quid important, quando proferuntur à lege, uel ab homine.*

§. QVINTVS.

LIcèt autem Supra dixerimus, quòd omnes vocantur ad ius prothomiseos, tamen si probatũ fuerit, quòd atroces iniurias vel manus impias ex proposito venditori, vel eius familiæ intulerint, vel ipsius substantiæ grauem iacturam moliti fuerint, vel contra eius vitam nixi sint, vel etiam pecuniale dãnum dederint, omnes isti nullo modo sine voluntate venditoris ad ius prothomiseos veniant, communi sententia dici solet, quòd omnis regula, quæ a iure sumitur, suas habet fallentias
1 † vt Deci. in rubrica de regu. iur. & licèt dicatur in iure, quòd omnes tam de iure diuino quàm ex cõstitutionibus locorum uocentur ad beneficiũ iuris congrui, attamen quidam sunt in-
2 digni † & inhabiles ex causis prædictis, ut veniant ad hoc beneficium, ut infra dicetur Primò not. quòd hæc dictio licet, seu
3 verbum licet † se refert ad quandam æquitatem, quæ est iustitia temperata nectare æquitatis, ut voluit Iaso. in l. si sic legatum. nu
4 me. 15. ff. de leg. primo, & licitum importat † idem quòd arbitrium boni viri, vt Iaso. ibi. num. 14. & 15. & licere nemini debet per aliud, quod non licet per seipsum; vt l. 2. §. 1. ff. de adm. rer. ad ciuit. pertin. & l. filium. ad Maced. & l. si per impressionem. C. qđ met causa. & quod non licet specie, nec licere debet in genere secundùm Bal. consi. 335. nume. 5. volu. primo. & l. omnes. C. de
5 præscrip. annorum 30. not. dictio autem, est aduersatiua † & ꝯtrariatur ijs, quæ sunt eiusdem generis, vt Bartho. *in l. mariti.* §. fin. ff. de adult. & interdum ponitur dictio autem, pro certe, vt Bar. in l. non tantùm. §. si duos. nume. 2. ff. de bon. poss. contra ta
6 bu. & similiter dictio aut, constituit † duos reos insolidum, vt quando promittitur dare Titio, aut Sempronio, vt Bar. in auth. si quando. C. de consti. pecu. & idem in l. 1. num. 1. ff. de req reis,
7 & quandoque ista dict. autem, ponitur inceptiue † interdum restrictiue, quandoque aduersatiue, & aliquando correctiue, vt singu. Bar. in *l. hoc amplius.* §. de ijs autem. num. 1. ff. de dam. infect. Iaso. in l. 1. §. vsufructus. num. 7. ff. de no. oper. nun. Bald. in consi. 421. num. 4. vol. 4. vbi dicit, quòd hæc dictio autem, aduersatur præcedentibus, & in hoc omnes conueniunt, quod not. Supra
8 dixerimus, hæc nanque dictio supra † vt attestatur Bald. in cons. 182. nu. 2. volu. 5. natura sua est constituere ius in re, vt not. gloss. in codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. & Bar. in l. fundus. ff. de ann. legat. vbi dicit, quòd si legantur centum annua super illum fun-
9 dum; videtur expresse obligare † fundum, & hoc refert in l. Caius. ff. eod. titulo. immo denotat ipsam rei substantiã, vt not. Iac. But. in l. 1. C. de legat. Rom. sing. 631. & consi. 388. pri. & ꝑ. 508. pri. Alex. in l. rescriptum. §. si pact. ff. de pact. Crem. sing. 46. inci. mutuaui. Iaſ. not. in auth. sacramẽta pube. C. si aduer. uend. n. 26.
10 vbi dicit, quòd dictio supra, differt a dictione † super, nam si vis denotare contiguitatem actus, vel temporis, debes vti dictio ne super, ut sedeo super lapidem, si verò uis significare interuallũ, debes vti hac dictione supra, vt nebula vel auis est supra nos, & non super, & in hoc etiam Paul. de Castr. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact. Ioan. Fab. Institu. de act. in. §. Item seruiana, in vlt. col. Bal. in l. 1. C. communia de legat. num. 6. Cald. in c. 1. de restitu. spoliato. Specul. in titulo de locat. §. nunc. verò. aliqua. uersic. 116. idem Iaso. in l. diuortio. §. quod in anno. num. 8. ff. solu. matrimo. Alexan. consi. 194. col. 3. vol. 2. Ange. consi. 294. col. 3. verò. de secundo ad primum, & l. Seia. verb. supra. ff. de dote prę legat. Tiraquel. §. 1. glo. 12. num. 77. & 78. vbi multa, quòd omnes
11 Not. quod ista dictio † omnis, vniuersalis in singulari est distributiua, & in plurali est collectiua, Bar. in l. hoc articulo. num. 3. ff. de hæredibus institu. & idem in l. Moschis. ff. de iure fisci, Soci. in l. quidam relegatus. §. si tibi. ff. de reb. dub. & requirit concursum omnium, ut Paul. de Castr. consil. 150. incip. in causa quæ vertitur. Bar. in tract. ad reprimendum. in §. omnis, & idem Cast.
12 consi. 357. Incip. viso testimonio. & ideo stante statuto † quòd omnia instrumenta mittãtur executioni, talis generalitas restringitur, & locum habet ad instrumenta liquida tantum, vt Bar. in l. diuus Traianus. ff. de testamen. & in l. nõ ignorat. C. qui accus. poss. vel. non, & in l. prima. §. 1. ff. quod vi, aut clam. Bal. in l. si causam. C. de exce. rei iud. Saly. in l. ita pudor. C. de adult. Bart. Bal. in l. creditores. C. de pigno. act. Castr. consi. 275. incip. visis, Roma. consi. 211. & 261. & consi. 299. prima col. Bald. in l. 1. ff. de leg. 2. plene Marsi. in §. cogniturum. 5. 6. col. ff. de quæstio. & ob id terminus assignatus alicui ad probandum, & probatum habendũ
13 per omne genus probationis † excludit omnem probationem, vt Abba. in c. licèt causam. de probatio & ibi. D. Ioan. Andr. & similiter dictio omnis, non amplectitur exemptos, & ob id si per Illustrissimum Dominium imponetur omnibus collecta, non extenderetur ad exemptos, nisi expresse dicatur: vt singu. Ange. in l. fin. C. sine censu vel reliqui. Cor. consi. 257. incip. uiso. volu. 3 & consil. 271. 1. colu. volu. 4. Barba. in consil. 41. incip. immortalem, in fine 2. col. uol. 4. Alexã. in l. omnes. num. 5. ff. qui satisd. cogantur, vbi dicit, quòd si in instrumento dicatur, omnes inter
14 fuisse, & vnus deficiat, † an instrumentum corruere debeat, & uide etiam ibi. Iaso & ideo, qui totum, & omne dicit, nihil ex-
15 cludit † ut Abba. in c. solitæ. de maior. & obed. l. antepenul. ff. de penu legat. l. a procuratore C. mandati. & l. 3. ff. de offi. præsi. & c. si Romanorum. distinct. 19. Andr. Barba. in c. 1. in versi. in vniuersale omne, de iudęis, Paulus de Castro consi. 388. vol. primo. Barth. in prima constitu. ff. in §. omnem. Bal. in l. in testamento. nu. 12. C. de testamẽ. milit. & vide quæ fusius dixi. Ita quòd omnes uocantur ad beneficium iuris congrui tam ex iure diuino, quàm statutario, prout late supra disputatum fuit, sed perditur
16 ex lege, † sicut etiam acquiritur, propter atrocem iniuriam factam per vicinum venditori, quemadmodum etiam donatio propter atrocem iniuriam factam donatori perditur, vt l. fi. C. de reuocanda donati. & l. si ille. C. de decur. li. 10. Bal. in consi. 129. num. 7. vol. 2. Alexan. consi 40. ver. circa quartum dubium, volu. 4. Cæpol. in l. irratam. C. de vsucap. pro donat. num. 16. argumento. l. inimicitiæ. ff. de ijs quibus vt indign. vbi propter inimicitiã
17 superuenientem inter donantem † & donatarium reuocatur. Bal. in l. prima. C. de reuoca. donat. Ange. in §. aliæ autem. in fin. Insti. de donati, & ibi gloss. vel si nominaret illum spurium, vel natum ex monacho, vt Bar. in l. turpia. ff. de legat. primo, num. 4. vel quando vicinus tentauit inferre grauem iniuriam venditori, ut in tex. & in auth. hoc quoq;. C. de reuocand. donatio. & ibi. Odoff. & Bal. in c. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa benef. amit. si assaliret, vicinum venditorem, vel manus impias in eum iniece-
18 rit † vel aliquo alio modo graues, & inhonestas iniurias inferret, vel vitæ suæ ferro, veneno, vel alio modo insidiatus fuerit. Istæ enim causæ prohibent vicinum venire ad beneficium iuris
19 congrui, vt in tex. † ibi tamen si probatum fuerit, quòd atroces iniurias venditori intulerit, adeoque ex omni verberatione iniu
20 riosè facta † per vicinum venditori perditur ius congrui, & de ver. impias manus, facit mentionem tex. singu. in c. si quis suadẽ
21 te. 17. q. 4. in versi. violentas. & sic iniuria reputatur atrox † ex aspectu per iudicem, vel petitos, secundùm Bar. in l. eadem oratione num. 3. de fęriis, nec est absurdum: quoniam etiam collator beneficij ob ingratitudinem commissam in ipsius personam potest collationem reuocare secundùm Abba. & Ioan. Andr. in c. fin. col. 5. de donat. & similiter si comes, vel baro ędificauit mo-
22 nasterium, & eum dotauit † propter ingratitudinem abbatis, & monachorum potest distruere monasterium & reuocare donationem, ut singu. Abba. in d. c. fin. versi. vltimò quæro de not. quæ. Specula. in titulo de donat. §. 1. ver. quid si baro. pariterque
23 si vasallus non defendat dominium, cum posset † & a quo habet beneficium propter ingratitudinem, potest priuari feudo, vt Afflict. decis. 265. nume. 48. & 59. Bal. & Doct. in c. 1. §. similiter. quibus mod. feud. amit. nam uasallus debet se abstinere ab omni iniuria contra dominum suum, nec illum lædere in persona, nec in bonis, & secundùm Iacob. de Beluis. in d. §. similiter,
24 & Affl. decis. 265. num. 59. & 60. nam Seneca dicit † quòd ingratus est, qui non reddit, ingratior qui dissimulat, ingratissimus omnium qui obliuiscitur, & itidem propter vitium ingratitudi
25 nis pater potest filium exhęredare † secundùm opin. mod. Docto. in l. in arenam. C. de ino ff. testamen. & necdum vicinus perdit beneficium iuris cõgrui ob iniuriam illatam venditori. Sed
26 etiam si aliquem de eius familia percusserit † ut in tex. supra, qui autem veniant appellatione familiæ, dic quòd omnes qui sunt
27 in eius seruitio † ut l. pronunciatio. §. familiæ, & in l. testator. §. familiæ. ff. de uerb. signifi. Bar. in l. 2. nume. 5. de testib. C. & in l. sugestioni. nu. 5. C. de uerbo. signifi. Iaso. ibi. num. 28. glos. & Abba. in c. in literis. de testib. 3. q. 5. in summa in gloss. Abba. in c. cũ dilectus. de cler. non resident. Doct. in l. præsenti. §. sanè. C. de sacrosanctis Eccl. Abba. & Doct. in c. 2. de foro compet. Roma.

consi.

Source : BIU Cujas

consi.420. Marsi.singu. 5. in suis singu. Bald. & Saly. in l. 2. C. de testibus. cum multis aliis infinitis, & not. quòd donatio propter atroces iniurias & crutiatus illatos donatario potest reuocari non obstante pacto de non reuocando propter ingratitudinē; quia illud pactum non extenditur ad materiam delinquendi, fitura enim atrox iniuria pacto remitti non pōt secundùm Bald. consi. 128. nu. 7. vol. 2. alleg. tex. in l. fin. C. de reuocand. donation. Causa verò dotis &c. nota, quòd si prædium alienatur per contractum dotalem, seu transferatur in aliquem titulo donationis propter nuptias, vicinus contra possessorem prædij non potest agere iure congrui, & idem nota, quòd si possessio transfertur in aliquem titulo donationis inter viuos, vel causa mortis, vel ex testamēto quoquo relicti titulo, vel ex causa permutationis,
28 vel transactionis † parentes possunt alienare in extraneos sine beneficio prælationis, nisi forte in supradictis alienationibus modo quo supra factis interueniant dolus, fraus, vel simulatio; quia in omni legali dispositione dolus & fraus semper excepta intelligitur. Ange. in l. si pater. ff. de ijs quæ in fraud. cred. Afflic. decis. 3. numero 3. & decis. 84. nume. 3. in fine. & hoc verum de iure communi, sed in territorio Taruis. si possessio fuerit in aliquem translata titulo liuelli, permutationis, vel donationis, ꝓpinquus, socius, vel lateraneus idem ius habet, ac si esset alienata
29 nomine venditionis † vt in capitulo 28. tract. vi. in prouis. ducali. & sic not. quòd pro dote constituenda si tradatur fundus marito ea extimatione, quæ facit emptionem, ius congrui locum
30 habet; quia fundus eo modo traditus † non dicitur dotalis, & potest alienari, secundùm Bal. in l. in rebus. C. de iure doti. Docto. in l. æstimatis. ff. soluto matrimo. Bal. in l. 1. C. de iure doti. & in l. qui se patris. C. vnde lib. num. 13. vbi dicit, quòd si princeps concedit alicui castrum, esto quòd loquatur per verbum
31 indulgemus † si tamen in dicta collatione pretij mentio facta sit, potius dicitur cōtractus venditionis, quàm gratificationis; quia vbi in contractu fit mentio pretij, semper intelligitur de
32 venditione † glos. est not. in l. fin. C. de prædijs cur. lib. x. & glos. in l prima. ff. de superficiebus. & ibi Bar. in §. primo. Iaso. in l. si quis ante. num. 20. ff. de acqui. poss. vbi dicit, quòd si pretij mentio fiat in conuentione, an referatur solum ad venditionē, vel ad alium contractum, vide ibi Docto. & ex qualitate rei, & quantitate reddituum interdum, rei pretium probatur: & demonstratur, vt est glos. & ibi Doct. in capitulo cum causa. de
33 testib. & ibi Ioan. Cald. & sic in hac Magnifica ciuitate † ius ꝓgrui, seu prælationis beneficium locum non habet, nec obtinet in terris, fundis, seu proprietatibus in dotem datis alicui siue bona illa sint extimata, vel inæstimata, prout pluries praticari vidi, Quod secus est in Taruis. & territorio, prout in prouis. ducali. in capitulo 20. in vi. dico si transferatur titulo donatio-
34 nis, sed si possessiones darentur mulieribus † pro earum dotibus casu assecurationis factæ ob culpam mariti vergentis ad inopiam, sint libere ipsarum mulierum, & soluto matrimonio accipi non possunt per maritos, vel mariti propinquos, quod bene nota: vt in capitulo. 22. eo. tracta. vi. quæ ꝓstitutio discrepat a lege nouissime capta in maiori consilio sub die 25. Febr. 1553. vbi soluto matrimonio, & facta dotis solutione in bonis
35 mariti debitoris mulieris † propinqui, & attinentes mariti ac socij vicini, & lateranei fundi insolutum dati habent beneficium iuris congrui ex lege excellentissimi Senatus 1553. Quid si donatur domus, vel prædium alicui, an sit quæsitum ius prælationis contra possessorem. Videtur dicendum quòd sic, ex
36 quo per traditionem † fundi ius fuit quæsitum vicino contra emptorem, ergo sine eius facto ab eo euelli non potuit: ut in regula. Id quod nostrum est sine facto nostro. contrarium tamē seruatur in facto, vt obseruari vidi in multis locis Italiæ, præterquam in ciuitate Taru. & oppidis Taruisinæ diocesis, † vbi ius
37 congrui locum obtinet in donationibus, vt in prouis. ducali d. capitulo 28. in vi. & sic nota modum excludendi vicinum a iure congrui, quod tamen locum non haberet, si in d. donatione dolus, fraus, aut simulatio verfaretur: quoniam ista nemini pa-
38 trocinari debent † c: ex tenore literarum, & c. sedes. de rescrip. & non debet quis ex dolo iuuari, vt in capi. prædictis. & ex cōsilio non autem exeuentu fraudis interpretatio consideratur, vt l fraudis. ff. de regu. iur. & ob id, quando contractus donationis fit in fraudem iuris congrui, vel per simulationem adhibitam inter contrahentes, habet propinquus, vel vicinus beneficium
39 prælationis, † quia in omni dispositione fraus, & dolus semper intelligitur exceptus: vt l. creditor, §. Lucius. ff. mandat. Afflict. decis. 84. in fine num. 3. & decis. 3. num. 3. Bald. in l. c. imperialem. §. calidis. de prohib. feud. alie. per Fede. & l. fraus. ff. de legi. capit. quanto. de priuileg. in glo. in verbo, in fraudem, & Doct. in l. fraus. de leg. Soci. consi. 68. in pri. uolu. uersi. 3. etiam ibi. in p. quæstio. & in consi. 264. uolu. ii. Cor. consi. 29. lit. b. uolu. 3. & consi. 303. in uolu. 3. & in consi. 23. per totum. Abba. in consi. 70. coul. 2. & in c. unico. col. 4. & Doct. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obliga. & per astutiam adhibitam, quę est machinatio quædam ad circunueniendum, ac fallendum proximum contra leges & bonos mores introducta: ut l. i. ff. de dolo. cum
40 aliis in materia, & quandoque fit † fraus legi de re ad rem, de contractu ad contractum, & de persona ad personam, ut per glos. & Arch. in c. pleriq; 14. q. 3. Din. & Ioan. And. in c. certū est, de regu. iur. in vi. Bar. in l. contra. ff. de legib. Cy. Bal. & Saly. in l. nō dubium. C. de legib. Cano. in c. quanto. de priuileg. Bal. in l. hac edictali. in fine principij. C. de secund. nupt. in antiqua
41 lect. & in consi. 438. nume. 2. volu. 5. † Quid modò in permutatione, an ius congrui locum habeat. Videtur dicendum quòd sic, quia appellatione venditionis. & alienationis etiam permutatio continetur, vt l. permutare. ff. quando act. de pecul. est anal. l. statuliber. §. quintus. ff. de statuliber. & l. rectissime. ff. de lib. causa. Doct. in l. 1. C. de rerum permutatione. Iaso. in l. 1. nu. 8. ff. de rerum permutatione. & in l. 3. C. de iur. emph. num. 102.
42 & id quod statuitur in venditione † idem est iudicandum in permutatione. glos. aurea, & singu. in l. quemadmodum. C. de agr. & cens. lib. 11. vbi rustici censiti absque terra vendi non possunt. glos. ibi quærit, an possint permutari, & tenet quòd non:
43 quia dispositum in venditione, † idem iudicandum est in permutatione. Contrarium verum est, quòd in contractu permutationis locum non habet ius prælationis, vt est clarum in tex.
44 † & facit, quod vult Bal. in l. 2. C. de rerum permutatione, vbi nomine permutationis non continetur venditio, vt Ioan. Andreas in add. ad Specu. in titulo de empt. & vend. §. nunc dicendum, numero. 19. versi. quemadmodum, circa medium, vbi refert Guid. de Suza. quòd si extaret statutum, quòd de rebus ven
45 ditis soluatur solidum pro libra † non haberet locum in permutatione, hoc idem tenet Deci. consi. 160. col. 2. Castren. in l. prima. col. 2. ff. de rerum permutatione. vnde conclude intrepide, quòd statutum, vel decretum loquens de emptione & venditione non comprehendit permutationem priprie loquendo
46 † Accedat, quòd venditio est contractus nominatus, permutatio est contractus innominatus, vt Doct. omnes in titulo de permutatione in ff. Vlterius prohibita est omnino alienatio fundi
47 dotalis, vt l. 1. C. de fundo dota. non tamen prohibita † est fundi dotalis permutatio, quando maxime permutat in melius, vt in e. ex parte. de ijs quæ fiunt a maio. par. cap. & l. imperator. §. fin. cum l. sequen. ff. de leg. 2. & l. pater. ff. de adim. legat. Abba. in c. cum omnis. col. 2. super prima glos. de cōstitut. & pro ista opinione facit l. 3. C. de prædijs cur. lib. 10. vbi decuriones prohibētur vendere res immobiles eorum, sine decreto præsidis, tamē
48 possunt donare † & permutare, vt l. fin. C. eo titulo. & sic in dubitanter tene, quòd ius congrui in contractu permutationis locum non obtinet iuribus satis omnibus notis. Et ne omittam hic generaliter pertractare, an statuta loquentia de venditionibus locum habeant in permutatione Quidam ex nostris dubitauerunt. alij dixetunt, quòd aut in contractu permutationis interuenit pretium, vel aliud æquipollens, aut permutatio est vera & propria nullo dato pretio, vel recepto, & omissis Docto. longis oblocutionibus, dico quòd in statutis, vbi verba proprie & non improprie sunt accipienda & intelligenda secundùm Bald. Ange. Salv. & Aret. in l. quincunque. C. de seruis fug. Bal. in l. in multis. ff. de stat. hom. & Bal. post. Iac. But. in l. 1. C. de ꝓd. infer. vbi si statutum dat beneficium marito circa dotem lucrādam, si vxor sine liberis decesserit, certe non erit locus huic lucro si decesserit cum vno filio, & ita sentit Iaso. in l. singularia. col. 4. versi. 4. adde. ff. si cert. per. Corse. in suis singu in versi. statutum vii. ex quo statuta sunt stricti iuris secundùm Ange. consi. 118. & sic facientia mentionem de vna persona non se extendunt ad aliam secundùm Roma. singu. 605. venditionis appellatione proprie sumptæ permutatio non comprehenditur, ut Alexan. in consi. 76. colu. 3. vol. 5. Cor. consi. 73. col. prima. versi. cum pretium, volu. 4. Panor in c. 1. in primo not. de ijs, quæ fiūt a prælat. Barba. in Rubrica de rerum permut. col. 2. versi. uerum autem. Bal. & Iaso. in l. dedi. la 2. col. 2. de cond. causa dat. & in l. 1. col. 4. versi. an autem lex. ff. de rerum permuta. & in §. actionū nume. 123. Insti. de act. Alber. in prima parte sta. q. 110. statuto Parmæ. ibi dolus, aut simulatio interueniat, secundùm Bald. consi. 175. volu. 4. Alexan. consi. 63. col. pri. volu. 7. nisi in permutatione ipsa fraus, vel dolus, aut simulatio interueniat: nam tūc ius congrui etiam locum habet in permutatione, secundùm opin. Guil. de Cuneo in l. 2. C. de vsucap. pro emp. & Nicol. Spinel. in l. fin. C. de præd. curia. lib. x. Socin. consi. 127. col. 5. volu. 3. Bald. consi. 175. num. 2. volu. 4. & quòd in permutatione ius cōgrui locum non habeat, tenet Bald. consi. 175. vol. 4. & Alexan. consi. 197. col. prima, volu. 7. Idem consi. 76. col. 3. versi. pro hoc bonū. 2 uol. 5. Bal. in titulo de iure prothom. num. 8. colu. 4. late Tiraq. §. 14. num. 39. & 33. fol. mihi. 96. vbi multa pro & contra accumulat, & nunc mihi occurrit casus sequutus ad curiā Procuratorum inter nob. D. Aloysium Delphino, & Marinum Tayapiera sub die vltima Maii. 1557. vt in actis officij d. Curiæ apparet quem lege & nota. Nec non in casu D. Francisci Triuisano cum D. Ioan. Dominico dō Gratijs sequuto Coloniæ, & in Consilio de quaranta expedito sub die. 17. Octobris 1540. Et

similiter

Source : BIU Cujas

similiter in casu nob. D. Hie. Grimano cum D. Francisco Grimano expedito ad curiam Examinatorum sub die 23. nouembris. 1548. in simili materia Ideoque illi, qui habent ius prothomiseos possunt † exigere iuramentum ab emptore & venditore, & sic nota, ꝙ attinentes, socij, ac lateranei & omnes alij, qui habent beneficium prælationis possunt petere sacramẽtum exhiberi emptori, & venditori de vera quantitate pretij & si fuit facta animo emendi ac vendendi, & bona fide, & non in fraudẽ aliquorum, & ob id imperator omnib. bene ac per optimẽ enucleatis ac dispositis dicit. Ideoq; declarat, ꝙ illi qui habent ius, ꝙ thomiseos, possunt pro sinceritate animi sui petere iuramentũ deferri emptori † & venditori, si est fraus in specificatione pretij nominati in instrumento venditionis, & si instrumentum cõtinet in se veritatem circa quantitatem pretij, ꝙ si per emptorẽ & venditorem iuratum fuerit contractum non esse factum in fraudem, & continere veritatem circa quantitatem pretij, si cõtrarium probaretur, de periurio † ambo punientur secundùm Roma. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiura. Bar. in l. de periurio. ff. de crimi. stelliona. Andr. in c. 1. §. sacramentum. de consr. recti feudi. Bal. multa in c. 1. § Item sacramentum. de pace iur. firma. Cano. in c. testimonium. de testibus, & c. licet. de iureiura. & efficiunt infames, vt l. si quis maior. C. de transact. & ibi Doct. & vlterius vẽditor punitur amissione rei † & emptor pretij, vt Aflict. in vers. 7. not. ex text. nu. 21. car. 80. de iure prothom. Item periurus peccat mortaliter, vt in c. peruenit. il 2. de iureiur. Item periurus non potest beneficia ecclesiastica retinere † vt c. querelam. de iureiuran. Item priuatur proprio gradu, vt c. de ijs. lo primo distinct. 50. Item omnes homines offendit, qui periurium committit: † quia in omnium vertitur iniuriam l. manicheos. C. de hæretici, & manicheis, vnde apud Romanos de nulla re censores † diligentius iudicabant, quàm de iureiurãdo violato. Pœna periurij aliter de iure ciuili, aliter de iure canonico terminatur: nam si deferatur iuramentum per iudicem, & ille talis periurauerit per Deum, vel capillos Dei periurans capite punitur, vt in Auth. vt non luxu. contra naturam, circa medium, & l. 2. C. ad l. Iuliam maiesta. de iure verò canonico periurus clericus deponitur, & dignitatem amittit, vt in c. si quis. 22. q. 1. aut iuratur per principem, & si quidem deierauit pœna est confiscationis bonorum, ut l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. si verò iuratur in & super contractu, ille talis punitur. pœna stellionatus, hoc est exilij ad tempus, vt lege. de periurio. ff. de cri. stelliona. Aut falsum commisit deierando in causa criminali, & ille talis punitur pœna. l. Cor. de sica. vt l. j. §. j. ff. de sica. aut periurauit in iudicio vel extra, & efficitur infamis, & repellitur ab omni dignitate & testimonio, vt l. quotiens. C. de dignita. & l. 2. §. miles. ff. de infamibus; aut periurauit in officio suo, & tunc debet omnino deponi, vt l. 1. §. miles. ff. de ijs qui not. infami. de iure verò canonico periurus priuatur beneficijs, & dignitati. vt in c. 2. & ibi Doct. de rescript. de iure vero longobardo periurus scienter amittit causam. Aut ignorauit, & amittit manum, & efficitur infamis & hominibus odibilis Dei voluntate, quòd semper tu noli iurare: quoniam Baldus nunquam voluit iurare in comissionibus causarum, prout ipse attestatur in consi. 36. in fin. volu. primo, reliqua circa hanc iuramenti materiam dic & vide Specul. de iur. delat. Docto. in l. secunda. ff. de rebus credit. Fel. in. cap. testimonium. de test. Guid. Papa quæstio. 178. Roma. singu. 425. incip. ego coram, & idem Roma. singu. 426. incip. Canonistę, & in cõsilio 112. in tertio dubio, quod not. & licèt hic iuris congrui materia pertractetur. Attamen de alijs probationibus nunc restat videre ad intelligentiam omnium. Quoniam ibi legis ratio nõ est inuestiganda, vbi certa liquet legis dispositio; quia vbi lex viget, opinionum cessat authoritas † sed vbi lex non esset, in locum legis deficientis ratio naturalis, vel probabilis allegari posset secundùm Bal. in l. non omnium. ff. de legibus idem consilio 115. numero primo. volumine primo, & consilio 473. numero quarto. volumine quinto. Alcia. in §. Responsa. Inst. de iure natu. columna sexta. in princip. & sic ex lege defertur iuramentum parti † in defectum testium & instrumẽtorum † quod quidem iuramentum secundùm Docto. non est probatio, sed vim probationis obtinet: vt Alexand. in l. ait prætor. §. dato. in princip. de iureiurando. ff. & ibi Docto. quæ omnia supradicta suo loco inferius discutietur: nunc de probationibus hæc dictio † de, secũdùm Archi. 13. quæstione prima capitulo primo. & Alber. in suo dictio. in litera de, dicunt, quòd interdum significat separationem, seu exclusionem, vt Doct. in l. prima. ff. depos. quando-que hæc † dictio de, denotat causam mediatam & remotam', quando perpendi potest ita esse de mente loquentis, aliàs significat causam proximam, & immediatam, vt Alexand. in l. si finita. §. deinde ait prætor. numero secundo. ff. de damno infect. & aliquando ista dictio de, denotat † augumentum, vt Ias. in l. prima, numero duodecimo. ff. de leg. primo. sicut etiam dictio ex, quod not. quia etiam dictio ex, denotat causam proximam secundùm Cor. consi. 290. columna prima, volumine quarto. Barto. in l. prima. §. ex incendio. ff. incendio, rui. & nauf. & in l. prima.

62 C. si ser. exter. vt si quis decesserit sine liberis ex se natis, † si obijt cum nepote, non dicitur sine liberis decedere, & similiter ista dictio de, denotat rei demonstratæ substantiam, cui adiungitur, vt Cor. consi. primo, columna octaua. in fine volumine quarto Bald. in capitulo primo. §. & quia uidimus. columna quarta, de his qui feud. dare possunt. Bald. consi. 205. numero secũdo. volumine quinto. Idem consi. 221. numero quinto. volumi. primo, & in consi. 167. numero tertio. volum. secundo. Cor. consi. 48. columna quinta. volum. 2. & in consi. 167. columna septima. vo-
63 lum. 2. probationibus nulla vtique † melior probatio, quàm per loci euidentiam, quæ optima est censenda, & nulla legis virtute excludi potest, vt Calca. consilio 8. numero septimo, & similiter
64 oculorum inspectio † est probatio, quæ omni generi vel speciei probationum derogat, vt singu. Bald. in l. contra negãtem. C. ad leg. Aquil. & ideo multum operatur oculorum inspectio: vt l. satis. ff. de in ius vocando. & quia probationes multipliciter fieri
65 † possunt videlicet per testes, per instrumenta, priuilegia, libros antiquos, catastica, per literas scriptas in lapidibus, per famam, ac per alias scripturas, vt de singulis per capita discutietur, & sic
66 nulla est ualidior probatio † & propria quam illa quæ fit per testes. i. per viuam vocem, vt Alexand. in l. ait prætor. la prima. §. dato. nume. 2. ff. de iureiuran. & maxime quando deponunt de visu, vel auditu: vt Abba. in cap. ex literis. de consuetu. glo. & Doct. in l. in summa. §. Idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. & ibi Bar. Abb. in cap. prætea. de testibus. vbi dicunt, ꝙ si testes extantes post parietem, qui audierint confessionem illius dicentis, vas argen-
67 teum subtraxisse, licèt non viderint, recte probant † alio quoque modo confines antiqui probari possunt per testes de auditu, qui plenam faciunt probationem, vt Abba. in cap. cum causam. de probat. in princip. & ibi. Felin. & Deci. numero secundo, & Barto. plene in tracta. de testibus. numero vigesimo octauo. & similiter testes deponentes de visu, vel auditu debent affirmatiue
68 † deponere non autem negatiue, vt est text. cum glo. magna in l. si arbiter. ff. de probatio. & in l. in summa. §. Item Labeo. el 2. ff. de aqua plu. arcend. & ibi Barto. & Inno. in cap. veniens, & in c. quid per nouale. de verbo. signifi. Specu. in §. primo. versiculo vltimò, quæritur, de probat. Guid. Papa in quæst. 193. in versiculo septimo, quæ quidem probatio facta per viuam vocem cum iu-
69 ramento validior est, † quàm mortua: vt in Authenti. de fide instrumen. §. si verò. columna sexta. post princip. & ista dicitur vera & plena probatio secundùm Barto. in l. excusantur. nume. 7. ff. de excu. tut. Alber. quæst. 52. in prima par. quæ plena probatio
70 ita requiritur in causis summarijs, sicut in ordinarijs, prout sing. Iason. in l. in pecuniarijs, numero quarto. ff. de fer. & sic quodlibet
71 indicium debet probari per duos testes, vt est glo. not. in l. fin. C. famil. erciscunde. Innocen. in cap. sicut. de simo. Flor. in rubrica. de probat. numero decimo, & an viua vox prævaleat mortuæ, vide
72 Flor. in l. census, in princip. ff. de proba. vbi tenet, ꝙ si † viua vox, & scriptura erant ex vna parte, tunc prævalet scripturæ tantum ex altera parte, & hoc ideo, quia duplex ratio vincit vnam, ut in auth. itaque C. communia de consr. & vter. frat. §. primo. nec in hoc contradicit, quòd probatio testium non sit dignior, vel ple-
73 nior † instrumentorum, sed si testis contradicat testi, vel scriptura scripturæ, vel testis scripturæ, vide Cyn. in l. in exercendis. C. de fide instrument. & ibi Odof. Flor. in l. cum de ætate. numero. 13. ff. de probatio. & ideo sæpe religioni iudicantis committitur, vt in cap. cum à nobis. de testibus, & sic Bald. in rub. de controuersi. inuesti. dicit, quòd iudex † ex diuersis animi motibus, & va-
74 rijs suggestionibus partium, testium, & instrumentorum deuenit vnum finalem conceptum animi, non indigentem alio adminiculo, quandoque indigentem alio adminiculo, videlicet iuramento, quòd idem Bald. tenuit in ca. cum causam. de probat. Bart. in consi. 6. colum. prima. & in consi. 40. volum. 3. & in consil. 26. volum. 4. & Boer. consi. 40. num. 82. sed hic discutiendum
75 esset. An testium depositiones sint præferendæ † & quibus testibus sit magis credendum pluribus, uel melioribus, vel si sunt æquales numero dignioribus, vel potius in arte peritis, de quibus per glo. in cap. in nostra. in versi. sed aduersa, in fine de testi. & per glo. in cap. si testes. quarta quæstio. tertia. & Aret. in cap. cum causam. de probat. columna prima. Barba. consi. 6. colu. penul. volum. 2. Soc. consi. 96. nume. 12. volum. primo, glo. not. in l. 3. §. 1. in versicu. numerus. ff. de testib. Cor. consi. 333. col. 4. vol. 1. Barba. in cap. ex literis. nume. 18. de probatio. vbi dicit melius
76 esse habere vnum bonum testem † quã centũ ribaldos; quia tũc poterit deferri iuramentum in supplementum probationis, & in hoc multũ versatur iudicis arbitriũ, vt l. tertia. §. 1. ff. de testi. Paris. consi. 57. nu. 38. volu. 1. Abba. in cap. in nostra. nu. 6. de testibus. sed quia esset incongruum oĩa recensere, ideo pro nunc admitto, & de probatione quæ fit per instrumenta & per scripturas ad perpetuam rei memoriam inuentas discutiendum, de qua per Bald. in l. prima. C. de edicto diui Adr. toll. & in l. diuo. C. de quæstion. & glossa in l. si de interpretatione. ff. de legibus. & primò de probationibus fiendis per verba enunciatiua in in-
77 strumentis publicis apposita, † quæ sine dubio probãt & fidem

Source : BIU Cujas

faciunt,vt not.glo.fing.in c.si Papa.in ver.prolata,de priuile.in 6. Guid.Papa in q.193.in princip.per l.optimam.C.de contrah.& commit.stipul.& per l.cum aliquis.& ibi glo.& Doct.C.de iure delibera.& est communis opinio scrib.ꝙ verba enunciatiue ꝓlata in libris & instrumẽtis antiquis in quib. enunciatur aliquẽ
78 locum esse de † iurisdictione vel districtu alicuius loci, plene ꝓbant,non solùm confinia: sed etiam dominium & possessionẽ rerum particularium,vt Abba.in c.cum olim. in verbo instrumenta,de censi.& in c.super eo num.3.de paroch.Afflict. decis. 245.nu.4.Alex.in consi.12.in fin.vol.4.& consi.75.eo. vol. Cor. consi.333.nu.9.vol.1.Soc.consi.65.nu.7.& in consi. 86.& consi. 166.vol.1.Ias.in l.admonendi.ff.de iureiuran.nu.244.Soc.consi. 187.nu.5.vol.2.par.consi.104.nu.26.vol.1.quæ tamen communis opinio limitatur in pluribus casibus, de quibus per Flor.in l. finali. ff.fin.regund.Ias.consi.65.numero 1.volu.3.Ias. consi.34. nu.7.volu.1.Cor.d.consi.333.num.9.& consi.171.nu. 10. vol.1. Spec.in titulo de loc.§.nunc aliqua.versi.57.58.nume.72. & 73. Aymo.Crauet. in tract. de antiqui. temp.in prima par.in sectio.
79 num.6.& 14.& similiter addo † ꝙ verba enunciatiua inserta in antiquis priuilegiis æquipollent famæ, quæ fama plenam facit probationem,vt Alex.consi.7.num.2.vol.1.& in consi.90.num. 15.& 16.volu.6.Felin.in c.cum causam. de probationibus. Car. Ruy.consi.92.num.13.volu.4.Ioan.Andr.in c. non licet.de reg. iur.in 6.Anto.in c.fin.de succe.ab intest.Deci.consi.445. nu.17. vol.4.Cor.consi.12.num.4.volu.4. vbi refert literas apostolicas in quibus verba narratiua emanant in probãdis confinibus vel
80 factis antiquissimis probationem facere † & ita sentit Aret. in consi.42. in princi. Paris.in consi.27.nu.12.volum.1.Soc.consi. 187.num.6.volu.2.Bal.in rub.de contrah.empt. & Bar.in l.cum scimus.in fin.de agricol.& censi.dicit, ꝙ confessio facta coram
81 † notario non in figura iudicij alicui non præiudicat. l. cum filium.C.de lib.causa. tamen si bis emanauerit, ita præiudicat, ac si esset facta coram iudice in forma iudicij propter geminationem,& sic,si verba enunciatiua geminantur in instrumento,bene disponunt,licèt regula sit in contrarium: vt l. ex hac scriptura.de donat.Ita Mars.in l.frater tuus.nu.39. C.ad l.Cor.de sicari. Cor.consi.59.num.6.vol.2.& consi.177.num.9.eo.vol. & not.ꝙ testes & instrumenta parem vim habent,iurib.vulga. & dicun-
82 tur instrumenta quia instruunt † & documenta,quia docent,vt in l.1.ff.de fide instrumen.& horum duæ sunt species, aliud publicum,quia publicam habet authoritatẽ, vel quia publica ma-
83 nu † est scriptum,vel etiam quia in publicam formam est reda-
84 ctum,vt c.scripta.c.cum Ioannes,de fide instrumen. † & potest instrumentum scribi in cartis de papiro,& in tabulis de ligno,& plene probat,vt Bar.in l.1.nu.1. & 2. ff. de bon. poss. secundùm tabul.& instrumenti appellatione non continetur priuata scri-
85 ptura,vnde si de quolibet debito, de quo fit instrumentum,solui debeat gabella,non tamen soluetur de appodissa † secũdùm Alber.in dict.in verb.gabella,num.2.Bal.in l.1.de iur.calu. & l.in
86 strumenta.C.de probat.& ideo in dilationibus nomine instrumentorum continentur omnes probationes † scriptæ, non tamen testes,vt Bal.in d.l.1.C.de iur.calum.Spe. in titulo de dilat. in §.nunc autem dicamus.ver.item not.Addo etiam, ꝙ libris an
87 tiquis vbi de magno tractatur præiudicio,† si sub publica custodia reperiuntur,fides est adhibenda,vt Ioan. And. & Host.in ca. cum causam.de probatio.Guid.Papa.in q.193. in versi. quintò. Car.in consi.142.num.6.volu.4.Cor.consi. 171.volu. 1.& sic li-
88 bris historialibus & cronicis quibus à maioribus nostris † fides adhibita fuit,semper est credẽdum,vt est glo.in c. inter dilectos. in verbo magis,de fide instrumen:Bart. in l.1. num.22.ff.si cert. petat.& ibi Deci.nume.22.Aym.Crauet.in consi.158.nu. 4.vol. primo. Abb.consi.74.in fine primi dub.volu.primo. Soci.in cõ-
89 sil.7.nu.16.volu.2. † & similiter libris mortuorum magis creditur,quàm libris viuorum,prout etiam voluit Soc. in consi.187. num.16.volu.2.per tex.& Bal.in l.rationes.C. de probatio.& ibi Castren.qui hac potissimum mouetur ratione, ꝙ nemo præsumitur velle mori cum peccato mortali,& Paris.in consi.104.nu me.76.vol.1.& similiter scripturæ priuatæ,quæ sub publica & fi
90 deli custodia † sunt reseruatæ,& de nullius agitur præiudicio,& tunc fidem faciunt,& probant,vt not.glo. in c.sanè. il 2.in verbo dictitijs 24.q.2.Inno. in rubrica de consi.eccle. vel alt. Abba.in c. cum causam.in princip.de probat. aut agitur de magno præiudicio,& tunc est talis scriptura cui ab antiquis nostris communiter creditur,vel reperiuntur in loco vbi reseruantur scripturæ authenticæ,& plenam fidem,faciunt.l.census.cum glo. ff. de ꝓbat.& ibi Flor.Bar.in l.prima.ff.si cert.pet. Cor. consi. 333. nu.7. vol.1.vbi dicit scripturis in archiuo publico repertis fidem omnino esse adhibendam,per auth.ad hæc.C.de fide instrumen.& c.ad audientiam.de præscrip.Soci.in consi. 258. num.5. volu. 2.
91 vbi tenet † ꝙ scripturis priuatis fides erit omninò adhibenda tribus concurrentibus,primò ex quo scriptura in archiuo publico reperta custodem de publico habet: secundo ꝙ talis scriptura inter scripturas authenticas reperitur,tertio ꝙ ex consuetudine illi fides adhibetur,vt per Ioan.Andr.in add.ad Specul.in titulo de instrumen.editio.§.nunc dicendum,in add. magna in versic quintum supplementum, & similiter collectarum solutio non
92 per testes † sed per libros probari debet,secundùm Barto.in l.1. nume.9.C.de apoc.pub.lib.11.Bald. in l.2.col.penul.in fi.ver.sed qualiter probetur.C.de iure emphit.& ibi per Ias. Bar. & Doct. in l.decem.ff.de verb.obliga.& collectarum solutio in scriptis re
93 digi debet,vt exactionis ratio † per exactores reddi possit,secundùm Bar.in l.apparitores.C.de exac.tribut.lib.10.Alexan.consi. 35.num.4.volu.4.Bal.fing.in l.3.C.de natur.liber.Bart. in l. quædam.§.fin.ff.de edend.dicit ꝙ libri gabellarij, & receptatoris collectatum,ac aliorum publica authoritate receptorum plene ꝓbant Affli.decis.83.num.2.vbi de libris monasterij, quid de lite-
94 ris scriptis in lapidibus marmoreis † Tu dic, ꝙ ita credẽdum,sicut scripturis publicis per glo.pri.in c.1.in ver. scripturam appello de fide instrumen.& confinia probantur per talem scripturã, vt tenuit Guido Papa q.193.in ver.sexto. Cor. consi. 171.nu.10. volu.primo,& consi.333.num.5.volu.eod.& consi. 142. num.6. vol.3.Paul.de Castro.in l.si furioso.in fin. C. de testa.Bar.in l.monumentorum.ff.de relig.& sumpt. fu. Calca. consi.90. nume.7.
95 vbi dicit literis monumentorum ita credendum esse sicut scripturis publicis,Bartho.Cass.consi.15. Bald. singu. in consi. 310.
96 per totum,volu.5.& similiter dicit ibi Bald.ꝙ in ijs † quæ excedunt metam memorię humanæ fama satis probat, & credulitatem inducit,vt l.indicia.C.de rei vendicat.& idem Bald.in consi. 286.volu.primo,vbi tenet,ꝙ confines probantur per famam,& non solùm confines probantur per famam, sed etiam probatur
97 dominium antiquissimum loci † & iurisdictionis, vt sing.Bertran.consi.171.num.5.vol.3.Alexan.in consi.150. nu. 9. volu.6. & in consi. 108.nume.12.13.& 14.volu.2. sed fama de per se nõ
98 est species † probationis,sed probationem coadiuuat,vt Bal.cõsil.447.nume.12.vol.5.Bar.in l.proprietatis.2. C. de probat.& ipsa eget adminiculis ad rei substantiam,& ad inquirendum, vt dixi.in tract.meo crimin.in ver.fama,& an mortalitas hominis ꝓ-
99 betur per famam † vide Bald.in consi. 407. in primo volu.idem in consi.314.num.1.in volu.2.Cor.consi.96.vol.4.& in consi.85. num.5.vol.2.Idem plene,consi.10.volu.primo,& in consi. 119. nume.10.eo.volu.& tene ꝙ sic.Alexan.consi.208.nume.12.13. & 14.volu.2.& consi.83.nume. 8.& 9. volu. 3.& consi.150.nu. 9.volum. 6. vbi tractat an. & quando fama facit probationem. Aret.consi.42.nume.2.Paris.95.104.nume. 46. volum. 1. Supe-
100 rius diximus † ista dictio supra, & superius non denotat contingentia actus vel temporis,immo si fiat ex interuallo,vel ante vel post satis est, ꝙ est multum considerabile ad statutum disponens,ꝙ non valeat contractus,nisi super eo aliquid fiat, nam nõ requiritur,ꝙ interueniat tempore contractus, secundùm Ang. in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vend.Bar.in l. vniuersa. C.de precib.Impe.offe.Bar.in l.fundus. ff.de ann. legat. vbi dicit,
101 ꝙ si testator legat alicui decem annua super tali fundo † nunquid ille fundus censeatur obligatus legato,dicit ꝙ sic Castren. in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact.Ioan.Fab. in §. Item Seruiana.in vltima columna.numero 37.de act.Cald.consi. primo, in Rubri.de rest. spoliat. glo. & Bald.in l.1. C.communia de legat. Spec.in titu.de locat.§.nunc verò.ver.119.Ias.in d.auth.sacramẽ
102 ta.nume.26.C.si ad. vendit.Addo,ꝙ ista dictio supra † & vltra de earum natura faciunt includere in aliqua dispositione illa ad quæ referuntur secundum Cor.in consi.13.col.2.ver.nec obstat ꝙ supra,volu.1.nam si esset promissum alicui mille nomine dotis,& duca.110.supra,nulli dubium,ꝙ censetur illud augumentum ex causa dotis factum esse virtute dictionis supra, quæ facit includere illud,ad quod refertur vide glo.in l. Seia. in ver. supra. ff.de dote præleg.Bald.in sua marg.in ver.supra Ange.consi.294. col.2.Alexan.consi.194.col.3.vol.2.iurib.vt supra adductis,ac ẽt de propria illius natura est constituere ius in re secundùm Bald. in consi.182.col.2.nume.2.volum.5.allega.Bar.in l.fundus, & l. Caius.ff.de ann.legat.per tex.in l.codicil.§.instituto. ff. de lega.2.
103 vbi dicit ibi Bald.ꝙ si aliquis mutuò acciperet duca. 10. † super isto libro,tãtundem est,ac si diceret,obligo tibi librum pro isto mutuo.Affl.decis.162.nume. 6. Din. Alber. Ias. in l.diuortio.§. quod in anno.ff.solu.matri.& ita se habet communis vsus loquendi,secundùm Bar.& Bal.ibi.qđ not. & similiter hæc dictio
104 † supra scripta,semper refertur ad ea,quæ in proximo p̃cedenti cap.continentur,qđ est iõ,quia ad alios commode referri non põt,vt Bar.in l.1.§.hoc edicto.in fine nu. 2. ff. de postul. & in l.si idem cum eo.§.fin.ff.de iurisd.omni.iudi.& ibi Ang. & Decius.
105 Nunc restat videre.Ista dictio nunc † denotat temporis præsentiam,vt Alb.in dictio.suo sub litera N.& not.Archi. in cap. ego, dist.63.& Doct.omnes in l.si cum dotem. §. nunc transgrediamur.ff.solu.matri.& in l.prima.§.videamus. ff. de oper. no.nun-
106 cia.quemadmodum dictio tunc † quæ denotat.temporis extremitatem secundùm Socin.in l.si his.§. primo.ff. de cond. & demonstr.Imol.in l.Gallus.in princip.ff.de lib.& posth. & Bald.in
107 lege præposteri. C. de testa. & similiter quid significet † dictio ista ex nunc prout ex tunc, vide Iason. in l. prima in fine. C. de codicil.& Corn.in consi.279. colum. secunda in fin. volu. 4. & l.4.in fin.

Source : BIU Cujas

l.4.in fin.ff.de cond.& demonst.& clem.i.in versi.ex tunc.de iure patro.Bal.in c.1.de cler.qui arm.depos.Rom.consi.34. aliàs 131. gloss.in c.1.de conc.præbend.in clem.Ang.in l.1.C. de codicil.& l.Gallus.in prin.ff.de lib.& posthu.in quibus locis dictio, ex tũc,
108 † designat tempus extraneum,prout etiam Abba. in c.pastoralis,de excep.& in c.personas.post gloss.& in c.super eo. il 2.de appellat.& Doct.Cano.in c.finem litibus. de dol.& cont.& in c.fi. de for.compet.Bar.in l.post dotem.ff.solu.matri.& gloss.sing.in c.cum M.in ver.ex tunc.de elect.& c. quàm sit. de elect. in 6.ver-
109 bum restat † refertur ad plenariam restitutionem, & continet in se omnem vtilitatem,vt in l.videamus. §. in Fauiana. de vsur. ff.& in l.cum ptor.ff.de verb.signifi.Abba.in c.venerabili. in prin ci.de offi.delegat.& tex.not.in l.restituere. & l.fi. §.fin.ff.de verb. signifi.Affl.decis.78.nu. 7.& ex hoc qro,quis potest ad famam
110 restituere.Dic,q † princeps, & senatus, vt l. 1. §. de qua re. ff.de postul.& similiter ciuitas,quæ non recognoscit superiorem, vt not.Cy.& Doct.in l.fin.C.de pscrip.longi temp. Barto.Ange.& Doct.in l.infamẽ.ff.de pub.iud.& similiter collegium DD. Cardinalium vacante papatu,vt Innoc.in c.cum te.de re iudic.Ang.
111 in §.ex quibusdam.in fine nu.15. † & excellentis. Consilium X. huius fœlicissimæ reip.quæ nunquam superiorem recognouit, nec domino Iesu Christo disponente, in futurum recognoscet, & de alijs probationibus,videlicet iuramentis &c.nunc discutiẽ
112 dum venit iuramentorum species q̃ † plures sunt,& habẽt vim sine diffinitiuę,vt l.2.ff.de iureiura.quia vltra non quæritur.l.sed & si §.apud Catonem,nam quoddam est iuramentum conuentionale,quod ex simplici conuentione partium pstatur, de quo in l.1.& l.iusiurandum.ff.de iureiur.Aliud est iudiciale, quod defertur à parte parti in iudicio iudice approbante, vt in d.l.1.in fine,& aliud est necessarium, quod ad litis decisionem pertinet, quod triplex est,de quibus in l.admonendi.ff. eod. titu.& ibi Ias. Ang.in §.Item si quis,Insti.de act.Cor.consi.81.col.3.& 4.vol.4. licèt aliqui dicant iuramentum aliud esse promissorium, quod
113 super futuro fit † vt si promittitur aliquid dandum,vel non dãdum vel faciendum,vt si quis promittat in iudicio sistere, vel litem exequi,de quibus in auth.generaliter.C.de episcopis & cler. & in c.1.in fine de sequest.poss.& fruct.& in l.siquis maior.C.de
114 transact. † & tale iuramentũ infamat;quia frangitur fides Deo & hominibus.Aliud verò est assertorium iuramentum,& istud fit de præterito,vel psenti,in quo asseritur aliquid esse, vel fuisse, & hoc non infamat,vt Abba.in c.si verò.col.7.de iureiura.Bal.in titulo de pace iura.fir.§. item sacramenta.c.1.col.2.& plures sunt
115 † species,Aliud de calumnia,aliud est de veritate, aliud verò est de malitia,de quibus per Spec.in titulo de iura. calum. §. 1. item secundum gloss.in c.fin.in ver.à te.de iureiura.aliud est volunta-
116 rium: aliud necessarium,& aliud iudiciale, † uoluntarium ex eo dicitur, quòd extra iudicium, & ex sola voluntate suscipitur & defertur, vt in cap. breui. de iureiuran. & l. iusiurandum quod.ff.cod.titu. necessarium verò iuramentum ex eo dicitur,
117 quod à iudice † defertur in defectum probationis, & non põt referri,vel recusari, nisi iusta causa intercedente, vt l. manifestè turpitudinis.ff.de iureiuran.& ibi Doct.iudiciale verò iuramen-
118 tum dicitur,eo q vna pars defert † alteri parti in iudicio,q non est necessarium subire,vel referre,sed si reus actori iuramentum retulerit,necesse habet iurare,aliàs iudex ei denegabit actionem, & voluntarium & iudiciale iuramentum non reiteratur, necessarium verò sic,& maxime si lex,vel statutum procedit ad pœnam periurij,vt C.de pœn.Iud.qui mal.iud.authẽ. hoc nouo iure;& post iuramentum delatum à iudice parti, & pstitum à parte parti potest recedi ab eo propter nouas probatiões. Sed post
119 iuramentum delatum à parte parti † ab eo recedi nullo modo potest,vt in c.fin.de iureiur.in gloss.in ver.à te loquitur,& si plu
120 res testes in vnam concordant opinionem † tunc sententia ferri poterit absque aliquo iuramento, ex quo actor plene probauit,si verò semiplene probasset,vt si vnum dũ taxat haberet bo-
121 num testem,& res est modica:tunc actori scienti ac petenti † iuramentum sibi deferri pstabitur,vt Abba.in c.mulieri. de iureiuran.col.1.l.3.C.de reb.cred.& l.si duo patroni. in princi. ff. eo.tit. Bal.in c.1.§.sacramentum.nume.13.de consue. recti feud. Alex. consi.32.vol.1.& Ias.in l.admonendi.num. 271. ff. de iureiuran. & in quibus casibus deferatur iuramentum in supplementum
122 probationis † in casibus ciuilibus, vide singu. Docto.& maxi. Ias.plura cumula. in d. l. admonendi. nume. 272.& 274.& 277. & Can.in d.c.fin.de iureiurando.& vide etiam Rober.Maran. in suo aur.Spec. aduoca. in 2.parte iudi.ver.nonus actus,vbi descri-
123 bit decem species iuramenti iudicialis,vbi dicit † q sex copulatiue requiruntur quando iuramentum petenti defertur, quorum si quid deficeret,neutiquam deferretur,vt latius ibi per eum,& vt omnia intelligas, Dic, q ita demũ petitur & defertur iuramẽtum in supplementum probationis, hoc modo videlicet, q sit semiplene probatũ per vnum testem bonę & honestę vitæ secũdum Corn.consi.194.col.1.vol.2. & q causa non sit magna vel ardua,sed modica,vt Cor.consi.58.col.3.ver. quinimo. volum.3. q semiplena probatio in aliquo non sit elisa per probationes contrarias, & q iuramentum sit petitum ante conclusionem
124 † in causa,secundùm communiter Doct. in d. l. admonendi & ibi.Bald.ff.de iureiuran.Soci.in suis regul.& fallent. in ver. iuramentum,nume.40.alleg.Bal.in titulo de contr.inuesti.in Rubri.
125 in c.cum contingat. de iureiuran. † & iuramẽtum in defectum semiplenę probationis non admittitur pro retractanda sententia secundùm Cor.in consi.324.col.1.in princi.volum.3.& quia quę ad materiam iuris congrui pertinent scribere constitui,iccirco alia ad supradictam materiam impertinentia omittere constitui,& propriam aggredior. Nota q glossa in ver. omnes,dicit omnes vocari ad ius prothomiseos,ergo spurij, & alij inhabiles admitti debent ad beneficium iuris cõgrui. Tu dic,q dictio vni-
126 versalis † recipit restrictionem de habilitate, vt est gloss. not.in l.1.in versi.vtilem.in fin.ff.de eo quod cert.loco.vbi dicitur quolibet loco.s.idoneo,& in l.vt gradatim.§. 1. ff.de muner. & hono. Bal.in consi.77.volu.5.vbi dicit,q in priuilegijs doctoratus dicitur,damus tibi licentiam legendi hic, & vbique terrarum.intelligitur de loco idoneo,& Docto.in l.1.ff.de legat.primo. vbi dicitur,in omnibus,& per omnia,debent intelligi,ita tamen vt euitetur absurditas,vel legum correctio,Ita D.Rui.consi.59. col.1.nume.24.vol.4.Bar.in l.1.C.si aduersus transi.vbi infert,q si quis donat omnes res mobiles,non comprehenditur actio competens
127 ad rem † mobilem: quia nomina debitorum non veniunt sub specie bonorum mobilium,neque sub specie bonorum immobilium:quia sunt tertia species de per se, vt communiter Doct. in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.Idem tenet Old. consil.219.incip.factum,q in legato mobilium & immobilium nõ veniunt nomina debitorum, cum sit tertia species, licèt.D.Bened.dixerit contrarium in repe.c.Raynutius. in vers. cætera bona,nume.8.de testa.q si quis donat bona sua mobilia & immobilia comprehendũtur iura & actiones, qđ not.Tu tamen tene, q dictiones generales & vniuersales semper patiũtur restrictionem,secundum iura & Docto.communiter in l. 1. C. de sacro-
128 sanct.Eccle.in vers.vnusquisque † nam dicitur ibi, q vnusquisque possit testari,intelligitur duntamen sit habilis, & in l. promittendo dotem.ff.de iure dot. q omnes possunt dotem promittere cuiuscunque conditionis existant,intelligitur, prout intelligit gloss.duntamen sint habiles, prout etiam dicitur de dictione,quandocunque,quę limitatur & restringitur secundùm naturam actus cui attribuitur,secundùm Bald.consi.67. quia ex facto,colu.2.versic.non obstat si dicatur,q in sententia, volu. 3. & Mars.in l.vnius.§.cogniturum. ff.de quæstionibus, dicit q in generali sermone remissionis delictorum nunquam comprehenditur crimen falsi,tanquam graue & enorme delictum,qđ not.& obserua,& Barto.singu.in l.non putauit.§.non quæuis.ff. de contra tabul.& in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudi. dicit, q si statutum dicit, q instrumenta omnia mittantur executioni
129 † hæc generalitas debet restringi ad instrumenta liquida,& nõ ad ea quæ habent in se aliquam difficultatem. Et Saly.in l. si serui vestri.C.de noxa.dicit q si statuto cauetur, quòd quicunque homicidium commiserit decapitetur,nec fiet distinctio, an culpa,vel dolo,vel se defendendo id fecerit,istud statutum debet intelligi de homicidio doloso,& non culposo,aut aliter. Et Bal.in Rubrica.C.qui accusa.non possunt,dicit dum loquitur de statuto,q quilibet possit accusare,patitur restrictionem de habilitate,similiter Bar.in l.Aurelius.§.Caius.ff.de lib.legata.q liberatio
130 seu remissio facta per aliquem † in instrumento, non se extendit ad incogitata,nisi verba contrahentium aliud dictarent. Bal. consi.186.nume. 1.volumine 3.qđ not. & facit etiam glossa not. in cap.1.in versi.inferatis,de statu monach.vbi si aliquis promiserit non molestare vel inquietare aliquem intelligitur de facto, & non de iure,prout Alexand.in consi. 11. colum. 3. volu.1.vbi dixit,q si princeps prohibet aliquem molestari, intelligitur de molestia iuris,tu verò omnia prædicta concordando & intelli-
131 gendo dic † q generale dicitur dupliciter. s. secundùm Bald. in consi.383.incipi.quando nume.4.volu.3.vno modo indefinite, & sine vlla coarctatione & alio modo generale non simpliciter, sed cum quadam limitatione, primo casu debet generaliter intelligi,secundo verò casu debet semper intelligi cum causa, vt in exemplo si concedatur generale arbitrium alicui super administratione nauis,vel dispensatione furmenti, isto casu consideranda est natura mandati,vt non possit extendere suam libertate
132 tem ad aliam speciem, vel dic secundùm quosdam Docto. † q ista verba generalia aut proferuntur à lege, vel ab homine,primo casu recipiunt restrictionem de habilitate secundum Iaco. Are.& Barto.in l.prima.§.nunciatio. ff. de oper.no.nuncia.secus si ista verba generalia proferuntur ad homine secundum Bald. in l.fin.col.1.C.sine cens.vel reliqu.& cum ista distinctione transeunt omnes Doct.

SVMMARIVM.

1 *Potentes an illi dicantur,qui non solùm per se.*
Sed etiam per propinquos alienatoribus timorem inferre possunt.
2 *Donare inter viuos,vel mortis causa an cuilibet licitum sit.*
3 *Nobiliores an pernitiosum mercimonium exercere iuridice prohibeantur.*

Source : BIU Cujas

Iacobi Nouelli. De iure Prothomiseos.

4 *In prædijs affigere titulos an cuilibet liceat.*
5 *Iura contra potentes personas semper præsumunt.*
6 *Potentioribus pares esse non possumus.*
7 *Titulus, ne liceat potentioribus, an locum habeat in notario Cancellario, vel milite.*
8 *Iudici pecuniam dare, vt iustam ferat sententiam, an cuilibet liceat.*
9 *Casus sequutus in Eccellentissimo Consilio de XL. ob corruptionem iudicum.*
10 *Subditus debet esse fidelis & obediens domino suo.*
11 *Subditus in omni tempore debet reuelare delictum committendum contra dominum suum.*
12 *Clericus ratione officii an layco sit potentior.*
13 *Ecclesia quæ nunquam moritur, an fisco æquiparetur.*
14 *Clerici, & Monachi an sint digniores laycis.*
15 *Plato asserebat in republica potentem pulchrum esse ad bonum conficiendū.*
16 *In omni loco periti imperitis sunt potentiores.*
17 *Demones potentes de cælo Deus omnipotens deiecit.*
18 *Iesus Christus deiecit sacerdotes de sede & exaltauit humiles Apostolos.*
19 *Potentes semper sunt deprimendi, & humiles sunt exaltandi.*
20 *Priuilegium coniunctionis an faciat cessare præsumptionem fraudis.*
21 *Qui proprie potentes dicantur.*
22 *Possidentes ex aliquo contractu an illis controuersia mouenda sit.*
23 *Lapso termino legali, an quilibet excludatur à iure congrui.*
24 *Qui rem suam se præsente obligari patitur, & non contradicit, an assentire videatur.*
25 *Lapsus termini dierum 30. an quilibet excludatur à iure congrui.*
26 *Visum est sapientibus ad audientiam denegandā, qui tanto tempore tacuit.*
27 *In certo tempore concessum. an post illud tempus censetur prohibitum.*
28 *Appellans à sententia habet tempus decem dierum ad appellandum.*
29 *Lapso termino dierum decem, an post terminum appellans audiatur.*
30 *Reo indulgetur proponere omnes exceptiones etiam fori declinatorias vsque ad litis contestationem.* 41.
31 *Filius habet tempus quinquennij ad querelandum testamentum patris de inofficioso.*
32 *Filius lapso termino quinquennij si tacuit amplius non auditur.*
33 *Tempus currit de momento ad momentum in causa compromissi.*
34 *In certo tempore permissum, an post tempus censetur prohibitum.* 27.
35 *Ecclesia lapso termino non restituitur ad opponendum crimina & defectus.*
36 *Ecclesia infra quadriennium an possit petere restitutionem in integrum.*
37 *Restitutio in integrum, an propter enormitatem læsionis quadriennio terminetur.*
38 *Tempus quinquennij an concedatur debitori ad soluendum.*
39 *Accusatori an semper indulgetur biennium ad perficiendam accusationem.*
40 *Si Pontifex assignauit terminum mensis ad acceptandum beneficium, post temporis lapsum non potest illud acceptare.*
41 *Termino præfixo ad præponendas exceptiones eo transacto alias proponere non potest.*
42 *Terminus à lege si sit prefixus, an post terminū quis audiri possit, & debeat.*
43 *Lapso decennio an possidenti controuersia sit mouenda.*
44 *Lapsis stridis quietis, nullus est amplius audiendus.*
Venetus si vendit prædium alibi existentem, an alter confinans possit petere beneficium ex hoc iure.
45 *Affirmatiua limitata ad tempus, an post tempus inducat priuationem.*
46 *Constituens procuratorem ad tempus, an post illud expirat illius officium.*
47 *Omnis concessio regulata tempore inducit post illud omnimodā prohibitionē.*
48 *Venetus, vel de prole possit petere beneficium ex iure congrui.*
49 *Statuta disponentia contra ius commune an extendātur ad res alibi sitas.*
50 *Casus Bassani. D. Marij de Armano aduocati celeberrimi.*
51 *Ius congrui an locum habeat in venditionibus initis cum pacto, vt dominiū non transeat in emptorem, nisi integro pretio soluto.*
52 *Pactum de retrouendendo, an impediat agnatum, uel vicinum habere beneficium ex iure congrui pro re uendita redimenda.*
53 *Venditio conditionata per terminos non tollit beneficium prælationis.*
54 *Coniunctio sanguinis ex lege an consanguineum excusat à pœna.*
79 iacenti currat prescriptio † Bal.qui nil ignorauit consuluit in cōsil.150.nu.8.volu.2.q̄ non.Alexā.in l.licèt.nu.4.C.de iure delib. & ibi Paulus de Cast.Bal.consi.317.nu.2.vol.2.Cor. cons.60.nume.6.vol.3.Idem consi.70.lit.h.vol.4.allega.Pet. Cy.Bal.Ang.& Paul.de Castro in d.l.licèt.Ita tenentes.Idem Cor. consi. 97.nu. 11.vol.2.& l ea,quæ.C.de temporibus in inte. rest.l.1.§.Sceuola. ff.si quis testa.ius.lib.esse fuer.Item tempore guerrę & hostilita
80 tis † non currit pscriptio:vt l.fin.C.de fund.limit. lib.10.Cor.cōsil.92.col.3.in fin.volu.4.Abba.& Docto.Cano.in c. ex trāsmissa.de pscrip.;& 16.quęst.3.prima. Nam tempore belli fit remis-
81 sio † mercedis in locationibus fm Cano.in c.propter sterilitatē, extra locati.Ange.& Docto. in l. si merces. §.vis maior.ff.locat.
82 Cor.consi.128.in princ.vol.2.& siler prescriptio † non introducitur in ijs quæ sunt meræ facultatis & voluntatis, prout singu. dicit Abba.in cap.inter cętera.in fine de rescript. & in c.ex parte Astensis col.2.de cōcess.præbendæ.& in ca.quoniam. de vita & hone.cler.& in c.ad apostolicam.de simonia. & in c. Ioānes. ad
83 fi.de cle.coniu.& similiter res † incorporales aduersario ignorāte pscribi nullo mō possunt,vt dicit sing.Bar.in l.quotiens.nu.2. ff.de seruit.& ibi Flor.rō iudicio meo:qa facilius perditur possessio rerum corporalium,quā quasi possessio horum iurium incorporalium;quia ista incorporalia tenacius inhærent, & ob id difficilius perduntur,fm Inno.in c.2.de restit.in integ.& ideo sequitur,q̄ qui non pōt concedere titulum in istis incorporalibus,pariter non pōt concedere præscribendi cōditionem, nam sicut tyrannus,qui est in quasi possessione iurisdictionis alicuius castri patiatur occupari territorium,non inducet per hoc ius præscribendi illam seruitutem:qa dēt esse patientia veri domini,& non prædonis,vel alterius possidentis vi,aut clam. Bald. in consi.44.in princi.vol.5.Abba.in consi.95.col.2. Idem in c.illud. de præscript.col.7.Anch.not.in regu.sine possessione,col.6.ver-
84 sic.solu.pro declara.de regu.iur.in 6.Item in re quę de iure communi † possideri non potest pariter & pscribi non pōt,vt c.illud distinct.93.& cap.ꝯ morem.dist.100.Abb.d.cōsi.95.col.5.vt puta res sacra,quarta episco.debita,& funeralium.i. ea q̄ veniūt occasione defunctorum,p laycum possideri non potest, ergo nec pscribi,vt Abb.Innoc.Felin.& Barba.in c.de quarta. de pscript. Din.sing.in c.possessor.col.5.versi.iure nouissimo,de re.iur.in 6.
85 Item not. † q̄ feudum Imperiale nullatenus præscribi pōt, fm Bar.& Bald.opiniones,nisi sciente Imperatore, vel eius locum tenente,vt Bar.in l.si publicanus.ff.de publi.Bal.consi.352.nu.9. vol.1.& in c.si quis.col.3.versi.quærit hæc glo. vtrum: si de feud. fue.contro.inter D.& agnat.& in consi.439.nu.4.volu.3.nam in pscribendis feudis duo necessaria requiruntur, scientia imperatoris & taciturnitas,vt l.2.C.de seruit.& aqua. † & Abb.in c.si diligenti.col.2.de pscript.Creditor similiter pignus non pscribit.l. nec creditores.C.de pign.act.& l.non solum.§. qui pignori.ff.de vsucap.

Source : BIU Cujas

vsucap.Bald.in consi.342.nu.7.volu.1.ratio iudicio meo est, ex quo creditor habet conscientiam rei alienæ, & sic cum mala fide præscribit secundum Alexand.in l.si finita. §.si de vectigalib. num.9.ff.de dam.infect.vel quia creditor non possidet, sed detinet pignus,& sine possessione non præscribitur,ut supra ca.sine
87 possessione.ff.de re.iur.vt supra late dixi:nam possessio regit†& regulat præscriptiones secundùm Bal.in d.consi.439. num.4.volu.3. Anch.in regul.sine possessione,col.5.de regu.iur. in 6.Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.21.ff. de acqui. poſſ.Bart. in l. sticho.nume.2.ff.de vsufruct.& Cor.consi.16.col.3.volu. 2.cum alijs infinit.& hoc intellige de longa p̄scriptione annorum decē & 20.non de longissima 30.& 40.secundùm glosſ.in d. c. cum non liceat.de p̄script.Item via publica & opus publicum p̄scri-
88 bi† nullo modo potest:vt l.viam. ff. de via pub. & l.p̄scrip.C.de operib.public.Bal.consi.44.num. 1. volu.5.& l.fin.ff.de vsucapi. Bal.in consi.206.nu.2.volu.1.Matth.de Affl.§. sed antequam nume.8.de iure prothom.fol.102.allega.l.fi.ff.de via publi.& l.vsucapionem.ff.de vsucap.supra diximus in quib. casibus p̄scriptio locum non habet,nunc videre superest,quando cessat. & in bo-
89 nis minorum cessat† præscriptio:vt l.fin.C.in quibus cas.integ. rest.non est necessa.Abba.in c.constitutus. de in integ. restit.vbi dicitur,ꝙ contra minorem nulla currit p̄scriptio, ex l.nam lex illa principaliter fuit inducta ad conseruationem patrimonii minorum,vt eorum iura intacta seruentur,secundùm Bar. in l.fin. C.de temp.rest.in integ.Iaſ.in authen.quas actiones.num.43. C. de sacrosanct.Eccle.Bar.in l.etiam.nu.2.ff.de minoribus.Cor.cō sil.296.num.4.vol.3.idem consi.70.col.3.volu.4.item cessat pro-
90 pter qualitatem rei† vt si fuerit sacra,publica vrbis, & ciuitatū: vt l.vsucapio.ff.de vsucap.vt supra late dixi. Item cessat propter causam,vt si quis non possideat,vel mala fide possideat; quoniā nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem malefidei possessorem,vt in c.vigilanti.de p̄scrip.secundum canones Abba.Feli. & Bal.ac Ioan.de Anna.Cor.consi.145.col.2. vol. 4.& consi.56. nume.5.volu.4.Remedium enim p̄scriptionis dicitur iniquum compendium,& refugiū miserorum.Abba.in c.fi.de præscript. Cor.consi.265.col.2.in fin.vol.3.idem cōsi.22.nu.7. volu. 1.Bal. consi.4.in nume.4.volu.3.Item cessat in omnibus actionibus p-
91 sonalibus† vt Abba.in c.fin. de cauſà possess. & propriet.nisi in præscriptione interueniat patientia, vt l. Procula. ff.de probat. Cor.consi.293.nu.17.volu.3. & similiter præscriptio non proce-
92 dit etiam in mille annis† contra ius declarandi:vt Iaſ.in l.petens. nume.9.& 2.C.de pact. ex quo nunquam præscribitur contractui,cum sit facti:sed actioni, cum sit iuris secundùm Bald.ibi. vel secundùm Saly.ex quo nunquam sine possessione currit p̄scriptio,ergo,& ideo si quis promittit soluere omne id quod declaratum fuerit me esse debitorem Titij, nil operabitur contra hæredes meos secundum Bal.& Saly.ibi.Item in omnibus reb.
93 viciosis,vel quasi† in inuasis,vel quæ sine scandalo quis,vel peccato consequi non potest rem suam, vide singu. Abb. & Felin. in c.nihil cum scandalo, de præscrip.& l. 2. C. in quibus causis cessa. long. temp. & similiter cessat præscriptio in re prohibita
94 alienari, † quæ communiter præscribi non potest, vt l.alienationis verbo.ff.de verb.signifi.& l.2.C.de vsucap.ꝙ empt. & l.si fundum.ff.de fundo dot.Cor.consi.38.col.3.vol. 1. & in consi.294. col.5.vol.3.Bal.consi.227.nu.6.volu.4.itidem cessat præscriptio
95 in omnibus actionibus† mistis: vt l.vnus. C. in quib. casib. cess. long.tempor. p̄scrip.vt in re pro indiuiso communi diuidundo & iudicio familiæ erciscundæ actio excluditur longi temporis præscriptione,præterquam in hæreditatis petitione,cum terminos suos excedat,vt Cor.cōsi.328.per totum,volu.1. & Doct.in l.ei qui.ff.de pet.hæreditat.Bal.consi.50.nu. 2. volu. omnis enim
96 actio regulariter tollitur spatio† annorum.30.vt Barto.in l.eos. §.j.C.de vsur.Abba.in c.ad aures.de p̄scrip.l.fin. C. de fund.patrimonial.lib.11.etiam de iure ciuili procedit cum malafide secūdum opinionem Cor.in consi.56.col.2.volu.4.vbi tenet, ꝙ etiā in actione dotali p̄scriptio annorum 30.locum habet, p l.sicut. C.de præscrip. 30. vel 40. anno. & l. in rebus. §.omnis.C.de iur. dot.& hoc verum,sed datur restitutio in integrum:si ille contra quem p̄scribitur erat minor:vt Bal.consi.4.nu.2.vol.3. prout supra late dixi,quæ restitutio datur ignoranti factum aduersus p̄scriptionem annorum 30.secundum Cor.consi.100. col. 2.vol.
97 pri. vbi dicit† ꝙ propter iustam ignorantiam datur restitutio aduersus pœnam incursam propter canonem non solutum intra triennium,alleg.Cy.Bald. & Docto. post glosſ.in l.2. §.fin.C. de iur.emphit.Ang.in consi.196. & Cast. consi. 293. cum alijs. Sed quæro,an p̄scriptio conuentionalis inita cum defuncto,cū
98 quo iam incepit,an currat contra† minorem eius successorem, dic ꝙ sic,prout late Bar.in l.Aemilius.ff.de in integ.restit.Abba. & Mod.Doct.in cap.constitutus.de in integ.restit.sed si talis præscriptio est inducta in odium negligentis vt non possint petere infra terminum l. vel statuti, an possit per pactum prorogari,
99 † dic ꝙ non,vt singu.per Bald.in l. fi.ff.de eo per quem fact. erit, & facit quod tāgit glosſ.in auth.quas actiones.C. de sacrosanct. eccle.cum alijs infinit.ratio videtur iudicio meo: quia præscriptio inducta per statutum succedit loco præscriptionis annorum 30.vt Iaſ.in l.ex hoc edicto,num.6.ff. de eo per quem fact. erit,& illius naturam in totum assumit, vt idem in l.nemo pōt. 2.lect.nu.88.ff.de leg.primo,si ergo annorum 30. præscriptio nō potest per pactum elongari,pariter nec ista. Sed dic: vt per Iaſ. in d.l.nemo.nume. 88.supra:quia præscriptio statutaria succedit
100† in locum præscriptionis iuris communis, secundùm Corn. in consi.180.vol.3.& sicut p̄scriptio non currit cum mala fide, pariter nec ista statutaria; vt Cor.in d.consi. Quæro postremò, an præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non existit, currat contra ius commune. Dic ꝙ sic secundum Cor.consi.22.per totum,volu.1.ex quo lapsus tanti temporis habet vim constituti,vt l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quot.& æsti.sed constitutum non cessat per actus iudiciarios, nec interrumpitur per illos, merito &c. vt in d. consil. & idem
102 consi.304.num.5.volu.3.& quomodo† talis præscriptio articu-
103 letur,vide Cor.in consi.47.num.6.vol.3. vbi late. Curia.† Idem est,ꝙ fiscus & dicitur curia à cura,vel à corde, eo ꝙ cor vrat,& ob id.Romulus curam habens populi Romani diuisit eam in 30.partes,quas curas appellauit, pro eo ꝙ reipublicæ cura pro eorum partibus sententias expediebat,secundùm tex.in l.2.ff.de orig.iur.versicu.postea, & sic vulgariter dicitur,bona ista posita sunt in curia.i. in fisco,& sic DD. Cardinales curiales dici possunt,eo ꝙ eorū cura & consilio resp.expeditur secundùm Old. consi.211.in 3.col.versi.circa secundam, & bonis omnibus con
fiscatis ob delictum alicuius, fiscus, seu curia debet soluere do-
104 tem† vxori,& sic ipsa capitur de manu curiæ.l.si tutoris. C.ad l. Iul.de vi.& l.res.§.res.ff.de iure fisc.Paul. de Castr. in consi. 392. Ange.& Doct.in l.Sabinus.ff.communi diuid.Par.de Put.in tract.sindic.in §.publicatio bonorum,fol.90.vel secundùm quos
105 dam Doct.dicitur fiscus,quasi fixus† eo ꝙ semper est soluendo,secundùm Bald.in consi.263.nu.2.vol.1. vel secundùm eundem Bal.in l.constitit.in fine num.13.C. de pœna iud. qui male iudica.ꝙ dicitur fiscus à fisco.i.à sacco quasi quodam continēs auri communis,& sic in confiscatione bonornm dos & legitima filiorum præfertur fisco:vt c.ex literis.extra de pigno.& l.cū ratio.ff.de bonis damnat.Bald.singu.in consi.171.per totum,volu.1.& sic not.ꝙ si fuit concessus alicui saluus conductus, seu fidantia ad tempus ab omnibus debitis, non se extenderet ad de-
106 bitum cameræ fiscalis† secundùm tex.in Auth.de manda.princi.§.publicorum.Bald.consi.400.num.3.vol.1.minusque in debito contracto ratione delicti,secundùm Rom.sing. 182. incip. quid si Titius,Hipol.singu.515.sed fiscus si ex forma legis,vel statuti potest bona alicuius rei confiscare,uel publicare ob delictū, bona talis rei,quæ prohibita sunt alienari,& transeunt de hære-
107 dibus in hæredem, non poterit publicare,† secundùm singu. theor.Barto.in l.Imperator.ff.de fideicom.liber.Alexan.in consil.23.incip.opportune,col.3.vol.1.Aret in tract.malef. in ver.& eius bona publicamus.Roma.cōsi.247.incip.primò dici potest. Aret.consi.14.incip.viso,in col.6.nisi durante vita delinquentis, sed eo defuncto tenebitur ea omnino restituere,secundùm Cę pol.consi.58.num.9.10.in consi.ciuil.in casu illorum de Caballis,quod not.& lege,& intellige prędicta, ꝙ fiscus potest petere bona delinquentis confiscata infra quinquennium:sed eo decur
108 so† & exacto non poterit fiscus illa consequi, & habere, secundùm Ricar.Malumb.quem refert Bart.in l.2. C.de apostа. Barba.in consi.70.incip.vbi episcopus.col.24.volu.4. fiscus etiam ex omni contractu inito & facto per imperatorem vel per Pontificem obligatur,secundùm Bal.in consi. 326.nu. 10. incip. Rex Romanorum.volu.primo.Sed non inutiliter quæro, an fiscus
109 habeat† in bonis criminosi,seu delinquentis tacitam hypothecam.Tu absolute dic,ꝙ sic,secundùm glosſ.not.in l. rescriptum. circa princ.in versi.hypothecas.ff.de pact. licèt alia glosſ.contrarium notet in l.j.C.pœn.fisc.cre.quæ communiter per Doct.reprobatur, & ob id publicatis bonis alicuius delinquentis iura conditionalia in fiscum transferūtur,secundùm tex.in l.in facto §.fiscus.ff.de cond.& demonst.quod intellige de cōditione mixta,vel potestatiua, & non de alia secundum Roma. consi. 247. & in singu.170.incip.glosſ.ordina.& in singu.430. vbi tenet, ꝙ confiscatis bonis transeunt etiam bona, in quibus ille talis hēt ius in re.Et item quæro,an debitor fiscalis possit bonis cedere,
110 & carcerem euitare† Tu responde, ꝙ sic secundùm glosſ. not. in §.fin.Institu.pro socio.licèt reperiatur alia glosſ.not.huic contraria.in l.nemo.C.de exact.tribut.lib.10.& sic debitor particularis cedendo bonis liberatur,dummodo hoc in fraudem non faciat; quia tunc non liberaretur, secundùm text.in l.fin.quæ in fraud.credit.& in Auth.de fideiusso.§.res.in versi. creditur,colu. prima,& sic ille qui cedit bonis dēt à carcere liberari etiam inuitis creditoribus,iuxta tex.in l.1.C.qui bon.ced. poss. & ista fuit theorica Bal.in cons.301.nu.4.vol.5.& licèt fiscus multa habeat priuilegia,vt satis omnibus notum est,secundùm Bald. in l.1.C.
111 de hæred.vel act.vendit.quia causæ fiscales sunt† fauorabiles, in dubijs tamen semper p̄ eum pronunciandū venit,fm Matth. Mate.singu.71.nu.1.& inter alia priuilegia hoc hēt, ꝙ in causa fiscali

Source : BIU Cujas

fiscali iudex potest etiam nemine postulante contra suum debi
112 torem sententiam proferre,etiam reo non citato † vt est tex.in l.2.§.senatus.ff.de iure fisci.secundùm Roma.in singu. 570.prout etiam in hac republi.multas vidi sententias contra debitores fiscales etiam non citatos,& qui fiscum defraudauerit in quæsitis,in quadruplum punitur. In quærendis verò in duplum tan-
113 tum,vt l.si multi publicani.circa fin.ff.de pub. & vect. † & si debitor fisci eũdem dolo fraudeue læserit,aut defraudauerit in duplum,tenetur secundùm omnes Doct. & fuit singu. Amanel. 163.in prin.& vide. At quia hæc nõ est propria nostra materia, nec intendimus verbis inutilibus implere opus nostrum,ideo ꝑ trãseo,& propriam aggredior,& quæro an in bonis per fiscum quæsitis,& alienatis ius congrui locum habere possit. Tu abso-
114 lute cõclude ꝙ non,vt in casu nob.D.Augustini Nani.q. † Clarissimi.D.Pauli.de certis terris confiscatis per Illustrissimũ duc. Dom.& alienatis per officium DD.super rationibus camerarũ, & in multis alijs casibus sequutis in officio cadutorum, licèt de terris sitis in territorio Taruis.& acquisitis per exactores camerarum & rectores de extra & alienatis ad publicum incantum ob eorum statuta & ducal.prouisiones,in illis ius congrui locũ
115 habere non est ambigendum,prout in casu† nob.D.Dominici Zane sequuto Asylij coram Magnifico D. Potestate de anno 1558.Ad fauorem ser Ioan.Aloy.Campesano nominibus vt in snĩa,quæ pro parte no.D.Dominic fuit appellatum ad Clarissi. DD.Audito.no.senten.& sub die 18.Augusti par. auditis intromissa,quæ snĩa est adhuc sub cẽsura excellentis.Consilij de XL. ciu.no.Quid modo dicendum,si fiscus haberet prædium commune cum Sempronio,& vellet totum vẽdere requisito Sempronio,& ille vult tantundem dare,quantum alius,vtique dẽt ꝑ ferri idem Sempronius in dicto prædio sic alienato, ſm Bald.in l.2.C.de commun.rerum alienat. vbi dicit, ꝙ licet fiscus possit
116 totam rem vendere ratione communionis † tamen id facere dẽt requisito semper consorte, qui emptor non excusatur à solutione vectigalis secundùm Bar.in l.1. C. de nauicul. lib. 11.& sicut fiscus potest cogere quencunque tenentem fundum tributarium ad integrum tributum,pariter & emphiteuticarium ecclesiæ ad integrum canonem secundùm Afflict. dec. 153.nu.2. fol.128.Cano.oẽs in c.potuit.de locato.& ibi Ioan.de Imola,qđ not.& idem tenet Tiraq.in suo tract. de vtroque retractu,glos. 18.§.primo,nu.7.versi.præterea venditor. Quæro postremò,an
117 in uenditionibus bonorum immobilium ad publicum incantum factis ius prothomiseos locum habere possit. Tu dic,ꝙ ex forma statutorum Vtini,Paduæ ac Taruis.in collatione possessionum,quas vendi contigerit publicum ad incantum,illud idẽ obseruatur quod fit in aliis venditionibus & insolutum.dationibus,in illis dat, ergo & in istis, pariterque in bonis omnibus stabilibus dimissis per testamentum alicui monasterio, clericis
118 † locis piis,vel religiosis cuiuscunque conditionis existant,quæ in hac fœlicissima resp.vendi,vel alienari contigerit per Clarissi. DD.decem Sapiẽtes super monasterijs in executione partis Excellentis.Cõsi.Rogatorum anni 1536.22.Decembris datur beneficium prælationis.Quid dicendum de bonis fiscalibus alienatis,an ius congrui locum habet.Tu absolute conclude, ꝙ super ipsis ius prothomiseos locum non habet, ad instar bonorũ feudalium,vt supra dixi ad nu.129.& vt in fine huiusce constitutionis.Et nunquam vidi in alienationibus factis in hac floridissima Rep.de bonis fiscalibus,nunquam dico vidi dari prælationẽ
119 † prout in casu nob.D.Augu.filij. q. Clarissimi.D.Pauli.D.mei obseruandissimi nomine commissariæ.q.D. Andreæ Grimani q.Ser.Francisci,qui eo nomine emit campos 250. possessionis de la braia sub ditione Rodigij policinij, ab Illustrissimo Senatu pretio,ducat.11.millium sub die 27. Aprilis 1554. nec non & in casu D.Cæciliæ.r.q.Clarissimi.D.Aloysij Pisano cum. D.Sebastiano Pisani.q.D.Antonij occasionem domus sitæ in contra
120 ta San Leonardi † Et vt in mandato Excellentis.DD. Cap.Illu-
121 strissimi Consilij Decem diei 19.Febra.1535. † Quæ quidem bona fiscalia nullo modo vẽdi vel distrahi possunt, nisi interuenientibus octo solemnitatibus à lege requisitis. Et si illarum aliqua defecerit,nulla erit venditio; vt in l.Fulcinius. in §.1.& 2. ff.quib. ex causis in poss.eatur.Doct.omnes in l. si minori. C. de iure has.fisca.lib.10.Primò,ꝙ debitor fisci vere & nõ ficte sit debitor.Secundò, ꝙ in solutione debiti diu sit cessatum vsque ad summã duca.50.Tertiò,ꝙ fiat subhastatio in locis solitis seruatis solemnitatibus terræ. Quartò, ꝙ id quod vẽditur detur plus offerenti.Quinto,ꝙ iusto pretio vendatur.Sextò, ꝙ emptor sit bonæfidei.Septimò,ꝙ procurator fisci interueniat. Octauò, ꝙ certo tempore res vendẽda stet in subhastatione, & si aliquid ex ijs desit,non valet quod fit,& irritat vẽditio,vt singu.not.Odof. vltra alios in l.1.C.de fide instr.& iure aste fisca.lib.10 qđ not.& in l.si tempore.in prin.C.eod.titulo. Et in omni venditione seu alienatione facta † per fiscum oportet,ꝙ procurator fisci interueniat,& authoritatem præstet,ſm Odof.in l.quæcunque.nu.5. C.eod.titu.& qui emit à fisco secure emit:si solemnitates vt supra requisitæ & seruatæ legitime interuenerint, & non aliter sẽ cundùm eundem Odof.in l.2.C.ne fiscus rem quam vẽd.ema. lib.10.ꝙ semper nota,& si velles scire,an fiscus & respublica differant,tu secundùm Bal. responde,qđ respublica vniuersitatem quandam significat,fiscus verò significat rem ipsius vniuersitatis,prout sing.Bal.in l.constitit.num.13.C.de pœna iudic.qui male iudica.& hic finis.Laus deo.

ROGERII ANTIQVI GLOSSATORIS de diuersis præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio dicitur quælibet exceptio essentiam capiens ex tempore.*
2 *Exceptio solo comparata fauore quæ dicatur.*
3 *Exceptio nec fauore nec odio comparata quæ sit.*
Actiones vt plurimum terminantur anno.
4 *Præscriptio quædam triduo compleri potest.*
5 *Appellanti quando obstet præscriptio anni.*
6 *Præscriptio duorum mensium actioni ex stipulatu potest opponi.*
Redhibitoria actio quanto præscribatur tempore.
7 *Aestimatorię actioni præscribitur anno.*
8 *Prætoriæ actiones anno vtili præscribuntur.*
9 *Actio furti manifesti perpetua est.*
10 *Petitioni hæreditatis præscribitur quinquennio.*
11 *Fiscus quadriennali præscriptione gaudet conuentus pro re aliena,quam vt suam vendidit.*
12 *Actiones criminales(iniuriarũ dempta)uiginti annorũ tollũtur ꝑscriptione.*
13 *Præscriptio anni utilis uel centum dierum obest ei qui prętorio iure vult succedere.*

Capitulum primum.

OMnium pręscriptionum viam ita posse facile percipi opinamur, si ipsarum varietas prius diligenter exposuerimus.
1 † Est ergo præscriptio oĩs exceptio ex tpe essentiam capiens, aliàs abusiue quelibet exceptio, ẽt fori,ꝑscriptio vocatur.Sunt aũt exceptiones tales.aut fauore,
2 aut odio solo,aut vtroque,aut neutro comparatę.† Fauore solo ꝑparata est centũ dierum,vel anni ꝑscriptio,quæ bonorum possessori obijcit̃.Hæc.n.nec primi gradus odio, cui obijcit̃, nec sequentis fauore,cui cõpetit,sed creditorum gra, vt cito q̃ conuenerunt,habeãt,& ipsius maxime defuncti cã, ne eius bona tanq̃ prodigi & inopis possideant̃.est à prætore inuenta.Huic similis vr̃ quinquennij prescriptio defuncti statum iuuans, vt Insti. de bo.pos.§.vlt.licèt non semper ꝑparata est longissimi tpis ꝑscriptio siue vsucap.† Neutro.i.nec odio,nec fauore,vt ꝑscriptio an
3 nalis,q̃ actionib.prętorijs & pœnalib.plerunque obijcitur, q̃ nec actoris odio,nec rei fauore introducta est.Sed quia ꝑtoris imperium annuũ erat,iõ & à prętore inuenta est.Actiones plerunq; anno finiunt̃,vt iniuriarũ actio,& rescissoria,& alię multæ,vt Insti.de perpe.& temp.act.in princ.Sed ex tpe oriantur,q̃ non semper pereque computant̃,singularum ꝑscriptionum tpa enumerare non sit tedioſum.Sunt.n.ꝑscriptiones nunc 30. seu 40. nũc 10.siue 20.annorũ,nunc minoris tpis,quas vt minus frequentes
4 statim transcurramus. † Est ergo q̃dam prescriptio,quæ triduo completur,vt illa q̃ clientis patrono errorẽ corrigere vol̃ẽti obijcitur,vt C.de er.aduo.l.vlt.Sicut & illa 10.dierum silentio ex die scientiæ nascitur,q̃ appellare volenti opponitur,ut in auth.de appel.& intra quæ temp.§.j.col 4.proinde huic si intra decem dies appellasset 30.dierũ obstaret ꝑscriptio, si apostolos petere neglexisset,qui dies snĩæ recitatione numerant̃, vt C. de appel.l.iu-
5 dicibus. † Appellatori quoque qui non ad principẽ appellauit, si cãm exequi differat,anni ꝑscriptio obstat, aut biennij, si iusta cã impeditur primo anno exequi appellationẽ,vt in auth.de appella.§.2.& in auth.de his qui ingre.ad appellã.statim post principip.Illi quoque qui volens appellare,seu apostolos petere, non est auditus,statuta sunt tpa anni spacij, vel sex mẽsium,siue quatuor pro iudicis qualitate,à quo vel ad quem prouocat̃,vt C.de
6 appel.l.si appellationẽ.† Actioni quoque ex stipulatu obijcitur q̃q̃ue duorum mensium ꝑscriptio,veluti cũ quis in cã priuata sine scriptis fideiubens,ꝑsonę exhibitionẽ pure promittit, vt C. de fideiuſ.l.penul.redhibitoria quoque sex mensium ꝑscriptione ex ordine,in casu verò duobus mensib.tollit̃,veluti cum pro caution.q̃ edicto ędilitũ continent̃,non prestita ea actione agat̃, vel si conuenerit,vt redhiberet̃ res,si displiceret, Q̃q̃ue ex conuentione est ꝑpetua,vt C.de ædili.act.l.si apud & l.penult.ff.eo.l.
7 si venditor. † Aestimatoria quoque annalis ꝑscriptio est impedimento ex ordine,& cũ pro non prestita cautione intendit̃,sex mensium ꝑscriptione tollit̃:cedũt aũt tpa quę ꝙ ædilitias actiones ꝑscriptiones,pariunt ex vẽditionis die,vel ex quo rei venditę cognosci potuit latens vitiũ,vt ff.eo.l.si venditor, & l. ꝙ si nolit.
8 §.qui mancipia.l.ędiles aiunt,& l. cum sex. † Prætoriæ quoque pœnales actiones ex ordine anni vtiles ꝑscriptione extinguntur. Rescissoria rei ꝑsecutoria cum sit, qa ꝙ ius ciuilæ datur, eadem prætscriptione tollit̃:si qua verò pœnam & rẽ persequit, quò ad

rem per-

Source : BIU Cujas

9 rem perpetua,quò ad penam annalis est. † Actio verò furti manif sti,licet penalis ꝓtoriaq; sit,ꝑpetua est,& ea q̄ pro iecto vel effuso ꝙpetit,& si q̄ similes inueniunt, vt ff. d actio. & obligatio. l.in honorarijs actionib.ff.vi bono.rapt l.2.§. fi.& Insti. de temp. & per.act.circa prin.ff.de vi & vi arma.ff.de his q deiec.vel effu.l. si verò.§. ꝓtor §.fi. Actioni verò de dolo cōtinui biennij excepti.
10 obijcitur,vt C.de dolo l.optimū. † Petitio quoque hrditatis q̄n sub inofficioso colore intenditur,quinquennali ꝓscriptione tolli tur,q̄ prescriptio tuetur et statū defuncti, qui cōi opinione non in fugā ꝙuersus atque latitans,nec passus status controuersiam morris tpe vt ciuis Romanus vixit,vt C.de inoffi.testamē.l.si qs. C.ne de stat.defuncto.ꝑ quin.quæ ll.si mater, & pater, repetitio.
11 † Quadriennij quoq; ꝓscriptio tuet fiscū ab actione vtili,qua conuenitur,cū rē alienā vēdidit vt suam, hæc quoque ꝓscriptio fisco opponit q̄que veluti cum de bonis vacantib.fisco nondū nunciatis qs bona fide emerit.Aliàs aūt ex ordine fiscus 20. annorum ꝓscriptionem timet,nisi aduersus eam sint.statuta mino ra tpa,vt C.de quadriēnij præscrip.l.1.& 2.ff.de diuer. & tempo. præscrip.l.intra quatuor.& l.in oībus.ff. de requi.re. & ab.dam.l. 2.in casu verò quodā ꝙ eum nulla currit præscriptio,vt C.ne rei
12 do.vel tēp.ven. † Criminales actiones 20.annorū prescriptione extinguntur excepta iniuriarum actione,quæ anno terminat,& adulterij simplici accusatione,que ꝙ adulteriū quinquennio cō tinuo sopitur,vt C.ad l.Corne.de Fal.l.querela.& C.ad le Iuli.de adulte.l.adulter.ff.ad leg.Iul.de adult. l. miles. & l. vim passam.
13 † Volenti quoque iure pretorio succedere centū dierū vel anni vtilis præscriptio obest, qui dies computantur vtiles, ex quo qs cognatū mortuū seseque ad successionē vocatū sciuit,aut scisse nisi ius ignorasset,vt ff.de bonorū possessio.l. in bonorum pos sessiōe. & Instit.d bonorū possessio.C.de iur.& fact. ignora.l.3.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longi temporis quando inchoetur.*
Præscriptionem longi temporis quæ inducere possint.
2 *Titulus quid sit.*
3 *Vsucapere non potest qui titulum non habet.*
4 *Error in facto alieno toleratur.*
5 *Bona fides quæ requiratur in præscriptione longi temporis.*
6 *Personæ adminiculum in præscriptione longi temporis est necessarium.*
7 *Præscriptio vt initium capiat,quid necessariò spectari debeat.*
8 *Præscriptio longi temporis qualiter sit continuanda.*
Præscriptio longi temporis quibus,seu per quæ impediri possit.
9 *Priuilegium rei præscriptionem impedit.*
10 *Vitium fundi impedit præscriptionem.*
11 *Præscriptio post sicut ab initio impedire potest.*
12 *Præscriptionis longi temporis quid sit effectus.*
13 *Præscriptio longi temporis solas in rem actiones tollit.*

De longi temporis præscriptione. Cap.2.

REstat vt de longi ac deinde lōgissimi temporis præscriptione videamus. Est ergo viden-
dum, qūo hęc ꝓscriptio inchoetur, cāę quoque vi-
dendæ sunt,q̄ deficiunt vel impediunt ab initio, vel
1 postea,effectusque eius tandē liquebit. † Inchoatur aūt hæc ꝓ-scriptio in rē alienam à non dño ex empto vel simili cā acceperas.Inducunt aūt præscriptionem hanc in primis titulus iustus, fides bona,cum ꝑsonæ apprehendētis adminiculo, q̄ sibi possit acquirere,ac tandem possessionis statuto tpe continuatio ꝑ ad
2 uersariorum silentiū roborata. † Titulus est oīs acquirendi dominij cā.i.ex qua nr̄m fiat,quod non erat nostrum, horum titulorum quidam aliena,quidā solius iuris nituntur authoritate. Et qui aliena authoritate nituntˉ,plerunque ꝑpria nomina hnt, puta pro emptore,pro donato,pro dote,pro legato, pro derelicto,pro hrde,pro soluto.Qui verò solius iuris authoritate gaudent vno gnrali noīe.i.pro suo vtūtur,quo solo titulo nr̄a fiunt oīa,q̄ mari,terra cœloq; capimus,q̄ de rebus nr̄o dominio subiectis naſcunt,& ea q̄ fluminis iure agris nostris accrescunt,vel aucupationē,vel specificatione,vel simili iure nobis obueniūt, & sic istis titulis nr̄m fit,tum verò,& traditiōe, quod à verisdo minis,vel perceptione quod de re nr̄a percepimus, ita si credimus,dominos,licèt non sint,q nobis tradūt, vel ancillam nr̄am ex qua partum ꝓcipimus,ꝓscriptionē serui vsucapione inchoa-
3 mus. † Sin aūt verus titulus deest,licèt ipsum te hre crederes,nō vsucaperes,nisi probabili errore facti deceptus esses,vti de eo dr, qui ad emendū aliquid suo mandauit,ꝓcuratori,q cū non eme rit,se emisse ꝓsuasit,atque ita tradiderit,magis est vt dns qui talis deceptus errore accipit,ꝑ emptore ꝓscribat, licèt nulla fuerit
4 emptio. † Error.n.in alieni facti ignorantia,quia plerunque pru dentissimos fallit,est tolerabilis,ideoq; ꝓscriptio prodest, vt ff.d vsuca.l.Celsus.& l.nunq̄ ff.pro empto.l. quod vulgò. ff. pro suo. l.vlti.& l.j.& 2.ff.de vsucap.l.pōt.Nulla bona fides ex accipientis parte desideratur & ex dantis,nisi verus dns ius suum, & alienationem factam ignoret. † Et est fides bona quantū ad hāc ꝓscri
5 ptionem,si is qui accepit,dantem arbitret alienandi eo mō ius hre.Itē & in dantē,& hanc fidem vt pro emptore ꝓscriptio inchoetur,oportet interesse & venditionis, & traditionis tpe.in alijs autem sufficit eam adesse traditionis tempore,vel quo initiū sumet prescriptio,vt ff pro empto.l.2.& l.qui fundum.§.promittatur,& in Authen. vt sponsa.largi.§.rursus.collatio 9. constit.2.
6 † Personæ adminiculum in hac præscriptione desideratur,vt cū exordium capere debeat, sic sit persona q̄ suum aliquid possit habere,quæ si desit,præscriptionis cessat initium. Inde est, ꝙ siquid seruo hæreditario detur,ante,nec eius vsucapio,nec prescriptio inchoabitur,q̄ si hæreditas fuerit adita:sic vt inchoetur hęc prescriptio personam desiderat. Vt autē postquàm est inchoata,continuauerunt eam,nec bona fides, ita nec personæ desidera tur adminiculum;nam nec ex posteriore rei alienæ scientia interrumpitur,& per hæreditatem vacantem completur,vt C.de vsucap.non transf.l.vsucap.ff.de vsucap.l.nunquam iusto.præscri
7 ptio,possessio.& l.hęres.† Sed titulus iustus,fides bona,personæ adminiculum,vt initium præscriptio capiat, spectantur,vt verò consummationis finem capiat,possessionis continuatio per 10. annos inter præsentes,uel uiginti inter absentes est necessaria,si ꝓsentes sunt,qui in eadem prouincia domicilium habent,absen
8 tes qui in diuersis. † Continuatur aūt hæc præscriptio sic, si nec ciuiliter nec nāliter eius cursus fuerit interruptus, de qua re etiā latius videbimus,vt C.de præscrip.long.temp.l.1.2.& vlti. Cum ergo ea adsunt,quæ nunc notauimus,curret præscriptio,si quoque absint ea quæ eam impediunt. Impediunt aūt eam domini persona,res,necnon & actionis genus:nam contra personalem actionem hæc præscriptio non currit, vt C. qui. non obstat lon. temp.præscr.l.neque mutui. Neque domini persona hanc præscriptionem impedit,vt si minor 25.annis, vel furiosus,vel collegium diuinum rei præscribendæ sit dominus, vt C.qui.non ob. long.temp.ꝓscri.l.non est.& C.qui.cau.in inte.resti. non est ne.l. vlt.& in Authen.de eccle.ti.§.pro temporalib.Res quoque multis modis ꝓscriptioni obest,nunc ipsius rei priuilegio, nūc vitio.
9 † Rei priuilegium præscriptionem impedit, quod à commercio siue dominio nostro nā vel iure eam eripuit. Natura à commercio hominem liberum eximit,ideoque nullo tempore præscribitur.Ius aūt rem sacram,sanctam,& similem à commercio & à ꝓscriptione eximit,necnō & fundum dotalem, dummodo
10 mrimonium duret,& sit vir soluendo. † Fundi quoque vitium ꝓscriptionem impedit,vt si sit vi possessus:tunc.n. nec ab inuasore,q̄n mala fide,& sine titulo possidet, nec ab emptore etiam bonæfidei præscribi pōt,anteq̄ possessione ad dominum reuersa fuerit rei vitium purgatū. † Et sicut ꝓscriptio obstat ab initio
11 sic & post,& interruptio ciuilis aut nālis, q̄ non ob id solum cō tingit,ꝙ possessor post ꝓscriptionis initium rē esse alienā cognoscit,vt C.de long.tem.præ.q̄ pro.l.i.l.vlt.& ff.de vsuca.l.vsucapionem.& l.sequit.§.qd autē & l.non solum.& l.quare. & l.cū vir. ff.de fun.do.l.si fundū.C.de iure do.l.pen. & C.de vsuc.ꝑ emp.l.
12 si partem.& C.de lon.temp.ꝓscri.l. 2. † Est aūt ꝓscriptionis cuiusuis effectus,vt actionem ꝑ exceptionem tollat, & fm quosdā vt etiam dominium trāsferat,& possessori ꝙ actorem in rem defensionem pariat,dummodo possideat, eidem quoque saltem
13 vtilē dabit vendicationē,si à possessione ceciderit. † Solæ verò an in rē actiones,siue directæ,siue vtiles hac ꝓscriptione tollunt, necnon quod metus cā actio,siue hrditatis petitio, qn ꝙ bonefidei emptorē cōpetunt,& hoc iō ꝙa vendicationis loco dant,& vt rei corporalis vendicatio tali ꝓscriptione tollat, supradicta desiderant,vt aūt rei incorporalis.i.seruitutis vendicatio tollat ex ordine satis est si ꝓdicto tpe seruitute non fuerit vsus, qui eā poterat vendicare,si restitutionis iure oīno careat,vt C.de ꝓscr.30. vel 40.ann.l.si quis.& C.qui.non ob.lon.tem. præ. l.neque & C. de his q̄ vi.C.de edic.diui Adri.tol.l. fi. & C. de serui.l.sicut.ff.de serui.vr.præ.l.hæc autem.C.de se.re.pu.l. & Attilicinus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longissimi temporis quando necessaria sit.*
2 *Præscriptio longissimi temporis siue tricennalis quibus prosit, aut obsit.*
3 *Ius quot modis quem petere prohibeat.*
4 *Dos mulieri debita matrimonio constante non potest repeti.*
5 *Præscriptio tricennalis duntaxat contra desides locum habet.*
6 *Præscriptio tricennalis quando contra actionem personalem nascatur.*
7 *Præscriptio tricennalis per quæ impediri possit.*
8 *Præscriptio triginta annorum impeditur propter actoris impuberis personā.*
9 *Præscriptio 40. annorum in quibus locum habeat.*
10 *Præscriptionis tricennalis, & quadragenalis effectus qualis.*

De longissimi temporis præscriptione. Cap.3.

NVnc de longissimi temporis prescriptione vidē-
dum est,quę als ex 30.aliàs ex 40.ann. curriculis completur,& à superioris ꝓscriptionis tractatu longe lateq̄; abest.Porrò cū tricennalis prescriptio sit frequentior,primū de tricennali, deinde de quadragenali in eius defectu ꝙperta videbimus.Videnda sunt itaq; q̄ eā inducāt, vel impediant eā,& quis sit eius effectus,& primū qn hęc ꝓscri
1 ptio sit necessaria,& quare sit inuēta.† Est aūt hęc ꝓscriptio tūc demū necessaria,cū longi tpis ꝓscriptio deficit, quod cōtingit, vt & supra diximus,siue reus ꝑsonali actione ꝑpetua conueniri possit,siue in rē,& titu. aut bona fide careat,aut si sit res vitiosa:

habet

Source : BIU Cujas

habet aũt præscriptio hæc nec titulũ,nec fidem bonam, sed rei vitiũ sicuti nec actionis genus,nec actoris siue rei psonam omnino distinguit. Fures n. & inuasores hæc p̃scriptio munit immo verò ꝯ milites, adultos,mulieres, & absentes a iunioribus
2 †diuis principib. est ideo inuenta, & q̃ ante ꝓpetuæ constitutæ fuerant astiones,certo fine taxarentur,& cũ sit odiosa hæc præscriptio,inducunt eam ꝯ personalis actionis desidiam, & ꝯ vendicationem ipsius longam,& incõcussam detentationẽ; vt.n.p sonaliter quis obligatus est, statim ex quo quis cũ effectu conuenire eum creditor potest, & cessat, ita vt nil faciat pro suo iure conseruando, initium talis præscriptio capit, & ideo donec
3 actorem agere prohibet,nequit inchoari.† Prohibet autem ius quem petere, nunc ipsius actionis, quæ intendi debet, natura, nunc creditoris psona: actionis natura tunc impeditur creditor agere,& ideo contra eum non oritur præscriptio, cum debitũ, quod in obligatione vertitur, non sit purum, sed aut conditione,aut temporis dilatione suspenditur. Vt si promittat,vel legetur
4 aliquid in diem vel sub conditione.† Idem est & in dote mulieri debita, quam ante solutum matrimonium ex ordine repetere vetatur, ideoq; ante contra eam currere non incipit prescriptio. Actoris persona prohibet ius ipsum, cui quid debetur, petere,& ideo huius præscriptionis cessat initium,vt si quid debeatur filiofamilias,ꝯ quem ideo non currit præscriptio; quia in iudicio communi iure sine patris voluntate nequit consistere.
5 †Quamobrem si nõ iudicatur deses, nec desidiæ pœnam debet pati,& hæc præscriptio contra deses duntaxat locũ habet. Amplius sicut illi qui non egit; quia non potuit,non currit præscriptia,sic nec creditori, qui ideo suum debitorem non conuenit, quod annis singulis ei soluit vsuras, idem in cohærede, siue socio,contra quos ideo fami.er.seu com. diui.actio ei non competit;quia cum eo similiter possidendo semper de re tanq̃ cõi,obuentionem percepit,tali enim facto,licèt quidam,quorũ sententiam inanem probauimus,ꝯ sentiant, non minus actio seruatur incorrupta q̃ si fuisset in iudiciũ deducta,vt Insti.de perpe. & tẽ. act.& C.q.non ob.l.t.p.l. neque.C.vnde vi.l.vlti.& C.de præscri. 30.vel.40.an.l.sicut.& l.cum notissimi.& l. si quis.& C.de anna. excep.l.1.§.si.C.de iure do.l. in rebus.& in auth. vt sponsa.lar.§.
6 rursus.col.9.consti.2.†Sed quidẽ sancitũ est hic, vt contra personalem actionẽ nascatur talis præscriptio, vt verò contra venditorem initiũ capiat, & petitorẽ ex quo agere possit silere conuenit,& ipsum reũ possidere non corporaliter sed tã ciuiliter q̃ pro suo.Ideoq; nec colonũ, nec emphyteutam in dominij quæstione,dũ ꝺductionis noĩe possidetur, ꝯ domum tuebit talis p̃scriptio.Idem & in creditore dum hypothecę iure pignori inhereat licèt quidam contradicant,vt C.com. de vsucap.l.1.& C.de præscr.30. vel.40. an.l. malè agitur. & C.eo.l.cũ notissimi.§. sed
7 cum.†Et licèt huius p̃scriptionis facilis sit ingressus,sunt tamen præterea quæ supra diximus, quæ eam impediunt ab initio,aut post.ab initio impedit hęc, idest 30. an. præscriptio nunc ꝑ rem,nunc ꝑ actoris personam,nunc ꝑ rei personam,& actionis genus. Rei ratio hanc præscriptionem impedit,vt si sit liber homo, aut sacrum quod possidetur, aut tale cuius non sit propria & continua possessio,quorum numero sunt omnes seruitutes rusticę præter aqueductum,hic enim quia eius possessio sit quasi cotinua, rerum immobilium exemplo præscribitur. Idem est in vrbanis seruitutibus in superficie consistentibus,vt tigni immittendi, & stilicidij, fiscalibus quoque functionibus; quoniam eis parere conuenit omnes prædiorum possessores,sicuti curiali,colonariæve seu adscriptitiæ conditioni minime ꝓiudicat huius præscriptionis adminiculum,vt C.de seruit.& aqua. l.si aquam.& ff.de mor.infe.C.de agric.& censi.l.cum satis.l.11. & C.de præscrip.30. annorum l.præscriptionem. & l. comperit.
8 † Propter actoris personã impeditur talis prescriptio,si sit actor impubes,ei.n. non curret præscriptio, antequam pubertatis annos ingrediatur, sicuti nec contra locum venerabilem,nec contra ciuitatem,vt C.de prescrip.30. anno.l.sicut.& l.cum notissimi.& in auth.de eccles.titu.§. pro temporalib.C.de sacrosan.ecclę.l.vt.inter.Rei persona ac. actionis genus ab initio hãc prescriptionẽ impedit,vt si creditori ꝑ pignore, qđ debitor vel debitore viuo secundus creditor possidebat, hypothecaria competat actio;vt C.de p̃scripti.30. ann.l.sicut. & l. cũ notissimi-§.sed cũ. Ex post facto quoq;.l.licèt iam sit cępta ab initio, ne inchoetur, huic p̃scriptioni obest litis ꝓtestatio, vel conuentio iudicialis, q̃ rẽ litigiosam facit, vt C.de 30.anno.prescrip. l. cũ notissimi & l. sępe.C.de anna. excep.l.1.His cessantibus, quæ p̃scriptioni huic obstare notauimus, si cæpta fuerit,effectũ sortiretur præscriptio,si non ante eius consumationẽ interrumpitur legitime. Modos
9 verò interrumpendi ẽt melius ostendemus.† Ad hæc notandum in quibusdam 40.annorũ præscriptionem subrogari,in q̃bus tricennalem cessare diximus,vt in actione hypotecaria contra debitorem, vel secundum creditorem primo creditori competente:sicut & contra locũ venerabilem tunc locũ habet,cum ei,talis competit actio, quæ si priuato cõpeteret 10. vel. 20. vel 30.annorũ præscriptione tolleretur, sed vbi aliqua p̃scriptio iudicij continuatione est interrupta, & hæc ideſt 40.annorum p̃scriptio locum habet, & ex eo tempore incipit currere, ex quo vltima ꝓcedunt litigia,vt C.de præscrip.30. anno.l.oẽs. & l.cum notissimi.l.sępe.& C.de anna.excep.l.1.& in auth. de ecclesia.tit-
10 §. ꝓ temporalib.†Harum duarũ p̃scriptionũ, cum fuerint perfectę varius est effectus; nam debitorẽ contra personalẽ actionẽ perpetua muniunt exceptione,cui si soluerit, non dant ꝺictionẽ,quoniam sunt cõparatæ creditoris odio,possessorẽ verò,qui vẽditorẽ poterat conuenire, perpetua,dũ possideat,tuentur exceptione,etsi bonefidei possessor p̃scriptione finita cadat de possessione,dant ei vtilem in rem actionem, quæ malefidei possessori.denegaretur, si de possessione sine alterius violentia quanq̃ re iam p̃scripta caderet. Sed cũ verus possessor rem vendicare non valeat,quã malafide prescripserat, rei domino vel creditori,cui ea res fuerat obligata,datur eius rei vendicatio, licèt inuasor,si nunc posset, eos scilicet dominum vel creditorem ab agendo hac prescriptione repelleret,vt C.de præs.30.ann.l. sicut & l.si quis.ff.de condi. inde.l.exceptionem.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio longissimi temporis quomodo naturaliter interrumpitur.*
2 *Præscriptio longissimi temporis litis contestatione ciuiliter interrumpitur.*
3 *Actor quando possit præsidem adire & præscriptionem interrumpere.*
4 *Præscriptiones quæ omnes tollant actiones.*
5 *Præscriptiones minores non currunt contra minores viginti quinq; annorũ.*
6 *Præscriptio opposita non numeratæ pecuniæ quibus infringatur modis.*

De interruptionibus prescriptionum. Cap.4.

Sed quoniam iste & alię prescriptiones, ne consumationis finem capiant, interrumpũtur frequentissime, ideo interruptionum modos hoc in loco numerandos diximus, ac de modis 30. & 40.ann. prescriptiones interrumpendi
1 primùm videndũ est.† Interrumpitur aũt hec p̃scriptio naturaliter,& ciuiliter,naturaliter veluti si possessor, cępta iam prescriptione,aliquo casu possessionem amittat,s.vi, vel fluminis impetu,vel sponte propria,vel alijs multis modis, vt ff.de vsuca.l.nãliter.& l.ei a quo. ff.de acqui.pos.l.qui vniuersas. C. de acqui.pos. l.antepenul. Hic aũt interruptionis modus solis vendicationib.
2 vt perpetuentur, prodest. † Ciuiliter verò interrumpitur p̃scriptio litis contestatione, quę fit cum cęperit iudex audire negotij summã per partiũ narrationẽ hincinde factam: fit quoq; interruptio sola conuentione reo declarata, vel eius saltẽ domui ꝑ iudicis executorẽ.Si ꝺbitor in suũ creditorẽ nouat vel emittat cautionem, aut etiam vsurarum faciat solutionem, siue creditor, siue vi pignoris nanciscatur possessionem, tali enim facto. 40.an.prescriptio, quæ contra hypothecariam, & tricennalis,q̃ contra actionem personalem currere cęperat, interrumpetur.
3 Sed & cum reum conuenire difficile sit, eo quòd absit, vel sit potens,vel infans tutore carens, vel furiosus curatorem non habens,potest actor adire prouincię præsidem,vel procuratorem mittere, absque litis contestatione vel iudicaria conuentione prescriptionem interrumpere, si saltem in scriptis apud eum a se factam deponat querelã,sed si præsidem adire nequeat, apud episcopum, vel defensorem ciuitatis in scriptis querelam deponendo id consequetur. Si uerò præses & epicopus, & defensor defuerit,licet actori publice,& cum tabellionum, vel saltem tri tum testium subscriptione, si ciuitas illa careat tabellionibus, querimoniam proponere, vbi reus habet domiciliũ,vt sic præscriptionis interrũpatur cursus, vt & tunc differtur,cũ pupillaris ætas interuenit, puta ꝯ maiorem tali cępta prescriptione, & nondum ꝓpleta, eũ decessisse eiq; pupillum successisse. In hoc enim casu j̃. pubertatis tempus differtur præscriptionis cursus.
4 Hæ præscriptiones omnes actiones tam in rem, quàm in personã tollũt,& postquã sunt perfectæ ꝯ eas denegatur omnis restitutio,vt C. de prescrip.30. anno.l.cum notissimi.& l.sępe. C. ex quib.cau.in integ.resti. non est necess.l. vlti.C. de anna.excep.l.1. & 2.Hisdem modis 20.& 30.annorum prescriptio, quę vsucapio vocatur, quatuor vel etiam quinq; annorum prescriptione, & si qua minor sit, interrũpitur, quibus 30.vel 40.annorũ prescrip.interrumpi diximus,excepta biennij continui p̃scriptione, q̃ de dolo actioni obijcitur,& quadriennij cõtinui exceptione, quę postulanti in integrum restitutionẽ opponit,hę enim duę p̃scriptiones nec litis constitutione interumpũtur, vt C.de dol. l.optimum.& C.de temp.in integ.resti.l.ea quæ. & l. petendę.l.
5 superuacuam.† Hoc amplius contra minores 25.annorum ipso iure nõ currunt istę minores,scilicet 10.vel 20. annorũ,aut rescissoris tpis p̃scriptiones, excepta quinquennij p̃scriptione defuncti statutum defendente. Contra maiores quoq; quandoq;, aut ipso iure defendunt, aut in integrũ restitutione elidunt,puta cũ actor j̃. statuta p̃scriptionũ tempora ius suum exequi ex probabili cã fuerit impeditus.Quorum numero sunt reipubli. cã bonafide absentes, vel etiam alibi studiorum causa agentes & similes,vt C.de qui.in integ.rest.nõ est nec l.vlt.& ff.ne de sta. de.p.q.l.nõ esse C.q.n.ob.l.t.p.l.1.2.& 3.& in Auth.vt spõsa.lar. Spe.s. com.§. de prescriptione vero.ff.ex quib. cau.maio.25.l.1.

Source : BIU Cujas

6 Præscriptio quoq; quæ non numeratę pecuniæ exceptioni opponitur,modis supradictis infringitur, & ꝓterea in scriptis facta extra iudicium denuntiatione interrūpitur. Præscriptiones quo que annuæ seu minoris temporis interrumpuntur,ēt per solam precum oblationem principi factam, si ad eas principes rescribant,vt C.de non nu.pec.l.vlt.C.quan. libel. prin.da.lit.con.l.1.& 2.Sed quoniam sunt quædam species,in quibus paulo ante præscriptionem currere negauimus, quod ab aliis affirmatur, ideo quemadmodum contrariam sententiam infirmet Iurisprudentia.ab ipsa expectemus, quod quidem ita liquebit, si in quæstionum modos aduersariorum allegationes, & Iurisprudentiæ responsa,quæ ab ipsa percepimus, inseramus.

ROGERII DE PRESCRIPTIONIBVS Dialogus.

SVMMARIVM.

1 *Actio pignoratitia quare post annos quadraginta concedatur debitori soluere parato.*
2 *Præscriptio quando oriri dicatur.*
3 *Ius soluendi vel offerendi per quadraginta annorum lapsum non potest auferri.*
4 *Ius petendi & agendi ad actorem pertinens præscriptione tollitur,non autem ius soluendi, sine offerendi.*
5 *Præscriptio quadragenalis quid requirat, vt contra aliquem currere possit.*
6 *Filiusfamilias suo nomine vtiles potest actiones intendere.*
7 *Præscriptiones pœnales molliendæ sunt non exaggerandæ.*
5 *Deses per omnia nemo iudicari potest.*
9 *Creditor qua ratione pignus debitori reddere compellatur.*
10 *Creditor secundus quam præscriptionem primo creditori opponere possit.*
11 *Ius quodlibet cuique competens an possit annis 40. tolli.*
12 *Ius offerendi non tollitur præscriptione, licèt bene actio hypothecaria elidatur.*
13 *Actio familiæ erciscundæ, communi diuidundo, siue pro socio an tollatur socius in communi longissimo tempore possidentibus.*
14 *Actiones familiæ erciscundæ, communi diuidundo, & pro socio quando competant.*
14 *Socius dum in re possidenda cōiter fructus cōes percipit actionem incorruptā perinde ac si consortium iudicio vexaret retinere dicitur.*
16 *Res communiter possessa annis 59.an maneat communis actione pro diuisione sublata.*
17 *Actiones pro socio,familiæ erciscundæ,& communi diuidundo quando præscriptione tolli possint.*
18 *Præscriptio consocys contra suas actiones currit altero velut propriam rem possidente.*
19 *Consuetudinis cuius timeri debett interpretatio.*

Personæ.

Rogerius,& Iurisprudentia.

1 ROgerius. Quæro cum † omne ius 30. vel 40.ann. præscriptione tollatur, quare post annos 40.debitore soluere parato cō cedatur actio pignoratitia? Iurisprudētia. Hoc ideo concedo: quoniam antequam soluat,vel offerat, quod debetur, vt quidam minus recte dicunt,pro recipiendo pignore debitori non nascitur actio pignoratitia. Tunc enim demum pro recuperando pignore hæc actio debitori competit ex ordine, cum soluere saltem paratus fuerit. Cum ergo ante non possit intendi, meritò ante contra
2 eam non oritur præscriptio, † quæ tunc demum oritur cum actor nullo iure petere impeditus, desidiæ negligentiæve deditus,quod ei etiam statim ius concedit, petere contemnit;ei.n.soli cum non egerit,& merito imputatur, cui nil, quominus ageret,obfuit,vt C.de præscrip.30.ann.l.sicut.& l.cum notissimi.C. de anna.except.l.1. Roge. At qui potuit debitor ante quod debebat offerre, & sic pignoratitiam habere,quare licèt his an. 40.pignoratitia non sit sublata,eo quòd nondum erat nata,non tamen vltra valet intendi, etiam debitore soluere parato; quia offerendi ius, quod pignoratitię sit præparatorium,est causa an
3 norum 40. prærcri. ablatum. Iurispru. † Annorum etiam 40.lapsū soluendi siue offerendi ius debitori non potest auferri, & sic nec pignoratitiam tali præscriptione adhuc potest perdere;quia nondum ei competit nec offerendi ius,quod actori præ stat aditum. Roge. At qui omne ius 40. ann.præscrip. tollitur. Iurispru. † Minime quod assumis verum est, solum e-
4 nim petēdi agendive ius, quod ad actorem pertinet,tali prescriptione tollitur,at soluendi siue offerendi cū agendi petendive iure nil cōmune habet, nec ad actorem iuuandum,contra quē sunt præscriptiones istę inuētæ,sed ad rē liberandū.pro quo defendendo sunt cōparatę,pertinet, vt sic quidē rectius dicamus post annos etiam 40. qm̄ adhuc saltem naturaliter sit obligatus, debitorē posse & se & pignus suū soluendo liberare. Roge. Sed cū debitor potuit soluere, & sic pignoratitiā actionē quærere, miror quare ꝓtra eum quasi desidem nō currat talis p̄
5 scriptio. Iurispru. † Vt ꝓtra te currat talis præscriptio, non satis est,ꝙ aliquid facere potuisti, quo facto actionem cum effectu quæreres.Nā & filiofamilias actionē aliquā habenti,licèt vt sibi agere permitteretur facile posset a patre impetrare,non curret tn̄ hæc prescriptio,cui rectius si quod allegasti, intueamur ꝙ non egerit, quā debitori ꝙ nō soluerit, vt sic actionē pignoratitiā haberet,pōt imputari. † Nempe & filiusfa. & suo noīe vtiles
6 pōt intendere actiones,veluti cū absit pater,vel sit vitę suspectæ, & sępe facillimū ei est a patre consequi,vt vel ipse pater agat,aut sibi agere permittat,ꝙ etiā quandoq; facere cogitur, vt cum hæreditatem sibi delatā patre repudiāte adeat. debitori verò sepius grauissima est debiti solutio, & cū filio non currat, vel cui sit latior agēdi via,satis minus debitori in casu curret;cum sit ei mul-
2 complemento repetitionē solennis l. Celsus. ff. de vsucap.† Post modum verò ne antiquitas neglecta vī in calce operis inferenda putaui scripta super materia reuerendissimi ac excellentissimi vtriusque iuris monarchę sempiternęq; memoriæ dñi Hinrici olim Host. ep̄i. Cardinalisq; romanæ curiæ primarij, Secusini, compatriotę & vicini nostri in sua celebratissima summa, rubrica de præs. Qui totius huius nostræ Pedemontanæ regionis splendor. est, perpetuumq; decus. Ipse enim inter cæteros canonistas obtinet principatū. Diciturq; alterum ex luminaribus magnis, vt Spec. in proœmio sui operis ingenue profitetur. Supra additis insuper opportunis additionibus, & suppletio. vt qđ ad materiam pertineat, quantum ingenioli nri penuria sufficere potuit, nil deesse videatur; vt noui tyrones in hac laboriosa, & ardua præsertim mā, resecatis ambagibus recto calle instruantur, q̄d eos tā aduocando q̄ iudi ſm cōes Doct. sīnas quas vbiq; refero seq̄ oporteat. Ne forte ipsos aliqñ sub authoritate iurisprudentiæ pernitiosæ errare ꝯtingat, iuxta Celsi adolescētis iurecō sulti sīam, quā Paulus disertissimus nō aspernāt in l. si seruū. §. sequit. ff. ver. obli. Reliq vero lōge inq̄sitionis & tot luminum reuolutionis laborem effugit, & saltem leuamen aliqđ nostro ex labore suscipiant. Nō est. n. hoc multiplicare volūina, sed potius multiplicata resecare, & ad breue vtilissimūq; ꝯpendiū redigere. Qđ hisce temporibus in tanta librorū multitudine opinionūq; varietate, & ꝯflictu noscit apprime necessariū: non est hoc augere laborē, sed minuere: adeo vt tractatoribus, qui sparsim a maiorib. tradita diligenti indagine in corpus vnū collige re & labenti memoriæ nostræ pleno aliquorū tractatuū ꝯpendio succurrere studuerunt, si mō vera faremur, plurimū debeatur. Nō ꝙ de suo q̄q̄ attulerint, sed ꝙ suis laboribus p̄difficilē & sua mole grauē ac varias in partes diffusam scientiæ partem aliquam in vnū collegerint atq; maiorū scripta recēsendo iuxta ꝯmicū illud. Nihil dictū quin prius & bene scite dispositum. Nec q̄q̄ ꝑfecto nisi insanus hos damnabit, immo ꝯmēdabit & extollet plurimū. Vt nō minus vere q̄ eleganter inqt reuerēdissimus & celeberrimus q̄i nostri Doctor. D. Proposi. Mediolanē. postea Cardi. Alex. meritissimus in epistolari p̄fatione commēti sui in quartū decre. librū. Quo in loco ꝯ obtrectatores aliqd vtile scribētiū iustissime stomachat, & accerrime. inuehit, illosq; manifestis rōnib. plurimum increpat. Tā tomagis debetur his q vltra aliorū scripta p eos ordinate disposita & cumulata aliqd p̄tinenter vtiliterq; addere conati sunt, & obrectorū, qui plerunque pro sola male dicendi consuetudine. soloque liuore
3 latrant, nulla ratione commoti os obstruatur.† Nam teste Hieronymo. Is solus malignantium linguas euitat, qui nihil scribit. Placet in mediū adducere, quod placere scribit Bal. in ꝓlo. decre. coi. inquiens. Dicet aliqs ad qđ loqueris: cum tot scripserint, qui mundum illuminauerunt? Rñ. adhuc. multum restat operis multumq; restabit, nec vlli nato post mille secula p̄cludetur occasio aliqd adhuc adijciendi.† Quia inuentis inuenta non
4 obstant, teste Sen. 8.c.ad Lucil. Nam instar solis intellectus oriī, occidit, vadit, & redit, & nunq̄ moriī, sed suis vicibus occultat. Et alibi ait idē Seneca ep̄la. 5. in fi. Patet oībus veritas. Nondū ē occupata. Multum ex illa ēt futuris relictum est. Refert. solēnis Doc. D. An. de Iser. in ꝓlogo lecturæ. suæ feudalis. col. 1. adijciēs.
5 †lō interdū reuelat minori ꝙ nō maiori. C. de of. rec., puin. l. potioris grad°. 95. di. c. esto. ī. fi. & bea. Aug. senex. & eps tot annorū ab anniculo dicit separatū edoceri. 23.q.4.c.si habes. pluraq; alia ad excusatio. ꝯmedationēq; eorū, q aliqd vtile de nouo scribūt, si mō sapiāt, adducit Iser. aurealq; sīnas ex diuinis codicib° hausstas, quas silētio p̄tereo. Ne nra nimis euagēt oratio. Nā & si in talib. eminēs scīa reqrāt, mediocris tñ tolerāda est, vt dicit summus Pontifex. in c. nisi cum pridē. §. pro defectu. de renun. & est sententia iureconsul. in l. sciendū. §. illud. ff. de ædil. edic. Nec iā vltra restare videbat aliqua iuris pars fructuosa, q̄ celeberrimorū iurisconsultorū supioris, & nostri æui plenis tractatib. cōprehēsa nō eēt, Collegerūt etenim multi viri doctissimi varias vtri usq; iuris mās, non quidē absq; summis laboribus & vigilijs, nā alij de testib. alij de arbitris, alij de iudicijs, alij de quæstionibus alij de syndicatu rectorū, alij de maleficijs, alij de statuis, alij de

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De Præscriptionib.

legitimationib. alij de vltimis voluntatib. siue testamentis, alij de emptione & venditione, alij de vsuris, alij de duob. fratribus & socijs, alij de vectigalibus & gabellis, alij de dotib. alij de priuilegijs fisci, alij de iure emphyteutico, alij nouissime de feudis & iure pronatus, & alij verò de alijs multifarijs, & ꝑpe infinitis vriusq; iuris materijs scripsere, & speciales facere tractatus. Ita vt nulla videat supesse mã speciali nota digna q̃ specialẽ tractatum non hẽat. Et si de his vt plurimũ specialis extẽt tituli. Multaq; tradantur sparsis tamen locis ordinarijs & extraordinarijs. Eorum certe, vt inquit solennis Doctor dominus Ioan. Bertachi. Firmanus in proœmio sui tractatus de gabellis, quisq; laudandus est, ac a posteris iuris professoribus percolendus. Quòd leuius in addiscendo passurus sit onus, qui collectas in vnum materias lectitabit. Sola præscriptionum materia profundissima & late patens hactenus derelicta est, specialemq; tractatũque non habet. Hanc igitur pertractandam disponendamque assumpsi. Multis hincinde sparsis apum more collectis. Non quidem ambiendi, sed proficiẽdi discendiq; studio. Quod & si difficilem prouinciam & humeris meis longe imparem adoriri visus sum. Tractatuiq; ipse pro amplitudine, dignitate, vtilitate, difficultateq; materiæ penè inextricabilis alium exposceret au-
6 thorem.† Nec me lateat illa Horatiana sententia.

Sumite materiam vestrisque scribitis equam viribus.
Versate diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri.

Et Persiana.

Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.

Etsi inter artifices, iurecõsulto teste, longa sit differentia. Cõfisus tamen non in meo tenui sensu, sed in eo a quo est oẽ datũ optimũ, & oẽ donũ ꝑfectũ, & q̃ cũctarũ est author scientiarũ, quiq; sapientiam paruulis præstat & intellectum, vt Psalmista inquit. Tractatum ipsum aggredior diuino prius implorato præsidio, quod opus qualecunq; sit, eum oĩum bonorum & peritorum iudicio correctioniq; subijcio quibus solis placere studeo, iuxta poeticum illud.

7 † Curandum est semper placeat doctisque.
Sumnia quidem laus est displicuisse malis.

Tum maxime correctioni & iudicio sacri consultissimique vtriusq; ducalis Senatus, in quo summos legum vertices adesse cõspicimus senatoresq; clarissimos, inter quos eminent Magnifici præstantissimiq; patres iurisconsultissimi Antonius, dinone. D. Bernardinus Parpalia, & Angelinus de Prouanis dignissim iustissimiq; præsides, necnon reuerendus Magnificusque pr̃ Antonius ex Romagnani Marchionibus, apostolicus protonotarius, quam plurium ecclesiarum titulis meritissime decoratus, sigiliferq; ducalis, qui tanq̃ sydera in illo sublimi senatu, scientia, iustitia, prudentia, moribus. grauitate irradiant, atq; corruscant, & vna cũ aliorũ insigniũ peritissimorumque senatorum collateralium cętu, tm̃ senatum geminum splendissime complent, quicquid n. a tantis Senatoribus approbatum fuerit me approbare profiteor, & reprobare qđ ab eis fuerit reprobatum. Et si forsitan in aliquo me peccasse offenderint, clementer veniã dabuntur non immemores, nihil ꝑfectum humanis in rebus inueniri. Nec ꝑpterea libellũ ipsum reijcent:
8 qa iuxta Plinij sententiam. nullus† est liber tam malus, qui aliqua ex parte non prosit. Rogo ẽt ne quis temere prius scripta nostra dãnet, quã legerit, atq; perlegerit, vt maliuoli, vel ignari facere solent, q̃ prius indicant, q̃ intelligant. Teste Boetio in topicis. Nostri (inquit) oblatrantis mortus inuidiæ. Nostri q̃ facillime indifficillimis cautis liuor iudicium ferat. Opus. n. ipsum recte animaduersum & examinatum quale sit ostendet.

Nam cuncta legendi.
Forsitan occurret vacuas, quod mulceat aures.
Pęniteatque minus suscepti in fine laboris.

Vt inquit splendidus ille poeta francis. petrarca in principio Aphricæ. Sed iam ad rem ipsam descendamus.

Hæc ita præfatus ad ipsum p̃scriptionis tractatum deuenio. Et quia forma dat esse rei & ordo cuncta bene disponit. Diuido ipsum tractactum in sex partes principales.

In prima parte ponã præludia & essentialia p̃scriptionis, videlicet ipsius diffinitionẽ. Vñ dicat. Quo iure inducta fuit, & ꝑpter quid. An tollat nãlem obligationem. Quod differt a ꝓsuetudine. Et tractabunt plures aliæ q̃stiones ex his dependentes.

In secunda parte tractabo de natura præscriptionis, videlicet an sit fauorabilis vel odiosa, & qs inde resultet effectus maxime an præscriptio exrendatur.

In tertia parte tractabo principaliter de p̃scriptione rerum corporaliũ. Quæ sit differentia inter ius canonicũ & ciuile in hac mã p̃scriptionis. & in specie mãm tituli, ac bonæ & malesi dei & de ꝓgatiua & effectu temporis, cuius initij memoria non extat latius, quàm alibi cum quæstionibus oportunis.

In quarta parte tractabo. Quantum tempus requirat in oĩ p̃scriptione cũ accessorijs illud comitantib. Et quando dicat inter p̃sentes vel ablentes, & de p̃scriptione iurium corporaliũ p̃cipue seruitutis & libertatis, & actionũ p̃sonaliũ, realiũ, mixtarũ, & aliorũ iuriũ tã in gñe q̃ in specie, p̃sertim de p̃scriptione iuris emphyteutici, & feudalis, & an aduersus p̃scriptionẽ ꝓcedat restitutio ex capite ignorantiæ & præscriptione fructuum & accessoriorum.

In quinta parte tractabo de p̃scriptione ecclĩastica, siue canonica, & inium spiritualiũ, & de præscriptione ꝯ fiscum & rem publicã, & de p̃scriptione regaliũ & rerum acquisitarum a fisco, & an ea, quæ competunt per modũ facultatis, de iure gentium possint præscribi, & an præscriptio tolli possit ꝑ actum, priuilegiũ, vel statutũ, ac plures alias quæstiones ordinate connectam pro ipsius præscriptionis materiæ complemento.

In sexta & vltima parte tractabo de quatuor principaliter, videlicet in quib. casibus, & ꝯ quos p̃scri. a princi. nõ currat, seu nunquã inchoetur. Secundò qñ & in quib. casibus præscriptio iam inchoata dormiat. Tertio aliter &, quomodo interrupatur. Quartò. & vltimò qualiter actio perpetuetur.

S V M M A R I V M.

1 *Cognitionem specierum præcedere debet cognitio generum.*
2 *Institutio quæ a ratione de aliqua re suscipitur debet a diffinitione proficisci.*
3 *Iuri operam daturus nosse prius debet, unde nomen iuris descendat.*
4 *Ordo est incipere a genere.*

TRactaturus itaq; ꝑfundã præscriptionũ materiam imitabor iurecõ-
1 sulti snĩam in l. 1. ff. si cer. pet. quæ habet. † Quòd ad cognitionẽ specierum p̃cedere dẽt cognitio generũ. (Ad hæc vide Phil. Deci in rub. extra de ꝑb. col. 1. adducentẽ
2 plures gl.) & Ciceronis. 1. officiorũ. lib. inquientis. † Quòd oĩs q̃ a ratione suscipit de aliqua institutio dẽt a diffinitione proficisci. Vt intelligatur quid sit id de quo disputetur. Refert. Bal. in prælu. feu. col. 3. Et iureconsul. in l. 1. in prin. ff. de iusti. & iur. di-
3 centis. † Quòd iuri operã daturũ prius nosce oportet, vnde no-
4 men iuris descẽdat. Hinc dicit Bal. in rub. ff. si cert. peta. † Quòd ordo est incipere a genere. facit glo. quæ plura similia adducit in rubrica de reg. iu. in 6. in prin. ibi. Si quæratur &c.

Pro introducenda igitur hac mã permitto, q̃ habentur per glo. magistrã 16. q. 3. in summa, videlicet. Quid sit vsucapio. Quid præscriptio. Quid inter se differant. Quid sit earũ effectus. Et q̃ res possint vsucapi, vel p̃scribi. Quæ requirantur ad p̃scriptionẽ, & qualiter præscriptio interrumpatur. Quæ oĩa permixtim tradit illa glo. & imperfecte. Et de his omnibus infra sigillatim dicetur ꝑ partes & quæstiones suis locis distincta.

Præmitto etiam pro fundamentis quæ plene tradit. Hostien. in summa de p̃scriptio. maxime sub rub. de præs. re. mo. per totum, & Azo in summa. C. de vsucapio. pro empto. & practi. Papi. in forma respõsio. rei conuen. in verbo præscriptionis. col. 1. & 2.

S V M M A R I V M.

1 *Diffinitio præscriptionis vel vsucap. quæ sit, & istud nomen vsucapio quomodo accipiatur.*
2 *Præscriptio decem vel viginti anno. appellatur vsucapio.*
3 *Diffinitio præscriptionis secundum Io. An quam ipse tanq̃ veram approbat explicans singula eius membra, & communiter etiam tenetur.*

His generaliter præmissis ad ipsum specialẽ deueniens tractatum. Primãq; partẽ
1 eiusdẽ ingrediẽs † Quæro in primis, quid vsucapio siue p̃scriptio Iureconsul. in l. 3. de vsuca. ponit diffinitionẽ dicẽs, ꝙ vsucapio est acquisitio, vel adiectio dominij ꝓtinuationẽ possessionis tẽporis a lege diffiniti. Et ibi large vsucapio ꝑ p̃scriptione accipitur sm̃ glo. & Hosten. in summa de p̃scriptio. in prin. dicentem, ꝙ ponitur hic vsucapionis nomen, tam pro præscriptione rerum immobilium q̃ vsucapione mobilium. Nam olim, vt dicit Host. (Et ita ante glo. & Hosten. dixit Azo in summa. C. de vsucap. ꝑ empto. col. 1. circa prin. ver. & ponit.) ẽt res ĩmobiles
2 dicebant vsucap. l. furtũ. & l. quã rẽ. ff. de vsucapio. † Quod intelligendũ est de præscriptio. Ion. tem. 10. vel 20. anno. q̃ appellatur vsucapio, vt patet per totum illum titulum. ff. de vsucapio. & ꝑ totos titulos sequentes. Non aũt de p̃scriptione triginta, vel quadraginta annorũ, quę nõ erat cognita đ iure Digestorũ, vt dicit gl. ĩ l. qui occidit, in principio in verbo amisit. ff. ad l. Aquil. & in l. Iulianus, aliàs incipit nõ solũ. ff. ex quib. causis maio. cũ alijs glo. ꝓcordan. per dñum Petrum Philip. Corneum. cõs. 38. placet mihi. col. 4. in principio secundo vol. ubi dat hunc intellectum (Adde quòd iste fuit intellectus Azonis, vbi supra) ad titulum ff. de vsucap. cum titulis sequentibus, dicens ꝙ loquuntur in vsucapione, sub qua comprehenditur longi temporis præscriptio, quæ iure Digestorum ferè semper vsucapio appellatur, vt est videre ꝑ totum illũ titulũ, & titulis sequentibus. Vnde hæc diffinitio nõ est vniuersalis; qa non ꝓuenit proprie nisi vsucapioni triennij, ꝑ quam acquiritur directum dñium, & large p̃scriptioni longi tẽpo. cum titulo & bona fide, vel p̃scriptioni lõgissimi tẽporis, iuncta bona fide absq; titulo. Ex quib. quæritur vtile dñiũ l. si quis emptionis. in principio. & §. 1. iuncta glo.

Source : BIU Cujas

cta glo.C.de præscriptio.30.annorum. & late dicetur in 2.parte principali huius tractatus. Sed hec diffinitio non conuenit præscriptioni actionum personalium & aliorum iurium, nec præscriptio 30.annorum rerum immobilium cũ mala fide, ex qua paratur exceptio tantum de iure ciuili. d.l.si quis emptionis. §.1. Et sic nõ est cõuertibilis generaliter cum omni suo diffinito, iuxta text.in l.1.§.dolum.ff.de dolo. Est ergo ista diffinitio specialis non generalis. Et propterea glo. 16.quæstio. 3. in summa latius diffinit dicens q̃ præscriptio est exceptio ex tempore substantiã capiens,quæ actioni personali vel in rem opponitur,quam diffinitionem simpliciter sequitur Goffre. in summa de præscrip.

3 † Sed eam impugnat Ioan. And.per plura media in c. possessor. col.3.cum sequen.de regu.iur.in 6. Et tradit aliam diffinitionem dicens, q̃ præscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. Et hanc approbat pro vera explicãs singula eius membra, referunt & sequuntur Panor. & Fely. in rub.de præscrip.col.1.declarat Pau.de Cast.consi. 293. aliàs 297. visis & ponderatis omnibus,in antiquis consilijs, maxime circa illa verba,pœnam negligentibus inferens,& ipsam late prosequitur Ioan.And.in d.c.possessor. & ibi refert & sequitur Alberi.de Rosa. recitans aliam diffinitionem Hostien. in summa de præscrip.§.1.Sed est sub rubri. de præscr.re.immo.in prin. Et cõmuniter tenetur hæc diffinitio Ioan. An.& Panor. & Cano.in d.rubri.de præscrip. ideo latius non insisto.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio est nomen verbale deriuatum a præscribo, quod idem est, quòd præfigo, statuo, præfinio, vel limito.*
2 *Præscriptio dicitur horarum, dierum, hebdomadarum, mensium, annorum &c.*
3 *Proscribere, & præscribere in quo differunt.*
4 *Proscriptus quis dicatur.*
5 *Termini isti præscriptus & proscriptus, secundùm subiectam materiam considerantur.*

1 Secundò principaliter quæro. † Vnde dicatur præscriptio. Et licèt non inuenerim istam quæstionẽ tactam per Summistas,nec per aliquem doctorem. Dico q̃ est nomẽ verbale,deriuatur a verbo præscribere, qđ significat idẽ, qđ præfigere, statuere, præfinire, vel limitare, vt probat tex.in c.2.de conce.præben.in verbo,& j̃.præscriptum terminum.i.præfixum,& in c.singulis.86.distinctio.ibi.ne vltra præscriptum exigant. i. vltra statutum. Vnde dicitur præscriptio quasi temporis præfixio,vel præfinitio.Et propterea omnis terminus potest ap-

2 pellari præscriptio. † Hinc dicitur præscriptio multiplex, videlicet,horarum,dierum,hebdomadarum,mensium, & ann. vt per glo.in rubri. ff.de diuer. & tempor. præscriptio. Et latissime per Hostien.in sum.in tit.de præscriptio.rerum immo.ver.quot sint eius species. Secundo modo accipitur præscriptio pro exceptione. (Adde q̃ præscriptio aliquando exponitur. i. iniuria, vt in l. præses.in verbo præscriptione, cum glo. C. de pigno. aliquando exponitur præscribitur. i.contra veritatem scribitur, siue in præiudicium veritatis. l. qui sub conditione. in verbo præscripserit. iuncta gl.ff.de cõditio.& demonstra. & l.cum ea. in verbo præscribitur, cum glo.C.de transac.) vt in l.præscriptione.iũcta glo. C.si contra ius vel vtilita.publi.& in rub.ff.& C.de excep.& præscrip.vnde præscribere sepissime ponitur pro excipere, vt in l.fi. in primis verbis.ff.de suspec.tuto.& in l.si maritus.§.præscriptiones.ff.de adul.& in l.scio.ff.de appel.& alibi sepe. † Differunt au-

3 tem inter se isti duo termini præscriptio, mutata litera c,in o. Et Et pariter præscribere & proscribere. Nam præscriptio & præscribere accipiuntur prout s̃. Proscriptio verò dicitur bonorum

4 publicatio, inde dicitur proscriptus proprie † qui corporaliter non damnatur,sed cuius bona publicantur,vt in rub. C. de bon. proscrip.& in l.si quis intra.in verbo, stilum proscriptionis. iuncta glo.quæ exponit,id est confiscationis. & in l.si quis post hac. & in auth. bona damnatorum.in primis verbis. eo. tit. & in l. 1. iuncta glo.in verbo proscriptionis.C.ne sine iuss.princi. & in c.legimus.ibi.proscriptione bonorum.de consecra.distin.5.no. Alb. in dictionario,in verbo proscriptus. Aliquando verò proscribere accipitur,idest in publico legendum ponere, vt quando ponitur scriptura in loco publico, & patenti ad finem quod deducatur in notitiam populi.Iuxta tex.in l.sed si pupillus. §. proscribere.& §.proscriptum.ff.de instito. † Et sic isti termini accipiuntur

5 diuersimode secundùm materiam subiectam, vt apparet ex his, quę nota.in apostilla.

S V M M A R I V M.

1 *Vsucapio proprie respicit mobilia,præscriptio verò immobilia,quamuis large sumendo præscriptio comprehendat vsucapionem, & numero sequenti.*
2 *Exceptio præscriptionis pro re mobili opposita non dicitur inepta.*
3 *Lex correctoria corrigens in vno casu extenditur etiam ad alium,qui ex lata significatione comprehendi poterat sub illo.*
4 *Vsucapio semper est fauorabilis, præscriptio verò regulariter odiosa. Statutum loquens de præscriptione non trahitur ad vsucapionem.*
5 *Legislator promiscue vtitur istis terminis vsuc. & præscrip.*

Tertiò principaliter quæro,quæ sit differentia inter vsucapionem & præscriptionem.glo.in l.2.ff.de vsucap. & Insti.de vsucap. in prin.super verbo,vsucapiantur.& 16. quæ-

1 stio.3.in summa. † respondet, q̃ vsucapio proprie respicit mobilia, & præscriptio immobilia, quamuis large sumpto vocabulo præscriptio comprehendat vsucapionem, secundùm glo. in d.l. 3.Hinc dixit Bal.in l.1.colum.penul.ver.nec tamẽ puto. C.de ser.

2 fugiti. † Quòd si pro re mobili opponitur exceptio præscriptionis nõ dicitur inepta. Ex quo infertur, q̃ in materia correctoria, in qua fit stricta interpretatio & verba debent accipi proprie,statutum loquens de præscriptione non trahitur ad vsucapionem, licèt sub lata significatione vocabuli appellatione præscriptionis veniat vsucapio.Ita dixit Aret.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acqui.poss. Et hoc colligitur ex verbis Bar.ibi, circa intellectũ

3 auth. malefidei &c. & refert simpliciter Iaso. col. 3. Sed obstare videtur regula,quę habet,q̃ lex correctoria corrigens in vno casu extenditur ad alium, qui ex lata significatione comprehendi poterat sub casu expresso ex identitate rationis, vt est glo. elegãs in clementi.1.in verbo,eligatur.cũ ibi not.de elec.& gl. in Auth. vt hi qui perhi.hab.obli. res mi.in princi.in verbo, ad curationẽ, & in auth. minores. C.qui da.tuto. pos.per quas glo. hanc regulam tradit Alex.in l.2.col.1.ff.de leg.1.& consi. 97. viso themate s̃.scripto.& consi.216.nec arguendi sumus.pe.col. 2.vol. & repetit alibi sępe tam in lect.quàm in consilijs, nisi respondeatur, q̃

4 non est eadem ratio;† quia vsucapio dicitur semper fauorabilis. Præscriptio verò regulariter odiosa,vt late dicẽt in 2. parte prin. Et sic statutum loquens de præscriptione nõ debet trahi ad vsucapionem. Addo ad præmissa Dy. in c. sine possessione. in prin.

5 cõment.de reg.iur.in 6. vbi dicit † q̃ legislator vtitur promiscue istis vocabulis præscriptionis & vsucapionis, referendo tam ad mobilia quàm ad immobilia. (Adde Bar. in l.generali. vbi dicit, q̃ olim nomen vsucapio, erat commune ad vsucapionẽ & prescri.vt patet in diffinitione.l.3.& l.eũ qui ędes. ff. de vsuc. sed per Iustinia.est attributa vsucapionibus mobilibus,prescriptio verò rebus immobilibus,vt l.1.C.de vsuca.transfor.ita dicit ibi Bar.)

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio introducta est de iure ciui. & propter bonum publicum.*
2 *Lex ciuilis ex causa potest recedere a iure naturali vel gentium & illi derogare in aliquo casu.*
3 *Lex & princeps ex causa publicę vtilitatis possunt alicui auferre dominium rei suæ.*
4 *Rationes propter quas fuit introducta præscriptio ponit Pet de Ancha vide.*

1 Quartò principaliter quęro † quo iure fuit introducta præscriptio, & propter quid? Respondeo, q̃ de iure ciuili,& propter bonũ publicum. l. 1.& 3. ff.de vsucap. not. Azo in summa. C. de vsucap. pro empto. circa prin. Hinc dixit Bal.in repe.l.2.col.2.circa med. C.de eman.libe. q̃ si ius ciuile nõ esset,præscriptiones nõ essent. Et fuit præscriptio introducta, vt esset litium finis.l.fi.ff.pro suo.Sed opponitur, q̃ præscriptio, seu lex ciui.quę præscriptionẽ introduxit,non posset auferre dñium, qđ est de iure gẽtium.l.ex hoc iure. cum ibi plene no. ff.de iust.

2 & iu. iuncto §. sed naturalia. Insti. de iure nat. † Ad hoc respondetur,q̃ lex ciuilis ex causa potest recedere a iure naturali vel gẽtium illi derogare aliquo casu,licèt non in totum. Tex.est not.in

3 l.ius ciuile.ff.de iusti.& iure. † Hinc est,q̃ lex & princeps cũ causa præsertim,propter bonum publicũ, & ex causa publicę vtilitatis possunt alicui auferre dominium rei suę. l. item si verberatũ. ff.de rei vendi.& l.Lucius.ff.de euic.not.glo.& Bar.in l.fi.C.si cõtra ius vel vtili.publi.facit l.si priuatus.ff.qui & a quibus. & l.Antiochensium.ff.de priuile.credi.not.Bar. in l.omnes populi. in 1. q.quartę quęstionis prin.ff.de iusti.& iure.Alex.in l.1.col.antepe. ff.sol.mat.Et plene Fely.in c.quę in ecclesiarum.col.8.cũ sequen. post Panor.& alios Cano.de consti.& late Do.Ias.in l.Barbarius. col.8.cum duabus seq.ff.de offi.præto.Alex.consi.190. ęterni numinis.2.& 3.col. 2. vol. Hac igitur ratione põt lex ciuilis per præscriptionem auferre, & extinguere dominium quęsitum de iure gentium. Quia præscriptio introducta fuit propter bonũ publicum. Ne rerum dominia rerum diuina diu essent in incerto. l. 1.ff.de vsuca. & principaliter ratione publicę vtilitatis s̃m Bar. in l.nemo potest.col.4.ver.quærit Dy.ff.de lega. 1. & est de mente eiusdem Bar.in d.l. 1.circa fi. vel saltem secundario s̃m veram opi.vt per Ang.Imo.& Alex.in d.l.nemo potest. col.penul. & vt esset litium finis.d.l.fi.ff.pro suo,quod publicam vtilitatem concernit.l.properandum.in prin.cum in prin. cum ibi not.C.de iu-

4 di. † Et rationes propter quas fuit introducta præscriptio plene explicat Pet.de Ancha.in repe.c.possessor.col.2.de reg.iuris.in 6. post Io.An.in mercur.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum optimum an præscriptio possit dici contraria iuri naturali.*
2 *Ius naturale est immutabile.*
3 *Voluntas non interuenit in præscriptionem.*
4 *Verbum videtur, importat fictionem.*
5 *Verbum vix, est nota improprietatis.*
6 *Præscriptio currens contra scientem habet in se tacitam remunerationem.*

7 Præscri-

Source : BIU Cujas

7 *Præſcriptionem non eſſe contra ius naturale probat Ioan. And. per hoc quòd infert pœnam negligentibus, & imponit finem litibus, & pluribus alijs mediis.*

8 *Arbitrator habens poteſtatem pronunciandi de veritate poteſt condemnare reum vel poſſeſſorem ad ſolutionem vel reſtitutionem reiecta exceptione præſcriptionis.*

9 *Iudex habens liberum arbitrium procedendi non poteſt exceptionem præſcriptionis vel aliam ex mero iuris rigore procedentem reijcere.*

10 *Tutus præſcriptione longiſſimi temporis 30. anno. & cum bona fide ſi ſoluit, repetere poteſt.*

11 *Ius canonicum eo diſcrepat a iure ciuili; quia non admittit præſcriptionem ali quam cum mala fide.*

12 *Canon poteſt ex cauſa vrgenti & rationabili inducere præſcriptionem in certis caſibus cum mala fide, quod non poteſt lex ciuilis.*

13 *Præſcriptio non dicitur ex toto contra ius naturale, nec ex toto contra illud, nam ex toto non recedit ab eo, nec ei per omnia deſeruit.*

14 *Teſtator mandans ſatisfieri omnibus creditoribus, an comprehendere videatur præſcripta per defunctum.*

15 *Æquitas ſcripta præferri debet rigori ſcripto.*

16 *Probationes in ſpecie ſemper præualent probationibus in genere.*

1 Quintò principaliter quæro, vtrum præſcriptio dicatur eſſe contra ius natu. † Pro maiore huius quæſtionis enucleatione arguo pro parte affirmatiua ſic. Ius naturale diſponit neminem debere cum aliena iactura locupletari.l.nã hoc natura. ff.de condi. ind. & c.locupletari', de reg.iur.in 6. Sed præſcriptio facit præſcribentem locupletari cum iactura eius,cõtra quem præſcribitur.l.1.2.& 3.& per totum.ff.de vſuca.cum titulis ſeq.l.oẽs.l.ſicut.l.cum notiſſimi.& l.ſi quis emptionis.C.de præſ. 30. vel 40.ann. quæ iura loquuntur tam in actionibus perſonalibus quam realibus. Ergo præſcriptio eſt contra ius natu. (Et q̃ præſcriptio ſit contra naturalem æquitatem,ſm quam nõ conuenit aliquem locupletari cum aliena iactura. d. l.nã hoc natura.firmant Ang.& Alex.poſt antiquos in l. poſſeſſio quoq;. §. & ſi poſſeſſio.col. 1.ff.de acqui.poſ.) & per conſequens non procedit. (Duo fortia argumenta ad probandum, q̃ præſcriptio nõ cedat, & reſponſionem ad ea vide per Bald. in repet.l. fin.col.5.
2 C.de præſcrip.lon.tẽp.quæ repe.ſolet imprimi de per ſe.) † quia ius natu.eſt immutabile. §.ſed naturalia. Inſtit. de iure natu. Ad iſtud argu.reſpondet glo.in d.l.nam hoc natura.& in d. l. 1. ff. de vſuca.dicens q̃ regula illius. l.nam hoc natura.fallit in omni vſucapione, & præſcriptio. quia ille qui patitur vſucapi vel præſcribi,patitur damnum ſui culpa,& pp ſui negligentiã, cum videatur conſentire (Hinc eſt, q̃ præſcriptio ſapere dicitur naturã pacti contra eum contra quẽ decurſa eſt.glo.& Bal.in l.1.col.7.ver. oppono ad medium. C.de ſer.fugi.not. Spec.in tit.de feu. §.qm. ver.quæritur tñ contra.& glo.in l. 1.ff. fa.er. Et propterea dicunt glo. & Cano.in c.auditis. de præſc. Quòd præſcriptio vr̃ confirmari per ſcientem & patientem rem ſuam præſcribi.) & alienare patiendo vſucapi vel præſcribi.l.alienationis. ff.de ver.ſig.ergo
3 ſibi imputari debet,vt in regula damnum.de reg.iur.in 6. † Contra iſtam rationem eſt glo.not.in l.1.§.fi.in gl.fi.ff.de dolo.quæ dicit, q̃ in præſcriptione non interuenit voluntas eius q̃ quẽ præſcribitur,quã no.Bal.in §.ſi quis per triginta.circa fi. 2.col.in tit.ſi de feu.fue. contro. Cui reſpondetur, q̃ in præſcriptione non interuenit voluntas vera,ſed ficta,& præſumpta,& ita reſpon.Bar. in l.fi.col.pen.ver.item oppo.C.in quib.cau.mai.Imo.in repe.c.fi. col.26.ver.ſed aduerte.de præſ.Io.And.in regula poſſeſſor.in vlt. arti.& vlt.col.de reg.iu.in 6. Bal. in auth.ad hæc.col.3. C.de vſur. Pro qua reſponſione facit tex.in d.l.alienationis. ibi. vix eſt. n. vt
4 non videatur alienare; † nam verbũ vr̃,importat fictionem. l.oſ-
5 ſa.in fi. ff. de relig.cum ſi. † Facit etiam verbum vix, q̃d eſt nota improprietatis. Vel reſponde vt per Alex. in l.filiusfa.§.diui.circa 7.col.ff.de le 1. qui diſtinguit inter ſcientem & patiẽtem rẽ præſcribi,& ille dr̃ conſentire & ignorantẽ,& tunc ſecus. faciũt quæ
6 habentur in c.quo ad conſultationẽ.de re iudi. † Addo etiam ad illud q̃d dr̃, q̃ quælibet præſcriptio currens contra ſcientem habet inſe tacitã renunciationẽ, q̃d verum eſt in iure radicando,ſecus in iam radicato; quia præſcriptio nõ habet in ſe conſenſum, cum præſcribatur inuito,vt per Bal.in c.ad audientiã.circa fi. col.
7 1.de præſ. † Hanc queſtionẽ,an præſcriptio ſit contra ius naturale,diffuſe examinat Io.An.in d.c.poſſeſſor.in 1.arti. de reg. iur.in 6.in mer.Concludens per plura q̃ præſcriptio non eſt contra ius natu. (Adde Phil.Fran.in d.c.poſſeſſor. col. 2.) Sed q̃ potius reſpectiue concordat eum iure natu.quàm diſcrepet ab eo ſaltem ex toto;quia infert pœnam negligentibus, & imponit finem litibus, q̃d eſt naturali rationi congruum. Vt ipſe probat pluribus mediis, cuius dicta refert & ſequitur Pet. de Ancha. in repe. d. c. poſſeſſor.col.3.4.& 5.& Panor.in rub. extra de præſ. col. 1. Et ſic ex toto non recedit a iure natu.nec ei in totũ deſeruit,q̃d eſt propriũ iuris ciui.per q̃d ipſum ius naturale diſtinguit, vt dicit tex. in l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iur.quem ad propoſitum multum no. Pet.de Anch.in d.c.poſſeſſor.col. 5. probans per plura exempla, q̃ lex ciui.& cano.ius natu.interpretãtur addendo,modificando, declarando,extendendo, vt ibi plene per eum. Accedat glo. in c. ius naturale. 1.diſt.dicens, q̃ licèt vſucapio,& præſcriptio ſit contra naturalem æquitatem,quæ habet, q̃ nemo cum aliena iactura locupletetur. Tamen talis rigor fuit inductus ex cauſa pro bono pacis & publico. Et eam ſequitur ibi Dominicus,dicens q̃ & ſi præſctiptio ſit iniqua reſpectu priuatæ vtilitatis,eſt tñ æqua reſpectu publicæ. Et ex quo non repugnat ſaluti aĩæ,ſalutẽ concurrente bona fide,vt habetur in c.fi.de præſcrip.ſeruanda eſt. (Adde Do.Phil.Fran.in d.c.poſſeſſor.col. 2.qui hæc verba refert.) q̃a vtilitas publica præfertur priuatæ.l.1.§.fi.C.de cadu. tol.q̃d comprobat illa glo.per plura exempla. Et male refert Fely. in rub. de præſcrip.paulò poſt prin.illam glo. dicere, q̃ præſcriptio non eſt contra ius naturale;quia dicit oppoſitum. ſ. q̃ rigor præſcriptionis inducitur contra naturalem æquitatem, licet ex cauſa & pro bono pacis, & publico. Et tradit regulam generalem prædicta glo.& ſubſiſtente ratione lex põt inducere rigorem contra æquitatem naturalem.& ſic limitat regulam. d. l. nam hoc natura. & d.c.locupletari. Tunc enim proprie & reſpectiue non dr̃ contra æquitatem. Procedit ergo illa regula non exiſtente cauſa rationabili. Hinc dixit Pet.de Ancha.in d.c.poſſeſſor.col. 2. q̃ receditur a iure naturali propter commune bonum & obſeruãtiam iuris publici per tex.in l.bona fides.ff.depoſi. Sed in cõtrarium, q̃ præſcripto ſit penitus iniqua, & contraria iuri, & æquitati naturali, videtur text.notabi.in §.habeat itaq;,in Authen.vt eccle. Roma. coll.2.qui eſt §.1.ibi. Nec iniquis hominibus impium remaneat præſidium,iuncta glo. quæ exponit, ideſt auxilium præſcriptionis, & no. præſcriptionem eſſe odioſam, & dici iniquum præſidium,quẽ tex.dixit ſingularem,& ſumme no.Ang.in l.ſequitur.
8 §. ſi viam. ff.de vſuca. Et per illum ſinguläriter decidit † q̃ arbitrator,qui habet poteſtatem pronuntiandi de veritate & æquitate,poteſt condemnare poſſeſſorem,vel reum conuentum ad reſtitutionem rei,vel ſolutionem debiti reiecta exceptione præſcriptionis,& ex hoc arbitramentum nõ redditur iniquum,nec poterit peti reductio ad arbitrium boni viri,ſm Ange. quem refert Fely.& imperfecte in rub.extra de præſcriptio. col. 1. ver. ſed aduerte.ad idem allegans eundem Ange.in l.1.C.de præſ.30.anno. vbi nihil dicit.

Vltra quem addo Ang.in repe.l.1.circa fi.communem. C. de iudi.notan.tex.in d.§.habeat.& Bal.in d.l.1.C. de præſ. 30. ann.dicentem. Quòd præſcriptio dr̃ iniquũ præſidium per illum tex.ex quo infert, q̃ ſi cauſa eſt commiſſa arbitratori,qui debet cognoſcere vt vir æquus,poterit ſm Deum,& bonam conſcientiã reijcere exceptionem præſcriptionis. Et ſequitur Ro. in rub.de arbi. col. 1. vbi late probat, q̃ exceptio præſcriptionis eſt de rigore iuris. Sed iſtud dictum,q̃d Fel.attribuit.Ang.ante ipſum fuit deciſio Bal.licet non referat,impugnat ipſe Fely.vbi ſ. reprehendens Ang.& firmat contrarium, q̃ immo arbiter vel arbitrator non poſſit reijcere exceptionẽ præſcriptionis per not.doctri. Bart. in
9 extrauag ad repri. in verbo, videbitur. circa fin.qui not. vult † q̃ iudex habens liberum arbitrium procedendi non poteſt reijcere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis; quia licèt ipſe iudex in his quæ habet facere, ſeu in concernentibus eius proceſſum vigore arbitrij ſibi attributi ex ſtatuto vel reſcripto non teneatur ſeruare ordinem iuris in procedendo. Tamen in his quæ iam a iure facta, ſeu diſpoſita ſunt,ita q̃ eſt quæſitum ius parti, iudex non poteſt illud auferre, ſed tenetur ſequi, quod eſt a iure diſpoſitũ, & de hoc dicit Bar. eſſe caſum in l.bona fides.ff.depo.aliàs ſecũdùm Bar.eſſet auferre ius alterius,q̃d eſt contra naturalem æquitatem. Et hanc notabilem doctrinam refert,& ſequitur Fely.in c.1.col. penul.de conſtit. & Lanfran. in loco infra allegando. Sed malè reprehendit Fely. Ang. quem non bene vidit, nec eius verba fideliter recitat. Ipſe enim optime loquitur, & cum grano ſalis. Adeo q̃ reprehendi non meretur,dicit enim formaliter Ang.in d.§.ſi viam. q̃ arbiter,qui habet poteſtatem pronunciandi de veritate,& æquitate,poteſt condemnare reiecta exceptione præſcriptionis,& q̃ arbitramentum non eſt iniquum, ſi eſt de mala fide præſcribentis doceri poteſt,aliàs ſecus,hæc ſunt verba Ang. Et vbi præſcribens eſt in malafide,certum eſt, q̃ nedum arbiter, ſed etiam iudex poteſt, & debet reijcere exceptionem præſcriptionis etiam longiſſimę,& cuiuſcunq; temporis tam in actionibus perſonalibus, q̃ realibus ſecundùm communem cõcluſionem Cano. in c.fi.per illum tex.de præſcrip. (Adde q̃ etiam ita plene declarat Rom.in rub.ff.de arbi.vbi hanc q.late examinat col.1. & 2. & ibi adducit doct. Bar.hic relatam in extrauag.ad repri.& alia plura,& refert q̃ hoc fuit originale dictum Bal.in d.l.1. C. de præſcri. 30. anno. ſed nec etiã ipſe bene viderat Ang. qui ſeipſum declarat: vt hic retuli. Et adde q̃ pro hoc dicto Bal.& Ang. cõſuluit Raph. Ful. conſi.109.in propoſita queſtione.) Nec Roma.cõtradicit Ang. in conſi.149.concluſionem primam.verſi.quintam autem. allegato per Fel.in d.rubrica de præſcriptio.ſed declarat,vt ſ. licèt nõ ſit opus q̃ Ange.ſeipſum declaret. Et vltra Fely. iſtud notabile dictum Ange.q̃d prius fuit Bal.vt ſ.retuli approbat Lanfran.de Oria.in ſuo tract. de arbi.in 25. q. 48. col.vbi mouet in terminis queſtionẽ, an arbiter vel arbitrator debeat admittere exceptionem

Source : BIU Cujas

nem præscriptionis,vel reijcere.Et concludit,q̃ hæc est ipsa veritas,vt distinguamus in hoc articulo, prout distinguit Ang. in d.§.si viam.melius quàm alius,q̃ aut præscribens est in mala fide, & arbitrator debet reijcere exceptionem præscriptionis. Si verò præscribens est in bona fine, non debet reijcere, sed stare præscriptioni;quia etiam iudex secularis non debet seruare prę̃scriptionem mala fide introductam, vt per Bart.in l. omnes populi.col.7.ff.de iusti.& iure.& per Cano.in d.c.fi.ita dicit ibi Lãfran.subdens,q̃ non putat in hoc posse melius dici,qui etiam refert & sequitur doctrinam Bar. in extrauag. ad reprimen. supra relatam,& cum Ang.tenet Imol.in d. §. si viam. circa finem. 1. col.& in repe.c.fi.col.13.in fi.seq. de præscrip. vbi illud notabile dictum Ang.sed prius Baldus bene discutit, & multum insistit circa tex.in d.§.habeat.in Auth.vt eccle.Romana.Ad quem per præmissa responsio patet;quia loquitur in prę̃scriptione malefidei,vt aperte colligitur ex illis verbis. Et tutus peccandi locus ẽt scientibus relinquatur. Prout in specie ponderat Ang.in d. §. si viã̃.& Imol.vbi supra.Et sic apparet, quicquid incaute dixerit Fely.in dicta rub.de præscriptio.q̃ decisio Ang.est vera & communiter approbata. Addo.D.Pet.Phil.Corne.consi. 251.in hac consultatione.colum.2.in prin.3.volu.vbi concludit indistincte, q̃ arbitrator debet reijcere exceptionem præscriptionis, & condemnare ad soluendum naturaliter debitũ, prout faceret iudex ecclesiasticus aditus per denunciationem euangelicam, & eundem consi.145.in suprascripto themate.1.col.2. vol.vbi simpliciter dicit,q̃ arbitratores,in quos factum est compromissum de veritate & ę̃quitate,non debent admittere exceptionem præscriptionis; quia dicitur iniquum compendium per illum tex. Sed tu distingue, vt s̃. secundùm veram & communem opinio.

Concludo igitur in hac quæstione,q̃ aut præscriptio est cum mala fide,& tunc dicitur odiosa,& iniqua. Et ita procedit tex.in d.§.habeat.Ideo reprobatur de iure canonico,qđ magis attendit ę̃quitatem,quàm rigorem.c.dilecti.cum ibi not.ff.de iudi. & qđ considerat salutem animæ, & bonam fidem. c. fin. de præscrip. Qinimmo ſm Ange in d.§.si viam.censetur etiam reprobata de iure ciuili,per tex.solemnẽ.in d.§.habeat.Sed Imol.in locis prę̃al lega.ponderat illum tex.cõtra Ang.q̃ lex ciuilis videatur approbare præscriptionem cum mala fide, ex quo ponit ius singulare in ecclesia Romana, vt ibi latius per eum. Aut verò præscriptio est iuncta cũ bona fide,& censetur fauorabilis, & naturali ę̃quitati cõgruens, ista distinctio colligitur ex notabili doctri. Pau.de Cast.in l.fi.§.1.in fi.commen.ff.rem rat.habe. quam sequitur, & commendat Fely.in c.fi.col.4.ver.demũ circa prædicta, de prę̃s. Et ita declarat D.Phil.Fran.in c.possessor. col. pen. post Io. An. ibi in 1.arti.de regu.iur.in 6.Et sic debet intelligi,qđ vult Bart.in extrauag.ad repri. in verbo denunciatione, ver. sed quid de obligatione, quæ tollitur præscriptione. & glo. not.in d.l.fi.§.1.quæ
10 vult † q̃ tutus præscriptione longissimi temporis 30.anno.si solu it repetere potest. (Quid si quis post completam præscriptionem se soluturum promittit,an teneatur, vide per Spe. in tit. de præscrip.in 4.parte.col.3.ver.quid si quis post completã, vbi determinat q̃ sic, si sciens promisit. Secus si ignorans. Et an tutus exceptione præscriptionis si soluat repetat,not.idem Spec.eo.tit. col.1.ver.quid si mihi.concludens q̃ non;quia remanet naturalis,sed contrarium communiter tenent glo.& Docto.in l. fi.§.1. ff.rem rat.habe. hic alleg. Ideo dicas vt hic.) Hoc est enim verũ, si præscripsit bona fide, quo casu dicitur tutus exceptione fauorabili.Secus si mala fide,nam tũc dicitur tutus exceptione odiosa,& ideo si soluat nõ repetit secundùm Pau.de Cast.ibi per tex. not.in l.qui exceptionem.in prin.ff.de condi.inde.de cuius intel. ponunt Cy.Bar.& Bal.& alij in l.2.C.qđ met.cau.in 2.oppositi.di cẽtes q̃ illa l.procedit in exceptione mere odiosa,vt est exceptio Macedoniani. Secus verò est in exceptione partim odiosa, & partim fauorabili, seu respectiue inducta ſm naturalem ę̃quitatem,vt est exceptio præscriptionis cõcurrente bona fide. † Quare autem ius canonicum discrepet a iure ciuili. (An iura ciuilia sint correcta in materia præscriptionis per iura canonica, vide p lo.An.post Dy.in c.possessor.in 5.q.Bar.in l.priuilegia. C. de sacrosan.eccle.Bal.consi.350.vir fuit confessus, circa fi. 2. vol. not. glo.& omnes in d.c.fi.de prę̃scrip. vbi communiter concludunt Can.q̃ sic,quò ad malam fi.& latius dicetur j̃.) in materia præscriptionis in hoc; quia non admittit præscriptionem aliquã cũ mala fide.c.vigilanti.& c.fi.cum ibi not. de præscript. prout facit ius ciuile in præscriptione longissima. 30. anno. quæ currit cum mala fide.l.sicut.& l.si quis emptionis.§.1.C.de præs.30.anno.& l.1.§.ad hæc.C.de anna.excep.late explicat Ioan. And.in d.c.possessor.in mercur.in 3.q.assignans plures rationes huius discrepãtię & declarans qua ratione motus fuerit vterq; legislator, refert & sequitur ibi Pet.de Ancha.col.2.& 3. & Albe. col. 4. cum tri-
12 bus sequen.& tangit.D.Phil.Fran.ibidem col.2. † Et no.q̃ canõ causa vrgẽti, & rationabili potest inducere prę̃scriptionẽ in certis casibus cum mala fide,sed nõ lex ciuilis ſm Panor.in c.1.not. 1.de præscrip.tex.cũ glo.in c.inter hæc.33.q.2. Et ex his tria correlaria inferuntur. Primò infertur, q̃ prę̃scriptio longi tempo-

ris. 30. anno. non dicitur mere odiosa concurrente bona fi. sed potius fauorabilis seu mixta:dicetur autem mere odio.qñ est iũ-
13 cta cum mala fi.vt latius dicam in 2.parte prin. † Secundò infertur,q̃ præscriptio nõ dicitur expresse coutra ius natu. quia ex toto ab eo iure non recedit. Nec etiam ſm ius nat. in totum : qa ei per omnia non deseruit. Tenet ergo medium & dicitur prę̃ter ius natu.per tex.in d.l.ius ciui.ff.de iust.& iur.Et hoc sentit gl. in c.1.in glo.magna circa med. de prę̃s. in 6. ita dicit Floria. in l. seruitutes.la grãde,in prin.ff.de ser.tit.generali.& Are.in §. ęquè. col.5.circa fi.ver.adducit tñ. Insti. de act. Et ideo male loquutus est Bal.in l.ancillę,col.2.ver.confirmantur prędicta.C.de fur.qui dicit indistincte, q̃ prę̃scriptio est contra naturalem ę̃quitatem. Et idem prius dixit Azo in sum. C. de vsuc.pro empto.col.1.circa prin. † Tertiò infertur, q̃ si testator mandet sàtisfieri omnibus creditoribus suis vel restitui per hęredem omnia ab ipso testatore debita,non tenebitur hęres soluere vel restituere prę̃scripta per defunctum.Ita no.decidit Bar.in l.si is cui. §. Flauius. per illum tex.circa fi. ibi.quia non est verisimile &c. ff. de sol. & in l. quibus diebus.§.dñs.ff.de cond.& demon.& in l.legaui. ff.de lib. leg. qđ est verum, si prę̃scripsit bona fi. secus si mala per prędicta,& sic limitat & declarat Imol.in d.§.dñs. & plenius in d. c. fi. col.18.ver.& per prędicta.de prę̃scrip.& in l.sequitur.§.si viã.col. pe.ff.de vsuca.cum concor.adduc.per Fel.in d.rub.de prę̃s. col.1. ver.pro hoc,quia si testator,& vltra Fely.& Ang.Aret.in trac. de test. in glo. item mandauit omnibus satisfieri ab eo recipere debentibus.col. 2.vbi attingit istam quę̃stionem. Bene faciunt not.
15 per Pau.de Cast.in d.l.fi.§.1.in fi.commen. ff. rem ra. ha. † Non ob.si oppona.q̃ prę̃scriptio est inducta de rigore iuris cõtra quẽ habemus scriptam ę̃quitatem naturalem in d. l. nam hoc natura.ergo ę̃quitas scripta debet prę̃ferri rigori scripto. l. placuit. C. C.de iudi. nam ad hoc respondet Bar. in l.1. ff. de vsucapio. post Dy.in c.possessor co.4.versi.tertiò opponitur.de reg. iur. in 6. q̃ qñ ambo. s.rigor, & ę̃quitas essent scripta in specie : tunc procedit regula d.l.placuit & prę̃fertur ę̃quitas rigori,secus qñ æquitas esset scripta in genere, vt neminem debere locupletari cum aliena iactura. Rigor verò est scriptus in specie, vt in vsucapionibus, & prę̃scriptionibus;quia tunc rigor prę̃fertur ę̃quitati,vt species generi.c.generi per speciem.de regu.iur.in 6.refert Iasin d. l.placuit.circa finem.Pro qua responsione bene facit tex. l.cum de in debito.ff.de proba.vbi not.Bar.q̃ præsumptio in genere tollitur per præscriptionem in specie.refert Alex.in l.si prius. col.8. ff. de ope.no.nun.& consi.76.in causa accusationis.col. 2.ver. nec prędictis.2.vol.qđ est repetitum in consi.62.3.vol.Addens q̃ probationes in specie prę̃ualent probationibus in genere ſm Inno. in
16 c.auditis.de prę̃s. qđ est notãdum. † Et nota,q̃ iudęus potest vti excep.prę̃scriptionis contra Christianum, licèt sit adinuenta de rigore iuris,vt est glo.in c.1.in glo.1.& ibi Archid.16. q. 3.& gl. in l.si fur.§.1.in verbo vsucapere,& ibi Imo. ff.de vsuc. not. Fely. in c.2. de iudęis, & D. Ias. in l. si insulam. in fine. 1. colum. ff. de verbo. obliga.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuilis obligatio ipso iure tollitur per præscriptionem: naturalis verò quò ad effectum.*
2 *Debitor elapso tempore 30. anno. plenissimam secundùm leges consequitur liberationem.*
3 *Liberationi præscriptæ non potest accedere fideiussor.*
4 *Præscribens similis est soluenti.*
Solutioni eius quod debetur,tollitur obligatio.
5 *Præscriptio habetur pro veritate.*
6 *Consuetudo æquiualet veritati,nec potest dici legitima,nisi sit præscripta.*
7 *Præscriptio æquiparatur pacto, & priuilegio.*
8 *Præscriptione firmatur,quod ipso iure irritum est.*

Sextò principaliter quęro,vtrum per prę̃scriptionem tollatur ciuilis, & naturalis obligatio descendentes ex cõ-
1 tractu vel quasi? Bar.in l.fi.§.1.ff.rẽ ra.habe.cõcludit † q̃ per prę̃scriptionẽ ipso iure tollitur ciuilis obligatio, naturalis verò quò ad effectum. Quia si remansisset naturalis, non esset locus repetitioni.l.Iulianus.ff.de condi.inde. Et tamen ille qui prę̃scripsit,si soluit,repetit ſm glo.in d.l.fi.§. 2.& ibi pulchre declarat Pau. de Cast. circa medium commen. dicens non posse dici, q̃ per prę̃scriptionem, quę de iure ciuili tollatur ; quia procedit a pari potentia. Et licèt per prę̃scriptionem non tollatur naturalis ; tñ eliditur,cum leges dicant † q̃ elapso tempore triginta annorum debitor consequitur plenissimam liberationem,vt l.omnes.& l.sicut.C.de prę̃scrip.30.anno.& sicut per pactum de non petendo, qđ est de iure gentiũ,tollitur naturalis,& eliditur ciuilis.l.si vnus. §.pactus. ff. de pac. ita & econtra per prę̃scriptionem,quę est de iure ciuili, tollitur ipso iure ciuilis, & eliditur naturalis non habeat effectum repetitionis impediendę. Distinguendo tamen an ille, qui prę̃scripsit, sit in bona, vel mala fide,vt ibi latius per Pau.de Cast.in fi.comment. & dixi in prę̃cedenti quę̃stione, & ante Paulum sic dixit Bal.in l.sicut.col. 1. C. de prę̃s. 30. vel 40. anno.& firmat latius ipse in l.omnes.col.1. eo.tit. vbi idem dicit in prę̃scriptione statuturia,& in repeti. l. fi.col.5.& 6. C. de prę̃s.

long.

Source : BIU Cujas

long.tempo. Hanc quæſtionem late examinat Imo.in repe. c.fi. col.6.ver.item aduerte inquantum glo.de præſcrip. & cum Bar. in d. l.fi.§. 1.refert tranſire Ang.in repeti.l. 1.C.de iudi.vbi Ange. col.19.cum duabus ſequentibus latiſſime diſputat iſtū paſſum, & facit tres concluſiones,quæ tamen reincidunt in idem:& concludit Imol. ꝙ tollatur naturalis per præſcriptionem in effectu, ſiue actio ſit temporalis ſui natura,vt actio redhibitoria,& quāto minoris,ſiue non.per tex.not.in l.ſi quis poſtquam. ff.de fideiuſſo.qui dicit † ꝙ obligationi præſcriptæ. (Dicit tñ Bald.in rub. C.de conſti.pecu. col.2.ver.item circa, ꝙ præſcriptio non obſtat conſtituto licèt obſtet primæ obligationi. Et ſic vult, ꝙ obligatio præſcripta poſſit deduci in conſtitutum,ꝙ videtur cōtra tex. in d.l. poſtquam. quia conſtituens eſt ſimilis fideiuſſori. Niſi dicatur, ꝙ iſte obligatur principaliter & non acceſſorie.) non poteſt accedere fideiuſſor,not. Bal. in l. tam mandatori. col. 2.ver. item dubitatur.C.de nō nu.pecu. Ergo ſequitur, ꝙ eſt in totum ſublata naturalis ſaltem reſpectu effectus.Nam ſi ſubſiſteret naturalis obligatio, illi ſoli naturali accederet fideiuſſor. l. fideiuſſ. & ibi no.Bar.& Pau.de Caſt. ff. de fideiuſſo. Idem tenet Pau. de Caſt.in d.l.fi.§. 1. & non faciens differentiam in hoc inter actiones tēporales & perpetuas, licet ibi Bar.diſtinguat. Et ꝙ præſcriptio tollat naturalem in effectu firmant Abb.Panor.& Fel.in c. ad aures.col.1.de præſcriptio.vbi eſt optimus tex.& dicunt per illum tex.expreſſe dicentem,ꝙ præſcriptio omnem prorſus actionem excludit. Quòd licèt non tollatur. naturalis remanet inefficax,& inutilis. (Quòd preſcriptio reddat actionem inefficacē, adde tex.cum glo.in l. 1. C.ſi aduer.credito.lib. 7.) & per glo.in l. obligationum ferè.§.placet.in glo.2.ff.de act.& oblig.& per not. per Ioan.And in d.c.poſſeſſor. vbi vult, ꝙ præſcriptio tollat dominium quò ad effectum,licèt non quò ad totalem eradicationem. † Eſt autem ratio, quare præſcriptio tollat naturalem, ſaltem quò ad effectum:quia præſcribens ſimilis eſt ſoluenti. (Ad hoc vide Bal. in l.tam mandatori.col.2.ver.item dubitatur.C.de non nu.pecu.) Vt dicit tex.no.in l.ſi pupillus.in fi. ff.de admi.tut. qđ declara,vt ibi per Bar.& Fely.in d.c.ad aures.col.2.qui dicunt, ꝙ licèt preſcribens ſit ſimilis ſoluenti,non tamē quò ad omnia. Cum præſcriptio tollat obligationem ciuilem tantùm, ita ꝙ remanet naturalis,ſed eliſa & inefficax. Solutio autem tollit naturalem in totum; quia ſolutione eius qđ debetur tollitur omnis obligatio.Inſti.quib.mod.tolli. obli.in princi. Sed æquiparat ſoluenti quantum ad hoc, vt excludatur ille, contra quem eſt præſcriptum ſubdit Fel.in d.c.ad aures.poſt But.& Imo. ꝙ parui eſt effectus iſta remanens naturalis, ex quo eſt inefficax ex toto: & ideo non induceret compenſationem, nec poſſet accedere fideiuſſor,vt ibi latius per Imol. † Confirmatur iſta concluſio; quia præſcriptio habetur pro veritate.glo.not.in l.1.in prin.in glo.magna,verſi.ſed ſi egi.ff.de eden.quam ad hoc alleg.Bal.in §. ſi quis per triginta.col.2.in tit.ſi de feu.fuer.contro.&.ibi not. Præpo.in fi.conſil. ſed eſt melior glo.in l.1. C.de ſer.& aqua. quę dicit, † ꝙ cōſuetudo æquiualet veritati,quam allegat Bal.in d.§.ſi quis per triginta.col.3.& eam not.Alex.in cōſi.6. viſo themate & dubijs. 1.col.1.vol.& Bal.conſi.187.quia cōſuetudo. 4. vol.vbi ponit de priuilegijs cōſuetudinis,& poteſt trahi ad præſcriptionem, quæ ineſt conſuetudini, quia non poteſt dici cōſuetudo legitima,niſi ſit præſcripta,vt plene habetur in c.fi.de conſuetū.& in l.de quibus.ff.de legi.& ita per illam glo.dicit Bal.in §. fi. in tit. de feu.da inuicē.l.commiſ.& idē conſi.94.ſententia. 1. vol. vbi dicit etiam † ꝙ præſcriptio equiparatur pacto,per not.in l. 2. C. de dot. promiſ.Item præſcriptio equiparatur priuilegio ſm Bal.in l.1.col.5. de emanci.libe.& dicit Bal.in l.1. C. ne de ſtatu defunc. † ꝙ præſcriptio firmat, qđ eſt ipſo iure irritum. De hoc tamen articulo, an per preſcriptionem tollatur naturalis obligatio,vide plenius. Ĵ.in 3.parte tertię partis princi.Vbi bonis fundamētis impugno opinio.Bar.in d.l.fi.§.1.ff.rem rat.habe. & communem & poſui nouam conſiderationem vltra ſcrib. die vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio deſcendens ex delicto an præſcriptione tollatur.*
2 *Obligatio naturalis an intelligatur eſſe in delictis.*
3 *Delinquens videtur ſe obligare ad pœnam.*
4 *Conſenſus in pœnam non eſt verus, ſed fictus conſenſus.*
5 *Obligatur quis ciuiliter & naturaliter ex maleficijs.*
6 *Præſcriptione tollitur naturalis obligatio in maleficijs.*
7 *Delictum præſupponit dolum, & latam culpam, & per conſequens malam fidem.*

1 Septimò principaliter quæro † vtrum per præſcriptionem tollatur naturalis obligatio deſcēdens ex delicto? Iſtam quæſtionem tangit Bal.in auth.ad hæc. col. 3. C. de vſuris.& Ang.in repe.l.1.col.20. C.de iudi.& latius Imo. referens iſtos in repet.d.c.fi.col.23.verſi.ſed aduerte.de præſcri.& prima diſputant preſati Docto. † an in delictis intelligatur eſſe obligatio naturalis,& concludunt ꝙ ſic,per glo.in l.1.§.beſtias.in verbo,onerari. ff.de poſtu. & per tex.in §. quia verò Leonis. in verbo amatores periculi.in Auth.de non alienan.bene facit tex.in l. 1.in fi.de fur.ibi,ꝙ lege naturali.& in §.1. Inſti.de obligatio. quæ ex delic.& quaſdam alias glo.ad hoc adducit Imol. vbi ſupra, & quamuis ipſe ſimpliciter concludat,ꝙ in delictis oriatur naturalis ex quodam conſenſu præſumpto † quia delinquens videtur conſentire,& ſe obligare ad pęnam. Et ante ipſum Angel. in repetitione dictę l.primæ.col.20.Bal. tamen.in dicta auth. ad hæc. colum.tertia verſicu. ſed hic dubitatur. cōcludit,ꝙ naturalis nō oritur ex delictis accipiendo obligationē naturalē ſtricte, prout oritur ex conſenſu. † Quia licèt ille qui delinquit videatur conſentire in pęnam,non eſt conſenſus verus, ſed fictus. Verùm accipiendo obligationem naturalem large pro omni obligatione, quæ oritur ex æquitate naturali, hoc modo reperitur in delictis, & ita reperio ante Bald.tenere Bartolum, quem Imola non alle gat in l.prima,circa principium ſecūdæ columnæ,verſiculo prę terea ex maleficijs. ff. de condictione indebiti.vbi dicit. † Quòd ex maleficijs quis obligatur ciuiliter, & naturaliter, ex ęquitate. l.non ſolùm.§.1.ff.de iniur. Et tamen ille qui delinquit & in quē delinquitur,non conſentit,æquitas ergo naturalis eſt,quę produ cit hanc naturalem obligationem ſm Bar.ibi.Sed pro opi. Ang. & Imo.ꝙ delinquens obligetur ſuo conſenſu,adduco bonū tex. in l.imperatores.ff.de iure fiſci. ibi.ipſe te huic pęnæ ſubdiſti. Ad quem poteſt reſponderi.Quòd delinquens ſe ſubdit pęnæ occaſionaliter ratione delicti,qđ eſt cauſa pęnæ,non autem ex cōſenſu. † Et redeundo ad quæſtionem ſ. formatam concludit Imol. in d.c.fi.ꝙ tollitur naturalis in maleficijs per preſcriptionē, quatenus actio eſt penalis.Inquantum verò eſt rei perſecutoria non tollitur ſm Bal. in auth. ad hęc. relatā per Imol.qui ſubdit,licèt non tollatur ipſo iure, ſaltem tollitur quò ad effectum concurrente bona fide per l.omnes.& l.ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. Sed videtur Imol. quò ad hoc vltimum male loqui, quia non poteſt delinquens eſſe in bona fide.† Quum delictum præſupponat dolum,vel latam culpam,& ſic preſumptio doli contra delinquentem.l.1.C.de ſica.& l.nec exemplum. C.de fal.not. plene Bar. in l. 1. §. modo autem. ff.ſi quis teſta.libe.eſſe iuſſue. Nec etiam poſſumus conſiderare iſtam bonam fidem reſpectu hęredis, in quem non tranſit regulariter actio deſcendens ex delicto.l.vnica. C.ne ex deli. defun.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio non tollit actionem ipſo iure ſed ope exceptionis redditur inefficax & inutilis.*
2 *Iudex an poſſit repellere ex officio agentem contra quem eſt præſcriptum.*
3 *Iudex quo caſu poſſit agentem repellere.*
4 *Exceptio eſt excluſio actionis.*

1 Octauò principaliter quæro † vtrum præſcriptio tollat actionem ipſo iure? Concludo ꝙ non, ſed ope exceptionis illam reddit prorſus inutilem & inefficacem. (Adde Bal.in l.ſi pęnæ cauſa.in prin.ff.de condi. inde. Alex. in l. fi. in apo.ad Bar.ff.rem ra.ha.Berta. plura allegantē in verbo,preſcrip. vlt. ver. 3.& præſcriptio inducta a ſtatuto non loquente per verbum ipſo iure non tollit actionem,niſi ope excep.ſm Do.Nellū in trac.de bannitis.in 2.parte ſecundi temporis. q. 5.) ita Bal.in l. 1.C.ſi aduer.credi.li.7.& in l.ſicut.col.2.circa fi.poſt glo.ibi.C.de præſ.30.anno.& in in l.1.col.2.C.de anna.excep.not. D.Pa.& Fely.in c.ad aures.col. 1. & 2.de preſ.qui formant queſtionē. † An iudex poſſit repellere ex officio agentem, contra quem eſt præſcriptum,& Do. Panor.ibi tenet ꝙ ſic, & ſequitur Fely. ſi appareret probata preſcriptio ex actis, licet non ſit oppoſita exceptio, ſed videtur implicare contradictionem, ꝙ preſcriptio non tollat actionem ipſo iure,ſed ope exceptio.& tñ ꝙ iudex poſſit agentē ex officio repellere: quia regulariter iudex ex officio parte non repellit actorem niſi prorſus actione carentem ſiue agentem de facto. Secus ſi habeat actionē, quę eliditur exceptione iuxta doctri.glo.& Bar.communiter approbatam in l.vbi pactum. C. de tranſac.& in l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. in verbo in opponendo.ff.de pac.cum concor.ibi adductis per Mod.Hanc contrarietatem ſenſit Fely.in d.c.ad aures. col. 1.ver.ſtantibus iſtis, dicens ꝙ per hoc ampliatur predicta doctri.glo. † ꝙ iudex poſſit repellere nedum illum,cui nulla competit actio, ſed etiam illum, cui competit,ſed inefficax & inutilis, & plura cumulat ibi Fely. ad iſtam concluſionem,ꝙ præſcriptio non tollat actionem ipſo iure ſed ope excep.Vltra quem ad glo.Bal.& late Saly.comprobātem per plura & reſpondentem ad contraria in l.ſicut. in 6. oppo.C.de præſcri.30.anno.in gl.in verbo habeant,& Bal.in l.omnes.eo.tit.Et ad hoc pondero tex.in d.c.ad aures. dū dicit, ꝙ preſcriptio actionē excludit, ergo ſequitur ꝙ ope exceptionis.† Cū exceptio ſit actionis excluſio.l.1.ff.de excep.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio præſcriptionis an impediat litis ingreſſum.*
2 *Lis moueri prohibetur tuto præſcriptione, quod tamen duobus modis limitatur.*
3 *Liquidum eſſe & de facili vel cit. liquidandum paria ſunt.*
4 *Exceptio præſcriptionis,ſi lex prohibet, impedit litis ingreſſum.*
6 *Exceptio præſcriptionis impedit compromiſſum faciendum ex forma ſtatuti.*

Source : BIU Cujas

6 *Exceptio præscriptionis an possit opponi tam in vim dilatoriæ, quàm emptoriæ, & intra quantum tempus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

1 Nonò principaliter quęro, quia ſ. visum est, ꝙ prędscriptio nō tollit actionem ipſo iure ſed ope excep. † Vtrū exceptio præſcriptionis impediat litis ingreſſum? Breuiter concludo ꝙ ſic, ita no. Bar. & Doc. in l. fratris. C. de tranſac. pro qua concluſione eſt bonus tex. in l. fi. ff. pro ſuo. ibi, vt ſit litium finis, & ibi no. Bar. dicens per illum tex. ꝙ exceptio præſcriptionis eſt litis finitę. (Adde Alex. conſi. 213. viſo & opportune. in prin. 2. vol. Bal. & Alex. & apo. in l. ſicut. in fi. C. de præſcri. 30. anno.) & bonus tex. in l. omnes. C. de præſcrip. 30. anno. in verbo, moueatur. † Vbi prohibetur moueri lis tuto præſcriptione, & ibi notant Bal. & Saly. cum multis concordan. adhuc per Fely. ſic late concludentem ad contrariam in rub. extra de præſ. col. 4. vbi hāc concluſio. implicite limitat duobus modis. Primò vt procedat, qñ exceptio prędscriptionis opponit ad impediendū proceſſum. Secus ſi opponatur ad merita cauſę, iuxta plene not. per Bar. in l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol. & per Doc. in l. nam & poſtea. in prin. ff. de iureiuran. habetur & not. in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Secundò limitat, dummodo ſit liquida ex ſolo lapſu temporis, vel ſtatim liquidalibus, ſm Bal. in l. ſi is quem. per illum tex. C. ne de ſta. deſun. Et pro hoc vltra Fely. bene faciunt no. per Bal. & Saly.

3 in l. neq;. C. de compen. vbi dicunt † ꝙ paria ſunt, ꝙ aliquid ſit liquidum vel poſſit cito, vel de facili liquidari, per l. fi. C. de compen. refert Alex. conſi. 161. viſo pūcto. circa fi. 2. vol. & cōſi. 101. ſuper quæſito. ad fi. 4. vo. & ibi declarat, qñ dicatur poſſe cito liquidari, de quo plene per Bar. & Doc. il l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Et his duobus modis poteſt reſponderi ſm Fel. ad tex. in l. emptor. C. de prędscon. tem. qui innuit probandā eſſe præſcriptionē poſt fundatam intentionē actoris, & ibi Bal. no. ꝙ eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum, ſi opponat in vim dilatorię, & in l. ſicut. ſ. allega. Eandē concluſio. ꝙ exceptio prędscrip. impediat litis ingreſſum, firmat per plura Do. Prępo. in c. ſi quis per triginta. circa fi. 1. col. & in prin. 2. in tit. ſi de feu. fue. con tronē dicens ꝙ eſt exceptio litis finitæ, & ꝙ pōt opponi tam ad proceſſum quàm ad merita. Et vltra tex. alleg. per Fel. & Præpo. adduco tex. formalem in l. ſicut. in fi. ibi, nulli litem mouendi vlterius facultatem patere cenſemus, quem ibi Bal. no. col. 2. dicēs ibi eſſe caſum rotundum C. de præſ. 30. anno. qui expreſſe tollit facultatem mouendi litem completa præſcriptione. Notat late

4 Bal. in l. fi. in 13. oppo. C. de edic. diui Adri. tollen. vbi dicit † ꝙ ſi lex prohibet, & annullat talis exceptio impedit litis ingreſſum, & pulchre idem Bal. in repeti. l. 2. circa 20. col. ff. de iureiu. declarans ad extēſum, qñ poſſit opponi præſcriptio ſtatutaria, & ponderat diuerſa verba ſtatutorum, & ſi dicant, nō audiatur, iſta impedit litis ingreſſum. Secus ſi dicunt, non poſſit exigere, vel ſimilia verba, quæ impediunt a ſententia obtinenda, vt ibi latius per eum, quem refert Fel. vbi ſ. Addo Corne. conſi. 46. in cauſa. col.

5 1. ver. & exceptio. 2. vol. vbi concludit † ꝙ exceptio præſcriptio. impedit compromiſſum faciendū ex forma ſtatuti, & Do. Phil. Deci. conſi. 22. & pro tenui mea. col. 3. cōcludentem, ꝙ exceptio præſcriptionis nō impedit iudicium, vel compromiſſum, niſi ſit

6 ſtatim liquidabilis, vt prædixi. † Et vltra prædictos an exceptio præſcriptionis poſſit opponi tā in vim dilatoriæ, quàm peremptoriæ, & intra quantum tempus, tam in ciuilibus quàm in criminalibus no. plene Saly. in l. adulter. col. fi. C. de adulte.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio in quibus differt a conſuetudine.*
2 *Conſuetudo requirit tacitum conſenſum populi, vel maioris partis.*
3 *Ius priuato acquiritur ex præſcriptione per conſuetudinem verò non.*
4 *Conſuetudo dicitur lex non ſcripta.*
5 *Titulus non eſt in conſuetudine requiſitus, etiam ſi conſuetudo ſit contra ius, in præſcriptione autem contra ius ſic.*
6 *Conſenſus tacitus quo caſu habeatur loco tituli.*
7 *Conſuetudo poteſt induci a populo ſine titulo, & abſque bona fide. In præſcriptione autem ſemper requiritur bona fides.*
8 *Præſcriptio requirit probationem ſcientiæ & patientiæ aduerſarij. In conſuetudine autem inducenda non eſt neceſſe probari aliqua ſcientia vel patientia, etiam ſi agatur de præſcriptione pedagij, & regalium.*
9 *Conſuetudo eſt plenioris interpretationis quàm præſcriptio: ideo tanquam formabilis non eſt reſtringenda, ſed amplianda.*
10 *Æquitas in conſuetudine conſideratur, rigor autem, & odium vertitur in præſcriptione.*
11 *Præſcriptio eſt rerum, conſuetudo verò morum.*
12 *Præſcriptio dicitur illa, quæ tendit ad tollendum iam in eſſe productum, puta dominium vel actionem. Conſuetudo autem econuerſo ad inducendum de nouo.*
13 *Præſcriptio & conſuetudo licèt in multis differant, tamen non dicuntur contraria.*

Decimò & vltimò. Pro huius primę partis cō plemēto principaliter quę

1 ro. (De differentijs inter præſcriptionem, & conſuetudinem vide remiſſiue per Do. Clau. Aquē. in l. more, col. 4. ff. de iuriſdic. om. iud. & tres differentias ponit Bal. in l. imperium. col. 6. eo. tit. & in l. fi. in 15. oppoſi. col. 9. C. de edic. diui Adria. tollen.) Quid differt præſcriptio a conſuetudine & in quibus, eſt profunda & diffuſa quæſtio, quam format glo. in c. fi. in glo. magna, in verbo legitime. ver. ſed quam differentiam facis, de conſue. quæ ponit tres differentias, & ibi not. D. Panor. poſt alios Cano. col. pe. ver. circa ſecundam partem, dicens ꝙ in hac q. glo. ibi nihil perfecte loquitur. Et plenius not. Hoſtien. in tit. de conſuetu. §. fi. verſi. extra ſummam. Et ex ibi not. ac aliunde collectis compēdioſe colligo infraſcriptas differentias inter præſcriptio. & conſuetudinē.

2 † Prima differentia eſt, ꝙ in conſuetudine requiritur conſenſus tacitus populi vel maioris partis. l. de quibus. in fi. ff. de legi. Sed præſcriptio non requirit conſenſum aduerſarij; quia currit etiā contra ignorantem. l. fi. circa fi. C. de præſcriptio. lon. tempo. & l. ſicut. in fi. C. de præſcrip. 30. anno. Hanc differentiam ponit gl. in d. c. fi. no. Bal. in fi. in 15. oppo. ad fi. ibi, & magis eſt conſuetudo.

3 C. de edicto diui Adria. tol. † Secunda principalis differentia eſt; quia præſcriptione acquiritur ius priuato, ſiue illud ius trahatur publico, ſiue ex priuato, per conſuetudinem verò nō acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico vndecunq; cauſetur, etiā ſi ius trahatur ex priuato, vt in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. vbi patet, ꝙ poteſt introduci conſuetudo, ꝙ quiſq; poſſit dato pretio fodere lapides ex fundo alicuius. Et licèt iſtud ius trahatur ex priuato, tamen acquiritur publico & in communi. Et ideo ſi acquireretur certis perſonis priuatis, non eſſet conſuetu-

4 do, ſed præſcriptio. † Nam conſuetudo eſt lex non præſcripta. d. l. de quibus. & ſic debet eſſe communis. c. erit autem lex 4. diſtinctio. Si ergo acquiritur priuato, non poteſt dici lex; quia non eſt communis. Iſtam differentiam ponit Panor. in d. c. fi. cui addo Bal. in rub. ff. de rerum diuiſio. col. 1. circa finem. vel 2. ver. hic ergo quæritur, & ver. ſeq. vbi dicit, ꝙ eſt differentia, an aliquis habeat ex præſcriptione aliquod ius, vel ex conſuetudine; quia prędscriptione ius vnius quod ab eo aufertur alteri applicatur. Sed cum applicatur alteri, ita ꝙ alicui non aufertur, illa proprie dicitur conſuetudo: & ſic Veneti & Ianuenſes ſua maria habent diſtincta ex inueteratiſſima conſuetudine ſm Bal. ibi, refert Areti. in §. flumina. Inſtitu. de rerum diui. quæ verba videntur contraria verbis Panor. vbi ſ. & circa hanc differētiam vide quod ſubtiliter dixit Bald. in auth. quas actiones. col. pen. verſi. extra quæritur. C. de ſacroſan. eccle. Quandoq; tamen vnum & idem poteſt eſſe præſcriptio reſpectu certorum. & conſuetudo reſpectu aliorum. Vt pulchre declarat Ioan. And. in c. 2. de conſuetudi. lib.

5 6. tradēs not. exemplum, refert & ſequitur Panor. in d. c. fi. † Tertia principalis differentia eſt inter præſcriptionem & conſuetudinem, ꝙ in conſuetudine etiam contra ius non requiritur titulus; quia hoc iure non cauetur, quinimmo potius oppoſitū. Nā in conſuetudine cum ſit quædam lex, vt dictum eſt. inſpicitur ſola voluntas, ſeu tacitus conſenſus populi. Sed in præſcriptione cō tra ius requiritur titulus. c. 1. de præſcrip. lib. 6. Iſtam differentiam ponit Pan. in d. c. fi. & ante ipſum, & vltra per eum adducta ſenſit glo. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. in verbo, memoria, de verbo. ſignifi. not. Archi. & Io. And. in d. c 1. de præſcrip. in 6. cum concor. allega. per Iaſ. in d. l. de quibus. col. 15. ver. item dum. ſ. dixi. (Vide ibi Francum referētem col. 3. in fi. & ꝙ præſcriptio cōſuetudinis abſq; titu. procedat, firmat Bertachi. plura adducens in verbo præſcr. 2. conſuetudinis.) Et vltra eum addo Bal. in repeti. l. 1. col. 8. C. de eman. lib. poſita in calce octaui libri Codicis.

6 † Vbi dicit, ꝙ hoc caſu tacitus conſenſus habetur in loco tituli, & idem voluit ipſe Bal. in commento pacis Conſtan. in verbo, nos Romanorum. col. 3. ver. & ſcias. & in c. 1. in ti. qui feu. da poſ. & Inn. in c. cum eccleſia. ver. ſed in præſcriptione iuris, de cauſa poſ. & proprie. & Alex. cōſi. 124. ſuper primo. 2. col. 4. vol. & cōſi. 6. viſo themate. 1. col. 1. vol. & conſi. 16. in cauſa & lite. 4. col. 5.

7 vol. † Quarta differentia inter præſcriptionem, & conſuetudinē eſt, ꝙ ſicut in præſcribenda cōſuetudine non requirit titulus, vt ſ. dixi. Ita nec etiam bona fides. Et ſic populus poteſt inducere conſuetudinem ſine titulo & cum mala fide ſm Ange. in d. l. de quibus. quem refert Iaſ. col. 15. Sed in præſcriptione ſemper requiritur bona fides. c. poſſeſſor. de regu. iur. in 6. & c. fi. de præſcriptio. ſequitur Alex. conſi. 6. viſo themate & dubiis. 1. col. 1. vol. vbi dicit vtrunq;. ſ. ꝙ in conſuetudine non requiritur titulus, nec tituli allegatio, nec etiam eſt neceſſe docere de aliqua bona fide.

8 † Quinta differentia eſt. Quòd licèt in præſcriptione iurium incorporalium debeat probari de ſcientia, & patientia aduerſarij. l. 2. C. de ſerui. & aqua. & plene dicetur in 2. parte quartæ partis huius tractatus in materia prędscriptionis ſeruitutum, tamen in conſuetudine inducenda non eſt neceſſe probari de aliqua ſcientia & patientia, etiam ſi agatur de prędscriptione pedagij & regalium, vt late per Alex. in prędallega. conſi. 6. 1. vol. & conſi. 16. in cauſa & lite. col. 4. ver. poſſet etiam declinari. 5. vol. remiſſiue tangentem de iſtis differentiis inter prędscriptionem, & conſuetudinem, de quibus latius ſcribit Hoſtien. in ſumma in titu. de conſue. §. fin. ver. extra ſummam, cum pluribus concord. adductis in apoſtil. ad Panor. in d. c. fi. & Panor. conſi. 18. in cauſa & quęſtio, col. penul. Nota plene Fely. prędicta tamen aliquibus exceptis

non

Source : BIU Cujas

non allegans nec ordinans illas differentias in c. auditis. colum. 11. ver. quinta, & vltima declaratio, de præscrip. vbi dicit, ꝙ consuetudo se habet ad ius commune, & vniuersale. Præscriptio vero ad particulare priuatum. Item ꝙ consuetudo tanquam fauo
9 rabilis non est restringenda sed dilatanda. † Præscriptio vero debet restringi; quia consuetudo est plenioris interpretationis, quàm præscriptio alleg. c. cum olim. de consue. Inno. & But. in c. dilecto. de offi. archi. Car. in cle. 1. de supplen. negli. prælato. & alia
10 de quibus ibi per eum. † Subdit, ꝙ in consuetudine cõsideratur æquitas. Sed in præscriptione vertitur rigor, & odium ſm Bal. in l. de quibus. col. 23. ver. restat videre. ff. de legi. & in l. scimus. prope fi. C. de inoffi. testa. & dicit idem Bal. in l. non dubium. col. 3. ver. tu potes. C. de legat. ꝙ licèt consuetudo & statutum interdum extendatur, tamen secus est in præscriptione. Et dicit Pau. de Cast. in l. cum de consuetudine. ff. de legi. ꝙ super hac differẽtia inter præscriptionem & consuetudinem Canon. dicunt infi-
11 nita verba. † Sed breuiter secundùm eum præscriptio est rerũ, consuetudo verò morum. Item per præscriptionem priuatus acquirit. Per consuetudinem autẽ respublica acquirit ius quoddam, quo subditos regat. Cano. tñ interdum sumunt consuetudinem pro præscriptione, vt ipse dicit, & de hac materia pulchre scribit Areti. consil. 23. in presenti consultatione, ad fi. confirmãs dictum Panor. s. relatum in 1. differentia, ꝙ actus gesti a priuato possunt inducere consuetudinem, quando acquiritur in publico, per d. l. venditor. §. si constat. Modos autem cognoscendi, qñ aliquid competat ex consuetudine, vel ex præscriptione tradit glo. in c. seruitiũ. 18. q. 2. & Host. solenniter vbi s. videlicet in summa in tit. de consue. §. fi. ver. extra summam. col. penul. & vlti. late tractatus dẽ hac materia, & ibi omnino videatur cum multis
12 concor. alleg. per Fely. in d. c. auditis. col. 11. vltra medium. † Vltra præmissas addo sextam differentiam fundamentalem, videlicet, quia præscriptio dicitur illa, quæ tendit ad tollendam iam in esse productam, puta dominium, vel actionem. Consuetudo verò tendit ad inducendum de nouo, qđ non est, vt per Ias. in d. l. de quibus. col. 14. ver. secunda est opi. vbi refert Pe. Cy. & Ange. & ibi plene vide per eum post glo. Bar. & alios, quæ dicatur consuetudo præscripta. Et quantum tempus requiratur ad inducendam seu præscribendam consuetudinem tam de iure ciuili, quã canoni. in illa col. 13. cum duabus seq. & per Bal. in auth. quas actiones. col. pen. ver. extra quæritur. C. de sacrosanc. eccle. & per Panor. post gl. & alios Cano. in c. fi. col. 7. ver. quantum verò tempus de consue. Et ibi etiam habetur quantum tempus requiratur ad eam tollendam. Et de istis differentijs inter præscriptionẽ & consuetudinem vide Alex. in l. more. col. 2. ad fi. & col. 3. de iurisdictio. om. iud. vbi ponunt duas differentias, & dat plures remissiones. Vltimò no. ꝙ licèt præscriptio, & consuetudo differant in multis, vt ex prædictis apparet. Tamen præscriptio & cõsuetudo non dicuntur contraria, ideo simul possunt allegari ſm Bal. in l. 1. col. 6. C. de ser. fugi.

Sequitur secunda pars Tractatus præscriptionum.

VEnio ad secundam partem principalem huius trac. in qua videndum est de natura præscriptionis, & quis inde resultet effectus.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio mere fauorabilis & mere odiosa quæ sit, & quæ partim odiosa, & partim fauorabilis.*
2 *Vsucapio est fauorabilis, præscriptio verò odiosa.*
3 *Præscriptio triginta annorum non habet locum in feudis, nisi mediante bona fide.*

1 Quero igitur primò † an præscriptio sit fauorabilis, vel odiosa? Dic, ꝙ præscriptionum aliqua est mere fauorabilis, vt vsucapio, quæ est introducta mero fauore possessoris. Alia mere odiosa, vt prescriptio longissimi temporis 30. vel 40. anno. introducta principaliter propter negligentiam non petentis, & eius odio, quando est cũ mala fide. Si verò sit cũ bona fide, cẽsetur potius mixta, vt ſ. dicetur, alia est mixta, partim odiosa & partim fauorabilis: vt prescriptio lon. temporis 10. vel 20. ann. Hanc distinctionem facit tex. cum glo. not. in l. fi. in ver. ex vna parte. & in verbo, ex vtroque. C. de edi. diui Adri. tol. & tex. no. in c. placuit. e. 2. §. prescriptionum. 16. q. 3. & glo. Insti. de vsucap. in princ. in verb. per trien
2 nium. dicens † ꝙ vsucapio est fauorabilis & prescriptio odiosa, & ibi Io. Fab. col. 2. & Are. penul. Notãt Dy. in c. possessor. de reg. iur. in 6. & Bart. in l. 2. §. fi. ff. pro emp. & in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fa. erit. & ibi late Ias. & Bar. in l. naturaliter. col. 1. ff. de vsuca. & in l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Panor. in c. illud. col. 2. de prescri. Prædicta conclusio fallit in feudis; quia ibi prescriptio 30. anno. de qua in §. si quis per 30. in tit. si de feu. fue. cõtro. reputatur fauorabilis ſm Bal. no. in §. si quis de manso. col. 3. circa fi. in versi. opponitur, ista litera. in titulo de contro. inuesti. Refert & commendat Ias. in l. fi. in prin. col. 2. de eo per quem fac. erit. & in l. 3. §. genera. ad fin. commen. ff. de acquiren. possessio.
3 Sed aduerte; quia cum ista prescriptio triginta annorum locum non habeat in feudis, nisi concurrente bona fide saltem quò ad dominij acquisitionem, vt concludunt communiter glo. & Docto. in d. §. si qnis per triginta. & de iure canonico semper requiratur bona fides, vt ibi per Docto. maxime Do. Prepo. nihil specialitatis videtur habere per ea, quę infra dicentur.

S V M M A R I V M.

1 *Effectus multiplex resultat ex præscriptione.*
2 *Præscriptor malefidei nunquam acquirit.*
3 *Præscribens dicitur acquirere dominium respectu vtilitatis & dispositionis; quia potest vti re præscripta vt vult, & de illa disponere.*
4 *Ciuilis ratio non potest naturalia iura corrumpere*
5 *Dominium directum & vtile quotuplex, & quæ ex hoc resultat vtilitas.*
6 *Proprietas quid sit; & quid differt a dominio, & an proprietatis appellatione veniat vtile dominium.*
7 *Vile dominium quæsitum ex præscriptione differt a quasi dominio.*
8 *Probare quis dicitur dominium, si probat se tanto tempore fructus percepisse, quòd sufficit ad præscriptionem.*
9 *Vtile duntaxat dominium acquiritur præscriptione. Fallit vbi præscribitur contra scientem & patientem.*
10 *Præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat, acquiritur directum dominium*
11 *Præscriptio tanquam regulariter odiosa non est amplianda.*
12 *Regula generalis, quòd præscriptio non extenditur declaratio, & limitatio.*
13 *Præscribens fundum præscribit & omnia accessoria.*
14 *Præscriptio principalis an prosit fideiussori, cum obligatio fideiussoris sit accessoria ad principalem, & quid si econuerso.*
15 *Præscriptio non extenditur quò ad extranea, secus quò ad præambula.*
16 *Præscriptio partis extenditur ad totum ratione indiuidui.*
17 *Præscriptio decimarum in vna parte agri culti, si alia pars inculta redigatur ad culturam, censetur in toto, licèt præscriptio inducta vno excepto ad illud non extendatur.*
18 *Monasterium præscribens ius decimandi in certa terra comprehendit omnes fructus ex illa prouenturos.*
19 *Ius decimandi est vniuersale & indiuiduum.*
20 *Ecclesia vna potest maiores decimas præscribere, & alia minores.*
21 *Vsus partis iuris comprehensi sub vniuerso comprehendit vsum respectu alterius partis sub eodem vniuerso comprehensę.*
22 *Præscriptio iurisdictionis an extendatur.*
23 *Condemnandi potestas dicitur præscripta, vbi præscripta est potestas absoluendi.*
24 *Iurisdictionis præscriptio in causa appellationis non extenditur ad simplicem querelam.*
Præscriptio iurisdictionis in ciuilibus non extenditur ad criminalia.
25 *Extensio consuetudinis quò ad certum separatum territorium an possit fieri.*
26 *Quasi possessio totius iuris retinetur per vnum actum singularem.*
27 *Casus quidam, in quo limitatur conclusio, quòd præscriptio non ampliatur.*
28 *Iurisdictionem territorij præscribens puniendo subditos potest etiam punire forenses in territorio delinquentes.*
29 *Consuetudo an extendatur.*
30 *Debitor tutus præscriptione potest repetere si soluit per errorem, vbi exceptio præscriptionis est fauorabilis & iuncta cum bona fide.*

1 Secundò quæro † Quis inde resultet effectus? Dico ꝙ multiplex. Primus effectus est, ꝙ per vsucapionem cum sit fauorabilis acquiritur directum dominium (An ex prescriptione queratur vtile, vel directũ dominium, vide per glo. Bar. Bal. Saly. in auth. nisi triẽnale. C. de bo. mater. Io. Fab. Bal. Christo. porc. Are. & D. Ias. Institu. de vsucapi. in princ. in gl. in verbo. dominia. Doct. omnes in l. traditionibus. C. de pact. vbi Alexan. col. 2. glo. in l. si quis emptionis. §. 1. in verbo, creditoris. & ibi Saly. C. de prescri. 30. anno. late Imo. in repe. c. fi. col. 24 de præscri. glo. & Ang. in auth. vt eccle. Ro. & c. Arch. in c. seruitium. 13. q. 2. Mari. Socy. in rub. de cau. pos. & pro. versi. 18. Pan. in c. ad aures, & in rub. de prescri. Alex. consi. 88. eximie domine vicarie. col. 3. in princi. versi. probauit. 2. volum. practi. Papien. in forma libel. in act. reali, in verb. iure dominij. Bar. in l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu. arcen. gl. & Bal. in l. 3. ff. de vsuca. & Bart. in l. Sticho. ff. de vsuf. leg. Inn. & Pan. in c. cęterum. prope fi. cõmen. de iud. Bal. in auth. hoc ius porrectum. col. 2. C. de sacrosan. eccl. & ſ. late dicetur, & vtrum ex prescriptione acquiratur dominiũ, & quale, vide late per Ioan. An. in mercu. & post eum per Albe. de Ro. in c. possessor. in 4. q. de re. iur. in 6. & vtrum ex prescriptione queratur directum vel vtile dominium, & an prescriptio tollatur dominium ipso iure, vide Alex. in l. fi. col. vlti. ff. de eo per quem fac. erit. Et plura no. Bert. in reper. in verb. præscriptionis effectus. ver. prescriptio acquirit.) per prescriptionem verò 30. vel 40. anno. tanquam mere odiosam: quia est inducta in odiũ, negligentium, quęritur duntaxat vtile dominium, si prescribens habet bonam fidem. Aliàs acquirit exceptionem tantum cõtra dominum, si est in mala fide. Nec habet actionem, si cadat a possessione. l. si quis emptionis. §. 1. C. de prescri. 30. anno. Per prescriptionem autem longi tempo. 10. vel 20. an. in qua versatur fauor gratia possidentis; quia bonam fidem habet, & odium ex parte

non

Source : BIU Cujas

non petentis,seu petere negligentis eligitur quædam media via: quia ex ea parte qua est inducta in fauorem possessoris,quæritur vtile dominiū possessori. Ex ea verò qua dicitur inducta in odiū negligentis, facit directum dominium penes ipsum negligentē remanere,cuius prætextu agere|potest actione in rem directa cō tra alium possessorem. Non contra eū qui præscripsit. d.l.si quis emptionis.in prin. iuxta regulam quę habet, odia restringēda,& fauores ampliandos.c.odia.de reg.iur.in 6. Ista sunt verba Dy. in d.c.possessor.vlti.col.circa me. Et in effectu,si eius verba considerentur, non est differentia quò ad acquisitionem dominij, inter præscriptionem longi vel longissimi temporis: quia ex vtraque quæritur duntaxat vtile dominium concurrente bona fide,bene est differentia respectu tituli,qui requiritur in præscriptione longi tem.sed non in longissimi.d.l.si quis emptionis. Et latius dicetur in seq. parte. Et sic colligitur intellectus ad verba Dy.& Bar. dum simpliciter dicunt, ꝙ præscriptio 30. ann. est mere odiosa,
2 quia verum est,si sit cum mala fide. † Ideo tunc nō acquirit prescriptor malefidei, nisi duntaxat exceptionem & non dominiū vel actionem. Sed quādo est iuncta cum bona fide, equiparatur præscriptioni longi tempo. & eundem operatur effectum: quia per ipsam acquiritur vtile dominium & ius agendi absque titulo. Nam cursus maioris temporis supplet defunctum tituli. pro hoc est bonus tex.in §.potest 16.q.3.ita declarat Panor.in c.illud. ad fi.2.vol.præterea ea dubitat.de præscri.& firmat Pau. de Cast. in l.fi.§.1.ff.rem ra.ha.vbi vult, ꝙ præscriptio 30. ann. cum bona fide dicatur potius fauorabilis, quàm odiosa. Et retuli in præcedenti parte,& propterea glo.& Bar.in l. 3. ff.de vsucap. simpliciter dicunt, ꝙ per vsucapionem quæritur directum dominium, & per præscriptionem vtile.idem dicunt glo. Bar. & communiter Doc.in auth.nisi triennale.C.de bo.mater.& glo.Insti.de vsuca.in prin.super verbo,dominium, & ibi no. Areti. in fi.prin.qui atteſtatur hanc esse communem opin. quæ conclusio procedit in præscriptione longi tempo. cum titulo & bona fide, vel longissimi temporis cum bona fide tantum, vt prædictum est. Et hunc articulum, an per præscriptione acquiritur dominium, & quale,late disputat Ioan.An. & post eum Albe.de Rosa. in c. possessor.col.8.versi.4.proponebatur.cum duabus seq.vsque ad
3 versi.5.&c.vbi post adducta hincinde motiua cōcludit † ꝙ respectu vtilitatis & dispositionis præscribens acquirit omne dominium: quia potest vti re præscripta vt vult, & de illa disponere, vt de re sua. Sed capiendo dominium directum prout descendit a iure naturali,illud non præscribitur: quia non potest tolli iure ciuili,qđ est naturali ratione quæsitum. Sequitur Do. Panor. in d.rub.de præscrip.col. 2.qui satis inculcate refert Io. An. Et quāuis non allegent,pro hoc vltimo est bonus tex.in l.eas.alias inci-
4 pit,has obligationes.ff.de cap.dimi.ibi. † Quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest.& in l.2.ff.de vsufru.ea.re.quæ vsu consū.ibi. Nec enim naturalis ratio auctoritate senatus commutari potuit,quem tex.not.D.Præpo.in rub.de appel.col. 10.& hos tex.ad hoc propositum adducit Bal.in auth.ad hæc.col.3. C. de vsur. Hanc materiam latissime explicat Do. Fely. in d. rub.de præscri.col.1.versi.directum dominum tribus seq.vbi facit regulam secundùm communem opi. ꝙ per prescriptionem non acquiritur directum dominium, sed vtile tantum. Adde plene Bal.in sua repe.l.fi.vol.5.& 6.C.de præscri.lon.tempo.vbi firmat, ꝙ prescri. non tollit dominium, sed effectum dominij tantum, & ꝙ est communis opi.gl.& Doc in auth.nisi triēnale.C.de bo. mater.& in l.si quis emptionis.in prin.C.de prescr. 30.anno.quā limitat nouem modis, & in 6.limitatione dicit, ꝙ fallit in vsucapione,per quam acquiritur directum,& in 5.sequitur opi. Ioan. An.in d.c.possessor.ꝙ respectu facultatis vtēdi & disponēdi prescribens acquirit totale dominium. Et de hac materia ponunt Doc.in l.traditionibus. C.de pac. vbi Ias. col. 3. summarie refert
5 sex limitationes ad prędictam regulam. † Verū pro veriori premissorum declaratione operepretium est videre, quid sit dominium directum,& vtile,& quotuplex, & quę ex hoc resultet vtilitas, ꝙ ex prescriptione acquiritur vtile tantum. Bar. in l. si quis ui.§.differētia.circa fi.ver.quęro vtrū vtile dominiū. ff.de acqui. pos.dicit ꝙ duplex est dominium. Vnum,qđ opponitur,& contradicit vero dominio. Nec illud recognoscit,sed potius elidit,vt dominium quęsitum ex prescriptione. Aliud est, quod verū & directum dominium recognoscit, vt illud qđ competit emphyteutę,feudatario,superficiario,& simi.& ibi Bar.ver.quęro quid sit dominium,declarat quotuplex sit dominium. Notat Bal.in l. cum res.C.de proba.& Alex.in d.§.differentia.colum.4.& ibi de
6 clarant. † Quid sit proptietas, & quid differat a dominio, & an appellatione proprietatis veniat vtile dominium, refert Ias. tacito tamen Alex.in §.omnium.col.18.in antiq.impres.& 12. in noua, Inst.it de act. & quę sit differentia inter proprietatem & dominium,late declarat Ias.in d.l.traditionibus.col.2.circa fi.& seq. C.de pac. Vel aliter dic,ꝙ duplex est vtile dominium,quoddam verum,vt est illud,quod perimit directum.quale est hoc,qđ quęritur ex prescriptione, qui extinguit antiquum dominium non verum,vt est illud, quod recognoscit dominium directum tanquam superius,sm Bar.in l.1.in prin.col. 4.vel 5. ff.de acqui.pos.
7 & ibi no.Ias.& idem in l.3.§.ex contrario.col.4.circa fi.eo.tit.† Et no.ꝙ vtile dominium quęsitum ex prescriptione differat a quasi dominio,vt declarat Bar.in l.si minor.§.fi.ff.de euic.dicens ꝙ deducto in iudicio directo dominio, videtur etiam deductum vtile ex prescriptione quęsitum,sed non quasi dominium,& est de mente Inn.in c.ceterùm.de iud.& ibi refert Panor.col.penul.vbi ex hoc infert, ꝙ si agens rei vendicatione exprimit causam quia dominus, & probet solum prescriptionem obtinebit. dicens se obtinuisse de facto refert Fely.in rub.de prescri. col.3.in princ.& vltra eum idem voluit Panor.in c.cum contingat. 1.not. per illū tex.de deci. vbi dicit, ꝙ verbum pertinere comprehendit etiam dominium ex prescriptione quęsitum,& ideo cum quis dicit rē petitam ad se pertinere,satis est ꝙ probet de dominio ex prescriptione causato:& facit secundum Pan.ibi qđ no.Bar.in l.ad pro-
8 bationem. C. loc. † vbi concludit quem probare dominium, si probat se percepisse fructus tāto tempore,ꝙ sufficiat ad prescriptionē. Sed videtur,ꝙ nullus sit effectus,an ex prescriptione quęratur vtile, vel directū: quia cū dominium nihil aliud sit quàm ius de re corporali perfecte disponendi,vt diffinit Bar.in d.l.si qs vi.§.differentia.non refert,an quis habeat directum, vel vtile tantum, ex quo ille qui prescribit habet liberam dispositionem, & vtile ex præscriptione quæsitum opponitur directo, vt prædictum est, quinimo p̄scriptio extinguit antiquum dominium, vt dicit glo.no.in l.2.§. ex pluribus. in ver.possideo. ff.de acqui. pos.& in l.si ædes.la 1.in glo.fi.ff.de vrb. præd. Vide Bart.ibi,qui declarat istud procedere in præscriptione, secus in vsucapione; quia illa non occidit dominium, sed transfert secundum Bart. quem sequitur Paul.de Castr.& declarat circa fin.conclu.dicēs hoc esse subtile, quas glo.declarat.Alexan. in d.§. ex plurib.col. 3.dicens quòd præscriptione dicitur occidi,dominium, quamuis prescribens directum non acquirat,sed vtile,quia illud vtile præfertur directo, & eo potentius est,cum dominus primus p hoc excludatur, & ex hoc dicitur occidi dominium antiquum & directum, breuiter dico quòd duo resultant effectus. Primus est, quòd vbi remaneat directum penes eum contra quē præscribitur, pōt ille ratione directi dominij, quòd penes eum remansit, intentare actionem contra tertium, & rem vendicare a tertio possessore actione directa, sed non ab eo vel cōtra eum qui præscripsit.d.l.si quis emptionis.§.1.C.de præscrip.30.anno & hunc effectum tangit.Dy.in d.c.possessor.circa fi.col.1. Secundus effectus est, quòd si res præscripta deueniat ad primū dominum,ille qui præscripsit bona fide spatio 30. an. absque titulo & sic quæsiuit duntaxat vtile, non potest rem ab eo vendicare. quamuis actionem habeat contra quemlibet alium, casus est in d.l.si quis emptionis.§.1.C.de præsc.30.an. secūdum intel-
Io.& glo ibi communiter approbatum,cuius l.intel.latius excutiam in 3.parte:sed istud non videtur hoc casu operari illa ratio, quòd quæsiuerit vtile tantum,sed defectus tituli, vt dicam ibi. Tertius effectus est.Quia illis casibus quibus acquiritur directū dominium,exceptio præscriptionis impedit litis ingressum tā-quam inferens actionem non competere aliàs non secundum Bal.& Saly.in auth.nisi tricennale. in fi.commen. C. de bo.ma. sed hunc effectum impugnat Fel. in rub.de præscri.col.4. circa med. firmans indistincte quòd exceptio præscriptionis potest opponi ante lit. contesta ad impediendum processum & dixi
9 in prima parte.q.9. † Et inter cæteras,limitationes,quæ dātur ad communem conclu. ꝙ ex præscriptione quæritur duntaxat vtile dominium,no.bene illam,quòd fallit,vbi prescribitur contra scientem & patientem. quia tunc ex tacito illius consensu præscribens acquirit directum dominium. Ita limitat not. Bal. in auth.nisi tricennale.in fi.col. C.de bo.ma.& firmat. Fely.in d. rub.ne præscrip.col.1.ad fi.& seq.in 1.fallen.ad prędictam com-
10 munem conclusionem. † Prima est in præscriptione tanti tēporis cuius initij non extat memoria; quia ex ea acquitur directum dominium secundum Bal. Sal. Alex. & Mod.in d.l.traditionibus. Secunda fallen.est, vt cōmunis theorica procedat, quando præscribitur contra dominum habentem vtrunque dominium; quia tunc non præscribitur nisi vtile. Secus si præscribat contra habentem directum tantum; quia tunc per præscriptionem acquiritur directum ad hoc, ut præscriptio aliquid operetur. Ita limitat Alex.in c.1.col.2. circa med.in tit.de feu. nō ha.propriam na.feu.referens ita tenere Ray. & seq.in d.auth.nisi tricennale.& Nico.de Neap.in d.c.1. Secundus principalis resultat effectus ex prædicta doctrina, an præscriptio sit fauorabilis, vel odiosa respectu interruptionis,Dixit tamen Bald.in §. si quis per triginta.col.1.in tit.si de feu.fue.cōtrouer.quòd præscriptiones non fuerunt inductæ in pœnam,sed propter libertatem subditorum,ne de iure suo semper dubitent, vt no.eleganter gl.quę non est alibi secundum eum in auth.de temp.non solu.pecu.super do.§.1.quod non videtur bene dictum; quia præscrip.30.anno.censetur mere inducta in odium negligentis, vt late dictum fuit supra circa prin. huius 2.partis: & sic dictum Alb. debet restringi ad vsucapionem triennij vel præscr.long. temp. tantum

per

Source : BIU Cujas

per ea, quæ late dicta sunt §. vt late per Bar. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fa. erit. & in l. 2. §. fi. ff. pro emp. & in l. naturaliter. colũ. 1. ff. de vsu. & in l. sicut. C. de præscrip. 30 an. cuius doctrinam refert & declarat Ias. in d. l. fi. in prin. & in §. penales. col. pen. & vlti. post Are. Insti. de act. & latius dicetur in vltima parte huius tractatus. † Tertius principalis resultat effectus ex prædicta distinctione, q̃ præscriptio tanq̃ regulariter odiosa nõ est amplianda: ẽt ad iura similia sed restringenda. c. odia. de reg. iur. in 6. & ibi gl. dicens q̃ præscribens visitationẽ non acquirit procurationem. Notat Dy. in c. possessor. col. vlt. de reg. iur. in 6. & est gl. in c. auditis, super verbo interruptionẽ. in fi. de præs. quę dicit, q̃ licèt præscribatur in vno capitulo, non præscribitur in alio, & ibi Inno. dicens q̃ præscriptio super vno iure non extenditur ad aliud. Et latissime Fely. col. 6. cum quinq; seq. cumulans infinitas decisiones, & facit regulam, q̃ præscriptio non extenditur, cum quinq; declarationibus, sed in pluribus loquitur satis obscure, & nimis diffuse: & ideo conabor hanc materiã extẽsionis præscriptionis difficilẽ & periculosam a nullo moderno integre examinatam, vt attestatur Fely. vbi §. ad breue & clarũ compendium redigere, quò ad fieri poterit, addendo plura vltra Fely. Facio igitur regulam generalem, q̃ præscriptio non extẽditur per præallegata, quam per plura cõprobat Fely. in d. c. auditis. col. 6. de præscrip. hinc dici solet, quantum possessum, tñ præscriptũ. l. quod meo. §. fi. & ibi no. Doc. ff. de acqui. pos. & probat tex. cum gl. in l. 1. §. fi quis hoc interdicto. verſ. Iulianus. ff. de iti. actuq; priua. vbi hęc no. Bar. & expressius Ang. ex quo inferunt, q̃ si quis dicit se præscripsisse ius colligendi pedagium, quis probat, q̃ consuetus est colligere de talibus rebus, in illis tantum quęsiuit ius, in quibus apparet vsus, & idem dixit Bar. vltra Fely. in l. si publicanus. §. fi. ff. de pub. in l. Titium & Męuium. §. altęro. col. fi. in fi. ff. de admi. tut. & pulchre in l. cum de in rem verso. col. fi. ver breuiter aduerte. ff. de vsur. vbi dicit, q̃ vsus pręstationis non producit effectum nisi ad illud tñ, qđ est factum, vel ad id quod necessariò infertur ex illo, per tex. in d. l. 1. §. fi quis hoc interdicto. & ibi ponit exemplũ. & dicit Bar. in auth. qui rem. circa fi. com. C. de sac. sanc. ec. q̃ prę scriptio & consuetudo non extenduntur vltra id quod agitur. Et hanc regulam firmat. Panor. in d. c. auditis. col. 2. circa fi. in pe. no. dicens q̃ tantum prętscribitur, quantum possidetur per illum tex. in c. cum contingat. vbi idem ipse no. de deci. & in repe. c. si quis contra clericum. col. antepe. de fo. compe. dicens q̃ prętscripta institutione vel confirmatione non prętscribitur destitutio; quia prętscriptio in vno non extenditur ad reliquum, & in c. cum in tua. in 3. no. per illum tex. de deci. vbi ẽt dicit, q̃ tantum prętscribitur, quantum possidetur. Addo Do. Ias. in l. imperiũ. col. 3. ver. 2. not. limita. ff. de iur. om. & D. Iac. de sanc. Geor. in suo trac. feu. in glo. in verbo. cum mero & mixto imperio. col. 4. dicentes. Eatenus prętscriptũ, quatenus possessum, & Do. Phi. Deci. consi. 85. & diligenter pro tenui, qui firmat per plura, q̃ prętscriptio est limitata ita q̃ de vno ad aliud non extenditur: vt in c. fine possessione. de regu. iur. in 6. & est bonus tex. fm eum in l. deniq;. cũ l. seq. ff. ex quib. cau. maio. & dicit idem Panor. in d. c cum contingat. circa fi. de deci. q̃ licèt quis prętscripserit decimam oĩum prędiorum alicuius parochię vno excepto prętscriptio ad illud non extenditur, de quo latius dicetur §. Hinc est, q̃ prętscriptio certorũ iuriũ de prętenti non extenditur ad futura omnino consimilia iuribus prętentibus prętscriptis, vt probatur in d c. cum contingat. vbi licèt decimę noualium sint eiusdem iuris, cuius sunt antiquę; tamen ad prętscriptionem antiquarum non sequitur prętscriptio futurarum, & ibi no. Pan. in vlt. no. assignans rõnes: quia in prętscriptione debet fieri stricta interpretatio, cũ veniat ad detractionem iuris alterius. Addo Io. An. in addi. ad Spe. super rubri de his quę fi. a ma. par. ca. ante fi. magnę apo. vbi dicit, q̃ prętscriptio est restringibilis intantum, q̃ per illam separantur connexa & vnita, vt ipse probat per plura. Prędictã regulam late cõfirmat Alex. consi. 122. viso puncto. ad fi. 4. vol. dicens q̃ prętscriptio non operatur, nisi in illo actu, quo quis fuit vsus, & idem Alex. consi. 16. in causa & lite vertente. col. 6. circa prin. & consil. 74. in prętsenti consultatione, circa fi. referens Inno. in c. cum dilectus. de relig. do. vbi dixit, q̃ prętscriptio in vna re, qñ alius est in possessione generali, non extenditur ad reliqua, & consi. 275. in causa fratrum. col. 3. ver. sed posito. Concludens q̃ præscriptio non extenditur de similibus ad similia. Hinc dixit Bal. in c. 1. in verbo, abbatissa. in titu. qui feu. da. pos. q̃ prętscriptio & consuetudo non debent extendi: quia tantum habẽt de potentia quantum de actu. p tex. in d. l. 1. §. fi quis hoc interdicto. verſi. Iulianus. ff. de iti. act. priua. per quã etiam dixit Fely. in c. cum accessissent. col. 12. de consti. q̃ actus taciti non sunt interpretandi vltra quã se extendant: & vltra predictos addo Bal. in l. quod constitutum. C. ne de statu defun. vbi pulchre dixit, q̃ verba statutorum sunt multum ponderanda in quo casu loquatur: quia etiam si præscriptio fauorabiliter disponit, tamen ad similia non extenditur, per illum tex. & Are. consi. 32. in causa quæ vertitur. circa prin. vbi dicit, q̃ consuetudo non debet extendi de persona ad personam, nec de re ad rem, sicut non extenditur præscriptio: & sic

parificat consuetudinem & prescriptionem respectu extensionis, de quo dicetur §. col. 10. ver. tertiò principaliter: & hoc consi-
12 lium adde ad ibi dicta vltra Fely. in c. auditis. † Hanc generalem regulam primò limita, & declara vt non procedat quò ad accessoria & cõnexa rei principali prætscriptę inseparabiliter; quia ista prętscribuntur cum principali: & sic prętscriptio ad ea extenditur, casus est in l. eos. iuncta glo. C. de vsur. & ibi notant Bal. & Doc. vbi sublata actione principali per prętscriptionẽ respectu sortis censetur etiam sublata accessoria pœnæ & vsurarum. Quam cõclusionem late comprobat Fel. in d. c. auditis. col. 10. in 4. declara. & firmat Do. Pet. Phi. Co. consi. 44. in hac consultatione. 2. col. 2. vol. Addo bonum tex. in l. longe. iuncta glo. de diuer. & temp. præscri. & in l. si aliena. §. 1. ff. de vsucap. Per quem dixit Bar. in re-
13 pe. l. de quibus. in 2. lectu. col. 2. ff. de legi. † q̃ præscribens fundũ præscribit omnia accessoria, vt seruitutes, vt ibi dicitur, & vltra Fely. pulchre Ba. qui ad hoc intell. in repe. l. fi. col. 20. C. de præscri. long. temp. & bene dictum est, q̃ præscriptio extenditur ad accessoria & connexa inseparabiliter. Non autem ad simpliciter connexa; quia illa separantur per præscriptionem, si possunt separari, vt pulchre dixit Io. And. de quo non meminit Fely. in addi. ad Spe. super rub. de his quæ fi. a ma. parte ca. circa fi. magnæ apo. Ex quibus infero ad q. vltra Fely. An præscriptio principalis prosit fideiussori: cum obligatio fideiussoris sit accessoria ad principalem. l. fideiussor obligari. in prin. & ibi plene no. Bart. ff. fideiuss. Istam q. pulchre decidit Bald. in l. tam mandatori. col. 2. circa fi. aliàs 3. ver. item dubitatur. C. de nõ nu. pec. & distinguit,
14 vt ibi per eum. † Quid autem ecõuerso, si fideiussor prescripsit, & non reus. Puta quia præscriptio fuit interrupta contra reum, & non contra fideiussorem, an prosit reo. Tangit ibidem Bald. col. fi. ver. sed quęro si fideiussor. & hæc faciunt ad propositum: quia his duobus casibus tractatur de extendenda præscriptione de persona ad personam. Prædictam limitationem sub limita, & declara, vt pulchre per Rom. singulari 607. incipien. tu habes regulam, fol. 17. vbi dicit, tu habes regulam, q̃ præscriptio facta de principali trahitur ad accessorium, casus est in l. eos. C. de vsur. in l. si aliena. §. 1. ff. de vsuc. quod est verum, si accessorium ab initio inchoatæ præscriptionis inerat principali. Secus si ex postfacto cepit inesse; quoniam tunc est opus quò ad illud noua præscriptione. Casus est singularis & non alibi, quem no. dicit Roma. quia de eo habebis honorem in l. qui fundum. §. 1. ff. de vsu. pro emp. & bene facit l. rerum mixtura. in fi. ff. de vsuc. Hæc sunt verba Roma. vbi §. sequitur Fel. non alleg. Roma. in d. singulari, sed
15 in d. l. qui fundum. §. 1. in d. c. auditis. colum. 10. in 4. declara. † Secundò principaliter limita, & declara prędictam regulam, q̃ prę scriptio non extenditur, vt procedat quò ad extranea. Secus quò ad ipsa præambula, vt pulchre declarat Ro. consi. 263. ad prædictorum corroborationem, vbi concludit, q̃ qua ratione consuetudo seu præscriptio conferens iurisdictionem in vno censetur contulisse in eius consecutiuo seu accessorio, vt est tex. optimus secundùm eum in d. l. si aliena. §. 1. eadem ratione consuetudo siue præscriptio, quæ confert iurisdictionem in vno videtur contulisse in eius antecedenti siue præambulo. Ex quo infert, quòd præscripta iurisdictione exequendi dicitur præscripta iurisdictio pronuntiandi super executione, refert & sequitur Fel. in d. c. au-
16 ditis. col. 11. † Tertiò limita & declara prædictam regulam, nisi præscribatur pars indiuisibilis ab ipso toto; quia tunc præscriptio partis extenditur ad totum ratione indiuidui, per id quod no. in c. cum in tua. de deci. & per Inno. in c. dilectus. de capel. mona. Ita not. Domi. Corse. in c. bonæ. el 2. in apostil. ad Panor. super 3. not. de postula. præla. Pro qua limitatione, siue declaratione vltra eum est casus in l. si stillicidii. §. fi. cum l. sequen. ff.
17 quemadmo. seruitus amit. † Hinc est quòd licèt præscriptio decimarum inducta in omnibus prædijs parochiæ, vno excepto, ad illud non extendatur secundùm Inno. in c. tua. de deci. Archi. in c. quicunque. 16. q. 1. Panor. in c. cum contingat. circa fi. de deci. quos refert Fely. in c. auditis. colum. 6. Panor. in c. cum in tua. in 3. col. per illũ tex. de deci. Tamen qui pscribit decimas in vna parte agri culti, si aliá pars inculta redigatur ad culturam, censetur præscripsisse in toto, ex quo alius non possedit decimas in ea. Ita eleganter consuluit Panor. cons. 71. casus talis est, quidam clericus. 2. volum. Pariter qui præscripsit ius decimandi in prædio, in quo toto tempore præscriptionis fuit decimatum triticum, si completa præscriptione seminetur milium, de ipso debetur decima, ne eadem res diuerso iure censeatur, contra l. eum qui ædes. ff. de vsucap. ita decidit Ioan. An. post Host. in c. cum in tua. de deci. & ibi refert & sequitur Domi. Anto. de But. ver. vnde dicit Io. An. & Panor. in ver. sed quæro de ratione. & in consi. proxime relato. Et idem secundum Ioan. And. & Do. Anto. si de arboribus forte nouiter plantatis prouenirent aliqui fructus. Et satis probat tex. in d. c. cum in tua secundùm secundã
18 lec. vbi est casus † q̃ monasteriũ vel ecclesia præscribens ius decimandi in certa terra videtur prętscripsisse quò ad oẽs fructus, qui possunt ex illa terra prouenire, licèt tpe prescriptionis solũ recepit decimã de certis fructibus: qa alij fructus non fuerunt inde collecti.

Source : BIU Cujas

collecti. Secus autē si fuissent alij fructus percepti, ex quibus iste non percepisset decimā, vt declarat Panor. in d. c. bonæ. el 2. col. 2. in 3. nota. de postu. præla. Quod intellige, qñ decima aliquorum fructuum perceptorum fuit soluta alteri, quam huic. Sed si nulli alij soluta fuit; tunc debetur illi qui præscripsit decimam certorum fructuum decima omniū aliorum. Nam si fuisset soluta decima de alijs fructibus ecclesiæ prediali, tunc decima deberetur de illis fructibus ecclesiæ prediali & reliquorū fructuū ipsi ecclesiæ quæ præscripsit, vt not. Panor. in d. c. cum in tua. in 2. lec. ex quo infert quod vnum prædium potest esse partim decimale vni ecclesiæ, & partim alteri. Puta respectu tritici vni ecclesiæ, & respectu vini alteri, quod refert Panor. placere Host. & Io. An. ibi, licèt Inn. videatur discrepare, & respondet post eos ad regulam quæ facit in oppositum, ꝙ vna & eadem res diuerso
19 iure censeri non debet. † Ex quo infero, ꝙ ius decimandi est vniuersale & indiuiduum, vt dicit Corse. vbi ſ. licèt non declaret videlicet quando decima debetur, & soluitur vni ecclesię tantum respectu eiusdem fundi, Secus si debeatur, & soluatur duabus ecclesijs, vt prædixi. Vnde in proposito est constituenda differentia, an sit vnus vel plures fundi. Nam si fundi sunt plures, quamuis in eadem ratione, præscripto iure decimandi in vno præscriptio non extenditur ad alios fundos, in quibus nūquam fuit percepta decima seu causata prescriptio. Non sic autem contingit in eodem fundo, vbi datur vnitas terminorum; quia tūc possessio vel præscriptio in parte extenditur ad totum, vt pulchre declarat Panor. in prealle. consi. 71. circa fi. 2. volu. & bene facit tex. in prin. iūcta l. quod meo §. fi. cum ibi no. ff. de acqui. pos. & istud apertius quàm faciat Panor. dicunt & declarant Io. And. & Do.
20 Ant. de But. in d. c. cum in tua. Dicit enim Io. An. ibi † quòd bene potest vna ecclesia præscribere maiores decimas & alia minores etiam ex fructibus eiusdem predij. Sicut per pactum hoc potest induci. c. ex multiplici. eo. tit. & licèt hoc non placeat Inno. dicit Io. An. ꝙ Host. & sibi placet, & subdit: sed pone, ꝙ prædium colitur placet, in quo sunt etiā vites vinum ferentes, vna ecclesia semper percepit decimam bladi, altera semper decimā vini, vna de aridis alia de liquidis, quare non valet non video dicit Io. An. sed Do. Anto. de But. ibi adhuc plenius loquitur licèt obscure in 1. not. dicens, no. ꝙ præscriptio extenditur ad particularitatem iuris comprehensi sub vnico iure vt vniuersali, & licèt præscriptio sit extensibilis ratione accessorij, vt nota. in reg. odia. lib. 6. si tamen habet vsum iuris, vt quid vnicum & vniuersale ad speciem vt partem in iure vniuersali comprehēsam fit præscriptio extensione, ne contingat eandē rem diuerso iure censeri, quando habent se vt partes separatæ diuerso iure censentur, Ideo non fit extensio prescriptionis, vnde ius decimale præscriptū in vna re ex vsu decimæ grossæ extenditur ad minutam in eadem re.
21 † Et ex hoc not. ꝙ ex vsu partis iuris comprehensi sub vniuerso comprehēditur vsus respectu alterius partis sub eodē vniuerso comprehensę: & hoc ideo, quia datur quędam cōtiguitas saltem respectu generis. Ideo pro tanto fit extensio, alleg. plene no. per Innoc. in d. c. dilectus, de cap. mo. Subdit Do. Anto. in d. c. cum in tua. circa med. Doc. nostri sic intelligunt decretalē istā. inquantum dicit. Ex præscriptione grossas & minutas decimas deberi: hoc esse verum, quando non apparet decimas minutas per aliā ecclesiam vel personam fuisse perceptas, quo casu ex perceptione decimarum grossarum sub nomine simpliciter sunt decimę ipsę grossæ & minutę vnum ad id maius: & ideo etiam quantū ad minutas censetur prescriptū, sed si alia ecclesia percepisset minutas esset interrupta præscriptio quò ad minutas. Ideo tūc colligenti grossas debentur grossę, & minutę colligēti minutas, nō est ęque absonū, eandem rem diuerso iure cēseri propter diuersum accidēs cōcurrēs. & sicut ex pacto possunt hę decimę separari & diuersis deberi, & sic possibile est ex præscriptionis actu: & sic arguunt ibi Io. & Do. Anto. de pacto ad prescriptionem. Hæc sunt formalia verba Do. Anto. licèt lectu. sua sit multum corrupta, quę reduxi ad bonū sensum vt melius potui, & predicta sunt bene notanda. Nec de ipsis facit mentionem Fely. in d.
22 c. auditis. † Secundò principaliter ad hunc articulum predicta regula, quę habet, ꝙ prescriptio non debet extendi, inducitur ad arduam. q. vtrum prescriptio iurisdictionis extendatur? In qua Bar. in d. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. determinat ꝙ non, dicens ꝙ in iurisdictione præscribenda probata quasi possessione certi actus, in illo tantum actu prescribit, secus est, si haberet concessionem ab alio, qui habet ius concedendi. Nam tunc si vtitur iurisdictione in vno actu, retinetur in omnibus, vt ibi latius per Bar. & in l. si publicanus. §. fi. de publ. & in l. Titium aut Męuium. §. altero. in fi. ff de admi. tut. Cuius dicta refert & sequitur Do. Bertac. Firmanus. in 1. parte sui tra. de gabel. col. 7. circa fi. & seq. in 11. q. & vltra allegata per eum no. Bar. in l. cum de in rem verso. col. fi. ver. item si volo probare. ff. de vsur. vbi, quòd si volo probare iurisdictionem ex vsu non probabitur, nisi circa ea qua fuit vsus, eandem conclusionem firmat Panor. in d. c. auditis. colum. 2. circa fi. de prescri. Not. Inno. in d. c. dilectus. de capel. mona. Istam quęstionem examinat per vnam col. Do. Ias. in l. imperium. col. 15. ver. 3. circa prędictam materiam. ff. de iur. om. iud. Referens doctri. Innoc. in c. dilecto. de offi. archi. vbi tenet, ꝙ talis præscriptio iurisdictionis non extenditur, licet extendatur consuetudo: & tandem concludit Ias. verā esse opi & communem sententiam, ꝙ cum res sint species iurisdictionis, videlicet merum, mixtum imperium & simplex iurisdictio, si quis vsus vna specie, intelligitur præscripsisse quo ad omnes actus, qui sunt eiusdem iurisdictionis & speciei. Sed non intelligitur præscripsisse in alia specie iurisdictionis, per l. si prius in princ. ff. de aqua plu. arcen. & ibi no. Doc. & ista fuit doc. Cy. & Sal. in l. 1. in fi. C. de eman. libe. Bal. & Paul. de Cast. in d. l. imperium. quam latius declarat ibi Ias. qui tangit circa fi. 13. col. an pscribens iurisdictionē præscribat modicam correctionem cum sit diuersę speciei, & concludit ꝙ non secundum decisionem Do. Car. & Panor. in c. cum contingat. per illum tex. de for. com. pe. quam sequitur Alex. in l. 2. post. prin. ff. de iuri. om. iudi. & firmat Fely. in d. c. auditis. col. 7. circa fi. ver. præscriptio super iurisdictione. de præscri. dicens ꝙ tex. in d. c. cum contingat. non reperitur alibi quò ad hoc secundum Card. & Imo. in c. pastoralis. in prin. ff. de leg. & in c. ex literis. 1. no. e. ti. & idem Fed. in c. auditis. col. 10. circa fi. qui refert & sequitur decisionem Bal. in d. l. imperium. in 1. commen. ver. circa vltimum. col. 4. † vbi dixit, ꝙ præ-
23 scripta potestate absoluendi, est præscripta potestas condemnādi; quia sunt eiusdem speciei, vt ibi latius per Fel. & faciunt plene no. per eum in c. non potest. de iudi. vbi late tractat an condēnatio & absolutio a pari procedant. & vtrum cui cōpetit vnum competat aliud: & notant Are. & Soc. in rub. ff. de acqui. pos. licet contrarium tenuerit Panor. in c. cum olim. col. 2. ver. sed iuxta prædicta, de præscrip. & concor. vt per Fely. vbi supra. Et vltra eum, & Ias. addo ꝙ hanc q. late examinat Alex. consi. 68. visio. & nōdum discusso. pe. col. 2. vol. & sequitur doctri. Cy. & Saly. in d. l. 1. C. de eman. lib. Concludens post eos, ꝙ si per consuetudinem aliquis vsus est vna specie iurisdictionis, puta simplicis iurisdictionis acquirit iurisdictionem quò ad omnes actus, qui comprehenduntur sub illa specie iurisdictionis simplicis, arg. l. si fi. licidij. §. fi. ff. quemad. ser. amit. Non autem quantum ad diuersam speciē iurisdictionis, videlicet quò ad ea quæ sunt meri imperij, arg. d. l. si prius. in princ. ff. de aqua plu. arc. & ibi not. Doc. & in d. c. 2. de capel. mona. cum pluribus concor. adduc. per Alex. vbi supra. Et ita procedat vltra præfatos Doc. quod voluit Panor. in c. cum in tua. in 2. nota. & in ver. sed quæro ex mente Io. And. ibi de deci. vbi videtur impugnare dicta Barto. in d. l. 1. §. si quis hoc interdicto. dicens ꝙ si in aliquo loco aliquis exercuit actus iurisdictionis occurrētes, animo scilicet vtendi iurisdictione vniuersali, quòd post præscriptionem completam poterit vti iurisdictione in alijs casibus occurrentibus, in quibus non fuit vsus. Finge enim dicit Panor. quòd homicidium non fuit ibi cōmissum per 40. anno. sed in eo loco commissa fuerunt alia scelera, quæ iste tāquam superior puniuit, si post præscriptionem cōtingat perpetrari homicidium, certe poterit iste, qui prefato modo præscripsit iurisdictionem illud punire secundum Panor. arg. illius tex. & est ratio, licet ipse non dicat, quia tunc non fit extensio ad aliam speciem iurisdictionis sed ad alios actus eiusdē
24 speciei, videlicet meri imperij. † Sic etiam procedit, quod no. voluit Flo. in l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. vbi dixit, ꝙ pscriptio iurisdictionis in causa appellationis non extenditur ad simplicē querelam, & ꝙ præscriptio iurisdistionis in ciuilibus non extendit ad criminalia: & hoc vltimum refert. Fely. in d. c. auditis. circa medium de præscri. Ratio: quia ista sunt diuersæ speciei:
25 † Sed si quæratur, an possit fieri extensio consuetudinis quò ad certum seperatum territorium, concludit Alex. vbi supra ꝙ non, & ita procedant notata per Inno. in c. fi. de offi. c. Arch. & idē est, quando iurisdictio esset quæsita præscriptione, sicut quando est quæsita consuetudine, vt ibi per Alex. in d. consi. 16. in causa & lite. col. 6. 5. vol. vbi concludit, ꝙ præscriptio iurisdictionis in certa parte hominum vtile non extenditur ad totam villam, & consi. 33. ponderatis his 2. col. 5. vol. no. Soci. consi. 116. abunde & subtiliter. circa fi. 2. col. ver. solum ergo restat. dicens, ꝙ si præscripsi iurisdictionem in certis actibus, non possum extendere ad alios actus, qđ intellige secundum prædictam doctri. videlicet respectu diuersæ speciei. Et sic vult Alex. prealleg. consi. 16. ꝙ præscripta iurisdictione in certas personas non extenditur ad alias. De quo articulo, an præscriptio iurisdictionis in vna persona extendatur ad alias, dic vt plene pro Inno. in c. dilectus. col. 1. super verbo possessoriū, de capel. mona. & But. ibi & per Roma. consil. 347. ad fi. & pulchre p Panor. in sua dispu. incip. duo clerici. vlti. col. & late per Fely. in d. c. auditis. col. 9. vertia declaratio. Prędictam conclusionem quæ habet, quòd præscriptio iurisdictionis non extenditur ad diuersam speciem, vt prædixi, limita & declara primò, vt procedat in iurisdictione acquirēda: Sed secus est in iurisdictione retinenda; qa tota retinet p exercitiū vnius actus fm Bar. in l. arborib. §. de illo. ff. de vsufr. per illū
26 tex. vbi probat † ꝙ per vnum actum singularem retinetur quasi possessio totius iuris in vniuersō: & ita summat ibi Bar. & ideo si

Source : BIU Cujas

quis exerceret iuriſdictionem in accuſando,ſed non in inquiren
do, dicitur quaſi poſſeſſio totius iuriſdictionis retineri, vt non
currat contra eum preſcriptio. Ita Bar.in l. ſi vnus.ff.de ſerui. ru-
ſti.prædio.& ibi not. Flo.& idem Flo.in l.vna eſt via.eod.titu. &
fuit de mente Spe.in titu.de præſcri.in 4.parte.col.pen. verſi. ſed
pone miles. vbi videtur concludere,q̃ ſi habens iuriſdictionem
in vniuerſo vſus eſt ipſa in certis capitulis, retinuit iuriſdictionẽ
in totum,adeo q̃ ſibi nõ obſtat preſcriptio in his, in quibus vſus
non eſt, & ita limitat, & declarat Dom. Bertac. Firmanus dicta
Bart.in d.§.ſi quis hoc interdicto.in 1.parte trac de gabel. col. 8.
in prin. in 9. quæſtio. Vltra quem addo Bal. in l. is qui vſumfru-
ctum. ff. quemad. ſerui. amit. vbi dixit per illum text. quòd qui
non vtitur iuriſdictione in totum,ſed in parte, retinet quaſi poſ-
ſeſſionem totius, & ante omnes hoc aperte voluit Inno. in d. c.
dilectus.col.2.in glo. ſuper verbo poſſeſſorium. de capel. mona.
vbi formaliter dicit, quòd ſi epiſcopus, vel quicunque alius ha-
bet iuriſdictionem,vel aliud ius generale a iure,vel a conſuetudi-
ne, vel a ſtatuto in aliqua loca vel perſonas,quantũcunque tem-
pore ſtet, quòd in aliquo illorum locorum, vel perſonarum nõ
vtatur iuriſdictione,vel omni iure,quòd in eis habet, vel aliquo
capitulo,non tamen contra eum præſcribitur;quia ſemper poſ-
ſidet. Nam exercendo illud ius, vel vnum capitulum illius iuris
generalis in vno loco,in omnibus locis,perſonis, & capitulis re-
tinere videtur,niſi amittat poſſeſſionem,vel quia expellatur, vel
reuertens non admittatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. Nam
cum hæc iura ſint contingua, ſufficit in vno prædictorum reti-
nere poſſeſſionem.ff.de acquir.poſſeſ.l.poſſideri.in prin.Immo
nec præſcriptio eius temporis, cuius non extet memoria currit.
De qua no.in c.quid per nouale.de verbo.ſigni.quia ſemper poſ-
ſidet:& ſi contrarium diceretur,ſequeretur abſurditas, vt ibi la-
te probat Inno.cuius hæc ſunt verba,idem tenet Do.Signo.con
ſil.70.in q.vertente iure commune Parmæ.col. 7.verſi. venio ad
quartum, vbi concludit, q̃ ex retentione & vſu in vna parte rei
indiuiduæ impeditur præſcriptio in omnibus, & bene facit tex.
in preallegl.ſi ſtillicidijs.§.fin.cum l.ſeq.ff.quemadmo. ſer.amit.
27 † Secundò limita & declara prædictam concluſionem & dicta
Bar.in d. §. ſi quis hoc interdicto. procedere, quando alius eſt in
poſſeſſione vel quaſi vniuerſali certi loci. Tunc enim præſcribẽs
contra eum in certis actibus in his ſolum acquirit ius. Sed nullo
alio exiſtente in quaſi poſſeſſione iuridictionis quaſi poſſeſſio
vnius actus cauſat ius vniuerſale. Ita ſolenniter declarat Inno.in
c.dilecto.col.fi.de offi..Archi.per tex.optimum in c. 1.de reli. do.
vbi ipſe idem tenet cum concor.adduc. per Fely. in d. c. auditis.
col.8.in 3.decla.comprobantem per plura. Vltra quem addo,q̃
idem voluit Inno.in c.dilectus.col.1.de capel.mona.& in c.cum
dilectus.de reli.domi.quẽ refert & ſequitur Panor. in præallega.
conſi.71.vltra medi.ver.3.ad idẽ 2.vol.vbi dicunt, q̃ exercens iu-
riſdictionem vniuerſalem in loco videtur iuriſdictionem in to-
tum acquirere, dummodo alius non ſit in poſſeſſione generali.
Nam tunc tm̃ acquirit reſpectu capitulorum ſeu actuum quos
exercuit:& hoc caſu poteſt procedere dictũ Bar.in d.§.ſi quis hoc
interdicto.ſm Panor. vbi ſ.qui idem ſentit in c. cum in tua.in 3.
28 no.de deci.& in d.c.auditis.ad fi. 2.col.in penu.no. † Hinc eſt, q̃
preſcribens iuriſdictionem territorij puniendo ſubditos poteſt
punire etiam forenſes in territorio delinquentes,licèt in eis nun-
quam ſit vſus iuriſdictione, vt no. Flo.in l. ſi quis diuturno. ff. ſi
ſer.ven.Bal.in addi.ad Spe. in titu. de iuri.om. iu. §. fi.quos refert
& ſequitur Fely.in d.c.auditis.col.9.verſi.ſic etiam intellige. Ter
tiò principaliter in hoc articulo videndum eſſet,an conſuetudo
extendatur. Sed quia hic non intendo tractare niſi de præſcri-
ptione & non de conſuetudine, niſi incidenter, inquantum ha-
bet in ſe incluſam præſcriptionem tangam ſuccinctè. Dico igi-
tur,q̃ iſtum paſſum attigit Fely.in d.c.auditis.col.7.verſi.conſue
29 tudo. dicens † q̃ conſuetudo regulariter non extenditur, vt no.
Bal.in c.1.in fi.prin. in titu. de feu. cogni. & hanc concluſionem
comprobat per plura, quam poſtea ipſe Fely. ibi latius declarat
colum. 9. dicens q̃ conſuetudo tanquam fauorabilis non eſt re-
ſtringenda, ſed dilatanda ſaltem ad ea quæ ſunt ſimilia & eiuſ-
dem rationis,vnde ſi preſcriptio non extendatur ad noua mona
ſteria, conſuetudo tamen extenditur.c.cum olim. de conſue. &
late no.Inn.in c.dilecto.prope fi. & ibi clare But. de offic. archi.
Nam in conſuetudine conſideratur equitas,ſed in preſcriptione
vertitur rigor & odium ſecũdùm Bal.in l.de quibus. col.12.ver.
reſtat videre.ff.de legi.& in l.ſcimus,prope fi. prin. C. de inoffic.
teſta.in l.non dubium.col.3.ver.tu potes. C.de legi. Vbi dicit, q̃
licèt conſuetudo & ſtatutum interdum extendantur, tamen ſe-
cus eſt in præſcriptione;quia preſcriptio conſiſtit in actibus limi
tatis,& non egreditur formam illorum, alleg. Inn.in d.c.dilecto.
Subdit deinde Fely. vbi ſ. quòd multi non faciunt differentiam
inter præſcriptionem & conſuetudinem quò ad extenſionem
per plura ibi adducta,& ideo concorda, vt ibi per eum, qui con-
cludit prædictam declarationem procedere in conſuetudine
non præiudicante iuri alterius. Nam tunc debet extendi. Con-
traria autem loquuntur ſecundum eum in conſuetudine præ-
ſcripta præiudicante iuri alterius; quia illa non extenditur, & vi-
detur bona concordia. Adde q̃ pro iſta concordia bene faciunt
plene not.per Moder.in l.fi.col. 5. ff. de.conſt. prin.vbi in benefi-
cijs & gratijs fit latiſſima interpretatio, niſi quatenus præiudi-
cant iuri alterius; quia tunc reſtringuntur, vt non lædant ius ter-
tij. Et idem dixit Fel.in d.c.c.auditis.col. 9.verſi. ſic etiam trãſeat;
quia conſuetudo poteſt extendi ex identitate rationis,qñ nõ ha-
bet legem contrariam ſm Panor.in c.tranſlato.in fi.de conſti.& &
ita procedit gl.in l.de quibus.ff.de le.extendens conſuetudinem,
quæ excludit canonicum regularem a feudo ad perſonam ſimi-
lem,cum ibi no. per Bal.qui trahit conſuetudines ad caſus ſimi-
les,ponendo plura exẽpla. Et vltra Fely.an conſuetudo extenda-
tur de ſimilibus ad ſimilia tangit Bar.in repe.ſiue in ſecunda lec.
d.l.de quibus.col.1.circa fi. & 2.& ibi no. late Iaſ. col. 3. & 4. qui
poſt omnes late tractat, an extendatur ſimile conſuetudinis, vt
vincat legem. Vltimò,an præſcriptio extendatur de tempore ad
tempus,de re ad rem,de loco ad locum,de perſonis ad perſonas,
vltra Fely.in d.c.auditis. tradit latiſſime Bal.in repe. l. 1. in tribus
vlt.col. C. de eman. liber. poſita in calce ſui commenti octaui li-
bri codic. Et de iſtis quatuor extenſionibus in ſimili circa proro
gationem iuriſdictionis eſt glo ordi.in l. 1. C. de iur.om.iudi. Et
per hoc remanet expedita hæc difficilis & periculoſa materia ex
tenſionis præſcriptionis,vt atteſtatur Fely.in d. c.auditis. colum.
6.in prin.verſi. cęterùm pro ordinanda: & ſi quis viderit ſcripta
Fely comperiet me clarius loquutum fuiſſe in hoc laborioſo ar
ticulo & plura addidiſſe vltra eum, licèt ibi cumulauerit prope-
modum infinita. Quartus principalis reſultat effectus ex prædi-
cta doctrina,an præſcriptio ſit fauorabilis vel odioſa,quia vbi ex
ceptio præſcriptionis eſt fauorabilis,quòd præſcriptio 30. an. di-
catur potius fauorabilis quàm odioſa data ignorantia & bona
fide,prout ſ.conclu.in prin.huius 2.partis. colum. 2.ſentit aperte
Panor.in c.fina.colum.5.circa fi.de præſcrip. vt quia iuncta cum
30 bona fide † debitor tutus præſcriptione ſi ſoluat per errorem re
petit. Secus quando præſcriptio eſſet odioſa, quia iuncta cum
mala fide,vt declarat Pau.de Caſt.poſt.gl.in l.fi.§.1.ff.rem ra ha-
be.per l.qui exceptionem. ff.de condi. inde. Refert & commen-
dat Fely.in c.fin.colum.4.ver.demum circa prædictam. de præ-
ſcri. Et dixi in 1.parte in prin.in 5. q.colum. 7. circa me. Sed erit
difficile dare caſum, in quo currat præſcriptio in actione per-
ſonali de iure Cano. propter malam fidem debitoris, vel defun-
cti,quæ nocet hæredi, vt latius dicetur in 2.parte 3. partis princi.
proxime ſequen.

NVnc tranſgrediamur ad tertiam partem principalem huius tractatus,in qua principa liter videndum eſt de præſcriptione rerum corporalium,& habet tres partes.

In prima tractatur de titulo.
In ſecunda de bona & mala fide & titulo permixtim.
In tertia & vltima de traditione & poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Corporalium rerum præſcriptio quatuor principaliter exigit.*
2 *Præſcriptio non cadit niſi in aptis & habilibus præſcribi.*
3 *Titulus iuſtus cum poſſeſſione iniuſta non prodeſt ad præſcriptionem: quia in præſcriptione requiritur ius & factum.*

1 Primò igitur quæro capiendo primam partem hu-ius tertiæ partis prin. † Quot requirantur ad preſcriptionem rerum corporalium? Dicõ quòd qua-tuor principaliter requiruntur, titulus, bona fides, traditio, vel aliquid quod habeatur loco traditionis, & poſſeſſio continuata abſque interruptione per tẽpus a lege diffinitum,videlicet trien-nio in mobilibus, & decem annis inter preſentes & viginti inter abſentes in immobilibus, cũ titulo & bona fide. Ita not. Bar.in l.vnica.C.de vſucap.transfor.per illum tex.& Pet.de Ancha.in c. poſſeſſor.in fi.commen.de reg. iur.in 6. Hęc probantur in l.2. & in l.diutina. & l.ſuper longi.C.de preſcri. lon. tempo. & in l. nul-lo. C.de rei ven.iuncta l.3.& l.ſine poſſeſſione. ff. de vſuc. & In-ſti.de vſuc.in prin.& eſt glo.magiſtra in rub. ff. de diuer. & tem-po.preſ.quę ponit aliud requiſitum, quòd res non ſit prohibita
2 preſcribi. Sed videtur ſuperfluum † quia preſcriptio non cadit niſi in aptis & habilibus preſcribi,vt in ſimili not. D. Iaſ.in l.1.in princip.col.6.circa fi.ff.de acqui.poſ.dicens, quòd diffinitio ſem-per intelligitur loqui de habilibus,per l.vt gradatim.§.1.ff.de mu. & hono.& plene no.Bal.& Ang.in d. l.ſuper longi.in prin.colli-gentes ſeptem requiſita ad preſcriptionem longi temporis,quæ in effectu comprehenduntur in prędictis quatuor, & quinque ponit Pau. de Caſt.in l. Celſus.circa fin. ff.de vſucap. Hinc dixit Bal.in repe.l. 1. colum.4. C.de eman. lib. quòd in preſcriptione requiritur ius & factum, ideſt titulus & poſſeſſio, & in vtroq;
3 debet adeſſe iuſtitia: † & ideo titulus iuſtus cum poſſeſſione in-iuſta non prodeſt ad preſcriptionem. l. nec ex vera. & ibi not. Barto.C.de acqui.poſ.& l.ſtipulationem. & ibi not. ff. eod. titu. Et requiſita in omni preſcriptione, tam in rebus corporalibus quàm iuribus incorporalibus ſummatim colligit pract. Papi.in

forma

Source : BIU Cujas

forma respõsio. rei contuen. in glo. in ver. exceptionem prescriptionis. col. 1. & 2. quæ latius ſ. ſigillatim declarabuntur ſuis in locis. Et quæ requirantur ad præſcribendum res corporales, plene nota. Hoſt. in ſumma de præſcri. ſub titu. de præſcr. rerum immobi. & Azo. in ſum. C. de vſuc. pro emp. Sed hoc loco principaliter videndum eſt de titu. & de bona & mala fide. De traditione autem & poſſeſſione ac eius continuatione, & qualiter probetur, plene dicetur in repe. l. Celſus. in tertia & quarta parte & ibi videbimus primò poſt Bar. qualis titulus requiritur, & an error iuris vel facti cauſet iuſtum titulum, & quis dicatur error iuſtus circa titulum. & in 2. & 3. parte probetur, vel præſumatur bona vel mala fides, & ex quibus: hic autem ſolum attingam ea quæ non dicentur, nec habentur in d. c. Celſus. De tempore vero requiſito ad præſcriptionem cum acceſſorijs dicetur in quarta parte principali huius tractatus, quæ proxime ſequitur.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus dicitur cauſa habilis ad dominij translationem quantum ad propoſitum, & quot modis ſumatur titulus.*
2 *Titulus dicitur iuſta cauſa poſſeſſionis.*

1 **Secundò quęro** in ſpecie quid ſit titulus. Et breuiter † titulus dicitur cauſa habilis ad dominij tranſlationem quantum ad propoſitum, licèt multis alijs modis ſumatur titulus ſecundùm Cyn. in l. cogi. C. de pe. hære. refert Pau. de Caſt. in d. l. Celſus. circa fi. commen. ver. vltimò ex omnibus notant glo. & Doc. Car. in cle. 1. circa prin. de
2 cenſi. & dicit Bal. in l. ancillę. in 4. oppo. C. de fur. † ꝙ titulus dicitur iuſta cauſa poſſeſſionis.

Et quot modis a iure accipiatur titulus, tradit glo. magiſtra in l. non eſt. in glo. 1. C. fam. er. & alia glo. in auth. de eccle. ti. Et qui ſint tituli habiles ad dominij tranſlationem, enumerat tex. in l. 1. cum ſequen. ff. de pu. & habetur in pluribus titulis poſitis poſt rubri. ff. de vſucap. vſque ad titu. de re iudica.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus qualis requiratur ad præſcriptionem.*
2 *Rem ſuam nemo præſcribere dicitur.*
Quod ſemel eſt meum non poteſt amplius eſſe meum.
3 *Tituli qui ſufficiant ad præſcribendum plenum dominium, aut vſumfructum, aut emphytheuſim.*
4 *Titulus iuſtus ſufficiens ad præſcriptionem quot modis dicatur.*
5 *Titulus lucratiuus donationis, vt legati rei alienæ an ſit potens ad præſcribendum cum bona fide & de iure canonico.*
6 *Donatio iuris ſpiritualis facta laico non præſtat iuſtum titulum præſcribendi.*

1 **Tertiò quęro** † qualis titulus requiratur ad præſcriptionē. Dic ꝙ talis qui eſſet ſufficiens ad transferendum dominium, ſi tradens eſſet dñs, qui habitus a non dño transfert vſucapiendi ſeu præſcribendi conditionem. l. clauibus. in fi. ff. de cõtrahen. emp. Aliàs, ſi ille a quo habitus fuit titulus, & qui tradidit, fuiſſet dñs, tranſlatum fuiſſet dominium per titulum & per traditionem. Inſtit. de re. diui. & l. traditioni-
2 bus. C. de pac. Nec eſſet de præſcriptione tractandum: † quia nemo præſcribit rem ſuam l. ſequitur. §. Iana. ff. de vſuc. per regulā quę habet. Quod ſemel eſt meū, non poteſt amplius effici meū. l. & an eadem. §. actiones. ff. de exec. re iud. ita declarat Imol. in repe. c. fi. col. 8. ver. qualis autem titulus. de pręſcrip. & Aret. Inſti. de vſuca. in prin. verſ. nota etiam quòd requiritur tituli habilitas. Quod eſt verum, quando res eſt ſua irreuocabiliter, ſed ſi eſt ſua reuocabiliter; quia ille tenetur alteri reſtituere, ſiue poteſt ab eo reuocari, præſcribere tunc poteſt quis rem reuocabiliter ſuam l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ibi not. Bart. ff. de cap. & Bart. in l. ſequitur. §. fructus. ad fi. ff. de vſuc. Adde pulchre Bald. in rub. de
3 præſcri. circa prin. vbi dicit † ꝙ ad præſcribendum plenum dominium ſufficit habere titulum ſuper proprietate, ad præſcribendum vſumfructum ſufficit habere titulum ſuper vſufructu, ad præſcribendum emphytheuſim ſufficit habere titulum ſuper emphytheuſi: & ſic de ſimilibus. Adde eundem Bar. in l. 3. col. fi. ver. ad tertium. C. quod met. cau.
4 † Et dicit glo. in c. ſi diligenti. in glo. magna, in verbo, iuſtus titulus. circa med. de præſcrip. quòd titulus iuſtus ad præſcriptionem dicitur, quando quis habet cauſam a non domino, ſi tamen præſcribens credidit tradentem eſſe dominum. Item dicitur iuſtus titulus, qui tendit ad dominij tranſlationem ceſſante ſcientia rei alienæ. l. iuſto. in princi. ff. de vſucap. Item omnis titulus, quem prætor tuetur etiam cum rei alienę ſcientia dicitur iuſtus, caſus eſt no. in l. & generaliter. ff. de noxa. nota. Firman. in reper. in ver. titulus iuſtus. Et de illius tex. intellec. & an procedat de iure ca. no. plene Alex. poſt Bar. & Imo. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. col. 3. & 4. ff. de dam. infec. & dicam in vlti. q. 2. partis proxi. ſequen. Et ſufficit titulus verus vel putatiuus cauſatus iuſto er-
5 rore, vt l. Celſus. cum materia, vbi late dicetur. ff. de vſuc. † Et an titulus lucratiuus, puta donationis, vel legati rei alienæ ſit potens. ad præſcribendum cum bona fide de iure cano. not. Felyn. in c. ſi diligenti. col. vltima. de præſcri. vbi concludit, quòd non reprobata opinio. Are. in l. apud Iulianum. §. conſtat. colum. penul. ff. de leg. 1. ſequitur Dom. Clau. Aquen. in l. naturaliter. col. 2. circa 6 finem. ff. de vſuca. † Et not. quòd donatio iuris ſpiritualis facta laico non præſtat iuſtum titulum præſcribendi, vt per Panor. in c. dudum. circa prin. de deci. Succeſſiue eſſet hic tractandum, an & quando titulus ſit neceſſarius ad præſcribendum, tam de iure ciuili quàm canonico. Sed quia iſta quæſtio eſt connexa cum materia bonę fidei, videlicet an ambo. ſ. bona fides & titulus requirantur ad præſcribendum, vel alterum ſufficiat. Ideo reſeruo dicendum in ſequen. parte huius tertiæ partis, vbi tractabitur materia bonæ fidei, & ibi vide in 5. colum.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus diuiſionis an ſit ſufficiens ad præſcribendum.*

1 **Quartò quęro** † An titulus diuiſionis ſit ſufficiens ad præſcribendum. De hoc eſt caſus no. in l. 1. cum gl. C. commu. vtriuſ. iudi. & ibi no. Bal. & Sal. in l. cum ſolus. ſecundùm vnum intelle. ff. de vſuca. vbi Bart. ponit doctri. in 1. colum. verſi. Sed extra gloſsā quam ibi declarant & ſequuntur Ange. & Imo circa princip. commen. not. Alexan. conſilio 137. in cauſa & lite vertente. colum. ver. nec etiam probatur. 2. volum. & conſilio 24. ponderatis his quæ in themate. vlti. colum. 5. volum.

S V M M A R I V M.

1 *Diſtinctio ſuper titulo tranſactionis an ſufficiat ad præſcribendum.*
2 *Titulus tranſactionis ſufficiens ad præſcribendum, vbi res traditur.*

1 **Quintò quęro** † Quid de titulo tranſactionis, an ſit ſufficiens ad pręſcribendum. De hoc eſt caſus repu. ſingu. in l. ſi pro fundo. C. de tranſactio. & ibi not. glo. Bar. & Doc. vbi ſinguläriter diſtinguitur, quòd aut res dimittitur penes poſſeſſorem, & tunc tranſactio non habetur pro titulo, nec transfert dominium, vel præſcribendi conditionem. An verò res traditur a parte, & tunc habetur pro legitimo titulo, & ex tranſactione transfertur dominium, ſi tradens erat dominus, aliàs præſcribendi conditio: & ita per illum tex. diſtinguit glo. no. in l. 1. & ibi Bar. ff. de vſuca. pro emptore. & ſequuntur communiter Doct. in d. l. ſi pro fundo, vt ibi Alexan. & Iaſ. col. vlti. Vltra quos addo Bal. in c. 1. in prin. in tit. de controuer. inter vaſal. & alium de benefi. Alexan. prælleg. conſ. 24. ponderatis. col. fin. ver. accedit etiam titulus. 5. vol. † Et quòd titulus tran-
2 ſactionis ſit potens ad præſcribendum vbi res traditur, eſt caſus in l. ex cauſa tranſactionis. C. de vſuca. pro emp. no. Corne. conſi. 16. viſo primo themate. circa prin. 2. vol.

S V M M A R I V M.

1 *Vendens, donans, vel concedens quicquid iuris habet in aliqua re, an titulus iſtius venditionis, donationis, & conceſſionis cauſet præſcriptionem.*
2 *Poſſideri non poteſt res ſub incerto conceſſa, & abſque poſſeſſione non procedit præſcriptio.*
3 *Vendentis mala fides nocere non debet ementi.*

1 **Sextò quęro** † Quid ſi quis vendit, donat, vel concedit quicquid iuris habet in tali re, an iſte titulus cauſet præſcriptionem. Iſtam quæſtio. attingit Bar. in l. ſi ſic. §. 1. in fi. commen. ff. de leg. 1. & plene in l. emptor. ff. pro emp. Vbi not. decidit, quòd talis conceſſio, ſiue titulus nihil operatur, & quòd non ſufficit ad præſcribendum, niſi conſtet de iure concedentis propter incertitudinem, & ſequitur Alexan. in d. l. ſi ſic. §. 1. col. vlt. adducens pro concluſione Barto. tex. not. in l. quòd ſi in venditione, & in l. quòd ſi ſic. ff. de hære. vel act. vendi. & idem Alex. conſil. 28. viſis & accurate ponderatis. colum. 3. verſic. ad prædictorum. 1. volum. & conſil. 14. viſo & conſiderato themate. col. 2. & conſil. 187. in hac cauſa. colum. 2. verſi. circa primum. 2. volum. Rom. conſil. 164. viſo priuilegio. Fely. in c. 2. colum. 5. de reſcrip. Hanc concluſionem limitat not. Bart. in d. l. emptor. vt procedat, quando venditio fuit facta hoc modo. Vendo quic-
2 quid iuris habeo. Item tibi trado quicquid iuris habeo: † tunc enim non poteſt ſic poſſideri propter incertitudinem. l. 3. §. in certam. & l. locus. ff. de acquiren. poſſeſſ. Ideo non procedit præſcriptio ſine poſſeſſione. l. ſine poſſeſſione. ff. de vſuc. Sed ſi vendo quicquid iuris habeo, & trado fundum totum, tunc procedit præſcriptio; quia emptor credit ſe totum emiſſe, argumen. l. ſed ſi fundum. ff. pro emp. ita dicit Bar. vbi ſupra. Et limitationem iſtam ſequitur Alexan. in d. l. ſi ſic. §. 1. vbi aliam tradit Pau. de Caſt. quem ad præmiſſorum declarationem omnino vide, & pulchre Alexan. in d. l. locus. qui ponit an vendens quicquid iuris habet teneatur de euic. vel ad pretij reſtitutionem, ſi appareret eum nullum ius habere, & ibi examinat dicta Bart. in d. l. em-
3 ptor. & ſequitur, exceptio inquantum vult † quòd mala fides vendentis modo prædicto non nocet emptori, dicens hoc hodie non procedere per authen. malæ fidei. C. de præſcrip. long. tempo. Adde de titulo donationis an ſufficiat ad præſcriptionem Bal. dicentem quòd ſic in c. ſi diligenti. colum. pen. de præſcrip. & ibi an per clauſulam non obſtan. confetatur iuſtus titulus, vel per verba enuntiatiua.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus habitus ab eo cui bonis erat interdictum, vel ab eo quem quis ſcit male conſumpturum, an præſtet cauſam præſcribendi.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De Præscriptionibus.

1 Septimò quęro † quid de titulo habito ab eo, cui bonis erat interdictum, vel ab eo quem quis sciuit consumpturum in aliquos malos vsus, an talis titulus præstet causam præscribendi. Dic vt per Bart. in l. si quis cum scire. vbi tex. ff. de vsuc. pro emp. & ibi vide de titulo habito a ludente per glo. & Panor. in c. si diligenti. col. 5. de præscrip. Vbi inuenies de titulo habito a prodigo vel luxurioſe viuente, & ibi not. Fely. colum. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus habitus a furioſo an det causam præscribendi.*
2 *Titulus habitus a fure habetur pro non titulo.*

1 Octauò quæro † quid de titulo habito a furioſo, pupillo, vel adulto absq; decreto & solemnitatibus requisitis. An præstet causam præscribendi. Dic vt habetur in l. v. §. si a furioſo. & §. si a pupillo. ff. de vsuc. pro emp. vbi Bar. dat plenam doc. not. Panor. & Fely. in d. c. si diligenti. col. 4. & 5. & dicetur aliquid in repe. l. Celsus. & in 1. parte vlti. partis huius tractatus. Quid autem de titulo habito a fure. Bal.
2 in l. in ciuile. versi. concluſiue ergo C. de fur. dicit. † Quòd titulus habitus a fure habetur pro non titulo Nec patrocinatur emptori: & sic non præstat vsucapiendi causam. Nec mirum: quia res est affecta vitio reali. §. furtiuæ. Insti. de vsuc.

S V M M A R I V M.

1 *Habens titulum ignorans autem se habere non preſcribit; quia non dicitur habere bonam fidem.*
2 *Scientia tituli ad causandam bonam fidem eſt neceſſaria.*
3 *Furioſus & infans poſſunt præscribere mediante tutore vel curatore.*
4 *Ad præscribendum non requiritur, quòd appareat aliquem sciuiſſe de titulo, ſed quòd appareat titulum habuiſſe & poſſediſſe.*
5 *Bonæ fidei poſſeſſor dicitur, qui putat rem eſſe tradentis.*
6 *Scientia tituli in initio poſſeſſionis non eſt præscribenti neceſſaria, ſed tantum, quòd ſcientia tituli ſuperueniat ante completam præscriptionem. Vſucapio ſcienti competit.*
7 *Teſtis deponens ſuper titulo emptionis ad præscriptionem probandam non tenetur deponere in pretio.*
8 *Confirmatio tituli inualidi, an ipſum reddat iuſtum ad præscribendum.*

1 Nonò quæro † vtrum ille qui habet titulū & ignorat habere præscribat. Dic ꝙ nō: quia non dicitur habere bonam fidem, & hoc vbi titulus eſt neceſſarius ad præscriptionem. Ita dicit Bal. in l. 1. col. 1. ver. nunc venio. C. per quas perſ. & ibi ſequitur Sal. allegans pro caſu tex. in l. poſſeſſio quoq. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acqui. poſ. ibi, ſcienti vſucapio cōpetit. refert Fely. in c. illud. col. 1. de preſcri. & ante ipſum Alex. in l. naturaliter. in apoſt. ad Bar. col. 3. ff. de vſuc. Sed Bal. etiam allegat illum tex. ante Saly. & aſſignat rationem. Quia ad præſcri-
2 ptionem requiritur bona fides, quę non cadit in ignorante. † Et ſic exigitur ſcientia tituli ad cauſandam bonam fi. Addo tex. in l. vbi eſt caſus, & ibi glo. in verbo interuenerit, quæ aſſignat prædictam rationem. C. de acqui. poſ. & ibi no. Doc. & Alex. in d. §. & ſi poſſeſſio. in primis verbis. Et vltra ibi not. adde Dyn. in c. ſine poſſeſſione. col. 2. de reg. iur. in 6. vbi tractat, an quis poſſit præſcribere per procuratorem & neg. geſt. Non ob. ſi opponatur de furioſo & infante, qui non poſſunt ſcire. l. in negotijs. ff. de regu.
3 iur. Tamen præscribere poſſunt † quia preſcribunt mediante perſona tutoris, vel curatoris. Circa qđ no. ꝙ pupillus, ſi tutore authore cępit poſſidere, vſucapit, vel preſcribit ſine tutore, aut ſi habet animum poſſidendi, poterit preſcribere. Furioſus autem non poteſt incipere poſſidere per ſe, & ita non incipit vſucapere. Quòd autem ante furorem incępit poſſidere, poteſt vſucapere, vel præscribere. l. ſequitur. §. 1. 2. & 3. ff. de vſucap. no. Azo. in ſum. C. de vſuc. pro emp. col. 1. ver. vſucapere poteſt. ꝙ quos poſſunt poſſeſſionem acquirere, & iam quęſitam cōtinuare, & ſic exigitur ſcientia tutoris vel curatoris, vt declarat Aret. in l. locus. circa fi. commen. ff. de acqui. poſ. Sed licèt Fel. ita ſimpliciter trāſeat cū dicto Bal. & Saly. in d. l. 1. C. per quas perſ. Reperio vltra eum, ꝙ Bar. voluit totum contrarium in l. 2. §. ſi ſub conditione. in fi. commen. ff. de vſuc. pro emp. vbi dicit hęc verba. Ex his con-
4 cluditur † ꝙ ſufficit ſi apparet titulum me habuiſſe, & poſſediſſe, licèt non appareat me ſciuiſſe de titulo in initio poſſeſſionis. Quod eſt notā. & loquitur ad effectum præscribendi, vt ex præ-
5 cedentibus patet, & ibi ſequitur Imol. dicens † Item nota, ꝙ bonę fidei poſſeſſor dicitur, qui putat rem eſſe tradentis, licèt non putet ſe adhuc factum dominium, qđ eſt no. dignum. & no. bene: quia talis vſucapit, ſi verus titulus adſit, licèt ipſe ignoret eum adeſſe, & conſequenter ex illo titulo non poſſideat, ꝙ eſt etiam ſingulariter notandum. Hæc ſunt verba Imo. & idem tenet ibi Ang. dicens, quod ſi re vera apparet titulus, & eſt facta traditio, & recipiens habuit bonam fidem tempore traditionis, licèt titulum ignorauerit, hæc ignorantia ſibi non nocet. Non eſt ergo neceſſe, dicit Ang. vſucapientem ſcire de tit. in poſſeſſionis initio. & hoc eſt ſecundùm eum, quod dicit ille text. Subijciens. Nec ob. quòd qui ignorat titulum, non poſſidet cogitatione do-
minij. ergo non bona fide. l. apud antiquos. C. de fur. Quia quantum ad vſucapiendi potentiam conſiderare debemus hoc modo, quòd credat tradentem dominum, qua credulitate interueniente licèt ignoret titulum, illa ignorantia non nocet ſibi.
6 † Vnde ex verbis Bar. dum dicit, licèt non appareat me ſciuiſſe de titulo in poſſeſſionis initio &c. & Ang. colligi videtur concordia, videlicet quòd non requiritur, quòd præscribens ſciat titulum in initio ſuę poſſeſſionis, ſed ſufficit quòd ſcientia tituli ſuperueniat ante completam præscriptionem: & talis ſcientia ſuperueniens trahitur retro, ſicut dicimus in ratihabitione, ex quo extrema ſunt habilia ad tempus tituli, quem per talem ſcientiam ratificare videtur poſſeſſor, ex quo tendit ad acquiſitionem, & ſic ad commodum ſuum, & poſſedit ſtatuto tempore. Et vltra ſcientiam interuenit factum continuando poſſeſſionem, vt no. glo. & Doc. in l. ſi abſentis. C. ſi cert. peta. & pulchre Barto. in l. quo enim. in prin. ff. rem ra. habe. & ita procedat tex. in d. l. poſſeſſio. quoque. §. & ſi poſſeſſio. dum dicit, quòd vſuca. ſcienti competit, & in d. l. 1. cum glo. C. de acquiren. poſſeſ. & mi
7 ror quòd Alexan. & Doct. in d. §. & ſi poſſeſſio. nullam faciant mentionem de dictis Bar. Imo. & Ang. in d. §. ſi ſub conditione. & credo quòd iſta fuerit mens ipſorum. † Et circa prædicta no. quòd quando teſtis deponit ſuper titulo emptionis ad probandam præscriptionem non eſt neceſſe, quòd deponat de pretio; quia non inducitur principaliter ad probandum titulum. Ita ſingulariter decidit Bal. in l. 1. C. de rebus alie. non alie. Refert, & ſequitur Alex. in l. ſciendum. col. 3. circa princ. ff. de verbo. obli.
8 † Quid autem ſi apparet de nullitate primi tituli confirmati, vel non apparet de titulo confirmato. An confirmatio præbeat iuſtum titulum preſcribendi, vide per Panor. in c. dudum. col. 2. vel 3. verſi. ſed quęro iuxta prędicta, de deci. & faciunt plene no. per Bar. in l. more. ff. de iur. om. iud.

S V M M A R I V M.

1 *Titulus ad iuſtificandam præscriptionem præſumitur allegatus ex curſu temporis requiſiti ad præscriptionem.*
2 *Probando curſum temporis & allegando titulum præscriptio dicitur completa.*
3 *Curſus temporis non ſufficit ad præscriptionem abſque titulo.*
4 *Solennitas extrinſeca quæ in facto conſiſtit non præſumitur.*
5 *Titulus ſeu probatio obligationis an præſumatur ſeu inducatur per præſtationem ſeu ſolutionem diuturnam.*
6 *Subditi poſſunt compelli ad faciendum ea, quæ longo tempore facere ſoliti ſunt.*
7 *Titulus preſcriptionis an preſumatur in ſola patientia.*
8 *Concluſio ꝙ ex ſolo longi temporis vſu inducatur obligatio, quomodo intelligatur & limitetur.*
9 *Titulus preſcriptionis non preſumitur ex preſtatione diuturna, ſeu ex curſu longi temporis vbi ius commune reſiſtat.*
10 *Titulus preſumitur ex patientia, ſi de patientis commodo & fauore tractetur.*
11 *Triginta anni requiruntur ad illam preſcriptionem, quę requirit mutationem ſtatus, vel ſubiectionem perſonę.*
12 *Titulus nunquam præſumitur ex patientia longi temporis, vbi agitur de magno preiudicio.*
13 *Actionibus perſonalibus non preſcribitur minori ſpatio triginta annorum.*
14 *Titulus liberatorius præſumi poteſt curſu longi temporis.*
15 *Dos mulieris lucratur a viro per diſſolutionem matrimonij contingentem culpa mulieris.*
16 *Curſu longi temporis preſcribitur, vbi concurrit ius ſanguinis, diuturnitas temporis & multiplicata computatio rationis.*
17 *Silentium continuum inducere videtur remiſſionem in caſu, in quo non petitur intereſſe.*
18 *Oſtendens ſe per triennium ſoluiſſe tributum vel cenſum preſumitur vſque retro poſtea ſemper ſoluiſſe, niſi probetur contrarium.*
19 *Patientia longi temporis cum preſtatione vel ſine, licèt preſumptionem inducat, tamen allegari debet id, quod ex tempore preſumitur.*
20 *Ex diuturna præſtatione cum curſu longi temporis præſumitur titulus.*
21 *Diutina præſtatio obligat in futurum, niſi conſtet eam non animo ſe obligandi factam vere vel preſumptiue.*
22 *Lex cum de in rem verſo, quomodo limitetur in materia præscriptionis ex diuturna præſtatione.*
23 *Proteſtatio non plus debet operari, quàm ſtipulatio.*
24 *Preſcriptio non currit contra eum, qui long. temp. ſoluit ſine cauſa.*
25 *Præſumptio. l. cum de in rem verſo, quę inſurgit ex longa preſtatione non eſt iuris, quia probari poteſt contrarium.*
26 *Maior penſio ſoluta per errorem ab emphyteutis etiam per 40. annos non obligat ad preſtationem in futurum.*
27 *Titulus ex patientia long. temp. præſumitur allegatus, ſi nulla interuenit præſtatio, & vbi tractatur de paruo preiudicio.*
28 *Solemnitas mandati nunquam preſumitur per diuturnitatem longiſſimi temporis etiam per mille annos.*
29 *Mandatum patris precedere debet ad hoc, vt filius ſa. poſſit adire hereditatem ſibi delatam.*
30 *Patientia includit in ſe neceſſariò ſcientiam.*

Source : BIU Cujas

31 *Obligatio seu titulus qui probatur acquisitus ex longa præstatione an causet præscriptionem.*
32 *Titulus non exprimitur, vbi tractatur de præsumendo titulo liberatorio ex sola patientia longi temporis.*
33 *Longum tempus siue longa aut diuturna præstatio quomodo intelligatur.*
34 *Ius vasallagij & subiectionis an præsumatur, vbi alicui quis lon. tempore seruiuit præstando seruitia personalia.*
35 *Emphyteuta an præsumatur ille, qui diu tenuit rem tanquam emphyteuticã, & pro ea præstitit canonem debitum.*
36 *Tempus quantum requiratur ad præscribendum ius emphytheuticum.*
37 *Prælatus, vel clericus, qui diu tenuit beneficium, an præsumatur canonice institutus.*
38 *Ecclesia vel capella longo tempore fundata, an præsumatur authoritate episcopi fundata.*
Authoritas episcopi requiritur in fundatione ecclesiæ.
39 *Diuisio bonorum an præsumatur, vbi duo fratres, vel socij diu steterunt separati possidente quolibet vnam partem. & nu. 41*
40 *Diuisio bonorum a minore facta tempore minoris ætatis sine curatore vel decreto iudicis an sit valida.*
42 *Argumentum a communiter accidentibus est bonum.*
43 *Probata diuisione præsumptiue sequitur quòd etiam sit probata redditio rationis præsumptiue.*
44 *Diuisio bonorum non præsumitur, vbi nulla in bonis separatis habetur proportio.*
45 *Argumentum de possibilitate actus ad ipsum actum non tenet.*
46 *Fratres instituti a patre hæredes, quorum vnus patitur alium longo tempore totam hæreditatem possidere, an ille postea possit partem suam repetere, aut censeri debeat exclusus tacita repudiatione per totam taciturnitatem.*
47 *Repudiatio a bonis non inducitur per diuturnum silentium.*
48 *Ius suum nemo debet per solam negligentiam amittere.*

1 Decimò quęro, vtrum ex † diuturnitate seu cursu tẽporis præsumatur allegatus, licèt nõ probaretur ad iustificandam præscriptionem. gl. no. in c. dilectio tua. in verbo offerre. 16. q. 3. dicit ꝙ qui probat cursum tẽporis requisiti ad præscriptionem, & alleg. titulum, præsumitur ex patientia & cursu temporis, vide per Bertac. in repertorio in verbo titulus. versi. titulus præsumitur ex patientia, & versic. titulus præsumitur licèt non
2 probetur, nisi præsumptio iuris sit contra eum. † Et sic probando cursum temporis, & allegando titulum præscriptio dicitur completa, & cum illa glo. transit ibi Archi. Sed non est ita indistincte intelligenda; quia diceret cõtra tex. in l. Celsus. ff. de vsuc. & in l. nullo. C. de rei vendi. & in l. diutina. & in l. super longi. C. de præscriptio. longi temp. cum similibus. Vbi ad præscriptionẽ requiritur titulus verus vel putatiuus causatus iusto errore cum cursu legitimi temporis. Ergo solus cursus temporis non sufficit absq;
3 titulo vero vel putatiuo. † Hinc dicit glo. notabilis in c. duo similiter. de officio. ordina. ꝙ præscriptio. & consuetudo non causantur ex solo tempore, nisi habeant suos debitores comites, ꝙ titulus in dubio ex solo temporis cursu non præsumatur. firmat Bart. in l. cum de in rem verso. colum. 3. circa princip. & circa fi. ff. de vsur. & Bar. consil. 41. illud afferam. 11. colum. per iura pręallegata.

Archid.ibi decidit quod sic,& sequitur Barba.prælleg. consi.vlti.adducens plura, & consi.35. sapienter scribitur. colu.8.2. vol.& Iaſ.in d.l.si certis annis.circa princ.3.col.non allegans prædicta consilia,& plene no.Fely.in d.c.sicut.colu.15.de re iudica.

39 † Quintò prę̃missa faciunt ad no.& vtilem quæstio. quę quotidie contingit. Quid si fratres vel socij steterunt diu separati, possidente quolibet vnam partem. An præsumatur facta diuisio,& sic titulus diuisionis ex cursu temporis. Istam q.decidit glo.notabi. & reputata singularis in l.pen. C. commu.diui.quæ dicit,quòd si quilibet sociorum possedit partem propriam per decem annos inter præsentes & viginti inter absentes, & solus subiuit onera pro illa parte,& solus sensit commodum, verisimile

Source : BIU Cujas

mile est diuisionem fuisse factam, argu. d.l. cum de in rem verso, & cam ibi sequitur Barto. & mandat perpetuo notari, & sequuntur Bart. Bald. Ang. & alij in l. qui in aliena. in prin. ff. de acquiren. hæredi. Paul. de Castr. in l. si filius. circa med. commen. C. de peti. hæredi. Ias. in l. si certis annis. colu. 6. versic. 6. facit. C. de pac. Roma. consi. 205. in puncto proposito. & consil. 418. in eo quod quæritur, vbi dicit illam glo. ord. & Alex. in pluribus consilijs infra relatis in limitatione illius glo. & Soci. in consi. 64. visa bulla Bonifacij. col. vlti. prope fi. qui attestatur prædictã glos. esse communiter approbatam. & D. Phili. Decius consil. 79. & pro tenui. 3. & vlti. dub. & ad eam dat plures remissiones antiquas do. Ias. in §. quædam. col. 11. in antiqua impressione. & 7. vel
40 8. in noua. Inst. de actio. † Et illam glo. pulchre sequitur Bald. consi. cl. proponitur quòd minor. 1. vol. dicens quòd illa est glo. ordi. vera, & communiter approbata, per quam decidit not. q̃ si minor diuisit bona cum fratribus suis tempore minoris ætatis sine curatore, vel decreto iudicis, quo casu diuisio non valet, præsuppositio quòd erat pubes, quòd non iurauerit ad formam auth. sacramenta & c. l. pe. C. de prædijs mino. & l. 1. §. si communis. ff. de reb. eo. tamen si post maiorem ętatem tacuit per decem annos possidendo pro diuiso, censetur inducta tacita & solennis diuisio, adeo quòd non potest amplius retractari: & dicit Bald. quòd istud est melius fundamentum quàm illud, quod aliqui faciebant per l. fina. C. si maior fac. quæ habet varios intellectus.

41 † Predictam glo. sequitur etiam Paul. de Cast. consi. 93. non sequendo ordinem, circa med. in antiq. consilijs, vbi plures singulariter determinat, quòd nedum præsumatur facta diuisio, quando fratres vel socij steterunt separati & diuisi per longum tempus, sed etiam ex taciturnitate tanti temporis, si nunquam fuit petita redditio rationis, præsumendum est, quòd in dicta diuisione fuerunt inter eos terminata, & ratio hinc inde reddita. Aliàs credendum non esset, quòd tanto tempore tacuissent, vel diuisionem fecissent. Mouetur per l. Procula. ff. de probatio. iuncta glo. in d.l. pen. commu. diui. quam dicit ordi. & communiter teneri, & est valde notabilis decisio; quia sæpe contingit de facto, quando non sunt confecta instrumenta diuisionum, nec constat, quòd fuerit reddita ratio inter fratres vel socios, sed longo tempore quilibet possedit partem suam, & steterunt separati, & post modum alter frater vel socius petit sibi reddi rationem de fructibus & alijs administratis ab altero fratre, vel socio, qui forte insolidum administrauit bona & fructus percepit durante communione, nec aliquam quietationem de redditione rationis habuit. Et cum hæc quæstio hoc anno de facto mihi occurrisset, cõsului quòd præsumeretur reddita ratio per d.l. Procula. & iuxta consilium Pauli supra relatum. Et adducebam aliud motiuum, videlicet quòd secundùm communiter accidentia antequam fratres, vel socij perueniant ad diuisionem, consueuerunt inuicem calculare rationes, & reddere computum de datis & receptis & discutere quis eorum remaneat debitor iuxta modum traditum in l. cum seruus. ff. de condi. & demon.

42 † Et a communiter accidentibus bonum est argumentum. gl. not. in l. neq; natales. C. de proba. quæ dicit, quòd si sunt duo talia, quorum vnum non est sine altero, vel rarò esse solet, vno probato probatur & reliquum: & eam sequuntur Bald. & Saly. ibi, & Alexan. in l. non hoc. 4. no. C. vnde cogna. vbi late Ias. colu. 5. in 2. & 3. limita.

Et adducit Alexã. aliam glo. in l. cum dotem. cum ibi no. per Bal. C. de iure doti. dicens quòd lex præsumit pro eo quòd com
43 muniter & frequenter accidit. † Ergo probata diuisione præsumptiue, eo quòd socij vel fratres steterunt longo tempore separati, possidente quilibet partem, vt communiter tenetur, sequitur quòd etiam est probata præsumptiue redditio rationis, quæ est seu esse consueuit præambula diuisionis, & sine qua rarò fieri
44 solet diuisio, per illam glo. † Nunc limita no. dictam gl. ord. in d.l. pen. C. commu. diui. communiter approbatam, vt procedat, quando partes essent ęquales, seu quando esset in partibus proportio, quæ posset ad æqualitatem diuisionis adaptari, secus si in illis rebus separatim possessis nulla esset proportio, seu debita congruitas partium, sed magna disproportio; quia tunc nõ præsumitur diuisio, argu. l. cum de indebito. ff. de. proba. Ita no. declarat, & limitat illam glo. Bald. in d.l. pen. & ibi sequitur Paul. de Cast. & Alexan. consi. 25. attentis narratis in themate. col. 4. ver. confirmo. 5. volumi. vbi dicit, quòd illa glos. non procedit, si ex alijs coniecturis comprehendi, vel præsumi potest, q̃ fratres, seu socij non habuerunt animum diuidendi: quia tunc præsumitur facta diuisio, licèt ita separatim possederint per longum tempus, vt si portiones quas separatim possederunt erant valde dispares & male conuenientes. Cum Bal. etiam tenet Fely. allegans plures Docto. qui sequuntur in c. sicut. col. 14. vel 15. versi. hanc sellentiam. de re iudi. Comprobatur ista limitatio vrgenti fundamento: quia ratio propter quam præsumitur facta diuisio in casu posito per glos. in d.l. pen. est: quia ibi tractabatur de modico præiudicio, vt declarat Paul. de Cast. in l. si filius. circa med. C. de petit. hære. & late Bart. ante eum in præalleg. q. mulier habens amplum patrimonium. colu. vlti. in d.l. cũ de in rem verso. col. 3. (Vide Bart. in l. solent. §. 1. colu. vlti. circa prin. ff. de offi. procon. vbi assignat aliam rationem ad illã glo.) & Ias. in l. 1. colu. 5. in 4. limi. C. qui admit. quæ ratio cessat, vbi resultaret magna disproportio: nam tunc verteretur magnum p̃iudicium alterius partium, & non modicum. Ideo non debet eo casu induci præsumptio diuisionis, cessante ratione modici præiudicij l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatro. cum concor.

Contrariam opinionem tenuit Saly. in d.l. pen. relata opi. Bal. in versi. quidam Perusini. dicens quòd credit glo. ibi simplicirer esse veram, quam laco. But. Bar. & cæteri patres nostri communiter sunt sequuti: & sequitur Alexan. sibi contrarius consil. 92. viso & discusso laborioso processu. per totum 2. vol. vbi late cõprobat illam gl. & eam simpliciter tenet condudens, quòd non attenditur disproportio, & consi. 3. viso processu causæ principalis, ad fin. volum. & Are. in §. fin. insti. de soci. tenens cum Saly. quòd illa glo. indistincte procedat, & inuehit contra dilapidantes partem suam, qui postea reuertuntur ad petendum diuisionem alijs fratribus; quia non debent audiri secundum eum, quando steterunt longo tẽpore separati, & quilibet separatim possedit vnam partem per illam glos. etiam data inequalitate. Mouetur; quia licet partes sint inequales, tamen alter frater vel socius potuit recipere compensationem in pecunia. Sed istud
45 motiuum nõ videtur bonum, nec concludit. † Non enim sequitur, potuit recipere, ergo recepit l. non hoc. cum ibi no. C. vnde cog. & l. probationem la 2. C. de probatio. Vbi Bal. no. quòd p̃batio nunquam concludit per possibile: sed debet concludere per necesse vel probabile. Tamen quia (vt ptædixi) ista præsumpta diuisio insurgit ex diuturnitate temporis, quo separatim fratres vel socij possederunt: ita demum si tractetur de modico p̃iudicio secundum Bar. & communiter Doctores in locis præallegatis. ergo vbi agitur de magno præiudicio cessat ista præsumptio. Concludo igitur, prædictam limitationem Bal. tanquam veram & communem esse tenendam consulendo & iudicando. Hinc infertur, quòd vbi resultat magna inęqualitas; quia res quas ego possedi, valeant longe plus quàm illæ quas tu possedisti, non p̃sumitur diuisio ex separata possessione longi temporis, vnde potes petere, quòd diuidatur æqualiter: ita dicit
46 Paul. de Castr. in d.l. pen. C. commu. diui. † Sextò præmissa faciunt ad not. quæstionem, pone quòd erant duo fratres a patre hæredes instituti, vel qui successerant patri ab intestato, vnus ipsorum altero sciente & patiente insolidum possedit omnia bona paterna & fructus percepit longo tempore, puta decem vel viginti annis, modò alter petit partem suam. Quærit, nunquid possit, & an censeatur exclusus tacita repudiatione, ex quo passum est fratrem insolidum omnia bona paterna possidere tanto tempore. Hanc quæstio attingit Bal. in l. licet. in prin. commen. C. de iure delib. & late disputat, & tãdem concludit, quòd non sit exclusus, ne videatur tacite repudiasse. Eandem conclusio. firmant Angel. Imo. Are. & communiter Docto. in l. re-
47 cusari. ff. de acquiren. hæred. vbi determinat, † quòd si soror habeat hæreditatem communem cum fratribus, & diu stetit, q̃ non petijt portionem suam, sed passa est ipsos fratres suos totam hæreditatem possidere, si aliud non interuenit, non inducitur repudiatio per diuturnum silentium, nisi concurrant ea de quibus ibi per eos, qui referunt, quòd fuit decisio Bart. licet in le-
48 cturis communiter non inueniatur. † Comprobatur ista conclusio vltra præfatos Doc. per id quod no. Bar. in l. solent. §. 1. circa fi. 2. col. ff. de offi. procon. vbi tradit no. regulam, quòd ex sola negligentia quis nunquam amittit suum, nisi vbi de iure reperitur expressum, per tex. no. in l. in filijs. C. de decur. libr. 10. & huius decisionis duplex ratio potest assignari. Prima est: quia tractatur de magno præiudicio & de amissione dominij. Ergo non debet ex sola patientia diuturna præsumi titulus remissionis per ea quę late supra dicta fuerunt circa materiam l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Secunda ratio est; quia hic resultaret præsumptus titulus donationis, quo casu non habet locum d.l. cum de in rem verso. cum materia, ex quo militat præsumptio iuris in cõtrarium, quòd nemo præsumitur donare, vt not. decidit Bal. in l. fi. C. ne de statu defunc.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia iudicis an præbeat iustum titulum præscribendi.*

2 *Sententia iudicis præstat causam præscribendi, si sit nullitas ignota & in bona fide lata.*

1 Vndecimò †principaliter quæro an sententia iuris p̃beat iustum titulũ præscribendi, ita q̃ facta restõne ex ea transferatur vsucapiendi vel p̃scribendi conditio, si restituens non sit dñs, vide casum. in l. Pomponius. §. si iusserim. ff. de acquiren. pos. & ibi not. Bar. & Docto. † Quid aũt
2 in sententia nulla, an præstet causam p̃scribendi. glo. no. in d.c. si sacerdotes. 15. q. 3. in glo. magna, vltra med. tenet q̃ sic, dũmodo quis ignoret eam nullã, & sit in bona fide, q̃ dependet ex not. in c. de quarta. de præscri. & in l. Celsus. vbi dicam. ff. de vsuca.

S V M-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Titulus generalis pro suo, quo casu sufficiat ad præscribendum.*
2 *Titulis quibus poterat defunctus præscribere iisdem potest hæres.*
3 *Præscribens rem videtur eam ex titulo quo prescripsit habere.*
4 *Præscriptio procedere potest ex pluribus causis seu titulis.*
5 *Titulus conditionalis non prodest ad præscriptionem ante conditionis euentum.*
6 *Præscriptio procede potest ex titulo etiam reuocabili.*
7 *Præscriptio non procedit ex titulo simulato.*

1 Duodecimò †quæro, vtrum generalis titulus pro suo, de quo est glo. magistra in rub. ff. pro suo, aliquo casu sufficiat ad præscriptionem.

Istam q. tangit Bal. in §. si quis per triginta. col. fin. in titu. si de feu. fue. controuer. vbi pulchre dicit, quòd aliquando ipsa proprietas habetur loco tituli ad prescribendum, vt no. Gui. de Cu. in l. si quis emptionis, in secunda quæstione. C. de præscrip. 30. anno. vbi etiam dixit, quòd aliquando dominus prescribit titulo pro suo, & ponit talem casum, vt refert Bal. Quidam præscribit contra dominum. Postea cecidit a possessione, & reuersa est possessio ad dominum. Nam dominus ratione proprietatis præscribit titulo pro suo, Nec est necessarius alius titulus. Requiritur tamen etiam bona fides hoc casu secundum Bald. qui subdit, quòd ista quæstio est vtilis etiam in materia feudi, quòd dominus possit econtra præscribere contra prescriptorem ex sola proprietate sine alterius tituli adeptione. Nam non prescribit secundùm Bal. vtile dominium, sed eius amotionem & consolidationem proprietatis.

Et quando titulus pro suo sufficiat ad prescribendum, dicetur plenius in l. Celsus. vbi glo. & Bar. not. ff. de vsucapionibus.

2 †Et no. pro complemento materiæ tituli, quòd hæres potest præscribere ijsdem titulis quibus poterat defunctus. Socinus consilio 251. col. pen. vbi allegat. Paul. de Cast. consi. 288. visa suprascripta facti narratione.

3 †Item quod prescribens videtur eam habere ex titulo, quæ præscripsit non ab eo contra quem est prescriptum, vt est casus no. in l. si extraneus. & ibi no. Bar. ff. de dona. inter vir. & vxo. in l. qui alienam. ff. de dona. cau. mor.

4 †Item quod potest prescriptio procedere ex pluribus causis seu titulis secundum glo. Bart. & communiter Doctores in l. 3. §. ex pluribus. per illum tex. ff. de acqui. pos. & ibi Alex. in princ. 5. vol. assignat vtilitatem videlicet, quod si quis incepit ex vna causa possidere, & superuenit mala fides, poterit incipere possidere ex noua causa bona. fide, & ita præscribetur, vbi ex prima causa non præscripsisset de iure canonico, secundum quod requiritur continua bona fides. c. fi. cum ibi not. de præscrip.

5 †Item no. quod tit. conditionalis non prodest ad prescriptionem ante conditionis euentum. l. 2. §. si sub conditione. ff. p empto. sed titulus purus licèt resoluendus in euentum conditionis bene causat præscriptionem l. 2. & l. 4. ff. de in diem addictio.

6 †Et sic ex titulo reuocabili procedit præscriptio, vt est casus in l. si alienam. ff. de dona. cau. mor. Et dum supra in 2. q. posui, quot modis accipitur titulus in iure, & allegaui duas glo. iuris ciuilis. Adde meliorem gl. de iure in c. dudum. 2. in verbo. intitulatam, de ele. quæ in proposito dicit, quod dicit titulus omnis causa acquirēdi dominij. Vt titulus pro emptore, pro donato &c. & qui aliquem talem habet titulum, habet causam prescribendi, & ponit omnes significationes huius nominis. Et qui sint tituli habiles ad dominij translationem vltra ibi allegata enumerat text. meliorem de iure in l. 3. §. genera. ff. de acqui.

7 pos. †Addo etiam, quod prescriptio non procedit ex titulo simulato, sed ex vero, vt est casus in l. fi. ff. pro donato.

Et dum vixi supra in 3. q. quòd potest quis prescribere rem suam reuocabiliter, per l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. Addo gl. in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. prescrip.

Venio nunc declarata materia tituli ad materiã bonę & malę fidei, & sic ad secundū principale requisitum in prescriptione, & per consequens ad secundam partem huius tertię partis principalis. Hanc materiam & bonę & malę fidei latę tradunt Bal. & Ang. in l. super longi. colu. 3. & 4. versi. dixi secundo. C. de prescrip. long. temporis. & Barto. in l. Celsus. col. 4. ff. de vsucapioni. vbi reseruo dicenda ea, quę nō dicam hic ad materiam pertinentia, maxime qualiter probetur, aut quando & ex quibus presumrtur bona vel mala fides. Hic uero solum attingam ea quæ conferunt ad fundamenta & declarationem materiæ, & quæ ibi non habentur: & in hac parte tractabo etiam permixtim de titulo, quando exigatur in prescriptione vel nō, & in quo differant in hac materia prescriptionis ius ciuile & canonicutm.

SVMMARIVM.

1 *Bona vel mala fides quid sit, & quis dicatur bonæ vel malæ fidei.*
2 *Dominum in materia vsucapionis licet quis non putet se, est tamen bone fidei, si tradentem credidit esse dominum.*
3 *Malæ præsumitur qui contra iura mercatur, vel contrahit.*
Mala fides interuenisse præsumitur, vbi iuris ordo, vel solennitas debita fuit omissa.
4 *Titulus non sufficit iusta causa putandi non subsistente.*
5 *Vendens rem tanquam procurator alterius, si de mandato non appareat, semper præsumitur, quòd emptor sit in mala fide.*
6 *Bona fides requiritur aduersus eum, contra quem præscribitur.*
7 *Medium est dabile inter bonam & malam fidem.*

1 Quæro †Igitur primo in hac secunda parte tertię partis principalis, quid sit bona, vel mala fides, & conse quenter quis dicatur bonę vel malæ fidei possessor. (Quis dicatur male fidei possessor. Panor. in c. graue. de resti. spo. no glo. Bart. & Doct. in l. ex diuerso. ff. de rei ven. Cy. & Doc. in l. certum. C. eo. tit. Ioan. de Pla. in l. quēadmodum. ver. vlti. no. C. de agri. & censi. Panor. consi. 76. in vlti. dub. 1. volu. & quomodo probetur bona vel mala fides, not. plene Bar in l. Celsus. colu. 4. circa fi. & seq. & ibi late dicam. ff. de vsuc. & Pano. consi. 81. 1. col. Ang. cōsi. 160. aliàs 162. pro decisione. & quis dicatur esse in bona fide per D. Phili. Fran. post gl. in c. possessor. colu. pen. de reg. iur. in 6. & per Albe. de Rosa. in suo dictionario in uerbo, pscriptio. ver. sine possessione. & ibi an dubitans dicatur in bona fide, vide per D. Phil. Fran. post glo. in c possessor. col. pen. de reg. iur. in 6. per Albe. de Rosa. in suo dictionario. in verbo, præscriptio. ver. sine possessione. & ibi an dubitans dicatur in bona fide, & quid si pīatus habet malam fidem & ecclesia siue capitulum bonam, vide ibi versi. quid si quis dubitat.) Breuiter dico, quòd bona fides dicitur ignorantia rei alienæ, seu iuris alieni: & econtra mala fides scientia vel notititia rei alienæ: & sic bonæ fidei possessor dicitur, qui se possidere ignorat alienum.

Malefidei verò, qui scientiam habet rei alienę. Ita dicit tex. no. cum gloss. in c. si virgo. 34. q. 2. & est bonus tex. in l. bonæ fidei. ff. de verb. signi. vbi dicitur, ꝙ bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit rem alienam esse, aut eum qui vendidit, putauit ius vendendi habere. Ad idem est tex. in l. si exstimans. & ibi no. Bart. ff. pro solu. not. glo. Panor. & Cano. in c. si diligenti. col. 3. ver. secundò gl. quærit. de præscrip. & plenius Dy. in c. possessor. circa princi. de reg. iur. in 6. declarans per exempla. Ad idem adduc bonum tex. in l. si quis fundum. ff. de acqui. pos. vbi expresse dicitur, quòd mala fides est scientia rei alienę. (Quòd per scientiam iuducatur mala fides, adde bonum tex. in l. item veniunt. §. petitam. de petit. hære.)

Et declarat Bart. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca. dicens, quòd ille qui scit rem ad se non pertinere dicitur habere malam fidē, vt ibi, & in l. cum quærebatur. C. vnde vi. vbi dicit tex. ꝙ omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere.

Bonam fidem vero secundum Bar. habere dicitur, qui domini cogitatione possidet. (Et propterea dixit Bal. in l. cum res. colu. 2. C. de proba. quòd non procedit præscriptio absque animo præscribendi; quia aliàs præscribens esset in mala fide. Adde Panor. in c. consultationibus. de iurepa.) Allegat l. manifestissimi. C. de fu. & corrupte; quia voluit allegare tex. in l. apud antiquos. in verbo, domini cogitatione. C. de fur. & ibi no. Barto. in 2. no. & Doc. quòd reincidit in idem cum eo, quod est dictum supra vt dicit Bar. in d. l. si existimans.

2 †Quod tamen limita & declara, vt per Bar. in l. 2. §. sed si sub conditione. circa me. commen. ver. oppono quòd isto casu. ff. p empto. vbi dicit, quòd in materia vsucapionis, licet quis non pute se dominum, tamen est bonæfidei, si credidit dominum esse tradentem per duo iura quæ allegat, & ibi sequuntur Ange. & Inno. Et dicit Azo in summa. C. de vsuca. pro empto. colu. 3. ver. quid est bona fides. Quòd bona fides est, ꝙ quis credat tradentem esse dominum, vel habere iura distrahendi, per tex. in d.

3 l. bonę fidei emptor. †Et qui mercatur, vel contrahit contra iura, præsumitur in mala fide, seu dicitur non habere bonam fidem. c. qui cōtra iura. de reg. iur. in 6. & l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. Hinc est, quòd mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo debitus non fuit seruatus. glo. no. in l. 1. in verbo, mala fide, quam ibi no. Bar. in fi. com. C. de fi. instru. & iure hastę fis. lib. 10. & ista est pręsumptio iuris & de iure, ex quo sciens mercatur. Ita singulariter dicit gl. fi. in d. l. quemadmo. ex quo sequitur, quòd non admittitur probatio in contrarium, vt ibi not. Io. de Pla. col fin. prope fi. ver. & not. Quam regulam pulchre declarat Calde. consi. 4. rub. de præscri. & ideo error iuris circa validitatem tituli non inducit bonam fidem, sed malam in vsucapionibus & præscriptione lōgi tempo. l. nunquam in princi. & in l. si fur. §. 1. in fi. ff. de vsuca.

4 † Ex quo no. quòd non solum dicitur malęfidei, qui scit, vel scire debet rem non esse vendentis, sed etiam qui credit eam esse vendentis, tamen scit, vel scire debet venditionem vel contractum non valere; quia titulus non sufficit non subsistente iusta causa putandi. l. Celsus. ff. de vsucapio.

Et error iuris non est iusta causa, ita dicit Pau. de Castr. in d. l. nunquam. per illum tex. Et qui putat se non posse vsucapere, vel præscribere cum possit, errando de iure, dicitur malefidei, & non vsucapit, vt est casus in d. l. si fur. §. 1. & sic potius inspicitur hoc casu, quod est in opinione, quàm quod in veritate. Aliquando

quando econtra. De quo dic vt habetur in l. 2. §. sub conditione. ff. pro empto. vbi Bart. circa hoc tradit distinctionem. Et no. dixit Bar. in l. cum vir. ad fi. commen. ff. de vsuca. vt refert Alex. in l. qui in aliena. in prin. col. 3. versi. plus dixit. ff. de acqui. hære.

5 Quòd si quis vendidit rem tanquam procurator alterius, nisi appareat de mandato, semper præsumitur, quòd emptor fuerit in mala fide. Sed Bar. vbi supra hoc non dicit, licet forte possit elici ex verbis suis, dum innuit, quòd talis venditio non causat publicianam, vel præscribendi condictionem, nisi confirmetur ratihabitione, vel successione, quo casu trahitur retro quò ad dominium, si ille, cuius nomine vendidit, & cui iste qui vendidit tanquam procurator successit erat dominus, alias quo ad publicanam & præscribendi condictionem.

Contrarium tamen firmant Ang. & Imo. in d. l. cum vir. circa fin. commen. dicentes, quòd si contraho cum aliquo tanquã cum negot. gestore: quia scio eum non habere potestatem vendendi. Ideo interim sum in mala fide, antequam dominus ratum habeat, & sic interim non vsucapio. Sed quando contraho cum aliquo vt procuratore, qui asserit se procuratorem, fui ductus iusto errore, & sic videor esse in bona fide, & per consequens habere vsucapiendi potentiam, per nota. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & dicit Imo. quòd hoc etiam satis videtur fuisse de mente Bar. si ponderetur.

6 †Et no. quòd bona fides requiritur aduersus eum q̃ quem præscribitur non aduersus soluentem seu causam solutionis. & ideo licet quis recipiat scienter indebitum, tamen præscribit ad uersus dominum, si sibi soluatur pecunia, vel res aliena; quia dicitur bonæ fidei respectu veri domini, ex quo credit soluentem vel tradentem dominum, ita dixit notan. Bart. in l. indebiti. §. sed

7 si nummi. in 2. oppos. tertię partis. ff. de condictio. indeb. † Addo, quòd inter bonam & malam fidem est dare medium, scilicet non bonam fidem, quæ cadit in dubitante, tex. est cum glo. in l. 3. ff. genera. in verbo non bona. ff. de acquiren. possess. C. illo. eo. tit. not. Bart. in d. l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca. & late Ias. in d. §. genera. colum. 2. & 3. in 6. nota.

Potest etiam ista non bona fides aliquando cadere in ignorantem, vt in eo qui acquisiuit per procuratorem ante notitiã, & per eum possidet. vt declarat Alex. in d. §. genera. col. 2. & dicit not. Bald. in c. vigilanti. col. 2. de præscri. quòd vbi non est bona fides nec mala, potius præsumitur bona, per tex. singul. secundum eum cum glo. parua in l. eius qui in prouincia. versi. quòd si stipulatus. ff. si cer. petat.

Et quomodo debet intelligi illa conclusio, quòd in dubio præsumit̃ bona fides l. pen. & ibi no. C. de euic. declarat no. Dy. per modum distinctionis in d. c. qui contra iura. & plene dicam post Bar. in repe. l. Celsus. in tertia parte. ff. de vsuca. vbi late rradi tur, ex quibus & quando præsumatur bona vel mala fides.

S V M M A R I V M.

1 *Dubius possessor an sit bonæ vel malæ fidei.*
2 *Dubitatio superueniens quòd res sit aliena, an interrumpat præscriptionem inchoatam.*
3 *Ius suum in dubio nemo tenetur indiscussum relinquere.*
4 *Dubius & ignorans æquiparantur.*
5 *Medium est dabile inter scientiam & ignorantiam.*

1 **Secundò quæro** †in hac secunda parte, vtrum ille qui dubitat censeatur esse bonæ vel malæ fidei possessor, & sic cui extremorum applicetur istud medium? Gl. & Inno. in c. si diligenti. & in c. fi. de præscr. te-

2 nent, quòd dubius dicatur potius bonæ quàm malę fidei. †Ex quo inferunt, quòd superueniens dubitatio, quòd res sit aliena, non interrumpit præscriptionem inchoatam etiam de iure canonico, secundum quod exigitur continua bona fides vsque ad præscriptionem completam d. c. fi. & infra dicetur, sequit Bald. in l. naturaliter. col. 2. circa fi. ver. & ex hoc dico, si quis ceperit dubitare. ff. de vsu. dicens quòd ab initio talis non præscriberet; quia non habet bonam fidem, licet, non habeat malam. Sed ex post factò talis titubatio non nocet; quia requiritur, q̃ firmiter credat se malę fidei possessorem, vt extinguatur siue interrũpatur prescriptio. & sequitur Panor. in d. c. fi. colu. pe. ver. 3. glo. quę rit. & plenius Felyn. colu. antepe. & pe. attestantes hanc opi. esse communem, & do. Alexan. in d. §. genera. col. 2. in 3. no. & ibi late do. Ias. col 2. & 3. in 6. no. Referens etiam post Alex. quòd ista opi. est communis, quam comprobat tribus medijs & plene di-

3 scutit hunc articulum & principaliter, ratio est † quia in dubio nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere l. illud. ff. de peti. hęre. Et quod a principio requiratur bona fides, & non sufficiat medium inter bonam & malam, tenet etiam Bar. in l. sed si lege. §. scire. circa fin. ff. de per. hæred. Hunc articulum late examinat Imo. & tenet communem in repeti. d. c. fi. col. 53. ver. an autem præambula, de prescripti.

4 † Nec ob. si dicatur, quod dubius & ignorans æquiparantur l. fi. C. de condi. indeb. & sic videtur, quod dubitans, an res sit aliena, ita dicatur habere bonam fidem, sicut ignorãs rem alienam. Nam responsio patet ex not. per glo. in d. l. fina. quæ dicit, quod quantum ad illam materiam condictionis indebiti non est differentia inter ignorantiam & titubationem siue ignorantem & titubantem. Sed bene quo ad alia: vt no. glo. magistra in rub. ff. de iur. & fac. igno. de quo per Ias. in l. quandiu. C. qui admit. referentem Bar. in d. l. naturaliter. & ibi inanimaduertenter dicit, q̃ dubitans dicitur habere bonam fidem sicut ignorans: & idem sentit in d. §. genera. colu. 3. dum dicit, quod dubitans & ignorãs æquiparantur &c. Sed in hoc male, vt patet ex prædictis.

5 †Et quis dicatur dubitare seu titubare: & quod sit mediũ inter scientiam & ignorantiam, plene declarat Gemi. in c. in fidei fauorem. circa med. commen. de hære. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Mala fides est duplex.*
2 *Hæres fingitur vna persona cum defuncto.*
3 *Mala fides causata per litem contestatam dicitur ficta, nisi cõstet de scientia.*
4 *Mala fides ex iuris errore inducta dicitur ficta.*
5 *Iura loquentia de mala fide, de qua loqui intelligantur.*
6 *Error iuris licèt dicatur inducere malam fidem in vsucapionibus & præscri. longi temporis, dicitur tamen mala fides ficta.*
7 *Mala fides defuncti nocet hæredi.*

1 **Tertiò quæro** †quotuplex sit mala fides. Dic quod est duplex, videlicet vna vera & propria, quando quis scit rem alienam esse. Alia ficta, quando quis ex persona alterius, idest actoris censetur malæ fidei. Et hæc etiam distinguitur inter hæredem & singularem successorem.

2 Fingitur enim hæres vna persona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. a mori. præsti. in princip. Non sic singularis successor l. an vitium. in princi. & l. cum hæres. cum ibi no. in glo. vlti. ff. de diuer. & tempo. præscri. ita declarat Ioan. An. in addi. ad Spe. in tit. de prescrip. §. 1. colum. penul. versi. quid si debitor. in addi. magna posita super verbo, alienari But. & Panormi. in c. si diligenti. colum. 6. ver. contrarium concludit, de præscriptio. qui non allegant Io. And. vbi supra latius istas duas species malefidei declarantem, glo. tamen in l. potest pluribus. in glo. 1. ff. de vsucapioni. dicit, quòd hæres succedens in locum defuncti, qui sciebat rem alienam, dicitur habere non bonam fidem. Non autẽ malam. Et sic vult illa glo. quod idem sit non bona fides, quod ficta mala fides, licet de ipsa Docto. non faciant mentionem.

3 †Et no. quod mala fides causata per litis contestationem dicitur ficta, nisi constet de scientia; quia tunc diceretur vera secundùm Barto. in l. illud. ff. de peti. hæred. Item mala fides indu-

4 cta ex errore iuris dicitur ficta, vt dicam infra † Effectus au-

5 tem huius diuisionis seu distinctionis est duplex. †Primus est, quod iura loquentia de mala fide intelliguntur loqui de vera & non de ficta secundum Are. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. pos. & refert ibi D. Clau. Aquen. colu. vlti. circa medi. pro quo dicto facit regula l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. & l. fi. C.

6 de his qui ve. æta impe. cum concor. †Secundus effectus no. est, quia licet error iuris dicatur inducere malam fidem in vsucapionibus & præscriptione longi temporis l. nunquam, in prin ci. & ibi no. ff. de vsuca. & per Dy. in c. possessor. de regu. iur. in. 6 tamen dicitur mala fides ficta. Ideo nõ nocet hæredi bonę fidei

7 licet † mala fides vera defuncti bene noceat hęredi. l. sequitur §. hæres. ff. de vsucap. ita voluit singulariter glo. in l. tutor rerum, in glo. magna. ff. de admi. tu. & ita per illam glosam dicit Pau. de Cast. in d. l, nunquam. in prin.

S V M M A R I V M.

1 *Bona vel mala fides quam recipiat diuisionem.*
2 *Bona fides quò ad vnum non impedit præscriptionem quò ad alium.*
3 *Emens rem aliquam a nõ domino quem credidit dominum, quam sciebat hypothe. cui præscribat.*

1 **Quartò quæro** †vtrum bona vel mala fides recipiat diuisionem, Dicas quòd sic; quia potest quis habere bonam fidem respectu vnius & malam

2 respectu alterius. ideo † bona fides quo ad vnum non impedit præscriptionem quo ad alium. Sed aduersus illum tantùm, cuius respectu quis habet malam fidem, tex. est cum glo. in l. si qs fundum. ff. de acqu. pos. vbi idem dicitur ratione rei; quia potest quis habere bonam fidem quo ad vnam partem rei, & malam respectu alterius partis.

Et adduco not. text. in l. emptor. ff. pro empto. qui distinguit, an quis sciat partem fundi esse alterius pro diuiso, & non nocet ista scientia quo ad alias partes. Si uero scit partem esse alterius pro indiuiso, dicitur malę fidei quo ad totum fundum, not. Bar. jn d. l. naturaliter. colum. 3. ver. quæro quid si superuenerit mala fides. ff. de vsucap. & no. Bal. & Ange. in d. l. super longi. colu. 3. circa fi. & Imo. in repet. d c. fi. colu. 34. versi. & aduerte. de præscrip. addo tex. in l. si ædes. & ibi no. Bar. allegans alia iura. ff. de serui. vrba prædi.

3 †Hinc est, quòd si quis emerit rem aliquam à non domino quem credidit dominum, quam sciebat hypothecatam alteri, p̃ scribet quo ad dominium: quia non habuit scientiam rei alienæ. Sed non quo ad hypothecam, text. est in d. l. si quis fundum. in fi. iuncta gl. fi. ff. de acquir. pos. not. glo. in l. sicut. in uerbo possidente.

Source : BIU Cujas

fidente. C. de præscri. triginta. Spe. tit. de præscrip. in quarta parte prope. finem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in fauorem possessoris malæ fidei non purgat ipsius malam fidem.*

1 **Quintò quæro** †an sententia lata in fauorem possessoris mala fide purget ipsius malam fidem. Concludò quòd non: vt per Alex. consilio. 75. visis & ponderatis, vlti. colum. 3. volum. vbi ad hoc allegat. Butr. & Petr. de Ancha. in c. consultationibus. de iure patro.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides an sit in omni præscriptione necessaria, an etiam cum requiratur titulus.*
2 *In præscriptione 30. vel 40. annorum de iure ciuili non requiritur titulus, nec bona fides, sed sola possessio.*
3 *Differentia est de iure ciuili inter bonæ & malæ fidei possessorem.*
4 *Longi temporis præscriptio cum titulo & bona fide est potentior præscriptione longi temporis cum bona fide tantùm.*
5 *Duorum diuerso temporu præscribentium cum titulo & bona fide si possessio ad tertium perueniat, & ambo concurrant, quis eorum præferatur in vendicando.*
6 *Directum, dominium quo casu præferatur vtili.*
7 *Possessor malæ fidei., qui spacio 30. annorum præscripsit, an per vim possit expelli, seu spoliari dominio.*
8 *Spoliato non potest obiici exceptio dominij per spoliatorem.*
9 *Ius canonicum & ciuile in quibus concordent, vel discordent.*
10 *Titulus de iure canonico in præscriptione non requiritur contra ecclesiam.*
11 *Præscribens contra quem est iuris præsumptio, quæ habeat probare.*
12 *Spacium tanti temporis cuius initij memoria non extat habetur loco tituli legitimi quò ad dominium.*
13 *Spacio tanti temporis cuius initij memoria non extat, præscribuntur etiam regalia, & ea quæ non possunt nisi ex priuilegio competere.*
14 *Priuilegium & consuetudo æquiparantur.*
15 *Præscribere volens iurisdictionem in alieno territorio quibus egeat.*
16 *Possessio iure damnata an iuuat possessorem.*
17 *Spacium tanti temporis, cuius initij memoria non extat, tantum operatur in causa, quantum imperator.*
18 *In præscriptione tanti temporis, cuius initij &c. semper præsumitur titulus & bona fides.*
19 *Præsumptio resultans ex spacio tanti temporis, cuius initij memoria non extat, dicitur iuris & de iure.*
20 *Curandum non est de bona vel mala fide, vbi habetur tantum tempus, cuius initij memoria &c.*
21 *Præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria &c. nunquam censetur exclusa.*
22 *Probata possessione tan. tempo. cu. ini. me. &c non est necessaria probatio scientiæ & patientiæ superioris in præscriptionibus.*
23 *Tantum tempus, cuius initij memoria non extat, non habet vim priuilegij in præscribendis, vbi datur incapacitas iuris vel possessionis erga exercentem.*
14 *Centum anni dicuntur esse tantum tempus, de quo non extat memoria.*
25 *Affirmatiua illa, memoria extat, aut negtiua, memoria non extat, quomodo probetur.*
26 *Testis debet esse de vicinis, vbi probatio incumbit de tanto temp. cu. ini. memo non est.*
27 *Memoriam non extare an possit probari a centum annis infra, & cuius ætatis esse debeant testes in hac materia.*
28 *Præscriptio centenaria vel possessio seu quasi centum annorum quomodo possit probari.*
29 *Textus dicens. quòd vbi præsumptio iuris est contra præscribentem, requiritur titulus quomodo limitetur.*
30 *Titulus præsumitur alleg. ex patientia diutur. vbi in præscribendo agitur de paruo præiudicio.*

1 **Sextò quæro** †an in omni præscriptione sit necessaria bona fides, & an sola sufficiat ad prescribendum, vel requiratur etiam titulus simul cum bona fide, & quando. Circa istam quæstionem facienda est distinctio inter ius ciuile & cano. Nam de iure ciuili in vsucapione triennij & in præriptione 10. an. inter præsentes, & 20. inter absentes requiritur titulus & bona fides, scilicet titulus verus vel putatiuus interueniente probabili errore facti. l. nullo. C. de rei ven. l. Celsus. cum materia sua. ff. de vsuca. & l. diutina. iuncta l. 2. & l. super longi. C. de præscri. long. temp. & Insti. de vsuc. in princ. & in hoc vtrunque ius concordat. Et ex tali præscriptione cum titulo & bona fide acquiritur dominium, videlicet per vsucapionem directum Insti. de vsuca. in princ. & l. 3. ff. de viuca. & vtile per præscriptio. lon. temp. per quod excluditur antiquus dominus, si agat, & præscribens habet actionem contra ipium & quemlibet bet alium, si de possessione cadat l. si quis emptionis. in prin. & ibi glossa. Cyn. Bald. & Saly. C. de præscrip. triginta anno. & dixi
2 plene supra in 2. par. principali. † In præscriptione verò triginta vel quadraginta anno. de iure ciuili nō requiritur titulus, nec bona fides, sed sufficit sola possessio cum curiu tanti temporis. Nā tanto tempore omne ius & omnis actio tollitur, & præscribunt etiam fures & prædones l. sicut l. omnes & l. cum notissimi. C. de præscrip. triginta annorum, iuncto tex. in l. prima. §. ad hæc. C. de anna. except. quæ iura sunt registrata in §. potest. 16. q.
3 3. † Est tamen differentia de iure ciuili inter bonæ & malæ fidei possessorem in prescriptione. triginta anno. quia possidens rem bona fide sine titulo spacio triginta anno. prescribit dominium saltem vtile, ita quòd nedum habet exceptionem contra antiquum dominum, si agat. (De hac materia, & an præscriptio triginta vel quadraginta anno. sufficiat ad vendicandam rem a quocunque possessore, etiam si primò dominus fuerit, vide per Paul. de Castr. consilio 358. circa primum quesitum. in nouis.) Sed etiam habet actionem, si cadat de possessione aduersus quemlibet tertium ad vendicandam: sed non contra antiquum dominum vel creditorem, contra quem prescripsit, si possessio perueniat ad eum secundum opi. Io. communiter approbatam. Et hoc operantur reliquię directi dominij vel actionum, quę re manserunt penes antiquum dominum vel creditorem: possessor verò malefidei, qui dicitur iniustus, licet possederit triginta anno. non acquirit aliquod dominium, sed dum taxat ius excipiendi contra antiquum dominum vel creditorem, & si cadat de possessione, nullam habet actionem ad rem vendicandam nedum contra dominum, sed nec contra tertium. quinimo potest antiquus dominus a quolibet alio tertio rem vendicare, vel creditor per hypothecariam auocare non obstante prescriptione primi possessoris bonę vel malę fidei, de qua tertius opponere non potest, nisi ipse prescripserit; quia opponeret de iure tertij, iste est casus in d. l. si quis emptionis. §. 1. de prescri. triginta an no. iuncta gl. super verbo, simili. cum qua transeunt Cy. Bar. Bal. Ang. & communiter Doc. maxime Sali. referens opi. Io. quam
4 ibi firmat gl. esse communem. Vnde infertur † quòd prescriptio lon. temporis cum titulo & bona fide est potentior prescri ptione longissimi temporis cum bona fide tantum; quia per primam acquiritur actio, etiam contra antiquum dominum vel creditorem d. l. si quis emptionis. in princ. iuncta glo. super verbo, etiam. & ibi no. Doc. maxime Salic. qui attestantur opi. Io. & Guil. relatam in gl. esse communem, sed non per secundam, licèt sit cum bona fide: titulus enim debet aliquid plus operari, vt ibi dicit Sali. quamuis dici posset, quòd prolixitas maioris tēporis deberet supplere defectum tituli; tamen titulus prœualet tempori. arg. eorum quę habentur in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de ac. & ob. & in l. si certis annis. C. de pact. licèt Panor. in c. illud. circa fi. 2. colum. de prescrip. dicat, quòd cursus maioris temporis supplet defectum tituli.

5 †Sed queritur, si duo diuerso tempore prescripserunt cum titulo, & bona fide, & deinde possessio perueniat ad tertium, & ambo concurrunt. quis preferatur in vendicando. Istam quęstio nem attingit gl. in d. l. si quis emptionis. in princ. in verbo etiam, & concludit quòd secundus prescriptor debet preferri primo; quia per secundam prescriptionem est in totum extinctum ius primi, & cum illa glo. transeunt ibi Cy. Bald. Sali. & cōiter Doc.
6 †Quid autem si ille qui prescripsit spacio longissimi temporis triginta ann. cum bona fide absque titulo cecidit de possessione, & res peruenerit ad tertium, & contra illum concurrant dominus antiquus, respectu directi dominij, & prescriptor respectu vtilis, quis preferatur: si enim ipse dominus possideret, non est dubium, quod directum prefertur vtili, vt d. l. si quis em ptionis. §. 1. versi. ita tamen. iuncta gl. Sed dubium est, quid si tertius possidet, qui nullum ius habet, & concurrant dominus habens directum, & prescriptor habens vtile, quis debet præferri? Istam q. mouet Saly. in d. §. 1. in 3. q. & concludit post. Cy. & Ia. de Are. illum. qui præscripsit, debere præferri domino, non obstante concursu domini directi, tertio possidente, & quia habet actionem contra omnes præterquam contra dominum d. §. 1. & ita firmant And. de Iser. & Alua. in §. si quis per triginta ad fi. 1. colu. in tit. si de feu. fue. contro. Concludentetes præscribentem debere præferri, si fuit bonæ fidei. Si verò præscribens fuisset malefidei, tunc deberet præferri dominum, & nimirum; quia eo casu præscriptor non habet dominium nec actionem d. l. si quis emptionis. §. 1. ad quam l. gl. format quatuor quæstiones in d. §. si quis per triginta. quas ibi explicat Sali. colu. 2. & fue-
7 runt relatæ supra. † Et quamuis malefidei possessor, qui præscripsit spacio triginta anno. acquirat solum ius excipiendi & non dominium aliquod & nullam habeat actionem ad rem vēdicandam, si cadat de possessione, & sic nullum habeat remedium petitorium. Tamen si de facto & per vim expellatur, seu spolietur possessione, habet proculdubio remedium possessorium, videlicet interdictum vnde vi. & debet restitui tanquam spoliatus, nec potest sibi obiici, quòd non sit dominus, nec de dominio spoliatoris l. si quis ad se fundum. C. ad l. iul. de vi. Sed fortius habet rei vendicationem contra violentum respectiue. Nec potest. violentus referre quæstionem dominij, etiam si agatur petitorio, vt est casus no. in d. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis. quem Bar. ibi dicit singulare & mandat perpetuo notari.

Source : BIU Cujas

tari. Et sic est ibi casus, in quo rei vendicatio datur contra dominum propter violentiam commissam. Nam si ageretur possessorio recuperandæ, nullum esset dubium, q̃ non obstaret exceptio dominij d. l. si quis ad se fundum. vt ibi dicit Bal. nisi conuentus pateretur fieri probationes de dominio c. 1. de resti. spo. & in casibus specialibus no. per Alexan. in l. naturaliter. §. nihil
8 commune. col. 10. cum seq. ff. de acqui. pos. †Ex quo infero esse casum valde singularem in d. §. sed hæc super illis. q̃ spoliato non potest obijci exceptio dominij per spoliatorem, nedum si agat possessorio recuperandæ, siue interdicto vnde vi: sed etiam si intentet petitorium & rei vendicationem, vt aperte probat ille text. in verbo, vendicare, & ita vult ibi gloss. quam sequitur Sali. dicens, q̃ in casu illius §. malæ fidei possessor spoliatus vendicat rem de facto respectu violentiæ & a violento, quamuis nullum habeat dominium. Nec ipse potest opponere de dominio propter violentiam ab eo commissam. Sed Bal. in d. §. sed hæc super illis. intelligit, q̃ in casu illius. §. malefidei possessor spacio 30. anno. præscripserit vtile dominium, cui præfertur directũ, si decidit de possessione aliter quàm per violentiam. Sed vbi dominus rem violenter occapauit, clauditur sibi os, & non potest excipere de dominio propter violentiam, qui intellectus stare non potest: quia communis est opi. q̃ malefidei possessor nullum acquirat dominium, vt plene no. in d. l. si quis emptionis. §. 1. vnde Bal. alibi ponit verum intellectum ad d. §. sed hæc super illis. in l. vis eius. C. de proba. Et de eius intellect. tradunt Bart. & Doc. in l. 4. §. Cato. in 3. opp. col. 3. ff. de ver. ob. vbi Bar. singulariter ampliat illum. §. sed hæc super illis. vt procedat, nedum in ipso spoliatore, q̃ conuentus petitorio non possit referre agenti spoliato quæstionem dominij, sed etiam in hærede eius, & ibi vide per Iaſ. col. 10. in 4. & 5. conclu. post Alex. & Are. Et per ista remanet declaratus intel. illius difficilis & not. l. si quis emptio-
9 nis. quæ est tota singularis secundùm Bar. ibi. †Hæc omnia p̃cedunt de iure ciuili, vbi agitur de præscribendo contra priuatum. Sed de iure canonico aliter cautum esse videtur. Partim enim in hac materia dispositio iuris canonici & ciuilis concordat, partim verò discordat. Nam in vsucapione & præscriptione longi temporis quò ad res prophanas & inter laicos ius canonicum & ciuile concordant. Vnde si priuatus præscribat cõtra priuatum, vel ecclesia contra priuatum, indistincte locum habent iura ciuilia, quorum dispositio recitatur in §. potest 15. q. 3. vt. l. distinguatur in corporalibus, an quis præscribat cum titulo, aut sine titulo, & per tempus a lege diffinitum. In incorporalibus verò, vt in seruitutibus, an habeant causam continuam vel discontinuam iuxta materiam l. seruitutibus. la grande. ff. de ser. titu. generali. Sed discordat ius canonicum a iure ciuili in præscriptione longissimi temporis 30. an. quatenus ius ciuile admittit præscriptionem 30. an. cum mala fide, saltem vt prosit ad retinendum, & si non ad agendum l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscrip. 30. an. quia de iure canonico nulla præscriptio cuiuscunque temporis procedit cum mala fide c. vigilanti. & c. fin. de præscri. & c. possessor. de reg. iur. in 6. Si verò priuatus vult prę scribere contra ecclesiam rem præscriptibilem, vel ecclesia contra aliam ecclesiam, de iure cano. in rebus immobilibus vel in iuribus habentibus causam continuam requiritur tempus 40. ann. cum bona fide, nec exigitur titulus, dummodo ius commune non resistat, seu præsumptio iuris non sit contra præscribentem: & sic regulariter sufficit tempus 40. an. cum bona fide ad præscribendum contra ecclesiam c. de quarta. & c. ad aures. & c. si diligenti. & ibi plene no. glo. & cano. de præscrip. & est casus in c. 1. de præscri. in 6. & ibi plene no. gloss. Archi. Io. An. & Gemi. & q̃ idem iuris sit, quando vna ecclesia præscribit aduersus aliam, est casus in d. c. de quarta c. illud. & c. ad aures. vbi no. Panor. Et ita declarat ipse Panor. in d. c. de quarta. col. 4. versic. his præsuppositis. Et q̃ ius ciuile remaneat incorrectum respectu vsucapionis & præscriptionis longi temporis inter priuatos, & quando ecclesia præscribit contra priuatum: & firmat Gemi. d. c. 1. in princi. col. 3. de præscrip. in 6. & ibi D. Phili. Franc. col. 1. vltra me. Et q̃ laicus præscribat rem temporalem ecclesiæ spacio. 40. an. firmat expresse gloss. fi. in c. fi. de præscrip. in 6. & in c. facultates 13. q. 2. in verbo. 30. an. Vnde clarius & breuius in hoc articulo si quæratur, an sit differentia inter ius ciuile & canonicum, dici potest secundum Panor. in d. c. de quarta. colu. 4. in prin. versi. sed quantum ad principalem articulum, q̃ regulariter inter ius canonicum & ius ciuile quò ad præscriptionem inducendam nulla est differentia p̃ter illam. (Adde Panor. in c. pastoralis. §. prę terea. super glo. pe. de offi. ordin.) quia ius ciuile admittit præscriptionem cum mala fide. d. l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscrip. 30. an. quam ius canonicum damnat. c. vigilanti. & c. fi. de præscrip. Alia enim differentia iure non probatur. Nec obst. si dicatur, q̃ canonica iura exposcunt indifferenter tempus. 40. an. d. c. de quarta. & c. illud. cum si Secus de iure ciuili. l. fi. C. de præscri. long. tempo. quia dicit Panor. q̃ ius canonicũ semper non requirit illud tempus, sed solum quando præscribitur contra ecclesiam, & in fauorem ecclesiæ fuit inductum. Et idem est de iure ciuili, vt in auctẽ. quas actiones. C. de sac. eccle. & quemadmodum contra ecclesiam Romanam de iure ca. nõ admittitur nisi præscriptio centenaria c. cũ nobis. de præscri. Ita & de iure ciui. d. auth. quas actiones. vnde ecclesia ꝯ priuatum, & priuatus ꝯ priuatum bñ prę scribit minori tpe, & sicut a iure ciuili disponitur ita cõclusiue dicit Pan. in d. c. de quarta. col. 4. cuius verba refert, & sequitur Cę pol. in trac. ser. vrb. p̃d. c. 24. col. 3. circa fi. & firmat do. Card. cons. 38. priorationem. col. 1. ver. 3. qa certũ. dicens q̃ ecclesia p̃scribit ius laicorũ tanto tpe, quanto laicus ꝯ laicũ, & vide per Dy. in c. possessor. col. 3. versi. quærendũ est, vtrũ de iure canonico. de reg. iu. in 6. vbi tradit, an & quando tã de iure ciuili q̃ canonico in prę scriptione requiratur titulus & bona fides, vel alterum sufficiat, & quando requiratur titulus ad prę scribendũ tam de iure ciuili q̃ cano. no. Imol. in repe. c. fi. col 7. & 8. de prę scr. But. in repe. c. peruenit. col. 10. de censi. vbi assignat rationem, quare exigatur titulus in casibus, in quibus de iure requiritur. (Vide Bal. in l. fi. C. ne de sta. defun.) & de p̃scriptione ecclesiastica seu canonica & ꝯ clericos plenius dicã per plures quę stiones in 5. parte princip. huius tractatus, vbi diffuse
10 cumulaui materiam d. auth. quas actiones. † Stat ergo ex prę missis firma conclusio, q̃ de iure canonico in præscriptione ꝯ ecclesiam non requiritur titulus, sed duo sufficiunt, videlicet bona fides & tẽpus 40. an. Sicut etiam de iure ciuili in prę scriptione 30. vel 40. anno. non requiritur titulus sed bona fides sufficit ad acquisitionẽ vtilis dominij. d. l. si quis emptionis. §. 1. cum ibi no. Limita istã conclusionẽ, vt non procedat, quando ius cõe resistit prę scribenti, vel iuris p̃sumptio est ꝯ eum, (Quando requiratur titulus, vel sufficiat bona fides, & quando prę sumptio iuris dicatur esse ꝯ prę scribentem, declarat D. Phili. Franc. post Io. An. in c. 1. de prę scrip. in 6. hic alleg. col. 2. vbi tangit pulchrũ dubiũ, quid si præsumptio iuris sit contra vtrumq;, videlicet ꝯ prę scribentem & contra impugnantem prę scriptionẽ, & concludit q̃ debet attendi fortior prę sumptio; quia illa excludit aliam magis debilem, & ibi vide generaliter, an & quando requiratur titulus, vel sufficiat bona fides tam in corporibus, q̃ in incorporalibus. Et quando sit necessarius titulus in prę scriptione, & in quibus casibus non requiratur, vide Bertachi. in reperto. in verb. titulus. ver. titulus in prę scriptione, & no. q̃ licèt de iure canonico regulariter sufficiat præscribenti bona fides absq; titulo, vt plene legitur & nota. in d. c. si diligenti. de præscrip. tamen ille qui habet contra se præsumptionem sententiæ inter alios latæ non poterit præscribere sine titulo, arg. d. c. 1. iunctis ibi not. per Archid. & Io. An. de præscrip. in 6. ita concludit Alex. in repe. l. sæpe. col. 18. circa prin. ver. item fallit secondò. ff. de re iudi.) tunc enim bona fides & tẽpus prædictum non sufficerent, vbi ius commune resistit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi allegetur & probetur præscri-
11 ptio tanti tẽporis, cuius initij memoria non extat. † Et sic prę scribens contra quẽ est iuris prę sumptio, debet probare tẽpus 40. an. & iustum titulum, vel tantum tẽpus cuius initij &c. tex. in d. c. 1. de prę scri. in 6. vbi ponitur casus in prelato vel ecclesia, qui vel quę allegat se prę scripsisse decimas in parochia alterius ecclesię. Nam dispositio & prę sumptio iuris est in contrarium, q̃ decimę pertineant ad illam parochiam, intra cuius limites prędia constituunt. Ideo prę sumitur in dubio eas occupasse, & possessio fuisse iniusta. c. ad decimas. de restitu. spolia. eo. libr. vnde opus est vltra tempus 40. anno. q̃ doceat de titulo, vel de prę scriptione tanti tẽporis &c. quo casu non requiritur titulus dicit tex. in d. c. 1. no. do. Card. consi. 114. dico Petrum non audiendum. circa finem. & plura adducit Feli. in c. si diligenti. colu. 7. in
12 noua restric. de prę scrip. † Et ratio est; quia spacium tanti temporis, cuius initij memoria non extat, habetur loco tituli legitime constituti l. hoc iure. §. ductus aquę, & ibi gloss. ff. de aqua quotidia. & estiua. & habet vim priuilegij. c. super quibusdam. §. prę terea. iuncta gloss. super verbo. non extent. de verbo. signi. (Adde Panor. consi. 71. clericus quidam 2. volu.) & vicem legis l. 1. §. fi. ibi. vetustatem vicem legis obtinere. & in l. in summa. in prin. ibi vetustas, quę semper pro lege habetur. ff. de aqua plu. arcen. no. Cardi. consi. 88. capitulum Ciuitatense. Alias. Ego Fran
13 ciscus &c. †Hinc est, q̃ nedum imperiũ & iurisdictio, sed etiã regalia & ea quę non possunt competere, nisi ex priuilegio præscribuntur spatio tanti temporis d. c. super quibusdam. §. preterea. & ibi glo. & cano. no.) Adde Fran. Cur. consi. 24. colum. 2. & pariter fines & limites episcopalium præscribuntur tanto tempore, & per eundẽ Curt. cons. 56. col. 11. ad fi.) & Bal. in c. 1. col. 1. in titu. quæ sint regalia. cum pluribus concor. ad hoc collectis p̃ do. Bertachi. Firma. in suo tracta. de gabel. in 1. parte, col. 6. vbi late. scribit de effectu & priuilegijs præscriptionis tanti temporis cuius initij memoria non extat. (Et an spacium tanti temporis cuiꝰ initij &c. inducat obligationem, vide per But. in repe. c. pueni. col. 2. de censi. dicentem, q̃ tanto tempore quæritur ius, siue ius commune resistat, siue non, siue sit tale ius quæsibile priuilegio, siue non. Et in præscriptione tanti temporis, cuius initij &c. non requiritur, q̃ iustificetur possessio ex titulo, licèt ius

commu-

commune sit ꝺ̃ ꝑscribentem, vt est casus in d.c.1. de præscrip. in 6.& no.Do.Phi.Fran.col.vlt. post Gemi. & Io.An.& not.singul..limita.ad illum tex.vt tunc demũ requiratur titulus, q̃n ius cõe est ꝺ̃ præscribentẽ, & fundat intentionẽ agentis. Secus vbi ius cõe esset ꝓ præscribentem, tñ non fundaret intentionem agentis; quia tunc non ꝓcedit tex.in d.c.1. fm glo. ibi in glo.magna,circa med.Archi.& Io. An.& declarata,vt per eos. Contrariũ tenet ibi Franchus col.2.post Panor.in c. si diligenti.circa fi. de ꝑscri. Sed prima opi. vr̃ suffulta maiorib. auctoritatib.& de priuilegijs & effectu huius tẽporis late not. Barb. consi.35.col. 2.vol.dicens ꝙ tm̃ tẽpus æquiparatur priuilegio indulto a Cæsare,vel a Papa,& D.Phil.Dec. consi.85.& diligenter.col.1.& 2. ver. his tñ nõ obstantib. vbi plura dicit de præscri. tanti. tẽporis, cuius initij &c. ꝓsertim ꝙ tanto tꝑe præscribitur imperiũ & iurisdictio &c.& ꝙ pro veritate habetur,& de.Fran. Cur.in suis consi.positis post tracta.feud.consi. 20. ꝓsupponitur in facto. & do.Rochus Cur.in suo eleganti & nouo tracta.de iurepa.circa fi.)Et dicit. Bal. vbi supra ꝙ præscriptio tanti temporis habet vim priuilegij expresse cõcessi a principe. Refert Ias.in l.de quibus.col.13.ff.de legi.& plures no. effectus huius tẽporis colligit Alex.consi.6.viso themate.1.col.1.vol.& consi.74. vr̃ ꝙ tota dif
14 ficultas.col.2.versi.& si dicatur 4.vol. allegans bonã glo.in c.ser uitium 8.q.2.† & adducens plura adhoc quia priuilegiũ & consuetudo æquipantur,not.Panor.in c.cũ nobis olim.colu.1. de ꝑscrip.& in c.per venerabilẽ.col.3. qui fil.sint legi. Et late Feli.in c.si diligenti.col.7.ver.nona & vltima restric.de ꝓscriptio. plura adducens,maxime Bal. in l.fi. col.12. versi.attende.C.de edic.
15 diui Adria tollen. & est in 15. oppo. col.6.in meo.Dicerem † ꝙ quando quis vult præscribere iurisdictionem in alieno territorio,opus est titulo,cum ius cõe resistat d.c.ad decimas.vel initio tanti temporis &c.Bal.in l.vis eius.ff.de probatio. & in l.2.versi.
16 quæro nunquid.C. de senten. vbi dicit,† quòd possessio a iure damnata non iuuat possessorem, nisi probet de priuilegio,vel ti
17 tulo, aut possessione tanti temporis, cuius initij &c. † Et dicit Andr.de Iser.in c.1.in verbo, flumina publica. col.3.in titu.quæ sint regal.ꝙ spacium tanti tꝑs, cuius initij &c.tm̃ potest, quantum imperator cum causa, refert Ias.in repeti.l. quominus. col. 11.ff.de flumi. Et dicunt.Ange. & Pau.de Cast. in l. si certis annis.C.de pactis. quòd ex possessione vel quasi tanti temporis, cuius initij non extat memoria, indistincte præsumitur titulus, etiam quòd non allegatur. Et ibi refert Iaso.col. vlti.in 10.limita.Et fuit de mente Bart.in l.cum de in rem verso.col.2.versi.ve niamus ad secundùm passum.de vsur.cum concordan.adductis per Ias.vbi supra Idem firmat domi. Soci. consil.127.adducens vltra Ias.glossam expressam in d.c.super quibusdã.§.præterea.in verbo,non extat.de verbo.signi.Bal.in commen.pacis Constan. in verbo.sicut ab antiquo, & alia plura. Et dicunt Bal.& Salic. in l.traditionibus. C.de pac. & ibi referunt Alex.& Moder. col. 3.ꝙ ex præscriptione tanti temporis &c. quæritur nedum vtile,
18 sed etiam directum dominium,& do.Soci.cònsi.præallega.†Et dicunt singulariter Bal.& Inno. in d.c. si diligenti.in fi.commen. de præscri. ꝙ in præscriptione tanti temporis, cuius initij &c. semper præsumitur titulus & bona fides, etiam si nõ allegetur; quia.tanto tempore possessum præsumitur ab authoribus suis iuste possessum,quod est bene notandum. (Adde D. Ia de san. Geor.in tract.de homa.colu.4.in fi.vbi refert istud dictum.) Et pulchre dicit Panor.consi.71. clericus quidam 2.volu. ꝙ etiam in his quæ sunt regulariter impræscriptibilia, quando quis non soluit tanto tempore, cuius initij &c. ꝓsumendum est ex aliqua causa legitima fuisse exemptnm. Et singulariter dicit Fel.in
19 c.cum nobis.col.3. de præscri. † ꝙ præsumptio resultans ex spatio tanti tꝑis, cuius initij &c.dr̃ iuris & de iure. Adeo ꝙ nõ recipit probationẽ ad oppositum, licèt admittat̃ probatio, ꝙ non
20 sit lapsum tantum tempus,quod bene not.†Et pulchre dicit Salice.in l.2. C. de serui. & aqua, quòd vbi habemus tantum tempus,cuius initij memoria &c. non est curandum de bona vel mala fide, refert do. Iac. in suo tracta.de homag. colum.4. ante finem. Sed contrarium, quòd etiam in præscriptione tanti temporis, cuius initij &c. requiratur bona fides, firmat dominus Philip.Franc.in c. 1. colum, fin.de præscrip.in 6. & hoc collegit ex glossa ibi super,verbo, nisi in fi.iuncto tex.quamuis referat Petr.de Anch. velle oppositum, quòd tunc non requiratur bona fides. Eandem opinionem quòd in præscriptione tanti temporis exigatur bona fides, firmat Bertachi.in repertorio, in verbo, præscriptio.2. colum.4.referens ita tenere Ioan. And.& Cano.in d.c.si diligenti.de præscrip.Et pro hac opi.quam credo veram,quòd vbi constat de mala fide,non procedat ꝓscriptio etiam tanti temporis, cuius initij &c. bene facit tex.in cap. fina. ibi. vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, de præscript. qui vtitur vniuersali negatiua. Et qui totum dicit, nihil excludit.cap.Romanorum.19. distinct. cum concor. quod intelligo, vbi aperte constat de mala fide. Aliàs in dubio præsumeretur bona fides ex cursu tanti temporis, etiam si non allegetur per præallegata. Quinimo etiam ex cursu temporis triginta anorum vt late dicetur post Barto. in repetit.l. Celsus in tertia
21 par.ff.de vsuca. † Et not.ꝙ præscriptio tanti temporis,cuius initij &c.siue centum anno.nunquam censetur exclusa,quantumcunq; lex,vel statutum vtatur verbis generalibus:vt plene no.Fely.in rub.de præscri.colum.vlti.versi. considera secundò, & late
22 dixi in 8.q.5.partis principalis, huius tracta.vbi videndum. † Est & alius notabilis effectus,ꝙ probata possessione vel quasi tãti tẽporis,cuius initij &c.nõ requiritur probari de scientia & patientia superioris in ꝓscribẽdis regalibus,iurisdictione,pedagio,& similibus,& in alijs incorporalibus, vt in seruitutibus, in quibus requiritur scientia & patientia ad ꝓscriptionẽ inducendã.l.seruitutes.la grande,cum ibi no.ff.de seruitu.ti.generali. & l. 2.cum materia.C.de serui.& aqua.ita concludit Alex.consi. 6. viso themate.pen.col.1.vol.vbi atteſtatur, ꝙ sic cõmuniter tenent Doc. & sequitur Ias.in l.imperium.col.9.in fi.& 12.versi.circa primũ. ff.de iurisdi. omniũ iudi. Eandem cõclusionẽ late firmat Fel.in c.cum nobis.col.1.& 2.de præscri.& D.Philip.Deci.consi. 85.& diligenter.col.1.& 2.versi.his tñ non obstantibus.& dicit esse cõmunẽ & verã.Et sic est tenendũ,licèt Panor.in d.c.cũ nobis.col. 1.tenuerit contrariũ,& Alex.sibi cõtrarius consi. 16.in causa &
23 lite.col.3.& 4.versic.nec obstat. 5. vol. † Prædicta limitantur,vt procedant, nisi detur incapacitas iuris & possessionis respectu personæ siue in exercẽte;quia tũc tm̃ tẽpus cuius initij &c.non habet priuilegij,nec habilitat incapacẽ. Et ideo quantocunque tẽpore laicus exercuit actum collationis beneficiorũ & sic actũ spiritualẽ, nunquã tñ potest illum actum siue illud ius præscribere;quia nõ est in eo capacitas possessionis illius actus,vt singulariter not.Ioan.Mona.& Ioan.And.in c.2.de præben.in 6. & sequũtur no.Panor.& Fel.in c.causam.col.1.de præscriptio.Et vltra per Fely. adducta hoc dictum sequitur & cõmendat Panor. in c.fi.col.8.versi.8.&c.pulchre in c.quanto.1.not. de consue. & Alex.in consi.75.visis & ponderatis.col.3.circa fi.4.vol.vbi com probat per dictũ Bal.in l.1.col.2.C.de emancip.libe.dicentis ꝙ si laicus per mille annos exercuisset officiũ sacerdotis, nõ per hoc efficitur sacerdos;quia est incapax. Et latius dicã in quinta parte
24 princ.huius tracta.quæstio.7.in 2.prin.arti. primę partis. † Quid autẽ dicatur tm̃ tẽpus,cuius initij memoria nõ extet, tradit Cy. in l.2.q.10.C.de serui.& aqua.dicens ꝙ centũ anni dicuntur esse spacium tanti temporis,de quo nõ extet memoria, no. Cẽpo.in tracta.serui.vrba.prædi.c.19.in prin.2.col. allegans plura loca,& remisse tangens qualiter probetur, & Berta.in repertorio, in verbo,ꝓscriptio.2.col.4.licèt contrariũ dicat Fely. in c. ad audientiã.col.vlti.in 5.limita.de præscriptio.firmans,ꝙ spacium cẽtum annorũ nõ dicitur tm̃ tẽpus, cuius initij &c. & forte male per authoritates ꝑdictas, de quibus Fely. ibi non meminit. Sed quæro qualiter probetur ꝓscriptio tãti tẽporis,cuius initij &c. (Adde Corneum consi.304.rem arduam.col.4.& 5.versi. videtur tñ 3.vol.& Berta.in reper.in verbo.præscriptio.3.in versi.ꝓscriptio centũ anno.vbi dicit,ꝙ præscriptio centũ anno.non potest probari per testes,nisi concurrant alia adminicula,alleg.But. in c.si diligenti.de præscri.sed nõ credo verum.& de ꝓscriptionę tanti tẽporis,cuius initij &c.& qualiter ꝓbetur vide per D.Signor.consi. 70.in quæstione vertente inter cõmune Parmę. vbi tradit,qualiter habent deponere testes,vt eam probent.) glo.est ordi.& no. in d. c. 1. in glo. fi.de præscri.in 6.quæ tradit modũ & practicam probandi memoriam nõ extare. Dicit enim, ꝙ testes præscribentis siue allegantis ꝓscriptionẽ tanti tẽporis deponere debent,ꝙ semper viderunt & audierunt contrarium, ꝙ communis est,& semper fuit opinio,ꝙ sic fuerit,ꝙ non extet contrarij vel initij memoria. Si autem contra hoc aduersarius probare vellet,testes sui si de ipsorum scientia fuerint interrogati,debent dicere, ꝙ viderunt tali tẽpore contrarium, quodq; audierunt a suis superioribus vel maioribus cõtrarium eius fuisse. Hæc sunt verba illius glo.& plene no.Hosti.Inno. Ioan. An.& latius. Do. Anto.de But.in c.quid per nouale.colum.4.& 5.de verbo.signi. referens plures modos & practicam probandi memoriam non extare, & memoriam extare, & latissime notant Specu. in titu. de proba. versi. vlti. quæritur, vsque ad finem. §. vbi tractat per quinque colum.& remissiue tangit Felyn.in d. c.si diligenti.colum. 7.versi. similiter.de præscri. Et ex his, quæ late habentur in prædictis locis & secundùm formam traditam per glo. in d. c. 1.supra relatam colligitur conclusio, quòd ad probandum memoriam non extare, non sufficit, quòd testes simpliciter deponant, quòd nunquam viderunt vel audierunt contrarium. Sed etiam debent deponere de communi opinione, & de publica voce & fama: & sic firmat Areti.in c.licèt ex quadam.colum. 1.versi.tu autem aduerte.de test. dicens in 2.colum. versi. & aduerte &c. sufficere formam positam per glo. in d. c. quam dicit bene notandã;quia est cõmuniter approbata pet Doc.& ita cõsuluit Rapha.Cuma.consi.77.viso libello.col.1.vltra medi.versi. ad secundùm. Quam cõclusi. declara vt per But.in d. c.quid per nouale.& per Specu.vbi supra dicunt, ꝙ nõ requiritur, ꝙ testes deponant de communi opinione & fama populi, sed sufficit, quòd deponant de communi opinione & fama eorum,qui verisimi-

Source : BIU Cujas

risimiliter scientiam talis rei habuerunt, vel scire potuerunt, vt latius per eos maxime do. Anto. vbi supra quem omnino vide. Et in mate. ia no. tex. cum glo. in l. si arbiter. circa fi. versi. sed cum omnium. ff de probatio. qui ponit modum probandi hanc cõ
25 munem opinionem, memoriam non extare. † Modus verò probandi affirmatiuam scilicet memoriam extare, traditur in l. 2. § idem Labeo. el 2. & ibi not. Barto. circa finem. ff. de aqua plu. arcen. & Alexan. consi. 16. in causa & lite. 4. colum. 5. vol. Et not. quod ista negatiua, memoriam non extare, non potest probari per instrumentum secundum Ioan. Andr. in c. 1. de prescriptio. in 6. quem ibi refert, & sequitur Gemi. colum. 4. circa fi. & Alex. consi. præallega. Sed eius contrarium, videlicet memoriam extare: & sic affirmatiua bene potest probari per instrumentum secundum Ioan. An. vbi supra, & refert ibi do. Philip. Franchus
26 colum. fina. † Subdit Ioan. An in dicto c. 1. & sequitur Gemi. quòd testes deponentes super hac materia debent esse circunuicini; quia scientia talis rei cadit in eos, & ipsi melius scire præsumuntur l. 1. §. 1. vbi tex. not. ibi. Existimatione circuncolentium. ff. de flu. faciunt plene nota. per Bart. & alios in l. 1. colum. 3. ff. si cert. peta. Quod intelligo verum, quando est talis materia, cuius sentẽtia verisimiliter non cadit, nisi in vicinos. Secus si esset quæstio de tali re seu materia, quæ transire consueuit in scientiam multorum, etiam extraneorum, vt de iurisdictione, pedagio & alijs regalibus, quæ communiter præscribuntur tanto tempore, cuius initij &c. c. super quibusdam. §. præterea. de verborum significatio. & dicam plene in secunda parte quintæ partis principalis in 3. quæstio. argumen. not in dicta l. 1. ff. si certum peta. † Cuius verò ætatis debeant esse testes deponentes
27 super hac materia. Et an memoriam non extare possit probari a centum annis infra, vide pulchre per Gemi. in dicto ca. 1. in fine 4. colum. de prescriptio. in 6. Quid autem si vtraque pars, probat, videlicet vna memoriam extare, & alia memoriam non extare, qui testes præferantur. Hanc quæstionem mouet glossa fina. in dicto c. 1. circa finem, post Specu. in titu. de probatio. §. 1. colum. 6. versic. quid si testes. & concludit, quòd debent præferri testes deponentes se vidisse contrarium, & sic memoriam extare; cum alij fatagant negatiuam. Vult ergo illa not. gloss. quòd testes deponentes super affirmatiua præferantur deponentibus super negatiua, de quo est glossa quam legistę dicunt singularem, licèt sit vulgata. in l. diem proferre. §. si plures. in gloss. magna. ff. de arbit. quæ dicit, quòd magis creditur duobus testibus asserentibus affirmatiuam, quàm decem astruentibus negatiuam. Ad cuius intellectum vide Barto. ibi, & in l. hæredes palam. circa finem princi. ff. de testamen. cum plena apo. Alexan. vbi Barto. limitat istam conclusionem procedere, quando testes deponunt super negatiua non coarctata & quæ non cadit in sensum testis. Aliàs secus, vt ibi per eum, & per Alexan. consi. 110. visis. acutissimis. vlti. colum. 1. volum. & consi. 108. in causa & lite. penulti. colum. 2. volumi. Et sic colligitur conclusio ex prędictis, quòd probatio, memoriam extare, affirmatiua præfertur probationi, memoriam non extare, negatiuæ, quam firmat Franchus in dicto ca. 1. circã finem commen. de præscript. in 6.
28 † Qualiter autem probari possit præscriptio centenaria, seu possessio, vel quasi centum annorum, cui communiter homines vltra non viuant, & non possit quis recordari de tanto tempore, tradit glo. repu. sing. in c. 1. de cler. ægro. libro 6. in verbo. non obstante. in secunda parte ipsius glo. no. Panor. post alios cano. in c. cum nobis. colum. 1. & 2. versi. sed circa hanc particulam de præscriptio. & ibi tradunt canoni. an ad probãdum præscriptioem, vel possessionem centum anno. sufficiat probare de tempore, cuius initij memoria non extat. Not. Bald. in authen. quas actiones. colum. 2. C. de sacrosan. eccle. Et hæc omnia sunt bene notanda circa materiam temporis. cuius initij &c. quia quo-
29 tidiana, nec forte alibi ita plene reducta. † Redeundo nunc ad intellect. dicti c. 1. de præscri. in 6. videtur quòd ille tex. non ꝓcedat. dum dicit, quòd vbi prędumptio iuris est contra prędscribentem, requiritur titulus. Nam in contrarium vrget tex. in l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. vbi seruitus continua prędscribitur spacio longi temporis sine titulo, & tamen iuris prędsumptio est contra prędscribentem; quia omnis res prędumitur libera, nisi de seruitute probetur l. altius. & l. si in ędibus. C. de seruitu. & aqua. Not. plene Barto. l. si prius. in tertia parte principali. colum. 9. ff. de ope. no. nun. Et sic videtur necesse. dicere, quod aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili, vel quòd ille text. non procedat. Istud contrarium sensit gloss. in dicto c. sed non solunt sufficienter, & istud format Imo. in cap. de quarta. circa finẽ cõmen. & in repeti. c. fi. col. 7. & 8. de prędscript. & in c. cum ecclesia. colum. fin. de causa possess. & proprie. post. Butr. ibi, & in pluribus locis infra notatis & soluit vbique, quòd illud c. procedit vbi agitur de magno seu graui prędiudicio: vt de prędscriptione dominij iuris decimarum, & similium. Secus quando agitur de leui prędiudicio, vt de prędscriptione seruitutis, argumen. eorum, quę habentur in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & dixi supra
30 in 10. quędstio huius tertię partis, vbi habetur, † quòd quando agitur de modico, prędiudicio, vt de prędscribenda seruitute prędsumitur titulus allegatus ex patiẽtia diuturna. Secus si de magno. not. Dyn. in c. sine possessione. colum. penulti. de regu. iur. in 6. Et hanc solutionem repetit Imo. in plerisque locis relatis per Felin. in c. si diligenti. colum. 5. in 1. restric. de prędscrip. qui illam sequitur & defendit a quibusdam impugnationibus. Panor. in d. c. cum ecclesia. colum. penultima, Istud contrarium mouet etiam Flori. in l. seruitutes. la grande. in fine princip. & Paul. de Castr. colum. penul. versicu. sed contra fortiter. ff. de seruitu. titu. generali. & aliter soluunt, vt ibi per eos. Et solutionem Pauli impugnat Felin in dicto c. si diligenti. col. 4. in princip. firmans contra Paul. Quòd non sit speciale in ecclesia, vt requiratur titulus, & quòd illud c. 1. locũ habet etiam in rebus laicorũ. & Areti. §. ęque. columna 5. versicu. aduertas. Institu. de actio. vbi post relatas plures solutiones tenet prędictam solutionem Imolę ꝓ meliori. Et ante Imol. ista fuit solutio. But. in d. c. cum ecclesia. columna penultima, & vlti. & in c. peruenit. de censi. & Pet. de Ancha in c. possessor. colum. 8. de regu. iur. in 6. vbi format hoc contrarium. Aliam solutionem tradit Panor. in d. c. si diligenti. colum. 4. versi. aduerte tamen, dicens quòd tex. in d. c. 1. procedit in prędsumptione vrgenti, sed non habet locum in prędsumptione leui seu modica, qualis est, quòd res prędsumatur libera: & ita procedit text. in d. l. si quis diuturno. vt ibi latius per eum: & hoc dictum Panor. sequitur & dicit aureum Fely. in cap. de quarta. colum. penul. de prędscript. & illud commemorat in d. c. si diligenti. colum. 3. circa finem, & colum. 5. in 1. restrictio. ubi latissime excutit intel. d. cap. 1. de prędscri. in 6. per duas colum. Et ampliat primò illum text. duobus modis, deinde limitat, & restringit nouem modis, vt ibi per eum. Addo, quòd intelle. illius tex. discutit plene Imol. in repeti. capituli fina. columna 7. & 8. de prędscrip. tradens, quando ad prędscribendum sit necessarius titulus, & examinat ibi prędictum cõtrarium d. l. si quis diuturno. contra illud capi. 1. & aliud forte de c. cum ecclesia Sutrina. de causa possess. & proprie. & ibi late not. Butri. Panor. colu. antepenul. & penult. & Imo. columna fina. & Butri. in repeti. c. peruenit. colum. 13. circa fi. seq. de censibus: qui etiam examinat prędicta duo contraria, & sequitur solutionem supra relatam de leuitate prędiudicij ponens intellectum l. si quis diuturno. & intellectum d. c. 1. examinat dom. Phili. Deci. consilio 134. viso puncto. columna penul. & fina. vbi tres solutiones accommodat ad illum tex. Et sic remanet expedita quinta quędstio principalis huius tertię partis.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum, & ciuile differentiam faciunt, quo tempore exigatur bona fides in præscriptione.*
2 *Bona fides de iure ciuili regulariter attenditur in dominij traditione.*
3 *Mala fides ante perfectam præscriptionem superueniens interrumpit præscriptionem, si autem post, nocet. & nu. 5.*
4 *Statur iuri canonico, vbi de materia peccati agitur.*
6 *Lapsu decennij prędsumitur obliuio ex parte illius, contra quem præscribitur.*

1 Septimò quæro †Quo tempore exigatur bona fides in præscriptione. (Vide Dy. in c. possessor. col. penul. de regu. iur. in 6. & ibi apost. nouiter factam.) dic quòd in hoc differentia inter ius ciuile & canonicũ. Nam de iure ciuili sufficit bonam fidem adesse in initio præscriptionis, adeo quòd superueniens mala fides non interrumpit præscriptionem l. 1. §. hoc tantummodo. C. de vsuca. transfor. &
2 l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucap. † bona fides enim de iure ciuili regulariter attenditur tempore traditionis l. si aliena res. in prin. ff. illo eo. titu. excepto contractu emptionis, in quo requiritur bona fides duobus temporibus, scilicet contractus & traditionis l. si existimans. ff. pro solu. cum concor. allega. per glo. in l. Celsius. ff. de vsucap. Sed secundum canones requiritur, quòd bona fides ad sit omni tempore vsque ad completam præscriptio-
3 nem. † Et ideo quocunque tempore superueniat mala fides ante perfectam præscriptionem, interrumpitur præscriptio. Casus est in c. fi. de prędscrip. vbi text. dicit expresse, quòd oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ: & ibi plene notant gloss. Imo. & omnes cano. glo. Dy. & Ioan. An. in c. possessor. de regu. iur. in 6. Bar. in l. naturaliter. col. secunda versi. quæro vtrum superueniens defectus. ff. de vsuca. Bald. & Ange. in l. super longi. colum. 2. versi. dixi secundò. C. de
4 præscrip. longi temp. † Et quia hic agitur de materia peccati. stamus iuri canonico, vt concludunt glo. & Ioan. An. in mercu. in d. c. possessor. in glo. 2. & in vlti. oppos. & cõmuniter Cano. in d. c. fi. præsertim Panor. & Imo. colum. 2. qui late firmant, quòd iura ciuilia sunt corrected per ius canonicum, quatenus permittunt præscriptionem cum mala fide. Et plene not. Hostien. in summa, in titu. de præscri. re. immo. §. verum. colum. 1. & 2. no. Bald. & Ange. in d. l. super longi. colum. 2. & do. Mathesil. in notabilibus suis. fol. 13. colum. 4. vbi dicit, quòd leges & statuta prmittentes præscriptienem cum mala fide ipso iure non valent tãquam nutrientes peccatum. faciunt, quæ habẽtur per Cano.

in c. 1.

Source : BIU Cujas

in c.1.de ope.no.nun.& in c.ecclesia.de consti.& glos.in §. fi.Insti.de gradi. † Si verò malafides superueniat post perfectam prę
5 scriptionem,nihil nocet,vt plene not.in d.c.si.no.Dy.in c.possessor.colum.2.in fi.de reg.iur.in 6.& ibi glo.& Imo. in l. sequitur. §.si viam.colum.vlti.ff.de vsucapi. reprobando circa hoc quædam dicta Ange.in repeti.l.1.C.de iudic.& plene no. Ioan. And. & Dyn.in d.c.possessor.in 6.& vlti.quæst. colum. penul. & vlti. vbi formant & examinant quæstionem, vtrum malafides superueniens completa prescriptione tollat præscriptionem, & obliget ad restituendum,& concludunt quòd non. Sed do. Ias.in l.3. §.genera.colum.3.in fi.& 4.versi.sed aduerte. ff.de acquiren.possess.ponit nouam opi.dicens quòd videtur posse attentari & teneri in fortioribus terminis,ꝙ habens à principio scientiam rei alienæ possit tamen præscribere etiam de iure canonico; eo
6 †quia per lapsum decẽnij inducitur obliuio.l.si id quod.in princi.& l.si de eo.ff.de acquiren.possess.not.glos. magna & approbata in l.1.in glossa magna, in fi. C. de ser. fugi. Et sic post causatã obliuionem poterit postea inchoari præscriptio de iure canonico.& nihil erit,quod impediat. Et si dicatur, ꝙ istud sit contra text.in dicta l.fina.de præscriptio. qui dicit, oportet,vt qui præscribit,in nulla parte temporis, conscientiam rei habeat alienæ, ponderando illam vniuersalem negatiuam. In nulla parte temporis &c. Respondet, vt ibi per eum, qui istam nouam opinionem late prosequitur quasi per vnam colum. & licèt ipse non dicat,reperio,quòd ista ante eum fuit opin. & consideratio domi.Anto.de Butr.in repeti.cap.peruenit.colum.26.de censi.

Sed quicquid dicat,ista opi.aperte confunditur per limitationes,q̃ dantur ad regulam,quæ habet, ꝙ in facto proprio præsumitur ignorantia & obliuio post longum tempus. l. peregre.in princi.& ibi no.ff.de acquiren.possessio.quas not. Alexan. in l.si res obligata.in prin.ff.de lega.1.post Bar.ibi,& late dicam in repeti.l.Celsus.in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Malafides ante præscriptionem completam superueniens, sed non durans an eam impediat perfici.*
2 *Dubitatio rei alienę ante perfectam præscriptionem superueniens an noceat.*
3 *Malafides ante completam prescriptionem superueniens, licet impediat prescriptionem, non tamen publicianam impedit.*
4 *Præscribendi conditio & publiciana equiparantur.*
5 *A quo remoueri potest præscribendi condictio, ab eodem potest & publiciana.*

1 Octauo quęro †an malafides superueniens ante præscriptionem completam sed non durans interrumpat præscriptionem,& impediat eam perfici. (Vide Are.Insti.de vsuca.in princ.colum.1.in fi.& seq.& ibi not.in secunda columna. quòd si post perfectam præscriptionem superuenit malafides,quòd non nocet, & quòd de iure canonico in præscriptione requiritur bona fides de momento ad momentum,donec sit perfecta.) vt si medio tempore putaui, & credi rem alienam,postea putaui meam.Pan. in dicto capitulo fi.concludit contra glo.ibi,quòd præscriptio interrumpitur, & perfici impeditur.De quo dic,vt ibi latius per Fely. columna antepenultima. versiculo item dum probat efficaciter Abbas, & latius dicam in sexta & vltima parte principali huius tractatus in materia interruptionis, vbi proprie cadit.

2 † Quid autem,si superueniat dubitatio,& non certa credulitas rei alienæ,an interrumpat præscriptionem. (Vide Are. Insti.de vsuca.in princ.columna secunda.) dixi supra in nona quæstio.& dicam in vltima parte in materia interruptionis.

3 † Circa præmissa notandum est,quòd licèt malafides superueniens de iure canonico impediat præscriptionem. dicto capitulo fina.tamen non impedit publicianam.Et ideo sufficit, ꝙ ille,qui intentat publicianam,habeat iustum titulum à non domino,& bonam fidem tempore traditionis, vt possit auocare rem à tertio non habente dominium, neque titulum, licèt malafides superuenerit post titulum & traditionem: quia per ius canonicum non est in aliquo derogatum publicianę:ita concludit Bald.in l.ancillæ.in fi.primę columnę.& sequen.versi.sed per ius canonicum.C.de fur.

4 † Et sic colligitur limitatio ad regulam.l. eum qui. in princ.ff. de publi.vbi parificantur prescribendi condictio & publiciana; quia illa regula procedit ab initio,secus ex postfacto, vel dici potest,ꝙ procedit affirmatiue,videlicet cui competit vsucapiendi vel præscribendi condictio,competit publiciana. Ita proprie lo-
5 quitur ille text.sed non negatiue, siue econtra. † A quo remouetur præscribendi condictio,remouetur publiciana, vel cui non competit præscribendi condictio, non competit publiciana secundum Bald.no.in l.nihil. C. pro hære. & latius infra dicetur, quamuis Bald.in d.l.ancillæ.in princip. 5. oppos. arguat de vno ad aliud tam affirmatiue quàm negatiue.

SVMMARIVM.

1 *Rei alienę scientia superueniente post perfectam prescriptionem an debeat in foro conscientię præscripta restitui.*
2 *Res dici non potest aliena, postquam est complete prescripta.*
3 *Prescribens dicitur authoritate legis possidere. Iuste possessum & acquisitum non est restituendum.*
4 *Peccans non potest dici authoritate legis peccare, præsertim canonicę.*
5 *Impedimentum superueniens non uitiat actum tam perfectum & consummatum.*
6 *Cessante causa necessaria vel finali cessare debat & effectus.*
7 *Factum secundum leges non debet alio euentu retractari.*

1 Nono iuxta prædicta quęro † quid si malafides ideſt,rei alienæ scientia superueniat post perfectam, & completam præscriptionem,an ille,qui præscripsit, teneatur restituere in foro conscientiæ rem præscriptam. Ista est ardua & antiqua quæstio,quàm multum ventilarunt tam theologi quàm cano. Et in primis eam mouet glo.in capitulo finali. & latius in capitulo vigilanti.vbi omnes Cano. antiqui, & Moder. mouent.de præscrip. Et tandem concludit glo. per plura media & optima iura,quòd ille qui præscripsit sit tutus in conscientia, nec teneatur restituere rem præscriptam superueniente malafide & scientia rei alienæ post præscriptionem bonafide perfectam, & hæc est communis opi.Cano.quam tenuerunt Innoc. Hosti. glo. & ferme omnes cano.vt attestatur Panor.in dicto capitulo vigilanti.& post eum Feli.colum. vlti.versiculo superuenientia malæfidei, adducens plures glo.& authoritates pro ista communi opi.Cano.qui late probant,in hoc non differre forum conscientię à foro contentioso, & communiter sequitur Bald. in dicto capitulo vigilanti.columna vltima.ibi relatus per Feli.per plura maxime per text.meliorem de iure & glo. incognitam secundum eum in l.prima.§.fin.cum l.seq.ff.de iti.actuque priua.ibi.neque enim corrumpi aut mutari potest superueniente delicto, quod legitime factum est.Et hanc partem per plura firmat Hostien.in summa,in titu.de prescrip.re.immo. §. verum. versiculo quid si iam completa.vbi fortius probat, quòd præscriptio cum bona fide procedit nedum de iure humano sed etiam de iure diuino per authoritates veteris testamenti.Hunc articulum diffuse disputat Ioan.And.in capitulo possessor.de regu. iur.in 6.in vlti.articulo. vbi tandem concludit post relatas varias opi. quòd ille qui prescripsit non tenetur restituere superueniente malafide post præscriptionem perfectam in foro conscientiæ, nisi habeat conscientiam lęsam & remordentem. Et ita dixit Hostien. vbi supra refert Panor.in dicto capitulo vigilanti.

Sic etiam post longam discussionem concludit Pet. de Ancha.in repe. dicti capituli possessor. referens verba Ioan. And. columna quarta & quinta.concluſiue dicens, quòd acquisitio ciuilis est iusta per præscriptionem concurrente bonafide, & sequitur ibi D.Francis.columna quarta.in fi.& seq.

Hanc quęst,plene examinat Imo. in repe. dicti capituli fin. de prescrip.columna 23.24.cum quarto seq.& procedit multũ inuolute & prolixe & attestatur colum. vigesimaquarta, quòd communis opi.legist.& cano.est,quòd qui prescripsit bonafide post completam prescriptionem non teneatur ad restitutionẽ: licèt malafides superueniat,& refert omnes opi. tam theologorum quàm Cano.numero septem,& reprehendit opin. Bald.in authen.ad hęc. columna secunda. C. de vsur. distinguens inter prescriptionem actionis realis & personalis. Sed Bald. videtur bene loquutus,& melius sensisse quàm alij senserint, vt dicam in seq.quæst.Istum passum latissime examinat Ange. in repe. l.1.in quinque vlt.colu.C.de iudi.& in penul.col.refert, ꝙ communis opi.est,ꝙ salua cõscientia quis retineat post completam præscriptionem.Et cum ista communi opi.ipse residet.Pro qua inter cętera adducit rationem, ꝙ licèt superueniat scientia completa præscriptione,non potest quis dici in malafide; quia cum malafides nihil aliud sit quàm scientia rei alienæ:vt plene dixi su-
2 pra in princi.huius tertiæ partis principalis, † non potest dici res aliena,postquàm est præscripta,sed censetur propria prescribentis:& sic non dicitur habere scientiam rei alienę saltem de presenti,sed ꝙ olim fuit aliena.Et licèt Ange. non referat, hęc fuit originalis ratio Goffre.in summa,& Hostien. vbi supra & glo. in dicto capitulo vigilanti.Quam rationem latius explicat Ioã. de Imo.in dicto capitulo fina.columna 2. de prescrip. Et in hac quæst.vide semper Hosti.in summa loco prælega. qui melius cęteris attingit istum passum,& plene satisfacit conscientię scrupulosę.Confirmatur & secundò ista communis opi. alia ratione; quia sicut lex potest transferre dominium rei alienę etiam non consentiente domino vere vel ficte ex causa vt apparet in spolijs hostium captis in bello iusto, facta prius distributione p ducem exercitus,& ea nullo iure quis restituere tenetur,vt not. Barto.in l.si quid bello.ff. de capti. & postli. reuer. & est bonus tex.in l.si quis pro redẽptione.§.1.C.de donatio.& in c. dicat aliquis.cum glo.33.q.5.& in c.ius militare.1.distin.& in §. item ea quę ex hostib.Insti.de re.diui.& ibi not.Are.& in l.1.in prin. ff.de
3 acquiren.pos.vbi Are.& Alex.not.col.2. † Sic etiam debet esse tutus ille, qui p̃scripsit;qa possidet legis authoritate. Ergo iuste possidet l.iuste possidet.ff.de acq.pos.Et ꝯsequenter no tenet re-

Source : BIU Cujas

stituere iuste possessum & acquisitum.c.quid dicam. 13. que. 4.

Ista etiam fuit ratio Hostien.vbi supra & glos.in d.c.vigilanti. licet per alia iura,videlicet per text.in l.Lucius.ff.de euic.cum cō cor.adductis supra in 4.quæst.primæ partis principalis,vbi habe tur,q̄ lex ex causa potest auferre dominium rei vni & dare alteri.Et hanc opi. esse veram & communem attestatur etiam D. Prepo.in §.si quis per triginta.in fi.in titu. si de feu. fue. contro. & Reuerendus pater frater Ange.de Clauasio in summa sua in verbo præscriptio.§.46.incip.vtrum tutus præscriptione &c.Dicens istam opin.esse verissimam nedum in foro cōtentioso, sed etiam in foro conscientiæ:& refert ita tenere Ioan.Scot.in 4.sen ten.distin.15.Addo q̄ eandem opi.tenuit Roma.in rub. ff.de arbi.colum.1.& 2.& D.Pet.Phi.Cor.consi.177.in hac re.colum.1. in fi.2.volum.dicentes,q̄ bonafide præscripta possiunt salua con scientia retineri,& Ioan.Fab.Insti.de vsuca.in prin.circa fi.1.col. vbi dicit,q̄ re præscripta bonafide potest licite retineri sicut ex
4 pacto,licèt malafides superueniat. † Confirmatur & tertiò vltra Doct.ista communis opi.tali ratione;nam ille qui præscribit cum malafide facit hoc lege tam ciuili,quàm canonica permittente & approbante.cap.de quarta.cap.ad aures.cap. vigilanti,& cap.fi.cum si.de præscri.Ergo non peccat;quia qui peccat legis authoritate non peccat,& præsertim canonis.ca. qui peccat. 23. quæst.4.facit l.Gracchus. C. de adulte. Cuius regulæ intellectus ponit Feli.in cap.ecclesia.colum.13.de consti. Si ergo non peccauit præscribendo restituere non tenetur, q̄ præscripsit etiam in foro conscientię;quia non detinet alienum,sed id quod factū suum authoritate legis.Non enim alienum dici potest, quod iure possidetur,vt dicit text.Augusti.in dicto capitulo quod dicā
5 24.quæst.4. † Confirmatur & quartò communis opi.quia licèt sit regula,q̄ vitiatur actus,quando peruenit ad casum, à quo incipere non potest.l.existimo.ff.de verb. obli. Tamen illa regula non procedit,quādo actus est tam perfectus & consummatus; tunc enim impedimentum superueniens non vitiat, neque nocet Tex.est qui ponit regulam & fallentiam in l. pluribus. §.& si placeat.in fi.& ibi expresse not.Barto. & Docto. ff. de verb. obli. & idem Barto.in l.ex facto.in prin.colum.2.versicu. vltimo hæc l.ff.de vulg.& pup.post Dy. in cap. factum legitime. de regu.iur. in 6.Ergo malafides superueniens post completam præscriptionem obesse non debet.Confirmatur & quintò;quia licèt bonafides sit causa necessariò concurrens ad præscriptionem, ita q̄ possessio & cursus temporis de per se non sufficiunt. dicto cap.
6 vigilanti.& c.fi. † Et vulgata regula, q̄ cessante causa necessaria vel finali cessare debet & effectus. cap. cum cessante. cum simi. de appel.Barto.in l.2.§.fi.ff.de dona.Et quando plures causæ tēdunt ad eundem effectum,& sunt cōnexę, requiritur omnium concursus,vt not.glo.Cano.cap.2.de reseri.Bart.in extrauag. ad repri.in verbo,ne quid eorum.& no.in l.liberorum.§. 1.ff.de his qui not.infa.Tamen illa regula fallit,quando *dispositio iam es*set sortita effectum;tunc enim licèt cesset causa, non cessat effectus.Ita limitat & declarat Barto.in l.Titia.§.Imperator.circa fi. commen.versi.nec obstat.ff.de lega.2.dicens,q̄ illa regula cessante causa &c.procedit ante effectum consummatum. Secus si effectus esset iam consummatus; quia tunc quamuis cesset causa non cessat effectus,vt probatur in l.qui res.§.aream. ff.de solu.&
7 in l.sancimus.ibi. † Non enim debet quod secundum leges factum est ex alio euentu retractari.C.de admini.tuto. Bene facit regula.cap.factum legitime.de regu.iur.in 6. not. Alexan. in l.si constante.circa finem princi.ff.soluto matrimonio.

Ergo sequitur, quòd defectus bonæfidei superueniens præscriptione completa nihil nocet.

S V M M A R I V M.

1 *Recursus an possit ad ecclesiam per aliquam uiam contra præscribentem haberi.*

2 *Statutaria præscriptio an ipso iure tollat naturalem.*

3 *Recursus ad ecclesiam per denuntiationem euangelicam datur ratione peccati.*

4 *Denunciatio euangelica locum habet cognita scientia & malafide præscribentis.*

5 *Denunciatio in foro ecclesiastico an locum habeat, vbi aduersus sententiam est præscriptum.*

1 **Decimò quæro** pertinenter iuxta prædictam q̄stionem. † An contra eum qui præscripsit haberi possit recursus ad ecclesiam post perfectam præscriptionem per uiam denunciationis euangelicæ, vt compellatur ea via restituere vel soluere quod præscripsit, iuxta notata in cap.nouit.de iu.Istam quæst.mouet Barto.in extrauag.ad repri.in uerbo,per denunciationem. ver. sed quid de obligatione quæ tollitur præscriptione,& decidit q̄ non, quando per prę scriptionem est sublata naturalis quò ad effectum, iuxta not. p se in l.fi.§.1.ff.rem ra.ha.& supra dixi in 1.parte princi.in 6. q. vbi concluſi post Panor. & Fely.in cap.ad aures. de præscri. & Ioan. de Imo.in cap.fi.eo.titu.q̄ naturalis tollitur in totum per prę scriptionem saltem respectu effectus,quod latissime examinat An
2 ge.in repe.l.1.columna 19.cum tribus seq.C.de iu. † vbi etiam tā gīt,an prę scriptio statutaria tollat naturalem ipso iure, & in 24. colum.circa fin.in versi.ex prædictis elicio quæstionem. & in se quen.colum.late disputat præsentem q. concludens, q̄ statutū potest disponere,q̄ præscriptionis lapsu omnis obligatio naturalis & ciuilis ipso iure extinguatur, & q̄ postea non poterit haberi recursus ad curiam ecclesiasticam pro tali debito præscripto consequendo,quod probat,vt ibi per eum. Sed Bald. in authen.ad hęc colum.3.versi.sed ponamus.C.de vsur.& in ca. si qs per triginta.columna 2.ver.sed quæro,nunquid statutum.in tit. si de feu.fue.contro.firmat oppositum, q̄ statutum non possit tollere naturalem,& q̄ nō obstante statuto locum habebat denunciatio.Et opi.Baldi est verior; quia tale statutum non valet tanquam nutritiuum peccati propter malam fidem præscribē tis secundum communem opi.vt plene dicam in 14. quæst. huius partis.ergo si non valet,nō potest tollere naturalem. Et opi. Angel.reprobat expresse Imo.in l.sequitur.§.si viam. colum.pe. ff.de vsuca.Breuiter ex his quæ dicta fuerunt in præcedenti. q. patet decisio huius quæstio. quia cum † recursus ad ecclesiam
3 per denunciationem euangelicam detur ratione peccati, vt habetur in dicto capitulo nouit.si ille,qui præscripsit, est tutus in conscientia,prout est quando bonafide præscripsit secundum communem opi.Sequitur q̄ non habebit locum denunciatio cessante peccato.Et ita per hanc rationem concludit Panor. in cap.fi.columna quinta.versi.puto tamen.de præscrip.Et hæc est vera & communis opi.vt apparet ex ibi not. per eum, pro qua consuluit.D.Corne.Peru.consi.186.ad euidentiam.pe.colum.1. volum.licèt contrarium consuluerit ipse consi.251.in hac consultatione.colum.2.in princi.3. volum. vbi dicit, q̄ præscriptio non tollit naturalem obligationem,& q̄ ille qui præscripsit,potest cogi ad solutionem post habitam notitiam; quia peccat nō soluendo.Et procedit sine dubio ista conclusio in actione reali, in qua præscriptio procedere potest cum titulo & bona fide. Sed in personali non video,quomodo procedat, cum illi præscribi non possit,nec ab ipso principali debitore, nec ab herede eius propter malam fidem secundum communem opi.vt infra dicam.Hinc est,q̄ Bald.in dicta authen.ad hęc.colu.3. cum seq. versi.item dubitatur de debito,quod est prę scriptione sublatū. C.de vsur. distinguit inter actionem personalem & realem,vt primo casu habeat locum denunciatio;quia naturalis obligatio non tollitur per prę scriptionem,ex quo durat vinculum æquitatis,quo sustentatur.Secundò verò casu in præscriptione reali sē cundum Bal.dominium eradicatur à primo domino & eius effectus attribuitur prę scribenti,per not.in l.at qui natura. §. cum me absente.ff.de neg.gest.ideo non habet locum denunciatio: secus in obligatione personali quæ ossibus inhęret, & ideo non potest ab ipsis separari.l.3. ff.pro socio. Subdit Bald. q̄ Docto. communiter tenent,q̄ naturalis non tollatur per prę scriptionē.

Sed licèt remaneat naturalis secundum communem opi.tamen remanet inefficax & inutilis in effectu, vt plene dixi in 7.q. primæ partis prin.Et mihi placet opi.& distinctio Bal. quæ videtur necessariò tenenda de iure canonico, licèt Imo. reprobet in repe.cap.fin.columna 33.de præscri.vt retuli in dicta 7.q. primæ partis,videlicet q̄ in actione personali non extinguatur naturalis obligatio etiam in effectu per prę scriptionem, vt sentit Bald. in primis verbis supra relatis, quamuis in sequentibus sibiipsi contradicat;quia de iure canonico nulla præscriptio currit cum malafide,& iura ciuilia sunt in hoc correcta secundum communem opi.Cano.in d.c.fi.de prę scrip.per illum text.reprobata opi. Bart.in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuca.quæ communiter reprobatur:ut plene dicam ꝯ.in 13.quæst.huius partis.Et sic ipse debitor principalis nunq̄ prę scribere potest,nec etiam hęres eius, in quem passiue transit obligatio personalis propter malam fidē defuncti,quę nocet hęredi succedenti in vitium defuncti.Adeo q̄ etiam non potest inchoare prę scriptionem ex persona sua: cū teneatur exonerare conscientiam defuncti secundum communem opinio.prout late videbimus in 11.quæstio. huius partis,in secundo membro.Vnde tenēdo has communes conclusiones, quibus contradici non potest,nullo modo potest procedere doctrina Barto.in l.fi.§.i.ff.rem ra.ha.quam retuli prędicta 6. q. primæ partis princi. ubi concludit, q̄ prę scriptio tollit naturalem in effectu,adeo q̄ remanet inefficax: procederet enim secundū eius opinio.erroneam & communiter damnatam,quam tenuit in d.§.si uiam.Et miror,q̄ Docto. tam antiqui, q̄ moderni circa hoc non aduertant,quinimmo cōiter transeunt cum Bar.in d.l. fi.§.i.p̄sertim Cano. in d.c.ad aures.& Imol.in d.c.fi.cōcludentes post Bar.q̄ præscriptio tollat obligationē nālem in effectu; qa de iure canonico illa conclusio stare nō pōt destructa opi.Bar.in d.§.si viam.Et ideo Bal.in d.auth.ad hęc primò impugnat illam opi.Bar.qua sublata necesse est q̄ corruat alia doctrina eiusdem in d.l.fi.ff.rem ra.habę.tanq̄ accessoria & veniens in consequentiā:deinde Bal.facit p̄dictam distinctionem. Et q̄ prę scriptio nō tollat nālem data sciētia & malafide firmat Panor.in c. fi. col.5. vltra medium de p̄scrip.Et ideo videt necessario distinguendū: prout distinguit Bal.in d.authē.ad hęc:qa in reali tertius potest

prę scri-

Source : BIU Cujas

præscribere cum bonafide. Et sic tollitur & eradicatur effectus directi dominij. Sed in personali nec principalis debitor, nec hæres possunt regulariter præscribere. Ergo non tollitur naturalis, nisi daretur casus, in quo quis ignorans obligaretur alicui, vt ex facto procuratoris vel ex negotio vtiliter gesto per alium pro aliquo ignorante; quia tunc etiam in personali diceretur quis in bonafide, & præscribere posset secundum do. Anto. in d.c.fi.de præscrip. quem refert Imo. in d.l.sequitur. §. si viam. colu. 2. post medium. Quo casu non haberet locum denunciatio, vt dicit Panor. in d.cap.fi.colum.5.circa fi.versi. vbi tamen concludens, ꝙ quando concurrit ignorantia debitoris tollitur effectus naturalis, & non sic quando concurrit scientia; quia primo casu præscriptio inducitur non solum propter odium negligentis, sed ēt propter bonum & æquum, vt 16. quæstio. 3. §. potest.

Secundo verò casu est mere odiosa. Ideo cum æquitas concurrat data ignorantia, & non sit data scientia, eliditur effectus naturalis hoc casu dumtaxat, & non in altero, vbi deficit omnis æquitas, & versatur solum odium secundum Panor. ibi, qui in
4 effectu concludit, † ꝙ denunciatio locum habeat data scientia & malafide: secus vbi concurrit ignorantia & bonafides debitoris. Confirmatur hæc conclusio; quia dato ꝙ lex vel statutum possit tollere ciuilem, tamen remanet naturalis, quæ oritur ex naturali æquitate. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. & l. inuitus. §. is natura debet. ff. de regu. iur. Et de iure canonico est efficax ad agendum, vt plene notatur in c. 1. de pac. & maxime per viam denunciationis euangelicæ, vt latius per Bal. in d.authen. ad hęc. colum. 3. & firmat Panor. in d.c.fi.colu. 1. vltra medium. Hinc dixit Bald. in §. si quis per triginta. in titu. si de feu. fue. controuer. ꝙ ille qui præscripsit non potest denuntiare ecclesiæ, nisi fuerit in malafide, prout refert Panor. vbi supra Sed aliter loquitur ibi Bald. colum. 2. versicu. sed quæro. vbi concludit, ꝙ non obstante statuto tollente obligationem post tempus vel disponente ꝙ creditor non audiatur, poterit haberi recursus ad ecclesiam per viam denūciationis, nisi iusta causa eum repelleret. Verbi gratia Dicit statutum, ꝙ qui non soluerit gabellam non audiatur: nam hoc statutum est factum fauore publicæ vtilitatis principaliter & secundario. Et ideo debet seruari in quolibet foro secundum Bald. vt in c. quod clericis. de foro compe. & idem dicit Bald. in l. 1. C. de præscriptio. 30. vel 40. anno. ꝙ ratione peccati, in quo p̄scriptio nutritur, cum dicatur iniquum præsidium, vt in Auth. vt eccle. Roma. potest haberi recursus ad ecclesiam, quod procedit, quando præscribens est in mala fide, prout sonāt verba Bal.

Et plene declaraui in 6. quæst. primæ partis princi. sed tunc nō est necessaria denunciatio; quia de iure canonico nulla præscriptio procedit cum malafide. d. c. fi. & secundum communem conclusionem Doct. ibi. vt in proposito dicit Imo. in d. §. si viā. colum. 7. Ideo Bal. & Panor. incaute loquuntur in locis prælegatis.
5 Per prædicta igitur resideo cum opi. Bald. in d. authen. ad hæc sic vt supra enucleata. † Quid autem si aduersus sentētiam sit præscriptum, an locum habeat denunciatio in foro ecclesiastico, tangit Panor. in dicto capitulo fi. colum. 6. de præscrip. & ibi latius Feli. columna tertia. versic. tertia declaratio. post Bald. in dicto §. si quis per triginta. dic vt ibi per eos. Et quanto tempore præscribatur aduersus sententiam, dixi plene in quarta parte principali quæst. 31.

S V M M A R I V M.

1 *Malæfidei præscriptor an teneatur obligatione personali ad restitutionem.*
2 *Possessor non est malæfidei, qui scit se actione personali teneri.*

1 **Vndecimo quæro** in hac materia † malæfidei, vtrum ille tenetur obligatione personali ad rem restituendam, si dicatur in malafide. Dic ꝙ non. Sed potest rem præscribere quò ad dominium non obstāte ꝙ possit personaliter conueniri ad rem restituendam. Casus est no. in l. pignori. §. fi. quem ibi no. Bar. ff. de vsuc. (Adde Bal. in rub. extra de præsc. colu. pen. ver. quæro, an ille scit se teneri, vbi not tex. hic alleg. & ponit aliud exemplum in l. indebiti. §. fi. ff. de condictio. indebi. & in l. qui alienam. ff. de don. cau. mor.) vbi dicitur, ꝙ si aliquis mandet Titio, vt emat fundum nomine ipsius mandantis: & ille Titius acquirat nomine proprio ipsius Titij à non domino, quem credebat esse dominum, & sic bonafide. & fuerit fundus traditus ipsi Titio quamuis possit conueniri actione mandati per eum, qui mandauerat emi nomine suo, vt illam sibi rem tradat: nihilominus si possiderit tempore requisi sito præscribit dominium illius rei contra tertium, qui erat do-
2 minus. Vnde Bart. summat illum textum hoc modo † qui scit se actione personali teneri, non est possessor malęfidei, quod bene no. Et ita per illum text. consuluit Bald. consi. 437. iste maritus primo volumine.

S V M M A R I V M.

1 *Vitium & malafides authoris an successori noceat in præscribendo. Successor est duplex.*
2 *Appellatione successoris potest venire tam vniuersalis quàm singularis.*
3 *Vitia prędiscriptionem impedientia quæ sint.*
4 *Malæfidei possessor clam, vel precario non potest longo tempore prędiscribere*
5 *Vitium litigiosi, quia est personale, non impedit prędiscriptionem.*
6 *Vitium reale non contrahitur per ingressum possessionis uacantis, sed personale.*
7 *Authen malefidei quotmodis limitetur.*
8 *Titulum iustum habenti etiam ab authore malefidei competit publiciana.*
9 *Publiciana & usucapiendi condictio à pari procedunt, & sunt conuertibilia.*
10 *Malafides heredis an legatario noceat.*
11 *Malafides defuncti nocet successori, quia est hęres vitiorum.*
12 *Malafides defuncti non nocet heredi, si ex persona sua velit prędiscriptionem inchoare.* 13. *Hæres vtroque iure prędiscribere non potest eo casu, quo defunctus non poterat.*
14 *Prędsumpta malafides defuncti causata ab errore iuris non nocet heredi in prędscribendo.*
15 *Hęres prędscribere volens ex titulo, quem habuit à tertio, siue ante, siue post mortem testatorts non impeditur malafide defuncti.*

Duodecimo quæro circa hanc secūdam partem tertiæ partis princi-
1 palis. † An vitium vel malafides authoris noceat successori in præscribendo. Et ad euidentiam præmitto primò, ꝙ duplex est successor vniuersalis scilicet & singularis. Vniuersalis successor dicitur is, qui succedit titulo vniuersali & hæreditario; quia hęreditas est successio in ius vniuersum. l. nihil aliud est hæreditas. ff. de verb. signi. Singularis verò successor dicitur ille, qui succedit in aliqua re titulo particulari, & in quem non transit vniuersitas iuris, vt ti. emptionis, donationis vel simili.

2 † Et ideo appellatione successoris potest uenire tam vniuersalis, quàm singularis. text. est melior de iure in l. fluminum. §. adijcitur. ff. de dam. infec. & in l. 1. §. illud. ff. quo. leg. Sed nunquid in dubio appellatione successoris veniat vniuersalis vel singularis, late not. Alexan. & Ias. in l. quędam. §. nihil. colum. 1. & 2. per illū text. ff. de eden. Alexan. consilio 183. ex themate. prima columna secundo uolumine, & plene Fely. in cap. quia Guil. columna vltima. de iu. vbi facit conclusionem cum fallentijs.

Et quid si dispositio dicat, pro se & successoribus quibuscunque tangit Alexan. in dicto §. nihil. columna prima. & in l. quod dicitur. columna decima. ff. de verb. obli.

3 † Secundò præmitto, quòd quædam sunt vitia impedientia præscriptionem, quorum aliqua sunt realia, aliqua verò personalia: vt plene notatur in l. vitia. vbi glo. magistra. C. de acqui. poss. & in §. quod ante. & §. furtiuæ. Insti. de vsuca. (Vide Aret. in dicto §. furtiuæ. vbi declarat, quæ vitia dicantur realia, & quæ personalia, & quæ noceant successori, tam uniuersali quàm singulari.) Realia autem sunt, vt violentia & furtiuitas. Nam si res est per uim expulsiuam possessa, illa res uiolenta non potest præscribi, donec fuerit purgatum vitium, & res p̄uenit ad antiquū possessorem, & dominum, & sic in re furtiua, quæ est inusucapibilis, donec peruenerit ad antiquum dominum. l. sequitur. §. qđ autem. & §. si tu vi me. ff. de vsuc. & dicto §. furtiuæ. & not. glo. in dicta l. vitia. Secus in re vendita per metum, & sic per uim compulsiuam; quia illa non afficit rem vitio reali, nec impedit vsucapionem, dummodo concurrant alia extrema. l. 3. & ibi not. glo. Bart. & Docto. præsertim Alexan. colum. fin. C. quod met. cau.

Et dicuntur ista vitia realia: quia ad quemcunque trāseat res, transit cum isto vitio impediente præscriptionem, donec purgatum fuerit vitium per reuersionem in potestatem domini. dicto §. furtinæ. Quæ cōclusio procedit in re mobili furto subtracta, vel per vim rapta; quia in his nō purgatur vitium, nisi per reuersionem in potestatem domini. Secus est in re immobili vi possessa; quia ad hoc vt purgetur vitium violentiæ, sufficit ꝙ res reuertatur in potestatem possessoris expulsi, licet nō sit dominus, prout declarat not. Bart. in l. certe. §. Iulianus. ff. de preca. per illū text. & in l. sequitur. §. si dominus. ff. de vsuca. not. Cy. Bar. & Bal. in l. si partem. C. pro em. Quædam uerò sunt vitia personalia, vt si quis malafide possidet res, non tamē per vim, vel per furtum, sed aliàs in ea habet malamfidem, vt quia scit eam ad alium pertinere. Istud appellatur uitium personale. Item vitium clandestini-
4 tatis & vitium precarij dicuntur personalia. † Nam qui malafide possidet clam, vel precariò, non potest præscribere longo tempore. s. 10. annis inter præsentes & 20. inter absentes. Sed bene prędscribit spacio longissimi temporis triginta annorum; ꝙ talis prędscriptio currit cum malafide de iure ciuili. l. sicut l. omnes, & l. si quis emptionis. §. 1. C. de prędscrip. triginta annorum, & iam dixi supra. Ista habentur in l. Pomponius. §. cum quis. vbi not. glo. Barto. & alij, prędcipue Alexan. columna prima. ff. de acquiren. possess. & in dicta l. vitia.

5 Circa prędicta no. duas conclusiones. Prima cōclusio est, † ꝙ vitium litigiosi non est reale, sed personale. Ideo non impedit præscriptionem inchoari de nouo in persona singularis successoris, casus est not in l. prima. & ibi not. Barto. & Docto. C. de præscrip. longi tempo. not. glo. magna, circa medium in d.l. vitia & Barto. in d. §. cum quis. in penul. q. & in l. 1. §. 1. per illum tex. ff. de litigio. Ange. in Auth. de litigio. in prin. & Ias. in l. 2. colum.

Source : BIU Cujas

6 fi.C.de eden. † Secunda concluſio eſt,ꝙ per ingreſſum poſſeſſionis vacantis non contrahitur vitium reale, ſed vitium perſonale.Et ideo non impeditur ille ad quem res peruenit cum titu. & bonafide,licèt cauſam habeat ab ingrediente rem præſcribere,vt eſt text.in l.ſi nulla.& ibi not.Bal.& Docto. C.de acquiren. poſ.& tex.magis clarus in §.quod autem.Inſti.de vſuca. Et licèt gloſ.ibi teneat illum §. eſſe correctum per.l.fi.C.vnde vi.tamen contrarium determinat glo.in d.l.fi.in gl.1. C.vnde vi. quam ibi tenent & communiter approbant Docto.licèt Bart.diſtinguat, maxime Salice.colum.2.in 5.queſtio. Et refert Are.in d.§.quod autem circa fi.ſeruata tamen diſtinctione authen. malęfidei.C. de præſcrip.longi tempo.Et not.Doc.in l.ſequitur. §. item ſi occupauerit.ff.de vſucap.His præmiſſis redeundo ad queſtionem ſupra formatam,an malafides vel aliud vitium authoris noceat ſucceſſori in præſcribendo,ſiue impediat ipſum ſucceſſorem p̄ſcribere.Dico,ꝙ ſi eſt vitium reale,impedit p̄ſcriptionem in perſona cuiuſcunque ſucceſſoris vniuerſalis vel ſingularis: quia cōcomitatur rem ad quemcunque tranſeat.d.l.vitia. donec vitium fuerit purgatum per reuerſionem rei in poteſtatem domini, vel poſſeſſoris,vt prædixi. Quam concluſionem limita procedere in præſcriptione longi temporis 10.vel 20.anno. nō autem in præſcriptione 30.anno.& ſic longi temporis.Nam illa locum habet in rebus etiam inuaſis,violentis vel furtiuis : quia per tantum tempus purgatur vitium reale.Ita tenet glo. 2. in d. §. furtiuæ.& glo.in l.1.in glo.magna.C.de ſer.fugi.& in l.ſicut. in glo.fi. C.de preſcrip.30.an.quę pro hoc allegat bonum text. in l. 1.§.ad hęc.C.de anna.excep.vbi tanto tempore tollitur vitium & qualitas furtiuitatis vel violentiæ.Et idem firmat Bar. in l. ſequitur. §.ſi fundum. in finalibus verbis. ff. de vſuca. referens ita tenere Azo.in ſumma no.Imol.in §.item ſi occupaueris.ca.l. Panor.in cap.nihil.colum. 2. de preſcri. Alexan. in d.l.Pomponius.§.cum quis.colum. 5.ſuper glo.in verbo vitijs,& idem in l.3.colum.fin. C.quod me.cauſa.Et hoc verum de iure ciuili.Sed de iure canonico iſta concluſio non procederet reſpectu inuaſoris, furis, raptoris,vel hęredis propter malamfidem per ea quæ dixi ſupra & dicentur infra.Procederet tamen reſpectu tertij poſſeſſoris, qui poſſediſſet triginta annis cum titulo & bonafide, vel bonafide tantum l.ſi quis emptionis.§.1.quæ non eſt correcta de iure canonico, quatenus loquitur de præſcribente bonafide ſine titulo,vt plene dixi in 5.q.huius partis.Quod eſt verum,dummodo iſte ſingularis ſucceſſor inchoet preſcriptionem ex perſona ſua non vtendo acceſſione temporis authoris ſui malæfidei, prout declarat Panor.in d.c.nihil.colum.2. Si verò ſit vitium perſonale,vt malafides,clādeſtinitas,vel precarium,quę ſunt ſpecies malęfidei,facio duo membra principalia. Primum membrum eſt in ſucceſſore ſingulari.Secundum eſt in vniuerſali.Circa primū membrum dico,ꝙ ſucceſſor ſingularis de iure antiquo poterat præſcribere inchoando preſcriptionem ex perſona ſua non obſtante malafide authoris.Si verò vtebatur acceſſione & adminiculo poſſeſſionis authoris ſui malęfidei non poterat præſcribere,nec etiam poteſt de iure hodierno. d.l. Pomponius.§.cum quis.& l.an vitium.in princip.vbi glo. bene declarat. ff. de diuer. & tempo. preſcrip. Hodie verò in primo caſu eſt immutatum per §.rurſus. in Authen.vt ſponſa. largi. qui eſt tranſſumptus in authen.malæfidei.C.de preſcrip.longi tempo. vbi dicitur,ꝙ malafides authoris nocet ſucceſſori ſingulari in preſcriptione longi temporis 10. vel 20. annorum domino ignorante ius ſuum & alienationem factam.Sed non nocet in præſcriptione 30.annorum.Si verò dominus,contra quem preſcribitur, non ignorauerit ius ſuum,& ſciuerit alienationem factam,& tertium ſingularem ſucceſſorem bonęfidei habentem titulum & cauſam à malęfidei authore rem quam prętendit ſuam poſſidere, & tacuerit decem annis inter præſentes,& viginti inter abſentes,currit preſcriptio contra eum,non obſtante malafide authoris propter talem ſcientiam.Vbi autem ſucceſſor ſingularis rem poſſedit ſpacio 30. annorum, eſt in totum excluſus antiquus dominus non obſtante malafide authoris,ſiue ſciuerit, ſiue ignoraue rit.Salua tamen reſtitutione ex capite iuſtæ ignorantię, vt plene dicetur infra.Iſte eſt text.explanatus in d. authen. malęfidei.

Et hæc vera,quando ſingularis ſucceſſor non utitur adminiculo & acceſſione poſſeſſionis ſui authoris malæfidei. Si enim vtitur tali acceſſione,debet vti cum ſua cauſa & vitijs,& eo caſu ibi ſęmper nocet malafides authoris,etiam in preſcriptione longiſſimi temporis.d.l. Pomponius. §. cum quis. & ibi plene not. gloſ.Barto.& Doc.Et declarat glo.in d.l. an vitium. in princip.

7 † Et ex his remanet bene declarata.d. auth. malęfidei. quò ad textum,quam limita 12.modis,& tres limitationes ponit Bart. in d.l. Pomponius. §.cum quis. & alias quinque,& ſic vſque ad numerum octo ponit ibi Alexan.colum.3.& 4. & 12. col. idem Areti.in §.ſed iſtę colum.7.& 8.verſi. quęro ab extra. Inſtitu. de actio.quas repetit in §.furtiuę.colum.fi.Inſtitu.de vſucap. ex quibus plures tradit Imol.in l.furtum.§.fundi.circa fi. commen. de vſuca.vbi examinat intellectum illius authen. Referam ſolum aliquas vtiliores,quę frequenter verſantur in practica.

Primò limitatur illa authen.vt locum habeat in præſcriptione rerum immobilium.Non autem in vſucapione mobilium; quia ibi nihil cauetur, niſi de preſcriptione longi temporis,& de vſucapione nullum fit verbum.Et ſic iura antiqua in hoc remanent incorrecta ſecundum Barto.in d.§.cum quis.cuius opi. eſt communis, licèt Sali.conetur impugnare in d. auth. malæfidei,vt atteſtatur Alexan.in d.§.cum quis.& ſalua,vt ibi per eum, & Iaſ.in fi.3.colum.propter contrarium. d.§.furtiuæ.Inſti.de vſucap.Cum res mobilis nunquam videatur poſſe alienari à malędei poſſeſſore,quin eam cōtractet,& furtum committat, vt ibi. Et ideo tanquam affecta vitio furtiuitatis realis non videtur poſſe vſucapi.ideo dic vt per Alexan.& Iaſ.vbi ſupra. Ex hac prima limitatione Barto.colligit Are.in d.§.cum quis.ꝙ in materia correctoria ſtatutum loquens de preſcriptione non trahitur ad vſucapionem,licèt ex illa ſignificatione vocabuli vſucapio appelletur preſcriptio,vt in multis legibus tituli. ff.de vſucap. & ibi ſequitur Iaſ.colum.4.comprobans ex not.per Bald. in l. quod conſtitutum.C.ne de ſta.defun.vbi not.ꝙ ſtatutum inducens preſcriptionem fauorabiliter non extenditur ad aliam preſcriptionem ſimilem.De quo dixi in 3.q̄ſtio.primę partis princi.huius tracta.

Secundò limitatur illa auth. vt procedat domino ignorante, ſed eo ſciente nihil eſt mutatum ſecundum Barto. in d. §. cum quis,quę limitatio expreſſe colligitur ex text. qui ſe ita declarat in d.auth.malæfidei.

Tertiò limitatur d.auth.malæfidei,vt procedat in primo emptore ſeu ſingulari ſucceſſore,qui emit,vel aliàs cauſam habuit à malęfidei poſſeſſore. Secus in eo qui cauſam habet à primo emptore bonęfidei habente cauſam ab alio authore malæfidei, & ſic in ſucceſſore mediato. Nam tunc ſecundus emptor,vel cauſam habens præſcribit rem longo tempore non obſtante malafide primi authoris; quia non nocet, niſi immediato ſucceſſori. Has tres fallentias tradit Barto.in d. §. cum quis & communiter ſequuntur Docto.

Quartò limitatur,vt procedat quò ad preſcriptionem dominij.Secus verò in preſcriptione actionis hypothecariæ; quia emptor,vel ſingularis ſucceſſor præſcribit aduerſus hypothecariā cum bonafide,& aduerſus creditorem non obſtante ꝙ cauſam habeat à debitore malęfidei.

Item determinat Specu.in titu.de preſcrip. §. 1. colu.vlti.verſicu.quid ſi debitor,& ver.ſed nunquid hodie.& ſequitur Ioan. And.ibi.in addi.late comprobans iſtam limitationem,& ſequūtur Alex.& communiter Doct.in d.§. cum quis.

8 † Quintò limitatur,d.auth.malæfidei, vt non procedat quò ad publicianam;quia habenti titulum ab authore malæfidei cōpetit publiciana,dummodo ipſe fuerit in bonafide tempore traditionis ſecundum Bart.Bald.& Ange.in l.eum qui.§.prætor.ff. de publi.Reprobata opin.glo.& late Salice. in d.auth.malæfidei qui hoc nititur pluribus rationibus comprobare, ſequitur Areti.in d.§.ſed iſtę,& in d.§.furtiuę.in 6.limi.& Alexan. conſi.39.viſis ſcripturis.verſic.pręterea quò ad materiam.2. volu. Et ſic remanet incorrectus text.in d. l. eum qui.§.prætor ait.vbi eſt caſus not.ꝙ malafides authoris non nocet ementi bonafide quò ad publicianam.Et conſequenter nihil erit hodie immutatum in publiciana per d.authen.malęfidei.Et iſta eſt communis opi.vt atteſtatur Alexan. in prędalleg.conſ.& in l.Pomponius.§.ſi iuſſu. circa fi.commen.ff.de acquiren.poſſ.& in l.rem quæ nobis. col. 3.vltra medium.ff.de acqui.poſſ.Quam opi.etiam tenuit glo. in cap.abbate.in glo.magna poſt medium.de re iud.in 6.Bald.in l. ancillę.colum.1.C.de fur.Et eam eſſe ueram & communem late firmat Iaſ.in §. ſed iſtę colum. 27. cum ſeq. in anti.im preſ.& conſi.19.in noua.ver.iuxta hanc partem glo. Inſti. de acti. Hinc dixit Bald.in d.l.ancillę.in fi.5.oppo.ꝙ ſi per ſtatutum eſſent alterata omnia tempora preſcriptionis;tamē publiciana remanet ineſſe ſuo.Refert Iaſ.vbi ſupra quamuis Barto. tenuerit contrarium in d.l.rem quę nobis. vbi reprehenditur communiter per Doct.vt ibi late per Alexan. colu. 3. circa medium,qui conatur defendere Bart.à cōtrarietate aliquo modo.Nam communem
9 tenuit ipſe in d.§.prætor ait.& ſic fuit ſibi contrarius. † Ex prędictis colligitur intellectus & limitatio ad rām l. eum qui.in prin. ff.de pub.q̄ habet,ꝙ à pari procedunt publiciana & vſucapiendi condictio,vt procedat affirmatiue & non negatiue. (An hęc ſint conuertibilia,ꝙpetere publicianā pro aliqua re & eā poſſe p̄ſcribi,vide pulchre p Bald.in repe.l.fi.col.15.in fi.C.de p̄ſcrip.longi.tempo.) Item limitat Bald.l.nihil.C.pro hęre. Sequitur Alex. in l.3.§.ex pluribus.in fi.commen.ff.de acqui. poſſeſ. Nam licèt malafides authoris impediat preſcriptionē longi temporis,non tamen impedit publicianam:vt ex p̄miſſis patet.Ergo non,ꝙd dit iſta regula negatiue.Iſtam limitationem refert Iaſ.in d. §.ſed iſtę.circa 4.ſeu 5.colu.in 2.euidentiali,& eam impugnat firmans ſatis incaute,ꝙ rāa d.l.eum qui.in princi.procedit tam affirmatiue,q̄ negatiue,per text.rotundum fm eum in d.l.eum qui.§.hęc actio.Sed do.Iaſ.in hoc non modicum fallitur;quia ibi eſt caſus rotundus contra eum,iuncta l.ſi ſeruus.ff.de publicia.quos text. pro hac limitatione adduxit Alex.quē forte tunc ipſe nō viderat,in

rat,in l.1.§.hęc quæ de seruis.in fi.commen.ff.de acquiren. possſ. vbi sequitur hanc limitationem Bald.& probat per illa iura quę sic induco contra Ias.ad probandum hanc conclusionem de directo. Nam licèt per seruum proprium acquiratur possessio domino ignoranti,etiam quò ad vsucapionem ex causa peculiari. Extra tamen causam peculiarem,& si acquiratur possessio domino ignoranti per seruum,non tamen acquiritur vsucapiēdi condictio:vt habetur in l.j.§.item acquirimus.ff.de acquiren. possessione iuncta l.possessio quoque.§. & si possessio. illo eo.titu.vbi dicitur,ꝙ etsi possessio per procuratorē acquiratur ignoranti,non tamen vsucapiendi seu præscribendi conditio;quia vsucapio tantum scienti competit. Et nihilominus si res fuerit vē dita & tradita seruo vel procuratori ignorante domino quamuis non acquiratur prędscribendi condictio ipsi domino, sibi tamen competit publiciana. Casus est apertus in d.l. eum qui.§. hęc actio.iuncta d.l.si seruus. Frgo ibi est casus rotūdus pro hac limitatione Bald.contra Ias. ꝙ competit publiciana, licèt non competat vsucapiendi vel prędscribendi condictio. Et sic restat vera conclusio,ꝙ regula.d.l.eum qui procedit affirmatiue, prout loquitur,sed non negatiue.Confirmatur per ea quæ supra dixi post 7.quęst.huius partis.versicu.circa præmissa. Vbi concluſi,ꝙ mala fides superueniēs,licèt de iure canonico interrumpat
10 præscriptionem,non impedit publicianam. † Nunquid autem malafides hæredis noceat legatario,vide per Alexan. & Moder. in l.Pomponius.§.sed & legatario.ff.de acqui.possess. Et per hæc remanet expeditum primum membrum, an malafides authoris noceat successori singulari.

Secundum principale membrum est, an malafides authoris noceat successori vniuersali, idest, hęredi, in quo fit breuis con-
11 clusio † ꝙ malafides defuncti sibi indistincte nocet. Vide late Paulum de Cast.consilio 292.visa suprascripta,in antiquis. (Et Barba.consi.12.prędclare scribitur.colum.12.) quia hęres est successor vitiorum l.cum hęres.in prin.ff.de diuer. & temp.prędscri. Et quia censetur eadem persona cum defuncto:vt in auth. de iureiuran.à mort.prędstit.in princi Et hoc non habet dubium,quando vtitur accessione temporum defuncti.d.l.cum hęres. & l.an vitium.& ibi declarat glos.& Doct.ff.de diuer. & temp. prędscri. & d.l.Pomponius.§.cum quis.& *ibi* per glo.& Doct.ff. de acqr.
12 poss. † Sed dubitatur,quid si hæres non velit vti accessione defuncti,sed inchoare prędscriptionem ex persona sua, vtrum præscribat non obstante malafide defuncti,cuius tempora non iungit cum tempore suo.Dy. in cap. possessor. columna vltima de regu.iur. in 6. dicit, ꝙ de equitate canonica malafides defuncti non nocet hęredi,si vult inchoare prędscriptionem ex pśona sua. Sicut in singulari successore dicitur in d.l. Pomponius. §. cum quis.Sed rigor iuris ciuilis secundum Dy. qui malam fidem defuncti transfundit in hęredem,hoc non patitur per d. l. cum hęres. vbi Barto. videtur sequi opi. Dy. & ibi late notat Alexan.in apo.& latius ipse in d.l.Pompo.§.cum quis.in 6.& 7. colum.vbi refert Cy.& Bar.in l.vitia.C.de acqui.poss. & quosdam alios seq opi.Dy.pro qua ipse Alexan.aliquando consuluit, & consulue-
13 runt alij relati in calce quęstionis. Bald. verò distinguebat inter prędscriptionem longissimi temporis,in qua non requiritur titulus:vt in ea malafides authoris non noceat hęredi inchoanti p̄scriptionem ex persona sua,& sic procedat opi.Dy.& inter præscriptionem lōgi temporis,in qua requiritur titulus, & sic oportet ꝙ vtatur adminiculo authoris sui. Et tunc proprie loquitur text.in d.l.cum hęres qui debet intelligi de prędscriptione longi temporis secundum ius Digestorum,quo iure non fuit cognita præscriptio 30.annorum:vt dicit glos.in l. Iulianus. ff. ex quibus caus.maio. & in l. qui occidit. aliàs occiderit. in princi. in verbo amisit.ff.ad l.Aquil.not.Barto.in l.tutor rerum.in fi.ff. de admi. tut.ita tenet Bal.in l.eum §.in hac.& in l.si ego.§.partus. ff.de pupli.& in l.nihil.C.de vsucap. pro hęre. Et hāc distinctionem Bal. sequitur Are.in d.§.cum quis. (Vide ibi.D. Claudium A quem. qui nouiter distinguit in hoc ar.& refert Aret.) pro qua est glo. in cap.cum quis in ius.de regu.iu.lib.6.Breuiter communis opi. est contra Dy.& sequaces,ꝙ indistincte malafides defuncti noceat hæredi in præscribendo,etiam in præscriptione longissimi temporis,adeo ꝙ hęres vtroque iure prędscribere non poterit eo casu quo defunctus non poterat,licèt ipse sit in bona fide, & ue-
14 lit à seipso præscriptionem inchoare.Istam conclusionē firmat But.& Panor.in cap.si diligenti.colum.5.ver. sed circa prædicta. de prędscri.Qui mouetur duabus rationibus. Primò: quia hęres tenetur exonerare conscientiam defuncti.cap.fin.de sepul.& aliter exonerare non potest,nisi rem restituat, vel debitum soluat: cum defunctus esset in mala fide secūdum eos.Secundò mouetur Panor.quia omne ius suum causatur à defuncto, & censeri debet eodem iure,vt ibi latius per eum. Ex quo inferunt,ꝙ sicut
15 defunctus malęfidei nullo tempore potuisset prędscribere.cap.fi. de prędscrip.ita nec suus hęres poterit.d.l.cum hæres quod dicit Panor.esse bene notandum. Eandem opi. firmat ipse Panor.in cap.nihil.colum. 2. versi. successor verò vniuersalis. vbi vide de prędscrip. Ex quo sequitur,ꝙ cum secundum communem opinionem,vt dicetur in quęstio. sequen.de spon.d.c.fi.de præscrip. locum habeat,& corrigat ius ciuile tam in actionibus realibus quàm personalibus,vt nulla præscriptio currat cum mala fide, ꝙ sicut principalis persona habens malam fidem. puta debitor, vel possessor malęfidei nullo tempore prędscribere potuisset, ita nec hęres eius,siue in actione reali,siue in personali.Istam partē firmat Io.de Imo.in repet.d.cap.fi.colum.2. & 3. de prędscript.

Et in hac opi.tanquam vera residet Alexan. in d. §.cum quis. colum.6.seu 7.vbi do.Ias.colum.pen. & vlt. plene examinat istū articulum,& concludit,ꝙ ista videtur magis communis opi.

Et hanc quęstionem late prosequitur Fely.in d. c. si diligenti. colum.4.& 5.referens plures authoritates ad vtranque partem. Et tandem concludit,ꝙ pauci sunt,qui recedant ab opi. Ant.de But.contra Dy.quia est communis secundum eum.Et hanc cō clusionem tanquam veram,& communem contra opin. Dyn. firmat Alexan.in plerisque consilijs,videlicet consi. 84. in causa vertente inter cameram.1.colum.1.volu.& consi.4. videretur in spectis.vlti.colu.& consi.89.viso puncto.3.colum.& consi. 213. viso & oportune discusso.colum.pen.versic. secunda ratione 2. volum.& plene consi.63.stantibus his.colum.2.versi.prędsuppositō.& consi.99.videtur prima facie dicendum.vlti.colum.4.volum.& consi.5.videretur pro decisione, circa fi.2. colum.5.volu.vbi concludit,ꝙ mala fides defuncti impedit hæredem prędscribere,& inchoare prędscriptionem ex pśona sua, siue in actione reali,siue personali, quamuis ipse habeat iustam ignorantiā, & præsumptam fidem,per l.qui in alterius.ff.de reg. iur.de vtroque iure,& hanc partem esse seruandam in vtroque foro,& vbi que damnat opi.Dy.in d.c.possessor. Eandem conclusionem cō tra Dy.firmat late Roma.consi.201.pro decisione, & Panor.cōsil.110.nitar in prędsenti causa in 14.quæst.& consi.125.facti cōtingentia sic proponitur,vbi dicit, ꝙ semper legendo & consulendo tenuit contra Dy.Eandem opinionem confirmat Aret. in §.sed tamen.Instit.de vsuca.Sed pro contraria opin. Dy.in d.c. possessor.colum. fin. ꝙ mala fides defuncti non noceat hęredi volenti inchoare prędscriptionem ex persona sua,consuluit Alexan.sibi contrarius consi. 110. visis acutissimis dubitationibus. prope.fi.1.volum.& consi.39.visis scripturis. 1. colum. & consi. 134.& in causa & lite vertente inter Albertinum.circa fi. 2. vol. & Pau.de Cast.consi.292.aliàs 183.visa suprascripta facti narratione.& do.Pet.Phil.Cor.consi.176.ad euidentiam.2. colum.1. vol.& consi.138.videtur per totum,& consil.16. viso primo thema.col.2.in fi.& seq.2.volum.& consi.304.rem ardu.m 14.colum.3.volu.& consi.93.quia causa & consi.277.ad euidentiam. pen.col.4.volu.& Io.de Imo.consi.44.in casu prędmisso.versi.circa secundum.Sed propterea non videtur in iudicando & consulendo recedendum ab alia opini.contra Dy.pro qua frequentius & plenius consuluit Alexan.& quam Doct. attestātur communem,& quę fulta est longe pluribus authoribus,vt supra patet.Limitatur ista communis conclusio contra Dyn. vt non p-
cedat in tribus casibus, in quibus seruatur opi. Dy. † Primò igitur limita:vt non procedat in successore vniuersali in prędlatura, & dignitate,siue in beneficio;quia licèt prædecessor suus fuerit in mala fide,non impeditur præscriptio ex sua persona,vt not. glo.& Dec.in cap.cura.de iure patro.Sequitur Alexan.in d.l.Pōponius.§.cum quis.col.6.vel 7.ff.de acqui.possessio. Alexan.præallega.consi.89.3.col.2.volum.& consi.63.2.colu.4. volu. Et firmat glo.& Panor.in c.de quarta.colum.2.& ibi Fely.col. 6.ad fi. de præscript. vbi tangunt, an successor in prælatura bonęfidei possit complere præscriptionem inchoatam per prędecessorē suum cum mala fide, & sic iungendo tempora authorum, & concludunt ꝙ non.Secundò limita, vt prędicta conclusio non procedat in hęrede,qui feciſſet inuentarium solenne ad formā. l.fina.cum ibi not. C. de iure delib. & possedisset triginta annis cum bona fide.Tunc enim prędscribit rem etiam sine titulo ex sua persona;quia titulus non erat necessarius. Et inuentarium ipsum conseruat,ne sibi noceat mala fides defuncti, cum non velit vti titulo defuncti,nec quò ad dominium, nec quo ad possessionem.Ita decidit not.Alexan.in d.l.Pomponius.§.cum quis colum.6.seu 7.circa medium.versi.tamen in vno casu.Tertio limita,vt prędicta conclusio non procedat in prędsumpta mala fi-
14 de, † prędsumpta mala fides defuncti causata ab errore iuris non nocet hęredi in prędscribendo. glo. est nota. in l. tutor rerum. in glo.magna,in fi.ff.de admini.tut.quam dicit singularem, & multum commendat Pau.de Cast.in l.nunquam.in princi. ff.de vsuca.& declara vt ibi per eum,& per Alex.in d.§.cum quis. colu.6. vel 7.versi.vnum addatis. vbi mandat istud perpetuo notari.Et in tribus casibus saluari potest opin. Dy. communiter reprobata.Has duas vltimas solutiones refert & sequitur Felyn. in dicto
15 capitu.si diligenti.colum.5. † Quarto limita,& salua opi. Dy.vltra Alex.vbi supra in alio casu,videlicet quādo hrs vellet prędscribere ex titulo,quē habuit à tertio,siue illum habuerit añ mortē testatoris,siue post. Tunc.n.mala fides defuncti sibi non nocet; quia etiam si non esset hęres,prędscriberet,text.est not. in l. an vitium.§.fina.ff.de diuer.& tempo.prędscrip. Ratio est; quia quò

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De præſcriptionibus.

ad illam rem ſucceſsit in locum extranei, non autem in locum defuncti habentis malam fidem: vt dicit ille not. text. quem pro ſingulari not. Bal. ad hoc in l. eum qui. §. in hac. ff. de publ. & Ange. in §. ait prętor. eadem l. & nota. Lud. Rom. & Iaſ. in d. l. Pomponius. §. cum quis. colum. 4. verſi. limita dupliciter. Et vltra Iaſ. addo Alex. conſi. 79. viſis ſcripturis. i. colum. 2. volum. vbi dicit, ꝙ hęc limitatio eſt etiam de mente glo. in c. cum quis in ius. de regu. iur. in 6. quæ ſentit expreſſe, quòd vbi hęres ñon ſe fundat in titulo, & iure defuncti, ſibi eius mala fides non nocet. (Adde Paul. de Caſt. conſil. 292. viſa ſupraſcripta. in antiquis, vbi plene tractat, an mala fides authoris noceat ſucceſſori vniuerſali, & an hęres bonęfidei poſsit præſcribere, ex titulo defuncti, qui erat in mala fide. Sed non puto, quod bene loquatur per ea quæ dixi ſupra in hoc articulo.)

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio 30 anno. vel longioris temporis, an de iure canonico procedat cũ mala fide in actione perſonali.*
2 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
3 *Debitor non peccat, ſciens ſe debere, ſi ſit paratus ſe ſoluere.*
4 *Mala fides impedit præſcriptionem in actione perſonali ſicut in reali. numero quinto.*
6 *Pœna conuentionalis, aut legalis, & ſtatutaria, ſeu conſuetudinaria quo pacto poſſint exigi.*
7 *Debitor non præſcribit in actionibus ſui natura temporalibus, quæ potius ſunt ad intereſſe quàm ad pœnam.*
8 *Ius agendi vbi fundatur ſuper peccato, nunquam præſcribitur.*
9 *Actioni perſonali non præſcribitur cum mala fide.*
10 *Hęreditas non adita regulariter non tranſmittitur ſaltem ad extraneos.*
11 *Hæreditas antequam adeatur non dicitur in bonis.*

1 Decimotertio principaliter q̃ro, †vtrũ de iure canonico præſcriptio 30. anno. aut longioris temporis procedat cum mala fide in actione perſonali. Nam de iure ciuili certum eſt, ꝙ tanto tempore tollitur omnis actio realis, & perſonalis nõ attenta bona fide, quæ non conſideratur in perſonalibus actionibus, ſed ſolus temporis curſus 30. vel 40. anno. l. ſicut. l. omnes. l. cum notiſsimi. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. & l. 2. C. de conſti. pec. quinimmo tanto tempore etiam fur & raptor præſcribunt ſecundum leges, vt eſt caſus in l. 1. §. ad hæc. C. de anna. excep. Sed maxima eſt dubitatio, an iura canonica in hoc corrigãt iura ciuilia. (Adde ꝙ opi. Barto. in §. ſi viam. ſequitur Bald. conſilio 420. quędam ſcriptura, circa medium. 2. columna in 3. vol.) Barto. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuc. & in l. hæc autem iura. ff. de ſer. vrb. prędd. tenuit, ꝙ l. ſicut. & l. cum notiſsimi &c. non corriguntur, quatenus loquuntur de perſonalibus; quia vt ipſe dicit, iura canonica, videlicet text. in cap. vigilanti. & in cap. fin. de præſcri. & in cap. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. loquũtur de poſſeſsione malefidei, & in actionibus perſonalibus non datur poſſeſsio, ſecundum Barto. ideo non requiritur bona fides; quia ex parte debitoris non eſt poſſeſsio: ſed præſcribit potius per negligentiã non petentis. Et ideo concludit, quòd prędicta iura canonica loquuntur in præſcriptione rei corporalis, quę ex poſſeſsione procedit. Non autem in perſonalibus, quę nõ poſſidentur. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum domi. & tandem Bart. ſe ſubmittit determinationi ſanctę matris eccleſię, & theologorum. Et ante Barto. iſta fuit opin. Hoſtien. de quo ipſe nullam facit mentionem, in ſumma, in titu. de præſcri. re. immo. §. quæ res. columna 1. verſicu. actiones verò perſonales. vbi firmat. quòd per iura canonica non derogatur legibus antiquis quò ad actiones perſonales; quiá non in perſonalibus, ſed in realibus tantum locum habent, vt patet ex lectione ipſorum iurium ſecundum Hoſti. qui ibi late proſequitur hunc articulum & latius quàm Barto. Et opi. Barto. in dicto §. ſi viam. ſequi videtur Bald. in foro ciuili, in §. ſi quis per 30. columna 3. in tit. ſi de feu. fue. contro. dicẽs quòd in foro Iuſtiniani vera eſt opi. Barto. licèt ſecus ſit de iure canonico; quia cum ille, qui ſcit ſe debere, ſemper peccet. p̃ſertim ſi dies, vel creditor interpellauit. l. dolus. ff. man. meritò non debet in ſuo delicto foueri. cap. fi. de conſuet.

Et hanc opin. Hoſti. & Barto. pertinaciter defendit prac. Papi. in forma reſp. rei conuen. in glo. in verbo. præſcriptionis, quamuis non alleget Hoſti. vbi plus auſus eſt dicere, ꝙ indiſtincte ſeruari debet ius ciuile in materia præſcriptionis in foro ſeculari, & quòd leges ciuiles permittentes præſcriptionem cum mala fide non ſunt correctę. Aſſerens quòd iſta opin. tanquam verior cõmuniter practicatur tam in perſonalibus quàm in realibus, nõ conſiderata diſtinctione Barto. in d. §. ſi viam. quę (vt ipſe dicit) non attenditur, nec practicatur, nec facit differentiam inter reales & perſonales in foro ciuili, & temere loquitur contra eccleſiam, & mouetur ſatis debili fundamento, & errat aperte.

Et pro iſta parte conſulnerunt aliqui Mode. relati in calce huius q. Contrariam partem, quod iura ciuili, quę permittunt præſcriptionem cum mala fide, ſint in totum correcta per iura canonica, nedum in actionibus realibus & rebus corporalibus, ſed etiam in perſonalibus, & iuribus incorporalibus communi ter tenent Docto. tam canonici, quàm legi. & hęc primò fuit opin. Inno. & glo. in capitu. fin. de præſcrip. quam ſequuntur ibi omnes Canoni. maxime But. & Imo. qui hunc articulum latiſsime diſputat ad vtranque partem in repe. illius capitu. fin. colum na vndecima & duodecima cum quinque ſeq. in eo multum ſe inuoluens, & ad fi. decimętertię columnę atteſtatur, quòd opin. Barto. eſt communiter damnata, & idem Imo. in dicta lege ſequitur. §. ſi viam. hunc articulum diſputãs per tres columnas & ibi refert circa fin. ſecundę columnę, quòd communis opin. eſt contra Barto. & quòd contra ipſum de facto conſuluit. Cuius opi. confutat etiam per plura Panor. in dicto capitulo fina. colu. ſecunda cum tribus ſeq. poſt longam diſcuſſionem concluſiue diſtinguens. An præſcribens ſit in peccato, vel non, vt ibi per eũ, & late in cap. quod clericis. colum. pen. de fo. compet. & eius diſtinctionem ſequitur ſolennis Doct. do. Bap. de ſan. Seue. in repe. l. omnes populi. in 8. car. columna prima. cum ſeq. verſicu. ſecundò infert Barto. de iuſt. & iu. & ſecundum opi. Panor. conſuluit Cuma. conſi. 77. ſtatuto ciuitatis Vicentiæ. columna prima. verſi. mihi autem. & videtur eandem opi. tenere Alex. conſi. 82. videtur prima facie dicendum. ſecunda columna quarto vol. cõtra Bar. tenet etiam Ange. in repe. l. 1. in fi. comm. C. de iudi. & in d. §. ſi viam. Bald. in l. prima. C. de ſer. & aqua. & in d. auth. ad hęc in fi. 2. colum. C. de vſur. dicens, quòd cano. communiter tenent oppoſitum: & idem in l. prima. C. de præſcrip. 30. anno. Et opi. Hoſti. & Barto. confutat per plures rationes Pet. de Anc. in cap. ſine poſſeſſione. columna octaua. de regu. iur. in 6. concludens, quòd iura ciuilia corrigantur per iura canonica tam in perſonalibus, quàm in realibus, vt præſcriptio non habeat locum cum mala fide. Hunc articulum diffuſe explicat Fely. in dicto capitulo fin. columna prima, & ſecunda cum ſeq. de præſcript. adducẽs plures authoritates ad vtranque partem, & demum concludit', hanc eſſe communem opi. contra Hoſti. & Bar. reprobat diſtinctionem Panor. ibi probans, quòd ſua opi. implicat contradictionem. Et iſtam partem tanquam veram, & communem, ꝙ mala fides impediat præſcriptionem in actione perſonali, & iuribus incorporalibus contra Hoſtien. & Barto. & quòd ſit ſeruãda in vtroque foro, firmat Alexan. in pleriſque conſilijs, videlicet conſilio 185. viſo titulo. quæſt. ſecunda dub. antepen. colum na ſecunda, volum. & cõſilio trigeſimotertio viſo proceſſu cauſæ. prima columna tertio volumine, & conſilio 63. ſtantibus tertia columna. & conſilio 99. videtur prima facie. 1. & 2. colum. 4. volum. & conſilio 51. videretur pro deciſ. 1. & 2. colum. 5. vol.

Et in his duobus vltimis conſi. latius examinat, & comprobat hanc partem bonis rationibus; & fundamentis confutando per plura partem contrariam. Eandem opi. contra Hoſtien. & Barto. ſequitur, & dicit communem do. Præpo. in §. ſi quis per 30. circa fi. commen. in tit. ſi de feu. fue. contro. & do. Philip. Frãc. in cap. poſſeſſor. columna ſecunda. de reg. iur. in 6. dicens quòd hæc opi. contra Barto. videtur verior & vt tutior tenenda, licèt opi. Barto. forte procederet de iure in foro ciuili ſecũdum eum, quod tamen non eſt verum, vt ex præmiſſis liquet. (Adde quòd iſtam partem contra Barto. firmat Bertac. & comprobat pluribus in repertorio in verbo. præſcrip. 2. in fi. 2. colum. & ſeq. & Rapha. Cu. conſi. 147. domina comitiſſa.) Et hanc partem contra Barto. in d. §. ſi viam. tenet etiam Fulgo. conſi. 123. S. & P. ciues. 1. colum. referens quòd ſic ſe habet communis opi. cano.

Et pro iſta parte adducit Fely. in d. capitulo fin. duas efficaciſſimas rationes, quæ fuerunt Imo. in d. §. ſi viam. columna tertia, & quarta, quas latius deducit Alexan. in conſi. præalleg. maxime conſi. 51. quinto volumine. Et potiſſimum fundamentum ſumitur ex tex. in dicto capitulo fi. qui vtitur vniuerſali negatiua, vt nulla valeat abſque bona fide p̃ſcriptio tam canonica quàm
2 ciuilis. † Nam qui totum dicit, nihil excludit. c. ſi Romanorum 19. diſt. & c. ſolitæ. de maiori. & obed. l. Iulianus. in prin. ff. de lega. 2. Nec diſtinguit ille text. inter actionem realem, & perſonalem, ſed generaliter loquitur, ergo generaliter & indiſtincte debet intelligi l. prima. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. l. ſi quis ſic & ibi not. Alexan. ff. ſolu. matrimo. Ad quam regulam plura cumulat Iaſ. in l. quamuis. ff. de in ius voc.

Secundò: quia ratio peccati, ſuper qua fundatur diſpoſitio. dicti capituli finalis, quæ eſt expreſſa in text. ita militat in actione perſonali, ſicut in reali. Ideo ex quo concernit ſalutem animæ diſpoſitio illius capituli licèt correctoria, debet extendi, vt latius per Imo. & Alexan. vbi ſupra. Et ſic eſt tenendum.

Pro parte tamen contraria, & ſecundum opi. Hoſtien. vbi ſupra & Bart. in d. §. ſi viam late conſuluit do. Mari. Soci. circa primum conſultationis articulum. per totum, quam conatur ſuſtinere per plura, & ibi columna ſecunda auſus fuit affirmare, ꝙ opi. Hoſtien. & Barto. eſt communis, & eandem opi. tenuit ipſe Mari. in repe. rub. de cau. poſ. & proprie. licet veritas ſit in contrarium, vt ex præmiſſis patet. Et pro opi. Hoſtien. & Barto. conſuluit etiam do. Pet. Philip. Cor. conſil. 176. ad euidentiam. colum. 2. & 3. & conſi. 138. videtur per tot. 1. volum. & conſi. 206. circa
3 thema. 2. vol. vbi ꝯcludit† ꝙ debitor nõ peccat, ſi ſciẽs ſe dẽre paratus

ratus est soluere,maxime in his quæ debẽtur officio iudicis, & late idem Cor.consi.251.in hac consultatione,& consi.275.quã quam.col.1.vers.& dato.& colu.pen. ver. cessat ergo 3. volu.& consi.277.ad euidentiam.per totum 4. vol. vbi conatur dare nouum intellectum ad text.in d.c.fi.de præscrip. & ad §. habeat. in Auth.vt eccl.Ro.col.pe.Et opi.Bar.videtur sequi do.Philip.Frã. in d.c.possessor.col.fi.de reg.iur.in 6.Sed propterea recedendum non est ab opi.communi contra Hosti. & Bart. Et sic remanet
4 firma cõclusio,† q̃ mala fides impedit prẽscriptionem in actione personali sicut in reali secũdum veram & communem opi. Hanc communem cõclusionem limitat & restringit Fely.quatuor modis in d.c.fin.col.2.& 3.de præscrip.Referam solũ duas limitationes,videlicet primam & vltimã aliqua addendo,omissis alijs restrictionibus quas Fely.non firmat, & quæ sunt modi ci effectus.

5 † Primò limitatur prædicta conclusio, vt non procedat,vbi actio est personalis,& habet tempus limitatum à lege, vt actio furti ad duplum vel quadruplum,actio vi bonorum raptorum iniuriarum & similes:nam iste actiones finiuntur,& præscribũtur per debitorem etiam scientem lapso anno,vel alio tempore à lege ciuili diffinito;quia cessat ratio peccati, & iniustæ retentionis:cum pœnę legales non sint debitæ in foro conscientiæ, vt vult glo.repu.sing.in c.fraternitatis.12.q.2.Quam plene discutiunt Panor.& Fely.in c.1.col.12.cum seq.de consti.not. Panor. in proẽ.decre.super verbo.rex pacificus.col.4.& Iaſ.in §.sed istæ. in vlti.car.Insti.de acti.Ita limitant Panor.& Fely. in d.c. fi. col.2. Sed moueo dubium.Quid in pœna conuentionali? An illi prę scribatur per debitorem scientem tempore legali, & spacio 30. anno.quo spacio regulariter tollitur omnis actio psonalis. Hęc quæstio dependet ex hoc.An talis pœna censeatur apposita in fraudem vsurarum,& sic an exigi possit de iure canonico.Quẽ articulum examinant glo.& Doct.maxime Bal.in l.cum allegas C.de vsur.& late not.Alex.consi.109.titulus quæstionis.3.col.3. dub.2.volum.& consi.49.paucis vtar, quod est consilium do. Ant.de Prato veteri.2.3.& 4.colu.& quasi per totum, & consi. 50.viso instrumento transactionis,quod est Alex. & consi. seq. quod est alterius 4.volu.& Alex.consi.97.viso instrumento. eo.
6 volu.& pulchre Roma.consi.143.licèt varie. † vbi ponit de pę nis conuentionalibus,legalibus statutarijs, & consuetudinarijs an possint exigi,& plene not.Aretin.& Iaſ. in §. omnes. colum. antepen.& pen.Insti.de actio.& communiter concluditur, q̃ aut pœna conuentionalis est adiecta facto,& potest exigi, & dãtur etiam in foro canonico.Aut verò est apposita dationi quantitatis,& præsumitur adiecta in fraudem vsurarum,vt probatur & not.in d.l.cum allegas.per glo.& Doc.& in l.Iulianus. §. idem Papinianus.ff.de act.empt.vbi bona glo.Et hanc materiam late tradit Alexan.post alios in l. stipulatio ista. §. alteri. columna 3. & 4 ff.de verb.obligat.

7 Secundò limitatur prædicta conclusio,vt non procedat in actionibus,quæ sunt sui natura temporales,nec continent pœnã sed potius dantur ad interesse,in quibus lex prẽfixit certum tempus ab initio;quia sic visum fuit expedire reipublicè, vt in actione de dolo.l.fina.C.de dolo.& quanto minoris redhibitoria,& similibus enumeratis per gl.Insti.de perpe.& temp.actio.in princip.super verbo plerunque,quia in istis non sunt correcta iura ciuilia, nec habetur distinctio bonæ vel malæfidei secundum Pau.de Cast.in d.l.sequitur.§.si viam. ff. de vsucap. Tunc enim, vt ipse dicit,proprie loquendo,debitor non præscribit, sed ipsæ actiones sui natura intereunt,cum fuerint introductæ cum certa temporis meta.Et not.latius Panor.in c.fi. col.3. versi.sed ego dubito.de præscrip.vbi concludit,q̃ licèt in foro ciuili non possit agi post tempus;quia non datur amplius actio, & ius ciuile potuit tollere quod dedit,vel potius non dedit vltra tempus prę finitum.Tunc non potuit tollere, quin iustitia saltem ratione peccati ministretur.Ex quo subest ęquitas iuris naturalis,iuxta no.per Innoc.in c.quæ in ecclesiarum.de consti. Et ideo poterit secundum eum ratione huius ęquitatis naturalis, & peccati agi in foro canonico per viam denunciationis iudicialis, iuxta not. in c.nouit.de iudi.secus autem vbi lex introduxit actionem temporalem ex suo arbitrio, ita q̃ nulla culpa, seu delictum reperit̃ ex parte alterius;quia tunc post tempus agi non potest, cum nõ
8 subsit causa agendi,nec materia peccati secundum Panor. † Et pro hoc q̃ possit post tempus haberi recursus ad ecclesiam rõne peccati adducit glo.singu.in c.admonere.23.quæst.2.q̃ vult, q̃ vbi ius agendi fundatur super peccato,nũquam præscribitur. Et not.idem plene in c.licet causam. col. 12. & 14. de proba.Et cum hac opi.Panor.transit Fely.in d.c.fi.colum.2.vers.recipit tamen &c.cum modificatione,dummodo concurrat dolus, quo cessante tenet ipse,quòd currat præscriptio legalis in istis actioni bur temporalibus.Confirmatur ista conclusio per id quod voluit glo.communiter approbata in auth.quas actiones.in verbo durantibus.C.de sac.san.eccl.& Panor.in c.cum causam.colu.2. vol.3.de emp.& vendi.not.Felyn.in c.de quarta ad fi. de præscr. vbi volunt, q̃ circa istas quas lex ab initio introduxit cum certa prẽfixione temporis,nihil sit immutatum de iure canonico, ita q̃ illo tempore præscribitur etiam contra ecclesiam & clericos.

9 † Tertiò limitatur singulariter vltra Fely.& omnes in d.ca.fi. prædicta communis conclusio, quę habet, q̃ actioni personali non p̃scribitur cum mala fide,vt procedat quò ad creditorem, cui actio competit,secus si nondum competit, sed competere potest acceptando, vt in legatario quantitatis vel speciei. Ante enim quàm accepter hęres,contra eum præscribit in actione psonali, licet sciat legatum factum, nec tunc dicitur præscriptio malę fidei,postquàm non apparet legatarium agnouisse legatũ. Ita singulariter limitat,vel potius declarat Pet. de Anch.in ca.fine possessione.col.9.de reg.iur.in 6.vbi dicit hoc,esse nouum dictum,& q̃ ita reperit consuluisse Bal.refert & sequitur do. Soci.consi.63.in causa vertente inter dominam Catherinam.colu. 3.versiculo præterea, quod est perpetuò notandum. Ex quo infero,q̃ prædicta communis conclusio procedit,vbi agitur de iure iam quæsito tollendo,secus si agatur de iure quærendo; quia tunc mala fides non impedit prẽscriptionem. Tunc enim proprie non est dare malam fidem,vbi adhuc non est ius quæsitum parti,quę eo casu non dicitur damnum pati,sed non acquirere, & non sunt paria lucrum perdere,& damnum pati, vt sunt iura vulgata,& facilius tollitur ius quærendum quàm ius quæsitum, & radicatum,vt plene nota.in l.non amplius. in prin. ff.de leg.j. & in l.filius.& in l.seruus.C.de pac.Vnde sequit̃, q̃ in iure adeũdi,quod tollitur & præscribitur 30.ann.vt communiter concludunt Doc.in l.licet.C.de iure delib.mala fides non impedit præscriptionem; quia non potest dici quæsitum re ante acceptatio-
10 nem siue agnitionem.† Hinc est,quòd regulariter hęreditas nõ adita non transmittitur saltem ad extraneos.l.1.§. in nouissimo. C.de cadu.toll.& l.cum antiquioribus.cum materia sua.C.de iu
11 re delib. † Quia hæreditas antequam adeatur, non dicitur in bonis,nec ius adeũdi,vt est casus repu.sing.in l.pretia rerum.in vers. est enim absurdum.ff.ad l.Fal.& ibi per Doc.not.Iaſ.in l. emancipata.colu.2.C.qui admit.Alex.consi.2.visis codicillis,legitimatione.5.colum.1.vol.& consi.114.pro decisione supradictę.vlti. col.3.volu.Et idem in prẽscriptione legitimę,& in iure offerendi,in pacto de retrouendendo, & alijs quę non competunt,nisi acceptentur.vel quę consistunt in facultate partis,vt latius dicã in quarta parte quintę par.huius tract.in 3.q. vbi omnino uide. Et duos no.casus,in quibus de iure canonico procedit prẽscriptio cum mala fide,notat pulchre Bal.consi.253.ad euidẽtiam. vlti.dub.2.vol.& verum dicat,vide vbi supra,& miror,q̃ Fely.nõ ponat istam singularem declarationem in d. c. fi. quę est admodum necessaria & peregrina & bene signanda.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum, quod si creditor non petierit debitum intra certum tempus, cadat a iure suo, vel quòd vlterius non audiatur, an valeat.*
Et qualiter distinguatur. 5. Et in quibus locum habeat. 10.
2 *Statutum, quòd actio personalis realis, vel mixta tollatur spacio 30. ann. vel minori quomodo sit interpretandum.*
3 *Dispositio statuti, quod possidens rem pro suo spacio 30. anno. quomodo sit intelligenda.*
4 *Præscriptio statutaria, quod non currat cum mala fide, & sic quod sciens se debere non præscribat, quomodo exponatur.*
5 *Statuto non potest induci præscriptio cum mala fide, & in quibus hæc conclusio limitatur.*
7 *Statutum permittens præscriptionem cum mala fide non valet, nisi ex causa.*
8 *Creditor in agendo assumens pro se adminiculum statuti, & sic executionem paratam inductam à statuto, debet etiam contra se recipere exceptionem ex eodem statuto procedentem.*
9 *Statutum permittens præscriptionem cum mala fide valet, vbi post tempus præsumitur contractum fictum, vel simulatum esse.*
Verbum vniuersale vel indefinitum non dicitur liberare eum, qui potest conueniri rei vendi.
11 *Debitum iuratum non tollitur præscriptione statutaria*
Iuramentum habet vim litis contestationis.
12 *Statutum vel alia dispositio simpliciter loquens nũquam trahitur ad actum iuratum, nisi de iuramento faciat expressam mentionem.*
13 *Statutum non potest eneruare rationem, seu obligationem naturalem, & veram iustitiam.*
14 *Authoritate Canonis potest ex causa rationabili, & in certis casibus induci præscriptio cum mala fide.*

1 Decimoquartò principaliter † quę-ro,vtrũ valeat statutum,quòd si creditor nõ petierit debitum intra certum tempus cadat à iure suo, vel quòd vlterius non audiatur, adeo q̃ sciens se debitorem prẽscribat,& sic an statutum possit inducere prẽscriptionem cum mala fide. (An prẽscriptio statutaria procedat cum mala fide per Pau.de Ca.cõsi.285.aliàs 288. hęreditas,in antiquis.Matthe.in notabili.fol.13.colum.4.vbi cõcludit,quòd leges,& statuta permittentes prẽscriptionem cum mala fide ipso iure non valent tanquam nutrientes peccatum, & Ab.Panor.consi.77.circa primũ bẽ dico vlt.dub.vlt.col.1.vo

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De præſcriptionibus.

Iu.& Raph.Cu.conſi.67.ſtatuto ciuitatis,& an tale ſtatutum valeat vide per eundem conſi.90.viſa copia præcepti,& Fulg. cõſi. 123.& S.Pet.ciues.col.1.vbi firmant, ꝙ præſcrip. ſtatutaria ſcien tibus non prodeſt.) Bar.in l.ſequitur.§.ſi viam.circa med. verſi. & idem puto.ff.de vſuca.tenet tale ſtatutum valere,dicẽs ꝙ primo caſu,quando dicit ſtatutum,cadat à iure ſuo,tollitur obliga tio ciuilis,& effectus naturalis,iuxta not. per eum in l.fi. ff. rem rat.hab.Secundo verò caſu quando dicit ſtatutum. Non audiatur,nulla obligatio tollitur,ſed via agendi præcluditur. Ideo remanet tunc via agendi per remedium denunciationis euangeli cæ,iuxta not.in c.nouit.de iudi.

Eandem opi.tenuit Bar.in l.1.ff.de vſuca. & in l.nemo poteſt. colum.4.de lega.1.vbi in tantum hoc ſtatutum approbauit, ꝙ dixit illi non poſſe per actum renunciari; quia ſecundum eum eſt introductum principaliter fauore publico, & in odium negligentis.Et ꝙ tale ſtatutum valeat ſenſit idem Bart.in l. ait prætor.§.hi plane.ff.ex quib.cau.maio.& in l.legaui.ff.de lib.leg.& in l.cum mulier.ff.ſolu.mat.& in l.ambitioſa.in 4.colu. ff.de decre. ab ordi.fac.Et opi.Bar.ſecutus eſt Ange.in repet.l.1. car. pen. C. de iudi.examinans hanc q.per duas col.vbi plus voluit, ꝙ per tale ſtatutum indiſtincte tollatur naturalis & ciuilis obligatio ipſo iure.Ita ꝙ non poterit haberi recurſus ad eccleſiam cõtra debitorem poſt terminum ſtatuti per viam denunciationis euangelicæ,& male,vt ĩ.dicetur.Et hãc opi.tenuit do.Pet.Phil.Corn. conſi.277.ad euidentiam,per totum 4.volu.Contrariam partẽ, quod tale ſtatutum non valeat in vtroque foro tanquam nutritiuum peccati,firmat Io.And.in c.2.de except.in 6. & Barto.ſibi contrarius in l.omnes populi.(Vide late do.Bap.de ſanc.Seue.in ſua repe.d.l.omnes populi.col.32.) in 2.q.3.princi. circa 7. vel 8. col.ver.eccl'alia.ff.de iuſti.& iu.decidens non valere ſtatutum,ꝙ qui per 10.ann.debitum non petierit,cadat à iure ſuo; quia nec valeret lex imperialis,quæ hoc diceret, ſed ſi ſtatutum dicat,ꝙ contractus ſeu inſtrumentum fictitium præſumatur, ſi debitũ non fuerit petitum intra tale tempus, tunc valeret;quia talis cã excludit peccatum ſecundum Barto.Bal.verò in auth.ad hæc.colu.3.ver.ſed ponamus ꝙ ſtatuto.C.de vſur.dicit, ꝙ ſtatutum per quæcunque verba loquatur,ſiue diſponendo, ſiue fingendo,nõ poteſt tollere naturalem obligationem,& ipſam veritatem, ſeu naturalem iuſtitiam,in qua fundatur euangelica denunciatio, ex quo cõcludit,ꝙ poterit ſemper haberi recurſus ad eccleſiam non obſtante ſtatuto.Sed aliter in hac q.locutus eſt ipſe Bald.in §.ſi quis per triginta.colu.2.ver.ſed quæro,nunquid per ſtatutũ. in tit.ſi de feu.fue.contr.Iſtam q.latiſſime examinat Imo. in d.l. ſequitur.§.ſi viam.colum.2.in fi.cum duabus ſeq.concludens veriorem eſſe opin.Barto.in d.l. omnes populi. in primo dicto,& tale ſtatutum indiſtincte non valere,& reſpondet ad motiua cõtraria.reprobando opin.Bart.ibi in vtroque membro, & Ange. in d.l.1.C.de iudi.Et dicit, ꝙ communiter Doct. tenent contra Bart.ibi.Et contra Bar.in d.§.ſi viam. tenet etiam ibi Ange.ſibi contrarius per tex.in Auth.vt eccle.Roma.§.1.vbi imperator appellat præſcriptionem iniquum præſidium, & dicit, ꝙ præſtat materiam peccati ſcientibus,& ſic habẽtibus malam fidem.De quo tex.plene dixi in prima parte princip.q.6. Et illum commemorat Panor.in ca.fi.in prin.4.colu.de præſcrip. Pau. de Caſt.in d.§.ſi viam.diſtinguit in articulo, vt ibi per eum. Et eandem diſtinctionem repetit in l.hęc autem iura.ff.de ſerui.ruſtico.prędi. Verùm ſua diſtinctio non procedit,vt ĩ.patebit. Et ꝙ tale ſtatutum nõ valeat data mala fide, tenent communiter Cano. in c.fina.de præſcrip.maxime Butri. & Panor. colum. 3. Et idem But. in repe.c.peruenit.col.27.de cenſi.dicens,ꝙ etiam ſtatutum principis inducens præſcriptionem non procedit cum mala fide. Et hanc partem late firmat Alexand.conſi. 185. viſo titu. quæſtionis.col.pe.ver.nec prædictis habet obſtare ſtatutum ciuitatis
2 2.volu.adducens quàm plurimas authoritates. † Et amplius cõcludit,ꝙ ſi ſtatuto ſimpliciter caueatur,ꝙ oĩs actio realis,perſonalis,vel mixta tollatur ſpatio triginta annorum, vel minori,tale ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune, quando præſcribens eſſet in bona fide,ne quis indebite damnum patiatur.Referens ita conſuluiſſe Pau.de Caſt.conſi. 296.venditio iſta,in antiqua.Et idem voluit Soci.conſi. 86. in cauſa communitatis caſtrimontis colu.pe.circa fin.ver. nec obſtat ſtatutum, quod eſt repetitum conſi.166.vbi decidit, ꝙ ſi ſtatutum diſponat
3 † ꝙ poſſidens rem pro ſua ſpatio triginta annorum præſcribat,debet tale ſtatutum intelligi ſecundum ius commune concurrente titulo & bona fide,ne poſſeſſor cum aliena iactura locupletur,& alius indebite damnum patiatur. Et tale ſtatutum non valere data mala fide firmat etiam do. Præpo. in §.ſi quis p triginta col.1.in tit.ſi de feu.fue. controuer. Et pro hac parte late conſuluit Io.de Imo.conſi.123. in cauſa quæ vertitur. colu. 1.& ſeq.verſic.item non obſtat quarta exceptio.& do.Petrus Philip. Cor.conſi.55.viſis & diligenter ponderatis.3.col.3. vol.& latius conſi.264. in hac conſultatione. 1.volu. & conſi. 338.videtur in prẽſenti conſultatione,per totum.1.vol.vbi concludit,ꝙ prẽſcriptio ſtatutaria non currit cum mala fide. (Adde conſilia.ſupra
4 alleg. in capite huius quæſtionis.) † Et ideo ꝙ ſciens ſe debere non præſcribit: & ſic tale ſtatutum debere intelligi ſecundum ius commune,quando ceſſaret mala fides, & quòd ſi ſtatutum diſponat expreſſe, ꝙ etiam ſciens ſe debitorem præſcribat,non valet;quia non poteſt ſtatuto induci, ꝙ præſcriptio currat cum mala fide in actione perſonali,etiam in terris imperij, præſertim quando interueniſſet iuramentum, etiam ſi præſumat dolum, vel fraudem.Et in præalleg.conſilio 338.columna vlt. dicit,ꝙ tale ſtatutum ſimpliciter loquens debet diſtingui ſecundum ius canonicum videlicet dummodo debitor ſit in bona fide, & ſic quando debitor ignoraret,& non eſſet in peccato,vt ibi late per eum,& idem dicit ipſe Cor.conſi.180.multum diffuſe.per totũ maxime in 2.col.3.vol.& in dictis conſilijs atteſtatur,ꝙ opi.Bar. in d.§.ſi viam.eſt communiter damnata, licet contra communem alibi conſuluerit ipſe Corne.pro opi.Bar. reprobata conſi. 277.ad euidentiam.per totum 4.volu.vbi nititur illam multum colorare,& dare nouum intelle.ad cap.fi.de prẽſcrip.maxime in pen.col.Eandem concluſionem,ꝙ non valeat tale ſtatutum,late firmat ſolẽnis Doc.do.Io.Bapti.de ſancto Seueri. in repetitio. d.l.omnes populi.col.22. vbi dicit hanc partem eſſe tenendam
5 tanquàm communem. † Ex præmiſſis tres concluſiones corollarie inferuntur.Prima eſt,ꝙ ſtatutum diſponens,ꝙ qui non petierit debitum intra tale tempus,cadat à iure ſuo,aut ꝙ vlterius non audiatur.Si ſimpliciter loquatur,debet intelligi & reſtringi ſecundum ius commune, ſcilicet dummodo præſcribens non peccet,& per conſequens ſi ſit in bona fide,vt concludunt Imo. Alex.Soci.& Corn.in conſil.prẽalleg.& do.Philip. Franch.in c. poſſeſſor.col.4.de regu.iur.in 6.Secunda cõcluſio eſt, ꝙ tale ſtatutum valet data bona fide præſcribentis; vt quia ignorabat ſe obligatum, puta ex contractu procuratoris habentis ſpeciale mandatum,qui ſibi poſtea denunciauit obligationem per eum contractam virtute mandati,vel ex facto negociorum geſtoris, qui vtiliter geſſit negocium ignorantis,& eum ſibi obligauit ex tali negocio vtiliter geſto.l.ſoluendo.ff.de neg. geſt.& per totũ, & eſt glo.magiſtra in l.ſi pupilli.§.quid ergo. eo. ti. Potuit enim dominus probabiliter ignorare factum ipſorum, vt eſt caſus in l.quod vulgò.ff.de vſucap.pro empto. not. Alex. conſi. 69.in cã & lite vertente.3.colu.3.volu. Nam hoc caſu dari poteſt bona fides in actione perſonali in ipſo principali debitore, ſecundum do.Anto.in cap.fi.de præſcript.& Imo.in d. §. ſi viam. colum. 2. vltra med.verſi.ſi autem loquimur, & Pau. de Caſt.in l.fi.§. j. in fi.commen.ff.rem ra.hab.Et firmat do.Phili.Franc.in d.c.poſſeſſor.col.3.ver.tertiò limita.de regu.iur.in 6. referens verba Butri. & Imo.& eſt de mẽte Panor.in d.c.fi.col.5.circa fin. & tenet do. Bap.de ſancto Seue.in repe.d.l.omnes populi 32.colu. verſicu. quarto &c.Sed non procederet iſta concluſio in hęrede vniuerſali. Quia licèt ipſe dicatur habere bonam fidem prẽſumptam propter probabilem ignorantiam,tamẽ mala fides defuncti ſibi nocet,& impedit eum ſcribere, vt ſupra late concluſ.in 9.q.huius partis in 2.membro,licèt præfati Doct.vltimò allegati ſentiant oppoſitum in hærede debitoris non aduertentes ad concluſionem prędictam.Tertia concluſio eſt, ꝙ tale ſtatutum non valet data ſcientia & mala fide debitoris,nec poteſt ſtatuto induci prẽſcriptio cum mala fide, vt communiter concludunt in locis prẽalleg.& confirmat Imo.conſi. 27. in caſu prẽmiſſo.
6 † Primo limita hanc communem concluſionem, vt procedat in verbo debito.Secus quando eſſet debitum penale.Quia tunc valeret ſtatutum,ꝙ pœna peti non poſſit poſt tale tempus.Et hoc caſu ſciens prẽſcribit,cum mera pœna non ſit debita in foro conſcientię, iuxta glo.in ca.fraternitatis 12.q.2.Nam tunc ceſſat ratio peccati,ſuper qua fundatur diſpoſitio. ca. fi.de prẽſcrip.& per conſequẽs mala fides,prout plene dixi in prẽced. queſt.Et ſic non eſt propria limitatio, ſed declaratio. Ita limitat do.Philip.Franc.in c.poſſeſſor.col.3.verſi.ſecundo limita,de reg. iur.in 6.referens ita tenere do.Anto.in ca. fi.de prẽſcript.& Imo. in d.l.ſequitur.§.ſi viam.Et hanc limi. ſequitur do. Bapti.de ſan.
7 Seue.in repe.d.l.omnes populi. col. 32. † Secundò limita iſtam concluſionem,ꝙ ſtatutum permittẽs prẽſcriptionem cum mala fide non valet niſi ex cauſa,vt contra perſonam odioſam, & contra quam ius prẽſumit,vt contra fœneratorem. Ita Bald.in ſua quæſt.incip.ſtatuto cauetur, ꝙ fẽnerator, vbi decidit valere ſtatutum diſponens, ꝙ fẽnerator poſt quinquennium non audiatur,etiam ſuper ſorte.Refert & ſequitur Pet.de Ancha.in repe.dicti capituli poſſeſſor. colum. 19.& ſeq. concludens valere tale ſtatutum,ꝙ qui per 10.annos non petierit debitum,cadat à iure ſuo,dummodo ſit fundatum in aliqua rationabili cauſa, vel ſi prẽſumit dolum aut fraudem,de quo vltimo ſtatim dicẽt in quarta limit. Et iſtam limit. ſequitur Butr. in dicto capitulo fina.& do.Bap.de S. Seue. dicta lege omnes populi. colum.32. ad fin.verſicu.quintò & vlti.&c. Contrarium tenet Imol.in d.l. ſequitur.§.ſi viam referens opin.Bald.& Pet.de Ancha. Motus quia licèr fœnerator peccet,tamen debitor qui ſortem vult retinere videtur etiam peccare. Et non debet quis in ſeipſo peccatum committere, vt peccatum alterius puniatur, per id quod

habetur

Source : BIU Cujas

habetur in text.& glo.in cap.verum 13. dist. & ideo secundum Imo.non videtur tuta prædicta decisio etiam in fœneratore respectu sortis.Et opin.Imo.sequitur do.Philip. Franc. in d.capit. possessor.col.3.versi.item secundò quæritur.de regu. iur.in 6.&
8 ibi late tractat de materia huius statuti. † Tertiò limita.Nisi statutum inducat executionem paratam in instrumentis vel alijs scripturis:& disponit, q̃ ad impediendam executionem possit opponi exceptio debiti non petiti intra decem annos,vel q̃ talis executio non possit fieri,nisi petatur intra tale tempus;quia tũc non debet distingui,an debitor sit in mala fide,vel non : quia ex quo creditor in agendo assumit pro se adminiculum statuti,& & sic executionem paratam inductam à statuto, debet etiam contra se recipere exceptionem ex eodem statuto procedẽtem, vt est de mente Barto in l.plane.ff.quod falso tut. au. & Ioan.de Imo.post Pet.de Anch.in c.fi.de vita & hon.cle. Quod declara, vt per Bar.& clarius Bal.in d.l.plane,& latius p̃ do. Philip.Franc. in d.c.possessor.colum.4.vbi hunc articulum late examinat. Et quinque limitationes seu casus,in quibus saluatur opin. Barto. colligit domi.Bapt.de sanc.Seueri. in repeti. d. l.omnes populi.
9 colum.32. † Quartò limita prædictam conclusionem.Nisi statutum post tempus præsumat contractum fictum & simulatũ. Nam tunc valet secundum Barto.in dicta l.omnes populi.loco prælegato.Quem articulum latissime explicat Fely.in d.c.fin. columna quarta.& 5.versicu.quarta declaratio. Sed non examinat dicta Bartol.in d.§.si viam.quando statutum simpliciter disponeret,quòd qui non petierit debitum intra tale tempus, decetero non audiatur, & nihil scribit de prædictis.

Et in præsenti articulo Fely.allegat primò aliquas authoritates pro opin.Barto.quòd tale statutum valeat,quãdo præsumit contractum simulatum post tempus. Deinde firmat communem opin.esse in contrarium.Et tenendo primam partem affirmatiuam sub conditione,si vera est,limitat eam tribus modis, ponens tres casus,in quibus non currit præscriptio statutaria, etiam præsupposita validitate talis statuti,quos breuiter referam aliqua vtiliter addendo.

10 † Primò limitat Felyn.hanc conclusionem Bartol. vt procedat in petente rem sibi debitam.Secus si petat rem suam, & sic in agente rei vendicatione ad rem:quia tunc statutum disponẽs quòd qui non petierit debitum intra tale tempus, nõ audiatur, non vendicat sibi locum secundùm Romanum consilio 201. pro decisione.in principio.Quia stricte, quod meum est, non dicitur debitum,glo.ordina.Institu.de actio.in principio.in verbo debetur.Et pro hoc allegat text.singula.in l. Aurelius. §. Męuia.ff.de libe.legat.vbi probatur, quòd in generali liberatione, seu dispositione non veniunt ea quæ possunt vendicari.Ad quẽ text.vide Alexan.consi.46.visis & accurate consideratis. colu.2. & consi.seq.circa primum.3.colum.1.volum.quod est repetitũ consi.102.2.volum.consil.170.circa primum dubium. 2. col.2. volumi.in quibus locis allegat Bald.in l.cum necessitate.C.de fideicommiss.dicentem, q̃ per verbum vniuersale vel indefinitũ non videtur relicta liberatio ei,qui potest conueniri rei vendicatione,& de hoc dicit esse text.singul.cum glo.in dicto §.Męuia. & alia plura adducit Alexand.in dictis consilijs,not.Iaſ.Instit.de actio.in principio,columna antepenul.in antiq. impres. & colu.
11 penul.in nouis. † Secundò limitat Felyn. vbi supra prædictam conclusionem non procedere,quando debitum esset iuratum; quia non tollitur præscriptione statutaria, quamuis statutum p̃sumat post tempus fraudem,vel dolum,siue contractum simulatum per not.per Barto.in l.nam & postea.§. si is qui temporali.ff.de iureiur.per illum text.Nam iuramentum habet vim litis contestationem,vt probat ille text.per quam actio perpetuatur in 40.annos.l.fi.C.de præscrip.30.anno.Et iste est mirabilis effectus iuramenti etiam delati extra iudicium secundum Barto. quem ibi referunt,& sequuntur Alexand. & Moder. ita in terminis decidentes post Ange.& Roma.Addo vltra Fely. & alios
12 efficacem rationem. † Quia statutum vel alia dispositio simpliciter loquens nunquàm trahitur ad actum iuratum, nisi de iuramento faciat expressam mentionem. (Quid autem si statutum laicorum disponeret super viribus contractus iurati, & sic faceret expressam mentionem de iuramento, an valeat,tangit incidenter Fely.vbi supra & vide Barto. in d.l.omnes populi. in secunda quæstio.tertia.quæst.princ.ad fi. ff.de iusti.& iu.& latissime scribit Iaſ.in l.fin.per tres colum.ff.qui sat.cog.& in auth. sacramenta puberum.penul.& vlti.colum.C.si aduer.ven.& vide Pan.in capitulo cum contingat duodecima columna.de iureiuran.Alexand.consilio vigesimoseptimo viso libello. vltima columna.& consilio 59.viso instrumento.per totum primo volumine vbi tangit,quid si tale statutum laicorum disponens super iuramento fuerit confirmatum per sedem Apostolicam.& consilio 125.visis & consideratis.quarta & quinta columna.primo volumine,quod est repetitum consilio 103. tertio volumine.& consilio 102.supra alleg.quarto volumine.) glo.est not.& repu.singu.in cap.cum non deceat.in verbo,effectus. de elec.in sexto & est bonus text.in capitulo constitutus, & ibi late Felyn. columna secunda.de rescrip.not.Roma.singu.incip.quòd dispositio.columna prima. Alexan.plene consilio 125. visis & consideratis.columna vltima.versic. confirmo. primo volumine. & consilio 205.visis his quæ narrantur.in fi. secundo volumine.& consilio 29.ponderatis.colum.pen.versicu.ad quartam. 3.vol.& consi.102.cum statutum.in 10.arg. post med. 4.volu.

Tertiò limitat Fely.prædictam conclus.Barto.procedere,dũmodo statutum præsumat simulationem ex aliqua iusta causa secundum Panor.in cap.quod clericis.pen.& vlti.col. de fo.compe.vt ibi latius per eum.Postea Fely.in d.c.fi.colu. 5. firmat conclu.contra Bart.q̃ immo statutum non possit inducere præscriptionem cum mala fide,etiam præsumendo simulationem,vel dolum.Eandem conclus.firmat late do.Petr.Philip. Cor. consi. 274.in hac consultatione.pen.& fin.col. 1.volu. & p̃sertim quando interueniisset iuramentum,& do.Bap.de san.Seue.in repe.d.l. omnes populi.colum.32.vbi dicit hanc partem tenendam tanquam communiorem,scilicet tale statutum non valere inquantum propter sui generalitatem, aut expresse vellet debitorem esse tutum prædicta prescriptione.Deinde Fely.vbi suprà ponit octo saluationes ad dictum Barto.sed nullam firmare videtur, excepta.2.& 3.ad quam vide Cepo. caute.15. incip. uidimus. in cap.fi.&c.Sed eam reprobat Fely.vbi supra.Et contrarium aper
13 te sentit Bal.in auth.ad hæc.colum.3.C. de vsur. † Dicens q̃ statutum per quæcunque verba loquatur, siue disponendo,siue fingendo non potest eneruare rationem, siue oblationem naturalem & veram iustitiam . Et vltra Fely. hunc articulum latius examinat.D.Phili.Fran.in c.possessor.col.3. ver. sed quæritur.de reg.iur.in 6.post Pet.de Anch.ibi.colum.19. & seq. vbi concludit,q̃ etiam in foro iudiciali non valeret tale statutum, quando appareret de mala fide, cum videretur esse factum statutum in fraudem iuris canonici per viam indirectam contra l.fraus.ff.de legi.& per not.in regu.cap.cum quid vna.de regu.iur.in 6.Et sic de facili posset elidi dispositio iur.cano.secundum Imo. in d.l.sequitur.§.si viam.& in cap.fi.de præscript.dicit tamen Imo. prædicta procedere,nisi aliter probaretur de fraude vel simulatione;quia tunc haberet locum dictum statutum constito de mala fide per veras siue præsumptas probationes, vt ibi per eum,
14 quem refert & sequitur do.Philip.Franc.vbi supra. † Quartò limita vltra Felyn. prædictam principalem conclu. vt non procedat,quando prescriprio induceretur per statutum canonis;quia authoritate canonis,seu Papæ ex causa rationabili posset induci in certis casibus præscriptio cum mala fide. Lex autem ciuilis & sic statutum laicorum non posset hoc inducere. Ita dicit Panor.in capitulo primo. in primo not. de præscrip. per text.cum glo.not.in capitulo inter hæc.trigesimasecunda quæst. secunda. Addo Bald.in §.si quis per triginta.circa prin.commen.in titu.si de feu.sue.contro.vbi refert Inno.in c.cura.de iure pat. dicere q̃ tutus authoritate canonis præscriptionem inducentis non debet dubitare de conscientia.Et per ista remanet expedita ista 14. princ.q.An statutum possit inducere prescriptionem cum mala fide.Quid autem econtra,an statutum possit tollere præscriptionem,dicetur infra in 5.parte princip.

S V M M A R I V M.

1 *Mala fides prælati an ecclesiæ noceat.*

2 *Ecclesia dicitur bonam fidem habere, vbi conuentus , & capitulum sunt bonæfidei.*

3 *Prælatus seu rector ecclesiæ non habentis capitulum idem potest, quod prælatus cum capitulo in ecclesia capitulum habente.*

4 *Prælatus potest per actum iurisdictionis contentiosæ renunciare iuri quæsito per præscriptionem.*

1 Decimoquintò principaliter quero, † Vtrũ mala fides prælati noceat ecclesiæ. (Addo Calde. consi. 4. sub rub.de præscri.vbi ponit,an tempus,quo viuunt clerici, qui possident ex minus iusto titulo,de præscriptione detrahatur.) Istã q.mouent glo.& Cano.in cap.fi. de præscri. & maxime Imo.in repe.colum.pe.& Fely.in ver.ad illud de præla. & Panor. in ver. 4.glo.quærit,qui refert tres opi.Et mihi placet opi. Imo. distin-
2 guentis,q̃ aut prælatus habet conuentum vel capitulum. † Et tunc si conuentus vel capitulum habet bonam fidem, dicitur ecclesia habere bonam fidem,licet prælatus habeat malam . Et faciunt secundum Imo.not.per Inno.& Io.And.in c.cura.de iure pat.& quę habentur in c.requisisti.de test.vbi autem ecclesia non habet conuentum , nec capitulum , tunc si prælatus,seu rector habet malam fidem,satis videtur , quod etiam ecclesia dicatur habere malam.Et sic,q̃ mala fides prælati sibi noceat per id quod vult glo.repu.sing.in cap.potuit.in glo. magna.in verbo
3 expelli.circa med.in ver.sed si solus.de loca. † Ex qua colligitur, q̃ id quod potest prælatus cum capitulo in ecclesia habente capitulum,potest solus prælatus,seu rector ecclesiæ non habentis capitulum.Quam glo.exornat late Fely.in c.edocen. col.pen.de rescri.& in c.cum venerabilis.col.5.de exce.& in c.verum.col.vl
4 ti.de fo.compe. † Et no.q̃ prælatus potest renunciare iuri quæsito per præscriptionem per actum iurisdictionis contentiosæ, vt

probat

Source : BIU Cujas

probat tex.in c.veniens.circa fi.& ibi not.de præscri.Qualiter autem consulatur prelato tali casu habenti conscientiam læsam, & an prælatus habens scientiam rei alienæ possit vel teneatur illam restituere.& quem modum tenere debeat, vide plene per Pano.Imo.& alios Cano.in d.c.fi.post glo.col.pen.& vlti.

S V M M A R I V M.

1 *Mala fides tutoris an pupillo noceat.*
2 *Pupillus ad hoc vt dicatur malæ fidei, requiritur quòd sit doli capax, & habeat scientiam rei alienæ.*

1 Decimosextò quæro, †quid in tutore, an mala fides ipsius noceat pupillo. Istam questionem attingit Bal.aut. ad hęc. col.pe.ver.vlterius queritur.C.de vsur.vbi cõcludit quòd non, sequitur Imo,
2 in repe.c.fi.col.29.de præscrip. † Et no.quòd ad hoc vt pupillus dicatur habere malam fidem requiritur quod sit doli capax, & habeat scientiam rei alienę secundum. Bal.vbi supra.

S V M M A R I V M.

1 *Mala fides singularium personarum de vniuersitate an ipsi vniuersitati noceat in causa præscriptionis.*
2 *Mala fides collegij vel ciuitatis occupantis aliquam rem mala fide non purgatur ante mortem illorum qui ab initio sciuerunt.*
3 *Pupillus nunquam præscribit, si principio fuit in mala fide.*

1 Decimo septimò quæro, † vtrum in præscriptione alicuius vniuersitatis, vel collegij mala fides singulariũ de vniuersitate noceat ipsi vniuersitati. Concludo ꝙ sic. Ideo si quęratur, an aliqua vniuersitas, populus, vel collegium præscripserit, nunq̃ præscriptio incipit, donec viuit aliquis de vniuersitate, populo, vel collegio, qui habeat scientiam rei alienæ. Ista fuit singularis decisio Inno.in c.cura.de iure pat.quod refert & sequitur Bart. in l.post pluribus.in fi.ff.de vsucap.vbi determinant not. ꝙ si col
2 legium vel ciuitas occupauit aliquam rem mala fide, † ꝙ hæc mala fides non purgatur nisi mortuis hominibus, qui ab initio sciuerunt. Et ita consuluit do.Soci. consi. 187. in controuersia. colum.fi.versicu.præterea.& do.Pet.Phil.Cor. consi.22.videtur
3 in hac consultatione.4.colu. 1. volum. vbi fortius tenet, † ꝙ populus nunquam prescribit, quando à principio fuit in mala fide etiam mortuis omnibus his, qui habebant malam fidem. sed in iudicando non esset recedendum ab opin.Inno. & Bar.

S V M M A R I V M.

1 *Contractu celebrato per procuratorem, & supposítum potestati, nostræ cuius bona fides sit attendenda.*
2 *Contrahentis bona vel mala fides semper attendenda est non domini.*
3 *Scientia rei alienæ quandocunque superueniens semper impedit præscriptionem.*

1 Decimooctauò quærò, † quid si contractus fuerit celebratus per procuratorem, vel suppositum potestati nostrę, cuius bona fides attendatur.an contrahentis vel domini. Istam.q.mouent Bald.& Ange.in l.super longi.col.3.circa fi. versic.vlti.circa
2 istam materiam.C.de prescrip.lon.tem.vbi concludunt † ꝙ semper attenditur bona vel mala fides contrahentis, non autem domini. Et de hoc dicunt esse casum not.in l. eum qui. §.in hac.ff. de publi.not.glo.in l.huiusmodi.ff.de contrahen.empt.& in l.cũ mancipium. ff.de ędili. edic. Sed non puto istam conclusionem
3 procedere iure canonico; † quia scientia rei alienæ quandocunque superueniens semper impedit præscriptionem.c.fi. cum ibi plene no.de p̃scri. Et quia si dominus scit, licet procurator ignoret, militat ratio peccati, super qua se fundat ille text. Posset autẽ conclusio ista procedere, quando non peruenisset ad notitiam domini actus gestus per procuratorem vel alium, nec scientia iuris alieni, tunc.n.censebitur in bona fide. Et de hoc articulo vltra Bald.& Ange.in d.l.super longi. cuius scientia, seu bona vel mala fides attendatur, an domini, vel procuratoris, aut serui contrahentis, not.late Azo in summa C. de ædil. edic. col.pen.circa prin.& præced.circa fi. ver. sed si quæras. Et prædicta conclusio est vera respectu acquisitoris, sed respectu authoris malitia, seu mala fides procuratoris vendentis rem alieno nomine non nocet emptori, vt dicatur habere causam à malæfidei authore. Sed attenditur bona fides domini, non autem procuratoris, vt probat text.in l.qui fundum. §. procurator. ff. pro empto.& ibi not. Bar.in summario. Et ita p illum tex.dicit Alex.in l. Pomponius. §.cum quis.colum.4.circa prin.ff.de acqui.pos.

S V M M A R I V M.

1 *Missus in possess.ex secundo decreto, an præscribat, vbi sciuit rem esse alterius, quam eius contra quem decretum est interpositum.*
2 *Possidens rem legis authoritate nunquam dicitur malam fidem habere.*
3 *Rebus etiam authoritate iudicis restitutis requiritur regulariter ad præscribendum longo tempore bona fides.*

1 Decimononò quæro, † vtrum missus in possessionem ex secundo decreto p̃scribat, si sciuit rem esse alterius, q̃ eius, ꝙ quem est interpositum decretum. (An missus in possessionem ex scḋo decreto p̃scribat cõi tpe, vide per Panor.in c. qñ frequenter.§.ꝙ si super, vt lit.non contest.adde etiam Bal.in c.si diligenti.col. pen. circa med.de præscri.) glo.in l.si finita. §. si de vectigalibus. ff.de dam.infect. tenuit ꝙ sic, per tex.in l.generaliter.ff.de noxa.vbi est
2 casus no. † ꝙ possidens rem, quam scit alienam, non dicitur habere malam fidem, quando possidet legis authoritate. Ideo præscribit non obstante scientia. Sed dubium est, an istud procedat de iure canonico, Bar.in d.§.fi.de vectigalib. tenet ꝙ sic. Referẽs ita velle glo.pen.in c.pastoralis.de of.ordi.& ibi Cano. not.& dicit Bar.ꝙ authoritas iudicis hoc specialiter operatur in causa dãni infecti & noxa In alijs verò secundum eum secus est per l.qui
3 fundum.§.qui bona.ff.de dam.infe. † vbi patet, ꝙ ẽt qñ iudicis authoritate res restituit, requirit regulariter ad p̃scribendum lõgo tpe bona fides, vt latius per Barto.vbi supra. De quo articulo dic vt late per glo.& Doct.in c.contingit.de do. & contu.& plene p̱ Imo.in repe.c.fi.col. 19.de p̃scrip.& latius p̱ Alex.post Imo. in d.§.si de vectigalib.col.3.& 4.vbi relatis varijs opinionib.concludit vt ibi per eum. (De hoc articulo vide p̱ glo.in l. possessor. de reg.iur.in 6.& per Imo.in l.sequit.§.si viam.in fi.vlti.col. ff.de vsucapi.) Et per p̃missa est expedita mã tituli ac bonæ & malę fidei quantum pertinet ad hãc partem. Reliqua quæ hic desunt dicentur in repe.l.Celsus.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio necessario requiritur in corporalibus præscribendis, & quasi pos. in incorporalibus.*
2 *Præscriptio inchoari non potest sine possessione, sed inchoata bene potest perfici, dummodo possessio non fuerit aliunde occupata.*
Hereditate iacente non potest inchoari præscriptio.
3 *Possessio licèt non dicatur continuari de defuncto in hæredem, tamen quantũ ad vsucapionem seu præscriptionem habetur pro continuata.*
4 *Vera possessio non continuatur in hæredem, sed possessionis effectus.*
5 *Captus ab hostibus non dicitur possidere, sed possideri.*

Tertium & quartum principalia requisita ad prę scriptionem rerum corporalium sunt traditio, vel aliquid quod habeatur loco traditionis, & possessio continuata absque interruptione. Deueniendo ad tertiam & vltimã partẽ huius tertiæ partis prin.licèt supra in prin.huius partis remiserim ad l.Celsus.vbi late tradit Bar.& ibi oportune dicetur p̃sertim circa practicam.tñ pro maiori discussione mãę aliqua fundamentalia attingam. † Et præmitto, ꝙ possessio in cor
1 poralib. necessariò requirit ad p̃scriptionem, & quasi possessio in incorporalib.l.sine possessione.ff.ḋ vsucap.& c.sine possessione.de reg.iur.in 6. (Intellectus huius regulæ, & casus, in quib.p̃scriptio procedit absque possessione, vide p̱ do. Berta. Firma. in reperto.in verbo p̃scriptio.2.col.4. ver. p̃scriptio sine possessione.) Et ibi plene declarat Dy.col.1.istam rłam procedere tam in corporalib.q̃ in incorporalib. Hinc dixit Bal.in repe. l. 1.col.3.in prin.C.de emanc.libe.ꝙ id quod non est, non põt possideri, neq;
2 p̃scribi. Nõ obstat, si opponatur de tex.in l.cęptam.ff. de vsucap. vbi hr̃ditas iacens p̃scribit, seu perficit p̃scriptionem iam inchoatam, & tñ non possidet, cum non habeat animum, p̱ quem ciuiliter possideẽt, & ciuilis possessio retinet, q̃ causat p̃scriptionem, vt j̃.dicam.l.i.§. Sceuola. ff. si quis testa.li.esse iuſ.fuer. Ad hoc.n. rñdet Dy.vbi s.ꝙ sine possessione nõ põt inchoari præscriptio, sed inchoata bñ perfici põt, dummodo possessio ab alio nõ fuerit occupata. Et ita declarat glo.in d.l.cęptam.dicens. Secus si nõ cepta esset præscriptio &c. quia hr̃ditas iacens non põt eam inchoare, p̱ tex.in l.fi.§.fi.eo.tit.& plura alia iura q̃ allegat. Et est rõ in casu d.l.cęptam. secundum Dy.in d.ca. sine possessione. Quia possessio est apta immediate continuari, si non fuerit apprehensa per alium in hr̃dem, qui est eadem persona cum defuncto fictione iuris, vt in auth.de iureiur. à mori.præsti.§. 1. nam si per alium apprehenderet, impediret ꝓtinuatio possessionis defuncti in personam hęredis.l.Pomponius.§.quæsitum.ff. de acqui.pos. & l.possessio testatoris.ff.de vsur. Et ideo si nõ fuerit per alium apprehensa pro cõtinuata debet haberi, arg. l.si filius. ff.de testa. quia in vsucapione continuatur possessio defuncti, vt in prę alleg.l.patet.& in l.cum miles.circa prin.ff.ex qui.cau.ma.& in l.2.
3 §.filium.ff.de hęre. instit. hęc sunt verba Dy. † Ex quo infertur, ꝙ licet aliàs possessio non dicatur continuata de defuncto in hęredem, nisi apprehendatur.l.cum hæredes.in prin.ff.de acqui.poss. tamen quantum ad vsucapionem seu prescriptionem habetur pro continuata secundum Dy.& Io. And.in d. c. sine possessione. quos ibi refert & sequitur do.Philip.Franch. circa prin.com
4 men. qui dicunt † quòd proprie vera possessio non continuatur in hr̃dem, sed possessionis effectus, not. Bar. Alex.& Doc.in d.l. cum hr̃des.in princ. Nec etiam obst. secundum Dyn.in d.c.sine possessione. contra regulam illius text. si opponatur de capto
5 ab hostibus, † qui nihil possidet cum, ab alio possideatur. dicta lege cum hr̃des.§.in his.ff.de acqui.pos.& tamen vsucapit. l. iusto.§.fin.ff.de vsucap. quia ad hoc respondet Dy. quòd non vsucapit, seu prescribit per se vel per alium, quem habebat in potestate tempore quo captus fuit, vnde si redeat postliminio, videtur omni tempore possessionem ꝓtinuasse fictione postliminij

& eiusdem

Source : BIU Cujas

& eiusdem fictionis virtute vsucapionem, siue prescriptionem continuasse,& dominium per vsucapionem quesiuisse. Sed vbi possideret per se & capitur ab hostibus perditur possessio. Et licet postea postliminio redeat, fictio postliminij non extenditur ad possessionem quæ in facto consistit,& consequenter nec ad vsucapionem, siue prescriptionem, quę solet ex possessione procedere. Et hęc probantur aperte secundum Dy. in l. in bello. §. facte. ff. de capt. & in l. si is qui pro emptore. & ibi plene no. Barto. ff. de vsuca. & in l. sciendum. & in l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. ma. Et quę sit ratio diuersitatis inter vnum casum, & alium, quare operetur fictio postliminij, vbi quis possidet per alium, sed non per se, no. plene Bar. in d. l. si is qui pro emptore. col. 4. & 5. & in d. l. nec vtile. & late Alexan. post Roma. in d. l. cum hęredes. §. in his. Aret. in §. si ab hostibus. Insti. quibus mod. ius patro. pot. sol. Et de hoc articulo, an captus ab hostibus, vel ignorans prescribat per alium, tangit etiam glossa vltima. in dicto capitulo sine possessione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quid sit & quomodo diffiniatur.*

1 His sic præmissis quęro, † quid sit possessio, quam etiam prudentes diffinire non sunt ausi, vt dicit glo. in l. stipulatio ista. §. hoc quoque. ff. de uer. ob. Multiplex diffinitio possessionis recitatur per glo. in l. 1. in princ. in glo. mag. ff. de acqui. pos. Et licet Doct. varie loquantur, & quilibet pro capite suo voluerit dare diffinitionem, vt apparet ex varijs diffinitionibus ibi relatis per Alex. & Mode. tamen cōiter approbatur diffinitio Io. ibi relata in glo. vt late per Are. Alex. & Mod. ibi, quę talis est, possessio est ius quoddam rem detinendi sibi. Quam declara, & expone vt plene per Doct. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quotuplex sit.*
2 *Opinio Bartoli constituentis triplicem speciem possessionis reprobatur.*

1 Secundo quęro, † quotuplex sit possessio. Concluditur communiter, quòd sit duplex species tantum, scilicet ciuilis & naturalis, ut plene no. gl. in d. l. 1. in prin. in verbo ait, secundum opin. Io. quam Doct. communiter sequuntur, & late Dyn. in c. sine possessione. colum. 2.
2 cum duobus seq. de reg. iur. in 6. † & communiter reprobatur opi. Barto. qui constituit triplicem speciem, ut diffuse per Aret. Alex. & alios in d. l. 1. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quæ sit necessaria ad præscriptionem.*
2 *Contra ciuiliter possidentem non currit præscriptio.*
3 *Naturalis possessio sufficiens est ad præscriptionem feudi.*
4 *Ficta possessio an tribuat causam præscribendi, & an ficte possidens ꝓscribat.*
5 *Possessio quæsita per constitutum non dicitur ficta, licèt modus quærendi sit fictus.*
6 *Coniunctio & accessio temporis, & possessionis ad complendam præscriptionem quomodo fiat.*
7 *Allegans præscriptionem non solum debet eam probare, sed & omnes qualitates ad eam pertinentes.*
8 *Præscriptio in dubio non est præsumenda, cum oriatur ex facto.*

1 Tertio quęro, † quę possessio sit necessaria ad prescriptionem, an ciuilis tantùm, an naturalis tantùm, uel vtraque simul. Breuis est conclusio, quòd necessaria est vtraque possessio ad prescribendum, vel saltem ciuilis, quę sola sufficit; quia est illa, quę causat præscriptionem. Sola verò naturalis de per se non sufficeret dum ciuilis est penes aliū & donec illa vacet, & consolidetur naturali. Et ideo contra ciuiliter possidentem non currit prescriptio, donec ciuilis possessio sit amissa, vt probar text. in l. prima. §. per seruum qui in fuga, & ibi not. Barto in fi. commen. & in l. tertia. §. ex contrario. colum. tertia. & ibi plene per Doct. presertim Alexan. ff. de acqui. poss. firmat Dyn. in dicto capitulo sine possessione. de reg. iur. in 6. & vult glo. not. in l. prima. in glo. magna. ad fi. vbi not. Docto. C. de ser. fugit. (Adde Ias. in §. rursus. colum. decima. in antiq. impres. & 8. in noua. Insti. de actio. & plene Corne. consilio decimosexto viso primo themate. tertia columna secundo volumine & Are ti. in §. primo. Instit. de vsucap. Et quanto tempore perdatur ciui lis, vide post Barto. in l. Celsus. ff. de vsucap. & de his vide per do. Franchum in dicto capitulo sine possessione. columna secunda. Et an ciuilis absque naturali sufficiat ad prescribendum, uide per Felyn. in capitulo causam. columna pen. ver. & quamuis naturalis. circa med. post Panor. ibi. columna secunda. de prescrip.) not. Barto. in l. Celsus. columna tertia versicu. procedo. ff. de vsu-
2 ca. vbi latius dicam. † Et procedit hęc conclusio quò ad acquisitionem dominij. Sed quò ad acquirendum ius inferius dominio, vt vsumfructum, vel superficiem sufficeret sola naturalis poss. secundum Bart. in dicto §. ex contrario. cuius opi. communiter reprehenditur per Imo. Aret. Alexan. & omnes Mod. ibi, & refert Ias. columna quinta circa med. versi. tertio &c.

Quia dato quòd vsufructuarius. vel superficiarius non possideant, nisi naturaliter fundum, tamen ipsum ius vsusfructus vel superficiei possident ciuiliter & naturaliter, ut vult Barto. in l. naturaliter. in princi. vbi ad hoc allegat tres glo. ff. de acqui. poss. Et sic concurrūt ciuilis & naturalis in prescriptione huius iuris. Et ita firmant Bald. Ang. Imo. Pau. de Ca. & communiter Doc. quos refert Ias. vbi supra. Pro qua conclusione est bonus text. in l. qui vsumfructum. ff. si vsufru. pet. Probatur in l. fi. ff. vti possidetis. & vltra Ias. addo Pau. de Cast. sic declarantem in l. fi. in fi. cōmen. C. de præscrip. lon. tem. & Cald. consi. 5. sub rub. de præscri.
3 vbi sequendo Barto. in d §. ex contrario. concludit † ꝙ ad præscriptionem feudi suffi it sola naturalis possessio, vt prędixi. Sed communis est in contrarium. Et de materia dic vt plene per omnes in dicto §. ex contrario. vbi Ias. columna quinta facit quinque conclusio. quas sigillatim examinat per quatuor seq. colum. & eas non transcribo.

4 † Nunquid autem ficte possidens præscribat, & sic, an ficta possessio tribuat causam præscribendi, vt in casu c. contingit. de dolo & contuma. Vide per glo. in c. sine possessione. in glo. fi. circa med. de regu. iur. in 6. & per Fely. in c. illud. colum. pen. & fi. in princ. in 6. conclusio. de p̄scrip. Roma. in singu. fo. 11. col. 3. vel 4. singulari incipien. lex quamuis &c. quod est num. 423.

5 Et not. ꝙ possessio quæsita per constitutū iuxta l. quod meo. in prin ff. de acqui. pos. non dicitur ficta, sed vera, licèt modus q̄rendi sit fictus. Ita declarat Bar. in l. ab emptione. circa fi. commen. ff. de pac. & l. si is qui pro emptore. in vlti. q. ff. de vsuc. per
6 text. in l. certe. §. j. ff. de precar. † Qualiter autem fiat coniunctio & accessio temporis, & possessionis ad complendam præscriptionem, die vt plene habetur & not. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. pos. & in l. ei à quo. ff. de vsucap. & in l. si rē alienam. ff. de pign. act. vbi habetur, an si quis locat rem, quam præscribit cum titulo & bona fide, vero domino præscribat, & per eum retineat possessionem. Circa quod est notandum, ꝙ intermedia iniusta possessio impedit tempora coniungi ad p̄scriptionem ꝛplendam. glo. not. in l. 2. §. si sub conditione. ff. pro empto.

7 † Postremò not. circa istam partem, ꝙ allegans præscriptionem eam probare debet, & omnes qualitates ad illam necessarias, vt sunt titulus, bona fides, & possessio continua. Ita probat text. in c. 1. & ibi hoc not. do. Philip. Franch. in 1. not. de præscrip. in 6. dicens, idem probari in c. veniēs. & in c. auditis. de præscrip.
8 Et est ratio: quia præscriptio in dubio nō est præsumenda, cum oriatur ex facto, vt per Panormi. in consilio 82. conditoris omnium &c. quamquam in his dubijs. 2. columna primo volum. Et per hęc remanet expedita hæc tertia & vltima pars tertię partis principalis concernens materiam tituli bonæ & malæfidei ac possessionis. Reliqua dicentur in repet. l. Celsus. cuius materia proprie respicit ista tria non repetendo ibi quæ hic dicta fuerūt.

SVMMARIVM.

1 *Temporalium præscriptionum alia est horarum, alia dierum, alia hebdomadarum alia mensium, alia annorum.*
2 *Perpetuarum præscriptionum, alia 30. alia 40. annorum &c.*
3 *Longi & longissimi temporis præscriptio possunt inuicem concurrere, & pariter allegari.*

QVarta pars principalis huius nostri tractatus occurrit. In qua principaliter videndum est, quantum tempus in omni præscriptione requirat, & de circunstantijs illud necessariò concomitantibus quò ad priuatos tam circa præscriptionem rerum corporalium, quàm incorporalium. Et vt clara habeatur doctrina distinguo, ꝙ alia est prescriptio rerum corporalium, alia est iurium & actionum incorporalium. Et circa iura incorporalia. Alia est præscriptio quæ respicit seruitutes tam reales, quàm personales, alia verò quæ respicit actiones personales, reales ac mixtas.

Vnde subdiuido istam quartam partem princi. in 4. partes.

In prima videbimus quanto tempore præscribantur res corporales cum suis accessorijs.

In secunda de præscriptione seruitutum tam realium, quàm personalium. In tertia de præscriptione libertatis, & actionum competentium tam pro seruitute, quàm pro libertate.

In quarta & vlti. de præscriptione iurium & actionum personalium, realium, & mixtarum, tam in genere, quàm in specie prefertim iuris emphyteutici & feudalis, necnon & officij iudicis ac fructuum & accessoriorum.

1 † Et pro euidentia de multiplici præscriptione, seu tempore prescriptionis, videlicet trium, decem, viginti, triginta, & 40. ann. & tanti temporis cuius initij memoria non extat, vide per do. Pet. Phil. Cor. consi. 136. licèt satis. in princ. colum. 1. vltra med. 2. volum. Et quotuplex sit species præscriptionum, & de temporibus earum, vide late per Hosti. in sum. in rub. de præscri. re. immo. §. quot sunt eius species. columna 1. & 2. vbi dicit, ꝙ principaliter duplex est species prescriptionis, videlicet temporalis, & perpetua. Et temporalium prescriptionum alia est horarū, alia dierum, alia hebdomadarum, alia mensium, alia annorum, & ibi enumerat omnes terminos à iure diffinitos horis, dieb. heb-
2 domadis, & mensibus, vsque ad 25. anno. † Perpetuarum vero

alia est.

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De præſcriptionibus.

alia eſt 30.alia 40.vt l.ſicut l.omnes.& l.cum notiſſimi. C.de præ præſcrip.30.anno.alia quinquagita anno. vt in l. grẽca alearum vſus,alia 50.anno.alia centum,vt ibi per eum, & per Albe.enumerantem has præſcriptiones temporales, & terminos legales, & canonicos in ſuo dictionario in verbo præſcripti.in ver. quot
3 ſint eius ſpecies. Et not. quòd præſcriptio longi † & longiſſimi temporis,& pariter 30.vel 40.anno. poſſunt inuicem concurrere.& ſimul allegari. Nec dicitur quis contrarius, vt late per do. Phili.Dec conſi.29.& pro tenui facultate.colum.pen.& fi.verſi. vlti.non obſt.alle.Bald.in §.ſi quis per 30.in prin.in titu.ſi de feu. fue.con.& pleraque alia.

SVMMARIVM.

1 *Corporalium rerum præſcriptio quantum tempus requirat.*
2 *Res immobiles ſpacio 30.annorum cum bona fide præſcribuntur, & acquiritur dominium vtile.3.*
4 *Actio perſonalis regulariter non præſcribitur longo tempore.*
5 *Præſcriptio decem annorum non conuenit, vbi agitur de iuribus præſcribendis.*
6 *Res immobiles ꝙ non præſcribuntur niſi tempore decem, vel 20. annorum, quomodo intelligatur.*
7 *Res immobilis præſcribitur minori ſpacio decem annorum in duobus caſibus.*

1 Capio primam partem huius quartæ partis. † Et primo q̃ro,quantum tempus requiratur ad præſcribendum res corporales.Et vulgata eſt concluſio,ꝙ res mobiles præſcribuntur triẽnio cũ titulo & bona fide.Et hęc proprie dicitur vſucapio. Res vero immobiles pręſcribuntur 10.annis inter præſentes, & 20. inter abſentes cum titulo & bona fide,& iſta appellatur præſcriptio longi temporis,vt Inſtit.de vſuca.in princ.l.2. l. ſuper longi & quaſi per totum.C.de pręſcrip.lon.temp.& l.1. C. de vſucap. transfor. † Sine titu.autem res immobiles præſcribũtur ſpacio
2 30.anno.cum bona fide,& acquiritur dominium vtile. l.ſi quis emptionis. 1.& ibi not.glo.Cy.Bal.& Saly.C.de pręſcript.30.anno. Et iſta appellatur pręſcriptio longiſſimi temporis. not.glo. magiſtralem. Inſti. de perpe. & temp. act. in princ. ſuper verbo conſtitutiones.& iſta tempora à lege ciuili diffinitiua ad præſcriptionem recitantur in §.poteſt,& ſeq.§.16.quæſt.3.Et hæc vera inter priuatos,quò verò ad eccleſiam,clericos,ciuitatem, ſeu rẽpublicam,& fiſcum quæ tempora requirantur in præſcribendo,plene dicam 5 par.princ.Et quæ requirantur in pręſcriptione rerum corporalium, & quæ ſit differentia inter ius ciuile & canonicum,plene dixi ſ.in 2.parte 3.partis princi.in 6.q.
3 † Ampliatur prædicta concluſio,quę habet, quòd res immobiles pręſcribuntur longo tempore cum titu. & bona fide, & per conſequens actio realis, vt rei vendicatio, & publiciana, vt procedat etiam in actione perſonali in rem ſcripta; quia illa præſcribitur longo tempore,ſicut ipſa res. Ita determinat glo. not. in l.3.in verbo munitus.per illum tex.C.quod me.cau.& ibi no. Barto.colum.fin.in ver.ad tertium opponunt, & ſequuntur cõ-
4 muniter Doct. † quamuis regulariter actio perſonalis non præſcribatur longo tempore,vt dicit text.in l.neque C. qui. non ob. longi temp.pręſcrip.Sed requirantur ad eius pſcriptionem 30. anno.l.2.C.de conſti.pecu.not.Iaſ.licèt non alleget iſta iura.in l.
5 licet.colum..2.in prin. C. de iure delibe. vbi dicit † quòd pręſcriptio 10.anno.non cõuenit, ubi agitur de iuribus pręſcribendis, & ideo diſpoſitio loquens de pręſcriptiptione, quando agitur de præſcriptione iurium,debet intelligi de præſcrip. 30. anno.vt ibi latius per eum,& loquuntur in ſpecie glo.& Doct. in d.l.3.in actione quod metus cauſa,quæ eſt in rem ſcripta, & idem dicũt generaliter in omni actione in rem ſcripta.Et ſunt plures actiones ſcriptę in rem,quas enumerat gl.magiſtra. in l.2.§.eſt autem perſonalis.ff.ad exhib.not.Docto.in rub.ff.ſi cer. pet. quod procedit ſecundum Alexan.in d.l. 3. colum 2. circa fi.in poſſidente cum titulo & bona fide,& ſic concurrentibus extremis requiſitis ad pręſcriptionem longi temporis,Nec ob.text. in l.hęreditatis.C.de peti. hęre. vt ibi latius per Alexan. Et ratio eſt,licèt ibi Doc.non dicant,quare actio perſonalis in rem ſcripta præſcribatur longo tempore propter mixturam, quam habent cum reali.Item ſortitur eius naturam,argu. l.qui patri.ff.de acqui.hæred. & not.per Barto.in l.4.§.Cato.in fi.2.colum.verſi. item Dyn.bene dicit. ff. de verb. obli. vbi per text. in d. l.qui patri.dixit,quòd vnio actionis perſonalis,& realis hoc operatur, vt vna trahatur
6 ad naturam alterius. † Prædicta concluſio,ꝙ res immobiles nõ præſcribuntur,niſi longo tempore 10.vel 20.annorum, primò fallit in prædijs tributarijs,in quibus eſt ſpeciale,ꝙ eoipſo quòd quis negligit per biennium,perditur poſſeſſio ciuilis,& naturalis,& etiam dominium.Caſus eſt not.in l.qui agros. C.de omni ag.deſer.lib.11.not.Bar.in l.rem quæ nobis.circa fin. commen. ff.de acquir.poſſ.quod procedit,etiam ſi agri ſint tributarij.Nõ de iure communi,ſed ex forma ſtatutorum, vel conſuetudinis, ſicut ſunt agri peruſini ſecundum Bald. in c.1. de pſcrip. & hoc expreſſe ſentit Barto.vbi ſupra & in l.ſi de eo.§.ſi forte. in fi. cõmen.ff.de acqui.poſſ.Hanc fallẽtiam, & d.l. qui agros reſtringe, vt ſolum procedat in prædijs tributarijs deſertis,& incultis;quia in his ſolo biennio perditur eorum dominium & poſſeſſio. Secus ſi non eſſent inculta.Nam tunc requiritur longum tempus, vt in alijs.Ita declarat no.Bar.in d.l.ſi de eo.§.ſi forte circa fi.ver. ſciatis vnum vos Peruſini. Et ita procedit text. ſecundum eum in l.1.C.de vſucap.transfor.vbi dicitur, ꝙ ſublata eſt differentia prædiorum tributariorum,& non tributariorum in præſcribẽ do,ſcilicet quò ad prædia culta.Secus quò ad inculta & deſerta, & ſequntur ibi Angel.Imo.& do.Alexan. circa fi.commen.ver.
7 tertiò limita.& refert Fely.in d.c.2.verſi.ſubdit Bald. † Secundò fallit in caſu c.1.de præſcri.fauore fidei,vt ibi not.Bal.hi ſunt duo caſus ſpeciales,in quibus præſcribitur res immobilis minori ſpacio 10. anno. videlicet biennio in caſu d.l.qui agros, & triennio in caſu d.c.1.quos not. Fely.in rub.de præſcrip.colum.4.verſi.fallit nonò. Et ante eum Bal.in d.c.1.de præſcriptio.& ibi refert Fely.col.2.verſi.ſubdit Bal.

SVMMARIVM.

1 *Abſens vel præſens quis dicatur in materia præſcriptionis.*
2 *Præſcriptio inter præſentes quomodo dicatur.*
3 *Præſcriptio longi temporis quo caſu currat contra ignorantem, & quo non.*
4 *Domicilium habens in pluribus locis præſens dicitur quò ad omnia in materia præſcriptionis.*
5 *Præſens vel abſens quot modis & qualiter dicatur.*
6 *Abſens proprie dicitur & ſtricte qui non eſt in ciuitate.*

1 Secundò principaliter quæro, †Quãdo dicatur quis præſens vel abſens in materia præſcriptionis, vt ſciamus quando præſcriptio procedat inter præſentes vel abſentes. (Vide laſ.in §.rurſus.colu.1.Inſti.de act. poſt glo. & Docto. ibi, & plene Bal.in repe.l.fi.col. fi. C.de præſcrip. lon. temp. vbi late declarat,quãdo & qualiter dicatur præſcriptio inter præſentes, & quid ſi ille qui rem poſſidet non habet domicilium, vbi rem poſſidet,tamen ille contra quem præſcribitur, habet ibi domicilium,nunquid dicatur præſcriptio inter præſentes, & concludit Bald.ꝙ ſic,ex quo præſcribens cogitur ſortiri forum in loco ſitus rei,& ibi reſpõdere.l.fi.C.vbi in rem actio.Et ſic dicetur vterque quò ad illam rem fouere domicilium in eodem loco,& ibi format quæſtionem econtra, quid ſi reus in loco in quo poſſidet rem habet domicilium,& ille contra quem pręſcribitur nõ habet ibi domicilium,an dicatur præſcriptio inter præſentes,& concludit ꝙ non colum.vlti.circa fi.in vlti.quæſt.) Et ſic an ſuffi ciant 10 anni cum titu.& bona fide,vel requirantur 20.& connexe an requiratur ſcientia aduerſarij in præſcriptione longi tẽporis.Iſtam dubitationem decidit text.in l.fi.C.de præſcrip. lon.
2 tempo.vbi dicitur † ꝙ præſcriptio dicitur inter præſentes, quando is qui præſcribit,& ille contra quem præſcribitur fouent domicilium durante tempore præſcriptionis in eadem prouincia, licèt res quæ pręſcribitur ſit in alia. Nec requiritur ſcientia aduerſarij, ſed ſufficit præſentia in eadem prouincia. Ita dicit ille
3 text.circa fi.in ver. nulla. † & ſic pręſcriptio longi tempo.currit contra ignorantem.Quę concluſio fallit ſecundum Bald.& Ange.ibi.colum.2.ver.vnus caſus ſolus eſt in caſu auth. malęfidei. C.illo eo.tit.videlicet quando ſingularis ſucceſſor habens tit.& bonam fidem ſucceſſit authori malęfidei, quia non præſcribit longo tempore,niſi ille contra quem præſcribitur hoc ſciat, vt habetur in d.auth.malęfidei.de cuius intel.ſatis dixi in preceden. pa.Sed an detur reſtitutio aduerſus pſcriptionem ex capite ignorantię dicetur infra.Aliàs,ſi ambo,ſcilicet qui præſcribit, & aduerſus quẽ pręſcribitur,non degunt,ſiue non habent domiciliũ in eadem prouincia,dicitur pręſcriptio inter abſentes,& iſta prę ſentia vel abſentia non conſideratur ratione perſonę, ſed ratione domicilij, videlicet an vterque foueat domicilium in eadem prouincia.Et ideo ſufficit,ꝙ quis foueat domicilium in eadem prouincia in qua præſcribens,licet abſit quò ad pręſentiam corporalem,vt habeatur pro præſente quò ad præſcriptionem cõplendam,vt probat text.in d.l.fin.circa med. vbi ſolum text.conſiderat domicilium vtriuſque partis in eadem prouincia, non præſentiam corporalem,vt præſcriptio dicatur inter pręſentes. Nec etiam attenditur,vbi res ſita eſt,ſed vbi habent domiciliũ, vt ibi dicitur,& declarant glo.& Docto.maxime Bald. & Ange. circa prin.dicentes quòd in hoc articulo præſcriptionis conſideramus præſentiam vel abſentiam ſecundum identitatem, & diſtinctionem domicilij vtriuſque, licet aliter alijs caſibus abſentiã & pręſentia iudicetur ſecundum ſubiectam materiam.

4 plenum dixi supra. † Si verò res emphyteutica peruenit ad extraneum, tunc ille præscribet dominium directum saltem in effectu, & respectu priuati,spatio decem vel viginti annorum, sicut præscriberetur plenum dominium cum titulo & bonafide & habita distinctione, an possessor causam habeatab auctore bonæ vel malęfidei. Sed sine titulo præscriberet spatio triginta annorum cum bona fide.d.l.si quis emptionis.§. 1.cum mala fide verò nullo tempore præscribit. c. fi. de præscrip. & c.possessor.de regu.iur.in 6.

Et vbi quis allegat se non soluisse pensionem, vel censum per quadraginta annos continuos ad inducendam præscriptionem,cui incumbat probatio,plene discutit Io.An.in c. sine possessione.de regu. iur. in 6. quem sequitur Are.in l.in illa.col.4.in prin.ff.de verbo.obliga.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, feudatarius & superficiarius præscribunt ius emphyteuticum singulis ad singula relatis.*
2 *Emphyteuta, vel vsufructuarius licèt naturaliter possideant fundum, tamen ipsum ius emphyteuticum, vel vsumfructum possident naturaliter & ciuiliter.*

1 **Nonò quæro** † An ille qui soluit canonem tanquā emphyteuta per triginta vel quadraginta annos & tanto tempore rem aliquam possedit vti emphyteuticam præscribat ius emphyteuticum & vtile dominium salua canonis præstatione, quamuis iura emphyteutica nunquam fuerint ei concessa. (Adde Bal.in l.male agitur.in fi.commen.C. de præscrip.triginta anno.) Bar. in d. l. comperit. determinat,ꝙ sic,& in l.3.§.ex contrario.col. 1.vel 2.versi. secundò contra Dy. & ibi notant omnes Doct.ff.de acqui.pos. vbi dicit Barto.ꝙ emphyteuta, feudatarius & superficiarius præscribunt ius emphyteuticum,vel aliud simile singulis ad singula relatis, per dictam l.comperit.ex quo possident naturaliter, & de hoc dicit etiam se damnare casum in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dam.infec. Dicit insuper, quòd est text. de hoc recte intelligendo in l.cum sponsus.§.si de vectigalibus.cum glo.iuncta l.eum qui.in principio,eodem titu. Quæ iura sic inducuntur. Ista sunt couertibilia. Competit publiciana,ergo vsucapio. Et contra dictam l. eū qui. in princip.sed in d.l.cum sponsus. §. si de vectigalibus.dicitur, ꝙ emptori fundi vectigalis, siue emphyteutici competit publiciana,ergo ipsi possunt præscribere tale ius. (Et per illum tex.infertur quòd si fundus alienus fuerit concessus in emphyteusim præscribitur longo tempore cum titulo & bona fide,tanquam emphyteuticus contra tertium.)

Et ita inducit Ial.late firmans conclusionem prædictam in tracta.iur.emphy. colum. 81. Sed hæc inductio non videtur bona per ea quæ late dixi in 3.parte princip.circa intel.regulæ d. l.eum qui.in prin.col. 34.& 43. vbi concluси, ꝙ prædicta regula procedit negatiue,nō affirmatiue, vnde adduco meliorem rationem.
2 † Quia licèt emphyteuta, vel vsufructuarius solum possideant naturaliter,fundum tamen ipsum ius emphyteuticum vel vsum fructum possident naturaliter & ciuiliter. Ita declarat Bart. in l. naturaliter.in prin.ff.de acquiren.pos.& hoc allegat glo. no. in l. si plures.§.deiectum.ff.de vi & vi arma. & in l.ait prætor. §. item ei.ff.ex qui.cau.ma. & in l. fi. ff. vt in pos. Sic etiam declarat Pau. de Cast.non faciens mentionem de Bar.in l.fi.C.de præscrip. lon gi tempo. Et ita declarant Imo.Are.& Alex.in d. §. ex contrario. & ibi Ias.col.4. Tangit etiam Ias.in dicto trac.iur. emphy. col. 81. an præsumatur emphyteuta, qui tanto tempore soluit, de quo plene dixi in 3.parte princip.col.16.& seq. versi. secundò prædicta faciunt ad quæstionem,& ibi dicta non repeto,quę bene adaptantur hic,& pro repetitis habeantur.

SVMMARIVM.

1 *Rem tanquam emphyteuta recognoscens tanquam a domino, cui longo tempore pensionem soluit,cum nec ipse esset emphy.nec alter dominus, an talis præscriptio prosit.*
2 *Præscriptio decursa contra vasallum, vel emphyteutam non præiudicat domino.*

1 **Decimò quæro** † Iuxta proximam q. quid si iste tanquam emphyteuta rem ab aliquo recognouit tanquam a domino, & ei longo tempore pensionē soluit tanquam domino, cum nec ipse esset emphyteuta, nec ille quē recognoscebat esset dominus, an prescriptio istius possidentis prosit illi cui soluit.

Istam quæstionem mouet Specu.in titu.de loca. §. nunc reliqua.versic. 53.& versic. 57. Et videtur concludere talem prescriptionem prodesse illi,cui soluit, eum in dominum recognoscendo, si possederit triginta annis. & ex hoc infert ad duos effectus, ibi latius per eum. Et hanc decisionem Spe. simpliciter refert & sequitur Ias.in prælle.trac.iur.emphy.colum.72.versi.5.quęro. Et vltra eum sic late firmat Roma. consi. 127. posito quòd dominium, adducens plura maxime Ioan. An. in capitulo qui
2 ad agendum. de regulis iuris in 6. † Et not. quòd præscriptio decursa contra vasallum, vel emphyteutam non prejudicat domino, ita Bald.in §.quid ergo.in titulo de inuesti. de reb. alie. fa. per illum textum.

SVMMA-

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De Præscriptionib.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vel alius recognoscens alterum in dominum, an possit præscribere contra eum.*
2 *Colonus vel conductor præscribere potest contra actionem personalem, quæ oritur ex contractu locationis.*
3 *Colonus vel conductor præscribere potest præstationem pensionis pro tempore præterito 30. an. sed non pensionem futuri temporis.*
4 *Emphyteuta nunquam præscribit directum dominium contra dominum directum.*
5 *Successores iuris præsumptione censentur tenuisse & possedisse eo modo & forma quibus tenebat defunctus.*
6 *Clausula constituti vel precarij pasiue transit in hæredes constituentis.*
7 *Colonus si domino ignorante vendidit fundum conductum, cuius emptor domino a quo conduxit pensionem soluit 30. annis, an dominus possit agere contra emptorem rei vendicatione.*

1 Vndecimò quęro † Vtrum cõductor vel alius recognoscens alterum in dominum possit præscribere contra eum. (An & quando currat præscriptio contra locatorem, vide per Pau. de Cast. consi. 286. videtur dicendum breuiter. & consi. seq. videtur dicẽdum dictũ actorem. & consi. 291. in quæstione quæ vertitur. in antiq. & vide in 1. parte sextæ & vltimæ partis prin. huius trac.) Conclude, q̃ non etiam si mille annis possideret, ex quo illum dominum recognoscit, vt est casus in l. male agitur. C. de præscri. 30. an. vbi glo. & omnes no. Bar. & alij in auth. perpetua C. de sac. san. eccle. glo. Bar. & Doc. in l. competit. C. de præscri. 30. an. & Bal. Saly. & Pau. de Cast. in l. neque. C. de vsuf. per illum tex. not. vbi assignat
2 rationem huius decisionis. † Et quamuis colonus, vel cõductor non præscribat dominium rei contra dominũ, quem recognoscit, præscribit tamen contra actionem personalem, quæ oritur ex contractu locationis. Poterit tamen conueniri ad restitutionem rei actione in rem, quæ non est præscripta, secundùm glo. & Doc. in d. l. male agitur, quod declara, vt ibi plene per Ang.
3 Prescribit etiam colonus, vel conductor præstationem pensionis pro tempore præterito triginta annis; quia tanto tempore tollitur omnis actio personalis, sed non præscribit pensionem futuri temporis, vt eam soluere non teneatur, nisi interpelletur, vt soluat, & recusset soluere. Vel secundùm aliam opi. nisi actualiter possessionem interuertat, vt late declarat Ang. in d. l. male agitur. col. 2. circa prin. Et hæc vera de iure ciuili, quod admittit præscriptionem longissimi temporis 30. annorum cum mala fide. l. sicut. cum concor. C. de præscrip. 30. anno. Sed de iure canonico ipse conductor nullo tempore præscribit propter malam fidem, nec contra actionem realem, nec personalem. c. fin. cum ibi plene not. de præscrip. nec pariter hæres eius, quæ mala fides defuncti impedit præscribere, vt concludunt communiter Cano. in c. si diligenti. de præscrip. vbi late Fely. col. 4. & seq. (Et dixi
4 plene in 3. parte princip. col. 44. & sequen.) † Ex prędicta conclusione infertur, q̃ si fundum meum tenuisses per tempus legitimum non tanquam dominus directus, sed tanquam fructuarius, vel tanquam emphyteuta, vel tanquam feudatarius, & habuisses titulum a quodam tertio, & ignorasses me esse dominũ directum, prescribis ius vsusfructus, aliàs vtile dominium cõtra me, sed directum nunquam; quia non possedisti eo animo, vt illud acquireres, arg. l. fi. ff. quemad. ser. amit. & l. si ego. §. 1. ff. de publici. & l. fi. circa fi. C. de præscrip. long. tempo. & sine titulo præscriberes 30. annis, vt in §. si quis per 30. in titu. si de feu. fue. contro. Postquam autem incępisses possidere tanquam dominus directus; quia interuertisti possessionem, ex tunc spolias me ciuili possessione, & incipis præscribere longissimo tempore, sicut fur & violentus possessor de iure ciuili. l. 1. §. ad hæc. C. de anna. exce. secus de iure cano. cum sit malęfidei. c. fi. de præscri. Ita declarat Pau. de Cast. in d. l. neque fructuarium. Et in emphy. idem firmat Iaso. in trac. iu. emphy. colum. 82. versi. 3. quæro. vbi concludit, q̃ emphyteuta nunquam præscribit directum dominium contra dominum directum, etiã si mille annis possideret, prout dicit Bald. in d. l. neque. nisi emphyteuta interuertisset possessionem, quam tñ non potest interuertere sola animi destinatione, sed opus est, q̃ factum interueniat, iuxta l. cum fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi arma. not. Cyn. in d. l. comperit. in 3. q. Addo Alua. in §. licèt. colum. 1. in secundo nota. in tit. si de feu. fue. contro. vbi not. ex illo tex. q̃ vasallus, qui est paratus prestare seruitia, vt præsumitur, nisi interpellatus negauerit, nunquam præscribit contra dominum suum, & videtur dominus esse in quasi possessione seruitiorum, argumen. l. arboribus. §. idem tractat. ff. de
5 vsufruc. † Ampliatur prædicta conclusio, vt procedat nedum in ipso fructuario emphyteuta vel vasallo, sed etiam in eorum successoribus, & est tex. not. in d. l. neque. in verbo, neque successores eius, vbi Pau. de Cast. reputat istud mirabile; quia per mortem fuit finitus vsusfructus, ergo successores non tenuerunt tanquam vsufructuarij, sed tanquam proprietarij, & sic habuerunt animum acquirendi dominium, si non habebant, ergo saltem debuerunt præscribere spatio 30. anno. per iam dicta. Sed respondet not. Pau. de Cast. quòd successores iuris præsumptione quantumcunque alium habeant animum, censentur & finguntur tenuisse & possedisse eo modo & forma, quibus tenebat defunctus, argumento l. cum hæres. ff. de diuersis & temporali. præscrip. quia hæres reputatur eadem persona cum eo. Cũ igitur ille defunctus teneret tanquam fructuarius, & ipsi hæredes censentur eodem modo tenuisse, licèt re vera tenuerunt vt domini; quia non superueniente noua causa, sicut defunctus, solo animo non poterant sibi mutare causam possessionis. l. nemo. C. de acquiren. possessio. ita nec hæredes eius, si domino re-
6 poscente non interuertant possessionem. † Subdit Pau. de Castro, quòd in dicta l. neque. est casus de vno in quo illis diebus consuluit, & de illa l. non meminit, quod incipit quidam cępit quædam bona possidere precario siue alieno nomine. puta per clausulam precarij vel cõstituti, de qua plene not. in l. quod meo. in princip. ff. de acquiren. possessio. postea mortuus est, & hæredes eius per triginta annos, & vltra ignorantes precarium possederunt proprio nomine, quærebatur an præscripserint. Constat enim, quòd defunctus si centum annis vixisset, cum teneretur alio nomine, nunquam præscripsisset, sed dubium erat de hę redibus, qui possederunt suo nomine. Respondit Pau. q̃ nec illi præscripserunt per rationem de qua supra. Et de hoc dicit esse casum in illa l. neque. si bene consideretur ponderando illud verbum, nulla tempora. licèt in §. præterea. de cap. Corra. licèt ipse non allegat, quòd sub ista generalitate non venit præscriptio longissimi temporis sed longi tantùm, sed illud verum dicit ipse, nisi subiectæ materiæ natura suadeat contrarium. Hæc sunt verba bene notanda Pau. de Cast. in dicta l. neque. C. de vsufruc. Ex quibus colligo not. conclusionem, quòd clausula constituti vel precarij passiue transit in hæredes constituentis, quia censentur, & finguntur tenuisse & possedisse eo modo & forma quibus defunctus tenuit. Et hoc maxime procedit, quando esset facta mentio de hæredibus, per tex. in l. cum precario. §. 1. ff. de præca. quod bene not. ad materiam d. l. quod meo. in princ. ff. de
7 acquiren. possess. † Quid autem si colonus vel emphyteuta domino ignorante vendidit, & tradidit fundum conductum, tamen domino a quo conduxit pensionem soluit emptor iste triginta annis. Nunc ipse colonus in prestatione cessauit debitę pensionis, dominus verò agit rei vendicatione contra emptorem, quęritur, an possit. Istam quęstionem mouet Specula. in titu. de prescrip. colum. 3. versicu. quid si colonus. & determinat, quòd ille emptor præscribit cum titulo & bona fide, sed dominus restituitur ex clausula generali, si fuit in iusta ignorantia. Et ibi mouet aliam quęstionem, quid si emptor fundi emphyteutici offerat pensionem post prescriptionem completam, an videatur renuntiare prescriptioni. & concludit quòd sic, si scienter obtulit. Secus si ignoranter.

Duodecimò principaliter quęro. In hac quarta parte quartę partis principa. Postquam visum est supra de prescriptione iuris emphyteutici, quanto tempore præscribatur feudum, seu ius feudale, quod æquiparatur emphyteusi, & de vno ad aliud arguitur, vt plene nota. Iaso. in tracta. iur. emphyteu. columna 11. & 12. Et hæc quæstio diuiditur in plures.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere an possit quis rem tanquam feudalem & ius vasallitij, siue feudi licèt nunquam de illa re fuit inuestitus. & nu. 2.*
3 *Dispositio text. §. si quis per triginta annorum procedat in possessione malę fidei.*
4 *Feudum quanto tempre contra rempu. præscribatur.*
5 *Feudum præscriptione quæsitum sortitur ordinariam naturam feudi.*
6 *Præscribi an possit feudum formatum contra priorem vasallum, qui fuit de feudo inuestitus.*
7 *Dominus feudum recuperans non tenetur ille restituere primo vasallo, contra quem fuit præscriptum.*
8 *Vtile dominium non præscribitur contra vasallum minori tempore triginta annorum.*
9 *Rex feudalis nulliter alienata non potest aliquo tempore præscribi contra dominum.*
10 *Præscribens contra dominum habentem vtrunq; dominium non potest acquirere nisi vtile dominium.*
11 *Præscriptio longi temporis non habet locum in feudo.*
12 *Feudum non posse præscribi nisi 30. ann. quomodo intelligatur.*
13 *Domino an prosit præscriptio vasalli.*
14 *Vasallo ex facti ignorantia præscribente vltra terminos concessionis an finito feudo id finiatur.*
Perditum non vtendo non recuperatur.
15 *Vasallus an possit dominium feudi præscribere triginta annis non seruiendo.*
16 *Desidia non potest imputari domino, si non est vsus opera vasalli, qua non indiguit, nec eo casu contra eum currit præscriptio.*
17 *Priuilegium aut aliud ius non amittitur per non vsum, quando non se obtulit facultas vtendi.*

18 *Agnati*

Source : BIU Cujas

18 *Agnati intra quantum tempus possint revocare feudum antiquum illicite & absque eorum consensu alienatum.*

19 *Silentium annale vim habet refutationis scientia mediante.*

20 *Præscriptio triginta anno. regulariter currens in feudis an noceat nepotibus, & descendentibus siue agnatis, qui tempore alienationis nondum erant nati.*

1 Primò igitur quero †vtrum quis prescribere possit aliquam rem tanquam feudalem, & ius vasallitij siue feudi licèt nunquam de illa re fuerit inuestitus. (De præscriptione feudi vide quod not. Aluaro. in titu. de feu. non hab. propri. feu. natu. col. 2.) Istam q. decidit text. not. in §. si quis per 30. annos rem aliquam tanquam feudum possedit, & pro ea seruitium domino exhibuerit, licèt de ea non fuerit inuestitus, præscriptione 30. annorum se tueri potest, & sic tanto tempore rem in feudum præscribit, & efficitur vasallus illius, cui seruitium præstitit. Quod verum intellige, si possedit, vt feudum, vt ibi dicit tex. non sufficit ergo, quòd probetur possessio triginta annorũ, nisi probet se possedisse vt feudum, & sic ꝙ possessio fuerit formis. i. habita semper tanquam feudalis, & ita ibi declarant Bal. Alua. & Do. Præpo. col. 1. Vnde plura requiruntur ad talem præscriptionem. Primò quòd rem possederit per 30. annos continuos absque interruptione. Secundò, quòd tanquam feudum, & sic ꝙ ista possessio triginta annorum fuerit formis, idest habita semper tanquam feudalis. Tertiò, ꝙ præstiterit seruitia domino, vel soluerit vti pro feudo. Et hæc tria colliguntur ex illo tex. & ibi no. Bal. & Docto. maxime Aluarõ. colligens ista tria requisita. Et declarat glo. magna in fi. in §. fi. in titu. de feu. dato in vicem legis commis. & Alex. cõsil. 169. viso themate. 1. col. 2. volu. & consi. 113. viso & diligenter considerato themate. vlt. col. 4. vol. & Do. Philip. Deci. consil. 144. & mature. col. 3. versi. sed his non obstantibus. Et sufficit semel præstitisse seruitium domino vti pro feudo, & quòd postea possederit per triginta annos: quia præsumitur successiue vt feudum, per not. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. & est bonus tex. in simili in c. cum de beneficio. de præben. in 6. (Ad illum text. vide Alex. consi. 70. in causa vertente inter Dominum Baldasarem. 3. volu. Rotam decis. 22. in nouis.) Ita declarant And. de Iser. Alua. & Do. Præpo. in d. §. si quis per 30. col. 1. Et pro intelle. d. §. *si quis per 30.* not. ꝙ prædicta locum habẽt, quando *nulla est facta inuestitura*, nec aliquid probat vasallus de ipsa inuestitura, quàm allegat vasallus, sed eã plene probare non potest, tunc si mediante ea asserta inuestitura ipse vasallus steterit in possessione ipsius feudi per annum sciente domino, & nõ contradicente, tunc stabitur sacramento vasalli de dicta inuestitura facta, & per sacramentum probabitur dictum feudum, vt est casus in c. 2. in fi. tit. si de inue. inter do. & vasal. lis oria. & isto casu sufficeret sola possessio anni, vt ibi. Et hoc modo potest etiã intelligi tex. in §. similiter. in titu. de contro. inue. Et ita declarat
3 Alua. in d. §. si quis per triginta. in prin. 2. col. † Sed dubitatur, nunqd diipõ tex. in, d. §. si qs per triginta. procedat in possessore malę fidei. glo. & communiter Docto. ibi tenent quòd sic de iure ciuili. Ex quo ille tex. dat solum exceptionem, non actionem, & sic non acquirit possessor, nisi ius excipiendi, vt ibi declarant glo. & Alua. Ex quo infertur, ꝙ si cadat de possessione non põt rem ab alio vendicare, secus si præscripsisset cum bona fide: tunc enim acquirit vtile dominium, & potest rem vendicare. l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. secundùm Alua. & alios in d. §. si quis per triginta. Sed de iure Cano. non procederet præscriptio cum mala fide in casu illius §. aliquo modo. c. fi. cum ibi plene not. de præscriptio. Prout in terminis firmant Bal. & Do. Præpo. in d. §. si quis per triginta. col. 1. & Panor. in c. ad audientiam. col. fi. ver. aduertendum tamen. de præscript. vbi dicit, ꝙ sine bona fide præscribi non potest, nedum directum dominium, sed nec solum vtile, quòd scilicet res teneatur in feudũ præstando seruitium, vt not. Bal. in d. §. si quis per triginta. licèt glo. ibi aliter sentiat, & minus bene secundùm Panor. per d. c. fi-
4 na. de præscriptio. † Limita tex. in d. §. si quis per triginta. vt procedat in priuatis. Sed quò ad ecclesiam, & rempublicam requiritur tempus quadraginta annorum per regulam generalem respectu ecclesiæ. c. de quarta. c. illud. & c. ad aures. de præscrip. & authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & quò ad rem publicam per tex. in l. omnes. & in l. comperit. C. de præscrip. triginta annorum. & in l. 1. C. ne rei domi. vel tempo. Per quæ iura dicit And. de Iser. in d. §. si quis per triginta. quòd contra rempublicam non præscribitur feudum, nisi spacio quadraginta annorum, & illum tex. procedere in priuatis, ergo idem erit in ecclesia. Ita limitat & declarat Domi. Præpo. in d. §. si quis per triginta. colum. 2. versic. sed pulchrum est dubium. Et firmat Bal. in §. fina. in titu. de feud. dato in vicem legis commis. vbi dicit, quòd in ecclesia Romana requiritur tempus cẽtum annorum, vt est casus in capitulo ad audientiam. & ibi not. Canon. de præscrip. vbi contra Romanam ecclesiam quis non præscribit tanquam vasallus, nisi per centum annos. & plene nota. Alex. præallega. consil. 169. viso themate supra scripto. 1. colum. 2. volum. Et not. quòd hoc feudum præscriptione quæsitum sortitur ordinariam naturam feudi secundùm Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. & in l. 1. quæstione 31. ff. de re. diui. Alua. & Domi. Præpo. in dicto capitulo si quis per triginta. colum. 2. vbi Domi. Prępo. alle. Ange. consil. 116. sanctissima. Panor. consil. 182. conditor omnium. Hinc infertur vltra Præpo. quòd in tali feudo præscripto succedunt descendentes masculi tantum fm naturam recti feudi. Ita decidit notabiliter Bald. in §. fina. in titu. de feu. dato in vicẽ legis commis. per illum tex. & dicta l. liberti. & in alijs locis adductis per Alexan. consil. 15. visis narratis. vlti. colum. 5. volum. vbi concludit, quòd vbi apparet solum de acquisitione feudi ex legitima possessione, seu præscriptione non transibit tale feudum, nisi ad illos. ad quos transit feudum vel emphyteusis informiter concessum vel concessa. Eandem conclusionem vltra Alexan. firmat Domi. Marti. Lauden. in c. 1. in titu. quibus modis feu. consti. potest. Refert solennis Doctor Domi. Iaco. de sancto Geor. in suo tracta. feudo. in verbo, ita quòd ipsi inuestiti habeant, circa finem. secunda colum. versic. an autem filius non allegans Alexan. Prædicta procedunt, quando nulla præcessit inuestitura feudi, & sic vbi nunquam formatum fuit feudum per inuestituram. in personam illius, qui præscripsit, neque in alio.

2 Secũdò quæro †quid si alius fuit de illa re dudum inuestitus in feudum, an prescribi possit tale feudum formatum contra priorem vasallum, qui fuit de feudo inuestitus. Ita quòd iste, qui præscripsit, subintret locum illius, & ipse efficiatur vasallus excluso alio, & quanto tempore. Istam quæstionem tangunt glo. Hostien. & communiter Cano. in capitulo ad audien. de præscriptio. & etiam ibi late examinat Panor. col. 3. vel 4. versiculo ex his infertur, vltra medi. & sequen. concludens cum glossa, quòd quis potest prescribere feudum respectu vtilis dominij, quod est penes vasallum, directo remanente penes dominum data scientia & pacientia domini. Nam sicut potest de nouo acquirere per huiusmodi pacientiam ius feudale, licèt nunquam habuerit inuestituram, vt in §. si quis per triginta. in titu. si de feu. fuer. controuer. fortius patiente domino potest ius feudi iam formatum & constitutum & in alium translatum prescribere, si dominus sciuit. Sed vbi ignorauit, & potest prætendere aliquod interesse in mutatione vasalli. Posset forte procedere secundùm Panor. opinio Hostien. tenentis contrarium, ne contingat dominum habere vasallum, quem nollet, vel quem sibi non expedit habere. Sed nihilominus licèt hoc videatur equum, dicit Panor. quòd putat contrarium esse verius, vt hoc casu non possit dominus istum qui prescripsit ad minus spatio triginta annorum molestare, per text. apertum iuncta glo. in §. 1. de capi. Corrad. vbi concludit glo. quòd contra dominum directum & in sui iuris prejudicium currit prescriptio triginta annorum. Nec distinguitur ibi scientia vel ignorantia, ex quo non agitur de prescriptione proprietatis secundùm Panor. licèt quò ad hoc non videatur bene dicere; quia ibi agitur de excludendo dominum in totum, vt dicam j. in 14. quęstione huius materiæ, & sentit Panor. in dicto capitulo ad audientiam. colum. penul. versic. sed quæro. mouetur etiam Panor. quia contra ignorantem in sui præiudicium currit præscriptio maxime triginta annorum. vt in l. fi. C. de præscri. long. tempo. quæ non probat: quia loquitur in præscr. lon. tem. cum titulo & bona fide, quæ non censetur odiosa, & in l. fina. C. de præscrip. triginta annorum quæ non facit. Melius facit tex. in l. sicut. in fi. & ibi not. Bald. C. eod. titu. Postea refert Panor. Ioan. And. sentire contrarium in additio. ad Spec. in titu. de feudis, super rubri. cuius motiuis respondet, & non recedit ab opi. prædicta subdens hæc verba. Dico tamen, quòd tenendo præscriptionem currere, daretur restitutio domino ignoranti, ne cogatur habere vasallum, quem noluit: opinio tñ distinguens inter scientiam & ignorantiam est multum æqua se-
7 cundùm eum. † Et addit ex mente Ioan. An. ibi supra, quòd dominus feudum recuperans non tenetur illud restituere primo vasallo, contra quem fuit præscriptum. Et istam conclusionem late firmat Roma. consil. 166. visa diligenter, vbi voluit indistincte, quòd etiam si dominus ignoret, præscribatur vtile contra vasallum sine damno domini. per c. 1. §. quid ergo. in tit. de inuesti. de re alie. fac. & per tex. cum glo. in d. c. ad audien. in verbo, principaliter. damnat. opi. Hostien. quia sequeretur ex eadem, quòd feudum, vel emphyteusis nunquam præscribi posset, contra tex. in d. §. si quis per triginta, & sequitur Fely. in d. c. ad audientiam. col. 6. declarans verba Panor.

3 Tertiò quęro †Quanto tempore præscribantur cõtra ipsum vasallum respectu iuris sui, & sic quò ad vtile dominium. Panor. format hanc quæstionem in d. c. ad audientiam. colum. fina. versic. sed quæro, & post adducta aliqua motiua concludit, quòd non præscribitur vtile dominium contra vasallum minori tempore triginta annorum, licèt possessor habet titulum & bonam fidem: quia est speciale in feudo, vt non præscribatur minori tempore triginta annorum.

Source : BIU Cujas

rum. Et sic ibi non habet locum præscriptio longi temporis, sed longissimi per tex. in §. 1. iuncta glo. in verbo, præscriptione. in titulo, de capi. Conra. & ibi not. Bal. Alua. & Domi. Præpo. col. 2. Eandem conclusionem, quòd contra feudatarium non præscribatur nisi triginta annis, firmat Bal. consi. 107. verba inuestituręq. 2. colum. 1. volu. Et de præscriptione aduersus vtile dominium vide per Dominum Signo. consi. 10. in quæstione vertente inter Huguetum. columna secunda in fine.

9 Quartò quæro † an possit tertius præscribere contra directum dominum feudi, in quem forte feudum fuit alienatum absque consensu domini, & sic vbi alienatio feudi est nulla a principio, videtur prima facie dicendum, quòd res feudalis nulliter alienata non possit aliquo tempore præscribi contra dominum per tex. in §. præterea. in titu. de capi. Conra. vbi dicitur, quòd liceat dominis omnes alienationes feudi factas siue ipsorum consensu nulla obstante præscriptione reuocare. Ad idem est tex. in §. 1. versicu. nos autem. in tit. de prohi. feu. alie. per Fede. in c. 1. §. quid ergo si pretio. in titu. de inuesti. de re alie. fac. vbi glo. Per quæ iura ita tenent quidam antiqui feudistæ, & And. de Iser. in d. §. præterea. Eandem conclusionem firmat Socy. consil. 86. in causa communitatis castri montis. colum. 3. versiculo tertio & vltimo, quod est repetitum consil. 145. circa primum consultationis articulum. Sed glossa in dicto §. præterea. in verbo præscriptione. de capi. Conra. determinat contrarium, dicens illa iura debere intelligi de prę scriptione longi temporis decem vel viginti ann. in qua requiritur titulus, & bona fides. Non autem de præscriptione longissima triginta vel quadraginta annorum inducta in odium negligentium, quæ currit absque titulo; quia illa non censetur exclusa, sed currit contra dominum. Et sic elicitur conclusio ex illa glo. quòd dominium rei feudalis nulliter alienatæ præscribitur contra dominum directum spatio longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, per l. omnes. & l. sicut. C. de prę scriptione triginta annorum. Pro qua conclusione est bonus tex. in §. porrò. in titulo qualiter olim feu. poter. alien. Cum qua conclusione transeunt Bald. Nico. de Neapol. Aluarot. & Prę-
10 posi. in d. §. præterea. † Et in dubio est adhęrendum glo. secundùm Aluaro. Cum melior testis haberi non possit, quàm sit gl. ordina. (De auctoritate glo. vide plura quæ accumulant Moder. in repeti. l. vt vim. colum. vltima. ff. de iustit. & iure, & Domi. Corse. in calce sui repertorij super Panor.) vt ait Bald. in capitulo primo, de natu. succession. feu. & in l. 2. C. de senten. quæ sine cer. quantita. & in l. fina. C. de pęna iudi. qui male iu. Et opinio. glo. comprobat Præpo. ibi vno medio. Et adde, quod hoc casu per præscriptionem acquiritur nedum vtile, sed etiam directũ dominium secundùm Aluaro. post Nico. de Neapol. in cap. 1. colum. 2. de feu. non hab. propri. feu. natu. vbi dicunt, quòd communis theorica gl. in l. si quis emptionis. in princ. C. de præscrip. triginta annorum quæ habet, quòd per præscriptionẽ non quæratur, nisi vtile dominium, procedere quando præscriberetur contra dominum habentem vtrunque dominium; quia tunc non præscribitur, nisi vtile. Secus si præscribatur contra habentem directum tantum, vt in casu nostro; quia tunc per præscriptionem acquiritur directum ad hoc, vt præscriptio aliquid operetur. Et ita dicit. Alua. tenere Rayne. & sequaces in auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. Eandem opin. vltra Præpo. ibi tenuit
11 Panor. in d. c. ad audien. col. fi. versi. sed quæro. de præscrip. † vbi facit conclusionem generalem, q̃ sit speciale in feudo, vt non præscribatur minori tempore 30. anno. Et q̃ in feudo non habet locum prę scriptio longi temporis, sed longissimi sic. Et istã opi. late firmat D. Fran. Cur. senior consi. pen. capio primum, in quo quæri videtur. colum. 1. vltra med. & in fi. 2. col. & in prin. sequen. vbi firmat conclusionem generalem, quòd indistincte in feudis currit præscri. triginta ann. in tit. si de feu. fue. contro. Addo, quòd hoc fuit de mente glo. ibi, quę assignat rationem ad illum tex. Quòd illud merito accidit; quia tanto tempore tollitur omnis actio, vt l. omnes. C. de præscrip. triginta ann. &c. Et
12 idem sensit glo. in §. Titius. ad fi. glo. vnicæ. eod. titu. † Ex prędictis infertur, quòd sicuti feudum prę scribitur contra dominum respectu vtilis dominij, vbi nulla præcessit inuestitura. d. §. si quis per triginta. Ita etiam potest præscribi pleno iure tam respectu vtilis, quàm directi per tertium possessorem, ad quem peruenit res feudalis; quia non recognouit directum dominium, nec possedit rem feudalem, sed tanquam propriam & allodialem prę scriptione longissima triginta annorum: præscriptio verò longi temporis, licèt cum titu. & bona fide non habet in feudo secundùm glo. & Docto. in dicto cap. 1. §. prętęrea, de capi. Corra. Est enim speciale in feudo, quòd feudum non præscribatur nisi triginta annis, secundùm Panor. in c. ad audien. colum. vltima. Et prædictam conclusionem intellige concurrente bona fide per regulam generalem cap. fina. de præs. not. Bald. & Prępo. in §. si qui per triginta. columna prima in tit. si de feu. fuę. contro. Posset tamen competere restitutio domino vel priori vasallo, aduersus quos est prę scriptum ex capite iustę ignorantię, vt plene dicetur infra vigesimanona quęstione huius partis.

13 Quintò quæro † Vtrum prę scriptio vasalli prosit domino. Istam quęstionem explicat Bal. not. per tres quęstiones in §. rursus. col. 3. versi. sed iuxta hoc quęro in titu. de controuer. inuesti. Vbi Bal. primò format quęstio. pone q̃ secundus vasallus acquisiuit non per viam incrementi, sed prę scribendo; quia tam primus quàm ipse fuerunt inuestiti de re aliena. Modò quęritur, vtrum mortuo primo vasallo redeat ad dominum, an resideat penes prę scribentem & eius filios. Respondet Bal. quòd prę scriptio est accessoria prioris tituli, vt ff. de dona. causa mor. l. si alienam, & l. qui alienam. Et ideo quo redijt terminus redijt & prę scriptio. ff. de condi. inde. l.
14 indebiti. §. fina. & quod ibi not. † Secundò quęrit Bal. in d. §. rursus. pone q̃ vasallus ex facti ignorantia prę scribit vltra terminos concessionis, nunquid id finitur finito feudo, & videtur quòd non dicit Bal. quia in eo non habet ius per titulum auctoris, sed per errorem, argu. ff. ad Treb. l. debitor. in fi. Tertiò quęrit Bald. pone quòd concessum est quoddam territorium duobus in feudum pro diuiso. Sed vnus per iustum errorem prę scripsit fines alterius, vtrum vno mortuo sine hęrede istum prę scriptum redeat ad dominum, an ad alium vasallum. Et concludit Bal. quòd consolidatur proprietati, ad eum autem qui amisit reuerti non potest, vt ff. quib. mod. vsufru. amit. l. sicut in annos. Nam quod est non vtendo perditum postea non recuperatur, argu. l. fi. C. de remis. pigno. secundum Bal. in d. §. rursus. cuius verba formalia refert & sequitur in omnibus prędictis Alua. ibi colum. 2. Et ad hanc quęstionem faciunt quę dixi in 9. q. princi. huius partis in emphyteuta, an eius prę scriptio si possedit & prę scripsit rem alienam tanquam emphyteuta recognoscendo in dominũ eum qui non erat dominus prosit illi.

15 Sextò quæro † Nunquid vasallus possit prę scribere libertatem & directum dominium feudi triginta annis non seruiendo, & consequenter liberationem. (Qualiter liberatio prę scribatur, vide per But. in repe. c. peruenit, colum. fina. de censi.) Istam quęstionem attingit Panor. in d. c. ad audientiam. colum. vlti. versi. sed iuxta prędicta quęro de notabili quęstione. Referens q̃ hęc fuit quęstio Vber. de Bobio, recitat Ioan. An. in addit. ad Spec. super rub. de feudo, qui dicebat posse distingui, an deberet vasallus certa prę stare domino seruitia determinata, puta tenere vnum equum pro feudo, & tunc sit imputandum domino q̃ illa non exigit tanto tempore. Si autem erat feudum honorificum, non est q̃ domino possit imputari, cum nihil potuit exigere, & hoc satis placet Ioan. An. Vel aliter distinguebat Vbertus, an intra illud tempus triginta annorum euenerint negotia, ad quę vasalli essent vocandi, & verisimile esset, q̃ vasallum hunc vocasset, si vasallus fuisset, vt in militia & in vxore ducenda & similibus. In talibus enim si alijs euntibus non iuit, interpellasse videtur ius dominij, & sic posset libertatem prę scribere. Nam & libertas serui, si mala fides non obstat, longo tempore prę scribitur. l. 1. & 2. C. de prę scrip. longi tempo. quę pro liber. Et hęc dicta satis placent Panor. dummodo vasallus sit in bona fide, vt puta quia credebat id non esse feudum; quia alteri successit. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Aut verò casus non euenit, q̃ dominus eguerit seruitio vasalli, & tunc non currit prę scriptio contra dominum secundùm Panor. & Imol. in dicto capitulo ad audientiam. post Ioan. An. vt supra. Et sic elicitur breuis conclusio, quòd si dominus non indiguit seruitio vasalli non consistente in prę statione annua, non currit præscriptio contra eum, quę liberet vasallum. Secus si eo vsus non est quando indiguit, & vasallus fuit in bona fide. Et hanc conclusionem firmat Fely. ibi post Panormit. & Imo. colum. 6. versic. & inquantum. Abb. & addit Bald. in c. ex parte Adæ. col. 3. de testi. vbi dicit, quòd vasallus, qui longissimo tempore non seruiuit domino; quia non fuit opus nullam libertatem præscribit, & dicit esse casum mirabilem in c. fancimus, de feu. sine culpa
16 non amit. circa fi. in versic. nisi necesse fuerit. † Subdit Felyn. etiam si occurrit casus, in quo dominus poterat vti opera vasalli, tamen non fuit vsus; quia non oportuit, cum auxilium aliorum sufficeret, adhuc prędicta locum habent; quia nulla desidia potest imputari domino, si non vocauit illum, quo non indiguit per id quod not. voluit Bart. in l. cum scimus, circa med. C. de agrico. & censi. vbi dicit, quòd si terræ recommendatæ tenentur dare ciuitati subsidium in caualcatis & exercitibus extra ciuitatem euentibus, & per centum annos steterunt, quòd non præstiterunt, ex eo quia ciuitas non requisiuit, licèt casus euenerit: cum esset copiosa nimis gentibus suis, non propter hoc dictæ terrę recommendatæ vel subiectæ p̃scripserunt libertatem dicti seruitij; quia nulla culpa potest ciuitati imputari, ex quo necessitatem dicti subsidij non habuit. Hęc sunt verba Barto. qui de hoc dicit esse casum not. in l. in filijs. C. de decur. in illis verbis, quę onera & si necessitas non exigit, tamen patria non remittit. & ibi not. Bart. & ponit eandem decisionem, quam late comprobat Felyn. in c. cum accessissent. colum. 9. & 10. de constitu. & Ias. in l. fin. colum. 12. ff. de consti. prin. firmantes per plu-

ra con-

Source : BIU Cujas

17 ra conclusionem, † ꝙ priuilegium ante illud ius non amittitur per non vsum, quando non affuit occasio, vel necessitas vtendi, vel non se obtulit facultas. Vltra quos addo ad propositum pulchram decisionem Bal. in l. arboribus. §. nam & sic. per illum tex. ff. de vsufruc. vbi dicit, quòd per erectionem furcarum retinetur possessio meri imperij, licèt de facto non occurrerit casus per centum annos, ꝙ quis fuerit ibi suspensus; quia secundùm eum non requiritur actus, sed aptitudo, & sufficit signum, licèt deficiat signatum. Mouetur per tex. in dicta l. in filijs, cum ibi nota. Addo etiam Alua. in terminis in §. licet, colum. 1. in 2. not. in titu. si de feu. fuer. contro. vbi not. ex illo tex. quòd vasallus, qui est paratus præstare seruitia, ꝙ præsumitur, nisi interpellatus negauerit, nunquam præscribit contra dominum, & videtur dominus esse in quasi possessione seruitiorum, dicta l. arboribus. §. idem tractat. ff. de vsufruc.

18 **Septimò quęro** † Pro complemento huius materiæ præscriptionis feudalis, intra quantum tempus agnati possint reuocare feudum antiquum illicite alienatum & absque eorum consensu iuxta ea, quæ habentur in cap. 1. de alie. feu. pater. Dic breuiter, quòd huic iuri reuocandi præscribitur anno a die scientiæ, vt est casus in c. 2. in fi. in tit. si de inuestit. inter dominum & vasal. lis oria. & in c. Ti-
19 tius filios. in fi. tit. si de feu. fue. contro. † Quoniam annale silentium habet vim refutationis scientia mediante c. 1. §. porrò, & ibi glo. & Docto. in tit. qualiter olim feu. pot. alie. & ibi Alua. alleg. multa iura. Subij ciens istud procedere in lapsu temporis anni. Secus si esset tempus triginta ann. quo casu præiudicaretur non solùm scientibus, sed etiam ignorantibus, & tolleretur ius in totum negligentibus tanto tempore, cum tale tempus sit inductum mere in odium negligentium, iuxta glo. in l. fi. in fin. C. de edic. diui Adria. tol. facit, quod not. glo. in c. 1. §. præterea. in tit. de capi. Corra. Ita formaliter inquit Alua. in dicto §. porrò. & hoc sentit Alex. consil. trigesimo. quoniam omne datum optimum. colum. penul. in responsione ad 6. argu. 1. volum. Et sic late firmat Domi. Fran. Curt. senior consi. 82. quod est pen. capio primū colum. 1. vltra med. Quæ conclusio procedit, quando alienatio feudi facta est in remotiorem agnatum. Secus si feudum fuerit alienatum in extraneum: tunc enim potest reuocari per agnatos proximiores, qui nō cōsenserunt alienationi vsque ad 30. annos, vt concludit glo. nota. in dicto §. Titius. quæ in hoc est communiter approbata, vt attestatur Alex. consilio. 15. super primo quæsito, vltima colum. quinto volum.

20 **Octauò quæro** † vtrum præscrip. triginta annorū quæ vt concluſi. regulariter currit in feudis noceat nepotibus & descendentibus, nondum natis tempore alienationis siue agnatis, qui tempore alienationis nōdum erant nati, vel concepti. And. de Iser. in §. hoc quoque, in titu. de suc. fe. & ibi Alua. colum. vltima determinant, quòd non, dicentes quòd contra eos non potest opponi de præscriptione possidentium, per l. alienationis. ff. de verborum significatio. & per not. in l. vbi lex. ff. de vsuca. nisi alienatio dicti feudi fuisset facta per personam, quæ non erat prohibita; vt quia erat persona extranea, & cui non erat lex imposita; quia tunc talia bona vendita essent effecta præscriptibilia, argu. not. per Bald. in l. 2. C. de vsuca. pro empto. cum concor. ibi signatis. Quia conclusionem limitat & declarat Do. Fran. Cur. senior præallega. consil. penul. col. 3. circa finem & sequen.

S V M M A R I V M.

1 *Actioni communi diuidun. & famil. ercis. quanto tempore præscribatur.*
2 *Communione durante an currere possit præscriptio.*
3 *Præscriptio est inducta ad lites tollendas.*
4 *Præscriptio in præscribendis iuribus negatiuis non currit, nisi a tempore contradictionis.*
5 *Pactum de perpetuò stando in communione induci non potest.*
6 *Argumentum de pacto ad legem siue statutum procedit.*
7 *Socijs in communione stantibus non currit præscriptio in iudicio diuisorio.*

1 **Decimotertiò quęro** principaliter † postq̃ supra visum est de præscriptione iurium, & actionum realium & personalium, quanto tempore præscribatur actioni communi diui. & fami. ercis. quæ dicuntur mixtæ. §. quædam, Instit. de actio. & sic iudicio diuisorio. (Quod in feudis an præscribatur actioni communi diuidun. Bald. in c. 1. §. item sciendum, in fi. commen. in titu. de na. feu. per illum text.) Istam quæstionem tangunt Cyn. Barto. & Saly. in l. 1. §. ad hæc, vbi tex. cum glo. C. de anna. excep. & late examinant Ange. Aret. & Iaſ. in d. §. quædam, colum. 6. Instit. de a-
2 ctio. referentes varias opi. glo. & Docto. † Et communis est concluſio, quòd durante communione non currit præscriptio. Et ideo si fratres vel socij steterint in communione. (Adde Cur. consi. 68. colum. 12.) etiam per triginta annos & vltra quòd non petierint diuisionem, nihilominus non præscribitur communioni, quo minus possit diuisio peti, & possint iudicia diuisoria intentari contra opinionem glo. & sequacium. Et pro ista conclusione quamplures rationes adducunt Cyn. & Saly. c. in 3. quæstione in dicta l. 1. §. ad hæc. & Bald. in l. fin. circa fi. C. commu. diui. inter quas maxime vrgent ꝛ. scriptæ. Primò: quia donec socij stant in communione, & donec possident simul, vnus recognoscit alterum in socium: ergo impossibile est, ꝙ currat præscriptio. l. cum notissimi. §. sed & si quis, & l. male agitur. C. de
3 præscri. triginta annorum. † Secundò: quia præscriptio est inducta ad lites tollendas & dirimendas. l. fi. ff. pro suo. Sed si per præscriptionem induceretur perpetua communio, ita ꝙ quis non posset petere diuisionem, præscriptio operaretur effectum contrarium: quia non esset lites tollere, sed augere, quas communio solet excitare. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. si non sor-
4 tem. §. si centum. ff. de condit. inde. † Tertiò: quia in præscribendis iuribus negatiuis non currit præscriptio, nisi a tempore condictionis, vt not. glo. & Docto. in l. qui luminibus. ff. de ser. vrba. præ. & in l. 1. C. de ser. & aqua. Sed sola communio non parit aduersarium, nisi quis faciat se aduersarium contradicendo di-
5 uisioni. Ergo &c. † Quartò pro hac parte adducit Aret. aliud fundamentum in dicto § quædam. colum. 1. quia pacto induci non potest, ꝙ perpetuò stetur in communione. Secus si ad certum tempus limitatum, vt est text. not. in l. in hoc. in §. si conueniat. ff. commu. diui. Ad quem vide Iaſ. in dicta l. si non sortem. §. si centum, colum. 3. Fel. in c. si diligenti, colum. 6. de foro compe. Alex. consilio 18. visis capitulo 1 colum. 2. volum. vbi determinat, ꝙ pactum de nunquam diuidendo etiam iuratum non valet, quinimmo non valet dispositio testatoris, ꝙ eius hæredes stent perpetuò in communione. Sed bene potest disponere, seu prohibere, ꝙ non perueniant ad diuisionem ante certum tempus, casus est not. in l. 3. in prin. ff. de condi. insti. & not. Iaſ. in d. §. si centum. Si ergo non potest induci per pactum, vel per vltimam voluntatem, ꝙ nunquam fiat diuisio. Ergo nec per præ-
6 scriptionem, & sic per legem, † cum procedat argu. de pacto ad l. siue statutum, glo. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. & glo. & Bar. in l. non impossibile. ff. de pac. bonus tex. in l. fin. ad fin. & ibi Bar. & Bal. C. de fideicom. Sed istud argu. non valet; quia procedit affirmatiue & non negatiue secundùm Barto. & Doct. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. & not. Moder in repe. l. vt vim, colum. 3. ver. ꝙ autem. ff. de iusti. & iur. Alexan. consi. 59. viso titulo
7 quæstionis 2. colum. 4. volum. † Et sic firmatur concluſio, ꝙ donec socij stant in communione, nulla currit præscriptio in iudicio diuisorio. Non obstat tex. in d. l. 1. §. ad hæc. vbi videtur casus in contrarium; quia ad illum tex. respondet Bal. in l. fin. C. fin. regun. ꝙ ille tex. procedit altero tantum ex consortibus possidente. Tunc enim ille, qui possideret, bene præscriberet triginta annis contra alium non possidentem. Sed vtroque possidente, prout in terminis nostris præsupponitur, nulla currit præscriptio, vt supra concluſum est. Et hoc vltimum quando alter tantū possidet, intellige ꝙ currente bona fide per generalē regulā. c. fi. cum ibi nota. de præscriptio.) Adde Saly. in 3. quæstione. 5. argu. qui ponderat glo. ibi dum dicit, ꝙ non currit præscriptio vt possidendo contra dominum præscribatur. Et sic ei non præscribitur, quatenus possidet, vnde medietatem non præscribit, sed medietatem, quam vt suam possidet, præscribit nedum contra tertium, sed contra eum qui secum communionem prætendit, si ille solus dominus fuisset secundùm Saly. ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Actioni fin. regun. quanto tempore præscribatur.*
2 *Actio fin. regun. nasci dicitur, ex quo ceperunt fines turbari.*
3 *Vicinus vendens pos. vicini egrediendo terminos, an emptor præscribere possit, & quanto tempore actio tollatur.*
4 *Iudex non debet præscribenti auferre commodum præscriptionis.*
5 *Actio fin. regun. non potest directe tolli.*
6 *Actio fin. regun. quanto tempore duret, vbi nihil est præscriptum.*

1 **Decimoquartò quęro** † quanto tempore præscri. actioni fi. regun. quæ est etiam mixta, & cognata prędictarum. d. §. quædam. Istam quæstionem decidit tex. in l. fi. C. fin. regun. & ibi not. glo. & Docto. vbi dicit, ꝙ huic actioni præscribitur spacio triginta anno. & incipit præscriptio ex die, qua fuit mota actio, & ideo si habemus duos fundos vicinos & termini steterunt non turbati per triginta ann. postea turbantur, extunc oritur actio fin. regun. quæ prius proponi non potuit pro finibus dirigendis, cum fines stabant vt debebant, & ex eo tempore præscriptio incipit secundùm Iaco. But. referentem Bald. in dicta l. fi. circa fin. versic. extra quæritur.

2 † Et quòd ista actio nascatur, ex quo ceperunt fines turbari, firmat glo. ibi, & Bald. declarat in 2. quæstione. Ergo antequam sit orta actio non currit præscriptio. l. in rebus. §. omnis. C. de iur.
3 dot. † Sed contra istam concluſio. & text. in dicto §. fin, fortiter obstat tex. in l. 2. §. hæc si fundus, & in l. qui fundum. §. 1. ff. pro empto. vbi dicitur, quòd si vicinus meus vendit aliquid de meo egrediendo terminos agrorum, quod emptor præscribit spacio decem ann. & sic tollitur hæc actio spacio longi temporis. Hanc

oppo.

Source : BIU Cujas

oppo.formant glo.& Bal.in d.l.fi.C.fin.regun.& respondent,ꝙ ibi præscribitur domino nō actioni: quia adhuc competit actio fin.regun.vt termini commodius distinguantur. Sed sibi remanebit id quod præscripsit. † Hoc est dicere secundum Bal.quòd actio fin. regun. durat in se, sed iudex commodum præscriptionis non debet auferre præscribenti.† Vel aliter in l.cōtraria actio fin.regun.non tollitur directe,sed indirecte; quia cum præscribitur dominium indirecte præscribitur contra actionem fin. regun.quoties præscriptum est,sicut nota. in simili in l.2.C.de ser. & aqua.facit quod nota.in simili in l.vsucapio.C.de pigno. † Et hanc approbat Iaco. But.vt Bal.refert, vbi ergo nihil de meo est præscriptum, durat ista actio triginta annis. Sed vbi aliquid est præscriptum, indistincte tollitur ista actio secundùm istam vltimam solutionem, vel reducitur ad formam præscriptionis secundum primam solutionem, & sic magis modificatur, quàm tollatur. Et sic vtraque solutio vera. Et de præscriptione vtriusque actionis communi diuidundo, & finium regundorum tractat Do.Pet.de Vbal.in suo solenni tractatu de duo.fra.in 13.parte princi.in 2.quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Actioni pro socio quanto tempore præscribatur.*
2 *Actio pro socio an possit nasci tempore societatis.*
3 *Societate durante an incipi possit præscriptio.*
4 *Actio pro socio est personalis.*

1 **Decimoquintò quæro** † quanto tempore præscribatur actio pro socio,seu iuri petendi redditionem rationis inter socios.Istā q.mouet Do.Pet.de Vbal.in præalle. trac. de duo. fra.in 13.parte
2 prin.1.q.& concludit † ꝙ actio pro socio,vt reddatur ratio administrationis non sit nata durante societate,sed demum ea finita. l.actione.ff.pro so. & l.tandiu. & ibi no.Bal. C.eo.& in l. 1. C. vt
3 actio.ab hę. & contra here. † durante ipsa societate non incipit currere præscriptio, sed demum ea finita, nec potest obiici, cur non renunciauit societati, ex quo renunciare potuit secundùm glo.in d.l.1.in verbo,pro socio.ibi.durante societate. C. de anna. exce.idem voluit Bal. in l.in rebus. §. omnis. C.de iur. do. & in l.
4 quoties.C.de pre.impe.of.hæc sunt verba. D.Pe.vbi supra † Sed cum actio pro socio sit personalis, ego puto, ꝙ ipse principalis, vel hæres eius nunquam præscribit propter malam fi. vt plene no.in c.fi.de pres.& in c.si diligenti.eo.tit. & plene dixi in 3.parte prin.colum. 44.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Petitioni hæreditatis quanto tempore præscribatur.*
2 *Petitio hæreditatis regulariter non datur contra titulo possidentem.*
3 *Longi temporis præscriptio non habet locum,nisi titulus præcedat.*
4 *Conueniri non potest petitione hæreditatis habens iustum titulum.*
5 *Petitio hæreditatis non potest longo tempore præscribi sine titulo.*

1 **Decimosextò quęro** principaliter, † quanto tempore præscribatur petitioni hæreditatis. (Vide Io. Fab. Instit. de vsuca. col.1.& ibi Are.colum.2.& Ang. consi.80.visis quibusdam actis,& late per Bal.in repe.l.fi.colum.6.C.de præscrip.lon.temp.vbi in specie tāgit qualiter præscribatur contra extraneos hæredes.) Breuiter dic,ꝙ licèt sit realis.l.sed si lege.§.petitio.ff.de peti.hære.& l.si autem.§.sed is. ff.de rei vendi. tamen quantum ad præscriptionem sequitur naturam personalium; quia non præscribitur longo tempore decem vel viginti annis, vt est casus in l. hæreditatis. C. de peti.hære.vbi tex.appellat istam actionem mixtam,& ibi glo.
2 quàm sequuntur Bar.& Doc.assignat viuam rationem. † Nam petitio hæreditatis non datur regulariter.ff.de peti.hære.& l.hæreditatem,& ibi glo. C. in quib. cau. cessat long. tempo.præs.&
3 plene no.gl.& Doc.in l.fi.in fi.C.de edic.diui Adria.tollen. † Sed præscriptio longi tempo. non potest habere locum, nisi præcedat titulus.l.nullo.C.de rei vendi.& l.diutina.C.de præscri.longi tempo. vnde nimirum si petitio hæreditatis spacio longi temp.
4 tolli non potest: quia si aliquis habet iustum titulum † non potest conueniri petitione hæreditatis.Ergo tunc nō est opus quę-
5 rere de præscriptione. † Si autem non habet titulum; tunc non potest præscribi petitio hæreditatis longo tempore,cum in præscriptione longi tempo,requiratur titulus,vt modò dixi. Necessario ergo requiritur præscriptio triginta annorum, quæ currit sine titulo.l.sicut.l.omnes,& l.si quis emptionis.§.1.C.de præscri. triginta vel quadraginta annorum. Et ista ratio satis colligitur ex tex.in dicta l.hæreditatem. C. in quib. cau. cessat lon. tempo. præscri.& vide Ang.Are.in §.quędam.col.1.& ibi Ias.col.6.& 7. Institu. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapio perfecta per hæredem putatiuum an prosit vero hæredi.*

1 **Decimoseptimò quęro** † An vsucapio perfecta per hęredē putatiuum prosit vero hæredi,& an vsucapio perfecta per hæredem scriptum,qui desinit esse hæres destituto testamento, prosit hæredi,venienti ab intestato. Glo.not.in l.& non tantum.§.1. in verbo ab hærede, & ibi in specie,not. Ange. in fine commen. ff.de petitio.hæredi.determinat quòd non.

SVMMARIVM.

1 *Spurius qui titulo lucratiuo nihil potest a patre capere, an sibi relicta a patre donata præscribere possit.*
2 *Spurius an aliquo spatio temporis præscribat hæreditatem patris.*
3 *Longa possessio non plus operatur,quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis.*
4 *Error iustus an operetur,quòd vsucapio seu præscriptio procedat vbi non cadit titulus verus.*
5 *Præscriptio longi temporis quò ad spurios est prohibita.*
6 *Spurius non potest præscribere longo tempore relictum sibi factum.*
7 *Error iuris causat bonam fidem & prodest ad præscriptionem longissimi temporis.*

1 **Decimooctauo quęro** † An spurius, qui nihil a patre capere potest titulo lucratiuo,auth.ex complexu.C.de incest. nup. & l. 1.C.de natu.lib.not.plene Bar. in l.fi.ff.de his quib. vt indi. possit præscribere sibi relicta vel donata a patre. Bar.consil.119.Dom. Dominicus magistri Theobaldi.colum. 1.circa medium, versi. nec obstat.decidit,ꝙ si spurius sciebat se non posse capere: tunc tanquam malæfidei possessor non præscribit vllo tempore. c. possessor. de re. iur. in 6. Aut.credebat se posse capere, & apud eum iuste esse possessionem, & tunc errauit in iure,qui error iuris nunquam in vsucapione prodest.l.nunquam. in princi. ff. de vsuca, & quantum ad præscriptionem habetur error iuris pro mala fide,vt not.per Dy.in d.c.possessor. Hæc sunt verba Bar.in præalle.consi.de quo meminit Alex.in apostil.ad Bar.in d. l.fina. colum.3.in apostil.posita super verbo,propter voluntatem,refe-
2 rens Bar.ibi determinare † ꝙ spurius nullo temporis spacio præscribit hæreditatem patris,sed Bar.formaliter loquitur vt supra. Et vltra Bar.propositam quæstionem decidit tex.cum glo. not. in l.nemo.ff.pro lega.vbi habetur,quòd spurius,vel aliàs incapax non possunt præscribere tali præscriptione, in qua requiritur titulus,prout in vsucapione,& præscri.lon. tempo.si voluerit præscribere tanquam sibi relictum ab eo, a quo capere non potuerunt. Et ita tenet Bal.in l.id quod pauperibus.colum.fin. C. de epis.& cler.& in l.nullo,versi.2.quæro.C.de rei vendi. vbi intelli-
3 git hoc esse verum, etiam si putasset se legitimum: † quia non plus operatur longa possessio,quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis,alleg.glo.secundùm eum singularem in d.l. nemo. Eandem conclusionem firmat Saly.in d.l.nullo. dicens istud procedere,etiam si iusto errore putasset se esse legitimum, & ita intelligit glo.prælegatam,& idem Saly.in l. 1. C.pro hærede. Et consulendo sequitur Alexan.consi. 74. circa primum dubium.ad fi.3.volum. vbi conclusionem prædictam comprobat duobus medijs.

4 † Primo: quia vbi non cadit titulus verus, ibi nec iustus error operatur,quod vsucapio,seu præscriptio procedat.l.1.ff.pro hære. Secundo: quia ex quo lex prohibet omnem alienationem, saltem quæ fieret titulo gratuito in istos spurios seu natos ex eis.
5 l.1.cum ibi not.per Barto.C.de natu.libe. per Bart. & alios in l.si his qui ex bonis.ff.de vulga.& pupil. † Sequitur, quòd etiam dicta præscriptio longi temporis inter eos videtur prohibita.l.alienationis verbo.ff.de verbo. significatione. Et ista pars videtur verior secundùm Alex.licèt Ange.in d.l.nemo.ff.pro leg.tenuerint contrarium,quādo errore facti iusto putassent se legitimos, per not.per glo. in l. 1. ff.pro dote.cuius opinio reprehendit Rapha.Cuma.in dicta l.nemo. quia secundùm eum in casu notato per glo.in dicta l. 1.non censetur ibi proprie incapax.

6 † Et sic concludit Alex. spurium non posse præscribere longo tempore relictum sibi factum, nec per consequens hæreditatem patris titulo pro hærede,licèt crediderit se legitimum, puta quia legitimatio erat inualida. Contrariam partem, quòd spurius, qui verisimiliter credere habuit se legitimatum iusto errore,præscribere possit longo tempore,firmat Pau. de Cast. consi. 227.aliàs 225,super primo dubio.colum.4.versic. vlterius,in antiquis. Et videtur sequi Socy. consil. 251. quoniam in præsenti. colum.penul.ver.succedit nunc sexta difficultas. Sed non puto recedendum ab opi.Bal.& Sal.quam Alex. attestatur veriorem. Limita prædictam conclusionem procedere quò ad præscriptionem longi temporis,& ita loquuntur Bal.Saly. & Alex.Sed si spurius possedisset spacio triginta ann.dicit Bal. in dicta l. nullo.se credere, ꝙ præscripsisset ius excipiendi. l.si quis emptionis. §.1.C.de præscri.triginta ann. Ego verò teneo, quòd tunc data bona fide: quia verisimiliter habuit credere se legitimum, præscribat vtile dominium,cū in hac longissima præscriptione non requiratur titulus, sed sufficiat possessio cum bona fide ad præscriptionem vtilis dominij.d.l.si quis emptionis.§.1.& ibi not.gl.
7 & Doc.† Et puto hoc casu ꝙ error iuris causet bonam fidem,& prosit ad præscriptionem longissimi temporis,licèt nō prosit ad

præscriptio-

Source : BIU Cujas

præscriptionem longi temporis, vt firmat Pau. de Castro in l. Celsus.columna prima.ff.de vsucap.vbi plene dicam,licèt Bart. in hoc videatur voluisse contrarium in consilio præallega. in prin.quæstionis.

SVMMARIVM

1 *Iura adeundi vel immiscendi quanto tempore præscribatur.*
2 *Adire quid sit.*
3 *Præscriptione sublatum dici non potest, quod non fuit in actu & potentia causatum.*
5 *Iuri immiscendi præscribitur triginta annis.*
5 *Filius potest venire ad successionem patris ex triplici capite.*
5 *Filia instituta in testamento matris si per triginta an. steterit, quòd non adiuerit ex testamento, an intra alios triginta poterit adire ab intestato.*
7 *Regula illa, quòd ius adeundi durat triginta ann. qualiter procedat.*

1 **Decimononò quæro** principaliter† quanto tempore præscribatur iuri adeundi vel immiscendi. Et circa ius adeundi communis est conclusio, ꝙ huic iuri præscribatur spacio triginta ann. (Sed an præscriptio causet ius accrescendi,vide per Bal.in l.1.col. 3. in 1.q.C.quando non pet.par.Et ibi col.4.versi.vnde etiam, dicit,ꝙ præscriptio non facit hæredem eum qui non est.) Tex.est iuncta glo.quam communiter approbant Docto.in l.licèt. C.de iure deli. vbi Bald. istam questionem late disputat in 3.q. & plura subtilia argumenta adducit, tandem concludit cum glo.versic. in contrarium &c.dicens. Et ita communiter tenemus, ꝙ post triginta ann. hæreditas delata non possit adiri. Et istam conclusionem probat pluribus medijs. Et hanc communem opinio atteſtatur Alex. in d. l. licèt.in prin. commen. Ias.col.2.quamuis Sal.ibi per plura media tenuerit contrariam opinionem, quibus late respondet.D.Pet.Phylip. Corne.tenens communem consi. 305.circa primum,colum.3.in princ. 3.volum.

Eandem conclusionem firmat ipse Corne. dicens eam esse communem consi. 17.circa præsentem consultationem. 7. col. & consi.70.duo veniunt.colum.2.versi.his tamen non obstanti. 3.volum.& Pau.de Cast.consi.392.super 1.quæstio. in 2.dubio. & consi.sequen.visis dubijs propositis. & late Imo.post glo. in l. 3. ff. de acquir.hæredi.Roma.consi. 71.visis dubijs.colum.2.cui consi. se subscripsit Pau. de Cast. & est ad literam inter consilia Pau.consi.379.visa inquisitione.in antiquis, vbi assignat rationē.

2 † Quia adire est ius, quod probat per tex. in l. 3. ibi.ius adeundi. C.de insti.& substi.sub condi.fa.ergo præscribitur triginta ann.l.

3 sicut.in verbo, ius.C.de præs. triginta ann. † aliàs non posset dici præscri. sublatum, quod non fuit in actu & potentia causatum, vt ibi per Rom. refert Fely. qui etiam atteſtatur, ꝙ hæc est communis opin.in c.de quarta,colum.6.versi.& scias,de præs.Et pro ista ratione addo pulchre Bal.in repe.l.fi.colum.8. C.de præscri. lon.tem.vbi stricte probat, ꝙ id demum præscribitur, quod est ius, & demum illud ius, quod est in reum natu.productum & formatum,licèt ibi teneat contra communem, ꝙ non præscribatur iuri adeundi, quasi sit mera facultas, & non ius, contra id quod ipse tenuit in d.l.licèt,vbi sequitur communem. Et ꝙ adire sit ius,& præscribatur tali iuri,contra Bal. in loco præalleg. firmat Bar.in l.is potest, circa fin. 3.colum. in ver.contra hoc videtur.ff.de acqui.hære.& in l.1.colum. 3. versi.iuxta prædicta quæro.ff.de condi.ex lege.

Et istam conclusionem esse communem contra Salyce. atteſtatur etiam Socin. consilio 63. in causa quæ videtur inter Do. Catherinam. colum. 2.& 3.& consilio 81.in præsenti con-

4 sultatione, colum. 1.in fin. † Et pariter iuri immiscendi præscribitur triginta annis secundùm glo.& communiter Docto. in d. l.licet. (Adde vtrum ius immiscendi præscribatur, Bal.consi.12. colum.2.in 3.volum.vbi dicit,ꝙ iste passus est dubius,& tandem concludit cum opi. glo. in l.licèt. C. de iure delib. ꝙ tollatur per præscriptionem longissimi temporis, & ibi etiam concludit, ꝙ licèt præscriberetur ius adeundi,vel immiscendi,possunt tamen bona præscribi a legitimo possessore.) quamuis Ias. ibi, colum. 2.teneat oppositum in puncto iuris per vnum motiuum, quod fuit Ang.& Alex.in l.1. C.quando non pet. par. vbi videtur glo. contraria, & ibi late disputat Alexan. colum. 3.tangens, an præscribatur existentię suitatis,ex qua prouenit ius immiscendi,post Bal. ibi. Et istam esse communem opin. atteſtatur Rapha. Cuma.consi.29.quidam Gonterius. Currit autem dictum tempus triginta anno. a die, quo creatum est ius,& orta adeundi vel immiscendi facultas. Antea non, ideo hæredi sub conditione instituto non currit,nisi conditione impleta. Ang.in l.si seruus. ff. de bono.autho.iud.posslden. Nisi esset conditio potestatiua secundùm Bald.in l.eum qui.ff.si quis omis. cau. testa. refert Fely.in d.

5 c.de quarta.colum.6. † Et not.ꝙ licèt iuri adeundi vel immiscendi præscribatur triginta annis secundùm communem opi. glo. & Doc.in d. l. licèt. Tamen filius potest venire ad successionem patris ex triplici capite,videlicet per caput vnde liberi, vnde legitimi,& vnde cogna.Et si est exclusus tēpore a primo capite, pōt venire per secundùm. Et si est exclusus a secundo potest venire per tertium. Catus est in l.1.§.sed videndum.ff.de succes.edict.Et si filius veniat de iure prætorio,ex quocunque capite veniat,sem per habet annum,vt dicit tex.in l.penul.§.filius.ff.quis ord.in bo possessio.ser.notant glo.& Doc.in l.1.in glo.fin.C.qui admit.vbi late Ias.col. 8. Si autē venit de iure ciuili habebit triginta annos, quia sicut se habet annus de iure præto.ita se habent triginta an ni de iure ciuili,secundùm Bal. Ang.& Pau. de Cast. in d.l.licèt.

6 vbi referunt per hoc consuluisse Bart.de facto † ꝙ si filia instituta in testamento matris steterit per triginta annos, ꝙ non adiuerit ex testamento, poterit intra triginta alios annos adire ab intestato. Plus refert Bal.in d.l.licèt.in 3.q.consuluisse Bart. ꝙ etiam si ab intestato steterit per triginta annos,ꝙ non adiuerit, & si sit excluſa a primo capite liberorum,poterit adhuc ex alio generali capite legitimorū intra alios triginta annos adire. Et sic hoc ca sū iuri adeundi vel immiscendi non erit in effectu præscriptum, nisi vsq; ad 40.annos. Et ita limitatur communis conclusio glo. & Doc.s.relata. Hanc decisionem sequuntur omnes in d.l.licèt, excepto Saly.Pau.de Cast.& Rapha.in l.quādiu.la 1. ff.de acqui. hære.vbi Pau. de Cast. reputat istam decisionem mirabilem. referens se habuisse de facto, & consuluisse, cuius consilia refert. Do. Ias. in d. l.licèt.circa fi. Et vltra eum istam decisionē firmat Alexan.consi.89.viso puncto,colum.2.vbi atteſtatur, ꝙ ista opi. est verior,& concordat,& respondetur motiuo Saly.dicentes se dubitare de hac decisione in d.l.licèt.& consi.sequen.in causa & lite vertente. 1.colum. 2. volum. Et per hoc singulariter decidit Bal.in d.l.licèt.in 4. q. C. de iure delibe. & ibi Doc.communiter sequuntur maxime Alexan.circa med.commen.& Iaso.circa fi. ꝙ si filius staret per triginta annos,ꝙ non adiret hæreditatem patris de iure ciuili, censetur solum excluſus a primo capite intra alios triginta annos. Et si fuit excluſus a secundo lapsu aliorum triginta anno. potest adhuc venire intra alios triginta annos ex

7 tertio capite, & sic admittitur vsque ad nonaginta annos.† Prædictam conclusionem quæ habet, ꝙ ius adeundi durat triginta annis, limita & declara procedere quò ad bona hæreditaria non præscripta.Nam si possessor bonæ fidei præscripsisset rem hæreditariam longo tempore cum titulo,videlicet decem annis inter prę sentes,& 20.inter absentes,puto ꝙ posset se tueri præscriptione, & etiam ante lapsum triginta anno. aduersus filium; quia licèt non esset filius excluſus a iure adeundi,seu veniendi ad hæreditatem,esset tamē præscriptum dominio,& actioni,& per consequens tolleretur per indirectum illud ius adeundi,quò ad bona præscripta,vt in similibus terminis concludit Bal. post glo.in l.fi.C.fi.regun.Et idem putarem,si quis præscripsisset bona hereditaria longissimo tempore quadraginta an. cum bona fide absque titulo,& sic acquisiuisset vtile dominium iuxta l.si quis emptionis.§. 1. C.de præs. triginta anno. Et hoc aperte sentit Alex. præalle.consi.89.colum.3.circa prin.versic.aut volumus dicere. 2.volum.vbi præsupponit,quòd licèt filius non sit excluſus a iure veniendi ad successionem,excludatur tamen præscriptione a iure agendi petitione hæreditatis ad rem possessam per tertium spacio triginta anno.iuxta l. hæreditatis. cum ibi not. C. de peti. hære.& in l.hæreditatem. C.in quib.cau.cessat longi tempo.præscrip.vel a iure agendi rei vendicatio. vel publiciana;quia possessores rei quæ petitur illam possederunt spacio triginta anno. & sic acquisiuerunt dominium saltem vtile, nisi mala fides, vel quid aliud obstat præscriptioni, & salua restitutione in integrum ex capite ignorantiæ, vbi competit, vt latius ibi per Alex.

SVMMARIVM.

1 *Ius agnoscendi bonorum possessionem de iure prætorio quanto tempore præscribatur.*
2 *Differentia est inter ius adeundi & bonorum possessionem.*
3 *Tempus petenti bonorum possessionem nunquam currit ignoranti.*
4 *Successio prætoria quo casu vtilior sit, quanto ciuilis.*
5 *Ius deliberandi competens hęredi non suo est annale quò ad transmissionem.*

1 **Vigesimò quæro** † Quanto tempore præscribatur ius agnoscendi bonorum possessionem de iure prætorio. Dic quod præscribitur anno quò ad liberos & descendentes,quò verò ad agnatos spacio centum dierum vtilium.l.1.§.largius.ff.de succes.edic.& §. fin.Institu.de bono.possess.

Et istud tempus petendi bonorum pos. est vtile, non solum in prin.sed in medio & in fine,& incipit currere a tempore scientiæ mortis defuncti. l.2.in princ. ff.quis ordo in bono. possess.ser. & l.2. C.qui admit. & ibi plene not. Doc. Et in hoc est differen-

2 tia inter bono. possess. & ius adeundi † quia tempus triginta anno.quod habet hęres ad adeundum de iure ciui.est continuum, & currit ignoranti.d.l.licèt, vbi tex. expresius in verbo, ignorantes,iuncta glo. quàm communiter approbant Docto.

3 † Sed tempus petendi bonorum possessionem nunquam currit ignoranti, etiam si staret per centum annos. Ita declarat Bald.in d.l.licèt,& in rub.C.qui admit.in 6. quæstione. Et sequuntur Alex.& Ias.in l.2.eodem titulo, & Do.Pet.Philip.Cor-

4 neus consi. 321.de pluribus. 3. colum. 3. volumine.† Et isto re-

Source : BIU Cujas

ſpectu eſt magis vtilis ſucceſſio prætoria quàm ciuilis data igno
5 rantia. Sed data ſcientia magis vtilis eſt ciuilis per prædicta. † Ius autem deliberandi competens hæredi non ſuo eſt annale quò ad tranſmiſſionem. Ita ℭ ſi intra annum hæres decedat ſciens hę reditatem ſibi delatam, tranſmittit facultatem adeundi ad hæredes ipſius hæredis. l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. Et dic, vt ibi plene plene per glo. & omnes Doc. & plene per Bar. in l. qui duos. ff. de reb. du. vbi ponit, quæ requirantur, vt fiat tranſmiſſio ex beneficio illius l. & format plures. q. circa eius materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Ius dicendi nullum quanto tempore præſcribatur.*

1 Vigeſimoprimò quæro † quanto tempore præſcribatur ius dicendi nullum. (Adde Bal. in conſi. 305. punctus quæritur in 3. volum.) Bar. in l. filio præterito. colum. antepe. ſeu pen. verſi. ſed quando ſe immiſcuit. ff. de iniu. rup. determinat ℭ tolletur ſpacio triginta anno. ſicut ius adeundi, vel immiſcendi. Mouetur per rationes de quibus ibi per eum, & ſequitur ibi Pau. de Caſt. & Alex. in l. 1. C. quando non pet. par. in. in 2. col.

S V M M A R I V M.

1 *Quærela inofficioſi quanto tempore tollatur.*

1 Vigeſimoſecundo quęro † Quanto tempore tollatur querela inofficioſi. Tex. eſt clarus, ℭ præſcribitur quinquennio, in l. ſi quis filium. in fi. C de inofficio. teſtamen.

S V M M A R I V M.

1 *Ius agendi ad ſupplementum legitimę tollitur quinquennio.*
2 *Iuri agendi ad ſupplementum legitimæ quanto tempore preſcribatur.*
3 *Statutum, quòd non petens debitum intra triginta annos vlterius non audiatur, an extendatur ad ſupplementum legittimæ, vel ad legitimam, pro qua datur petitio hæreditatis.*
4 *Statutum generaliter loquens an intelligatur loqui de legitima.*

1 Vigeſimotertio quæro † Quanto tempore præſcribatur iuri agendi ad ſupplementum legitimæ, de quo in l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. Iſta q. eſt quotidiana & eam mouet Barto. in l. ſi quis filium. in fi. & decidit, ℭ tale ius tollitur quinquennio ſicut querela inofficioſi. Mouetur Bar. quia ius agendi ad ſupplementum ſuccedit loco querelæ. d. l. omnimodo, & conſequenter debet ſortiri eius naturam. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis cau. Sed opin. Bar. reprobant ibi communiter Doc. videlicet Bal. & Sal. & Pau. de Caſt. qui optime reſpondent ad motiuum Barto. & firmant
2 concluſionem † ℭ iuri agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori ſpatio triginta ann. vt in cæteris actionibus perſonalibus.

Et eandem concluſionem contra Bar. tenuit Ang. in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffi. teſtamen. & Bald. conſi. 20. ſi pecunia, in fi. 2. volu. Et hanc eſſe communem atteſtatur Pau. de Caſt. conſi. 122. aliàs 123. dubia de quibus quæritur. in antiquis conſilijs, & eam confirmat per plures rationes. Et late conſuluit Alex. pro iſta concluſione affirmans etiam eam eſſe communẽ conſi. 128. conſideratis verbis inſtrumenti, colum. 3. & 4. verſi. præterea poſito ℭ lapſum eſſet quinquennium. 1. volum. & conſil. 8. viſis ſubtiliſſimis dubitationibus, vlti. colum. 3. volum. Eandem ſequitur Ang. Areti. & dicit communem, Inſtitu. de inoffi. teſta. in prin. colum. 2. & late Dom. Pet. Philip. Cor. conſi. 264. in hac conſultatione. pen. & vlti. colum. 1. vol. reſpondeo motiuis Bar. Do. Bene. de Peru. conſi. 40. circa que Fulgo. conſi. 83. Bonacurſius, colum. ſecunda.

Primò ampliatur iſta concluſio, vt procedat nedum in ſupplemento legitimæ, ſed etiam in ipſa legitima iure naturæ debita filio, & pro qua competit petitio hæreditatis; non enim præſcribitur petitioni, legitimæ niſi triginta annis, ſecundùm Bald. Saly. & Pau. de Caſt. in d. l. ſi quis filium, & Ang. in dicta l. ſi quis Papinianus. §. ſi conditioni. quos ſequitur Alex. præallega. conſi. 8. vlti. colum. 3. volum.

3 † Secundò ampliatur prædicta concluſio, vt procedat, etiam ſi extaret ſtatutum, quòd qui non petierit debitum intra viginti annos, vlterius nõ audiatur. Nam tale ſtatutum non extenditur ad ſupplementum legitimæ, vel ad legitimam, pro qua datur petitio hæreditatis. Ita concludit Do. Pet. Phylip. Cor. conſi. 274. in hac conſultatione. 1. & 2. colum. 1. volum.

4 † Confirmatur iſta concluſio; quia ſtatutum generaliter loquens non intelligitur loqui de legitima, niſi de ipſa faciat ſpecialem mentionem, argumen. text. in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inofficio. teſta. vbi plura cumulat Iaſo. De validitate autem prædicta ſtatuti late dixi in 11. quæſtione ſecundæ partis tertiæ principa.

S V M M A R I V M.

1 *Remedium canonis reintegranda, tertia quæſtione prima. competit perpetuò.*
2 *Lex canonica in quo differat a ciuili.*
3 *Remedium canonis reintegranda. non admittit probationes concurrentes ipſum dominium.*
4 *Exceptio dominij non poteſt opponi in remedio canonis, reintegranda.*
5 *Præſcriptio excludere dicitur omnem exceptionem.*
6 *Differentia inter ius canonicum & ciuile non datur in præſcriptione remedij canonis reintegranda.*
7 *Condictio ex canone reintegranda. quibus caſibus ſit perpetua.*

1 Vigeſimoquartò quęro principaliter † quãto tempore præſcribatur vtiliſſimo & quotidiano remedio c. reintegranda. 3. q. 2. de quo late ſcribunt Panor. & Cano. in c. ſæpe, de reſti. ſpolia. Alexan. & alij in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poſſeſ. & plene Alexan. in conſilijs infra allegatis. Et aliquid dicam in repeti. l. Celſus. ff. de vſuca. glo. in c. ſolicitæ. de reſti. ſpolia. dicit; quòd remedium canonis reintegranda. competit perpetuò. vnde dicunt ibi Goffre. & Ioan. An. in fine commen. quòd licèt interdictum vnde vi tanquam prætorium ſit temporale. l. 1. §. annus. ff. de vi & vi arma. Tamen condictio ex illo canone reintegranda. eſt perpetua, quod intelligit Imol. ibi, ſcilicet ℭ non præſcribitur etiam triginta annis.

† Et in hoc ſecundùm eum differt lex canonica a ciuili, quia actio ſpacio triginta anno. tolleretur. l. ſicut. C. de præſ. triginta anno. cum ſimi. & refert ita tenere Dom. Anto. de But. & male, quia Do. Anto. declarando dicta Goffre. dicit, quòd ex quo competit condictio ex canone, & non actio prætoria, quod ſit perpetua, ideſt duret triginta annis, Inſtitu. de perpe. & tempo. actio. in prin. & ſic vult, quòd condictio ex illo canone præſcribatur ſpacio triginta ann. Et ita firmat Panor. in d. c. ſolicitæ. colum. 6. ver ſic glo. vlt. quærit.

Et iſtam opin. ſequitur & dicit eſſe veram Socin. in repeti. d. l. rem quæ nobis. colum. 11. in 8. quæſtione prin. & confirmat ratione; quia ſi præſcribitur dominium tanto tempore, quod eſt magis præiudiciale a poſſeſſore bonæ fidei, vt per Bart. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & per Cano. in c. fi. de præſcri. Item ſi præſcribitur actionibus perſonalibus, quæ competunt ad dandum propter bonam fidem debitoris, vt not. in dicto c. fina. & per Docto. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. igitur fortius debet poſſe præſcribi condictio ex illo canone a poſſeſſore bonæ fidei ſpacio triginta annorum, ex quo hoc eſt minus præiudiciale.

Eandem opinio. videtur tenuiſſe Aret. in §. quadrupli. colum. 10. & 11. verſi. 7. principaliter, & verſi. ex quibus, Inſtitu. de actio. Addo vltra Soci. licèt ita ſimpliciter tranſeat, quòd contrariam partem videtur tenere Alex. conſi. 200. viſo & diſcuſſo. pen. col. 2. dubio 2. volum. vbi concludit, quòd contra agentem remedio
3 dicti canonis non obſtat exceptio dominij, & ideo † quòd in tali remedio non debent admitti probationes concernentes dominium. Et expreſſius idem Alex. conſi. 6. circa proceſſum cauſæ vertentis. colum. 4. vel 5. verſi. non obſtat etiam ſi dicatur, ℭ Guido Paulus, vſque ad verſi. item quia poſito quòd reus. 3. volum. vbi videtur ſibi contrariari. Dicit enim primò, quòd remedium dicti canonis eſt perpetuum, ideſt ℭ non concluditur mi-
4 nori ſpacio triginta anno. † Poſtea ſubdit, quòd in illo non poteſt opponi exceptio dominij. Fruſtra ergo curreret præſcriptio, ſi non poteſt oppo. Idem ſenſit ipſe Alex. in l. 3. §. genera. circa fin. commen. ff. de acqui. poſ. & conſi. 118. viſo themate, & conſil. ſequen. 2. volum. & conſi. 90. viſo proceſſu. cum duobus ſeq. 5. volum. In quibus locis concludit, quòd in remedio dicti canonis debet prius reſtitui poſſeſſio antiquo poſſeſſori, antequã audiatur poſſidens in aliqua exceptione, & in dictis conſilijs late tractat de natura & priuilegijs remedij illius canonis reintegranda. Sed his non obſtantibus non recedo ab opin. But. & Pau. quam approbat Soci. pro vera.

Non obſtat, quòd non poſſit opponi, exceptio dominij: quia cum condictio ex illo canone perpetua ſit, ideſt duret triginta annis, & tanto tempore præſcribatur, vt communiter concludunt glo. & Cano. in d. c. ſolicitæ, fruſtra (vt dixi) præſcriberetur, ſi non poſſet opponi præſcriptio. Et contrarium debet intelligi de dominio aliter cauſato, quàm præſcriptione; nam vbi eſt de curſa præſcriptio, tale remedium non competit, cum ſit extinctum.

5 † Præſcriptio enim omnem prorſus actionem excludit, vt dicit text. in c. ad aures. & ibi not. Panor. & Felyn. de præſcrip. Et exceptio præſcriptionis eſt litis finitæ, & impedit litis ingreſſum. l. fina. & ibi not. Bar. ff. pro ſuo, & not. Bart. & Doc. in l. fratris. C. de tranſ. Bald. & Ange. in l. ſicut, & in l. omnes. C. de præſcrip. triginta annorum, per illos text. qui prohibent litem moueri tuto præſcriptione, & Fely. in rub. de præſcrip. colum. 4. circa med. verſi. & illius caſibus. Et præſcriptio tollit actionem ſaltem ope exceptionis. glo. in d. l. ſicut, in princi. & ibi not. Bal. & late Saly. & plene dixi in 1. parte. q. 9. Concludo igitur, quòd remedio dicti canonis reintegranda. præſcribitur. triginta annis concurrente tamen bona fide, etiam ſi res eſſet affecta vitio reali: quia tanto tempore purgatur omne vitium. l. 1. §. ad hæc. C. de

anna.

Source : BIU Cujas

anna.exceptio.glo.in §.furtiuæ, Institu.de vsuca. Et dixi in 3.parte principa. Et hæc conclusio vera in priuatis. Sed quò ad ecclesiam requiritur spacium quadraginta anno. auth. quas actio. C. de sacrosan. eccle. & c. de quarta, de præscrip. cum similibus. Quinimmo videtur de iure concludendum, quòd tali remedio præscribatur spacio decem annorum inter præsentes & viginti inter absentes quò ad priuatas personas cum titulo & bona fide, si possessor non habet causam a malæ fidei authore, vel res non sit affecta vitio reali, concurrentibus extremis requisitis, ex quo istis concurrentibus de iure ciuili quæritur dominium saltem vtile. Et in præscriptione huius remedij non est differentia inter ius ciuile & canonicum, vt dicit Panor. in dicto c. solicitæ. super glo. fina. immo nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum in materia præscriptionis, data bona fide, vt concludit Panor. in c. de quarta. colum. 4. circa princi. de præscriptio. & in c. peruenit, in 2. not. de emptio. & venditio. † Non obstat, quòd condictio ex illo canone sit perpetua, id est duret triginta annis secundùm glo. & Cano. in c. solicitæ. Hoc est enim verum regulariter, vbi possessor non esset titulatus, vel quando res esset affecta vitio reali, vel vbi possessor haberet titulum a malæ fidei authore, in quibus casibus non procedit præscrip. longi tempo. iuxta distinctionem auth. malæ fidei. C. de præscri. longi tempo. Et late dixi in 3. parte prin. colum. 42. aliàs sequeretur, quòd hodie nunquam haberet locum præscriptio. decem vel viginti anno. quia antiquus possessor, qui non alienauit, nec alienationi consensit, & sic absque facto suo de possessione cecidit, semper haberet actionem vsque ad triginta ann. Et sic in effectu esset sublata præscriptio longi temporis.

6 7

S V M M A R I V M.

1 *Condictioni seu actioni descendenti ex l. si quis in tantam. C. vnde vi, quanto tempore præscribatur.*

2 *Dispositio. l. si quis in tantam. C. vnde vi, an de iure canonico locum habeat.*

1 Vigesimoquintò quæro † quanto tempore præscribatur conditioni, seu actioni descendenti ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. Dic quòd est perpetua. Et sic præscribitur spacio triginta annorum. glo. in l. 1. in prin. in verbo, annum. ff. de vi & vi arma.

2 † Et an dispositio illius l. locum habeat de iure canonico, vide per glo. & Cano. maxime Panor. in c. 1. glo. in verbo, rigor. de dolo & ontu.

S V M M A R I V M.

1 *Remedio l. secundæ. C. de rescinden. venditio quanto tempore præscribatur*

2 *Mala fides impedit præscriptionem ex remedio l. secundæ. C. de rescinden venditio.*

1 Vigesimosextò quæro † quãto tempore præscribatur remedio. l. 2. C. de rescind. vendi. Dic quòd triginta annis prout in cæteris personalibus. Nam in casu illius l. competit actio ex vendito, ad rescisionem contractus. Ita concludit ibi gl. 2. magna in prin. & sequuntur Bar. & communiter Doc. & Do. Pet. Philip. Corneus consi. 17. circa præsentem consultationem, colum. 6. & 7.

2 versic. circa sextum. 4. volum. concludens, † quòd illi remedio præscribitur spacio triginta annorum, nisi probetur mala fides. Addo glo. in c. cum causa. in glo. magna. circa med. versi. alij dicunt, & ibi per Cano. de emptio. & venditio.

Quam conclusionem limita procedere quò ad emptorem. Sed tertius, in quem res esset translata per emptorem, contra quem etiam datur condictio illius l. quia licèt sit actio personalis, est tamen in rem scripta, vt concludunt glo. & Barto. in d. l. 2. præscriberet longo tempore cum titulo & bona fide. Nec sibi obesset mala fides authoris, si vẽditor sciuit alienationem, secus si ignorauit, authen. malæ fidei. C. de præscrip. lon. tempo.

S V M M A R I V M.

1 *Actio ex empto competens pro emptione quanto tempere præscribatur.*

2 *Re non euicta non currit præscriptio.*

1 Vigesimoseptimò quęro † quanto tempore præscribatur actio ex empto, quæ competit prò euictione. Dic, quòd triginta annis sicut cęteræ personales. † Sed non currit prę̃scriptio, antequam nascatur, ideſt antequam res fuerit euicta, tex. est iuncta glossa in l. emp. & ibi not. Salyc. C. de euic. Sed cum sit personalis, de iure cano. principalis vel eius hæres nunquam præscriberet propter malam fidem per ea quæ latę dixi in 3. parte, colum. 44. & sequen.

2

S V M M A R I V M.

1 *Scientia seu patientia partis an requiratur in præscriptione.*

2 *Præscriptio currit aduersus ignorantem, siue ius, siue factum ignoret. 5.*

3 *Ignorantia seu impedimentum non impedit cursum præscriptionis.*

4 *Præscriptio statutaria, an subrogetur in locum præscriptionis iuris communis.*

1 Vigesimooctauò principaliter quæro † vtrum in præscriptione requiratur scientia & patientia partis. & sic an prę̃scriptio currat contra ignorantem. Paucis concludo, quòd prę̃scriptio ipso iure currit contra ignorantem siue in rebus corporalibus. l. fi. circa fi. de præscri. longi tempo. siue in actionibus personа. l. sicut. C. de præscri. triginta annorum. & ibi no. Bal. colum.

2 1. dicens, † quòd præscriptio currit aduersus ignorantem, siue ignoret ius, siue factum. Istam conclusionem firmat Bar. in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itinere actuque priua. (Contrarium voluit Bar. in l. si quis. C. qui mili. non pos. lib. 12. vbi dicit, quòd præscriptio non currit ignoranti ad incommodum per illum tex. sed bene ad eius commodum, & quòd ita debet intelligi. l. genero. ff. de his qui no. infa. sed illud debet intelligi de alia præscriptione, quam longi vel longiss. tem.) Pan. in c. 1. in fi. & in c. vigilanti. colum. 1. & in c. ad audien. colum. 3. de præscr. & prac. Papi. in suo opere in forma respon. rei conuen. in verbo præscri. colum. 4. & Do. Pe. Phili. Cor. consi. 164. me subscripsi. 2. volum. & late D. Philip. Deci. consi. 29. & pro tenui facultate, & Pau. de Cast. in l. si sic. ff. quemad. ser. amit. & consi. 325. in causa quæ ver-

3 titur Parmæ. colum. 2. versi. 4. videtur. in antiq. dicens, † ꝙ ignorantia seu impedimentum non impedit cursum præscriptionis, sed est iusta causa concedendi restitutionem, de quo late dicam in q. proxime sequen. & idem Pau. consi. 307. visis, & ponderatis. circa med. in anti. Amplia istam conclusionem secundùm Pau. vbi supra procedere etiam in præscrip. statutaria, vt currat contra ignorantem; quia succedit loco prę̃scriptionis introductæ de iure communi, & sic debet sortiri eius naturam, argu. l. in contractibus. in prin. C. de non nu. pe. & ibi not. Bald. in 1. not. dicens ꝙ vbi breuis præscri. subrogatur loco maioris præscrip. sapit eandem naturam. Et facit secundùm eum ad statuta, quæ minuũt præscriptiones legales. Idem dixit Bart. in l. fi. C. de tem. in inte. rest. pet. cum concor. adductis per Felyn. in c. illud. colum. 2. de præs. & per Ias. in l. nemo potest. in 2. lec. colum. antepe. circa fin. ff. de leg. 1. Et ꝙ prę̃scriptio statutaria subrogetur in locum præscriptionis iuris communis, & sapiat eandem naturam, late firmat. Do. Pet. Phili. Cor. consi. 180. multum diffuse. colum. 2. versic. & aliàs. 2. volum. & plene not. Berta. in reperto. in verbo præscriptio. 7. colum. 5. versicu. præscriptio statutaria, cum tribus sequen. versic.

4 † Primò limita prædictam conclusio. vt non procedat in prę̃scriptione seruitutum, & iurium, in quibus non causatur quasi possessio, non concurrente scientia & patientia aduersarij; quia in illis necessariò non currit præscriptio, nisi contra scientem & patientem. c. 2. & ibi no. declarant Bar. & Bal. C. de serui. & aqua. & late dixi supra in 2. parte. huius 4. partis prin.

Secundò limita & declara prædictam conclusio. quæ habet, ꝙ præscriptio currit aduersus ignorantem ipso iure, vt procedat in eo qui ignorat alterum præscribere, & scit ius sibi competere. Secus si ignorat ius sibi competere. Idem si scit ius sibi competere, & ignorat factum, ex quo causetur illud ius, & quo median te competit sibi exercitium sui iuris; quia tunc non currit præscriptio aduersus eum. Ita dixit eleganter. Do. Pet. de Peru. suo trac. quartæ episcopalis. c. 2. ad fin. vbi dicit, ita debere intelligi text. in d. l. fin. circa fin. C. de præs. lon. tempo. & sequitur Do. Pet. Phil. Cor. consi. 338. videretur in præsenti consulta. circa fin. 1. volumine.

Sed istud dictum late impugnat Fely. in c. vigilanti. colum. 3. de præs. & latius Do. Soci. in l. cum filius. §. in hac. colum. 5. & 6. versicu. sed aduerte. ff. de verborum obligatio.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum an detur aduersus ignorantem ex capite ignorantiæ.*

2 *Hæres an debeat restitui ex capite præsumptæ ignorantiæ aduersus præscriptionem decursam.*

3 *Regula, quòd restitutio detur ignoranti aduersus ignorantem, quo casu limitetur.*

4 *Molestiam pati dicitur, qui iudicialiter vexatur.*

5 *Molestiam vel inquietudinem pati non debet, qui quadraginta annis præscripsit.*
Verbum generale non tollit speciale.

6 *Generalis exclusio remediorum vel beneficiorum, de quibus intelligi debeat.*

7 *Beneficium restitutionis in integrum an quandoque censeatur exclusum.*

8 *Ignorantia debet esse probabilis & iusta non supina ad hoc vt ignoranti detur restitu. in integrum.*

9 *Ignorantia facti quandoque tollitur negligentia & quandoque non.*

10 *Restitutio aduersus præscriptionem in integ. peti debet intra quadriennium a die perfectæ prę̃scriptionis, siue causatæ læsionis, & quando istud quadriennium currere incipiat.*

11 *Communitati currit tempus petendæ resti. a die læsionis.*

1 Vigesimononò quæro principaliter † stãte ꝯclusione p̃dicta, ꝙ præscriptio currat ꝰ ignorantem, vtrũ ipse ignorans, cõtra quẽ est legitime prę̃scriptũ, restituat in integ. aduersus prę̃scriptionẽ

Source : BIU Cujas

decurſam ex capite iuſtæ ignorantiæ. (Adde quòd hunc articulum, an aduerſus præſcriptionem detur reſtitutio ex capite ignorantiæ, latiſſime examinat Socy. in l. cum filius. §. in hac. colum. 4. cum multis ſequen. ff. de verbo. oblig. no. Cepo. in tract. ſer. vrb. prædi. c. 2. colum. 4. vbi firmat iſtam concluſionem Bart. conſil. 8. ſcribitur præclare. colum. 3. verſi. venio nunc ad ſecundam. & conſi. 41. illud afferam. colum. 15. verſi. & ſi quiſpiam. 1. volum. & Raph. Cu. conſi. 147. do. Comitiſſa. vbi an detur reſtitutio ex generali clauſula aduerſus præſcriptionem, & Pau. de Caſt. conſil. 294. ego Pau. in anti. vbi an concedatur reſtitutio communitati aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ, & quando incipit currere tempus petendæ reſtitutionis.) Iſta eſt quotidiana & vtilis q. quàm determinat Bar. in l. 1. §. ſi quis autem propter. ff. de iti. actuque pri. vbi concludit, quòd ſi contra me currit præſcriptio triginta ann. & eram ignorans ius mihi competere, debeo in inte. reſt. ar. illius tex. & ita intelligit Bart. tex. in dicta l. fi. circa fi. C. de præſcri. long. tempo. vbi dicitur, quòd non habetur diſtin. ſcientiæ & ignorantiæ quò ad præſcriptionem, verum eſt dicit ipſe, quòd præſcriptio currit, ſed in integ. reſti. competit. & ibi Alex. ponit latam apoſtillam, & refert multos tenere pro & contra Bar. & tandem concludit cum Barto. Iſtam concluſionem firmat etiam Panor. referens dicta Bart. in c. vigilanti. in vlt. not. de præſcrip. & pro ea allegat bonam glo. in l. 1. C. de patri. po. & idem Panor. in c. 1. colum. pen. eod. titu. & in c. ſi de terra. in fi. de priui. & conſil. 33. quidam iam defunctus. 1. volum. pro qua facit bonus tex. in l. & Attillicinus. ff. de ſer. ruſtic. prædi. vbi impedito currit tempus, ſed reſtituitur, & eſt bona glo. in l. ſi partem. §. 1. in verſi. non vtendo. & in l. ſi ſic. in glo. pen. ff. quemad. ſer. amit. & ibi not. Pau. de Caſt. mandans hoc perpetuò notari: & pro eadem concluſione facit etiam bonus tex. in l. Pantonius. in principio. verſiculo ibi nota. Imol. & Paul. de Caſt. ff. de acquiren. hære.

Eandem concluſionem firmat Roma. conſi. 149. concluſionem primam. circa fi. & late conſi. 166. viſo diligenter. colum. penul. & conſi. 476. in caſu propoſitę conſultationis. colum. fi. Pau. de Caſt. conſil. 290. viſis his quæ ſuperius narrantur, in anti. Et hæc opin. eſt communis, vt atteſtatur Felyn. in dicto c. vigilanti. de præſcri. allegans pro illa parte copioſas authoritates, & Cepo. in tracta. ſer. vrb. prædi. c. 24. colum. 3. Et pro iſta concluſione frequenter & diffuſe conſuluit Alexan. videlicet conſi. 71. videretur prima conſideratione dicendum. 1. & 2. colum. conſi. 83. in cauſa vertente inter cameram. 2. colum. 1. volum. & conſi. 4. videretur inſpectis his. 7. colum. & conſi. 89. viſo puncto. 3. colum. & conſi. 169. viſo themate ſupraſcri. pen. colum. 2. volum. & conſil. 8. viſis ſubtiliſſimis dubitationibus. vlti. colum. & conſi. 79. cauſa & lite vertente. vlti. colum. in 3. volum. & conſi. 63. ſtantibus his. colum. 3. vel 4. verſi. & licèt completa fuerit. 4. volumine. conſi. 3. ex his quæ in themate narrantur. circa fi. & conſi. 51. videtur pro deci. colum. penul. verſi. poſſet etiam reſtitui. & conſi.
2 83. reuocatur in dubium. 5. volum. † Et in dicto conſi. 51. concludit, quòd hæres debet reſtitui ex capite præſumptę ignorantiæ aduerſus præſcriptionem decurſam. Et Do. Petr. Philip. Corne. conſi. c. conſuluit. 1. volum. & conſi. 164. me ſubſcripſi. 2. volum. Contrariam partem, quòd reſtitutio non detur ignoranti aduerſus præſcriptionem, tenent aliqui quos refert Fely. in dicto c. vigilanti. circa princi. Et eam ſubtiliter defendit per plura Do. Fran. de Are. conſi. 104. breuitas in conſulendo. tamen ibi nihil determinat. Et omnibus ſuis motiuis, & alijs quæ adducuntur in contrarium reſpondet Felyn. in dicto c. vigilanti. colum. 2. vbi hanc quæſtionem examinat per quatuor colum. & firmat opi. Barto. & partem affirmatiuam eſſe veram & communem. (Vide Deci. conſil. 29. & pro tenui facultate. per totum.) Eandem quæſtionem excutit latiſſime Soci. in l. cum filius. §. in hac. colum. 1. cum tribus ſequen. ff. de verbo. obliga. qui etiam atteſtatur opi. Bar. eſſe communem, & adducit. 10. motiua in oppoſitum, quibus reſpondet. Amplia prædictam communem concluſionem, vt procedat etiam in præſcriptione ſtatutaria, quòd aduerſus eam datur reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ, ſicut aduerſus præſcriptionem iuris communis. Ita Pau de Caſt. in dicta l. ſi ſic. ff. quemad. ſerui. amit. & ſequitur Cępo. in tra. ſer. vrba. prædi. c. 24. & firmat Imo. in repe. c. fi. colum. 41. verſi. ſed aduertendum. de præſcri.

3 † Prædictam concluſionem limitat Fel. in dicto c. vigilanti. colum. 2. ſeptem modis, & referam ſolum tres limitationes magis vtiles omiſſis alijs. Primò limitatur concluſio prædicta, ꝙ reſtitutio datur ignoranti aduerſus preſcriptionem, vt procedat, niſi eſſet decurſa præſcriptio 40. an. quia aduerſus eam non datur reſtitutio, per tex. in l. fi. C. de fun. patri. lib. 11. & ad hanc limita. tendunt ſubtilia motiua Are. in dicto conſi. 104. licèt eam non firmet. Sed illam firmat Alexan. conſi. 151. viſo themate. & conſ. 163. viſo proceſſu cauſæ, vltra med. verſic. ſecundo non deberet concedi. 2. volum.

Primò mouetur Alex. per text. in l. omnes. in fi. C. de præſcri. triginta an. vbi dicitur, ꝙ talis præſcriptio præbet pleniſſimam ſecuritatem. Et pleniſſima ſecuritas dicitur eſſe, quando non poteſt peti reſtitutio in inte, vt not. glo. in l. ait prætor. §. permittitur. in verbo, imputandum. ff. de mino. Secundo mouetur Alex per tex. in dicta l. fi. in verbo, nullam moleſtiam, vel inquietudinem.
4 C. de fun. patri. lib. 11. † Ille enim dicitur pati moleſtiam, qui iudicialiter vexatur, vt probat tex. in l. 1. & ibi not. Bal. C. de nundi. & in d. auth. de fideiuſ. in prin. Eandē limita. conſulendo firmat, Do. Maria. Soc. conſi. 164. viſa bulla Bonifacii. in fi. & conſi. 194. ſubtiliter. col. 3. & Do. Fran. Cur. ſenior per plura cōſi. pen. col. 3. ponderans tex. in d. l. fi. C. de fun. patri. & in d. l. omnes. vbi dicit eſſe deciſionem apertiſſimam, quæ cauillari non poteſt, ſi quis leges intelligat. Ponderat etiam tex. in c. volumus. 16. q. 4. ibi. Sed quietem eorum inconcuſſam modis omnibus procurate, & dicit ſe hanc partem ſæpius defenſaſſe, & fuiſſe plurimum lętatū vidiſſe aureum Doct. mod. Do. Alex. de Imo. in conſilijs præallegatis ſic firmantem. Iſtam etiam limita. multum late & pulchro ſtilo ſuſtinet & defendit Do. Philip. Deci. conſi. 29. & pro tenui facultate. per totum, vbi poſt longam diſputationem, & adducta hinc inde motiua concludit, ꝙ non detur reſtitutio aduerſus quadragenariam præſcriptionem reſpondendo fundamentis oppoſitis. Contrariam opi. late firmat Alex. ſibi contrarius conſi. 71. videretur prima conſideratione. 2. colum. & conſi. 84. in cauſa vertente. 2. col. 1. vol. & conſi. 169. viſo themate. col. fi. verſic. non obſt. quòd aduerſus præſcriptionem. 2. volum. vbi refert communem opin. eſſe, ꝙ detur reſtitutio ignoranti etiam aduerſus præſcriptionem 40. anno. & allegat multos Doc. tenentes iſtam partem, & idem conſi. 116. perſpectis ponderatiſq; omnibus. 5. vol. Roma. conſi. 149. concluſionem primam. in fin. & ſequitur Fely. allegans vnum tantum conſilium Alex. in d. c. vigilanti. col. 2. vltra medi. Et iſtam partem late defendit Do. Bart. Soci. conſi. 86. in cauſa communitatis Caſtri montis. in fin. vbi atteſtatur, ꝙ hæc eſt communis opi. & conſi. 146. in cauſa communitatis Caſtri montis. circa fi. conſi. 299. capio primum conſultationis articulum, circa fi. verſic. confirmant prædicta. & reſpondet ad text. in d. l. omnes. dum dicit, ꝙ præſcriptio 40. anno. parit pleniſſimam ſecuritatem, ad tex. in d. l. fi. C. de fun. patri. lib. 11. vbi dicitur, ꝙ qui 40. an. præſcripſit, nullam moleſtiam, vel
5 inquietudinem pati debet. † Quia per hæc verba generalia nō tollitur ſpeciale beneficium reſtitutionis, argumen. tex. not. cum glo. in l. decurionibus. C. de ſilen. lib. 12. vbi per generalem diſputationem non videntur tolli priuilegia ſpecialia. Quam concluſionem comprobat Fely. per plura in c. 1. col. 7. de reſcri. Iaſ. in l. ſicut certi. col. vlt. C. de teſt. mili. Et eam firmat Ale. in pleriſque conſilijs præſertim conſi. 101. viſis inſtrumentis, in prin. 2. col. & melius pen. & vlti. col. 1. vol. & conſi. 216. nec arguendi ſumus. 1. col. 2. vol. & Barba. inter conſilia Ale. conſ. 124. ſuper primo quęſito. 3. col. & conſi. vlt. clementiſſimi Dei. vlti. col. 4. volum. Ad idem, ꝙ per verba generalia non cenſeatur excluſa reſtitutio in integrum, alle. Soci. glo. no. in §. prętereа ſi quis. in verſi. anni. quę bene probat, in titu. de prohi. feu. alie. per Fed. quàm ibi ſequuntur communiter Doc. & ſequitur Alex. conſi. 79. circa primum. vlt. col. 1. vol. Et ita conſuluit Bal. vt refert Soci. Addo glo. repu. ſingu. in l. poſtquam liti. in glo. fi. C. de pact. Ad quàm multa ibi
6 poſuit Iaſ. colum. vlti. † Ex qua colligitur not. regula, quòd generalis concluſio remediorum vel beneficiorum intelligitur de his quæ competunt de iure communi, non autem de iure ſpe-
7 ciali. † Et ſic infertur, quòd nunquam cenſetur excluſum benefi cium reſtitutionis in integrum. Concludo igitur, quòd etiam aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis quadraginta an. datur reſtitutio ex capite iuſtæ ignorantiæ: & hanc eſſe magis communem opin. vt atteſtantur Doct. prælegati: & ita tenet Imo. in repe. c. fi. colum. 31. verſi. ſed aduertendum. de præſcrip. Et in hac opi. videtur reſidere Soc. in l. cum filius. §. in hac. ad fin. commen. vbi hunc articulum diſputat in vlti. colum. ff. de verbo. oblig. licèt pro parte contra. dicat ſæpius vidiſſe conſultum per doctiſſimos viros. (Adde quòd ita conſuluit Barba. conſi. 8. ſcribitur preclare. col. 4. & conſi. 15. circa dubia. 10. col. 1. vol. Anto. But. conſi: 26. & conſi. 73. Imo. conſi. 37. Car. conſilio 40. facto pro veritate &c.) Secundò limitatur prædicta concluſio: vt non procedat in caſu c. 2. de præſcrip. in 6. propter illa verba. Non eſſe vlterius moleſtandos ſecundum Panor. in c. cum nobis. col. 3. ver. ego dico. de præſcrip.

8 † Tertiò limitatur prædicta communis concluſio, quòd aduerſus præſcriptionem datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, vt procedat, dummodo ignorantia ſit probabilis & iuſta, & non ſupina, ſecundum Imo. in repe. cap. fina. colum. 30. verſi. ſed hic eſt aduertendum, de præſcrip. vbi hunc arti. late examinat per l. nec ſupina. ff. de iur. & fac. igno. (Adde late Marti. Lau. in diſpu. poſita ad fin. tuorum tracta. qui imprimi ſolent cum tracta. de princ. & poſt tracta. de legiti. in 3. & vltimò dubio.) Et concludit cum opinio. Barto. in dicta l. 1. §. ſi quis autem propter. quòd competat cum modificatione prædicta. Et ideo quando militaret præſumptio ſcientiæ, non deberet concedi reſtitutio, vt declarat Fely. in d. c. vigilanti. verſic.

limita

Source : BIU Cujas

limita tertiò.referens Areti.consi.15.reuerendissime pater.in fi. vbi dicit,not.ꝙ quando quis fundat ius suum in iuribus antiquis & instrumentis,quæ habuit continue penes se & in suo arbitrio non credit, quòd possit allegari iusta ignorantia; quia quilibet præsumitur scire facultates sui patrimonij. l. quisquis. C. de rescinden. vendit. & sunt verba multum importantia secundùm Felyn.vt supra. Et vltra istam limitationem firmat Alex. consil. 163.viso processu causæ.circa med.2.vol.vbi dicit, quòd quãdo militat præsumpta scientia, vt in coniunctis, qui præsumuntur scire facta coniunctorum.l.octaui. ff.vnde cogna. & l.de tutela. ff.de in integ.resti.& plene not.per Bart.& Doc.in l. 1.col. 3. ff.si cer.pet.non debet concedi in integrum restitutio aduersus præscriptionem,etiam stante pro vera opi.Bart.in dicto §. si quis autem propter.& allegat Pet.de Ancha.consi.158.ratione quæ superius. Prædictam limitationem tenet etiam Do. Fran.Cur. senior consi.82.Deus pius.ad fin.uers. & si forte. Idem voluit practic.Papi.in forma responsio.rei conuen,in verbo, exceptionem præscriptionis, col. 4. versic. ego puto.dicens quòd non omnis ignorantia præbet restitutionem aduersus præscriptionem. Nã si sic faciliter daretur, non esset differentia quantũ ad effectum. vt ipse dicit,inter præscriptionem rerum corporalium & incorporalium,quam iura facere voluerunt. Sed si aliqua iusta causa ex his quæ traduntur in materia l.quod tempore.de resti. mi. & in §.rursus.Insti.de act.interueniret,quę causam præstitisset ignorantiæ, bene crederem æquum restitutionem dari, & ita puto intellexisse Bar.in dicto §. si quis autem propter.hæc sunt verba
9 sua. † Addo Bal.quem nullus allegat in repe.l.fi.colum.13.versi. sed iuxta hoc quæro de qua ignorantia. C. de præscri. lon. tem. vbi pulchre declarat,quomodo veniat intelligenda prædicta cõclusio,ꝙ ex capite ignorantiæ detur restitutio, & qualis esse debeat ignorantia,dicens ꝙ quędam est ignorantia facti, quæ non tollitur negligentia, verbi gratia. Ego scio fundum esse meum, sed ignoro ipsum possideri per tertium,ipsa ignorantia non tollit negligentiam;quia licèt ignorem ipsum possideri per tertiũ, sum in negligentia non eundo ad possessionem naturalem, & sic isto lon.temp.amitto ciuilem & habebã. *l.si de eo.* §. si forte. & ibi not.ff.de acqui.pos. & *tunc non obstante isto errore facti* præscriptio procedit *contra me ipso iure & in effectu hoc est* aduersus restitutionem. *Quædam est ignorantia facti, quæ impedit negligentiam.verbi gratia.* Ignoro aliquam rem meã quæ est mihi legata, & ignoro legatum, ista res possidetur bonafide & titulo; & tunc isto casu iste error non impedit præscriptionẽ ipso iure,sed ipso errante in tali facto, cum non sit in negligentia ex errore facti,aduersus præscribentem dabitur beneficium in integrum restitutionis ex clausula generali,si qua mihi &c.argu.l.1.§.si quis propter.ff.de iti.actuque priua.& l.& Attilicinus. ff.de serui.ru.prædi. Et ideo dicas sic secundùm Bald. Interdum quis non interrumpit præscriptionem ex negligentia sua; & tũc currit præscriptio cum effectu,per tex.in dicta *l. fi.* C. de præscri. lon. temp. interdum quis non interrumpit præscriptionem non ex negligentia sua, sed impeditus aliquo iusto impedimento facti; vt quia in facto vel aliquo impedimento erat impeditus, & tunc ipsum currit, & tamen ipsi dabitur beneficium restitutionis in integrum. dicta l. & Attilicinus. Hæc sunt verba Bald. ita declarantis, de quibus Docto. in locis præallegatis mentionem
10 non faciunt. † Et pro præmissorum intellectu not.vtiliter,quòd licèt restitutio aduersus præscriptionem peti debeat intra quadriennium a die perfectæ præscriptionis, siue causatæ læsionis.l. fina. C. de tempo. in integrum restitu. peten. Tamen istud quadriennium non incipit currere nisi a die scientiæ, & sic est vtile in initio, sed continuum in progressu. Et ideo si quis ignorans præscriptionem esse decursam, staret centum annis, quòd non peteret se restitui, nunquam ipsi probabiliter ignoranti currit tempus petendæ restitutionis secundùm Bald.not.in *l.3.* C.si ex fal. instrumen.& Domi.Cardin.in clemen. 1. 25. quæstio. de restitu.in integrum. Et quòd non currat nisi a die scientiæ,proba tur in dicta l.fin.& firmat Alexan.consi.71.videtur prima consideratione,vlti.colum.& consilio 84. in causa vertente. 2. colum. 1.volum.& consilio 4. videretur inspectis. 7. colum. & consilio 89.viso puncto. 3.colum. & consilio 169, viso themate. penulti. colum.2.volum. & consilio. 83. reuocatur in dubium. circa fin. 5.volum.& in omnibus alijs consilijs prędallegatis,in quibus consuluit, quòd datur restitutio aduersus præscriptionem ex capite ignorantiæ, & consilio 1.ponderatis his.colum.4.circa princi. 4.volum.& Aret.consilio.15.reuerendissime pater. colum.fina. no.Ias.in authen.quas actiones.colum. 9.versiculo vnum tamen tene perpetuo cordi. C.de sacrosan.eccle.& plene Felyn. in c. 1. colum.penul. versic.ad illud. post Panor. ibi circa fin.commen. de præscri.

Eandem conclusionem sequitur Dominus Petr.Philip.Corneus consilio 163.me subscripsi. 2. volum. & propterea videtur male loquutus Pau.de Cast.consilio.294. ego Paulus, circa fin.
11 in antiquis. † vbi vult, quòd communitati currit tempus petendæ restitutionis a die læsionis, licèt ignorauerit, aliàs nunquam diceretur scire secundùm eum; quia debet attendi scientia administratoris,argumen.l.municipus. ff. de condi. & demonstra. & not.per Cæpo.in tracta.serui.rusti.prædi.sub rubr.de seru. iur. pascen.colum. 7. Quid autem vbi quis fuit impeditus impedimento facti, an restituatur aduersus præscripti. dicam in 6. parte prin.in 1.articulo.

SVMMARIVM.

1 *Officio iudicis quanto tempore præscribatur.*
2 *Officio iudicis quibus casibus non possit præscribi.*
3 *Timens pro debito alterius grauari potest ante factum implorare iudicis officium.*
4 *Grauamine existente successiuo,nunquam currit tempus appellandi.*
5 *Exceptio habens tractum successiuum an possit opponi.*
6 *Officium iudicis quo casu anno extinguatur.*
7 *Exemptionis vel immunitatis priuilegio in libro communis debentium descriptio quantum tempus detur ad appellandum.*
8 *Emendatio importat correctionem in parte, non in totum.*
9 *Iure communi vtitur nimis allibratus & grauatus.*
10 *Emendatio quo casu petatur officio iudicis aut iure actionis.*
11 *Officium iudicis competens consanguineo siue agnato ratione feudi alienati reuocandi quomodo tollatur.*

1 Trigesimò principaliter quæro † quanto tempore præscribatur officio iudicis. (Adde Bald. in rubrica de præscrip. colum. fina. versicu. dubitatur.) quod licèt non præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. in fine. ff.de actio. empti. tamen large continetur vetbo actionis. l. actionis verbo.ff.de actio.& obliga.not. glo. & Docto. Instit. de actio.in prin.super verb. debetur. Dic breuiter, quòd officio iudicis præscribitur spatio triginta annorum. glo. not.in l. sicut. in prin.in verb.persecutione. C.de præscri. triginta vel quadraginta ann.quam Bald.ibi,vt refert Ias.in locis infra alleg.reputat singularem,dicens non reperiri alibi. Sed non est verum,quòd Bald. ibi colum.pen.in verbo,extraordinaria.alleget glo.consociam in l.querela.C.de fal.Bald.tamen alibi facit illam glo.singularem in l.2.vlti.colum.circa prin. C. de execu.rei iudic. Dicens illud not. quòd officium iudicis perpetuum est.C.de præscri. triginta ann. l.sicut.& ibi glo.singularis.

Istam conclusionem firmat Bart.in l.prætor.§.fi.ff.de ope.nouun.allegans illas duas glo.& in l.si societatem.§.arbitrorum.colum.5.versic.quæro intra quantum tempus.ff.pro socio. vbi circa hoc tradit no. doctr. dicens quòd aliquando officium iudicis succedit loco actionis; & tunc tanto tempore durat, quanto durat actio:quandoque verò officium iudicis proponitur loco exceptionis,& perpetuò durat,sicut exceptio. Et prędictas glo.not. Ias.non allegans Bar.in prædictis locis in §.rursus.colum.2.vei 3. & in §.fuerat.colum. 8.in antiquis impressio. Instit. de actio. Et vt habeatur clara & perfecta doctrina,facio regulam, quòd officio iudicis præscribitur triginta annis per allegata.

2 † Primò limita istam regulam, vt non procedat, quando officium iudicis succedit loco exceptionis;quia tunc perpetuò durat, vt per Bart. in dicto §. arbitrorum. Secundò limita prædictam regulam, vt procedat, quando officium iudicis habet causam ex iure de præterito. Secus si ex iure, quod in futurum semper instat:quia cum istud officium semper nascatur,durat etiam post triginta annos, dato quòd officium iudicis succedat loco actionis,per glossam no. in l.2.in glo.magna.C.de ser.& aqua.Ita limitat Bart.in dicta l.prætor. §. fin.cum quo transeunt Imol. & Roma.& ibi còmprobat Ias.per plura, quæ fere omnia ante ipsum cumulauit Alexan.in dicta l.sicut.in apost. ad Bar. in apost. magna,licèt Ias.non referat. Et quia sunt vtilia, aliqua succincte referam addendo multa.

Et primò comprobat Ias. post Alex.in dicta l.sicut.hanc limitationem per id quod volunt Bal. & Ang.in l. præscriptione. C. de præscrip.triginta ann.vbi tenent,quòd officio iudicis causato a timore nullo vnquam tempore præscribitur, vt in eo qui timet ruinam domui suæ ex vicina domo minante ruinam.

Ex quo vltra Ias.infero not.ad id quod nota Bald.Salyc. Alexan. Moder.in l.si super possessione. & per illum text.C.de transac.vbi dicunt, quòd si aliquis est in possessione alicuius fundi, & timet molestari,& sibi vim inferri,potest implorare officium iudicis, per quod prouideatur,ne sibi inferatur vis. Facit tex. in l. si seruus. ibi. Authoritate competentis iudicis protegeris. C. quod cum eo. & text.not.in l. fina.in princi.& ibi nota. Barto.ff. quod metus causa.

Et in simili tradit Bart.not.practicam in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori,vltima colum.ff.de oper.no.nunc. facit text.not.in l.
3 si pater. C. qui bon. ced. pos. per quem not. ibi Bald. † quòd ille qui timet pro debito alterius grauari, potest ante factum implorare officium iudicis, quatenus iudex hoc inhibeat,quod alibi non reperitur secundùm eum. Pariter si quis dubitat offendi in persona, potest implorare officium iudicis, & eo mediante cogere aduersarium, vt sibi præstet securitatem de non offendendo.l.denuntiamus.vbi Bar. C.de his qui ad eccl. confu

Source : BIU Cujas

& plene no. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. & late Ias. in dicta l. super possessione. vlt. colum. in 4. no. Alex. consil. 130. in causa strazarolorum. 1. colum. 4. volum. latissime Fel. in rub. de treu. & pace colum. 4. cum sequen. versi. qui timet &c. Certe tali officio iudicis, cum causetur a timore, & habeat tractum successiuum, nullo tempore præscribitur.

Secundò pro dicta limitatione adducit Ias. in dicta l. prætor. §. fi. ff. de ope. no. nun. quod vult Bart. in l. 1. in fi. prin. ff. vti pos. vbi tenetur, ℭ potest agi perpetuò, etiam post triginta ann. ne quis turbetur in possessione, eo quia turbatio semper instat.

4 † Tertiò facit pulchrum simile secundùm Ias. ℭ quando gra uamen est successiuum, nunquam currit tempus appellandi, vt quando quis detinetur in carceribus iniuste. Nam continue potest appellare; quia continue grauatur secundùm Spec. in titu. de appel. §. restat. versi. & not. & est bonus text. in c. ex parte. el 1. in verbo, quoties, de appel. & ibi not. But. & Cano. Idem tenet Bal. in l. 2. in 3. q. C. de epi. audi. & in alijs locis alleg. per Ias. vbi supra.

5 † Quartò facit aliud simile, ℭ exceptio habens tractum successiuum quamuis dilatoria, vt loci, non tuti, potest opponi quãdocunque etiam post lit. conte. Dictum est famosum Archi. in c. hortamur. 3. q. 9. quod pro eleganti commendat Alex. in l. de ætate. colum. 4. ff. ad Trebel. Idem tenet Bald. in l. peremptorias. colum. 2. C. senten. rescin. non pos. cum concor. alleg. per Ias. vbi supra. Et ad hæc duo vltima similia, de grauamine & exceptione habentibus tractum successiuum, addo late Felyn. in c. accedens. el 2. vt lite non contest. & Do. Præpo. in capitulo. ex parte. el 1. de appel.

Tertiò limita dictam regulam generaliter: vt non procedat ratione subiectæ materiæ: quia licèt officium iudicis regulariter duret triginta ann. vt dicunt glo. præallegatæ tamen considerandum est secundùm Ias. in d. l. prætor. §. fi. ℭ secũdùm subiectam materiam, pro qua competit officium iudicis, aliquando prorogatur in lõgius tempus, vt est in casu prædictæ limitationis. Bar. vbi prorogatur in perpetuum ratione materiæ, quæ in futurum semper instat, & vltra Ias. hoc voluit expresse Bart. in d. l. fi societatem. §. arbitrorum. colum. 5. versi. quæro intra quantum tempus &c. dum vult, ℭ vbi officium iudicis proponitur loco exceptionis, duret perpetuò sicut ipsa exceptio, pro qua datur, & sic reguletur secundum subiectam materiam. Aliquando verò multo breuius durat. Hinc est, ℭ officium iudicis, quod competit pro fructibus, non durat nisi triennio, vt est glo. singularis in l. sequitur. §. fructus. in glo. magna, in fi. ff. de vsuca. quam Bart. & alij ibi circa fi. ad hoc multum not. Bart. & Doct. in l. 3. C. quod
6 met. cau. vbi per Alex. † Aliquando officium iudicis extinguitur anno: vt in casu singulari, de quo per Bar. in l. forma. §. fi. ff. de cen si. vbi singulariter determinata, ℭ si quis prætendat se allibratũ in registro, seu catastro communi vltra debitum, potest implorare officium iudicis, vt emendetur eius catastrum, & debet hoc implorare & petere intra annum, alias lapso anno sibi præiudicat, & non auditur, per tex. not. in l. qui se grauatos. C. de agri. & cens. lib. 11. & Bart. simpliciter sequitur Ro. in d. l. prætor. §. fi. vt ibi refert Ias. col. vlt. Addo eundem Ro. in singulari. suis, fol. 13. colum. 4. singulari. inci. ius petendæ. licèt contrarium teneat. Do. Panor. in c. quia iudicante. 3. q. de præscri. Sed Fely. ibi videtur tenere cum Bart. dicens, ℭ illa l. qui se grauatos, multum facit pro eo, dum dicit, ℭ qui prætendunt se grauatos a perequatoribus onerum, debent conqueri intra anuum. Emerso autem eo tempore, actio denegabitur exceptis minoribus, qui fuerũt indefensi, & his qui abfuerunt reipublicę causa. Et pro hoc dicto Ias. vbi §. dicit se allegare bonum tex. in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appel. sit. quem ibi multum not. Ange. in verbo, in causas immunitatis. & dicit esse casum in terminis, licèt communiter ignoretur
7 † ℭ si quis habet priuilegium exceptionis vel immunitatis ab omnibus collectis, datijs, & similibus, si describatur in lib. communis debentium soluere, & sciat, debet appellare intra decem dies a die scientiæ, aliàs sibi præiudicat, & perdit priuilegium, qđ est valde notãdum fm eum, qđ dictum simpliciter ibi sequitur Ang. Aret. & confirmat Alex. consi. 101. visis instrumentis exceptionis. col. pen. versi. 3. principaliter, & consi. 136. in causa & lite verteñte inter Iacobũ. 3. col. 2. vol. dicens pro hoc dicto esse bonum casum in l. 1. in prin. ff. de vaca. mune. ibi, aut passim sine tẽporis præfinitione. Illud etiam sequitur Fely. in c. cũ accessissent. col. 11. de consti. Sed aduerte, ℭ licèt Ias. transeat cũ hoc dicto in d. l. prætor. §. fi. ff. de ope. no. nun. tñ idem in l. beneficium. col. vlt. in fi. commen. ver. postremò not. ff. de cõst. prin. impugnat istud dictũ Ang. per id qđ voluit Bar. in d. l. forma. §. fi. vbi dicit, prout ipse refert, ℭ ille qui est immunis si scribatur in libro debentiũ soluere, potest dicere se grauatum, & contradicere, & habet annum ad contradicendũ. ergo per 10. dies nõ excluditur. Verum Iac. ibi male refert Bar. prout etiam in d. l. prætor. §. 1. col. vlti. quia Bar. ibi istud nõ dicit. Hęc. n. sunt verba formalia Bar. no. hũc §. ex quo habes, ℭ quis potest petere, vt emẽdetur catastrum eius. Sed quæro, intra quod tempus. Respõdeo intra annum, vt l. qui se grauatos. C. eo. Nihil aliud dicit Bar. & Alex. ibi in apost. dicit facere in contrarium dictum Ange. in d. l. 1. §. si quis tutor. Sed quicquid dicant Alex. & Ias. ista dicta Bar. & An. si recte ponderentur non sunt contraria, sed diuersa, & vtrunque procedit in casu suo, & possunt inuicem optime concordari; quia Bar. non loquitur in casu Ang. videlicet in exempto a collectis & muneribus: sed in eo qui prætendit se fuisse allibratũ plus iusto & nimis oneratum. Iste enim petere potest intra annum, vt emẽdetur catastrũ eius, pręcipue si dictum Bar. referatur ad tex. ibi, qui vtitur
8 verbo emendare, prout etiã Bar. † Et emendatio importat correctionem in parte, & non in totũ iuxta not. in l. edita. C. de eden. Et si Bar. loqueretur in exempto, non esset emendatio, sed correctio in totũ, vel verius abolitio catastri. Ang. verò loquitur in habente priuilegium exemptionis, quòd si patitur se describi, videtur renuntiasse priuilegio, nisi appellet intra decem dies. Et sic in
9 casu Bart. ille qui petit emendationem catastri; † quia nimis allibratus & grauatus, vtitur iure communi, ideo habet annum. d. l. qui se grauatus. In casu verò Ang. ille prætendebat speciale priuilegium immunitatis contra ius commune. l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. propterea debet appellare intra 10. dies, postquam sciuit se descriptum, vt dicit Ang. quia facilius tollitur priuilegium quàm ius cõmune. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mili. Et in casu Bar. ille tractat de dãno vitando, sed in casu Ang. prætendens immunitatẽ tractat de lucro captando. Et nõ est par ratio lucri & dãni. l. fi. C. de codicil. cũ concor. Secũdò Ias. in d. l. beneficium. circa fi. reprehendit illud dictũ Ang. alio fundamento: quia fm eum in proposito non cadit appellatio, sed per officiũ iudicis peti potest, ℭ prouideatur, allegat Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & Spe. in tit. de censi. §. 2. ver. porrò. qui loquuntur in alijs terminis. videlicet quando vltra vires collecta imponitur. Non autem vbi exemptus patitur se describi in æstimo & catastro. Et dum dicit, quòd non competit appellatio, videtur dicere contra casum in d. §. si quis tutor. Nec obstat aliud motiuum ipsius, ℭ officium iudicis durat triginta annis. vt s. cõclusum est, quia fallit, quando succedit loco appellationis; tunc enim prescribitur spatio 10. dierum, sicut appellatio, vt est casus secundùm vnam lectu. in l. arbitrio. ff. qui satisda. cogan. & ibi notant Doct. & Alex. in d. l. sicut. in apost. magna in l. fi. C. de præscri. triginta
10 ann. † Non obstat tex. in d. l. qui se grauatos. quia ibi non petitur emendatio officio iudicis, sed potius iure actionis condictione ex illa l. ita illum tex. declarat not. Bal. in l. ambitiosa. colum. pen. versi. quæro quo iure petatur. & versi. se. ff. de decre. ab or. facien. & sic videtur ille tex. male allegari per Ias. vbi s. contra dictum Ange. & ante ipsum per Alex. in d. l. sicut. in apost. ℭ in casu d. l. qui se grauatos. & de quo per Bar. in d. l. forma. §. fi. officio iudicis præscribatur anno: quia ibi non competit officium iudicis. Nec Bart. dicit, quòd petatur emendatio castri per officium iudicis. Sed simpliciter quòd quis petere potest, vt emendetur intra annum beneficio. d. l. qui se grauatos. Et per præmissa licèt non ita deducta reprehendit Iaso. præstantissimus Doctor Do. Clau. Aquẽ. in d. l. beneficium. vlt. col. sub breui verborum compendio. Et sic remanet defensatum vtrunque dictum tam Bar.
11 quàm Ang. quæ ambo dicta singulariter notanda sunt. † Addit Iason in dicta l. prætor. §. fina. quòd similiter officium iudicis, quod competit consanguineo siue agnato ratione feudi alienati ad illud reuocandum tollitur per lapsum anni, per text. in §. Titius. in titu. si de feudo fue. controuer. quem text. Roma. in dicto §. fina. dicit esse singularem in iure. Sed Iason addit duos alios similes, videlicet tex. in capitulo primo. §. fina. in titu. si de inuestitu. inter domi. & vasal. lis oria. & in capitulo primo. §. porrò. in titu. qualiter olim pote. feud. aliena. Et per text. in dicto §. Titius. decidunt ibi nota. Bald. Alua. & Domi. Martin. Lauden. quos refert Ia. vt supra quòd agnatus proximior, vel consors, qui habet facultatem reuocandi alienata per agnatum forte ex statuto vel consuetudine iuxta text. cum glossa in capitulo constitutus. de restitu. in integr. & in l. dudum. cum materia. C. de contrahenda emptio. & in l. prima. C. non lice. habi. metro. libro vndecimo. perdit tale ius reuocandi, nisi illud prosequatur intra annum, & sic tali iuri reuocandi alienationem præscribitur anno, vbi competit iure feudi, vel ex statuto, vel ex consuetudine. ideo secundùm Bald. ibi, oportet agnatos esse cautos, ne patiantur labi tempus anni, refert Ias. in dicta l. prætor. §. fina.

Et not. quòd tex. in dicto §. Titius. locum habet, quando alienatio est facta in remotiorem agnatum. Secus si esset facta in extraneum: quia tunc posset alienatio reuocari intra triginta annos: vt ibi not. glo. in verbo, per annum, quę est communiter approbata per Docto. vt attestatur Alexan. consil. 15. visis narratis in themate. vlti. colum. & de hoc dixi plenius supra. Sed est aduertendum, quòd in casu dicti §. Titius. Videtur potius dari actio seu condictio ex lege, quàm officium iudicis, & pariter vbi competit reuocatio ex statuto seu consuetudine: vt apparet ex not. per Barto. in l. 1. ff. de condi. ex l. & in l. omnes populi. in vltima quæstione. ff. de iusti. & iur. & in l. de quibus. col. fi. ff. de legib. in 1. lectu. & sic non videtur bonum simile, tamen hoc inseruit, quia facit ad materiam præscriptionis. Addo quod per text.

in d.

Source : BIU Cujas

in d.§. Titius.decidit not. Rom.in d.l.prętor.§.fin.in repet.rub.de arbi.colum.19.& consi.70.uisis themate & quæstione.circa fi.2. colum.cp officium iudicis, quod habet successor finita emphyteusi per generationem: vt sibi potius quàm alij renouetur, vt not.Barto.in l.1.§.permittunt. per illam glo. ff. de aqua quoti. & æsti.& in l.1.ff.de priuileg.cred.tollitur per lapsum anni,& sequitur Domi.Præposi.in dicto §.Titius.circa fin.2.colum.licèt. Ias. in dicta l.prætor.§.fin.videtur impugnare, sed ipse alibi sequitur in tracta. de iure emphy. colum. 21. vbi late tractat, qualiter debeat intelligi dictum Barto. in dicto §. permittitur. Et vltra ibi not.vide Alexan.consi.10.viso & opportune animaduerso.3.colum.1.volum.& consil. 9. visis themate. 4.colum. 2.volum, vbi dicit,not.cp talis renouatio fieri debet,etiam si per alienationem res sit commissa in hæredes emphyteutæ,not. Panor.in c.bonæ. el 2.colum.antepe.& vlti.de postu. præla.vbi latissime de hoc dicto Bart.in.in apo.& per Alex.consi.10.ponderatis his.circa fin. vbi ponit duas limitationes notabiles. 3.volum.

SVMMARIVM.

1 *Executio officio iudicis facta quanto temporis spatio præscribatur.*
2 *Actio in factum quæ oritur ex sententia quanto temporis cursu tollatur.*

1 **Trigesimoprimò** Quæro iuxta quæstionẽ proxime formatam † quãto tempore præscribatur aduersus sententiam & eius executionem, & sic intra quantum tempus peti possit executio sententiæ,quæ in rem transiuit iudicatam. Respondeo, quòd cum talis executio fiat officio iudicis:vt not.Barto.& Doct. in l.iudex posteaquam. ff.de re iud. præscribitur spatio triginta annorum, sicut ipsum officium iudicis iuxta glo.in dicta l.sicut. C. de præscript.trigin-
2 ta ann.& conclu.late supra. † Idem est in actione in factum,quę oritur ex sententia.l.actori.C.de re.cre. cum ibi not.& l.miles. §. qui iudicati.ff.de re iu. quia tanto tempore tollitur omnis actio. d.l.sicut.cum concor. ita decidit Bal. in rub.extra de præscri.col. vlt.& consi.94.sententia.in fin. 2.volum. Quam conclusionem limita,& declara ex his quæ habentur per Panor.in c.fin.colum. 6.versi.sed circa prædicta quæro.de præscrip.vbi ponit, nunquid habeat locum denuntiatio in foro ecclesiastico, si sit præscriptũ contra sententiam. dic vt ibi. (Adde Bald. in consilio 315. inci. punctus, quæritur. in tertio volumine, & in rubrica de præscri. colum.fin. versi.dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuri dicendi sententiam nullam quanto tempore præscribatur.*
2 *Officium iudicis imploratum super declaratione nullitatis quantum tempus duret.*
3 *Sententia an plus habeat facti, quàm iuris, aut econuerso.*
4 *Sententia post multos annos potest dici & declarari nulla.*
5 *Nullitas euidens quando dicatur.*

1 **Trigesimosecundò** Quæro † quanto tempore præscribatur iuri dicendi sententiam nullam. (Adde Bald.in consil. 315.punctus,quæritur.in 3.volum.) Istam quæstionem mouet Bal. in l.data opera.colum.antepenul.versi.sed quid si bannitus. C. qui accu.non pos.Et primò arguit,quòd de nullitate agi non possit,nisi vsque
2 ad 30.ann. † quia iudicis officium,quod imploratur super declaratione nullitatis non durat,nisi triginta an.vt not.per glo.in l.sicut.C.de præscri.triginta ann.& in l.querela. C.de fal. & in c.vnde quæritur.in glo.magna.in fin. 35.quæstio. 9. sed verius est secundùm Bald.quòd actor potest dicere sententiam nullam,donec actio vel accusatio durat, reus autem perpetuò; quia in reo agere de nullitate in effectu idem est,cp excipere. l. si contendat. cum glo.ff.de fideiuss. & l.non distinguemus. §. cum quidam.ff. de arbi. Et hoc si nullitas esset velata, sed si apparet ex sententia, non conualescit sententia, quæ vitium habet nullitatis in forma ipsius;quia vitium conualesceret sicut sententia. Sed hoc implicat contradictionem.Igitur tempore non conualescunt,per tex. in l.ex initio.C.de fal.& in dicto capitulo vnde quęritur.35.quęstione nona.

3 † Subdit Bald.quòd sententia plus dicitur habere iuris quàm facti:vt not. glo.in c.nullius.9.q.2.quæ incipit, sed quæritur. At sententia nulla nihil iuris habet,nec ex solo tempore vires acquirit.l.si expressum.ff.de appel.& nota in l.1.C.de senten. aduer.fis. la.lib.10.& expressim: vt ipse dicit in l.quædam mulier. ff. fami.
4 erci. † quòd sententia etiam post multos annos dicitur nulla & declaratur nulla. Hæc sunt notabilia verba Bald. in dicta l. data opera.colum. antepenul. Ex cuius verbis colligo distinctionem in præsenti quæstione, quòd aut nullitas est velata: & tunc non potest agi de nullitate nisi vsque ad triginta annos. Si vero nullitas apparet ex sententia, & sic est euidens, potest perpetuò de nullitate dici. Et hoc est, quod vulgò dici solet, cp nullitas nunquam transit in rem iudicatam:sed Salyc.in l.si vt proponis.la 2. C.quomodo & quando iudex.simpliciter dicit, quòd sententia nulla non confirmatur taciturnitate, nec aliquo temporis cursu. Et hoc est generale in quolibet actu nullo secundùm eum, vt in c.non firmatur.de regul. iur. in 6. Fallit in casibus a iure expressis:vt in l.sancimus. C.de testa. cum simi. vbi testamentum minus solenne & nullum confirmatur per cursum decem annorum:ita Saly.ibi. Eandem opin.tenet Alex.consil. 9.viso titulo quæstionis.colum.penul.versi. & si opponeretur de secunda. 4. volum. vbi dicit, quòd de nullitate perpetuò dici potest per glo.in dicto c.vnde quæritur.in fi.magnæ glo.35.q.9.& refert ita tenere Ang.in dicta l.sicut.qui expresse dicit contrarium.in prin ci.2.colum.sp ius dicendi sententiam nullam; quia iudicis officio nobili explicatur,non durabit,nisi triginta annis:sicut ipsum officium iudicis tanto tempore excluditur,vt est ibi glo. ordi.allegat etiam Bal.& Saly.in locis prælegatis,& Bal.in l.scire oportet.§.fi.ff.de execut.tuto. cuius verba nõ multum faciunt ad propositum. Ideo tenenda est distinctio Bald.in dicta l. data opera. quam sequi videtur Alex.consi.præal.illum simpliciter allegando,& per quam opiniones reducuntur ad concordiam. Quam conclusionem intelligo procedere concurrente bona fide per ea quæ dicta sunt in præcedenti quæstione, & per generalem regulam.c.fin.de præscri.

5 † Quando autem dicatur euidens nullitas,vt sic perpetuò de ipsa dici possit,declarat Alex.in prcal.consi.56.4.volum.in prin. vlti.colum.& consi. 77. visis dubitationibus. 3. colum. & consi. 107.viso themate.in fi.3.vol.& in l. 4. §. condemnatum. colum. 2.ff.de re iud.& in l.de pupilio.§.qui opus.ff.de ope.no.nun.& in cons.77.in causa & lite vertente coram reuerendo patre.colum. 2.volum.in quibus locis referendo plura concludit, quòd nullitas dicitur euidens,quando apparet ex actis,quæ inducunt notorium,vt not.Inno.& Cano.in c.per tuas.de test. cum concor. per eum adductis.& miror cp Do.Philip.Peru.& Do Præpo.in c. dilecto de appel.vbi late explicant materiam nullitatis,istam quæstionem non attigerint.

SVMMARIVM.

1 *Iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri a sententia arbitratoris quanto tempore præscribatur.*
2 *Reductio ad arbitrium boni viri vsque ad quot annos peti possit.*

1 **Trigesimotertiò** Quæro † quanto tempore præscribatur iuri petendi reductionem ad arbitrium boni viri a sententia arbitratoris: & sic ȝ.quãtum tempus hæc reductio peti possit, cum petatur officio iudicis nobili,vt per Bart in loco ȝ.allega. Ista est ardua.q.quam mouet Specu.in titu.de arbit.§.sequitur. versic.sed ȝ. quod tempus. concludens quòd peti debet intra decem dies, sicut in appellatione,authen.hodie. C.de appel.quia ista est quædam species appellandi.l.non distinguemus.§.cum quidam. ff.de arb. Istam q. latius examinat Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum. colum.5. versic.quæro intra quantum tempus.ff.pro socio.vbi impugnat opin. Spec.dicens quòd ista quæstio. tanquam ardua & indecisa requirit decisionem principis & demum distinguit, vt ibi per eum:sed Ang.in dicta l.sicut.colum.2.C.de præscri.triginta ann.
2 decidit, † cp reductio ad arbitrium boni viri peti possit vsque ad triginta ann.eandem conclusionem firmat ipse Ang.in l.2.C.de arb.cum concor.adduc.per Alex.in dicto §.arbitrorum.in apost. super verbo,officio iudicis,& idem Ange.consi.136. statuto cauetur,& Bald.consi.265.quia ex facto.2.colum. 1. volum. & ista est communis opi.prout attestatur Alexan. consi. 95. visis processibus.vlti.colum.2.volum.& Do.Lanfran. in suo trac.de arbi. in 20.q.colum. 43. & sequen. vbi istam quæstionem late examinat, dicens quòd hæc vltima opin. communiter approbatur & meritò; quia est verissima, & refert Alber. de Rosa. & plures alios tenentes hanc opin. & attestantes illam esse communem: & ibi vide pulchre practicam, & modum petendi talem reductionem.idem etiam affirmat Socy.consilio 120. visis compromisso. colum. tertia, & Domi. Felyn. in c.quod ad consultationem.colum.2.de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Potestas arbitri vel arbitratoris, vbi nullum tempus appositum fuit in compromisso, quanto tempore finiatur.*
2 *Arbitramentum collatum in tertium quanto tempore duret.*

1 **Trigesimoquartò quęro** † quanto tempore finiatur seu præscribatur potestas arbitri vel arbitratoris, vbi nullum tempus appositum fuit in compromisso. Istam quęstionem late examinant Barto.& omnes scrib.in l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obligat.vbi plene Alex.colum. 5.& 6. & Ias colum. 12.cum duabus seq. versic.quartò principaliter. & in hoc articulo com-
2 munis est conclusio, vt apparet ex ibi not. & contra Bar. † cp tale arbitramentum collatum in tertium perpetuò duret, ex quo non inuenitur tempus a iure limitatum:vbi autem confertur arbitrium in vnum ex contrahentibus circa substantialia contractus,videtur communis opin. esse cum Bart. cp arbitramentum tunc duret sexaginta diebus,per text.not. in l. quòd si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. de quo text. dic,vt per Iaso. in dicta l. si

Source : BIU Cujas

quis arbitratu. col. 13. Et intra quantum tempus peti debeat, vt cogi possit arbitrator ad arbitrandum, vide per glo. & Docto. in l. item si vnus. §. 1. ff. de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui debentur regulariter officio iudicis quanto tempore, & qualiter præscribantur.*
2 *Præscripta re principali censentur præscripti fructus tanquam accessorij.*
3 *Destructo principali per viam præscriptionis an destruatur & accessorium.*
4 *Generalis titulus pro suo an sufficiat in accessoriis præscribendis.*
5 *Bonæfidei possessor an pro fructibus consumptis teneri possit actione personali*
6 *Actio personalis quo casu succedat loco rei vendi.*
7 *Possessor bonæfidei quomodo possit vsucapere fructus industriales, cum sit factus dominus sola perceptione.*

1 **Trigesimoquintò** quero † quanto tempore, & qualiter prescribantur fructus, qui debentur regulariter officio iudicis. l. certum. & ibi no. C. de rei vendi. not. plene glo. & Barto. in l. ex diuerso. in princip. ff. eod. titu. Breuiter dico, quòd bonæfidei possessor vsucapit fructus triennio, adeo quòd amplius non tenetur illos restituere siue consumptos, siue extantes. glo. est repu. sing. & communiter approbata per Bart. Ang. Imo. Pau. de Cast. & ornnes scrib. in l. sequitur. §. fructus. in glo. magna. in fin. ff. de vsucap. quam ibi in specie approbat Barto. circa fi. commen. & valde commendat, dicens quòd illam limitantur omnes leges, quę volunt, q̃ bonæfidei possessor tenetur restituere fructus extantes: quia intelliguntur, nisi per triennium possederit, & not. Bart. in l. 3. circa fin. C. quod met. cau. vbi dicit, & hoc tene menti, quia millies practicabis. & ibi per Alexan. colum. 2. versi. in ea. glo. not. Bald. in l. ancillę. C. de fur. & in l. eos. in 5. oppo. C. de vsur. cum concor. adductis per Alexan. Et vltra per eum adducta sequitur Bal. in c. vigilanti. colum. fin. vltra medi. de prescript. & Panor. in c. 3. colum. penul. circa fin. eod. titu. & in c. grauis. colum. 3. circa fin. vel 4. vers. ic. aduertendum tamen est, vbi declarat dicta Bar. in dicto §. fructus. de restitu. Ex quo infert Alex. in dicta l. 3. C. quod met. cau. quòd licèt officio iudicis regulariter non prescribatur nisi spatio triginta annorum. l. sicut. in verbo, persecutione. cum glo. C. de prescri. triginta ann. & dixi plene. supra tamen fallit isto casu, quod est diligenter notandum secundum eum, & dicit. Pau. de Cast. post Ang. & Imo. quos ipse non refert in dicto §. fructus. q̃ licèt bonæfidei possessor sola perceptione sit factus dominus fructuum industrialium: tamen si extant, vel effectus sit locupletior ex eis, tenetur eos restituere vel officio iudicis mercenario, vel condictione sine causa: vt plene notatur in l. certum. C. de rei ven. & in l. ex diuerso. ff. eod. titu. Nam hoc est verum, nisi a die perceptionis bonæfidei possessor steterit per triennium, quòd non fuerit conuentus ad restitutionem fructuum; quia tunc illos vsucapit, & facit suos irreuocabiliter per glo. ibi, quam dicit perpetuò notandam: quia per eam limitantur omnia iura dicentia, bonæfidei possessorem teneri ad restitutionem fructuum nõ consumptorum, vel etiam consumptorum, quatenus locupletior factus est, iuxta plene not. in dicta l. certum. & l. ex diuerso. & hęc sunt ex mente Bar. in dicta l. 3. C. quod met. cau. & plene firmat Do. Fran. Cur. consi. 71. princeps defunctus. colum. 4. versic. sexta conclusio. & circa fi. illius consil. vbi late tractat quasi per totum illud consilium, an & quando bonę fidei possessor faciat fructus suos, & an illos prescribat.

2 † Subdit Pau. de Cast. in dicto §. fructus. q̃ etiam si non tanto tempore tenuit, si tamen rem ex qua percepit fructus tenuit tanto tempore, q̃ ipsam prescripsit, non potest cõueniri ad fructus; tanquam accessorij: vt est casus not. in l. eos. in prin. C. de vsur. &
3 ibi no. Bal. in 1. no. licèt Pau. nõ referat. Colligens ex illo tex. † q̃ destructo principali per viam prescriptionis, destruitur, & accessorum, siue loquamur de accessorio odioto, vt de vsuris, siue de accessorio fauorabili, vt de fructibus, quod est menti tenendum circa materiam prescriptionis secundum Bal. ibi. & in l. terminato. colum. 1. ver. modò quęro. C. de fruc. & lit. expen. vbi quęrit, vtrum ille qui prescripsit rem censeatur prescripsisse fructus penultimi & vltimi anni prius separatos ab agro. Et primo arguit quòd non: quia non possedit omnes triennio, deinde concludit contrarium per dicta l. eos. in prin. Nam ex quo rescriptum est in principali, capit secum accessorium, quod est ex eadem re. vt l. cum quęrebatur. in fi. C. vnde vi. Hęc sunt verba Bald. Prędictã conclusionem glo. & Bart. in dicto §. fructus. sequitur idem Bal. in l. 1. colum. 1. versi. quęro nunquid fructus. C. de vsur. & fruc. le. dicens quod est priuilegium bonę fidei possessoris, quòd prescribit fructus extantes separatos a solo sine alio titulo speciali:
4 † quia in accessorijs prescribendis sufficit generalis titulus pro suo. l. si ergo. §. partus. ff. de publi. & ibi plene not. ipse Bald. referens verba Oldra. in l. ancillę. C. de fur. vbi etiam per eum. Quod declara: vt per Socy. consilio 251. quoniam in presenti consultatione. colum. fin. De consumptis verò bona fide dicit Bal. in dicta l. 1. non est quęstio; quia eos lucratur bonæfidei possessor: & nihil restituit, etiam si locupletior sit. Et est ratio secundùm eum; quia officium iudicis mercenarium non durat, fructibus in rerum natura non extantibus. Fallit in petitione hereditatis, vbi tenetur, quatenus locupletior factus est. l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. here. & ibi glo. assignat. rationem: ita Bal. in dicta l. 1. refert & sequitur Roma. consi. 149. conclusionem primã. vbi plene tractat istam materiam prescriptionis fructuum. Et vide per Soc. in prcallegato consilio, vbi concludit, quòd ad huiusmodi vsucapionem requiritur titulus & bona fides.

5 † Non obstat, si dicatur, quòd bonæfidei possessor pro fructibus consumptis tenetur actione personali, videlicet condictione sine causa, quatenus est factus locupletior. dicta l. certum. & l. ex diuerso. cum ibi no. quæ solet durare triginta annis tanquam
6 personalis l. 2. C. de constit. pecu. † quia isto casu actio personalis succedit loco rei vendicationis, quæ competeret pro fructibus extantibus. Vnde sicut illa tolleretur triennio, ita & ista, quòd est singulare & mirabile secundum Pau. de Cast. in dicto §. fructus. circa med. com.

7 † Et si dicatur, quomodo potest bonæ fidei possessor vsucapere fructus industriales, cum sit factus dominus sola perceptione, & faciat illos suos pro cultura, & cura, vt habetur in dicta l. ex diuerso. & in §. si quis a non domino. Insti. de re. diui. & sic nõ cadit prescriptio in re sua. dicta l. sequitur. §. lana. Respondet Bar. in d. §. fructus. circa fin. & post eum Pau. de Cast. quod illos vsucap. quia non fit dominus irreuocabilis; cum teneatur illos extantes restituere, vel quatenus est factus locupletior, si cõsumpti sint, vt habetur in locis prallegatis: & licèt non possim prescribere rem meã irreuocabiliter, possum tamen prescribere, si non est irreuocabiliter mea; quia teneor restituere. Nam tunc contra illam actionem, per quàm cogor restituere, prescribo rem, q̃ probat Bart. per tex. in l. in bello. §. si quis seruum. vbi ipse hoc not. ff. de capti. sequitur Panor. in dicto c. grauis. circa fin. 4. colum. ver. aduertendum. de rest. spol. & est bona glo. in l. longe. ff. de diuer. & temp. prescri. & vide Rom. prœal. consi. 259. col. 1. ponentem tres casus, in quibus bonæfidei possessor tenetur de fructibus cõsumptis, quatenus est locupletior factus. (Quando bonæfidei possessor teneatur restituere fructus, vel faciat illos suos vide per Alex. consi. 21. domini Redemptoris. circa fi. 4. volum. & latissime per Do. Fran. Cur. consil. 71. princeps defunctus. per totum maxime colum. 3. circa fi. & 4. & ibi, q̃ in dubio non presumitur factus locupletior. sed alleganti incumbit onus probandi. colum. 4. versi. 6. conclusio.) In istis enim tribus casibus procedit secundùm Rom. decisio glo. & Bar. in dicto §. fructus. vt non teneatur post triennium: quia lapsu triennij, nedum tollitur vendicatio quò ad fructus extantes, sed etiam condictio ob causam pro consumptis, cum succedat loco rei vendicationis hoc casu, vt prædixi.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ dotis non solutæ quanto tempore prescribantur.*

1 **Trigesimosextò** Quæro † iuxta præcedentem. q. quanto tempore præscribantur vsuræ dotis non solutæ, quæ debentur tanquam interesse rationc onerum matrimonij supportatorum propter morem dotis non solutæ: vt plene habetur in l. Titia. §. vsuras ff. solu. matri. & in capitulo salubriter. de vsur. Bald. in quodam suo consil. incip. Titius promisit dotem. tenet q̃ prescribuntur spatio decem ann. quasi videantur tacite remissæ, si tanto tempore petitæ non fuerint, de cuius dicti veritate vide per Do. Bert. Firma. in reperto. in verbo, vsura. col. 10. circa prin. versi. vsu. pro alimentis &c. & dixi s̃. in 3. q. 10. col. 11. versi. subdit Roma.

SVMMARIVM.

1 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*
2 *Iure agendi perempto an peremptum sit ius excipiendi, vel replicandi.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ præscribitur biennio.*

1 **Trigesimoseptimò** quæro † postquam s̃. late visum est de præscriptione actionum, & officij iudicis, an præscribitur iuri excipiendi. Dic breuiter quòd non; quia regula est, quòd ea quæ sunt temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. l. pure. in fi. ff. de excep. doli. & est tex. cum glo. in l. licèt. C. de except. & plene not. Cano. in c. si autem. vbi late per Panor. & Felyn. versic. temporalia ad agendum. colum. 4. vsque ad fi. commen. de rescript.
2 vbi vide † an perempto iure agendi sit peremptum ius excipiendi, vel replicandi.

Et vltra Fely. istam conclusionem, quòd nunquam præscribatur iuri excipiendi, firmat Bald. in repe. l. fina. vndecima colum. C. de præscrip. lon. tempo. & in princi. 12. vbi assignat dupli
3 cem rationem. † Fallit secundùm eum in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ præscribitur biennio. l. in contractibus. in prin. C. de non nume. pecu.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio triginta ann. quo iure fuit inducta.*
2 *Præscriptio trig.nta anno. an sit post iura Digestorum inducta.*
3 *Actiones descendentes ex l. ciuili, antequam per sacras constitutiones, esset meta præfinita, competebant sine temporis præfinitione.*

Trigesimo-

Source : BIU Cujas

1 Trigesimooctauò & vltimo quæro † pro complemento huius quartæ partis principalis, quo iure fuit inducta præscriptio triginta anno. de qua in toto titulo.C.de præscript. 30.vel 40.anno. Respondeo ꝙ de iure fforum erat incognita, & fuit introducta de iure Codicis secundū gl.in l.qui occidit. alias qui occiderit. in princ. in verbo amisit. ff.ad l.Aquiliam.& in l.Iulianus.ff.ex quib. cau. ma.no.Bar.in l.fin.in princ.ff.de eo per quem fact.erit l.erit.& in l.in omnibus.ff.de actio & obligatio. Imo.in c.de quarta.versic. & scias. de præscrip.& in repeti.c.fi.eo.ti.in pluribus locis.Alex. consi.48.quoniam per excellentissimum.4.volu.& domi.Iaſ.in l.licèt colu.vlt.C.de iure deli.& in l.nam & postea.§.si is qui temporali.ff.de iureiur. Feli.in c.de quarta colu.11.de præscrip.Corne.consi.16.viso primo themate.colum.1.in fin.consi.136.licèt latis.2.col.2.vol.adducens aliquas glo.contrarias, sed dicit p̄allegatas veriores. Et idē Corn.consi.304.viso ꝓcessu 8.vol.Io.Fab. Instit.de vsucap.in prin.vbi.dicit,ꝙ præscriptio longissima non erat cognita nec de iure Digestorum, nec de iure Institutionū. In contrarium adduco tex.cum glo.in l.si pupillus.in verbo tempore.ff.de admi.tuto.vbi glo.exemplificat illum tex.qui est de iure Digestorum in præscriptione triginta annorum.

Pariter de iure Digestorum actiones p̄sonales rei persecutoriæ sunt perpetuæ.l.in honorarijs.ff.de actio. & obliga.i.durant triginta ann.Insti.de perpe.& tēpo.actio.in princ.Ergo apparet, ꝙ præscriptio triginta annorū,erat cognita de iure Digestorum.

2 Sed quòd ista præscriptio triginta annorum sit inducta post iura Digestorū videtur tex.in loco proxime allegato ibi.donec sacræ constitutiones† & sic antequam esset præfinita meta per sacras constitutiones, actiones descendentes ex lege ciuili erat p̄petuæ,hoc est competebant sine temporis præfinitione.

Sed difficultas est respondere ad tex.in d.l.si pupillus.in fin.in verbo tempore libertatus est,qui loquitur in actione tutelę: & sic in actione personali, & glo.ibi exponit, idest 30.annis.Hanc difficultatem sentit ibi Bart.circa.fin.commen.& soluit duobus modis,licèt cum violentia & diuinatiue.

Et tenendo solutionem Bar.est necesse dicere,ꝙ glo.ibi male exponat.Et per hæc remanet expedita tota quarta pars principalis huius tractatus.

Nunc se offert quinta pars principalis. In qua vidēdum est de pluribus pro cōplemento materiæ p̄scriptionis inducendæ. Et subdiuiditur in quinque partes.In prima videbimus,qualiter. procedat præscriptio aduersus ecclesiam,& de præscriptione iurium ecclesiasticorum,spiritualium,& per consequens de præscriptione canonica. In secunda de præscriptione aduersus fiscum.In tertia de præscriptione aduersus rempublicam.In quarta an præscribantur ea,q̄ sunt meræ facultatis & qualiter.In quinta tractabuntur plures extrauagantes quæstiones vtiles, & quotidianę circa materiam præscriptionis, quæ sub prioribus partibus commode locari non potuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Aduersus ecclesiam quanto tempore præscribatur.*
2 *Dos ecclesiastica quanto temporis spatio præscribatur.*
3 *Tempus quantum requiratur ad inducendam consuetudinem contra ecclesiam*
4 *Præscriptio quadragenaria requiritur contra ecclesiam, etiam si vna ecclesia velit contra aliam præscribere.*
5 *Miserabilis persona,cui aliquid ab ecclesia relictum est, uel donatum, gaudet priuilegio ecclesiæ quò ad præscriptionem contra ipsum.*
6 *Hospitalia & eorum bona gaudent priuilegio quadragenariæ præscriptionis.*
7 *Hospitalia in multis casibus parificantur ecclesiis.*
8 *Regula, quòd aduersus ecclesiam,& alia pia loca currat præscriptio quadragenaria,quo casu non procedat.*
9 *Nouum priuilegium an tollat antiquum.*
10 *Res mobilis ecclesiæ quo tempore usucapiatur.*
11 *Ecclesia quo casu excludatur quadriennio.*
12 *Præscribitur contra ecclesiam sicut contra priuatum multis casibus.*
13 *Redhibitoria & quanto minoris non mutant naturam inter ecclesiasticos.*
14 *Tempore communi præscribitur contra ecclesiam respectu dominij & publicianæ.*
15 *Ecclesia sumens fundamentum ex aliquo statuto laicorum, in quo est certum tempus præscriptionis præfixum, an tali tempori præscriptionis subueniatur.*
16 *Ecclesia Romana quot modis in præscriptionis proposito dicatur.*
17 *Imperium gaudet priuilegio centenariæ præscriptionis.*
18 *Iure communi quarum ecclesiarum bona præscribantur.*
19 *Vtile dominium præscriptione communi contra feudatarium Romanæ ecclesiæ potest præscribi.*
20 *Interesse principale semper est considerandum non secundarium.*
21 *Possidentes bonafide hæreticorum bona quanti temporis possessione præscribantur,& an post quadriennium possint molestari.*
22 *Præscriptio annexam habens consuetudinem quod tempus exigat.*
23 *Vsucapio præscribitur triennio etiam contra Romanam ecclesiam.*
24 *Concernentes supremam Papæ potestatem aliquo temporis spatio non præscribuntur.*
25 *Competentia Papæ ratione ordinis an possint præscribi.*
26 *Ciuitas subiecta ecclesiæ Romanę an possit præscribere iurisdictionem in singulos ciues &c.*
27 *Centum anni an dicantur tantum tempus,cuius initiū me non ex.*

1 Veniens itaque ad primam partem huius.q. †quæro primò principaliter, quanto tempore præscribatur aduersus ecclesiam.) Quantum tps requiratur in præscriptione rerum mobiliū vel immobilium eccle.Romanæ,& aliarum ecclesiarum, vt possint,præscribi, vide Sali.in l.2.C.commu. de vsucap.columna 2. Alex.not.consi.84.in causa vertente colum.1.versic.2.dicimus. 1.volu.& consi.169.viso themate.colu.1.versicu.nam & ad hoc 2.volu.tex.Abba.2. Felin.in c.ad aures.in princip.de præscrip.& Felin.in c.ad audientiam versicul. vlti.facias regulam. columna 8.eodem titu.& Bal.consi.181.casus talis est.in fine.3.volum.& Roma consilio 69.viso quæstionis themate.colum.2. ver.vlti. præmitto,& Pau.de Cast.consi.215.viso puncto.columna.1.in antiquis.Are.& Bald.in §.res fisci. & ibi Iaſ.in addi.ad Panor.Instit.de vsucap.vbi habes de præscriptione rerum mobilium ecclesiæ,& per Bald.in l.2.C. ne rei domi. vel templo.& per Doct. mod.in c.fin.de præscrip.in 6.& per Ang.de Peru.in l.1.C.de anna.excep.Archi.in §.quas actiones.6.q.3.Bald.in c.vigilanti.colu. penult.de præscrip.Abb.pulchre post Cal. & Imol.in c.1.colu. 6.de in integ.resti.Imo.late in c.illud.colum.2.de præscrip.& ibi Bald.in prin.& Sali.in l.1.C.de vsucap.transfor.post principium. & Felin.in c.de quarta. colu.vlt.de præscrip.& Abb.consi.97.attingam &c.vlti.columna 1.volu.& quanto tempore præscribatur aduersus ecclesiam & imperium, vide per Bald.in l.sicut.circa fin. de præscript.triginta annorum.per Areti.in §.res fisci.vltra med.commen.versic.quid in reb.eccle.Instit.de vsucap.& de præscript. contra romanam ecclesiam, & alias inferiores vide plenas remissiones per domi. Bertach.in repertorio. in verbo præscriptio.2.colum.3.volu.in fine.& seq.licèt prædicta non adducat.) Circa istam.q.valde diffusam, vt plena possit haberi doctrina,facio tres regulas.

Prima est affirmatiua,ꝙ contra omnes ecclesias, sola Romana excepta,quæ gaudet p̄scriptione centenaria,generaliter p̄scribitur spatio quadraginta annorum,tam de iure ciuili,authenti.quas actiones.C.de sacrosan.eccles.& in corpore vnde sumitur,quàm de iure canonico.c.de quarta.c.ad aures.& c.illud.de p̄scriptio.& ideo laicus possidēdo rem eccle.vt propriam bona fide spatio quadraginta annorum præscribit cōtra ecclesiam,vt firmat expressē glos. fina.in c.fin.de præscript.in 6.& inc.facultates.in verbo,triginta annorum.14.quæstio.2.& Paul.de Castro consilio 293. viso puncto. in princip. 2. colum.in antiq. & plenius dixi in tertia parte principali in 5.quæst.in versic. sed discor-

2 dat ius canonicum.

†Amplia primò istam regulam,ut procedat, etiam si agatur de p̄scribēda dote ipsius ecclesiæ; quia illa præscribitur spatio longissimi temporis quadraginta annorum, & seu fundus dotalis ecclesiæ secundùm Bal.Nouel. in suo tractatu, de dote.colum. 2.qui refert ita consuluisse collegium Perusinum,sequitur Feli.in d.c.ad aures.in prin.commen. Addo quòd eandem conclusionem firmat idem Bald.in prælleg.tracta. de dote.in 7.parte.colum.7.circa princi. Et ratio quare res ecclesię,sint præscriptibiles, est:quia ipsarum alienatio non est prohibita simpliciter, sed cum certa sollennitate,de qua in c.fine exceptione.7.q.2.& no.in c.nulli.de rebus eccle.non alie.quo casu non censetur prohibita præscriptio vel vsucapio, licèt secus,vbi prohibitio esset simplex, vt not.glos.Bart.& Docto.in l.fi.C.in quibus in cau.in integ.restitu.non est necess.Istam rationem assignat But. & Cano.in c.cum non liceat.de præscrip.& refert Do.Bal. Nouel. in p̄lleg.tractat.in 7.parte col.3.in princ.

†Amplia secundo istam regulam,ut procedat nedum in simplici præscriptione, sed etiam in consuetudine; quia ad inducendam consuetudinem contra ecclesiam requiruntur 40.anni:ut dicatur consuetudo legitimæ præscripta, secundum Bal. in d.authen. quas actiones.colu.pe.ver.extra quæro.ubi declarat quod differat p̄scriptio a consuetudine.) Vide differentias plures inter præscriptionem & consuetudinem supra in 1.parte principali,in vlti.q.)& latius notat Panor.post alios Canon. in c. finali columna 7.versi.quantum verò tempus. extra de consue.

4 †Amplia tertiò,vt ista regula procedat, nedum in priuato præscribente contra ecclesiam, sed etiam si vna ecclesia p̄scribat contra aliam; quia semper requiritur præscriptio quadragenaria, ut concludunt communiter glos.& Docto.in d.auth. quas actiones. Et de iure canonico sunt tex. expressi in dicto capitulo de quarta. & in capitulo ad aures. (Ibi vide per Panor.an priuilegiatus vtatur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum quò ad præscriptionem, & an ecclesia p̄scribat contra ecclesiam, quanto tempore, vide per Abb.Panor.consilio 84.videtur primo.vltima colum.1.vo.quomodo,& quanto tempore p̄scribatur

batur contra locum religiosum, vide per eundum consi. 32. uidetur primo. 2. colum. 2. volu.) Et ibi notat Panor. & in cap. illud. & cap. quia indicante. de præscript. qui tex. loquuntur, quando vna ecclesia præscribit aduersus alteram. Et dicit expresse text. in dicto cap. illud ꝙ ecclesia se potest aduersus ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri: licèt quidam canones comprobent tricennalem, per quem text. patet responsio ad alium tex. quem in contrarium adducit Do. Ias. in dicta auth. quas actiones. colum. 3. circa princ. videlicet in cap. placuit. el 2. circa finē. 16. q. 3. dicens quòd est mirabilis text. contra prędicta, ꝙ si ecclesia præscribat contra ecclesiam 30. anni sufficiunt, & quòd non videt, ꝙ possit responderi nisi dicere, ꝙ ille textus sit Gratiani. Postea reliquit cogitandum super illo texto Ad idem potuisset allegare textū in cap. sanctorum. de præscri. & plures alios, quos allegat glos. cum Prædictis in dicto c. illud. in glos. 2. Et miror quòd d. Ias. formet istud contrarium, cum text. in dicto cap. illud. det responsum, ꝙ canones antiqui præallegati concedentes præscriptionem tricennalem ecclesiæ aduersus ecclesiam sunt hodie corecti ita quòd locum non habent, nisi quadragenaria tantum, & ibi hoc clare dicit glos. 2. Si verò ecclesia præscribat contra priuatum, vtitur iure communi, & præscribit quemadmodum præscriberet quilibet priuatus contra alium priuatum, vt concludunt communiter glos. Doct. in d. auth. quas actiones in glo. magna circa princ. & late firmat. Ioā. An. in cap. qui ad agendum. de regu. iur. in 6. in mercuria (Adde ꝙ valet statutum factum per laicos, ꝙ ecclesia non possit præscribere res immobiles aliorum, nec dicitur contra libertatem ecclesiæ, vide Ias. in l. filiusfam. §. diui. colum. 18. in 2. lectu. ff. de leg. 1. Et hanc conclusionem plene comprobant Panor. Feli. in cap. sanctorum. de præscript. vbi Panor respondet ad motiua, quæ fiunt in contrarium. Et eandem firmat ipse in dicto cap. de quarta. colum. 3. versi. sed quantum ad principalem articulum, & dixi in tertia parte princ. in 5. q. uersic. sed discordat ius canonicum.

7 † Et firmare uidetur D. Deci. ubi supra nouam conclusionem, quòd licet iuspatronatus non possit queri prescriptione contra ecclesiam, quam non constat esse patronatam, quòd tamen possit queri consuetudine per plura, que allegat: tamen non probant conclusionem in terminis,in quibus loquitur,& illa retuli supra pro maiori parte.

Preterea non uidetur in proposito,quòd possimus loqui de cõsuetudine,in qua consideratur ius quoddam uniuersale,quod omnibus & contra omnes competit. In prescriptione uerò consideratur specia'iter ius prescribentis,& illius contra quem prescribitur ut no.Pau.de Cast.in l.cum de consuetudine, uer.ulti. queritur.ff. de leg.& refert ipse domi.Deci.prealleg.consi.circa fi.Sed ubi agitur de prescriptione iurispatronatus,semp agitur de preiudicando iuri priuati seu priuato,non autem iuri uniuersali. Nam si ecclesia est patronata,agitur de prescribendo contra patronum. Si uerò non sit patronata,agirur de prescribendo contra liberam potestatem collatoris, qui tenetur instituere presentatum, dummodo sit idoneus, ut habetur in capitulo quod autem, & in capitulo cum autem. & in capitulo pastoralis. de iurepatro. ergo non potest dici consuetudo, sed proprie est prescriptio,& ad hoc adduco in terminis Panormita.in capitulo ecclesia Sutrina.columna penu.circa princip.uersi. ergo fateor.de causa possessionis & proprieta.ubi dicit,quòd in casu illius capituli non est consuetudo, sed potius prescriptio, cum per eum detrahatur iuri certarum personarum, seu certi loci,& tendat in commodum certarum personarum,seu certi collegij,vt no.in capitulo fin.de consuetudi. Et hoc casu quando inducitur consuetudo vt prescriptio, necessarius est titulus secundum Panormi.qui dicit de hoc esse tex.no.iuncta gl. in ca. ter-
8 tio. de consue.lib.6. † Sexta conclusio est, quòd licet contra ecclesiam non patronatam non possit prescribi iuspatronatus, tamen hoc est verum,si allegetur sola prescriptio, & vendicans iuspatronatus se fundat super mera prescriptione. Sed si allegatur titulus, & ad illum probandum vel presumendum adducit presentationes plurimas & temporis cursum,istud sufficeret ad probationem iurispatronatus. Istam conclusionem firmat Panormita. in d. cap. querelam.3.columna & in preal.dispu. sua inci. Augerio.& sequitur Fely.in d.c.causam.colum.3. & do.Prep.in d.ca.hortamur.71. dist.col.ult.& hoc uoluit Bal.in l.cum super. C. de re.uen.ubi dicit, ꝙ ad probandum iuspatronatus antiquissimum valet antiqssima possessio,& sequit Barb.consi.41.illud afferã.j.vo.† Sed dubitatur, quãtum tps requat ad presumendũ tit.iurispatronatus.Fel.in d.c.cãm

Source : BIU Cujas

col.3.dicit,q̃ requiritur tempus cuius initij non extat memoria,& refert ita decidere Fede.de senis consilio 313.super primo puncto, quod est consilio 234.circa med.& Card.in clem secunda in 5.q. de iurepa.nisi probaretur ecclesiam ab initio esse liberam secundū eum.Quod dicit Fely.esse notandum.Et istud sequuntur,& comprobant per plura Moder.Papi.in prælleg. tracta. iurispatro.colu. antepe.& pe.Sed est aduertendum,q̃ oportet,quòd allegans titulum probet præsentationes fuisse factas ex causa illius tituli allegati,ut firmat Alex.in terminis in prælleg. consi.75.uisis & ponderatis.tertia columna quarta uol.Quod tamen impugnat Fel. in d.ca. causam. columna tertia cuius opi.comprobatur per plura quæ supra adduxit in 3. parte prin.columna 27. uer.est & alius. † Septima & ultima conclusio est, q̃ præscribens uniuersitatem,puta hæredi tatem,uel uillam,præscribit etiam iuspatronatus, siue quis præscribat uniuersitatem ex titu. in quo requiritur traditio specialis, siue non,ut plene firmat Fely.in d. c. causam.colum. 4. ubi post multa relata,sque uarias opin. in calce. q. attestatur hanc opi. esse magis communem , sequuntur Moder. Papi. in prælleg. trac. iurispa. columna pe.ubi in præsenti q.satis mnolute procedunt, & præter ordinatam materiam plura adduxit ultra eos.

Sed nunquid ille qui præscripsit ius præsentandi in aliquibus ecclesijs tanquam senior de domo censeatur etiam præscripsisse ius præsentandi in alijs ecclesijs , quæ sunt de iurepatro ipsius domus, & an qui præscripsit ius præsentandi in aliqua ecclesia , censeatur etiam præscripsisse in alia sub iurepatronatus inclusa, & per consequens integrum ius patronatus,uide plene Roma.consi.168.præsens consultatio.notant præfati. Moder. Papi.in prælleg. tracta. circa finem.

S V M M A R I V M.

1 *Vna ecclesia an possit aliam præscribere.*
2 *Ius prælaturæ,uel præbendę præscribi non potest.*
3 *Vicarius temporalis alicuius prælati soluens censum alteri ecclesiæ etiam longissimo temp an præiudicet prælato & ecclesiæ.*
4 *Iura spiritualia sunt præscriptibilia per eum,qui illa potest possidere.*

1 Decimò iuxta premissa quęro † continuādo præscriptionem canonicam sine eccle.an una eccle.possit præscribere aliam. Dico q̃ sic, tex.est in c.cura.de iurepa.ubi no.loan. An.Pa.& alij Cano.Quod intelligunt Doc. ibi procedere,ut possit præscribi iure proprietatis scilicet q̃ ecclesia præscribens habeat ecclesiam præscriptam ad proprios usus tanquam subiectam uel vnitam.Adde Pan.in ca. dudum.de deci.ubi dicit,q̃ ecclesiæ possunt præscribi iure proprietatis, dummodo habeatur titu.præscribendi, sed sine titu. non possunt præscribi. Pro qua conclu. est gl. no.ultra Doc.ibi in cap.j.in uer. ad mensam.de excess.præla.in 6.& no.Ioan And.in c.qui contra.de reg. iur. in mer. Non autem potest præscribi respectu tituli scilicet vt quis habeat ecclesiam tanquam prælatus, seu rector. Quia beneficia tituli beneficiorum ecclesiasticorum non habentur sine institutione canonica. cap. 1.de
2 reg.iur in 6.& c.ex frequentibus.de insti. † Hinc est, q̃ ius prælaturæ uel præbendæ præscribi non potest.Adde Bal.in §.si quis per triginta.in ti.si de feu.fue.contro.ubi dicit, q̃ beneficium ecclesiasticum etiam longissimo tempore præscribi non potest per te. in ca. ex parte.de test.quod intellige, ut hic & uide Panor.in c.episcopi, de reb. eccle. non alie.& an præscribere possint, qui ecclesiam habuerunt a laicis,uel eorum successores,uide per Panor.in ca. cura. de iurepa.ut est gl.sing.in c.contingit.in gl.mag.circa med.ibi,quid ergo. de dolo & contu. quod est uerum respectu superioris, sed contra alios bene præscribit, ut uult illa gl. & ibi declarant Cano. maxime Panor. colum. 3. uersi. 2. ex dictis glo. ubi per illam glos. singulariter infert,quòd si clericus bonafide & titulo colorato possideat beneficium alterius per decem annos inter præsentes,& uiginti inter absentes, q̃ præscribit illud in præiudicium ueri rectoris.§.j.licet ius prælaturæ, sibi non acquisierit,& q̃ sufficiat tantum tempus,uidetur colligi secundum Panor. ex no.in simili per Ioan. And.in ca.sine possessione.de reg.iu.in 6.in mercu,& pro hoc adducit unam rationem & unum simile,ut ibi per eum,qui subdit,& no.hoc;quia si est uerum, est nouum & mirabile dictum, & satis
3 coloratum ex præcedentibus. † Et no.q̃ uicarius temporalis alicuius prælati,soluendo censum alteri ecclesiæ etiam longissimo tempore,non præiudicat prælato & ecclesiæ, ita determinat Io.An.in c.fi.de offi.uica.lib.6. in nouel. sequitur Ro.cons. 326. in casu præ-
4 suppositę consultationis, col. fi. † Postremò adde circa istam q.q̃ una eccle. potest præscr. aduersus aliam nedum iura temporalia sed spiritualia spatio 40. an. & sic iura spiritualia sunt præscriptibilia per eum,qui illa potest possidere,sed non per laicum,qui illa possidere non potest:ita no.Panor.in c.ad aures.de præscri.dicens q̃ ecclesia super spiritualibus rebus põt se sola præscriptione tueri.

S V M M A R I V M.

1 *Inferior episcopo an possit contra episcopum præscribere.*
2 *Iura episcopalia an possint præscribi.*
3 *Ecclesie seculares quibus modis possint pleno iure subesse inferiori prelato.*
3 *Inferior potest præscribere iurisdictionem cognoscendi inter subditos.*
5 *Cognitio causarum matrimonialium potest per prelatum episcopo inferiorem præscribi.*
6 *Institutio per quam quis mittitur in possessionem beneficij , seu per quam fit traditio curę animarum,an possit per inferiorem prelatum præscribi.*
7 *Inferior prelatus an possit certam partem diocesis cum territorio cõtra episcopum præscribere.*
8 *Inferior potest contra episcopum præscribere priuatiue non cumulatiue.*
9 *Iura præscriptibilia per inferiorem episcopo sunt nouem.*
10 *Excommunicandi potestas,interdicendi,& absoluendi potest præscribi respectu clericorum & ecclesiarum secularium ab inferiore episcopo.*

1 Vndecimò quæro † An inferior episcopo , ut Abb.uel Prępositus existens in dioceśi possit præscribere contra episcopum iura episcopalia in aliquo loco,siue in parte diocæsis,& seu in certis ecclesijs dioceśis; cum episcopus de iure communi habeat suam intentionem fundatam in tota dioceśi,& sit superior in omnibus spiritualibus exercendis intra dioceśim c.omnes basilicæ 16. q.7. & c.placuit 10.q.j. facit tex.in c.cum uenerabilis. de reli. do. & in c.cum episcopus. de offi.ordi.lib.6.ubi dicitur, q̃ episcopus in tota sua dioceśi habet iurisdictionem ordinariam in spiritualibus & causis ad forum ecclesiasticum spectantibus. † Concluśiue respondeo , q̃ Abb.uel alius
2 inferior prælatus potest præscribere iura episcopalia. De hac materia,an possint præscribi iura episcopalia, & quæ , & in specie an archipresbiter cum capitulo cathedralis ecclesiæ possunt præscribere cum aliquo colorato titulo iura episcopalia & iurisdictionem episcopalem in aliquibus ecclesijs , uide pulchrum consi. Calde. cons. 2. sub rub. de præscri. & ibi quæ iura retineat episcopus tanquam impræscriptibilia in ecclesijs, in quibus capitulum , uel inferior præscripsit episcopalia: & an & quando iura præscribi possint, no.Doc.in c.bonæ.de postu.præla.Inn.& Docto.in c.conqueren te.de offi.ordi.ubi no. an archiepiscopus possit ex præscriptione sibi quærere ius deferendi crucem in prouincia alterius, de quo per gl.in c.j.ut lit.penden.& in c.quicunque eps. 15.q.3.& quòd capitulum non possit præscribere ꝙ epm sede uacante renunciationem beneficiorum Rot. deci. 312. in nouis. Sed in his tantum obtinet, quæ præscripsit, ideo potest prælatus inferior præscribere in certis ecclesijs dioceśis totum ius epale, ut probatur in cap.auditis.& in c.cum olim.de prescri.& ibi plene notant Cano.præcipue Panor. & Fely.& prescribitur spatio 40. an.cum titu.colorato,ex quo ius commune resistit, uel per spatium tanti temporis cuius initij &c. absque titulo,ut probatur in d.c.auditis.iuncto c.j. de prescri.in 6. iunctis etiam notatis in c.de quarta.eo.titu. † & ideo Panor. in d.c. auditis.in 4.no.notat duos modos, quibus ecclesię seculares possunt pleno iure subesse Abbati,uel inferiori prælato,scilicet per priuilegium Romani Pontificis , & per præscri.& dicuntur subiectæ pleno iure secundum eum, quando episcopus nullum ius episcopale in illis exercet, sed utraque lege subijciuntur Abbati,ut habetur & notatur in capitulo quoniam . de priuileg. ex quo dicit singulariter notandum , quòd totum ius episcopale in certis ecclesijs est præscriptibile per inferiorem, de quo ibi latius in glo.3. Eandem conclu.firmat Pan. in dicto capitulo auditis. in quar o no. de resti.in integ.per illum tex. ubi no.quòd prælatus citra episcopum potest præscribere omnes ecclesias existentes in certa parte diocæsis quò ad totale ius episcopale, ut sic ipse prælatus inferior,& non episcopus ibi iurisdictionem exerceat episcopalem per illum tex.in uerbo pleno iure. Adde Rom.in notab. fol. 13. columna quarta ubi concludit,quòd præscribit inferior iurisdictionem cognoscen
4 di inter subditos . † Quod procedit nedum in prælato seculari,sed etiam in regulari, ut ibi per eum, & in ca.accedentibus . de excess. præla.& in ca.pastoralis.in princ.ubi gl.j.columna secunda de offi. ordi. & plene no. idem Panormi. in ca. cum contingat. columna quarta . de foro compe.ubi concludit in uer.sed quæro, quòd inferior episcopo potest præscribere iurisdictionem cum territorio contra episcopum , ita tamen quòd subsit episcopo, ut episcopus habeat utilem iurisdictionem saltem habitu , & iste inferior prælatus habeat quasi sub eo , licet in exercitio excludatur eps , sed non potest quærere territorium ut separatum ab epo,ut faciat caput in eadem ciuitate seu diocæsi : & operabitur iste habitus iurisdictionis, qui reseruatur epo secundum Panor.ibi in prin. 5. col. multos effectus,quos specialiter enumerat , maxime q̃ poterit ab ipso inferiori appellari ad ipsum epm , argu. c.Roma.§ j.de appel.in 6.itē q̃ data negligentia inferioris prælati poterit eps iurisdictionē exercere,quam ille præscripserat,refert & sequitur Fely.in c.irrefragabili.circa prin.de offi.ordi.

5 † Et descendendo magis ad speciem , cognitio causarum matrimonialium præscribi põt per prælatū inferiorē epo, ēt regularem, ut probatur in d.c.auditis.in uerbo,causarum matrimonialiū.iuncta gl.3.in fi.& ibi no.in specie Panormita.6.col.in 6.no.reprobando opi.Host.qui tenuit ꝙrium in cap.literas. de resti. spol.ubi hanc opi.tenuit Io.An.& pro concor.adducit Pan. text. in c.accedentibus iuncta gl.fi.de excess.præla.ubi ipse notat.& in ca.j.iuncta glos. 4.de consan. & affi. Adde eundem Panor. in capi. cum officij.co-

lumna

Source : BIU Cujas

lum. 1.de prę̃scri.Cald.consi.2.sub rub.de prę̃scri. ubi dicit, q̃ põt̃ præscribi cognitio causarum matrimonialium per inferiorem epi copo,quæ specialiter spectat episcopo c. 1.de consangui. & affinita.per d. c. auditis. & c. literas.de resti.spo.fortius ergo istud procedit in alijs causis inferioribus, ut ibi late per eum.Ex quo primò infert Panor.quòd nedum ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis, possunt per inferiorem præscribi, sed etiam si sint dignitatis episcopalis.Nam cognitio causarum matrimonialium est episcopalis digni
6 tatis, ut in d.c.accedentibus. † Secundò infert Panormita.quòd in stitutio etiam authorabilis, per quam fit traditio curæ animarum. seu quis mittitur in possessionem beneficij, potest per inferiorem prælatus præscribi, cum hoc non sit ordinis episcopalis, & sic cessat contrarium c. quanto. de consue. quamuis contrariam opi.tenuerit Host.quam reprobat Panor. & dic ut latius per Fel.in d.ca. auditis.colum.3.cum sequeu.uer.inquãtum Abb. & c.per Panor. in ca.cum uenerabilis.de censi.& no.ipse in c.auditis.2.col.in 4.no. de resti.in integ.

7 † Tertiò infert Panor. in d. c.auditis, & no.ex illo text.aliud singulare dictum,quod (ut ipse dicit) alibi ita bene non probatur, q̃ inferior prælatus potest præscribere certam partem diocęsis cum territorio excludendo prorsus episcopum in illo loco ab exercitio iuris episcopalis,de quo dic ut plenius per eundem in d. c. cum
8 contingat.de fo.compe. † Quartò colligit & infert Panor.aliud singulare ex tex.in d. c. auditis. q̃ exercens iurisdictionem in aliquo loco uniuersaliter,uel in certis articulis, uidetur illam præscribere, excludendo illum,ad quem pertinebat iurisdictio. Non autem vt in exercitio cum illo concurrat, & sic secundùm Panor. inferior præscribit contra episcopum priuatiue nõ cumulatiue tantùm, & idem tenuit Calde.cons.2.sub rubri.de præscrip.

Eandem conclusio.firmat Panor.in cap.irrefragabili.in prin.pe. no.& in c.pastoralis.col.2.de offi.ordi.& ibi late per Fel.facientem regulam,q̃ iurisdictio competens alicui iure speciali uenit accumulatiue ad uniuersalem, cum octo limitationibus, & per Fel.in d.ca. auditis.in fi.5.colum.ibi addit, quòd sicut Abb.potest præscribere facultatem auctorizandi permutationibus, ita etiam ueniendi,ut ibi per eum: & pro pleniori Doc.uide Pan.in d.cap.olim.in 8. no. de præsc. ubi colligit nouem iura præscriptibilia per inferiorem episcopo.

9 † Primò ius instituendi in ecclesia & capellis, q̃ intelligit Panor. procedere etiam quò ad curata beneficia,ut in illis præscribatur in stitutio auctorizabilis,ut prædictum est. Secundò præscribi potest ius destituendi;nam ad eum spectat destitutio, seu priuatio beneficij,ad quem spectat institutio ca.cum ex iniuncto. in fi. & ibi gl. de hære. c.1.& 2.de ca.mo.c. cum & plantare.§. in ecclesijs, de priui. Tamen prę̃scripta institutione non est præscripta destitutio,ut dixi allegando Pan. in 2.parte prin.col.7.ultra medium, licet ipse supra sentiat oppositum. Tertiò præscribi potest ordinatio clericorum quò ad minores, quos præscribens iure communi potest conferre,vt in abbate,qui potest dare minores ordines c. abbates, de priuil.in 6.& c.1.68.dist.

In alijs uerò maioribus non cadit præscriptio; quia ea quæ sunt ordinis episcopalis, & specialiter episcopis reseruata non præscribuntur,nec possunt alij competere ex præscriptione uel consuetudine c.quanto.& ibi no. Panor.in j.no.de consue. no. plene domi. Car.consi.131.uidendum est plene. Sed aduerte, q̃ si potest conferre iure communi, non cadit præscriptio. Ideo secundo modo potest hoc intelligi secundum Pan. q̃ potest præscribi ordinatio clericorum per inferiorem, puta abbatem, ut faciat suos clericos ordinari,per quem uoluerit episcopum,& sic per alium quam per ordinarium.Hoc enim est præscriptibile c.ueniens. de præscr. ubi aliàs cessante præscriptione, licet forent Abbas & monachi exempti,tenentur accipere ordines a diocęsano,ut habetur in d.capitulo ueniens.

Quartò præscribi potest per inferiorem prælatum contra episcopum ius pœnitentiæ iniungendæ quò ad grauiores culpas, & quò ad casus reseruatos episcopo,de quibus per gl. magistram ca. 2.de pę̃.& remis.in 6. & per Old.consi.159.primum de quo quæritur,an interuenerit,quia omnia quæ sunt iurisdictionis & dignitatis episcopalis possunt per inferiorem nomine suæ ecclesiæ præscribi secundum Panor.in d. cap. cum olim. licet contrarium ibi,uelit But.per illum tex.cui respondet Panor.colum. 2.qui idem tenet in c.cum non liceat.in fi.de præscri.& late firmat Cald.consilio 2.sub rubri.de præsc.Quintò prę̃scribi põt baptismum,idest ut habeat rector in ecclesia iusltenendi baptismum. Simile habetur in ca.2. de capell.mo.Sextò præscribi potest decimarum perceptio. videlicet vt inferior prælatus non tradat quartam episcopo sibi iure communi debitam, seu q̃ nullam partem tradat d. c.de quarta.de præscrip.requiritur tamen titulus, ut ibi habetur, ex quo ius commune resistit,uel tantum temporis cuius initij &c.ca.j. de præscr.in 6. Septimò præscribi potest ius celebrandi diuina in ecclesijs episcopo subiectis. Quod declara, ut per Panormita. in dicto capitulo cum olim.

10 † Octauò præscribi potest potestas excommunicandi, interdicendi, & absoluendi respectu clericorum & ecclesiarum secularium; nam subditos suos potest Abb. de iure communi excommunicare, vt habetur in capi. sicut, de simo & in c.cum in ecclesijs. de ma.& obe. & in capitulo cum ab ecclesiarum,& ibi plene no.de offi.ordi. requiritur tamen in tali præscriptione titulus cum cursu 40.ann.uel tantum tempus cuius initij &c.ex quo ius commune resistit.c.1. de ptæscrip.in 6.

Prædictam conclu.limi. ut procedat in habente iurisdictionem ecclesiasticam,secus in non habente;quia absque iurisdictione prę̃scribi non potest potestas excommunicandi, nec interdicendi ecclesias. Sed habens prærogatiuam in alios vt archidiaconus, uel præpositus possunt præscribere potestatem excommunicandi & interdicendi secundum Ioan. And. in capitulo auaritiæ. de elec.in 6.in nouel.refert Panor.in cap.quæsiuit.de his quæ fiunt a præla.

Sed an requiratur scientia & patientia episcopi,patet ex his quæ habentur infra in 3.quæst.2.partis huius 5.uersi.2.q.&c. circa præscriptionem iurisdictionis, quia ista quæ præscribuntur sunt iurisdictionis episcopalis, & per Panor. & Cano.in d. ca. cum contingat.de fo.compe.

Nonò ultra Panormi præscribi potest ius vniendi ecclesias subiectas, quod competit soli episcopo, vt in capitulo sicut unire. de excessi.præla. per inferiorem prælatum, ut per do.Car.in d.cle. prima §.ad hæc. de statu mona. in 7. & ult. quæstio. Panormita.in dicto capitulo sicut unire, ubi concludunt, quòd tale ius præscribitur cum titulo & bonafide spatio 40. uel per tantum tempus cu ius initij &c. Et de materia an & quando possint iura episcopalia præscribi, uide per do. Card.consilio 132. uidendum est plene, & pulchre Cal. consilio secundo sub rub. de præscr. ubi concludit, quòd archipresbiter cum capitulo cathedralis ecclesiæ possunt præscribere cum aliquo colorato titulo omnia iura episcopalia & iurisdictionem episcopalem in aliquibus suis ecclesijs & monasterijs, ac prælatis, rectoribus, clericis & quibuscunque personis, & non solum accumulatam, sed etiam separatam, & distinctam, vt ibi latius per eum, excepris quæ sunt ordinis episcopalis & quibusdam alijs iuribus impræscriptibilibus, quę ipse enumerat per ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Inferior prælatus an possit præscribere libertatem, siue exemptionem, ita quòd nullo modo subijciatur episcopo. & numero 4. quantum tempus ad hoc requiratur.*
2 *Præscribi non potest contra obedientiam in totum.*
3 *Abbas exemptus habens sub monastrio suo certam parochiam populi non exempti quanto tempore possit præscribi contra episcopum.*
5 *Detrahi an possit de præscriptione tempus, quo durauit prælatus,qui concessit exemptionem &c.*
6 *Ecclesia licèt sit exempta priuilegio aut præscriptione, tenetur tamen reuerentiam episcopo exhibere.*
7 *Exempti præscriptione,uel priuilegio habent necessariò postulare a proprio episcopo ea,quæ sunt ordinis episcopalis.*
8 *Ordinarius exercens iurisdictionem in ecclesia exempta,quanto tempore cõtra eam præscribat.*

1 **Duodecimo quæro** † An inferior prælatus possit prę̃scribere libertatem siue exemptionem, ita quòd non subijciatur episcopo,sed sit in totum exemptus De hac q.an prę̃latus inferior prę̃scribat exemptionem contra episcopum,uide do.Berta.Frma.in suo trac. de episcopo, in uigesimaprima quę̃stio. secunde partis illius trac. & an de tali prę̃scrip. detrahi debeat tempus quo uixit prę̃latus qui concessit exemptionem. Cald. consilio secundo sub rub. de prę̃scri.& consilio seq.& an inferior episcopo possit contra eum prę̃scribere iura superioritatis, uide per Ioan. And.in capitulo Abb.de priui. lib. 6. in nouel. & ibi an Abb. possit prę̃scribere potestatem benedicendi populum solemniter, & quòd possit prę̃scribi exemptio,firmat Panor.consilio 94.uidetur primo.j. uol.ubi dicit,quòd priuilegium & prę̃scriptio ęquiparantur,& sic aliquę ecclesię possunt eximi per priuilegium & per prę̃scriptionem) Istam. q. mouent gl.& Cano. prę̃sertim Panor. in capitulo cum non liceat. columna quarta uer.uenio ad tertiã & ulti.partem. de prę̃scrip. & determinat, quòd ecclesia inferior potest prę̃scribere libertatem contra episcopum & alios superiores,ut ipsis non subsit,sed immediate subijciatur ecclesię Roma. per tex.in capitulo cum olim, de priui.& in capitulo cum personę. eo. lib.6. ubi ualet prę̃scriptio contra episcopum in iure superioritatis, uel etiam potest subditus prę̃scribere,q̃ non subsit ordinario,sed alteri, & prę̃scribit libertatem contra superiorem suum. Sed non potest quis prę̃scribere simpliciter,q̃ non sit subiectus superiori suo nec alteri; quia non potest p̃scribi contra obedientiam in totum.Adde do. Car. in cle.fi.in 7.q. de censi.ubi dicit,q̃ obedientia prę̃scribi potest actiue,sed non passiue. Et ita loquitur tex. in d.ca.cum non liceat. Sed q̃ obedientia debita uni debeatur alteri vç q̃ quis immediate subsit Papę. istud

Source : BIU Cujas

bene præſcribi poteſt d.c.cum olim perſonæ, ubi Ioan. An.in nouel.colum.1.poſt Io.An.ponderat ibi tex. in uerbo libertate,ꝙ nō dicit exemptione;quia plene exemptio per ſubditum præſcribi nō poteſt d. c.cum non liceat.tamen præſcribi poteſt,vt ipſe dicit,ſubditus ab alio c.cum ex officij, de præſcrip.& c.eum ſuper,de re iu. & ipſe etiam ſubditus bene poteſt præſcribere certas libertates, alleg.cap.auditis.de præſcrip.& c.accedentibus,de exceſ.præla.& c.j. de conſan. & affini. Adde ꝙ iſtam q. diffuſe examinat Ioan. And. in addi.Spe.ſuper rub. de præſcrip. ubi adducit pulchra argumenta hincinde, quibus reſpondet, & tandem approbat prædictam diſtinctionem ſeu doctrinam, † quòd contra obedientiam præſcribi non poteſt, vt quis nemini ſubſit, & ſit acephalus.ideſt ſine capite.c.nullam 93.diſtin. ſed obedientiæ certæ perſonæ,uel certæ dignitatis bene præſc. ſecundum eum d. c.cum perſonæ. Et ibi uide per Io. An. practicam & modum articulandi ſuper præſcriptione exemptionis.Adde, ꝙ allegans ſe exempum a iuriſdictione ordi. & fuiſſe & eſſe in poſſeſſione huiuſmodi exemptionis a tanto tempore cuius initij &c.non auditur, niſi probet, quòd alius prælatus in eo huiuſmodi iuriſdictionem præſcripſit.Rot. deci. 239. ſi dicamus.in nouis.hinc decidunt do.de Ro.deci.226.& refert Pano.in d.cum olim.ꝙ ſi ſubditus epiſcopo iure communi format articulos contra epiſcopum, ꝙ eſt exemptus ab omni ſua iuriſdictione, ꝙ præſcripſit omnimodam libertatem, tales articuli non ſunt admittendi,ſecus ſi dicit,ꝙ alter præſcripſit hanc iuriſdictionem, vel ꝙ ipſe præſcripſit,ꝙ eſſet alteri ſubiectus.

Et hanc Doc. refert & ſequitur Fely.in d.c.cum non liceat, col. 4.circa prin.& eam dicit elegantem, & pro illa adducit plura conſilia Old.& Rot.ſub titu.de præſcri.deci.j.in nouis,& eſt illa,quam ibi allegat Panor.ſub alio numero. Quam doctrinam proſequere, vt ibi latius per Panor.colum.ulti. reſpondentem ad quædam motiua contraria & tradentem intellectum ad regulam l.ſine poſſeſ-
3 ſione.ff.de uſucap.& c.ſine poſſeſſione,de regu.iur.in 6.† & ibi in uerſi.poteſt etiam decidit,circa fi.comen.determinat idem Panor. q.quòd Abbas exemptus habens ſub monaſterio ſuo certam parochiam populi non exempti, in qua exercuit curam animarum per monachos ſuos,nunc vni,nunc alteri committendo,prout ſibi uidebatur expedire, nec unquam ipſe recepit curam ab epiſcopo,nec ab eo fuit ipſe Abbas inſtitutus,uel curæ præpoſitus, nec pariter per eum uiſitatus, & hoc durauit per tantum tempus cuius initij &c. præſcripſit cōtra epiſcopum, vt ipſe committat curam,& ut ipſe uiſitet & corrigat præpoſitū curæ; quia poteſt præſcribere iura epiſcopalia,ut in d.c.auditis.& in c.cum olim. eod.tit. & per Ioan.An.in c.cum epiſcopus, de of.ordi. in 6. reſpondet ibi Panor.ad contraria concludens quòd etiam præſcribi poteſt inſtitutio, ſeu commiſſio curæ animarum. De quo dic vt plene no.in cap. cum ſatis.de offi.ordi. Prædictam concluſionem,quæ habet, quòd exemptio poteſt præſcribi contra epiſcopum, ita quòd quis ſubſit immediate Papæ limita, & declara, ut pulchre per Fely.in d. c.cum non liceat. colum. 6. circa fi. uer.modo ſi ad hoc.ubi dicit ex mente Card.ibi,ꝙ hoc debet intelligi,dummodo tales allegantes exemptionem ex præſcriptione fuerint a Papa habiti & tracta ti ut immediate ſubiecti. Sed ſola generalis præeminentia Papæ non redacta ad actus ordinarios preiudicantes non ſufficit; quia aliàs ſequeretur, quòd ſemper ualeret omnis præſcriptio libertatis contra epiſcopum: nam præſcribens diceret. Sum ſubiectus Papę.non tibi, & ſic tex.in d.c. cum non licet.ſeruiret de uento.& iſtud forte ſenſit Abb.Pan. unico uerbo ſecūdum eum in c.quod ſedes.col.3.uer.an autem iſta poſſunt.de offi ordi.dum declarat.c. in archiepiſcopatu, de rap. Quam conſiderationem dicit Fel.non inuenies in tuis ſcartaphatijs, ideo eſt bene notanda pro limitatione prędmiſſorum, & pro defenſanda iuriſdictione ordinariorum.
4 † Sed opportune quęritur, quantum tempus requiratur ad præſcribendum huiuſmodi libertatem ſiue exemptionem.Hanc q.nō tangunt Ab Panor.& Feli. ſupra licet ſit neceſſaria.dic ergo,quòd cum titu.ut puta cum priuilegio, licet inualido,ꝙ ſit tale,ꝙ ſaltem cauſam præbeat præſcribendi,iuxta plene no.per gl.& Cano.præcipue Abb.Pan. & Fel.in c. de quarta.de præſcrip.præſcribitur talis libertas ſiue exemptio ſpatio 40.ann. Sed ſine titulo requiritur tēpus cuius initij &c. ex quo ius commune reſiſtit huic præſcriptioni.c.1.de præſcri.in 6.

Iſta diſtinctio colligitur in terminis ex tex. iuncta glo. in c. cum perſonæ.uer.ꝙ ſi talis, de priuile.in 6. & ibi no. Io. An. colum.1.in nouel.& Gemi.in 2.opp.ver.ſed quæro,ubi declarant,quando priuilegium dicatur dare cauſam præſcribendi, & ponunt exemplū; quia priuilegium apoſtolicum, per quod dabatur libertas, uel exēptio,erat ſubreptitium: quia impetratum lite pendente, & ſic non ualebat ca. fi. ut lite pendente.Dedit tamen ſucceſſori impetrantis cauſam præſcribendi, qui habet bonam fidem & iuſtam ignorantiam cum titulo colorato,& de hoc dicunt eſſe caſum in cap.cum olium.de præſcrip.ubi bonus tex.

5 † Sed nunquid de præſcriptione detrahi debeat tempus,quo durauit prælatus;quia conc. ſit alcui eccleſię exemptionem,uel tempus quo uiuunt c. crici, ꝙ incipiunt præſcribere exemptionem ex minus legitimo titulo,uide per Calderi.conſi.3. & 4.ſub rubri.de præſcrip.ubi determinat,quòd non.

6 † Circa prędicta no.duo.Primò,ꝙ licet eccleſia ſit exempta priuilegio, uel præſcriptione, tenetur tamen exhibere reuerentiam epiſcopo,& ire ei obuiam proceſſionaliter more aliorum: & præcedet epiſcopus in loco exempto exiſtenti in ſua dioceſi; quia ius reuerentię nunquam tollitur per exemptionem. Item dicit no. Bald.in l.fi.per illum tex.bene probantem in uer.reuerentia. C. de bo.lib. & ita reſpondit Oldr. archiepiſcopo Rauennatenſi, vt ipſe dicit,refert & ſequitur do. Fel. comprobans hoc dictum per plura in d.c.cum non liceat.col.1.Subdit tamen,ꝙ forte ualeret præſcriptio, quam probaret eccleſia inferior, ꝙ prælatus ipſius præcederet in ſua parochia; quia iſtud non eſt præſcribere reuerentiam,ſed partem reuerentiæ,& ita reſponderi poteſt ad illum tex.ſecundum Feli.Addo Roma.in ſuis ſingula fol. 13. ſingu.incipien. epiſcopus, ubi facit tex.in d.l. fin. in uerſi. reuerentiam ſingularem ad hoc ꝙ
7 nunquam cenſetur remiſſum ius reuerentię. † Secundò nota, ꝙ exempti præſcriptione uel priuilegio habent neceſſariò poſtulare, & requirere a proprio epiſcopo ea quę ſunt ordinis epiſcopalis, non obſtante exemptione,ut chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes Baſilicarum, & ordinationes clericorum, & his ſimilia,niſi aliud in ipſorum priuilegijs concedatur. Caſus eſt in c.ueniens. & ibi no.Abb.Panor.col.2.in 6. no. de præſcrip.vbi remiſſimue tradit,quę ſint ordinis epiſcopalis,no.Ioan.An.in c.1.col.fi.de priui.in 6.in quo tex.ponūtur caſus,in quibus ordinarius habet iuriſdictionem in exemptos,& alios caſus ponit ſibi remiſſiue Io.And. colu.
8 vlti. † Quid autem econtra, poſito ꝙ aliqua eccleſia ſit exempta per priuilegium uel legitimam præſcr. quanto tempore ordinarius exercens iuriſdictionem in eccleſia ſuæ dioceſis exempta præſcribat,ſeu acquirat iuriſdictionem amiſſam, & ſic contra huiuſmodi exemptionem & libertatem,uide per domi.Ant.de But.in repe.c. peruenit. colum. 15. circa med.uerſi. ex hoc infertur.de cenſi. & per do. Berta. Firma. in ſuo tracta. de epiſcopo. in 20. q. ſecundæ partis.

S V M M A R I V M.

1 *Quarta canonica an poſſit præſcribi.*
2 *Epiſcopo petente quartam decimarum ab aliqua eccleſia inferiore, illa autem opponente præſcriptionem,cui incumbat onus probandi.*
3 *Ius quo una eccleſia petit cenſum ab altera an ſit præſcriptibile.*

1 **Decimotertiò quæro** † An præſcribi poſſit quarta epiſcopalis uel parochialis, quæ uocatur quarta canonica. De præſcriptione quartæ canonicæ, uide per Panor. conſi. 31. circa fi. Nam epiſcopus iure communi dicit habere quartam omnium oblationum & decimarum eccleſiarum inferiorum & mortalitiorum ab eccleſijs inferioribus, ut eſt tex.in c.conquerente.de of.ordi.ubi enumerantur iura epiſcopalia, quæ habet epiſcopus in eccleſijs ſibi ſubiectis. Et quarta mortalitiorum & relictorum eſt tex.in c.officij. & in c. requiſiſti. de teſta. Vtrum ergo eccleſiæ inferiores poſſint præſc.aduerſus epiſcopum, ꝙ non ſoluant iſtam quartam. Iſtam. q.decidit tex.in c.de quarta. iunctis ibi no. de præſcrip. ubi habeť, ꝙ præſcribitur iſta quarta ſpatio 40.anno.concurrente titulo colorato uel putatiuo iuſto errore cauſato cum bonafide: & ibi plene no.gl.& omnes Cano præcipue Pan. & Fel.& gl.in ca.1.de ſta. reg.aliàs deficiente titulo requiritur tātum tempus,cuius initij &c. cum iſta præſcriptio ſit contra ius commune c.1. de præſcrip.in 6. no.gl.& Doct.in c.ſi diligenti.de præſcri.& in ſpecie do.Car.conſi. 26.pro euidentia.in fi.

2 † Et quando epiſcopus petit quartam decimarum ab eccleſia inferiore, & eccleſia opponit præſcriptionem, cui incumbat onus probandi. Et an debeat eccleſia probare negatiuam, ꝙ non ſoluit per tempus requiſitum ad præſcriptionem,uide pulchre per Ioan. An.iſtam q. examinantem in c.ſine poſſeſſione.de reg.iur.in 6.in
3 mercur. & Albe. ibi poſt eum. † Et circa materiam d.cap.de quarta. annecto aliam q. utrum eccleſia contra eccleſiam præſcribat penſionem præſtari ſolitam ſpatio 40.ann.quam uide deciſam per Pau.de Caſt.conſi.291.in antiq.& per But.in repe. capitulo peruenit.columna 10.de cenſi.ubi quærit, quid ſi una eccleſia petit cenſum ab altera,an hoc ius ſit præſcriptibile, & an cenſeatur reale uel perſonale, & ſatis deciditur ex prędictis. Et decidit Pau. de Caſt. prędalleg. conſilio 291. quęſt. facti, quòd Abb.qui recognouerat & conduxerat quartam cuiuſdam decimę a capitulo eccleſię Tridentinę in perpetuum ſub certa penſione, licet per quadraginta uel quinquaginta annos non ſoluerit, non præſcripſit aduerſus ipſum capitulum, ne in futurum ſoluere teneatur per fundamenta, de quibus ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia an poſſit aduerſus eccleſiam præſcribere quartam parochialem, quam debet eccleſia nō parochialis quò ad defunctum eccleſię parochiali.*
2 *Conſuetudo reprobata in prędicatoribus & minoribus quò ad præſcriptionem quę ſit.*

1 **Decimoquartò quæro** † Vtrum eccleſia aduerſus eccleſiā poſſit

possit præscribere quartam parochialem. De ista quarta parochiali satis ample tractat Alex. cons. 196. in alle. 2. uol. ubi tractat de quibus relictis solui debeat, & Bal. consi. 104. 1. vol. & diffuse. D. Pe. de Peru. in suo trac. quem edidit de quarta canonica per totū, nec potest testator disponere, ꝙ ista quarta non soluatur, ut est casus in cap. officij. de testa. & late per Fede. de Senis cons. 154. Ioan. seruus. ubi plura ponit ad declarationem clemen. dudum. §. uerū. de sepul. & ibi interseritur tenor cuiusdam bullæ apostolicæ, quā debet ecclesia non parochialis quò ad defunctum ecclesiæ parochiali de omnibus relictis sibi factis & de funeralibus defuncti, & ad quam tenētur etiam mendicantes: vt in clemen. dudum. §. uerum. de sepul. ubi glo. & domi. Cardi. decidunt plures quæstiones occurrentes circa istam quartam, ita ꝙ non teneatur illam decætero soluere. Concludo ꝙ sic, concurrente aliquo tit. licèt non efficaci, sed colorato, & iusto errore causato, puta ex priuilegio inualido, per text. in d. c. de quarta. cum ibi no. per gl. & Doc. aliàs requiritur tantum tempus, cuius initij &c. cum talis præscriptio sit contra ius. cap. 1. de præscri. in 6. ita determinat Alex. consi. 196. uiso testamento, columna penul. & ulti. uers. de præscriptione autem 2. uolu. sola uerò consuetudo, in qua non requiritur titulus, sed tempus 40. ann. quando est contra ius ut dicatur legitime præscripta. cap. fi. cum ibi no. maxime per Abb. Panor. col. 7. uer. quantum uerò tempus. de consue. non excusaret prædicatores & minores † quia in prædicatoribus & minoribus talis consuetudo est expresse reprobata per tex. in d. clemen. dudum. §. uerum, ibi. de quibus etiam quarta siue canonica portio dari, siue exigi non consueuit: & intelligitur reprobata tam prædicta quam futura, vt concludit Alex. consi. proxime allegato. columna 2. ver. præterea non ob. &c. ideo in prædicatoribus & minoribus requiritur necessariò præscriptio 40. anno. cum titu. licet inualido colorato tamen ut supra uel tantum tempus cuius initij &c. quod habet vim priui legij & exceptionis c. super quibusdam. §. præterea. de uerb. signi. & c. j. de præscri. in 6.

2

1

S V M M A R I V M.

1 *Laici an consuetudine possint præscribere, ꝙ rector ecclesiæ det in quibusdā festis candelas, & similia.*

Decimoquintò quæro

1 † Vtrum laici possint præscribere qđ in festo purificationis beatæ Mariæ uirginis presbiter, seu rector parochialis ecclesiæ debeat eis dare candelas benedictas de cera noua, & quid in simili. Istam q. decidit Oldra. consi. 155. quæro an laici. ubi concludit, ꝙ talis consuetudo est præscriptibilis spatio 40. ann. cum sit modicum præiudicialis ecclesijs, & idem dici potest in similibus. Adde Fely. post Cardi. in c. causam. uersic. dicit etiam hic, de præscriptio.

S V M M A R I V M.

1 *Visitatio & procuratio an possit præscribi.*
2 *Regula, ꝙ contra uisitationem & procurationem non currat præscriptio, quot modis limitetur.*
3 *Præscriptio prodest in his oneribus euitandis, quæ sunt præscriptibilia.*
4 *Præscriptio contra cathedraticum ut multum debeatur, an currat.*
5 *Charitatiuum subsidium an contra episcopum possit præscribi.*

Decimosextò quæro

1 † An possit præscribi uisitatio & procuratio.

De ista materia uide plene in c. cum ex officij, ubi tex. & ibi Innoc. Panor. Fely. & omnes Cano. late tradunt de præscri. & est etiam tex. in c. cum instantia. de censib ubi no. & in dictis locis habetur, an procuratio possit præscribi ex toto, uel in quota, & an possit expresse remitti per superiorem, uel in aliud commutari, & refert Fely. in d. ca. cum ex officij. duos tractatus de materia visitationis & procurationis dominorum Mariani Socini & Franciſci Panini, & ibi colum. 4. cum tribus seq. late explicat istam materiam
2 faciens regulam † ꝙ contra uisitationem & procurationem currit præscriptio per illa iura, quam limitat sex modis, & præsertim qñ præscriptio uisitationis & procurationis allegaretur ab alio prælato, qui diceret se præscripsisse potestatem visitandi subditum alterius; quia potest induci talis præscriptio illius exclusiua per tex. in d. c. cum ex officij, uer. & si alius. & potest ista præscriptio induci nedum a prælato extraneo, sed etiam a prælato subdito ipsius episcopi, ut ibi Panor. in 5. no. & per Fel. in 3. limi. col. 4. & pulchre dixit Panor. consi. 94. uidetur primo. j uol. ꝙ licet in procuratione legatorum, & nuntiorum sedis Aposto. non currat præscriptio contra ipsos legatos, ut in c. accedentes. de præscri. Tamen contra residuū cleri bene currit, ut reliqui clerici, seu ecclesiæ teneantur ad integram procurationem legatorum i& nuntiorum illa ecclesia excepta. Istud fuit singulare dictum Io. de Ligna. in d. c. accedentes. ut refert Abb. Panor. in prædicto consi. Quod an sit uerum, uide plene per Fel. in d. c. accedentes. colum. 5. circa fin. & seq. uersi. cæterū limitauit &c. & declara: ut ibi per eum, dicit etiam Panor. prælle. consi. quòd fortius debet admitti præscriptio libertatis contra omnes ecclesias quàm contra unam ecclesiam particularem, ut no.
3 Inno. in c. cum dilectus. de consue. † Subdit Abb. Panor. in prælle. consi. ꝙ præscriptio prodest in his oneribus euitandis, quæ sunt præscriptibilia. In alijs uerò non, ut est casus in clem. 1. iuncta glo. in uerb. legitima, de censi. & ibi ponit in quibus oneribus non currit præscriptio, videlicet in cathedratico, procuratione, & in alijs ibi enumeratis. Eandem conclusio. firmat Cald. consi. 2. sub rubri. de præscrip. ubi etiam enumerat, quæ & qualia iura episcopalia prę
4 scribi possint † Sed est notandum, quòd præscriptio contra cathedraticum, ut nullum debeatur, non currit. Sed ꝙ minus debeatur sic gl. in c. quicunque. 15. q. 7. no. do. Car. in cle. 1. in prin. in 3. q. de iure patro, & in cle. 1. in 10. q. de censi. & uide per Abb. Panor. in d. c. accedentes. colum. 2. de præscri. & ibi an census præscribatur. † No. etiam, quòd charitatiuum subsidium, quod est ius epis-
5 copale, ut in c. conquerente. de offic. ordi. non præscribitur contra episcopum, ut no. Ioan. An. in c. cum uenerabilis. de censi. & Archi. 10 q. j. super glo. summæ, cum concor. adductis per Brixiē. sem in reperto. in uerb. præscriptio. colum. 5. uerb. charitatiuum. Qualiter autem præscribatur taxa beneficiorum, uide per Cardi. in cle. 2 in 8. q de deci.

S V M M A R I V M.

1 *Præscribi an possit, ꝙ episcopus, uel prælatus non teneatur consilium sui capituli perquirere in gerendis per eum.*
2 *Prælatus potest præscribere ea, quę spectant ad capitulum.*

Decimoseptimò quęro

1 † An possit præscribi, quòd episcopus uel prælatus non teneatur requirere consilium sui capituli in gerendis per eum, maxime in corrigendis excessibus subditorum, prout de iure communi tenetur c. quāto. & d. c. nouit. de his quæ fi. a præla. uel contra prętationem consensus a's necessariam. Istā quęstionem determinat tex. in c. pe. de consue. lib. 6. & no. Io. An. & Gemi. ubi dicitur, ꝙ in hoc ualet consuetudo canonice pręscripta, dic ut ibi habeī, & per Inno. & Io. An. in c. pastoralis. de dona. & in cap. ea noscitur, de his quę fi. a pręla. ubi tangunt Docto. an episcopus uel prętatus ex præscriptione possit acquirere potestatem alienandi bona ecclesię sine consensu capituli, & determinat quòd sic, licet glo. tenuerit contrarium in cle. si una. de reb. ec. non alie. in uerbo, consentiente. ad fi. sed eam reprobant communiter Doc. & uide ibi do. Car. in 8. qui concludit, quòd in tali præscriptione requiritur tempus cuius initij &c. ex quo ius commune resistit, & uide Bert. in reperto. in uerbo, prętscriptio, quinto. colu. 3. uer. prętscriptio contra prętationem, & ratio prętmissorum est;
2 † quia prętatus prętscribere potest ea quę spectant ad capitulum, & econtra: ut probatur & no. in cap. irrefragabili. §. excessus. de offi. ord. no. Panor. in capitulo ea noscitur. columna. 2. de his quę fi. a pręla.

S V M M A R I V M.

1 *Iura parochialia an possint ab una ecclesia contra aliam prętscribi.*
2 *Prętatus unius ecclesię potest certa iura parochialia in ecclesia aliena prętscribere.*

Decimooctauò quæro

1 † An una ecclesia ꝛ aliam possit prętscribere iura parochialia. gl. & do. Cardi. in cle. quia contingit. §. fin. in 2. q. de reli. do. determinat quòd sic, & concludunt, ꝙ in tali prętscriptione requiritur tempus 40. ann. cum titulo & bona fide, uel saltem tantum tempus cuius initij &c. cum sit contra ius per c. 1. de prętscri. in 6. eandem conclusionem firmat Panor. licet de prędictis mentionem non faciat in c. cum cōtingat. in 3. no. de deci. ubi no. per illum tex. ꝙ una eccle. potest prętscribere certa iura parochialia intra limites alterius ecclesię & etiam decimas coherentes limi
2 tibus prętscribendo eas totas, ut ibi latius per eum, & in spęcie, † an prętatus possit prętscribere in aliena parochia ius audiendi confessiones & ministrandi ecclesiastica sacramenta, no. Inn. in c. cōquerente. de offi. ord. Io. An. in c. nonnulli. de cleri. non resid. But. in c. ex transmissā. de prętscri.

S V M M A R I V M.

1 *Vnio ecclesiarum an quanto tempore prętscribatur.*
2 *Vnio ecclesiarum quomodo probetur.*

Decimononò quæro

1 † An possit p̄scribi unio ecclesiarum, & quanto tempore. Istam. q. determinat Io. An. in ca. qui contra de reg. iur. iu. 6. in mercu. ubi dixit, ꝙ ad inducendam unionem duorum beneficiorum curam animarum habentium necessaria est prętscriptio tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria non extat, & ad hoc adducit plures rationes, & ita refert tenere Host. in sum. de sup. neg. pręla. §. quot modis. Et sequitur Alex. consilio 70. in causa uertente. j. colum. circa prin. 3. uol. referens idem tenere dominos de Rot. in deci. suis, decisio. 209. inci. Item no. Dicit tamen
2 pulchre Io. An. ubi supra ꝙ † licet nullo spatio temporis possit induci unio ecclesiarum, nisi per tp̄s cuius initij &c. tñ si probaī, ꝙ ecclesię fuerunt diu possessę ut vnitę, probata est unio prętsumptiue. Et ita eleganter consuluit Old. consil. 296. de iure. do. Guil. & Pe. de Anc. consi. 161. in q. ecclesię. in fi. & refert Fely. in capitulo

Source : BIU Cujas

causam quæ.colum.1,uer.limita dupliciter. de præscri.vltra quam addo Alex.præalle.consi.quod ipse non deducit, & corrupte alle. Pe.de Anch.in consi.157.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ ut dicatur solita concedi in feudum uel emphyteusim quantum tempus requirat, & quanto tempore inducatur huiusmodi consuetudo.*

1 Vigesimò quæro † Quantũ tempus requiratur, vt res ecclesiæ dicat̃ solita concedi in feudum, vel emphyteusim, & seu quanto tempore inducatur consuetudo infeudandi res ecclesiasticas uel emphyteuticandi, vide plene discussum per D. Præp. post glo. Bal. & Alua. in cap.j.in prin. col.6.& 7.ti.qui feu.da. pos. Ale. consi. 5. si vera sunt.colum. 2.verb.fortificantur. 5. vol.vbi concludit post Bal. & Io. de Imo. ibi relatos per eum, q̃ requiritur spatium 40. an.intra quos saltem bis res fuerit certo modo concessa in feudum ab ecclesia ad hoc vt dicta res dicatur consueta per ecclesiam concedi in feudum, ut sic possit postea concedi sine solennitatibus requisitis in vera alienatione per id quod habetur in c.2. de feu.& argu. c.de quarta.de præscrip.cum si.

Capio secundam partem Huius quintę partis principalis, quę concernit prę̃scriptionem fiscalem.

SVMMARIVM.

1 *Bona uacantia fisco delata post denunciationem an possint vsucapi, uel præscribi.*

2 *Iura principi reseruata in signum priuilegij singularis quæ sint, & an possint præscribi.*

3 *Bona seu iura possibilia iam fisco incorporata quanto tempore præscribantur.*

4 *Tempore quanto in bonis delatis seu commissis propter uectigal non solutũ contra fiscum prę̃scribatur.*

5 *Bona quando dicantur incorporata in fiscum, & quando fiat ista incorporatio.*

6 *Imperium quibus casibus gaudeat priuilegijs eccle. Roma.*

7 *Res mobiles Cesaris quanto temporis spatio usucapiantur.*

1 Et primò quęro Quanto † tempore præscribatur contra fiscum. uide per Dy. in c.possessor.col.2.de reg.iur.in 6. & quanto tempore res fiscales præscribantur no. Io. Fab. & Are. in §.res fisci.Insti. de usuc.& ibi Porc.& Ias.qui ponit duas limitationes. Alex.consi.84.j.uolum.& quando bona confiscata delata præscribantur, ponit Bal.cons.38. ante fi.3.uol.Paul.de Cast.cons.305.aliàs.312.in antiq.Bal.Ang.& scrib.in l. 2.C. commu. de usucap. Io. de Pla. in l.iubemus,uer.sed qualiter.C.de fun.patri.lib.11.& uide Are.in d.§.res fisci.circa prin. ubi alleg.Bar.in l.pe.& in l.fi. C. de fun.patri.lib. 11. & Bald.consi. 318.quidam Lucanus.3.uol.In hac materia iura uarie loquuntur: nam tex.in §.res fisci.Insti.de usuca.dicit,quòd bona uacantia fisco delata post denunciationem non vsucapiuntur, uel præscribuntur. Sed antequam denuntientur fisco præscribi possunt, qui tex.
* in 1.dicto intelligitur de præscriptione communi: præscribuntur tamen huiusmodi bona spatio 40. an. ut ibi no. gl.per l. omnes.C. de præscri.30.an.bene facit tex.in l.competit.eo.titu.tex.uerò in l. in omnibus. ff.de diuer. & tempo.præscri. tradit regulam generalem, quòd in omnibus fisci quæstionibus præscribitur spatio 20. an.exceptis casibus, in quibus minora tempora sunt constituta, per quem tex.decidit Bal.in l. data opera. colum.25. C. qui accu. non pos.q̃ bannum pecuniarium, siue pœna fiscalis præscribitur 40.an.& sunt pleraque alia iura in hac materia uario modo loquẽtia, quæ adducit gl.in d.l.in omnibus,& plenius refert Abb.Panor. in loco infra relato,& Pau.de Ca.in l.fi.colum.pen.C.de sacrosan. eccl.post gl.super uerbo centum an. Et ideo Bar. in l. in omnibus. tradit doctrinam,quam refert & sequitur Ang. Are.in d. §. res fisci.circa princ.& latius Abb. Panor.in c. cum nobis, colum.pe.ver. nunc quæro.de præscri.ubi plenius distinguit, quam facit Bar.qui (vt ipse dicit) omnes scriben. veritate & æquitate præcessit, prout infra post relata multa iura in materia uarie loquentia,dicens q̃ aut quæritur, an currat præscriptio in bonis seu iuribus reseruatis principi in signum subiectionis, vt in tributo seu censu: & in his nullo tempore currit præscriptio l.competit.C.de præscr.30.anno.

Idem & fortius secundum Abb. Panor. in ipsa subiectione vt actiue præscribi non possit,ne quis sit acephalus,ut habetur in cap.
2 cum non liceat.eod. titu. & latius dicetur infra. † Quædam uero sunt iura reseruata principi in signum priuilegij singularis,ut legitimare spurios, creare tabelliones, exigere uectigalia pedagia,& similia,& in istis currit præscriptio. Sed requiritur scientia ipsius principis & tantum tempus cuius initij non extat memoria, vt est tex. secundum eum in c.super quibusdam. §.præterea.de uer.signi.no. Inno.in cap.cum P. tabellio. de fi.instr. & Bar.in l.publicanus.§.in vecti.qui est §.fi.aliàs incipit, in omnibus. ff. de pub. & in l.j.§.fi.ff. de aqua p'u.arcend.

Et ultra Abb.Panor.ibi,quæ sint de reseruatis principi, uide per Bar.in l.imperium.col pe.uer.quæro quot sunt gradus. ff. de iurisd. om.iud.& ibi latius per Bal. in 2.lec. col. 3. uer. circa tertiam quæstionem, qui enumerat sexdecim specialiter reseruata principi, & tradunt ibi Albe.& plenius Rom. & Bald.in lege j. C. de iu.aur.an nul.& in l.rescripta. C. de preci. impe. off. Reseruata autem Papæ enumerat gl.magistra in c.quod translationem.de offi.deleg.& in c.sicut unire.de excess.præla. & Bal.in d.l.rescripta. casus uerò episcopo reseruatos colligit gl. magistra in c. 2. in ver. reseruantur. de pę & remiss.lib.6.

3 † Quædam autem sunt bona & iura possibilia, seu quæ possunt possideri iure communi: & si ista sint iam fisco incorporata, requiritur præscriptio 40.an.d.l.competit,& ta procedit gl.in d.§.res fisci.Fallit secũdum Bar.in d.l. in omnibus in casibus positis in l. fi. C. de fun.patri. lib. 11. In quibus casibus nulla currit præscriptio contra habentem fiscum,& regalia & non.recognoscentem superiorem,prout declarat Soc.consi.86.col. fi. ver. 5. hæc conclusio, & cons.156.col.fi.uer.sed clarum,q̃d intelligo excepta præscriptione centenaria per casum in d.l.fin. C. de sa.san.ecc.quia illa nunquam censetur excluſa.gl.Bal.& Ang.in l.j. C.ne rei domi.uel templo.cũ concor.adduc.per Alex.in l.nemo potest.col.ulti.ff.de lega.1.& late dicetur in 8.q.vlti.partis 6.principalis.

2 consuetudine,cuius contrarij memoria nõ extet † quæ habet vim priuilegij & constituti l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff.de aqua quoti. & c.super quibusdam.§.præterea.de verb.sign.Sed do. Alex.cons. 68.viso & ne dudum discusso processu 3.col.2.vol.tenet ℭ sufficit tempus 10.ann.(Contrarium tenet Aret.cons.32.colu.3.)ad præscribendum talem facultatem collectandi forenses;quia tanto tempore præscribitur,& inducitur consuetudo saltem de iure ciuili, ẽt si sit contra ius, nec requiritur secundum Alex. tempus cuius initij &c. nisi ad præscribendum ea quę sunt reseruata principi. Et sic loquitur tex.in d.c.super quibusdam.§.prẽterea.Sed imponere collectam non subditis siue forensibus pro rebus quas possident in alieno territorio, & districtu non est de seruatis principi. Quando quidem istud possit induci per statutum inferioris,vt decidit singulariter Bal.in l.1.col.6.circa me.in ver.sed quemadmodum &c. C. de senten.quę pro eo quod interest. (Contrarium tenet Aretin.in cons.32.colum.3. licèt de Bal. non faciat mentionem.) Hinc dixit no.Bar.in l.1.C. de auro coro.lib.10.pet illum tex. ℭ si de antiqua consuetudine seruatum est, ℭ forensibus imponantur onera personalia,poterunt ad illa in posterum cogi:aut consuetudo inducta spatio requisito ad consuetudinem prescribẽdam dicitur antiqua: vt no.glo.in c.in generali.in verbo deuotio. & in verb. antiqua. de electio. lib.6. ergo in tali consuetudine non erit necessarium tẽpus cuius initij &c.Illud est motiuum vrgens Alexan.in prælleg.consi. & ideo secundum eum,licèt Bar.vbi supra dicat,ℭ forensibus collectas imponere possunt ciuitates,quæ hoc habent ex consuetudine tanti temporis cuius initij &c. non per hoc intellexit excludere, ℭ minus tempus non sufficeret,vt ibi latius per eum,cuius dicta refert & sequitur d.Ias.in l.de quibus. colum.15.ff.de leg. vbi col.16. ver.vlt.ex hac parte,no.ex illo tex.ℭ consuetudo 10.anno. dicitur
3 inueterata & antiqua siue antiquata. † Ad quas verò collectas forenses de iure teneantur,pulchre declarat Alexã. in prælal.cons.68. 1.colum.2.vol.& cons.101.visis instrumentis 3.colum.1. vol. vbi sequitur decisionem Bal.in d.l.1.C.de senten.quę pro eo quod interest. ℭ per statutum possit induci, ℭ collectæ forensibus imponantur,& plene cons.52.visis his quę in themate 5.vol.vbi concludit,ℭ de consuetudine potest induci ius collectandi & imponendi onera forensibus, quamuis aliàs de iure non liceret: & ibi plenè declarat,quæ & quales collectę, & qualia onera possint de iure forensibus imponi:& idem Alex. pulchre cons.134. super primo 1.
4 colum.4.vol.concludens no † ℭ vasalli & nobiles de iurisdictione inuestiti non possunt hominibus & subditis suis collectas & onera imponere nisi eas,& ea quę consueuerunt imponi de antiqua consuetudine:vt no.Bar.in l.1.C.de excu.mu lib.10.& pulchre Bald.in l.cum multa.C.de bo.quę lib.& dicit Alex.in similibus antiquas cõsuetudines esse seruandas.vt per Bal.in commen.pacis Constan.in verbo sicut ab antiquo.quę omnia velut quotidiana sunt bene no
5 tanda. † Quid autem si nobiles, uel domini prętendant se habere ius collectandi eorum subditos ex prescriptione vel consuetudine in certis casibus qualiter cognoscatur,an tale ius competat ex præscriptione vel consuetudine: & quid si collectauerint aliquos, an possint collectare omnes: & dicantur acquisiuisse ius collectandi vniuersos:& quid si homines allegant se nunquàm fuisse pro simili collectatos,;vide istam q.plene examinatam per Alber.de Ros.in rub.ff.de mu.& ho.& per dom.Iacob.de S.Geor. in suo tracta. de homag.colum.9.& 10.

SVMMARIVM.

1 *Libertas & immunitas non soluendi collectas quanto tempore prescribatur.*
2 *Tributa, seu publicæ functiones debita Imperatori in signum recognitionis uniuersalis dominij non possunt contra Imperatorem prescribi.*
3 *Collectas non soluens per 40.ann an sit tutus a futuris collectis.*
4 *Requisita ad prescriptionem libertatis, seu immunitatis non soluendi collectas quæ sint.*
5 *Bona fides adesse debet in prescriptione libertatis, seu immunitatis non soluendi collectas debitas &c.*

1 Septima quęstio est quid econtra, † quanto tempore prę scribatur libertas. (An præscriptio prosit in oneribus euitandis,vide per Panor.in c.accedentes.3.colum.& de prę scrip.)& immunitas non soluendi collectas.(Vide Alex.larè in consil.30.ponderatis.&c.in 5.vol.)Hanc q.examinat Alexã.consil.30. ponderatis narratis in themate.circa me.in 5.dubio 5.vol.concludens ℭ sufficit tempus 40.ann.si dicto tempore fuerunt impositę collectæ generales, & non fuit aliquid solutum per allegantes immunitatem, quia tanto tempore videntur tuti. per l.omnes. C. de præscr.30.ann.& no.per Bar.in l.licitatio. §. earum.ff.de pub. præsertim si intercessit concessio immunitatis:licèt inualida,& sic titulus coloratus; quia sufficit ad pręscribendum cum spatio 40. ann. per tex.no.in l.fi.cum gl.in verbo canone.C.de fun.patrimo.lib.10. Et ibi respondet Alexan.ad tex.in l.comperit.C.de pręscri. 30.ann. (Ad intel.d.l.comperit, vide Bal.in l.1.colum.2.C.de anna.excep.)
2 †qđ est speciale in tributis seu publicis functionibus debitis Imperatori in signum recognitionis vniuersalis dominij,vt non possit prę scribi contra Imperatorem:ut no.Bar.& alij,& no Doct.post glo. in c.cum non liceat.de pręscrip.& apparet ex no.per Bar.& Doct. in d.l.licitatio.§.earum.Pręterea secundum Alex.id quod habetur in d.l.comperit.locum nõ habet,quando super hoc intercessit concessio immunitatis quamuis inualida,quia sufficit ad pręscribendũ spatio 40.ann.per tex.iuncta glo.in d.l.fi.& no.Ang.& Salyc.in d.l. comperit.respondet etiam Alex.ad tex.in l.uacuatis.C.de decu.lib. 10.ℭ loquitur,quando ille qui uult se tueri non habebat priuilegiũ immunitatis seu confirmationis factæ a principe,sed uolebat solũ se tueri ex liberatione facta expresse uel tacitè a ciuitate: nam non potest per illam l.vacuatis.sed si habet concessionem a principe,ẽt si in ea esset aliquis defectus:tunc potest se tueri mediante lapsu tẽporis 40.ann.per d.l.fi.cum glo.Et ultra Alex.pro hac conclusione adduco Bar.in suo cõs.incip.commune Spoleti.in ordine 125.vbi
3 dicit,† ℭ qui stetit per 40.ann. ℭ non soluit collectas,est tutus a futuris collectis:refert & sequitur dom.Pet.Phil. Corneus cons.64.in hac consultatione.colum.1.circa med.2.uol.& cons.22.in prętenti consultatione 5.colum.3.uol.dicens,ℭ hęc est potius consuetudo quàm prescriptio.Eandem conclusionem firmat Roma. cons. 252.pro decisione.in 4.dubio.licèt prefatus do.Cor.fuerit sibi cõtrarius cons.268.in hac consultatione.colum.1.in fi.& 2.4.uol.ubi concludit, ℭ libertas non soluendi collectas non prescribitur, nisi per tantum tempus cuius initij non extet memoria,& monetur satis debilibus fundamentis. Sed Alex.cõs.136.in causa & lite vertente.colum.pen. & ult.uersi. item ad hoc ut dicit Cathanei 2.uol.ubi latius tractat hanc materiam,concludit,ℭ ad hoc ut possit præscribi libertas ab onere collectarum,requiruntur plura,quæ in processu probari oportet. † Primò ℭ prętendens talem pręscriptionem
4 probet se fuisse aliquo tempore requisitum, ut collectas solueret, aliàs nunquàm pręscribit libertatem seu immunitatem non soluendi per l.cum scimus.iunctis ibi no.per Bart. C.de agri.& censi.li.11. cum alijs concord.adductis per eum. Secundò requiritur ad hoc ut prescribatur huiusmodi libertas & immunitas aliquod factum prescribentis, ideſt contradictio & recusatio soluendi, secundum Alex.per l.hęc autem iura.ff.de serui.vrba. prędio.bene faciunt ultra eum no.per glo.& Docto. in l.qui luminibus.ff.de serui.urba. prędio.& in l.1.C.de serui.& aqua,ubi habetur,ℭ in prescribendis iuribus negatiuis,nunquàm currit prescriptio nisi a tempore contradictionis. Tertiò requiritur bona fides in præscriptione libertatis,siue immunitatis, quæ saltem debet allegari. Quartò requiritur, ℭ probetur de scientia & patientia communis secundum Alex. in prælleg. cons. & ideo pro habenda clara doctrina in hoc notabili articulo uidetur ex præmissis ita fore distinguendum, ℭ aut interuenit titulus coloratus,vt concessio immunitatis,licèt inualida, & sufficit tempus 40.ann.concurrente eo ℭ dicto tempore fuerit aliquando collecta generaliter imposita,& nunquàm soluta,licèt requisitio, seu interpellatio non interuenerit, & ita procedat prima opi. Alex.supra relata in cons.30.5.uol.Et intelligo, ℭ tempus 40. anno.incipiet currere a tempore impositionis primę collectę, per nota.per glo. & Cano. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. Aut verò non interuenit aliquis titulus coloratus; & tunc ad prescribendum libertatem seu immunitatem non soluendi collectas requiruntur illa quatuor supra recitata, de quibus per Alex. prealleg cons.136.2.uol.
5 † Adde aliud requisitum,uidelicet ℭ adsit bona fides,quæ requiritur in prescriptione libertatis saltem de iure canonico,ut latè dixi in 3 q.3.partis 4.princ.colum.24. quæ tamen presumitur in dubio

ex cur-

Source : BIU Cujas

ex cursu longissimi temporis 30. vel 40. anno. vt per Bart. in l. cum quærebatur, ante fi. C. vnde vi. cum concor. addu. in repe. l. Celsus. in 3. parte. ff. de vsucap. & ita videtur tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio contra fiscum pro re aliena per fiscum uendita aut aliter alienata quanto tempore fiat.*
2 *Lex bene a zenone. de rebus per fiscum alienatis procedit tantum in Imperatore non in Principe inferiore.*
3 *Fiscus quid sit, & unde dicatur, & quis dicatur habere fiscum.*
4 *Ciuitates non recognoscentes superiorem de iure uel de facto dicuntur habere fiscum.*
5 *Ecclesia uel episcopatus an dicatur habere fiscum.*

1 Octaua quæstio est † quanto tempore probatur contra fiscum pro re alienata. Istam q. decidit tex. in l. bene a zenone, C. de quadri. præscri. & in §. fi. Inst. de vsucap. vbi dicitur, ꝙ habens a fisco titulum venditionis, donationis, aut alium, sta tim fit securus, sed aduersus fiscum datur actio intra quadriennium tantum ratione dominij, vel hypothecæ, quod vel quam alius prætendit in rebus à fisco alienatis, & lapso quadriennio vlterius non auditur, sed illa l. bene a Zenone. recipit plures notabiles & singulares limitationes. Et quinque ponit Fel. in c. quæ in ecclesiarum. col. 12. vel 13. ver. sed pro intellectu d. l. bene à Zenone. de const. & septem colligit do. Iaco. de S. Geor. in trac. feu. in verbo, princeps Pedemontium. col. 5. ver. sed aduerte. vbi plenius quàm alibi enumerat omnia specialia in principe vsque ad sexaginta sex, & aliquas ex prædictis limitationibus refert Ias. in auth. quas actiones. colum. 1. ver. 3. limita. C. de sac. sanc. eccl. & quamuis isti patres non referant has omnes limitationes ad d. l. bene à Zenone. & plures vsque ad octo vel nouem per prius aggregauit solennis Doct. dom. Marti. Laud. in tract. suo de princ. 2. colum. 11. no. incip. notandum est singulariter. † Primò igitur limita d. l. bene à Zenone. vt procedat in Imperatore non autem in principe inferiore: nisi princeps inferior haberet regalia ab Imperatore, vel ex consuetudine, seu præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat, secundum Bald. in d. c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. iunctis nota. per eum in prooe. Decr. prout latius refert do. Mart. Laud. & post eum do. Iaco. vbi supra. Secundò limita d. l. vt procedat interueniente traditione, & nō aliter. Ita limitat eleganter Bal. in c. 1. §. fi. vlt. colum. in tit. de no. for. fide. Tertiò limita d. l. vt procedat, quando princeps uel fiscus rem quam alienauit possidebat tempore cōtractus, & traditionis, alias secus, ita illam l. intelligit no. Bar. in l. fi. circa med. C. si contra ius vel vti. pub. & firmat Bald. in l. 1. col. 1. de hære. vel ac. ven. & in l. 2. C. de commu. re. alie. post Per. & Cy. & ibi tradit, an fiscus in dubio præsumatur possedisse rem quam alienauit, referunt Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. in 1. limitatio. & Ias. in d. authen. quas actiones Quartò limita illam l. bene a Zenone. vt demum locū habeat, qñ princeps, vel fiscus bonafide vendidit rem quam propriam esse credebat, licet in veritate esset aliena, secus si vendat mala fide; quia scit eam alienam esse glo. est no. in d. l. 2. C. de com. re. alie. quā Bal. & Doct. ibi communiter sequuntur. Bal. in d. l. 1. colum. 1. C. de hę re. vel actio. vendi. Panor. in c. 2. prope fi. de rebus ecc. non alie. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. colum. 12. in 1. limit. adducens aliā gl. in l. 11. in verbo, distrahatur. C. de venden. reb. fisca. lib. 10. Quinto limita illam l. vt procedat, quando princeps vendit rem alienam iure proprio, secus se iure creditoris; nam tunc emptor non fit statim securus. Ita dicit Bal. in 2 prooe. decre. 4. colum. adducens text. in l. fundus qui. ff. de rescin. vend. & alia iura Sextò limita illam l. bene à Zenone, vt nō procedat in ecclesia; quia si princeps vel Imperator donaret, aut venderet ecclesiæ rem alienam, ecclesia non sit statim secura, nec gaudet beneficio d. l. bene a zenone. glo. est notabilis in c. quicunque militum. in verbo, consensu 11. q. 2. quæ pro hoc allega. bonum text. in c. placuit. el 1. & ibi etiam no. glo. 16. q. 3. & glo. in §. quas actiones. in verb. quadriennij. ea. causa & quæstio. Septimò limita illam l. bene a zenone. vt demum locum habeat, concurrentibus tribus. Primò ꝙ princeps vendiderit rem quàm possidebat. Secundò ꝙ eam vendat bonafide. Tertiò ꝙ præcesserint solennes subhastationes, iuxta l. 1. & l. si tempora. & l. duplex ratio. C. de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib. 10. Ita sunt uerba Bald. in l. 1. colum. 2. C. de here. vel actio, ven. qui refert do. Iacob. ubi supra & dicit se dubitare de hoc dicto Bal. inquantum loquitur de subhastatione; quia de illa nullū fit verbum in d. l. bene a zenone. Prēterea, vt ipse dicit, illa l. habet locum etiam, quando princeps donat, & tamen nemo dixerit, ꝙ in donatione requiratur subhastatio. Octauò limita illam à bene zenone. vt non procedat de iure canonico. glo. est repu. sing. in c. 2. in verbo, irrita, de rebus ecc. non alie. ꝙ intelligunt hoc verum esse quò ad prēiudicium ecclesiarum, sed inter laicos etiam in terris ecclesię bene procedit illa l. vt ibi declarat Panor. Nonò limita illam l. vt procedat, dummodo princeps, vendat, vel donet rem alienam, dicendo se facere de potestatis plenitudine, secundum Bal. in prēalleg. prooe. Decreta. 2. colum. vbi dicit, ꝙ omnis modicus error rumpit illam l. de his duabus limitationib. vltimò relatis dic, vt per Fel. in d. c. quę in ecclesiarum 12. colum. in 4. & 5. limita. Decimò limita illam l. vt nō procedat in prēiudicium minoris & in rebus suis; quia ipse habet restitutionē in integ. vt no. glo. & Doct. in l. fi. C. si aduer. fis. & has limitationes velut aureas dicit eas notandas do. Mart. Laud. ubi supra. Vndecimò limita ultra omnes d. l. bene a zenone. ut non procedat in prēiudicium dotis seu iurium dotalium; quia lex vel statutum generaliter loquens nō intelligitur loqui in causa dotis. Ita singulariter decidit Bal. cōs. 323. quemadmodum Imperator, quod dictum refert & multum commendat Ias. dicens se alibi non legisse in l. 1. colum. 3. ff. solu. matr. & confirmatur per plura ibi cumulata per Ias. Et quia plene supra tractatum est de prēscriptione fiscali, opere pretium est uidere, quid sit fiscus, & unde dicatur, & quis habeat fiscum, de quibus omnib. vide plenam & utilem apostil. Alexan. in l. 1. in apostil. ad Bar. C. de bo. vacan. lib. 11. & dicit Bal. in rub. C. de priui. fisci, ꝙ fisc. est saccus Cęsaris, uel regis, siue reipublicę, refert Areti. in §. fi. circa prin. Inst. de vsucap. uer. & prēmitte. & dicit Bald. ubi supra, ꝙ municipia nō habent fiscum, nec episcopatus ecclesiastici: & ibi ponit quæ sint Cęsaris de per se, & quæ fisci, de quo an ciuitates, uel municipia dicantur habere fiscum, uide per Bar. in rub. C. de iure fis. & ibi Alex. in apostil. colum. 2. ubi traditur, an fiscus & respublica dicantur idē, & per Ias. in §. rursus. colum. 9. & 10. in antiquis impressi. & 6. & 7. in noua. Inst. de actio. & dicit Bar. in l. item ueniunt. §. ait senatus. ff.
4 de peti. here. † ꝙ ciuitates non recognoscentes superiorem de iure uel de facto dicuntur habere fiscum, nam ipsamet ciuitas est fiscus. Ex quo infert, ꝙ in Marchia & in alijs prouincijs ecclesiæ omnia, q̄ dicuntur de fisco, intelliguntur de ecclesia, in illis uero ciuitatibus, quę non recognoscunt aliquem in dominum, quæ dicuntur de fi-
5 sco, intelliguntur de suo communi secundum Bart. ubi supra. † Et an ecclesia uel episcopatus dicatur habere fiscum, scribit plene Fel. in c. cęterum. colum. pen. de offic. ord. & not. Panor. & Cano. in c. quia diuersitatem. de concess. prēben. Et per hæc remanet expedita materia præscriptionis fiscalis, & sic secunda pars istius quintæ partis princi.

Venio ad tertiam partem huius quintę partis prin. in qua videndum est de præscriptione contra rempublicam.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus rempub. quanto tempore prescribatur.*
2 *Regulariter contra rempub. seu ciuitatem præscribitur sicut contra priuatum, exceptis quatuor casibus.*
3 *Tex. l. fi. C. de sacrosan. eccle uolens in quatuor casibus posse contra rempub. prescribi. quibus casibus limitatur.*
4 *Tempore communi an prescribatur contra ciuitatem sicut contra ecclesiam in quasi dominio & publiciana.*

1 Et primò quęro † quanto tempore prēscribatur aduersus rempublicam. (Not. ꝙ prēscriptio contra uniuersitatem siue rempublicam procedit ex negligentia administratorum secundum Bar in l. Imperatores. ff. de pac. & quanto tē pore prescribatur in rebus ciuitatis, uide per Are. in §. res fisci. circa med. 1. colum. uer. quid in rebus ciuitatis. Insti. de usucap. & not. ꝙ prēscriptio territorij rerum ciuitatis, etiam cum scientia & patientia tyranni non procedit contra ciuitatem secundum Flor. in l. seruitutes. colum. 17. ff. de seruit. no. Bertac. in reperto. & in verbo prę scriptio. 2. colum. 2. & quanto tempore prēscribatur contra ecclesiam & ciuitatem, & qualiter, vide per Bal. in l. uniuersas. C. ne rei domi. vel templo. & in l. 1. circa med. C. de anna. excep.) tex. in l. fin. C. de sacrosan. eccl. uidetur determinare, ꝙ non prēscribitur minori spatio centum annorum, quod est longissimum tempus vitę hominis. Sed ille tex. secundum communem intellectum procedit in quatuor casibus tantum ibi expressis in uer. siue itaque, ut not. ibi glo. super uerbo uendiderit, & sequuntur communiter Doct. maximè Sal. in ult. no. & clarius Pau. de Castr. colum. pen. dicens ꝙ in ciuitatibus particularibus non habentibus iura fiscalia in quatuor casibus, de quibus ibi, non prēscribitur minori spatio centum annorum. & sic sunt in his casibus melioris conditionis, quàm fiscus secundum Pau. de Cast. quia alijs fiscus est melioris, ut ibi not. glo. extra uerò illos tres casus contra ciuitates prēscribitur, sicut contra priuatos; quia instar priuatorum obtinēt, ut in l. eum qui. ff. de ver. si. Idem firmat Bal. in d. l. fi. colu. 1. uer. quęro, singularis successor, qui fortius dicit, ꝙ contra ciuitates non habentes iura fiscalia prēscribitur, sicut contra priuatos, etiam in quatuor casibus ibi notatis saltem respectu tertij, ut statim dicetur. & sequitur Aret. cons. 154.
2 consultatio proposita. colum. fin. uersic. tertiò prēmitto. † Facio igitur regulam, ꝙ contra rempublicam seu ciuitatem regulariter prēscribitur, sicut contra priuatum, exceptis illis quatuor casibus notatis in d. l. fin. videlicet in venditione, & donatione, institutione vel relicto factis reipublicę secundum communem intel. glos. & Doct. in d. l. fin. & fuit de mente Bart. in l. in omnibus. ff. de diuer. & tempo. prēscri. vbi non facit differentiam in prēscribendo quò ad illos quatuor casus inter fiscum & rempublicam, quamuis Pau. de Cast. in d. l. fin. dicat rempub. in hoc esse melioris conditionis fisco, quod intellige, vt infra dicam. Eandem conclusionem tenuit Bal. in l. 1. circa med. C. de an. excep. & in l. uniuersas. C. ne rei domi. uel templo. & Alex. cons. 16. colum. 6. 5. uol, infra latius allegato, ubi dicit, ꝙ etiam iuribus ciuitatis & contra ciuitatem prēscribitur saltem

Source : BIU Cujas

tem spatio 40.ann.per tex.in l.omnes.C.de præscrip.30.an.ibi.Neque publicum &c.& notata in l.iampridem.C.commu.de vsuca. præterquàm in illis quatuor casibus:& idem firmat Aret.cons.præ
3 alleg. † Primò limitat tex.in d.l.fi.dum vult,ꝙ illis quatuor casibus currat præscriptio centenaria tantum contra rempublicam,vt procedat in ipso principali debitore, vel eius successore vniuersali; vt quia præscribens esset ille qui vēdidisset vel donasset,vel hæres eius qui vendidit,donauit,vel reliquit ciuitati. Si verò esset successor singularis,vel alius tertius,indistinctè præscribit contra rempublicam communi spatio, sicut præscriberet contra priuatum, etiam in illis quatuor casibus.Ita no.limitat & declarat Bal. in d.l.nō loquitur quò ad tertium. Restringuntur ergo illi quatuor casus secundum eum quò ad actionem personalem,quę nō potest competere,nisi contra venditorem,donatorem, aut eius successorem vniuersalē. Non autem contra tertium, ideo talis actio personalis contra istos bene durat centum annis:vt latius per Alexan.in præalleg.consi.licèt contrariam opi.ꝙ illa l.fin.procedat contra quemlibet indistinctè,teneat ibi Sal.colum.pen.versi.quæro quid si ecclesia.Sed propterea recedendum non est ab opi.Bal.& Alexan.tanquàm magis cōem.Secundo limita d.l.fi.vt dispositio illius l.requirentis spatium centum annorū in illis quatuor casibus procedat,quando post donationem,venditionem,institutionem, aut relictum factum ciuati nunquàm fuit res tradita ciuitati,alias sufficeret tempus 40. an. Ita voluit notabili.Guil.de Cuneo in l.1. C. ne rei do.vel templo.facit ad hoc quod no.glo.parua in d.l.fi.in verbo,donata. Tertiò limita, vt dispositio d.l.fi.requirentis spatium centum annorum in illis quatuor casibus procedat in rebus, quæ verè spectarent ad ciuitatem iure dominij.Secus si iure quasi dominij:quia tunc contra ciuitatē currit præscriptio communis,vt no.Bar.in l.si finita.§.si de vectigalibus.colum.1.ff.de dam.infecto. per illum tex.& Ang.in quibusdā lecturis in l.2.C.ne rei domi.vel templo.Has tres limitationes ad illam l.colligit Alex.cons.16.in causa & lite vertente inter magnificā communitatem.colum.6.ver.nam posito.& versic. quinimo fortius 5.vol.vbi plenè explicat intel.d.l.fi.Et ad vltimam limitationem vltra Alex.addo.Bal.in l.siue autem.§.si duobus.ff.de publi.Angel. Aret.in §.res fisci.circa med.commen.Instit.de vsucap.& hanc firmat do.Pet.Philip.Corn.cons.16.viso primo.vlt.col. & cons.117. multa.vlt.colum.2.vol.& magis in terminis cons.142. videtur pri-
4 ma facie.colum.4.versic.& licèt 3.vol.concludens ꝙ † contra ciuitatem,sicut contra ecclesiam præscribitur in quasi dominio & publiciana tempore communi: & in his locis assignat viuam rationē huius limitationis. Et hæc procedunt etiam in ciuitate seu republica non habente iura fiscalia.Si vero habeat iura fiscalia, dicendum est,prout dictum fuit in præscriptione fiscali in præcedenti parte:& per Bar.in prædicta l.in omnibus.ff.de diuer.& tempo. præscrip.& late per do. Pau. in c.cum nobis.de præscrip. & quando ciuitas seu respublica dicatur habere fiscum & iura fiscalia, dixi in calce partis præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *Lex fi.C.de sacrosan. eccl. dans priuilegium ciuitati an intelligi possit de castro, uel uilla.*
2 *Dispositа in ciuitate an censeantur dispositа in uilla,uel castro.*
3 *Reipublicæ appel.quid ueniat,& quod modis accipiatur.*
4 *Ciuitas suppositа alicui domino gaudere debet priuilegio reipubli. & beneficio restit.in integ.*

1 **Secundo** quæro † vtrum priuilegium datum ciuitati in d. l.fi.C.de sacrosan.eccl.competat castro, vel villæ.(Adde Ang.Aret.in §.res fisci.colum.1.circa med.Insti.de vsucap.Alex.cons.1.4.vol.)Bar.ibi in 1.colum.2.opp.Bal. in 1.col.ver. secundò quæro.Sal.in 2.col.& Pau.de Cast.in fi.commenti.& cō-
2 muniter Docto.determinant,† ꝙ dispositа in ciuitate censentur dispositа in villa,vel castro;quia castrum est membrum ciuitatis l.qui ex vico.ff.ad muni.& quia castrum & ciuitas non differunt, nisi sicut parua ciuitas a magna ciuitate:& hoc procedit,etiam si talis villa,vel castrum non subijciatur ciuitati secundùm Bart.in d.l.fi.in 2. oppo.qui dicit, ꝙ illa l. habet locum pro rebus cuiuslibet castri in quatuor casibus ibi notatis.Hunc articulum plene examinat Alex. in l.si finita.§.si de vectigalibus.colum.2.& 3.& ibi no.glo.Bart. & alij.ff.de dam.infect.vbi attestatur communem opin.esse,quòd illa l.fi.locum habeat in omni castro & municipio.Bene faciunt nota. per Bar.& alios præcipuè Alex. in d.l.si finita.§. ex hoc edicto. vbi mouent q.an priuilegia concessa ciuitati trahantur ad villā sibi subiectam,vel propinquam. Accedant not.per Bar.Bal.Sal.& Docto. post gl.in l. respublica.C.ex quibus cau.ma.qui omnes communiter concludunt,veram & communem opin.esse, ꝙ omnis ciuitas & quodlibet castrum gaudet priuilegio reipublicæ, & debet restitui in integrum sicut respublica, dummodo tale castrum, vel villa habeat multitudinem hominum,& regatur per suos administratores,& tractet negotia sua tanquàm communia,non vt priuata, li-
3 cèt parua vniuersitas.† Et refert Alex.in d.§.si de vecti.& plene no. Iaf.in §.rursus.col.8.& 9.in antiqua impres.& 6.& 7.in noua.Instit. de actio.declarans quę dicatur respublica,quid ueniat appellatione reipublicæ,& quot modis capiatur, & ibi bona glo. super uerbo,
4 reipublicæ. † Subdit Sal.in d.l.respublica.circa medium,ver.quæro ciuitas,ꝙ licèt ciuitas sit suppositа alicui domino,principi,uel tyranno,nihilominus gaudet priuilegio reipublicæ & beneficio restitutionis in integ. Et qualiter respublica,seu communitas in integrum restituatur aduersus præscriptionem, dic vt dixi in ecclesia in 2. q. primæ partis huius quintæ principalis. Et intra quantum tempus communitas restituatur aduersus præscriptionem,vide per Pau.de Cast.cons.294.Ego Paulus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Præscribi an possint ea quæ sunt meræ facultatis.*
1 *Solitus aliquid concedere per uiam meræ & gratuitæ facultatis,non per hoc obligatur perseuerare.*
3 *Mera facultas quæ dicatur.*
4 *Facultas quomodo distinguatur.*
5 *Libero arbitrio non præscribitur, nec his quæ ex mera uoluntate procedunt.*

Capio quartam partem huius quintæ partis principalis.

1 **Et primo** quæro † an ea quæ sunt merę facultatis præscribi possint.Vera conclusio est, ꝙ talia non præscribuntur per text.in l.viam publicam. & ibi notant glo.& Bar.ff. de uia publi.ubi dicitur, ꝙ nunquàm præscribitur facultati eūdi per uiam publicam;quia istud posse ire non est ius, sed quædam facultas.Hanc conclusionem firmat Panor.in c.ex parte Astensis, circa finem primæ colum.de concessio. prębendę. & in c.Ioan.de cleri. coniuga.& in fi.Pisanis.ad fi.de resti.spol. & in c.inter cęteras. circa fin.de rescrip.dicens,ꝙ in his quę sunt merę facultatis, ex longęua obseruantia non introducitur consuetudo, neque præscriptio,& do.Cardi.cons.38.primò rationes.colum.1.in versic.2.quia, concludens quòd ea quæ competunt iure facultatis, non præscribuntur,not.remissiuè Fel.in c.cùm accessissent.colum.11.versi.secun-
2 dò declaratur.de constit. † Ex hoc infertur,ꝙ si aliquis per uiā merę,& gratuitæ facultatis aliquid sit solitus concedere, per hoc non obligatur perseuerare, ac si firmata esset consuetudo: vt declarat Panor.post alios in c.post translationem.colum.2.de offic.leg. per id quod no.Innoc. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos.& proprie.vbi dicit, ꝙ si millies aliquis hospitaretur aliquem amicum suū in domo, per hoc non est inducta consuetudo, ut teneatur eum in futurum hospitari,cum fuerit profectus ad illam ciuitatē, & concordat Cyn.in l.2. C. quæ sit longa consue.Ioan.And.in c.Ioan.de cle.coniuga.Bart.in l.cum de in rem uerso.ff.de usur.& in l. solent. §.1.ff.de offic.proconsi.Arch.in c.seruitium 18.q.2.Gemi.in c.consuetudo.1.dist.& late firmat Pet.de Anch.in c.sine possessione. ad fi.de reg.iur.in 6.nisi id factum fuisset tanto tępore,cuius initij non esset memoria,secundum Ioan.And.in c.peruenit.de censi.& Bar. in d.l.cum de in rem uerso.& Ang.in l.si certis annis.C. de pac. refert & sequitur Fel.in c.cum M.Ferrarien.col.3.versic.3.declaratio, de constit.ubi tradit remissiones de materia. Sed contra istud vltimum,ꝙ etiam per mille annos non præscribantur ea,quę sunt meræ facultatis, uidetur tenere Cępo.in tracta.serui. urba. prædi. sub rub.de ser.aquedu.colum.23.nisi respondeatur, ꝙ loquitur in his in quibus a principio nullū interuenit factum hominis, ut in aqua,
3 quæ per seipsam fluit,seu discurrit absque facto hominis.† Sed opę rępretium est intelligere,quando aliquid dicatur esse merę facultatis.Bar.in l.1.colum.3.uer.iuxta prædicta.ff.de condi.ex l.tradit circa hoc singularem doctrinam dicens,ꝙ aliquando lex permittit alicui facere aliquid pro conseruatione sui iuris iam quæsiti, & istud non est ius,sed facultas quædam l. in re mandata. C. manda. & l. si constan.§.si maritus.ff.solu.mat. Quandoque lex permittit aliquid facere pro acquisitione alicuius iuris de nouo:& tunc est ius,ut ius adeundi hæreditatem,& hoc apparet secundum Bart. ex eo ꝙ tali iuri præscribitur l.licèt.cum gl. C.de iure delib.facultati autem quæ facti est non præscribitur;quia leges quæ loquuntur de præscriptione:ut l.sicut l.omnes. & l.cum notissimi. C. de præscrip.30.ann.loquuntur de præscriptione contra iura tantum, non contra facultates,quę facti sunt,ideo secundum Bar.& Doct.in illa q.utrum præscribatur iuri offerendi,reuoluunt se in hoc, utrum potestas offerendi sit ius uel facultas, de quo in specie dicetur infra. Sic etiam in effectu concludit Ang.cons.54.Iulianus & Franc. circa med.dicēs
4 † ꝙ quædam est facultas,ex qua per explicationem actus quęritur nouum ius,ut actio uel exceptio, prout suadet ratio subiectæ materiæ, & tali potestati acquirendi ista iura, ita est ęquum præscribi sicut ipsis iuribus iam quęsitis.Sed ubi est talis facultas, ex qua per explicationem actus nullum ius, nulla actio, nulla exceptio quæri potest,sed solum insurgit explicatio eius,quod in libero explicantis arbitrio consistebat, sicut est ire ad ecclesiam, uel per uiam publicam.ff.de uia publi.ita dicit Ang.in prędallega. consi. & secundum prędicta plene consuluit Barba.cons.51. scripsit sapientiæ fons 10. & 11.colum.2.uol.ubi refert & sequitur doc.Bar.supra recitatam. Et an posse adire sit ius uel facultas late examinant Bal. Sal. & alij in d.l.licèt.& communis opi.est,ꝙ sit ius,& ideo præscribatur 30.an.
5 ut ibi per Alex. & Mod. & dixit in 4. parte. colum. 51. † Stat ergo firma conclusio,ꝙ ea quæ sunt merę facultatis non præscribuntur d.l.viam publicam.nisi forte per tantum tempus cuius initij &c.ut prædixi.

Source : BIU Cujas

prædixi. Hinc dicit Ioan. And. in c. non est. de consue. in 6. vt refert Alex. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. in apostil. ad Bar. C. de præscrip. 30. ann. ℘ illa quæ consistunt in mera voluntate, nõ sunt præscriptibilia. Pro quo dicto est glo. no. in l. 1. in verbo, communi diuidundo. C. de anna. exce. quæ vult, ℘ libero arbitrio non præscribatur, nec in his quę ex voluntate proficiscuntur: & ibi no. Bald. in specie: & idem Bal. in l. cum notissimi. in fi. princ. C. de præscrip. 30. ann. & confirmat plene Barb. præalleg. cons. 51. colum. 10. & 11.

6 versic. præterea adduco 2vo . † Et ideo iuri declarandi nunquàm præscribitur etiam mille annis. Ita dicunt Bal. & Sal. in l. petens. per glo. ibi. C. de pac. & refert Ias. ibi. col. 4. ver fi. ex ista glo.

S V M M A R I V M.

1 *Iuri offerendi an præscribi possit, & quot modis distinguatur ius offerendi.*
2 *Temporalia ad agendum censentur perpetua ad excipiendum.*
3 *Iuri ratificandi quanto tempore præscribatur.*
4 *Sequela iuris offerendi est pignoratitia, quæ non competit nisi oblato debito.*

1 Secundo quæro † in specie. Vtrum prescribatur iuri offerendi. (De hac q. vide do. Corn. cons. 177. in hac consultatione 2. colum. 3. vol. vbi tenet, ℘ tale ius non prescribitur, sequendo theoricam Bar. in d. l. cum notissimi. §. 1. & refert se latius dixisse in l. licèt. C. de iure delib. & late dom. Signo. cons. 146. casus. colum. 1. cum sequen. Bal. cons. 292. super eo. 3. vol. & ibi. an prescribatur conditioni potestatiuę, vel iuri excipiendi: & latè Bal. in d. l. cum notissimi. in prin. col. fin. & latius in repet. l. fin. colum. 9. C. de prescrip. longi tempo. & ibi no. de prescrip. pignoratitiæ, probans stricte & subtiliter, ℘ id demum præscribitur, quod est ius, & demum illud ius quod est in rerum natura productum & formatum: vt ibi latè per eum.) Hanc quæstionem mouent glo. Bar. Sal. & omnes Doct. in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de prescrip. 30. an. & Bar. Imo. & Pau. de Cast. in l. pignori. ff. de vsucap. vbi refert Bar. & Doct. communiter dicunt, ℘ est quoddam ius offerendi, quod competit per modum iuris, puta secũdus creditor habet ius offerendi primo: & confirmandi sibi pignus l. 2. & 3. & l. cum secundus. ff. de distrac. pig. hoc ius tollitur spatio 30. vel 40. anno. Quoddam est ius offerendi, quod competit per modum cuiusdã facultatis, verbi gratia, debitor potest quandocunque vult offerre debitum creditori & pignus luere §. fi. Inst. quibus mod. re contrahi. obli. & l. si in rem. §. omnis. ff. de pign. actio. Ista facultas nũquàm potest præscribi, sicut nec alia facultas, puta eundi per viam publicam; quia licèt per mille annos non iueris, semper poteris ire d. l. viã publicam. & hanc doctri. sequitur in effectu Pau. de Cast. in d. l. pignori. sic clarius distinguens, ℘ aliquod est ius offerendi, quod cõpetit pro actione nondum nata, vt debitori ℈ creditorẽ ratione pignoratitiæ, iuxta l. si in rem. §. omnis. ff. de pig. act. & tex. in §. fi. Insti. quibus mod. tol. ob. & sic vt faciat eam nasci, & tunc dicitur potius quædam facultas, cui non præscribitur d. l. viam publicam quàm ius: sed si competeret pro actione iam nata, vt contingit, quando secundus creditor agit contra primum, & offertur illi, quod sibi debetur, tunc enim dicitur ius non facultas mera, & ideo sicut actio nata tollitur spatio 30. ann. ita & ius offerendi, quod est sequela ipsius, sed actio nõdum nata prescriptione non tollitur. Eandem doctrinam effectualiter sequitur idem pract. Papi. in forma responsionis rei conuenti, in verbo, prescriptionis. circa fi. qui breuius distinguit, ℘ aut ius offerendi est ius formatum, sicut est illud quod cõpetit secundo creditori, vt possit offerre. primo, & huic iuri potest prescribi, sicut cęteris iuribus. Aut est ius nondum formatum, sed in simplici facultate consistens, sicut illud quod competit debitori, vt possit debitum offerre, & pignus luere & liberare, & tali facultati non præscribitur d. l. viam publicam. cum simil. Sed Ang. in præalleg. cons. 54. tenet indistinctè, ℘ prescribatur iuri offerendi. Hunc articulum plenè examinat Areti. in §. actionum. colum. 26. & 27. Insti. de actio. referens varias opin. Concluiuè dico, ℘ communis opi. est cum glo. in d. l. cum notissimi. §. sed cum illud. alias §. eodem iure. in verbo, conatur, quæ tenet, ℘ prescribatur iuri offerendi, qñ competit per modum actionis, vt attestatur Areti. in d. §. actionũ. circa fi. huius articuli colum. 28. in princ. concludens ℘ cuilibet iuri offerendi, etiam quod competit debitori contra suum creditorem prescribitur 30. annis iuxta metam aliarum actionum l. sicut l. omnes. & l. cum notissimi. §. 1. de prescri. 30. an. quando competit per modum actionis, per no. per Bar. in l. 1. ff. de condictio. ex. l. Si verò ius offerendi competat per modum exceptionis, puta si creditor agat hypothecaria contra tertium possessorem, ille potest offerre debitum ad excludendum eum l. Paulus. §. 1. ff. quibus mod. ius,

3 vel hypo. sol. Certè huic iuri nunquàm præscribitur, ratio est † quia quę sunt temporalia ad agendum, censentur perpetua ad excipiendum l. pure. in fine. ff. de excep. l. licet. cum glo. C. eod. tit. no. plene Fel. post Panor. in c. si autem. versi. temporalia ad agendum. de rescrip. Hinc dixit Bald. per iura prędicta in repe. l. fi. in fin. 11. colum. C. de prescrip. lon. tempo. ℘ ius excipiendi nunquàm prescribitur. Et ita in proposita quæstione concludit Sal. in d. l. cum notissimi. §. eo autem tempore. circa fi. Cuius opi. attestatur cõmunem Aret.

3 vbi supra. † Et not. ℘ iuri ratificandi prescribitur 30. ann. sicut cętera iura; ita Bal. in cons. 12. quidam do. Matthęus. colum. 2. in 3. vol. videtur tamen veritas in contrarium, ex quo consistit in mera facultate per ea quę dixi in prece. q. limita notabiliter prędictam conclusionem, quę habet, ℘ iuri offerendi prescribitur, quando competit per modum actionis, vt non procedat, quando in pignore esset appositum pactum legis commissorię, quod est in pignoribus reprobatum l. 1. & 2. C. de pac. pign. declarando & limitando, vt ℘ Bar. no. in l. quamuis. aliàs incipit. Callipodius. ff. de solu. & in l. Titius. ff. de pigno. actio. per Panor. & Cano. in c. significante. ubi tex. de pig. nam tunc odio creditoris iuri offerendi non prescribitur: ita singulariter limitat Bal. in c. 1. in titu. de feu. da. in vicem legis commissio. refert & sequitur d. Alex. in d. l. cum notissimi. ad fi. princ. in apost. ad Bar. Et circa hanc quæstio. an prescribatur iuri offerendi, vide longam doctrinam Bal. per uiam distinctionis in rub. extra de

4 præscrip. colum. pen. ad fi. & colum. vlt. † Et per hęc remanet decisa quæstio, an prescribatur pignoratitię; quia illa est sequela iuris offerendi, & non competit nisi oblato debito, vt no. glo. Bart. & Doct. in d. l. si in rem. §. omnis. ff. de pigno. actio. vbi ponitur hęc q. & not. per glo. in l. 1. §. ad hęc. C. de anna. excep. & ibi per Bald. & Salyc. colum. vlti.

S V M M A R I V M.

1 *Pacto de retrouendendo, an & quanto tempore prescribi possit.*
2 *Promissio de retrouendendo quanto tempore limitetur.*
3 *Ius quæsitum non dicitur ante acceptationem, uel agnationem, uel oblationem.*
4 *Malefidei poss licèt non possit prescribere dominium, potest tamen prescribere confirmationem dominij.*
5 *Facultati redimendi contractum qui potest argui fœneratitius ex pacto retrouendendi &c. an possit prescribi.*

1 Tertio quero de vtili & quotidiana quæstione † vtrum prescribatur pacto de retrouendendo, & sic iuri, & facultati reemendi, seu rechatandi, & quanto tempore. Ang. in præalleg. cons. 54. aliàs 55. Iulianus & Franciscus vendiderunt Bonifacio &c. not. decidit, ℘ iuri & facultati rechatandi seu pacto de retrouendendo prescribitur spatio 30. anno. sicut iuri offerendi: etiã si in pacto sit expressè dictum, ℘ emptor promisit retrouendere, quotiescunque pretium redderetur, uel omni tempore: etiam cũ iuramento; quia in tali promissione subintelligitur itta conditio, si retrouenditio petita fuerit intra 30. ann. & pariter in iuramento apposito, quod recipit conditionem, & naturam actus super quo interponitur l. fi. C. de non nume. pecu. plus dixit Pet. de Anch. consil 332. visis diligenter actis & actitatis. colum. 1. circa fi. & 2. versic. tertiò aduertendũ &c. ℘ pacto siue promissioni de uendendo seu retrouendendo etiam factæ cum uerbo quandocunque, prescribitur spatio 10. an. mouetur; quia ex quo ille cui fuit facta talis promissio uult per aliquod implementum, quod facere debet, quęrere contra alium actionem, debet implere quàm primum potest conditionem potestatiuam dandi uel faciendi, per tex. in l. hæc conditio. ff. de cond. & demon. has decisiones simpliciter refert & sequitur Ias. in d. l. petens. colum. 4. ver. circa ista. C. de pact. & in l. 3. in fi. C. de instit. & subst. Fely. in c. cum accessissent. colum. 11. uel 12. uer. 2. declaratur. de const. qui tamen non affirmat prędictam decisionem Pet. de Anch. uidetur ergo uerior, & tutior opin. ℘ tali facultati rechatandi seu promissioni de retrouendendo non prescribatur, nisi 30. ann. prout consuluit Ang. cuius opi. sequitur etiã Fel.

2 in rub. de prescri. colum. antepen. circa fi. & seq. † dicens, ℘ promissio de retrouendendo habet uitam solum 30. an. & conditionem tacitam, si reuenditio petita fuerit intra illud tempus, ita etiam iuramentum interpositum super ea, referendo illud consilium Ang. & idem Fel. in c. si diligenti. colum. 4. versi. secundum correlarium. de foro comp. nec tunc obstabit regula c. fi. de prescr. ℘ nulla prescri. currit cum mala fide; quia illa conditio de qua supra subintellecta in promissione, prout declarat Ang. in prędicto consi. excusat promissorem a mala fide. Item quia isto casu intelligitur potius prescribi facultati, & iuri offerendi, quàm actioni uel obligationi, secundũ Ang. in prędicto consi. & ultra Fel. & Ias. adduco Bald. in terminis consi. 253. ad euidentiam. ult. dub. 2. vol. decidentem, ℘ licèt emptor fecerit pactum de retrouendendo uenditori in perpetuum & absque temporis prefinitione], nihilominus tali facultati prescribitur spatio 30. an. non obstante mala fide, ut ibi pulchrè per eum ponentem duos casus in quibus malafides non ob. de iure cano. Confirmatur ista opi. per id quod singulariter no. Pet. de Anch. in c. fine possessione. col. 9. de reg. iur. in 6. vbi dixit, ℘ id quod dicitur, ℘ prescriptio non currit cum mala fide nedum in realibus, sed etiã in personalibus actionibus de iure cano. ut plene habetur & no. in d. c. fi. de prescri. uerum est contra creditorem cui actio competit, secus si nondum competit, sed potest competere acceptando, ut in legatario quantitatis, vel speciei; ante enim quàm acceptet hęres contra eum prescribit, nec dicitur eo casu prescriptor malefidei, postquàm non apparet legatarium agnouisse legatum, quod est nouum dictum secundum eum, qui refert, ℘ ita reperit consuluisse Bal. & hoc sing. dictum sequitur Soc. cons. 43. in causa uertente

3 inter dom. Catherinam. colum. 3. uer. prętera. pro quo facit † quia ante acceptationem, uel agnationem, aut oblationem non dicitur

ius

Source : BIU Cujas

ius quæsitum,sed quærendum,& sic non dicitur ille qui acceptando,agnoscendo, vel offerendo poterat perdere: sed non acquirere. Inter quæ longa est differentia l.qui autem.in prin.ff.de his quæ in frau.cre. Hinc est, quòd non indicatur idem de lucro quod de damno,nisi postquàm lucrum est quæsitum & radicatum. glo. in l.2.§.1.ff.ne quid in lo.publi.& in l.1.§. si quis autem propter inundationem.ff.de iti.act.priua.& glo.in l.si quis vxori.§.pen.ff.de fur. no.Bal.Ang.Imo.& Alex.in l.non amplius.in princ.ff.de leg.1. Qđ dictum perpetuò no.ad intellectum & limitationem tex.in d.c.fin.
4 cum ibi no.& duos casus,de quibus per Bal.in præallega.consi.vbi dicit † qꝫ licèt malefidei possessor non possit pręscribere dominiū, potest tamen præscribere confirmationem dominij.per l.in bello. §.si quis seruum.ff.de capti.cum ibi not. Item secundum eum põt malęfidei pos. præscribere contra ius quod competit alicui de iure speciali,& non de iuregen.vt patet in restitutione in integ.cui præscribitur quadriennio l.fi.C.de tempo.in integ.rest. peten.Sed tunc proprie non dicitur malęfidei,ex quo ius erat sibi iam quæsitum,licet reuocabiliter,hoc consilium Bal.refert ad literam dom.Fab.de monte sancti Sauini consistorialis aduocatus in suo tracta.de emp. & vend.in 3.q.7.q.prin.& per plura impugnat,firmans opi.contrariam,qꝫ pacto de retrouendendo non possit pręscribi,quando fuit actum,qꝫ emptor quandocunq;, & in perpetuum teneatur retrouendere per plura, maximè propter malãfidem emptoris, qui scit se teneri ad retrouendendum,& ibi respondet ad motiua Bald.sed
5 præcedens opi.videtur verior,& communior, & tenenda in iudicando & consulendo per prædicta.Nec viderat iste do.Fab.consil. Ang.& Pet.de Anch.de quibus supra. † Hanc conclusionem no.limita non procedere, quando contractus posset argui fęneratitius ex pacto retrouendendi iuncta modicitate pretij,iuxta plene not. in c.illo vos. de pign.& in c.ad nostrã.de emp.& vend.& latissime per Cępo.in suo tracta. de simula. contract.in vlt.parte:& sunt de hoc quamplura consilia quæ omitto; quia tunc nunquàm præscribitur tali iuri & facultati redimendi,seu rechatandi,siue dicendi illũ contractum simulatum & fœneratitium:vt plenè consuluit Barb. cons.51.scripsit sapientiæ fons 10.& 11.col. & vol.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium an amitti possit per non usum.*
2 *Priuilegium datũ ad aliquid faciendum quãto temporis ſpatio amitti possit.*
3 *Priuilegium quo casu non perdatur per non usum.*
4 *Facultas aliquid faciendi simpliciter data per non usum,cum adest potestas, perdi potest, secus ubi est formaliter data.*
5 *Priuilegium concessum ecclesiæ quanto tempore per non usum amittatur.*
6 *Recipiens ann. am pensionem ab aliquo pro eo quod sibi faciendum concessit,an possit scribere, quòd id quod concessit non fiat.*
7 *Priuilegium immunitatis quanto tempore præscribatur.*
8 *Priuilegium habens largum si strictè illo utatur, an deinceps possit illo uti magis large.*

1 **Quarto quæro** † vtrum priuilegium amittatur per non vsum,ex quo vsus priuilegij videtur merę facultatis. Istam quæstionem plene attingunt glo. & Cano.in c.accedentibus.extra de priuileg.(Adde do.Ant.de Butr. in repe.c.peruenit.colum.penul.circa fi.& colu.fi.in prin.de censi. vbi tangit,quando agitur de perdendo,vel præscribendo iure quęsito ex priuilegio quantum tempus requiratur. Adde etiam,quòd qui.per 30.anno.non est in poss.beneficij vel priuilegij, nõ tamen perdit illud,ex quo alius interim non præscripsit. Bal.in c.ad audientiam.colum.1.circa fin.de præscrip.) Bar.& Doct.in l.fi.ff.de const. princ. Et late Ias.colum.13.& seq.versic.tertiò principaliter,& eam latissime examinat Fel.in c. cum accessissent. colum. 9. & 10. cum duabus seq.post Pan. & alios de constit. & ad ea quæ ibi habentur me remitto:referam solum vnam conclusionem not. quam in his
2 locis ponunt Doct.cum aliquibus limitationibus † Conclusio est, qꝫ priuilegium,per quod conceditur aliqua facultas, seu datum ad aliquid faciendum,perditur spatio 10. ann. si priuilegiatus eo non vtitur,vt est casus no.in l.1.ff.de nundi.vbi dicitur,qꝫ si princeps cõcedit ciuitati priuilegium nundinarium,& ciuitas non vtitur eo per decennium,illud perdit. Et per illum tex.decidit Bart.ibi, qꝫ si princeps dat alicui ciuitati priuilegium studij generalis vel Doctorandi: & ciuitas eo non utitur per decennium, illud perdit, & sic priuilegium aliquid faciendi perditur per non vsum decennij. Et hanc conclusionem Fely.vbi supra per plura confirmat,sed eam limita-
3 tribus modis. † Primò limita,vt procedat,quando quis nõ est vsus priuilegio per decennium voluntarie:cum potuerit vti,secus si per ipsum non stetit,quominus vtetur priuilegio,sed non potuit; quia occasio se non obtulit. Nam tunc per non vsum non perdit priuilegium,argum.l.& Attilicinus.ff.de serui.rusti.prædi.per quem tex. sic decidit glo.ordin.in c.abbate Sancti Siluani.in verbo,ibidem.ante fin.de verbo.signific.vbi Butr.& Pan.circa fi.no.qꝫ non vsus priuilegio voluntarie perdit illud per lapsum decennij:secus si necessariò non est vsus; quia qui nequit vti, non est in culpa uel mora. Confirmatur ex no.per Bart.in l.in filijs.per illum tex.C.de decur. lib. 10. qui no.decidit, quòd si aliqua ciuitas tenetur facere exercitum; qñ princeps facit, & per centum annos stetit princeps,quòd non fecit exercitum: quia non fuit necessarium, per hoc non perdit ius suum. (Adde quòd Bar.ibi decidit,quòd si quis habet ius eligendi rectorem in certa ecclesia,& steterit per centum ann.quòd non elegit; quia casus se non obtulit, quòd non dicitur perdidisse ius suum,& hæc dicta refert & sequitur ibi Ioan.de Pla. & ad propositum adde not.decisionem Bal.in l.arboribus. §. nam & si. per illum text.ff.de vsufruct.ubi decidit,qꝫ per erectionem furcarum retinetur possessio meri imperij,licèt de facto non occurrerit per cẽtum annos, quòd quis ibi fuerit suspensus; quia hic non requiritur factum sed aptitudo, & sufficit signum, licèt deficiat signatum.) Hoc etiam firmat Bar. in l.cum scimus.post prin.C.de agri.& cen si.lib.11. dicens idem esse, si occurrente necessitate princeps non requisiuit; quia sufficiebant sibi gentes suæ. Vnde nulla desidia potest ei imputari, si alios obligatos non requisiuit, quibus non indiguit,cum multis concor.adhuc. per Fel.& Ias. vbi supra prędictam limi.comprobantes per alia plura: & dixi in 6. q.4. partis princ.col.
4 16. † Secundo limita prędictam conclusionem:vt procedat,quando est data simpliciter facultas aliquid faciendi. Tunc enim non vtendo, cum potest, perditur. Secus vbi facultas faciendi est posita formaliter in expressa & libera voluntate eius,cui fit concessio;qa illi nullo tempore pręscribitur. glo. est peregrina in c. vt priuilegia. in glo.pen.in fi.extra de priui.quam ibi do.Anto. dicit aureã & multum no.do.Fel.in d.c.cum accessissent.colum.10.ver. limita secundo.& per eam decidunt nota.Ioan.And.Gem.& alij in c.fi.de consuetu.in 6.qꝫ canonici non utendo facultate optandi meliores præbendas cum vacant, data eis facultate ex cõsuetudine vel statuto, non perdunt ipsam facultatem vllo temporis spatio,& sequit Fely. vbi supra approbans hanc limi.licèt Ias. reprobet in d.l.fi.de consti. princ. Addo Calde.consi.1.sub rub.de præscrip.Et per illam gl.no. infert Fely.no.qꝫ si princeps concedat vni nobili facultatem faciendi vnum molendinum in flumine publico iuxta ea quæ habentur in l.quominus.ff.de flu.ad libitum voluntatis suæ, & ipse per multos annos vltra decennium non esset vsus hac facultate, illam non perdit:& dicit de facto vidisse determinatum & in ardua q. Faciunt quæ dixi supra in j.q.huius 4.partis,ad fin. vbi concluſi,quod in his quæ consistunt in mera uoluntate, seu libero arbitrio non currit
5 præscrip. † Tertiò limita prædictam conclusionem,vt procedat in priuatis.Secus in ecclesia,quia priuilegium concessum ecclesię per non vsum non perditur minori tempore 40. an. secundum Ioan. And.& alios in d.c. cum accessissent. per generalem regulam c.de quarta.& c.illud.cum concor.de prescr.refert & sequitur Fely.ibi col.10.restringens vt procedat in ecclesia: secus in clericis; quia in
6 hoc non gaudent priuilegio ecclesiæ. † Quartò limita singulariter prædictam conclusionem,vt non procedat,si recipio a te annuam pensionem pro eo quod tibi faciendum concessi; quia nunquàm præscribam,vt non facias,licèt eo iure nunquàm vtaris.Ita solenniter limitat Alber. in repe.l.de quibus. col.7. ff.de legi. ponens late, qꝫ si rex concessit Comiti pedagium, & de hoc recipiat ab eo annuam mercedem, non perdit Comes ius pedagij per diuturnum non vsum;quia illa præstatio videtur interrumpere præscriptionẽ, refert,sequitur & extollit Fel.in c.illud.col.fi. conclu.11.de præscr.
7 † Quintò limita prædictam conclusionem,vt non procedat in præscribendo contra priuilegium immunitatis; quia requiruntur 30.
8 an.Alex.consi.33.5.vol. † Postremo circa præsentem articulũ no. pertinenter, qꝫ si quis habet priuilegiũ largum, & eo vtitur strictè, sibi præiudicat,& deinceps non potest vti magis large, ita dicit no. Bar.in l.vsum aquæ.C.de aqueduc.lib.11. per illum tex.not. Alex. consi.33.2.col.4. vol. Quod dictum qualiter intelligi debeat, vide per Ias.in l.fi.col.antepe.ff.de consti.prin.

SVMMARIVM.

1 *Molendino uel furno quem quidam per tantum tempus cuius initij me.&c. frequentauerunt, an censeatur præscriptum.*
2 *Ius an possit dici acquisitum, aut causata præscriptio ex his,quæ gratuite conceduntur,& quæ sunt meræ facultatis.*
3 *Acquiescens prohibitioni alicui per longum tempus an possit in posterum ad hoc cogi tanquàm contra ipsum acquiratur ius prohibituum.*
4 *Dominus alicuius loci de iure communi potest cum proclamate pœnali prohibere,ne subditi uenentur in suo dominio,& si subditi non contradicant,tunc dominus terræ constituitur in quasi possess. prohibitionis.*

1 **Quinto** iuxta prędicta quęro † de no.q. Pone,qꝫ aliquis hẽt molendinũ,vel furnum in aliqua villa:& homines dicti loci iam longissimo tpe iuerunt ad molendinum in dicto molendino,vel ad coquẽdum in ipso furno per tm̃ tps,cuius initij &c. vtrum censeatur prescriptum,qꝫ illi homines non possint molere, vel coquere in alio loco. Vel an possit ille prohibere alium volentẽ facere nouum molendinum vel furnum, cessante priuilegio vel statuto. Istam quæstionem examinant Cano. maxime Panor. & d.Prep.in c.significante.vbi bonus tex.de ap.& in locis infra allega
2 tis. † Et in hac qõne concludunt cõiter Doct. & hæc est veritas, qꝫ ex his quę sunt merę facultatis,vel ex his quę gratuite concedunt, non põt dici acquisitũ ius,nec prescriptio causata, nec per hoc nascitur in futurũ obligatio c.possessiones 16.q.1.notant glo.in l.solent.in glo.fin.ff.de off.procon. & lega. & Bar.in l.cum de in rem

Source : BIU Cujas

verſo.col.vlt.ff.de vſur. Et hanc rationem decidunt in ſpecie Cyn. Bal.& alij ſcrib.in l.1.C.de ſer. & aqua. ℭ ſi per longiſſimum tempus iui ad molendum ad tuum molendinum, propter hoc in futurum me compellere non potes, vt ibi molam propter reditum tui molendini: eo quia iſtud ire ad mo ẽdinum, fuit per modum facultatis. Et idem tenet Cyn.in l.2.C.quæ ſit lon.conſue. Et latè firmat Panor.in c.abbate ſancti Siluani.col.2.de verb.ſig.& no.Pan.d.Prępo.& communiter Cano.in c.ſignificante.per illum tex.de appell. & plene Cępol.in tracta.ſerui.vrb.præd.c.2.ſub rub.de furno.in 2. q.& d.Iaſ.in repe.l.quominus. colum.8. verſic.3.principaliter.ff.de flu.vbi iſtam q.late examinat,& do.Iacob.de S.Georgio in ſuo tracta.feu.in glo.in verbo, & cum molendinis. colum.2. vltra medi. Sicut ſi aliquis multis annis,& ipſe & maiores ſui fuiſſent hoſpitati in domo aliquem nobilem,vel epiſcopum,nõ per hoc cauſaretur cõſuetudo vel pręſcriptio,per quam in futurum ad hoc teneretur. Ita dicit Inn. in c.cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & proprie. ſequitur Pan.in c.quod tranſlationem.colum.2,de offi.leg.& in d.c. abbate S.Siluani,& conſ.114. in quæſtione quę vertitur inter reuerendum patrem 1.vol.& referunt do.Iaſ.& do.Iaſ.vbi ſupra & dixi
4 ſupra in 1.q.huius 4.partis 5.princ.in qua ſumus.† Hanc concluſionem limita, niſi interueniſſet prohibitio,quia ſi volentes ire aliò ad molendum fuerunt a me prohibiti, & acquieuerunt prohibitioni per tempus longiſſimum, & ſufficiens ad præſcriotionem cõplendam,tunc bene acquiritur mihi ius, vt poſſim in futurum. ad hoc cogi per no.per glo.& Doct.in l.qui luminibus.ff.de ſer.vrb. prędi. & in d.l.1.C.de ſer.& aqua.Ita decidunt communiter Doct. in locis præalleg.pręcipue Panor.in d. c. ſignificante.in 1.not.& in d.c. abbate.Quod procedit,etiam dato ℭ prohibitio fuiſſet facta extra iudicialiter,& ℭ ei fuiſſet obtemperatum pro bono pacis; tamen inducitur conſuetudo & ius,ita extendit Panor.in d.c. abbate.col. 2.dicens eſſe ibi tex.de hoc quem neſcit alibi.Et voluit Bald.in l.itẽ lapilli.in 3.q.ff.de rerum diui.vbi quærit,nunquid aliquis poſſit prę ſcribere,quòd ipſe ſolus & poſteri ſui habeant molendinum in tali villa,ita quod alius non poſſit ibi facere molendinum:& dicit videri,quod ſic,per l.ſi quiſquàm.ff.de diuer. & temp. præſcrip. Quod dicit eſſe verum,ſi prohibuit alios facere, & illi acquieuerunt;nam à tempore prohibitionis incipit currere tempus præſcriptionis, & ſine prohibitione acquiri non poteſt ſecundum eum: & per hoc infert,quòd tali modo poteſt quis ſibi acquirere ius in pręiudiciũ vicinorum,quòd ipſe ſolus poſſit habere molendinum,& erit ſeruitus prædialis.Subdit Bald. quòd ex cauſa publicæ utilitatis poterit infringi illa ſeruitus,quòd ſolus habeat molendinum per l. fin.in fi. ff.de vſucap.& ſequitur Cępo.vbi ſupra.videlicet in tracta.ſer.vrb. prædio.c.1.q.2.ſub rubr. de furno. Et ſic debet intelligi, quod dixit Bal.in c.ſignificante.in 1. no. poſt Innoc. de appel.dum not,ex illo tex.quòd poteſt pręſcribi, quod ciues ſiue homines loci non poſſint ire ad molendinum niſi in meo molendino, vel quòd ego ſolus habeam molendinum. (Adde dom.Iaco. de S. Georgio in ſuo tracta.feu.in glo.in verbo,& cum molendinis. colum.2. vltra medium.) & quod non poſſit aliud conſtrui in mei pręiudicium, & in repe.l.de quibus. colum.21.ff.de leg. vbi tenet,quòd valet conſuetudo,quod omnes volentes molere teneãtur venire ad meum molendinum, quamuis non ſit conſuetudo rationabilis ſecundũ eum per tex.in d.c.ſignificante,cum ibi no.per Innocen.Nam hæc omnia procedunt ſecundũ pręmiſſa, videlicet ſi interuenerit prohibitio cum vſu & patientia longi temporis, & iſta refert & ſequitur do.Iaſ.in d.l quominus. colum.9. accedant ad propoſitum no per do Iaco.de S.Georgio in d.tract.feu.in glo. in verbo,& cũ
4 venationibus.colum.1.vbi decidit.† Quod licèt de iure communi dominus loci non poſſit prohibere ſubditis, ne venentur, dando intelle.ad tex.in fi.nemo retia.in tit.de pa.iur.fir. Tamen cautela eſt pro dominis terrarum, quòd faciant tales prohibitiones per proclamata pœnalia quibus ſi ſubditi non contradicant, & propter talia proclamata deſiſtant a uenando, dominus terræ conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi,& ſi per longa tempora ſubditi acquieſcant, dominus præſcribit tale ius prohibendi, per not. per glo.& Doct.in d.l.qui luminibus.ff.de ſer.vrb.prędio. & in l.1. & 2.C.de ſer.& aqua. Cautela etiam pro ſubditis eſt,vt immediatè cum habuerint notitiam de proclamante, ſe opponant & appellẽt ſecundùm eum.

S V M M A R I V M.

1 *Competentia de iuregentium an præſcribi poſſint. Et an conſuetudine poſſint acquiri 2.*
3 *Præſcriptio ſimplex, ubi per legem tollitur, non tollitur compoſitum, ideſt conſuetudo.*
4 *Piſcari an liceat in flumine publico.*
5 *Loca publica & iuriſgentium præſcribi poſſunt ſpatio tanti tempo. cuius initij memo. non extat.*
6 *Veneti qualiter dicantur habere iuriſdictionem in eorum mari.*
7 *Littus maris ſeu ius aquæ an & quomodo queratur, uel quæſitũ perdatur.*
8 *Ciuitas Venetiarum ſi deſtrueretur, an poſſent Veneti prohibere alios illum locum occupare.*
9 *Præſcriptibile quod non eſt, non poteſt per tantum tempus cuius initij memo. non ext. fieri præſcriptibile.*
10 *Regula, quòd ea quę ſunt publica & de iuregentium communia non poſſunt præſcribi, quomodo intelligatur*
11 *Occupans id quod in loco publico cõſtruxit, an acquirat dominiũ in illo loco.*

1 Sextò quæro †vtrum ea quæ competunt de iuregentium præſcribi poſſint. Hanc queſtionẽ mouet Bar.in l.quominus.in 15.q col.pen.ff.de flu.vbi quęrit, an pręſcribatur facultas ducendi aquam ex flumine publico non nauigabili, & decidit, ℭ ex quo iſtud competit per modum cuiuſdã facultatis, etiam ſi per mille annos quis non ducat, tamen ſemper illam facultatem retinet. Plus dicit ibi Bart. not. quòd pręſcriptio longi temporis 10.vel 20.an.non adaptatur ad flumina, vel ad alia, quę ſunt iuriſgentium per tex.in d.l.fin.in prin.ff.de vſucap. ubi eſt caſus not. quòd loca publica iuriſgentium, quę occupanti concedũtur, longo tempore poſt occupationem non præſcribuntur, quominus ceſſante occupatione redeant in priſtinam cauſam, & iterum concedantur occupanti,quem tex.Pau.de Caſt.ibi dicit eſſe pulchrum,notabilem & ſingularem, & eius intellec.latè examinat.Iaſ.in d.l.quominus.col.27. In contrarium ℭ pręſcriptio adaptetur ad ea,quę ſunt iuriſgentium, videtur tex.in l.ſi quiſquam.ff. de diuer.& temp.prę.ſ.ubi ius piſcandi in flumine publico,quod eſt iuriſgentium,pręſcribitur longo tempore.Ad hunc tex.reſpondet Bar,ubi ſupra poſt glo.in d.l.fi.& in d.l.ſi quiſquàm,ℭ illud ideo ibi eſt,quia ille erat in quaſi poſſeſſione piſcandi. Ergo data poſſeſſione uel quaſi,ſine qua pręſcriptio non procedit,ſequitur dicendum pręſcriptionem longi temporis comperere etiam ad ea, quę ſunt iuriſgentium,quod eſt contra tex.in d.l fi.de vſucap. & prędicta, & ſic videtur,ℭ Bar.in d.l.quominus.colum.pen. ſibijpſi cõtradicat. Et hanc contrarietatem perpendit Iaſ.ibi colum.27.ver.4.aduerte, & relinquit cogitandum ſuper veritate dictorum Bar. Sed profecto Bar.poteſt optime ſaluari a contrarietate,& concordari tex.in d.l.fin.& in d.l.ſi quiſquàm,quia non dicit Bar.quòd in l.ſi quiſquã. procedat pręſcriptio ratione quaſi poſſeſſionis iuris piſcandi. Sed dicit,ℭ quando quis eſt in quaſi poſſeſſione piſcandi ſolus in diuerticulo ſeu parte fluminis publici poteſt pręoccupationis iure aliũ prohibere, & ita loquitur d.l.ſi quiſquàm. Si verò non eſt in dicta quaſi poſſeſſione, non poteſt alium occupantem prohibere,quantumcunque tempore retro poſſederit,& ſic loquitur text. in d.l.fi. Patet igitur,quòd in d.l.ſi quiſquàm.non requiritur pręſcriptio 10. vel 20.ann. ut quis poſſit prohibere alium piſcari, quinimo ſufficit ſola præoccupatio & quaſi poſſeſſio iuris piſcandi de pręſenti, ut ſonant verba illius l.ubi de præſcriptione nullum fit uerbum. Et tali quaſi poſſeſſione amiſſa ceſſat ius prohibendi; quia res redijt in priſtinam cauſam, vt in his terminis dicit text. nota.in l.quod in littore.circa fi.ibi.rurſus in priſtinam cauſam recidit.ff.de acquir.rerũ domi. & iſte eſt uerus intellect.d.l. fin. in princ. prout colligitur ex mente & uerbis Bar.in d.l. quominus.colum.penul.verſic.patet ergo,quicquid ibi dicat Iaſ.& aperte ſentit Pau. de Caſt. in d.l.fi.ff.de vſucap.cuius dicta infra referam in 2.limit.& Ang.in conſi.infra re
2 lato in 3.limi.ubi uide.† Stat ergo regula, ℭ ea quæ ſunt iuriſgentium non pręſcribuntur.Primo limita iſtam regulam, vt procedat ratione pręſcriptionis,ſed non reſpectu conſuetudinis. Nam licèt ea quæ competunt de iuregentium præſcribi non poſſint d.l. fin. tamen cõſuetudine poſſunt acquiri: ita limitant Ioan.Fab.& Aret. in §.flumina.Inſt. de rerum diui. Ex quo inferunt,ℭ ſi pluribus annis vnus ſolus in certa parte fluminis publici piſcatus fuit, & alios prohibuerit,ſciente populo,& non cõtradicente,ℭ eſt ſibi ius quę ſitum ex tacito conſenſu populi,adeo ℭ decętero ipſe ſolus piſcari poterit,& alios prohibere, & ſic aliud eſt conſuetudo, & aliud eſt pręſcriptio.Et hoc voluit Bal.quem refert Aret.in rub.ff.de rerum diui.verſi.hic ergo queritur.colum.1.dicens, quòd eſt differentia, an aliquis habeat aliquod ius ex pręſcriptione, uel ex conſuetudine. Quia ex pręſcriptione ius unius quod ab eo aufertur,alteri applicatur.Sed cum aliquod ius applicatur alteri, ita quòd alicui non auferatur,tunc illa proprie dicitur conſuetudo. Sed in caſu iſto applicatur ex conſuetudine prohibenti, licet aliquid proprium alicui non auferatur,ergo non dicitur pręſcriptio,nec iſtud ius ex pręſcriptione inducitur,ita procedit tex.in d.l.fi.de vſucap. Sed ex conſuetudine patiente populo, quod dicit Bald. eſſe bene not. Addo in terminis glo. not. & forte ſingula. in l. ſanè ſi maris. in glo.1.& ibi not.Bar.ff.de iniur.quę expreſſè dicit,quòd in caſu d.l.ſi quiſquàm. ius piſcandi competebat ex priuilegio uel conſuetudine. Bene faciunt no.in c.ſuper quibuſdam.§.prętereа.de verb.ſig.vbi habetur, ℭ impręſcriptibilia poſſunt acquiri conſuetudine, & dixi plene in 2. parte princ.in ult. q. ponendo differentias inter præſcriptionem
3 & conſuetudinem.Confirmatur iſta limitatio;† quia ubi per legẽ tollitur ſimplex præſcriptio,non tollitur compoſitum, ideſt cõſuetudo ſm Io.Ray.in c.Imperialem.§.habito. circa 24.colum.in tit. de prohi.feu.alie per Fede. quem refert d.Io. in tract.feu.in verbo, & cum pacto de non alie.col.5.ver.circa medium.Et ad inducendum talem conſuetudinem opus erit probare,ℭ quis fuerit piſcatus longo tempore ſaltem per 10. an. in tali parte fluminis publici, & ℭ alios prohibuit piſcari durante illo tempore, ſaltem bis ſcien-

te &

Source : BIU Cujas

te & patiente populo seu maiori parte & non contradicente, vel ꝙ verisimiliter transiuit in notitiam populi aut maioris partis; quia ista requiruntur adesse ad probationem consuetudinis, vt plene no. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 1. & 2. C. quæ sit longa consue. & per
4 Cano. maximè Panorm. in c. fi. extra eodem. † Alios casus in quib. non licet piscari in flumine publico, ad intellectum prædictarum legum. & quando liceat piscari, & qñ non. vide per Cępo. in trac. ser. rusti. præd. sub rub. de pisca. in vlti. carta, vbi enumerat sex casus, in quibus piscari nō licet, & repetit d. Iaco. in trac. feu. in verbo, fluminibus. prope finem eo. nō relato. Et inter cętera ponunt casum, qñ illud ius piscandi esset priuatum, puta quia princeps vendidit alicui certam piscariam in certo loco talis fluminis, argu. c. 1. circa finem ibi. piscationum redditus. in tit. quę sint rega. & pro hoc adduco bonum tex. in l. iniuriarum. la grande. §. fi. iuncta l. seq. ff. de iniur. Regulariter autem cuilibet licitum est piscari in flumine publico, sed non in lacu, vel flumine priuato, qui est dominij alterius, vt ibi per eos. Secundo limita prædictā regulam, vt procedat in præscriptione communi, vel longissimi temporis, sed non procedit in prędscrip.
5 tanti temporis, cuius initij &c. † quia licèt loca publica & iurisgentium non præscribantur 10. 20. vel 30. annis d. l. fi. ff. de vsuca. præscribuntur tñ tanto tempore cuius initij memo. non ext. in contrarium: ita limitat Ang. in d. l. fi. per tex. not. cum glo. in l. vsum aquæ. C. de aquęduc. lib. 11. vbi infert, ꝙ Veneti præscripserunt tanto tēpore gulfum maris. Eandem conclusionem firmant Io. de Platea, & Ang. Aret. in d. §. fluminum. Institu. de rerum diuisio. qui pariter dicunt, quòd Veneti & Ianuenses per tantum tempus præscripserunt gulfum eorum maris. Addunt tamen ibi, quòd hoc procedit sciente & patiente, sed non videtur verum; quia in prędscriptione tanti temporis cuius initij &c. non requiritur scientia alicuius secundum communem opin. vt per Alex. cons. 6. circa finem 1. volum. & dixi supra in 3. q. 2. partis huius 5. princip. col. 44. in fine. cum duabus seq. nisi dicatur, ꝙ requiritur scientia, & patientia superioris, ēt in præscriptione tanti temporis cuius initij &c. vbi lex restitit præscriptioni, & afficit rem, vt declarat Fely. in c. accedentes. colum. 5. de prędscr. allegans ad hoc Panorm. cons. 95. quęro an ecclesia non curata 1. volum. & ita dicit aperte voluisse Butr. & Panorm. in d. c. accedentes. Addo Bar. in l. iniuriarum. la grande. §. fi. ff. de iniur. vbi dicit illum tex. iunct. l. sanè si maris, quam simul legit, facere pro Venetis, qui ex longa consuetudine dicunt se habere iurisdictionem in eorum mari: & Ang. cons. 289. thema tale est inter cętera capitu
6 la pacis. colum. 2. & sequen. dicentem, † quòd ex quo Veneti, & eorum dominium per longissima tempora fuerūt, & sunt in quasi possessione gulfi maris (de Venetis & eorum gulfu & eorū exemptionem præscripta, vide Iaso. in l. ex hoc iure. colum. 5. ff. de iusti & iur.) ratione dictæ possessionis longissimæ possunt Veneti Ianuensibus & alijs quibuscunque interdicere potentiam nauigandi nauigare volentibus per eorum gulfum, per d. l. sanè si maris, & ibi est casus secundum Ray. de Forli. qui expresse ponit exemplum in gulfo Venetorum, refert Iaſ. in d. l. quo minus. col. 11. Vltra quem vide Ioan. de Ana. in c. 1. & 2. de cle. vena. vbi plene tractat, quo iure Veneti & Ianuenses acquisiuerunt ius maris, ita vt alij prohibere possint ius nauigandi, & d. Card. suo cons. 40. dominus Comes, qui late consuluit, quòd ius nauigandi in aliena aqua non prędscribitur sine titulo, vel spatio tanti temporis, cuius initij &c. sicut nec alia iura regalia; quia iura regalia de iure communi non pertinent nisi ad principem, vel ei cui concessum est a principe c. 1. cum ibi not. quæ sint regal. & ius nauigandi censetur de regalibus l. quominus. ff. de flumi. & l. 2. §. viarum. & ibi glo. ff. ne quid in lo. publi. & sic dicta prędscriptio est contra ius commune. ergo requiritur titulus, vel tantum tempus &c. c. 1. de prędsc. vbi latius per eum in dicto cons. & sequitur Felyn. in c. de quarta. colum. vlt. de prędscrip. Sed Pau. de Cast. in d. l. fin. de vsucap. reprehendit Ang. dicens ꝙ Angel. non bene intelligit; quia quantum ad hoc, vt faciat quis aquam publicam suam, uel locum publicum suum saltem quantum ad vsum non requiritur prędscriptio, sed sufficit occupatio, quando est aqua publica non destinata ad vsum publicum, vel est litus maris, sicut sufficit in his quæ cœlo, terra, mariąue capiuntur l. 1. in princ. ff. de acquir. possessio. Addo vltra Pau. casum expressum de hoc in l. qđ in littore. ff. de acqui. rerum domi. vbi tex. expresse facit istam æquiparationem. Quando uerò aqua non est publica, sed priuata habet locum secundum Panor. illa l. vsum aquæ. quam allegat Ang. quia tunc secundum eum seruitus aquę ducendę seu capiendę per hau stum cum non habeat causam continuam, nō acquiritur. nisi tanto tempore cuius initij &c. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua
7 quoti. & ęsti. sed in d. l. fi. vt dicit Pau. non quęritur de hoc. † An dicatur ius aquę quęsitum; seu litis maris. Sed quęritur, postquam talia loca publica de iuregentium sunt acquisita per occupationem, si desinat occupatio per destructionem loci, vtrum ille qui primò occupauerat, habeat ius prohibendi alium, ne occupet de nouo illum locum. Et ibi deciditur, ꝙ non, etiam si per mille annos duras-
8 set occupatio secundum Pau. † Ex quo infert, ꝙ si ciuitas Venetiarum destrueretur, non possent Veneti prohibere alios illum locū occupare: cum illa ciuitas sit fundata in mari, siue in littore maris. Interuenientibus tamen duobus, videlicet ꝙ ædificia essent penitus diruta, & concurrente negligentia reficiendi, ut probat text. in d. l. fi. in verbo, funditus diruto ędificio, & ultra eum bonus tex. in d. l. quod in littore. circa fi. ita declarat Paul. de Castr. in d. l. fin. ff. de vsucap. Cuius verba confirmant ea quæ dixi supra in corpore quęstionis ad intellec. l. si quisquàm. ff. de diuer. & tempo. prędscrip. licèt Iaſ. in d. l. quominus. non aduerterit. Et quamuis ista sunt vera: tñ communiter tenetur opi. Ang. ꝙ ea quæ sunt iurisgentium, prędscribantur spatio tanti temporis cuius initij &c. quam tenent Ioan. de Pla. & Aret. in d. §. flumina. & Cępo. & do. Iac. ubi supra qui dicūt, ꝙ ius piscandi prędscribitur tanto tempore cuius initij &c. quia tanto tempore prędscribūtur etiam loca publica, d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & etiam regalia & ea quæ sunt reseruata principi c. sup quibusdam. §. prędterea, de verb. sig. & dixi plene supra in 2. parte huius quintæ partis. Quod declara, vt per Fel. in d. c. accedentes. colum. 5.
9 ver. post hęc, & seq. de præscrip. † vbi dicit, ꝙ per tantum tempus, cuius initij &c. id quod non est prędscriptibile, non efficitur prędscriptibile, sed tanto tempore prędsumitur causa uel titulus, qui debet allegari, & in eo fieri fundamentum, & ad ipsum præsumptiue probando est probandum dictum tempus, sed non est dicendum, ꝙ ipsum tempus inducat prędscriptionem, & faciam rem præscriptibilem, quæ nō est, ut ibi latius per eum reprobantem opi. Pan. tenentis contrarium cons. 26. in q. quę ad prędsens uertitur 2. vol. licèt in fine relinquat cogitandum. Et confirmatur opin. Ang. per ea quæ
10 vult Card. cons. supra relato, & per prędalleg. † Tertiò limita prædictam regulam, ut per Ang. no. cons. 289. thema tale est inter cętera capitula pacis. col. 2. & seq. ubi dicit, ꝙ hęc regula quę habet, ꝙ ea quę sunt publica, & in usu publico, & quæ de iuregentium cōmunia sunt, non possunt prędscribi, uel usucapi. d. l. fi. ff. de usuc. procedit, si ex hac longissima possessione velimus acquirere dominiū eorum, quę nobis iuregentium communia sunt, sed per istam talē possessionem uel quasi bene acquirimus ius quoddam excipiendi: ut de possessione non expellamur. Cuius possessionis effectus est duplex. Primus est, quia si turbamur in ea, agere possumus contra turbantem l. sanè si maris, ubi casus. ff. de iniur. Secundus est: quia antequàm expellamur, prohibere possumus, ne quis intret locum nobis inuitis, unde prohibere possumus ratione possessionis nauigationem & piscationem maris & fluminis, quæ aliàs nobis sunt communia de iuregentium, & text. est secundum opi. approbatā, & veram in l. si quisque. ff. de diuer. & temp. prędscr. Hoc tenet gl. in §. flumina. in uerbo omnibus. Inst. de rerum diui. Hanc opi. approbat Bar. in d. l. fi. de vsuca. secūdum Ang. in prędicto cons. & sequi-
11 tur Iaſ. in l. quominus. col. 28. uer. 5. pro limitatione. ff. de flumi. † Et not. ꝙ licèt per occupationem quis non consequatur dominium loci publici de iuregentium, consequitur tamen dominium eius quod construxit, uel ędificauit in illo loco publico, puta in mari uel in littore maris, donec durat, accedente Decreto prętoris, tex. est no. in d. l. quod in littore, & in l. quamuis. ff. de acq. rerum dom.

SVMMARIVM.

1 *Ius præoccupationis; quod est merę facultatis: quanto tempore perdatur.*
2 *Cautela adhoc, ut quasi possessio non dicatur derelicta in casu, quo constructum in loco publico destruitur.*

1 **Septimo quæro** de q. connexa prędcedenti † Quanto tempore perdatur, seu prędscribatur ius prędoccupationis, quod est merę facultatis, ut ecce. Licet cuilibet ædificare in littore publico, & ędificium conceditur occupanti l. quod in littore. ff. de acquir. rerum do. Licèt etiam cuilibet construere molendinum in flumine publico, prędcedente licentia principis d. l. quominus. cum ibi plene no. per Bar. ff. de flum. Pone ergo, ꝙ aliquis habebat molendinum in flumine publico vel ædificium in littore, quod impetu aquæ destructum est, ego differo refi cere, alius interim occupat aquam uel locum illum, ita ꝙ mea refectio impeditur. Quęritur, an istud ius prędoccupationis per me factę prędscribatur, & perdatur, & quāto tempore. Istam q. plene exa
minat Bar. in d. l. quominus. colu. antepen. q. 15. & Iaſ. ibi latissime.
col. 27. cum duabus seq. & Bar. in l. fi. in princ. per illum tex. not. ff.
2 de vsucap. & dic ut ibi late per Iaſ. † Et not. cautelam quam tradūt Ang. & Pau. de Cast. in d. l. fin. & refert Iaso. ubi supra, quòd adhoc ut non dicatur quasi possessio aquæ derelicta, vel ille locus derelictus, quòd ædificio seu molendino diruto, is ad quem spectat incontinenti protestetur, & de protestatione conficiatur instrumentum publicum, ꝙ non obstante destructione non intendit habere illum locum pro derelicto, sed reficiet, quàm primum poterit, & signum faciat imponi aliquos palos ligneos in aliquibus partibus clausuræ molendini, tunc enim eo inuito alius ibidem ædificare non potest. Et per hęc remanet expedita quarta pars huius quintæ partis principalis.

Deuenio ad quintam partem huius quintæ partis principalis, in qua ponam plures quæstiones extrauagantes utiles, & quotidianas circa materiam prædscriptionis, quę sub prioribus partis commode locari non potuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Quæsibile priuilegio an sit quęsibilę prædscriptione, uel consuetudine.*

Source : BIU Cujas

2 *Consuetudo, priuilegium & præscriptio non semper eandem vim dicuntur habere; quia multa quæruntur priuilegio, quæ non possunt quæri præscriptione.*

1 Et primo quæro † vtrum quæsibile priuilegio sit quæsibile præscriptione, vel consuetudine. Regula est, ꝙ sic c.duo simul.de offic.ord. & c.cũ contingat, de foro comp. circa fin.no.d.Abb.in. accedentes.col.pen.de præscri. Quæ regula procedit, quando præscriptio, vel consuetudo inducitur sciente & patiente illo, ad quem spectat concedere priuilegium, aliàs secus; quia multa possunt quæri præscriptione, † & sic
2 non semper priuilegium & consuetudo siue præscriptio habent eandem vim secundùm do.Ant.& Panor.in d.c.accedentes.& est glo.no.in clem.1.in verbo, limita de censi.& cle.1.in gl.fi. de priuil. de qua materia dic vt late per Fel.in d.c.accedentes.colum.3.4.& 5.in ver.quæsibile priuilegio, qui facit regulam cum 4.fallen. & est glo.magistra in c.catholica 11.distin.vbi Domini.& do.Prępo.col. vlt. tradunt docto. per modum distinctionis, & ad ibi plenè scripta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium & præscriptio an possint concurrere simul & semel, & an dicantur contraria.*
2 *Præscriptio potest causari a priuilegio insufficiente & inualido.*
3 *Priuilegiatus an possit contra tenorem sui priuilegij, uel ultra ibi contenta præscribere.*
4 *Impetrans priuilegium an uideatur renuntiasse præscriptioni.*

1 Secundo principaliter quæro † vtrum priuilegium & præscriptio possint concurrere simul & semel, & an dicantur contraria. Hanc q.mouet glo.in d.cap.nullus pluribus. de reg.iur.in 6. & concludit per plura, ꝙ præscriptio & priuilegiũ non sunt contraria in effectu, & ita firmat Bal.in l.1. col.pen.versi. item quæritur. C.de ser.fugi.vbi plus dicit, ꝙ præscriptio potest causam habere a priuilegio, etiam si erretur in iure. Bene facit tex.in c. cum personæ.cum ibi not.per Io.And.& Gem.de priuil.in 6. Subdit Bal. vbi supra ꝙ præscriptio & sententia non sunt contraria, &
2 dicit idem Bal.in l.solennibus. C.de fi.instr.† ꝙ præscriptio pōt causari a priuilegio insufficienti, & inualido, & ibi ponit, an circa priuile
3 gium cadat præscriptio. † Sed an priuilegiatus possit præscribere ꝛ tenorem sui priuilegij, vel vltra ibi contenta, vide per Inno.in c.ve-
4 niens. de præscrip. † Et præmissa faciunt ad q. an impetrans priuilegium videatur renuntiare præscriptioni, de qua est tex.cum glo. in c.veniens.de præscr.vbi Pan.post alios Cano.col.3.ver.circa istam materiam tradunt Doct.distinguendo, an priuilegium habeat formam contrariam præscriptioni, vel conuenientem, & an priuilegiũ impetretur post prescriptionem completam, vel ante, vt ibi latius per eum, qui etiam tangit post glo.& alios, an sufficiat sola impetratio priuilegij, ad exclusionem præscriptionis contrariæ, aut priuilegij contrarij, an verò requiratur vsus priuilegij. Dic vt late per omnes in d.c.veniens.quod est penultimum: an autem possit præscribi tenor priuilegij, & qualiter, vide per Imol.in repe.c.fin.colum.9. de præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Actio nundum orta quando est in partis facultate illam oriri facere, an possit præscribi.*
2 *Præscriptio an currat in actione hypothecaria ante factam excussionem.*
3 *Regula iuris canonici, quòd præscriptio non currit cum malafide, quo respectu procedere dicatur.*

1 Tertio quęro † vtrum prescribatur actioni nondum ortæ, quando est in facultate partis illã oriri facere. (Adde pulchre Bal.in cons.292. super eo &c.in 3.vol.) Pau.de Cast.in antiquis determinat ꝙ sic; quia qui potuit facere vt possit agere iam posse videtur l. qui potest.ff.de reg. iur. per quam regulam, vt ipse dicit, determinarunt glo.pignoratitiæ actioni posse præscribi: licèt ante solutionem vel oblationem debiti non sit orta; cum fuerit in potestate debitoris facere eam nasci, offerendo debitum, vt no.glo.in l.cum notissimi.§.1.in fin.C.de præscr.30.ann.& bene facit tex.in l.quibus diebus.in prin.cum ibi not.per Bart.ff.de cond.& demon.& in c.fi.de elect.& in l.3.§.quid ergo.ff.de cõtra. iud.tutel.ibi,& si quidem non postulauerit, sibi imputet &c.quę iura adducit Pau.de Cast.in cons.prę allega. secus esset si non esset in potestate partis facere, ꝙ obligatio & actio nascatur; quia obligatio fuit contracta sub ꝛditione casuali, vel mixta; tunc enim ante euentum conditionis præscriptio non currit d.l cũ notissimi.§.illud no. Corn.cons.44.in hac consultatione 1.col.2.vol. Et ꝙ non præscribatur actioni nondum ortæ puta actioni de euictione, antequàm res euincatur, est glo.in l.empti.C.de euic. Accedant, quæ plenè dixi supra in 1.q.4. partis huius 5.principalis circa prescriptionem iu-
2 ris offerendi. † Ex quo infero, ꝙ currit præscriptio in actione hypothecaria ante factam excussionem, cum sit in potestate creditoris illi dare ortum, quandocunq; vult cessante impedimẽto facti, licet contrarium consuluerit Alex.& malè, vt late dixi in 4.parte princi. col.32. & seq. Amplia hanc conclusionem, ꝙ prescribitur actioni nondum ortæ spatio 30.an: ſm cõem metam ſm prædicta, vt pro
3 cedat non obst.malafide; † quia regula iuris canonici, quæ habet, ꝙ prescriptio non procedit cum malafide c.fi.de præs.procedit respectu creditoris, cui actio competit, secus si non competit, sed competere potest acceptando, vt in legatario, vel hęrede. Nã ante additionem hæreditatis, vel acceptationem prescribitur ꝛ eos. Nec dicitur prescribens esse in mala fide: ita decidit singulariter Pet.de Anc. in c.fine.possessione.de reg.iu.in 6 quem refert & sequitur d.Soc. cons.63.in causa vertente inter dominam Catharinam. col.3.ver. preterea hanc partem. Et idem dicendum est in præsenti quæstio. quia est eadem ratio, vt satis patet, & plenius dixi supra in 3.q.2.partis huius quintæ principalis.

SVMMARIVM.

1 *Res prohibita alienari a lege uel statuto siue in ultima uoluntate aut per contractum an prohibitione ualida possint præscribi.*
2 *Deficiente possessione præscriptio non procedit.*
3 *Statutum est lex.*
4 *Prescriptio habet uim decreti in rebus, quæ nõ possunt alienari sine decreto.*
5 *Bona alienari prohibita fauore publicę utilitatis an possit præscribi.*
6 *Regula quòd ea quæ non possunt alienari, non possint præscribi, & econtra an procedat.*
7 *Spurius non potest contra patrem præscribere ex titulo lucratiuis.*

1 Quarto quæro † an res prohibita alienari a lege, uel a statuto, siue in vltima volun. aut ꝑ contractum prohibitione valida possit prescribi. (Vide plura ad hanc q. per Bertach. in reperto. in verbo præscriptio. 5. colum. 2. versic. præscriptio non procedit, & in verbo, præscriptio, sexto. in princi.) Istam quęstio. format Bar.in l.filius famil.§.diui.colum.vlti. in penul.quęst.ff.de leg.1. concludens talem rem posse præscribi ꝑ iura quę allega. Contrariam opin. tenuit ipse Bal.sibi in hoc contrarius in l.ubi lex. per illum tex.cum glo.ff.de vsuca. vbi firmat, ꝙ res prohibita alienari ꝑ legẽ, vel in ultima volũtate, vel in ꝛctu prohibitione valida impediente dominij trãslationem iuxta plene no. per Bar.& omnes in d.§.diui.& in l.qui absenti.§.ff.de acq.poss. non potest prescribi. Alex.in d.§.diui.colum.penul.versic.tetigit hic Bar.latè examinat hunc articulum, tandem concludit opin. Bart. ibi esse veram, quòd res prohibita alienari prescribi possit, sumpto fundamento; quia res quę est prohibita alienari sine certa forma vel solennitate, si interueniente illa solennitate est alienabilis, præscribi potest, ut concludunt Bar.& Doct.in l.fi.colum.pen. C. in quib. cau. in integ.rest. Sed res prohibita alienari per testatorem est alienabilis seruata certa forma, scilicet interueniente consensu illorum, quorum fauore facta est prohibitio l.quoties ab omnibus. C. de fideicom. Ergo est prescriptibilis, stante prędicto fundamento, ꝙ intelligit verum Alex. interueniente scientia illorum, contra quos præscribit. quia sic videntur tacite consentire. Aliàs secus per l.alienationis.ff.de verb.sign. vt ibi latius per eum. Istam q.plene explicat Pan. in d.l.cum non liceat, col.2.& 3.ver. & circa istam primam partẽ. de prescri.& cõcludit distinguendo. Quòd qñque lex prohibet rẽ alienari; quia eius commercium haberi non pōt, nec possessio, vt in rebus sacris & religiosis ac spiritualibus respectu laicorum, & in illis
2 non procedit prescriptio; † quia deficiente possessione, prescriptio nõ procedit, vt in c.cãm. de prescr. iuncta regula l.sine possessione. ff.de vsuca. Bene facit no.doctr.Io.And.& Gem.in c.2.de pręb.in 6.quam refert Fel.in c.cãm quę.col.1.& in c.accedentes. col.4.circa fi.de prę.ubi uolunt, ꝙ spatium tanti tpis cuius initij &c.nõ habilitet incapacẽ, quia deficit possessio uel quasi. Qñq; res prohibet alienari simpliciter fauore ipsius rei, vt in fundo dotali, & tũc prohibitio ipsa impedit ꝑscriptionẽ inchoari l.fundũ.ff.de fun.dot.no.gl. & Bar.in l.2.C.de vsuc. pro emp. sed iam inchoatã non impedit ꝑ fidei. dato ꝙ superueniat qualitas, super qua fundatur prohibitio legis, ut quia fundus post ꝛctum efficitur dotalis, tex.est no.in d.l.si fundum. Idem est ſm Pan.qñ res peruenit ad priuilegiũ, sed habentem priuilegiũ, ut non possit ꝛ eum prescribi, ut no.Io.And.in c.1. de iu.pat.in 6. & intelligi semꝑ dẽt, dicit Pan. ꝙ possidens sit bonęfi. vt quia ignorabat prohibitionẽ iuris probabiliter. Alias aũt error iuris nõ iuuaret in usuca.l.nunq̃ in prin.ff.de vsuca.cũ concor.ꝑ eum adductis. Qñ res non prohibet simpl'r alienari, sed sine certa solennitate, ut in reb.minorum & ecclesię, & tunc data bonafide, & exclusso iuris errore procedit præscriptio, si hẽt concommitantia sua, vt ibi latius per eũ exemplificantẽ. Et hęc procedunt, qñ res est prohibita alienari per leges, vel canones. Qñq; res est prohibita alienari per defunctũ, & idẽ dicendũ est, quod in prohibitione legis ſm Pan. ut ꝑscribi non possit stante prohibitione valida per tex.not.cũ gl.in l.1.C.de vsuca.pro emp. Et sic tenet Pan.cũ Bart.in d.l.cũ lex, qñ prohibitio fit in vlt.volun. Sed ꝛrium tenet idem Pan.ubi supra
3 qñ prohibitio fieret in contractu, ut ibi latius per eũ. † Si vero prohibitio fiat per statutum, dicit idem quod in prohibitione legis; quia statutum est lex in loco c.ius ciuile 1.dist. Et cum opinio.Panorm. licèt ipse non alleget, in multis concordat Bald in l.1. colum. 5. &
4 sexta. versicu. tertiò oppono. de ser. fugit. † ubi dicit plura notabilia verba ad propositum, & inter cętera, quòd prescriptio habet uim decreti in rebus, quæ non possunt alienari sine decreto, ut in re minoris l. lex quæ tutores. C. de administra. tutorum. (Quòd possit præscribi res minus solenniter alienata, adde text. in l. ſeruos.

Source : BIU Cujas

uos.& ibi Bal,C.si ven.pig.aga.)Et tñ hoc tenet cum Bar. in d.§.diui.& in d.l.fi.q̃ quando res potest alienari, seruata certa solennitate,possit præscribi contra opi. Pan,in d.c.cum non liceat. volentis, q̃ non possit præscribi res minoris vel ecclesiæ, nisi concurrentib. solennitatibus requisitis,cuius opi.procedere non potest;quia si requisita interuenerint,de præscriptione tractandum non est,presupposito q̃ res sit minoris vel ecclesię: esset enim translatum dominium per contractum solennem, & sic non caderet prescriptio in re sua l,sequitur. §.lana.ff.de vsuca. Si uerò res erat aliena, quæ fuit uendita tanquàm res pupilli,vel ecclesię. tunc nõ prescribitur contra minorem vel ecclesiam,sed contra illum,qui erat dominus.Nõ ob.tex.in l.2.C.de vsuca.pro emp.quia ibi concurrit duplex prohibitio.s.legis & testatoris,quę est potentior, quàm simplex:isto etenim casu impeditur alienatio,etiam in casibus aliàs permissis, vt est tex.no.in §.sanctissimas.in Auth.de alie.& emphy.no.Alex. in d.§. diui.col.1.Sed Pau,de Cast.in l.fi. C. communia de leg.in præsenti q.distinguit inter præscriptionem longi temporis 10.vel 20.ann.in qua requiritur titulus l.2.& l.super longi C.de prescri.longi tempo. vt ista locum non habeat in prohibita alienari prohibitione valida; quia titulus est nullus,& habetur pro titulo.d.§.diui.cum materia, & inter prescriptionem longissimi temporis 30.vel 40.ann.in qua non requiritur aliquis titulus, sed currit negligentia non petentis l. si quis emptionis §.1.l.sicut.& l.omnes.C.de præscri.30.ann.& illa poterit habere locum, non obstante prohibitione in re prohibita alienari;quia ibi non curatur de titulo?m Pau.cuius opi.secutus est Alex.cons.59.attentis verbis testis 3.vol.& Soc.referens istud consilium Alex.cons.251.quoniam in prœsenti consulta.col.pe. & Pet. Phil.Cor.cons.38.placet 4.col.in princ.1.vol. & cons.304.rem arduam 4.col.3.vol.& Iason d.§.diui.vlt.col.in 1.lect,sed idem Iason.ibi in 2.lect.tenet contra opi.Pau.in primo casu,quia dato q̃ venditio non valeat pp prohibitionem alienationis; tamen ex quo emptor habet iustam causam erroris;quia ignorauit prohibitionem,prout in dubio presumitur, talis iustus titulus causatus errore iusto sufficit ad præscriptionem,licet inualidus l.Celsus cum materia.ff.de vsuca.Vnde verior & magis communis videtur opi.Bar.in d.§.diui. q̃ res prohibita alienari in vltima voluntate, vel per contractũ prescribi possit cõcurrente titulo & bonafide prescribentis spatio longi temporis nedum longissimi.Quam opin.firmat Alex. ibi & Fel. in d.c.cum non liceat.col.3.ver.inquantum Abb.referens Alex.& sequuntur plures,quos ipsi allegant, nisi forte author esset in mala fide; quia tunc malafides eius noceret singulari successori in pscriptione longi tẽporis,sed non in longissimi;ut quia constaret ipsum habuisse notitiam de prohibitione per auth mala fidei cum materia sua.C.de prescr.lon.tempo. Quando autem esset prohibita simpliciter alienatio per legem uel statutum in omnes indifferenter,& sic prohibitio esset perpetua;quia tunc res non dicitur in commercio,vt est tex.not.in l.sine emptione.§.1.ff.de contrahen. empt.ibi. moribus ciuitatis in commercio non existunt, quem tex.adhoc allegat Bar.in d.l.filiusfam.§.diui.colum.3.ver.quæro, an per statutum, teneo q̃ res sic prohibita alienari non possit præscribi aliquo tempore,excepta prescriptione centenaria,quæ nunquàm cẽsetur exclusa,vt infra dicetur in 9.q.Sed si prohibitio legis vel statuti non esset generalis,sed specialis; vt quia statutũ prohibet bona existentia in territorio alienari in forenses,uel in nõ subditum,dicerem, q̃ non haberet locum prescriptio longi temporis, ex quo titulus est reprobatus a statuto.Sed bene locum habebit prescriptio 30. uel 40.ann.saltem data ignorantia statuti,in qua non curatur de titulo, dummodo adsit bonafides, quæ ex cursu tanti temporis in dubio præsumitur,licèt de titulo non appareat,vt vult Bar.in l.cum quærebatur.in fi.commen.C.unde vi.& dicam plenè in l.Celsus.in tertia parte.ff.de usuca. Nam toto tempore de iure ciuili tollitur omnis actio,& prescribitur quælibet res quantumcunque affecta vitio reali l.1.§.ad hoc. C.de anna.except. & plene dixi in secunda parte princ. in 12.q.colum.41. & quia isto casu non censetur prohibita alienatio propter ipsius rei naturam ex eo,q̃ nõ sit in commercio, vt in re sacra,vel religiosa.Sed potius fauore ciuium, & sic talis res erit prescriptibilis saltem spatio longissimi temporis. Ista doctrina colligitur ex verbis Bar.in d.l.fin.colum.pen.circa med.C.in quib. eau.in integ.resti.& Bal.& Saly.ibi circa regulam,de qua statim dicam. Et idem quando res esset prohibita fauore certę personæ,ut in fundo dotali quia ibi non habebit locum præscri.lon.tempo.& ita procedat tex. in d.l. si fundus.ff.de fundo do.qui proprie loquit de ista.Nec potest intelligi, quòd loquatur in prescrip.lon.tempo. quæ non erat cognita de iure Digestorum. gl.in l. qui occidit.ff.ad l.Aquil & in l.Iulianus.ff.ex quib. cau. maio. Idem quando res est prohibita alienari absque certa solennitate, vt in re minoris, pupilli vel adulti; quia si alienetur absque illa solennitate,non prescribitur, ex quo titulus est nullus,spatio longi temporis l.non est ignotum. C.in qui.cau.cessat long.tempo.præscri.sed spatio 30.ann.præscribitur res adulti,sed non res pupilli:vt no.in d.l.non est ignotum.& in l.bonæfidei.ff.de acquiren.rerum do.& dicam latius in sexta parte.in 23.casu primæ partis. Confirmatur ista conclusio;quia statutum in dubio non intelligitur excludere præscriptionem 30.ann. sed duntaxat longi temporis,vt dicetur plenè infra in 9.q.huius partis.Confirmatur etiam de his quæ sequuntur. Et ita reſideo.

5 † Addo, q̃ bona alienari prohibita fauore publicæ utilitatis prę scribi non possunt: ita Bald cons.121 quòd non possit,in fin.quarto volum.Quod verum est præscriptione communi,sed bene prę scribuntur prescriptione centenaria, vel tanto tempore,cuius initij &c.per ea quæ dixi supra in 7.q & in 2. limita. & quę dicentur
6 infra in 9.quęstio. istius partis. † Sed quęritur, an procedat regula, quòd ea quę non possunt alienari,non possunt prescribi, & econtra,vide per glo.& Bar.in d.l.fi.C.in quib.cau.in integ.resti.colum. pen.circa med.& ibi per Saly. colum.vlt. perfecte distinguentem, & Bald. in ult.not.qui concludit, q̃ si res simpliciter & indistinctè prohibetur alienari prescribi non potest.Et sic procedit argum.nõ est alienabile,ergo non est prescriptibile.Si uerò prohibita est alienatio cum modificatione, uel absque decreto, non procedit arg. & qualiter procedat ista regula no. Socyn. cons.275.in causa quę vertitur.colum.16.& cons.86.in causa communitatis castri moutis nigri.colum.fin. & dom. Pet. Phil. Corn. consilio 194. uidetur prima facie colum.penult.versicu.circa secundum tertio uolumi. ubi alleg.glo.in l.longę.ff.de diuer. & tempo. prescri. & dicit indistinctè,q̃ argum.non procedit,sed dic ut supra.Addo Bald.in rub. de præscrip.colum.fin.versic.item scias,ubi tradit regulam, quòd cuius rei non potest quis fieri dominus per traditionem factam a
7 domino, eius rei prescriptio non procedit. † Ex quo infert, quòd spurius non prescribit contra patrem ex titulo lucratiuo per l.nemo.cum glo.fin. de vsuca. pro lega. Item quòd res prohibita alienari a testatore non potest prescribi ex titulo habito a tali persona. De quo dic,vt dixi supra.

S V M M A R I V M.

1 *Res tacitè prohibita alienari an alienata præscribatur.*
2 *Agere non ualenti de iure non currit præscriptio.*
3 *Præscriptio ante euentum conditionis, an in rebus fideicommisso subiectis currat.*

1 **Quintò quæro** † quid de re prohibita alienari non prohibitione expressa, sed tacita, ut in re subiecta fideicommisso conditionali, quę est tacite prohibita ex mente testatoris alienari pendente conditione l.fin.§. sinautem sub conditione.C.commu.de leg.no.glo.in l.cum pater. §. libertis. ff.de leg.2.an si fuerit alienata prescribatur.Istam q.utilem & quotidianam attingit Pau.de Cast. in d.l.fin. §. sinautem sub conditione,quam legit cum §.sed nostra.colum.fin.uersic.adde aliam utilitatem,ubi concludit in effectu, quòd non solum pendente conditione cessat vsucapio,uel prescriptio: quia fideicommissarius ad-
2 huc agere non potest, † & non valenti agere de iure non currit prescriptio.l.1.in fin.C.de ann. except.sed etiam postquam conditio extiterit,non poterit emptor incipere vsucapere,uel prescribere longo tempore: quia in reali prescriptione requiritur titulus l. nullo. C. de rei uend. Ex hoc fingitur nunquàm interuenisse titulus,quia tex. in d. §. sinautem sub conditione. irritat alienationem in euentum conditionis, ut ex tunc bene tamen poterit incipere prescriptio longissimi temporis; quia in illa non requiritur titulus, ita illum tex. declarat ibi Pau .de Cast. subdens, aduerte tamen ad unum, in quo his diebus consului: nam uerum est, q̃ illa res non potest usucapi,uel prescribi, quando alienatio facta fuit per personam prohibitam alienare,ut est ipse grauatus de restituendo, & ita loquitur ille tex.Si autem alius penitus extraneus,qui non continetur sub prohibitione,qui forte rem tenebat,vt suam alienauit,non nomine grauati,sed suo proprio valeret uenditio,sicut de qualibet re aliena in prejudicium ipsius uenditoris, & sic ex ea tribueretur titulus habilis ad vsucapiendum uel prescribendum contra illũ qui agere posset post euentum conditionis,vel quando fideicommissum esset puerum de presenti, uel in diem certum post diẽ:& hoc videtur tenere Bal.secundum Pau.in l.2.C.de vsuca.pro empto.ita no.concludit Pau.de Cast. ubi supra. Cuius doctri.latè firmat do. Pet.Phil.Cor.cons.117.licèt in hac consultatione 1.2.& 3.colum. 1.volum.vbi plenè explicat intellectum illius §.sinautem sub conditione. Et quòd in casu d.§. procedat prescriptio post euentum conditionis,firmat idem Corn.cons.294.uidetur prima facie. col. pen.versic.circa secundum,3.vol.& cons.304.rem arduam.col.4. vbi etiam latè sequitur predictam doctrinam Pau.de Cast.col.14.
3 per totum 3. vol. & fortius dicit,† q̃ in rebus subiectis fideicommisso currit prescriptio,etiam ante euentum conditionis,quando possessor habuit titulum ab alio, quàm à fideicommissario, & refert ita velle Pau.ubi supra,sed non est uerum;quia ipse dicit,ut supra retuli.

S V M M A R I V M.

1 *Renuntiari an possit præscriptioni,& illi per pactum derogari. nu. 2.*
3 *Iuri introducto in odium alterius potest cum iuramento renuntiari.*
4 *Desinentia unius est origo alterius.*
5 *Iuri iam quæsito potest per pactum renuntiari,sed per pactum non potest fieri,ne prescriptio currat in futurum.*
6 *Prescriptio plus potest, quàm pactum.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Franc. Balbi. De Præscriptionib.

1 Sexto quæro † an possit renuntiari præscriptioni & illi per pactum derogari. Hanc q. mouet Bar. in l. nemo potest, colum. penult. versic. quærit Dy. ff. de lega. 1, concludens quòd præscriptio per pactum tolli nõ potest, siue cursus prescriptionis impediri motus; quia vsucapio, & præscriptio est introducta principaliter propter bonum publicum, per l. 1. ff. de vsucap. & odio creditorum. Ergo illi renuntiari non potest l. ius publicum. ff. de pac. iuncta l. tametsi. ff. ad Macedo. Sed Barto. in d. l. 1. aliter sentit, distinguendo inter præscriptionem odiosam & fauorabilem, vt ibi per eum. Alexan. in d. l. nemo potest, colum. penult. post relatas varias opi. dicit, quòd substantiabilior videtur opi. Bar. ibi per rationes suas. Et opi. Bar. firmat Areti. ibi circa finem commen. & dom. Prepositi. qui attestatur eam esse communem in c. 1. §. præterea. in titu. de cap. Corra. & Angel. Areti. Institu. de vsucap. in princi. colum. 2. & 3. in fine. Eandem opin. sequitur Panormit. in rub. extra de præscri. colum. fin. vbi Felyn. colum. penul. & fi. hanc q. diffusè examinat, & facit regulam secundùm opin. Bar. quam di
2 cit communem † quòd regulariter præscriptioni non possit per pactum renuntiari, cum 7. fallen. Sed dum Bar. in dicta l. nemo potest, dicit, quòd præscriptio est introducta principaliter in fauorem publicum, non bene loquitur; principaliter enim fuit introducta, propter vtilitatem priuatam, licèt secundario propter bonum publicum, & ita procedit tex. in d. l. 1. de vsucap. secundum Ang. Imo. & do. Alex. in d. l. nemo potest. colum. pen. & colligitur ex doct. Bart. in l. 1. colum. 5 4. ff. fol. mat. & quamuis præsuppositum Bar. non sit verum, tamen procedit arg. quia iuri inducto principaliter ob priuatam vtilitatem, & secũdario propter vtilitatem publicam renuntiari non potest, vt per Bar. in l. ius publicum. ff. de pac. & per Ang. Imo. Are. d. Alex. & Mod. in d. l. nemo potest. vbi Ias. colum. antep. Istam conclusionem, q̃ per pactum non possit renuntiari præscriptioni, siue impediri cursus prescriptionis, ampliat Bar. vbi supra p̃. cedere nedum in præscriptione legali, sed etiam in prescriptione statutaria. (Vide Raph. Cu. consi. 90. visa copia præcepti.) si statutum dicat, quòd debitum prescribatur decem annis, quia secundùm Bart. hęc præscriptio currit negligentia non petentis, & sic dicitur odiosa l. fin. in fi. cum glo. C. de edic. diui Adria. not. Dyn. in c. possessor. de reg. iur. in 6. Sed videtur dicendum contrarium; quia illa l. fin. cum glo. & Dyn. loquuntur in præscriptione 30. anno. nam illa bene est odiosa; quia procedit absque titulo & bonafide sola negligentia non petentis, præscriptio vero decem annorum dicitur mixta, non autem mere odiosa, ergo fundamentum Bar. nõ procedit. Huic motiuo respondet Ias. in d. l. nemo potest. colum. antepen. in 2. lect. q̃ ista prescriptio statutaria decem annorum est subrogata in locum prescriptionis iuris communis 30. anno. Ideo assumit eius naturam, & censetur odiosa, prout illa, secundum Bal. in l. in contractibus. in prin. in 1. no. per illum tex. C. de non nu. pec. & in c. si quis per 30. col. vlt. in tit. si de feudo fue. contro. vbi no. q̃ prescriptio statuaria minuens prescriptionem longioris temporis assumit eius naiuram concor. adductis per Felyn. in c. illud. colum. 2. de prescriptio. Aduerte tamen; quia licèt Alex. & Ias. in d. l. nemo potest. post alios ita sicco pede transeant cum hac conclusione Bar. qui præsupponit valere statutum, quòd debitum prescribatur 10. annis, prout latius tenuit ipse in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. q̃ hoc non est verum; quia tale statutum non valet de iure canonico tanquam nutritium peccati propter malamfidem præscribentis, vt voluit idem Bar. sibi contrarius in l. omnes populi, in 8. col. ff. de iusti. & iu. vide Angel. Areti. Institu. de vsucap. in prin. colum. 4. vbi refert dicta Bart. in d. l. nemo potest. vbi dicit in terminis, q̃ non valet statutum, q̃ qui per decem annos debitum suum non petierit, cadat a iure suo, & ista est communis opi. & vera, vt plenè dixi in tertia parte principali, in 14. quest. 2. partis ipsius tertię.

3 † Primo prędictam communem conclusionem, q̃ per pactum non possit renuntiari prescriptioni, limitat Alexan. in d. l. nemo potest. ut procedat, nisi interuenisset iuramentum; quia cum iuramento potest renuntiari introducto in odium alterius ea. significante. de pigno. & etiam iuri introducto secundario propter publicam vtilitatem c. cum contingat. cum ibi plene no. de iureiur. Secundo istam conclusionem limitat Bar. in d. l. nemo potest. dicens cautelam, vt non procedat, quando esset factum pactum, q̃ finita prescriptione per lapsum decem annorum prefixorum a statuto, iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi, quoties completa fuerit prescriptio, per tex. not. in l. sicut in annos. in prin. ff. quib. modis vsufruct. amit. (Adde Ang. Aret. Instit. de usucap. in prin. col. 4.) Et sequitur Bar. in repe. l. cunctos populos 40. col. C. de sum. Trin. dicens q̃ illud, quod non potest fieri per viam renuntiationis, fiet per viam repetitę obligationis, ideo non potest testator, possunt contrahentes dicere. Quoties prescriptum fuerit, toties iterum deberi
4 volo; † quia desinentia vnius est origo alterius ſm Bald. in l. 2. C. vt in possess. lega. Et sequit Cepo. caute. 94. & caute. 100. & 109. Hinc dicit no. Bar. in d. l. sicut in annos, in fi. princ. q̃ si in legato vel obligatione est apposita dictio, quandocunque, vt q̃ quis possit petere quandocunq;, presuppositio, q̃ currat prescriptio statuaria 10. an. Tamen propter dictionem, quandocunq;, intelligitur facta repetitio, & sic censentur plura legata, uel plures obligationes, & consequenter impedietur cursus prescriptionis. Sed istam limitationem & cautelam reprobat latè Ias. in d. l. nemo potest. colum. penult. in 2. lect. Quia per eam fieret fraus statuto, ut ibi latius per eum. Et eandem latius reprobat Felyn. in d. rub. de prescrip. colum. penul. in 7. fallentia, vbi tangit, an per illa uerba. Promitto perpetuo uel omni tempore obseruare, uel nullo vnquàm tempore contrauenire. & similia, impediatur cursus prescriptionis, & quid si quis promisit soluere semper, uel quandocunque, uel omni tempore. Per quę verba tollatur prescriptio, siue excludatur, vide per Berta. in repe. in verbo prescriptio. 6. colum. in fi. in verbo prescriptio contra creditores, & ibi in sequen. ver. vide an prescriptio possit impediri per pactum, & quando quis promisit perpetuo attendere &c. uide Socy. consi. 86. colum. fin. uersic. secundo probatur. & consil. 166. colum. penult. circa finem, vbi firmat, quòd præscriptioni nõ possit renuntiari, nec tacitè, nec expressè.) & allegat text. not. in l. quòd si nolit. §. si quid ita, & ibi Angel. ff. de ædili. edic. & glo. in l. 1. in uerbo, omni tempore. ff. de excus. & examinat dicta Bart. in d. l. nemo potest. ubi per Alexan. de his uerbis. colum. fin. Et tandem concludit Fely. quòd tales cautelæ & talia uerba non operantur in illis præscriptionibus, quibus expressè renuntiari non potest, vt est regulariter; quia si non potest renuntiari expressè, ergo nec tacitè. Contrariam partem, quòd talia verba generalia, & indeterminata respectu temporis tollant præscriptionem. (Vide Bald. consi. 154. tertio volum.) firmat latè Barba. consilio 51. præscripsit sapientię fons. colum. 10. & 11. & dom. Fabianus in suo tracta. de emptio. & uenditio. in 3. quęst. 7. q. principa. Sed propterea non est recedendum a conclusione Felyn. quæ est uera & magis communis, ut apparet ex allegatis per eum. † Tertio prædictam communem conclusionem limitat & declarat Bart. in dicta l. nemo potest. procedere respectu futuræ præscriptionis, sed non respectu præteritę; quia iuri iam quæsito potest per pactum renuntiari, sed non potest per pactum fieri, ne prescriptio currat in futurum, ut ibi per Bart. & sequuntur communiter Docto. & Felyn. in d. rub. de prescriptio. colum. penul. in 1 fallen. & Areti. Institu. de usucap. in prin. colum. tertia. Sed miror, quòd tanti patres non aduertant, quòd ista q. uidetur hodie superflua saltem in actione personali, in qua principalis debitor nunquam potest præscribere propter malamfidem, nec etiam hęres eius; quia ipse tenetur exonerare conscientiam defuncti secundùm communes conclusiones, ut plenè dixi in tertia parte princ. in 12. quæstio. primę partis ipsius tertię, & ideo in obligatione personali quę non transit, nisi in hęredem, & non sequitur fundum nec singularem successorẽ l. j §. si hęres. ff. ad Treb. non expedit, q̃ renuntietur prescriptioni, ex quo non currit, nec inchoatur propter malamfidem: & pariter nihil operabuntur illa verba, q̃ promisit soluere quandocunque. uel perpetuò & similia, si prescriptio non currit, & ideo Bar. in d. l. sicut in annos. fuit in errore suo, q̃ actioni personali prescriberetur cum malafide, prout ipse tenuit in l. sequitur. §. si viam. ff. de usucap. cuius opin. est communiter damnata, ut alias plenè dixi. Poterit ergo procedere ista q. in iuribus realibus, ut in prescriptione seruitutum & aliorum iurių realium, prout propriè loquitur Bar. in d. l. nemo potest. Et adhuc tunc uidetur dicendum, q̃ prescriptio non procedat, non quidem p̃p nullitatem pacti, sed p̃p malamfidem paciscentis, ut considerat Fel. in d. rub. col. ult. uer. postremò considera. Posset etiam procedere in actione personali, quando quis esset obligatus ex facto sui procuratoris, quod ignoraret, quæ ignorãtia est tolerabilis l. quod vulgo. ff. pro empto. quia tunc diceretur in bonafide & præscriberet etiam in actione personali, ut declarat But. in c. fi. de prescr. & Imo. in l. sequitur. §. si uiam. col. 3. de usuca. & est de mente Pau. de Cast.
5 in l. fi. §. 1. circa fi. commen. ff. rem ra. hab. † Ex prędictis uidetur inferri, q̃ prescriptio plus possit quàm pactum; quia non potest per pactum regulariter tolli, ut supra apparet, & ita dicit Areti. in l. 4. §. Cato. colum. 5. ff. de uerb oblig. qđ probat; quia unus ex socijs potest acquirere seruitutem fundo communi per prescriptionem, sed non per pactum, per iura quę alleg. glo. tamen l. 1. in uerbo, cohęredibus. ff. fam. ercis. dicit contrarium, q̃ plus operatur prescriptio quàm pactum, sed non est uera, & reprobatur communiter per Doct. in terminis in quibus loquitur. no. Cepo. in tracta. seruitur. urba. prędi. c. 20. colum. 4 circa princ. Hinc dixit no. Barbat. consil. 40. prędare scribitur. colum. fi. q̃ prescriptio conuentionalis fortior est prescriptione legali: alibi tamen dixit Bald. in l. 1. C. de seruit. & aqua. q̃ prescriptio ęquiparatur pacto, & habet uim cõtractus, refert Soc. consi. 86. in causa communitatis castri montis, colum. fi. ver. 4. hęc conclusio &c. Addo Bald. idem dicentem consi. 187. quia consuetudo 4. vol. & retulit in 1. parte, col. 9. & 10.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum an possit præscriptionem tollere.*
2 *Sublata præscriptione simplici, an intelligatur sublata consuetudo.*
3 *Statutum tollens exceptionem præscriptionis an comprehendat præscriptionem iam completam.*
4 *Præscriptio statutaria 40. anno non tollit præscriptionem 10. ann. iuris communis inter prȩsentes cum titulo.*

Septimò

Source : BIU Cujas

1 Septimo quæro †an statutum possit tollere præscriptionem. Bal. & Salyc. in l. receptitia. C. de consti. pecu. concludunt quòd sic. Eandem conclusionem firmant Butri. & Imol. in c. cum nobis. de præscript. (Adde Ang. in Authen. vt decęte. non fi. commu. ver. & not. colum. 5. & not. quòd præscrip. statutaria 10. anno. contra executionem instrumenti non obstat agenti via ordinaria, vide late Bertach. in repert. in verbo, guarentigiæ executio. versic. 19.) & sequitur Fel. in rub. de præscrip. colum. pen. versic. fallit sextò, vbi tradit, an sint paris potentiæ pactum & statutum, de quo per Moder. in repeti. l. vt vim. colum. 3. ff. de iusti. & iure. Addo Barto. in l. cum satis, colum. 1. C. ne rei domi. vel templo. vbi tradit, quando valeat statutum excludens præscriptionem. † Sed est notandum, quòd sublata præscriptione simplici, non intelligitur sublata consuetudo; quia aliud est quàm præscriptio, vt dixi in vlti. quæstio. quartæ partis huius quintæ princ. in 1. limita.

2

3 † Sed dubitatur, an statutum tollens excep. præscriptionis extendatur ad præterita, vt comprehendat præscriptionem iam completam. Pau. de Cast. cons. 293. viso puncto. in antiquis. col. 2. ver. nec obstat. determinat quia non per plura quæ alleg. Sed nunquid statutum disponens, ꝙ res immobilis præscribatur 20. annis absque titulo tollat præscriptionem longi temporis cum titulo a iure communi introductam, vide per Paulum cons. 292. aliàs 296. venditio ista. in antiquis, & per d. Bertac. in reper. in verbo. præscriptio. 2. circa fi. 3. colum. vbi refert quendam d. Marchum de Perusio consul

4 uisse, † ꝙ præscriptio statuaria 15. ann. non tollit præscriptionē 10. anno. iuris communis inter præsentes cum titulo.

S V M M A R I V M.

1 *Derogari an possit præscriptioni per priuilegium.*

2 *Princeps potest derogare præscriptioni cum clausula non obstante &c. sed non inferior.*

3 *Præscribi an possit contra concessionem seu priuilegium Papæ factum de plenitudine potestatis.*

1 Octauo quęro †an per priuilegiū possit præscriptio tolli, vel illi derogari. Bar. Bal. Sal. Pa. & communiter omnes in auth. quas actiones. colum. vlti. C. de sacrosan. eccl. post glo. ibi concludit, ꝙ sic, dummodo in priuilegio sit clausula. non obstante. Aliàs dicunt, ꝙ non valet priuilegium contra præscriptionem. Quam conclusionem late firmat Felyn. in c. nonnulli, in prin. col. 13. de rescrip. & vltra eum latissimè d. Franc. de Are. cons. 15. reuerendissime pater. colum. 3. cum duabus seq. in 2. dub. vbi plene disputat, an sufficiat clausula ex certa scientia, vel de potestatis plenitudine, pro sufficienti derogatione absque alia speciali.

Eandem conclusionem tenet Ang. in l. 1. ff. de concus. Alex. consil. 16. in causa & lite. col. 6. & 7. ver. nec ad hoc obstat. 5. vol. Socy. cons. 86. in causa communitatis castri montis. colum. fin. & Iaso. in d. auth. quas actiones. colum. 7. ver. sum. in 6. parte. C. de sacrosanc. eccl. Et hanc conclusionem intelligo procedere respectu futuræ præscriptionis. Non autem respectu præteritæ; illa enim non posset tolli per principem; quia esset auferre ius quæsitum, quod esset cōtra naturalem æquitatem, in his terminis dicit Bart. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, videbitur. circa fin. & per ea quæ late not. in

2 c. quæ in ecclesiarum. de consti. † Ex qua conclusione correlarie infero, quòd princeps potest derogare præscriptioni cum clausula. non obstante, sed non inferior a principe, quia non posset vti tali clausula, nec derogare iuri, ut latè per do. Alexan. & Moder. in l. ne

3 mo potest. colum. 1. ff. de leg. 1. † Quid autem econtra, an possit præscribi contra priuilegium seu concessionem Papæ factum de potestatis plenitudine. Bald. in l. secunda. in 5. q. C. de serui. & aqua. concludit, quòd sic.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum tollens præscriptionem, de qua præscriptione sit intelligendum.*

2 *Præscriptio centum anno. nunquam intelligitur per statutum, uel priuilegiū exclusa.*

3 *Statutum disponens, contra iustrumenta dotalia nulla currat præscriptio, non intelligitur de centenaria.*

4 *Actio quæ non tollitur minori spacio præscribi potest spacio quadraginta anno.*

5 *Consuetudo vel præscriptio cui lex resistit, an sit ualida.*

1 Nono quęro †præsupposito ꝙ per statutum vel priuilegium possit impediri, vel tolli præscriptio, vt in duabus prox. quæstio. concluſum est, quę præscriptio in dubio intelligatur esse sublata, & cuius temporis. (Vide plene d. Bertach. Firma. in reperto. in verbo præscriptio. 2. colum. versicu. præscriptio 40. anno. plura allegantem & in verbo præscrip. 9. ver. prescriptione sublata.) In hac quæstione Bal. tradit no. doctri. in §. præterea. circa fin. in titu. de capi. Corra. vbi est gl. no. dicens, quòd pro glo. ibi Doct. inclinant, quòd exclusa prescriptione per legem vel statutum, in dubio, nisi subiecta materia aliud suadeat, intelligitur de præscriptione decem, vel 20. anno. in realibus, vel in personalibus intelligitur remota præscriptio longissimi temporis 30. an. ex quo minor non currit, sed si priuilegium, vel statutum potest operari in præscriptione longa de illa sola intelligitur loqui, non de longissima, vt minus corrigat ius commune, quam doctrinam sequuntur communiter Docto. in d. §. præterea. maximè d. Præpo. colum. vlt. Et eam sequitur, & commendat Panorm. in c. fin. col. 7. vel 8. versic. quæro quid si statuto, de præscript. & Felyn. in rub. de præscript. colum. vlt. versic. considera secundo. Et vltra eum Areti. pulchre cons. 15. reuerendissime pater. colum. penult. in 3. dubio. Sed contra istam doctri. facit decisio Bar. in d. l. cum satis. colum. 1. C. de agri. & censi. lib. 11. & vult, quòd si statutum dicat, quòd instrumenta dotalia mandentur executioni, nulla longi temporis præscriptione obstante, intelligitur esse sublata præscriptio, nedum 30. sed etiam 40. anno. quia statutum loquitur simpliciter, & ideo simpliciter est intelligendum. Et tamen tale statutum poterat operari in præscriptio. 30. anno. ergo non debet extendi ad præscriptionem 40. & propterea Alex. ibi in apost dicit, ꝙ illud dictum Barto. sibi nunquàm placuit. Vnde credo, quod non procedat; quia est contra prædictam doctri. ab omnibus communiter approbatam.

2 † Et not. ꝙ præscriptio. centū anno. nunquā intelligitur esse exclusa per statutum vel priuilegium, ita probat tex. no. cum gl. in Auth. vt decęte. commu. non fiant, in verbo, præscriptione. (Adde Iaſ. in l. 1.

3 colum. 2. ff. solu. matrim.) & ibi no. Ang. inferens, † ꝙ statutum disponens, vt contra instrumenta dotalia nulla currat prescriptio, nō intelligitur de centenaria, & notat Bald. & Ang. in l. 1. per glo. ibi. C. ne rei domi. vel templo. & in l. omnes. C. de prescr. 30. anno. cum concor. adductis per Alexan. in l. nemo potest. colum. vlt. ff. de legatis primo, & plene no. Felyn. in rub. de prescrip. colum. vlt. versi. considera secundò, latè confirmans istam conclusionem. quòd præscriptio centenaria, vel tanti temporis, cuius initij &c. nūquam censetur exclusa per statutum vel priuilegium. (Adde dominum. Bal. nouellum in tractatu dotis in septima parte, columna quinta.) Et inter cętera adducit decisionem Bar. & Ang. in l. si quis decurio. la 2. C. de decur. lib. 10. dicentium, quòd si statutum disponat, vt instrumentum exequatur, reiecta exceptione prescriptionis, nō intelligitur de prędicta, & vltra Felyn. addo Bald. in l. 1. colum. 2. circa medium. C. de anna. exceptio. ubi pulchrè dicit, quòd si in noua lege, vel statuto dicatur, nulla præscriptione obstante, vel quòd nulla currat præscriptio, non intelligitur exclusa prescriptio centenaria, quinimo tanto tempore excluditur omnis actio: quia omne quod sub mundiali machina gubernatur, renouatur in centum annis, quod est longissimum tempus vitæ hominum l. finali. C. de sacro sanc. eccle. Eandem conclusionem late firmat Aret. in præallega. consi. 15. Reuerendissime pater. colum. penulti. in 3. dubio, vbi clarè loquitur in pręsenti articulo, & in consilio 30. viso themate, col. tertia. dom. Præpo. in dicto §. præterea. colum. vltim. & Alexand. consilio 40. omisso multiloquio. circa finem primo vol. cons. 16. in causa & lite, col. 6. & 7. ver. nec adhoc obstat 5. vol. vbi fortius refert tenere Ang. in l. cum satis. C. de agri. & censi. lib. 11. ꝙ nunquā intelligitur exclusa prescriptio 30. anno. Paulus dixit Ang. in l. 1. ff. de concus. vt refert Alexan. in consi. proxime alleg. quòd non potest induci priuilegio uel statuto, ꝙ nulla prescriptio currat, sed nō dicit verum; quia licèt statutum dicat, ꝙ nulla prescriptio, non intelligitur de centenaria, vel tanti temporis cuius initij &c. sed de prescrip. longi uel longissimi temporis, iuxta cōem doctri. Docto. in d. §. prę terea. de capi. Corra. quàm supra retuli. Et ꝙ possit induci statuto, ꝙ nulla currat prescriptio firmat Bald. in d. l. 1. C. ne rei do. vel templo. Eandem conclu. tenet Panor. in d. c. fi. col. 8. ver. quęro quid si statuto. de prescri. (Adde eundem Pan. cons. 94. videtur primo 1. vol.) dicens ꝙ nō intelligitur in dubio exclusa prescriptio tanti tempo. cuius initij &c. Quia est alterius naturę & fortioris potentię, cū obtineat uim priuilegij l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quot. & ęsti. nam satis est, ut ipse dicit, statutum posse operari respe

4 ctu possess. longissimę. † Non obstat, si contra prędicta opponatur de l. omnes. C. de prescr. 30. an. vbi dicitur, ꝙ omnis actio, quę minori tempore non tollitur, prescribitur spatio 40. an. Quia illa l. nō procedit, qñ prescriptio est specialiter prohibita, & in casib. in quibus est specialiter prouisum, ꝙ nulla pscriptio obstet, quos oēs colligit gl. magistra in l. fi. C. de fund. limit. lib. 10. quia illi nō includunt sub generalitate d. l. oēs, ut sentit illa gl. in his tñ casibus obstabit prescriptio c. an. ita declarant Bald. & Ang. in d. l. 1. C. ne rei domi. uel templo. & in d. l. oēs, col. fi. dicentes, ꝙ illa l. fallit in duabus ll. seq. videlicet in casu l. prescriptionē. & l. comperit. eo. tit. In precedentib. uerò illa l. dat regulam, ꝙ ubicunque inuenies aliquem casum, in quo per legem sit specialiter prouisum, ꝙ nulla currat prescriptio, ibi non sufficit cursus 40. an. & ponūt exemplum in pluribus ll. per eos adductis, & vī eadem lect. vtriusq;. Sed ubi aliquo excogitato ingenio possit esse, ꝙ actio non extinguitur 30. annis, tunc perit spacio 40. an. d. l. oēs. Et dicit Bald. vbicunq; inuenis non sufficere tm cursum per clausulam derogatoriam dicens sufficere per c. anno. per ea quę ipse not. in l. 1. eo. tit. Saluo ubi lex afficiens rem de cuius prescriptione tractatur prohibet eā prescribi tāquam nullo mō prescriptibilem, neq; aptam possideri, vt in re sacra, libero homine & alijs quę non sunt in cōmertio nostro, vt in l. vsucap. ff. de vsuc. & in his quæ sunt in vsu publico, sicut uia publica l. uiam publicam

Source : BIU Cujas

ff.de via pub.quia ista non prę scribuntur etiam spacio c. anno.ita declarat Bal.in d.l.omnes.circa fi.& sequitur Ioan. de Pla. referens Angel.in d.l.omnes, & in d.l.1.in l.si quis decurio.la 3.C.de decur. lib.10. & concludens cp talia non præscribuntur etiam mille annis, per glo.in l.2.C.de inge.& manu.& in l.fi.C.de præscr. colum. pen. & plenius in c.accedentes,colum.4.circa fin.& sequen.versic. fallit
5 tertiò, de prę script † concludens, quòd vbi l.reliſtit prę scriptioni, vel consuetudini, nulla valet etiam cuius initij memoria non extat, quod declara,vt ibi latius per eum, qui reprobat Panorm. in cons. 26.in quæstio.quæ ad prę sens uertitur. ad finem secundo vol. vbi voluit, impręscriptibilia posse prę scribi tanto tempore cuius initij &c. & de his latius dicam infra in sequenti vltima parte in primo articulo.

S V M M A R I V M.

1 *Lex uel statutum quanto tempore per non usum uel per usum contrarium tollatur.*

1 **Decimò quæro** † quanto tempore tollatur lex vel statutum per non vsum vel per vsum contrarium,& hę quanto tempore prę scribitur legi vel statuto. Istam quæstionem examinat Canon.in c.1.de trega & pace,& maximè Panormit. & Felyn.latissimè colum.3.versicu. lex noua, cum septem sequen.colum.vsque ad finem,& vide Iaso.post alios in l.rem non nouam.per glo.ibi C.de iudic.pulchre Aret. cons.10. procedendum est, colum.secunda.Alexan.cons.sexto.viso themate. prima colum. & latius consil.132. visa facti narratione. primo volum.Barba.inter consil.Alexand.consi.124. super primo 4. col. quarto volum.

S V M M A R I V M.

1 *Lex iniusta an possit prę scribi.*

1 **Vndecimò quæro** † vtrum possit prę scribi lex iniusta.glo. in ca. inter cętera 16.quæstio.3.dicit, quòd si lex est iniusta, nunquàm valet aliquo temporis cursu,per tex.in c.erit autē lex. quarta distinctione. Subdit illa glo. quòd contra legem prę scribitur spatio 30. anno. per tex.in l.2.§.exactis.ff.de origi.iur.de quo dic vt plene habetur in locis in proxima quæstione adductis.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo dicitur lex non scripta,& quanto tempore præscribatur.*
2 *Consuetudo contra ius siue præter ius præscribitur 10.an.de iure ciuili, concurrentibus extremis requisitis.*
3 *Extrema requisita ad inducendam consuetudinem quot sint.*
4 *Consuetudo una si sit alteri contraria an una illarum tollatur.*
5 *Considerandum aliud est in præscriptione & aliud in consuetudine.*
6 *Consuetudo & priuilegium æquiparantur.*
7 *Consuetudo quo casu assumat naturam præscriptionis.*

1 **Duodecimò quæro** † quanto tempore prę scribatur consuetudo,quę dicitur lex non scripta l.de quibus.ff.de legi.& sic quæ dicatur consue
2 tudo prę scripta. † Breuius est conclusio, cp de iure ciuili consuetudo contra ius siue præter ius prę scribitur decem annis, concurrentibus extremis requisitis,vt no. Bar.col.10. & communiter Doct. in d.l.de quibus.& in l.1.& 2. C. quæ sit longa consue. Sed de iure cano. si sit contra ius, requiruntur 40. anni. Si verò sit præter ius, sufficiunt decem anni,vt concludunt communiter Cano.in c.fin. de consue.vbi late Abb. Panorm.colum.7. versic. quantum verò tempus, quæ assignat rationem diuersitatis inter ius canonicum,
3 & ciuile, † & ponit octo extrema requisita ad inducendam consuetudinem. (Adde cp quantum tempus requiritur ad inducendā consuetudinem,tantum requiritur ad tollendam.Alex.in consi.5. colum.2.in 5.uol.& ideo ad tollendam consuetudinem per ecclesiam inductam requiruntur 40.anni & ibi dicit etiam, quòd quando consuetudo est contra ius scriptum,requiritur tempus triginta anno.per glo.not.in l.domini prędiorum. C. de agri. & censi. lib. 11.quòd ita intelligit Bal. in c.1.in princ.in tit.qualiter olim feu. po. alię.& illam not.ad hoc Alexan. in cons. 69. in 2.vol.not.etiam, cp quando fit mentio in aliqua dispositione de consuetu. debet intelligi debet legitima præscripta:ita not. Alexan.in d.cons.5.in 2.col.) Et not.omnes in d.l.de quibus,vt d.Iaſ.colum.12. & sequen.super glo.in verbo,inueterata.plene ponit, quæ consuetudo dicatur præscripta, & quantum tempus requiratur de vtroque iure, & quòd appellatione consuetudinis intelligi debet de præscripta, vt ibi la-
4 tius per eum. † Sed dubitatur, an vna consuetudo contraria præcedenti consuetudini tollat eam, gloss. est singularis in l.nemo. §. temporalis.ff.de regu.iuris, quę distinguit, quod si prima consuetudo erat prę scripta, tunc non tollitur per aliam consuetudinem non prę scriptam. Aliàs sic, & ad illam glo. duas limitationes refert Iaso.in dicta l.de quibus,colum.23.circa finem.Et vltra eum addo Panormit.dicta glo.plenius declarantem in dicto cap.fina. colum. decima,circa finem,versicu.sed quero.de consuetu.Alexan.in l.secunda,in fine princi.ff.soluto matrimo.post Barto.ibi, Roma. singula.incipien.consuetudo.colum quarta.& Panormit.cons.94.videtur prima facie.ad finem primo volum. Et no.quòd si consuetudo prę scripta aliquid contra ius commune inducens tollatur per legem superuenientem seu per statutum, quòd talis consuetudo semel sublata nō posset iterato prę scribi, ita Bal. in c.1.de capi.Corra.motus per tex.in l.tertia §.diuus.ff.de sepul. viola. cum concor. ad hoc adductis per Iaſ.in dicta l.de quibus.colum.vigesimaquarta.in principio.Et circa differentias inter prę scriptionem,& consuetudinem, quas posui in vltima quęstione primę partis principalis
5 not. † quòd in prę scriptione consideratur speciale ius prę scribentis, & illius contra quem prę scribitur,sed in consuetudine consideratur ius quoddam vniuersale, quod omnibus & contra omnes competit secundùm Pau. de Castro in l.cum de consuetudine.ff. de lega.refert Deci.cons.133.viso puncto,colum.vltima,prope finem, & idem voluit Alexand. consilio 124. super primo quęsito, versicu.alia ratione,quarto volumine.vbi dicit,quod vbi agitur de exactione facienda aduersus omnes de vniuersitate, tractandum est de consuetudine, non de prę scriptione, vel inductione prę sumptionis tituli, vt not.Cyn.post Petrum in l.secunda, versiculo quarto circa hoc quęritur,& versic.sequenti.C.quæ sit longa consuetudo. dum tractant de eo, qui vult exigere, uel imponere collectas vniuersitati fundans se ex vsu. Certe hæc est proprie consuetudo non præscriptio, ut ibi per eos, & sequuntur Cano. maximè do-
6 minus Antonius in capitulo finali,de consuetudine. † Addo quòd consuetudo & priuilegium æquiparantur, vt est glo. nota.in capit. nouit. in verbo, consuetudine, de iudi. & text. melior de iure secundum Ioan.And.ibi, in cap.cum contingat, in illis verbis ex consuetudine vel indulgentia, de foro compe. & ad hoc plura cumulat Alexan.cons.74.videtur 2.colum.4. volum. & ponit multa de
7 viribus consuetudinis. † Et contra not. quòd quando vniuersitas uult aliquid inducere ex consuetudine contra priuatum, in quem non posset hoc facere statuendo, ex causa ista consuetudo assumit naturam prę scriptionis, & dicitur prę scriptio potius quàm consuetudo, secundum Bald.in rubr.C.quę sit longa consue.refert Aret. cons.122.colum.3.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptioni rescripti quanto tempore prescribatur.*

1 **Decimotertio quæro** † quanto tempore prę scribatur exceptioni rescripti. Dic ut in l.falsò, vbi casus C.de diuer.rescrip. no.Cano.in c. plerunque.extra eo.tit.

S V M M A R I V M.

1 *Incolatus seu domicilium quanto tempore prescribatur.*
2 *Origo licèt non prescribatur,possunt tamen originis commoda prescribi.*

1 **Decimoquarto quæro** † quanto tempore præscribatur incolatus seu domicilium. Dic quòd per 10.ann. & sic longo tempore quis fit incola, & prę sumitur constituisse domicilium, vt est casus in l.2.& ibi not. Bart. & Docto. C. de incol.lib. 10. Et quòd possit quis prę scribere ciuilitatem & priuilegia ciuium alicuius terrę, determinat not.Bal. in rub.extra de prę scrip.prope fin.versic.dubita-
2 tur &c. dicens † quòd licèt origo prę scribi non possit,tamen bene possunt præscribi commoda originis, & erit iste simul ciuis uerus & fictus originarius, & ibi latius per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor faciens pactum cum debitore de non petendo, post autem 30. uel 40.anno.facit illi simplex pactum de petendo, an uigore secundi pacti possit petere.*

Decimoquinto quæro de not.quęst.in materia prę scriptionis.

1 † Pone aliquis ex contractu mutui uel alio erat efficaciter obligatus. creditor facit tali debitori pactum de non petendo, & post tale pactum transiuerunt 30. vel 40. anni. Istis peractis postea debitor fecit creditori pactum simpliciter de petendo:quæritur,an creditor vigore secundi pacti possit petere. Ista est subtilis q. quam mouent Iacob.de Arena.Ray. Albe.Bald. & alij in l.si vnus. §. pactus ne peteret.ff.de pact. & Bart. post antiquos in l.pacta nouissima.in 3.lect.C.de pact. Et hanc q. latissimè examinat Iaſ.in dicto §. pactus.colum.duodecima. ad fin.per totam sequ.colum. Et ex hi not.apparet, quòd verior videtur opin. Iacobi de Arena. concludentis, quòd creditor virtute secundi pacti poterit agere prima actione non obstante pacto de non petendo, item non obstante præscriptione; quia debitor faciendo pactum de petendo, & sic consentiendo, quòd peti possit, intelligitur remisisse omne obstaculum, nedum pacti negatiui, sed præscriptionis; quia aliter agere non posset, argumen. l. si stillicidij.ff.quemadmo. ser. amit. & pro ista parte allegatur fortis text. in l. quod debitori.ff.de dona. causa mor.& motiua Iacobi de Arena.latius prosequere, ut per Iaſ. vbi supra. Et p hęc remanet expedita tota quinta pars principalis huius tractatus.

S V M M A R I V M.

1 *Desinere non potest,quod nunquàm incipit.*
2 *Casus in quibus prescriptio non currit qui sint.*
Contra obedientiam debitam superiori ecclesiastico siue temporali non prescribitur.
Laicus non potest prescribere ius decimandi.

Source : BIU Cujas

3 *Præscribi non potest contra matrimonium.*
4 *Loca publica iurisgentium uel alicuius ciuitatis nunquam præscribuntur.*
5 *Loca dicuntur publica duobus modis.*
6 *Curialis seu obnoxius curiæ non potest cursu temporis a curia eximi.*
7 *Contra authoritatem & iura ecclesiasticæ disciplinæ nunquam præscribi potest.*
8 *Dignitas episcopalis non potest præscribi.*
9 *Res cuius commercium non habetur non potest præscribi. & nu.13.*
10 *Fundus dotalis non potest longo tempore præscribi.*
11 *Dos ecclesiæ a principio sibi constituta an sit inalienabilis.*
12 *Res effecta uitio reali non potest usucapi.*
14 *Durante matrimonio contra dotem restituendam non currit aliqua præscriptio.*
15 *Durante patria potestate non currit præscriptio super bonis aduentitijs.contra filiumfami.*
16 *Res sub conditione debitæ. uel obligationes conditionales non possunt ante conditionis euentum præscribi.*
17 *Impedimentum iuris uel facti an tollat præscriptionem inchoatam uel inchoandam.*
18 *Agere non posse quot modis quis dicatur.*
19 *Regula,quòd non ualenti agere non currit præscriptio quibus casibus procedat, uel non.*
20 *Præscriptio non currit illi,qui si ageret,repelleretur exceptione.*
21 *Tempus,siue præscriptio appellando cepta contra defunctum,quia sciuit sententiam latam,an currat contra hæredem ignorantem.*
22 *Ampliatio regulæ, q impedito impedimento iuris non currat præscriptio, quo casu limitatur.*
23 *Impedito potenti remouere impedimentum, sed est negligens, currit tempus præscriptionis.*
24 *Excommunicato an currat præscriptio, & an excommunicatus possit interrumpere præscriptionem.*
25 *Creditori contra tertium possessorem in actione hypothecaria quomodo curat præscriptio.*
26 *Præscriptio an contra impeditum iusto impedimento debeat currere.*
27 *Tempus petendæ restitutionis quando currere incipiat, & intra quantum tempus peti debeat,& ad quantum tempus detur.*
28 *Restitutio intra quod tempus in iudicio peti debeat.*
29 *Præscriptio contra pupillũ durante pupillari ætate nõ currit,nec inchoatur.*
30 *Terminus seu præscriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti inchoata cum defuncto an currat contra minorem etiam pupillum eius hæredem.*
31 *Præscriptio non inchoata cum defuncto, sed ex contractu defuncti an currat contra minorem hæredem.*
32 *Tempus appositum in ultima uoluntate currit hæredi etiam minori.*
33 *Legatis prescriptio inchoata cum defuncto currit contra minorem etiam pupillum,sed datur restitutio.*
34 *Aetas pupillaris subtrahitur in omni prescriptione longiss.temporis.*
35 *Prescriptio cæpta in persona maioris,an semper currat contra minorem eius hæredem etiam pupillum & existentem in utero.*
36 *Tempus oppo.excep.non nu pecu. confessionem mutui de recepto factam per defunctum currit minori,& compelli potest ad soluendum.*
37 *Regula triplex de prescriptione legali a minore inchoata contra minorem currenda.*
38 *Prescriptio legalis non cepta cum minore, sed cum defuncto non currit contra minorem,sed restituitur.*
39 *Pupillo & minori an currat prescriptio 10.uel 20.anno:*
40 *Tempus statutum hæredi ad conficiendum inuentarium currit pupillo & minori saluo restitutionis beneficio.*
41 *Tempus anni & diei prefixum uasallo ad peteadam inuestituram currit minori adulto,sed non pupillo,salua restitutione.*
42 *Prescriptiones inducte per leges & constitutiones nouas aut per constitutionem uel statuta municipalia &c. indistincte currunt minori salua restitutione.*
43 *Prescriptio statutaria an currat contra minorem.*
44 *Prescriptio an currat nondum natis.*
45 *Ratihabitio seu confirmatio rei alienatę qualiter, & quanto tempore inducatur.*
46 *Prescriptio an currat contra furiosum,uel prodigum.*
47 *Contra hæreditatem iacentem seu uacantem non potest inchoari prescriptio, licèt inchoata continuetur.*
48 *Vsucapio currit contra hæreditatem iacentem,ex quo non inducitur propter negligentiam non petentis,sed fauore possessoris.*
49 *Bona omnino uacantia,hoc est illius,qui sine successore decessit,possunt præscribi.*
50 *Præscriptio conuentionalis currit etiam contra hæreditatem.*
51 *Res quę precario seu nomine alterius possidetur non potest prescribi contra illum,cuius nomine possidetur.*
52 *Emens rem bonafide a colono, credens illum esse dominum,an poterit prescribere.*
53 *Iura plura sunt,quę prescribi non possunt.*
54 *Rei illius prescriptio non procedit, cuius non potest quis dominus fieri per traditionem a domino factam.*
55 *Prescribi non possunt ea quę de iure communi non possunt possideri.*
56 *Terminus hominis uel statuti an & quando currat.*

POstquam satis plene uidimus de materia, & effectu præscriptionis,& qualiter procedat & inducatur. Sequitur in hac 6.& ulti.parte pro huius tractatus complemento uidere de quatuor. Primò,in quibus casibus, & contra quos præscriptio non currat. Secundò quando & in quibus casibus præscriptio dormiat. Tertiò qualiter & quomodo interrumpitur. Qualiter actio perpetuetur, & sic diuiditur ista sexta pars in quatuor partes.

1 Et ad euidentiam præmitto.† Quòd aliquando præscriptio nullo modo currit,idest nunquam inchoatur, eo q lex resistit initio, ita q dici non potest, q interrumpatur, aut dormiat; quia quod non incipit desinere non potest l.Titio usufr.ff.de condi.& demõ. & cap.ad dissoluendum.de despon. impub. & hoc modo præscriptio dicitur non currere, hoc est nunquam incipit facere cursum. Quandoque verò præscriptio iam inchoata dormit, seu cessat:nõ tamen conquassatur præscriptio, sed cessante impedimẽto currit & iunguntur præcedentia tempora cum sequentibus sublato de medio tempore impedimenti, & tunc dicitur præscriptio dormire,& ista est propria materia c.ex transmissa. de præscri. Quandoque præscriptio currit,sed per interruptionem tota tela conquassatur,ita q non prosunt præcedentia tempora, sed remanet penitus extincta,& tunc præscriptio dicitur interrumpi, & ista est materia c.illud de præscri.& l. naturaliter.ff.de usuca.Ita declarat Pan. in c. cum liceat.col.2.de præscrip.

His ita præmissis, deuenio Ad primam partem & q
2 ro,qui sunt casus, in quibus præscriptio non currit.† Respondeo, quòd aliquos casus enumerat gl.in §. res fisci. Institu. de usuca. & gl.in le.fin.in uerbo,cessante. C.de fun.limi.lib.10.& gl.in capitulo clerici.in secunda parte, & gl.16. quæstio. tertia & plenius in capitulo cum non liceat.in glo.fin.magna in uerbo obstante, de præscrip. qui enumerat uiginti tres casus. Et istos casus latius recitat practic. Papien. in forma responsionis rei conuenti, in uerbo præscriptionis, ubi enumerat viginti nouem casus, & inculcant etiam illos in quibus præscriptio dormit. Sed ego procedam distincte.

Primus Casus,in quo nunquam currit præscriptio, est inobentia debita superiori ecclesiastico siue temporali; quia contra obedientiam præscribi non potest, ut quis sit acephalus,hoc est sine capite,ita q neminem recognoscat in superiorem c.cum non liceat.& ibi plene not.de præscriptio & c.nulla 90. distinctio.dixi in j.parte 5.principa. in 12. quæstione. & in 3. parte eiusdem,in secunda quæstione.

Secundus Casus est in procuratione seu uisitatione, ut plene habetur in c.cum ex officij,& in c.accedẽs.de præscri.& idem in his quæ sunt ordinis episcopalis,quæ præscribi non possunt c.quanto. & ibi plene not.de consuetu. Et quæ sint iura quæ non præscribuntur aduersus episcopos,pulchre declarat Calde.consi.2.sub rub.de præscriptio.ubi firmat,q in cathedratico & charitatiuo subsidio non currit præscriptio. Dixi in prima parte 5.princip.q.11.12.& 16.

Tertius Casus est in decimis per laicum detentis. Nam laicus non potest præscribere ius decimandi & possidere decimas;quia incapax c.causam quæ.& ibi no.Cano.de præscri.precipue Fely.colum.j.& 2.dixi in 7.q.j. partis.5. princ. col.13. cum multis seq.

Quartus Casus est in tributis & functionibus publicis l. competit.C.de præscri.30.an.dixi in j.q.2.partis. 5.princ.col.40.

Quintus † Casus est in matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ,q nulla temporis longinquitate defenditur, & sic nulla præscriptio currit contra matrimoniũ c.non debet.circa finem,de consangui.& affinita.no.in specie gl.in ca. clerici.in 2.parte gl.16.q.4.bene facit tex.nota. in l. qua in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nupt.per quem dixit Bal.in l.j.colum. 2.C. de emancipa. libe. quòd nemo præscribit matrimonium; quia est quid sacrum, & sic & contra uotum nulla currit præscriptio. 24. quæst.5.c.quod Deo patri.& ca.sicut nobis.in fine,de regula. Vnde colligitur generalis conclusio, quòd in spiritualibus, & ubi agitur de peccato, & sic in concernentibus animam nulla currit præscriptio;quia diuturnitas temporis non minuit,sed auget peccatũ. ut dicit tex.in d.c.non debet.in c.fin.de consuetu.

4 Sextus † Casus est in locis publicis iurisgentium uel alicuius ciuitatis, quæ non præscribuntur longo ue llongissimo tempore l.præscriptio.C.de ope.pub.l.usucapionem & l. fina. C.de usucapio. Præscribuntur tamen loca publica iuregentium, uel etiam deputata ad usum publicum spatio tanti temporis cuius initij &c.ut dixi in 5.parte principa.colum.44. Quam conclusionem limita procedere, quando talia loca sunt deputata ad usum publicum, ut platea, aut uia publica, sed non procedit in locis quæ sunt in patrimonio populi. Nam illa bene possunt præscribi, arg.

Source : BIU Cujas

in l. sed & Celsus. §. primo. ff. de cõtrahenda emptio. ubi habetur, ꝙ duobus modis loca dicuntur publica, uidelicet quia aliqua sunt in publico usu, ex quibus nullus percipitur redditus vt forum, siue platea, aliqua uerò non sunt in usũ publiço, sed in pecunia & reddi tu populi, ut sunt molendina communia, vt ibi dicit gl. uel fundi ciuitatis, & ista dicuntur proprie bona uniuersitatis: & possunt præscribi præscriptione communi exceptis quatuor casibus, de quibus in l. fin. C. de sacr. sanc. eccle. Ita declarat ibi Bald. columna prima & late dixit in 3. parte 5. partis principa.

Istam distinctionem locorum publicorum facit etiam tex. cum glo. fina. in §. vniuersitatis. & ibi Io. Fab. & Areti. Insti. de re. diui. & in l. interdum §. uniuersitatis. ff. de rerum diui. & est bonus tex. cũ glo. in l. inter publica. ff. de uerbo. significa. bene facit tex. in l. quod in littore. ibi, vt ea quæ in patrimonio populi sunt. ff. de acquiren. re. domi. (Facit tex. in l. j. §. fi. ff. de acquiren. possess.)

Et hanc declarationem seu differentiam inter loca publica quò ad præscriptionem facit glo. in l. vsucapionem. ff. de usucapio. & in l. j. in gl. fi. C. de præscrip. lon. temp. & ratio diuersitatis est: quia loca deputata ad usum publicum, ut theatrum & similia non dicuntur esse in commercio, nec possunt transire in dominium priuati per contractum, & ideo præscribi non possunt, sed ea quæ sunt in redditu populi, seu ciuitatis, dicuntur esse in commercio, ut declarat tex. no. in d. l. sed & Celsus. in prin. Nam bona reipublicæ, quæ non sunt ad usum publicum deputata, uendi possunt, ut ibi proba tur seruata solennitate, de qua in l. fina. C. de uendi. re. ciui. lib. 11. uel per habentes ad hoc potestatem ex statuto, uel consuetudine, ut est tex. no. in l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut clam. & ibi no. Bar. tradens no. cautelam, ut possit tute acquiri res ciuitatis siue communis: & no. pulchre Cẽpo. plene declarans prædicta in tracta. ser. urb. prædi. sub rub. de seru. uiæ. col. 3. & 4.

6 **Septimus** † Casus est in curiali seu obnoxio curiæ; quia curia non eximitur cursu temporis etiam 40. annorum l. præscriptionem. C. de præscriptio 30. ann.

Et plures alios casus in quibus præscriptio 40. nõ currit, enume glos. magistra in l. finali, in uerbo. cessante. C. de fun. limit. lib. 11. quam sequitur Bal. in l. j. colum. 2. C. de anna. excep. dicens & not. omnes illos casus, quia uerum dicit.

7 **Octauus** † Casus est contra authoritatem & iura ecclesiastica disciplinæ c. cum inter. de consue. lib. 6. no. Fely. in c. accedentes. colum. 4. in 5. fallen. de præscrip. licet eo casu ualeret priuilegium c. ut priuilegia. & ibi no. Io. An. de priui. & pariter contra priuilegia libertatis & immunitatis ecclesiasticæ, & sta tuta generalia, quibus ecclesia regitur, nulla unquam curritur præscriptio: sed perpetuo inuiolata permanent. gl. no. in d. accedentes. in glo. j. circa prin. de priuile.

8 **Nonus** † Casus est in dignitate episcopali, quæ non præscribitur contra ciuitatem, licèt per mille annos nõ habuerit episcopum, si semel habuit, dummodo limes diocæsis probari possit. gl. no. in c. fælix 16. q. j.

Decimus Casus est in confinibus seu limitibus parochiarum, siue eccl esiarum, qui non præscribuntur c. super eo. extra de paro. & c. quicunque & ibi bona gl. 16. q. 3. no. gl. fi. & oẽs Cano. in c. quia indicante. de præscrip. & ibi Fely. colu. 2. uersi. attende, circa glo. fi. qui tradit doctri. post do. Cardi. ex mẽte gl. in d. c. quicũque. ꝙ fines prædiorum etiam eccleſiæ sunt præscriptibiles, & tanto magis priuati; quia ius non resistit, concurrentibus tamen legitimo temporis spatio, & alijs extremis requisitis, & ita procedit tex. in d. c. quia indicante. Fines autem parochiarum, diocæsum, prouinciarum, & regionum, & pariter ciuitatum, & locorum, & similes præscribi non possunt, si de ipsis constat, dicto c. super eo. & dicto capi. quicunque. si uerò de ipsis non constat, præscribi possunt, ut solum proprium, quinimmo etiam si de eis constat, præscribi possunt iure proprietatis, non iure finium, & sic limes manens limes non præscribitur, immo quam cito præscriptus est, desinit esse limes, secundùm glo. in d. c. quicunque. in fine, & hoc procedit concurrente bonafide: quia dato quòd aliàs constaret, ꝙ esset limes, id tamen ignorabat, qui præscripsit, aliàs data scientia & mala fide præscribentis non posset præscribere c. fin. de præscript. & ratio quare fines publici ut prouinciarũ, parochiarũ regionum, & hujusmodi non præscribuntur, est propter confusionem uitandam, ut dicit tex. in d. c. quicunque. De qua materia dicut latius per Pan. & Fely. in d. c. quia indicante. post glo. & alios.

Amplia prædictam cõclusionẽ ut ẽt procedat in limitibus regnorum seu dominorum secularium, ut ducatus, & comitatus: quia tales limites non præscribuntur l. agros. C. de fund. limi. lib. 11. no. Panormita. in capitulo super eo. ad fi. de paro. & consi. 71. quidam clericus. 2. uolum.

Limita prædictam conclusionem, ut per do. Franciscũ Curtiũ consilio 56. super eo quod ab ordine. columna undecima ad fi. ubi conctudit, quòd fines & limites episcopatuum præscribuntur spatio tanti temporis, cuius initij &c. quia præscriptio tanti temporis nunquam cẽsetur exclusa, ut plenè dixi in q. ultimæ partis quintæ principalis.

Vndecimus Casus est in his, quæ sunt meræ facultatis per l. uiam publicam. ff. de ui publi. & plene dixi in 4. parte 5. partis principa.

Duodecimus Casus est in iure offerendi, & implemento conditionis potestatiuæ: ut ꝑ Bar. in l. pignori. ff. de pig. & dixi plene ubi supra in secunda quæst. not. practi. Papi. in forma responsio. rei conuen. in uerbo præscriptionis. columna 10. in 26. casu, quod dicit esse notandum pro illis, qui sæpe promittunt rem aliquam uendere certo pretio nullo determinato tempore, quasi dicat, ꝙ tali conditioni potestatiuæ, seu facultati & sic promissioni de uendendo nullo tempore præscribitur, de quo late dixi in 4. parte 5. prin. in 3. q. ubi cõclusi, quòd promissio de uendendo seu retrouendendo præscribitur 20. annis secundum ueram opi.

9 **Decimustertius** † Casus est in re sacra, religiosa, homine libero, & regulariter in omni re, cuius commercium non habetur, tex. est in l. usucapionẽ. ff. de usuca. & illæ res dicantur non esse in commercio, quæ non possunt transire in dominium priuatæ personæ per aliquem contractum, ut sunt illæ, quas enumerat ibi tex. & declarat text. in l. sed Celsus. in princ. ff. de contrahen. emptio. & Pau. de de Cast. in d. l. usucapionem, & ratio est elegans. Quia præscriptiones sunt inuentæ, ut ius creatum in alium transferant, non ut ius nouum inducãt. Ita eleganter no. gl. in c. si diligenti. de præscri. ꝙ idem est dicere ꝙ præscriptiones sunt inductæ, ut aliorum iura & dominia, quæ in rebus habentur, præscriptionibus mediantibus acquirantur, & in prescribentem transferantur, ut l. traditionibus. C. de pac. sed nullum ius habet quisquam in libero homine, immo nec ipse in seipso l. liber homo. in princ. ff. ad l. Aquil. ergo &c. Et idem in rebus sacris, & similibus. §. sacræ. Institu. de rer. diui. istam rationem assignat Salyce. in l. fin. circa medi. C. de præscri. lon. tem. quæ pro lib.

Potest etiam assignari ratio; quia talia possideri non possunt l. qui uniuersas. ff. de acqui. pos. ergo nec præscribi l. sine possessione ff. de usuc. Et circa hoc tradit Bal. duas no. regulas in rub. de præscri. columna fin. uer. item scias, quas retuli in fine huius j. partis. Et dicit Bal. in l. j. per illum tex. ff. de mor. infer. ꝙ res quæ sui priuilegio præscribi non potest, non præscribitur spatio 30. uel 40. an. ab eo, qui titulo caret.

Et adde, ꝙ talia non præscribuntur etiam per tempus, cuius initij &c. ex quo lex afficit rem, secundum Bal. in l. omnes. C. de præscr. 30 anno. Et plene declarat Fely. in c. accedentes. col. 4. circa fi. & seq. uer. fallit tertiò. de præscrip.

Decimusquartus Casus est in re data præsidi cõtra legem Iuliam repetundarũ l. quod contra. ff. ad l. Iul. repetunda.

Decimusquintus Casus est in re pupillari, quæ non usucapitur triennio, , nec præscribitur longo tempore l. bonefidei. ff. de acqui. re. domi. Item in re adulti durante minori ætate l. non est. C. qui. non ob. long. tẽpo. præscri. de quo qualiter, & quando præscrip. currat contra pupillum & minorem tam in personali quàm in reali, dicetur plenius. infra in 23. casu, dic ut ibi.

10 **Decimussextus** † Casus est in fundo dotali, qui nõ potest prescribi longo tempore, sed si fuerit iam inchoata præscriptio: licet superueniat qualitas dotis, non interrumpitur, casus est no. in l. fundum. ff. de fun. dota. dixi in 5. parte 5. partis princ. in 4. q.

De qua materia an & quando currat præscriptio contra maritum uel mulierem in rebus dotalibus uel in dote (Quòd præscriptio in dote curat mulieri, uiro uergente ad inopiam, uide Cuma. in consi. 92. uiso supra scripto casu.) scribit pulchre. D. Bal. No uel. in suo tracta. de dote in 7. parte. colum. 2. & 5. ubi concludit, ꝙ contra mulierem nulla currit præscriptio in dote, seu in rebus dotalibus constante matri. seu donec uir incipiat uergere ad inopiã, & sic quousq. est impedita agere, per casum in l. in rebus §. omnis. C. de iu. do. Dicit etiam, ꝙ hodie constante matrimonio non currit aliqua præscri. contra uirum in re dotali: cum iudistincte ꝓ hibeatur alienatio, quam conclusionem limitat procedere in præscri. longissimi temporis maxime 40. anno. per quam indistincte præscribitur hodie omni iuri l. omnes. in fin. C. de præscrip. 30. an. & forte sufficeret secundum eum præscriptio 30. an. per l. sicut eo. titu, quia præscriptio longissimi temporis de iure Digestorum. erat incognita, ut dixit gl. in l. qui occidit. §. j. ff. ad l. Aqui. cum concor. unde res quæ olim erant inusucapibiles, efficiuntur præscripti biles dicta præscriptione long issimi temporis, ut erant res furtiuæ, res fisci, & quæ erant in patrimonio Cesaris & similes, & ideo idẽ uidetur dicendum in rebus dotalibus, ut prohibitio præscriptionis inducta a lege, ex quo sunt inalienabiles d. l. ubi lex. & l. alienationis ff. de uerborum significatio. non se extendat ad præscriptionem longissimi temporis inducta a iure Codicis, & maxime quadraginta annorum per dictam l. omnes. in fine. & ita refert tenere Imo. in capitulo. cum non liceat. de præscriptio. licèt dicat in contrarium facere no. per Ange. in dicta l. omnes, & tandem se resoluit, ꝙ opinio

Source : BIU Cujas

nio Ioan.de Imo.procedat, quando tractaretur de præscribendo contra ipsum maritum,ex quo sibi non denegatur potentia agendi & recuperandi res dotales: secus in muliere,quæ interim est impedita agere constante matrimonio, ut l.in rebus.§ omnis.C.de iure dotium. & ideo licèt soluto matrimonio adhuc fundus duret dotalis, donec mulier ipsum recuperet, & sic interim non possit alienari,ut l.etiam & l tertia, in fine cum sua glo. ff.de fundo dot. tamen tunc cõtra mulierem curreret dicta præscriptio longissimi tẽporis, licèt non curreret ante solutum matrimonium,ex quo matrimonio soluto non est mulier impedita agere, & sic etiam potest dici, quòd si uir uergit ad inopiam, & sic potest mulier agere ad dotem, secundum q̃ habetur in l.si constante.ff.solu.matrimo. & in l.ubi adhuc.C. de iure do.ex tunc contra mulierem inciperet currere dicta præscriptio longissimi temporis, ut etiam hoc uidetur probari in d.§. omnis.aliàs uiro non uergente ad inopiam,etiã si matrimonium duraret per centum annos,contra mulierem nulla curret præscriptio etiam longissimi temporis, cum sit impedita agere.facit l.j.in fine.C.de anna.excep.

11 †Et ideo potest inferri,quòd etiam dato,q̃ dos ecclesiæ a principio sibi constituta sit inalienabilis; tamen quia contra ecclesiam admittitur præscriptio longissimi temporis. uidelicet 40. annorum, ut habetur in aut.quas actiones. C.de sacrosan. eccle. & in cap.de quarta.de præscript.cum simi.nihilominus fundus dotalis ecclesiæ præscriberetur dicto longissimo spatio,sicut præscribetur dos mulieris dicto spatio longissimo, quando mulier potuisset agere, ita dicit præfatus domi.Bal.Nouel. in prælleg.trac.de dote,qui refert sic fuisse conclusum per collegium Perusinum in fauorem communitatis Interanensis.

Decimusseptimus Casus est in re ꝓhibita alienari per testatorem, uel per legem aut pacto contrahentium, de quo dixi in 5.parte 5.princ.q. 4 col.69.& seq.

Decimusoctauus Casus est in re fisci, quæ non usucapitur triennio, nec præscribitur longo tempote.§.res fisci.Insti.de usuca.Sed bene præscribitur spatio longissimi temporis 40. anno. ut dicit ibi gl. per l.omnes.C.de præscrip.30. anno. & plene dictum est in 5.parte quintæ partis prin.ubi late tractaui de præscriptione fiscali.

12 **Decimusnonus** †Casus est in re effecta uitio reali,ut uiolentia,uel furtiua,quæ nõ usucapitur,uel præscribitur usucapione triennij, uel præscriptione longi temporis. §.sed aliquando.& §.furtiuæ.Insti.de usuca.Sed bene præscribitur spatio 30.anno.& ibi dicit gl.per l.j.§.ad hæc. C.de anna.excep.nam tanto tempore purgatur uitium,& plene dictum fuit in 2.parte 3.partis princip.colum. 41. Et quæ res possint præscribi & quæ non,uide per Hostien.in summa de præscrip.in §.quæ non. columna 2.3.& 4.& per Albe. in dictionario in uerbo,præscriptio uer.quæ res.

Sed est notandum, q̃ in prædictis casibus a decimoquarto inclusiue,quamuis non præscribatur communi spatio,uidelicet triẽnio in mobilibus,& decem & uiginti aut triginta annis in immobilibus: tamen regulariter præscribitur spatio 40. anno. casus est in l. omnes.C.de præscr.30. uel 40. annorum. nisi specialiter sit prouisum in lege, quòd nulla currat præscriptio. Quia tunc non sufficit cursus 40.annorum,ut declarant Bal.& Ange.in l. omnes.circa fi. ubi dant istud pro regula,& enumerant plures casus, in quibus lex specialiter prouidet,q̃ nulla currat præscriptio, quos colligit gl.magistra in l.fi.C. de fun.limit.lib.11.quam referunt ita tenere.

13 †Sufficeret tamen tunc secundùm eos cursus centum ann. saluo in his rebus,quæ prohibentur præscribi; quia non sunt in commercio, ut in re sacra, libero homine, & similibus, de quibus in l. usucapionem.ff.de usucapio. Nam talia non præscribuntur etiam mille annis,ut dicit glo.loquẽs de libero homine l.fi.C.de præscrip. Ion.tẽp.quæ pro liber.& in l.2.C.de inge.& manu.& late firmat Saly.in d.l.fina.ubi concludit, q̃ liberis hominis non præscribitur aliquo temporis spatio etiam interueniente titulo:quia nullus titulus potest interuenire, qui iustus dicatur, ad præscriptionem rei,quæ non potest esse sub dominio alicuius, ut est liber homo l. inter stipulãtem.§.sacram.ff.de uer.obliga. per quam rationem sic firmat glo.in l. sola. ff. de mor.inferen. secundùm Salyce. ibi latius comprobantem,& dixi plene in 6.q.2.partis.partis 4.prin. Idem in his quæ sunt in usu publico, ut uia publica l. uiam publicam. ff. de ui. pub.quia ista nullo tempore præscribuntur secũdum Bal. & Ang. in d. l. omnes. circa fin. quorum uerba refert & sequitur Ioan. de Pla.in l.si quis decurio.la 3.C. de decurio. lib. 10. Sed non puto q̃ bene dicant,quò ad istud ultimum : quia loca publica & iurisgentium præscribuntur spatio tanti temporis cuius initij &c.ut tenent Ange.& Pau.de Cast.in l.fi.ff.de usucap.& plene dixi in 4. parte 5. partis prin.in 6.q.col.44.cum tribus sequen. Et facit; quia tanto tempore præscribuntur etiam regalia & reseruata principi, eo q̃ tantum tempus habet uim priuilegij c.super quibusdam. §. præterea.de uerbo.significa. Et de hoc,quando lex, uel statutum tollit, uel prohibet præscriptionem, quæ præscriptio, & cuius temporis censeatur esse sublata,dic ut plene dixi in quinta parte quintæ partis principa.in 9. quęstio. in 76. columna cum duabus sequentibus.

14 **Vigesimus casus** †Est in dote restituenda, contra quam non currit aliqua præscriptio durante matrimonio,sed incipit currere eo soluto,uel post quam maritus cępit uergere ad inopiam, casus est in l.in rebus.§. omnis. C. de iure do. & ibi Bal. late declarat: & uide Pau.de Cast. consi.464.in casu præmisso,in antiq.& plene supra in 16.casu.

15 **Vigesimusprimus** † Casus est in filiofamilias contra quem durante patria potestate non currit præscriptio super bonis aduentitijs, quorum patri quæritur ususfructus, ut si pater uendat rem aduentitiam filij: quia donec uiuit pater, uel durat patria potestas, præscriptio non currit contra filium,cum non ualeat agere l.j.in fi.& aut.nisi tricennale.& ibi not.Bal.C.de bo.mater.& l.quæcunque.§. fi. C. de bo. quæ lib.no.Felyn.in cap.j.colu.pe.de præscri. Et ultra eum addo Bal.l.j.in 21. oppo.C. qui admitt.ubi assignat rationem. Amplia istam conclu.ut procedat,etiam si statutum uniuersaliter disponat q̃ omnibus currat præscriptio,qui sua debita non exegerint intra 10.annos. Adhuc enim non currit præscriptio contra filiumf. qui regula quæ hẽt, q̃ impedito non currit prescriptio d.l. j. in fi.C.de bo.mater. & l.j. in fin. C. de anna.excep.est regula naturalis. Quia ubi non est negligentia,ibi non debet esse pœna. Et ideo locum habet etiam in statutis. Ita tenet no. Bald. in d. aut. nisi tricennale, quem refert & sequitur Petr. de Anch.in repe. c. canonum statuta 12.q uer.occurrunt aliæ quæstiones.de constitu. Amplia secundò ut procedat, etiam si p̃scriptio sit inchoata;quia non currit contra filiumfamilias secundum Panor. in c. ex transmissa. colum. pe. de prescrip. Limita prędictam conclu.vt non procedat in re,cuius patri non queritur ususfructus,ex quo filiusfamilias potuit agere & cogere patrem, ut consensum præstet. Ideo sibi currit præscriptio, ita no.determinat Bar. in l.3.§. usuras.ff.de ꝟiud.tutel.

16 **Vigesimussecundus** † Casus est in rebus sub conditione debitis, uel obligationibus sub conditione contractis, in quibus prescriptio non currit conditionis euentum l.cum notissimi.§.illud.C.de prę scri.30.anno. (Hinc dixit Pau.de Cast.consilio 391. uisis dubijs propositis.columna j.uer.Bal.tamen, in anti. q̃ id quod non est in actu & potentia, præscribi non potest.) Nam prescriptio non currit, antequam incipiat actio competere l. sicut. in fi.prin.C.de prescrip. triginta annorum. Et hos duos ultimos casus no. ibi glo.magna super verbo, seruanda, quę etiam no.aliquos alios casus, in quibus prescriptio non currit, siue non inchoatur. Et ratio est in his tribus casibus supra proxime relatis, ut dicit illa glo. quia actor agere non potest. Vnde succedit regula, q̃ non ualenti agere non currit prescriptio d.l.j.in fine.C.de anna.excep. Hinc est. Quòd ante aditam hereditatem non currit prescriptio legatarijs in re legata,tertio possidente:ex quo non est orta actio, secundum Bal.in l.j.colum.3.uersic.quæro ante aditam. C. com.de leg. sequitur Corne.consi.97.late & diffuse.2.colum.2.uolu. Ex hac regula infertur ad arduam quęstionem.

17 Vtrum impedito impedimẽto iuris uel facti currat prescriptio & nunquid impedimentum tollat prescriptionem inchoatam uel inchoandam. Quam q.late examinat Bar.in l.senatus.ff.de offi. presi.circa medi.commen.ubi refert distinctionem Guil. de Cun. sic distinguentis, q̃ aut quis impeditus impedimento iuris,aut impedimento facti. Primo casu aut impedimentum superuenit ante actionem competentem,aut post,si ante,non ualenti agere non currit prescriptio d.l.j.in fi.C.de anna.excep. (Adde Pau. de Ca. cons. 290.uisis his.col.52.in antiq.) Si uerò post actionem competentem superueniat impedimentum,tunc currit præscriptio,sed datur restitutio, ut in casu d.l.senatus. Secundo casu principali, quando quis est impeditus impedimento facti subdistinguit Bart. post Guil.q̃ aut impedimentũ est iustum, & prescriptio currit,sed datur restitutio.per l.& Attilicinus.ff. de seruitu.rusti.prędio.si uerò non est iustum impedimentum,tunc prescriptio currit,nec datur restitutio l.2.§. si quis tamen. ff. si quis cau. Hanc distinctio. Guil.de Cu.tenet Bartol.in d.l.senatus.& defensat ab impugnationibus Iaco.But.respõdendo ad illum tex.& ad tex.in l.fina. §. donec. C.de iure deli.quos tex.in contrarium adducit ipse Iaco.

Et istam dist.refert Panormi.in c.ex transmissa. post But.ibi,qui transit cum Bar. de prescri. Refert etiam aliam distinctionem Iac.But.quam ponit Barto.in d.l.senatus.

Et tandem ipse Panormi. aliter distinguit,q̃ aut quis directe impeditur, siue inhabilitatur a iure ad agendum, & ipso facto durãte impedimento impeditur prescriptio, siue impedimentum accederit a principio,siue post prescriptionem inchoatam Exemplum secundum eum in filiofamilias durante patria potestate d. l. j. C. de anna exce.in fi. & in muliere durante matrimonio quò ad dotem d.l.in rebus. §. omnis. Aut directe quis inhabilitatur ad agendum, sed extrinsecus uenit impedimentum, & tunc licet illud sit impedimentum iuris,seu iuridicum, currit prescriptio, sed datur restitutio.

Source : BIU Cujas

tio. Exemplum in ferijs repetentinis, uel si stetit per iudicem, ut probatur in l. sed & si per prætorem. in prin. & in §. sed & si feriæ. ff. ex quib. cau. maiores. Et hoc uerum secundum Panor. nisi ubi contrarium in iure reperitur expressum, scilicet ꝙ præscriptio non curat; quia tunc seruandum est illud ius expressum. Et hanc distinc. Panor. sequitur Fely. in d. c. ex transmissa. col. vlti. ubi refert aliam doctri. Bal. & Ang. in l. sicut. ad fi. C. de præscrip. 30. anno. sentientium secundum eum breuem conclusionem, ꝙ impedito agere de iure non currit præscriptio per l. primam. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Sed impedito agere de facto bene currit salua restitutione d. l. & Attilicinus. nisi contrarium reperiatur aliquando in iure expressum. Et ibi plures decisiones accumulat Fely. ad propositum.

Vltra quem addo, ꝙ eandem doctrinam tradit Bal. in repeti. l. fi. col. 14. C. de præscri. lon. tempo. ubi dicit, quòd impedimentum iuris impedit præscriptionem inchoari, sed non impedit inchoatam, tamen dabitur ipsi impedito beneficium restitutionis. & Alex. in l. fi. §. donec. circa medium. C. de iure deliberandi.

18 † Et quot modis dicatur quis non posse agere, docet pulchre Bal. in d. l. in rebus. col. 2. post medi. C. de iure do. colligens sex modos & dixit no. Bal. in l. sicut. col. j. C. de præscrip. 30. anno. (Adde Bald. late in c. cum non liceat. de præscrip. & ibi ponit, quid si quis impeditur agere facto suo; quia non implet & non facit quod debet, currit præscriptio, & dat multa exempla. & Bal. in consi. 292. super eo. de quo. in 3. uolum.) & ꝙ sufficit actionem de iure incę pisse competere, vnde impedimentum superueniens non attenditur, dicens hoc esse no. pro limitatione l. j. ff. de diuer. & tempo. præscriptio. & l. Attilicinus. ff. de seruitu. rusti. prædio. Dicit etiã ibi circa principium, ꝙ si creditor cum debitore paciscitur non petere vsque ad annos quinquaginta, lapsis eis agi poterit; quia non habuit experiendi potentiam durante conuentionali dilatione, dicens esse casum de hoc in l. 3. §. penul. ff. de preca. Ad materiam uide per domi. Pet. Philip. Corne. consi. 111. satis scrupulosa. 2. columna, tertio uolumine, & per Paul. de Castro consilio 290. uisis his, columna quinta, & consilio sequen. in antiq. ubi quid si impedimentum interuenit ante uel post incęptam præscriptionem, & consilio 297. uisis & ponderatis, ubi concludit, quòd præscriptio currit in actione personali contra absentem impeditum, & ignorantem. Et an præscriptio currat contra impeditum, uide per Barba. cons. 8. scribitur præclare. col. 3. uer. uenio tunc ad secundũ, & cons. 41. illud afferam. colum. 15. uersi. si quispiam. j. uolumi. & Bald. in repeti. l. fina. colum. 43. C. de præscrip. longi tem. ubi concludit, ꝙ præscri. 20. & 30 anno. currit in effectu contra absentem a loco ex uoluntaria causa, uel necessaria & probabili. Sed primo casu non datur restitutio.

Secundo uerò casu bene datur propter fauorem iustæ absentiæ necessariæ, ubi non est absens ex delicto, nec sui culpa, & do. Petr. Philip. Corne. præalle. consi. 191. satis scrupulosa. 2. colum. 3. uolumine, ubi firmat, ꝙ cursus præscriptionis non impeditur impedimento facti.

19 † Amplia primò prædictam regulam, quæ habet, ꝙ non ualenti agere non currit præscriptio, ut procedat, nedum in præscriptione iuris communis, sed etiam in præscriptione statutaria; quia in his casibus, in quibus præscriptio iuris communis non currit de iure communi contra impeditum agere, non currit etiam præscriptio statutaria. Ita not. consuluit Panor. cons. 117. quidam Ioan. de Sen. j. uolu. sequitur Fely. in d. c. ex transmissa. col. ulti. Vltra quem adde Bal. in aut. nisi tricennale. circa prin. C. de bo. mater. ubi no. dicit, ꝙ illa regula, ꝙ impedito agere non currit præscriptio, est regula naturalis; quia ubi non est negligentia, non debet esse pęna, ideo locum habet etiam in statutis, quod dictum retuli supra in 21. casu, & Bal. in l. fi. §. donec. C. de iure deli. bene facit, quod no. Bald. in l. in contractibus. in princ. C. de nõ nume. pecu. per illum tex. ubi dicit, ꝙ præscriptio statutaria subrogatur loco præscriptionis iuris communis, & eius naturam imitatur, & idem dixit Bald. in l. fina. C. de tempo. in integ. restitu. peten. cum concor. adduc. per Fely. in c. illud. colum. 2. de præscripti.

20 † Amplia secundò prædictam regulam, ꝙ sicut non ualenti agere non currit præscriptio, ita nec illi, qui si ageret, repelleretur exceptione. Ita consuluit Pet. de Ancha. consi. 5 pro parte nobilis, ultra medium, refert & sequitur Fely. in d. c. ex transmissa. columna ulti. ubi dat exemplum & adducit plura loca, in quibus traditur de hac materia. Et uide omnino Bal. in l. j. 21. oppositi. cum tribus seq. C. qui admi. ubi etiam tangit, an & quando currat præscriptio ignoranti, (De hoc dictum fuit in 4. parte prin. colum. 57. & uide per Pau. de Cast. consi. 294. ego Paulus. Bertachi. in reperto. in uerbo. præscriptio. 6. colum. 2. uersic. præscriptio contra ignorantem, & quatuor uersi. seq. & quando concedatur restitutio contra præscriptionem. Berta. in reper. in uerbo, restitutio contra præscriptionem per totum.) & an restituatur. Et per Lasi. in §. rursus. col. 7. in antiq. impres. & col. 5. & 6. in noua, Insti. de act.

21 † Et no. ꝙ tempus siue præscriptio appellandi cępta contra defunctum; quia sciuit sententiam latam, non currit contra hæredę ignorantem. nec eo deliberante, nec hæreditate iacente. Ita no. gl. & Doc. in l. fin. C. si pend. appel. mors interuenit. Amplia tertiò istã regulam, ꝙ impedito impedimento iuris non currit præscriptio, etiam si tale impedimentum processerit culpa seu facto impediti, casus est, quem omnes dicunt singula. in c. quia diuersitatem. de concess. præbendę. Et quamuis Iaso. in §. rursus. intelligat illum tex. lo qui de impedimento facti, & Alex. consi. 58. uiso & perlecto. circa fi. 5. uolu. ubi dicit, ꝙ per illum tex. limitatur regula, quæ habet, ꝙ impedito impedimento facti currit præscriptio, sed restituitur, si impedimentum est iustum, si uerò impedimentum non est iustũ; tunc præscriptio currit, & non datur restitutio, ut non procedat de iure canonico; quia impedito impedimento facti non currit præscriptio, quamuis impedimentum sit iniustum & processerit culpa sua, & pro hoc dicit esse casum singularem in d. c. quia diuersitatem, quem (ut ipse refert) ponderat Io. de Ana. & plus non dicit, tamen glo. & omnes Cano. in d. c. quia diuersitatem. & Fely. in c. cum inter. col. 10. uer. limita secundo de exce. intelligunt, ꝙ loquatur de impedito impedimento iuris; quia loquitur de prælato impedito conferre beneficia per sententiam suspensionis, quæ propter eius culpam in eum lata fuerat, ꝙ donec durat suspensio, sibi non currit tempus conferendi statutum in concilio generali.

22 † Primò limita prædictam ampliationem seu conclusionem, & tex. in d. c. quia diuersitatem. procedere, quando illud impedimentum non peruenit ex facto impediti ad hoc tendente, & ita proprie loquitur ille tex. aliàs autem si impedimentum procedat ex facto impediti ad hoc ordinato siue ad id tendente non releuat nec impedit temporis cursum, ita pulchre declarat, & limitat Roma cõsi. 9. ꝙ pars &c. sequitur Fely. in c. j. col. 5. uer. sed dum Abb. de præscri. ubi dicit, ꝙ culpa non nocet, ex qua prouenit impedimẽtum, quod non fuit ad hoc ordinata, per gl. in c. statutum. §. cum uerò. in uerbo non audens, de rescrip. in 6. & per no. per Bart. & Doc. in l. 2. §. fi. ff. si quis cau. refert. D. Clau. Aquen. in l. naturaliter. colum. 7 uer. succedentiue quærit. ff. de usuca. dicens bene facere glo. in c. ne pro defectu. de elec.

23 † Secundò limita, ut non procedat, quando impeditus potuit remouere tale impedimentum, & fuit negligens in remouendo; quia tunc sibi currit tempus, ut per Roma. in præallega. consilio 9. (Adde Bal. in consi. 292. super eo. & c. in 3. uolu.) & Fely. in d. c. cum inter col 9. uer. utrum excommunicatus, de exce. & est bona gl. in d. c. quia diuersitatem in uerbo, suspensionis, & ibi no. But. & Pan. circa fin commen. dicentes ꝙ quando excommunicatus uel suspensus est negligens in petenda absolutione uel relaxatione, ꝙ sibi currit tempus, licèt non poterat agere, nec restituitur; quæ paria sunt, quem non fuisse impeditum, uel potuisse impedimentum tollere c. fin. cum ibi not. de elec. qui enim potest facere, ut possit, iam uidetur posse l. qui potest ff. de reg. iuris. Hinc dixit Bal. in c. j. in fi. de præscri. ꝙ præscriptio currit excommunicato, quamuis non potuit agere, si potuerit petere absolutionem, & non curauit, & dicit idem Bal. in l. sed & si per prætorem. §. j. per illum text. ff. ex quibus cau. ma. ꝙ non dicitur impeditus, qui facile potuit impedimentum remouere. Hanc limitationem comprobat per plura Fely. in d. c. ex transmissa. colu. j.

24 † Nunquid autem excommunicato currat præscriptio, tangũt Bal. Panormi. & Fely. in dicto c. j. de præscrip. ubi Fely. columna 5. concludit, ꝙ excommunicato etiam iuste non currit præscriptio, si non fuit in mora petendi absolutionem per text. in d. ca. quia diuersitatem. contra Panor. ibi tenentem, ꝙ iuste excommunicato præscriptio semper currat, siue sit in mora, siue non. Et an excommunicatus possit interrumpere præscriptionem, uide per Panor. in c. cum inter. colum. 3. circa princip. de excep.

25 † Et per hæc infero, quòd non est uera, sed aperte falsa decisio Alexan. in præalle. consi. 58. in fi. 5. uolum. decidentis, quòd hodie creditori contra tertium possessorem in actione hypothecaria nõ currit præscriptio, nisi a tempore factæ excussionis, quo fuit principalis debitor excussus & repertus non soluendo; quia, ut dicit ipse, ex quo per antea agere non potuit, non debet sibi currere tempus tanquam impedito impedimento iuris in d. l. j. in fi. ff. de anna. excep. Non obstat secundum Alex. si dicatur, ꝙ istud processit culpa, & negligentia creditoris, qui potuit agere cõtra debitorem & facere excussionem. Quia istud sibi obijci non potest, per tex. in d. cap. quia diuersitatem. ubi non currit episcopo impedito, licet impedimentum sui culpa processerit. Nam ista responsio non ualet, nec ex illo tex. potest sumi fundamentum. Quia (ut prædictum est) ille tex. non procedit data negligentia impediti, & quando potuit impedimentum remouere. Et ita declarat glo. super uerbo, suspitionis, quam omnes sequuntur: & secundum hunc communem intellectum est ibi casus in oppositum iuncta gl. Et sic per premissa apparet istam decisionem non esse ueram. Et eam latius reprobaui supra in 4 parte prin. col. 32. in 6 conclu. Ad quid autẽ, siue ad quantum tempus detur restitutio impedito dicetur infra.

26 † Successiue pro maiori enucleatione præsentis materiæ & premissorum quæro de tribus quęstionibus. Primò: quia uisum est supra, ꝙ contra impeditum impedimento facti currit prescriptio, sed

datur

Source : BIU Cujas

datur restitutio, & potest poni exemplum, utrum prædicta in eo qui abfuit reipublicæ causa, uel in capto ab hostibus, uel impedito alio iusto impedimento, ut in l.j.in princi. & in l. ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff.ex quib.cau.ma. Quæro ad quid sit concedenda ista restitutio, posito ꝙ præscriptio sit pro maiori parte lapsa durante absentia uel impedimento, & completa in præsentia, seu post quam cessauit impedimentum, utrum restitutio sit concedenda ad totum tempus, uel in totum denegando, an uerò sit danda restitutio, ut subducatur tempus absentiæ & impedimenti. Ista est quardua, & in qua fuit magna controuersia inter antiquos glossatores, quorum opin. late refert glo. in d.l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in glossa magna super uerbo restitutionis, & ibi latissime Bart. per quatuor seu quinque colum. & eam plene examinat glo. Barto. & oes Docto. maxime Saly. & Pau. de Cast. in l. quod tempore. C. de resti. mili. & Scriben. in §. rursus. ubi Ias. columna 15. & 16. Insti. de actio.

Et quamuis magna sit altercatio inter Doc. & Bart. in hoc articulo reperiatur sibi cōtrarius, tamen communis uidetur opi. Bulg. ut attestatur Ias. ubi supra scilicet ꝙ restitutio concedatur, ut subducatur tempus absentiæ uel impedimenti de medio. Et istam esse communē opi. attestatur Bal. in dicta l. quod tempore. circa medium commen. & Salyce. ibi dicit, ꝙ opinio Bulga. est uera, & ꝙ tenent illam Doc. & dic: & ut ample habetur in locis præallega.

27 Secundò quæro, quando incipiat currere tempus petendæ restitutionis, & intra quantum tempus peti debeat, & ad quantum tempus detur. Vera est conclusio, ꝙ tempus petendæ restitutionis, quod hodie est quadriennium d.l. superuacuam. C. de tempo. in integ. resti. pe. currit a tempore completæ læsionis, completa tamen maiori ætate, uel postquam cessauit impedimentum, & sic finita præscriptione, & non ante currit istud quadriennium secundum Barto. & communiter Docto. in d.l. superuacuam. circa fin. commen. ubi Bar. circa medi. quem omnes sequuntur, ponit not. doctri. circa ista tempora, dicens ꝙ diuersimode & tripliciter de tempore quæri potest. Quia interdum quæritur de tempore, ad quod debent peti, uel fieri restitutio, & tunc ad tantum tempus. quantum fuit illud, in quo fuit læsus propter absentiam, uel impedimentum, & non plus, fit restitio d.l. quod tempore. & l. sed si per prætorem. §. sed si feriæ. & §. quoties. ff ex qui. cau. ma. † Interdū uerò quæritur de tempore, intra quod debet peti restitutio in iudicio, & tunc si læsio sit causata ex cursu temporis, subdistinguit. Aut illud tempus est *plus quadriennio*, uel tantundem, & debet peti intra quadriennium, aut est minus quadriennio, & tunc debet de necessitate peti restitutio intra tantum tempus, quantum est præsentis læsionis, & non ultra, ita tenet glo. in dicto §. quoties. & in l. diuus. ff. de in integ. resti. tit. generali. & in l. interdū. ff. de mino. & d.l. ab hostibus. §. & quod simpliciter, & hoc firmat ibi Bart. pen. uel ulti. col. uersi. uenio ad tertium. Idem etiam firmant Bar. Bal. Ange. & Saly. & communiter Docto. in d.l. superuacuam, & rationem assignat ibi Saly. quia tempus, intra quod quis negligit petere restitutionem post perfectam læsionem & sublatum impedimentum, corrodit tempus, quod erat restituendum, & sic per indirectum excluditur ante quadriennium, idem tenet Saly. in d.l. quod tempore. colum. 2. uer. sed tunc quæro, & Pau. de Cast. col. ulti. post gl. ibi.

Ex quo inferunt, ꝙ si quis est læsus in decem diebus, qui dantur ad appellandum, finita minori ætate debet peti restitutio intra decem dies, & idem si esset quis læsus in una die. Sed instantia super hac causa restitutionis poterit durare quadriennio, dummodo fuerit petita restitutio intra tempus debitum, ut no. glo. in dicta l. diuus ff. de in integ. resti. Eandem rationem assignat Bal. ante Salyce. per alia uerba pauciora in d.l. superuacuam, scilicet quia tempus negligentiæ postquam cessat impedimentum, absorbet illud tempus, quod deberet restitui. Si uerò quis læditur ex contractu, uel quasi, uel ex sententia, istud tempus est uniforme, scilicet, quadriennīū continuum, dicta l. superuacuam. Aliud est tempus, intra quod restitutio in integrum debet terminari, & illud semper est uniforme, videlicet quadriennium, ut ibi, exceptis duobus casibus ibi no. per Bar. qui hanc doc. colligit ex dictis Dy. & Cy. refert Bar. ibi. & sequuntur cōiter Doc. & eam recitat Ias. in d.§. rursus. col. 19. & 20.

Fallit in ecclesia, in qua tempus semper est uniforme, videlicet quadriennium continuum a tempore læsionis, etiam si læsio sit minus quadriennio secūdum Bar. in d.§. sed quod simpliciter. col. ulti. uer. uenio ad tertium. per tex. in c.j. de resti. in integ. lib. 6. sed est melior text. & casus expressus in cle. j. de resti. in integ. & ibi plene non gl. quæ tenet opi. contra legistas, etiam in priuatis personis, qđ tempus petendæ restitutionis semper sit uniforme, & durat quadriennio. Tamen alia opinio, est communis apud legistas, ut prædixi: & dicit ibi glos. super uerbo, a tempore, quòd in hoc differt ecclesia a minore; quia minori currit tempus petendæ restitutionis in principio uigesimi sexti anni, scilicet cum factus est maior d.l. superuacuam. maiori autem læso tempore absentiæ currit tempus post reuersionem, & sic cessante impedimento d.l. ab hostibus. §. fi. sed in ecclesia semper currit a tempore læsionis ut ibi. Notandum est etiam, ꝙ illud quadriennium, quod datur ad petendam restitutionem a tempore læsionis, ut in d.l. superuacuā. licèt sit continuum in progressu: tamen est utile in initio, ideo nō currit antequam quis possit petere, aut probabiliter ignoranti. Vnde si quis staret per centum annos, & probabiliter ignoraret lęsionem, posset semper petere restitutionem in integrum. Quia tempus petendæ restitutionis non incipit cursum suum, nisi a tempore scientiæ, & si c est utile ad sui principium, ita dicit singulariter Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instru. Pau. de Cast. in le. fin. C. de dolo, refert Ias. in §. rursus. col. 20. in antiqua impres. & colum. 16. in noua. Inst. de actio. licèt, ibi non audeat firmare hoc dictum, & super eo relinquat cogitandum, dicens esse notabilissimum uerbum in actu practico, si est uerum, sed non est dubitandum de hac decisione; quia est uera, & communiter approbata, ut plene scripsi in 4. parte prin. col. 61. uer. & pro præmissorum.

Vigesimustertius casus, in quo

29 † non currit præscriptio, siue non inchoatur, est in pupillo durante pupillari ætate. (Quòd præscriptio currat minori, & ecclesię salua restitutione, uide per Specu. in tit. de resti. in integ. in 2. parte. uer. hoc aut. & uer. seq. & §. j. uersi. in restitutione. Bal. in l. cum notissimi. in princ. C. de præscrip. 30. an. & quando præscriptio currat cōtra minorem & pupillum, uide per Areti. §. tes fisci. circa fi. Institu. de usucapio. Pau. de Cast. consi. 297. uenditio ista. Bald. in l. non est. in j. lectu. C. qui. non ob. lon. temp. præscrip. Bertachi. in repertorio in uerbo, præscriptio. sexto. uer. præscriptio. 2. &c.) siue sit præscriptio longi, siue longissimi temporis 30. anno. casus est in Lsi cut. C. de præscrip. 30. anno. contra uerò adultos minores 25. anno. non currit præscriptio longi temporis decem, uel uiginti annorum, uel minoris, sed aduersus eos bene currit præscriptio longissimi temporis triginta annorum salua restitutione l. fin. & ibi plene not. glos. Barto. & Doc. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necess. & in l. etiam ei. ff. de minor. Hinc est, quòd res pupilli, uel adulti nō præscribitur spatio longi temporis l. bonę fidei. in prin. ff. de acquiren. rerum dominio. iuncta l. non est ignotum. C. qui. non ob. lon gi tempo. præscrip. Et quæ tempora currant minori, & quæ non, no. gl. magistr. in *l. auxilium.* in princip. in uerbo, cessabit. ff. de mino. & Bal. in d. l. non est. ubi ponit intellec. d. l. fi. C. in quib. cau. & glo. in l. si mater. C. ne de statu defun. & pro habāda perfecta & clara doctrina, an & quando tempus, siue præscriptio currat contra minorem: quia est materia multum inuoluta & intricata ex dictis Barto. Bald. Ange. Saly. & Pau. de Cast. in d.l. fina. C. in quib. cau. in integ. restitu. quorum nullus tradit perfectam doctrinam, excepto Ange. tradente quatuor doctrinas satis prolixas & confusas: & Barto. in d. l. etiam ei. qui tradit satis perfectam & succinctam doctrinam. ff. de mino. & meliorem quam faciat in dicta l. finali, facio conclusiones infrascriptas, ad quas totam hanc materiam non sine difficultate per ordinem reduxi.

30 † Prima conclusio est, ꝙ terminus, seu præscriptio conuentionalis procedens ex contractu defuncti inchoata cum defuncto currit contra minorem etiam pupillum eius hæredem, sicut cucurrisset contra defunctum sine spe restitutionis, casus est in l. Emilius. ff. de mino. & in l. quæ a patre. C. de restitu. milit. no. Docto. in d.l. fi. ubi Pau. de Cast. colu. ultima, assignat rationem huius conclusionis, & Barto. in dicta l. etiam. ultima, colu. prima. ff. de mino. dicens quòd præscriptio conuentionalis, seu tempus appositum in contractu minori, qui successit maiori, nec datur restitutio; quia sicut non restitueretur aduersus contractum celebratum per defunctū maiorem, cui ipse successit d. l. quæ a patre, ita nec restituitur aduersus lapsum temporis appositi in dicto contractu.

Et pro hac conclusione, quòd minor non restituatur aduersus præscriptionem conuentionalem, est glo. in l. cum militaribus. C. de restitu. mili. quam not. Bal. in c. j. in prin. colum. secunda, in titu. quo tempo. mili. Eandem conclusionem firmat Barto. in l. 2. C. si aduer. vendi. pigno. † Amplia primò istam conclusionem, vt procedat, etiam si præscriptio non fuit inchoata cum defuncto, sed ex contractu defuncti præscriptio incipit a minore; vt quia post mortem eius, qui contraxit, euenit conditio apposita in contractu, & sic obligatio cessit, & euenit in persona minoris hæredis sui, & in ipso hærede minore initium sumpsit, iuxta l. j. C. vt actio. ab hæred. Nam licèt isto casu non sit reperire, nisi vnum tantum in persona defuncti, scilicet contractum, cum quo non fuit inchoata præscriptio ante conditionis euentum l. cū notissimi. §. illud. C. de præscriptio. triginta annorum. Tamen minor non restituitur, si præscriptio procedit ex eodem actu, id est ex conuentione; quia fundamentum suum est in persona defuncti dicta l. quæ a patre. ita not.

32 Amplia secundò prędictam conclusionem, vt procedat nedum in tempore, seu præscriptione conuentionali: sed etiam in tempore seu termino apposito in vltima voluntate; quia tempus appositum a testatore currit minori, licèt restituatur in integrum, & in hoc differt à præscriptione contentionali, aduersus quam minor restituitur, vt prædixit. Casus est in l. prima. in §. si hæres. ff. de mino. nota. Bartol. in d.l. fi. colum. vltima. Amplia tertiò istam conclusionem

nem, ut procedat nedum contra adultum, ſed etiam contra nondum natum exiſtentem in utero: quia contra ipſum currit præſcriptio conuentionalis ſecundùm glo. & Bar. in d.l. etiam ei. col. j. in prima oppoſitio. ff. de mino.

Primò limita iſtam concluſionem, ut procedat, quando nil eſt geſtum cum minore; quia tunc non reſtituitur minor aduerſus præſcriptionem conuentionalem. Secus ſi aliquid fuerit geſtum cum eo: nam tunc datur reſtitutio, tex. eſt in d.l. Emilius. & ibi declarat Barto. vltra medium commen. in 2. oppoſitio. & latius in d. l. fi. in 2. colum. C. in quib. cau. puta ſi minor fuit interpellatus ex contractu defuncti, & conſtitutus in mora: quia tunc reſtitutio cauſatur ex eo, quod fuit geſtum cum minore, ut in caſu d.l. Emilius. & per Bar. ubi ſupra. Secundò limita: quia licèt minor non reſtituatur aduerſus præſcriptionem conuentionalem, quando nihil eſt geſtum cum eo ex edicto de minoribus, quod requirit aliquid eſſe geſtum minore, ut detur reſtitutio l. j. & per totum. ff. de minori. poteſt tamen petere reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem conuentionalem procedentem ex pacto defuncti ex capite ignorantię & ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa &c. de qua in l. j. in princ. & in §. j. & l. 3. §. hæc clauſula. ff. ex quib. cau. maio. quia ex quo ſucceſſit in ius alterius, probabilem habet ignorantiæ cauſam l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & ſic nedum minor, ſed etiam maior reſtitueretur ex hoc capite iuſtæ ignorantiæ, ita limitat & declarat not. Barto. in l. Emilius. poſt med. commen. in 2. oppo. Mouetur ex no. per glo. & Docto. in l. cum filius. §. in hac. ff. de uerbo. obli. ubi habetur, ꝙ hæres etiam maior reſtituitur ex capite ignorantiæ aduerſus pœnam & caducitatem procedentem ex contractu celebrato cum defuncto propter lapſum temporis, vt in hærede emphyteutæ qui non ſoluit canonem per triēnium quia ignorauit rem emphyteuticam. De quo per Alexan. conſi. 61. uiſo proceſſu. 2. col. 1. uol. & per laſ. in tracta. iur. emphy. col. 91. Tertiò limita, ut prædicta concluſio non procedat quò ad reſtituitonem in præſcriptione teſtamentaria; quia licèt currat pro ut conuentionalis etiam contra pupillum: tamen datur reſtitutio:

33 vt dixi in j. ampliatione. † Secunda principalis concluſio eſt, ꝙ præſcriptio legalis inchoata cum defuncto currit contra minorem etiam pupillum, ſed datur reſtitutio, caſus eſt in l. j. C. ſi aduerſus uſucap. (Quòd minor reſtituatur aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, uide Alex. conſi. 81. reuocatur in dubium. col. 2. ultra med. 5. uol.)

Amplia ut procedat etiam contra nondum natum exiſtentem in utero, contra quem currit & completur præſcriptio inchoata cum defuncto, ſed reſtituitur: caſus eſt in d.l. etiam ei. & ibi no. gl. & Bart. ff. de mino. Fallit in preſcriptione 30. anno. quæ ipſo iure non currit contra pupillum durante tempore pupillaris ætatis licèt inchoata cum defuncto, ſed interim dormit: contra adultum uerò bene currit, ſed reſtituitur, caſus eſt in d.l. ſicut. C. de præſcri. 30. an. & ita declarat ibi Bal. in fi. j. col. dicens ꝙ præſcrip. 30. anno. incipiens a prædeceſſore continuatur contra minorem ſuccedentem excepto tempore pupillaris ætatis ſecundum Cy. & Bald. in d.l. fi. ad idem allegans glo. in §. ſi uerò expectet. in uerbo, alia. in Aut. de reſtitu.

Subdit Bal. in d.l. ſicut. col. 2. ꝙ præſcriptio 30. ann. currit contra mulierem, contra abſentem, contra mulierem, contra ignorantē ius, & contra ignorantem factum. Sola igitur pupillaris ætas excluditur. Non autem tempus furoris, quia illud eſt incertum quantū duret: quia interruptio pertinet ad ſolicitudinem curatoris. Sed de

34 hoc ultimo dic ut infra in 25. caſu. † Et dicit idem Bal. in l. cum notiſſimi. in prin. col. j. C. de præſcri. 30. an. ꝙ in omni præſcriptione longiſſimi temporis ætas pupillaris ſubtrahitur de medio. Idem ſecundum eum in præſcriptione inducta per ſtatutum, licèt ſit ſecus in præſcriptione longi temporis: quia aduerſus eum currit, ſed reſtituitur. Ex præmiſſis facio concluſionem, ꝙ quelibet præſcriptio cępta in perſona maioris currit contra minorem eius hæredem etiam pupillum & exiſtentem in utero excepta ſola præſcriptione. 30. ann. quia tanquam odioſa dormit in pupillo. Hanc concluſionem facit glo. no. in l. j. in glo. unica magna ad fin. C. ſi aduer. uſuca. Eam tenent communiter Docto. ut atteſtatur Bar. in d.l. fi. in prin. 2. col. in pe. oppo. ſuper tex. C. in quibus. cau. per tex. not. in l. ſi fundus. ff. de fun. dota. qui probat, ꝙ defectus, uel priuilegium ſuperueniens non impedit præſcriptionem iam inchoatam.

Eandem concluſiondm firmant glo. & Barto. in l. etiam ei. ff. de

35 mino. Ang. Saly. & Pau. in l. ſi intra. C. de non nu. pe. † Et ex his habetur intellectus ad l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. quia illa l. diſponens, ꝙ minor ſeruatur ipſo iure illęſus: ita ꝙ ſibi non currit præſcriptio, nec indiget reſtitutione, procedit, ubi quis uult inchoare præſcriptionem a perſona minoris; tunc enim præſcriptio legalis non currit contra minorem, ſecus, quando præſcriptio fuit inchoata cum defuncto; quia tunc currit iuxta diſtinctionem prædictam. Et ita intelligunt illam l. fi. Bar. & omnes ibi, maxime Ange. in j. col. & Pau. in ulti. & Bar. in d. l. etiam ei. ff. de mino. Et late notant Saly. in d.l. j. circa fi. C. ſi aduer. uſuca. & ibi clare Pau. de Caſt. & Bal. qui aſſignant rationem. Quia in præſcriptione inſpicitur initium l. j. §. & hoc tantummodo. C. de uſuca. transfor. Et ſic remanet incorrecta diſpoſitio d.l. ſicut. & d.l. j. C. ſi ad aduer. uſuca. & d.l. etiam ei. ff. de mino. Et ita firmant communiter Doc. in d.l. fi. ꝙ per illam prædicta iura non corrigantur: & Ang. Saly. &

36 Pau. de Caſt. in d.l. ſi intra. C. de non nume. † Limita prædictam concluſionem, que habet, ꝙ licèt præſcriptio legalis inchoata cum defuncto currat minori. Tamen reſtituitur, ut non procedat, quādo illud tempus legale cucurriſſet ad corroborationem contractus celebrati per defunctum; quia tunc currit ſine ſpe reſtitutionis, caſus eſt ꝑm intellec. lac. de Are. Ang. & Pau. de Caſt. in d.l. ſi intra. ubi dicitur, ꝙ tempus opponendi exceptionem non nume. pecu. contra confeſſionem mutui de recepto factam per defunctum currit minori, adeo ꝙ compellitur ad ſoluendum, ergo ſibi non datur reſtitutio, & ſic currit cum effectu, non tantum ex eo ꝙ illud tempus biennij inceperat currere in perſona defuncti, ſed ex eo ꝙ illud tempus opponendi exceptionem non nu. pe. currit ad corroborationem contractus celebrati per defunctum. Et ſic idem iudicatur, quod de termino conuentionali, qui currit ipſo iure minori abſque reſtitutione, vt in præcedenti concluſione. Ita tenent & declarant Ang. & Pau. in d.l. ſi intra, poſt Iac. & Are. & idē Pau. in d.l. fi. col. j. C. in quib. cau. Contrariam opi. tenuit glo. 2. in d. l. fi. quam ſequitur ibi Bar. col. 2. ꝙ in caſu d. l. ſi intra. minori detur reſtitutio aduerſus temporis lapſum, & iſtam opi. ſequuntur Bald. & Saly. poſt antiquos ibi, & videtur magis communis opinio & ſequenda in iudicando, præſertim propter authoritatem glo. & Bar. quia magis æqua. Et tationem diuerſitatis inter præſcriptionem cōuentionalem & iſtam aſſignat Bald. in d. l. ſi intra. probans ꝙ in caſu illius l. aliquid dicitur eſſe geſtum cum minore, propter quod debet reſtitui iuxta tex. d.l. Emilius. cum ibi no. per Barto. & Doct. ff. de mino. Tertia concluſio eſt, quædam ſunt præſcriptiones, quę inchoātur a minore, in quibus datur talis doctrina, quòd vbi olim efficaciter currebant iſtæ prę ſcriptiones contra minorem, currunt pariter hodie. Vbi verò olim non currebant, nec hodie. Sed vbi olim currebant, ſed non efficaciter propter opem reſtitutionis, ſeruatur hodie ipſo iure minor illæſus, ut præſcriptio contra eum nō currat d.l. fi. Et ex hac doctrina, quæ etiam elicitur ex verbis Bar. in d.l. etiam ei. circa med. commen. ff. de mino. reſultat triplex regu-

37 la ſecundum Bal. Ang. & Pau. de Caſt. in d.l. fi. † Prima eſt, quòd vbi olim præſcriptiones legales inchoatæ a minore efficaciter currebant contra minorem, currunt pariter hodie. Secunda regula eſt, ꝙ vbi olim non currebant, nec hodie. Tertia regula eſt, ꝙ vbi olim currebant, ſed non efficaciter propter opem reſtitutionis, ſeruatur hodie minor ipſo iure illæſus, vt ſibi non currat præſcriptio d.l. fi. & hos tres caſus exemplificat & declarat glo. in d.l. fi. ſuper verbo, conceſſerunt, quam doc. magis communiter ſequuntur. Sed difficultas eſt in exemplificando primam regulam, in quibus caſibus olim ante illam l. curreret præſcriptio minori, ſed non daretur reſtitutio, cum in re pupilli & adulti non curreret præſcriptio ipſo iure l. non eſt. C. qui. non ob. longi tempo. præſcrip. Circa quā difficultatem laborat glo. in d.l. fi. in verbo quærere, quæ exemplificat in perſonalibus. Sed non eſt bonum exemplum, quia cum regulariter actio perſonalis præſcribatur ſpatio 30. an. l. 2. C. de cō ſti. pe. Iſta præſcriptio tricennalis adhuc hodie currit contra adultos, & remanet ī ſtatu ſuo, vt dixit tex. in d.l. fi. licet dormiat in pup. l. ſicut. C. de præſcri. 30. anno. Vnde poteſt poni melius exemplū primæ regulæ in actionibus prætorijs, quæ olim & hodie finiuntur anno. l. in honorarijs. ff. de ac. & obli. vel in actionibus conſimilis vitæ: vt eſt actio quanto minoris, quæ finitur anno, aut breuioris, vt eſt redhibitoria, quæ non durat, niſi ſex menſibus l. cum ſex. ff. de ædi. edic. quia in iſtis actionibus temporalibus minoris vitæ præſcriptione longi temporis 10. anno. hodie currit præſcriptio cō tra minores, ſicut olim efficaciter abſque ſpe reſtitutionis. Ita declarat Pau. de Caſt. in d.l. fi. col. 2. Prædictæ tres regulę procedunt in p ſcriptione 10. aut 20. ann. vel breuioris vitæ. Sed præſcri. 30. vel 40. ann. remanet in ſuo antiquo ſtatu, vt dicit tex. in d.l. fin. C. in quib. in integ. reſt. & ſic pupillo nō currit, niſi poſt pupillarem ætatem. Nec poteſt ab ipſo inchoari durante pupillari ætate. Sed cōtra adultum bene currit d.l. ſicut. & ſine ſpe reſtitutionis, vbi eſt inchoata cōtra ipſum. Quia cum præſcriptio 30. ann. inchoari non poſſit a minore, niſi poſt pubertatem, perficitur neceſſariò poſt 29. ann. & lōge excedit illam ætatem, vt perficiatur, & ſic quadriēnium, intra quod peti debet reſtitutio poſt 25. annum l. ſi ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſti. peten. non largiuntur amplius tempora petendi reſtitutionem ratione ætatis. Ita concludit Bar. in d.l. fi. col. penul. Poſſet tamen hoc caſu competere reſtitutio in integrum ex capite iuſtæ ignorantiæ, ſi interceſſerit, prout cuilibet maiori iuxta no. per Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. dixi plenè ſupra in 4. par. princi. col. 58. & eo caſu tempus petendi reſtitutionem eſt utile in initio; quia non currit, niſi a die ſcientiæ, ut ibi dixi, & in propoſito ſic declarat Pau. de Caſt. in l. quod tempore. colu. pen. C. de

38 reſtit. milit. † Si uero præſcriptio legalis non cœpit cum minore, ſed cum defuncto; tunc non currit contra minorem, ſed reſtituitur. d. l. ſicut. Ita declarat Bar. in d.l. fi. col. vlt. uer. uenio ad ultimam partē.

Quod

Quod est uerum, nisi læsio fuerit completa in maiori ætate: quia tunc non restituitur, nec etiam subducuntur tempora de medio. Vt ecce si præscriptio sit cepta contra patrem, & inchoata præscriptione mortuus est pater relicto filio adulto minore hærede, & fuit continuata præscriptio contra minorem & perfecta postquã fuit factus maior 25. ann. Nam ex quo læsio completur in maiori ætate, nõ subducitur de medio tempus minoris ętatis: ita no. Doc. in d. l. quod tempore. Et est tex. in l. j. iuncta glo. in uerbo. iudicij. C. si aduer. rem iudi. quæ debet, ꝙ restitutio non conceditur, quando læsio fuit completa in maiori ætate, nisi illud tempus esset modicum, quam glo. sequuntur ibi communiter Doc. & ita dicit Pau. de Ca. in d. l. fi. ante fi. in uersi. pone exemplum &c. C. in quib. cau.

39 † Prædicta conclusio, quæ hẽt, ꝙ pupillo, & minori non currit hodie præscriptio 10. & 20. ann. uel minoris temporis, ut in biẽnio dato ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ d. l. fi. in prin. & l. in contractibus. in prin. C. de non nu. pecu. cum glo. in uerbo petituras. Primò fallit in præscriptionibus iudicialibus, ut in tempore triennij, quo durat instãtia causæ principalis; quia illud etiam hodie currit minori, & non datur restitutio, nisi in subsidiũ tutore uel curatore existente non soluendo l. properandum, §. penulti. & ibi plene no. C. de iu. no, Bar. in d. l. fi. col. j. in 7. oppo. Idem est in instantia statutaria; quia illa subrogatur loco instantiæ iuris communis, & eius naturam imitatur, ut no. Cano. in c. de causis. de offi. delega. lo. An. in titu. de appel. §. nunc breuiter. uer. licet autem. Alex. consi. 42. in causa & lite uertente inter Christoforum. j. col. 3. uolu. & cons. 24. inspecto processu. 4. uolu. Idem etiam est in tempore appellationis interponendę, quod est decendium, aut. hodie. C. de ap. & appellationis prosequendæ, quod est hodie annus, & ex causa biennium c. ex ratione. de app. & aut. ei qui. C. de temp. ap. Nam ista tempora fatalia etiam hodie currunt ipso iure minori propter rigorem iuris conseruandum, ut habetur in Aut. de appel. & intra quæ tempo. not. glo. magistra in l. auxilium. in princip. in uerbo cessabit. ff. de mino. Sed datur restitutio minori etiam tutore uel curatore existente soluendo aduersus hæc tempora fatalia; quia maius in hoc uertitur præiudicium minoris, cum ex toto pereat ius eius, quod non est in prima instantia, & hoc patet in l. j. & 2. C. si sępi. in inte. rest. postu. quæ loquitur de tempore appellandi, quod currit minori, & datur restitutio, vt ibi & in l. & si sine. §. pe. & fi. ff. de mino. no. Bar. in d. l. fi. col. j. in 7. oppo. & ibi etiam Bal. in d. l. j. & 2. C. si sępius &c. Et generaliter termini & præscriptiones iudiciales currunt minori & ecclesiæ, salua restitutione. tex. est in ca. auditis. iuncta gl. in verbo, iure minoris. & ibi no. Panor. in 6. notabili, & super illa glo. colum. 2. & 3. & in c. coram. de resti. in integ. di xi supra in 5. parte prin. col. 12. Ideo minori currit tempora dilationum assignatarum per iudicem vel per statutum litigantibus ad singulos actus, sed dabitur restitutio, ut in dictis iuribus, ita no. Pau. de Cast. in d. l. fi. colum. 2. post Barto. in 7. oppos. colum. j. qui dicit idem eadem ratione in omnibus dilationibus datis a iudice, ut dicta l. & si sine. §. penul. & not. Bal. in dicta l. 2. uerb. opponitur. C. si sępi. in integ. resti. postu. & in l. cum notissimi. in princip. C. de

40 præscrip. 30. annorum. † Secundò fallit prædicta conclusio in tempore statuto hæredi ad conficiendum inuentarium: vt in l. fi. C. de iur. delibe. quod similiter currit pupillo & minori, saluo restitutionis beneficio, casus est in §. pupillus. in Auten. de hære. & fal. & no. gl. in l. auxilium. in prin. in uerbo, cessabit. ff. de min. Ias. in l. properandum. §. fi. in 2. no. C. de iud. ubi aliquid tangit de materia. Et licèt ipse alleget glo. pro singulari in dicta l. auxilium. tamen casus est in dicto §. pupillus. Tertiò fallit tempore dato ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, quod etiam currit minori, ut in aut. si minor. C. de tempo. in integrum restitu. peten.

Quartò fallit in temporibus, quæ dantur ad petendam bonorũ possessionem de iure prętorio, ut in §. fina. Insti. de bono. possessione. quia talia tempora currunt minori, sed restituitur, ut per Bar. in dicta l. fi. col. ulti. uersi, expeditus de glo.

41 † Quintò fallit in tempore anni & diei præfixo uasallo ad petendam inuestituram, quia illud tempus currit minori adulto, sed non pupillo, salua restitutione, tex. est in §. præterea si quis. iuncta gl. in uerbo anni, & ibi plene no. Alua. & do. Prępo. de prohib. feud. alie. per Fede. & in §. si minori. & §. sequen. si de feu. fue. controuer. no. Alexand. consi. 89. circa primum de quo quæritur. vlti. col. j. uolu.

Et quæ tempora currant minori, & quæ non, & plures ex prædictis casibus no. glo. magistra in l. auxilium. in prin. in uerbo, cessa-

42 bit. ff. de minori. † Sexto fallit generaliter in omnibus præscriptionibus inductis post d. l. fi. C. in qui. cau. per leges & constitutiones nouas, aut per consuetudinem uel statuta municipalia. Et sic in prę scriptione statutaria; quia huiusmodi præscriptiones indistincte currunt minori salua restitutione, ita no. limitant & declarant d. l. fi. Alua. & do. Prępo. in d. §. præterea si quis. ubi concludunt, ꝙ semper minor restituitur, licet currat tempus, nisi reperiatur contrarium in iure expressum, per glo. no. ibi in uerbo, annũ: quia restitutio in integrum nunquam censetur exclusa, nisi excludatur expresse, vt probat illa gl. & est alia vulgò reput. sing. in l. postquam liti. in glo. fi. quam ibi no. Alex. & Moder. in vlti. colum. C. de pact. & de hac ultima fallen. latius dicetur in seq. quæstione.

43 † Quæro igitur pro maiori discussione præcedentis fallentiæ, & refrico in dubium, utrum præscriptio statutaria currat contra minorem. (Quod præscriptio statutaria 20. anno. cępta contra minorẽ currat ꝙ hæredes, licèt aliter sit minor, uide per Pau. de Ca. cons. 211. aliàs 215. ista uenditio. in anti. & ꝙ tempus, quod currit defuncto ex forma statuti, computatur hæredi etiam minori, no. Bal. in l. fi. C. si maior factus, adde Pau. de Cast. consi. 293. in antiq. ubi concludit, ꝙ præscriptio statutaria subrogata loco præscriptionis 30. anno. sapit eandem naturam in omnibus, ideo non currit contra pupillum, sed contra adultum sic, quod currit ignoranti, & impedito vti præscriptio iuris communis, no. Bal. in §. porrò. in titu. qualit. olim feu. po. ali. Bertachi. repertorio in uerbo, præscriptio, sexto, col. 5. uers. præscriptio statutaria, cum tribus versi. seq. Item no. quòd tempus præfixum a statuto ad adeundum currit pupillo secundum Pau. de Cast. in l. in pupillorum. C. de repu. hære. refert Bertach. ubi supra, licèt non referat ea quæ hic posui, & an præscriptio statutaria currat minoribus, & contra rempublicam, vide pulchre per Bal. in l. si mater. C. ne de statu defun. & in l. cum notissimi. in prin. C. de præscr. 30. anno. & de præscriptione statutaria vide etiam Bal. in c. cum non liceat. in fi. de præscrip.) Hanc q. mouet Barto. in l. fi. in ulti. q. ad fin. commen. C. in qui. cau. in integ. restitu. & in l. etiam ei. in ulti. q. ff. de mino. referens opi. Innoc. in c. constitutus. vbi in proposito est bonus tex. de resti. in integ. & distinguit Bar. ꝙ aut præscriptio statutaria aufert minori ius quæsitum, & tunc statutum simpliciter loquens restringitur ad maiores, nec habebit locum in minoribus, per rationem positam in d. l. fi. quia melius est intacta iura seruare &c. aut per præscriptionem statutariam minor amittit lucrum, & statutum non restringitur, ne minor amittat lucrum, licèt restringatur, ne sentiat damnum. Sed currit præscriptio contra minorem ratione lucri, conceditur tamen sibi restitutio. Casus est in d. c. constitutus. per quod se fundat Inn. secundum Bart. in d. l. fi. & in d. l. etiam ei. cuius opi. defendit & sequitur Panor. in d. c. constitutus. 2. colum. in ulti. no. & ibi late tractat materiam d. l. fi. ponens aliquas ex prædictis conclusionibus. Sed Bal. & Ang. in d. l. fi. col. j. & Pau. de Cast. ibi in fi. commen. tenent indistincte opi. Inno. ꝙ præscriptio introducta per statuta, vel consuetudines terrarum currit minori, siue tractetur de lucro, siue de damno per rationes, quas assignant. Pro qua conclusione facit ꝑm Bal. Quia statuta & consuetudines arctant etiam minores, vt probat text. not. in l. si sine hærede. §. Lucius. ff. de admini. tuto. not. Ang. in l. si plures. ff. de pac. Alex. consi. 37. consideratis his. 2. colu. 4. volu. Et pro ista conclusione est bonus tex. in §. prętерea si quis. in titu. de prohi. feu. alie per Fede. vbi Alua & do. Præpo. referens plures, qui sequuntur, tenent hanc opi. Inno. contra Barto. & sic apparet ꝙ ista est communis opi. Nec obstat ꝑm eos tex. per quẽ mouetur Bar. in d. l. fi. C. in quib. cau. vbi minor ipso iure seruatur illæsus aduersus cursum temporis absque beneficio restitutionis; quia illa l. tollit solum præscriptiones veteres inductas ante ipsam l. nõ autem tollit præscriptiones inductas post d. l. per leges & constitutiones nouas, aut per consuetudinem & statuta municipalia salua restitutione: ita no. limitant & declarant Alua. & do. Præpo. in d. §. prterea si quis. Et dixit in vltima fallen. prędcedentis ꝯclusionis.

4 *Dubitatio superueniens præscribenti fructus, seu partum ancille, uel alterius rei emptæ, antequam præscribat, interrumpit præscriptionem.*
5 *Mala fides quò ad vnum superueniens, an interrumpat præscriptionem quò ad plures, uel aduersus illum tantum.*
6 *Mala fide medio tempore superueniente an interrumpatur præscriptio possidentis.*
7 *Repugnante conscientia possidens peccat.*
8 *Scientia rei alienę etiam sine mala fide, an impediat præscriptionem.*

1 Secundò principaliter quæro, † An defectus bonæ fidei interrumpat præscriptionem. Istam quæstionem format Bar. in dicta l. naturaliter. columna secunda. uersic. quæro, vtrum superueniens &c. & dicit, quòd de iure ciuili superueniens mala fides simpliciter nunquam interrumpit præscriptionem. (Vide Salic. in l. cum notissimi. §. immo. columna fina. circa princ. C. de præscr. triginta annorum.) quia de iure ciuili sufficit bonam fidem adesse in initio. l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucap. & l. prima. §. hoc tãtummodo. C. de usucapio. transfor. Sed de iure canonico quandocunque superueniat mala fides ante completam præscriptionem, interrumpit illam. ca. uigilanti. & c. fi. de præscr. & c. possessor. cum gl. de reg. iur. in 6. cui iuri Canonico in hoc standum est, ut ibi cõmuniter concludunt gl. & Cano

Et ideo secundum Cano. bona fides debet esse continua, & de continua bona fide articulandum est: ut dicunt Bal. & Ang. in l. super longi. col. 2. C. de præscr. lon. temp. ubi etiam concludunt, ꝙ in hoc standum est Canoni: quia agitur de peccato.

2 Sed primò quęro, † quid si mala fides incipit in ꝑsona successoris, & bona fides fuit in persona authoris, an impediatur prę̃scriptio ex hac mala fide superueniente. (Adde Bal. in capitu. cum non liceat. circa fi. de prę̃scri. ubi dicit, quòd præscriptio non interrumpitur per malam fidem.)

Istam quæstio. mouent Bal. & Ang. in dicta l. super longi. columna secunda. uersi. sed si mala fides. C. de præscri. long. tem. & distinguunt, an traditio fuerit facta authori, vel successori, & inter successorem vniuersalem & singularem, per text. in l. 2. §. si defunctus. & §. si eum. ff. de usuca. pro emp. ut ibi latius per eos.

Sed de iure canonico ex quo requiritur continua bona fides, ut dixi in præcedenti. q. est indubitatum, ꝙ mala fides superueniẽs, vel in persona successoris vniuersalis, uel singularis interrumpit, & tanto magis si habuerit malam fidem ab initio. d. c. possessor. cum ibi no. de reg. iur. in 6.

3 Secundò quæro, † quid si quis cœperit dubitare, seu titubare, vtrum ad eum res pertineat, vel non, & sic non habet bonam fidem nec malam, quæ proprie dicitur non bona fides tenens medium, ut nota gloss. in l. tertia. §. fina. ff. de acquirenda possess. & in l. prima. C. eodem. vtrum talis dubitatio, seu titubatio interrumpat præscriptionem. Barto. in dicta l. naturaliter. circa fin. secundę columnę. determinat, ꝙ non & ita dicit sentire Innocen. in capitu. fi. de præscrip. & hanc opinionem. tenet ibi glo. not. Bald. & Ange. in l. super longi. uersic. dixi secundo. C. de præscri. long. temp.

Et ista opin. est communis, vt attestatur Alexand. & Aret. in dicta l. tertia. §. fina. & ibi latę Iason. columna secunda & tertia. comprobans per plura. ff. de acquirenda possess. nota. plene Felyn. post Panorm. in dicto capitu. fina. columna antepenultima. circa finem & penul. uersic. ad illud de eo qui dubitat, &c. qui inter cætera pro ista conclusione allegat dictum Bal. in cap. si diligenti. de præscript. ubi dicit, quòd conscientia dubia non generat malam fidem, & est ibi bona glo. super verbo, bona fides, ad fin. & Bald. in capitu. fina. columna tertia. de consue. dicentem, quòd dubius in conscientia non dicitur facere contra conscientiam, nisi postquam ei innotuerit ueritas.

Et ita intelligit Innocen. in repet. dicto ca. fi. de præscri. per rationem; quia nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere. l. illud. ff. de peti. hæred.

4 †Istam conclusionem singulariter limitet Bald. in l. ancillæ. col. 3. C. de fur. ut procedat, nisi possideretur res titulo pro suo tãtum: ꝛc

ideo

Source : BIU Cujas

ideo dicit, ꝙ si superuenit talis titubatio, seu dubitatio præscribenti, fructus, seu partum ancillæ vel alterius rei emptæ anteaquam præscribat interrumpit præscriptionem, refert & sequitur Alex. in apostil. ad Bar. in d.l. naturaliter. & ibi no. D. Clau. Aquen. col. 2. circa fi. & no. ꝙ per solam petitionem factam in iudicio inducitur titubatio secundum Bal. in l. nemo. ad fi. C. de acq. poss.

5 Tertiò quęro, †quid si superuenerit mala fides quo ad vnum, an interrumpatur præscriptio quò ad omnes, vel aduersus illum tantum. Bar. in d.l. naturaliter. colum. 3. versi. quęro quid si superuenit mala fides determinat ꝙ non interrumpitur, nisi aduersus illum tantum, cuius respectu superuenit mala fides per gl. in l. si quis fundum. in gl. fi. ff. de acqui. poss. quæ vult, ꝙ quis possit habere bonam fidem respectu domini & præscribere dominium & malam fidem respectu creditoris, & l. hypothecæ. Et sic nō præscribet aduersus hypothecariam. Idē vult gl. in l. sicut in verbo possidente. C. de præscr. 30. annor. Et pro hoc videtur casus secundum Bar. in l. qui balneum. ff. qui pot. in pigno. habe. sequitur dom. Anto. in d. c. illud motus, quia bona fides, & mala possunt referri ad vnum & nō ad alium, & respicit unum, ita quòd non alium, arg. l. Fulcinius. §. quid si aduersus. ff. quibus ex cau. in poss. eat.

Contrariam opi. tenet Panor. ibi in prin. 2. col. motus primò per
6 tex. in c. fi. de præscr. ubi patet † ꝙ possidens repugnante conscientia peccat, sed iste credebat rem non esse suam, ergo peccat, & sic non poterit præscribere. Mouetur secundo per tex. in c. si virgo. 32. q. 2. vbi dicitur, ꝙ tandiu quis dicitur possessor bonæ fidei, quādiu ignorat se alienum possidere. Sed iste credebat rem non esse suam, licet putaret eam esse illius, cuius non erat, ergo erat in mala fide. Sed opi. Bar. uidetur magis communis, licet utraque sit bene fundata secundum Fel. in d. c. illud. circa prin. qui nihil firmat. Et opi. Bar. tenent ibi Butri. & Imo. & Saly. in l. cum notissimi. §. immo. colum. pen. vel fi. uersi. sed tunc quæro. C. de præscri. 30 ann. ubi assignat rationem, cur defectus possessionis interrumpit quò ad omnes, sed non superueniens defectus bonæ fidei. Et idem dicit eadē ratione in superueniente defectu tituli: & Pet. de Anchar. in c. j col. pe. de præscri. in 6. Aret. uero in l. 1. §. item acquirimus. col. 5. & in l. 3. §. Neratius. col. pen. & in l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acq. poss. dicit dictum Bar. debere intelligi, quando bona & mala fides respiciunt iura diuersa, puta dominium & hypothecam, & ita loquuntur gl. & iura quas, & quæ Bar. allegat, sed mala fides respectu unius iuris quo ad unum nocet quò ad omnes: ita procedat opi. Pan. & hoc modo possunt concordari opi. Et ita declarant expresse Bart. Roma. & Cuma. licèt Areti. non dicat in d.l. naturaliter, vbi istum passum latè discutit Do. Clau. Aquen. colum. 3. ad fin. dic: ut ibi latius per eum.

7 Quartò quęro †Quid si superuenit mala fides medio tempore; quia quis credidit rem esse alienam, deinde melius informatus credidit illam suam, uel auctoris sui, & sic deposuit malam fidem, possidendo cognitione domini, iuxta tex. in l. bonæ fidei emptor. ff. de uerb. sig. & in l. apud antiquos. in verbo, domini cogitatione. C. de fur. Vtrum talis mala fides incidens & non durans interrumpat præscriptionem. Bar. in d. l. naturaliter. col. 3. determinat quòd non post Inno. in c. fi. de præscri. quia secundum eum, ad hoc ut superueniens mala fides interrumpat præscriptionem etiam de iure cano. oportet quòd superueniat incommutabiliter. Alias remanet incorrectū ius ciuile, quo cauetur, sufficere bonam fidem adesse in initio, ut prædictum est: & fuit originalis opi. gl. in d. c. fi. contrariam opi. tenent Host. & Panor. ibi. Idcirco de hoc articulo dic ut ibi latè per Feli. col. v. uersi. tē dum probat, referentem opiniones, & postea distinguentem: & p do. Clau. Aquen. in d.l. naturaliter. col. 2. qui attestatur opi. gl. Inno. & Bar. esse communem. Qualiter autem probetur mala fides ponit Bar. in l. Celsus. col. 4. & ibi late dicam. ff. de vsuca.

8 †Et notandum est, ꝙ scientia rei alienæ etiam sine mala fide impedit præscriptionem secundum Bald. not. in l. nec creditores. C. de pig. actio. Et ponit exemplum in creditore possidente pignus. Nō enim possidet mala fide, cum habeat causam possidendi per traditionem debitoris: tamen scit rem esse alienam, ideo non præscribit l. serui nomine. ff. de vsucap. & dicit hoc menti tenendum, refert & sequitur Fel. in d. c. illud. col. j. de præscri.

SVMMARIVM.

1 *Superueniente defectu tituli an interrumpatur præscriptio possidentis.*
2 *Venditione resoluta potest uenditor vti accessione emptoris & utriusque tēpora coniungere.*
3 *Vsucapio an interrumpatur ut non currat ad commodum auctoris, vbi titulus reuertitur ad non titulum.*
4 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod ueritas in casu uero.*

1 Tertio principaliter quęro, †vtrum superueniens defectus tituli interrumpat præscriptionem.

Istam quæstionem firmat Bart. in d.l. naturaliter. col. 2. uer. quæro ergo, utrum superueniens defectus in titulo, & loquitur satis confuse. vt dicit Pan. in d. c. illud. colu. 2. versi. quò ad terminum, qui breuiter distinguit, quòd aut superuenit defectus tituli; qa certior effectus est possessor de illius nullitate, & tunc impeditur & interrumpitur præscriptio: quia talis defectus superueniens constituit eum in mala fide, argum. c. ueniens. de præscri. aut superuenit defectus tituli respectu resolutionis; quia ergo possidens rem bona fide vendidit tibi rem illam sub pacto, ut deficiente conditione apposita res esset inempta: & tunc licet deficiat conditio, non tamen est interrupta prę scriptio inchoata contra dominum: sed potest primus possessor priora tempora cum sequentibus continuare: quia illa propria dici venditio non potest, cum esset resolubilis in euentum conditionis & idem in simi.

Et licet Pan. pro hoc nihil alleget, est tex. in l. Pomponius. §. præ-
2 terea. ff. de acqu. poss. ubi dicit † ꝙ resoluta uenditione venditor potest vti accessione emptoris & coniungere tempora utriusque, & est casus in l. si hominem. ff. de vsucapio. (Vide Sali. in l. cum notissimi. §. sed & si quis. col. 3. circa prin. C. de præscrip. 30. ann.)

3 Ang. vero in d.l. naturaliter. ex doctrina Bar. colligit † quòd quando titulus reuertitur ad non titulum, non interrumpitur vsucapio, quin currat ad commodum auctoris. d.l. si hominem. Sed ad cōmodum sui interrumpatur, quando scit se restituturū: secus si ignoraret & iuste: & ita intelligit tex. in l. quæsitum. ff. de acqui. re. dom. quem allegat ibi Bar. item secus si restituturus non esset. Exemplū. Si dicit statutum, quòd omnes contractus facti a mense citra sint nulli, tamen possidentes possideant non interrumpitur præscriptio quia tunc debet inspici initium. l. sequitur. §. de illo. ff. de vsucapioni. Fallit tamen secundum Ang. si reductio ad non titulum fingeret retro: vt quia dicit statutum, quòd fingantur contractus nunquam
4 facti. † Nam cum idem opertur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero. §. si uero constante. cum gl. in Auth. de san. episc. sicut defectus tituli a principio secundum veritatem impediret præscriptionem, ita & quando secundum fictionē. Et verba Ang. refert Imo. in d.l. naturaliter. col. 2. & tenet contra Ang. in casu dicti statuti, dicens quòd non videt effectum huius fallētiæ, si statutum subijciat, quòd possidentes tamen possideant. Nam tūc videtur esse de mēte statuti, quòd possidens possit se tueri exceptione, & sic quo ad illam fictio non operabitur. Præterea dicit Imo. quando statutum dicit, quòd contractus facti a mense citra sint nulli, ex quo ipso iure inualidat contractum, in effectu vult contractum haberi pro infecto. Sed opi. Ang. in casu dicti statuti: & hanc fallen. conatur sustinere. Dom. Clau. Aquen. in d.l. naturaliter. col. 1. ut ibi per eum.

Et sic uolunt Ang. & Imo. quòd si deficiat titulus & præscribēs ignoret, possit præscribere propter illam ignorantiam: etiam ad opus sui & contra eum in cuius fauorem deficit titulus, licèt Bar. videatur velle contrarium, per d.l. quæsitum.

Sed potest dicit, quòd dictum Barto. limitatur ex dictis Ang. & Imo. & dicta Barto. in dicta l. naturaliter. in effectu sequitur Salyc. in l. cum notissimi. §. immo. C. de præscri. 30. ann.

Et nota. ad ampliationem prædictæ conclusionis, quam facit Panorm. in dicto ca. illud. quòd sicut quando defectus seu nullitas tituli uenit ad notitiam præscribentis interrumpitur propter malam fidem, ita etiam quando non deficit titulus, vel non est nullus, tamen præscribens putat defeciſſe, vel esse nullum. Nam tunc impeditur præscriptio: ita eleganter vult Bald. in l. prima. colum. 1. C. per quas personas no. acqui. & ibi sequitur Salyc. quos refert Felyn. in dicto ca. illud. columna j.

SVMMARIVM.

1 *Defectus superueniens in persona præscribentis, aut in persona contra quem præscribitur an interrumpat præscriptionem.*
2 *Interruptio ciuilis quæ dicatur.*
3 *Præscriptio qualiter interrumpatur ciuiliter.*
4 *Præscriptio mere odiosa per solam citationem interrumpitur.*
5 *Præscriptio mixta, ideſt partim odiosa & partim fauorabilis interrumpitur lit. contest. facta coram iudice competenti.*
6 *Actiones annales seu prætoriæ quomodo interrumpantur.*
7 *Citatio sola an interrumpat præscriptionem. 30. uel 40. ann. cum bona fide sine tit. per quam acquiritur vtile dominium. 9.*
8 *Præscriptio cepta contra ecclesiam non interrumpitur per citationem, sed requiritur lit. contest.*
10 *Statutaria præscriptio sola citatione interrumpitur, nisi statutum imponeret per præscriptionem silentium.*
Verbum, petere in aliqua clausula appositum ad quem debeat referri.
12 *Verbum quomodocunque, uel aliud simile adiunctum verbo petere, ubi intelligitur de petitione, quæ fit per lit. conte. an possit etiam uerificari in extraiudiciali petitione.*
13 *Statutum de non petendo debitum, nisi petitum sit intra 10. ann. qualiter sit intelligendum.*
14 *Præscriptio 30. ann. an interrumpatur sola citatione, uel extendatur ad vnicam citationem legitime factam.*
Interruptio, præscriptionis quæ potest sola citatione fieri, potest etiā fieri per filiumfa. sine consensu patris.

Source : BIU Cujas

D enunciatio per quemlibet facta, dummodo fiat cum licentia iudicis, interrumpit præscriptionem.

16 Præscriptio casu quo per citationem interrumpi potest, non est curandum de libello male formato.

17 Interruptio præscriptionis an possit fieri per dationem fideiussoris.

18 Denunciatio extraiudicialis nunquam interrumpit præscriptionem, nisi in casibus a iure expressis. 19

20 Denunciatio extraiudicialis facta cum forma legis vt perfectius. C. de anna. excep. an interrumpat præscriptionem.

21 Præscriptio conuentionalis interrumpitur & perpetuatur sola extraiudicia li interpellatione.

22 Citatio, vbi actor qui fecit citari non comparet in termino, habetur pro non facta, nec interrumpit præscriptionem.

23 Citatio ad hoc, vt interrumpat prescriptionem, debet esse certa & specialis.

24 Libelli oblatio sola ante citationem interrumpit præscriptionem in causa criminali.

Sola libelli oblatio an semper dicatur prescriptionem interrumpere.

25 Citatio non inducit litis pendentiam, nisi nuntius retulerit iudici, vel in actis & sic talis citatio est nulla, nec prescriptionem interrumpit.

26 Relatio citationis an sit de substantia iudicij,

27 Citatio nulla nullam facit præscriptionis interruptionem.

28 Comparitio subsequens an ualidet citationem.

29 Citatio realis, que fit per capturam personæ, an præscriptionem interrumpat.

30 Citatio que fit per testium receptionem ad eternam rei memoriam lite non cõtestata an interrumpat prescriptionem.

31 Præscriptio mere fauorabilis an per lit. contest. interrumpatur, vt pendente lite finiatur usucapio.

32 Prescriptio mixta interrumpitur per lit. conte. dummodo sit facta animo & intentione procedendi in lite usque ad finem. 33.

34 Litis contestatio facta coram arbitratore non interrumpit prescriptionem.

35 Litis contestatio facta a iudice incompetenti, uel non suo est nulla, & ideo nõ interrumpit prescriptionem.

37 Mala fides superueniens de iure canonico in quacunque temporis parte interrumpit prescriptionem.

Interruptio prescriptionis an fiat per iudicium, in quo agens succumbit, aut per litis contest. in eo factam.

37 Prescriptio an per sue exceptionis obiectum interrumpatur.

39 Prescriptio an & quomodo possit per filiumfamil. interrumpi sine consensu patris.

40 Prescriptio iurium incorporalium qualiter interrumpatur.

41 Prescriptio libertatis qualiter interrumpatur.

42 Effectus interrumptionis prescriptionum quis sit.

43 Litis contest. non inducit malam fidem nisi presumptam.

44 Vitium litigiosi & effectus interruptionis prescr. inductus per lit. contest. an duret peremptа instantia: & nu. seq.

46 Interruptio prescriptionis ciuilis an prosit quò ad omnes.

47 Interruptio prescriptionis facta contra principalem an prosit contra fideiussorem ignorantem & non citatum.

48 Interruptio prescriptionis facta contra vnum ex pluribus tutoribus, an & quo casu alijs preiudicet.

49 Interpellatio facta contra reum, an perpetuet actionem contra fideiussorem.

50 Interruptio prescriptionis facta cõtra unum ex correis prodest creditori quo ad alium & nocet alteri correo.

Interruptio prescr. facta contra principalem an interrumpat quò ad fideiussorem, uel contra.

51 Interruptio prescriptionis in uno actu an prosit in altero.

52 Completa prescriptio an possit interrumpi.

53 Interruptio prescriptionis quomodo & quot testibus possit probari.

1 Quarto principaliter † quæro, vtrum superueniens defectus in persona præscribentis: ut quia fiat incapax dominij illius rei, quam præscribit ex aliquo incidenti, interrumpat præscriptionem. Hanc q. latè examinat Bar. in d. l. naturaliter. colum. 3. in fi. & 4. inferens in specie ad decisionem no. q. pone. Statuto cauetur, q̃ forensis nõ possit acquirere aliquam rem immobilem in territorio, contingit, q̃ forensis successit ciui præscribenti aliquam rem, utrum ex defectu personæ præscribentis interrumpatur præscriptio. Et concludit breuiter, q̃ aut forensis impediatur acquirere ex omni causa, & præscriptio extinguitur: aut ex certa causa tantum; ita q̃ ex alijs causis potest acquirere dominium, & non impeditur.

In principali uero q. distinguit, ut ibi latius per eum cuius dicta sequuntur cõiter Doct. in d. l. naturaliter. ubi latè per Do. Clau. Aquen. col. 5. uer. 4. principaliter. & seq. & sequuntur Bal. & Ange. in d. l. cum notissimi. §. immo. Defectus autem superueniens in persona eius contra quem præscribitur, non interrumpit præscriptionẽ; vt si præscriptio erat inchoata contra aliquem maiorem, cui succedit pupillus, minor, uel ecclesia; q̃a licet usucapio non possit inchoari ꝯ eos, inchoata tamen non extinguitur, ut no. gl. & Docto. in l. j. C. si aduer. vsuca. & in l. fi. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necesse. Fallit in præscriptione 30. ann. quæ contra pupillum non currit, sed dormit. l. sicut. C. de præscr. 30. ann. ita dicit Barto. in d. l. naturaliter. col. 4. circa fi. ubi assignat rationem diuersitatis inter unum casum, & alium, quare defectus superueniens in persona eius, qui præscribit interrumpat præscriptionem, & non defectus superueniens in personam eius ꝯ quem præscribitur, & Doc. cõiter sequũtur Bar. de hoc vltimo latè dixi in præcedenti parte in 23. casu. Et per hæc remanet expedita prima species interruptionis, q̃ dicitur naturalis.

2 Venio nunc ad secundam †speciem, videlicet ad interruptionem ciuilem, & sic ad secundam par. huius 2. partis 6. principa. & dr̃ interruptio ciuilis, qñ aliquid de naturalibus & substantialibus non extinguitur seu deficit, sed alias aliquis actus celebrat̃ q̃ de iure ciuili interrumpit præscriptionem, & ea interruptio dicitur ciuilis: quia a iure ciuili inuenta est, ita declarat Panor. in d. c. illud. colum. 2 ver. uenio ad secundum principale.

3 Quæro igitur primo, qualiter † p̃scriptio interrumpatur ciuiliter.

In hac q. datur talis doctr. ex dictis Barto. in locis j. allegatis, & Pan. vbi s. Quòd quædam est præscriptio mere fauorabilis, ut usucapio, quæ est introducta in merum fauorem possidentis rem mobilem cum ti. & bona fide, ut dicit tex. 16. q. 3. §. potest. no. Dy. in c. possessor. de reg. iur. in 6. & Barto. in l. 2. §. si rem. ff. pro empt. & in d. l. naturaliter. col. 1. & in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & ista nõ interrumpitur etiam per lit. cont. nisi in effectu; quia pendente iudicio currit usucapio. Et si interim completur tempus, reus condemnabitur ad restituendum usucapione non obstante, non tñ pronũciabitur rem esse petẽtis, vt est casus in l. si post acceptum. & ibi no. gl. & Doct. ff. de rei uend. & in l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhiben.

4 †Quædam & secundo est præscriptio mere odiosa: ut præscriptio longissimi tempo. 30. uel 40 ann. quæ currit cum mala fide: & est introducta in odium & propter negligentiam non petentis: non ãt aliquatenus in fauorem possidentium: ut declarat Dyn. in d. ca. possessor. Et ista interrumpitur per solam citationem, vt est text. in d. §. potest. & in l. cum notissimi. in prin. & §. immo. C. de præsc. 30. ann. Et est ratio; quia cum hæc præscriptio sit fundata super odio, & negligentia non petentis, cessat negligentia, cum mittit executorem, seu nuntium. Et ideo interrumpitur præscriptio. Sed præscriptio, que est mere introducta fauore possidentis non interrumpit lit. contest. quia per hoc non tollitur titulus, & possessio prescribentis. Et sic prescriptio longissimi temporis interrumpitur regulariter per citationem. Nam sufficeret simplex impetratio delegari absq; citatione; quia illa non interrumpit præscriptionem. glo. est not. in Auth. de exhi. re. in prin. quã ibi valde no. Ang. & simpliciter refert Feli. in d. c. illud. ad fi. commen. in ulti. conclu. Addo pro ista cõclusione tex. expressum in l. sicut. uer. nec sufficiat. C. de præscr. 30. anno. vbi expresse dicitur, q̃ sola impetratio rescripti non interrumpit p̃scriptionem, nisi sequuta citatione. Fallit in actionibus annalibus & prætorijs, vt ibi per gl. super uerbo, precibus & statim dicetur.

5 †Quædam & tertio est præscriptio mixta, idest partim introducta in fauorem præscribentis, & partim in odium negligentis, idest præscriptio 10. uel 20. anno. cum tit. contra priuatum, quæ appellatur longi temporis. Et hæc interrumpitur lit. contesta. facta coram iudice competenti, ut in d. §. potest. & l. motę. C. de rei uendi. Et de ista triplici specie præscriptionis est tex. cum gl. in l. fi. circa fin. C. de edicto di. Adri. & plenius dixi supra in 2 parte prin. in prin.

6 †Et hæc uera in actionibus perpetuis, seu temporalibus, in annalibus uero & prætorijs, que regulariter durant anno. l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. fit interruptio lit. contesta. uel quasi, ut per libellum principi oblatum. l. 2. cum ibi nota. C. quando lib. princ. dat. Idem dicendum est secundum Bar. in l. 2. §. si rem. ff. de vsucap. pro emp. si esset prescriptio annalis inducta constitutione episcopi, ducis, comitis, uel marchionis: quia interrumpitur, sicut in prętorijs; nam statuta ipsorum æquiparantur iuri prætorio, ut plene no. Bar. & Doct. in l. 5. in prin. ff. de uerb. obli. Hęc doct. colligitur ex dictis Bar. in locis prælleg. quam Doc. communiter sequuntur, & referunt Cano. in d. c. illud. maxime Panor. col. 2.

7 † Sed dubitatur, quid de præscriptione 30. uel 40. anno. cum bona fide sine titu. per quam acquiritur utile dominium l. si quis emptionis. §. j. C. de præscrip. 30. an. Et late dixi supra in 2. parte principali, an interrumpatur sola citatione. Do. Anto. de But. in d. c. illud. tenet q̃ interrumpitur per solam citationem: sicut illa quæ inducitur cum mala fide. Et idem dicit se putare in præscriptionibus currentibus contra ecclesiam, ubi non exigitur titulus, sed sufficit tẽpus 40. anno. iure non resistente; quia currit mera negligentia non petentis secundum eum.

Contrariam opi. tenet ibi Panor. ad fi. 2. columnę dicens se profecto credere, quòd in hoc. D. Anto. errauit: quia uidetur expresse loquutus contra tex. in d. §. potest 16. q. 3. ubi dicitur, quòd præscri. 30. ann. sine titulo cum bona fide æquiparatur præscriptioni. 10. uel 20. ann. sine titulo: & sic utraque præscriptio est inducta partim in odium negligentis & partim in fauorem possidentis cũ bona fide: nam cursus maioris temporis supplet defectum tituli, & hoc ẽt satis expresse colligitur ꝑm eum in d. l. si quis emptionis. §. j.

Hinc

Source : BIU Cujas

Hinc est, ꝙ vtroque casu acquiritur dominium præscribẽti: sed in præscrip. 30. ann. cum mala fide acquiritur solum exceptio de iure ciuili, vt ibi, & in d. §. potest. Et sic vult Panor. ꝙ ad interrumpendam præscri. 30. ann. cum bona fide requiratur litis contestatio, sicut in præscriptione longi temporis cum titu. Et ex his verbis Pan. D. Fel. in d. c. illud. circa fi. 2. col. & in prin. seq. colligit duas conclusiones. Prima conclusio est, ꝙ iura dicentia præscrip. 30. ann. interrumpi sola citatione habent locum in præscriptione cum mala fide, ad quam interrumpendam sufficit diligentia interrumpentis p citationem. Secus si præscriptione tricenaria cum bona fide, in qua non sufficit citatio propter fauorem, qui datur bonæ fidei, sicut in præscript. 10. vel 30. ann. cui illa æquiparatur.

8 †Secunda conclusio est, quòd præscriptio cępta contra eccleſiã non interrumpitur per citationem, sed requiritur litis contestatio: quia cum ibi requiratur bona fides non est dicẽdum, quòd sit mere odio prælati negligentis inducta, sed etiã partim fauore præscribentis propter bonam fidem, vnde opus est litis contestatione, ꝙ alibi dicit Fel. se non legisse ita clare, & communiter Docto. ut ipse dicit, in discursu sentiunt contrarium, dicentes præscriptionem lõgissimi temporis interrumpi sola citatione. Nã hoc limitabatur secundum Fel. ex dictis Panor. nisi illa sit cum bona fide. Et subdit, ꝙ est limitatio maximi effectus, attento ꝙ hodie etiam in vtroque foro correcta sunt iura de mala fide loquentia, vt in c. possessor. cum gl. de reg. iur. in 6. & in c. fi. de præscrip. & sic citatio nunquam suffi ciet ad interrumpendam præscriptionem, ex quo hodie nulla præ scriptio currit cum mala fide: & licet Fely. pungat istas duas conclu siones, tandem illas firmat. Addo vltra Felyn. Pau. de Cast. in l. fi. ff. rem ra. hab. vbi concludit, quòd præscr. 30. annorũ cum bona fide non est merè odiosa: sed partim fauorabilis, & dixi supra in secunda parte princ.

9 †Stat ergo conclusio, quòd præscri. 30. ann. cum mala fide de iure ciuili interrumpitur sola citatione. Istam conclusionem ampliat & extendit. Do. Ias. septem modis in l. fi. in prin. col. 2. & 3. ff. de eo p quem fac. erit ex dictis. D. Alex. ibi pro maiori parte. Ampliatur primò, quòd per productionem instrumenti factam contra præsentem in iudicio ita interrumpitur præscriptio sicut per citationem: ita tenet Bal. reputans no. dignum in l. 1. ff. de in ius voc. & in l. 1. C. quando lib. prin. da. &c. & refert Iaso. vbi supra. Sed in loco vltimo allegato Bal. hoc non dicit, ratio est: quia tantum operatur præsentia partis in iudicio, quantum citatio, vt est text. melior de iure in l. etiam. §. fi. ibi, præsente vel euocato. ff. de mi. & glò. not. in l. 1. ff. de fer. quæ incipit. No. tria, quæ vult, ꝙ citatio inualida conualidatur per comparitionem subsequutam, & ibi no. Barto. & omnes, & in d. l. j. ff. de in ius voc. maxime Alex. & Mod. vbi Ias. col. 1. refert dictum Bal. ibi supra relatum cum pluribus alijs decisionibus ad propositum, eandem conclusionem per plura tenet Felyn. in d. c. illud. columna quarta.

10 †Ampliatur secundò ista conclusio, vt procedat etiam in prę scri ptione statutaria, vt si cauetur statuto, quòd si creditor steterit per 10. annos, ꝙ non petierit debitum, amplius non audiatur. Nam cũ ista præscriptio inducatur sola negligentia creditoris non petentis absque facto debitoris censetur merà odiosa, & sic per solam citationem interrumpitur, ita tenent Bar. & Ang. in d. l. 2. §. si rem. ff. ꝑ empt. & in l. in omnibus. ff. de diuer. & tempo. præscri. vbi dicunt, ꝙ cum tale statutum non requirat titulum aut bonam fidem præscribentis, censetur inducta talis præscriptio in odium negligentis, & sic videtur idem quòd in præscri. 30. ann. sequitur Alexã. in d. l. fi. in prin. col. 3. circa fi. & seq. de eo per quem &c. qui attestatur opi. Bart. esse communem, & defendi ab impugnatione Imol. tenentis contra Bar. sequitur etiam Ias. ibi. col. 2. assignans rationem: quia p̃scriptio decennalis inducta per statutum succedit loco prę scri. 30. ann. & ideo sapit eius naturam secundum Bal. in l. fi. C. de tempo. in integ. restit. peten. & in l. in contractibus. in prin. C. de non num. pecu. & ante ipsum istam rationem assignat Ro. ut infra. Et hanccõ clusionem tanquam communem latè firmat Fel. in d. ca. illud. col. 2. & allegat Ro. ita tenentem & assignantem prædictam rationem consi. 39. in quæstione proposita, & duo consi. Pau. ad comproba tionem dictæ rationis.

11 †Limitatur ista conclusio, quæ habet, ꝙ per solam citationem interrumpitur præscriptio statutaria, nisi statutum imponeret per præscriptionem silentium non petenti, ut quia diceret, si quis non petierit debita intra decem dies, postea non audiatur. Nam cũ verbum petere, intelligatur per litis contestationem. l. amplius non pe ti. ff. rem ra. hab. non dicetur petijsse, qui non fuit litem contestatus & sic eo casu per solam libelli oblationem & partis citationem nõ fiet interrumptio. ita limitat Sal. in l. fi. C. de præscri. 30. anno. sequitur Fel. in d. c. illud. colum. 2 contra Bar. in l. cum notissimi. in princ. C. de præscri. 30. anno. Sed hanc limitationem reprobat & bene p̃ stantissimus Doc. do. Clau. Aquen. præceptor meus in d. l. naturaliter. col. pen. respondendo ad dictam l. amplius non peti. ex ibi not. per Bar. circa prin. dicens ꝙ aliquando uerbum petere, refertur ad eum, cui ex petitione debet acquiri: & tunc verificatur ex simplici petitione extra iudicium: ut in l. si decem cum petiero. ff. de uerbo. oblig. quandoque referrtur ad eum qui ex petitione debet obligari, & tunc requiritur litis contestatio, & aliter non uerificatur nisi ex litis contestatione: & ita procedit tex. in d. l. amplius non peti. Et ista est optima responsio: quia in casu prædicti statuti verbum petere, refertur ad eum cui ex petitione debet acquiri.

12 †Subdit unum incidenter domi. Claudius, vbi supra ad limitatio nem dictæ l. amplius non peti. ꝙ vbicunque uerbum petere, intelligitur de petitione, quæ fit per litis contestationem, si adijciatur uer bum quomodocunque, vel aliud simile, verificabitur etiam in extraiudiciali petitione: & ad hoc dicit se ponderare gl. a nemine allegatam in l. qui fidem. in gl. magna, circa prin. quæ hoc dicit in termi nis. ff. de transac. Ponderãdo etiam ultra D. Clau. quod Bar. & Docto. ubique in terminis dicti statuti expresse loquuntur, quãdo statutum utitur uerbo petere, videlicet ꝙ creditor non petens debitum intra x. ann. non audiatur &c. & tamen dicunt, ꝙ talis præscriptio in terminis huius statuti interrumpitur sola citatione, & ꝙ op. Bar. in hoc est communiter approbata.

13 †Sed quæritur, quid si statuto caueatur, ꝙ debitum peti nõ possit, nisi petitum fuerit intra 10. annos, & executio facta, qualiter debet intelligi tale statutum, & quomodo dicetur facta executio, vel præscriptio statutaria, ut dicatur interrupta. Istam q. examinat pulchre Bar. in l. is qui. ad fi. uer. item no. ff. qui. ex cau. ma. & ibi tractat vtrum per missionem in possessionem ex primo decreto dicatur facta executio & interrupta præscrip. & clarius Bald. in l. consentaneum. ad fi. C. quomodo & quando iudex, tractat etiam elegãter Bar. in d. l. is qui. quando aliquid dicatur esse factum. Sed est aduertendum, ꝙ tale statutum, super quo fit tanta disceptatio per Doct. in plerisque locis regulariter non valet in utroq; foro propter malam fidem præscribentis, & tanquam nutritiuum peccati, ut uult Bar. in l. omnes populi. 8. col. ff. de iusti. & iu. quem Doct. commu niter sequuntur, licet alibi tenuerint contrarium, ut latè concluſ. in 2. parte 3. partis prin. q. 14.

14 †Ampliatur tertiò prædicta conclusio, quæ habet, ꝙ præscr. 30. ann. interrumpitur sola citatione, etiam si sit vnica citatio, & non peremptoria, dummodo sit legitime facta secundum Ange. in l. ad peremptorium. ff. de iud. Io. And. & cano. in l. proposuisti. de fo. cõ pet. cum concor. de quibus per Iasin d. l. fi. in prin. circa fi. 2. colum. cui addo Bal. in l. post edictum. ff. de iud. Fel. in d. c. illud. col. 3. ultra medi. Ampliatur quarto, etiam si citatio fiat a iudice incompetenti, quando competentis iudicis copia haberi non potest, secundum Ang. in l. si vacantia. C. de bo. uacan. lib. 10. Bene facit tex. in l. ubi ab sunt. cum si. ff. de tuto. & cura. da. ab his. sequitur Ias. in d. l. fi. col. fin. in princi. ff. de eo per quem fact. erit. Vltra quem addo Bald. consi. 167. proponitur j. uolum. ubi dicit, quòd citatio facta etiam in alio loco, quàm domicilij interrumpit præscriptionem. Ampliat quintò, ꝙ sola citatio interrumpit talem prę scriptionem, etiam si postea non sequatur alia petitio, & si absque oblatione libelli secundum Bald. in add. ad Spec. in titu. de exec. senten. in uer. præscriptio. contra Spe. ibi verbo, sed nunquid, hoc refert Ias. ubi supra. Vltra quem adduco pro ista ampliatione, ꝙ non requiratur oblatio libelli ad interrumpendam præscriptionem, sed sufficiat alius actus præcedens, bonum tex. in l. sicut. in uer. nec sufficiat. C. de præscr. 30. ann.

Ampliatur sextò, ꝙ talis interruptio potest fieri etiam per filiũfamilias sine consensu patris, quando sola citatio sufficit. Sed non tamen quando requiritur litis contesta. secundum Bald. in l. j. colu 2. C. qui admi. & in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ libe.

15 †Ampliatur septimò, quando colonus conuentus nominat dominum in iudicio, & denunciat domino iudicis authoritate litem motam: quia talis denunciatio ita interrumpit præscriptionem ac si nuntius publicus denunciasset, secus ubi requireretur lit. contest. ita tenet no. Bal. in l. 2. col. pen. C. ubi in rem act. no. plene Pan. in ca. quoniam frequenter. §. quòd si super. ubi tex. gl. & Doc. ut lit. non contest. Quinimmo denunciatio facta per quemlibet, licet non sit nuntius, dummodo fiat cum licentia iudicis, interrumpit, secũdum Bal. post gl. in d. l. 2. col. fin. refert Alex. in d. l. naturaliter. in apost. ad
16 Bar. col. 4. †Ampliatur octauò ultra Ias. etiam data libelli ineptitudi ne; quia eo casu, quo per citationem interrumpitur præscriptio, non curatur an libellus fuerit malè formatus secundum Bar. in l. accusaturus. ff. de adul. & ita intellige gl. in aut. offeratur. C. de lit. con testa. vbi Bald. col. 3. uel 4. dicit, ꝙ nullitas actus qui non est de substantia ad interruptionem præscriptionis non impedit effectum interruptionis quo ad actum, qui est de substantia. refert, & sequitur Fel. in d. c. illud. col. 4. in 2. declara. addo Aret. consi. 30. uiso thema. col. fi. Ampliatur nono ultra Ias. ut procedat etiam per missionem ex primo decreto: quia per eam interrumpitur præscriptio, quæ potest per solam citationem interrumpi, secundum Ro. consi. 38. & refert Felyn. in d. cap. illud. colum. penul. circa fi. in 6. conclusio. secus dicit ipse in præscriptione quæ non interrumpitur, nisi per lit. contestat.

Vltra quem addo text. in l. misso. ff. pro emptor. & in l. secunda. in principio. & ibi Bartol. ff. pro hærede. & latè not. Alexand. post gloss. & Barto. in l. a diuo pio. §. si super rebus. colum. 5. & sexta. ff. de re iudi.

Source : BIU Cujas

Ampliatur vltimò prædicta concluſio vltra Iaſ.vbi ſupra,ꝙ præ ſcriptio longiſſimi temporis interrumpitur nedum per citationem ſed etiam pluribus alijs modis,quos not.gl.magiſtra in d l. cum no tiſſimi.§.ſed & ſi quis,& ibi Sal y.legens illum §.cum §.immo.ad fi. commen.& gl.in c.placuit.el 2 §.poteſt.in verſi. interrupta.16.q.3. & in d.c.illud.& ibi Panor.in prin.3.col.reaſſumit iſtos caſus,quam uis aliqui ex illis caſibus adaptentur ad alias ſpecies præſcriptionū.

Et qualiter interrumpatur præſcriptio per citationem, vide pulchrè vltra prædicta per dom.Maria.Soci.in ſuo tracta. citationum, in 31.arti.in 10.effectu.

†Et in ſpecie an per donationem fideiuſſoris interrumpatur prę ſcriptio,vide per Bar.in l.cum quis.§.ſi quis pro reo. vbi caſus ſecū dum vnam lectu.ff.de ſolu.no.Sali.poſt gl.in l.cum notiſſimi. §.im mo.colum.ſecunda.& 2.q.vbi circa hoc tradit not. doctrinam.C. de præſcrip.30.ann.

Nunc limitatur prædicta concluſio,quæ habet, ꝙ citatio inter rumpit præſcriptionem longiſſimi temporis pluribus modis.

18 †Primò limitatur,vt non habeat locum in denunciatione extra iudiciali; quia per eam non interrumpitur præſcriptio etiam lon giſſimi temporis,tex.in l.ſi alienam.& ibi no.gl.& Bar.ff.pro empt. tamen tex. ibi loquitur de præſcriptione longi temporis, ut appa ret ex illis uerbis diutinam poſſeſſionem,iuncta l.diutina.C.de præ ſcript.lon.temp.& ibi no.Bar.Nam præſcrip.30. anno.non erat co gnita de iure Digeſtorum.gl.in l.qui occidit.ff.ad l.Aquil. Sed glo. in d.l.ſi alienum.intelligit illum tex procedere etiam in præſcriptio ne longiſſimi temporis, ꝙ non interrumpatur per denūtiationem extraiudicialem,niſi interueniat citatio:& ibi ſequitur Bar.ratio eſt; quia licet denunciatio ab initio & ante cœptam præſcriptionem fa ciat aliquem malæfidei poſſeſſorem,ſeu conſtituat in mala fide: ut eſt text.not.in l.ſi fundum.C.de rei vend. tamen denunciatio facta poſt præſcriptionem cęptam non conſtituit quem in mala fide,ſe cundum Bar.in d.l.ſi alienam.per illum text.in d.l.naturaliter. circa fi.2.col.no.gl.& Inno.in c.dilecti.de maio.& obed.Bal. & Ang in l.ſuper longi.col.2.ver.dixi ſecundo.C.de præſcri.longi.temp. Pan. & cano.in c.nihil.& ibi latè Fel.col.pe.& vlti.de præſcri.

Et de intellectu illius l.ſi fundum.dicetur latius poſt Bar.in repe. l.Celſus.in 3.parte,in illa.q.qualiter probetur mala fides.

19 † Addo ꝙ proteſtatio ſiue denunciatio extraiudicialis non in terrumpit præſcriptionem, niſi in caſibus a iure expreſſis ſecūdum Inno.in c.olim cauſam.de cenſi.(Adde Alex.in conſi.89.excellen tiſſimi iuriſconſul.in v.volu.) Et refert Alex.in d.l.naturaliter. col.3. in apoſt.ad Bar.ſuper verbo,reſtat.vbi dicit etiam,quòd non repe ritur iure cautum,ꝙ interpellatio extraiudicialis interrumpat, alle gat Imo.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obli.not.Fely.in d.c.il lud.circa fi.in pen.conclu.licet non referat Alex.

20 Primò † fallit prædicta concluſio,quando denunciatio extraiu dicialis fieret ſeruata forma l.ut perfectius.C.de anna.exce. & in ca ſu illius l.quæ eſt regiſtrata in §.poteſt.16.q.3.no.Inn.Panor. & ca no.in d.c.nihil.in 3.lectu.

Et intellectum illius l.tradit Fel.in c.cum M.Ferrarienſis.col.14. ver.fallit tertiò,de conſtit.

Addo,ꝙ illa l.poteſt practicari,nedum quando poſſeſſor eſt ab ſens,ut propriè loquitur,ſed etiam quando poſſeſſor nō habet do micilium; ut quia vagatur, nam tunc locum habet remedium il lius.l.gl.eſt repu.ſing.in l.cum hæreditas ex trebellianico, quam ibi omnes ſequuntur,maxime Pau.de Caſt.ff.ad Trebel. & Bal.in d.l. cum notiſſimi.§.immo.refert Fely.in d.c.illud.col.vlti.in 7.conclu. & talis vagabundus poterit coram quocunque iudice conueniri, ſecundum gl.& Doc.in l.hæres abſens.§.fi.ff.de iud. & glo.in l.1.in glo.fi.C.vbi de cri.agi opor.

Secundò fallit,quando in denunciatione extraiudiciali fuiſſet ex preſſum tale quid,quod inducit,ſeu inducere debet malam fidem informando conſcientiam partis in facto,puta per oſtenſionem iu rium ſuorum,vt colligitur ex uerbis Fel.poſt But.& Panor.in d.c.il lud.col.4.verſi.3.declaratio,& dicam infra uerſi. circa tertiam ſpe ciem.in 3.& 4.limita.

21 † Tertiò fallit no.in præſcriptione conuentionali: quia illa inter rumpitur & perpetuatur ſola extraiudiciali interpellatione. Caſus no.in l.ſi mandato Titij.§.pen.ff.manda.quem tex. ad hoc expreſ ſe no.& dicit ſingu.Pau.in l.eum qui ita.§.qui ita.el j.circa med.cō. verſi.& adde.ff.de verb.obligat.

Et ad materiam vide pulchrè.do.Præpo in c.ſolicitudinem.co lumna 24.verſi.concathenatur alia quæſtio.de appell. vbi ponit re gulam cum ſex fallen.

22 †Secundò principaliter limitatur prædicta principalis concluſio, quæ habet, ꝙ præſcriptio longiſſimi temporis interrumpitur per citationem,quando actor,qui fecit citari reum, non comparuit in termino.Nam talis citatio circunducitur, & habetur pro nō facta, & ſic preſcriptionem non interrumpit.l.& poſt edictum.§.j.& ibi no.Bal.ff.de iudi.& in d.l.1.in princ.& in alijs locis relatis per Alex. & Iaſ.in rub.ff.de in ius vocan.vbi latè ſcribunt de iſta limitatione, & ornant tex.d.l.& poſt edictum. §.j. aſſignantes rationē poſt Bal. in c.conſuluit.col.2.de offi.deleg.quia actor non comparendo vi derur renunciare tali citationi. Item quia actore non comparente citatio eſt imperfecta:cum non conſtet ex ſuis partibus. ideo non interrumpit præſcriptionem. Iſtam limitationem firmat etiam Fel. in d.c.illud.col.3.circa fi.uerſi.prima eſt,quòd licet citatio &c.& co lum.pen.in 1.conclu.

23 † Tertiò limitatur prædicta principalis concluſio, vt procedat, quando citatio eſt ſpecialis ad illam cauſam,ſecus ſi ſit generalis ad reſpondendum in iure, vel petitionibus nulla expreſſa cauſa; quia quamuis illa citatio generalis valeat: tamen non interrumpit præ ſcriptionem,ita limitat no.Bart.in l.fi.ad fi.C.de anna.except.Nam citatio debet eſſe certa,vt interrumpat præſcriptionem ſecundum Barto.ibi.Idem tenet Bal.in addit.ad Specu.in tit.de appel.ver.quę ſtio talis eſt.Oldra.Lauden.conſilio 253.refert & ſequitur Iaſ. in d. l.fi.in prin.col.3.ff.de eo per quem fact.erit.

Vltra quem pro iſta limitatione adduco bonum tex.in cle.fi.iū cta glo.ut lit.pend.vbi deciditur,ꝙ citatio non inducit litis penden tiam,niſi ſit certa & in citatione talia ſunt expreſſa, per quæ plene poſſit inſtrui reus,ſuper quibus in iudicio conuenitur.

24 † Quartò limitatur prædicta concluſio,vt procedat in ciuili cau ſa non in criminali; quia in criminalibus ſola libelli oblatio ante cita tionem interrumpit præſcriptionem,ſecundum Bar.in d.l. crimina liter.circa finem,& in l.mariti.§.quinquennium. ff. de adult. per illū tex.Sed communis opi.eſt in contrarium, vt latè per Fel. in d.ca.il lud.col.6.verſi.dum Abb.& ſeq.concludendo, ꝙ non ſufficit ſola libelli oblatio,ſed requiritur citatio, ut interrumpatur præſcriptio in criminalibus.

Et ita intelligitur tex.in l.miles.§.ſexaginta.ff. de adul. ſ. ꝙ ibi in teruenerit citatio:nam ſola libelli oblatio abſque citatione non eſt de proceſſu nec de actis,nec inducit litis pendentiam,vt latè per Fe ly.vbi ſupra,& per Do.Clau.in d.l.naturaliter.circa finem.

Et quòd ſola libelli oblatio non ſufficiat ad interrumpendam p̄ ſcriptionē,adduco tex.expreſſum in l.ſicut.verſ. nec ſufficiat. C.de præſcri.30.ann.ibi.Aut in iudicio poſtulatione depoſita fuerit ſub. ſecuta per executorem conuentio.

25 †Quintò limitatur prædicta concluſio, vt procedat,quando de ipſa citatione facta eſt per nuntium relatio iudici, vel in actis. Alias ſi nuntius,qui citauit,non retulit, vel relatio in ſcriptis redacta non fuit,præſcriptio interrupta non dicitur: ita determinat ſingulariter Pet.de Ancha.in cle.2.ut lit.penden.propter dicta Doct.ibi.qui uo lunt,ꝙ citatio non inducit litis pendentiam, niſi nuntius retulerit, quod reputat bene notandum,refert & ſequitur. Do. Alexā.in d.l. fi.in prin.col.4.ver.nec omitto.ff.de eo per quem fac.erit.& ibi Iaſ. col.3.in v.limita.& D.Fel.in d.c.illud.col.pe.in 2.conclu.

Item vltra iſtos celebres Doc.addo Bart.hoc expreſſe decidentem in l.hęc autem.§.j per illum tex.ibi.conſtare debet,liquereque prætori.ff.ex qui.cau.in poſſ.eat.ubi concludit, ꝙ relatio citationis eſt adeo neceſſaria,ꝙ aliàs citatio nihil valet, & quod debet fieri iu dici,vel notario,quinimo & ante diem termini, ut ualeat, & ſi fiat poſt,citatio redditur nulla.Idem firmat Bar.in l.ſi finita.§. Iulianus. col.3.ver.quæro,vtrum iſta contumacia,& verſ.ſeq. ff.de dam.in
26 fec.†Et ꝙ relatio citationis ſit de ſubſtantia iudicis latè firmat. Do. Præpoſi.ſequens Bar.in locis præalleg.in c.cum parati.colu.8.& 9. verſi.facta citatione.de appel.ubi iſtam concluſionē & dicta Bart. limitat not.quatuor modis,ut ibi per eum.

Et quid debet continere relatio nuntij, vt ſit valida, & qualiter ſit facienda,vide per Præpo.col.2.in 4.no.& col.9.ver.ſed qualiter.

Prædictam limitationem ſublimita, niſi pars comparuerit, quia tunc abſque eo ꝙ cōſtet de relatione citationis, relatio fuiſſe facta præſumitur, & præſcriptio interrumpitur: ita pulchre determinat Are.de quo non meminerunt Fely.& Iaſon. vbi ſupra conſilio 30. viſo themate.col.fin.

27 †Sextò limitatur prædicta concluſio,quæ habet,ꝙ citatio inter rumpit præſcriptionem longiſſimi temporis, ut non procedat in citatio.nulla aliquo reſpectu:quia non interrumpit.l.ſi pater. cum gl & ibi Bald.C.ne de ſta.defun.puta quia facta ſine commiſſione iudicis:vt per Bar.in l.1.per illum text.C.de iur.do. impe. & plenius in l.nemini.vbi alij not.C.de exhi.re.no.cano.in d.c.cum parati.vbi latè D.Præpoſi.col.7.vel quia facta ad diem feriatam,iuxta ea quę plene habentur per Bar.& Doct.in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nū cia.vel ex alijs cauſis,puta,quia non eſt certa,iuxta tex.no.in l.aut q aliter.in prin.& §.j.& ibi no. Bar.ff.quod vi aut clam.vel quia ema nauit a iudice incompetente,& hic non arctat.Faciunt no.per Bar. in l.accuſaturus.per illum tex.ff.de adul. vbi dicit, ꝙ in præſcriptio ne,quæ interrumpitur per ſolam citationem, ſolum inſpicitur, an citatio ſit bene facta.Et ſufficit illam eſſe legitimè factam,licet libel lus ſit male conceptus,vel lit.conteſt.nulla: & idem dixit Bal. in auc. offeratur.circa fi.C.de lit.conteſta.& refert Are.conſi.30.viſo the mate.col.fi.& faciunt,quæ dicentur in ſeq.parte.in 3.limi.ꝙ lit.con teſta.nulla non interrumpit præſcriptionem lon.temp.

Comprobatur iſta limitatio per rationem: quia citatio inualida nihil operatur.gl.eſt in l.ſi accuſatoribus.in glo.ti.C.de accu.quam no.& ſequitur Bal.in c.in nomine domini.in 4.no.de teſt.

Item citatio inualida non conſtituit aduerſarium in contuma cia.gl.

Source : BIU Cujas

cia gl.est in c.de causis.in uerbo,venisse.de offi.dele. bene facit tex. in c.proposuisti.in verbo legitimè citatus.& ibi glo.de fo.compet.

Istam limitationem firmant Rom.& Alex.in d.l.fin.in.prin.col. pen.ad fi.& ibi Ias.col.3.in 6.limita.& latè.D.Fely. comprobans p plura in d.c.illud.col.3.& 4.& Ias.in rub.ff.de in ius voc.& in l.licet. col.2.C.de procur.

28 †Ampliatur ista limitatio,vt procedat,etiam si citatus compareret; quia comparitio subsequens non validat citationem nullam, secundum Bal.in l.1.§.1.ff.de fer.per gl.ibi,refert Ias.in d.l. fi. in prin. circa fi.3.col.ff.de eo per quem fac.erit.dicens quòd Bal. ibi est corruptus,cum gl.& Doct.dicant ibi contrarium, scilicet ꝙ citatio inualidatur per comparitionem subsequentem,& sic erit potius sublimitatio ad limitationem, videlicet vt prædicta limitatio non procedat,quando post citationem nulla subsequitur comparitio; quia per comparitionem spontaneam validatur citatio inualida, & sic operabitur interruptionem,per tex.cum glos.in d.l.1.in prin.ff.de fer.super verbo, sententia.in fi.quæ vult, ꝙ ubi uocatus comparet sponte,purgatur defectus citationis.

Et ibi dicit Bal.in 3.no.quòd licet citatio non valeat, valet tamē comparitio,& quod ex ea sequitur.

Et ita latè firmat Fel.in d.c.illud.col.4.versic. quarta declaratio, adducendo plura ad confirmationem.

29 †Septimò limitatur prædicta conclusio, ut procedat in citatione verbali,secus in reali, quæ fit per capturam personæ: quia illa non interrumpit præscriptionem: ita tenet Bal.in addi.Specu.in titu. de cita.colum.ultima.

Sed istam limitationem reprobat,& bene dom.Ias. in d.l. fina.in princip.circa fi.3.col.quia si uerbalis interrupit, tanto fortius realis cum sit longe efficacior,vt no.gl.& Docto.in l.2.ff.de iurisd.omn. iud.licet Fely.simpliciter sequatur in c.illud.colum.3. uersicu. dixit etiam.de præscrip.

30 †Octauò limitatur vltra Ias.vbi supra,ut non procedat in citatione quæ fit ad recipiendum testes ad æternam rei memoriam lite non contestata propter periculum imminens iuxta formā.c.quoniam frequenter.in princ.ut lite non contesta. quia per talem receptionem non interrumpitur præscriptio. Istud fuit elegans dictum Vincentij antiqui canonistæ ibi,quod refert & sequitur ibidem Anto.de But.col.7.& Fely.in d.c.illud.col fi.circa fi.in 13. conclu.

Nonò limitatur ut non procedat in sequestro; quia per sequestrum non interrumpitur præscriptio, nisi possessio sit translata in sequestrum de consensu partium,iuxta l.interesse ff.de acquir.poss. secundum do.Car.in cle.j.in 17.q.de seq.pos.& fruc.refert Fely.in c.illud.prope fi.in 12.conclu.

Circa secundam speciem

præscriptionis, quæ est merè fauorabilis,vt in vsucapione triennij,vera est conclusio. Quod nō interrumpitur etiam per litis contestationem,quin pendente lite finiatur usucapio,sed si pòstea feratur sententia contra reum, tenetur rem restituere,non obstante usucapione,ut est casus in l.si post acceptum,ubi Bar.& Doct.no.ff.de rei uend.& est text.magis expressus in l.2.§.fi.ff.de vsuca. pro emp.& in l.Iulianus.§.quantum. ver.proinde.ff.ad exhib.not.Bal.in l.1.ad fi.C.de usu.transfor. & in l.nec bona.C.de præscri.long.temp.

Circa tertiam speciem præscri-

ptionis mixtæ,& sic 10.uel 20.anno.quæ dicitur longi temp.communis opi.Bar.& Doct.in locis supra alle.est, ꝙ interrumpitur per lit.contest.& non aliter.l.motæ.C.de rei uend.

32 †Ampliatur ista prima conclusio,vt procedat non solum quando lit.contest.est facta coram iudice ordinario,sed etiam si sit facta coram eo, ita inducit interruptionem præscriptionis, & perpetuationem actionis sicut facta coram ordinario.l.cum antea.uersi. licet,non ignoramus.& ibi no.Bar.& alii.C.de arbit. no.& Panor.in d.c.illud.col.3.circa me.& ratio est:quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.l.j.ff.de arbi.

Ampliatur secundò,quando stat per reum,quominus fiat contestatio litis; quia citatus non vult comparere,nec contestari litem, sed subterfugit.Nam tunc lis habetur pro contestata quò ad interruptionem præscriptionis & alios effectus,scilicet ut actio, quæ alias non erat transitoria,text. est not.in l.si eum.§.qui iniuriarum.in fi.ff.si quis cau.& ibi no.Bar.in 6.no.dicens quòd istud alibi non reperitur,& sequuntur Pau.de Cast.Alex.& Iason.col.3. in ulti.not. Adde Alex.ita firmantem per illum tex.in l.si insulam. in fi.3.colu. ff.de uerb.oblig.

Idem vult Cy. post antiq. in l.sicut. C.de præscript.30. ann.& illud est,quod voluit dicere tex.ibi,quasi lite contestata.

Idem tenet Bal.in d.l.motæ.C.de rei ven.& in d.l.fi.in princ.col. 2.uersic.unum tamen est.ff.de eo per quem fac.erit. & ibi late per Alex.colum.3.dicentem,quòd ad hoc, ut lis habeatur pro contestata,quòd ad prædictos effectus requiritur vera contumacia,allegat Ioan.Fab.in §.pœnales.Institu.de act. quod dicit esse diligenter notandum.

Et sic colligilur conclusio,quòd paria sunt litem fuisse contestatam,vel haberi pro contesta.& quòd tantum operatur quasi contestatio,quàm ipsa contestatio.

Et de hoc do casum in terminis in l.2.versi.si verò post.C.ubi in rem act.& ibi no.Bal.& Fel.in d.c.illud.col.pen.in j.conclu.& Ias.in d.l.fi.in prin.ulti.col.ff.de eo per quem fac.erit. quamuis non allegent tex.in d.l.2.ubi tex.expresse dicit, quòd lis habetur pro contestata propter contumaciam rei in non comparendo ad interrumpendam longi temporis præscriptionem.

Ex quo infero,quòd in causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, in quibus lis habetur pro contestata eo ipso quòd sit aliqs actus circa merita & operatur effectum litis contestationis quò ad omnia,ut per Bar.in extrauag.ad reprimen.in uerbo, & sine figura.col.2.Bar.& Doct.in l.nihil.& in l.nulla.C. de procur.censebitur facta interruptio per primum actum contradictorium concernētem merita causæ sicut per expressam contestationem, & ita firmat in terminis Aret.consi.30.uiso thema.col.fi.

33 †Primò limitatur ista conclusio, quæ habet, ꝙ litis contestatio interrumpit præscriptionem,vt procedat,quando est facta animo & intentione procedendi in lite vsque ad finem,dato ꝙ postea per casus fortuitos actor fuerit impeditus; tunc illa bene interrumpit præscriptionem.Secus si quis simpliciter litem contestaretur,& postea non procederet ulterius,ita tenuit glo.in c.placuit.§. potest.in ver.interrupta.16.q.3.per tex.in l.fi.a contrario sensu.C. de præscr. 30.ann.quam approbat Pan.in d. c.illud.circa fi. & Ro.reputans illam sing.in i.si uero.§.de uiro.in 24.fallen.ff.sol.mat.

Sed ista limitatio non est uera, & in contrarium est gl. ordi.in d. l.fi.C.de præscrip.30.ann.referens, ꝙ prædicta opi.fuit Aldrici glo. antiqui:sed quòd omnes alij Doc.dixerunt contrarium.

Et illam gl.sequuntur ibi Bar.Bal.Sal.& communiter Docto. & late Fel.in d.c.illud.col.5.quasi per totam illam col.

34 †Secundò limitatur prædicta conclusio,ut non procedat, quando litis contestatio esset facta cotam arbitratore; quia nedum litis contestatio coram eo facta,sed nec eius laudum interrumpit præscriptionem secundum Old.Lau.consi.276.factum tale est, in vertice cuiusdam montis &c.quem refert & sequitur Bal.in l. cum antea.colum.pen.C.de arbi.Idem tenet Ioan. An. in addi. ad Spec.in titu.de litis contest.§.effectus.& Panor.in d.c.illud circa fi.3.colu. ver.iuxta prædicta quæritur,vbi assignat rationem;quia coram eo non est iudicium,& consequenter nec litis contesta.quæ totius iudicij est fundamentum.l. j. & in auth. offeratur.cum ibi not.C.de lit.contesta. sed laudum arbitratoris habet uim cuiusdam transactionis,ut est glo. in authen. si uerò contigerit. C.de iu. & in corp. unde sumitur,no.Barto.in l.si societatem. §.arbitrorum. columna secunda.ff.pro so.cum concor.

Istam limitationem intelligit Panor.in d.cap.illud.procedere, nisi tale quid sit dictum,uel productum coram arbitratore, ꝙ constituat partem in mala fide;quia tunc interrumpit præscriptio de iure cano.vt dicetur in seq.limitatione,refert Fel.in d.c.illud ad fi.

35 † Tertiò limitatur prędicta conclusio,vt non procedat,quando litis contesta.esset nulla:vt quia facta coram iudice incompetenti, uel non suo.Nam talis litis contestatio habetur pro non facta, & non interrumpit præscriptionem,ut videtur text. cum glo. in l.pe. in uerbo non competentem iudicem. C. ne de sta. defun. per quē text.ita dixit glo.in d.cap.placuit.§. potest. in uerbo, interrupta 16. quæst.tertia.& in cap. ut debitus. de appel. & in cap. ex tuarum de priui.no.Barto.in l.accusaturus.per illum text.ff. de adul. & late Panor.in dicto capitulo illud.colum. 3.ubi Fely. colum. 3. adducit, ꝙ actus nullus non interrumpit.

Addo pro hac limi. text. cum glo. in auth. offeratur. in uerbo pro nihilo.C.de lit. contesta. ubi Bald. columna fin. uer. uenio ad illud tradit not. doctri. ad sciendum, an & quando processus nullus interrumpat præscriptionem, undecunque causetur nullitas, faciendo tria membra.

Et de illa doctri.Bald.meminit Fely. sed non de glo. in d. cap. illud.colum.3.uersi.dixit etiam Bald.

Et ex hoc infert Panor.in d.cap.illud. colum. 4. ꝙ quemadmodum præscriptio non interrumpitur per litis contestationem factā coram iudice incompetenti,ita nec per citationem factam per iudicem incompetentem, licèt aliàs per legitimam citationem fieret interruptio in prędcri 30.ann.vt vidimus in præcedenti arti.Restringit tamen Pan.post But.istam limitationem procedere,nisi tale qd sit expressum coram iudice incompetenti, quod constituat aduersarium in mala fide,vt quia pars informauit in facto conscientiam suam,uel tale quid expressit,quod informare debuit;argumen.tex. in l.quod te.ff.si cer.pet.& in c.inquisitioni.de senten.excom.Nam tunc secundum Panor.fit interruptio non virtute actus iudicialis, sed propter malam fidem superuenientem, quæ præsumitur ex coniecturis,ut ibi per eum, not.Barto. in l. Celsus. columna tertia circa fin.ff.de vsuca.

Et hanc restrictionem seu declarationem sequitur Fel. in d.cap. illud.colum.4.versicu.3. declaratio. referens Panor.ita consuluisse consi.114.quidam habens duos filios.

Et ex ibi not.per Panor. & Fely. colligitur not. limi. ad text. in l.

pe.ff.

Source : BIU Cujas

pe.ff.de vſuca.pro emp.cum ibi no.per Bar.vbi habetur,ꝙ denunciatio extraiudicialis facta poſt certam præſcriptionem, non conſtituit in mala fide, vt non procedat, quando eſſet expreſſum tale quid,quod inducit,ſeu inducere debet malam fidem,informando conſcientiam partis in facto,puta per oſtẽſionem iurium ſuorum, faciunt quæ dicentur in ſeq.limit.

36 †Quartò limitatur prædicta concluſio, vt non procedat de iure cano.quia per quemcunque actum qui cauſet malam fidem circa litis conteſta,etiam per ſimplicem citationem,vel aliter præſcriptio interrumpitur. Nam ſuperueniens mala fides de iure canonico in quacunque temporis parte interrumpit præſcriptionem. c.fi.& ibi plene no.gl.& Cano.de præſcrip.ita dicit Bar.in d.l. naturaliter,col. 2.verſi.quæro vtrum ſuperueniens defectus bonæfidei, & firmat Bal.in l.2.col.2.verſi.vlterius quæro,C.de ſer.& aqua. dicens,ꝙ de iure canonico omnis præſcriptio interrumpitur per miſſionẽ executoris: quia ſuperueniens mala fides etiam ſine vllo vitio impedit præſcriptionem de iure cano,vt no.per Dy.in c.2.de regu.iur.in 6. & dixi latè ſ.circa interrumptionem naturalem. Iſta enim propriè dicitur interruptio naturalis, ex quo deficit vnum de ſubſtantialib. ſcilicet bona fides,vt ibi dictum fuit.

37 †Quintò limitatur prædicta concluſio, vt non procedat quò ad iudicium,in quo agens ſuccubuit; quia per illum & litis conteſtationem in eo factam non interrumpitur præſcriptio,ſecundũ Pau. de Caſt.conſi.299.colum.pen.refert & ſequitur Fel.in d.c.illud. circa fi.in 14.conclu.Sextò limitatur vt procedat,dummodo litis cõteſtatio ſit facta a vero domino contra quem præſcribitur. Alias autem ſi ſit facta ab alio,quàm a domino non interrumpit præſcriptionem,ita limitat Bal.in l.ſicut.col.2.verſi.ſed nunquid.C.de præſcript.30.ann.

38 †Quæro iuxta prædicta, an per exceptionem, ſiue exceptionis obiectum interrumpatur præſcriptio, concludo ꝙ non interrumpitur,gl.eſt notabilis in c.2.in verbo,exceptiones,de ord.cog. & ibi per Panor.col.fi.cum concor.de quibus per Fel.in d.c.illud.col.pe. ver.2.concluſio.Primò limita, niſi actio proponatur per modum exceptionis,puta per viam compenſationis,vt pulchrè per Bart. in l.omnes actiones.ff.de reg.iur. & in l.ſinautem.§.fi.ff. de neg.geſt. no.Alex.remiſſiuè in d.l.fi.in princip.ad fi.4.col.ff. de eo per quem fac.erit.Et iſtam limitationem firmat Bal.in l. ſicut.§. immo,ad fin. C.de præſcr.30.ann.& D.Fel.ubi ſupra. Secundò limita,niſi propoſitio exceptionis inducat malam fidem per ea quę dicta ſunt ſ.quia de iure canonico ſuperuenientia malæfidei interrũpit præſcriptionem,quomodocunque ſuperueniat.

39 †Et no.ꝙ præſcriptio poteſt interrumpi per filiũfamilias ſine cõſenſu patris,& ſola citatio ſufficit,non autem ubi requiritur litis cõteſtatio ſecundum Bal.in l.1.col.2.in 3.oppo.C.qui admit.& in l.fi. §.neceſſitatem.col.vlt.ver.item quæro.C.de bo.quæ libe.

Circa quartam ſpeciem præſcriptionis qualiter interrumpatur præſcriptio in actionibus annalibus vel minoris ætatis.

Dic ꝙ interrumpitur per litis conteſtationem, vel per libellum principi datum: quinimmo etiam perpetuantur tales actiones temporales,& fiunt tranſitoriæ in hæredes. l.j. & 2. & ibi plenè no.C.quando lib.prin.da.no.Bar.& Docto.in l.fi. in prin. ff.de eo per quem fa.erit.Et no. ꝙ præſcriptio annalis introducta p conſtitutionem epiſcopi interrumpitur per litis conteſtationem, vel quaſi,ſecundum Bar.in l.fi.ver.ſed hic videtur contra.ff. de vſu ca.pro emp.Et per hęc remanet expedita ſecunda pars huius tertiæ partis ſextæ princip.

Capio tertiam partem huius tertiæ partis ſextæ princi. in qua videndum eſt de interruptione præſcriptionis iurium incorporaliũ.

40 **Et primo quæro,** †qualiter interrumpatur præſcriptio iurium incorporaliũ. Iſtam q.mouet Bar.in l.naturaliter.col.vlt. verſi. quæro qualiter.ff. de vſuc.quem referunt But.& Panor.in c.illud.col.ult. de præſcrip. vbi dicunt,quòd quædam ſunt iura incorporalia debita fundo, ut ſeruitus realis,& in iſtis præſcriptio interrumpitur perdita poſſeſſione fundi dominantis l.ſi ædes.§.1.ff.de ſer.urba.præd.

Item interrumpitur, quando ille contra quem præſcribitur impedit præſcribentem uti ſeruitute.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap. Cum enim in incorporalib. quaſi poſſeſſio nihil aliud ſit,quàm patientia aduerſarij.l.quoties.ff.de ſerui.ſtatim quòd quis deſinit pati, interrumpitur quaſi poſſeſſio ſeruitutis & conſequenter p̃ſcriptio. Idem dicit Bar. in iuribus incorporalibus non cohærentibus prædio,ut in iuriſdictionibus & ſimilibus. Nam ſtatim cum fit unus actus,per quem quis prohibetur uti illo iure,videtur interrupta qua ſi poſſeſſio & præſcriptio,& de hoc eſt tex.optimus ſecundũ Bart, in c.auditis.de præſcrip.& ibi plenius per Inn.in vlt.glo. & melius in c.cum eccle. Sutrina.de cau.poſſ.& proprie.Quinimmo plus ſentit Inn.in d.c.auditis.ꝙ eoipſo,ꝙ is ad quem ſpectat iuriſdictio de iure exercet illam ſeu utitur iure ſuo ſaltem vna vice ante completam præſcriptionem cenſetur interrupta præſcriptio.Ex quo infert, ꝙ ſi Abbas incipit præſcribere contra epiſcopum iura epiſcopalia iuxta ea quæ plenè dicta ſunt ſ.in 11.q.j.par.5.princi.fit interruptio,ſi epiſcopus ſaltem vna vice fuiſſet vſus his iuribus ante completam præſcriptionem Abbatis.

Idem eſt ſecundum Inn.ſi prohibuiſſet epiſcopus per violentiã Abbatem volentem exercere iuriſdictionem quam præſcribebat, ita ꝙ timore epiſcopi dimiſit illam exercere,vt ibi latius per eum.

Sed contra præcedens dictum Inn.latè tenet Panor.in d.c. auditis.col.3.& 4.dicens ipſummet Inn.ſenſiſſe contrarium in ca. cum olim.eo.tit.ubi tradit,quid debet facere epiſcopus, vt interrumpat præſcriptionem Abb.vel alterius volentis contra ſe præſcribere iura epiſcopalia,ut ibi latius per eum,qui tandem ſaluat Inno. in uno caſu.Et prædictis modis præſcriptio ſeruitutis & incorporalium dicitur interrumpi naturaliter. Sed dubitatur, qualiter interrumpat̃ ciuiliter.Bar.in l.2.ad fin.commen.C.de ſer.& aqua. diſtinguit,ꝙ ſi quidem iuuatur præſcribens ex titulo,requiritur litis conteſt.ſicut ad interrumpendam præſcri.lon.temp.l.motæ.C.de rei uend.ſi verò non habet titulum,tunc interrumpitur per ſolam citationem & executoris miſſionem; quia eſt eadem ratio quæ in præſcri. 30.an. quia currit ſola negligentia non petentis.Ideo miſſio executoris, q̃ facit ceſſare negligentiam,habet interrumpere ſecundum Bart. Et hanc diſtinctionem refert Bal.in d.l.2.colum.2.uer.vlterius quæritur,dicens,quòd melior eſt ratio; quia cum iſta præſcriptio nõ fundetur,niſi in bona fide,cum non requiratur tit.l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſer.vend.& miſſo executore ceſſet bona fides, merito interrum. pitur præſcriptio.Et hanc doc. Bart. & Bald.ſequitur Are.cõſi.30. viſo thema.col.fi.in prin.& Cępo.in tract.ſer.urb.præd.c.20.colu. 4.ubi tractat de iſta materia interruptionis incorporalium. Vnde infert Bal.ubi ſupra,ꝙ de iure canonico omnis præſcriptio interrũpitur per miſſionem executoris,ex quo inducit̃ malafides, ut not. Dy.in c.2.de reg.iur.in 6.de quo tamen dic,ut ſupra in 3.ſpecie præcedentis ſecundæ partis in 4.limitatione.

41 **Secundo quæro,** †qualiter interrumpatur præſcriptio libertatis.Bar.in d.l. naturaliter.col.vlt.dicit,ꝙ per quemcunque quis utatur ſeruitute, ſeu iure ſeruitutis interrumpitur præſcriptio libertatis, ut in l. arboribus.§. item conſtat.alias eſt.§.idem tractat.ff.de vſufr. & l. qui fundum.ff. quemad.ſer.amit.ubi dicitur,ꝙ ſeruitus retinetur abſque facto hominis,quando habet cauſam continuam.Vt ſi aqua per riuum ſua ſponte defluxit,aquæ ducendæ retinetur; quia & qualitercunque quis utatur ſeruitute,& ſic interrumpitur præſcriptio libertatis etiã per malæfidei poſſeſſorem,ut eſt tex.aut per vſum cuiuſcunque alterius vtentis illa ſeruitute nomine meo vel gratia mei,ut eſt tex. in l.vſu retinetur.cum ll.ſeq.ff.eo.tit. dummodo quis utatur iure ſeruitutis,ſeu tanquam ſeruitute debita fundo,ut in l.fi. illo eodem ti. & ibi declarat Pau.de Caſt. Addo, ꝙ in præcedentibus duobus caſibus poteſt etiam interrumpi præſcriptio naturaliter & ciuiliter p modos in præcedentibus partibus recitatos ſecundum Pan.in d.c. illud.col.fi.& in d.c auditis.col.3.poſt Inn.

Nunc capio quartam & ultimam partẽ huius tertiæ partis ſextæ prin.in qua dicendum eſt de effectu interruptionis.

42 **Et primò quæro** †quis eſt effectus interruptionis & quantum durat. Dic quòd in naturali interruptione tantum durat eius effectus,quantum impedimentum,ſeu defectus ſuperueniens, ſi enim quis recuperat poſſeſſionem amiſſam,uel ſuperuenit bona fides uel titu.poſt defectũ incipit poſſeſſor de nouo præſcribere:quia ceſſauit cauſa impediẽs & ſuperuenit cauſa confirmans,ut no.in ſimili gl.in ca.non firmat̃. de reg.iur.in 6.tempora tamen præcedentia non proſunt,ſed conquaſſantur,ut prędixi in prin.huius materiæ. Idẽ eſt in interruptione ciuili;quia oportet eam de nouo inchoari a tempore quo ceſſat effectus interruptionis.Verbi gratia,ſi per lit.conteſt. ſit interrupta præſcriptio,noua præſcriptio non incipit ſtatim poſt factam conteſta.ſed poſtquam partes ceſſauerint litigare,argu.l.fi.C.de præſcri. long.tempo.ſecundum Inno.& Hoſt.in d.c.illud.

Et hæc vera de iure ciuili,ſed de iure can.dicit glo.no.in c.1.16.q. 3.quòd ex quo facta eſt ſemel li.conteſt. nunquam poſtea currit p̃ſcriptio, quia p̃ſumitur poſſidens iam habere malam fidem, & de iure ſuo titubare,per l.nemo.C.de acquiren.poſſeſſ.vnde non præſcribit ad mille an.ar.c.fi.de præſcr.idem tenet glo.in c. ſine poſſeſſione.de reg.iur.in 6.Et has gl.ſequitur Butr.in d.c.illud.Contrariũ firmat Pan.ibi cõcludens,quòd iterum poſſit inchoari præſcriptio interrupta per lit.conteſta.ita de iure canon. ſicut de iure ciuili. Primò mouetur per tex.in §.præſcriptiones. 16.q. 3. qui non facit in hoc differentiam inter ius can.& ciuile. Secũdò mouetur:quia nõ reperitur,quòd ius can.ſtatuat contrarium, ergo ſtandum eſt iuri ciuili.

Non obſtat ſecundum Pan.fundamentum gloſſ. inquantum ſe fundat ſuper aſſiſtentia malæ fidei, quia iura canon. loquuntur de vera mala fide non præſumpta,ſicut illa quæ p̃ſumitur per lit.cõteſt.quia certum eſt,quòd illa eſt præſumpta,ſeu ficta mala fides & non uera,ut no.in d.l.nemo.C.de acquiren.poſſeſſ.nam poſſidens rem & credens firmiter eam ſuam non mouetur firmiter ad credendum

Source : BIU Cujas

dendum contrarium,ex eo ꝙ alius sibi intulit quæstionem,alias de facili daretur materia impediendi perpetuò cursum prę scriptionis sufficeret enim ꝙ quis lit.contesta. absque eo, ꝙ fidem faceret de aliquo iure suo;ita dicit Panor.in d.c.illud.vbi Fely.col.5.& 6. hunc
43 articulum latè examinat & firmat † ꝙ lit.contest. non inducit malam fidem nisi præsumptam. Addo,ꝙ idem tenet Pau.de Cast.in l. 2.C.de fruc.& lit.expen.& Bar.ante omnes in l.illud.ff. de peti.hære.& hoc est rationi consonum secundum eum. Quòd si sum tecum lit.conte.& aliud non sit actum, per hoc non sit inducta mala fides,cõcedo dicit ipse,ꝙ est inducta interruptio & perpetuatio l.fi.C.de præscri. 30. vel 40.ann. sed finito tempore illius perpetuationis nihil videtur obstare,quin de iure cano. possit inchoari nõua præscriptio cum bona fide antea non maculata, ex quo d.l.fin. non est secundum Canones correcta,quicquid dixerint dictę glo. ita dicit Fel.ibi,vltra quem addo Sali.ita tenentem in l.2. C. de fruc. & lit.expen.quem latius referam in seq.q.sed male intellexit Fely.in d.l.fi.quia præscriptio non inchoatur de nouo finito tempore perpetuationis:nam sic opus esset,ꝙ post 40.anno.iterum præscriptio inchoaretur,quinimmo actio,quæ alias præscribebatur spatio 30. ann.extenditur vsque ad 40.anno.& hæc præscriptio quadragenaria inchoatur a die interruptionis seu litis contestatæ, ut aperte probat ille tex.cum ibi not. Et de effectu interruptionis vide per Areti. consil.30.viso themate.circa fi.

44 **Secundò quęro,** † vtrum peremptа instantia duret vitium litigiosi & effectus interruptionis inductus per lit.contest. Dic breuiter, ꝙ contra illum, contra quem lis est contestata,durat effectus:quia est actio perpetuata vsque ad 40.ann.& non posset ille amplius præscribere minori tempore,ut est casus in l.fi.C.de præscrip.30.ann. Et quò ad effectus respicientes personas ipsorum litigantium illi durant, sed non durat quoad effectus respicientes rem: quia posset res alienari perempta instantia,quæ ea durante alienari non poterat,& sic ille tertius,in quem fieret alienatio,poterit præscribere longo tempore. Casus est no.in l.1.secundum vnam lec.C.de præscr.long.tempo. & ibi gl.in uerbo,longi temporis.& Doct.not.& Bart.in l.1. §.fi.ff. de litigio.& in l.fi.vbi etiam Salic.C.eodem ti. Nam vitium litigiosi non afficit rem sed solum personas litigantes.l.j.§.1.vbi gl. & Bar to.ff.de litig. Ang.in Aut.de litig.in princi. Et ita procedant not.per Bar.post glos.in l.2.circa med.commen.C.de fruc.& lit. expen.& per Bar.in l.2.colum.vlt.& ibi no.Docto.maximè Alex.& Ias.col pe.C.de eden.vbi Bar.dat doctrinam,ꝙ quidam sunt effectus, qui respiciunt causam,& illi durant perempta instantia, ut ꝙ possessor efficiatur malæfidei,& sic teneatur de fructibus post litem contest. l.ex diuerso.§.1.cum ibi plene no.ff.de rei vendit.& in l.certum. C. eodem tit.& quòd res sit litigiosa,uel ꝙ præscriptio sit interrupta; tunc enim etiam perempta instantia durat effectus iam consumatus.l.cum notissimi.per totam l.maximè in §.sed & si quis.C.de p̃scrip.30.ann.& l.fi.eodem titu.

Et hoc est verum dicit Bar.in eadem causa & inter easdem personas; nam in alia causa,vel inter alias personas illa contestatio suũ effectum non produceret.d.l.cum notissimi.§.sed & si quis, & est casus secundum Bar.in l.fiscus.in quæstione.ff.de iure fis. secundũ veram lec.quam ibi tenet Barto. hinc est,quòd perempta instantia non durat vitium litigiosi quo ad tertium,in quem fit alienatio, qa titulus est validus & præstat causam præscribendi long.temp.d.l.1. C.de præscri.long.tempo.& ita declarat Alexã.in dicta l.2.colum. 5.uel 6.circa fin.uersic.3.conclusio,& ibi Ias. post eum colum.pe. C.de edendo.

45 †Limitatur prædicta conclusio, quæ habet, quòd perempta instantia durat effectus præscriptionis, nisi esset perempta non lapsu temporis,sed per renunciationem; quia pars in totum renunciasset liti,causæ & instantiæ: quia tunc neque citatio, neque litis contestatio interrumpit præscriptionem,ut per Felyn.in d.c.illud.colu.6. versi.& scias,& per D.Clau.Aquen.in d.l.naturaliter,col.6. Sed in quantum Bar.in d.l.2.C.de fruc.& lit.expen.cuius uerba retuli supra vult, ꝙ duret effectus malæfidei etiam perempta instantia, & sic quòd lit.contesta.inducat malam fidem etiam quò ad fructus, & omnes alios effectus.But.& Panor.tenet oppositum in d.ca. illud.colum.fi. quòd non duret,nisi quò ad interruptionem præscriptionis & perpetuationem actionis: quia litis contest. sola non inducit veram malam fidem,sed præsumptam tantum,vbi non constat de iure agentis,ut dixi in præceden.q.& ista fuit opi.gl. reputatæ sing.in d.l.2.in glo.1.in fi.C.de fruc. & lit.expen. quæ vult, quòd perempta instantia cesset mala fides inducta per lit.contesta. & sic non censebitur amplius possessor,qui ante litis contestatio.erat bonæ fidei post malæ fidei.

Et licet Bar.ibi teneat contra gl.tamen Saly.colum.pen. & vlti. tenet cum gl.per plura motiua respondendo ad fundamenta & rationes Bar.& dicit,ꝙ consulendo non recederet a glo.cum qua ꝑ transibat dominus suus,& potissimè ista ratione: quia regula est, quòd perempta instantia pereunt acta l.cum lite mortua. ff. iudic. tolui.& per consequens omnia causata ab eis, cum effectus isti nõ sint ineſie producti & separabiles a sua causa, & sic ubi reperies cõ trarium,dicit ipse,vt est in præscriptionis interruptione, & perpetuatione actionis illud non est trahendum ad omnes.Immo casus exceptus firmat regulam in non exceptis,ut no.in l.in his ff. de leg. & in l.j.ff.de regu.iur.

Subdit Sal.hæc uerba formalia in uer.non obstat ratio Bar.&c. Si enim ut in themate præsupponit possessor est bonæ fidei, quomodo est possibile,ꝙ sola litis contesta.per quam non apparet aliquid ꝙ scientiam rei alienę habeat inducere, faciat eum plene, & perfectè malæ fidei possessorem esse, non video, dicit ipse, sed ex tunc datur iudicium perueniendi ad notitiam ex probabilibus factis,& lata sententia declaratoria rei alienæ habet tunc plenam notitiam,& hæc notitia trahitur retro ad tempus sui initij, & sic ad tẽpus litis contest.& ex hoc apparet, quòd effectus scientiæ rei alienæ non fuit statim per litis contesta.consummatus & perfectus,& sic non est uera ratio Bar.ita dicit ibi Sali. qui in effectu tenet idem quod Butr.& Pan.in d.c.illud,col.fi.miror quòd Felyn. ibi de Saly. nullam facit mentionem.

46 **Tertiò quęro,** † an interruptio ciuilis prosit quò ad omnes, puta si quis fuit litem contestatus contra vnum,& sic quò ad illum est interrupta præscriptio, vt prædictum est, an talis interruptio operabitur suum effectum contra alios.Pariter potest poni exemplum in citatione ubi sola citatio interrumpit.Breuiter communis conclusio est, quòd licet interruptio naturalis interrumpat quò ad omnes. dicta l. naturaliter. tamen hęc ciuilis interruptio prodest tantum interrũpenti & non alijs.Ita tenet gl.ord.communiter approbata in d.l. cum notissimi. §.sed & si quis.in verb.innouata.C.de præscr.30.anno per tex.in l. intra quatuor.ff.de diuer.& tempo.præscri.& in l.2.§.fina. ff.ne de sta.defunc.& gl.in c.placuit,el 2.§.potest,in uer.interrupta. 16.q.3. & Bar.in l.naturaliter.colum.3.uersi.sed quæro.adiiciens quòd nõ omnis interruptio naturalis interrumpit aduersus omnes. Sed solum illa,quæ contingit ex amissione & defectu bonæ fidei non est aduersus omnes:& ratio diuersitatis est secũdum Bar. quia titulus potest multiplicari & haberi a pluribus, & sic unus titulus non respicit uniformiter omnes,sed possessio una & eadem est, quę uniformiter omnes respicit:cum non sit nisi una tantum ciuilis possessio,quæ pariat præscriptionem l.3.§.ex pluribus,& §.ex contrario. cum ibi no.per gl.& Doct.ff.de acquiren possess. Idem secundum Bar.in bona & mala fide,quæ potest uariari respectu diuersorum, vt l.Fulcinius.§.quid si aduersus.ff.ex quibus cau.in poss.eat. & l.si quis fundum.ff.de acqui.possess.meritò porrigunt effectum suum aduersus omnes,sed possessio non sic,ita dicit Bar.ibi quem Doc. communiter sequuntur. Et sic mala fides superueniens quò ad vnum interrumpit quò ad alium.

47 **Quartò quęro** † vtrum interruptio facta cõtra principalem prosit contra fideiussorem ignorantem & non citatum. (Adde plene Bert.in repe.in uerb. p̃scriptio interrumpitur.colum.vlt.circa fi.versi. præscriptio interrupta) gl.not.in l.cum quis.§.si quis pro reo. in gl.3.ff.de sol.determinat quòd non,& eam ibi sequitur Bar.& dicit non esse alibi,colum na penul.latè examinans istam conclusio.Et eandem sequitur Alexan.adducens plures concor.in l.mora rei.ff.de uerborum oblig. secus est in duobus reis secundum Bart. in d.§.si quis pro reo. quia interruptio facta contra unum prodest contra alium. Casus est in l.fi.C.de duo.re.

Et ratio diuersitatis est secundum Bar.quia duo rei tenentur eadem specie obligationis,secus in reo & fideiussore, nam fideiussor obligatur semper uerbis.l.blanditus.C. de fideiuss. Sed reus potest alio modo teneri & obligari,videlicet re uel consensu. Item semp differunt in hoc secundum Bar.quia in reo & fideiussore una obligatio semper est principalis & alia accessoria:sed obligationes correorum sunt coæquales.l.si reus.ff.de duobus re.& l. generaliter. ff.de fideiuss.

48 †Ex hoc Bart.in dicto §.si quis pro reo.primò infert, ꝙ interruptio facta contra vnum ex pluribus tutoribus præiudicat alijs, si ꝙ eum actio erat iam nata,quia tenentur eadem specie obligationis. l.si pupillus.cum ibi not.ff.de admin.tut. Secus dicit interruptione facta contra unum tutorem; nam non interrumpit præscriptionẽ contra magistratum, ad quem deuenitur in subsidium; quia non tenetur eadem specie obligationis.l.1.ff.de magi.conuen. & ita debet intelligi tex.in d.l.si pupillus.secundum Bar.Secundò infert Bar to.ꝙ interruptione facta contra eum,qui tenetur directa, interrũpitur prescriptio contra eum,qui tenetur utili.& econtra; quia actio utilis & directa videtur eadem,vt l.actio.ff. de neg. gest. & est tex.in l.hæreditas.ff.ad Treb.

49 †Non obst.secundum Bar.contra primam conclusio.s.factam tex.in l.si seruum.§.sequitur,& §.nunc uideamus.ff.de act. & obli. ubi dicitur,ꝙ interpellatio facta contra reum perpetuat actionem contra fideiussorem.Quia respondet not.Bald. quòd quandoque actio dicitur perpetuari respectu rei,quæ est in obligatione, ut re perempta reus non liberetur,& tunc si perpetuatur contra principalem, perpetuatur etiam contra fideiussorem; quia ad eandem rem tenetur.l.si ita.ff.de fideiuss.

Quan-

Source : BIU Cujas

Quandoque loquuntur de perpetuãda actione respectu ipsius actionis & obligationis,& tunc interruptio facta contra principalẽ non præiudicat fideiussori: quia diuersis obligationibus & actionibus tenetur,casus est in d.§.si quis pro reo.secũdum Bar. quem sequitur Fel.in c.illud.col.fi.in 10.conclu.de præscri.Et de ista perpetuatione quid sit,& de eius effectu dicetur in seq.parte.Sed contra primam conclu.est gl.in l.si fideiussor.§.fi.ff.mand. quæ dicit, ꝙ interruptio facta contra principalem videtur facta contra fideiussorem,per l.fi.C.de duo.re.Bar.ibi dicit,ꝙ glos.alibi tenet contrarium in dicto §.si quis pro reo,& quòd d.l.fin.loquitur in duob.reis,sed aliud in fideiussore,& ita tenet Cy.vt refert Bar.in d.l.fin.licèt illam gl.non alleget Bal.in l.tam mandatori.colum.vlt. C. de non nume. pecu.reducit illas gl.ad concordiam dicens,ꝙ gl. in d.l. fideiussor.§. fi.loquitur in fideiussore iudicatum solui,alia in fideiussore contractus.Quærit enim ibi Bal.in versi.sed quæro,quid si fideiussor præscripsit & non reus,an prosit reo.v.g.dicit ipse, fuit interrupta præscriptio contra reum,non contra fideiussorem.

Addo ꝙ istam quæstio.an interruptio facta contra principalem noceat fideiussori,format Io.And.in titu.de fideiuss. super rubri.in apost.magna in vlt.q.vbi refert Vber. de Bob. tenere opi. ꝙ interruptio facta cõtra alterum noceat alteri,& loquitur in q. statuti disponentis,ꝙ si creditor silet per quinquennium, nõ possit amplius agere,sed sit præscriptum suæ actioni, ꝙ si creditor habet debitorem vel fideiussorem,sufficit sibi egisse contra alterum,vt alteri noceat:& sic interruptio facta contra vnum prodest creditori cõtra alium,cum vnum sit debitum ex eodem fonte & ex eadẽ scriptura.Et sic vnus est contractus,& per id apparet,creditorem non neglexisse,& statuto punienti negligentiam satisfactum est,& opi.Vber.simpliciter sequitur Io.And.sed communis opin.est in contrarium,vt ex præmissis apparet.Respondet Bal. quædam glo. dicit,ꝙ interruptio nocet fideiussori,in l.si fideiussor.ad fi.ff.man. Alia glo. dicit contrarium in l.cum quis.§.si quis pro reo.ff.de fideiussor.per quam gl.tenet,ꝙ præscriptio fideiussoris non prodest reo, & interruptio rei non prodest fideiussori contractus, sed in fideiussore iudicatum solui posset forte sustineri gl.cõtraria, hæc sunt verba Bal. in d.l.tam mandatori.

Eandem opi.tenuit Ang.in l.grege.§.etiam.ff.de pig. faciens eãdem concordiam,quam dicit esse menti tenendam,& sequitur Alexan.in d.l.si fideiussor.§.fi.in apost.ad Bar. & de hac materia vide per Cy.Bal.& Ang.in d.l.fi.in prin. C.de duo.re. qui tenent opi.Bar to.in d.§.si quis pro eo.

50 †Ex prædictis resultat duplex conclusio.Prima est,ꝙ interruptio facta contra vnum ex correis prodest creditori quò ad alium, & nocet alteri correo.Secunda est,ꝙ interruptio facta contra principalem non interrumpit quò ad fideiussorem,vel econtra.

Limitatur secundum Bal.Ang.& Alex.vbi supra, vt procedat in fideiussore contractus, secus in fideiussore iudicij, seu iudicatum solui: quia interruptio facta contra principalem intelligitur etiam facta contra ipsum.Ratio potest esse: quia contra fideiussorem iudicij mandatur recta via executioni sententia lata contra principalem,secus est in fideiussore contractus,vt plene no.Bar.in l.j.ff.iud. sol.& Ang.in d.l.grege.§.etiam.ff.de pig. Nimirum ergo si interrũpitur præscriptio,ex quo acta & sententia tantum præiudicant fideiussori iudicij,quantum principali,quod non est in fideiussore ꝙctus,vt per Bar.in d.l.1.Adde do.Alex.consi.131.in causa uertente coram prętore.2.col.2.vol.Et sic colligitur duplex differentia inter fideiussorem iudicij,& fideiussorem contractus, videlicet quò ad interruptionem præscriptionis,& executionem sentẽtiæ. Et has duas differentias in specie colligit Ang.vbi supra.

51 **Quinto quæro,** †an interruptio præscriptionis in vno actu prosit in altero.Dic ꝙ non etiam quòd omnes isti actus proueniant ex uno iure,text.est cum gl.in c.auditis.circa fi.in ver.interrupta,& ibi no.Inn.& Pan. & omnes Cano.& bonus tex.in c.cum olim.de præscr.& in c. cum contingat.de deci.no.Inn.in c.dilectus.de capel.mona.Faciunt quæ plene dixi in 2.parte prin.in 2.effectu.

52 **Sexto quæro,** †Vtrum præscriptio completa possit interrumpi. Dic breuiter ꝙ non: quia interruptio post completam præscriptionem non habet lædere ius ex præscriptione iam quæsitum.Oportet ergo,vt ualeat, ꝙ fiat intra tempus præscriptionis,ut est tex.in c.auditis.uersic. si tamen,& ibi no.Pan.in ult.no.colum.3.de præscr.& Fely.in d.c. illud.colum na pen.in 5.conclu.Faciunt no.per gl.& Cano. in c.vigilanti.eo.tit. vbi communiter concluditur, ꝙ superueniens mala fides post cõpletam prescriptionem non nocet.Ex quo infert Panor. in dicto c. auditis. quòd præscriptio iam completa non tollitur, licet postea fiant aliqui actus in contrarium, sed requiritur contraria consuetudo.Et hoc si iam consuetudo est corroborata: sed antequam sit p̃scripta interrumpitur,etiam si semel in contrarium populus utatur ex certa scientia.Addo quòd idem dixit Spec.in tit.de præscr.uerb. quid si post completam.Ita gl.no.& sing.in l. nemo.§. temporales. ff.de reg.iur.quam Bal commendat in pluribus locis relatis per Ias.in l.fi.colum.vlti.ff.de consti.prin.& illam nota. Rom.sing.suo 44.fo.1.colum.4.inci.ad hoc.& limitat procedere in consuetudin. concernente causam petitorij.Secus si concernit causam possessoe rij. Tunc enim secunda consuetudo, licet non sit præscripta tollit primam præscriptam quò ad possessorium tantum,secundum Bal. in c.1.de feu.cogni.& fuit originale dictum Io. And.in ca. cum ecclesia,de causa pos.& proprie.quòd refert Roma.vbi supra,& Ale. firmans prædictam conclusionem in l.2.ad fi.prin.ff. soluto matrimo.& Ias.ponens duas limitat.ad illam glo.in l.de quibus.colum. 23.ad fi.& seq.ff.de legi.Eandem cõclusionem per illam gl. firmat Pan.in c.fi.col.9.uersicu. sed quæro.de consue.& consi.94.videtur prima facie.in fi.j.volu.

53 **Postremò noto,** †Ad materiam interruptionis præscriptionis,& multa ad materiam interruptionis præscriptionis,licet inordinatè & absque allegationibus multa vide per Berta.in uersi.præscriptio interrumpitur ꝑ plures col.Et an excipiens de interruptione videatur fateri præscriptionem,tangit Panor.in c.illud.colum.j.de præscr. quòd etiam per vnum testem,dummodo omni exceptione maiorem cum iuramẽto partis probatur factam fuisse interruptionem, secundum Card. consi.108.petitur quædam sententia.sequitur Fel. in c.illud.& pen. in 4.conclu.

SVMMARIVM.

1 *Perpetuatio & interruptio præscriptionis in quo differant.*
2 *Actio qualiter perpetuetur,& quis sit effectus perpetuationis.*
Actio perpetuatur per contestationem & quasi contestationem.
3 *Actio perpetuatur per iuramenti præstationem litis decisiui.*
4 *Stante statuto,quòd si creditor steterit per 10.ann.quòd non petierit debitũ, sit excluſus,an si in instrumento adsit iuramentum,possit actio perpetuari ad aliud tempus.*
5 *Actio an possit per dationem fideiussoris perpetuari.*
6 *Actio perpetuatur per apprehenstonem possessionis rei hypothecatæ.*
7 *Lex fi.C.de præscrip.30.ann.an de iure cano.sit correcta.*
8 *Litis contestatio an perpetuet præscriptionem minoris temporis quàm 30. annorum.*
9 *Officium iudicis an recipiat perpetuationem.*

VEnio nunc ad quartam, & vltimam partem huius 6.partis prin.in qua videndum est qualiter actio perpetuetur.

Primo igitur quæro quid sit perpetuatio. actionis,& quæ sit differẽtia in-
1 ter interruptionem † & perpetuationem. Respondeo, quòd aliud est interruptio,& aliud perpetuatio.Nam interruptio facit, ꝙ præscriptio iam inchoata rumpitur, ita ꝙ de nouo debet inchoari a tẽpore interruptionis.Sed durat secundum suam naturam.Perpetuatio vero prorogat vitam actionis mediante litis contesta.& facit ꝙ actio quæ erat breuis vitæ,vel durabat 30.ann.aut minori tempore fiat perpetua,idest extendatur usque ad 40.ann.l.fi.C. de præscri.30.ann.& infra dicetur.Ita declarat gl.no.in l.cum notissimi.in prin.in ver.solam.C.de præscri.30.ann.& Barto.in l.fin.ff.de eo per quem facit erit.& declarant Imo.& Pau.de Cast. in d.l. naturaliter. colum.ulti.Ias.in l.nam & postea.§.si is qui temporali. in prin. com. ff.de iureiu.& in l.1.col.pen.C.quando libe.princi.da. & melius declarabo in seq.ubi dicetur quid est perpetuatio.

2 **Secundo quæro** † Qualiter perpetuetur actio, & quis sit effectus perpetuationis.

Dic quòd per lit.contesta.& non aliter; operatur enim litis contesta.duplicem effectum,scilicet interruptionem & perpetuationẽ videlicet quòd actio quæ non durabat,nisi 30.anno extenditur ad annos 40.& sic adduntur 10.ann.ut est casus in l.fin. C. de præscr. 30.ann.aliæ verò interruptiones ciuiles,de quibus dictum est supra in præce.parte,vt citatio vel conuentio citra lit.contesta.interrumpunt duntaxat præscriptionem,sed non perpetuant actionem. Est ergo perpetuatio propriè extensio vice actionis, ut vbi prius erat temporalis,extendatur vsque ad 40.ann.d.l.fi.& l.1.§. exceptio. C. de anna.exce.& c.placuit,el 2.§.potest.& §.quòd si per naturalem. 16.q.3.& ita declarat gl.præalleg.in l.cum notissimi.in prin.in uersi. solam.C.de præscr.30.anno.quæ dicit,& no.ꝙ cum interrumpitur præscriptio per executoris cõuentionem seu citationem,actio extenditur usque ad 30.ann.a tempore conuentionis. Nam per solã lit.contesta.actio extenditur usque ad 40.ann.Ad idem est gloss.in l.sicut.in uer.executorem,ad fi.C.de præscr.30 an.no.Bal.in l.j. circa me.colum.eodem ti.& idem dixit gl.16.q.3.§. potest.addens ꝙ naturalis interruptio non perpetuat usque ad 40. ann. licet sint alij modi perpetuandi,qui habent vim lit.contesta.quos infra.subijciã.

Secundus effectus huius perpetuationis est,quòd actiones,quæ non sunt transitoriæ ad hæredes,ut actio iniuriarum & descendentes ex delicto,de quibus in §.non omnes.Insti.de perpe.& tempo. act.per lit.contest.fiunt transitoriæ,& sic perpetuantur in hæredes. §.pœnales.Insti.de actio.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cau. ꝙ non fit per solam conuentionem,seu citationem:ut ibi latè cõcludit Are.& idem in l.fi.in prin.col.2. ad fi.& 3.ff.de eo per quẽ facit

erit

Source : BIU Cujas

erit contra Bar.& sequaces. Sed requiritur contestatio, vel quòd stet per reum,quominus litem contestetur,quo casu habetur lis ꝑ contesta.ut ibi latius per Alexā. & eo casu quasi contestatio. Et ita intelligit Alex.tex.in l.constitutionibus.in ver.quasi contestatæ. ff. de act.& obli.Ex his intelliguntur duo modi perpetuandi actionē cum duplici effectu ipsius perpetuationis.

Primus modus est per contestationem.Secundus modus est ꝑ quasi contestationem,quando stat per eum, quominus litem contestetur.Bene facit tex.in l.2.C.vbi in rem acti.

3 †Tertius modus perpetuandi actionem est per præstationem iuramenti litis decisiui; quia iuramentum habet vim litis contest. ad perpetuandam actionem,ut est casus in l.nam & postea. §. si is qui temporali.ff.de iureiu.Et ꝙ iuramentum habeat vim litis contesta. dicit expresse tex.in l.sed & si restituatur.ff.ex quib.cau.ma. Et hæc conclusio procedit tam in iuramento iudiciali,quàm extraiudiciali secundum Bar.& communiter Doct.o.in d.§.si is qui temporali. Ex quo singulariter infert Bart.ꝙ si in instrumento appareret iuramentum esse delatum creditori iuxta practicam & cautelam, quā tradit ipse Bar.in l.2.ad fin.ff.de iureiu. tale iuramentum perpetuaret actionem usque ad 40.ann.& iste est solennis effectus iuramenti,& sequuntur ibi Bal.Ang.Sali.Alex.& Ias. in 2.no.& communiter omnes.Imo.in d.l.naturaliter.col.ulti.

4 Ex hoc sequitur magnus effectus in practica,quòd stante statuto,ꝙ si creditor steterit per 10.ann.ꝙ non petierit debitum, sit exclusus.Certe si in instrumento adesset iuramentum, non obstante statuto iuramentum perpetuaret actionem vsque ad 40.ann.secūdum Ang.& Ro.in d.§ si is qui temporali.

Et propter hoc monet Ang.notarios,ꝙ in instrumentis semper apponant iuramentum.Referunt & sequuntur Alex. & Mod. ibi, & Cępo.cautel.sua.Sed istud hodie est modici effectus secundum communem opi.& tale statutum non valeat data mala fide, ut late concludunt Cano.in c.fi.de præscri.& dixi in 13.q.2.par.3. prin.

5 † Quartus modus perpetuandi actionem est per dationem fideiusoris,& illam gl.dicit esse sing.Bal.in l.quot.col.2. C.de preci. impe.offe.Nam per illam perpetuatur actio, sicut per litis contest. gl.est singularis.in l.cum quis.§.si quis pro reo.in 4.solu. ff. de fidei. quam ibi sequitur Bar.col.j.circa fi.dicens mirabilem & verissimā. Et limita & declara vt ibi per Bar.

6 †Quintus modus perpetuandi actionem est per apprehensionē possessionis rei hypothecatæ,per quam nedum interrumpitur prę scriptio,sed etiam perpetuatur actio in 40.ann.eo quòd talis apprehensio habet vim litis contest.vt est casus in l. cum notissimi. §. immo,& ibi no.Saly. colum.2. versi.nunc reuertor.C. de præscri.30. ann.reprobata opi.gl.ibi.

7 Tertiò quęro †vtrum illa l.fi.C.de præscri.30.ann. sit correcta de iure cano.gl.no.in ca.j. 16. q.3.tenet,ꝙ ex quo semel facta est litis contesta. non currit præscriptio; quia præsumitur possidens iam habere malam fidem & de iure suo titubare.l.nemo.C.de acq.poss.vnde non præscribit ad mille annos.c.fi.cum ibi no.de præscr.& idem tenet gl.in c. sine possessione,de reg.iur.in 6.Istud dubium latè examinat Pan.in d.c. illud. col.pe.& ver.& scias.dicens,ꝙ iste articulus est dubius: & tandem concludit,ꝙ pars gl.est tutior & communior, & in iudicando seruaretur.Sed contraria opi.videtur uerior secundum Fely.ibi col.5. & plene in 3.q.princi.partis præcedentis in materia interruptionis, vbi conclusio ꝙ sola litis contest.non inducit malam fidem veram sed fictam.Et sic remanet conclusio, quòd illa l. hodie non sit correcta,ut ibi latius dixi.

8 Quartò quæro †vtrum litis contesta. perpetuet nedum præscriptionem 30.an. de qua proprie loquitur tex.in d.l.fi.sed aliam minoris temporis, vt annalem.Vt est dare exemplum in actione iniuriarum, quæ est annalis. l.si non conuicij.C.de iniur.& in alijs prætorijs annalibus, ut in l.in honorarijs.ff.de act.& obli.Concludo ꝙ sic.Ita tenet gl.pen.in l.fi. C.de tem.in integ.resti.pe.& gl.in l.fi.in gl.fi.C.de dolo.& glo.in d. l.fi.in gl.2.C.de præscr.30.ann.Vnde infertur, ꝙ actio cuiuscunq; temporis non solum 30.ann.per lit.contes. semper perpetuatur in 40.ann.& sic meta perpetuationis est semper prorogare vsque ad 40.ann.& per consequens perpetuatio actionis aliquando addit trigintanouem annos,ut quando actio est annalis. Aliquādo solum decem,secundum ꝙ erat uitæ primæ actionis.Ita dicit Ias.in l. nam & postea.§.si is qui temporali.ff.de iureiurā. Secundò infertur,ꝙ si statuto caueatur,ꝙ si creditor steterit per 10.an. ꝙ non petierit debitum,sit exclusus,certè per lit.conte.actio quæ erat decennalis,ꝑpetuatur in 40.ann.secundum Imo.in d.§.si rem.cuius opi. late firmat Alex.in l.fi.in prin.col.4.uer.dicit etiam Ang.ff. de eo per quē fac.erit.& Iason.in d.l.nam & postea.§.si is qui temporali. col.1.ubi hoc confirmat ratione; quia actiones temporales anni vel similes facilius perpetuantur ad annos 40.quàm actiones longioris vitæ, patet; quia illæ perpetuātur per solam impetrationem rescripti,mediante supplicatione.Aliæ non.Sed exigitur litis contest.l.j. & 2.C. quando libel.prin.da.Contrariam tamen partem,ꝙ præscriptio minor trigenaria non perpetuetur ad 40.ann.sed adduntur decē tantum,tenuit Ang.in l.2.§.si rem.ff.pro emp.& Saly.in l. cum notissimi.§.immo.col.fi.ver.sed quid dicendum.C.de præscr.30.ann.ubi concludit,ꝙ præscriptio longi temporis non perpetuatur per li. cō testa.in 30.ann.sed duntaxat in viginti,& sic quòd addantur alij de cem.Corn.consi.80.multum diffuse.col.3.uer.si fortè.3.uol. Sed præcedens opi.non est communis.

9 Vltimo quæro, †vtrum officium iudicis recipiat ꝑpetuationem.Istam quæstio.tangit Bar.in l.cum quis.§.si quis pro reo.col.fi.ver. item cōtra prædicta. ff.de fideiuss.Sequitur Bal.in aut. sed hodie.C.de actio.& obli. concludens,ꝙ non recipit perpetuationem,neq; interruptionem. Adde pro complemento,an præscriptio statutaria 10. ann. perpetuetur in 40.ann.Bal.in c.non liceat.circa fi.de præscr. ubi concludit ꝙ non.Adde etiam,ꝙ quædam sunt iura,quæ afficiunt personas, q̄dam quæ afficiunt res, in quibus præscriptiones natura, & effectu discrepant.Bal.in c.vigilanti.circa fi.de præscr. Et per hæc & omnia præmissa remanet expedita tota sexta & vlt.pars princ. Tractatus præscriptionum & consequenter totus ipse Tractatus ad laudem omnipotentis Dei.Amen.

Nunc explicito diffuso tractatu

præscriptionum, vt nihil desit,plenam & vtilem repetitionem solēnis.l.Celsus.ff.de vsuca.& eius quotidianæ materiæ, quam alias in scholis primò lectionum mearum anno diebus vacantibus publice diserui pro dicti tractatus complemento congruenter subijciēdam censui,tanquam practicam post theoricam, & si permixtim vtranque contineat maturius digestam plenioreq; stilo editam,circa eorum repetitionē,quæ in tractatu prædicto dicta fuere,in quo equidem non recensui,quæ ad peculiarem & propriam. d.l. materiam pertinēt,sed ad eam sępius remissione vsus sum.quam l.Bart. vtiliter commentauit.Post eum verò alij pauca scripsere, nullusq; modernorum,quem viderim,super ea aliquid scripsit excepto celebrimo iurium interpre.Do.Clau.de Seysello Aquense præceptore meo qui pauca super eadem.l.edidit cōmentaria,cartas duas & dimidiam non excedentia,in quibus etiam nonnulla ad propriā materiam d.l.non pertinentia interseruit,& longo stylo pro sequutus est,quæ missa feci.Quanta autem addiderim præter ordinatam materiam re ipsa intueri licebit.

Et vt congruenti ordine procedatur,diuido materiam ipsius peculiaris l. in quatuor partes principales.In prima parte tractabitur de ti.videlicet qualis ti. requiratur, & sufficiat ad prescriptionem, & sic de primo extremo requisito ad præscriptionem rerum corporalium.

In secunda parte tractabitur de secundo extremo requisito, videlicet de traditione & possessione. In tertia parte tractabitur de tertio extremo requisito,videlicet de bona fide & de eius contrario,videlicet de mala fide qualiter probentur. In quarta & vltima parte tractabitur post Bar.practica ducendi & probandi possessionem & eius cōtinuationem, & tempus ad præscriptionem rerum corporalium requisitum.

Ad euidentiam præmitto,quę dixi in prin.3.partis superioris, videlicet quòd ad præscriptionem rerum incorporalium tria principaliter requiruntur, tit. possessio,& bona fides.l.j.ibi colligitur Bar.C.de vsuca.transfor. & plene nota. Bar.in rub. extra de præscri. col.j. & circa hæc tria propriè vertitur materia d.l.Celsus,quæ etiam colliguntur per discursum scriptorū Bar.super eadem l.licet Pau.de Cast.ad fi.ipsius l. colligat quinque necessaria ad hęc,vt procedat vsucapio vel præscri.long.tem. & latius no.Bar.& Ang.in l.super longi.in prin.com.C.de præscr.long. temp.ponentes septem requisita, quæ tamen reducuntur ad prædicta tria.Secundo.præmitto,quid sit tit.quid bona uel mala fides, & quid possessio.De quibus late dixi in superiori tract.in 3. parte princi.per totam illam partem.

His ita præmissis venio ad ipsam l.Celsus,& eius materiam explanandam.

SVMMARIVM.

1 *Possidens titulo putatiuo iusto errore ductus vsucapit,secus si iniusto.*
2 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
3 *Litis æstimatio quæ dicatur.*
4 *Titulus putatiuus iusto errore causatus ad vsucapionem vel præscriptionem rerum corporalium requiritur.*
5 *Titulus non est in præscriptione statutaria necessarius.*
Præscriptio statutaria subrogatur loco præscriptionis iuris communis,et regulatur ut illa,& eius naturam imitatur.
6 *Titulus putatiuus iusto errore causatus idem operatur,ꝙ titulus uerus ad vsucapionem uel præscriptionem.*
Iustus error habetur pro titulo.
7 *Donatio inter patrem & filium,uel inter uirum & vxorem,quæ a principio non valuit,nec morte confirmatur an præbeat causam præscribendi.*
8 *Titulus putatiuus sufficit ad vsucapionem casu,quo si ille titulus esset uerus, sufficeret*

Source : BIU Cujas

ſufficeret ad dominij tranſlationem.

9 *Iuſtus error, vel etiam iuſtiſſimus quo caſu vnquam præbeat cauſam vſucapiendi, vel præſcribendi.*

10 *Iuſtus error quo caſu non habeatur pro titulo.*

11 *Titulus putatiuus iniuſto errore cauſatus quo caſu ſufficiat ad vſucapionem.*

12 *Error iniuſtus an ſufficiat ad præſcriptionem rerum incorporalium.*

13 *Error etiam iniuſtus cauſat bonam fidem.*

14 *Cauſa quælibet licet iniuſta excuſat a dolo, & conſequenter a mala fide.*

15 *Bona fides iniuſto errore cauſata, an proſit ad præſcriptionem longi temporis.*

16 *Bona fides iniuſta ratione cauſata, an ſufficiat ad faciendum fructus ſuos.*

17 *Error iuris non inducit bonam fidem in uſucapione, uel præſcriptione longi temporis.*

18 *Titulus cauſatus errore iuris, an cauſet bonam fidem quò ad acquiſitionem fructuum.*

19 *Error iuris, aut titulus illo errore cauſatus non prodeſt, ſi lex expreſsè reſiſtat.*

20 *Lex quando dicatur aſſiſtere, uel reſiſtere, & quando aliquid dicatur contra vel præter legem.*

21 *Error iuris quo caſu præſcribentem non iuuet.*

22 *Error iuris mixtus cum errore facti an ſit ſufficiens ad præſcribendum.*

23 *Ignorantia ſeu error iuris qualiter probetur.*

24 *Accidens non poteſt eſſe ſine ſubiecto, & non entis nullæ ſunt qualitates.*

25 *Litis æſtimatio comparatur emptioni.*

26 *Approbare & non improbare paria ſunt.*

27 *Traditio ad præſcriptionem vltra titulum putatiuum requiritur.*

28 *Traditio uera tunc requiritur, quando eſſet talis titulus, ex quo ſine traditione non transfertur dominium.*

29 *Tempore traditionis in quocunque contractu requiritur bona fides.*

30 *Iuſtiſſimus error ſufficit, ut proſit traditio putatiua.*

31 *Argumentum de genere ad ſpeciem procedit negatiue, ſed non affirmatiue.*

32 *Titulus pro ſuo eſt triplex.*

33 *Error iuſtus uel iniuſtus quis dicatur.*
Erroris ſpecies eſt triplex.

34 *Error dicitur iniuſtus in facto proprio, nulla aduerſarij ſuaſione interueniente.*

35 *Ignorantia ſiue error quo caſu etiam in facto proprio ſit tolerabilis.*

36 *Error iuſtus dicitur, qui perſuaſione aduerſarij eſt inductus.*

37 *Aduerſarij perſuaſione ductus quomodo quis dicatur.*

38 *Iuſtiſſimus error quot modis cauſetur.*

30 *Affectio procuratoris an cauſet bonam fidem & iuſtiſſimum errorem et per conſequens titulum putatiuum.*

40 *Iuſtiſſimus error cauſatur per rei euidentiam, ſiue ex aſpectu: & an per famam & opinionem* 41.

42 *Fama & rumor etiam falſus inducunt iuſtam cauſam credendi.*

43 *Fama quomodo probetur, & quæ requirantur, ut legitime poſſit dici probata, adeo vt inde reſultet error iuſtiſſimus.*

44 *Error an dicatur iuſtiſſimus, ſi ſit cauſatus ab aſſertione propinquorum, uel ſociorum.*

45 *Iuſtiſſimus error poteſt ex aſſertione probi & honeſti uiri cauſari.*

46 *Honeſtas perſonæ tollit ſiniſtram præſumptionem, quia præſumitur pro uiro honeſto.*

47 *Poſſeſſio 20 ann. an ſufficiat ad præſcriptionem abſque titulo.*

48 *Remedium canonis reintegranda. competit cuilibet priori & antiquiori poſſeſſori etiam malæfidei & ſine tit. qui cecidit de poſſeſſione abſque ſui facto & culpa.*

49 *Titulus pro hærede an habeat locum in ſuis.*

50 *Conſiſtentia in animo poſſunt per iuramentum probari.*

51 *Præſumitur quis ſcire id, de quo eſt publica fama, ſeu quod eſt publice notum.*

52 *Error toleratur in facto proprio, vbi agitur de damno vitando.*

53 *Regula, q tranſlatio dominij & præſcribendi conditio æquiparantur, quæ cauſa procedat vel non.*

54 *Error ex parte recipientis impedit dominij tranſlationem & præſcribendi cõditionem, ſecus ſi error interueniat ex parte tradentis.*

CElſus. Diuiditur iſta ſolennis l. in tres partes principa. ſecundum Ange. & Imo. hic. In prima ponitur reprehenſio ſententiæ antiquorum, ſiue cuiuſdam erroneæ opinionis. In ſecunda ponitur ratio reprehenſionis. In tertia ponitur extenſio. Secunda eſt ibi, quia neque pro legato. Tertia eſt ibi, idem & in litis. Et hoc dicat in ſumma ſecundum Ang. & Imo. qui plenius ſummant, quàm faciat Bartolum.

1 †Poſſidens tit. putatiuo iuſto errore ductus vſucapit, ſecus ſi iniuſto, reprobata ſententia antiquorum non facientium differentiã inter iuſtum & iniuſtum errorem. Hoc dicit cum glo. & iſte intellectus eſt communis ab omnibus approbatus ſecundum Angel. Vel ſic ſecundum Pau. de Caſtro. Titulus putatiuus non ſufficit ad præſcribendum etiam cum bona fide, ſi non ſubeſt iuſta cauſa putandi. Si autem ſubeſt, tunc ſufficit, ſicut ſi eſſet verus. Hoc dicat. Vel ſic breuius & tertiò ſecundum Pau.

Qui non habet titu. nec iuſtam cauſam credendi ſe habere, non poteſt vſucapere vel præſcribere longo tempore.

Priuſquam veniam ad notabilia apoſtillabo & declarabo text. vbi opus erit. In tex. ibi. Celſus lib. 34. ab Sabinum, dicit Ange. vide ſupra communi diui. l. 4. in fi. Sed non reperio q ille tex. aliquid faciat. In tex. ibi, & nihil referre. Subaudit Ange. ſcilicet exiſtimarunt antiqui, ſed melius abſque ſubauditione iſte infinitiuus refertur ad relatiuum cum uerbo, qui exiſtimarent, prout duo præcedentia, & determinatur a verbo principali, ait. In text. ibi, quia neque pro
2 legato. Voluit dicere iureconſultus, † quia non entis non ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia, & ibi no. ſupra ſi certum peta. & latius dicam infra ideo non poteſt eſſe vſucapio pro legato, ubi nullum legatum &c. In tex. ibi, ſi nulla donatio &c.

Subaudit Ang. neque ex aliqua cauſa probabili æſtimetur donationem, dotem, vel legatum ſubeſſe ſecundum veram opin. ut uidebimus in gl. In tex. ibi, idem & litis æſtimatione &c. † quid ſit hęc
3 litis æſtimatio declarat tex. in l. eius rei, & in l. hæc ſi res, & in l. ſi culpa. ſupra de rei ven. & eſt ſimilis emptioni. l. litis. ſ. pro empto.

4 Primò noto Ex iſto tex. ſecundum Bar. & Imo. † q ad vſucapionem vel præſcriptionem rerum corporalium requiritur titulus verus vel putatiuus cauſatus iuſto errore. Concordat tex. in l. diutina. & in l. ſuper longi. C. de præſcri. long. temporis. & in l. nullo. C. de rei vend.

Primò limita iſtam concluſionem, vt procedat in vſucapione, vel præſcriptione longi tempor. Secus in præſcriptione longiſſimi temporis 30. uel 40. anno. quæ currit abſque titulo & bonafide l. ſicut. l. omnes. l. cum notiſſimi. & l. ſi quis emptionis. §. j. vbi tamen reſpectu acquiſitionis dominij ſit diſtinctio inter bonæ & malæfidei poſſeſſorem. C. de præſcr. 30. uel 40. ann. no. Roma. conſi. 166. viſo diligenter. columna 2. circa fina. & de hoc late dixi in ſuperiori tractatu, in 2. parte 3. prin. in 6. q. vbi latè declarauì intelle. d. l. ſi quis emptionis. §. j. & quale ius acquirit poſſeſſor ſine titu. cum bona vel mala fide ex præſcriptione longiſſimi temporis, & quis ſit effectus huius præſcriptionis &c.

Secundò limita hanc concluſionem, vt procedat de iure ciuili. Sed ſecundum canones procedit præſcriptio quadragenaria contra eccleſiam abſque titu cum bona fide. c. de quarta. c. illud. & c. ſi diligenti. & ibi plene no. gl. & Can. de præſcri. dummodo ius commune non reſiſtat præſcribenti; quia tunc requiritur tempus 40. ann. cum ti. & bonafide, vel ſpatium tanti temporis cuius initij &c. vt eſt caſus in c. j. de præſcrip. in 6. quam materiam plene declarauì & in ſuperiori tra. vbi ſupra. Et vltra ibi adducta addo Pan. in ca. peruenit. col. j. in 2. no. de emp. & uend. ubi concludit, q non requiritur ti. de iure Cano. in præſcriptione, niſi quando eſt contra ius, & q non eſt aliqua differentia inter ius Canoni. & Ciuile niſi in præſcriptione cum malafide, quæ non currit de iure Canon. & in hoc ſtatur iuri Canonico ſecundum Panor. & latè dixi vbi ſupra. Vtrũ in preſcriptio. ſtatutaria requiratur titu. uide per Berta. in reper. in verbo, tit. verſi. 6.

5 †Tertiò limita ut non procedat in præſcriptione ſtatutaria, in qua non requiritur titu. ſecundum Bal. no. in l. 2. C. de præſcri. lon. tempor. quæ pro lib. dicentem q ſi ſtatuto caueatur, q poſſidens rem per 10. annos poſtea conueniri non poſſit, ſufficit 10. annis bona fide poſſediſſe, licèt ſine titulo; quia ſtatutum non requirit titulum, & ſequuntur hoc Rom. & Alexan. in apoſt. Addo bene facere qđ vult Bart. in l. cum ſatis. ad fi. C. de agri. & cenſi. lib. 11. ubi dicit, q ſi ſtatutum diſponat, quòd nulla currat præſcriptio, tunc non præſcribetur actio etiam ſpatio 10. ann. vt ſtatutum aliquid addat iuri cõmuni. De cuius dicti veritate dixi in præced. tracta. in 5. par 5. prin. in 9. quæſt. Contrarium tenet Roma. in l. prætoris. ff. de dam. infec. Refert & ſequitur Fel. in c. ſi diligenti. colum. 7. ultra med. de præſcri. Pro quo facit ſecundum eum: quia præſcriptio ſtatutaria ſubrogatur loco præſcriptionis iuris communis, & regulatur ut illa, & eius naturam imitatur ſecundum Bal. in l. in contractibus. in fi. prin ci. C. de non nu. pec. & in §. item ſi quis per triginta. col. fi. in tit. ſi de feu. fue. contro. cum concor. adduc. per Fel. in c. illud. col. 2. de præſcri. in 28. q. col. 57.

Et vltra Fely. contra prædictam deci. Bal. videtur tenere Socin. licet de illa non faciat mentionem, conſi. 156. in cauſa communitatis. colum. 4. circa fi. ubi determinat, q ſtatutum diſponens, q poſſidens rem pro ſuo ſpatio 30. ann. præſcribat, debet intelligi ſecundũ ius commune, & ſic concurrente bonafide, & retuli in 14. q. 2. partis. 3. princ. ſuperioris tract. colum. 51. vbi alia plura ad propoſitum adduxit. Sed poſſet reſponderi, q alia eſt ratio reſpectu tituli. Alia reſpectu bonæ fidei, quæ eſt magis neceſſaria quàm titulus, præſertim de iure Canoni. quod non requirit titulum, ſed bonamfidem tantum, ubi ius commune non reſiſtit. c. ſi diligenti. cum ibi plene no. de præſcr. & in c. j. eod. tit. lib. 6.

Et de iſto dicto Bal. dubitat Roma. in l. 3. ſupra eodem per dictũ Bar. ibi, qui vult, quòd ſtante ſtatuto, q per præſcriptionem acquiratur dominium, intelligitur de directo, vt ſtatutum operetur ultra ius commune. Nam dicit Roma quòd ſi dictum Bart. & Bald. procederent, concurrerent duo ſpecialia circa idem: quia præſcri-

beretur

Source : BIU Cujas

beretur sine titulo,& acquireretur directum dominium per præscriptionem:& tamen regulariter non acquiritur nisi vtile, vt ibi ℘ Bar. contra no. in l. j. C. de do. promiss. Vnde dicit ipse, ℘ oportet alterum esse falsum. Non tamen explicat Roma. quod sit falsum, an dictum Bart. an dictum Bal. Do. Clau. Aquen. hic colum. 1. tenet ℘ sit verius dictum Bal. quia eo modo minus læditur ius commune, vt hic latius per eum:& potest vtrunque dictum saluari. Respõdendo ad fundamentum Rom. quòd istæ duæ specialitates oriuntur ex diuerso fonte, quo casu bene admittitur concursus secundum doct. Bart. in l. si is qui pro emptore. colum. vlt. ff. cod. Et quicquid dicat domin. Clau. approbant vtrunque dictum & Bartol. & Bald. Nam quòd dictum Bald. ff. relatum sit communiter approbatum, patet ex præmissis:& pariter dictum Bart. apparet ex not. per Iaso. in l. traditionibus. colum. penul. versi. 2. limita. C. de pact. & latius per Fely. in rub. extra de præscrip. colum. 2. uersi. fallit secundo, qui allegat plures concordan. præcipue Bal. in c. cum non liceat. in fi. commen. de præscri. ponentem quædam priuilegia præscriptionis statutariæ:& ibi Fely. contra dictum Bar. in d. l. 3. adducit motiuum, quod hic facit dom. Clau. licet de Felyn. mentionem non faciat, de c. cum dilectus. de consue. & de l. 2. C. de noxa. vbi habetur, ℘ statutum debet interpretari secundum ius commune:& respondet vt ibi per eum tradentem pulchram doctrinam circa hoc. An statutum debeat interpretari secundum ius commune, vel ut addat iuri communi, de quo late per Alex. & Docto. post gl. in l. fi. §. in computatione. colum. penul. C. de iu. delibe. per Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin. & ibi per Iason. in 2. lec. colum. vlt. supra de iusti. & iur. & late per Fely. in c. j. col. 2. de rescrip. vbi ponit tam de statuto, quàm de priuil. an restringantur ad ius commune, vel debeant taliter interpretari, ℘ aliquid addant, not. Panor. in c. cum causam. columna vltima. de re iud. & pulchrè Alexand. consilio 102. super eo de quo quæritur, penul. columna. & consi. 107. viso themate ante posito, penul. colum. 3. volu. & consil. 83. visa facti narratione. 2. colum. 2. volum.

6 **Secundò noto** † Ex isto text. quòd titulus putatiuus sufficit ad præscriptionem, sicut verus. Concordat tex. in l. quod vulgo. infra pro empt. cum concor. de quibus in glo.

Ex quo infert Ang hic, quòd illud, quod operatur titulus verus ad vsucapionem, vel præscriptionem long. temp. illud idem operatur titulus putatiuus iusto errore causatus. Adde dom. Berta. in repertorio, in verbo præscriptio. el 2. colum. pen. in versi. præscriptio cum titu. qui tamen non allegat hæc allegata:& an iniustus titu. causam præbeat prę scribendi, vide Rot. in deci. 473. inci. si apparet, ℣bi concludit ℘ sic, si est error facti, secus si est error iuris, vbi ponit intellec. gl. in c. de quarta. & aliarum gl. quæ allegantur in proposito, & an ti. putatiuus habeatur pro tit. quo ad alios effectus, quam præscriptionis vide Alex. in consi. 89. excellentissimi iurisconsul. in secũda colum. circa fi. in 5. volu. & ibi an ti. putatiuus causet publicianã & concludit quòd sic, & dicit esse casum in l. sed si res. §. eum qui. cum duobus sequentibus. ff. de pub. secus si in iniusto: & de errore iniusto dicit Ang. intellexerunt antiqui, quos propterea reprehendit hic Celsus, & ait errare, & sic cessant contraria gl. secundum Ange. & plene no. Imo. in repet. c. fi. colum. 8. & 9. ver. qualis autem ti. de præscrip. Bal. & Ang. in l. super longi. col. 1. C. de præscr. lon. tem. Et circa hoc, an & quando iustus error habeatur pro tit. sufficienti ad præscriptionem, tradit no. Do. Salic. in l. nullo. C. de rei vend. circa fi. vbi etiam no. Bal. & Pau. de Cast. consi. 154. & Bal. in l. irritam. in 3. oppo. C. pro dona. Soci. consi. 15. colum. fi. uersic postremò. vbi firmat per istum tex. cum hic no. per gl. & Bar. & per multa alia quòd iustus error habetur pro titu. & causat præscriptionem, & idem Soci. consi. 47. colum. 4. versi. circa secundam, & consi. 251. colum. pen. versi. titu. autem. & late notat Fely. quamuis prædicta non adducat, in ca. de quarta. columna 7. versic. sed ad cognoscendum quis titu. de præscri. vbi facit conclusionem, quòd iusta credulitas inducit titu. qui reuera non suberat, & sic error facti tantum prodest, quantum verus titulus habitus a non domino quò ad prę scribendum, per glo. ibi. & in c. cura. de iure patr. & comprobat per plura: secus est, quando credulitas tituli causatur ex errore iuris, ut plene dicetur infra, & declarat Felyn. in d. ca. de quarta. columna 8. vers. 2. Docto. & Do. Fran. Cur. consi. 7. princeps defunctus. col. 5. in 7. & 10. conclu. Roma. consilio 166. viso diligenter. columna secunda. circa fi. & Imo, in d. c. fi. colum. 9. & de hoc dicetur latius infra post gl. & Bart.

7 †Amplia primo istam conclusionem, ut procedat, siue tit. putatiuus sit onerosus, siue lucratiuus, per tex. in l. fi. infra pro lega. & satis probat iste tex. in versic. & nihil referte, & in ver. quia neque &c. & voluit Bal. in l. irritam. C. pro dona. vbi vide, an donatio inter patrẽ & filium vel inter virum & vxorem, quæ a principio non valet, sed morte confirmatur, præbeat causam præscribendi, & an vsucapio incipiat a die traditionis, ita quod titu. trahatur retro. Dic vt ibi latè per eum.

Amplia secundò prædictam conclusionem, vt procedat in titulo vniuersali pro hærede; quia quando interuenit error facti iustus talis titulus putatiuus, quo quis se putat hæredem, cum nõ sit, sufficit ad præscribẽdum longo temp. videlicet decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes peti. hæred. glo. est ordinaria, quæ ita determinat, in l. hæreditatem. C. in quibus cau. cess. lon. tem. præscr. in glo. magna, circa me. ibi dum dicit. In casu tamen puto præscribi decennio. Et eam sequitur Pau. de Cast. consi. 228. super j. colum. 5. circa princ.

8 †Primò limita istam conclu. dummodo titulus putatiuus sit talis qui si esset verus, sufficeret ad dominij translationem secundum Pau. de Cast. consi. 72. alias 73. secundum numerum meum incip. quia frustra. colum. ulti. versi. breuiter contrarium. in anti. vbi dicit, quòd ad hoc vt titulus inualidus præstet causam præscribendi, debet esse talis, qui si esset validus, sufficeret ad plenum ius transferẽdum. Refert & sequitur Fely. in c. de quarta. colum. 7. vers. secundò considera. de præscrip.

9 †Secundò limita, vt non procedat, quando defectu rei, vel personæ non posset quis acquirere dominiũ: vt quia incapax, vel est res, quæ non est in commercio hominum. Vel vbi titulus uerus non potest assistere propter impedimentum naturæ: quia tunc nullus error iustus, vel iustissimus vnquam præbet causam vsucapiendi, vel præscribendi, rex. habemus & exemplum in l. 3. C. pro hære. & in l. si is. cum l. sequen. quæ incipit. nemo. iuncta glo. infra pro lega. Per quæ iura ita limitant Bald. & Ang. in l. super longi. columna 2. C. de præscri. longi tempo. & Bald. in l. nullo. post princ. versicu. secundò quæro. C. de rei ven. & ibi Saly. in 6. opposit. qui clarius dicit, ℘ vbi persona est incapax, vel inhabilis: tunc iustus error non ℘ dest, nec habetur pro titu. sufficienti ad præscriptionem: quia nec verus titu. sufficeret, per dicta l. nemo. cum glo. quam Bal. dicit singu. in d. l. nullo. Facit tex. no. in l. cum sponsus. §. si res. supra de publ. Quod facit ad q. an spurius, qui putat se legitimum, aut sufficienter & ritè legitimatum iusto errore ductus, cum tamen legitimatio sit inualida, possit præscribere hæreditatem patris, aut sibi relictum, cũ sit incapax.

Quam q. mouent Ange. in d l. nemo. post gl. j. pro lega. Bald. & Saly. in d. l. nullo. & in ea consuluit Alexã. consil. 74. circa primum. ad fi. 3. volu. & plene dixi in 14. q. 3. partis 4. prin. præcedentis tract.

10 †Tertiò limita prædictam conclusionem, vt iustus error habeatur pro tit. quantum ad vsucapionem & præscriptionem. Sed non habetur pro titu. quantum ad repellendum eum qui agit peti. hęred. vel interdicto quorum bonorum, quæ iudicia non dantur regulariter contra tit. possidentem. l. hæreditaria. C. de petit. hæred. & l. hæreditatem, cum glo. C. in quibus cau. cess. longi temp. præscrip. notant plene glo. & Doct. in l. fina. circa fi. C. de edic. di. Adri. toll. ita singulariter limitat Bar. in l. j. in prin. versi. not. ergo, per glo. ibi. ff. quorum. bono. licet glo. tenuerit contrarium in l. penult. & fin. infra pro leg. & in dicta l. hæreditatem, & ibi Bald. cum Bar. & tenent Iacob. But. & communiter Docto. in d. l. j. C. quorũ bon. vt refert Alexand. in apost. ad Barto. in d. l. j. infra illo eod. titu. & Bal. in l. fin. colum. 8. in 15. oppo. C. de edi. di. Adri. toll.

Sed quò ad publicianam indistinctè titu. putatiuus habetur pro vero: quia inducit vsucapiendi cõdictionem, ergo & publicianam vt est casus in l. cum qui. in prin. & ibi no. Barto. supra de pub. & refert Alexan. vbi supra.

11 Quartò limita prædictam conclusionem, quæ habet, quod tit. putatiuus causatus iniusto errore non sufficit, vt non procedat, quando extaret statutum, ℘ præscriptio currat cum tit. putatiuo: nam tunc vt statutum aliquid operetur, debet intelligi, etiam si sit causatus ex iniusta causa, dummodo colorata, & siue sit error facti siue iuris secundum Pau. de Cast. consi. 227. super primo dubio videtur dicendum, col. 5. in princ. in antiq. vbi loquitur in pulchra q. refert & sequitur dom. Clau. hic col. 3. & faciunt notata per Felyn. in rub. de præscrip. colum. 3.

12 †Quintò limita prædictam conclusionem, vt non procedat in incorporalibus; quia in illis sufficit error iniustus, ideſt supinus sufficiens ad causandum bonam fidem. Ratio est: quia in præscriptione incorporalium non requiritur titu. sed sufficit bona fides l. j. §. 1. & ibi plene no. Bar. supra de iti. actuque priua. & l. si quis diuturno. supra si ser. ven. Fallit ista vltima conclusio, quando tractatur de p̃scribẽda iurisdictione in territorio alieno: quia ex quo ius commune resistit vltra bonam fidem, requiritur iustus tit. & sic non sufficeret iniustus error, ita limitat & declarat no. Bal. in l. fi. colum. 8. circa prin. in 15. opp. uer. attende. C. de edi. di. Adr. tol.

Tertio noto † Et isto tex. in verbo, bona fide, secũdum Pau. de Cast. ℘ etiam quando non subest iusta causa credendi tit. interuenisse, vel tit. valere, si tamen quis ita credebat. licet perperam, dicitur esse in bona fide, quod dicit Pau. es-

13 se perpetuò notandum & tenendum menti, ex hoc colligitur, † ℘ error licet iniustus causat bonam fidem. Ratio est secundum Pau. quia iniustus error excusat a dolo, & sic a malafide. Ligitur. §. põt. supra de libe. cau. no. gl. in l. j. in fi. in gl. magna ad fi. supra si quis ius dicen. non obtempe. Sed aduerte: quia videtur, quòd Pau. de Cast. male arguat, seu inferat ex isto tex. ad id de quo supra. Nam arguit ex verbis narratiuis iureconsulti referentis opi. antiquorum, quam

postea

poſtea damnat: & ex verbis narratiuis legis non licèt ſumere argumentum ad deciſionem, vt eſt gl. redu. ſing. in l. j. in glo. magna ad fi. C. qñ non peten. par. quæ de iure canonico hēt conſociam in c. ij. in verbo, nō tenentis, de dolo & cont. in vj. & in c. auditis. in verbo, ex poſtfacto. de electio. De quo per Roma. conſilio 91. ſpectabiles domini, col. j. & plene per Fel. in c. j. col. iiij. & v. de conſti. & ꝑ Iaſ. in d. l. j. col. x. C. qñ nō peten. par. per Alex. cōſi. xij. viſis & oportune, ij. vol. Tñ iſta cōcluſio eſt vera, & eam firmat Bar. hic col. iiij. verſi. requiritur etiam bonafides, non per hunc tex. ſed per tex. in d. l. igitur. §. poteſt. ſupra de libe. cauſa. Et ſequuntur communiter Doct. hic, & infra latius dicetur.

14 †Et collige concluſionem ex dictis Pau. de Caſt. quòd quælibet cauſa licet iniuſta excuſat a dolo, & conſequenter a malafide, ꝑ tex. in d. l. igitur. §. poteſt. Addo gl. in l. plagij. C. ad l. Fla. de plag. & in l. 1. in fin. ff. de abig. Hanc vulgarem regulam ſingulariter limita, vt per Ang. Imo. & Raph. Cuma. in l. ex conſenſu. §. fi. infra de appel. quos refert & ſequuitur Alex. in conſi. 103. videtur prima conſideratione dicendum. colum. pen. verſicu. & dato quòd comes. j. volum. vbi dicunt, quòd hæc regula procedit, quando quis nō erraſſet circa ea quæ ſunt iuris naturalis, vel quaſi. Alias, licet ſimpliciter nunc allegaret quandam cauſam iniuſtam, & diceret, ꝙ fuit motus propter illam cauſam, non ſufficeret; quia oportet, quòd appareat, ꝙ illa fuerit cauſa, propter quam tunc motus eſt: & ſic quòd ſi illa cauſa non interceſſiſſet, non ita feciſſet, argum. l. qui cum vno. in princ. ff. de re milita. Ita dicunt præfati Doct.

Plus dicit Ang. vbi ſupra, quòd ſicut cauſa, quæ a iure naturę eſt reprobata, non excuſat a uero dolo. Ita nec cauſa quæ reprobata eſt a iure ciuili notorio & indubitato: & cum Ange. tenet ibi Io. de Imo. colum. pen. & ſequitur Alex. præalleg. conſil.

15 **Quarto noto** †ſecundum Pau. de Caſt. quòd licet iniuſtus error cauſet bonamfidem, vt p̄dictum eſt, tamen hæc bonafides non prodeſt ad præſcribendū lon. tempo. ut hic.

Sed bene prodeſt hodie de iure canonico ad præſcribendum lōgiſſimo tempore, vbi olim poterat præſcribi de iure ciuili ſine titu. & bonafide, ut in l. ſi quis emptionis. §. primo. C. de præſcrip. 30. anno. Nam hodie de iure canonico poteſt præſcribi ſine titu. ſpatio quadraginta annorum cum bona fide. Sed abſque bona fide non poteſt, niſi præſcribens habeat ius commune contra ſe, quo caſu exigitur titu. & bonafides, ut in c. primo, de præſcriptio. in ſexto, & dixi ſupra in primo notabi.

Nec requiritur iſto caſu, quòd iſta bona fides ſit ita iuſte fundata, ſicut requiritur ad præſcribendum longo tempore.

Et hoc eſt, quòd voluit gloſſ. ſecundum Pau. de Caſtro in ca. de quarta. de præſcriptio. quia titulus nullus, qui putatur validus errore iuris, qui eſt iniuſtus, ſufficit ad præſcribendum de iure canonico: & hoc modo, dicit ipſe, debet intelligi quod no. Cyn. in l. venditioni. C. de vſucap. pro empt. & in l. ſi quis emptionis. §. primo. C. de præſcriptioni. triginta annorum, vbi videtur plurimum dubitare, utrum error iuris cauſet bonamfidem. Sed hic eſt caſus ſecundum Pau. quòd ſic. Verum non prodeſt quò ad præſcriptionem longi temporis, ut infra eodem l. nunquam. in principio. longiſſimi autem ſic. Quod dicit Pau. eſſe menti tenendum: quia eſt ſingulare, & refert ſe habuiſſe de facto & interrogaſſe quoſdam magnos Canon. quia neſciuerunt ſibi dicere vnum bonum verbum ſuper hoc. Sed allegabant notata in capitu. cum perſonæ. de priuileg. in ſexto.

Tandem dicit Pan. tene quod dixi, quia eſt ipſa ueritas. Eandem concluſionem firmat Imo. hic columna fina. in princ. dicens: & ex hoc nota limitationem ad hanc l. inquantum requirit errorem iuſtum: quia procedit, vbi agitur de præſcriptione longi temporis, q̄ non procedit ſine titulo vero, vel putatiuo errore iuſto.

Sed ubi agitur de præſcriptione longiſſimi temporis, vbi ſufficit bona fides abſque titulo, ſufficit probare qualemcunque errorem etiam iniuſtum ad inducendum bonamfidem. l. liberis. §. fi. & l. igitur. §. poteſt. ſupra de libera. cauſa, & l. ſi fur. §. fina. cum ibi no. infra eo hæc ſunt verba Imo.

16 † Subdit hic Pau. de Caſtro in prima columna, quod prodeſt etiam iſta bonafides non iuſta ratione fundata ad faciēdum fructus ſuos per textus nota. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ſupra de petitione hæreditа. Et ex dictis Paul. in hoc tertio nota. colligo infraſcriptas concluſiones.

17 †Prima concluſio eſt, ꝙ error iuris non inducit bonamfidem, ſed potius malam in vſucapione, vel præſcriptione longi temporis vt probat text. in d. l. nunquam, in principio infra eodem, quem ita ſummat Pau. de Caſtro, & ibi pulchre hanc concluſionem declarat dicens. & ſic no. quòd non ſolum dicitur malæfidei, qui ſcit, vel ſcire debet rem non eſſe vendentis, ſed etiam qui credit eam eſſe vendentis.

Tamen ſcit uel ſcire debet venditionem vel contractum non valere; quia titulus putatiuus non ſufficit non ſubſiſtente iuſta cauſa putandi per hanc l. & error iuris non eſt iuſta cauſa, ut ibi.

Idem probatur in l. ſi fur. §. primo. infra eodē, & in l. irritum. vbi not. Bal. C. pro dona. & late not. Fely. poſt Panormitan. in d. c. de 4. col. 8. verſi. ſecunda doctrina, cum quatuor ſequenti. vbi facit concluſionem, quòd credulitas cum errore iuris non facti ſuadens, ꝙ titulus iuridicus non ſit iuridicus, non prodeſt ad præſcribendum per d. l. nunquam, & eam limitat quinque modis, & ultra Fely. not. Panormi. in d. ca. dudum. in quarto notabi. de deci. Roma. conſilio 166. viſo diligenter colum. 2. circa finem. Card. in clem. 1. §. ſi quis. columna fi. in 11. quæſtio. de rebus eccle. non alienan. ubi tradit, an & quādo titulus minus iuſtus ſufficiat ad præſcriptionem &c. Alexan. conſilio 73. uiſo themate, ante fi. 2. uolum. & conſilio 46. circa præſentis conſi. vlti. colum. circa medium, verſicu. & eo. 3. uolum. & conſilio 121. uiſo themate, ante fi. 4. volum. extendens iſtud ꝑcedere etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, per no. per glo. & Doct. in c. ad apoſtolicæ. de dona. ſaltem quando quis uellet præſcribere vigore tituli a iure reprobati, per l. quemadmodum. C. de agric. & cenſi. lib. 11. de quo latius dicam in ſeq. limi. not. etiam domi. Franc. Cur. conſilio 71. princeps defunctus. columna quinta. in 8. concluſio.

Primò limi. Fely. iſtam conclu. in d. c. de quarta. poſt Pan. ut non procedat, quando error iuris cauſaretur ex iure dubio & intricato, ſeu multipliciter intelligibili: quia talis dicitur iuſtus error, & ęq· pollet errori facti, ita ꝙ præſtat cauſam præſcribendi, vt probat tex. no. cum glo. in c. cum dilectus. in verbo, conſtitutum. de conſuet. quem ibi ad hoc no. Cano. præſertim Pan. colum. 4. in 3. not. & eſt bona gl. in c. j. in verbo decætero, de poſtu. præla. lib. 6. & comprobat per plura Fel. vbi ſupra declarans quando dicatur ius dubium, no. Pau. de Caſt. hoc colum. j. Pan. in d. c. de quarta. col. 2. Alex. conſi. 92. perſpectis his colum. ulti. circa fi. j. volu. & do. Franc. Cur. cōſilio 71. princeps defunctus. col. 5. ad fi. & faciūt no. per Bar. & alios in l. cum prolatis. infra de re iud.

Secundo limita prædictam concluſionem, ut non procedat, qñ qualitas perſonæ aliud ſuaderet, vt in muliere, & ruſtico, qui excuſantur ab ignorantia iuris, ſaltem quando non potuerunt conſulere peritiores, vt plene no. omnes in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & declara hanc limitationem, vt latè per Fely. in d. c. de quarta. col. 8. circa fin. & ſeq.

18 †Tertiò limitat Fel. prædictam concluſionem vbi ſ. ut non procedat reſpectu fructuum, quia titu. cauſatus errore iuris prodeſt & cauſat bonamfidem quò ad acquiſitionem fructuum, per tex. no. in d. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. hære. quem hic allegat Pau. & ultra eum eſt bonus tex. cum gl. in l. cum vxor. ſ. de acqu. poſſ. & in l. de fructibus. ſ. de don. inter vir. & vxo. no. gl. Bar. Ang. Imo. & omnes in l. furtum. §. 1. ſ. eo. tit. Bal. in l. venditioni. C. de vſuc. pro emp. & late Fely. in d. c. de quarta. in 2. fallen. & Are. conſ. 17. & plene. D. Fran. Cur. ſenior. conſi. 71. princeps defunctus. col. 6. & ſeq. Addo, ꝙ rationem huius concluſionis aſſignat pulchre Bald. in l. irritam. colum. 2. uer. modo quæritur. C. pro donato. videlicet quia in acquiſitione fructuum non requiritur tit. ſed ſufficit qualis qualis occaſio poſſidendi, vt no. in dicto §. ſcire. ſecundum Bald. qui ſubdit, quòd quò ad fructus bonæfidei poſſeſſor loco domini habetur, in l. qui ſcit ſupra de vſur.

19 †Iſtam concluſionem declarat pulchre Bar. in d. §. ſcire. ut procedat, dummodo titu. vel error iniuſtus non ſit cōtra legem, ſed præter legem, ſeu talis, cui lex expreſſe non reſiſtat, quamuis non aſſiſtat: quia ſi lex expreſſe reſiſteret, non prodeſſet error iuris, ſeu tituli cauſatus tali errore iniuſto, etiam quò ad fructuum acquiſitionem. Et tradit ibi Bar. not. intell. ad regulam. cap. qui contra iura. de regu. iur. in ſexto. & l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ. libro 11. vbi dicitur, quòd qui contra iura mercatur, bonam fidem pręſumitur non habere, & per conſequens cenſetur malæfidei, ut illa regula procedat, ſi lex expreſſe reſiſtat, ſecus ſi non aſſiſtit, ſeu expreſſe non reprobat talem titu. quia tunc illa regula non militat. (Adde Cur. conſi. 71. princeps defunctus. columna 10. ubi ponit intellec. regulæ dicta l. quemadmodum.) Refert & ſequitur Panormitan. in ca. conſultationibus. circa fin. de iure patro. Et ita etiam declarat Calde. conſilio ſecundo. ſub rubr. de præſcrip. Et uide quæ plenius dixi circa iſtam regulam in ſecunda parte. tertia principa. ſuperioris tracta. columna ſecunda. & doctrinam Barto. in dicto §. ſcire. ſequitur Alexand. in dicto conſilio 73. ante fin. ſecunda volumi. & conſilio 121. viſo themate. vltima columna. ante fi. 4. uolum. & Panor. in dicto capi. conſultationibus. columna fina. & in c. grauis colum. pen. de reſtitu. ſpol. ad declarationem dictorum Bartol. in dicto §. ſcire. vide plene domin. Fran. Cur. in præallegato cōſi. 71. princeps defunctus. columna quinta 6. 7. & 8. Et hanc limitationem plenius reſtringe, & declara ut per Fely. in dicto cap. de quarta. colum. 9. in ſecunda limitatio.

20 †Quando autem dicatur lex non aſſiſtere, vel reſiſtere, declarāt Doct. l. non dubium. C. de legi. maxime Bal. col. pen. & Bar. in l. cū lex. col. pen. ſeu vltima. ff. de fideiuſſ. & in l. 1, col. vlt. uerſic. quæro, vtrum pupillus. ff. de noua. & ibi ponit, quis ſit effectus.

Quando vero aliquid dicatur contra legem vel præter, declarat Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in 6. oppoſi. & ibi Alex. circa medium 1. columna infra de verborum obliga,

Quartò

Source : BIU Cujas

Quartò limitatur prædicta conclusio, ut non procedat.n.præscriptione longissimi temporis 30.uel 40.anno.quia in tali præscriptione error iuris circa tit.inualidum prodest ad præscribendum,& causat bonamfidem,uel saltem excusat a mala fide,ut uult hic Pau. de Cast.colum.j. & retuli supra Quod procedit secundùm Cano. dummodo contractus non sit a iure reprobatus,& per hoc dicũt, ꝙ omnes rem ecclesiæ sine solennitate a iure requisita non potest illam præscribere, licèt crediderit illam non esse necessariam, & sic errauit in iure: quia talis error non excusat a malafide, ita vult glo. in cap.2.de his quæ fi.a præla.& in c.apostolicæ.de dona.& in c.cura.de iurepatro.firmat Abb.Panor.in c.de quarta. columna 2.uer. sed contra hanc solutionem glo. de præscri. ubi est glo. contraria prædictis, quas Panor. concordat fædere distinctionis, quòd aut quis errauit de facto circa nullitatem titu. ut quia habens solius episcopi concessionem credidit consensum capituli interuenisse, qui non interuenit;& tunc procedat glo.in d.cap.de quarta.quòd talis error causet bonamfidem, quæ sufficit ad præscriptionem longissimi temporis. aut errauit in iure: quia credidit concessionem solius episcopi sufficere, & non requiri consensum capituli, & tũc talis error iuris non causat bonamfidem,etiam in præscriptione longissimi temporis,ex quo talis titulus est expresse a iure reprobatus, & ita procedant glo. contrariæ præallegatæ. Idem tenet Panor.in cap.cum non liceat.in princi.3. colum. de præscrip. Et ante eum sic late declarat,& elegantius domi. Cardi.in clemen.j.§.si qs, columna fina.in 11.q. de reb. eccle. non alienan. & uidetur fuisse de mente Bar.in l.quemadmodum.C. de agri.& censi.lib.11.& in d.l.sed si lege.§. scire.supra de petitio.hæredita.ubi vult,quòd quando lex resistit contractui, ignorantia iuris non excusat a malafide. Refert & sequitur ibi Pau. de Cast. sed secundum hanc distinctionem excusaret error facti, de quo non est dubium, ut uidimus in primo no.non autem error iuris.

Hanc limitationem late examinat Fely.in dicto capitulo de quarta.columna octaua uer. secunda doctrina, cum quatuor sequen. maxime columna vndecima ver. limita tertiò. de præscriptio.ubi refert, quòd Imo. firmat hanc limitationem in repetitio. capituli fin.columna quarta. & sentit ibidem columna decima de præscriptio. allegans But.in cap.cura.de iure patro.qui hoc expresse tenet ibi columna secunda uersi.secundùm hoc ergo uidetur,dicens esse casum in cap.peruenit. de emp. & uendi. ubi idem firmat & extollit ipse But.columna prima. uer. unum tamen no. & perpetuò tene menti, ubi dicit,quòd licèt error iuris respectu tituli impediat præscriptionem, ad quam requiritur titulus: non tamen impedit præscriptionem,ad cuius substantiam non requiritur titulus sed sola bona fides: vt est præscriptio 30.& 40.anno. tam de iure ciuili, quàm canonico, ut late dixi in sexta quæstio.secundę partis.tertia princip. tracta. præscri.& sic no. secundùm eum, quòd licèt præscriptio 30. anno.non procedat cum malafide secundum canoni. capitulo fina.de præscriptio. tamen procedit cum bonafide etiam cessante ualiditate tituli, alleg. etiam tex. in l. si fur. §.primo.supra eodem.& ibi not.Bar.& hæc dicta But.sequitur Imo.in d.cap.peruenit.columna secunda uersicu.item no.quia licèt error.idem tenet Roma. consilio 123.circa primum dubium. & Pau. de Cast. consilio 152.circa præsentem casum. tertia columna. & consilio 40. in causa quæ uertitur. prima col. & consi.185.hæreditas dictæ puellæ. ad finem, & firmius hoc ponit Pau. de Cast. in hac l.ut refert Fely. ubi supra Sed ipse Paul.postea se restringit,ut non procedat,quando titulus esset reprobatus, ut prædixi,& uidetur sequi distinctionem Pau.supra recitatam.

Contrariam partem,quòd error iuris nunquam causet bonam fidem neque prosit etiam ad præscriptionem longissimi temporis, tenet simpliciter Pau. de Cast. consilio 62. quia frustra disputaretur. ad fin. uersi. secundo Eandem opi.tenent plures adducti per Fely.in d.cap. de quarta.columna 11. in 3. limitatio. pro hac parte allegantem text. in cap.dudum. de deci. ubi error iuris non proficit in præscriptione longissima, inducendo ut ibi latius per eum, qui conatur respondere ad tex. in d. c.peruenit. hanc partem sentit etiam expresse gl.ordina.in d.c.2.de h s quæ fi.a præla. & glo.in dicto c.apostolicæ.& in d.c. cura. quas ut refert Fely.sequitur Pan. in d.c.de quarta.& in dicto c.cum non liceat.& Pau.de Cast.in hac l.Celsus. columna j.qui videtur sibi contrariari in uer. cano.dicũt. Ideo dicit Fel. ꝙ credit potius esse additionem Ang. filij sui, cum Pau.non cõsueuerit allegare Abb. Panor.quem allegat hic in duobus locis:istam partem firmat Alex.in consilijs supra allegatis circa princ.huius primæ conclusiones,& uidetur in ea residere Fely.ubi supra:quia refert illam pro ulti. Concluſiue dico, quòd uidetur distinguendum in hoc articu. ut in præcedenti limita. quòd aut titu. est expresse reprobatus:quia lex resistit,& errnr iuris interueniens circa talem titulum non prodest, nec causat bonamfidem, etiam in præscriptione longissima:aut uerò non est expresse reprobatus; quia lex non resistit expresse, sed non assistit,& tunc talis error iuris prodest.

Et hæc distinctio est de mente Bar.in d.l.sed si lege. §. scire. & in dicta lege quemadmodum. & Alex.in consilijs præallegatis circa princip.huius primæ conclu.præsertim consilio 46.circa præsentis consilij. ulti. columna circa med.& in fin.tertio uolum.& Pau.de Cast.hic.

21 † Quintò limitatur prædicta conclusio quæ dicit, errorem iuris non iuuare præscribentem ut locum habeat, quando erratur in iure, per quod titulus, quem quis putat ualidum, est ipso iure inualidus.

Sed ubi titu. a princi. non esset inualidus, seu postea inualidandus, & rescindendus; tunc error iuris sufficeret ad præscriptionẽ secundum opi.domi.Cardi.relati per Felyn.in dicto cap.de quarta. ponentis exemplum, quam limitationem reprobat Fely. ibi per plura maxime per nota. decisionem Imo. in cap. apostolicæ. columna tertia de dona.ubi dicit,quòd ille qui habet titulum ex contractu inito cum minore, uel ecclesia, & scit,ꝙ aduersus illum titulum peti potest restitutio in integrum, non dicitur habere titulum aptum ad præscribendum, nec est in bonafide, allegat tex.in l.in causæ. la j.cum l.sequen.ff.de min. ubi aperte hoc uidetur probari secundùm Felyn. Nam ibi distinguitur, utrum quis sciuerit posse peti restitutionem in integrum uel non.Et sequitur Alex. cons.46. circa præsentis consilij.ul.col.uer.dato.etiam.3.uo.

22 † Sextò limitatur prædicta ꝯclusio,ut non procedat,quando error iuris esset mixtus cum errore facti; quia tunc est sufficiens ad præscriptionem propter mixturam, ubi solus error iuris de per se non sufficeret, per tex in l.si uir uxori.cum glo. & ibi no.Barto.in fra de usucapio.pro dona.not.Bald.in l.uenditioni.circa fin.ubi rationem assignat.C.de usucapio.pro empto.& in l.nullo. colu.ulti. C.de rei uendi.& Felyn.in dicto c.de quarta.col.12.circa fin. declarans qualiter procedat ista limitatio.

Et ultra eum addo Dy. in c.possessor.colu.pen.de reg.iuris in 6. ubi ad materiam huius l.distinguit triplicem errorem, uidelicet iuris tantùm,uel facti tantùm & uel mixti,iuris, & facti.

Pro hac limitatione faciunt notata per Bar. & Docto. in l.certi condictio §.quoniam.supra si cer.peta.cum concor.de quibus ibi per Alex.& Moder.:ubi Bar. not.decidit, quòd si statutum disponat,quòd debitum non possit probari per testes,poterit tamen probari per testes & instrumenta simul propter mixturam seu conũctionem,sequitur Alex. consi. 68. uiso processu. prima columna tertio uolu.& consil. 55. in præsenti causa.in fi. 4.uolu.& consilio 36.uiso processu. 5. uolum.facit etiam tex.in l. uirn passam.§.præscriptione.infra de adulte. cum his quæ plene notantur de mixtura per Bar.Alex. & omnes in l. 2. in princ.infra de uer. obli. & per Fely.in c.Rodulphus.col.13.de rescrip.

Sed circa hãc limitationem aliter dicit Paul.de Cast.in d.l. si uir. & in l.nunquam.in prin.supra eo.ti.ubi uidetur reprobare glos. in d.l.si uir.licet Fely.ubi.supra mentionem non faciat.

Et hæc circa errorem iuris. De errore autem facti, an & quando causet bonamfidem seu iustum titulum,dicetur late infra post glo.& Bar.

23 † Qualiter autem probetur ignorantia, seu error iuris,pro declaratione præmissorum tradit pulchre Bar. in l. non fatetur. colum. pen.uersi.quæro qualiter probabitur ignorantia iuris.infra de confes. quem sequitur Alexan. consilio 46. circa præsentis consilij. pen. columna 3. uolum. & dicit Bar. quòd regulariter non præsumitur,nisi probetur, per tex.in l. si hæres ab eo. §. fi. supra ad Treb. & ponit practicam probandi, concludendo quòd error iuris probatur ex qualitate facti & personarum, ut ibi latius per Bar. cum concor.de quibus per Alexan.in aposti. & sequitur D. Pet.Philip. Cor.consilio 136.licet satis.colum.3.uersi. & propterea 2.uo.ubi dicit,ꝙ qui allegat iuris ignorantiam ad causandum bonamfidem debet hoc probare, aliàs præsumitur in mala. Et latè not.do. Fran. Cur.consilio 71. princeps defunctus. colum.8. & seq. ubi dicit,ꝙ probatur error iuris ex coniecturis & indicijs, & columna 9.circa medium. uer. uerum ut nihil,ubi allegat Bal.in l. j. C. si quis igno. rem mi.es.dicentem quòd si est persona fide digna,probabitur per suum sacramentum.

Et quando error iuris dicatur iustus, & præsumatur, uide per Imo.in c.fi. col. 2.& 3.de præscriptio.

Quintò noto Ex secunda parte huius l.in uer.quia neque,hic probari illam regulam, ꝙ non
24 † entis nullæ sunt qualitates, uel quòd non potest esse accidens sine subiecto. Concordat tex. in l. eius qui in prouincia. uer. quòd si stipulatus.& ibi notant omnes, maxime Pau.de Cast.in prin.ult. columna. & Roma. allegantes multos alios tex.ad hoc Alex. & Ias.in 2.col.illius uer. quem legit pro.§.in 3. not. supra si cer. peta. concordat bonus tex.inter alios in l. si seruum. §. fi. ibi. non potest æstimari bonitas loci,quæ non extat supra de actio.emp.

Hinc dicit Bald.in lege omnium. circa medium pen. columna C.de testa. quòd non potest quis probare qualitatem, nisi primò probet substantiam; quia impossibile est intelligere accidentia extra subiectum. Referunt Moder. Insti. de ac.in prin. & in dicta lege eius. Et ultra allegata in his locis addo bonum tex.in l. Pomponius §. fin. & ibi hoc notabile colligunt Are. & Moder. in primo nota.supra titu.primo.Et dicit Are.pro hoc se allegare optimũ

Source : BIU Cujas

tex.in l.nec ulla,§.si quis absentis, quem ibi no. Ang. supra de peti. hæredita.Et no.Imo.in l. sequitur.§. si uiam. in prin. supra eodem. ubi colligit ex illo tex.quòd ubi non est dare substantiam, non est dare qualitatem.Et ad propositum dixit Bal. in l.j. circa princip. C. de usuca.pro dote.quod bonafides est quædam qualitas, siue accidens,quod sine substantia esse non potest, ut no glo.j. in l. si æstimata.infra pro dote.

25 **Sexto & ultimò noto** † Ex ultima parte ꝙ litis æstimatio similis est emptioni, concordat tex.in l. litis.infra pro empto. cum concord. de quibus in gl pe.& ultra gl.concor.tex.in l.sed si res.supra de publi.ubi etiam allegat concordan.Addo tex.magistralem in l.fi.ff.ex qui.cau.in poss.ea.qui æquiparat emptioni permutationem,in solutam dationem, & omnem contractum procedentem ex causa onerosa. Ratio autem quare dicatur similis emptioni potest assignari:quia in ea interuenit pretium,ex quo soluitur æstimatio litis, seu res in litem deducte,ut declarat tex.in l.eius rei,& in l.hæc si res. & l.si culpa.supra de rei uendi. quos tex. supra allegaui in apostillatione literæ.

Et est conclusio,quòd vbicunque interuenit pretium,censetur emptio, & uenditio, ut probat tex.cum glo.in l.fina.in uerbo.intelligit,& ibi no.Bal. C. de præd. curia.lib.10. Et est glo.nota.in l.cum dotem.in uerbo.quis enim.C. de iure dotium.quam Bal.ibi inducit ad notabilem quæstionem statuti, nota.Iaso.declarans qualiter procedat ista conclusio in l.2.in princip.col.ulti.supra si certum petatur.& in tracta.iur.emphyteu.col.8. Et per hæc remanet expedita textualia.

Venio nunc ad glo. Et capio glo.magnam,quã principaliter diuido in 10. partes. In prima subaudit ad tex.siue ipsum declarat.

In secunda opponit pluribus medijs.

In tertia ponit plures solutiones.

In quarta respondet tacitæ quæstioni.

In sexta format quæstionem & respondet.

In septima format oppositionem,cui respondet.

In octaua quærit respondit.

In nona format aliam quæstionem.

In decima & ultima facit illationem ex præmissis ad confirmationem tex.Secunda est ibi,sed uidetur. Tertia ibi, solutio secundũ Marti. Quarta ibi, in emptione tamen. Quinta ibi, in alijs autem. Sexta ibi,sed cur sufficit.Septima ibi, sed cum in uenditione.Octaua ibi,nunquid ergo.Nona ibi, item quo tit. Decima & ultima ibi, quare bene. Secunda principalis subdiuiditur in sex particulas,pro ut opponit sex medijs,quæ de se patent. Tertia principalis subdiuiditur in quinque particulas,prout quinque ponit solutiones.Quarta principalis subdiuidit in duas particulas,secunda ibi,in alijs. Quinta principalis subdiuiditur in tres particulas, secunda ibi, ubi uerò. tertia ibi, apprehensio tamen.Sexta principalis subdiuiditur in tres particulas.secunda ibi,respondeo ne plus, tertia ibi, item & quia in traditione.Septima principalis subdiuiditur in duas particulas.secũda ibi, respondeo speciale. Octaua principalis subdiuitur in tres particulas.secunda ibi,respondeo.tertia ibi,non autem dicas. Nona principalis subdiuiditur in quatuor particulas. secunda ibi,quidam,tertia ibi,tu dic.quarta ibi,nihilominus.Decima & ultima principalis continet pauca uerba illatiua.

26 **In eadem glo.** † Circa prin. nota conclusionem ex uerbis glo.ꝙ Vlpianus iureconsultus, simpliciter referendo opi.Celsi, censetur illam approbare;quia paria sunt approbare,uel non ĩprobare,ut uult glo.no.in l.quo enim in prin. infra rem ratam habe.dicens ꝙ non improbare ratihabitio ni par est.Facit glo.repu.sing.licet vulgata in l.qui filium.§. Sabinus & in glo.pe. supra ad Treb.quæ dicit, ꝙ quotiescunque iureconsultus refert multas opiniones, videtur ultimam approbare, no. Bar.in l. bonafides. supra depo. & est bonus tex. in l.fi idem cum eo.§.fi.supra de iurisd.om.iudi.quem ad hoc ibi notant Bal.& Ang. ubi late Iaso.circa medium commen. limitans hanc conclusionem tribus no.Alex.consi.7.uideretur prima fronte dãm. columna 3. & cons.55.prospectis his quæ in themate narrantur.col.12.uol.4. Et ex tota ista gl.ut facilius intelligi possit, colligo septẽ ꝯclusiones.

Prima conclusio est, ꝙ titu. putatiuus causatus iniusto errore non sufficit ad præscriptionem uel usucapionem. Secunda conclusio est,ꝙ titulus putatiuus causatus iusto errore in quocunque titulo regulariter sufficit ad præscriptionem, sicut uerus titu.Quis autem dicatur error iustus uel iniustus in hac materia tradit hic late Bar. & infra uidebimus.

Tertia conclusio est,ꝙ in tit.emptionis non sufficit iustus error, sed requiritur iustissimus l.3. infra pro sol. Mouetur gl. ad hoc dicendum ex eo:quia duobus temporibus in taliti.requiritur bonafides,videlicet tempore contractus & traditionis l.2.infra pro empto. & d. l.4. infra pro solu. Cum in alijs sufficiat bonamfidem ad esse tempore traditionis,ut dicitur in dictis iuribus.Non tamen reperitur hoc bene iure expressum secundum Pau.de Cast.ꝙ requiratur iustissima causa,uel error in titulo putatiuo emptionis. Ideo est gl.notanda propter eius authoritatem,ut dicit Pau.Et de autoritate gl.quamplura cumulant Moder.repetentes in repetitione l. vt uim.col.pen.& ulti.supra de iustitia & iure. & D.Corse.in calce sui repertorij ad Panor. Sed conclusio glo. satis colligitur ex iuribus in ea allegatis,in quibus dicitur, ꝙ in titulo emptionis non sufficit iustus error; quia debet bonafides interuenire duobus temporibus scilicet tituli & traditionis, & sic non potest adesse bonafides tempore tituli, nisi præcedat uerus titulus. ergo non sufficit iustus error: & sic requiritur iustissimus in titulo emptionis, vt dicit gl.quam approbat Bar. & omnes.

27 † Quarta conclusio est ꝙ ad præscriptionem ultra titulum putatiuum requiritur traditio:& hoc vult glo. in uersic. & erit hoc uerum.Ratio secundum gl.est:quia etiam vbi interuenisset uerus titulus, ille per se non sufficeret absque traditione ad translationem dominij l.si ager.supra de rei uendi.& l. traditionibus. C. de pac.& per consequens nec ad præscribendum, per regulam l.clauibus supra de contrahen.empt. non debet ergo plus operari titulus putatiuus quàm verus,argu.l.filio quem pater.cum ibi no.supra de libe. & posthu.

28 † Quinta conclusio est,quòd tunc requiritur traditio uera,quãdo esset talis titulus, ex quo sine traditione non transfertur dominium, ut sunt regulariter tituli inter uiuos d.l.traditionibus. Nam tunc sicut non acquiritur dominium sine traditione, si tradens est dominus,ita nec usucapiendi condictio, si tradens nõ est dominus d.l.clauibus.& sicut requiritur traditio, quando sub est uerus titulus l.eum qui.§.fi.supra de publicia.ita etiam quando subest titulus putatiuus,ne sit maioris efficaciæ, quam uerus, vt prædixi.Si uerò sit talis titulus, ex quo transfertur dominium sine traditione, ut in titulo pro hærede, & titulo pro legato, si defunctus fuisset dominus;tunc non requiritur traditio ad usucapiendum,seu præscribendum in uero titulo,ubi defunctus non erat dominus.Sed bene est necessaria apprehensio possessionis,sine qua præscriptio non procedit l.sine possessione.supra eo.vt est casus no.in l.pe.infra pro lega.Ita pariter erit apprehensio necessaria in titulo putatiuo pro hęrede,uel pro legato iusto errore causato,& illa sufficit ad præscribendum secundum glo.hic.Et hoc, dummodo talis apprehensio fiat sine vitio,ut ibi dicitur:licet si defunctus fuisset dominus ad acquisitionem dominij non requireretur aliqua apprehensio possessionis: quia in his titulis transit dominium ipso iure tam in titulo uniuersali pro hęrede.in princi.infra de acqui. poss. quàm in titulo particulari pro legato l.cum pater.§.surdo.supra de leg.3. & l.a Titio.infra de fur.ita declarat Pau.de Castro hic.col.2.ultra medium.

Et in hoc reputatur illa glo.ualde notabilis,& solet communiter allegari, quod in casibus, in quibus ex titulo habito a vero domino transfertur dominium ipso iure absque traditione, vt in titulo pro hære.& pro legato, in illis casibus si titulus habeatur a non domino,uel non sit titulus verus,sed putatiuus, requiritur saltem apprehensio possessio.absque vitio: quia valet ad præscribendum.Et in hoc vltimo ista glosa reputatur singularis. Nam primum dictũ probat aperte tex.in d.l.penultima.

29 † Sexta ꝯclusio est,ꝙ licet sufficiat titulus putatiuus.interuenien te iusto errore, non tñ sufficit putatiua traditio, ẽt interueniente iusto errore, sed requiritur uera. Ratio ẽm glo. est: quia tpe traditionis in quocunq; ꝯctu requiritur bonafides d.l.2.infra pro emp. & l.3.infra pro so.quæ non põt subesse,nisi ꝓceda tipsa traditio.Et hoc vult glo.in ver.sed cur sufficit. Sed meliorem rõnem assignabo in sequenti ꝯclusio.Et hanc glo.sequit Bal.in l.irritam.col.j.ver. quæro quidam.C.de dona.ubi per eam distinguit,ꝙ aut titulus est talis,qui exigit traditionem: & tunc non ꝓscribit, licèt putet rẽ sibi fuisse traditam iusto errore:aut non exigit traditionẽ,vt titulus prolegato, pro hẽde, & tunc præscribit,ita subtiliter ẽm Bal.loquitur glo.in hac l Celsus.erit tñ tunc necessaria apprehẽsio,vt vult ista gl.

30 & dixi in præcedenti ꝯclusione. † Septima ꝯclusio & no.colligitur ex glo.ꝙ iustissimus error sufficit, vt prosit traditio putatiua,q̃uis iustus non sufficeret:& pro hoc dicto glo.Bar. & Doc.allegant bonum tex.in l.iusto.§.filius.cum glo.& ibi ẽt no. Bar.infra eo. & sequitur Rom.cons.165. viso diligenter.col.2.circa fi.Ratio aũt quare sufficit iustus error ad præscriptionem respectu tituli, & non respectu traditionis,& sic in putatiuo titulo, & in non putatiua traditione,sed in ea requirit iustissimus vltra glo.est ẽm Pau.de Cas.hic; quia titulus est cã remota acquisitionis,sed traditio est cã proxima & immediata, vt no.gl.in l.3. ex pluribus supra de acquir.pos.& iõ traditio debet esse magis iustificata tanquam magis influens.

Hinc est,ꝙ regulariter requirit bonafides tpe traditionis & non tituli excepto titulo emptionis,in quo requirit vtroque tpe, vt dictum est supra. Addo,ꝙ istam rõnem ante Paul.adducit Bal.in d.l. irritam.col.j.ver.sed cur tam varie. C. pro dona. vbi dicit,ꝙ ratio, quare error iustus iustificet titulum & non traditionem est;quia titulus est causa remota obligationis. Sed possessio est causa proxima & magis de substantia. Ideo magis nocet error non traditæ possessionis,quàm non subsistentis obligationis.

Et pro ista ratione facit. Quia causa proxima & immediata dicitur potentior,quàm remota,vt probatur in l.si mulier.ff. re. amo.

Et

Source : BIU Cujas

Et ita probat late Bal.in l. ex placito. colu.j.& 2.C.de rerum permu. & in l. sub prætextu. la j. C. de transac. Octaua & ultima conclusio est, quòd concurrente iusto errore præscribitur, uel usucapit ex illo titulo,qui putatur subesse . Et hæ conclusiones cum materia huius glo.latius infra declarabuntur.

Nunc uenio ad dicta Bar. Et primò dū Bar. in 2.oppo.dicit reprehē
31 dendo antiquos,quòd † si in titulo pro suo,quòd est genus sufficit iustus error. ergo & in qualibet specie , & sic in quolibet titu. speciali,per gl.in l.j.in fi.supra de sup. leg.illa glo. non videtur facere ꝓ Bar. sed potius contra : quia bene dicit , quòd de genere ad speciē procedit argumentum negatiue,sed non affirmatiue.Nam remoto genere remouetur quælibet eius species . Sed posito genere nō ponitur quælibet eius species Et ita declarat Bar. dans doctrinam in l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.supra de pac. & in l. si quid earum. §. inter emptum.supra de lega. 3 Vnde Bar. non bene alleg. illam glo.Sed uoluit dicere,quòd id quod disponitur in genere,cē
32 tur dispositum in qualibet eius specie,quia genus est aptum comprehendere omnes species,licèt positiue non comprehendat.Genus enim repræsentatur in qualibet sua specie,& species insunt generi l.super in generalibus.infra de reg.iur. & ita sentit Imol.hic, & not. † ꝙ triplex est titu. pro suo: ut declarat glo.magi. in rub. infra pro suo . & Bal.in l.si ego.§. partus. 2. de pub. & Arc. in §.nouissime. uer. unum aliud . Insti. eo. ubi declarat, quis dicatur possidere pro suo.

Et pulchre dixit Bal.in l.contractus. colu. 4.in 3.q. C. de fide instru.quòd ille cui fuit facta traditio ante perfectionem contractus præscribit generali tit.pro suo.

33 † Successiue ex dictis Barto. dum tractat quis dicatur error iustus uel iniustus colligo infrascriptas conclusiones.

Prima conclusio est, ꝙ triplex est species erroris.videlicet error iustus,iustissimus,& iniustus vt hic per Bar.

34 † Secunda cōclusio est, quòd error dicitur iniustus in facto proprio nulla aduersarij suasione interueniente: quia tali facto non cadit probabilis ignorantia l. fi. ff. pro suo. & l. quamquam.supra ad Velleia. & ista est regula. Primò limita , nisi sit factum proprium antiquum,seu de longinquo excedens decem annos:quia tunc toleratur error & ignorantia facti proprij propter præsumptam obligationem ex cursu tanti temporis : ita uolunt Bar.& Doc in l.peregre.in prin.per illum text. supra de acquiren.pos. & Bar.in l. si quis delegauit.in fi.infra de noua.& in l.non fatetur.colum.pen.infra de confes.& in l.si res obligata.in prin. supra de lega.j. Istam limitationem restringe tri. mo. Primo modo restringitur ista limitatio , ut procedat , ubi quis tractat de dam. vi.Secus si de lucro captando; quia tunc in facto proprio quamuis de longinquo non est probabilis ignorantia. Ita vult no.Bar.in l.qui fundum.§.seruus meus.infra pro emp.Sequuntur & multum commendat Areti.& Ias.in §. si quis agens.col.2.uel 3.Insti.de act. Secundo modo restringitur ista prima limitatio, ut procedat in facto non obligatorio, secus in facto proprio obligatorio;quia quamuis sit de antiquo,non est tolerabilis ignorantia secundùm Bal no.in l.j.col.ult.C.de confes.per tex.in l.magnam.in fi C.de contrahen.& commit stipu.

Tertiò modo restringitur , nisi esset factum propium notabile & graue ; quia licet de antiquo non esset tolerabilis ignorantia,per tex.no.in c.cum illorum.circa fi.de sen. excom. no. omnes Cano. præcipue Pano. in c. ab excommunicato. col.4.de rescri. Has tres restrictiones seu sublimit. colligit Alex. in l. si res obligatæ in prin. de leg.j.

35 † Secundò principaliter limita prædictam principalem conclusionem, quæ habet , ꝙ in facto proprio dicitur error iniustus , ut non procedat, quando esset factum valde intricatum,seu negotiū implicitum & inuolutum;quia tunc etiam in facto proprio est tolerabilis error,siue ignorantia , secundum Bar.in d.l.si quis delegauerit.in fi.& in d.l.nō fatetur.col.pe.& in l. cum fideicommissum. infra de confes.Tertiò limita, vt non procedat duobus ꝙcurrentibus, videlicet ubi quis tractat de damno uitando,& probatur rem aliter se habere ; quia tunc etiam in facto proprio error est tolerabilis . Sed ubi tractatur de lucro nunquam est tolerabilis ignorantia in facto proprio secundum Bar. in d. l.non fatetur.colum.pen. & Bal.consi. cēt. in causa nobilium.j. uol.& tunc proprie procedit prædicta regula. Quartò limita.quando quis esset ductus persuasioneaduersarij secundum Bar. hic & in d.l.non fatetur.& dicetur latius infra . Et ad istam regulam cum fallentijs uide Panor.in d.c. ab excommunicato.col.4.in glo.super uerbo, de facto suo.Areti. & Ias. in d.§.si quis agens.col.2.de actio.Ias.in l.error.col.pen.C.de iur.& fac.ignoran. Secunda principalis conclusio elicitur ex dictis Bar.ꝙ error iuris appellatur iniustus , & sic non causatur ex eo iustus titulus ad præscriptionem per legē nunquam. in prin.infra eo. Quam conclusionē late examinat Fely. in c. de quarta. col.4.cum quatuor seq.de præscri.limitans quinque modis,& ea plene dixi super tex.in 4.no.

36 †, Tertia principalis conclusio elicitur ex dictis Bar. ꝙ quando quis fuit ductus persuasione aduersarij, appellatur error iustus per tex.cum gl.in l.quæsitum. in gl.magna , ad fi. infra quando ac. de pecu.est anna.Eandem conclusionem firmat Bart.in l. j. in fi.prin. infra de eo per quem fac.erit.ubi no.dicit , ꝙ si quis crediderit persuasioni aduersarij, est iusta causa concedendæ restitutionis:& cōfirmo duobus modis . Primo confirmo per id quod singulariter decidit Bar.in l.error. col.2. C. de iuris & facti ignoran. ubi dicit,ꝙ quamuis correctio erroris regulariter non admittatur post sententiam, vt ibi, tamen fallit , ubicunque quis fuit ductus persuasione aduersarij.Ex quo infert,ꝙ pars potest reuocare responsionem data positionibus aduersarij,etiam post sententiam quæ transiuisset in rem iudicatam probato errore: quia positio , seu assertio aduersarij dedit causam erroris . Et ibi sequuntur communiter Doc. & Alex.in l.j.in prin. circa fi.j col. infra de eo per quem fac. erit.& consi.47. circa primum de quo quæritur. col. vlt.uer.& maxime. j.uo. Secundò confirmo prædictam conclusionem per no. decisionem Bar.in l.post legatum.in prin.vlt.col.uers.an aduersarius supra de his quib.vt indig.ubi tenet,ꝙ ille,qui negauit positionem aduersarij,potest negationem reuocare,& stare assertioni aduersarij.

Et in his locis mouetur per eadem iura per quæ hic.

37 † Et dum Bar.ponit exemplum qualiter dicatur quis ductus persuasione aduersarij dicens,puta. Venisti ad me,& dixisti. Volo dare talem rem & trado: quia tibi promisi , vel uendidi &c.ego non recordor de hoc , & tamen accepi : licet errem in facto proprio , dicitur iustus error , quia credidi assertioni tuæ , colligo aliam incidentem cōclusionem , ꝙ uerba enuntiatiua probata per modum causæ , ut sunt illa ; quia donaui &c. probant enuntiatum contra proferentem,quamuis aliter non appareat.

Pro qua cōclusione adduco tex.expressum , quem ita summat Barto.in l.emptor.§. ancilla. secundum intellectum gl. ibi supra de rei uendica. & firmat Bar.in l. ex hac scriptura. col.2. uer.uenio ad secundum supra de dona.

Limita prædictam principalem ꝛclusionem Bar. nisi esset factū de propinquo. Quia tunc ēt interueniente persuasione aduersarij in facto proprio nō causaret iustus error. Nā supinus est, qui facti sui de propinquo nō recordatur , uel qñ alia cā subesset, ꝓꝓ q̄ quis non deberet credere aduersario : ita dicunt Bal. & Ang. in l. super longi.circa fi.j.col.C. de præscrip. lon. tēp. Quod uerum intelligo, qñ esset factum, ualde de propinquo arbitrio iudicis. Nā si esset factum longinquum,ēt si nō interueniret assertio aduersarij,esset tolerabilis error , vt dcm̄ est supra in 2.conclu. Et ista conclusio Bar. redderetur frustratoria;quia talis assertio nihil operaretur ꝛ mentē Bar.hic,nisi dicatur,ꝙ tunc dicetur iustus error propter assertionē aduersarij,etiā si tractatur de lucro, nedum de damno , quod aliàs non esset ut dixi in 3.limita.præcedentis conclu.

38 † Quarta principalis conclu.elicitur ex dictis Bart. quòd iustissimus error causatur multis modis . Primo modo causatur iustissimus error in facto alieno , iuncta persuasione eius a quo factum dependet. Vt si seruus uel procurator meus , tutor , uel negotiorū gestor dixerit se emisse pro me talē rem: cū uerum non esset,& sic mihi tradidit . Iste enim dī iustissimus error per l. quod vulgò. ubi casus infra pro empto.Quem tex.notat Alex.cons. 69. in causa & lite.2.col.3.uol.ad hoc ꝙ dominus potest probabiliter ignorare factum procuratoris sui:& notant gl.& Docto.in l.si res obligata.in princip.supra de lega.j. Mouetur etiam Bar. per tex.in l.fina.in fin. infra pro suo.& ibi no. Bar. ꝙ dictum serui uel procuratoris mei uel eius cui successi , tribuit iustam causam erroris , & dicit illum tex.no.ad dicta per se in hac l.refert Fely.in c.si diligenti.col.3.circa medium,de præscriptio.Bene facit uulgata regula,quæ habet,ꝙ in facto alieno cadit tolerabilis ignorantia,& dicitur probabilis error præsumptione iuris l. uerius.supra de proba.& c. præsumit. de reg. iu.in 6.notant glo.& Doc.in l.error.C. de iur.& fa. igno. & ibi Ias. col.pe.limitans hanc regulam tribus modis: & plene tradunt Are. & Ias.in §.si quis agens.col.2.& 3.Insti.de actio.

39 † Et ex uerbis Bar.colligo no.conclusionem,quòd dictū & assertio procuratoris causat bonamfidem,& iustissimum errorem, & per ꝛlequens titulū putatiuū,qui sufficit ad p̄scribendū,& sequitur Imo.in repe.c.fi.col.2.de p̄scrip.& Alex.in l.1.in prin. colu.2.supra de eo per quē fac.erit.Sed circa prædicta moueo dubiū. Quid ēt, an assertio procuratoris uendentis alieno nomine & asserentis se habere mandatum causet iustū errorē & bonāfidem,si de illo non appareat, & per consequens titulum putatiuum ad præscriptionē, sicut causatur iustissimus error , qñ asserit se emisse nomine meo fm Bar.hic. Dicas, ꝙ non,nisi fuerit ꝓsuasum emptori ab alijs fidedignis,ꝙ habebat mandatum. Aliàs est sibi imputandum , si mandatum non curauit inspicere , & præsumitur malæfidei: ita decidit no.Bar.in l.qui fundū.§.procurator. per illū tex.infra pro empto.& ibi sequitur Imo ꝙ post Ang.tradit doctrinam. an & quādo dolus seu malitia procuratoris uendentis noceat emptori , ut impediat uel non dominij translationem . Et idem voluit Bartol. in l.fi. post glo.ibi, eo.ti. Refert & sequitur Fely. in c.si deligenti. ad fi.2.col.de præscrip.Et ultra Fely.addo,ꝙ idem sensit Bar.in l.cum uir.ad fi.cōmen.supra eo.Sed contrarium ibi tenent Ang.& Imo. circa fi.cō. dicentes quòd quando contraho cum aliquo,ut procuratore,qui

Source : BIU Cujas

aſſerit ſe procuratorem fui ductus iuſto errore, & ſic uideor eſſe in bonafide, & per conſequens habere vſucapiendi potentiam, per notata in hac l. Celſus. & retuli in 2. parte. 3. prin. præcedentis trac. columna vigeſimaſecunda. circa fi. & ſeq. licèt ibi non allegauerim Bar. in d.l.qui fundum.§.procurator.& in d. l.fi. de quo etiã non nominarunt Ang.& Imo.ubi ſupra.

Et ideo puto dicendum, quod uera ſit concluſio, quòd ille, qui uendidit tanquam procurator alterius, ſemper præſumitur in malafide, niſi conſtet de mandato, ut dixit Alexan. in l. qui in aliena. in prin. columna tertia uerſi. plus dixi ſupra de acqui. hære. ex mente Bar. in dicta lege cum uir. vt retuli ubi ſupra, niſi ille eſſet homo grauis & fide dignus, cuius aſſertioni quis credendo excuſatur, iuxta glo. no. in l. Titio fundus. ſupra de condi. & demon. & notata per Bal. in l. indicia colum 6. C. de rei uendi. & late dicetur in ſeq. colu. Vel niſi fuerit ſibi perſuaſum ab alijs fide dignis, quòd ille erat uerus procurator, & habebat mandatum. Et his duobus caſibus cauſabitur iuſtus error & titulus putatiuus, qui proderit ad præſcriptionem, ſecundum prædicta, & hic notata per glo. Bar. & omnes. Secundo modo cauſatur iuſtiſſimus error ex aſſertione maiorum. Vt ſi maiores noſtri pater, uel auus, quibus ſucceſſimus, dixerunt nobis ſe emiſſe eadem ratione, qua quis dixerit in procuratore ſecundum Bar. Idem dixit Bar. in l. fi. infra pro empto. & ſequuntur Bal. & Ang. in d.l. ſuper longi. circa fi. j. col. per d.l. fi. infra pro ſuo; quia (ut ipſi dicunt) debui credere aſſertioni maiorum in geſtis per eos per tex. in l. mater. C. de calumnia.

Addo bonum tex. in l. qui cum maior. §. fi. & in l. Paulus. §. j. ſupra de bo. liber. Per quæ iura ita dicit Bar. in extraua. ad repri. in uerbo, per denuntiationem. circa fi.

40 † Tertio modo cauſatur iuſtiſſimus error ſecundum Bar. hic per rei euidentiam, ſiue ex aſpectu: vt ſi pupillus, vel adultus apparebat maior ex aſpectu, uel furioſus erat in conſpectu inumbratæ quietis, ita quòd credebatur ſanæ mentis l. 2. §. ſi a pupillo. & §. ſi furioſo. vbi etiam no. Bar. infra pro empto. & l. pignori. §. j. cum glo. ſupra eo. no. Bald. & Ang. in d. l. ſuper. longi. colum. 2 dicentes ꝙ iſte error cauſatur a communi caſu: quia quilibet communiter deceptus fuiſſet. Et addo plures effectus, quos operatur euidentia rei, quos enumerat glo. Ioan. An. in arbore conſangui. & affini. quam ponit ante princip. libr. 6. in primis verbis.

Et dixit no. Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & in rub. C. de proba. & in l. ſi quis teſtibus. in fi. C. de teſtib. & in l. j. C. ſi aduer. liber. ꝙ probatio per rei euidentiam eſt optima & ſuperlatiua omnium probationum, & ideo nunquam cenſetur excluſa a lege, uel ſtatuto; quia nulla legis uirtus poteſt illam excludere ſecundum Bal. in d. rub. C. de proba. col. j. & in l. j. colum. 3. co. ti. & in l. penul. C. de peri. tuto. & in alijs locis, de quibus ſupra refert Alex. conſil. 116. poſteaquam. in fi. j. uolu. & conſi. 35. uiſo proceſſu cauſæ 3. colum 4. uol. dicens ꝙ probatio per rei euidentiam eſt tantæ uirtutis, ut illi nunquam cenſeatur eſſe derogatum, & præferatur cuicũque alij probationi, allegando Bal. in prædictis locis, & plene no. idem Alexan. in l. qui bona. §. qui damni. col. 3. ubi decidit no. quæſtionem ſupra de dam. infe.

41 † Quarto modo cauſatur iuſtiſſimus error ſecundùm Bar. per famam ſiue ex publica fama & opinione uiciniæ, vel uulgi, ut ſi eſt publica fama, quòd pater meus emit hanc domum, per l. cum quidam. §. quod dicitur. ſupra de acquiren. hæredi. no. Bal. & Ang. in dicta l. ſuper longi. circa fi. j. col. 2. C. de præſcrip. lon. tempo. dicentes quòd ad credendum & non credendum fama multum inducit, & ſic cauſat iuſtiſſimum errorem, per textum nota. in l. fina. in princip. ſupra de hæredi. inſti. cum multis alijs iuribus per eos adductis, & no. glo. & Bar. in l. proprietatis. C. de probati. & in l. at qui nã. §. cum me abſente. ſupra de negotijs geſtis. & Bar. in l. j. §. hoc interdicto. colum. fi. ſupra de itine. actuque priua. no. Fely. plura adducens in ca. de quarta. colum. 7. de præſcrip. no. idem & ſequitur Bar. hic in c. ueniens. el j. colum. penul. in princip. de teſti. Confirmo hanc concluſionem ex nota. per Bar. in l. 2. circa finem. C. ſi ſer. uel lib. ad decur. aſpira. lib. 10. & Bar. in l. miles. §. mulier. ff. de adulte. ubi dicit, ꝙ fama publica præbet iuſtam cauſam credulitatis, & excuſat a calumnia, ſequitur Panor. in c. cum contingat. col. 2. & ibi late no. Fely. col. 2. de reſcrip. dicens ꝙ per famam cauſatur bona & malafides, de quo dicetur infra poſt Barto. in 3. parte.

42 † Amplia prædictam concluſionem, ut procedat, etiam ſi ſubſit ſolus rumor; quia nedum fama, ſed rumor falſus inducit iuſtam cauſam credendi, ita probat tex. in d. l. fi. in princip. & ibi nota. Bar. Imo. & Doc. ſupra de hæredi. inſti. licet rumor ſit minus quàm fama, ut ibi per Imo. & pulchre per Alex. conſilio 115. uiſo themate, ſupra ſcripto. circa finem. uer. ad hoc etiam optime. 4. uolu. declarantem, quæ ſit dfia inter rumorem & famam, dicit enim, rumor eſt particularis aſſertio ex incerto authore, & ex ſola ſuſpitione proueniens, nec enim requiritur, ꝙ ab omnibus, uel a maiori parte communiter & publice dicatur prout exigitur in fama, ut ibi latius per eum allegantem plura loca: & habetur in locis infra proxime alleg. & ſic rumor eſt minus quàm fama, & tamen inducit iuſtam cauſam credendi, ut dictum eſt.

43 † Qualiter autem probetur fama, & quæ requirantur, ut poſſit dici legitime probata, adeo ꝙ inde reſultet iuſtiſſimus error ad terminos noſtros, & qualiter habeant teſtes deponere ad probandam famam, late & utiliter tradit Bar. in l. de minore. §. plurimum. columna quinta uerſic. quæro qualiter infra de quæſtio. & Alex. conſilio 212. uiſis & diſcuſſis ſcripturis. 2. uolu. & conſi. 70. in cauſa uertente 2. colum. & conſilio 83. uiſo themate. ſupra ſcripto 2. colum. 3. uolu. & conſi. 20. in cauſa appellationis. 3 colum. & conſilio 25. in cauſa uertente. & conſi. 117. uiſo proceſſu cauſæ uertentis. 4. uo. ubi declarat dicta Bar. in d. §. plurimum. & uide late Pan. & Fely. in c. ueniens. el j. de teſtibus.

Et omnia hæc dicta Bar. circa materiam iuſti erroris referunt & ſequuntur Imol. in rep. e. fin. col. 8. & 9. de de præſcrip. vbi recitat omnes prædictos modos, ex quibus cauſatur iuſtus error uel iuſtiſſimus, & practica Papi. in ſuo opere reſponſionis conuenti, in uerbo præſcriptionis. colu. 4. & do. Vital. in ſuo trac. clauſularum, ſub clauſula non errore ductus j. & 2. car. 40. & late no. Fely. plura adducens in c. de quarta. col. 7. de præſcrip. ubi plene tractat, ex quibus cauſetur iuſtus error circa tit. & Soc. conſ. 47. in primo præſentis conſultationis. colu. 4. uerſ. ſe inſtabit.

44 † Alios modos ex quibus probatur iuſtiſſimus error ultra Bar. hic tradunt Bal. & Ange. in d.l. ſuper longi. colum. j. & 2. dicentes, multæ aliæ circunſtantie iuſtiſſimi erroris ultra modos ſupra relatos contingere poſſunt ſecundum uarietates factorum: & inter cętera dicunt, ꝙ dicitur iuſtiſſimus error, ſi fuerit cauſatus ab aſſertione propinquorum uel ſociorum olim partis mei, qui mihi aſſeruerunt patrem meum hãc domum emiſſe. Debui enim credere propter coniunctionem & ſocietatem.

Primum probatur ſecundum eos in l. octaui. ſupra unde cogna & in l. de tutela. C. de in integ. reſtit. mino. ubi habetur, quòd coniũcti præſumuntur ſcire facta coniunctorum. (De hoc an coniuncti præſumantur ſcire facta coniunctorum no. plene Bar. & Doct. in l. j. colum. 3. ſupra ſi cer. peta. Alex. conſi. 80. examinato proceſſu 2. colum. 2. uolu. & in l. ſi quis in fundi uocabulo. circa princi. ſupra de lega. j. ubi limitat & declarat.)

Secundum, ut ipſi dicunt, probatur in aut. hodie. C. de repu. ita enim credendum eſt ſocijs ſicut fratribus; quia ſocietas ius fraternitatis obtinet l. uerum. ſupra pro ſocio. ſecundum Bal. & Ang. in dicta lege ſuper longi.

Facit ad hoc ultimum textus nota, in l. cum allegas. C. de caſtren. ſi peculio. lib. 11. quem notat Bal. in l. parentes. C. de teſtibus. ubi dicitur, quòd non modicum affectionis & amicitiæ tribuit conuerſatio. & ꝙ injicit maius uinculum amoris quàm fraternitas.

45 † Et ultra Bar. Bal. & Ange. in dicta le. ſuper longi. addo, quòd iuſtiſſimus error cauſari poteſt alio modo, uidelicet ex aſſertione probi & honeſti ſecundum Baldum in l. indicia. col. ultima. uerſic. quartò quæro. C. de rei uendicatione. ubi dicit, ꝙ dictum notabilis uiri, puta dicentis patrem meum, cui ſucceſſi, emiſſe talem fundũ, inducit iuſtiſſimam credulitatem, ut ex ea cauſari poſſit titulus ſufficiens ad præſcribendum illum fundum, per glo. notabi. in l. Titio fundus. in verbo, actiones. circa finem. ſupra de conditioni. & demonſtrationi. quæ vult, quòd non poteſt imputari mihi, ſi credidi homini fidedigno, refert & ſequitur Alex. in l. j. in princip. colum. 2. ſupra de eo per quem factum erit: & illius glo. intellectum plene examinat Fely. in d. cum contingat. col. 2. de reſcriptis. & ad illam addo Areti conſ. 155. conſultatio præpoſita ſi uera ſunt Barba. ꝙ. 27. ſcripſit doctiſſimus. penul. ſeu vlt. col. j. uolu. Alex. conſ. 27. uiſis & accurate ponderatis. 3. colu. j. vol. & in terminis iſtis dom. Fran. Cur. conſi. 71. princeps defunctus. colu. 9. Iſtam concluſionem in terminis firmat per plura Fely. in c. de quarta uol. 6. uer. prima doctrina. de præſcrip.

Primò hanc concluſionem firmo per tex. nota. in l. ſi a bonæfidei. in princi. in uerbo, integræ opinionis. ſupra de rei uendicatio. per quem textum decidit ibi ſingulariter Ang. quòd ſi poteſtas non cuſtodiuit diligenter, ſed curialiter, nobilem ſibi cõmiſſum, qui communiter reputabatur integræ æſtimationis & fidei, ſi aufugit, nõ tenetur. Ex quo nõ erat veriſimile, ꝙ deberet aufugere ꝓpter qualitatem perſonæ ſuæ, cui credendum erat: & ita in quæſtione facti dicit ſe defendiſſe quendam poteſtatem. Quod dictum pro ualde notabili refert & ſequitur Laſ. in aut. iubemus. col. fi. uer. ſextò facit. C. de iudi. faciens regulam, quam per plura comprobat, quòd propter magnam legalitatem perſonarum licitum eſt recedere a communibus regulis, & idem Laſ. in rep. l. admonendi. car. 18. col. j. ſupra de iureiur. & Felyn. in d. c. cum contingat. colum. 3.

46 † Secundò iſtam concluſionem confirmo per tex. no. in ca. niſi eſſent. & ibi no. Panor. col. j. de præben. ubi habetur, quòd honeſtas perſonæ tollit ſiniſtram præſumptionem; quia præſumitur pro uiro honeſto, ut probat ille tex.

Hinc dicit glo. no. in c. illud. 40. diſt. quòd præſumitur pro nobilibus in his, quæ ſpectant ad nobilitatem: & dicit alia glo. no. in cap. omnis. 7. q. j. ꝙ eo ipſo aliquid præſumitur bonum & iuſtum, quod a bono factum eſt. Tertio pro iſta cõcluſione adduco in terminis Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 8. q. in fin. ſupra de ope.

no.

Source : BIU Cujas

no.nun.dicentem, q̃ id quod dicitur a personis fide dignis, est iusta causa credulitatis, allegat Cy. ita dicere in l.j.in 4. q.C. de ser. & aqua. Dicit tamen gl. no. in c. si quis præpostera, in verbo videri l. distin. quòd non tenetur quis statim credere etiam bono viro; quia non debet quis esse nimis credulus l. j. §. primo. supra de eo per quem fac.erit.

Et ideo istam conclusionem limita, & declara, vt late per Felyn.in d.cap.cum contingat.columna 3. & 4.de ref.vbi non refert prædicta.

47 † Quintò ex dictis Bar. in hac j. parte colligitur consilium seu cautela pro filio, qui successit patri, & reperijt in hæreditate aliquã rem quam pater possederat 10.annis, & ipse alij decem. Postea cecidit a possessione & non reperit aliquem titulum per instrumenta vel testes. (Adde Bal.in rub.præscriptio. colum.pen.vbi concludit,quòd si filius dicat se non possedisse, vt filium, sed vt agnatum,& q̃ habet in titulum pro hærede,tunc præscribit.) Quo remedio sibi succurratur ad auocandam possessionem,& a qua cecidit absque violentia,quia si fuisset violenter eiectus,non esset dubium,quòd haberet interdictum vnde vi.Sed alio non apparente, non potest intentare rei vendicationem, vel publicianam. Quia possessio 20. an. non sufficit ad præscriptionem absque titulo, vt hic & l.nullo.C.de rei vendi. & sic ei non competit rei vendicatio tanquam domino, nec etiam competit publiciana vt quasi domino.Quia vt competat,requiritur titulus & traditio à non domino. §.sed istæ.cum materia.Insti. de actio.& tit.docere non potest,nec potest allegare titulum pro hærede;quia non habet locum in suis l.nihil.C.pro hære. & sic videtur omni remedio destitutus.

Cautela ergo est secundum Bar. referentem q̃ ita consuluit in q.facti, q̃ allegetti.puta emptionis vel alium,& probet aliquem ex prædictis causis, ex quibus causatur titulus putatiuus errore iusto, & probet de possessione decem vel viginti an. & hoc sufficiet ad præscriptionem: & sic poterit rem vendicare,vt est de mente Bar. hic,licet se ita late non declaret.Sed in ipso defuncto, dicit Bart.q̃ de facto suo agitur,non esset iusta causa erroris.

Addo,quòd istud consilium & dicta Bar.circa hunc passum referunt & sequuntur Bal.& Ang.in dicta l.indicia. ultra medium in 4.q.C.de rei vendi.

48 † Et quamuis scriben. hic circa hoc nihil dicant, sed simpliciter transeant cum Bart.dico quod erit melius consultum filio in tali casu,quòd pro recuperanda & auocanda possessione rei,quam amisit,& a qua cecidit, pro qua nullum potest inuenire tit.intentet utilissimum remedium canonis reintegranda. 3. q. j. quod competit cuilibet priori & antiquiori possessori, etiam malę fidei & sine tiru. qui cęcidit de possessione absque sui facto & culpa, etiam contra bonafide & titu. possidentem,ad quem possessio postea peruenit, vt late concludunt Cano.præcipue D.Abb.in c.sæpe. de resti.spo. no.Bar.in l.si coloni.per illum tex.C.de agri.& censi.& plene tradit Alex.in l.rem quæ nobis.colum.4.& 5.supra de acquiren. poss.& ibi latissime do.Bar.Soci.in repe.illius l.q̃ examinat 12. q. circa istud salubre & quotidianum remedium. De quo uide ad saturitatem per Alex.cons. 17 uiso processu in causa & lite, & consi. seq.2.vol. & cons.6.circa processum causæ uertentis.& cons.78.latissime doctor &iustissime domine uicarie.3 uol. & cons. 20. requisitus & & breuius dicam.& consi.90.uiso processu causæ uertentis. cum duobus cons.seq.5.uol.& per Are.in §. quadrupli. colu. 10.& 11. uer.septimo principaliter.Insti.de actio. & per do. Pet. Phili. Cor. cons.17.& consil.329.pe.& vlti.col.j.uolumi.

In quibus locis plene traditur de natura & priuilegijs huius remedij,& d.l. si coloni. & an detur malę fidei possessori, & contra bonę fidei possessorem cum titu. circa qđ sunt opiniones,& dic ut late habetur in dictis locis;quia non est de materia nostra.

49 † Et dum Bar.alleg.l.nihil.C.pro hære.ubi habetur, q̃ titulus pro hærede non habet locum in suis. limita illam l.procedere, quando filius uenit tanquam suus ex capite liberorum.Secus si ueniat tanquam agnatus uel successionem patris, prout potest per successorium edictum l.j.§.largius.& §. sciendum supra de suc. edic. Nam tunc potest uti titulo pro hærede. ita limitat no.Alexan.in l.j.col.2. C. qui admit. & in l.in suis. colum. 4.supra de libe.& posthu.

50 † Sexta conclusio elicitur ex dictis Bar. q̃ ea quæ consistunt in animo possint probari per iuramentum. Vt q̃ quis fuerit motus ex tali causa, per glo. no. quæ consueuit ad hoc communiter allegari,in §.sed istæ.in glo. magna circa medium.Insti.de actio. & est alia gl.expressior in c.significasti.in uerbo,si est ita.& ibi no.Cano. de homi.Quam conclusionem limita, nisi præsumptio esset cõtra iurantem; q̃a tunc non stabitur dicto, & iuramento suo. glos.est nota.in c.proposuisti.i.in uerbo,non probatur.ad fi.82.distin.

Et ita concludit no. Bar. ubi declarat in l.inter omnes.§. recte col.vlt.infra de fur.& sequitur Alex.adducens plura in l.j.§.per procuratorem.col.2.supra de acquiren. possef. in d.§.sed istæ.car.pen. ubi tradunt duas limitationes ad prædictam conclusionem: & de hac materia an & quando stetur assertioni alicuius cum iuramento, uel sine, & maxime ubi præsumptio iuris militat contra eum, tradit hic late do.Clau.Aquen.col. 4.& 5. Et quia non est proprie de materia huius l.pertranseo.

51 † Septima conclusio elicitur ex Bar. q̃ quis præsumitur scire id, de quo est publica fama,seu quod est publice notum, per tex. nó. l.regula.§.& facti.supra de iu. & facti igno.aliàs diceretur ignorantia supina secundum Bar. quæ non excusat l.nec supina supra il lo eod.ti. (Addo gl. no.in l. si tutor petitus.in verbo ostenderis. C.de peri.tuto.& in §.qui autem.Insti. de excu.tuto. tex. no.cum glo.in c.q̃ dictis.16.di.no.Alex.cons.187. in hac causa. col. 2.in fi. ubi alleg.Bart.in pluribus locis,& cons.200.viso. & discusso. col.2. uer.& dato.2.vol.)

52 † Octaua conclusio colligitur ex dictis Bar. dum allegat l. sed & si me putem.in prin. supra de condi. indebi. q̃ in facto proprio error toleratur, ubi agitur de damno vitando. Secus si de lucro captando,de quo plene per Bar.in l.non fatetur.col.pe. infra de q̃es.

Istam conclusionem no. limita, ut per Areti. consilio 33. paulò ante fi.q̃ hic refert do.Clau.

53 † Nona conclusio elicitur ex dictis Bar. q̃ regula quæ habet, q̃ translatio dominij, & præscribendi conditio æquiparatur l. clauibus. supra de contrahen. emp. procedit aliqua iusta causa interueniente, & sic titulo uerò uel putatiuo causato iusto errore siue ex iusta causa,secus si ex iniusta.

Et hic colligitur una limitatio seu declaratio ad regulam dictæ l. clauibus. Quam secundò limita & declara, quando militat eadem ratio utroque casu, aliàs non fit ista æquiparatio, secundùm Bar.in l.Pomponius.§. qui iussu. & ibi per Alex.circa fi. commen. supra de acquiren.pos. Tertiò limita & declara illam regulam d. l.clauibus.tribus modis,vt per Ange.Are.in §.sed istæ.colum.fi.circa fi.Insti.de acti.qui in specie refert & sequitur uerba Bar.hic circa intellectum d. l. & ibi declarat, quòd illa regula procedit affirmatiue.sed non negatiue,& ibi latius per eum. Quartò limita & declara dictam regulam, ut per Bar. in lege cum vir.columna secunda. in penul. oppo. infra eo. ubi subtiliter probat, quòd difficilius tranfertur dominium, quàm præscribendi conditio, & sequitur Areti.ubi supra.

Quintò limita & declara prædictam regulam, ut infra in 7.conclu.2.partis.

54 † Decima conclusio & ultima quòd ad primam partem huius repetitionis elicitur ex Bar. quòd sicut error,ex parte recipientis impedit dominij translationem, ita etiam præscribendi conditionem: secus si interueniat error ex parte tradentis, quia tunc non impedit,per tex.in dicta l.sed & si me putem. Et ista est propria materia l.3.§.subtilius.supra de cõdi.ob causam.& l.j.supra de offi. procura.Cęsa. ubi late per glo. Bar. & Docto. Et ex his remanet expedita prima pars principalis materiæ huius l. concernens titulũ qualis requiratur ad præscriptionem, quia requiritur titulus uerus uel putatiuus iusto errore causatus, & talis qui esset habilis ad dominij translationem,ut præstet causam præscribendi, ut ex prædictis apparet. Quid autem sit titulus & quot modis accipiatur,tangit Pau. de Cast. hic circa finem.& late dixi in præcedenti tractatu in prima parte 3.partis principalis. col.j.in fi.& 2.

SVMMARIVM.

1 *Titulus uerus aut putatiuus quo pacto sufficiat ad prescriptionem.*
2 *Præscribendi conditio ad hoc ut transferatur, sufficit q̃ loco traditionis aliquid habetur.*
Patientia necessaria includit scientiam.
3 *Traditio quo casu non requiratur ad præscribendum conditionem etiam tit. putatiuo iusto errore causato.*
4 *Hæredi uel legatario potest publiciana competere, si distincto competebat.*
5 *Possessio uacans an absque uitio possit apprehendi.*
6 *Iustus error licèt sufficiat circa titulum excepta uenditione, in qua requiritur iustissimus; tamen circa traditionem non sufficit iustus, sed iustissimus requiritur error.*
7 *Præscribendi conditio ad hoc ut transferatur, requiritur, q̃ titulus & traditio procedant ab eodem.*
8 *Traditio possess.bon. uacuæ an sufficiat ad dominij translationem, seu præscriptionem.*
9 *Possessio illa dicitur uacua,ut causet præscriptionem, quando a nemine possidetur nec ciuiliter,nec naturaliter.*
10 *Ciuilis possessio quæ, sit aut quomodo dicatur.*
11 *Ciuilis possessio quomodo perdatur.*
Possessio facilius perditur,quàm dominium.
12 *Dicto dicentis se nunquam habuisse animum amittendi ciuilem pos.an sit standum.*
13 *Naturalis possessio an sit de per se sufficiens æd præscribendum.*
14 *Vsufructuarius quomodo dicatur ipsum ius ususfructus possidere, & quomodo ipsum fundum.*
15 *Debitore obligante omnia bona sua et constituente se creditoris nomine possidere, si postea uendat unam rem & eam pariter constituat se emptoris nomine possidere, an in emptorem transeat dominium, uel præscribendi conditio.*

Source : BIU Cujas

16 *Poſſeſſio quæ acquiritur per conſtitutum eſt uera, licèt modus transferendæ poſſeſſ. per conſtitutum ſit fictus.*
17 *Poſſeſſio an poſſit per actum fictum tranferri.*
18 *Conſtitutum ſimplex utilius eſt, quàm cum clauſula precarij.*
19 *Debitore bona ſua hypothecante creditori ſi poſtea conſtituat ſe poſſidere nomine creditoris, & alienauerit aliqua ex bonis hypothecatis, qualiter ſibi debeat creditor prouidere.*
20 *Conſtitutum quo caſu nullum habeat effectum.*
11 *Fundans ſe ex præſcriptione habet probare titulum & traditionem.*

NVnc uenio ad ſecundam Partem principalem materię huius l. quæ reſpicit traditionem. Et ex dictis Bar. ſuper uer. quæro vtrum debeant, vſque ad ver. requiritur etiam bonafides, colligo infraſcriptas concluſiones. † Prima concluſio eſt, quòd titulus verus aut putatiuus cauſatus iuſto errore non ſufficit ad præſcriptionem, niſi interueniat & probetur traditio in caſibus, in quibus dominium abſque traditioni nō acquiritur; & tunc debet probari traditio, vbi ſine traditione transfertur dominium, tunc oportet probare apprehenſionem poſſeſſionis ſecundum glo. ibi, & erit hoc verum uſque ibi. Sed cur, quæ eſt notabilis & ſingularis ſecundum Bar. quàm latius ſupra declaraui apoſtillando eam. Addo ad Bar. o. quòd non ſufficit ſimplex traditio, niſi fiat uirtute illius tituli putatiui, ſiue ex illa cauſa, quæ putatur ſubeſſe: vt eſt tex. no. in l. cum qui. §. fi. ſupra de publici. Et declarat hic Pau. de Caſt. quia ſi hoc procedit in vero titulo, tanto magis in putatiuo, vt hic per eum, & dixi ſupra.

1 † Secunda concluſio elicitur ex dictis Bar. quòd ad hoc vt trāſferatur præſcribendi conditio, ſufficit aliquid, quod loco traditionis habeatur, vt dimiſſio rei, quando res eſt penes partem, prout ſufficit ad dominij tranſlationem. §. interdum. Inſti. de rerum diuiſio. & l. qua ratione. §. interdum. ſupra de acquiren. rerum domi.

Addo alios plures modos. per quos poſſeſſio transfertur abſq; traditione corporali, & qui loco traditionis habentur, de quibus per gl. magiſtram in l. 3. in princi. & ibi plene no. Docto. ſupra de acquir. poſſeſ. Subdit Bar. quòd iſta concluſio debet intelligi, dum modo creditor ſciret, quod tempore venditionis res eſſet apud emptorem; quia tunc data ſcientia hoc ſufficit loco traditionis d. §. interdum. per glo. in l. eius rei. ſupra de rei vendica. melius allegaſſet gloſ. in l. hæc ſi res. Sed miror, q̄ Bar. ad hoc alleget glo. quia iſtud probat aperte tex. in d. §. interdum. in verbo, patientia domini pro traditione habetur. Nam patientia neceſſaria includit ſcientiam l. quoties. la 2. ſupra de ſerui. ti. generali l. 2. C. de ſerui. & aqua. cum ibi no. & l. 3. §. dare. ſupra de uſufru.

3 † Tertia concluſio elicitur ex dictis Bart. poſt glo. q̄ vbi eſt talis titulus, in quo non requiritur traditio ad dominij tranſlationem, vt in titulo pro hærede l. cum hæredes. in princi. ſupra de acquiren. poſſeſſ. vel in titu. pro legato l. cum pater §. furdo. ſupra de lega. 2. & l. a Titio. infra de fur. Tunc ad præſcribendum conditionem non requiritur traditio, etiam in ti. putatiuo, iuſto errore cauſato, ſed ſufficit ſola poſſeſſionis apprehenſio, dummodo fiat ſine uitio, per tex. cum glo. in l. ſi non traditam infra pro legato. & ſic requiritur, quòd talis apprehenſio ſit iuſta: & ita iſtam glo. intelligunt Bal. & Ange. in d. l. ſuper longi col. pen. circa fi. vlti. columnę ubi dicunt ſe ita intelligere gl. magnam in hac l. Celſus. quæ dicit, q̄ non requiritur traditio in caſibus, in quibus transfertur dominium ſine traditione, ſed ſola poſſeſſionis apprehenſio ſufficit. Nam debet intelligi ſecundùm eos de apprehenſione iuſta, non de iniuſta.

Iſtam concluſionem limitat hic Pau. de Caſt. poſt Dyn. vt procedat, quando defunctus non inceperat vſucapere, uel præſcribere; quia tunc requiritur apprehenſio iuſta, vt prædictum eſt. Sed ſi præſcriptio, vel vſucapio iam fuiſſet inchoata in perſona defuncti, nondum verò completa, & ſic defunctus habebat quaſi dominiū & publicianam. Tunc illud ius tranſit ipſo iure in hæredem, vel legatarium abſque aliqua apprehēſione; quia ſicut hæreditas iacens poteſt complere præſcriptionem cęptam per defunctum l. cęptā. infra eo. tantomagis poteſt hæres poſt aditam hæreditatem, licèt non apprehendat corporalem poſſeſſionem illius rei, quàm defunctus cæperit præſcribere.

Et idem in legatario: quia in re legata habetur loco hæredis. (Hoc intelligendum venit improprie, quia ille tex. vtitur duabus notis improprietatis, dicit enim legatarius quodammodo quaſi hæres eſt. Nam dictio quodammodo, eſt nota improprietatis. glo. in l. j. in princi. ſupra de rerum diui. & in l. ſi me in vacuam. ſupra de acquir. poſſeſ. & ibi not. Ange. allegans plures glo. concordantes, & pariter dictio quaſi l. ſi cum dotem. §. fina. & ibi glo. & Docto. ſupra ſoluto matrimo. cum cōcordan. & ideo dom. Alex. conſi. 9 viſis dicto themate. columna quarta uer. & etiam nō obſt. ſecundo uolum. dicit, quòd legatarius dicitur hæres improprijſſime per illum tex.) vt dicit tex. no. in l. id tempus. §. j. ſupra eo.

Sed ſi hæres, vel legatarius vult inchoare præſcriptionem ex perſona ſua titulo pro hærede, vel pro legato; tunc neceſſaria eſt apprehenſio iuſta; quia ſine poſſeſſione præcedente titulo uero uel putatiuo præſcriptiò non procedit: & hoc eſt quod vult glo. hic ſecundum Pau. de Caſt. Et licèt ipſe non referat, iſtam notabilem doctrinam tradit Barto. in l. j ſupra de publici. dicens quòd aliqua ſunt, quæ tranſeunt in hæredem vel legatarium ex perſona defuncti: & iſta tranſeunt ipſo iure, & in ipſis non requiritur traditio vel apprehenſio, & ideo ſi teſtator erat dominus, transfertur dominium. Idem & ſi erat quaſi dominus: vt l. cum ſponſus. §. is cui ſupra de publici. Quædam ſunt iura, quæ a teſtatore non transferuntur, ſed incipiunt in perſona hæredis, uel legatarij, & ſic acquiritur hæredi, vel legatario ex perſona ſua mediante titulo habito a defuncto, vt quia hæres uel legatarius vult inchoare præſcriptionem pro hærede, vel pro legato; & tunc requiritur traditio vel apprehenſio: ita vult Bar ibi, quò ad traditionem. De apprehenſione verò eſt hic gloſ. ordina.

4 † Hinc infero, quòd hæredi, uel legatario poteſt competere publiciana, ſi defuncto competebat: quia erat quaſi dominus, quamuis ipſe hæres, uel legatarius nunquam apprehenderit poſſeſſionē ex perſona defuncti, licèt aliàs ſi veniret ex perſona ſua, requirere tur titulus & traditio l. j. cum ſeq. ſupra de publici. Ita probat tex. no. in d. l. cum ſponſus §. is cui. & ibi no. Bar. & Docto. illo eo. titu. & no. Alex cōſilio 88. eximie domine Vicarie. in fine, & latius conſilio 90. in cauſa & lite. 3 columna 2. uolum. (Addo vltra Alex q̄ hanc concluſionem pulchre firmat Bal. in l. eum qui. §. prætor ait. 1 j. no. ſupra de publi. vbi no. dicit, q̄ interdum competit publiciana ei, qui nūquam poſſedit, q̄ eſt, quando publiciana erat iam formata ſeu in eſſe producta in perſona authoris, & ſucceſſor prætendit cauſam, quæ trahit ſecum ſuum effectum abſque traditione, vt in legato & donatione cauſa mortis l. j. §. fin. cum l. ſeq. ff. de publici. & idem eſt ſecundum Bal. ſi quis agit ex iure ceſſo. Nam ceſſio nō deſiderat rei traditionē, ſicut dicimus in reſtitutione ex Trebelliano, quæ eſt ceſſio quædam: vt l. cum ſponſus §. is cui. de publi. & l. ſi culpa. ff. de rei uendica. ſecundùm vnum intellectum. Hæc ſunt verba Bal. no. indicto §. prætor ait.)

Hanc concluſionem glo. & Bar. hic, quòd requiratur traditio, ſed ſufficiat apprehenſio in titulo habili ad dominij tranſlationem vero vel putatiuo iuſto errore cauſato abſque traditione, vt in titulo pro hærede vel pro legato, ampliat Pau. de Caſt. procedere in omni titulo etiam inter viuos, ex quo transfertur dominium ſine traditione, ut in caſibus de quibus in lege finali C. de ſacroſanctis eccle.

Et circa iſtam concluſionem dicit hic Angel. quem refert Imo. colum. 2. verſi. extra glo. q̄ in caſibus, in quibus non requiritur traditio: eſt tamen neceſſaria apprehenſio & proſunt tempore authoris putatiui ad acceſſionem faciendam quandōcunque poſtea ipſa poſſeſſio apprehendatur, dumtamen medio tempore non fuerit per alium apprehenſa ſicut proſunt habenti verum titulum per l. Pomponius. §. ſed & legatario. ſupra titu. j.

Sed Imo. dicit, quod ibi prodeſt acceſſio ad vtilitatem eius, ad quem uere ſpectat ſucceſſio authoris putatiui, ut ibi patet. Non autem conſequenter poterit prodeſſe huic non habenti, niſi titulum putatiuum. Vnde oportet ſecundùm Imol. q̄ vſucapio, uel præſcriptio incipiat ex tempore ſuæ apprehenſionis, & ſic tenet contra Ange. Sed domi. Clau. Aquen. hic col. 3. defendendo Ang. intelligit ipſum loqui, quando præſcriptio fuit cępta per defunctum, vt non obſtet id, quod dicit Imo. & idem etiam tenuit Dy. hic, ut refert Pau. de Caſt. per l. cęptam infra eodem.

Sed aduerte: quia in §. ſed & legatario. non probatur, q̄ ibi eſſet author putatiuus, immo erat verus auctor; quia conſtabat de vero legato. Id quod etiam dicit domi. Clau. non videtur bene dictū: quia neceſſariò Angel. loquitur. ubi præſcriptio fuit cępta per defunctum, aliàs fruſtra de acceſſione tractaretur. Vnde puto quòd Inno. non bene loquatur; quia tantum debet operari titulus putatiuus iuſto errore cauſatus, quantum verus quo ad præſcriptionem per ea quæ plene no. hic per glo. & Bar. & per multa iura de quibus in glo.

5 † Ex præmiſſis vltra ſcriben. hic colligo limitationem & intellectum ad legē finalē. C. vnde vi. ubi habetur, quòd non poteſt quis apprehendere poſſeſſionem rei vacantis abſque vitio, vt procedat in re aliena, in qua quis non habet aliquem titulum. Secus vbi quis habet titulum in re, in qua non exigitur traditio ad dominij tranſlationem uel in re ſua; quia licet eam vacantem apprehendere propria authoritate. Ita illam l. limitat & intelligit ibi glo. nota. ſuper verbo, ignorantiam, quam ſequuntur Bartolus & dominus Alexander in l. finali. col. 6. vel. 8. & ibi Baldus in 5. quæſtione. C. de edicto diui Adriani tollen.

Pro qua concluſione eſt textus cum glo. in dicta lege penultima. infra pro lega. & glo. in l. non dubium. C. de lega. quæ volunt, quòd legatarius poteſt apprehendere poſſeſſionem rei legatæ vacantis propria authoritate, ſecus ubi non uacaret; quia tunc licèt habeat titulum, ſi apprehenderet propria authoritate, diceretur prædo & in malafide l. ſi ex ſtipulatione. & ibi no. glo. Bar. & omnes ſupra de acquiren. poſſe.

Et

Source : BIU Cujas

Et hæc conclusio uidetur specialiter tantum procedere in titulo habili ad dominij translationem absque traditione, ut in titulo pro hærede,& pro legato, quòd sit licita apprehensio possessionis rei uacantis; quia ibi non requiritur traditio. Et sic uidetur secus in titulo inter uiuos, ubi regulariter requiritur traditio ad dominij translationem & præscribendi conditionem l. traditionibus. C.de pac.iuncta l.clauibus.supra de contrahen.emp. prout expresse sentit Pau.de Cast.hic dum ampliat conclusionem glo.hic procedere in titulo inter uiuos, ubi non exigitur traditio, ut in ecclesia in casibus no.in d.l. fi. quasi dicat, secus esse in alijs. Et glo.præallegatæ solùm loquuntur in re sua, uel legata, aut hæreditaria vacante. Contrariam tamen opin. quòd ista conclusio procedat in quouis titulo inter uiuos, etiam ex quo non transfertur dominium ipso iure, ut liceat apprehendere possessionem rei vacantis,quando in illa re quis habet titulum emptionis uel alium, puta quia emit a defuncto & res uendita uacat tempore mortis, tenet Bal. in d.l.fi.in 5.oppo.C.de edic.di. Adri. tol. quem ibi sequitur Alex. columna 8.per tex.no.in l.fistulas.§.fundum.supra de contrahen.empti.& sequitur Ias.in dicta lege si ex stipulatione.in 3. limita. supra de acquiren.possel.Ex quo infero, ꝙ si ista opi.est uera,quam Bald.ubi supra attestatur esse communem, non procedit conclusio glo.Bar. & communiter Doc.hic supra sæpius repetita,ꝙ ubi non requiritur traditio, ut in legatis, ibi sufficit apprehensio possessionis iusta & sine uitio,& sic requiritur, quòd res sit uacans, quasi dicat,ꝙ in alijs sit secus. Et in hoc dicit Bar. illam glo. notabiliter & singulariter loqui; quia secundum prædictam opi. non erit hoc speciale in casibus, ubi non exigitur traditio, ꝙ ibi sufficiat apprehensio possessionis ad dominij translationem, uel præscriptionem: ut dicunt glo. Bart. & Docto. hic, sed erit generale in quouis titulo inter uiuos, etiam ubi exigitur traditio: ut sufficiat apprehensio rei uacantis propria authoritate,sicut sufficit in titulo habili ad dominij trãslationem absque traditione, ut transeat dominium, uel præscribendi conditio.

Et miror, ꝙ nullus antiquorum & modernorum hic uel alibi aduertat ad hoc. Sed omnes ubique simpliciter transeant cum ista glo.quam in hoc reputant singularem,& tamen uidetur non posse procedere stante alia conclusione Bal.& communiter Doc. in d.l.fi.C.de edic.di.Adri.tollen.

6 † Quarta conclusio colligitur ex dictis Bar. post glo. quòd licèt circa titulum regulariter sufficiat iustus error excepta uenditione, in qua requiritur iustissimus. Tamen non sufficit iustus circa traditionem, sed requiritur iustissimus error:& sic quòd sufficit traditio putatiua, iustissimo errore interueniente. Istam conclusionem glo.confirmat Bart.per tex.in l.iusto.§.filius.infra eo. Et ex notatis in glo.infert Bar.ꝙ ad præscriptionem quis habet probare titulum uerum, uel putatiuum iusto uel iustissimo errore,& ꝙ bare traditionem,uel aliquid, quod habeatur loco traditionis,aut iustissimum errorem circa traditionem, & rationem huius conclusionis assignat hic Pau.de Cast.& retuli supra in glo.

Istam conclusionem glo.& Bar.late examinat Bal. & Ang. in l. super longi.columna fi.uersic.incidenter est uidendum.C.de præscri.longi temp. ubi declarant & limitant istam glo. & allegant aliã gl.in contrarium, quam reputant singularem in l.fi.in uerbo,emisse infra pro suo.quæ aperte dicit secundum eos,ꝙ non sufficit putare traditam, nisi traditio facta sit, quas glo.fædere distinctionis concordant, dicentes ꝙ aut quis habet titulum uerum, & tunc sufficit putatiua traditio errore iusto, ut ꝙ operatur error circa titulum, illud idem operetur circa traditionem, cum quodlibet eorũ sit facti:& sic intelligunt istam glo.& tex. in d.§. filius. Sed ubi non subest nisi solus titulus putatiuus; tunc etiam non sufficit putatiua traditio quocunque errore etiam iustissimo.

Et ista secundum Bal.& Ang.est mens gl.in d.l.fi.pro suo,relata ad tex.& ratio est in promptu, ut ipsi dicunt, ne circa idem concurrat duplex putatio,ex qua insurgeret duplex fictio; quia fingeretur titulus,ubi non est, & traditio ubi non est, quæ duplex fictio reprobatur circa idem l.j.C. de do.promis. Hæc sunt uerba Bal.Q. ferentia ad hanc conclusionem in d.l. super longi. quæ transcribit Angel.ad uerbum & totam eius lecturam super illa l.nullo addito.

Quamuis Ang.hic teneat contrariam opinio.ultra medium cõmen. dicens ꝙ potest concurrere titulus putatiuus iusto errore interueniente,& putatiua traditio cum iustissimo errore.

Ex quo infert, quòd duæ fictiones eo casu concurrunt: nam per unam fingitur contractus, ubi non est.Per aliam fingitur traditio, ubi non est facta: & ratio est secundum eum, quia originem trahunt à diuersis fontibus æquitatis, quo casu non est inconueniens,ꝙ duplex fictio concurrat circa idem,ut latè per Barto.in l.si is qui pro emptore.in 7.qõne princi.col.penul.supra eodem.

Sed profecto uerior est opi.præcedens & magis communis:qa sicut fictus titulus & ficta traditio non sufficiunt ad dominij translationem,ut probat tex.ualde difficilis in l.si rem aliquam.& ibi no tant Bartol.& Doc.supra titul.j. ita non debent sufficere ad transferendum præscribendi conditionem, quæ tendit ad dominij acquisitionem.Nam hæc duo regulariter parificantur l. clauibus.supra de contrahen.emp.& negatur, ꝙ hoc casu istæ duæ fictiones, siue hæc duo specialia oriantur ex diuerso fonte æquitatis, quinimo ex eodem,scilicet bonum publicum l.j.supra eodem.

7 † Quinta conclusio colligitur ex uerbis Bar. ꝙ ad hoc vt transferatur præscribendi conditio, requiritur, ꝙ titulus & traditio procedant ab eodem non autem à diuersis.Item & ꝙ fiat traditio occasione illius tituli.Non autem ex alia causa: per textum in l.eum qui.§.fina.supra de publici. de quo tamen Bar.se remittit ad scripta per eum in l. cum solus. quæ proxime sequitur, ubi late examinat primam conclusionem in vlti.col. & proprie est materia illius l. & illam examinant Bal.& Ange.in d.l.super longi.colum.pen.& vlti. ver.sed circa istud duo puncta subtilia &c. dicentes Bar.in d.l.cum solus.somniasse & dixisse de directo contra casum, cui non potest responderi secundum eos l.pen.§.fin.infra pro suo, cum quo concor.tex.in l.4.infra pro lega. & respondet Bald. & Ange. ad tex.in d.l.cum solus.per quem mouetur Bart.vt ibi per eos, qui hunc articulum latius prosequuntur concludentes, ꝙ sufficit habere titulum verum vel putatiuum ab uno,& possessionem ab alio,siue titulus præcedat possessionem, dummodo eo nomine sit tradita possessio. Secus si alio nomine d.l.eum qui.§.fi.ubi est casus supra de publici. siue possessio præcedat titulum verum vel putatiuum iusto errore causatum. Et opin. Bar.etiam late impugnant Ang. & Imo.in dicta lege cum solus. columna pen. & fi.concludentes Bart.ibi male dixisse, & male intellexisse illum tex.quò ad hoc. Et sic communis opi. in hoc est contra Bar. Ex quo Bal. & Ang.in dicta lege super longi. columna pen. uersi. ex hoc infero. dicunt se inferre unum mirabile & singulare, ꝙ vbicunque quis habet titulum putatiuum ab uno & possessionem ab altero, nunquam possessio authoris putatiui coniungitur illi, etiam si ille a quo habetur possessio sit uniuersalis possessor, licèt aliud sit in habente titulum verum. Quia tunc tempora coniunguntur, & fit accessio unius possessionis ad alteram l.Pomponius.§.cum quis. usque quasi in fi.l.supra titu.j.

8 † Sexta conclusio colligitur ex dictis Barto. circa istam materiã traditionis in 3.col.in uer.procedo, & quæro,ꝙ ad dominij translationem sufficit traditio possessionis non vacuæ, per tex.repu.singu.in l.si fundum.supra de fund.do.

Ad quem tex.uide Ias.post Barto.& alios in l.traditionibus.circa finem commen.C.de pac. Septima conclusio est,quòd licèt ad dominij translationem sufficiat traditio possessionis non uacuæ d.l.si fundum. Tamen secus est quò ad prescriptionem; quia ad eã requiritur traditio vacuæ possessionis. Quam conclusionem sequuntur Alex.in l.3.§.ex cõtrario.col.vlti.supra de acq.possess.Areti.in rub.illius tit.ad fi.& Ias.in d.l.traditionibus. circa fi.ita limitantes illam l.si fundum. Vt procedat quò ad translationem dominij, sed non quò ad præscribendi conditionem. Et sic colligitur noua limitatio ad regulam l. clauibus.supra de contrahen. emp. vltra limitationes supra relatas in 9.concl.j.partis huius repe. Vt non procedat respectu traditionitionis,Quia quò ad dominij translationẽ nõ requiritur traditio vacuæ possessionis.Sed bene requiritur, ꝙ tradatur vacua possessio,vt causetur præscriptio. Et sic in hoc non procedunt a pari dominij translatio & præscribendi conditio.

9 † Octaua ꝛclusio colligitur er verbis Bar.in hac 2. parte, ꝙ possessio tunc dicitur vacua,vt causet præscriptionem, quando a nullo possidetur, nec ciuiliter, nec naturaliter. Sed si alius possideat ciuiliter & naturaliter, vel ciuiliter, tunc quamuis tradens detineat, vel naturaliter possideat, possessio non dicitur vacua, sed plena. Ideo licèt ille, cui fuit tradita possessio, possideat naturaliter, non incipiet præscribere, donec alius desinat possidere ciuiliter. Et sic tunc incipiet cursus præscriptionis, quando erit amissa ciuilis & coniuncta naturali, & nõ antea.Ita tenet gl.no.in l.j.in glo.magna. C.de ser.fugi.secundum Bar.

Quare tradit cautelam dicens, sit ergo cautus aduocatus rei, si põt probare allum antea possedisse,& nihil plus dicit, vt si dicat, ꝙ tunc non prodest traditio, quasi nõ fuerit tradita possessio vacua: qa antiquior possessor p̃sumitur retinuisse ciuilem possessionẽ aio vsq;ad 10.an.vt not.Bar.& Doc.in l.peregre.in prin.& in l.si de eo.
10 §.j.supra tit.j. † Ratio huius conclusionis est; quia ciuilis possessio est illa,quæ causat præscriptionẽ, & sola sufficit ad præscribendum absq;naturali,sed nãlis non sufficit de per se, vt vult gl.no.in d.l.j.in gl.magna.circa fi.C.de ser.fug.& gl.magna in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.& ibi Bal.supra cõmo. & gl.2.in l.2.C.de p̃scri.30. an.no.Dy.in cap.fine possessione.de reg.iur.in 6. & plene no.Bar. post gl.in l.3.§.ex contrario. col.2. & ibi Alex.col.3.& idem Alex. in l.j.§.per seruum qui in fuga.colu. 2.supra tit.j.de acquir.pos.ubi Alex.declarat glo.in d.l.j.C.de ser.fugi.Ad idem allegatur glo.in c. causam quæ.& ibi no.Fely.col.fi.uerti.& quamuis.& in c.vigilanti.col.pen.vers.limita septimò. de præscrip.ubi firmat conclusionẽ Bar. hic licèt non alleget, quòd cursus præscriptionis incipit amis-
11 sa ciuili, & non antea. † Nona conclusio elicitur ex dictis Bart. ꝙ ciuilis possessio perditur animo,vel ex negligentia longi temporis, iuxta notata per eumī dicta l.si de eo.§.j.ubi Bar.Ang.Imo. & do. Alex.late examinat, quæ requirantur ad perdendam ciuilem pos-

Source : BIU Cujas

sessionem, seu qualiter perdatur, & quanto tempore; & no. Ange. & Imo. in l. furtum. §. fundi. ubi bo. tex. cum glo. infra eo. & Ange. Are. in §. quod autem. ubi glo. Insti. eo. & plene Fely. post Panormi. in ca. uigilanti. col. pen. & vlti. de præscrip. distinguens quatuor casus. Et licet Inno. quem plures sequuntur in c. querelam. de elec. dixerit. quòd perdatur ciuilis possessio tempore arbitrio iudicis, qui debet arbitrari de minori tempore 10. annis: quia facilius debet perdi possessio quàm dominium, ut latius refert Alex. in dicta l. ii de eo. §. si forte. & in consilijs. infra allega. Tamen verior uidetur opi. & glo. & Bar. quòd ciuilis possessio non perdatur, nisi per negligentiam longi temporis, id est 10. annis secundum Alexan. in dicto §. si forte. Et istam opi. tenuit glos. ibi, & in §. quod autem. in uerbo, per absentiam. Insti. eo. & glo. j. magna in l. fi. & in l. licet. C. vnde ui. Dy. in ca. sine possessione. de reg. iur. in 6. Et hanc opi tenent multi, quos refert Felyn. in d. c. vigilanti. col. fi. in 4. casu, qui videtur residere in hac opi.

Vltra quem addo pulchre Alex. in consilio 114. visis & sepius recensitis. secunda columna 5. vol. ubi concludit, quòd ista est cõmunis opi. gl. & Doc. & ꝙ videtur uerior, per tex. in d. l. furtum. §. fundi. in uerbo, longe infra eo. a contrario sensu, & ibi eleganter respondet ad rationem Inno. & sequacium.

Eandem opi. secutus est consulendo idem Alex. consi. 6. circa processum. col. 3. & consi. 34. ponderatis uerbis. circa fi. 3. uol. ubi concludit, ꝙ possessio ciuilis in dubio præsumitur retenta usque ad 10. anos, per tex in d. l. furtum. §. fundi. & ibi no. Barto. infra. eod. & per not. pet Bar. & Doc. in d. l. si de eo. §. j. Quod ampliat no. procedere, etiam si non uiuat ille, qui possidebat, qui possit nũc dicere & declarare se animo continuasse in retinendo possessionem, allegat Rotam ita decidentem sua decisio. 120. incip. item. si aliquis probet. & idem firmant But. & Panor. in c. cum ad sedem. de restitu. spol.

12 † Et no. singulariter, ꝙ standum est dicto illius, qui dicit se nunquam habuisse animum amittendi ciuilem, nisi contrarium probetur. Istud fuit notabile dictum Archid. & Gemi. in ca. pontifices. 7. quæstio. j. quod refert & sequitur Fely. in cap. vigilanti. columna vlt. circa medium, & in cap. causam quæ. circa princi. col. ulti. de prę scrip. Et quia Barto. hic dicit, quòd requiritur traditio possessionis vacuæ, quæ dicatur uacua possessio, declarat glo. no. in le. fin. in verbo, uacuam. C. unde vi & in l. improbat. in uerbo. uacua. C. de acquir. po. glo. magistra. in §. quod autem. el 2. Insti. eo. quæ ponit, quæ dicatur possessio plena, semiplena, & uacua, quam not. Ange. in le. si me in uacuam. in fine princi. supra titu. j. dicens quod non habet sociam, & no. Ias. in lege traditionibus. circa finem. C. de pac.

13 † Decima conclusio colligitur ex uerbis Bar. quòd ad hoc ut dicatur tradita possessio uacua quo ad effectum præscriptionis, satis est, quod tradens ciuiliter possideat, quamuis alius sit in possessione causa rei seruandæ: quia licet tunc possessio proprie non dicatur vacua l. 3. §. primo. supra de actio. empti. Tamen sufficit ad præscriptionem.

Et pro ista conclusione Bar. allegat infrascripta iura, licèt lectura sit corrupta, videlicet tex. in l. acquiritur. in fine supra titu. primo. debet allegare. supra titu. 2. de acquiren. rerum domi. & in l. misso. infra pro empto. & in l. iusto. §. non mutat. infra eo. & in l. 2. in prin. infra pro hær. Sufficit ergo ꝙ tradens transferat ciuilem; quia ciuilis possessio, ut prædixi, est illa, quæ causat præscriptionem. Naturalis autem de per se non sufficit ad præscribendum, ut probant iura præallegata: & est proprie casus in d. l. 2. infra pro hære. & in d. l. misso. ꝙ licet alius sit in possessione rei seruandæ causa, qui non possidet, sed detinet l. qui legati. infra ex quibus cau. in pos. ea. & l. 3. §. genera. supra titu. j. non impeditur præscriptio.

14 † Et ꝙ sola ciuilis possessio sufficiat ad præscribendum, sed non naturalis, plene dixi in 4. & vlti. parte 3. princi præcedentis tracta.

Et ultra ibi allegata no. Felyn. adducens plura in c. causam. col. fi. versic. & quamuis. de præscrip. ubi incipit unũ casum, uidelicet in præscribendo usumfructum: quia ibi sufficit sola naturalis, tenet Bar. in l. 3. §. ex contrario. infra eo. quem sequuntur But. & Pan. ibi per eum relati: sed hoc non est uerum: quia vsufructuarius ipsum ius vsufructus possidet ciuiliter & naturaliter, licet ipsum fundum naturaliter tantum possideat l. naturaliter. in prin. supra de acqui. pos. ubi plene dixi. ubi supra, & sic de naturali non curatur in præscribendo. Bene facit pro hac conclusione Bar. quod no. vult Bar. in l. interdum. §. fi. supra titu. j. vbi dicit, ꝙ per constitutum transfertur possessio ciuilis, licet illa sola sit pœnes constituentem, & ibi sequuntur communiter Doct. Et sic apparet, ꝙ potest transferri sola ciuilis, licet non transferatur naturalis. Et idem econtra si tradẽs habebat solum naturalem, ut ibi per Bar.

Postea opponit Bar. de tex. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. in fi. infra. de re iudi. qui tex. ut dicit Bar. non est alibi, & multum turbat istam conclusionẽ: quia uidetur ille tex. dicere, ꝙ missio causa rei seruandæ interrumpit præscriptionem iam inchoatam, ergo fortius debet impedire inchoandam, arg. l. patre furioso. supra de his qui sunt sui vel alie iur. licet Barto. ita clare non deducat, & non soluit, sed se remittit ad ea quæ ibi dicit.

Vnde ad illum tex. dici potest, ꝙ habet quatuor intellectus, ut ibi per glo. & Bar. & sic ex eo non potest sumi argumentum, ut dicit Bar. in l. in ambiguo. infra de re. dub. & de intellectu illius tex. & pro solutione uide ibi late Alex. col. 7. & 8. qui plene examinat hũc articulum, & refert, ꝙ opin. Bar. circa illum tex. est communiter dãnata. Dic ut ibi per eum.

15 Successiue † Bar. format no. q circa istam partem, pone quòd debitor obligauit omnia bona sua, & constituit se creditoris nomine possidere. Postea uendidit unam rem, & eam pariter constituit se emptoris nomine possidere, an in emptorem transeat dominium, vel præscribendi condictio. Dicit Bar. uidetur, quòd possessio erat plena. Postea distinguendo concludit, ꝙ aut debitor constituit se a creditore possidere precariò, & tunc constituendo postea se precario possidere ab emptore, transfert in eum omnem possessionem, & creditorem possessione priuat, per tex. in l. interdum. §. fina. cum ibi no. supra titu. j. Et q̃a res non est uitiosa propter precarium, ideo transit dominium, uel præscribendi condictio. Si uerò constituit se creditoris nomine possidere simpliciter, vel a creditore conduxit, tunc ipse creditor omnino possidet, Ideo postea precario rogando ab emptore, nullam possessionem transfert in eum. per text. nota. in l. quamuis. §. j. supra titu. j. Tamen quia illa possessio, quæ est apud creditorem, est ad commodum debitoris quò ad dominium & præscribendi cõdictionem l. serui nomine. cum concordan. supra eod. transiuit dominium, uel præscribendi q̃dictio in emptorem, sicut erat apud ipsum debitorem; quia illo respectu debitor dicitur possidere. Et hoc secundùm Iaco. But. quod dicit Barto. sibi placere. Et hæc dicta Barto. refert & sequitur Paulus de Castro in l. quamuis. §. primo supra tit. primo Mathesi. in suis notabilibus. fol. 29. columna tertia Areti. in §. actionum. columna quinta Insti. de actio. & practi. Papien. in for. responsi. rei conuen. in uerbo, exceptionem præscriptionis. columna quarta. uersi. & hæc faciunt ad quotidianam quæstionem, ubi latius declarant uerba Bar. hic. Hanc eandem. q. format Bar. in l. pignoris. supra titu. j. ubi se remittit ad hic notata per eum. Contrariam opinio. tenuit ipse Barto. sibi contrarius in hoc in l. creditores. columna 9. versi. sed pone ꝙ debitor. quem ibi sequitur Salice. C. de pigno.

Sed uerius est, quod tenet Bart. hic secundum Imol. hic colum 2. circa medium & do. Alexan. hic in apostil. ad Bart. columna tertia super hac quæstio. qui allegat multos tenentes etiam opinio Barto. hic præsertim Bal. in pluribus locis: & idem Alexan. in dicta lege creditores. in Apostil. ad Bart. dicit, quòd opi. Bar. hic est communis.

16 † Et pro intellectu huius no. q. & dictorum Bart. præsupponendum est, ꝙ per constitutum transfertur omnis possessio ciuilis & naturalis l. quod meo, in princ. & ibi not. glos. Barto. & omnes supra ti. j. Et quamuis modus transferendæ possessionis per constitutum sit fictus, tñ possessio, quæ acquiritur per constitutum est vera & non ficta: ut concludit no. Bart. in l. ab emptione. circa fi. supra de pac. & in l. si is qui pro emptore. in ulti. q. supra eo. Et ex uerbis Bart. in hac q. elicio duas conclusiones. Prima conclusio est ꝙ si constitutum habet clausulam precarij: vt quia debitor constituit se precario nomine creditoris possidere bona sua hypotheca-ta pro debito. Deinde uendidit unam rem tertio cum q̃stituto & clausula precarij, tunc priuat creditorem oĩ possessione, & illam transfert in emptorem. Casus est repu. sing. in d. l. interdum. §. fi. supra tit. j. Ratio huius dicti est: quia ille, qui possidet precario, possidet naturaliter l. & hẽt. §. eum qui. & ibi glos. supra de preca. Et sic hẽt naturalem q̃ potest transferre in alium. Et transferendo illam transfertur ẽt ciuilis, quæ erat penes eum à quo precario possidebat; quia illa ciuilis requiescebat super nãli, siue erat illi coniuncta. Et sic transfertur cum nãli. Et amissa naturali amittitur ciuilis super ea requiescens. Licèt sit secus, quando ciuilis non requiescit super naturali: vt vult glos. no. in l. j. §. fi. in glo. magna, supra usufru. quem
17 ad. caue. Et declarat Alexan. in d. l. interdum. §. fi. † Secunda conclusio est, quòd quando constitutum est simplex, id est, sine clausula precarij, vel quando debitor primo loco conduxit a creditore, per quam q̃ductionem censetur translata in eum omnis possessio: sicut per q̃stitutum l. quædam mulier. supra de rei vendi. tunc quia nulla possessio naturalis vel ciuilis remansit penes q̃stituentem vel conducentem per ꝙm constitutum, & sic per actum fictum non transfertur possessio in alium, nec priuatur primus sua possessione. Iste est casus sing. u. in l. q̃uis. §. j. ubi Bart. & alij notant supra tit. j. Et sic pat et ratio diuersitatis inter unũ casum & alium; quia primo casu ille qui precario rogauit hẽt naturalem. Ideo constituendo postea tenere nomine alterius priuat primum sua possessione ciuili requiescente super naturali & transfert in ꝙm. Sed secundo casu ubi est simplex constitutum, vel conductio, ille qui constituit se possidere alieno nomine, vel cõductor nullam retinet possessionem d. l. quod meo, in princ & d. l. quædã mulier. Et sic nullam potest transferre per secundum constitutum, quia est actus fictus.

Ex

Source : BIU Cujas

18 † Ex quo primò infertur, q̃ vtilius est simplex constitutum, quàm cum clausula precarij. De quo dic vt per Bar. & Doct. in d.l.interdum.in princ. Secundò infertur, q̃ possidens in totum alieno nomine respectu ciuilis & naturalis non potest transferre possessionē in alterum & priuare illum, cuius nomine possidet, quia proprie dicitur ipse possidere ministerio illius l.certe.§.1. supra de preca.& d.l.quod meo.&c.cum venissent.de restit.spolia.sua possessione per actum fictum, vt per constitutum, vel conductionem: vt est casus no.in d.l.quamuis.§.1.Licèt sit secus, quando is qui possidet nomine meo traderet realiter possessionem alteri; quia per traditionem verā priuat me possessione mea: vt probat tex.in l.3.§.q̃ si seruus. vbi notant Bar.Alex.& Doct.supra tit.1.& in l.peregre.§.fi. eo.tit. Et tunc competit ei, cuius possessio fuit prodita per eum, qui eius nomine possidebat, remedium l.fi.C. de acquir.poss.ad recuperan-
19 dam possessionem amissam. † Circa huiusmodi q.Bar.no.multum pertinenter vnum, quod est in practica singulare, videlicet q̃ in terminis huius q.formatæ per Bar.quando debitor hypothecauit bona sua creditori,& postea constituit se illa possidere nomine creditoris, simpliciter vel precario. Si hoc casu debitor postea alienet aliqua ex bonis hypothecatis, possunt creditores tāquam priuati eorum possessione agere ad reuocandam possessionem illorum bonorum contra extraneos possessores nulla facta excussione principalis debitoris per remedium d.l.fin.C.de acquiren.poss.Istud fuit singulare dictum Iacob.Butr.in auth.hoc si debitor. C. de pign.Et est singu.limit.ad illam auth.referunt & sequuntur Angel.Imol.& Alexan.in l.exitus.supra tit.1.Bal.in l.1.colum.vlt.versi.quæro quid si debitor constituit.C.de his quæ in fraudem credi.& pulchre Roma.cons.189.stante primo quæsito.in fi.vbi no. limitat hoc dictū, nisi precarium esset extinctum per mortem debitoris constituentis. Ang. & Ias.in §. item si quis in fraudem.colum.25.in antiq.im-
20 pres.Insti.de actio. † Addo circa prædicta vnum, quod est notandum in practica, videlicet q̃ quando quis allegat traditionem sibi factam & possessionem in se fuisse translatam vigore constituti, iuxta d.l.quod meo.in prin.& gl. no. in l.ab emptione.supra de pact. oportet, q̃ deducat & probet, q̃ venditor, siue is a quo causam habet possidebat tempore constituti, aliàs tale constitutum non prodest, nec operatur effectum. Ita no. dicit Ang.in d.l. quamuis.§.si conductor.per glo.ibi in verbo retinebit, supra tit.1.& per glo.in l.2.in verbo tradita.& ibi etiam no.Ang.C.de acquir poss. Sequitur Alex.in d.l.quod meo.colum.6. in princ. & in d.§. si conductor.in fi.cō.qui allegat cōcord.dicens hoc dictum esse verissimum; quia nō potest quis plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat l.traditio supra de acquir.re.do.Imperiti tamen & iuuenes aduocati, vt ipse dicit, de facili in hoc deciperentur. Et idem Alex. cons.10. viso processu causæ vertentis 4.vol.& pulchre Mathesil.in suis notabilibus fol.7 col.4.in notabili incipi. not.vnam doctrinam mirabilem. Nam per solum instrumentum non probatur traditio possessionis, licèt in eo dicatur, dedit tradidit l.prædia.& ibi no.Bar.& Doct. supra tit.1.de acqu.poss.notant glo.& Doct.in d.l.2.C.illo eod.tit. & Bal.in l.indicia.circa princ.con. C. de rei vend.cum concord.de quibus per Alexan.cons.præallcg.

21 **Secundo quærit** † Bart. qa supra visum est, q̃ ille q̃ se fundat ex præscriptione, habet probare titulum,& traditionem: Pone q̃ quis probat titulum, & probat eum qui concessit titulum possedisse rem eo tempore, quo vendidit. Postea probat se possedisse illo presente & sciente nō tamen probat traditionem, an hoc sufficiat. Et concludit Bart. q̃ terminis sic stantibus præsumitur traditio fuisse facta ex illo titulo præambulo: vt no.glo:in l.quædam mulier.supra de rei vend.& in l.2. C.de acquir.poss.Sed si possessio fuisset tunc penes alium, vel dubitatur apud quem erat, quæritur quid iuris? Bar.se remittit ad notata per eum in l. cum solus.infra tit.1. Et cum hac conclusione Barto. transeunt communiter Doct.nihil addendo; quia ista est doctrina glo.communiter approbata in locis præallega.

S V M M A R I V M.

1 *Bonafides ad præscriptionem rerum corporalium est necessaria,*
2 *Bonafides regulariter præsumitur in omni possidente.9.*
3 *Bonafides authoris quo casu non sit necessariò alleganda.*
6 *Verbum præscriptio, est plenum & includit bonamfidem.*
7 *Possessum tanto tempore cuius initij memo. non ex. præsumitur iuste possessum.*
8 *Allegatio bonæfidei in causa possess. an sufficiat facta post conclusio. in causa.*
10 *Possidens sine titulo præsumitur malāfidem habere, si antiquior possessor appareat 12.*
11 *Possessio longissimi temporis facit præsumi bonamfidem.*
12 *Possidens contra ius non præsumitur bonæfidei.*
13 *Malafides possessoris titulati quot modis probatur.*
14 *Cautela pro illo qui uult uendere, sed propter alterius denuntiationem non inuenit emptorem.*
15 *Malafides possidentis probari potest confessione partis dicentis se sciuisse rem esse alienam.*
16 *Euolat emissum irreuocabile uerbum.*
17 *Malafides probatur fama, & rumore limitatur.*
19 *Modi plures probandi, malamfidem possessoris.*
20 *Scientia rei alienæ etiam sine malafide impedit præscriptionem.*
21 *Malafides quid sit.*
22 *In facto arduo præsumitur continuata malafides, etiam in quoscunque successores.*
23 *Relatio tertij an reddat possessorem malæfidei.*
24 *Bonafides & mala ex quibus presumantur.*

EXpedita secunda parte principali materiæ huius l. transeamus ad tertiam partem, seu ad tertium principale requisitum ad præscriptionē corporalium, quod est bonafides. Et ex verbis Bar.supra in hac parte, in versic. requiritur etiam bonafides, elicio infrascri-
1 pras conclusiones. † Prima conclusio est, q̃ ad præscriptionem rerum corporalium requiritur bonafides, vt hic.& l.2.C.de prescrip. longi tempo. præsertim de iure canonico c. vigilanti.& c.fi.de præscrip.& c.possessor. de reg.iur.in 6. De qua materia plene dixi in 2. parte 3.principa.præcedentis tracta. vbi declaraui, quid sit bona & malafides,& declarat Panor.in c.consultationibus. vltra medium. versic.ex his infertur, de iure patro. Et ibi dictis addo gl.in l.1.in verbo, scientes. C.de his quibus vt indig. quæ dicit, q̃ scientia rei alienæ
2 inducit malamfidem. † Secunda conclusio est, q̃ regulariter presumitur bonafides in quolibet possidente, per legem penul.C.de euictio. si præcedat titulus verus, vel putatiuus, etiam errore iniusto, secundum Bar.per l.igitur.§.potest.supra de libe.cau. Nam bonafides potest causari etiam ex iniustis & temerarijs causis, vt dicit no. Bal.in l.1.C. vbi causa stat. Refert & sequitur hic Alexan. in apostil. ad Bar.colum.4.Fel.in c.cum contingat.colum.2.de rescrip.& in c. si diligenti.colum.3.de prescrip. Licèt idem Bal.in d.c.si diligenti.ibi relatus per Fely.colum.3.circa medium dixerit, q̃ bonafides presumitur, vbi causatur ex errore facti. Secus si ex errore iuris. Et idem ante eum voluit Dy.in c.qui contra iura.de reg.iur.in 6. Sed Imol. hic colum.vlt.concludit, q̃ quando agitur de præscriptione longi temporis, quæ non procedit sine titulo vero, vel putatiuo errore iusto, sit necesse probare errorem iustum ad causandam bonamfidem. Sed vbi agitur de præscriptione longissimi temporis, in qua sufficit probare qualemcunque errorem ad inducendam bonam fidem. Et ita declaratur ista conclusio. Et plene dixi supra in 1.parte huius l.colum.8. in 4. limi. Subdit Bart. q̃ ex quo istud consistit in animo, statur conscientiæ possessoris, vt no.glo.magna in §.sed iste. Instit.de actio. quam ad hoc etiam allegat Bar. supra in materia tituli,& ibi dixi in 7.conclusio. Hanc conclusionem, q̃ bonafides in dubio præsumatur in habente titulum verum, vel putatiuum, firmant glo.& Innoc.in d.c.si diligenti.in verbo, bonafides de prescriptionibus, quæ excipit quatuor casus, quos ibi prosequitur Panor. colum.4.& seq.versic.expedita regula. in quibus licèt quis habeat titulum, non præsumitur bonafides, sed potius mala.glo. & Cano. in c.fin.eo.tit. Et tenet glo.Insti.eo.in princ.in uerbo, qui bona.Bar. in l.communi diuidundo.§.inter prædones.supra commu.diui. Et istam conclusionem firmat Alex. allegans multa cons.200.viso & discusso processu.colum.1.versic.præterea 2.vol.& cons.75. visis & ponderatis.colum.penul.circa fin.& in princ.vlt.4.vol.vbi sequitur Bar.hic. Et in his locis fit conclusio, q̃ in dubio quis presumitur bonafide & iuste possidere, quando habet titulum. Et ex bona gl. in c.dilecto.15.q.4.quam allegat Pano.in d.c.si diligenti.colum.3. Et plura adducit hic Alex.in apostil.ad Bar.colum.4. Eandem conclusionem tenent Bal.& Ang.in l.super longi.colum.2.& 3.versic. dixi secundò q̃ requiritur bonafides. C.de præscript.lon.temp.vbi concludunt cum Bart.hic, q̃ bonafides in dubio semper præsumitur, nisi sint aliquæ circunstantiæ excludentes hanc præsumptionē, de quibus infra dicetur. Istam conclusionem, q̃ in dubio præsumatur bonafides, firmat per plura do.Franc. Cur.cons.82. Deus pius. colum.2. Et pulchre dicit Dyn.in c.qui contra iura.de reg.iur.in 6. q̃ si allegatur ignorantia facti, in dubio præsumitur bonafides. Si verò ignorantia iuris, presumitur mala &c. Quia primo casu præ-
3 sumptio iuris non resistit allegationi. Secundo uerò sic. † Et circa hoc, an & quando presumatur bonafides, tradit doctrinam Pan. in c.consultationibus. ultra medium commen. versic. ex his infertur, de iure pat.& distinguit, an quis possideat iure resistente, uel nō, ut ibi per eum, q̃ authoritas iudicis facit præsumi bonamfidē post Innoc.qui dicit, q̃ authoritas iudicis facit præsumi bonamfidem, si missio in possessionem facta est iuris ordine non seruato. Aliàs secus. Et sequitur Alex.cons.75.visis & ponderatis.penul.col.4.vol. Ex hac conclusione infertur, q̃ non expedit probare bonamfidē. Quia præsumptio iuris transfert onus probandi in alteram partem l.ab ea parte. supra de probationibus.

4 † Primò limita prædictam conclusionem, quæ habet, q̃ bonafides in dubio presumitur in habente titulum, ut procedat, dummodo allegetur. Quia licèt non sit probanda, est tamen de necessitate alleganda, secundum Bal.& Ang.in d.l. super longi.colum.3. dicentes hæc uerba. Illud autem tene fixum cordi, q̃ vbicunque dicimus, præsumi bonamfidem, intellige si allegetur, per tex.in l.si adulterium cū incest.§.idem Pollioni.ff.de adulte. Sit ergo (dicunt ipsi) cautus aduocatus, vt de bonafide semper articuletur, & deduca-

tur,

Source : BIU Cujas

tur, quamuis non ſit opus probare. Idem tenet Ang. in l. eum qui. §. fi. ſupra de publi. dicens. Sis tamen cautus in allegando bonamfidem. Aliàs ſuccumberes; quia bonafides nunquam præſumitur, niſi allegetur, per tex. in d. §. idem Pollioni. Eandem concluſionem, ꝙ bonafides ſit neceſſariò alleganda, firmat Bal. in c. ſi quis per triginta. in titu. ſi de feu. fue. contro. ſequitur Aret. in §. ſed iſtę. col. 11. Inſtit. de actio. Cępol. in tract. ſer. vrb. prędio. c. 20. colum. 2. vbi dicit, ꝙ in hoc vidit multos errare: & late Fel. in c. fi. colum. 5. circa fin. & ſeq. verſic. in quantum Abbas. de pręſcrip. Iaſ. in l. non hoc. col. fi. C. vnde cog. Alexan. conſ. 76. in cauſa & lite. circa fi. & conſ. 94. in cauſa & litę vertente coram arbitris. colum. vlt. & præallega. conſi. 200. 1. colum. 2. vol. vbi pulchre ſcribit, ex quibus præſumatur bonafides, & ibi dicit vnum notabile verbū, ꝙ ille, qui deducit ſe poſſediſſe rem pro ſua & tanquam ſuam diſponendo de ipſa re, quem admodum veri domini facere ſolent, ſatis dicitur deduxiſſe bonam fidem, quæ nihil aliud eſt, quàm poſſidere pro domino, ſeu cogitatione domini. l. apud antiquos. in verbo, domini cogitatione. C. de fur. dixi plene in 2. parte 3. prin. ſuperioris tracta. Et mouentur omnes per tex. ſingu. in d. §. item Pollioni. ibi. vtique ſi error allegetur. Ex quo tex. colligitur regula generalis & notabilis, ꝙ pręſumptio iuris ſemper eſt alleganda. Facit glo. nota in clem. appellanti. de app. quę vult, ꝙ quamuis notorium non indigeat probatione; tamen ſemper indiget allegatione. Et hanc regulam per plura comprobat Fel. in c. cum ordinem. colum. 6. cum ſequen. de reſcrip. Iaſ. in l. nō hoc. colum. fi. C. vnde cog. & in l. cum quid. colum. penult. ſupra ſi cer. per. Et vltra eos Alex. conſ. 35. in cauſa & lite. circa fi. 5. volu. & in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. colum. 6. vel 7. infra de re iud. & in l. qui in aliena. in princ. colum. penul. ſupra de acquir. hęred. Confirmatur in ſpecie prędicta concluſio, ꝙ bonafides de neceſſitate debeat allegari viua ratione; quia pręſumptio bonęfidei inſurgit ex pręſumptione ignorantię iuris alieni. c. ſi virgo. 33. q. 2. & no. glo. & Cano. in d. c. ſi diligenti, & plene dixi in 2. parte 3. princ. pręcedentis tracta. Et licèt in facto alieno pręſumatur ignorantia l. verius. ſupra de proba & l fi. infra pro ſuo. cum concord. Tamen hoc eſt verū, ſi allegetur ſecundum Bal. in l. 1. colum. vlt. C. de legi. per tex. in d. §. idem Pollioni. quem ſequitur Alex. in l. qui bona. §. de illo. ſupra de
5 dam. infecto. † Secundò limita prædictam concluſionem, vt procedat reſpectu bonęfidei ipſius poſſeſſoris contendentis in iudicio. Illa enim neceſſariò debet allegari. Secus eſt quò ad bonamfidem ſui authoris, cuius acceſſione vtitur iuxta l. Pomponius. §. cū quis. cum ſua materia, & quaſi per totam l. vſque ad fi. ſupra tit. 1. Nam talis bonafides authoris non eſt de neceſſitate allegāda. Ita vult ſingulariter Bart. in l. cum quid. colum. vlt. verſic. ex hoc puto, ſupra ſi certum pet. vbi not. limitat prędictam regulam, quę habet, ꝙ prę-ſumptio iuris neceſſariò debet allegari, vt procedat, quando factū, ex quo aliquid pręſumitur, eſt factum, proprium propoponentis. Secus ſi pręſumptio inſurgit ex facto tertij. Et hanc no. doctrinam ſequuntur communiter Doct. in d. l. cum quid. maxime Alexand. & Iaſ. colum. penul. & Alex. in l. qui in aliena. in princ. in penul. colu. ſupra de acqui. hęred. Roma. conſ. 77. & Fel. in d. c. cum ordinem. colum. antepen. & penul. verſic. quinta declaratio. & in c. ad hęc. el 1. de app. vbi idem dicit, quando pręſumptio reſultat ex actis. Tunc enim non eſt neceſſitas alleganda per plura, quę allegat. Et bene faciunt no. per Alex. in l. 1. colum. 2. vt quę deſ. aduo. par. ubi no. concludit, ꝙ circa ea quę reſultant ex actis, iudex ſupplet ex officio, par
6 te non opponente vel allegante. † Tertiò limita prædictam concluſionem vt procedat, ubi quis ſimpliciter deduceret poſſeſſionē & titulum; quia tunc debet etiam allegare bonamfidem. Secus qñ diceret ſe ſcripſiſſe, ſiue allegaret præſcriptionem; quia uerbum prę ſcriptio eſt plenum, & includit bonamfidem, ſine qua pręſcriptio non currit, & ſic videtur tacite allegata. Iſta fuit nota. deciſio Pan. in c. fi. circa 6. uel 7. colum. uerſic. ſed quęro, an ſit neceſſe. de pręſcri. quamuis Fel. ibi. col. 5. verſic. item inquantum & c. videatur tenere oppoſitum per aliqua motiua non multum vrgentia. Fatetur tñ ꝙ in practica obtineret opin. Panor. qui mouetur per doctrinam Innocen. in cap. fraternitatis. de teſtibus. ubi vult, quòd ſi quis allegat ſe præſcripſiſſe, videtur deduxiſſe titulum, licèt non expreſſerit Sequitur Bart. in auth. at qui ſemel. penul. colum. C. de probatio. & Barba. conſ. 50. illud afferam, in medium 14. colum. 1. vol. & refert dominus Clau. hic colum. 8. & vlti. Confirmo hanc limitationem ex infraſcriptis. Primò confirmo dictum Panor. ex notatis per Bar. in l. nec exemplum. C. de fal. vbi not. dicit, ꝙ ſi quis accuſat de falſo, non eſt neceſſe, ꝙ exprimat in accuſatione ipſum commiſiſſe falſum doloſe & ſcienter; quia iſtud tacite includitur, cum abſque dolo non poſſit dici falſum, vt ibi eſt text. Et hoc dictum refert & ſequitur Alex. in l. nam & poſtea. §. ſi damnatur. colum. fi. ſupra de iureiur. Secundò confirmo per notabile dictum Bald. in auth. habita. colum. 6. C. ne fi. pro patre. vbi tradit not. regulam, ꝙ quando aliqua qualitas tacite ineſt, nō eſt neceſſe illam exprimi, refert Iaſ. Inſt.
7 de actio. in princi. circa 14. colum. † Quartò limita prædictam concluſionem, quæ habet, ꝙ bonafides debet allegari, vt non procedat in pręſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit; quia in tali præſcriptione ſemper præſumitur titulus & bonafides, etiam ſi non allegetur. Nam tanto tempore poſſeſſum præſumitur ab authoribus ſuis iuſte poſſeſſum. Iſtud fuit notabile dictū Innoc. in c. ſi diligenti. quod ibi refert Bal. ad fi. com. de præſcrip. Et
8 retuli in 2. parte 3. princ. ſuperioris tracta. colum. 5. † Et eſt diligenter notandum, ꝙ licèt bonafides & quælibet præſumptio iuris inſurgens ex facto debeat allegari. vt prędictum eſt, ꝙ ſufficit talem allegationem facere etiam poſt concluſionem in cauſa, ita no. deci dit Alex. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. in apoſt. ad Bar. per notata in c. peruenit. de emp. & vend. & idem Alexand. in l. 1. colum. 2. C. vt quę deſ. aduoc. & ante ipſum Panor. quem nō allegat in c. dudum. colum. 2. per illum text. de electio. Quinimmo plus dixit Alexan. in d. l. 1. colum. 2. ꝙ ſufficiet talem allegationem facere in allegationibus iuris, quamuis nō fuerit facta in actis, quod
9 eſt ſingulariter notandum, & refert hic dom. Clau. col. 8. † Tertia habetur concluſio ex doctrina Bart. ꝙ in quolibet poſſidente etiā ſine titulo in dubio pręſumitur bonafides, niſi alius poſſeſſor antiquior appareat, vbi ius commune non contradicit. Hanc concluſio. ſequuntur Butr. & Pan. in c. ſi diligenti. colum. 3. verſic. 3. quæritur. de præſcrip. & ibi late Fel. col. 2. qui atteſtatur hanc eſſe communem opin. & pro ea adducit quamplures authoritates. Vltra quas addo, ꝙ eandem conclu. tenent Bald. & Ang. in l. ſuper longi. colum. 3. C. de pręſcrip. lon. tempo. Gem. in c. 1. colum 2. de pręſc. in 6. & practi. Papi. in forma reſpon. rei conuen. in verbo, exceptionem pręſcriptionis. colum. 4. cum ſequen. ubi refert quaſi omnia dicta Bar. in hac l. & ea ſequitur. Contrariam partem tenent Innoc. & Bal. in c. per tuas. de teſti. dicentes, ꝙ in dubio nō pręſumitur bonafides in pręſcribente ſine titu. (Adde ꝙ eam opin. tenet Bal. in l. eum qui. §. prętor ait. ff. de publi.) Et Ioan. de Imol. multum efficaciter impugnans communem in repeti. c. fi. colum. 5. de præſcri. & hic colum. pen. & vlt. firmans ꝙ nullus poſſeſſ. pręſumitur bonęfi. niſi probetur de titulo vero vel putatiuo per plura media, & reſpō det ad iura per quę Bar. mouentur, cuius motiua refert Fel. in d. c. ſi diligenti. colum. 2. uerſic. contra communem. de pręſcript. & eius opin. reputat ſuſtentabilem de rigore iuris in inchoante pręſcriptionem, ſed in ſucceſſore forte procederet ſecundum eum opi. communis, vt ibi per eum. Sed iudicando & conſulendo a communi
10 opi. recedendum non eſt: vt habetur in locis uulgaribus. † Quarta concluſio elicitur ex uerbis Bar. hic & in d. l. fi. circa fi. C. unde ui. ꝙ in poſſeſſore ſine titu. pręſumitur malafi. ſi appareat antiquior poſſeſſor. Sed iſta pręſumptio malęfi. non poteſt opponi, niſi per antiquum dominum vel poſſeſſorem, alius uero non poteſt. Ille enim antiquior poſſeſſor bene poteſt facere illam allegationem. tuū nō erat, ſcire debebas ad alium pertinere, de qua loquitur tex. in d. l. fi. quò ad alium uerò, dicit Barto. licite & bonafide teneo, ex quo ius commune mihi non contradicit. Et ſequuntur But. & Panor. in c. ſi diligenti. colum. 3. circa med. com. de pręſcrip. & Alex. conſ. 220. viſo & diſcuſſo. 2. colum. 2. uol. & conſi. 30. uiſo proceſſu 4. colu. 4. vol. & practi. Papien. ubi ſupra, dicens ꝙ nouus poſſeſſor poteſt dicere tertio, quò ad te liberas ædes habeo, iuxta l. loci corpus. §. cō petit. ſupra ſi ſerui. uendi. Idem firmant Bal. & Ang. in d. l. ſuper longi. colum. 3. quorum dicta ſtatim referam. Sed contrarium tenet Imol. hic colum. penul. & ult. & in repe. c. fi. colum. 4. uel 5. uerſic. ſed aduerte, de pręſcript. ꝙ malafides præſumitur in nouo poſſeſſore, ubi apparet, ꝙ perantea alius poſſedit, etiam quò ad tertium, ꝙ quilibet tertius poſſet opponere de malafide contra nouū poſſeſſorem. Cuius opi. ſequitur Alex. ſibi cōtrarius, & refert eius motiua conſ. 192. in cauſa & lite uertente 1. colum. 2. uolum. Et in hac opi. uidetur reſidere Fel. in d. c. ſi diligenti. colum. 2. & 3. ultra med. verſic. & dixit Bar. de pręſcrip. Videtur tamen communis opi. Bar. vt ſupra patet. Iſtam ſuam concluſionem limitat no. Bar. in d. l. fin. C. unde ui. & circa finem commen. dum uult, ꝙ poſſidens ſine titulo pręſumatur malęfidei, ſi antiquior poſſeſſor appareat, ut procedat uſque ad 30. an. ſed poſtea non, per illam l. in fi. quia præſumptio malęfidei, quæ inſurgit contra ingredientem poſſeſſionem ſine titu'o purgatur, & tollitur per curſum 30. annorum, & ex tunc pręſumitur retro ipſum fuiſſe poſſeſſorem bonęfidei: & ceſſat illa l. fin. & omnis eius pręſumptio ſecundum Bart. ibi, cum quo tranſit Saly. col. vlt. refert & ſequitur Panor. in d. c. ſi diligenti. col. 3. dicens iſtud dictum eſſe ſingulare & ſemper menti tenendum. Ad cuius cōfirmationem & appellationem adducit aliud ſingulare dictum Innoc. in c. 2. de reſtitu. in integ. quod eſt in penult. colum. de quo dicam in ſequen. conclu. Eandem opinio. tenuerunt Bald. & Ang. in d. l. ſuper longi. colum. 3. C. de pręſcri. lon. tempo. ubi dicunt, ꝙ ſi quis poſſedit rem longiſſimo tempore, etiā ſine titulo, tanti temporis longitudo inducit bonęfidei pręſumptionem. Et hoc caſu dicunt eſſe veram opi. Bar. & hoc uideri de mente Innoc. in c. cum cauſam. de probatio. Et idem dicunt, ſi non poſſedit longo tempore uel longiſſimo, & ſi non appareat rem ad alium pertinere; quia nullum dominium pręſumitur vacans. Et ſic in dubio præſumitur eſſe penes ipſum poſſidentem: vt no. glo. in l. ob maritorum C. ne vxor pro mari. Et præmiſſa procedunt ſecundum eos, niſi appareat, ꝙ non licet poſſidenti rem poſſidere; quia tunc ſemper præſumitur malęfidei, etiam ſi mille annis poſſediſſet, niſi oſtendat de titulo

tulo iusto,vt in layco qui reperitur iura spiritualia possidere, secun dum Inno.in c.constitutus.de elect.& in d.c.cum causam.de proba.Quod intelligas procedere, vbi laycus solum se fundaret ex tẽpore.Secus quando allegaret titulum prẽsumptũ spatio tanti temporis,& se fundaret super eo:quia tunc præsumitur,vt pulchrè declarat Fel.in c.accedentes.colum.4. & 5.in 2.& 3.limita. de præscri. Quinimo dixit Innoc.in d.c.si diligenti.& ibi refert Bald.ad fi.com. ꝙ in præscriptione tanti temporis, cuius initij &c.præsumitur titulus & bonafides:etiam si non allegetur,quod dictum retuli in tertia parte 3.princ.superioris tractatus. Sed potest dici saluando Bal. & Ang.in d.l.super longi.ꝙ istud dictum procedit data capacitate, per ea quæ not.Ioan.And.c.2.de præben.in 6.Et referunt Pano.& Fely.in c.causam quę.colum.1.& in d.c.accedentes.colum.4.in 2. & 3.limi.de præscrip. vbi habetur, ꝙ possessio tanti temporis non habilitat incapacem.Sed vbi apparet rem ad alium pertinere, dicũt Bal.& Ang.in d.l.super longi ꝙ vera est opin.Cy.tenentis ꝙ possidens sine titulo, ex quo non possedit longissimo tempore, præsumitur in dubio malafide possidere d.l. cum quærebatur. Et sic in effectu Bal.& Ang.non discordant ab opi.Bar.in d.l.fi.& hic.Licèt d.Clau.hic colum.6.circa fi.alleget ipsos tenere contra Bar.Quod apparet non esse vẽrum rectè intuenti. Fit ergo conclusio, ꝙ ex cursu temporis 30. annorum in dubio præsumitur bonafides in possessione sine titulo,& tollitur præsumptio malęfidei, quæ insurgebat ex defectu tituli, etiam si appareat alius antiquior possessor: vt voluit Bar.in d.l.fi.ad fi.C.vnde vi. Et sequitur Alex. cons.16. in causa & lite vertente.colum.6.circa fin.& cons.24 ponderatis his. vlt.colum.5.vol.& cons.61.videretur prima consideratione.circa princ.& cons.110.visis acutissimis.vlt.colum. 1.vol. & cons.76.in causa & lite.vlt.colum. & cons.151.viso themate. colum.2.versic. non omitto 2.volum.& plene do.Franc.Cur.cons.82. Deus pius. colum.2. vbi firmant, ꝙ bonafides in dubio præsumitur ex cursu temporis 30 annorum,etiam nullo apparente titulo,& contra antiquum dominum,& possessorem.Et pro ista cõclusione ipse Curtius vbi supra adducit gl.in l.si quis emptionis.§.1.in verbo,teneat. C.de præscrip.30.ann. Eandem conclusionem firmat Socy. cons. 181.visis capitulis transactionis, quod est repetitum cons.127.col.
11 penul.circa fi. vbi dicit † ꝙ possessio longissimi temporis facit præsumi bonamfidem.Eandem tenet do.Petrus Phil.Corne.sequens Bar.in d.l.fi.C.vnde vi.cons.136.licèt satis.in princ.& col.3.ex possessione 30 annorum,sine titulo,nisi appareat de malafide, vel qñ ex alio causaretur.Ex prẽmissis infertur,ꝙ probata possessione triginta annorum remanebit probata præscriptio absque titulo contra antiquum dominum & possessorem, allegata bonafide, quia præsumitur per spatium tanti temporis, dummodo aliter non constet de malafide per modos de quibus statim dicetur.Et ita concludunt præfati Docto. in consilijs prẽallegatis. Contrariam opinionem, ꝙ etiam post triginta annos non prẽsumatur bonafides in possidente absque titulo respectu antiqui domini & possessoris cõtra Bart.in l.quærebatur.in fine.C.vnde vi.tenet per plura Ioan.de Imol.hic.colum.penul.& vlt.impugnans vtrunque dictum Bar.& firmans, ꝙ nunquam in possessione prẽsumitur bonafides etiam per triginta annos,si ꝓbetur de titulo vero,vel putatiuo. Et quod quilibet potest opponere de malafide per plura fundamenta. Et idem Imo.in repe.c.fi.colum.4.vel 5.de prẽscrip.Eandem opin.tenet Butr.in d.c.fi.colum.5.cum seq. de præscrip. Sequitur Areti.in §.si quis a non domino.Instit.de rerum diuisio.& domi.Hie. Ior. inter consilia Alex.cons.192.in causa & lite vertente 2. vol. vbi respondet ad motiua & rationes Bar.vt refert hic latius do.Clau.col. 7.qui videtur tenere cum Bar. cuius opin. videtur esse communis, vt ex prædictis patet.Et sic ab ea recedendum non est. Secundò limita prædictam conclusionem Bar.quæ habet, ꝙ nõ præsumitur bonafides respectu antiquioris possessoris,nisi probetur cursus triginta annorum.Vt non procedat, quando possessio esset titulata; quia probato titulo præsumitur bonafides,etiam contra antiquiorem possessorem,secundum Butr. in c.cum ecclesia colum.10.de causa poss.ff.& proprie.refert Fel. in d.c.si diligenti. colum.2.circa
12 princ. † Quinta conclusio colligitur ex dictis Bart. hic, ꝙ possessor sine titulo non præsumitur bonæfidei, vbi ius commune resistit, dato ꝙ non appareat alius antiquior.Vel etiam quò ad alium,si apparet de antiquiori, quia possidens contra ius non præsumitur bonæfidei.Ita dixit simpliciter Bar.hic,vt refert Panor.in d.c.si diligenti.colum.2.circa fi.Limita prædictam conclusionem per singulare dictum Innoc.in c.2.colum.3.versic.item no.de restit. in integ.refert,& sequitur,& declarat Panor.in d.c.si diligenti.colum.3.Videlicet nisi sit possessio longi temporis vel probabilibus rationibus acquisita,& dicetur secundum Innoc.longum tempus arbitrio iudicis. Pro qua limitatione Panor. adducit text.in c.cum ecclesia.de causa pos.& prorie.& in c.ad decimas.de rest.spol.in 6.ibi aliquandiu &c.Ex quo dicit Panor.se inferre ad dictum Bar.de quo in præcedenti conclusione. Nam si possidens longo tempore iure resistente præsumitur bonæfidei, fortius debet præsumi bonafides ex diuturnitate temporis contra antiquiorem possessorem. Cũ hoc vltimum consistat in facto,& probabiliter ignorari potest. Præterdens verò consistat in iure. Istud dictum Innoc. refert & sequitur Imo.in d.c.2.colum.vlt.vbi etiam dixit, ꝙ longa patientia possessoris iustificat possessionem noui. Et dicit Butr.in d.c. cum ecclesia. colum.8.de causa possess.& proprie. quòd in possessione cõtra ius exigitur titulus aut longum tempus, vt præsumatur bonafides. Et ibi refert & sequitur illud dictum Innoc.Hæc dicta refert Fely.in d.c.si diligenti.colum.2.de prẽscrip.Sed hoc dictum Innoc.reprobat Imo.in repe.c.fi.colum.5.de prẽscrip.per tex.in l.fin. C. vnde vi. & per alias rationes,de quibus ibi per eum.Et refert Fel. succincte vbi supra.Nilominus istud dictum videtur communiter approbatum Et addo, ꝙ illud dictum sequitur Alex. cons.110. visis acutissimis. vlt.colum.1.vol.& Panor.in c.consultationibus.vltra med.versic. ex prædictis infertur,de iurepatr. Licèt contra videatur facere tex. in c.1.de prẽscrip.in 6.vbi quando ius resistit possidenti, requiritur titulus, uel tempus cuius initij &c.Sed dici potest, ꝙ hoc procedit quò ad præscriptionem complendam. Sed quò ad possessionem iustificandam sufficit longum tempus. Puto tamen istud dictum debere intelligi & limitari, vt non procedat data incapacitate possessoris,vt in layco possidente decimas: quia tunc tempus prẽsumitur malefidei,ut dicunt Bal.& Ang.post Innoc.in l.super longi.colum.3.C.de prẽscrip.longi temporis.Quod declara ut dixi supra in 1.limita.3.conclusio. proximè procedentis. Et vt clara in hoc vtili articulo habeatur doctrina, facio ex prẽmissis regulam cum fallentijs.Regula est, ꝙ quilibet possessor habens titulum verum vel putatiuum causatum etiã iniusto errore præsumitur bonęfidei.Ampliatur ista regula,vt procedat in quolibet possidente etiam sine titulo.Primo fallit hęc regula,nisi alius antiquior possessor appareat; quia respectu illius non prẽsumitur bonafides, nisi constet de titulo.Et sic procedit ista regula quò ad tertium.Limitatur ista fallentia, vt non procedat in possessore 30.annorum sine titulo:quia per tãtum tempus purgatur prẽsumptio malęfidei insurgens ex defectu tituli secũdum Bar.in l.cum quærebatur.circa fi.C.unde vi.Secundò fallit prędicta regula,nisi possessio sit cõtra ius commune: quia tunc non præsumitur bonafides, nisi probetur de titulo, uel quòd possessio fuerit quæsita ex probabilibus rationibus seu causis, uel sit longinqua, vt plenè dixi supra. † Sexta conclusio habetur ex di-
13 ctis Bart. quòd malafides possessoris titulati probatur multis modis. Primò probatur,si fuerit sibi denuntiatum, quòd res erat alterius,per tex.no.in l.si fundum.C.de rei vendi.Limita istam conclusionem ut procedat, quando talis denuntiatio fuit facta ante contractum,vt propriè loquitur tex.in d.l.si fundum.Secus si post contractum; quia tunc simplex denuntiatio non causat malamfidem: vt probat tex.not.cum glo.in l.penul.infra pro empto. Et ita tenet Spec.in tit.de emptio.& vend.§.nunc dicendum.el 2.sequitur Bal. in d.l.si fundum.& firmat Bart.in l.naturaliter.circa fi.2.colum.supra eo.& sequitur Panor.in c.si diligenti.colum.4. circa fi.& ibi est glo.super verbo bonafide,de prẽscrip.& do.Pet.Phil.Corn.consil. 50.in causa vertente inter Thadęum.vlt.colum.2.volu.not.plene Imo.in repe.c.fi.de præscrip.in duobus locis,uidelicet colum.5.circa fi.uersic qualiter autem probari poterit,& seq.& colum.9.in fi. & seq.dicens istam distinctionem procedere de iure ciuili,secundũ quod sufficit bonamfidem adesse in initio l.1.§.hoc tantummodo C.de usucap.transfor. Sed de iure canonico ex quo bonafides requiritur omni tempore,& sic continere usque ad completam prẽscriptionem d.c.fi.cum ibi plene notatis,etiã si denuntiatio fiat post contractum,si tamen taliter fiat, ꝙ deducetur ad notitiam possessoris rem alienam,ex hoc inducitur malafides.Et ita secundũ Imo. videtur limitanda d.l.pen.infra pro empto.ut procedat de iure ciuili.Sed non de iure canonico per prędicta.Et hęc conclusio uera secundum Imol.in d.l.fi.colum.10.in princ.versic.& ut dixi uidetur quando per denuntiationem quis deducitur in notitiam rei alienę, Sed ubi non deduceretur quis certitudinaliter in notitiam rei alienæ,tunc dicit Imo. posse sustineri distinctionem glo. communiter approbatam per Legistas.in d.l. pe. Nam si aliquis denuntiat alteri ante cõtractum,ne talem rem emat a Titio;quia est ipsius denuntiantis,ex quo fit ante contractum, & ab illo qui habet ius denuntiandi,si causa est uera,uidetur imputandum illi,qui spernit denuntiationem,& non inquirit de ueritate. Ideo tunc in dubio inducit malamfidem in eo cui fit. Et iste dicit Imo. uidetur uerus intellectus d.l.si fundum.quem ibi sequi uidentur Cy.& Bar.in l.non solum.§.morte.supra de oper.no.nun.in materia protestationis,in 2. specie,quando fit protestatio, ne aliquid fiat, & sub illo membro quando fit protestatio,ne fiat, quod aliàs erat licitum. Sed ubi fit denuntiatio post contractum iam factũ,& sic re non integra,tunc videtur secundum Imol.quòd non teneatur credereden untianti, ex quo iam processerat ad contractum. Et ideo nisi aliter deducat in ueram notitiam conscientię rei alienę ex sola denuntiatione tali:quia dicat ipsum emptorem emisse rem quę est ipsius denuntiantis,non induceretur malafides.Et ita secundum Imo.potest intelligi & saluari glo.non in d.l.penul.infra pro empto.Ex his infertur, ꝙ in casu d.l.si fundum quando quis denuntiat alteri, ne emat talem fundum ante contractum:quia est ipsius denuntiantis,uel quia habet ius in eo, non tenetur illi facere fidem, etiam si petat, de iure

suo.

Source : BIU Cujas

suo}. Quinimo ipse denuntiatus tenetur credere tali denuntiationi & se informare & inquirere veritatem. Aliàs sibi imputatur. Ita vo lunt glo. & Bal. in d.l. si fundum. qui dicit hoc esse notandum ad limitationem l. si quis inficiatus, supra depo. quia ille text. procedit, quando quis denuntiat nomine alieno & ex persona alterius. Tūc enim debet fidem facere de mandato, cle. causam. cum ibi not. de elect. aliàs non tenetur quis sibi credere. Secus quando denuntiat ex persona sua & nomine proprio: vt in casu d.l. si fundum. Et hūc intellectum ad d.l. si quis inficiatus. posuit Bar. in d. l. non solùm. §. morte. in materia protestationis inhibitorię, col. 8 in versic. quæro, an talis protestatio, vbi latè tractat, & in duabus col. seq. an & quando protestans, vel denuntians teneatur aduersarium reddere certum, & ibi in specie col. 10. circa med. & versic. ex prædictis. videtur ita intelligere text. in d.l. si fundum. & tex. cum glo. in d.l. pen. infra pro empto. Hanc materiam an & quando denuntiatio extraiudicialis causet malamfidē, plene tradunt glo. & Cano. præcipue Pan. & Fel. in d.c. nihil. col. vlt. de præscriptio. Vbi Fel. facit regulam, ꝙ denuntiatio extraiudicialis regulariter non causet malamfidem cum sex fallentijs. Sed ibi non refert doctrinam Imol. supra recitatam, quæ videtur perfecta & vera. Et ibi tangit Fel. an debeat ostendi cā denuntiationis in d.l. si fundum. & sequitur opin. glo. & Bal. ibi quā supra retuli: licèt alleget Bar. velle contrarium. in d. §. morte. Tamē, vt ipse dicit, non loquitur in casu nostro. Quinimo Bar. idem sentit

14 expresse, quod glo. & Bald. in præalleg. 10. colum. † Cautela ergo erit pro eo qui vult vendere, & non reperit emptorem propter denuntiationem alterius, qui vociferat se habere ius in re, vel illam ad se spectare, ꝙ agat contra ipsum, vt edoceat de iure suo, & petat sibi præfigi terminum ad agendum secundum formam l. diffamari. C. de inge. & manu. Et ita in proptio casu d.l. si fundum. concludit Alexan. in l. de pupillo. §. si is cui. circa med. commen. versic. quęrit vltimò Bart. supra de ope. noui nunt. vbi format q. an in casu d.l. si fundum. ille cui est facta protestatio, seu denuntiatio emat fundū: quia fundus est ipsius protestantis, possit petere coram iudice remissionem dictæ protestationis, seu declarari sibi non competere ius denuntiandi & protestandi: & plenè prosequitur istam q. referens varias opin. Dic vt ibi per eum, & per Iaſ. ad fi. commen.

Quidam tabellio.post med.versicu.præterea ad hoc facit. & in consi.420.verba principis.col.2.circa princ.versi. item super istis factis antiquis.libro 1.Bertachi.in verbo, instrumentum probat. ver.94.vbi,quòd secundum veram lecturam.d.l. census.intelligitur in instrumentis antiquis,quod satis ex verbis suadetur, dum dicit,census & monimenta publica: & sic loqui videtur de scripturis publicis,idem & clare voluit Ioan.de Ana.in consil.85.in prin.vel si intelligamus illam legem etiam in scriptura non facta manu notarij,debet intelligi de scriptura archiui publici,secundum Specul.in d.titu.de instru.editio. §.nunc dicendum.colu.2.ver.6.dicitur publicum.Non ob.etiam text.in d.c.ad audientiam.allegatus per Roma.quia loquitur in scriptura archiui publici,de qua in præcedentibus dictum est,ꝙ fidem facit: & præterea etiam scriptura archiui publici solum videtur probare cõtra subditos,vt late supra vidimus.Ex quibus videtur concludendum,tales libros monasterij contra tertios non subditos fidem non facere,etiam ꝙ in archiuo publico inueniantur, secundùm ea,quæ de archiuo publico in precedentibus dicta sunt.Boerius tamen in d.quæst.105.colum.2.in fi.dicit,ꝙ libri reperti in archiuis ecclesiæ de consuetudine Franciæ fidem faciunt, licèt archiuis non præsit aliquis officiarius,vel notarius publicus,dummodo fiat extractus parte vocata. 4 Limitatur † nunc præmissa conclusio aliquibus modis.Et primò,vt non procedat,quando ageretur de modico præiudicio;quia tunc talibus libris monasterij datur plena fides.Anch.in d.consi.44.Primò de viribus. col.3. ver.4.quia istæ solutiones.& ibi Ancha. appellat summas minimas,de 30.vel centum solidorum annuatim, sed hoc totum relinquitur arbitrio iudicis,an quid dicatur magnum vel paruum secũdum qualitatem personarum.l.sed & si tucceperit.§.1.cum ibi not.ff.de iudi.Ang.in l.vxorem.ff.de man. testa. quem sequitur Iason in authen.ex causa.colum.6.versi.Adde ꝙ hoc firmat Ange.C.de libe.præterit.tradit Gemi.in consi.85.circa fin.Guid. Papę.q.564.in fin.& tradunt Doc.in locis supra alleg.circa librũ 5 rationum administratoris,ꝙ ei creditur † in summis paruis, & verisimilibus cum iuramento,quod etiam iuramentum hic putarem necessarium,cum illud religiosis nõ remittatur. d.c. tuis. & cap.nuper.extra de testibus, & sic iurabunt æconomi monasterij,aut alij,qui scripserunt,si agant inter viuos, aliàs supplebit mors iuramenti efficaciam,vt in præcedentibus dictum est: & ista limitatio optime videtur facere pro monasterio fratrum pdicatorum Grationipolis in causa, quam habent contra magistrum Antonium Bessonis,in qua solum agitur de scutis quinquaginta coram curia parlamenti Grationopolis.

6 Secundò † limitatur contra ipsum monasterium,contra qđ liber eius fidem facit.Anch.in d.consi.44. Ioan. de Ana.in dicto consi.84.Abb.in d.consi.67.colu.2.post med.lib.2. Alexan.in dicto consi.187.lib.7.Felin.in d.c.ad audientiam.col.5.in fi.

Tertiò limitatur.nisi cõsuetudo aliud habeat.ꝙ talibus libris monasteriorum fides habeatur. Anch. Alex. & Fel.in d.locis,& pro hoc text.in d.c.cum dilectus,de fide instrum.

7 Quartò † limitatur, quando lapsum esset tempus sufficiens ad inducendum præscriptionem contra soluentem; quia tunc talis liber ecclesiæ,in quo describuntur solutiones annui census, plene probant contra soluentem propter lapsum tanti temporis.Contra tertium autem inducit præsumptionem, quæ sufficiat ad iuramẽtum suppletiuum,ita Rom.in d.consi.127.quem ita intelligit & citat Felin.in d.c.ad audientiam.colu.5.in fi.versi. decima & vltima conclusio.de præscriptio. sequitur Boerius in 8 d.quæst.105.col.3.Sed † dubito de hac limitatione;quia,vt dixi, Rom.in d.consil.127.mouetur per duo iura, quæ non probant eius dictum.Rursus vt ex lapsu temporis probationes leuiores sufficiant,requiritur tempus centum annorum, vt in principio huius tractatus dictum est.Amplius etiam, ꝙ simus in antiquis & in tempore centum annorum,tamen vbi agitur de graui præiudicio,liber ecclesiæ non probat nisi semiplene, vt habetur in d.c.cum causam,vbi Dec.colu.2.ver.2. limitatur, de probat.nisi dicas, ꝙ illud sit contra tertium non descriptum in libro ecclesiæ,& qui soluisse non dicitur,sed tamen etiam contra soluentẽ nõ videretur sufficere tempus 30.aut 40.annorum; quia Doct. dicunt,ꝙ libris censualibus ecclesiæ non datur plena fides ad pbationem cẽsus,aut emphyteusis ergo clare præsupponũt istud procedere,licèt agatur de solutionibus temporis longissimi, ꝙ sufficiat ad præscriptionem;quia aliàs præsuppositio maiori tẽpore,frustra tractatur,an tales libri fidem faciant; non enim põt tractari de fide libri ob tales solutiones,nisi ad effectum proban 9 di dominij & iuris ipsius cẽsus,aut emphyteusis. † Posito enim ꝙ probaretur de solutionibus census per instrumenta publica, ex talibus tamen solutionibus non probatur ius census, nisi finitum sit tempus ad præscriptionem sufficiens. Nisi dicas quæri posse de solutionibus minoris temporis ratione possessorij.Sed (vt dixi) Doct.scribentes in hac materia loquuntur etiam,quando agitur petitorio,& maxime ponderanda sunt verba Alex.in d.consi.187.lib.7.vbi in finalibus verbis consuluit parti, ꝙ se informet,an factæ fuerint ex veritate solutiones 40. annorum ecclesiæ;quia tunc non esset tuta pars nec in foro contentioso,nec in foro conscientiæ,resistendo contra ecclesiam, & tamen in pcedentibus dixerat non probari solutiones per librum ecclesiæ, & sic vult Alexand.ꝙ aliter appareat de solutionibus 40.annorum,quàm per librum ecclesiæ.Fortius vult ibi Alexã. ꝙ etiam non inducatur semiplena probatio ex talibus libris, quod etiam probari videtur ex supra dictis,dum dictum est, libros ecclesiæ semiplene tantum probare in antiquis, quotiens agitur de graui præiudicio,ergo secus videtur dicendum in non antiquis. Ex quibus patet periculosam esse hanc quartam limitationem.

10 Rursus † aduertendum hic est,quatenus Roma. & Feli. constituunt differentiam inter soluentem,& tertium;quia liber ecclesiæ magis probat contra soluentem,quàm contra tertium,nam istud procederet,quando veritas solutionum non vocaretur in dubium,& illæ non negarentur: sed vbi descriptus in libro pro soluente,negat se soluisse,certe non videtur differentia inter talem negantem,& tertium,cum sic negans satis videatur tertius.

11 Quintam † limitationem posui in d.meo consil. 158. quando in tali libro essent multæ partitæ,& aliquę comprobantur verę: nam præsumitur,ꝙ etiam in alijs partitis contineat liber ueritatem,quæ limitatio videtur generalis ad omnes libros etiam aliarum personarum:ita Paul.de Cast.in d.consi. 301. Ad bene examinandum.colu.1.in fi.lib.1.confirmauit, quem refert & sequitur Ias.in repe.d.l.admonendi.colu.48.in quinta limitatione.Cõfirmaui hoc dictum Paul.ex dicto Soc.in consi.82.col.2.in prin. lib.3.vbi,ꝙ confessio mariti de dote recepta cõstante matrimonio,si in parte probetur vera, in totum præsumitur vera, iuxta not.per glo.& Docto. in l.2. C. de non nume.pecu.arguendo ab oppositis.Confirmatur etiam hoc dictum Pau. ex dicto Anchara.in consi.436.In his dubiis,colu.2.post med.versi.præterea prę sumendum,vbi arguit summam cẽtum librarum fideliter fuisse errogatam, prout debebat, quando constat reliqua, quæ erogatum oportebat, fideliter fuisse erogata & ꝙ hoc facit reg. semel malus. arguendo ab oppositis & si semel malus, semper præsumitur malus in eodẽ genere mali, à fortiori semel bonus semper præsumi debet bonus argu.l.meritò.ff. pro socio.Con- 12 tra † istam limitationem in partitis aut capitulis separatis eiusdem libri tenet Ripa in d.l.admonendi.col.25.nu.125. & ibidẽ socer meus Purpura.colu.33.post medium. dicens ꝙ Ias. nimiũ effrenate locutus est.Deci.etiam in d.c.2.colum.5. circa med. de fide instru.dicit hoc dictum Paul.non esse sine dubio in capitulis separatis.Est verum,ꝙ Moder.ibi mentionem non faciũt de dictis Anch.& Socin.supra commemoratis. Quid tenendum? Puto,ꝙ ista limitatio ita simpliciter intellecta non sit vera, & qdem in casu,in quo consului plura concurrebant, & concurrũt, ex quibus sine dubio putem libros dicti monasterii fratrum prę dicatorum fidem plenissimam facere, quicquid aliter iudex a quo pronuntiauerit. Procedere igitur potest & debet hæc conclusio aut limitatio alijs,puta ex uehementi verisimilitudine,de qua in d.consi.158.Nam fratres prædicatores agentes produxerunt vnum instrumẽtum,licèt minus solenne, continens negotium,de quo agitur,repertum inter papyros & scripturas notarij defuncti, quod instrumentum quantumlibet defectuosum semiplene probat notario mortuo.Barto.& Docto.in d.l.admonendi.col.8.& late supra diximus in octauo requisito septimæ limitationis.nu.123.Alia verisimilitudo: quia in libris dicti monasterij sunt descriptæ solutiones à diuersis religiosis integræ vitæ & opinionis,modo defunctis,vt verisimile non sit,tot religiosos vitæ inculpatæ mori voluisse in peccato falsitatis ex qua 13 † morte fides maior scripturę datur,ut supra dictum est in dicto octauo requisito septimæ limitationis num. 122. & in terminis libri monasterij,ꝙ maiorem fidem faciat propter mortem religiosorũ,qui scripserunt,tradit Soc.in consi.295.col.2. post med. 14 ver.3.principaliter.lib.2. Alia † verisimilitudo & ipsa efficacissima:nam dictus Bessoni aut eius vxor tenetur dicto monasterio ob causam alterius pensionis octoginta aureorum, đ qua nulla fit controuersia, & in solutionibus confunduntur quandoque solutiones vtriusque pensionis,puta soluit talis tantum ex cã talis,& talis pensionis,nec specificatur tñ pro vna, & tñ pro altera,cũ ad integrũ pensio vtraq; non soluat, ob id illæ scripturæ solutionũ vident connexæ,in connexis aũt nemo cõtraxit dict. Pau.de Cast. Alia verisimilitudo violenta;quia in redditione cõputorum facta per œconomos de administratis per eos,& contentis in ipsis libris,fuerunt ipsi libri subscripti per reuerendum patrem prouincialem,& duodecim religiosos ipsius monaste- 15 rij, in qua re † considero duo, primum qualitatem personarum vnius prouincialis,pro quo maxime prętumi dẽt,sicut dr de prę fecto prætorio,ꝙ pro eo adeo præsumit lex, ut noluerit ab eius fnia appellari posse,l.vnic.ff.offi.præfecti prætorio. Similiter qñ ordinans ad sacerdotiũ erat vir nobilis, prętumit, ꝙ viderit literas diaconatus.Inn.in c.1.de cleric.peregri.Abb.in c.nisi essent. de pręb.Card.in c.Albe,de testib.Socin.in cons.270.col.3.li.2.& qđ scribit Cald.in cons.10.in ti.de rerũ ꝓmutatio.vbi, ꝙ præsumitur titulus ex laudo arbitrorum, qui erant viri magnæ scientiæ;quia

tiæ;quia non est uerisimile,quòd pronunciauerit in fauorem in
16 trusi,aut non habentis titulum in beneficio. Similiter † propter qualitatem aut honestatem personæ admittitur probatio contra præsumptionem iuris & de iure. Anto. de Butr. in c. vidua. in fi. de regula. sequitur Dec. in c. postremò. de appellat. & in consi. 575. colu. 2. in prin. Similiter si succumbens in causa sit vir magnæ & approbatæ fidei,excusatur à condemnatione expensarū: quia non est verisimile,quòd calumniose litigauerit. Hostien. in cap. finem litibus. colum. pen. de dolo & contu. Alexan. in l. properandum. §. finautem alterutra,colum. 4. & ibi Ias. colum. 5. C. de iudi. & idem Ias. in auth. iubemus. colum. 3. versi. 5. facit. C. eo. tit. & in consi. 170. colum. 6. libro 2. vbi etiam multa similia
17 adducit. Secundum, † quod hic considero,est numerus subscribentium,ex quo numero fortiter iuuatur probatio. glo. in l. 3. & quod ibi Iacob. Butrig. ff. de testibus. Alexand. & Moder. in l. prætor. §. cogentur. ff. de edendo idem Alexand. in consi. 5. colum. 3. versi. 2. respondeo. lib. 1. vbi licèt duo testes domestici non sufficiant,tres tamen testes sufficiunt; nã illi de vniuersitate possunt testificari pro vniuersitate, quando commodum causæ ad eos particulariter non spectat,vt habetur in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. & in c. insuper, de testibus, & in religiosis pro monasterio q̃ admittantur,tradit Paul. de Cast. in cõsi. 227. Dubium facit. colu. 2. post med. versic Item etiã Abb. lib. 1. Corne. in consi. 309. colu. 3. lib. 4. & licèt non dicãtur omni exceptione maiores,tamen numerus supplet defectum;quia quotiens testes omnino non repelluntur;numerus defectum supplet, secus quando repelluntur ex toto. Alexand. in consil. 57. colum. pen. in consi. 187. colum. fi. & in consi. 81. colum. penulti. libro 7. Imo
18 † Corn. in consilio 47. colu. fin. lib. 3. voluit,quòd duo testes de vniuersitate sufficiant,quando plures haberi non possunt, & si plures habeantur, quòd tunc numerus supplet defectum,& licèt sit dubium,an duo sufficiant,quod Dec. in d. capitu. insuper, columna secũda,post medium,voluit relinqui arbitrio iudicis; tamen vbi sunt plures,quàm duo,Docto. conueniunt numerũ supplere,quod etiam voluit idem Cor. in consi. 333. colum. 7. in fi. ver. item sunt multi,lib. 1. Idem est de mente Alexan. in consi. 68. col. 5. ver. præterea,non videtur verum. lib. 2. sed clare hoc voluit Alex. in consi. 99. colu. 4. versi. non obstat,etiam si diceretur, lib. 5. sequitur Deci. in c. tertio loco,colum. 5. ver. item quòd nõ
19 sint integri. de probatio. Secus quando † commodum pertineret ad illos de vniuersitate in particulari,& ad singulos,prout in pascuis & in nemoribus; quia tunc numerus non suppleret defectum,ex quo sunt omnino inhabiles,& omnino repelluntur. Alexand. in d. consi. 57. colum. penul. lib. 7. & clarius Corne. in d. consi. 333. colum. 7. in fi. Esset enim absurdum, quòd plures testes omnino inhabiles possent se idoneos facere, & quòd vn⁹ adderet fidem alteri,quam ipse non habet,vt dixi in consi. 6. col. penul. post medium. & in consi. 99. col. fin. circa medium. Pro hoc quod scribit Alexand. in cons. 143. colu. 2. versic. & per hoc patet,quòd non est tractandum. lib. 2. vbi quãdo sunt duo testes contrarij,eorum dictum non potest suppleri ex probatione famq. Ratio: quia vterque ipsorum omnino repellitur, ideo suppletio fieri non potest per famam,quæ non est sufficiens probatio. hoc tamen dictum Alexan. intelligerem,nisi alter testis esset ita dignior altero,quod iudicialiter videretur: quia isto casu posset iudex deferre iuramentum suppletiuum ex dicto dignioris. Alex. in consi. 18. in fi. lib. 1. allegat Ioan. And. & Doct. in c. in no
29 stra. de testibus. & hac ratione † Corn. in consi. 217. colu. 2. lib. 4. voluit,quòd religiosi non possunt esse testes pro monasterio, quando deponunt ad eius commodum, & singuli viuunt ex reditibus ipsius monasterii;quia commodum dicitur pertinere ad singulos. Quod dictum confirmari potest ex dicto Bald. in consi. 443. Quæro. lib. 5. vbi, quòd illi de vniuersitate non sunt idonei testes in probanda solutione facta creditori vniuersitatis, quando ea non probata solutio,seu soluendi onus pertineret ad singulos de vniuersitate ex necessitate,per impositionem collectæ. & tradit idem Bald. in d. cap. insuper. de testi. & in c. tertio loco. de testib. Ias. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. quam Legit simul cum l. 2. §. patronum. ff. de in ius vocando. sed tamen contra Cor. facit,quod Bald. scribit in c. tertio loco. de probat. & ibi Deci. colum. 4. in fin. & idem Dec. in consi. 62. colum. 1. & in consil. 342. colum. 3. vbi,quòd fratres prædicatores possunt esse testes pro relicto facto eorum ecclesiæ,& tamen cõstat, quòd fratres prædicatores viuunt non solum ex eorum reditibus,si quos habẽt ex dispẽsatione Papæ,sed etiam de eleemosyna, cum sint
21 mendicantes. & mouetur Bald. quia fratres † prædicatores non possunt habere proprium vt singuli,& sic non possunt prætendere interesse probabile. Nec obst. ratio Corn. q̃ viuunt de reditibus monasterii;quia attẽta hac ratione,nulli religiosi possent esse testes pro monasterio,cum uiuant ex eius reditibus, & ista ratio Corn. posset considerari,quando ageretur de totali redditu aut maiori eius parte,secus quãdo de aliqua re particulari,sine qua non propterea victus eorum deficeret.
22 Nec obstat † dictum Bal. in d. consi. 443. lib. 5. quod testes de vniuersitate non sunt idonei, quando aliàs esset imponenda collecta; quia illud procedit, quando esset certum, quòd collecta imponeretur,ita quòd de necessitate testes ad eam teneantur. ita Bal. seipsum declarat. Secus quando esset incertum, an collecta esset imponenda vel non; quia tunc admittuntur testes de vniuersitate,vt etiam declarat Alex. in d. consi. 99. colum. 4. versic. 2. respondeo. libro 5. allegat Iaco. Butrig. in d. l. in tantum. ff. de rerum diuisio. & hoc modo retorquetur dictum Bald. contra Corn. quia quando religiosi deponunt pro monasterio super aliquo legato, non est certum, quòd si monasterium in causa succumbat, quòd ipsi religiosi damnum sustineant, ita quòd vitam non agere possint. immo contrarium verisimiliter præsumendum est, quòd æque victuri sint citra illud relictum, cum dicatur de religiosis, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Ideo idem Corn. in consi. 261. colum. 4. lib. 1. melius videtur locutus,vbi solum dicit, quòd tales religiosi non sunt omnino integri aut idonei,saltem quando essent solum duo. Ex quibus infertur, quòd si in dicta causa, in qua consului, monasterium habet aliquos religiosos antiquos superstites, qui de memoratis solutionibus scientiam habeant, illi erunt testes idonei, saltem concurrentibus alijs adminiculis, de quibus in dicto
32 consi. meo 158. Et vltra † præmissa considero, quòd ex eo solum, quòd in libro monasterij reperiuntur scripturæ diuersorum religiosorum, videtur liber plene probare, sicut dicitur de scriptura priuata scripta per duos mercatores, pro tertio, & contra quos plene probat. Bal. in d. c. quoniam contra. colu. 8. de probationibus. & infra dicam. Ergo idem in scriptura pluriũ religiosorum, qui etiam in causa monasterii dicuntur scribere
24 pro tertio & contra tertium. Alia verisimilitudo † dari potest, qua dictum Paul. de Cast. in d. consi. 301. procedat, quando talis liber veritatem contineret non in aliquibus partitis tantum, sed in plurimis & pro maiori parte,arg. l. creditor. §. Lucius. ff. mãd. & l. omnes. §. Lucius. ff. de his,quæ in fraud. cred. arguendo à cõtrarijs concurrente legalitate scribentis, & quòd liber cõtineat verisimilia, ita quòd non contineat aliquam summam nimis magnam,quę non sit verisimilis,quod totum iudicãtis arbitrio relinquendum sit.

25 Iudices tamen † plerique tali arbitrio abutuntur, ob id relinqui debet arbitrio iudicis minus, quã sit possibile. & dicit Arist. relatus per Bald. in consi. 427. Quædam mulier. ante fin. lib. 5. oportet recte positas leges omnia determinare, ipsas & quàm pauciſſima committere iudicãtibus. Ideo in istis arbitrariis multum grauantur conscientiæ iudicum: dicit Bal. & qualiter versari debeat iudex in arbitrariis,aliqua dixi in consi. 190. colum. 2. in fin. & seq.

ARGVMENTVM.

Libris rectorum ecclesiasticorum an credatur,quãtum ad probationem mortis sepultorum. Tum, quòd tractatus de quauis re non probat rei euentum. Libri item mercatorum an pro se,atque contra se admittantur. Et quando, quibusue cõcurrentibus. Præterea, an patris libro,& matris testimonio stetur super filiorum ætate,& quid de libris statutorum uniuersitatis. Postremò, cuius generis epistola obligationem inducat.

SVMMARIVM.

1 *Mors sepultorum an probetur ex libris rectorum ecclesiasticorum. Et quid de excommunicatione.*
2 *Mercatorum libro an credatur nulla intercedente consuetudine.*
3 *Mercatoris libro an credatur pro se in magnis summis, disting. nu. 4.*
5 *Dolus præsumitur contra eum, qui non vtitur remedijs oportunis ad actum.*
6 *Statutum aut consuetudo, q̃ credatur omni scripturæ mercatoris, aut personæ alterius priuatæ, non valet. Fallit nu. 7.*
8 *Consuetudo aut statutum, q̃ credatur libro mercatoris, intelligitur de his, quæ pertinent ad causam mercantiæ.*
9 *Mercatoris libro super quantitate mercium traditarum cuiquam an standum, saltem adhibito iuramento.*
10 *Creditoris iuramento stari debet, concurrentibus alijs coniecturis, vbi alicun de constat de veritate debiti, licèt non probetur certa quantitas.*
11 *Creditor licèt probet mutuum, nisi probet quantitatem, dicitur incertum.*
12 *Credi. probans debitorem à se centum mutuo petijsse, non eo probat quantitatem crediti.*
13 *Testes deponentes de tractatu non probant.*
14 *Crediti incertitudo non vitiat, ex quo potest certificari per iuramentum creditoris.*
15 *Probatio per iuramẽtum in litem admittitur ob solam probationem delicti, licèt non probetur substantia debiti.*
16 *Dolus arguitur ex mendacio & ad torturam indicium facit. numero decimooctauo.*
17 *Iuramentum suppletiuum defertur etiam in causa magna contra eum, qui in aliquo conuictus est de mendacio.*

Source : BIU Cujas

19 *Mercatoris liber licèt per se solus non probet, facit tamen præsumptionem aliquam supplendam ex alijs adminiculis.*
20 *Præsumptionem pro libro mercatoris quæ adminiculo adferant.*
21 *Scriptura facta aliena manu pro se magis probat, quàm si propria. Contra verò seipsum magis probat propria. nu. 22.*
23 *Obligatio causam continere debet.*
24 *Scriptura vbi continet plura capitula diuersa & separata potest acceptari in parte, & in parte non.*
25 *Libro mercatoris addita adminicula ad fidem faciendam, simul iuncta, an quid operentur.*
26 *Liber rationum mercatoris, an & quando probet contra scribentem in fauorem absentis.*
27 *Mercatoris scriptura non habens formam libri an plenam fidem faciat contra scribentem in fauorem absentis.*
28 *Mercator dicens, se non illud scripsisse, quod contra se scriptum est in libro rationum, scriptumque contra suam voluntatem, an audiatur.*
29 *Mercatoris scriptura in magnis probat semiplene, pro tertio, & contra eum.*
30 *Mercatorum duorum scripturæ super eodem facto an plene probent.*
31 *Mercatoris scriptura quando probet pro tertio & contra tertium. Et id quomodo accipiendum. nu. 32.*
33 *Mercatoris iuramentum generale super sua scriptura debet ab initio interuenire non subsequi scripturam, cui iuste fidem haberi.*
34 *Aetas an probetur ex libro patris, in quo describitur natiuitas filiorum. Et quid, si sit mortuus pater. nu. 36.*
35 *Matris testimonium an admittatur ad probandam ætatem filij.*
37 *Liber statutorum vnius vniuersitatis minus solennis an probet. Et quid de scriptura epistolæ nu. 38.*
39 *Obligatio licèt non contrahatur per epistolam, contracta tamen probatur.*
40 *Confessio, quæ fit per epistolam principaliter propter se, non habetur pro confessione facta absente parte, sed habetur perinde, ac si facta esset parte absente.*
41 *Epistola probat contra scribentem, non solum pro eo, ad quem directa est, sed etiam pro tertio.*
42 *Epistola commendatitia non obligat scribentem.*
43 *Epistola exhortatiua inducit consensum scribentis sibi præiudicialem. & in quo id maxime procedat. nu. 44.*
45 *Obligatio ad protestationem indemnitatis, an inducatur ex his verbis, ne dubites hoc facere; quia nolo, & inde aliquid damni sustineas.*
46 *Obligatio an arguatur ex his verbis, sum paratus recuperare talem rem.*
47 *Legatum vel fideicommiss. an indicatur ex verbis testatoris commendatitijs remiss.*

1 Vidimus & abunde † & utiliter de libro monasterij. Sed qd in libris rectorum ecclesiarum, in quibus describitur mors sepultorum in eorum ecclesijs, an ex eis probetur mors? Breuiter si cõsuetudo sit, quòd detur fides, standum erit consuetudini, eam autem cessante, aut agitur de magno præiudicio, & non puto probari mortem, secus si de modico præiudicio agatur, per ea quæ habentur in l. si quidem. C. soluto matrimo. cum etiam vnus testis deponens de visu mortis nõ probet partem, licèt tollat præsumptionem, & psumitur quis viuere annis centum. Ias. in l. fi. circa fi. C. de sacrosan. eccle. facit tamen præsumptionem aliquam talis liber. Imol. in cõsi. 100. in fi. similiter talis liber rectoris, in quo describi consueuerunt nomina excommunicatorum, probat excommunicationem eius, qui inuenitur in tali libro, aut matricula rectoris excommunicatus non abrasus. ca. 1. 2. q. 1. Fede. de
2 Sen. in consi. 119. Nulli dubium. circa fin. Quid in libris † mercatorum cessante cõsuetudine? Dic, & libro mercatoris pro se, creditur in postis minutis, quando est fide dignus. Bal. in d. l. vni. colum. 3. in fin. C. de confes. Curtius iunior in consi. 122. colu. 3. in fi. Ias. in repe. d. l. admonendi. colu. 48. ver. 4. principaliter vbi refert illud dictum Bald. in d. l. vnic. pro singu. & hoc intellige concurrentibus illis requisitis, de quibus supra in libro rationum ad ministratoris, maxime, cum mercator non sit persona ita approbata partibus, sicut persona administratoris. Sed quid † in
3 summis magnis, an liber mercatoris fidē pro se faciat de iure? Doct. concludunt, quòd non: ita Bart. in d. l. admonendi. colum. 7. vbi, & solum facit aliquam præsumptionem, quando scribens esset bonus homo. idem vult Bal. in d. l. rationes. C. de proba. vbi Barto. taxat, quòd retulerit verba Nic. de Mata. suppresso authoris nomine Barto. etiam in d. l. admonendi. sequitur Ioan. de Ana. in cons. 53. & sequuntur Docto. communiter in d. l. admonendi. Sed aduerte; quia Bal. in d. l. vnic. colu. 3. in fi. C. de confes. videtur velle, quòd tali libro mercatoris credatur etiam in summa
4 magna, arguendo à contrario sensu, dum dicit, † quòd non creditur in summa magna, quãdo esset magnum præiudicium aduersarij & suspectum, & sic cessante suspicione; quia res verisimilis sit, videtur velle, quòd fidem faciat. Idem videtur sentire Ioan. de Ana. in d. consi. 53. sed durum videtur credi scripturæ priuatæ mercatoris in eius fauorem, cuius viuæ voci etiam cum iuramento non crederetur, vt Docto. considerant in hac materia. Rursus aut consuetudo est, quòd mercatores de rebus magnis confici faciant instrumenta, nec credatur eorum libris, & imputandum videtur ei, qui instrumentum cõfici non curauit. Aut consuetudo est, quòd non conficiantur instrumenta, sed stetur libris, & consuetudini standum erit. Si autem nõ constet aliqua consuetudo legitima, nec pro, nec contra, imputandum est ei qui ius ignorauerit. l. leges. C. de legib. vel si non ignorauit, multo magis imputandum est, cur non illud obseruatum curauerit. † Immo dolus præsumitur contra eum, qui non vtitur re
5 medijs opportunis ad actum. Bal. in consi. 395. Pro domino Dinal. col. 2. li. 2. per text. in l. idemque. §. si ignorantes. ff. mand. & in l. fi. §. illud. in vers. sum. ope. C. de temp. ap. Præterea etiam scripturis notariorum & offic. de publico constitutorum in eorum fauorem non creditur, vt in præcedētibus dictum est, ergo minus
6 credi debet scripturis mercatorum. immo non † valeret statutū, aut consuetudo indifferens, & credatur omni scripturæ mercatoris, aut alterius priuatæ personæ, vt in præcedentibus vidimus nu. 115. quia præstaret occasionem delinquendi & fabricandi falsum: licèt Cor. in consi. 319. col. 10. lib. 3. voluerit librum mercatoris fidem facere eo casu, quo liber sociorum probat ex identitate rationis: sed certe longe diuersa est ratio in socijs, quorum personæ sunt vicem approbatæ, per ea quæ supra diximus de li-
7 bro sociorum. Limitatur † præmissa conclusio non procedere, quando statutum, vel consuetudo esset in contrarium, & credatur libro mercatoris. d. c. cum dilectus. de fide instru. late moder. in d. l. admonendi. & in d. cap. 2. de fide instru. dummodo tale statutum, aut talis consuetudo non sit indifferens, & nutritiua peccati, quod indifferenter ac indistincte credatur omni scripturæ mercatoris, vt supra abūde vidimus in secunda limitatione principali, circa regulam, & scriptura priuata non probat versi. aduer
8 tendum tamen. nu. 115. Rursus † talis consuetudo, aut tale statutum, & credatur libro mercatoris restringitur in his, quæ pertinent ad causam mercantiæ tantum. Rom. in consi. 204. & in cõ si. seq. 205. Aret. in consi. 33. in consi. 44. & in consi. 45. circa fi. Ias. in repet. d. l. admonendi. colu. 48. in d. l. age. C. de transac. & in cõ si. 103. col. 2. lib. 1. & dixi supra circa scripturam officialis publici,
9 in 5. requisito. nu. 236. Secundo limitatur † præmissa conclusio, quãdo vere appareret mercatorem tradidisse merces alicui, sed solum dubitaretur de quantitate eorum: nam quantitas licèt magna, videtur probari libro rationum, puta mercator tradidit merces mulioni, aliquo uehendas, quas mulio culpa sua amisit, modo quæritur de taxatione interesse mercatoris, aut de ualore mercium, mulio non negat merces sibi fuisse commissas, sed quæstio tantum est de quantitate earum, certe super quantitate standum videtur libro mercatoris, saltem cum iuramento eius. Ita Corn. in consi. 318. in fi. lib. 4. vbi tamen, & iudex poterit arbitrari, prout sibi æquum videbitur. & nihil allegat Corne. sed
10 † pro hoc dicto Corne. adduco Barto. in d. l. admonendi. colu. 8. versi. quæro, quid si testis deficiat in dicto vbi quando ex testibus vel actis constat de ueritate debiti, licèt non probetur certa quantitas: tamen super quantitate debet stari iuramēto creditoris, concurrentibus aliquibus alijs cõiecturis, puta, quia per alios testes probatur, & debitor petierat a me x. mutuo, fortius uoluit Rayne. de Forli. in l. 1. ff. de in lit. iur. Idem etiam licet non probētur aliæ coniecturæ, sed satis sit probari; quia super quantitate statur iuramento creditoris, sequitur & commendat Veronen. caut. 210. Dec. in l. certi condictio. §. quoniam. colu. 3. circa med. ff. si cer. peta. in l. in actionibus. col. 4. ad fi. ff. de in lit. iur. in l. fi. col. fi. C. de eden. in cap. 1. col. 20. de proba. & in consi. 146. col. 6. Sed
11 istam † decis. Rayn. duriorem putat socer meus Purpu. in d. l. admonendi. col. 44. num. 265. vbi, & paria sunt non probare, vel obscure probare. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. sed quamuis creditor probet mutuum, nisi probet quantitatem, illud dicitur incertum. l. certum. ff. si certum peta. Ideo offerendo minimum, videtur debitor liberari, argu. l. legato generaliter. ff. de lega. 1. cum ibi not. & & videtur absonum stari iuramento actoris, qui nihil iurauit respectu quantitatis; quia posset in immensum iurare, quod non conceditur, nisi in iuramento in litem. Sed aduerten
12 dum † hic circa impugnationem dicti Ray. quia attenta ratione incertitudinis etiam dictum Bar. non videretur procedere. Licèt enim probet creditor, & debitor petijt ab eo cētum mutuo, non sequitur, ergo centum mutuauit, cum multo minus soleāt creditores mutuo credere & gratuito concedere, quàm ab eis desideretur, quod ipsum videmus ipsa rerum experientia: & sic etiam in d. Bart. versatur incertitudo circa quantitatem, nisi probetur de conclusione actus, & tantum fuerit mutuatum, quan-
13 tum postulabatur. Multa enim † tractantur etiam ab utraque parte, quæ tamen non perficiuntur, ob id testes deponentes de tractatu non probant. glo. in l. eleganter. in prin. in versi. puto. ff. de condi. indebi. quam pro not. ad hoc refert Bald. in cap. fin. colum. fi. de iura. calum. & in l. multum interest. columna secunda. C. si quis alteri vel sibi. Dec. in cap. fin. ad fi. de probat. in cons. 11. columna prima. Ias. in d. l. eleganter. columna prima. in 2. nota. & columna fi. super glo. in vers. puto. in consi. 8. colum. 6. in consil. 22. colum. fi. & in consi. 24. colum. 7. post med. lib. 3. & alibi sæpe Doct.

Source : BIU Cujas

pe Doct.si tractatus vtriusque partis non attẽditur, nec ille rem certam reddit,quanto minus tractatus vnius partis tantum petentis certam pecuniam mutuò.Non obstat igitur ratio incertitudinis;quia procederet,quando ipsa substantia esset incerta.secus si substantia certa sit. Et licèt quantitas sit incerta, talis tamen † incertitudo non vitiat,ex quo potest certificari per iuramentum creditoris,arg.l.hęc venditio.§.1.ff.de contr.emp.Old. in consi.61.Cum regi.col.2.& quod dicitur de libello incerto, quòd admittitur,dummodo ex post certificetur.Abb. in c.significantibus.de libel.obl.Similiter stipulatio tritici in genere non vitiatur ratione incertitudinis,quando ex probabilibus cõiecturis certificari potest.l.triticum.ff.de verb.obl.vbi Barto. & Doct. Non ob.† ꝙ talis incertitudo quantitatis non debet declarari & certificari per iuramentum creditoris, cessante dolo aut culpa partis,cum talis declaratio cadat in iuramento in lite. Quia respondeo,quòd in iuramento in litem plus est; quia admittitur probatio per iuramentum in litem ob solam probationem delicti,licèt non probetur substantia debiti:nam ex eo, quòd probo violentum ingressum in domum,licèt non probem, quòd bona in domo haberem;tamen statur iuramento meo, tam ad probationem substantię,quàm quantitatis, licèt illud iuramentum per iudicem moderet̃.l.si quando.C.vnde vi.Secus in casu Ray. quia iuramentum solum defertur ad probationem quantitatis, constito prius de substantia.Secundò respondeo,ꝙ arg.contrarium posset procedere,quando aduersarius non negaret debitũ sed solum quantitatem:quia fateretur quidem debitum, sed nõ in tanta quantitate:nam tunc opi.& decisio Ray. videretur satis dura,quare magis super quantitate debeat credi iuramẽto actoris,quàm rei.& debitoris.Sed Ray. & sequaces præsupponunt, quòd ipsa substantia debiti negata sit.Patet:quia non esset aliàs necesse de ea probare per testes aut acta, ob id præsuppositа negatione debitoris & eius mendacio,iam † apparet de eius dolo; cum ex mendacio dolus arguatur l.si quis affirmauerit. §.1.l.qđ venditor.§.1.l.elegãter.§.idem Pomponius. ff.de dolo &l.falsus §.si quis.ff.de furt.Ideo propter mendacium priuatur quis commodo possessionis,& de possessore & reo sit actor. l.fi.ff.de rei vend.immo ex eo solum ꝙ debitor reperitur mendax in vno, idest in substantia debiti, videtur præsumi contra eum in alio, idest super quantitate ipsius debiti citra aliud iuramentum creditoris,nisi ipse debitor probet de contrario, idest de mutuo minoris quantitatis,quàm creditor allegauerit.l. cum de indebito. post princ.ff.de proba.Pau.de Cast.in consi.331. In causa Silue. colu.2.in fi.lib.1.& in consi.302.Ego Paul.lib. 2. & quod scribit idem Pau. in consi. 87. Quantum ad contenta. colu.2.li.2.vbi, † quòd infertur iuramentum suppletiuum, etiam in causa magna contra eum,qui in aliquo conuictus sit de mendacio, facit text.in authen.contra qui propriam.C.de non numera. pecu.& adeo † ex mendacio dolus arguitur,ꝙ ex eo indicium fit ad torturam.Ro.in consi. 8. Imol. in consi. 2.col.2. ver. aduertendum Alexan.in consi.63.lib.1.Deci.in l.2.col.2.post med.ff.quod quisque iuris.cessante autem mendacio & negatione principalis,bene fateor coniecturis aliquibus opus esse.Tertio † limitatur premissa conclusio,ꝙ licèt liber mercatoris per se solus nõ probet, facit tamen præsumptionem aliquam, quæ suppleatur ex alijs adminiculis,vt fiat plena probatio,vt per Bar.& Doct.in d. l. admonendi.& supra dictum est.Sed punctus est scire,quæ sint ista adminicula,ex quibus perficiatur plena probatio. Guido Papę. quæst.441.quem simpliciter sequitur Boerius. decis. 105. col.1. ponit sex adminicula.Primo † legalitatem mercatoris. Secũdo, ꝙ ipse scripserit manu sua,per l.generaliter. C. de non num.pec. Tertiò,quòd veritatem scribere cõsueuerit. l. vel vniuersorum. ff.de pign.act.Quarto,si scripserit causam, videlicet, si ipse mercator aliquid contra se in eo.lib.scripserit,per l.Publia. in fi.ff.de posi.Sexto,si ex verisimilibus circunstantijs præsumi possit esse verum,quod per eum scriptum est vtpote, habito respectu ad tempus debiti contracti ac solutionis factæ,& ad personas contrahentes,& ad locum contractus,quibus cõcurrentibus ex scriptura priuata & libro rationum infertur probatio per l.instrumenta.& l.rationes.C.de probat.Sed† aduertendum circa dicta Guid.Papæ,& primo circa secundum requisitum, ꝙ ipse mercator scripserit manu sua:nam puto totum contrarium, ꝙ maior fides libro haberetur,quando in libro mercatoris pro se scriptum quid esset manu aliena.Videmus enim,quòd liber mercatoris pro tertio,& contra tertiũ semiplene probat, quando mercator est legalis,vt habetur in d.§.numularios.& infra dicemus: & sic scriptura tertij magis probat pro aliquo, quàm scriptura propria:& istud suaderi debet ratione naturali. Sicut enim vox & depositio tertij potest probare pro aliquo, tanquam verum testimonium,& tamen vox propria non admittitur.l. nullus. ff. de testib.& l.omnibus.C.eo.tit.Idem & pariter dicendum est in scriptura;cum à pari procedant.l.in exercendis. C.de fide instru. nec magis credi dẽt scripturæ alicuius,q̃ viuæ eius voci. Ancha. in d.consi.28.Rationes.colu.2.post med.ver.vlterius hoc probatur.Pau.de Cast.in consi.285.colum.1.post med.& in cõsi.406. colum.2.lib.1.Alexan.in consi.134.col.3.ver.præterea posito. libro 2.& dictum est supra num.105.Nec ob.text.in d.l. generaliter.C.de non num.pec.allegatus per Guid.Papæ,quia facit contra eum,quia text.loquitur de scriptura aut confessione in præiudicium scribentis aut confitentis: & sic contra eum non pro eo.Quo casu bene fateor † quòd contra debitorem maiorem fidem faciet eius scriptura aut confessio propria, quàm alterius tertij,sed in eius fauorem absit. Similiter circa tertium requisitum,ꝙ veritatem scribere consueuerit, illud uidetur idem cum primo requisito,quod scribens sit bonus homo: nam probitas scribentis hoc importat,quòd consueuerit ad veritatem scribere.Similiter † circa quartum requisitum,quòd scriptura contineat causam,ex eo non videtur addi maior fides scripturæ; quia etiam quòd esset scriptura publica,si causam non contineat, esset inefficax;quia obligatio debet continere causam, ut habetur in l.Titio.ff.de ver.ob.& in c.si cautio.de fide instrum. & sic causa obligationis non consideratur in scriptura, respectu fidei probatoriæ,sed solum respectu ualiditatis actus.Circa quintum ad miniculum quando scribens aliquis scripsit contra se, illud uidetur satis tenue & eo attendo dari uideretur occasio delinquendi;quia semper mercator aliquid scriberet contra se, vt in maiori stetur eius scripturæ.Nec aliquid facit tex.in d.l.Publia. in fin. quia bene dicit,quòd statur propriæ scripturæ contra se, pro se autem non dicit,ꝙ stetur,sed ꝙ iudex æstimabit.& glo. fi. ibi dicit,quòd si pars consensit illi scripturæ,etiam quatenus facit cõtra se,in totum probabit,aliàs secus. Ideo Doct. † communiter concludunt,ꝙ vbi scriptura continet plura capitula diuersa & separata,potest acceptari in parte & parte non,vt in præcedentibus abunde vidimus.in ver.amplius quæro,an is contra quẽ &c. nu.134.Sextum requisitum est nimium generale, & solum tendit in genere ad arguendum, ꝙ scriptura mercatoris contineat verisimilia, quod requisitum semper est necessarium, etiam ꝙ agatur de summa modica.Ideo puto,ꝙ cessante statuto aut cõsuetudine,dictum Guido. Papæ procedere nõ possit in summis magnis,& quotiens ageretur de graui præiudicio.Ista enim † adminicula de per se & singulariter considerata videntur omnino leuia in grauibus,ob id simul iuncta operari non possunt. l.1.cũ gl.C.qui numer.tutela.Bald.& Doct. in l.si quis ex argentarijs. §.1.ff.de edendo.habetur per Doct.in d.l.admonendi.ubi Iaſ.colum.89.Nec possunt plura imperfecta constituere vnum perfectum.c.tam literis.in prin.de testib.c.inter dilectos.de fide instrumento.c.dum sanctum.de pœniten.distin.2.quæ iura ad hoc citat Calderin.in consilio quinto,in fine in titulo de regularib.

Quarto † limita non procedere contra ipsum mercatorem scribentem,quia contra eum plene probat,licèt non pro eo. d.l. quædam.§.numularios,& quod ibi nota.dicta lege exemplo.lege ratione.& lege instrumenta.C.de probationibus l. prima ubi Deci.columna 1.C.de eden.cap. secundo. de fide instrumento. & in libro rationum habente formam libri, Doct. conueniunt, quòd talis liber fidem facit contra scribentem etiam in fauorẽ absentis,licèt confessio viua facta absente parte solum semiplene probet;quia talis liber videtur factus de mandato saltem tacito eorum,qui cum mercatore contrahunt. Sed difficultas † est in scriptura mercatoris non habẽte formam libri, an fidem plenam faciat contra scribentem pro absente:quia tunc cessat ratio taciti mandati.Deci.in d.c.2.col.5.in fi.ver.2.Abb. concludit, de fide instrumento.tenet,quòd sic.contra Felin.& profecto videtur mihi,cum scriptura semper loquatur, quod postquam peruenit ad manus absentis,dicatur debitor confessus in præsentia partis,nisi appareret, quòd antea reuocasset scribens contenta in tali scriptura,vel nisi probare vellet de eius errore, de quo etiã in præcedentibus diximus, nume. 225. Sed pone, † quod mercator,in cuius libro quid scriptum est contra eum, dicat se non illud scripsisse,& quòd contra eius voluntatem ita scriptum sit. Dic eum audiendum nõ esse;quia quicquid scriptum reperitur in eius libro,de mandato & voluntate eius præsumitur scriptũ. Bal.in d.rub.C.de fide instru.colu. 9. ver.sed hic quæro.sequitur Alexand.in consi.147.colum.3.lib.2. & in consi. 245. colum. 1. lib.6.Deci.in l.fin.col.11.circa med. C. de edicto diui Adria. tollen.in d.c.2.col.7.post med.de fide instrumento.& in consi.165. colu.7.circa med.

Quinto † intellige,ꝙ licèt scriptura mercatoris in magnis,p eo non probet nec plene nec semiplene,tamen secus est pro tertio,& contra tertium;quia tunc probat semiplene. Si partes accedunt ad mercatorem,& rogant,vt velit scribere in eius libro contractum ipsarum partium,modò mercator sit persona legalis:ita Bart.& Docto.in d.§.numularios.& in d.l.admonendi.vbi Iaſ.col.44.versi.3.casu principali,& est communis opin.vt Deci. testatur in dicto capitulo 3.colum. 7. de fide instrumentorum. tradit Alexander in consilio septuagesimo secundo, columna tertia.post med.versicu.nec etiam obstat, si dicatur. libro quinto. Immo, si sint † scripturæ duorum mercatorum super eodem facto,plene probabunt.Bald.in capitulo quoniam contra. columna 8.de proba.quod dictum pro notabili refert & sequi-

Source : BIU Cujas

tur Dec.in d.cap.2.colum.7.de fid. inſtr. facit quod Soci. ſcribit in conſi.295.colu. 2.circa fi.ver.præterea dicti omnes libri. lib.2. vbi,ꝙ plures libri ſimul iuncti, in quibus continetur de eadem re,fortius probant per regulam iuris,& quæ non proſunt ſingula,multa iuuant.gloſ.in l.2. in prin.ff. de excu. tut. Quod tamen Soci.dictum mihi non placet in pluribus libris eiuſdem perſonæ,vt eis credatur pro ſcribente; quia coniungi non poſſunt ad plenam probationem,cum ſinguli de per ſe non operentur, niſi alia concurrant. Aliàs de facili poſſet quis plures libros tenere,
31 ſi ad eum modum fides haberetur ſcriptis eius. Similiter † plene probat liber mercatoris pro tertio & contra tertium, quando ſolum agitur de probanda ſcientia & mala fide ipſius tertij, ꝙ habuerit notitiam de tali re: ita Abb in conſ. 81. colum.1.poſt med.ver. quòd autem filia ſciuerit.libro primo. Idem,quando agitur de ſciendo qualitatem obligationis. Bal.in l.fi.in fi.C.ad legem Falci.ſequitur Deci.in conſi.7.colu. 3. circa med.ver.& hoc vlterius probatur. Similiter ex libro probatur ſtatus vel nominatio alicuius.Zenzeli. in cle. 2. in fi. de præben. quem refert & ſequitur Calca.in conſi.90. colum. 2. ante med.
32 Sed † quod ſupra dictum eſt,librum mercatoris ſemiplene probare pro tertio & contra tertium,hoc intellige in mercatore, ꝙ ab initio iuraſſet eius artem probe & fideliter exercere. Barto.in d.l.nuda.col.fin.ff.de dona.Alexan.in conſil.134.colum.3.verſi. præterea poſito.lib.2.Iaſ.in d.repe.l.admonendi.colum.51. in fi. verſi.item inquantum Barto.num.108.& ibidem Purpura. col. 34.verſ.& ex Bart.infertur.vbi etiam allegat Bologni.in addi.ad conſi.Ioan.de Ana.in conſi.53.Idem vult Deci.in d.c.2.col.7.de
33 fide inſtru.& ſic † non ſufficeret iuramentum mercatoris ſuper uenire poſt eius ſcripturam, ſed requiritur tale iuramentum generale ab initio.magis enim præſumitur, quòd ſcribat quis ad veritatem propter iuramentum iam præſtitum,quàm quòd iuret ad veritatem ſuper eo,quod iam ſcriptum ſit: quia metuens argui de falſitate ſcripturæ,non dubitabit periurium committere.Et quia regula iuris eſt,quòd quotiens requiritur aliqua qualitas ad habilitatem aut idoneitatem perſonæ, illa debet adeſſe ab initio,nec ſufficit ſi ex poſt ſuperueniat.ca.dudum. 1.vbi Abbas.col.fin.in antepenultu.not.de electio.Decius in c. poſtquam. colum.fi.in tertio notabil.eodem modo qualitas iuramenti in mercatore requiritur ad habilitandum eius perſonam,vt ſit idoneus & habilis ad ferendum teſtimonium per eius ſcripturam ſaltem ſerui, quò ad ſemiplenam probationem. ergo oportet
34 qualitatem eiuſmodi ab initio interuenire. Quid † in lib.patris, in quo deſcribitur natiuitas filiorum, an ex eo probetur ætas? Alexan.in apoſtil.ad Bar.in l.de ætate.ff.de minor.in additio. ſuper verbo tantus.ſe refert ad Bal.in l.neque natales. C. de proba. vbi Bald.colum.1.in fi.& colum. 2. in fi. quod probat præſumptiue numerum annorum, idem ſequitur Bernar.Landrianus in additio.ad Bar.in conſi.92.Ego puto,ꝙ talis liber patris faciat ſemiplenam probationem,ſi pater viuit, & ita iuret: nam teſti-
monium parentis ſufficit ad ſemiplenam probationem in ætate.Pau.de Caſtr.in conſi.124.colu.1.& 2.lib.1. Imo Bart. in dict.
35 conſi.92.colu.2.circa fin.ſimpliciter † dicit,ꝙ in ætate admittitur teſtimonium matris.per.l.etiam. ff.de probatio. Idem tenet Specu.in tit.de teſte.§.j.colu.2.Veronen.in conſi.vltim. colu.13. Aufrer.in deciſio. Tholoſa. quæſtio.3.& ſi pater,qui ſcripſit,ſit
36 † mortuus,puto,ꝙ mors vim habeat iuramenti, per ea,quæ ſupra ſcripſi circa l.ſcripturas.C.qui potio.in pigno.hab. & hoc niſi parens eſſet aduerſarius filij;quia non admitteretur eius teſtimonium ſuper ætate contra filium.Bald.in conſi.19.lib.5.Quid
37 in libro † ſtatutorum alicuius vniuerſitatis minus ſolenni; quia non habeat ſubſcriptionem alicuius notarij? Dic ꝙ probat, ſi fuit habitus & obſeruatus pro authentico. Barto. in extrauag. q̃ ſint rebelles.in vltim.glo.Dominic.in conſi. 15. Reueren. colu. fin.circa med.per glo.in cano.in ſumma.19.diſt.quæ allegat tex. in c.Iſidorus.16.diſt.quod dicit ſumme notandum D. Rebuff. ſuper concorda.in tit.de collationibus.§.monemus.ver. decimo non negotiator.pag.114.& latius declaraui ſupra in quinta principali limitatione ad reg.quod ſcriptura priuata non probat.nu
38 me.199.De ſcriptura † epiſtolę,late ponunt moder. in d.l.admonendi.vbi Iaſon,columna 55. verſicu. 3.& vltimo principaliter non hic transferam eorum dicta,aliqua tamen adijciemus, quæ non legentibus ingrata aut incommoda videantur. Illud igitur
39 † ſecundum,ꝙ licèt per epiſtolam obligatio non contrahatur, inducta tamen probatur.l.epiſtola l. emptor. §. Lucius.ff.de pactis.l.Lucius.ff.de fideiuſſor.l.1.C.de vſur.Iaſ. poſt Angelum in l.ſciendum.col.3.circa medium.verſi.& non eundo per mendicata ſuffragia.ff.de ver.oblig. Addo,ꝙ etiam per epiſtolam contrahi põt obligatio ꝫ conſtituentem ſe ſoluturum pro alio, qñ in perſona alterius obligatio iam erat contracta,& ſic noua omnino obligatio per epiſtolam ꝫhi non põt,ſed iam ꝫcta extendi poteſt ad perſonam conſtituentis ſe pro alio ſoluturum in epła, vt ꝫ eum actio competat de conſtituta.l.fi.§.fi.ff.de actio. & obligatio.cum ſimil.vt Pau.de Caſt.tradit in conſi.397. Ad primũ quæſitum rñdeo.col.1.lib.1.Idem tradit Bal.in authen. ſi quando.C.de conſtitu.pecu.vbi fortius voluit, ꝙ vbi quis confitetur ſe teneri ſoluere id,quod alius debet in epiſtola, licèt verba non ſonent in obligationem,ſed ſolum in confeſſionem; tamen ex quo talis confeſſio probationem operari non poteſt in præiudicium alterius,operabitur obligationem,ut teneatur ſic confitẽs actione de conſtituta,per tex.in l.quidam.ff. de conſtitu. pecun. vbi dicit eſſe caſum vnicum & menti tenẽdum,de quo dictum
40 eſt etiam ſupra neme.93. Et confeſſio, † quæ fit per epiſtolam principaliter propter ſe,non habetur pro confeſſione facta abſente parte,ſed habetur perinde ac ſi facta eſſet parte præſente. d.l.Publia.§.fin.ff.depoſiti.Cinus in l.non nudis. C. de probationibus.Alex.in conſi.181.colum.1.verſicu. & propter epiſtolam.
41 libr.7.Amplius † probat epiſtola contra ſcribentem non ſolum pro eo,ad quem directa eſt, ſed etiam ꝑ tertio. Rota deciſ.430. Nota,ego miſi.in antiquis:ſed ibi poſtea arguit in contrarium. Puto ꝙ veritas dependeat ab illa quæſtione, an confeſſio facta in aliqua ſcriptura priuata,ceſſante mandato expreſſo vel tacito alterius,plene probet:de qua ſupra viſum eſt in duobus locis,videlicet nu.225.& nu.276.& Decium retulimus in d.c.2. colu.5. poſt med.verſi.2.Abb.concludit de fide inſtrumen. tenentem, ꝙ ſic,contra Felin.ꝙ indiſtincte ſcriptura quomodocunque facta ſit,probet contra ſcribentem,cum ſemper dicatur loqui.Iõ vbi epiſtola peruenit ad manus tertij,qui eam acceptat, & ea utitur,videtur confeſſio facta ipſo tertio præſente:& ſane extraneũ mihi videtur,ꝙ liceat ſcribenti aduerſus eius confeſſionem ſcri
42 ptam venire,alio errore non probato.Ad vnum† etiam attende in hac materia epiſtolæ,ꝙ epiſtola commendatitia non obligat ſcribentẽ.Ideo ſi quis propter epiſtolam patris aut domini, qua filius vel ſeruus alteri commendatur,pecuniam mutuet filio vel ſeruo,non tenetur ſcribens nomine illius mutui, actione quod
43 iuſſu.l.fi.C.quod cum eo.Sed aduerte † hic,ꝙ licèt epiſtola commendatitia,non obliget;tamen epiſtola exhortatiua inducit cõſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem.puta ſunt duo fratres communiter habitantes,non tamen ſunt ſocij omnium bonorum, vt filia alterius dotari debeat de bonis communibus, alter frater habens filiam inuenit bonam conditionem pro ea, ſed futurus ſponſus deſiderat maiorem dotem,ob id pater difficilem ſe reddit.Alter frater abſens re cognita ſcribit ad fratrem, vt ne dimittat conditionem illam matrimonij per pigritiam, quo audito pater perficit matrimonium,& dotem deſideratam conſtituit: certe ex tali epiſtola arguitur conſenſus ſcribentis,ꝙ voluerit neptem ex fratre,aut fratris filiam, dotari de bonis communibus: ita Socin.in conſi.291.colu.7.in fi.verſi.tertio principaliter.lib.2.
44 † Sed aduerte: quia iſtud dictum Socin.poſſet tolerari in fratre,in quo facilius præſumitur donandi animus ratione coniunctionis ſanguinis.l.ſi ſeruus communis. ff.de donatio.inter virũ & vxo. no. in l. quæ dotis.ff. ſoluto matrimonio. ſed in alio non cõiuncto,non puto,ꝙ ex talibus verbis inducatur donatio, quæ in dubio non præſumitur.l. ſi cum aurum. ff. de ſolutionibus.l.
45 Campanus.ff.de operis liber. cum ſimilib. fortius † voluit Alexan.in conſi.199.colu.1.lib.7.ꝙ ſi quis dixerit alicui, noli dubitare hoc facere,quia nolo,ꝙ ex eo damnum aliquod ſuſtineas,ex his verbis non inducatur obligatio ad præſtationem indemnitatis,quod tamen dictum mihi non placet. Si enim non vult,ꝙ damnum ſuſtineat,ergo in antecedens neceſſarium cenſetur ꝑ miſiſſe indemnitatem, ſine qua promiſſione poſſet damnum ſuſtinere.l.2.ff.de iuriſdictio.omnium iudic. l. illud. ff. de acquiren.hæred.l.3.§.ſcio.ff.de minor.l.indebitam. ff. de condictio.indebi.quod procedit etiam in materia odioſa,puta in diſpenſatione,quæ extenditur ad omnia neceſſaria ad actum. glo. in cap.qa in tantum.de præben.in cap.non poteſt.de præben. lib.6.& in c. ſi quis in clero 7.q.1.Dec.in cap.quãto.col.3. verſi.ſed iſta reſpõ-
46 ſio non ſatisfacit de iudicio.imo † idem Alexan.in conſi. 53.colum.1.lib.1.voluit,ꝙ ſi quis dicat alicui, ſum paratus recuperare talem rem,ex hoc arguatur obligatio,ꝙ eſſet obligatus ad ita recuperandum.Sint igitur cauti ſcribentes epiſtolas aut literas miſſiuas,ꝙ ſi animum obligandi ſe non habeat, non effuſo nimis ſermone vtantur,ne in promptu incidant periculum l. fin.
47 C.de dotis promiſſ.Et † an ex verbis teſtatoris commendatitijs inducatur legatum vel fideicommiſſum, ſi teſtator commendet aliquem hæredi Vide Alexan.in cõſilio 158.libr.7. Ex præmiſſis abſolutam habemus hanc ſeptimam limitationem ad regulam,& concluſionem,ꝙ in non antiquis ſcriptura priuata nõ probat.In qua non parum multa ad practicam efficaciſſima liceat inuenire.

ARGVMENTVM.

Arbitrator,qui ſola facti veritate inſpecta procedit, an priuatam ſcripturam debeat aut poſſit admittere.Item ille non eſt ſolutus legibus iuris diuini vel naturalis.Et quo nam eius poteſtas pateat.Scripturæ item priuatæ plena fides datur, modo ſit in loco publico & patenti.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata an probet coram arbitratore. vide & nu. 3.*
2 *Famæ probatio an sufficiat coram arbitratore.*
4 *Arbitrator an non possit dare fidem vni testi, etiam idoneo.*
5 *Iuris naturalis & primæui aut secundarij obseruantia, non censetur sublata per concessionem amplissimam potestatem datam arbitris.*
6 *Arbitrator habens potestatem procedendi de facto secundum veritatem, & sola facti veritate inspecta, potest secundum suam conscientiam procedere, sine alia probatione, modo ipse veritatem norit. Et quid si ignoret eam. numero 7.*
8 *Arbitrator non debet dare vni, & auferre alteri, nisi ex æquo, si verisimiliter ita sibi videatur faciendum.*
9 *Arbitrator potest admittere probationes persuasiuas.*
10 *Conuenire potest quis de stando dicto sui aduersarij.*
11 *Iudex debet iudicare secundum allegata & probata, non autem sola veritate facti inspecta.*
12 *Scriptura priuata facit fidem, modo sit in loco publico & manifesto, idque de partium voluntate.*
13 *Scriptura in publico loco sita in antiquis præsumitur in dubio de partium consensu ibi locata.*
14 *Scriptura priuata incisa in lapidibus aut columnis, an probet plene, aut certe semiplene in antiquis. Et quid in facto recenti. nu. 15.*
16 *Scriptura non priuata omnino in aliquo deficiens an probet in antiquis.*
17 *Instrumentum minus solenne an probet in antiquis.*
18 *Scriptura priuilegij antiqui non probat, quando sigillum est corruptum, aut non plene apparet.*
19 *Instrumentum, cuius originale non inuenitur, sed insertum reperitur in priuilegio principis, an fidem faciat.*

1 Octaua datur † limitatio de arbitratore, corã quo scriptura priuata videtur probare, cũ procedat sola facti veritate inspecta. Roma. in repe. rubr. de arbi. quod dictum refert & sequitur Corn. in consi. 221. circa fin. lib. 2. Nam coram arbitratore sufficiunt leuiores probationes. Bal. in l. solam. in fi. C. de testibus. vbi, quòd arbitrator potest credere testi reddenti rationem dicti sui verisimilem, licèt non concludentem, sequitur Deci. in consi. 178. in fi. & per istud dictum
2 Bal. scribit Aret. in consi. 61. col. fi. ver. Præterea, dato † quòd, probatio famæ, quæ non sufficeret coram iudice debet tamen sufficere coram arbitratore. fortius voluit Bal. in consi. 333. Considerato. versi. & ad hoc inducitur. lib. 2. quòd arbitrator nõ tenetur recipere probationes, si nolit, à fortiori poterit recipere probationes minus integras. & pondero, quòd. in casu Bald. etiam agebatur de codicib. rationum, & sic videtur præsupponere, quòd
3 arbitrator possit eis fidem habere. Quod † sine dubio videretur procedere, quando arbitratori data esset potestas lata procedendi etiam de facto; quia tunc videntur partes voluisse stare eiam simplici dicto ipsius arbitratoris. Soci. in consi. 121. col. 4. in fin. lib. 3. & quòd arbitrator habens potestatẽ procedendi de facto, possit procedere sine probatione, tenet Bar. in cõsi. 82. Punctus quæstionis vertentis inter Albertum Leonis. colum. 1. post me
4 dium. sequitur Alexand. consi. 189. in fi. lib. 6. Sed contra † hanc limitationem tenet Veronensis in consi. 61. colum. 6. vbi, quòd arbitrator nõ potest dare fidem vni testi, etiam idoneo; quia coram arbitratore non censetur remissa solennitas iuris diuini vel naturalis, quo cauetur, quòd in ore duorum vel trium stet omne verbum. Matthæi. c. 18. Amplius, quòd si causa sit maxima, non potest arbitrator deferre iuramentum suppletiuum ex dicto vnius testis, quantumcunque idonei. & idem Veronen. in consi. 30. colum. penulti. quòd solum censetur remissa solennitas iuris ciuilis, vel canonici. Idem est de mente Corne. in consi. 170. col. fin. lib. 3. vbi, quòd arbitrator licèt habeat potestatem p cedendi de facto, non tamen poterit dare fidem scripturæ testamenti minus solennis, non habentis legitimũ numerum testiũ. Idem Corn. in consi. 114. colum. 3. post med. lib. 2. quòd per con
5 cessionem † amplissimæ potestatis concessę arbitris aut arbitratoribus, quòd possint de facto procedere, non censetur sublata obseruantia iuris naturalis primęui aut iuris secundarij, ideſt iuris gentium, allegat Bar. in l. filius familias. ff. de dona. in extrauag. ad reprimendum. in versi. figura. & in uerb. videbitur. Bar. Ang. & Doct. in l. 1. ff. de testament. militis. & magis in terminis tradit idem Corn. in consi. 165. colum. fin. lib. 2. quòd hñs arbitrium cognoscendi & iudicandi de veritate, etiam per verba quantumcunque latissimam potestatem concedentia, non potest credere vni testi tantum; quia non censetur remissa solennitas iuris diuini aut iuris gentium. & idem tradit Corn. in consi. 220. colu. pen. in prin. versi. quantumcunque enim rescribens. lib. 2. si arbitrator non potest credere vni testi deponẽti in causa aliena, quã to minus poterit credere propriæ scripturæ alicuius; quia hoc
6 modo crederet vni tantum in facto suo proprio. Quid † tenendum? Ego puto, quòd si arbitrator habet potestatem procedẽdi de facto, secundum veritatem, aut sola facti veritate inspecta; quòd possit procedere sine probatione alia secundum eius conscięntiam, prout princeps iudicat, dummodo ipse arbitrator sciat facti veritatem: & hoc modo procedat dictum Bar. Bal. & Alex. supra allegatum, quòd arbitrator habens potestatem procedendi de facto, potest procedere sine probatione, & sic isto casu sine dubio poterit fidem habere scripturę priuatę in fauorem scribentis, modò (vt dixi) nouerit arbitrator facti veritatem, & hoc voluit Decius in consi. 631. in fin. & in consi. 699. colum. fin. vbi, qui potest iudicare sola facti veritate inspecta, iudicat tanquam Deus, secundùm suam conscientiam. Tradit etiam Bald. in l. scimus. ante finem princ. C. de iure delibe. & latius ac clarius in c. 1. §. inuestitura. colum. 2. versi. & propterea bene facit, de noua forma fideli. & sicut princeps qui iudicat ad veritatem facti, potest & debet iudicare secundum suam conscientiam, ita arbitrator, cui partes talem potestatem dare potuerũt ad sui præiudicium.
7 Si verò arbitrator † facti veritatem ignoret, non puto iudicare eum posse sine probatione, nisi verba compromissi essent adeo ampla, q̃ seu per viam transactionis negotium dirimeret dando vni & auferendo alteri, modo immodice non lædat, & dolus ab eo absit: & hoc modo plus fidei habere poterit scripturæ priuatæ, quàm merus iudex. Non puto tamen, quòd si agatur de graui præiudicio, possit tali scripturæ ex toto fidem habere, & partem cõdemnare ex probatione talis libri, quasi omnino fidem
8 faciat, taleque † arbitramentum dando vni, & auferendo alteri non debet facere nisi ex bono & æquo, si verisimiliter videat ita esse faciendum, & q̃ talis scriptura priuata verisimiliter illam fidem habere mercatur, per ea, quæ habentur in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. per Bald. in consi. 181. Primò quæro libro 3. cum simil. vt per Dec. in consi. 11. colum. 5. ver. 4. principaliter. in consi. 39. colu. pen. versi. 2. principaliter. pulchre Bellamera in consi. 24. Ex facto. colum. 3. in fi. ver. in 2. verò casu. Licèt enim coram arbitratore leuiores probationes sufficiant, tamen quod absque vlla probatione legitima condemnare aliquem possit, quando ipse veritatem non scit, hoc non videtur permis-
9 sum: & hoc † casu videntur procedere dicta doct. quòd coram arbitratore non censetur remissa solennitas iuris diuini, aut iuris naturalis, vel gẽtium: quod tamen intelligo, scilicet in totum, secus in aliquo, quia, vt dictum est, arbitrator non tenetur admittere probationes tantũ, quòd omnino concludant sicut iudex, sed potest credere probationibus persuasiuis, vt per Bald. in d. l. solam. in fi. C. de testibus & post scripta hæc reperi Imo. in cons. 91. in fi. vbi, q̃ coram arbitratore sufficiãt leuiores probationes, quando agitur de modica læsione tantum. Sed dicet aliquis, tu dicis, quòd vbi arbitratori datur potestas procedendi de facto, aut sola facti veritate inspecta, quòd potest iudicare ad suam conscientiam, citra aliam probationem, sicut princeps, modo veritatem facti notam habeat. Sed quid respondetur ad argumẽtum supra adductum in contrarium, quod non censetur remissa solennitas iuris diuini, naturalis, vel gentium, quo iure testimoniũ duorum vel trium est necessarium. Ad istud respondeo, q̃ tali iuri introducto in fauorem partium litigantium potuerunt partes compromittentes renunciare, cum concernat earum fauorẽ
10 tantum. Ideo † potest quis conuenire de stando dicto sui aduersarij, vt habetur per Barto. in l. fi. ff. de prætor. stipulat. Bal. Ale. & Moder. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiu. Alexan. in consi. 54. colum. 1. in consi. 67. colu. 2. post med. ver. faciunt no. plene & in consi. 202. lib. 2. sed dãdo potestatem arbitratori, quòd procedat & iudicet de facto & sola facti veritate inspecta, videtur remissa illa solennitas & quod posset arbiter pro sua conscientia pronuntiare, si illa ad veritatem pertineret. Aut si arbitrator facti veritatem ipse notam non haberet, q̃ posset testibus credere, quos certos & veridicos videret, licèt nõ ita plene deponerent, & q̃ etiam scripturæ priuatæ alicuius fidẽ maiorem haberet, quàm alius iudex, secundum premissa. Vide-
11 mus enim, † q̃ iudex etiam, qui non potest iudicare sola veritate facti inspecta, sed secundum allegata & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. Potest tamen ex causa testibus etiam non plene deponentibus fidem habere. Bar. & Doct. in l. Lucius. ff. de infamibus. Ideo potest iudex fidem plenam adhibere testib. singularibus, si ex eis inducatur ad credulitatem. Pau. de Cast. in d. l. admonendi. col. 6. & in d. l. Lucius. quod dictum pro eleganti refert & sequitur Soc. in consi. 262. colum. 5. ad fi. ver. & pro certo lib. 2. Veronensis in consi. 3. in fi. Dec. in consi. 163. colu. 2. 2. versi. & per hoc non obst. q̃ confessiones. & in consi. 463. in fi. Cur. Iu. in consi. 106. colu. 1. post med. & col. 3. ante med. Iusta autem causa credendi est integritas & legalitas personarũ. Dec. in d. consi. 463. in fi. Marsi. in consi. 39. colum. 3. in fi. & in consi. 73. col. 3. circa med. Addo aliam causam, quando deponerent verisimilia, per dicta supra num. 214. & nu. 216. arguendo ab oppositis: Nona † datur limitatio in scriptura priuata facta in lapi
12 dibus aut columnis: quia fidem plenam facit in antiquis, licèt scriptura priuata in antiquis solum faciat probationem semiplenam: & sic quando talis scriptura priuata est in loco publico, & manifesto, in antiquis plene probat gl. in d. c. cum causam. de probatio. p tex. in c. sanè. col. 2. 24. q. 2. vbi tex. loquitur de scriptis sanctorũ patrum prædecessorum in dictis columnis, vt ibi exponit gl. idẽ tenet Spec. in tit. de prob. §. vidẽdum restat. ver. 9.

per li-

Source : BIU Cujas

per libros. Bal. in consi. 310. an patronatus. lib. 5. vbi, ꝙ ex talibus literis probatur ius patronatus. sequitur Deci. in consilio 135. post prin. Idē tenet Imol. in consi. 60. latius Calca. in cons. 90. colu. 2. Sed Bar. in l. 1. in prin. ff. de bono. poss. secun. tabul. hoc intelligit, quando tales literæ essent sic scriptæ aut inciſæ de partium voluntate; sequitur Feli. in d. c. cum causam. col. 2. de ꝓbat. ꝑ tex.
13 in l. monumentorum. C. de religio. Sed ad d. l. † monumentorū respondet Bald. in d. consi. 310. ꝙ loquitur in scriptura facta de recenti, non de antiquo. Secundò respondet Bart. & Bal. in d. l. monumentorum. ꝙ illa lex loquitur in casu certo, in quo apparebat illam scripturam factam in monumento, non fuisse appositam de voluntate eius, ad quem negotium pertinebat. Sed in casu dubio, quòd præsumitur facta de voluntate patris. Ex hac
14 secunda responsione Bar. & Bald. infertur, quòd talis scriptura inciſa in lapide aut columnis, plene probat, etiam in non antiqs, quando non apparet eam factam contra voluntatem domini, quod etiam voluit Calca. in d. consi. 90. col. 2. vbi, ꝙ saltem inducit præsumptionem, donec probetur contrarium. Immo sine dubio vī, quòd inducat semiplenam probationem in non antiquis. Si enim in antiquis plene probat, ergo in non antiquis videtur semiplene probare, & ratio diuersitatis inter talē scripturam priuatam inciſam in lapidibus aut columnis & alias scripturas priuatas, est; quia talis scriptura in lapidibus aut columnis publice omnibus apparet, & inducit notorium, vt dicunt Barto. & Bal. in d. l. monumentorum. Cal. in d. consi. 90. col. 2. Ob id imputandum videtur eī, de cuius præiudicio agitur, cur non con-
15 tradixerit. Et sine dubio † probant tales literę inciſæ in lapidibus aut columnis, etiam in factis recentibus, quando non agitur de præiudicio tertij, puta, ꝙ ecclesia fuerit consecrata. Innocen. in rub. de consecra. eccles. vel alta. Idem, quando agitur de præiudicio tertij, non tamen magno, prout in quæstione confinium. gl. in d. c. cum causam. Gemin. in consi. 100. col. 2. circa med. & co-
16 lu. 3. Viso † de scriptura priuata, an probet in antiquis & non antiquis posset dubitari de scriptura omnino non priuata, puta, ga sit scriptura notarij, tamen defectuosa, quia careat aliquibus solennitatibus, an illa probet? Breuiter si sumus in facto recenti, & notarius adhuc viuit, talis scriptura nihil probat, sed imputatur parti producenti, cur non adeat notarium, & redigi eam faciat in formam legitimam. Si verò notarius mortuus est, tale instrumentum defectuosum probat semiplene. Barto. & Doct. in d. l. admonendi. colum. 8. versicu. quæro, quid si in instrumento reperitur defectus. sequitur Ant. de Butr. in c. fi. de iureiur. Alexan. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. colum. 2. versicu. non omitto tamē ff. de oper. noui nuntia. in consi. 59. colum. 2. in fi. versi. nec prædictis etiam obstat, si diceretur. lib. 2. & in consi. 187. lib. 7. Ias. in d. l. admonendi. col. 19. ver. quartus & vltimus. & repet. colu. 63. versi. quartò & vltimò quærit Barto. num. 32. Corn. in consi. 22. colum. 3. lib. 3. Est verum, ꝙ Bal. in consi. 179. Instrumentum. in fina. verbis, lib. 3. dicit, quòd tale instrumentum defectuosum, aut minus solenne facit indicium, sed ibi non aperit de vita vel morte notarii. Ideo quod dicit de indicio, posset procedere uiuente notario; quia eo mortuo non solum facit indicium, sed semiplene probat, vt etiam supra dictum est nume. 123. Ex præ-
17 missis † videtur inferri, ꝙ tale instrumentum minus solēne plene probet in antiquis, si enim mortuo notario probat semiplene etiam in facto de recenti, ergo in antiquis deberet plene probare. Quod ipsum vtique concederem, si habeat testes, signum, & subscriptionem notarij, licèt careat aliqua alia solennitate, puta indictione, loco, aut die, quando quæstio non esset in tempore, aut loco. Si uero careat signo aut subscriptione notarij, vel testibus, apparet ꝙ est scriptura omnino priuata, ob id idem dicen-
18 dum, quòd in scriptura omnino priuata, sicut † dicitur de scriptura priuilegij antiqui, quòd non probat, quando sigillum est corruptum, aut non bene apparet, aliàs mille fraudes committi possent. c. inter dilectos. de fide instr. Socin. in consi. 258. colu. 3. ver. præterea & secundò respondetur. lib. 2. & dixi in consi. 46. colu. 2. circa med. videtur autem instrumentum minus solenne sine dubio probare etiam in non antiquis, quando reperitur in archiuo publico. Corn. in consi. 171. colu. fi. versi. quantum autē
19 ad exemplum. lib. 1. Quid † in instrumento, cuius originale non inuenitur, sed insertum reperitur in priuilegio principis, an fidē faciat? Dic quòd non, nisi fuerit insertum de consensu partis, aut ea legitime citata, vt habetur per moder. in c. venerabilis. vbi Deci. columna fin. de confirma. vtili vel inuti. Cessante autem consensu aut vocatione partis, an probet in antiquis, uel recentibus, recurrendum est ad ea, quæ supradiximus circa verba enuntiatiua principis & intellectum clem. 1. de prob.

ARGVMENTVM.

Fama an fidem faciat in antiquis, vbi agitur de probatione dominij.

SVMMARIVM.

1 *Fama an probet in antiquis, ubi agitur de graui præiudicio.*

Et an ibi requirantur alia adminicula, & quæ num. 2. & 3.

4 *Dominij antiqui probatio per famam an sufficiat ad probandum dominium de præsenti, dißling. nu. 5.*

6 *Res sacra præscribi non potest, neque etiam possideri.*

Viso in hac prima parte huius tractatus, an verba enuncia-
1 tiua, an scriptura priuata probet in antiquis, videndum est † de fama, an in antiquis plene probet, etiam vbi agitur de graui præiudicio, puta de probatione dominij. Dic quod sic. Inno. in c. ueniens. de verb. sig. Bal. in l. proprietatis. in fi. C. de prob. cum simi. vt Alexan. tradit in consi. 4. colum. 5. ver. potest alius modus seruari. lib. 2. in consi. 15. col. 1. in cōs. 24. col. fi. lib. 5. & in consi. 111. Quarto dub. lib. 7. Aret. in consi. 15. col. 4. Calcan. in consi. 11. colu. 5. in prin. Corn. in consi. 48. col. 2. post med. lib. 4. Dec. in d. ca. cum causam. in 2. not. de proba. in c. 1. col. 3. in fi. de appel. in cōsi. 42. col. 2. in consi. 126. col. 2. in consi. 146. col. 5. in cōsi. 174. col. 2. Ias. in rep. e. d. l. admonendi. col. 87. ver. limita tamen singulariter, in d. l. cum aliquis. col. fi. versi. confirmo & tertio. C. de iure deli-
2 beran. & in consi. 128. col 2. lib. 1. Contrarium, ꝙ † immo sola fama non plene probet in antiquis, nisi concurrant alia adminicula, tenet Corn. in consil. 304. col. 5. ver. his tamen non obstantib. lib. 3. vbi, ꝙ solum plene probat in his, quæ sunt notoria, seu pro notorijs habētur, de antiquo, ita ꝙ communis omnium opinio sine aliqua contradictione ita habet, puta mortem Christi redemptoris humani generis, donationem factam ecclesię per Constantinum Imperatorem. Vel si præsens status rei correspōdeat dominio de præterio, ut quia de præsenti probatur possessio 10. 20. 30. aut 40. annorum. nam exista possessione coadiuuatur possessio & dominium de præterito. Secus si volo simpliciter probare per famam, quòd talis res fuit talis, sine alio adminiculo præsentis possessionis, vel communis omnium opinionis, q̄ notorium inducat. Aliud etiam adminiculum cōsiderat Corn. vbi supra, quādo appareret de aliqua emptione facta per eum, de cuius dominij antiqui probatione agitur, dum respondet ad glo. in d. l. ꝓprietatis. in verbo, legitimis. Sed contra Corn.
3 † dicit communem opin. esse Dec. in d. c. 1. colu. 4. de appel. Sed aduerte vltra Dec. nam Cor. nō negat, ꝙ si produceretur titulus acquisitionis illius, de cuius dominio agitur, & probaretur dominium eius per famam, quòd talis fama consentiens & correspondens tali titulo plene probet, hoc enim vult gl. fi. in d. l. proprietatis. Ergo idem si producatur titulus alienationis factæ per eum, de cuius dominio quæritur, siue inter viuos, siue in vltima voluntate. Par enim videtur ratio. & sic semper erit verum dicere, ꝙ fama coadiuuetur alio adminiculo, nec fere tractatur de ꝓbando dominium alicuius de antiquo, nisi vt probetur veritas & effectus eius tituli, siue in acquirendo, siue in alienando.

4 Sed quæro † hic, an ista probatio dominij antiqui per famā sufficiat ad probandum dominium etiam de præsenti, puta volo probare, quod sum dominus huius domus: nihil probo de possessione mea, ꝙ ego possederim per tempus sufficiens ad præscribendum, saltem iuncto tempore authorum meorum, sed tātum probo de dominio authorum meorum per famam in antiquis, an ista probatio sufficiat? Abb. in c. veniens. el 1. & in ca. licet ex quadam. de testib. tenet ꝙ non, contra Ant. de But. Iō dicit Abb. si probo, ꝙ sunt iā mille anni, quibus domus tua fuit ecclesiæ consecrata: hoc non sufficit ad domum tibi auferendā, cum non probetur ius ecclesiæ de præsenti, sequitur Cor. in cōsil. 35. colum. pen. lib. 1. in consi. 19. col. 2. circa med. ver. nec obst. ꝙ facta. lib. 3. latius in consi. 24. col. 2. & in consi. 130. col. 2. lib. 4. Sed contra Corn. dicit communem opi. esse Dec. in d. c. 1. col. 4. de appelle. & latius tradit idem Dec. in consi. 428. & ibi, ꝙ Aret. in d. c. veniens. el 1. col. pen. de testibus. respondet rationibus, quę in contrarium adducuntur. Ripa autem in l. rem quæ nobis. colu. pen. in fi. ff. de acqui. possess. videtur cōcordare opin. distinguē-
5 do, † ꝙ aut præsens status repugnat dominio de prę̄rito, puta si dicatur, ꝙ res prophana olim fuerit consecrata ecclesiæ: nam præsens status repugnat, & non probetur dominium de præsenti, sed tantum de præterito per famam. Aut præsens status non repugnat, & tunc probetur etiam dominium de præsenti. sed ista distinctio videtur contra Doct. communiter. Nam quando probatur de dominio authorum meorū in antiquis, & modo reperitur res apud aduersarium non habentem causam ab eis, præsens status satis uidetur antiquo repugnare: & tamen Doct. communiter tenent, probationem dominij de antiquo sufficere, etiam de præsenti, modo præsens meum dominium præscriptum non sit ab aduersario. ob id illud solum putoꝫ considerandum, an cum ista repugnantia pñtis status cum antiquo concurrat præscriptio vel non: quia si cōcurrat pscriptio, frustra tractatur de antiquo dñio, quod per causam pscriptionis perditum
6 dī. Quæ tamen † consideratio cessaret in re ecclesiæ consecrata; quia res sacra possideri non pōt, ob id nec præscribi quidem. §. sed aliquādo. Insti. de vsuca. Iō si probatur per famā rem olim fuisse ecclesiæ consecratam, talis probatio vī sufficere quò ad ius de pñti, licèt aduersarius lōgissimo tpe eam, vt prophanam

possede-

Source : BIU Cujas

possederit. Possem in materia famæ qualiter probari debeat, & de eius effectibus, quasi volumen insarcire, sed non interim permittitur tempus. Tum etiam habetur eius materia in locis vulgaribus, plura etiam de fama consulendo scripsimus, tam in consilijs iam proditis, quàm alijs quandoque in lucem Deo auspice exituris.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes de credulitate in antiquis an probent plene, vel semiplene. Tum de auditu, & auditu auditus.

SVMMARIVM.

1 *Testes de credulitate an probent plene.*
2 *Testimonium de auditu, & de auditu auditus, an plene probet. & nu. 4.*
3 *Testimonium de auditu famæ inest necessario.*
5 *Testimonium de auditu non sufficit, nisi vbi agitur de causa consanguinitatis aut parentelæ.*
6 *Consanguinitas vt probetur per testes de auditu, duodecim sunt requisita.*
7 *Testimonium de auditu licèt non probet in antiquis, an tamen onus probandi transfert in aduersarium. limit nu. 10.*
8 *Præsumptio est contra partem, qui non produxit eos, qui facti veritatem magis intelligunt, vbi dicitur multos præsentes fuisse.*
9 *Testimonium de auditu prosternitur, si testes in aliquo deficiant.*
11 *Testes de auditu vbi admittuntur, est necesse nominare personas, à quibus dicì audiuerunt, an sufficiat, quod à diuersis personis & pluribus dici audiuerint.*
12 *Testes dicentes se à diuersis personis audiuisse, an dicantur singulares.*
13 *Testes domestici, etiam vxoris, admittuntur in antiquis alijs probationibus deficientibus*
14 *Antiquum dicitur in materia probationis, quod excedit centum annos.*
15 *Testimonium domesticorum quo casu, etiam in non antiquis, admittatur.*
16 *Testimonium domestici pro domestico an admittatur in antiquis. Et quid contra domesticum.*
17 *Vxor an cogi possit ad deponendum contra maritum. Et quid de marito contra vxorem.*
18 *Testimonium domesticorum contra domesticos requiri in subsidium, quo modo accipiendum.*
19 *Testis inhabilis quando admittatur in subsidium.*
20 *Constitutum non probatur, nisi probetur, quòd constituens rem teneret tempore constituti.*
21 *Possessio an probetur ex instrumento antiquo in præiudicium tertij.*
22 *Fama plene probat in antiquis, etiam vbi agitur de graui præiudicio.*
23 *Instrumento producto de antiquo an sit necessaria probatio notariatus.*
24 *Instrumenti qualitas aut solennitas facilius præsumitur, quàm substantia.*
25 *Rescripti qualitas probari potest.*
26 *Præsumptio in antiquis plus potest respectu transferendi onus probandi in aduersarium, quam semiplena probatio & nu. 28.*
27 *Præsumptio iuris est liquidissima probatio.*
29 *Præsumptionem iuris vbi quis habet pro se, & alius semiplene probat, an locus sit iuramento suppletiuo.*
30 *Probationes leuiores facilioresque sufficiunt in antiquis.*
31 *Probatio præsumptiua & adminicularis, item per indicia, sufficit in antiquis.*
32 *Probatio præsumptiua & coniecturalis in antiquis non admittitur contra eum, de cuius possessionis iustitia apparet limit. & distingui. nu. 33.*
34 *Probationes leuiores non admittuntur, si agatur de non antiquo.*
35 *Probationes per indicia & coniecturas non sufficiunt in antiquis in materia in qua lex uel statutum requireret plenam probationem.*
36 *Probatio coniecturalis vbi & quando repellatur.*
37 *Probatio præsumptiua in antiquis habetur pro uera, vbi etiam requiritur probatio instrumentalis.*
38 *Probatio præsumptiua dicitur euidens, quando præsumptiones sunt à iure approbatæ. Et iuris præsumptio habetur pro notorio.*
39 *Temporis antiquitas an suppleat fidem instrumentis ubi substantialia instrumenti corrosa, uel deleta sunt ex temporis antiquitate.*
40 *Sigilli consumptio aut deletio ob temporis antiquitatem instrumẽti fidem tollit. Et quid de cæteris solemnitatibus.*
41 *Indictionis corruptæ utio temporis & antiquitatis iniuria appositio an uitiet instrumentum.*
43 *Corneus ad consulendum contra formam instrumenti procliuis. Ibidem consulentium & patronorum munus. Deque iuris prolatione.*

1 Viso de fama † in antiquis, an & quomodo probet, uideamus de testibus. In qua re sciendum est, ꝙ in antiquis admittuntur testes deponentes de credulitate, & plene probant. c. quotiens. in fi. in versi. accepisse à maioribus suis, & credere. de testibus. Abb. in c. licet ex quadam. eod. titu. Alexan. in consi. 187. col. fi. lib. 2. Ias. in rubr. ff. de iureiur. col. 4. circa med. vers. 4. & vltimo. in cõsi. 65. col. pen. circa med. lib. 3. & in consi. 166. col. 3. post med. lib. 4.

2 Similtter † in antiquis testimonium de auditu & de auditu auditus plene probat. d. c. licèt ex quad. ubi late doc. Alex. in d. cõs. 187. col. fi. libr. 2. Aret. in cons. 37. Sequendo ordinem. in secundo dubio. Soci. in cons. 205. col. 2. in fi. vers. 4. optime ad propositum lib. 2. Ias. in con. 128. col. 2. in prin. lib. 1. in d. con. 15. col. pen. circa med. lib. 3. & in d. cons. 166. col. 3. post med. lib. 3. Sed aduer

3 te, † circa istud testimonium de auditu in antiquis: quia non puto ꝙ plene probet, vbi agitur de graui præiudicio, nisi ex tali testimonio inferatur ad probationem famæ, in qua fama necessario inest testimonium de auditu, & ita tenet Abb. post Hostien. & Ioan. And. in d. c. licèt ex quadam. quod tamen Aret. in consilio 102. col. 2. reliquit indecisum. Idem sentit Deci. in consi. 148. ante fi. versi. nam quando de tanto tempore, dum loquitur copulatiue de fama & auditu. Bene dicit Dec. ꝙ ad probandum præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, sufficiunt testes de auditu, sed in præscriptione coadiuuatur probatio ex possessione de præsenti per dicta supra circa probationem per famam. Et ꝙ solum testimonium d̃ auditu non sufficiat, etiam in antiquis, probari videtur sic, Doct. communiter concludunt, ꝙ dominium in antiquis probatur ꝑ solam famam, vt supra dictum est. Fama autem debet legitime probari secũdum doctri. Bar. & Doc. in l. de minore. §. plurimũ. ff. de quæstio. Ergo infertur necessario, quod testimonium simplex de auditu non sufficeret: nam si sufficeret, non esset necesse famam plene probari, cum (vt dixi) in probatione famæ insit testimonium de auditu necessario. Ideo Corn. in consi. 33. col. 6. versi. Iuuatur itaque communitas Campli. lib. 1. dicit, ꝙ in antiquis admittitur quandoque testimonium de auditu, q.d. non semper, & vbi sufficeret testimonium de auditu simpliciter, sine alia probatione famæ, illud est in his, quæ de sui natura sunt difficilis probationis, prout est probatio parentelæ, aut consanguinitatis terminis. d. ca. licèt ex quadam. quo casu videtur sufficere testimonium de auditu tantum sine alio adminiculo, dummodo deponant testes ad formam. d. c. licèt ex quadam. Corn. in consi. 78. col. 3. post med. versi. his tamen non obstantibus. libro tertio. Secus, vbi ageretur de probatione dominij, aut alterius præiudicialis, cuius probatio de sui natura non est difficilis; quia tunc sine dubio testes de auditu tantum non sufficerent, nisi concurrat probatio famæ, aut aliud adminiculum. fortius

5 † voluit Pau. de Cast. in consi. 56. Super primo quæsito. colu. 2. post med. lib. 1. ꝙ text. in d. cap. licèt ex quadam. solum procedat, quando agitur de probanda parentela aut consanguinitate in causa matrimonij, non etiam si ageretur de consanguinitate ob causam alicuius successionis, aut hæreditatis, & sic Paul. directo contrariatur Corn. in d. consi. 78. col. 3. post med. lib. 3. vbi Corn. dicit probari cõsanguinitatem per testes de auditu, licèt agatur de hæreditate, quod dictum videtur confirmari ex eo, quod dicitur, quasi possessionem filiationis sufficere, etiam vbi agitur de hæreditate obtinenda. Paul. de Castr. in consi. 151. lib. 1. & in consi. 392. colu. fin. lib. 2. Corn. in consi. 1. col. 10. in fin. lib. 3. Dec. in consi. 54. col. fi. tamen Doct. conueniunt in hoc, ꝙ excepta cã consanguinitatis aut parentelæ, testimonium de auditu non sufficit. Sed multa super hoc dici possent; quia Deci. fuit sibi contra

6 rius in consi. 321. col. penul. Et aduertendum, † ꝙ ad hoc, vt probetur consanguinitas per testes de auditu, debent concurrere duodecim requisita, quæ enumerantur in d. cap. licèt ex quadã. Paul. de Cast. in d. consi. 56. col. 2. post med. lib. 1. Soc. in consi. 47. colum. 3. in fi. lib. 3. Corn. in consil. 146. libro 3. & circa illud requisitum, quòd testes debent deponere se dici audiuisse post litem motam. Addo, ꝙ si testes deponerent se dici audiuisse post litem motam, non facerent etiam præsumptionem. Dec. in consil. 182. col. 1. allegat Archi. in ca. 1. 35. q. 6. si verò sumus non in

7 antiquis † testimonium de auditu licèt non probet. l. testium. C. de testibus. c. tam literis. de testibus. ca. inquisitionis de accusa. tamen transfert onus probandi in aduersarium. Archi. in c. hoc videtur. 22. quæst. 5. quod dictum pro mirabili refert & sequitur Roma. in sing. 341. Testimonium de auditu. Deci. in consi. 272. colum. 2. circa med. & in consi. 595. colum. 1. in fin. addo Soc. in consi. 295. colu. 2. circa med. versi. 2. principaliter. lib. 2. & vltra Socin. & Deci. addo Bald. in consi. 219. Testes. colu. 2. lib. 4. Curtium seniorem consi. 70. colu. 2. circa med. Sed aduerte; quia nõ sine causa Roma. in dicto singulari. 341. reputat hoc dictum mirabile; quia videtur continere iniquitatem, si ita simpliciter intelligatur. Nam pone, ꝙ personæ, à quibus testes dici audiuerũt, agant in humanis, & possint examinari, nonne videtur durum, quod testes deponentes de auditu faciant talem prẽsumptionẽ,

8 quæ onus probandi transferat in † aduersarium, immo isto casu prẽsumptio & suspicio videtur contra partem producentem testes, cur non eos produxerit, & examinari fecerit, qui verisimiliter facti veritatem magis intelligerent, & à quibus alij dici audiuerunt. Pro hoc quod scribit Aret. in consi. 13. col. 6. versi. præterea, cum in matrimonio. & in cõsi. 83. col. 3. versi. nisi forte obstaret. vbi, ꝙ suspicio est contra partem, quæ paucos testes sibi magis amicos fecit examinari super eo, in quo dicitur multos fuisse præsentes, ob id istud dictum videtur intelligendum mortuis authoribus testium, idest, personis, a quibus testes audiuerũt, vel eis longe adeo absentibus, quòd examinari non possint. Aliàs istud dictum videtur durum & abhorrens a iuris ratione

& æqui-

Source : BIU Cujas

& æquitate. Nec dicatur iſtud dictum intelligi per Docto. quando teſtes deponerent de auditu, à parte, quia tunc tractaretur de confeſſione extraiudiciali, quæ præſente parte plene probat, ea verò abſente, ſemiplene, vt habetur in d.l. admonendi.

9 Vnum † etiam omittendum non eſt in hac materia teſtimonij de auditu, ꝙ tale teſtimonium quia fundatur in iure ſpeciali, proſternitur, ſi teſtes in aliquo deficiant. Raph. Cu. in conſi. 78. Viſis libello. colu. 2. ver. ad quartum. Quod dictum pro notabili refert & ſequitur Cur. Iunior. in conſi. 17. in prin. vbi idem dicit in probatione famę, & allegat in arg. tex. in l. eius militis, §. militia miſſus. ff. de teſt. mil. vbi, ꝙ ius ſpeciale facilius tollitur, quã ius commune, tanquam debilius. Addo vltra Curtium Ancha. in conſi. 194. In cauſa & quæſtione Ioannis colu. 2. verſi. non eſt etiam veriſimile. Vbi, ꝙ de facili inueniuntur teſtes, qui dicant ſic & ſic audiuiſſe: & ſic ſentit Ancha. ꝙ tale teſtimonium de auditu non ſolum ſit debile, ſed etiam multum ſuſpectum: & hoc dictum Anchar. optime videtur facere ad id, quod ſupra, p-
10 xime dixi, ꝙ teſtimonium † de auditu non videtur inducere prę ſumptionem, quæ onus probandi transferat in aduerſarium, quando ſuperſunt perſonæ, à quibus dici audierunt.

11 Quæro † etiam in præmiſſis, & ad intellectum præmiſſorũ, in caſibus, in quibus admittitur teſtimonium de auditu, vel ad plenam probationem, vel ad præſumptionem, quo caſu neceſſe eſt, ꝙ nominentur perſonæ, à quibus teſtes dici audiuerunt, vt habetur in d.c. licèt ex quadam. de teſtibus. an ſit neceſſe, ꝙ teſtes dici audierint ab eiſdem perſonis, aut ſufficiat, ꝙ à pluribus & diuerſis perſonis dici audierint. Corn. in conſi. 78. colum. 1. in fi. lib. 3. ꝙ non nocet diuerſitas perſonarum, à quibus auditum
12 ſit. Sed † contrarium tenet Alexand. in conſi. 82. colum. 2. verſi. præterea ſecundùm Hoſtien. lib. 1. vbi, ꝙ teſtes dicuntur ſingulares, quando dicunt ſe audiuiſſe à diuerſis perſonis, allegat Hoſtien. & Ioan. Andr. in d.c. licèt ex quadam. ſequitur Dec. in conſi. 321. colu. 4. in fin. & iſta opinio magis placet, maxime quia (vt dixi) iſtud teſtimonium de auditu valde fundatur in iure ſpeciali Ideo ſpecialia nõ ſunt multiplicanda. l. 1. C. de dotis promiſſ. & quia aliàs dicit Ancha. in d. conſilio 194. de facili poſſent inueniri teſtes, qui dicerent ſe audiuiſſe vnus ab vno, alter ab altero:
13 & ſic deinceps. Amplius † circa materiam teſtium in antiquis ſciendum eſt, ꝙ admittuntur in antiquis etiam teſtes domeſtici, etiam vxores, alijs deficientibus probationibus. Bald. in c. 1. §. vaſallus. circa fi. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnat. per tex. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. ſequitur Bertachinus in prima parte ſui repertorij, in verbo, domeſticus. verſi. 23. cuius dicta ad verbum tranſportauit Aufre-
14 rius in deciſ. Tholoſa. quæſt. 4. Sed aduertendum † circa hoc dictum: nam aut quæritur de teſtimonio domeſticorum per ſenſum corporis alium, quàm auditus, puta, ꝙ ipſi domeſtici ſciãt factum per viſum aut auditum proprium, ſi ſit quæſtio de probando aliquam confeſſionem extraiudicialem, & iſtud videtur impoſſibile: quia in materia probationis antiquum dicitur qđ excedit cẽtum annos, vt ſupra dictum eſt ab initio huius primæ partis tractatus. Ideo oportet rem probari per domeſticum excedentem annos decem ſupra centum: quotuſquiſque enim in
15 ueniatur, qui perueniat ad id ætatis. Aut † quæritur de teſtimonio domeſticorum per auditum auditus, & ſic per auditum alienum in caſu, quo tale teſtimonium admittitur; & tunc poſſet procedere dictum Bald. in his, quæ in domo tantum fieri cõſueuerunt, & quæ per alios ſciri non poſſunt, quo caſu teſtimonium domeſticorum admittitur etiam in non antiquis, modò deponant concludenter per ſenſum corporis aliter, quàm per auditum alienum. l. conſenſu. C. de repud. vbi Bal. Bar. in l. ſi quã do. col. fi. C. vnde vi. Alex. in conſi. 24. colu. 3. poſt med. verſi. pro hoc benefacit. lib. 2. Imo. in talibus teſtes domeſtici præferuntur alijs, tanquam melius ſciẽtes veritatem facti. l. quotiens. vbi Bar. C. de naufra. lib. 12. Aret. in conſi. 13. Viſo. colu. 7. verſi. venio nũc ad quintum. ſed in alijs, quæ per alios etiam non domeſticos ſciri poſſunt, non puto admitti teſtimonium domeſticorum: & ſic dictum Bal. videtur reſtringendum in his, quæ niſi per domeſticos de facili ſciri non poſſunt, prout in caſu, in quo loquitur Bald. ad ſciendum, an aliqua bona fuerint poſſeſſa tanquam feu-
16 dalia. Amplius † conſidero, ꝙ Bertachi. & Aufrerius male vidẽtur intellexiſſe Bal. in d. §. vaſallus. quia Bald. ibi non dicit, ꝙ admittatur teſtimonium domeſtici ꝑ domeſtico in antiquis. Immo ſenſus Bal. uidetur, ꝙ in iſtis antiquis quando agitur de probando bona eſſe feudalia, poterunt interrogari domeſtici contra domeſticum, ut cogantur deponere, an talia bona fuerint
17 poſſeſſa, tanquam feudalia in ſubſidium: nam † Bal. in ſpecie loquitur de vxore, q̃ regulariter cogi non põt ad deponendum cõtra maritum. l. 2. C. de teſtib. ſed hoc fallit in ſubſidium propter inopiam probationum, qñ veritas aliter haberi nõ poteſt. Abb. in c. in literis. in fin. de teſtibus. Alex. in conſi. 2. in vlt. dubio. lib. 7. capella Tholoſa. q. 3. licèt ſecus in marito, qui cogitur teſtificari ꝯ vxorem, vt ibi hr̃ per capellam, & in deciſ. 123. quia non immi net rõ periculi in marito deponente ꝯ vxorem, q̃ in vxore depo nente ꝯ maritum, ad quod reſpectum videtur habuiſſe Bald. in d. §. vaſallus. ut ſcilicet in iſtis antiquis, quorum probatio eſt difficilis, vxor cogatur teſtificari contra maritum: & domeſticus ꝯ domeſticum, & ꝙ iſte fuerit ſenſus Bald. probatur ex lege quã allegat in d. l. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10. vbi glo. in verſi. iurata fide. notat, ꝙ vxor cogitur manifeſtare bona hr̃dibus mariti per iuramentum, & ſimiliter vaſalli feuda. Conuertẽda eſt igitur concluſio, ꝙ in antiquis domeſtici coguntur teſtificari contra domeſticos. Pro eis autem teſtificari non poterunt,
18 niſi vt ſupra. Iſtud † aũt, ꝙ domeſtici coguntur teſtificari contra domeſticos in ſubſidium, vr̃ intelligendum in his, quæ de ſui natura ab alijs ſciri non poſſunt, & ſic ab alijs probari nõ poſſunt, prout in his, quæ fiunt in domo, per ea, q̃ no. Ant. de But. Imol. & Doct. in c. tertio loco. de proba. Anto. de But. in cõſi. 24. Que
19 ſtio hęc. circa fi. vbi teſtis † inhabilis admittitur in ſubſidium, qñ res per alios veriſimiliter probari non põt, nec actu, nec habitu, ſecus ſi habitu, licèt non actu. & in terminis coactionis teſtium ita tradit Alex. in conſi. 64. col. 2. verſi. 2. reſpondeo. lib. 1. In hac
20 † etiam materia antiquitatis, non ſolùm admittitur probatio leuior, verùm etiam ipſa antiquitas probationem videtur præſtare. puta conſtitutum non operatur, niſi probetur, ꝙ conſtituens rem teneret, & poſſideret tempore conſtituti. Ang. & Alexand. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acquirenda poſſeſſio. cum ſimil. vt per Dec. in conſi. 400. col. penul. in princ. Laſ. in l. quotiens. colu. 4. C. de rei vend. Iſtud tamen fallit in antiquis in quib. non eſt neceſſe probare poſſeſſionem conſtituentis de tempore conſtituti, ſed illa præſumitur. Socin. in conſi. 187. In controuerſia. col. 5. verſi. ſecunda ratio. lib. 2. ſequitur Dec. in conſi. 302. col. 3. verſ. non obſtat, ꝙ nõ apparet, ꝙ poſſeſſio, allegat Paul. de Caſt. in conſi. 81. In cã, quæ vertitur inter reuerendum partem, col. 2. in fi. verſi. patet etiam ex inſtrumento. li. 2. vbi, ꝙ poſſeſſio probatur per inſtrumentum antiquum, in quo dicitur poſſeſſionẽ eſſe apud talem, quod Paul. dictum etiam refert & ſequitur idẽ Dec. in conſi. 36. col. 4. verſi. 1. igitur non obſtat. Addo Panor. in c. cum nobis. colu. 2. de præſcriptio. quem ſequitur Curtius Iunior in conſi. 90. col. fi. vbi ꝙ in antiquis poſſeſſio põt probari ꝑ ſola inſtrumenta. Addo vltra Decium & Curtium Socin. in cõſi. 106. colum. 2. lib. 3. vbi idem voluit, quod in d. conſi. 187. ꝙ ſcilicet in antiquis præſumitur poſſeſſio conſtituentis de tempore
21 conſtituti. Sed † aduerte; quia iſtud dictum, ꝙ probetur poſſeſſio ex inſtrumento antiquo in præiudicium tertij, videtur dubitabile, qñ talis poſſeſſio adferret graue præiudicium, puta, quia ex ea inferretur ad probationẽ dominii, & iſtud dictum eo caſu videtur contra communem concluſionem Doct. ſupra firmatam, ꝙ verba enuntiatiua inſtrumenti non probant contra tertium in antiquis, ſiue prolata ſint principaliter & directo ꝑꝑ ſe, ſiue incidenter propter aliud. Ideo non putarem, ꝙ ex ſimplici conſtituto in antiquis probetur poſſeſſio conſtituentis, quando per tale conſtitutum agitur de probatione dñii ꝯ tertium quòad plenam probationem: ſed ſemiplena tantum inducatur probatio, quæ ſuppleatur ex alijs indicijs aut adminiculis, iuxta ea, q̃ in præcedentib. dicta ſunt de probatione verborum enunciati-
22 uorum in antiquis ꝯ tertium. Nec obſt. † dictum Bal. allegatũ per Socin. in dictis conſilijs. in authen. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſ. eccle. vbi, ꝙ poſſeſſio probatur per inſtrumenta ſucceſſiue facta ſuper poſſeſſione & reditibus, per l. Pomp. ff. quibus modis vſusfruct. amitta. quia Bal. loquitur in pluribus inſtrumẽtis q̃ æquipollent probationi famæ, ut in p̃cedẽtibus dictum eſt, nimirum ſi ex talib. plurib. inſtrumentis fit plena probatio; quia fama in antiquis plene probat, cẽt vbi agitur de graui p̃iudicio, & de probatione dñij, vt ſ. vidimus. Non obſt. cẽt Abb. in d.c. cũ nobis. quia Abb. loquit̃ eo caſu, quo cẽt probaretur poſſeſſio in recentib. puta qñ in ſcriptura continet̃, ꝙ quis miſſus eſt in poſſeſſionem rei authoritate iudicis, ita ꝙ per ſcripturam notarij apparet, ꝙ miſſus apprehendit poſſeſſionem, vel qñ in rei pñtia vẽditor tradidit rẽ emptori, & de hoc notarius atteſtatur: & qñ Abb. loquit̃ de cõſtituto, p̃ſupponit habilia aliunde, ideſt, ꝙ nõ ſit dubiũ de poſſeſſione conſtituentis, per l. qui teſtõ. in prin. ff.
23 de teſtamen. Sed dicet † aliquis, qñ producitur inſtr̃m de antiquo, non vr̃ neceſſaria probatio notariatus, ſed ille pręſumitur ꝑꝑ antiquitatem tpis. Bal. in authen. quas actiones. circa fi. & infra dicemus. ergo eadem rõne idem vr̃ dicendum in cõſtituto, aut recognitione, ꝙ pręſumatur poſſeſſio de tpe conſtituti, aut recognitionis in antiquis: ita ꝙ agens ex tali conſtituto aut recognitione habeat intẽtionem fundatam, ſaltem donec probetur de contrario. Rñdeo, ꝙ magna inter iſta videtur rõ diuerſitatis primò: quia in notariatu non agitur de præſumenda ſubꝫ rei, ſed de qualitate aut ſolennitate tm̃ requiſita ad fidem inſtrumẽ-
24 ti, quæ † qualitas aut ſolennitas facilius p̃ſumitur, q̃ ſubſtantia. arg. not. ꝑ Bar. & Doct. in l. certi condictio. §. qm̃. ff. ſi cer. peta. vbi qñ aliquid non poteſt probari, niſi per inſtr̃m, eius tamen qualitas probari põt per teſtes. Similiter † licèt reſcriptum teſtibus, ꝓbari non poſſet, ſed ſcripturam requirat, Bal. in l. humanum. C. de legib. & in l. nec exemplo. C. de falſis. Moder. in rub. extra de

conſti-

Source : BIU Cujas

constitutio.qualitas tamen rescripti testibus probari potest cap. auditis.vbi Abb.in 2.nota.de resti.in integ.Dec. in ca. pastoralis. col.3. in prin. de rescrip. sed qñ agitur de probatione domini, aut possessionis,dicitur agi de probatione substãtiæ & ipsius negotii principalis.Secundo rñdeo,q̃ lex facilius præsumit pro instrumẽto publico,q̃ pro assertionibus priuatorum aliquid asserentium super dominio aut possessione,ex qua inferatur ad pro
26 bationem dominij.Sed rursus † instabit aliquis,tu dicis, q̃ in antiquis probatur possessio constituentis aut recognoscentis de tpe constituti aut recognitionis semiplene, ergo fortius videris concedere,q̃ Socin.& Dec.qui dicunt p̃sumi talem possessionẽ in antiquis.Probatio enim semiplena plus vr̃ in se habere, q̃ præsumptio,vt habetur in l.admonendi.ff.de iureiur. Respondeo,q̃ respectu transferendi onus probandi in aduersarium plus efficaciæ videtur obtinere præsumptio,q̃ semiplena probatio. Patet: quia iuris præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. l.fi.in princ.ff.quod met.cau.l.nuptura.in fi.ff. de iure dot.l.si chirographum.l.uerius.& l.ab ea parte.ff.de probationi. l. generaliter.§.si petitum.ff.de fideicom.liber. l. siue possidetis. C. de probatio.c.ex insinuatione.de procur.c.vnic.vt eccle. benefic. Oldr. in consi.261.In vnione.& in consi.277.Quod Abb. in fin. Calderi.in consi.5.in fi.in tit. de probatio. & tamen non sic videtur in semiplena probatione;quia actor probans semiplene non obtinet,licèt reus nihil probet,nisi sit casus,in quo actori deferatur
27 iuramentum suppletiuum:& q̃ iuris præsumptio efficaciorꝰ sit probatione semiplena apparet;quia iuris præsumptio dr̃ probatio liquidissima.l.licèt imperator.vbi glo.& Doct. ff. de legat.1. & latius in præcedentib.vidimus,q̃ non æque dr̃ in probatione
28 semiplena.Quòd † igitur dr̃ p̃sumptionem minus esse, q̃ probationem semiplenam, id vr̃ intelligendum in præsumptione hominis,vel in alia leui iuris p̃sumptione,de qua per glos. & Docto.in l.si duo patroni.in princ.ff.de iureiuran.vbi, q̃ ex sententia inter alios lata sit aliqualis p̃sumptio iuris; non tñ talis,q̃ onus probandi transferat in aduersarium, sed quæ cæteris paribus faciat obtinere partem, pro qua talis præsumptio sit. Sed posset
29 † hic dubitari,pone, q̃ aliquis hẽt præsumptionem iuris pro se, & alius semiplene p̃bat,an sit locus iuramento suppletiuo? Dic, q̃ non;quia eliditur semiplena probatio ex præsumptione iuris, quæ est p̃ eam.l.1.cum glo.no.vbi Bar.C.qui & aduer. quos.Roma.in consi.91.col.penu.post med.versi.Item procedit dicta regula.Ias.in repeti.l.admonendi.col.104.versi. 19. casus. & sic vides fortiorem esse p̃sumptionem iuris probatione semiplena.

Vidimus in specie multos casus, in quibus p̃ antiquitatem temporis faciliores ac leuiores admittuntur probationes,sed nõ erit inconueniens post specialia subijcere clausulam, aut conclusionem generalem, q̃ regulariter in antiquis probationes leuiores sufficiunt.l.si seruus seruum.§.inquit lex. ff. ad legem Aquil.
30 Generalis † igitur habetur conclusio,q̃ in antiquis probationes leuiores,faciliores(que sufficiunt,& sufficit probatio per indicia & coniecturas.l.centus & monumenta.& quod ibi not.ff.de proba.l.qui ex literis.ff.de bono.poss.secun.tab.c. cum causam. de p̃ba.c.cũ olim.de censibus.& vtrobique not.tradit Paul. de Cast. in consil.164.In præsenti causa,q̃ vertitur coram maiore.colu.j. lib.2.Ancha.in consi.310.Tres dñi magnifici.col. 2. versi.& istæ probationes.& dicit idem Anch.in consi.vlt.colu. 6. in fin. tertij
31 dubij,q̃ in antiquis sufficit probatio † præsumptiua & adminicularis, & q̃ in antiquis sufficiat probatio p̃ indicia,tradit Calca. in consi.8.col.5.ante med.Idem voluit Ias. in consi. 128. col.1.in fi.lib.1.vbi,q̃ in antiquis sufficit probatio coniecturalis, licèt necessariò non cõcludat.& varia ac plurima id genus dicta & exẽpla lector assiduus inuenire poterit apud Doct. tam legendo,q̃
32 consulendo.Limitatur † nunc ista conclusio, q̃ in antiquis probationes leuiores sufficiunt,vt non procedat p̃ possessorem autreum,de cuius possessionis iustitia apparet;quia probatio, quæ fit ex tpis antiquitate,dr̃ præsumptiua,& coniecturalis, ideo admitti non debet cõtra veritatem,idest contra eum,de cuius possessionis iustitia apparet.ita Socin.in consi.194.colu.fin.lib.2.vbi qñ is,contra quem agitur,apparet iustus possessor,actor dẽt plene probare,non obstante antiquitate tpis.alleg.Innoc.& Docto. communiter in d.c.cum causam.de probat. Plane aduertẽdum
33 † est circa istam limitationem Socin.quia aut reus possidens p̃scripsit rem,quam possidet,& tunc frustra tractamus de probatione actoris:posito enim, q̃ plenissime probet de iure suo,talis probatio non releuat siue in antiquis,siue in recentibus, quia p̃sens ius rei extinguit ius actoris antiquum & præscriptum.Corne.in consi.142.colu.3.ad fin. lib. 3. Aut reus nondum præscripsit contra actorem,& tunc licet sit iustus possessor cum titulo & bona fide,dico sufficere probationes per indicia & coniecturas in antiquis.Nec obstat,q̃ actor debet plene probare de iure suo:quia fateor,sed dico,quòd talis probatio in antiquis dicitur plena & legitima.

34 Secundò † limitatur dicta cõclusio,vt procedat, qñ agitur de probãdo aliquid,quod sit de antiquo,tunc.n.probationes leuiores sufficiunt.Secus,si agatur de probando aliqud,quod non sit antiquum: quia tunc illud non probaretur per instrumentum de antiquo,vbi aliàs tale instrm probaret,si res esset de antiquo. Ita Deci.in consil.13.colum.penulti.versicu.2. dato. sed aduerte vltra Deci.quia videtur impossibile,q̃ res nõ antiqua probetur per instrumentum antiquum:quia non potuit fieri instrumentum super re,quæ nondum erat de tempore ipsius instrumenti. Bene fateor,q̃ instrumentum de antiquo posset iuuare probationem rei non antiquę, incipiendo ab origine & probando, q̃ res præsens habuit originem a re, de qua instrumentum de antiquo loquitur,puta in casu, in quo Decius loquitur, videlicet in consanguinitate de presenti,quæ non probatur per instrumentum de antiquo,in quo fit mentio de prioribus gradibus ipsius consanguinitatis:nam tale instrumentum solum non sufficeret, quia præsens consanguinitas potest aliter probari, incipiendo ab vlterioribus gradib.tñ si sit quæstio de gradu anteriore, de quo fit mentio in ipso instrumento,& q̃ ego sim de descendentibus ab illo,forte non procederet dictum Decij; quia tunc videtur agi de re antiqua,licèt gradus sequentes non sint antiqui.

35 Tertiò † limitatur dicta conclusio,vt nõ procedat in materia, in qua lex vel statutum requireret plenam probationem; nam non sufficeret probatio per indicia & coniecturas etiam in antiquis:ita Socin.in d.consi.194.colum.fina.versi. sed ad ambo fundamenta.lib.2.& exemplificat Socin.quando ageretur de retractatione sententiæ per viam restitutionis in integrum: nam tũc probationes desiderantur luce ipsa clariores.l.fin. in versic. luce clarior.vbi Bald.C.si minor se maior.dixe.isto enim casu quo,p̃batio plena requiritur non sufficeret semiplena, etiam cum iuramento,ergo multo minus sufficient indicia & coniecturæ.

36 Sed aduertendum † circa hãc limitationem Soc.nam fateor, q̃ vbi probatio plena requiritur, non sufficeret semiplena cum iuramẽto,sed dico,q̃ in istis antiquis per indicia & p̃sumptiones fit plena probatio,non semiplena tñ & licèt dicatur probatio coniecturalis, plena tamen est, & sufficit talis probatio,licèt actor tendat ad aliquid infringendum aut impugnandum.Paul. de Cast.in consi.281.in causa ista quinque.col.2.versi.nec obstat, si dicatur.& in consi.sequenti 282.colum.3. post med.versi.& si dicatur dictus Albertus.li.1.vbi,q̃ solum repellitur ista probatio coniecturalis in cã criminali,per l.fin.C.de probat.sed in causa ciuili sufficit,licèt tendat ad impugnationem aut rescisionem a'i
37 cuius actus.Nam † ista limitatio Socin. aperte confunditur per dicta Dec.in rub.ext.de proba.colu.17.versi.secunda conclusio. vbi,q̃ probatio præsumptiua habetur pro vera probatione, etiã vbi requiritur probatio instrumentalis,allegat Bald.in l.1.col.6. versicu.quæro,quid si statutum.C.de fideicom & idem Deci.in consi.54.col.fi.versi.nam solet.Addo Ale. in consi. 126. colu.2. post med.versi.fortificantur prædicta.li.6.& tradunt Mod.in d.l.
38 licet imperator.ff.de leg.1.vbi q̃ † probatio p̃sumptiua dicitur euidens,quando sunt præsumptiones à iure approbatæ: vbi tñ non allegant consilia Pa.de Cast.supra memorata. Addo etiam Calde.in consi.15.in fi.in tit.de usur.ubi, quòd manifestum quid dicitur ex sola præsumptione, inferens ad vsurarium manifestũ, licèt hoc dictum de vsurario manifesto ad p̃sens non discutiã. Præterea attenta ista limitatione Soc.sequeretur, quòd lex præclusam esse voluisset quodammodo uiam probandi in istis antiquis,cum aliter probati non possint, quàm per præsumptiones, indicia,aut famam. Amplius dicitur, quòd præsumptio iuris habetur pro notorio.c.literas.de præsumptio. c.clericos.de cohabi. cleri.& mulie.c.tua.iuncta glo.in uersi.non ex euidentia, eod.tit. glo. in c. Michael. de filiis presby. q̃ iura ad hoc citat gl. pragma. sanctio.in tit.de concubina.§.publici.in uerbo,dimittitur, in fin.
39 char.186.Quartò † limitatur præmissa conclusio,vt non procedat substantialibus alicuius instrumenti corrosis vel deletis ex temporis antiquitate,puta indictio.licèt appareant anni, ex quibus inferri possit,quæ indictio curreret de illo tempore: quia tali casu antiquitas temporis non supplet fidem instrumenti. Ita Corn.in consi.93.lib.4.reprobando Bal.in l.vnum ex familia. § si omissa.ff.de leg.2.Sed puto, q̃ ipse Corn. reprehensione egeat, & q̃ Bal.melius loquatur. Nam si ex antiquitate temporis præsumitur notariatus, sine alia eius p̃batione, ut supra dictum est, & inferius dicemus, multo fortius præsumi debet pro indictione, quæ declarari possit ex ipsa expressione annorum, licèt indictio ipsa sit deleta ob temporis antiquitatem.Secundò nos uidemus, q̃ instrumentum minus solenne probat semiplene mortuo notario, licèt res non sit de antiquo. Bar. & Doct. in d. l. admonendi.col.8.& supra latius diximus, quanto fortius dicendũ erit, quando defectus solennitatis apparet prouenisse non ex uitio aut culpa notarii, sed solum propter lapsum tẽporis omnia consumentis, & uerbum aliquod substantiale corrodentis Imo supra diximus,quòd instrumentum minus solenne, & cuius defectus processit uitio notarii omittentis aliquam solennitatem, puta locum aut indictionem, videtur plene probare in antiquis, ex quo in non antiquis semiplene probat,quanto fortius, quãdo ap̃paret,q̃ instrumentum ab initio fuit solenne, sed post ob temporis lapsum verbum aliquod substantiale oblitum aut deletum

deletum ſit, maxime quando ex præcedentibus aut ſequentibus
40 ſciri poteſt, quid illud importaret. Nec † præmiſſis obſtat tex. in cap. inter dilectos. de fide inſtru. allegatus per Corn. in d. conſ. 93. lib. 4. quia ſcriptura ibi tota nitebatur ſuper ſigillo, non mirum, ſi conſumptio aut deletio ſigilli vitiat eius fidem. Secus eſt in inſtrumento, in quo plura ſunt alia ſolennia, & in quo ſolennitas indictionis conſumptæ ex temporis antiquitate ſuppleri poteſt ex annorum expreſſione, cum vel interpretationes ad hoc inuẽtæ ſint, vt actus ſuſtineatur, & non pereat. l. quotiens. ff. de verbo. obli. l. 3. ff. de teſt. milit. cum ſimil. Baldi opinionem amplector tanquam benigniorem, & de iure etiam veriorem, quicquid in contrarium arguat Corn. Præterea contra Corn. adduco Barto.
41 in l. nominatim. ff. de cõdi. & demon. vbi, † ꝙ appoſitio indictionis corruptæ facta non vitiat inſtrumentum; quia ex appoſitione annorum apparet de qua indictione notarius ſenſerit, & ſic apparet omnino de errore notarij in appoſitione indictionis, ſequitur Iaſ. alia allegans in d. l. admonendi. col. 19. verſic. intellige tamen. ff. de iureiur. & in rep. col. 64. in fi. verſi. item attende. dum dicit Barto. ſi appoſitio indictionis erronea, non vitiat, quando ex annis de ea poteſt apparere. multo minus debet vitiare conſumptio ex antiquitate temporis. Aut ſaltem eadem eſt ratio non vitiandi in vtroque: ſed magis in terminis contra Corn. adduco Imo. in l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delen. vbi, ꝙ ſi indictio eſt erronea & conſumpta ex toto, & omnino nõ apparet, inſtrumentum non probat, ſequitur Fel. in d. c. inter dilectos. col. 7. ver. Vnde dicit Imo. de fide inſtrum. & ſic Imo. & Felin. non ſolum volunt inſtrumẽtum probare, quando indictio eſt conſumpta, ſi ex annis de ea poſſit apparere, ſed etiam ſi duo concurrant, ꝙ
42 ſit conſumpta & erronea. Itaque † facilis pernimium fuit Corn. ad conſulendum contra fidem inſtrumenti, & forte iudex ſentẽtiam dixerit ad formam illius conſilij Cor. fraudando partem iure ſuo optimo, cuius probatio in promptu erat per inſtrumentũ eiuſmodi. Equidem non breuis ſit conſulentium ſarcina, plerique animo oſtentandi, vt plus ſapere videãtur, opiniones rectas impugnabunt cauilloſis quibuſdam interpretationibus: & iure noſtro hodie abutimur, plurimumque præſtitiſſe arbitramur, quotiẽs clientis cauſam etiam per iniuriam ad victoriam pertulimus. ita fit, vt cruciatus nobis laboremus, dum gloriæ aut alieno ſtudemus commodo. Non tot, tantæque Doctorum varietates in iure forent, ſi ad veritatem omnes reſpicerent, ſed enim quoties caſus conſulentis propoſitus ſit, illud primum omniũ nonnulli querunt, quomodo veras rectaſque opiniones clientis deſiderio minime commodas liceat effugere, etiam opiniones alias reprobatas, & ab omni ratione æquitateque alienas manibus pedibuſque (quod aiunt) pertinaciter ſuſcipiendo ac tutando.

SECVNDA PARS.

ARGVMENTVM.

De præſumptione ſolennitatis extrinſecæ ob temporis antiquitatem in actibus iudicialibus. Primò quidem, quid dicatur de antiquo, vt præſumptio ſit, litem eſſe conteſtatam, partem citatam, & alias ſolennitates ad ſententiam requiſitas interueniſſe. Et an id ſpecifice ſit neceſſum exprimere, an verò ſufficiat generaliter complecti. Tum an in vera fictave contumacia præſumatur quid antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quando quid præſumatur in ſententia, ut omnia præſumrntur ſolenniter acta.*
2 *Sententia dicitur de antiquo, quando lata eſt contra abſentem & contumacem vera contumacia.*
3 *Contumax fictus an poſſit appellare à ſentẽtia. Et infra quantum tempus. Et an habeatur pro abſente. Et an contra eum præſumatur ſolennitas ex antiquitate temporis decem aut viginti annorum.*
4 *Sententia lata præſentibus partibus nõ præſumitur habere omnes ſolennitates enuntiatas, niſi poſt lapſum tempus ad appellandum.*
5 *Pro ſententia in antiquis an præſumitur quòad acta, non facta de eis in ea mentione. nu. 6 Quid de laudo. Quid de inſtrumento unionis. ibidem.*
7 *Pro decreto iudicis quando ſit præſumptio.*
8 *Sententia an præſumitur continere acta requiſita non facta de eis ſpecifica mentione, diſting. Pro qua facilius præſumitur quò ad acta, quàm reſpectu ſolennitatis.*
9 *Pro ſententia, in qua exprimitur ſollennitas in genere, præſumitur.*
10 *Notariorum aut priuatorum actus, non tantum habent præſumptionem, quantã iudicis actus. Et an in eis ſufficiant ſolemitates in ſpecie enuntiari.*
11 *Iudicis aſſertioni ſuper ſolenitatibus ſententiæ aut decreti quando ſtetur. Et quid de actu notarij.*
12 *Iudicis aſſertioni ſuper ſolennitatibus, quibus nec iudex, nec partes potuerunt renuntiare, non creditur.*
13 *Iudici aſſerenti ſed detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita non creditur & ſuper quibus præterea illi non credatur.*
14 *Iudex, item & partes non poſſunt renuntiare ſolennitatibus iudicij ſubſtantialibus.*
15 *Sententia & decretum quid differant. Et an æque ſuper eis iudicis aſſertioni credatur, quantum ad ſolennia.*
17 *Pro ſententia an magis præſumatur, quàm pro decreto. diſtin & numero 18.*
19 *Sententiæ approbatio præſumitur ex præſentia & taciturnitate partium.*
20 *Iura pro iudice magis præſumunt, quàm pro priuato, nec tanta in eum cadit ſuſpicio quanta in priuatum.*
21 *Iudici an credatur ſuper cauſa, ſine qua quis actum facere non poteſt, & quid de his, ſuper quibus poteſtatem non habet.*
22 *Iudicis aſſertioni creditur, quando eo concurrit veriſimilitudo. Et quando illa ipſa veriſimilitudo adſit. Et vnde cauſetur nu. 23.*
24 *Pars an & quando contra ſententiam reclamare poſſit.*
25 *Sententiæ iudicis reclamans poſt debitum tempus tenetur probare aliter eſſe, quàm iudex aſſeruerit, ſi ex tali aſſertione velit arguere nullitatem.*
26 *Iudicij ſolennia poſſunt tacite remittere partes præſentes, & non contradicentes iudicis aſſertioni.*
27 *Iudex an dicatur cauſa cognita procedere, eo ꝙ partes ſunt præſentes, vel cõtumaciter abſentes, diſting. & nu. 36.*
28 *Præſentia partis non neceſſariò infertur ex citatione.*
29 *Iudicij ſolennitates, quæ potuerunt interuenire ſententiæ vel decreti iudicis tempore, præſumuntur ne interueniſſe. & nu. 30.*
31 *Notarius poteſt conficere inſtrumentum, & de eo atteſtari, quod geſtum eſt, modo rogatus a partibus.*
32 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam ſolennitatum præſumptionẽ habet, quando agitur ad eum effectum, ad quem iudex pronũtiauit. Et quid ſi agatur ad alium finem, modo non ex diuerſa cauſa, maxime vbi obſtat exceptio rei iudicatæ. nu. 33.*
34 *Notarius, item & partes poſſunt fateri factum in ſpecie, non in genere.*
35 *Teſtis debet ſolum deponere ſuper facto, non ſuper iure. Et quid de notario.*
37 *Sententia, quando dicatur de antiquo lata, vt pro ea præſumatur, etiam in ea non facta mentione ſolennium aut actorum.*
38 *Iudicis arbitrio relinquendum, quando ſententia dicatur antiqua, qui iudex varie arbitrabitur ſecundum qualitates iudicum, qui pronuntiarint.*
39 *Sententia lata de antiquo, an ita pro ea demum præſumatur, ſi lata ſit contra præſentem, aut contumaciter abſentem, an verò etiam ſi contra abſentem non contumacem. diſting.*
40 *Sententiæ notitia præſumitur propter temporis diuturnitatem in his caſibus in quibus abſens poſt notitiam habitam tenetur appellare.*
41 *Sententia an ſit de recenti, vel de antiquo, vt præſumatur pro ea, diſtinctione opus, maxime an ſolennium enuntiatio ſit neceſſaria.*
42 *Contra tertium non præſumitur pro ſententia.*
43 *Sententia in quibus præiudicat tertio, videtur pariter contra tertium præſumi pro ſententia.*
44 *Res inter alios acta, quæ alijs plene non præiudicat, an ſaltem aliquod aut quale præiudicium pariat.*
45 *Scriptura priuata inter duos cum vno teſte integro an plene probet. Quid de libro æſtimi, num præſumptionem faciat contra tertium?*
46 *Iuris præſumptio vt probandi onus transferat in alium, num plena requiratur probatio?*
47 *Socius criminis, an admittatur contra apprehendentem vel cuſtodientem ſeipſum. Tum quot & quales teſtes requirantur contra legis præſumptionem.*
48 *Res inter alios acta quòd præſumptionem aliqualem & leuem faciat contra tertium.*
49 *Res inter alios acta in antiquis contra tertium inducit ſemiplenam probationem.*
50 *Pro ſententia præſumitur, quæ tranſiuit in rem iudicatam contra præſentem vel abſentem in his, in quibus non valet ſententia ex defectu conſenſus partium.*
51 *Sententiam latam ſine cauſæ cognitione, vbi apparet, ceſſat præſumptio, quæ ceſſat in caſu claro, vbi aliter de veritate apparet.*
52 *Pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur, etiam reſpectu ſolennitatis & ordinis iudiciarij.*
53 *Sententiæ nullitas cauſatur ex libelli ineptitudine. Et an pro ea ſentẽtia poſſit præſumi.*
54 *Acta an probent ſententiæ ſolennitatem non interueniſſe.*
55 *Acta producenti ſufficit negare, quòd ſint alia acta. Quod ſi aduerſarius plura adſeueret, tenetur probare.*
56 *Actorum pluralitas non præſumitur.*
57 *Sententiæ inſtrumentum, niſi fuerit publicum, & in forma probante, pro ea non præſumitur.*
58 *Præſumptio non eſt pro his, quæ non fiunt coram iudice, vt pro mandato facto in abſentia iudicis.*
59 *Mandatum an præſumatur ex antiquitate temporis in vtranque partem acuta diſſertatio, maxime affirmatiuam nu 60.*
61 *Mandatum videtur probari propter antiquitatem temporis, vbi in ſententia aut inſtrumento fit mentio de ipſo inſtrumento.*
62 *Verba enuntiatiua alterius inſtrumenti an illud non probent, niſi inter ipſos contrahentes.*
63 *Qualitas facilius quàm ſubſtantia probari poteſt. Item & facilius inducitur. nu. 64.*
64 *Mandatum an probetur propter antiquitatem temporis in actu ad quem*

quis

quis verisimiliter non accederet sine mandato.

65 *Mandati ratificatio præsumitur ex antiquitate temporis, vbi agitur de modi co præiudicio.*

66 *Mandatum de custodiendo præsumitur ex temporis antiquitate, & diuturnitate custodiæ præcedentis.*

67 *Mandatum præsumitur concurrentibus quasi possessione, & diuturna patientia, & quid de mandato vicarij episcopi.nu.68.*

69 *Mandati extrinseca solennitas præsumitur concurrentibus aliquibus indicijs aut coniecturis.*

70 *Mandatum præsumitur ex antiquitate, quando agitur de fauore & commodo allegantis mandatum.*

EX præmissis absolutam habemus primam hanc partem tractatus nostri de temporis antiquitate circa materiam ꝑ batoriam. In qua ipse prolixior lōge fui atque existimarem, sed non potui breuius scribere ꝑ difficultatum & casuum onere non breui. Veniamus interim ad secundam partem circa materiam præsumendæ solennitatis extrinsecæ ob temporis antiquitatem in actis iudicialibus, quando quid dicatur de antiquo, vt fiat talis præsumptio, & de quæstionibus oportune occurrentibus, secundùm materiam subiectam.

1 Primo igitur † quæro in hac secunda parte, quādo quid dicatur de antiquo in sententia, vt omnia præsumantur solenniter acta, puta litem fuisse contestatam, partem citatam, & alias solennitates fuisse adhibitas necessarias ad ipsam sentētiam. Respondeo, ꝙ vario modo res dicitur de antiquo in hac materia nam quandoque sufficit lapsus decem dierum, quod tempus datur ad appellandum: nam si lapsum sit tempus appellandi, & solennitates enuntientur in sententia, & illa feratur præsentibus partibus & non appellantibus, omnia præsumuntur solenniter acta, prout in sententia enunciatur. Barto. in l. 1. C. de rela. in l. acta. ff. de reiudic. & in l. fi. ff. quando appell. sit. Bald. in consi. 217. Citatio. lib. 4. Abb. in consi. 92. col. 1. in fi. lib. 1. & in consi. 60. col. fin. lib. 2. Veronensis in consi. 63. col. 3. & 4. Alexan. in consi. 42. Vilo processu. circa princ. lib. 4. Deci. in consi. 42. colu. 6. versi. Secundo hoc deducitur. Aufre. in decisio. Tholosa. q. 328. habetur in auth. si quis in aliquo documento. vbi Iaſ. in fin. commenti. C. de eden. Idem,

2 † si lata sit sententia contra absentem & contumacem vera contumacia. Rota decis. 301. si petatur. in nouis. Corn. in consi. 278. colum. 2. & lib. 4. & opi. ꝙ requiratur vera cōtumacia, attestatur communiter Aret. in consi. 62. In facto. col. 1. Addo Geminia. in

3 consi. 53. col. 3. circa med. Sed quòd † idem sit in ficto contumace, tenet Feli. in cap. quoniam contra. col. 14. in fin. versic. quarta conclusio. de proba. sed magis placet prima opinio: nam fictus contumax potest appellare, vt habetur in l. fi. ff. de restitu. in integrum. in l. properādum. §. finautem reus. C. de iud. & in l. ea, quę. C. quomodo & quando iud. ergo intelligitur, ꝙ poterit appellare intra decem dies à die notitiæ habitę de sententia, auth. hodie in glo. C. de appel. c. concertationi. de appel. lib. 6. quod procedit, licèt statutum dicat, ꝙ tempus appellandi currat à die sententię. Corn. in consi. 17. colu. 4. lib. 1. & sic apparet, ꝙ ficte contumax non habetur pro præsente, sed pro absente, nec propter contumaciam fictam censetur approbare sententiam; quia si censeretur approbare, non posset appellare. Si non censetur approbare sententiam, ergo nec solennitates in ea enuntiatas, & sic quò ad istum casum fictus contumax habebitur pro absente, vt solennitas enuntiatorum in sententia non ꝓsumatur contra eum post lapsum decem dierum à tempore sententiæ, sed computabitur istud tempus decem dierum à tempore notitiæ. Potest tamen dici, ꝙ contra fictum contumacem ꝓsumatur solēnitas ex antiquitate temporis decem aut viginti annorum, per id quod scribit Gemin. in consi. 53. colu. 3. ante med. Aduertendum autem

4 † hic est, ꝙ licèt Barto. & Doct. plerique in hac materia simpliciter loquantur, ꝙ tales solennitates enuntiatæ in sententia præsumantur, quando lata est sententia præsentibus partibus, nec distinguant, an lapsum sit tempus appellandi vel nō, tamen necessario debent intelligi post lapsum tempus ad appellādum: nam qua ratione ante lapsum id tempus possunt, non censentur approbare sententiam, eadem nec enuntiata in ea: & ita intelligūt Moder. in d. c. quoniam contra. vbi Fel. colum. 14. ver. quarta conclusio. Decius colu. 21. versi. 2. prædicta conclusio. de probat. Addo Pau. de Cast. in consi. 16. Si ponderentur. col. 2. versi. restat nunc respondere, lib. 1. Bald. in d. consi. 217. lib. 4. Abb. in d. cons. 92. lib. 1. vbi Bal. Pau. & Abb. hoc volunt procedere, quando pars non appellauit, & consequenter lapso tempore ad appellandum; qa ante eius lapsum dici non potest, ꝙ nō appellauerit: cum adhuc

5 possit appellare. Secundo † quæro in hac secunda parte, tu dicis ꝙ vbi lapsum est tempus appellandi, sīa dī. de antiquo, quod ad hoc, vt præsumantur solennitates enuntiatæ in ea, qñ est lata cōtra ꝑsentem vel vere contumacem, quæro inquam, an istud procedat indistincte, etiam ꝙ tales solennitates non enuntientur in ipsa sīa. Pau. de Cast. in consi. 202. In cā confinium. colu. 3. lib. 1. refert Inno. in c. cum in iure. de offi. deleg. tenentem ꝙ sic. Pau. tñ non bene firmat, nisi simus in antiquis opi. ēt Innoc. ꝙ præsumā tur solennia sīæ post decursa fatalia, & sic postquam sīa transiuit in rem iudicatam, licèt illa in sīa non exprimantur, saltem in antiquis, tenet Veronensis in consi. 26. In secundo dubio. & in consi. 63. colum. 4. ver. vltra etiam prædicta. Idem vī tenere Cor. in cōsi. 333. colum. 4. post med. lib. 1. vbi, ꝙ creditur sīę antiquę, licèt acta non producātur, maxime si acta refert. ergo idem videtur velle, licèt acta non referat. idem & clare voluit Gozadi. in cō si. 96. col. fi. versi. 6. adduco. vbi, ꝙ præsumitur pro sententia quò ad citationem lapso tempore ad appellandum, licèt de citatione mentio non fiat. idem voluit Feli. in d. c. qñ contra. col. 19. versi. quinimo est vnus casus, vbi, ꝙ ꝑsumitur pro decreto in antiquis, ēt quò ad solennitates in eo non expressas. idem voluit Iaſ. in l. 4. §. cōdemnatum. col. 2. circa med. ff. de re iudic. vbi, ꝙ præsumitur pro sīa, a qua non fuit appellatum respectu citationis, licèt de ea in sīa mentio non fiat, post Spec. ꝑ eum allega. & ꝙ non requiratur enunciatio in antiquis, tenet Aret. in consi. 36. col. fi. versi. ad

6 fm dico bī. Sed † ꝑrium etiam in antiquis tenet Pau. de Cast. in consi. 76. in facto isto quatuor. col. 2. lib. 2. vbi, ꝙ nō præsumitur pro sīa etiam in antiquis quò ad acta, nisi de eis fiat mentio in sīa. Idem voluit Bal. in cōsi. 204. Longum thema. colu. 2. circa med. versi. & hæc vera, si cōstat &c. lib. 3. Idem uidetur velle Alexan. in consi. 123. col. 2. versi. præterea p̄dicta sīa. lib. 2. Pro hoc, quod scribit Areti. in consi. 68. col. 3. post med. versi. præterea posito, vbi qñ iudici creditur attestanti de actis, intelligitur qñ de eis attestatur particulariter. Ad idem quod scribit Pau. de Cast. in cōsi. 139. Pro declaratione eius, de quo q̄ritur. añ fi. li. 1. vbi, ꝙ laudū, in quo enunciatur instrm transactionis inter pītes ipsam transactionem non probat. qñ tenor ipsius trāsactionis in specie non exprimitur. Ad idem quod scribit Old. in cōs. 262. In qōne. col. 2. versi. Sed p̄dictis obstare vī, vbi si in instrō vnionis dicat, ꝙ vnio fuit facta cū oīum iurium solēnitate, talia uerba non probant solēnitates p̄cessisse nisi in specie exprimantur omnes solē nitates ad vnionē necessariæ. Ad idem, quod scribit Rota deci. 190. Quòad reuocationē. in nouis, vbi, ꝙ non sufficit cōfessio appellati, q̄ fuerit appellatū, nisi dicat & probetur ī specie, ꝙ fuerit appellatum infra decē dies, & ꝑ hñtem ptātem interponendi ipsam appellationem, de quo dixi cōsi. 29. col. 2. post med. & supra etiam dictum est in prima parte. Addo Dec. in d. c. qñ contra. co

7 lu. 22. in fin. versic. & istud † quod dictum est de decreto. de probatio. vbi ꝙ tunc demum præsumitur pro decreto iudicis, quando in eo enuntiantur solēnitates ad actum necessariæ. addo Bal. vltra eum in c. in præsentia. colu. fi. de renunti. Socin. in consi. 29. colum. 5. in fi. versi. fm argumentum, similiter non obstat. lib. 1. vbi, ꝙ non præsumitur solennitas extrinseca, de qua non fit mentio in instrumēto, quamuis potuerit adhiberi de tempore actus, & quamuis partes illi potuerint renunciare: & in decreto tradit Bald. in consi. 184. Ad intelligentiā. circa prin. lib. 2. Pau. de Cast. in consi. 174. Contra superius consulta. col 2. versi. Præterea dice-

8 bat Bal. lib. 1. Quid † tenendum in tāta varietate & difficultate? Breuiter resoluendo, aut loquimur in præsumptione sententiæ respectu actorum, aut respectu solennitatum. Si respectu actorū quæ pertinent ad iustitiam cāæ, puta circa testes, instrumenta, aut alias probationes, considerandum est, ꝙ facilius præsumitur pro sīa quò ad acta, quàm respectu solennitatis. Bal. in cōs. 492. In causa uertente inter Blasium. col. 2. in fi. versi. modo restat respondere. lib. 3. Socin. in consi. 158. col. 3. in fi. versi. sed ego etiam respondeo clarius. lib. 2. Deci. in c. super eo. col. 1. in fi. versi. quartus & vltimus casus est. de appella. & in c. cōsulut. 1. ante fi. eod. titu. Ideo respectu actorum videtur præsumi debere pro sententia, siue referat acta, siue non; quia non est uerisimile, ꝙ iudex alicui condemnauerit, uel absoluerit sine probationibus, & ita in probationibus loquitur Alexan. in consi. 105. in prin. lib. 5. vbi, ꝙ præsumitur iudicem pronunciasse ex causa uera, & iusta, licet non appareat de probationibus, & quò ad acta probatoria idem

9 uoluit Bal. in d. cap. in præsentia. colum. fin. de renunt. Aut † loquimur respectu solennitatis, & tunc aut solennitas exprimitur in sententia saltem in genere, & similiter uidetur ꝓsumēdum pro sententia. Paul. de Cast. in l. cū hi. §. si prætor. ff. de transactio. vbi, ꝙ satis est exprimi in decreto iudicis, ꝙ causa cognita, ꝑcesserit, licèt in specie non exprimantur omnes solennitates requisitæ ad tale decretum, sequitur Alexan. in consil. 80. colum. 2. lib. 5. in consi. 179. colum. 3. uersi. & tanto magis, si in instrumento. & in consi. 213. in fi. lib. 7. Dec. in consi. 341. colum. 5. in fin. in consi. 373. colum. 2. post med. Iaſ. in consil. 40. colum. penulti. circa med. versicu. tertio respondetur. lib. tertio, addo eundem Pau. de Cast. in dicto consi. 174. Contra superius consulta. colum. 2. uersic. præterea dicebat Bald. lib. 1. si verò tales solennitates non enūciantur in sententia, secus videtur dicendum. Sed dicet † aliquis,

10 quid respondet ad contraria supra adducta, in quibus appāret, quòd tales solennitates debent in specie enuntiari? Respondeo, ꝙ procedunt in actibus priuatorum, aut notariorum tantum, pro quibus non ita ꝓsumitur, sicut pro actu iudicis, istam reꝑsionem

ſionem tradit Dec.in d.c.quoniam contra.colum. 22. verſic.poſtremò in caſibus.vbi,ꝙ aut verba concipiuntur in perſonam iudicis,& ſufficit expreſſio generalis,ꝙ cauſa cognita, aut ſolennibus adhibitis proceſſerit. Aut concipiuntur in perſonam notarij,& tunc requiritur expreſſio ſpecifica:& iſtud dicit colligi ex deciſione Ioan.Fabri in §.fin.Inſtit. de fideiuſ. Sed aduertẽdum circa iſtam reſpõſionem Decij;quia videtur dubitabilis multũ. Nam procederet,quando ageretur de præiudicando tertio;quia magis præſumeretur pro actu iudicis,quàm notarij, aut vnius priuati,ſed quando agitur de præiudicio ipſarum partium præſentium & conſentientium expreſſe vel tacite, quare non ita ſufficere debet generalis expreſſio ad earum præiudicium, ſicut in actu iudicis? Præterea contra iſtam reſponſionem arguitur ſic. Docto.dicunt,ꝙ ad hoc vt ſolennia ſententiæ præſumantur, requiritur,quòd partes fuerint præſentes,vel quòd habuerint notitiam,& non appellauerint,& ſic iſta præſumptio nõ fundatur propter perſonam iudicis,ſed in præſentia aut notitia partium, quibus imputandum eſt,cur non appellauerint, ſed cõſenſerint actui iudicis,tacendo & non appellando, quæ ratio pariter militat in alijs actibus priuatorum,in quibus partes conſenſerint expreſſe vel tacite. Ob id puto non eſſe differentiam, an verba conſpiciantur in perſonam iudicis vel notarij ſuper enunciatione ſolennitatum,quando actus legitur habitus inter partes preſentes, & quæ ſibiipſis potuerunt præiudicare, & quòd vtroque caſu p̃ ſumatur ſolennitas,licèt in genere tantùm exprimatur. Quæ tamen concluſio clarius explicabitur limitationibus, quas ſtatim ſubijciam:nam iſtud intelligo,quando notarius ita atteſtaretur in præſentia iudicis,ſecus ſi per ipſum ſolum:cum ipſius officiũ non ſit,qualia ſint iuris ſolennia,per ea,quæ infra dicam de enunciatione notarij.

11 Limitatur † igitur præmiſſa concluſio,quòd ſtatur aſſertioni iudicis,ſolennitatibus ſententiæ,aut decreti, vt procedat contra ipſas partes præſentes & conſentientes expreſſe, vel tacite, puta non appellando,aut contra alios cauſam habentes ab ipſis partibus præſentibus,ſecus contra tertios abſentes:ita volunt Docto. ſupra alleg.in prin.primæ quæſtionis huius ſecundæ partis tract. noſtri:vbi expreſſe ponderant præſentiam partium,& idem dico in actu notarij eo caſu,quo actus geritur inter præſentes & eos, qui ſibiipſis potuerunt præiudicare,& multo fortius in actu notarij procedet hęc limitatio, vt eius enunciatio non præiudicet tertijs abſentibus.

12 Secundo † limitatur,vt non procedat in ſolẽnitatibus,quibus nec iudex,nec partes potuerunt renunciare. Ideo ſi index interponat decretum ſuper alienatione rerum minoris, vel eccleſiæ, & aſſerat ſe adhibuiſſe plenam cauſę cognitionem,non videtur credendum tali aſſertioni,per l.ſi forte.ff.de caſtren.pecu. l. ſi donatione.C.de collationi.vbi late Moder.Ita in ſpecie determinat Pau.de Caſt.in conſi.38.Super eo,quod quæritur. lib.2.ſequitur Dec.in conſi.556.colu.1.in fin.Hyppo.in ſingu. 399. multi ſunt. D.Rebuffus ſuper concorda.in tit.de concluſio. Latera.conci.pagi.251.colum.1.verſi.tertio infertur.Idem ſequi videtur Iaſ.in l. nec quicquam.§.vbi decretum.colum.12.verſi.no.& ſecundo diligenter.ff.de offic.procon. Ad idem facit,quod Iaſ.ſcribit in l.ad monendi.colu.7.verſi.quæro,an ſtetur. ff.de iureiur. vbi, ꝙ non
13 † creditur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita,cum ſine cauſæ cognitione deferre nõ poſſet. Ad idem facit dictum Bald. in l. omnem . C.ad Tertullia. vbi,quòd non ſtatur ſoli aſſertioni iudicis dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione. quod dictum pro notabili refert & ſequitur Iaſ.in conſi.149.columna tertia.ante med.lib. 2. Ad idem facit Dec.in cap.quæ in eccleſiarum.colum. 13.verſi.non obſt. quòd præſumatur.de conſti.vbi,quòd non creditur iudici ſuper cauſa ſine qua actum facere non poteſt,in qua fundamentum ſuæ poteſtatis conſiſtit.Alibi ſcribit Angel.in conſi. 107. Iacobellus. in fin.quòd non creditur iudici dicẽti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorum,& ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt,ſequitur Dec. in conſi. 366. colum.penul.circa med.hoc etiam dictum Paul. de Caſtro.in d. conſi.38.in ſpecie refert & ſequitur Fel.in cap. eccleſia.S.Mariæ. colum.8.verſic.11.pro hac parte.extra de conſtitu.

Sed iſta limitatio videtur dubitabilis,& ea attenta ſequi videtur deſtructio communis concluſionis ſupra firmatæ in prima quæſtio.huius ſecundæ partis,quòd ubi ſententia fertur contra præſentes, præſumitur pro eius ſolennitatibus enunciatis in ea:
14 nam nec † iudex,nec partes poſſunt renunciare ſolennitatibus iudicii ſubſtantialibus,ita ꝙ ſententia ſine eis lata valeat,vt ſententia,vt habetur in l.ius publicum.ff.de pact. & in l. ſi conuenerit. ff.de re iudic.Bald.in conſi.4.7. In cauſa ſpectabilis. lib. 1.Guido Papæ quæſt.216.cum ſimil.Ergo ſequeretur,ꝙ licèt tales ſolennitates omnes in ſpecie enuncientur in ſententia, & lapſum ſit tempus appellandi, non tamen præſumantur; quia non credatur iudici in his,quibus per eum,nec partes renunciari non poterat.Rurſus iſta limitatio videtur contra communem concluſionem Doct.ꝙ ſtetur aſſertioni iudicis in decreto,ꝙ illud interpo ſuit cauſa cognita,etiam ꝙ in ſpecie non exprimantur ſolennia requiſita ad ipſum actum,ſuper quo decretum interponitur,& loquuntur Doct.ẽt in actu,in quo tales ſolennitates remitti nõ poterant,vt in alienatione bonorum eccleſiæ uel minoris, ita licèt videre in caſib.& exemplis,in quib.Doc.ſupra commemorati loquuntur,in d.l.cum hi.§.ſi p̃tor.ff. de tranſac. vbi Bal. & Pau. & in aliis locis ſupra relatis:nam contra Pau.de Caſt. in d.conſil. 38.dicit communem opi.eſſe Soci.in conſi. 115. Circa primam quæſtionem.in primo dubio.lib.1.cõtra Pau.etiam in ſpecie te-
15 net Alex.in l.ſciendum.col.7.ff. de ver. obl. Sed dicit † aliquis,tu confundis in hac mã tententiã iudicis & eius decretum, ꝙ vtroque caſu credatur iudici ſuper ſolennibus,modo ſnĩa tranſierit in rem iudicatam;cum tamen videatur dr̃ia: quia magis videtur credendum iudici in decreto,quàm in ſnĩa: quia decretum interponitur de plano,extraiudicialiter inter conſentientes & requirentes,ſententia verò fertur inter nolentes per viam contentioſę iuriſdictionis,ob id ſolennia ſententiæ præſumi non debent,niſi de eis appareat ex actis:ita Bald.in d.l.cum hi.§. ſi prætor. in finalibus verbis.ff.de tranſact.in l.non aliter. col.2.in fi. ver. & not.tamen.ꝙ vbi decretum.ff.de adoptio.& in c.in præſentia. col.fi.de renuntia.ſequitur Imol.in conſi.98.col.2.circa med.Soc.in d.cõſi.115.col.2.ver.& ꝙ quando ſuperior.li.2.Cor.in cõſi.71. col.1. in fi.ver.& ꝙ quando ſuperior.lib.3.Aliam rationem diuerſitatis aſſignat Imol.in d.conſi.98.colu.3.ante med.quia in decreto potuit iudex ſe informare extraiudicialiter,antequam illud interponeret nimirum,ſi in decreto magis præſumitur pro iudice. Addo Barto.vltra alios in l.ambitioſa.col.pe.ver. preterea in iſtis extraiudicialibus.ff.de decret.ab ordi.fac.vbi ꝙ magis creditur aſſertioni alicuius,puta decurionum in extraiudicialibus, quàm in iudicialibus.idem voluit Old.in cõſi.101.Quia cuiuslibet. col.2.
16 ante med.Ideo Doct. † in hac materia, ꝙ præſumatur pro iudice in decreto,non diſtinguunt,an res ſit de antiquo,vel nõ. Amplius & fortius voluit Alex.in conſ.80.col.2.lib.5.ꝙ præſumatur pro decreto iudicis,ꝙ cauſa cognita proceſſerit, & ſolẽnitatibus adhibitis,licèt hoc non exprimatur in eo,dum dicit, ꝙ tanto tutius præſumitur,quando id exprimitur,ergo idem vult,ſi non exprimatur.idem voluit Soc.in d.cõſ.115.col.2.lib. 1. clarius Imo.
17 in d.conſi.98.col.2.& ſeq.Sed contra iſtam † differentiam aperte tenet Alex.in conſ.105.col.1.lib.5.vbi,ꝙ magis præſumitur pro ſententia,quàm pro decreto;quia ſententia tranſit in rem iudicatam,ſecus in decreto.Addo vltra Alex.quòd idem tenet Ang. in l.quæcunque.§.fi.ff.de publicia.vbi vult,ꝙ non præſumatur ꝓ decreto,ſecus pro ſententia,quando eſt lata contra preſentem,& non reclamantem quò ad omnia enuntiata in ea, etiam ꝙ non potuerint interuenire tempore actus: ſatis eſt enim, quòd per præſentiam & taciturnitatem confiteatur quis ea interueniſſe. Sed vltra authoritatem Alex.& Ang.cõſidero rationem. Nam aut loquimur de præſumptione pro ſententia reſpectu perſonę iudicis,aut reſpectu partium præſentium,& non reclamantium. Si reſpectu iudicis,videtur,quòd magis præſumi debeat pro eo in foro contentioſo,quàm in foro volũtario: & ſic magis in ſententia,quæ dicitur fori contentioſi,quàm in decreto, quod dicitur fori voluntarij:quia in foro contentioſo timet vel timere poteſt de reuocatione ſuorum geſtorum per appellationem,ſecus in decreto,quod interponit partibus poſtulantibus. Et videmus
18 à communiter accidentibus,quòd in huiuſmodi † decretis,quę interponuntur inter præſentes, petentes & conſentientes, nihil aliud quærit prætor,quàm partium concordiam.l.ſi cõuenerit. ff.de re iudi.& raro videas decreti interpoſitionem denegari metu amiſſionis emolumenti pro decretis conſtituti, & apud iudices pleroſque inferiores ſolum valent decreta eiuſmodi ad commodum burſale,nouit Deus,ſi præter vectigal hoc,aliud iudices eiuſmodi quærunt. Videmus etiam à communiter accidentib. quod maturius & deliberatius procedunt iudices in iudicialibus,& contentioſis, quàm in iſtis extraiudicialibus, ob id plus placet opi.Alex.ꝙ magis præſumatur pro iudice in ſententia, q̃ in decreto etſi præſumitur pro decreto iudicis, a fortiori pro eius ſententia.Similiter ſi conſideramus perſonas partium, eadẽ
19 videtur ratio præſumendi † præſuppoſita earum præſentia & taciturnitate ex qua re approbatio ſnĩæ inducitur. Sit igitur concluſio,quod præſumitur pro iudice quoad enunciata ſiue in ſententia,quando tranſiuit in rem iudicatam,ſiue in decreto,etiam in caſu,in quo ſolennitas enunciata non dependet à poteſtate iudicis,neque partium,& in ſententia,à qua non eſt appellatum, quod omnia præſumantur ſolenniter acta,tenet Alex. in l.ſciendum.col.5.ver.item fallit in iudice.ff.de ver.ob.& ibidem Alexã. col.7.ver.pro hoc oprime facit, æquiparat iſta duo ſnĩam & decretũ.Immo maius dubium p̃ſupponit in decreto,q̃ in ſentẽtia. Et in decreto,ꝙ pro eo nõ p̃ſumatur,adduco Bald.ſibi q̃rium in
20 conſi.376.q.lib.1.Nec obſtat † argm̃ Pau.de Caſt.in d.conſi.38. lib.2.fundatum ſuper regula.d.l.ſi forte.ff.de caſtren. pecul. quia illa regula procedit in priuatis,non in iudice,pro quo iura præſumunt,nec ita q̃ eum ſuſpicantur,ſicut cõtra priuatum.Ita in ſpecie reſpõdet Alex.in d.l.ſciendum.col.7.poſt med.verſi. & iſtam

partem

partē simpliciter tenuit.ff.de ver.ob. Eandē respōsionē ad illud
cons.Pau.de Ca.& ad l.si forte. tradit Ias.in l.prima colum.14.in
fine quinti no.ff.de officio eius.Confirmāt ista responsio ex his,
quæ Bar.scribit in dicta l.ambitiosa.col.pe.versi.uisis & examina
tis.iuncto eo, qđ dixerat in eadē l.ambitiosa.col.1.post mediū.
versiculo quæro,vtrum liceat.vbi dixerat,decuriones non posse
donare, nisi ex causa remunerationis, si remuneretur aliquis be
ne faciens,aut benemeritus de ciuitate,aut vniuersitate,postea ī
d.ver.uisis.quærit Bar. an in casib.ī quib.decuriones quid facere
possunt ex aliqua causa,stetur eorū assertioni sup tali causa,pu-
ta,si in prefatione donationis faciāt mentionē de benemeritis,
& concludit Bar.ꝙ sic, propter qualitatem & grauitatem per-
sonarum ipforum decurionum, per tex.in l.prima ff.de offi.pre
fecti præto.& sic aperte vult Bartol.ꝙ text.in dicta lege si for
te.solum procedat in personis priuatis,secus in personis publice
electis,pro quib.iura pſumunt:& illud dictū Bar.refert & sequitē
Alex.in cōs.34.ante fi.li.quarto.Dec.in con.191.col.3.circa med.
21 Ias.in cons. 101.col.quarta in fi.lib.quarto.Sed istam† responsio
nem impugnatDec.in capitulo cum sit Romana.in tertio not.
de appel.vbi vult, ꝙ iudici non credatur super causa, sine qua
actum facere non potest, & ꝙ regula d.l.si forte.procedit etiā in
iudice.Sed idē Deci.in dicta lege prima colu.20.circa medium.
ff.de offi.eius.videtur velle,ꝙ d.l.si forte. non procedit etiam in
iudice, quando ad eum commodum non pertinet,& iudex inte-
resse proprium prætendere non potest.& forte opi.Decij in c.
cum sit Romana.ꝙ indistincte non credatur iudici in his, super
quibus potestatem non habet, seu quæ non dependent ab eius
22 arbitrio,videtur verior.Ideo vltra† Alexand.& Ias.aliter & secun
dò respondeo ad d.l.si forte.ꝙ non procedit,quando cum tali as
sertione concurrit verisimilitudo,ꝙ ita sit, prout asseritur.Salic.
in l.si mater.C.de contrahen.emptio.Alexan.in consilio 18.lib.
3.& latius supra dixi in prima parte, in quinto requisito septimę
limitationis.nu.64.65.& nu.215.& ibi in terminis allegaui dic-
tum Anchara.in consilio 277.colu.fina.quod est repetitum in
consilio 439.vbi, ꝙ statur assertioni iudicis, quando aliàs; non
staretur,vbi illa est verisimilis, sed dico, ꝙ assertioni iudicis siue
in sententia,siue in decreto est plusquam verisimilis, postquam
partes sunt præsentes,& nō contradicunt,nec appellāt a sīa,eo
modo tacite sententiam approbando.l.prima.C.si sæpius in inte
gr.rest.postu.capitulo quod ad cōsultationem. de re iudi.neque
enim verisimile est,ꝙ si assertio iudicis in eius sententia, aut de-
creto veritatem non contineret,pars,de cuius prciudicio agitur,
contineret, arg.l.cum de indebito.ff.de probat.Ideo non ab re
Doct.loquuntur, ꝙ præsumitur pro assertione iudicis cōtra par
tes præsentes, uel quando sententia transiuit in rem iudicatam,
& sic nolunt Doct.ꝙ simpliciter & indistincte præsumatur pro
23 iudice, solū habito † respectu ad qualitatem eius personæ, sed
propter verisimilitudinem, quæ causatur ex eo, quòd partes ac-
quiescunt eius sententiæ,& illam approbant expresse vel tacite:
& ex hac responsione tolluntur omnes decisiones Doct.supra
allegatæ in contrarium, per quas apparet non credi assertioni
iudicis in his, quæ non dependent ab eius arbitrio:nam si Doct.
consideres, loquuntur, quando partes non consentiunt actui
iudicis,sed reclamant infra tempus debitum.Hic tamen omitten
24 dum non est,† esse differentiam, an pars reclamet infra tempus
appellandi, an post; quia si infra tempus reclamat non tenebi-
tur probare de contrario, sed satis erit appellanti producere sen-
tentiam iudicis,aut acta, ex quibus non appareat de ueritate as-
sertorum per iudicem:sed quando post elapsum tempus recla-
matur; quia actus iudicis fuit approbatus, si habet iudex præ-
sumptionem pro se. talis præsumptio transfert onus probandi
contrarium in aduersarium, & tenetur aduersarius probare ali
25 ter esse,quàm iudex asseruerit,si ex tali† assertione velit arguere
nullitatem,quæ nunquam transit in rem iudicatam, & de qua
perpetuo dici potest usque ad triginta annos.glos. in capitulo
vnde quæritur. in fine glos.magnæ.35.q.9.Ang.in l.sicut. per
not. per glos.ibi C.de præscriptio.30.vel 40.anno. Bald.in lege
scire oportet.§.fina.ff.de excu.tut.cum simil. quæ Ias.adducit in
consilio 21. columna secunda circa finē libro primo Addo
Bald.in lege post mortem.in prin.ff.de adoptio. vbi quòd ius
agēdi de nullitate est perpetuum,nisi in causa status,ī qua durat
solum annis decem. Itaque reclamans contra sententiam post
tempus appellandi tenetur probare de eius nullitate vel per in-
spectionem actorum, vel aliter per testes, quando de actis non
apparet;quia præsumitur pro iudice,ex quo pars fuit presens &
non contradixit,sed quando contradixit infra tempus, si nulla
sint acta, non tenebitur probare per testes; quia tunc iudex
non habet præsumptionem pro se, nisi quatenus apparet ex
actis.Ex præmissis apparet hanc secundam limitationem de iu
re non procedere. Et quòd imo præsumitur pro iudice in sen-
tentia lata contra præsentes, vel a qua non fuit appellatum,
etiam quoad solennia, quibus nec iudex, nec partes potuerunt
renuntiare; quia præsumuntur interuenisse, ex quo non fuit
appellatum: & licèt partes expresse renuntiare non possent, ta
tamen præsumuntur adhibita, ex quo non contradixerunt. &
sic non obst. dicta lex si forte.alleg. per Paul.de Castro in dicto
consilio 38.libro secundo ex quo adsunt coniecturæ,ex quibus
iustificetur assertio iudicis.
26 Sed† hic considero aliam & tertiam responsionem ad dicta lege
si forte.& ad dictum Paul.de Cast.in dicto consilio 38.videlicet,
posito,quòd dictum Pau.sit uerum in se, quòd indistincte non
credatur iudici sic asserenti;tamen ex quo partes fuerunt præsen
tes & non contradixerunt, dico quòd tacite remittere potuerūt
substantialia iudicij, licèt expresse id facere non possent.capitu
lo fina.de proba.vbi Dec.versi.3.respōderi potest: & idem Dec.
in lege vinum.columna penulti.ante med.versiculo sed respon-
deri potest.ff.si cert.pet.& hoc modo considerando, in totum
corruit conclusio, quòd præsumatur pro sententia iudicis quo-
ad solennia, quando ab ea non est appellatum; quia quòd sen-
tentia teneat, quando est lata contra præsentes & non contra-
dicentes, illud non est propter præsumptionem sententiæ,
sed sed propter tacitam renuntiationem talium solennitatum,
etiam substantialium.Sed tamen ista tertia responsio non satisfa
cit; quia procederet, quando appareret de actis, ex quorum in-
spectione apparet solennia non fuisse adhibita, nec etiam par-
tes opposuisse defectum omissionis solennitatum, sed conclu-
sio loquitur, quando solum apparet de sententia sine actis
lata contra præsentes, an omnia præsumantur solenniter acta.
27 Quarta † responsio potest accommodari ad consilium Pau.
de Cast.quòd præsupposita præsentia partium, cesset ratio præ
sumptionis,sed tunc sumus in casu claro, quòd causæ cognitio
præcesserit; quia causæ cognitio consideratur, & arguitur ex
hoc, quòd iudex procedit partibus præsentibus, vel contuma
citer absentibus.lege in causa.§.causa cognita.ff.de minor.Bart.
in lege prolatam. C.de senten.Pau.de Castr.in consilio 412.Vi-
sis punctis, seu casibus. columna prima libro secundo Soci.in
consilio 46.columna fina.versiculo præterea dicta consignatio.
libro quarto Ias.in lege ait prætor.§.si iudex. columna 3.circa
med.ff.de re iud.sed etiam ista responsio non satisfacit; quia ex
sola præsentia partium non dicitur iudex procedere causa co-
gnita. Quid enim si ex abrupto & velo leuato presentem statim
condemnet,dicetur ne adhibita causæ cognitio. Sed hoc intelli-
gitur,quando apparet de actis gestis contra præsentem vel con
tumaciter absentem. Ideo secunda responsio per nos conside
28 rata videtur ceteras anteire. Aduerte † tamen, quòd ex so-
la citatione non argueretur partem fuisse præsentem. maxime
quando negaret pars se fuisse citatam. Feder.de Senis in con-
silio 17.Quæstio.
29 Tertiò† limitatur, vt procedat in solennitatibus, quæ potue-
runt interuenire tempore sententiæ, uel decreti iudicis: quia
quò ad eas præsumitur pro iudice: secus quò ad eas, quæ tem-
pore actus interuenire non potuerunt. Ita Paul.de Castro in
consilio 428. Visis & consideratis. columna secunda libro pri-
mo.& in dicto consilio 38.libro secundo Alexand.in consilio
179.columna 3.versiculo item, in quantum in priore consilio
libro 7.Socin.in consilio 29.columna 6.libro primo Curtius iu-
nior in consilio 29.columna quinta in fine.D.Rebuffus super
concord. in titu.de conclu. Latera. concil. pagi.251.versiculo
secundò infertur.Addo Bald.vltra moder.in consilio 376.Que
stio libro primo Areti.in consilio 33.Consultatio.columna se
cunda circa med.uersic.his ita præmissis.
30 Sed nec ista† tertia limitatio placet:nā cōclusio loquitur,quā-
do iudex procedit partibus præsentibus vel contumaciter absen
tibus, & sic quando partes tacite confitentur & approbant ue-
ra esse, quæ in sententia aut decreto enuntiantur, quo casu ita
possunt confiteri & approbare illa fuisse adhibita ante actum,si
cut tempore actus: & in terminis ita tenet Ange.in dicta lege
quæcunque.§.fina.columna 2.post med.versicu.nec etiam præ
sumitur.ff. de publicia. ubi,ꝙ non præsumitur pro enuntiatis in
instrumento sententiæ, quæ non potuerunt interuenire tempo
re ipsius sententiæ, nisi illa lata sit contra præsentem, & non re-
clamantem ergo vult, ꝙ si dicatur sententia contra præsentem,
& non reclamantem, ꝙ præsumatur pro enuntiatis in ea,licèt il
la tunc non potuerint interuenire. Ad idem adduco Pau.de Ca.
in consilio 186.In causa,quæ vertitur Pisis.colu.3.circa med.&
in consi.202.In causa confinium. columna secunda circa fi.lib.
31 primo.vbi† ꝙ creditur enunciatis per notarium in instrumento,
inter ipsas partes præsentes & consentientes, licèt illa interueni
re non potuerint tempore ipsius instrumenti.facit, quod scribit
Ant.de Butr.in cons.32.In quæsito prædicto.circa fin.ubi,ꝙ no
tarius potest conficere instrumentum, & attestari de eo, quod
in preteritum gestum est, quando de eo rogatus est. Quarto li-
32 mitatur, † ut procedat, quando ageretur ad eum effectum, ad
quem iudex pronunciauit;quia tunc præsumitur pro ipsa sentē
tia quoad solennia & iustitiam,postquam sententia transiuit in
rem iudicatam, secus si agatur ad alium effectum, ita Alexand.
in cons.21.col.2.versi.potest etiam responderi.libro 1.vbi licèt
presumatur pro decreto iudicis, ut is minor presumatur,cui iu-

Source : BIU Cujas

dex tanqua minori curatorem decreuit. Istud procedit, quando agitur ad sustinendum ualiditatem illius decreti, secus, si quo ad alium effectum. & pro hoc facit, nam exceptio rei iudicatæ non obstat, quotiens agitur ad alium effectum, aut ad alium finem. l. vindicantem. cum l. seq. ubi Bar. ff. de euict. & Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 5. opp. ff. de verb. ob. Soc. in consilio. 264. in 6. q. libro secundo si non obst. sententia, ergo nec enunciata in ea
33 arg. lege cum principalis. ff. de regu. iur. Tamen† istud argumentum non videtur bene tutum; quia exceptio rei iudicatæ videtur obstare, licèt agatur ad alium finem, modo non agatur ex diuersa causa. Alexan. in repe. l. sepe. columna 6. versic. non obstat, ꝙ mutetur finis. & colu. 25. versi. sed aduerte: quia non puto. ff. de re iudi. Ideo etiam quarta limitatio videtur dubitabilis Nec obst. arg. Alexand. ꝙ verba enuntiatiua propter aliud non probant, quando principaliter disputatur de veritate enuntiati, iuxt. not. per Ant. de But. & Doct. in c. illud. de præsump. & late supra vidimus in 1. parte, in materia uerborum enuntiatiuorum: quia hic non sumus in verbis enuntiatiuis propter aliud, imo ista solennia iudicii principaliter enuntiantur propter se, & ad effectū principalis sententiæ. Puto igitur quod in casibus, in quibus obstat exceptio rei iudicatæ in eis procedat conclusio, ꝙ præsumitur pro sententia quoad solennia & iustitiam, & econtra, ꝙ pro sententia non præsumatur, quotiens exceptio non obstat: quia frustra tunc quæritur de præsumptione Sed circa præmissa
34 †quæro, dictum fuit satis esse, ꝙ iudex asserat in genere causę cognitionem adhibuisse, vel solennia præcessisse, an idem sit in assertione notarii, aut partium, vī dicendum, qđ sic, quasi partes potuerint ista fateri ad sui præiudicium, cum maiorem potestā habeant partes in rebus proprijs, ut sibi ipsis præiudicare possint, quàm iudex Contrarium puto verius: quia partes nihil possunt confiteri in his quæ sunt iuris, quia ad eas non pertinet. l. ornamentorū. ff. de auro, & ar. leg. & sic partes bene possunt confiteri factum, puta ꝙ ita & ita factum est in specie, sed in genere asserere, ꝙ causæ cognitio præcesserit, istud ad eas non pertinet,
35 nec ad notarium, sed ad ius & iudicem ministrum iuris, sicut† dicitur de teste, ꝙ solum debet deponere super facto, non super iure. Inno. Bal. & Doc. in c. cum causam. de testibus Bal. in l. solam. columna prima C. eod. titu. in consilio 81. In causa ista libro 3. & in consilio 323. Prȩmittendum est. in fi. libro quarto & in cōsilio 425. Statuto cauetur, ꝙ nullus. libro quinto Barto. in consilio 113. Processum est in fin. & alibi sæpe Doct. & isto casu procedant allegata in contrarium, ꝙ enuntiatio solennitatū debet esse specifica, nec sufficit generalis; quia intelligitur, quando fieret à notario, aut ab alio, ad quem non spectat iudicare, quæ & qualia sint iuris solennia. & ita procedant, quæ ego scripsi in consilio 29. columna secunda circa med. & in notario, ꝙ nō sufficiat expressio aut enuntiatio in genere, tradit Ias. post Albe. in dicta lege sciendum. columna 6. versi. limita istam do-
36 ctrinam Bart. ff. de verb. ob. Ex præmissis habetur† conclusio, ꝙ vbi sententia lata est de recenti contra præsentem, vel contumaciter absentem, & transiuit in rem iudicatam, ita demum presumitur pro ea, si acta & solennia referat, saltem in genere. Si vero de antiquo lata sit, præsumitur pro ea, licèt acta non referat.
37 Sed hic† uidendum est, quando dicatur de antiquo lata, ut pro ea præsumatur, licèt de solennitatibus aut actis non habeatur in in ea mento, secundum aliquos, sufficit biennium, secundum aliquos, post 20 annos, secundum omnes, committitur iudicantis arbitrio. Alexand. in consilio 219. colum. quarta post med. versiculo prȩterea, vt præsupponitur libro 6. idem uoluit ipse Alex. in consilio 17. colum. 3. versi. nec obstat, quod not. Cyn. libro. 4. dum se remittit ad Docto. per eum alleg. in dicto consil. 219. & hanc opi. ꝙ relinquatur arbitrio iudicis sequitur Aret. in consi. 36. columna fina. Sed idem Alexan. in lege fin. §. illud. ff. quando appel. sit in addi. ad Bart. sequitur opin. ꝙ sufficit biennium, refert & sequitur Bertach. in 3. parte sui repertorii. in uerb. sententia præsumitur, ante finem primi versicu. Idem Alex. in consilio 123. columna secunda prætera prædicta sententia. lib. secundo voluit, quòd sufficiat tēpus 10. annorum refert & sequitur Goza. in consi. 29. colu. fin. versiculo 6. Addo Veronensem in consilio 26. columna quarta. ad fin. Abb. autem in consilio 63. colu. penulti. post med. versi. nunc venio ad responsionem. libro primo. sequitur opinionem Ioan. Cald. in dicto capitulo quoniam contra. de proba. ꝙ requiratur tempus viginti annorum. eandem opi. tenet Calca. in consilio 8. columna quarta in fin. Ex prȩmissis apparet, ꝙ certa doctrina dari non potest circa istud tempus, ob id totum videtur relinquendum arbitrio iudicis, qui varie arbitrari poterit secundum qualitates iudicum, qui pronun
38 tiauerunt; quia† magis præsumitur pro sententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris in dubio l. 1. ff. de offi. præfe. præt. Bal. in l. tutores. ff. de confir. tut. Ias. in l. pacta nouissima. in tertio not. C. de pact. in capitulo primo. columna 3. ad finē qui feu. dare poss. & in rub. C. qui admi. columna secunda in fine & hoc quā do qualitas iudicis maioris non esset nota iudici arbitranti. Si enim nota esset, & iudicem sciret imperitum, prȩcipitē, aut aliàs conscientiæ nebulosæ, aut minus integræ, arbitriū eius considerabit tēpus longius, quàm in iudice recto, & integro, perito æque & inculpato. vbi verò tempus exactum esset annorum trigita. illud sine dubio uidetur sufficere Veronen. in consil. 63.
39 columna secunda Sed hic quæro, † quando sententia lata est de antiquo, an ita demum præsumatur pro ea, si lata sit contra præsentem, aut contumaciter absentem, an verò etiam, si contra absentem nō contumacem. Corn. in consilio 333. columna quarta in fin. libro primo. ꝙ dicta distinctio, an feratur sententia contra præsentem, aut contumaciter absentem, vel absentem citra contumaciam, solum fit, quando sententia est de recenti. Sed vbi de antiquo est, indistincte pro ea præsumitur. Addo rationem vltra Corn. nam ideo præsumitur pro sententia recenti contra præsentem, vel contumaciter absentem; quia imputandum est ei, cur non appellauit, vel cur contumacem egit, & ꝙ non appellans censetur acquieuisse sententiæ, & approbasse omnia enunciata in ea. Sed ista ratio militat etiam contra absentem,
40 non contumacem, vbi sumus in antiquis; quia† propter diuturnitatem, temporis præsumitur scientia. id est, ꝙ is, contra quem pronuntiatum est, notitiam habuerit de sententia. Sali. in lege authoritatem. versicu. quæro de quæstione facti. C. unde ui. quē refert & sequitur Decius in cōsilio 185. columna 6. Addo Cald. in consilio 15. columna prima. versiculo ex quo sequitur. in tit. de præben. licèt contrarium voluerit Bellamera in consilio 10. columna 10. in fine versicu. quò ad primam difficultatem. & columna 13. in prin. Et ex hac ratione infertur, ꝙ ubi aliàs posset probari scientia absentis non contumacis, ꝙ notitiam habuerit de sententia, & ab ea non appellauerit ìnfra tempus debitum a die scientiæ, ita præsumetur pro sententia contra talem absentem, etiam non contumacem, sicut contra præsentem: ita Bart. in consilio 98. Apparet sententia. columna secunda versiculo & idem intelligo, Calca. in consilio 76. columna 7. & in consi. 80. colum. quarta in fine. Imo. in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudic. quem refert & sequitur Goza. in dicta consilio 96. columna fin. versicu. 7. adduco. Quod intellige in casibus, in qui-
41 absens post notitiam habitam tenetur appellare. Ex præmissis †habes duas differentias, an sententia, quæ transiuit in rem iudicatā, sit de recenti, uel de antiquo; quia vbi est de recēti, oportet, ꝙ sit lata contra præsentem ita ꝙ appareat sententiam transiuisset in rem iudicatam per consensum præsentis expressum, vel tacitum, ad hoc vt præsumatur pro tali sentētia. Secundò oportet, quòd sententia solennia referat saltem in genere, vbi uerò est de antiquo, ista duo non uidenī necessaria. Est uerum circa fm requisitum, ut oporteat solennia sniæ in ea enūtiari, saltē in gñie, ꝙ multi talem enuntiationē non requirunt. & ēt in snia de recenti, postq̄ transiuit in rem iudicatā, vt in p̄cedentibus visum est. Conclusio etiam ex præmissis infertur, ꝙ præsumitur pro sententia, quando transiuit in rem iudicatam cōtra præsentem vel contumaciter absentem, licèt sit sententia de recenti, si verò de antiquo, etiam contra absentem citra contumaciam. Quæ
42 conclusio† limitatur, vt non procedat in præiudium tertij, contra quem pronuntiatum non est: quia contra eum non præsumitur pro sententia, etiam in antiquis. Paul. de Cast. in consilio 99. Circa primum quæsitū. colum. secunda versi. nec ob. ꝙ præsumitur. libro secundo Soci. in consilio 158. columna 3. in fin. versiculo sed ego etiam respondeo clarius. libro secundo Abb. in capitulo cum inter R. columna 3. de elect. Feli. in d. cap. quoniam contra. columna 14. de probatio. Rip. in l. secunda §. voluntatem columna quinta circa med. ff. fol. matri. vbi tamē de Pau. & Soci. non meminit: & faciunt quæ scripsi supra in prima par. de verbis enunciatiuis, ꝙ tertio non præiudicant, etiam in anti-
43 quis. Sed aduerte, † ꝙ ista limitatio dependet ab illa quęstione, an sententia lata inter alios aliis præiudicet; quia in casibus, in quibus præiudicat tertio, pariter uidetur, ꝙ pro ipsa sententia præsumatur contra tertium. & si quidem sententia in totum & plene præiudicat tertio, pariter dicendum uidetur, ꝙ plene pro ea p̄sumatur contra tertium, si in parte, pro ea parte. Quæ materia, an sententia præiudicet tertio: habetur plenissime in lege sępe. ff. de re iud. vbi Alexand. repetendo eand. mat. uersiculo
44 fortius, dixit ꝙ semiplene probat contra tertium. Non† dicam hic quando res inter alios acta aliis plene p̄iudicet, sed pro intelligentia huius limitationis videndum esset, in casibus in quibus plene non præiudicat, an saltem prȩiudicium aliquod pariat. Alexand. in d. lege sępe. columna 20 versicu. fortius dixit. post num. 71. ꝙ parit præiudicium quo ad semiplenam probationē. & idem Alexand. in consilio 156. in fin. libro secundo Anchar in consilio 276. Visa diligenter columna prima circa med. uersiculo ego his non obstantibus. Roma. in consi. 343. ante fi. uersiculo ꝙ autem aliquale præiudicium. Socinus in consilio 149. col. 6. versi. confirmatur prædicta. libro 1. Deci. in cons. 42. col. fi. in cōs. 109. col. 1. in cōs. 272. col. 3. & in cōs. 596. Corne. in cōs. 319
45 col. pe. li. 3. vbi voluit, ꝙ scriptura priuata† inter alios cū vno teste integro, plene probet, ergo vult ꝙ talis scriptura semiplene probet. & dicit Ias. in l. decem. col. 9 vers. sed unū fortiter obstat. ff. de verbo.

Source : BIU Cujas

verbo. obliga. & liber æstimi aut catastri inducit præsumptionem contra tertium, quæ onus probandi in eum transfert: quæ sane præsumptio iuris plus videtur habere quàm probatio semiplena; cum talis probatio semiplena non transferat onus probandi in aduersarium, nisi eo casu, quo semiplene probanti deferendum sit iuramentum suppletiuum, quo etiam casu ad euitandum tale iuramentum sufficere videtur aduersario, quòd partem & semiplenam probationem præstet, per ea, quæ habentur in l. admonendi. ff. de iureiuran. sed vbi † præsumptio iuris transfert in alium onus probandi, necessaria videtur probatio plena, immo fortior videtur necessaria probatio propter talem præsumptionem, quæ sit contra eum per c. quia verisimile, vbi Abba. in secundo nota. de præsumptio. Immo isto casu probationes debent esse apertissimæ, & tales testes, de quibus non sit aliqua verisimilis dubitatio, quòd debeant deierare, per text. cum glossa in l. non est verisimile. ff. quod metus cau. in capitulo super hoc. de renunt. & in dicto capitulo, quia verisimile. habetur per glo. & Docto. in l. transactione. C. de transactio. Socin. in consi. 263. colum. 6. versic. respondeo libro. 2. Dec. in consilio 105. colum. 3. in consi. 175. colum. 5. & in consilio 177. colum. 1. Ias. in l. si extraneus. in 6. nota. ff. de condict. ob caus. & in l. sciendum. colum. 5. ff. de verbo. obliga. Addo bonum text. in l. sicuti.
46 C. de quæst. vbi, quòd testimonium socij criminis † non facile admittitur cõtra apprehendentem, vel custodientem eum; quia non est verisimile, quòd eum apprehendisset, aut custodiret, si se conscium aut complicem videret. & sic ista iuris præsumptio quæ est cõtra testimonium socij criminis, illud repellit, vbi aliàs admitteretur. Amplius quando quis vult probare contra illud, quod lex præsumit, requiruntur tres testes idonei, vel saltem duo excellentes, vt resultet plena probatio. Spec. in titu. de proba. §. fi. versic. fin. quod dictum pro stupendo refert & sequitur Ias. in dicta l. sciendum. colum. 5. versi. not. tamen stupendum dictum. ff. de verbo. obliga. illud etiam dictum pro singulari refert & sequitur Curtius iunior in consi. 52. colum. 3. circa med. Idem est in suspicione; quia fortiores requiruntur probationes in eo, contra quem maneat suspicio. Aret. in consi. 64. vol. 4. vers. item ex clausulis.

48 Sed † quòd res inter alios acta, non pariat præiudicium semiplenæ probationis contra tertium, sed tantum præsumptionem aliqualem, aut leuem faciat: tenet Aret. in consi. 163. Sicut Ioannes. colum. 2. versic. vtrum autem istæ probationes. Cur. senior in consilio 72. colum. 2. in fi. & sequen. vbi late. idem tenet Dec. sibi contrarius in l. 2. colum. 10. C. de eden. vbi, quòd solum inducit semiplenam probationem in causa connexa, ratione connexitatis. Idem tenet Ias. in l. si duo patroni. in prin. colum. 2. ff. de iureiur. Addo Bald. in consi. 2. Si egressæ. in fi. lib. 4. vbi, quòd confessio maioris ætatis facit indicium inter alios, tamen in confessione videtur, quòd faciat semiplenam probationem, vt habetur in dicta l. admonendi. & tradit Veronensis in consi. 45. colu. 2. circa fin. Ripa etiam in dicta l. admonendi. colum. penul. & in dicta l. 2. colum. 11. post med. C. de edendo. quòd res inter alios acta solum inducit qualemqualem præsumptionem, quæ operatur, vt data paritate probationum, is causam vincat, pro quo sit talis præsumptio, per glo. in dicta l. si duo patroni. in princi. Alium effectum ponit Curt. in d. consi. 73. colum. 3. vt iudex faueat in deferendo iuramentum suppletiuum habenti vnum testem cum ista qualiquali præsumptione. & colum. 4. dicit Curt. quòd istud qualequale præiudicium non fit tertio ex sententia iniusta, aut nulla, etiam confirmata rescripto principis.

49 Et hanc † vltimam opin. puto de iure veriorem in facto de recenti, in antiquis autem procedat prima opinio, quòd inducatur semiplena probatio. & in antiquis ita tenet Aret. in consi. 15. colum. 2. post med. versic. & istud indubitanter. Curt. in dicto cons. 73. colum. 3. versic. tertiò respondemus. vbi quando ex antiquitate temporis verisimiliter acta & processus forent deperdita, tunc ex sententia fit præiudicium tertio quò ad semiplenam probationem. Ias. in dicta l. si duo. colum. 2. ff. de iureiur. & quæ scripsi supra in prima parte circa verba enuntiatiua & circa scripturam priuatam, ℘ in antiquis probant semiplene contra tertium, & sic quatenus sententia inter alios lata alijs præiudicat, eatenus pro ea præsumetur.

50 Secundò † limitatur præmissa conclusio, ℘ pro sententia præsumitur qñ transiuit in rem iudic. contra præsentem vel absentem, ſm supra dicta, vt procedat in his, in quibus nõ valet sententia ex defectu consensus partium; quia partes non appellando censentur cõsentire, & tacite remittere talem defectum, secus si sententia aliunde sit nulla, quàm ex defectu consensus partium; vt quia lata sit sine causæ cognitione. ita Calca. in cons. 88. col. 2. Sed nescio, quid velit Calca. dicere: nam si velit intelligere, quòd non præsumatur pro solennitatibus, quas partes expresse remittere non possunt, tanquam substantiales, male loquitur; quia fateor, ℘ partes expresse non possunt remittere. Sed dico, quòd lex præsumit eas interuenisse, quando sententia transiuit in rem iudicatam, vel quando lata est de antiquo, & sic isto casu non consideratur consensus partis non appellantis circa remissionem solennitatum, sed consideratur præsumptio iuris pro sententia, quòd rite recteque lata sit, ut supra uisum est. quod dicit Calca. quòd non præsumitur pro cognitione causæ, quòd causa cognita lata sit; quia tunc nulla ex defectu consensus partis dico, ℘ male loquitur; quia Doct. non dicunt, ℘ præsumitur pro sententia, & quò ad solennia, & quò ad iustitiam, imo facilius respectu iustitiæ, quàm solennitatis. Causæ autem cognitio magis respicit iustitiam, quàm solennitates, & in specie supra probatum, & ℘ præsumitur pro sententia respectu cognitionis causæ, dum diximus, non esse differentiam inter decretũ iudicis, & eius sententiam: sed in decreto iudicis Doc. communiter conueniunt, ℘ præsumatur adhibitum causa cognita. Bene
51 fateor, ℘ † si uere appareret latam esse sententiam sine cognitione causæ, tunc cessaret præsumptio. quæ cessat in casu claro, vbi aliter de veritate apparet. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. obliga. & ita declarat Fel. in dicta capitulo quoniam contra. colum. 15. in fin. versicu. secundò declara. de proba. & latius infra habetur numero. 53. Et si bene consideres Calca. voluit vnum, quod est contra omnes Doc. communiter, ℘ magis præsumatur pro sententia respectu solennitatis, quàm iustitiæ. Nec obst. argumentum Calca. ℘ sententia nulla ratificari non potest, ut ualeat tanquam sententia; quia fateor, vbi apparet de nullitate. Sed dico, ℘ in dubio non præsumitur nulla ex defectu solennitum, quando fertur contra præsentes, & transiuit tempus appellandi. uel quando contra absentes, & sumus in antiquis; quia omnia præsumuntur solenniter acta, & sic cessat nullitas.

52 Tertiò † limitatur prædicta conclusio, vt solum procedat quò ad iustitiam & veritatem sententiæ, pro qua præsumitur, non respectu ordinis iudiciarii. Bal. in cõsilio 492. In causa vertẽte inter Blasium. columna secunda in fi. versicu. modo restat respondere. libro 3. sed ista limitatio non placet; quia (vt sæpius dictum est) præsumitur pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam
53 etiam respectu solennitatis, & ordinis iudiciarij. Quartò † limitatur, vt non procedat, quando libellus est ineptus. Bald. in cõsilio 251. Posito. libro quarto. sed ista non est proprie limitatio; quia conclusio loquitur, ℘ præsumitur pro sententia in casu dubio, sed quando apparet de ineptitudine libelli, sumus in casu claro, in quo clare constat de nullitate sententiæ propter ineptitudinem libelli. Quando enim producũtur acta, ex quorum productione apparet de nullitate, aut iniustitia sententiæ; tunc vere & clare dicitur probari de nullitate & iniustitia, nec tunc tractari potest de aliqua præsumptione pro ipsa sententia. Barto. in lege prima ff. si tutor, vel curator appel. in l. qui ad ciuilia. C. de appel. & in consilio 98. Apparet sententia. in fin. Fel. in dicto capitulo quoniam contra. columna 15. in fine versiculo secũdo declara. de proba. Soci. in consilio 46. columna 9. circa med. versiculo sed clare etiam respondetur libro quarto Aretin. in consilio 62. Ex facto. ante finẽ. Ias. in lege quarta. §. condemnatum. columna 7. in fi. versiculo secundo contra Bar. facit ff. de re iud. & quæ infra dicam in tertia parte huius tract. in 7. limitatione, nume. 15. & in quarta parte. in q. & quod proxime dictum est numero
54 51. Sed istud, ℘ † probetur solennitatem sententiæ non interuenisse ex inspectione actorum, nõ videtur procedere in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis; quia potuit adhiberi solennitas in alijs actis, ita Cor. in consilio penul. columna fi. libro primo facit Imol. in consilio 98. columna 3. ante med. vbi, quòd magis præsumitur pro decreto iudicis, quod est voluntariæ iurisdictionis, quàm pro sententia; quia in decreto potuit iudex se informare extraiudicialiter, antequam illud interponeret. Sed istud dictum Cor. non videtur tutum: quia pluralitas actorum non presumitur. glos. in l. omnium. C. de testa. Sali. in l. 2. C. de errore aduoc. ob id non potest præsumi de alijs actis, de quibus non appa
55 ret, & sufficit † parti producenti acta negare, ℘ sint alia acta, & si aduersarius prętendat esse plura, tenetur probare. gl. in l. cum de lege. ff. de proba. Bal. in consi. 60. generalitas. libro 4. Roma. in cõsil. 222. Dubitatur. in fi. Paul. de Cast. in cons. 177. Viso suprascripto puncto, primo veniam. columna prima. & in consi. 213. Supradicta omnia quęsita. colu. secunda in secundo dubio. libro 1. Alex. in consi. 41. in fin. li. 3. in consi. 71. colu. fi. lib. 4. & in cõs. 16. colum. fi. lib. quinto Ias. in l. cum ex causa. ff. de re iud. Curt. iunior in consi. 150. columna quinta post med. vbi, ℘ illa glo. in dicta l. cum de lege. est communiter approbata, quam etiam nouissime sequitur Gozadin. in consi. 94. columna 7. post med. & sine dubio procedit illa gloss. quando præsumptio est pro negante aliquid de pluri. esse. Ias. in l. si constante. colu. 19. num. 120. ff. solu. mat. & in consi. 34. col. 3. in fi. & seq. lib. primo sed hic præsumptio est pro negante, ℘ alia sint acta, præter producta, quia pluralitas factorum non præsumitur, vt supra dixi. Non obst etiam
56 † ratio Imolæ, quod potuit iudex extraiudicialiter se informare ante decretum: quia fateor, sed dictum Imol. procedit, quando simpliciter producitur decretũ, nec apparet de aliquib⁹ actis cognitionis cãæ circa ipsũ decretũ, nos vero loquimur, qñ ꝓducũtur acta, ex quorũ ĩspectione apparet d̃ defectu solẽnitatũ. tũc n.

Source : BIU Cujas

non militat præſumptio, ꝙ potuerint procedere alia acta: quia pluralitas actorū non præſumitur. & veriſimile eſt, ꝙſi alia acta proceſſiſſent, etiam illa in ſcriptis redacta eſſent. Dictum tamen Corne. ſaluari poſſet in vno caſu, quando non appareret de notario rogato de ipſis actis, & in actis productis multa enuntiantur, de quibus non apparet, vnde rogari potuit alius notarius, ut veriſimile ſit alia plura eſſe acta: & ita erat in caſu Corne. ſed aduerte ſi non apparebat in caſu Corne. de perſona notarii rogati, quomodo poterat probari negatiua ex inſpectione aut productione actorum, cum illa productio fidem non fa-
57 ceret; †Quintò limitatur præmiſſa concluſio, vt procedat, quando producitur ſententia in forma probante, ita quòd fidem facit. tunc enim pro ea præſumitur reſpectu certitudinis & rectitudinis. Secus ſi inſtrumentum ſententiæ non non ſit publicū, nec fidem faciat; quia aliqua requiſita deſint ad fidem inſtrumenti, nam tunc fruſtra tractatur de præſumptione ſententię. ex quo de ea nō apparet, ita Soci. in conſilio 2. colu. ſecunda in princ. lib. 3. allegat. Bald. & clarius Imo. in lege prima ff. de his, quę in teſtamento delen. ſed hoc dubitare Socinum nō oportebat; quia paria ſunt, quòd nulla ſententia lata ſit, uel ꝙ de ea non appareat l. in lege. ff. de contrah. empt. lege duo ſunt Titi. ff. de teſtam. tute capitulo primo. de presby. nōdum bapti. miniſtran. capitulo ſolennitates. 1. de conſecra. diſtinc. 1. & qui non probat, quod allegat, aut producit, dicitur carerere iure. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. lege quidam tibularum. ff. de furtis. quæ duo iura adhoc citat Bald in conſilio 67. Quia ex facto columna ſecunda circa med. libro 3. & de hac limitatio
58 ne habetur infra in 2. parte. Sextò †limitatur, ut procedat in his, quæ fiunt coram ipſo iudice, ſecus in aliis, quæ coram iudice non fiunt, puta in mandato, quod fit in abſentia iudicis, ob id pro mandato non pſumitur & in antiquis. Bald. in l. 2. C. ſi ex falſis inſtrumen. & in l. prima. C. de rebus alienis non alien. ſequitur Alexand. in dicta lege ſciendum. ff. de verb. ob. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hæred. in conſilio 1. colum. penul. libro quarto & in conſilio 191. col. ſecunda poſt med. uerſicu. nec obſtat longitudo temporis libro 6. Veronenſis in conſilio 26. columna 6. circa med. Soci. in conſilio 254. columna ſecunda poſt med. verſicu. præterea non ſumus in caſu certo libro ſecundo deciſio. Neapo. 345. colum. 3. & deciſio. 368. columna quarta verſiculo. item allegatur. Feli. in capitulo ſicut. columna 17. uerſicu. 6. aduerte de re iud. Decius in conſilio 215. col. ſecunda verſiculo vlterius in tali inſtrumento. Bertachi. in prima parte ſui repertorii, in verb. diu. verſicu. antepenul. Cur. ſenior in conſilio 49. colum. quinta in fin. & colum. 18. circa med. verſi. & dum ſubiiciebatur. Curtius iunior in prima parte tracta. feud. quæſt. prima colu. ſecunda Iaſ. in conſilio 140. colum. ſecunda in fin. libro quarto
59 Contrariam opinionem † quòd imo præſumatur mandatum ex antiquitate temporis, tenuit Bal. ſibi contrarius in conſilio 337. In primis columna fin. libro primo quem citat & ſequitur Deci. licèt ſub alio numero & libro, in conſi. 199. circa fin. verſi. præterea, etiam in mandato. & in conſi. 297. colum. ſecunda in fi. verſi. obſtat, quòd iſta. & licèt Decius in dictis conſiliis hoc non bene firmet, firmat tamen idem Decius in cōſil. 486. col. fi. ubi pro hoc allegat tex. in l. fi. ff. de uſucap. pro empto. Curtium ſeniorem in conſilio 77. Super motiuis. latius hoc idem firmat Dec. in conſilio 638. colu. ſecunda vbi. quòd dictum Bald. ſupra allegatum in 6. limitatione, quòd mandatum non præſumatur ex antiquitate temporis, non eſt uerum, & quòd loquitur ex capite ſuo, & fine lege, ſecundum Curtium in dict. conſilio. 76. Et ꝙ præſumatur mandatum ex temporis antiquitate, tenet Iaſ. ſibi contrarius in dicta lege ſciendum. colum. 8. verſicu. limitatio. Alexand. ff. de verbo. obliga. & in lege prima colu. quinta in ſecunda limitatione. C. qui admitti. Addo. vltra Modern. Paul. de Caſt. in. conſilio 84. Viſa dicta facti narratione, & his, quæ copioſe. circa finē. libro primo & profecto, ſi præſumuntur ſolennia ſubſtantialia, quibus partes renuntiare non poſſunt, neſcio videre rationem diuerſitatis, cur nō idem in mandato. cum poſſit quis approbare perſonam falſi procuratoris, ut habetur in l. licèt. C. procura. & pro hac opinione faciunt, quæ infra dicam in 3. parte huius tract. verſic. 11. ex antiquitate temporis, vbi, ꝙ præſumitur poteſt tutoris & executoris ob temporis antiquita-
60 tem. †Sed tenendo hanc 6. limitationem ſine iuris præiudicio, eam ſublimita multis modis. Primò, ut non procedat, quando appareret productionem mandati eſſe factam, vel ceſſante productione litem cum aliquo tanquam procuratore fuiſſe conteſtatam, tunc enim pro mandato præſumitur. Imo. in d. l. ſciēdū. col. 5. verſi. per prædicta decidi poteſt. ff. de verb. ob. refert & ſequitur Gozadi. in conſi. 96. colu. fin. verſi. quartò adducò. Secun-
61 dò †ſublimita, niſi in ſententia, aut in alio inſtrumento fiat mentio de ipſo mandato; quia tunc videtur probari propter. antiquitatem temporis. Ita Dec. in conſi. 36. colu. 5. verſicu. non obſtat, ꝙ mandatum. ſi quis in aliquo documento. in fin. 11 col. 4. Purpu. in authen. ſi quis in aliquo documento. in fin. C. de edendo. Addo vltra moder. Bal. in conſ. 112. Quæritur, qui intelligantur. col. 2. poſt med. ver. quæritur vlterius. lib. 1. ubi ꝙ præſumit mandatum, quando eſt executum ex verbis narratiuis in antiquis, dū æquiparat cōpromiſſum mādato; quia ſicut per mandatum datur poteſtas procuratori, ſic per compromiſſum arbitro aut arbitratori. Et vtrunque mādatum dici poteſt, & ꝙ ex verbis enūtiatiuis præſumatur mandatū in antiquis, voluit Veronenſis in conſi. 26. in ſecundo dubio. facit Soc. in conſi. 158. colu. quinta verſi. ſed tamen præmiſſis. libr. 2. vbi, quòd ſolennitas citationis facilius præſumitur, quando enunciatur in actu iudicis, quàm quando enunciatur, quod etiam uoluerunt Docto. tenentes ita demum præſumi ſolennia ſententiæ, ſi in ſpecie enuncientur, de
62 quo abunde ſuperius diximus. Sed † contra hanc ſecundam ſublitationem videtur facere, quod Alexand. ſcribit in conſi. 50. colum. 2. poſt med. verſi. non obſtat prædictis. libro 5. ubi, ꝙ verba enunciatiua alterius inſtrumēti illud nō probant, niſi inter ipſos contrahentes. Rurſus in contrarium faciunt, quæ ſupra diximus in prima parte circa verba enuntiatiua, quòd non probant in antiquis contra tertium, niſi ſemiplene. Suſtinendo hanc ſecundam ſublimitationem, dici poteſt, quòd aliud ſit in verbis enunnutiatiuis ſententiæ, quàm alterius actus vnius priuati, aut priuatorum hominium, quia magis præſumitur pro iudice. Vel & ſecundò dici poteſt, ꝙ Alexand. & allegata in contrarium loquuntur & procedunt, quando ageretur de probatione ſubſtātiæ rei, aut actus, puta unius inſtrumenti. Nos verò loquimur in probatione qualitatis ideſt, ſolennitatis mandati, licèt talis ſolēnitas ſit ſubſtantialis, apparet de ipſa ſubſtantia rei, ideſt de ſententia ob id ſi ageretur de probanda una ſententia per talia uerba enunciatiua, illa non probaretur plene, ſecus quando agitur de probatio
63 ne ſolennitatis, licèt ſubſtantialis; cum †facilius probetur qualitas, quàm ſubſtantia. Ideo licèt damnum probari non poſſit, niſi per inſtrumentum; quia ita cōuentum ſit, aut ſtatuto caueatur, quantitas tamen damni teſtibus probari poterit. Bartolus, Alex. & Doc. in l. certi cōdictio. §. quoniā. ff. ſi cer. pet. ſimiliter licèt re ſcriptum. probari teſtibus non poſſit, ſed ſcriptura tantum, Bal. in l. humanum. C. de legibus. & in l. nec exemplo. C. de falſis. Moder. in rub. de cōſti. qualitas tamen reſcripti teſtibus probari poteſt. cap. auditis. vbi Abb. in ſecundo not. de reſtit. in integ. Dec. in cap. paſtoralis. colu. 3. de reſcrip. ſimiliter facilius inducitur
64 qualitas quam †ſubſtantia rei. Ideo licèt alteri ſtipulari quis non poſſit, ut ei acquiratur actio, tamen poteſt ſtipulari reſpectu qualitatis, ut acquiratur qualitas ad ipſam actionem, quæ omnino alteri competebat. l. 3. in prin. ff. quod ui aut clam. vbi Bart. l. ſi quis ſolutionis. §. fin. ff. de vſuris. l. cum exceptione. §. in hac. in fi. quod met. cau. Ad idem glo. in l. talis ſcriptura. in glo. fin. circa fi. ff. de leg. 1. ubi Mod. Iaſ. in l. ſi ſeruum Stichum. §. nunc videa. colum. 2. circa medium, verſ. tu aduerte, ꝙ gloſ. ff. de verborum obligation. ſed tamen durum videtur, quòd præſumatur talis qualitas mandati ita ſubſtantialis, contra tertium. Præterea contra tertium non videtur plene præiudicare ipſa ſententia, ſed ſemiplene tantum, etiam in antiquis, ut ſupra diximus in fine primæ limitationis, ergo non magis præiudicabit tertio ſolennitas mandati ennūtiata in ſententia, quàm ipſa ſentētia: & iſta videtur veritas: & ſic intelligi debet iſta ſecunda ſublimitatio, quando ageretur inter ipſas partes, inter quas pronuntiatum eſt, aut
65 habentes cauſam ab eis. Tertioſubmilitatur†† non procedere in actu, ad quem veriſimiliter quis non accederet ſine mandato, puta ſi quis ſoluit penſionem uomine alieno; quia præſumitur ſoluere de mandato eius, pro quo ſoluit, cum veriſimile non ſit, ꝙ uelit iactare ſuum: ita Rota Deciſ. 23. Nota, ꝙ vbi dicit ſe aliquis. in antiq. refert & ſequitur Soci. in conſilio 46 colu. 2. poſt med. lib. 3. Dec. in d. cōſ. 36. col. quinta ver. 2. reſpondetur. in cōſi. 42 colu. pe. poſt medium, verſ. 3. reſpondetur. & in l. 1. colu. quarta poſt medium. C. qui admi. Gozadin. in d. conſi 11. col. quarta Addo Curt. ſeniorem in dicta conſilio 77. Super motiuis colu. quarta poſt med. verſi. facit, quod not. Do. de Rota. Aduerte tamen; quia iſta ſublimitatio non apte videtur conuenire ad terminos noſtros; quia dicta in hac tertia ſublimitatione videtur procedere etiam in factis recentibus, ceſſante antiquitate tem-
66 poris. Quarto †ſublimitatur, ꝙ licèt non præſumatur mandatū ex antiquitate temporis, præſumitur tamen ratificatio ipſius mādati. Bertachi. in prima parte ſui reperto. in verb. diu. verſiculo 2. Socin in d. conſ. 46. col. 2. in fi. Dec. in d. conſi. 299. colu. 2. Gozadi. in d. conſi. 11. col. 4. Sed Iaſ. in dicto conſilio 140. columna 3. libro quarto iſtud intelligit, quando ageretur de modico præiudicio, ſecus ſi de magno; quia tunc non præſumitur ratificatio ex antiquitate temporis, niſi concurrat alia præſumptio: ſed certa præſuppoſita ſcientia eius: de cuius ratificatione agitur, uidetur abſurdum dicere ex temporis antiquitate ratificationem non induci, ſed quia Iaſ. allegat Barto. in diſput. Mulier habens amplum patrimonium. de cuius dicto latius videbimus in 3. par
67 te huius tract. ad ibi dicta me remitto. Quinto †ſublimitatur, vt non procedat in mandato de cuſtodiendo, quod præſumitur ex antiquitate tpis, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ prcedentis Alexā. poſt Bartol. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. ff. de adulter. ſequitur

deciſio

Source : BIU Cujas

decisio Neapolita.345.colu.3.Bertachi.in secunda parte sui re-
68 pertorij, in verbo, mandatum qualiter. uersiculo 7.Sextò† sub limitatur,ut nō procedat concurrente quasi possessione,& diu turna patientia; quia tunc mandatum præsumitur ex lapsu tri ginta annorum. Alexand.in d.consilio 1.colu.penul.libro 4.sequitur Brunus Astensis in consi.95.colu.1.post med. Septimo
69 sublimitatur†non procedere in mandato vicarij Episcopi,quod præsumitur,si non negetur,& in eo sufficit probare communē nominationem & reputationem. Feli.in d.c.sicut colu.15.de re
70 iudica. post Rotam per eum alleg. Octauò† sublimitatur non procedere, concurrentibus aliquibus indicijs aut coniecturis; quia tunc prēsumitur solennitas extrinseca mandati.Cur.senior in d.consi.77.Super motiuis.colu. pen.versicu.tertia conclusio,
71 Nonò non†procedit,quando ageretur de commodo & fauore allegantis mandatum:quia tunc videtur prēsumi ex antiquitate temporis.Aret.in consilio 42.Viso.consilio colu.2.post mediū. uersi.præterea,ut tetigit.

TERTIA PARS.

ARGVMENTVM.

Tempus de antiquo præsumi in materia solennitatis extrinsecę,concurrentibus possessione,vel quasi longi temporis,item scientia & patientia aduersarij. Et unde preterea illa præsumptio nascatur. Tum an solennitatis præsumptionem tollat negatio vel oppositio partis,cum qua actum est.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quid dicatur in materia præsumendæ solennitatis extrinsecæ in extraiudicialibus.*

2 *Solennitas extrinseca quot annorum tempus desideret, ut res dicatur de antiquo.*

3 *Titulus nō præsumitur ex solo temporis lapsu, concurrente etiam possessione decem annorum.& nu.5.*

4 *Præscriptio an currat contra minorem & ecclesiam. Et si currat,num debeant restitui.*

6 *Solennitas extrinseca an præsumatur, quando concurrit sola antiquitas tē poris sine alio adminiculo possessionis, aut alio,& agitur de magno præiudicio.Et an tempus.30.annor.sufficiat contra tertium. numero 7 disting. numero.8.*

9 *Solennitas extrinseca an præsumatur ex lapsu decem annorum, vbi agitur etiam de graui præiudicio, concurrente possessione decennali,cum scientia & patientia partis,idque in præiudicium tertij, disting.nu.10.*

11 *Solennitas extrinseca an præsumatur in extraiudicialibus, licèt illa non enū tietur in actu. Et an sit necesse illam enuntiari in sententia in antiquis. disting.nu.12.*

13 *Solennitas curatoris an præsumatur per adsertionem adultorum, post lapsum uginti annorum.*

14 *Iuris declarandi magna hodie est necessitas. Et rarò committendum est arbitrio iudicis.quod tempus dicatur de antiquo.*

15 *Solennitas extrinseca ex sola temporis antiquitate an præsumatur,etiam ex lapsu 30. anno.nisi concurrat alia præsumptio,ut possessio uel quasi.*

16 *Solennitas extrinseca an propter antiquitatem temporis non præsumatur,eo forte quòd pars,cum qua actum est,negat solennitatem interuenisse.Et quando pars debeat opponere nu.17.*

18 *Solennitas extrinseca ut præsumatur,an necessario debeant concurrere scientia,& patientia eius,cuius consensus erat necessarius ad dictum. num.19.*

20 *Dispensatio an præsumatur ex temporis antiquitate, aut quando, quibusue concurrentibus.nu.21.*

22 *Solennitas nō præsumitur ob antiquitatem temporis, ubi agitur de substantia actus disting.nu.23.*

24. *Emancipationis præsumptio an inducat titulum contra patrem.*

25 *Solennitas extrinsecea ob temporis antiquitatem an præsumatur in eo, qui actum gere non potest.*

26 *Solennitas extriseca ob temporis antiquitatem non præsumitur,ubi instrumē tum de antiquo fidem non faceret.*

27 *Solennita s extrinseca non præsumitur ob temporis antiquitatem, ubi ex inspectione instrumenti probaretur solennitatem non esse adhibitam. Et id quomodo intelligatur.*

28 *Probatio in contrarium contra præsumptionem antiquitatis, an admittatur.*

29 *Præsumptio ueritati cedit.*

30 *Selennitatis præsumptio procedens ex temporis antiquitate tollitur etiam per aliam præsumptionem in alium.*

31 *Solennitas citationis & sententiæ non præsumitur,ubi producuntur acta, ex quibus apparet sententiam esse nullam. contra Dec.falso quid in eum locum tribuentem Paul.de Cast,*

VEnio †nūc ad tertiam partem tractatus nostri, quādo quid dicatur pe antiquo in materia præsumendę solennitatis extrinsecę in actis extra iudicialibus. In qua materia, quia latus apparet campus certaminis, in quo varie inter milites belli nostri certatum reperitur, vt veritatis victoriam pertingere liceat,puto ex Doct. mente aliquos casus non considerari posse.Primus casus est, quando cum antiquitatem tēporis concurrit alia præsumptio puta possessio,uel quasi longi tēporis, sciente & patiente aduersario & tunc tempus decem annor. dicetur de antiquo,& illud sufficiet,ut præsumatur solennitas extrinseca, Puta alienata est res ecclesiæ vel minoris, non apparet de solennitatibus requisitis,tamen emptor rem possedit decem annis parte sciente & patiente: certe post lapsum decem annorum præsumi videtur solennitas extrinseca requisita in talialienatione. Ita habetur in capitulo peruenit. de emptio. & uenditio. Paulus de Castro in consil 202.In causa confinium. columna secunda. circa med.uersi.dicet aliquis.libro primo Alexan.in consi.45.in fine libro 3.Soc.in consi.28.colu.3.versi. respondetur & secundo.libro 2.Corn.in consi.348.colu.quinta lib.3.in consi.145.col.fin. & in consi.284.col.1.lib.4.Addo Bal.in consi.511.Quidam prælatus.col.2.ante med.lib.quinto vbi, quod assidui actus & continuatio possessionis non solum faciunt præsumi solennitatem, sed etiam titulum in alienatione rei ecclesiasticæ: & multo magis præmissa procedant,vbi concurreret possessio longissimi tē poris, tunc enim sine dubio omnia præsumuntur solenniter acta.Corn.in consi.109.in fin.libro 3.vbi loquitur in alienatione
2 bonorum minoris. Secundus casus†est,quando concurrit sola antiquitas temporis sine possessione, uel quasi, & sine alia præsumptione,& agitur de modico ꝓiudicio, & isto etiam casu sufficit tempus decem annorum,vt præsumatur solennitas extrinseca.l.si filius.C.de petitio.hæredita.quem tex. ita intelligit Bart. in d.q.Mulier habens amplum patrimonium.in fi.Alexand.in dicta lege qui in aliena.in princ.colu.3.ff.de acquir.hæred.in consil.12.colu.fi.& in consi.113.col.penu.libr.4.Dec.in ca.primo colu.6.post med.versi.non obstat ratio Abb.de fide instrumen & in consi 442.colu. quinta.in princ. versi.tertiò illa præsumptio. Ias.in dicta lege prima in quarta limitatio.C.qui admitti.in consil.176.col.3.circa mediū. lib.2,& in consi.148.colu. penulti.in fin.libro quarto Sed dicet aliquis, imo in dicta lege si filius.concurrebat possessio longi temporis;quia filius ibi tenuit bona hę reditaria,in quibus fuerat institutus parte sciente,& patiente, ex qua possessione arguitur consensus patris.in adeundo. Solutio, illa non erat possessio bonorum patris, sed alterius defuncti: & isto respectu dicitur tractari de modico præiudicio, cum bona patris non essent:sed vbi ageretur de possessione bonorum eius cuius consensus esset necessarius, tunc multo fortius argueretur eius consensus, licèt agatur de magno præiudicio; quia nō esset virisimile, quòd passus esset possideri bona per alium, in
3 quibus ius prætendit. Non †intelligo tamen, quòd ex solo lapsu temporis concurrente ista possessione decem annorum præsumatur titulus, sed præsuppositio titulo habito ab eo, de cuius præiudicio agitur,dico præsumi solennitatem ipsius tituli,& ob id in dicta l. si filius dicitur agi de modico præiudicio; quia non agitur, ut præsumatur titulus, nam is vere præcesserat, scilicèt, titulus testamenti,in quo filius institutus erat, sed agebatur tantum de solennitate requisita in executione illius tituli,& de consensu patris in aditione, cuius interesse nullum aut modicum uersatur,quòd filius adeat, cum ex hoc pater non obligetur. Imo non uidetur forte necessaria diuturnitas temporis ad præsumendum solennitatem extrinsecam, quando agitur de modico præiudicio.Curt. Senior in consilio 77. columna quarta in fine.ibi generaliter dicit præsumi. solennitatem extrinsecam, quotiens agitur de modico præiudicio, allegat Abba.in capitulo primo.de iudi.in capitulo si fratenitatis. & in cap. Alberi. cus.de testib.in capitulo nisi essent. per illum text. de præben.& in capitulo fraternitati. de cle.non resid.post Innoc.in capitulo
4 primo.de cler.pereg.Sed iterum † instabit aliquis ad maiorem declarationem:tu ergo ais, quòd vbi emēs ab ecclesia uel minore rem, tenuit longo tempore decem annorum,quod præsumatur solennitas extrinseca, consequenter, quòd emptor sit securus: sed illud non videtur procedere,cum non præscribatur cō tra ecclesiam minori spatio 40. annorum, ut habetur in lege fina.C.de sacrosan.eccle. & similiter contra minorem uel non currit præscriptio,uel currit,minor restituitur,ut habetur in lege etiam.ff.de minor.per Bartol.Solutio, hic non tractatur de præscribendo, vbi habitus est titulus ab ecclesia, vel minore, quo casu solum quæritur, an titulus sit ualidus, vel non: nam si validus sit, statim securus est emptor circa prescriptionis opem.
5 in qua†re dicitur,quòd lapso tempore decem annorum,& cō currente possessione empotoris solennitas extrinseca præsumitur,ex qua præsumptione titulus fiat validus iuris præsumptione,ob id lapso decennio non poterit ecclesia aut minor allegare nullitatem contractus ex defectu sollennit atis extri nsecæ nisi, probet negatiuau, quòd solennitas vere non interuenerit. Poterit tamen nullitatem proponere, si eam probet; uel agerere remedio rescissorio, aut restituto-

Source : BIU Cujas

6 rio, ſi lęſio interceſſerit. Tertius caſus eſt, † quando concurrit ſola antiquitas temporis ſine alio adminiculo poſſeſſionis, aut alio, & agitur de magno præiudicio, & iſto caſu non ſufficit tempus decem annorum, ſed tempus longiſſimum requiritur annorum 30. Alexand. in dicta l. qui in aliena. in princ. columna 3. ff. de acquir. hæred. & in conſi. 179. colum. 3. vetſi. nec obſtat longitudo temporis. lib. 7. licè Iaſ. in cõſilio 140. colum. 2. poſt med. libro 4. requirat tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, de quo curandum non eſt tanquam ſi-
7 bi contrario, vt ſtatim dicam. Sed hic † quæro, circa hunc tertium caſſum, an iſtud tempus triginta annorum ſufficiat etiam contra tertium, & vbi agitur de præiudicio tertij? Reſpondeo ꝙ ſic Alexand. in d. conſilio 179. columna 3. libro 7. Socin. in cõ ſilio 270. columna 3. verſicu. confirmatur; quia ex quo longiſſimo tempore. & in conſilio 254. colum. 2. verſicu. ſed contra prę miſſa uidebatur obſtare lib. 2. per text. in dic. peruenit. de empt. & vendi. Idem tenet Corn. in conſi. 181. colum. 6. verſicu. ſed ſolum dubitatur. libro 2. Curt. Senior in conſi. 77. Super motiuis. colum. 2. poſt med. Dec. in d. conſ. 442. colum. quinta in princ. verſic. 3. illa præſumptio. & in conſic. 638. colum. 2. verſi. & contra Baldum eſt regula. Iaſ. ſibi contrarius in cõſi. 54. colum. quinta lib. 1. Sed conſidero circa hanc quæſtionem, ꝙ aut contractus de cuius ſolennitate agitur, eſt potens, vt præiudicet tertiò, ſi validus & ſolennis ſit; & tunc qua ratione præſumetur ſolennitas contra ipſum contrahentem, eadem videtur præſumenda contra tertium, cui præiudicat. Aut contractus eiuſmodi, de cuius validitate & ſolennitate non dubitat̃, tertio non p̃iudicat, & tũc
8 fruſtra q̃ritur, an cõtra tertium p̃ſumatur ſolennitas. † Secundò quęro circa primum caſum, in quo dictum eſt, præſumi ſolennitatem extrinſecam ex lapſu decem annorum, etiam vbi agitur de graui præiudicio, concurrente poſſeſſione decennali, cum ſcientia & patientia partis. An iſtud procedat. in prę iudicium tertij? Alex. in d. l. qui in aliena. in princ. colum. 3. verſicu. ſed contradicta. ff. de acqui. hæred. tenet, quòd ſic, dummodo ille tertius ſciuerit & paſſus fuerit rem poſſideri per tantum tempus, & reſpondet Alexand. ad text. in dicto capitulo peruenit. de emptio. & vendit. vbi requirtur tempus 20. annorum, quòd ibi non apparebat de ſcientia & patientia illius mulieris: & idem tenet Alexand. in cõſi. 17. columna 2. poſt med. verſicu. confirmantur prę dicta. lib. 4. & clarius in conſilio 219. columna quinta poſt med. verſicu. non obſtat etiam dum in nouiſſimis. lib. 6. idem tenet Iaſ. in dicta lege 1. colum. quinta in 3. limitatio. C. qui admitti. quicquid aliter & nimium perfunctoriæ ſenſerit Ripa in l. 1. colum. 19. in fine numero 105. ff. ſolu. matri. ſi bene ponderetur: & iſta opinio videtur rationalibilis, cum per tempus decem annorum bona immobilia præſcribantur, data ſcientia & patientia domini, licèt agatur de magno præiudicio. Sed hic aduertendũ;
9 quia † aut contractus principalis nocet tertio, ſi validus ſit, & ſolennis, & eadem ratione præſumenda videtur contra tertium ſolennitas. Aut tertio non præiudicat, & fruſtra queritur de eius ſolennitate. Poteſt autem præiudicare tertio reſpectu tituli, ut ſufficiat minor præſcriptio propter titulum, puta decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes: & iſto caſu tractari poteſt de præſumptione ſolennitatis extrinſecæ contra tertium.

10 Tertiò quæro † in caſibus, in quibus dictum eſt præſumi ſolennitatem extrinſecam in iſtis extraiudicialibus. an iſtud procedat, licèt ſolennitas non enuncietur in actu; Dic quòd ſic. Felin. in d. capitulo ſicut. col. 15. verſicu. 7. & vltimo. Deci. in conſi. 341. colum. 6. poſt med. verſic. non obſtat, ſi dicitur. & in conſi. 558. colum. 2. circa finem. Iaſ. in dicta lege ſciendum. colu. 7. verſi. quid tenendum in tanta varietate. ff. de verbo. obligatio. Si enim enuntiatur ſolennitas in contractu, & ſit talis, cui enunciantes renunciare poſſint, talis enuntiatio ſtatim probat inter ipſos contrahentes. l. optimam. C. de contrahenda & commit. ſtipul. Si verò renuntiare non poſſint, illa non præſumetur, etiam inter partes, niſi per temporis antiquitatẽ, quę antiquitas in hoc uim probationis obtinebit. Et ex prędmiſſis īferri poteſt ad dicta ſupra in 2.
11 parte, circa ſolennia ſentẽtiæ, † an ſit neceſſe illa enunciari in ſententia in antiquis. Si. n. talis enuntiatio non eſt neceſſaria in actibus extraiudicialibus priuatorum, multominus in actis iudicialibus, in quibus pro iudice magis præſumitur. Ex prædmiſſis habes, quando quid dicatur de antiquo in materia præſumendę ſolennnitatis extrinſecæ in actis extraiudicialibus, & quòd ſufficil tempus decem aut triginta annorum, ſecundum diſtinctio-
12 nem factã in dictis tribus caſibus. Sed † dum fuit concluſum requiri tempus 30. annorũ, quando agitur de graui præiudicio, & ceſſat poſſeſſio ſeu quaſi longi temporis, in contrarium videtur facere, quod ſcribit Anchar. in conſilio. 222. Subtiliter. columna prima in fine. vbi uoluit, quod præſumatur ſolennitas curatoris per adſertionem adultorum poſt lapſum uiginti annorum: & tamen in caſu Ancha. agebatur de graui præiudicio. Solutio, in caſu Anchar. concurrebat aliud; quia obligatio, ſuper qua curator liberationem conceſſerat, erat contracta cum eodemmet curatore, ob id factum illud curatoris adulti impugnare non poterant Præterea concurrebat adſertio, aut confeſſio ipſorum adultorum; quia facilius præſumitur ſolennitas enunciatata, quàm non enunciata, ut ſæpius dictum eſt. Sed ite rum opponitur contra prædmiſſa ex eo, quod ſcribit Alexan. in conſilio 218. columna 3. poſt med. uerſicu. præterea Hoſt. lib. 6. vbi voluit neceſſarium eſſe tempus centum annorum, ut præſumatur ſolennitas extrinſeca: ſed puto quod Alexand. male loquatur, contrariando his quæ idem Alexand. dixerat in locis ſupra alle. & Doc. per eum alle. loquuntur, quando agitur de præſumendo titulo aut ſubſtantia actus, non de eius ſolennitate. Rurſus etiam opponitur contra prædmiſſa, ex his, quæ ſcribit idem Alexand. conſilio 79. columna 3. in fin. verſic fortificatur per id lib. 1. & conſilio 9. colu. fi. libro 3. vbi uoluit, quod in iſta materia præſumendi ſolennitatem extrinſecam in contractibus ob temporis antiquitatem, relinquatur arbitrio iudicis, quã do tempus dicatur de antiquo. Sed certe non puto quod iudex poſſit arbitrari de minori tempore decem aut triginta annorũ,
13 ſecundum caſus prædmiſſos. Ex quibus † uides, ꝙ licèt plerique multitudinem ſcriptorum hodie deuoueant, inſtar languentis ſtomachi, cui ciborum diſplicet apparatus, nunquã tamen declarandi neceſſitas tanta fuit quantum interim videmus. Plerique enim vel iudicium vel aduocatum, ut primum vident deciſionem aliquam doctoris alicuius maxime celebris nominis, non ab ea ſanctũ putant diſcedere. Sed ſcribentis authoritas nunquam tanta fuerit, quin rationes iuris procellant, ſecundum Senecam relatum per Fulgo. in l. penulti. C. de condic. indeb. Fieri enim poteſt, quòd vnus longe minoris ſcientiæ & authoritatis in aliquo ſuperet plures & maioris authoritatis & ſcientiæ l. 1. circa med. C. de uete. iur. enucle. Corn. in conſilio 55. colu. 2. libro 4. & dicit Dec. in conſilio 74. in vltimis verbis, ꝙ rationes metiri debemus propter ſeipſas, & non ex proferentis authoritate. Relinque arbitrio iudicis, quando tempus dicatur de antiquo. continuo iudex præceps rudis & culpatæ conſcientiæ pro amico aut priuato ſuo commodo arbitrium dicat Sed opponi-
14 tur † adhuc contra prædmiſſa, & uidetur, ꝙ nunquam ex ſola antiquitate temporis præſumatur ſolennitas extrinſeca, etiam ex tempore 30. annorum, niſi concurrat aliqua præſuptio alia vltra temporis lapſum, puta poſſeſſio, uel quaſi. ita Abba. in capitulo Albericus. columna penulti. de teſtib. per text. in l. quæcunque. §. fin. ff. de publica. & per not. in dicto capitulo peruenit. de empt. & vend. ſequitur Alexand. in d. conſilio 12. columna 2. poſt medim. verſiculo nec obſtat etiam, ſi dicatur in d. conſilio conſilio 17. colũna 3. verſiculo nec obſtat, quod notat Hoſtien. libro quarto & latius in conſilio 218. libro 6. Iaſo. in dicto conſilio 140. colum. 3. poſt medium libro quarto. Idem voluit Socinus in conſilio 29. colum. quinta, in fine verſiculo ſecundum argumentum. Similiter non obſtat, libro primo vbi, quod nunquam præſumitur ſolennitas extrinſeca, quæ tempore actus interuenire non potuit, vel cui partes renunciare non poterant: & loquitur Socinus in alienatione rei eccleſiaſticæ, & in ſolenni tate tractatus: & ſic Socin. ſi bene ponderetur, uoluit fortius non præſumi ſolennitatem etiam concurrente poſſeſſione longi temporis. ſimiliter Corn. in conſilio 181. colu. 6. libro ſecundo ꝙ non eſt omnino tuta illa opinio, ꝙ propter diuturnitatem temporis omnia præſumantur ſolenniter acta. Sed iſta opinio poſſet procedere in tempore decem annorum, quod non eſt ſufficiens: vt præſumatur ſolennitas extrinſeca non concurrente alio adminiculo, puta poſſeſſionis, vel quaſi, quando agitur de graui præiudicio. Secus in tempore longiſſimo 30. annorum, quod ſolum ſufficit ad inducendum præſumptoinem ſolennitatis extrinſecæ. & hanc opin. quòd ex ſola antiquitate temporis omnia præſumantur ſolenniter acta, tenet Signorolus de Homodeis, in ſubſcriptione ad conſilium Zilioli de cauitellis, inter conſilia Anchar. in conſilio vltimo. Alexand. in conſilio 219. colu mna quinta verſiculo non obſtat etiam, dum obiiciebatur. libro 6. Socin. in conſilio 15. columna. penultima verſiculo confirmatur etiam prædicta concluſio. libro primo conſilio 153. columna ſecunda verſiculo ex quibus infero libro ſecundo Corn. in conſilio 144. columna prima in fine libro quarto. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. & idem Corn. in conſi lio 284. columna prima eodem libro quarto Eandem opin. dicit communem Deci. in dicta lege prima columna quarta C. qui adm. in conſilio 36. columna 6. verſiculo ſecundo reſpondetur. in conſilio 42. columna penultima in conſilio 135. in princi. in conſilio 329. columna fina. in conſilio 341. columna 6. poſt med. & in conſilio 409. columna prima & in dicto conſil. 36. columna 6. dicit Deci. præſumi ſolennitatem extrinſecam ex ſola antiquitate temporis, etiam nulla poſſeſſione ſubſecuta. Eandem opin. tenet Iaſ. ſibi contrarius in dicta lege ſciendum. columna 7. & 8. ff. de uerbo. obligatio. & in dicta lege qui in alie na. in princ. col. quinta. in fin. ff. de acquir. hæred. Ripa libro ſecũ do reſponſ. c. 22. col. 3. in fi. Quam tamen opi. ego teneo ſecundum diſtinctionem ſupra factam per tres caſus. Et in hac materia non

Source : BIU Cujas

ria non omitto dictum Geminia. in consilio 87.columna 2. post med. ibi, q magis præsumitur pro solennitate actuum extraiudicialium,quàm iudicialium: sed ego dicerem totũ con-
15 trarium,quòd magis præsumatur pro factis in iudicio.†Memorata conclusio, quod præsumitur solennitas extrinseca propter antiquitatem temporis secundum distinctionem,de qua supra, limitatur aliquibus modis.& primò, vt non procedat, quando pars, cum qua dicitur actus celebratus, negaret illam solennitatem interuenisse,puta si Canonici negant interuenisse consensum capituli in alienatione rei ecclesiasticæ, ita Ale.in d.consi.9. colum.2.in fin.ver.nõ obst.si diceretur,& in fin.illius consi.lib.3. sequitur decisio Neapoli.245.colum.3.& decisio 345.colum.2. versi.& si diceretur.Sed valde dubito de hac limitatione:nam si pars non apponit defectum solennitatis, illa præsumitur etiam in actu recenti, cessante antiquitate temporis. Compostella.in cap.cum dilectis.de consuetu.quod dictum pro multum notabili citat Mathesila. nota.12.Nota, quod illa regula. sequitur Socin.in d.consi.270.colum.3.versi.& hoc maxime, quia longissimo tempore.lib.2. Feli.in d.c. sicut.colum.12.in secunda fallentia, de re iudi.Ias.in d.l.sciendum.colum.7.in 3.limitatione.ff.de
16 verbo.obli.Quo autem tempore†debeat fieri oppositio, tradit Gemin.in consi.87.colum.1.post med.vbi, quòd debet opponi ante perfectionem actus,secus post actum perfectum: sed istud posset procedere in solennitate intrinseca. Itaque quum dicunt doct.solennitatem extrinsecam præsumi ob temporis antiquitatem,necessario præsupponunt, quòd defectus talis solennitatis fuerit allegatus & oppositus.Secundo considero contra hanc limitationem,& contra hoc dictum Alexand. nam talis solennitas & extrinseca præsumitur,etiam contra tertium post lapsum. 30.annorum ut supra dictum est,& sic tertius defectum talis solennitatis opponere non potest,nisi probet negatiuam, quanto minus igitur talem defectum opponere is poterit,quo cum gesta res sit,cum difficilius contraueniat quis facto proprio,quàm alieno.l.post mortem.§.fin.ff.de adoptio.Ideo non possum non mirari de hoc dicto Alexan.sed magis admiror, quomodo sena
17 natus Neapolitanus dictum illud secutus fuerit.Secundo†limitatur memorata conclusio,vt solum procedat interueniẽte scientia & patientia eius cuius consensus est necessarius ad actum: quia in istis terminis loquitur d.l.si filius.C.de peti.hæred.Ideo si in alienatione aut contractu sit necessaria licẽtia Papę, illa nõ præsumetur;quia non est verisimile,quod habuerit Papa notitiam talis alienationis, aut contractus:ita Alexan.in d.consili.9. col.fi.lib.3.& in d.consi.17.colum.2.post med.uersi. nec potest dici,q dictæ omnes solennitates, libro 4.sequitur decisio Neapoli.107.colum.fi.vbi propterea infert, q allegans præsumptionem solennitatis consensus,vel licentiæ superioris,debet probare scientiam ipsius superioris, q superior sciuerit talem actum factum esse.De quo tamen vide, quę infra dicam hac eadem par
18 te,num.29.Sed aduerte;quia†istud non procederet, quando res esset de antiquo per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium; quia tunc non requiritur scientia superioris,non solum quando ageretur de præsumenda solennitate extrinseca,sed etiam vbi ageretur de probatione tituli & substantiæ actus; quia tempus tam antiquum habet vim concessionis & tituli.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. cap. super quibusdam.§.præterea.de verbo. sign.Nec in tanto tempore requiritur scientia superioris, etiam quòd agatur de eius præiudicio,ut per Alex.in consi.6.lib.1. & habetur in l.imperiũ. ff.de iurisd.om.iud.& infra dicemus in 4.parte huius tractatus. vbi tamen teneo contra Alexand. & sequaces pro Barto.

19 Tertiò limitatur,†ut non procedat in solennitate quæ est contra ius commune, puta in dispensatione, quæ non præsumitur ex antiquitate temporis:vt pote,tenuit quis longo tempore beneficium,sed allegat secum dispensatum perdidisse. in consilio 10.columna 20. versicu. & si dicas, q concessio.vbi indistincte dicit,q non præsumitur dispensatio ex antiquitate temporis,põrando q in præcedentibus loquitur de eo, qui erat in possessione seu quasi faciendi actus, qui circa dispensationem fieri non poterant.Sed Abb.in capitulo licèt Heli. columna fin. de simonia. dicit considerandam esse antiquitatem temporis, qualitatem beneficiati,& superiorum prædecessorum, qui ipsum beneficiatum tolerauerunt: nam si verisimilis sit dispensa-
20 tio ex istis qualitatibus, illa præsumetur saltem†cum iuramento ipsius beneficiati allegantis amissionem ipsius dispensationis, sicut in simili dicitur de iuramento suppletiuo, quod defertur, quando præsumptio & uerisimilitudo est pro iurante,in capitulo fina.de iureiur. Imo & sine iuramento vult Abb.præsumi dispensationem in antiquis: quæ tamen præsumptio non procedit secundum Abb.quando ius commune esset contra beneficiatum, ita quòd superior expresse consentire aut dispensare non posset; quia tunc nec etiam tacite præsumi potest consensisse propter antiquitatem temporis. Quæ dicta Abba.refert & sequitur glos. pragmatic. sanctionis in titu.de pacificis possesso.§.ordinarij, super glos.in versic.inquirant.col.pe.in fi. char.143.& istud videtur æquius & uerius.

21 Quartò†limitatur,ut solum procedat in solennitate extrinseca, quæ præsumitur ex antiquitate temporis, secus vbi ageretur de substantia actus; quia illa non præsumitur ob tempotis antiquitatem, puta si in instrumento fiat mentio de aliquo alio contractu, aut instrumento, illud non presumitur ex temporis antiquitate. Alexand.in consil. 50.colum.2.libro quinto.similiter ex antiqua patientia non præsumitur titulus, aut tituli substantia.l.l.nullo.C.de rei vend.l.diuturna.C.delon.temp.præscriptio. Alexan.in consilio.179.columna 3.lib.6.Similiter per antiquitatem temporis aditio hæreditatis non præsumitur,sed præsupposita substantia ipsius aditionis presumitur pro eius solennitate,quòd solenniter facta sit.Dec.in consi.442.columna 4.in fine. & generaliter verum est, quòd facilius inducitur qualitas rei, quàm eius substantia.glos.fina.in l.talis scriptura.§.finali ff. de leg primo. quam glos.pro multum notabili refert & sequitur Ias.in l.stipulatio ista.§.alteri columna 6.in decima limitatione.ff.de verb.obliga.& quod dictum est supra in secunda parte. Sed ibi contrarium videtur facere, quod scribit Bald.in l.post mortem.in fine.ff.de adoptio.ubi si filius habitat seorsum a patre, gerendo se pro emancipatio, presumitur emancipato,si illa allegetur cum cursu decennij vel viginti annorum, sequitur Barba.inter consilia Alexan.in consilio vltimo.columna 4.libr. 4.Similiter in contrarium faciunt not.in l.cum de in rem verso. ff.de usuris.& in l.si certis annis.C. de pact.ubi, quòd præsumitur titulus,& sic substantia obligationis ex antiquitate temporis, quando quis annos singulos certum quid soluit Solutio.Quan
22 do antiquitas † temporis habet admistum factum hominis successiuum,puta solutionem, aut præstationem annuam, inducitur titulus, si allegetur.Secus quando antiquitas temporis solũ habet admistam hominis patientiam, nisi esset tempus antiquissimum, cuius initij memoria non extat in contrarium, q
23 habet uim tituli: vt supra dictum. Et si dicatur† præsumptione emancipationis non interuenit factum hominis, sed patris solum patientia respondetur dupliciter.Primò, q ex tali p̃sumptione emancipationis nullus inducit titulus obligationis ꝙ patrem, sed solum acquirit libertas filio, q̃ de facili p̃sumitur inter patrẽ & filium, cum ẽt ascendens p̃sumatur donare descẽdenti,ut habetur in l.quæ dotis.ff.sol.mat. Secundò respondeo, q fauor liberationis & libertatis hoc inducit.Tertiò potest responderi, q istud procedit propter qualitatem personæ patris istud patiẽtis:nam cum pater quotidie uideat filium seorsum negotiantẽ, non est verisimile, q istud pateretur cessante emancipatione, sicut dicimus in titulo beneficij ecclesiastici, q præsumitur ex possessione.10.annorum: quia cum Episcopi uisitent singulis annis suam diœcesim,non est verisimile, quòd tolerarent tanto tempore retineri ecclesiam absque canonico titulo. Inno.& Hosti.in cap.illud.de præsumptio.& in cap.licèt Hely.de simo.sequi
24 tur.Geminia.in consilio 87.colum.secunda.Quinto†limitatur, ut non procedat in eo, qui actum gerere non potest: quia in eo non presumitur solennitas extrinseca ob temporis antiquitatem. Decius dicto consilio 442.columna 4.in fin.vbi loquitur in aditione pupilli, qui hæreditatem adire non potest sine authoritate tutoris.l.pupillus.ff.de acquir. hæredit.§.neque.Instit. de authorita. tutor. Sed ista limitatio nihil aliud est, quàm destructio omnimodo conclusionis, cum prælatus & minor non possint alienare bona immobilia sine debitis solennitatibus, & idem in aliis personis,quæ contrahere non possunt sine certa solennitate :& tamen illa præsumitur ob temporis antiquitatem.

25 Sexto limitatur,†non procedere, quãdo instrumentum de antiquo fidem non faceret,Nam cum principale non probetur aut de eo legitime non apparet, frustra tractatur de eius solennitate.Socin.in consilio 2.columna 2. in principio lib.3. allegat. Bal. & clarius Imol.in l.1.ff.de his, quæ in testamen.delen. idem tradit Corne. in consil.22. colum.3. circa med.versic.Insuper quã plura lib.3.& dixi supra in secunda parte, in quinta limitatione.

26 Septimo limitatur, †ut non procedat,quando ex inspectione instrumenti de antiquo probaretur de contrario, scilicèt solennitatem adhibitam non esse, quod intelligo non quando in instrumento nihil diceretur de ipsa solennitate; quia adhuc præsumeretur:sed quando in pso instrumento enuntiatur ipsa solennitas,quæ apparet minus legitima. Paul.de Castro in consilio 81.In causa, quæ uertitur inter reuerendum partem.columna 3.in fine libro 2.sequitur Felin.in dicto capitulo sicut. columna 15.versiculo 7.& vltimo declarat. de re iudica. Deci.in consilio 13.columna 1.in consilio 36.columna 3.in finali.versiculo secundo responderi potest.& in dicto capitulo quoniam contra. columna 20. versicu. succesiue Abba.de probatio.Ias. in dicta lege.prima.columna quinta in quinta limitatione. C. qui admitti. & in consilio 176.columna finali libro 2.Curtius iunior in consilio 130.columna 2.ad finem. Goza.in consilio 73.colum.quinta in fine.Addo Abbatem in consilio 61. col. fi-
27 nali.uersic.item antiquitas libro 1.vbi, † q contra præsumptionem antiquitatis admittitur probatio in contrarium Idem dicit

Source : BIU Cujas

Veronensis in consil. 25. ad finem primi dubij. ad idem facit Bellamera in consil. 10. colu. 10. in princip. ubi, ℘ regula, quòd titulus præsumitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, non procedit, quando expresse producitur titulus nullus, & inualidus: quia sumus tunc in casu claro, de quo tamen latius dicam in 4. parte. Et ratio huius limitationis est; quia antiquitas temporis in hac materia solum inducit præsumptionem, sed cessat præsumptio, vbi de veritate apparet in contrariū
28 l. continuus §. cum ita. ff. de verb. oblig. Cedit enim †veritati præsumptio. & ℘ contrarias probationes tollitur. l. fi. in prin. ff. quod metus caus. l nuptura. in fin. ff. de iure dotium. l. si chirographū. & l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. l. filio, quem parter. ff de liber. & posth. l. 1. §. si quis filium. ff. si tabu. testam. nullæ extab. cais, qui fidem. de sponsal. cap. quicunque. 80. distinctione.

29 Ampliusꝫ ista præsumptio solennitatis procedens ex antiquita temporis, non solum tollitur per contrariam probationem, id est, quando ex inpectione instrumenti probatur solennitatem minus legitime adhibitam esse, sed etiam per aliam præsumptionem, quæ esset in contrarium. Abb. in d. c. Albericus. de testibus. refert & sequitur Corn. in cons. 144. col. 1. versi. nec vī opitulari. lib. 4. & est generaliter verum, quòd una præsumptio alterā tollit. l. diuus. ff. de restit. in integrum. l. non solum. ff. de ritu. nuptiarum. l. quia autem. §. non simpliciter. vbi Ang. ff. si quis omissa cau. testam. l. 1. in fi. C. qui, & aduersus quos. l. mater. vbi Ang. & Salic. C. de calumnia. l. eum, qui probabilem. vbi Bal. C. de episco. & cler. l. si hi, qui. C. de adulter. c. transmissæ. qui filii sint legiti c. literas. de præsumpt. & c. accedens. de falsis. Et comprobatur hæc septima limitatio ex dictis supra in 2. parte. in 4. parte limi-
30 tationis. Sed†aduerte circa hanc septimam limitationem: quia Decius in cons. 341. colum. 6. post medi. & in consi. 558. circa fi. reprobat Paul. de Castr. in d. consi 81. intelligendo, quòd Paul. voluerit non presumi solennitatem contractus ex eo solum, ℘ producitur instrumentum ipsius cōtractus, in quo nulla fit mētio de ipsa solennitate, quasi eo modo probetur negatiua solennitatem adhibitam non fuisse: sed certe Paulus non meruit reprehendi; quia non ita loquitur, prout Decius refert: sed dicit Paul. quòd solennitas citationis & sententiæ non præsumitur, quando producuntur acta, ex quorum inspectione apparet de nullitate sententiæ, quo casu bene loquitur Paul. quia tunc defectus citationis clare & uere probatur per inspectionem actorū, in quibus describuntur omnia solennia, ut supra diximus in secunda parte, & in quarta limitatione: male enim dixisset Paul. si dixisset probari nullitatem sententiæ per id solum, quòd producitur sentētia sine actis, ex cuius sententiæ inspectione appareat solennia non fuisse adhibita; cum describantur solennia in actis, non in ipsa sn̄a, nisi enunciatiue quandoq;. Similiter male locutus esset Paul. si dixisset, quod ex sola productione instrumenti contractus, in quo non appareat de eius solennitate, probetur ipsius contractus nullitas, & solennitatis omissio, cum aliunde potuerit adhiberi, & de ea apparere per aliam scripturam. Sed procliuiores interim simus ad supercilium. Imo Decius seipsum reprehendere debuerat, quia in consi. 445. colum penulti. post medium, intellexit Paul. prout supra retuli, eum intellexisse: & tñ eum sequitur, & idem Decius in consi. 564. col. 3. Non procederet tamen hæc septima limitatio, data scientia & patientia longi temporis eius, qui titulum inualidum concessisset, vel superioris, qui actum confirmare poterat; quia tunc censetur confirmatus titulus, per ea, quæ infra dicam hac parte 3. Hic accommodari possent multæ ex limitationibus supra traditis in 2. parte, circa solennia sententiæ, sed idem sæpius non repetemus. Plane lector diligens animum ad omnia facile admouebit.

ARGVMENTVM.

Solennitas extrinseca ex temporis diuturnitate in actibus extraiudicialibus unde præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Generalia sunt faciliora, particularia verò veriora.*
2 *Notariatus qualitas præsumitur in antiquis, & probandi onus transfert in aduersarium & negantem. Negatiuam uide nume 3.*
4 *Notariatus qualitas facilius præsumitur ex antiquitate temporis in scriptura publica, quàm priuata.*
5 *Notariatus an probetur in antiquis, quando producuntur plura instrumenta eiusdem tanquam notarii. & nu. 9.*
6 *Instrumenta duo ab omnibus recepta sine contradictione, ad probandam quasi possessionem notariatus an sufficiant. Et an sufficiat fama. nu. 7. Quid de antiquitate temporis. num. 8.*
10 *Notariatus qualitas ut præsumatur, nō sufficit tempus 30. annorum, sed tempus antiquissimum ad minus centum annorum.*
11 *Solennitas extrinseca, & notariatus qualitas, quid differant in probandi modo & ratione.*
12 *Solennita extrinseca, ex antiquitate temporis in exemplatione instrumenti an præsumatur.*
13 *Instrumenti restigistratio facta in literis Papæ an præsumatur facta parte citata propter temporis antiquitatem, ita ut fidem faciat.*
14 *Instrumenti exemplatio ut dicatur facta de antiquo, quantum tempus requiratur. & num. 16.*
15 *Instrumenti exemplandi solennitas quò tendat.*
17 *Solennitas exemplationis instrumenti, quantum tempus requiratur, ut præsumatur, interuenisse.*
18 *Instrumenti exemplatio ut præsumptionem pariat, an necesse sit exprimi & enunciari ipsas solennitates necessarias in tali exemplatione.*
19 *Instrumentorum exemplandorum forma & consuetudo in Delphinatu.*
20 *Instrumenti exemplatio an præsumatur sollenniter facta ob temporis antiquitatem, non obstante, quod pluribus defectibus laboret. & nu. 24.*
21 *Solennitas exemplationis ubi in quæstionem venit, præsupponitur, quòd aliun de omnia sunt habilia.*
22 *Instrumenti exemplatio in quibus casibus præsumitur facta ob temporis antiquitatem, intelligitur quo ad omnia, ut omnia præsumantur solenniter acta.*
23 *Imperfectum, & nihil, æquiparantur.*
25 *Solennitas extrinseca præsumitur ob temporis antiquitatem in alienatione rei ecclesiasticæ.*
26 *Pretium an præsumatur ob antiquitatem uersum in ecclesiæ utilitatem in eius alienatione.*
27 *Exemptio, quam Episcopus concedere non potest, sine confirmatione Papæ, præsumitur ex temporis antiquitate.*
28 *Tituli inualidi confirmatio inducitur ex antiqui temporis patientia.*
29 *Papæ aut superioris confirmatio, ubi præsumitur ex temporis antiquitate, an necessaria sit eorum scientia, disting.*
30 *Episcopi consensus an præsumatur ob antiquitatem interuenisse in reseruatione facta patrono ecclesiæ, vel capellæ.*
31 *Papæ licentia præsumitur interuenisse in testamento Cardinalis propter diuturnitatem temporis.*
32 *Promotio ad ordines sacros præsumitur, quando quid diu seruiuit in beneficio tanquam promotus. Et quid si diu stetit in possessione seu quasi clericatus in beneficio, an præsumatur clericus. nu. 33.*
34 *Clericatus sola possessio aut quasi an sufficiat ut quis gaudeat beneficio clericali respectu fori.*
35 *Decreti solennitas præsumitur propter temporis antiquitatem interueniente scientia superioris, cuius decretum in actu erat necessarium.*
36 *Inuestitura domini præsumitur, quando quis stetit longissimo tempore in possessione bonorum feudalium.*
37 *Tutelæ solennitas præsumitur, quando quis diu se gessit pro tutore. Quid de executore. Quid de mandato, unde præsumantur.*
38 *Referenti an credendum ob temporis antiquitatem, licèt non constet de relato.*
39 *Abbreuiaturæ solennia præsumuntur in antiquis, licèt eis nō appareat. Et ob id fidem facit.*
40 *Scriptura præsumitur ex antiquitate temporis, modo interuenit factum hominis.*
41 *Vniuersitas præsumitur legitime congregata ob temporis antiquitatem.*
42 *Bonorum possessio secundum tabulas petita infra annum præsumitur.*

VIdimus in genere, quid dicatur de antiquo in materia præsumendæ solennitatis extrinsecæ in actibus extraiudicialibus. Rursus vidimus limitationes; & fallentias, in quibus talis præ-
1 sumptio solennitatis cessat. Sed quia† sermones circa generalia sunt faciliores, circa particularia verò ueriores, secundum Philosophum; quem Areti. refert in consi. 13. colum. 1. versicu. circa primum in consi. 29. colum. 7. circa medium versicu. his breuiter p̄missis, & uerba generalia non sunt apiciatoria, nec concludunt viris subtilibus, sed solum grossis, ait Aret. in consi. 106. In præsenti dubitatione. col. 3. in̄ princ. tertii dubii, descendamus ad aliqua particularia, & ad casus speciales, in quibus solennitas extrinseca præsumitur ex temporis antiquitate in actibus extraiudicialibus. Primo† præsumitur qualitas notariatus in antiquis: nam in factis recentibus, quando is, contra quem producitur instrumētum, opponit & negat illum qui instrumentum cōfecit, fuisse notarium, tenetur producens probare notariatum, quando adhuc non est notorium illum esse notarium; quia qualitas notariatus non inest a natura, cum notarius nascatur nemo. Specul. in titu. de instrum. editio. §. Restat uidere. colum. 8. versicu. & scias, quod tabellionatus officium. & colum. 13. uersi. illud autē notandum est, quòd licèt in aliquo instrumento. Oldr. in consilio 227. De toto themate. columna ad finem versicu. 4. Ancha. in consilio 213. Pro isto patre. columna 2. circa medium Alexand. in conlio 166. columna 2. ver. & est de iure. libro 2. Socin. in consi. 198. col. 1. lib. 7. Socin. in cōsi. 33. Prosequendo. col. 1. versi. secunda conclusio. lib. 1. Iaſ. in l. Barbarius. colum. 11. de offi. præt. nec creditur in hoc eius adsertioni, quod sit notarius, ut habetur in d. locis, maxime per Socin. in d. consilio 33. tamen quando sumus in antiquis, non est necessaria probatio notariatus, sed præsumitur propter antiquitatem temporis. in capitulo ueniens. de verb. signif. Bald. in authenti. quas actiones. circa fi. C. de sacrosanc. eccl. & in l. cōparationes. C. de fide instrumēt.

Anch.

Source : BIU Cujas

Anch.in d.consil.213.col.2.circa medium.Socin.in consil.187. col.4.versi.ad secũdum respondeo.lib. 2.vbi etiam allegat Fulg. in l.fi.C.de edicto diui Adria.tollend. Idem tenet Alex. in consi. 101.col.3.lib.7.Corn.in consi.35.col.6.in consi.171.col.2.ad fin. lib.1.& in cons.247.col.10.lib. 2.Dec.in c.1.col.6.in fi.vers.quicquid tamen sit.de fide instrumen.in consi. 36.col.2.post mediũ. & in consi. 42.colum.2.Iasin d.l.Barbarius.colum.11.versi.Tertio notabiliter limita.ff.de offic.præto.Guido Papæ q.357.Et in statuto.si quis per literas.in verbo, propria manu signatas. versi. sed an in literis antiquis.Decisio. Neapoli. 245. col.3.& decisio. 251.ad fin.Aufrerius in decisio.Tholosa.q.330.in fin.contrariũ,

3 quòd † ex sola antiquitate temporis non præsumatur notariatus,nisi concurrat aliud adminiculum,puta fama, quòd haberetur pro publico notario, vel nisi producantur plura instrumenta eiusdem notarij,reperta in archiuo publico, vel nisi producatur matricula eius notariatus,tenet Corn.sibi contrarius in cons. 142.col.3.in fi.versi.non etiam apparet de notariatibus.in consi. 304.colum.8.vers.quod & secundò videtur posse dici.lib.3.& latius in cons. 24.colum. 5. lib. 4.allegat Innocen. in dicto cap. veniens.de verb.significatio.Bal.in d.l.Barbarius. ff.de offic. præto. & in l.data opera.C.qui accusar.non pos. debuit allegare in l. nõ ignorat.colum.4.C.eodem tit. vers. vnde ex quo. Gomes. idem tenet in additio.ad Bald.in dicta l.comparationes. colum. penul. in verbo, cautela, allegat Anto. de Butr. in dicto c.1.de fide instrumentorum.

4 Sed † considera quòd qua ratione in sententia facilius præsumitur solennitas extrinseca, propter authoritatem iudicis, pro quo ius præsumit ex antiquitate temporis, quàm in contractibus priuatorum, in quibus longius tempus requiritur ad inducendum talem præsumptionem, vt supra visum est. Eadem ratione videtur,quòd in scriptura publica facilius presumatur ista qualitas notariatus ex temporis antiquitate.

5 Secundò † considera,dum Corn.voluit præsumi qualitatem notariatus,quando reperirentur plura instrumenta eiusdem,tan quam notarij in archiuo publico, quòd in hoc nihil speciale esset in publico instrumento; quia etia in scriptura priuata nulla habens solennia reperta in archiuo publico fidem plenam facit, vt supra abunde vidimus in prima parte. Similiter dum dicit Corn. probari notariatum in antiquis, quando producerentur plura instrumenta eiusdem tanquam notarij, illud videtur sine dubio; quia plura instrumenta habent vim probationis famæ, vt per Bald.& Docto.in l.cum aliquis.C.de iure deliberan.& supra dictum est in prima parte.

6 Aduerte † tamen,quod vbi agitur de probando quasi possessionem notariatus per instrumenta, non sufficerent duo instrumenta, ab omnibus recepta sine contradictione. Innoc. & Ant. de Butr.in c.1.de fide instrum.sequitur Aret.cons. 132.In causa, quæ vertitur inter homines.colum. 2.post med. vers. sed tamen his non obstantibus.Ias.in d.l.Barbarius. colum.9.ves.aduerte,q̃ Inno.Quid tenendum? Docto.tenentes, quòd notariatus præsumitur ex antiquitate temporis,allegant Innoc.in d. c. veniens. de verbo. signi. vbi Inno.loquitur concurrente communi opinione,aut fama.& ita eum refert & intelligit Bald.in d. l. Barbarius.colu.8.vers.qualiter autem probetur. & in dicta l.non ignorat.famam etiam requirit Ant.de But.in d.c.1.de fide instru.quẽ sequitur additio ad Bal.in d. l.comparationes. colum. penult. in verbo,cautela.Idem voluit Pau. de Cast. si bene ponderetur, in cons.202.In causa confinium.colum. 2.circa med.vers.breuiter, si bene inspiciantur.lib.1.Anto. etiam de But. in d. c. 1. sequitur Dec.in d.consi.36.colum.2.post med.& in cons.42.colu.2.Rursus, si sola antiquitas sufficit ad præsumendum notariatum citra aliud adminiculum, de facili poterit quis configere vnum instrumentum ,quod videatur de antiquo sub nomine alicuius priuati,tanquam notarij,& falsum fabricare,videns necessariam

7 non esse probationem notariatus.& si dicatur, etiam, q̃ sit † necessaria probatio per famam, eque poterit committi falsitas sub nomine vnius vere notarij, cuius qualitas per famã probari possit. Respondeo,quòd si necessaria sit probatio per famam,quòd is vere esset notarius.facilius denudari poterit falsitas per comparationem literarum,& instrumentorum illius notarij. Vix enim fieri potest, vt probetur quem fuisse notarium per famam,quin

8 aliqua inueniantur eius instrumenta. Quod autem † sola antiquitas temporis sufficiat ad præsumptionem notariatus, citra aliud adminiculum,voluit Bal. in d.authen quas actiones. circa finem,& in d.l.comparationes quem Doct.magis communiter videntur sequi.Sed considera,quòd Bald.loquitur in factis antiquissimis,in superlatiuo gradu in d.authen.quas actiones. & ita ponderat Ale.in d.consi.101.col.3.lib.7.Similiter in d. l.comparationes.loquitur Bal.in factis non antiquis simpliciter,sed multum antiquis:& sic videtur Bald.hoc dictum intellige, quando res esset ita de antiquo,quòd impossibilis videatur probatio per famam,aut communem opi.tunc ne pereat fides instrumenti tã antiqui, voluit præsumi notariatum ob temporis antiquitatem. Sequitur Ias.in d.l.Barbarius.col.11.in 3.limitatione. Sed adhuc isto casu videtur dubitabile hoc dictum Bal.propter periculum falsitatis: & quia vix fieri potest aliquem fuisse notarium vtcunque de antiquo res sit, quin saltem aliqua eius alia inueniantur instrumẽta,saltem in loco vbi degeret,ob id imputandum videtur producenti,quando videt negari notariatum, cur non curet

9 † producere alia instrumenta eiusdem personæ, quam productionem instrumentorum videtur Ias. requirere, in d. l. Barbarius.colum. 11.in 3. limitatione post Bald. Vel posset procedere dictum Bal.quando nulla suspicio verisimilis considerari posset contra producentem,cõsiderata qualitate & legalitate eius personæ,& considerata qualitate scripturæ,vix enim confici poterit scriptura recens,vt videatur multum de antiquo, quin signa aliqua suspicionis appareant.

10 Ex præmissis † apparet, quòd in præsumenda qualitate notariatus non sufficeret tempus triginta annorum, quod regulariter sufficit, vt præsumatur solennitas extrinseca in actibus extraiudicialibus,vt supra visum est: sed tempus requiritur antiquissimum aut multum antiquum, & sic ad minus annorum centũ, quod nõ obscure voluit decisio Neapol. in dicta decisione 245. in decis.251.idem præsupponit Guido Papæ in decis.357. dum in principio loquitur de annis centum. Idem præsupponunt Doc.tenentes hanc opinionem, quòd ex sola antiquitate tempo

11 ris præsumatur qualitas notariatus. Et † ratio diuersitatis inter solennitatem extrinsecam, & hanc qualitatem notariatus videtur; quia in notariatu agitur de materia probationis,vt probetur ipsa res,super qua conficitur instrumentum,& tendit notariatus ad fidem instrumenti sed quando sumus in materia probationis,res de antiquo dicitur, quæ excedit metam centum annorũ, sed solennitas extrinseca nõ respicit probationem actus, sed eius validitatem. Immo quando tractatur de solennitate actus præsupponitur,quòd de ipso actu legitime appareat; quia aliàs frustra quæritur, an sit solenniter factus vel non, si de eo non constat,vt supra vidimus in hac tertia parte, in sexta limitatione: & sic cũ agatur de probatione actus, magis dicitur tractari de substantia,non de qualitate,seu solennitate.

12 Secundò præsumitur solennitas extrinseca ex antiquitate tẽporis in exemplatione instrumenti; quia si exemplatio sit de antiquo,præsumitur solenniter facta,& sic parte citata.Hostien.Ioan.And.Ant.de But.& Doct.in d.c.Albericus. de testibus.Bal.in consi.40.Super primo puncto. colum.2.lib.4.Aret.in consi. 36. colum.fina.vers.ad secundum dico breuiter. Soci.in consi. 194. colum.fin.versi.præterea.& 2.lib. 2. Corne. in cons. 247.col. 10. post medium,versi.ita ergo dicamus.lib.2.& in cons.144. col.2. lib.4.Decius in cons.36.colum. 2. versi.non obstat, quòd in ista exemplatione.in cons.445.colum.3.circa med. vers. his præmissis.& in authen. si quis in aliquo documento. colum. 5. in 7. fallentia.C.de edend.& ibi Ias.colum.3.ad finem.& colum.4.in fin. in 9.fallentia.& idem Ias.in l.publicati.colum.2.post med. versi. nota tamen diligenter.C.de testamen.Guido Papæ.q.118. & q. 404.Sed cõtra hoc dictum adduco Corn.in cons. 22.col. 3.vers.

13 nec obstat gl.in d.c.nonnulli.lib.3.vbi,quòd regiſtratio † instrumenti facta in literis Papæ, non præsumitur facta parte vocata, propter antiquitatem temporis, ita quòd faciat plenam fidem quando agitur de graui præiudicio. Solutio, in casu Corn. concurrebant duo contra fidem instrumenti registrati. Primum, q̃ cõtra tenorem illius instrumenti sic registrati diutius fuerat obseruatum. Secundum,quòd tale instrumentum sic registratum continebat non verisimilia.

14 Sed hic quæro † quantum tempus requiratur, vt ista exemplatio dicatur facta de antiquo, & an sufficiat tempus requisitũ in præsumptione solennitatis extrinsecæ, de quo supra dictum est per distinctionem trium casuum? Aretinus in dicto consil. 36.colum.fina.refert tres opin. vnam Hostien. in dicto capitulo in præsentia.de renuntiatio.quod post biennium. & hanc sequitur Guido Papæ in d.quæstio.118.Secundam opin.refert,quod post 20. annos. Tertiàm, quòd relinquitur in arbitrio iudicis. Sed aduerte quia Doct.alleg.per Aret.loquuntur in solennitate sententiæ,pro qua magis & facilius præsumitur, quàm pro actu notarij exemplantis vnum instrumentum.

15 Secundò aduerte, † quòd ista solennitas exemplationis tendit ad iuuandum fidem instrumenti, seu vt instrumento fides detur, non ad validitatem actus contenti in ipso instrumento, præsupposita eius fide: & sic simus in materia probatoria, quo

16 casu requiritur tempus † antiquissimum, prout supra dictum est circa præsumptionem notariatus, & quòd requiratur tempus valde antiquum, ita quòd probatio solennitatis esset difficilis,vel pene impossibilis,voluerunt Hostien.Ioan.And.& But. in dicto cap. Albericus.de testibus.prout refert Aret. in d. consi. 36.colum.fina.sequitur Corne.in consi.181.colum. 6.versic.Socin.postea.libro 2.Socin.in consi.46.colum.9.lib. 4.Iaso. in d. authen.si quis in aliquo documento.colum.3.vers. 3.principaliter. & colum.4.in nona fallentia.C.de eden.Addo Pau.de Cast.in d. consi.202.In causa confinium.colum.2.post medium.versic.secundus casus fallentiæ.libro primo.

Sed

17 Sed hic quæro, † an requiratur illud tempus valde antiquum in præsumenda solennitate exemplationis instrumenti, licèt secundum tenorem talis exempli res fuerit obseruata seu obseruantia secuta. Paul. de Castro in dicto consil. colu. 202. secunda, circa medium. voluit, quòd sic, quando ageretur de graui preiudicio: sed puto contrarium data scientia, & patientia partis, de cuius interesse agitur; quia patiendo rem suam possideri per longum tempus in vim instrumenti sic exemplati, censetur approbasse fidem ipsius instrumenti, modò sciuerit de ipso instrumẽto sic exemplato, & de possessione secuta, per ea quæ supra dixi in prima parte de instrumento minus solenni, quòd eius fides videtur suppleri ex obseruantia subsecuta ad formam talis instrumenti: & faciunt quæ scripsi supra in hac tertia parte. in primo
18 casu. Rursus quæro † circa hoc dictũ & ad eius declarationem, an sit necesse in exẽplatione ipsius instrumenti exprimi & enuntiari ipsas solennitates necessarias in tali exemplatione. Aretinus in dicto consil. trigesimosexto, columna fin. tenet, quòd non, cuius opinio confirmari potest ex late supra traditis in secunda parte huius tractatus, in secunda quæstione, num. 4. & supra hac eadem 3. parte. Contrarium, quòd immo requiratur expressio & enũtiatio talium solennitatum, tenet Paulus de Castro in dicto consilio ducẽtesimosecundo, columna secunda, post medium, libro 1. Guido etiam Papæ in d. q. 118. ponderat assertionem notarij dicentis se grossasse de commissione iudicis. Rursus clare hoc voluit Dec. in d. auth. si quis in aliquo documento. colum. 5. in septima fallentia. C. de eden. & ibi respondet Dec. ad ea, quæ in contrarium adducuntur, quòd procedũt in sententia, pro qua magis præsumitur, quàm pro actu vnius notarij.

Ego puto, quòd talis enuntiatio non sit necessaria concurrente possessione longi vel longissimi temporis, sciente & patiente parte, & etiam concurrente scientia partis de tali exemplo; quia non est verisimile, quòd tanto tempore tacuisset. Cessante autem tali possessione & scientia ac patientia, adhuc puto idem, scilicet enuntiationem non esse necessariam, quando lapsum esset tempus antiquissimum centum annorum, nec isto casu tantũ præsumitur pro notario, quantum pro iudice, cum in actu iudicis sufficiat, vel quòd sententia transierit in rem iudicatam, vel ad summum tempus 20. annorum, vel saltem relinquatur arbitrio iudicis, vt vidimus in secunda parte. Nec isto casu videtur obstare ratio Decij in d. authen. si quis in aliquo documento. quòd notarij sunt faciles ad leuanda & exemplanda instrumenta, nec aliter curant de solennitatibus; quia considerandum est, quòd pars, quæ exemplationem curat, præsumitur scire iura l. leges. C. de legibus. ob id verisimile est, quòd voluerit actum validum facere. l. 3. ff. de testa. milit. sed valida esse non poterat exemplatio sine partis vocatione, vt habetur in dicta authen. si quis in
19 aliquo documento. ergo &c. In patria tamen † Delphinatus cessat ista difficultas quò ad solennitatem citationis; quia valent instrumenta exemplata per commissarium generalem deputatũ ad leuanda, aut grossanda instrumenta notarij defuncti. sine partis vocatione de consuetudine generali totius Delphinatus, vt Guido Papæ attestatur quæst. 2.

20 Sed † quæro adhuc circa istud dictum, quòd exemplatio instrumenti præsumitur solenniter facta propter antiquitatem temporis, an procedat, licèt sint plures defectus, puta omissio citationis, commissionis iudicis, quòd vtrunque instrumentum fuerit auscultatum, aut debite collationatum, vt aiunt, ꝙ exemplator fuerit tabellio, quòd committens fuerit iudex. Corn. in cons. 304. colum. 7. in fi. versi. quòd & secundò videtur posse dici. lib. 3. & in consi. 24. colum. 5. versi. vidi etiam. lib. 4. dicit, quòd non, & quòd ista antiquitas nõ est omnipotens, vt suppleat omnes defectus.

21 Sed aduerte, † quòd vbi disputatur de solennitate exemplationis, præsupponitur, ꝙ aliunde omnia sint habilia, sicut quando disputatur, an legatarius possit esse testis in testamento, præsupponitur, ꝙ excepto eo, quòd est legatarius, aliunde sit habilis ad testimonium, si enim aliunde esset inhabilis; quia infans, mulier, aut furiosus. frustra tractaretur, an prohibeatur esse testis, eo ꝙ sit legatarius l. qui testamento. in prin. ff. de test. l. furiosum. C. qui testamen. face. poss. Ad idem textus in cap. 1. ibi, si aliud non obstat. de ætat. & qualit. cap. quia diligentia. de electio. de qua regula sæpius festum Decius facit in l. fi. col. 1. circa med. ver. secundo respondetur etiam. C. de instit. & substi. in cap. cum omnes. colum. 1. in secunda lectura, & in c. quæ in ecclesiarum. in princ. de constitu. in cap. 1. col. 9. de iudic. & in cap. tertio loco. col. 4. de probat. & in cap. cum cessante. in septimo notab. de appella. In proposito, quando quæritur, an exemplatio præsumatur legitime facta ex temporis antiquitate, præsupponitur quòd aliunde omnia sint habilia, idest ꝙ instrumentum habeat sua solennia, ꝙ nõ reuocetur in dubium qualitas notariatus, ita quòd solum sit dubium de solennitate requisita ad actum exemplationis. In
22 † qua re puto, ꝙ in casibus, in quibus exemplatio præsumitur facta ob temporis antiquitatem, intelligatur quo ad omnia præsumantur solenniter acta; quia Doctor. generaliter & indistincte loquuntur, & profecto nescio videre rationem, cur magis præsumi debeat vna solẽnitas, quàm alia: & aliter dicere, esset attribuere legi actum imperfectum, idest, ꝙ partem tantum solennium requisitorum præsumere voluerit. Quod non est dicendum;
23 cum † imperfectum & nihil, æquiparentur. l. cum Sillanianum. in fi. C. de his quibus vt indignis. Propterea cõsidero cõtra Cor.
24 Aut producitur actus ipsarum † solennitatum, idest, in quo solennia exemplationis dicuntur adhibita, & tunc si appareat omnia solennia non fuisse adhibita, dico ꝙ non præsumetur pro ipsis solennibus; quia tunc sumus in casu claro, quo constat solennia adhibita non esse per inspectionem actus pertinentis ad ipsa solennia, vt supra dictum est in hac tertia parte, in 7. limitatione. Aut nullus producitur actus talium solennitatum, & tunc si quæstio est de præsumendis solennitatibus, aut omnia præsumi debent, aut nihil, quia si pars tantum præsumeretur, perinde est, ac si nihil præsumptum sit. d. l. cum Sillanianum. in fin.

25 Tertiò † præsumitur solennitas extrinseca ob antiquitatem temporis in alienatione rei ecclesiasticæ, puta tractatus & consensus capituli. c. ea noscitur. de his, quæ fiunt a prælat. sine consensu capi. c. peruenit. cum glo. de empti. & ven. Alex. in cons. 79. colum. 3. lib. 1. in cons. 45. col. fi. lib. 3. & in consi. 92. col. 2. lib. 6. Socin. in consi. 15. col. penul. versi. confirmatur etiam predicta concluſio. lib. 1. in cons. 208. col. 3. versi. respondetur & secundò. & in consi. 266. col. 12. vers. ex quibus infero. lib. 2. Dec. in d. l. 1. col. 4. post med. C. qui admit. in cons. 36. col. 6. versi. vltimò non obstat. in consi. 329. col. fi. in cons. 341. col. 6. post med. in cons. 409. col. 1. & in cons. 558. col. 2. circa fi. Ias. in d. l. sciendum. col. 8.

26 Et † non solùm præsumitur solennitas extrinseca in alienatione rei ecclesiasticæ propter antiquitatem temporis, sed etiam præsumitur versum pretium in vtilitatem ecclesiæ propter antiquitatem temporis. Dec. in d. consi. 36. col. 5. versi. tertiò aduertendum. Addo Anchar. in cons. vltimo, colum. 9. vers. præterea, cum a tempore. ponderando quòd ibi disputatur, an præsumatur conuersum pretium in vtilitatem ecclesiæ, vt apparet ex præcedentibus, licèt illud non sit consilium Anch. sed alterius Doct. & quæ dicta sunt in alienatione rei ecclesiasticæ, intellige etiam procedere in alienatione bonorum minoris eadem ratione.

27 Quartò † quando Episcopus exemptionem concedere non potest sine cõfirmatione Papæ, illa præsumitur ex temporis diuturnitate. Dec. in consi. 152. col. fin. Ripa lib. 2. de rescrip. cap. 7. colum. 5. circa fin. char. 9.

28 Quintò † ex antiqui temporis patientia inducitur confirmatio tituli inualidi, puta, si filius minus solenniter emancipatus sit, confirmatur emancipatio ex patientia patris diuturna. l. si post mortem. ff. de adopt. Similiter titulus exemptionis ab oneribus minus solennib. confirmatur ex patientia longi, aut longissimi temporis, quando eximens passus est exemptum vti & gaudere exemptione per tantum tempus. Paul. de Cast. in consi. 313. Postremò. col. 1. lib. 1. Secus in patientia alterius non eximentis, & ignorantis ipsam exemptionem pro dicta hac parte. rursus dicta hic intelligo de patientia eius, qui titulum inualidum poterat validare, ne aliàs plus operetur tacitum, quàm expressum. l. qui ad certum. ff. locati.

29 Sed † hic quæro, quando præsumitur confirmatio Papæ aut superioris ex antiquitate temporis, an sit necessaria scientia ipsius superioris, quòd sciuerit actum, de cuius confirmatione agitur. Alex. in consi. 9. col. fin. lib. 3. tenet, ꝙ sic, & idem Alex. in consi. 17. col. 2. post med. vers. nec potest dici, ꝙ dictæ omnes solennitates. lib. 4. sequitur decisi. Neapoli. decisi. 107. col. fin. & dixi supra hac eadem parte in secunda limitatione. Ego puto, ꝙ si actus inferioris sit præiudicialis Papæ, quòd requiratur eius scientia & patientia. Si verò agatur de præiudicio ipsius inferioris tantùm, licèt actum facere non posset sine confirmatione superioris; tũc supioris sciẽtia nõ videat necessaria. Nisi dicas, ꝙ satis dicat interesse superioris ex eo solum, ꝙ eius licentia, aut confirmatio sit necessaria. Ista tamen scientia non videtur necessaria, quãdo lapsum esset tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, per ea, quæ not. Alex. in consi. 6. lib. 1. & quæ habentur in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudi. ꝙ in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non est necessaria scientia superioris. De quo tamen dic: vt infra in 4. parte.

30 Sextò, † in reseruatione census facta patrono ecclesiæ, aut capellæ, præsumitur interuenisse consensus Episcopi ob temporis diuturnitatem. Dec. in consi. 174. col. 2. in fi. vers. & licèt census.

31 Septimò, † licentia Papæ præsumitur interuenisse in testamento Cardinalis propter diuturnitatem temporis. Aretin. in dicto consi. 36. sequitur Dec. in dicto consi. 409. col. prima, Ias. in d. l. sciendum. col. 7. versi. contrarium in hoc vltimo.

32 Octauò † præsumitur promotio ad ordines sacros, quando quis diu seruit in beneficio tanquam promotus. Rota decisi. 84. Nota, ꝙ vbi contra aliquem. in antiq. Similiter, quando quis longo tempore stetit in possessione seu quasi clericatus in beneficio etiam curato, præsumitur clericus, & habet intentionẽ suam fundatam. Dec. in c. 1. col. 6. in fi. vers. finaliter tamẽ, de fide instr.

& in

Source : BIU Cujas

& in consi.118.allegat Hosti.Anto.de Butr.& Abb.in c. illud.de præsumptio. Bald.in l.siue possidetis. in quarta oppositione. C. de probatio. Addo Rotam decis.264.nota q talis, in antiq.

33 Sed aduerte † circa istud dictum, q non videtur ita generaliter intelligendum; quia solum procedit in possessore beneficij, vt absoluatur a petitione actoris, vel vt manuteneatur in possessione, licèt non doceat de clericatu per scripturam aut testes, secus in actore, vt sibi adiudicetur beneficium: quia tunc oportet constare de clericatu per scripturam aut testes, aliàs beneficiū sibi vt incapaci adiudicari non poterit. ita Rota decisi. 312. Nota, q clericus.& decis.343. Nota, q nō præsumitur.in antiq. Bertachi.in verbo, clericus agit.vers.7. Rebuf.in tract.nomi.in 22.& 23.q.prin.pagi.154.num.13. vbi allegat Bald.in c. dudum. 1.col. in fin. de electio.

34 Sed † an sola possessio, aut quasi clericatus sufficiat, vt quis gaudeat priuilegio clerici respectu fori. Aufrer.in decisio. Tholosa.q.117. q sic.vt remittatur, non vt puniatur, nisi laicus simpliciter talem remitteret, non reseruato iure vendicandi.

35 Nonò † propter antiquitatem temporis præsumitur solennitas decreti, q decretum in actu interuenerit, in quo erat necessarium. Calca.in consi.11.col.5.circa med. Deci.in d.l. 1. col.4.circa med. C.qui admitti. vbi tamen Calca. non allegat. Intellige hoc procedere interueniente scientia superioris, cuius decretum erat necessarium in actu, q sciuerit actum sic gestum. decisio Neapoli.in dicta decisi.107.col.fi.allegat Alex.in d.consi.9.col.fin. lib.3. Addo Alexan.in terminis decreti in consi.218.col. 3.vers. præterea, in d. l.qui in aliena. lib. 6. & quæ dixi supra hac eadem parte nume.10.& nume.29.

36 Decimò, † quando quis longissimo tempore stetit in possessione bonorum feudaliū, præsumitur inuestitura domini, quod a domino fuerit inuestitus. Gozadinus in consi.4.col.6.in fin. Sed aduerte; quia videtur sufficere longum tempus decem annorū, quando quis tanto tempore tenuit & possedit bona tanquam feudalia, domino sciente & patiente, per dicta supra in princ. huius tertiæ partis,& in primo casu, sicut dicimus, q vbi emit quis bona emphyteutica domino sciente & patiente, præsumitur cōsensus domini, q alienationi consenserit. Alex. in consi. 113. col. pen. lib.4. sequitur Deci.in consi.185.col.pen. post med. Iasi.in d.l. sciendum.col.7.in fin.vers. 5. facit ff.de verbo. obliga. & ibidem Iaf. voluit sufficere longum tempus, etiam in præsumptione inuestituræ pro bonis feudalibus.

37 Vndecimò † ex antiquitate temporis præsumitur solennitas tutelæ, quando quis diu se gessit pro tutore: nam præsumitur, q legitime fuerit constitutus. Socin.in consi. 153.col. 2.lib.2. similiter quando quis vendidit rem tanquam executor, præsumitur q fuerit talis ob temporis antiquitatem. Calca.in consil. 8.col.4. post med. loquitur tamen Calca. quando probatio executoris esset aliàs impossibilis. & sic tempus requiritur multum antiquum,& præmissa videntur coadiuuare opinionem, q mandatum præsumatur ob temporis antiquitatem, sicut hic præsumitur potestas tutoris & executoris.

38 Duodecimò, † propter antiquitatem temporis creditur referenti, licèt non constet de relato, puta præsumitur pro mandato enuntiatiuo in aliquo instrumento, licèt de ipso mandato aliter non appareat, vt dictum est supra in secunda parte.in vers. secundò sublimita. Sed istud pertinet ad materiam probationis, non solennitatis, nisi dicas, q a fortiori præsumetur pro solennitate enunciata in aliquo actu, licèt de ea aliter non appareat.

39 Decimotertiò † in antiquis præsumitur pro solennibus abbreuiaturæ, licèt de eis non appareat, ob id abbreuiatura in antiquis fidem facit, licèt solennibus careat. Alexandrinus in consil. 10.col.fin.allegat Roma.in consi.303. Hæc scriptura. Sed Rom. ibi de hoc nihil dicit. Præterea, instrumentum minus solenne mortuo notario solum videtur semiplene probare, vt supra dictum est in prima parte. Est verum, q si scriptura omnino priuata semiplene probat, vt vidimus in prima parte, videtur q instrumentum, quod constat receptum esse per notarium habens testes, licèt careat aliquibus alijs solennitatibus, videtur plene probare, sed hoc pertinet potius ad materiam primę partis, in qua dictum est.

40 Decimoquartò † præsumitur scriptura ex antiquitate temporis, puta emphyteusis debet probari per scripturam, tamē si quis longo tempore soluit pensionem tanquam emphyteuta, præsumitur emphyteusis, licèt de alia scriptura non appareat. Bald.in consi.116. Columbinus.col.2.lib.1.& in consi.24. Subtiliter.col. 2.versi.& notandum est.lib.4. similiter licèt vnio & ordo subdiaconatus requirant scripturam, tamen si quis longo tempore fuit in possessione virtute vnionis, vel lōgo tempore seruiuit tanquā subdiaconus, præsumitur scriptura. Alexan. in consi. 29. col. pen. in fi. vers. Item non obstat alia responsio. lib. 6. Sed aduerte hic, q in casibus, in quibus requiritur scriptura, illa non præsumitur ex sola antiquitate temporis, nisi etiam interueniat factum hominis, puta solutio census aut pensionis, q quis seruierit tanquā subdiaconus, vel duas ecclesias possederit tanquam vnitas. Ripa in l.1.col.19.num.104.ff.soluto matrimo.

41 Decimoquintò † vniuersitas præsumitur, q fuerit legitime congregata ob temporis antiquitatem. Dec. in consilio 199. ante finem.

Decimosextò bonorum possessio secundùm tabulas, præsu-
42 mitur † petita infra annum, iuxta l.fin. C.qui admit.propter antiquitatem temporis.glo.& Doct.in l. 1. in versi.ratam. C. qui admitti. Pau.de Cast.in consi.365. Ne sub æquiuoco, colum.2. circa med. versicu. dicet aliquis. lib. 1. Corn.in consilio 94.colum. fina.libro secundo.

QVARTA PARS.

ARGVMENTVM.

Antiquum quid dicatur in materia prescriptionis, aut consuetudinis. Primum, quid consuetudo, & eius vsus, & vis. Proxime, quid præscriptio, & eius natura. Deinde quid inter se discrepant. Tum quatenus extendatur ratione publicæ vtilitatis, honestatis, correlationis, & iuris realis. Item in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia per identitatem rationis. Quando odiū est rationabile, aut irrationabile, distinctione est opus.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo & præscriptio, quid differant. & num.3.*
2 *Præscriptio datur etiam in habentibus causam, aut possessionem discontinuam.*
4 *Per consuetudinem etiam agitur de derogando iuri alterius.*
6 *Præscribere quid de futuro, & nondum in esse productum, an quis possit.*
7 *Prescriptio maius tempus requirit, quàm consuetudo. Et quantum tempus consuetudo requirat, & quantum præscriptio.*
8 *Consuetudo quando quadraginta annos non requirat.*
9 *Consuetudo inducitur decennio contra populum, qui semper præsens dicitur.*
10 *Consuetudo decennio super eo induci non potest, super quo populus expresse statuere non posset, sed requiritur tempus sufficiens ad præscribendum.*
11 *Consuetudo non inducitur decennio, vbi agitur de præscribendo reseruata principi, & quantum tempus ad id requiratur.*
12 *Consuetudo præscripta vbi requiritur, an semper requiratur quadraginta annorum.*
Et quid si agatur contra canonicum.
13 *Consuetudinem an inducere non possit, qui legem condere non potest, & contra ita vt non possit induci per populum non habentem iurisdictionem.*
14 *Consuetudo an induci possit in præiudicium vnius singularis personæ.*
15 *Consuetudo quando adsumat naturam præscriptionis.*
16 *Consuetudo an requirit titulum & bonam fidem, sicut præscriptio. disting. num 17.*
18 *Præscriptionem impedit mala fides in fauorem vniuersitatis, quandiu superest vnus de vniuersitate habens fidem, & scientiam rei alienæ.*
19 *Præscribentis bona fides requiritur in præscriptione iuris seruitutis, in qua non agitur, vt res ab alio auferatur, sed vt tantum ius seruitutis competat.*
20 *Rem suam alicui auferre legitime an liceat causa vtilitatis publicæ.*
21 *Consuetudo facit ius publicum quo ad omnes, quos tangit negotium. Et quid de præscriptione, quæ inducit ius contra priuatum inter præscribentem, & eum, contra quem præscribitur.*
22 *Præscriptio dicaturne, an consuetudo potius, si vnus particularis præscribat contra vnam vniuersitatem, ad exactionem aut præstationem annuam.*
23 *Alexandri lapsus.*
24 *Domini, cui acquiritur, animus, continue possidet ciuiliter, licèt quod acquiritur, causam habet discontinuam.*
25 *Præscriptio dicitur, non consuetudo, vbi datur possessionis continuatio.*
26 *Domini non possunt grauare subditos vltra quàm teneantur ex pacto, aut præscriptione. Item nec princeps potest eos grauare sine licentia superioris.*
27 *Tempus non est modis inducendæ obligationis.*
28 *Consuetudo an sit, an prescriptio, si vna vniuersitas acquirat ius cōtra aliam vniuersitatem.*
29 *Consuetudo est generalis respectu rerum & personarum, prescriptio verò particularis.*
30 *Præscriptio dicitur, quando litigatur cum eo, contra quem præscriptum est, Consuetudo verò, quando litigatur cum tertio.*
31 *Præscriptio dicitur, quando vni acquiritur, & alteri aufertur, consuetudo autem vni acquirit, alteri tamen non aufert.*
32 *Præscriptio an debeat esse obtenta in contradictorio iudicio. & quid de consuetudine. negatiuam vide nume.33 limit nume 34*
35 *Consuetudo iudicialis induci debet, licèt in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatum, aut obtentum.*
36 *Stylus a quo induci possit, & quando contra ius admittatur.*
37 *Ius quæsitum consuetudine an sit debilius quæsito præscriptione.*
38 *Princeps non potest tollere ius quæsitum mediante iure ciuili sine causa, potest tamen tollere ius positiuum. Et quid de iure quæsito consuetudine numero 39.*
39 *Præscriptionem tollere potest princeps de plenitudine potestatis.*
40 *Consuetudo an sit potentior iure ciuili, & an ea princeps ligetur.*
41 *Consuetudo an sit fauorabilis, & extendatur, præscriptio verò odiosa, & restringenda.*

Consuetudo

Aymo. Crauettæ. De antiquita. tempo.

42 *Consuetudo quatenus extendenda. & num. 44. 46.*
43 *Consuetudo contra legem an valeat.*
45 *Præscriptio an recipiat extensionem personarum, vel actuum.*
47 *Consuetudo & præscriptio an comparentur quò ad materiam extensionis, vt vtraque restringatur ad suos actus.*
48 *Consuetudo fauorabilis reipublicæ extendenda, etiam in pœnalibus, modo non agatur de graui alterius præiudicio.*
49 *Consuetudo extenditur, vbi agitur de interpretatione, aut declaratione alicuius actus. Et quando voluntas secundum ius commune declarãda sit potius, quàm secundùm consuetudinem.*
50 *Consuetudo extendenda, vbi agitur de dominio & ditione vnius personæ in pluribus, modò non sit iuri contraria.*
51 *Consuetudo circa procuratoris debitum est conformis iuri diuino.*
52 *Consuetudo Romanæ ecclesiæ non extenditur ad alias ecclesias: nisi expresse mandetur seruari exceptis his, quæ ad fidem pertinent.*
53 *Consuetudo extenditur ad locum alium accessorium ad locum, vbi viget consuetudo. Limi. nu 54.*
55 *Consuetudo extenditur ad locum vnitum, modò id sit per modum accessorii, non autem æque principalis.*
56 *Delphinatus, & cæteræ prouinciæ vnitæ regno Franciæ nomen antiquum retinent æque principaliter & reguntur iure consuetudinario, prout & ipsa Francia.*
57 *Consuetudo vniuersalis totius territorii extenditur ad loca eiusdem territorii, in quibus nunquam fuit obseruata. Et quid ex exercente vnum actum iurisdictionalem animo acquirendi vniuersalem iurisdictionem in loco. numero 57.*
59 *Ius vniuersale, vt iurisdictionis, vel decimarum, extenditur etiam ratione vniuersitatis; quia agitur de iure reali, quod ius ad omnes extenditur.*
60 *Consuetudo aut præscriptio iuris vniuersalis, extenditur ad alios actus, qui tamen sint de eadem specie actuum, quos quis exercuit.*
61 *Extensio non fit ad diuersam speciem iurisdictionis.*
62 *Præscriptio in casu instituendi in beneficio, an extendatur ad casum destituendum.*
63 *Consuetudo extenditur in his, quæ veniunt per modum antecedentis necessarii. Et qualis iuris sit dispensatio, & an extendatur.*
64 *Sententia dicitur stricti iuris, & quomodo eius verba sint accipienda.*
65 *Sententia restitutionis in integrum super principali, an trahatur ad fructus, qui accessorie fructus.*
66 *Sententia iudicis an extendatur ad antecedens necessarium.*
67 *Consuetudo siue præscriptio trahitur ad accessoria.*
68 *Pactum super principali in dispositione hominis, non extenditur ad accessoria. Et quid de concessis iure speciali.*
69 *Principali destructo per viam præscriptionis, censetur destructum & accessorium.*
70 *Consuetudo vel præscriptio extenditur in his, quæ sunt de natura actus.*
71 *Consuetudo disponens super vno correlatiuorum, extenditur ad alterum, respectu eiusdem actus Secus si diuersi, nume 72.*
73 *Consuetudo æqua laudabilis & rationabilis in vtroque ex correlatiuis extenditur.*
74 *Consuetudo laudabilis, non onerosa, non contra ius, sed præter ius, extenditur ad casus similes eiusdem rationis.*
75 *Consuetudo exorbitans an extendatur ex identitate rationis.*
76 *Dispositio expressa, a iure communi exorbitans, an extendatur ex identitate rationis. Et quid de consuetudine, qua dicitur ius tacitum.*
77 *Consensus tacitus restringitur ad actus præteritos, in quibus quis consensit, expressus autem etiam ad futuros.*
78 *Consuetudo exorbitans a iure communi extenditur, quando materia est fauorabilis.*
79 *Dispensatio an & quando extendatur. Et quid de concernentibus fauorem publicum aut vtilitatem.*
80 *Consuetudo extenditur, quando vnus casus comprehenditur sub alio secundùm communem vsum loquendi.*
81 *Consuetudo extenditur, quando casus, ad quem fit extensio, comprehenditur sub casu expresso, saltem ex lata vocabuli significatione.*
82 *Extensio vt fiat in correctoriis de vno ad alium casum, quæ, & quot sint necessaria.*
83 *Ratio vbi tantùm potest adsignari, illa habetur pro expressa, & extendi potest.*
84 *Rochi lapsus.*
85 *Dispositio correctoria & pœnalis simul non extenditur ad casum, qui de larga significatione vocabuli comprehendi posset sub expresso, etiam ex identitate rationis.*
86 *Ratione expressa in materia correctoria, an simpliciter fiet extensio ad aliũ casum, an verò ita demum si alius casus comprehendi possit sub expresso de lata vocabuli significatione. & num. 88.*
87 *Falcidiæ appellatione venit Trebellianica largo sumpto vocabulo.*
89 *Saltem, dictio est implicans etiam alium, qui non comprehenderetur sub casu expresso de lata significatione.*
90 *Extensio quare in correctoriis licita est, quando ratio est expressa.*
91 *Lex dicitur omne, quod in ratione consistit. Et ratio lex est communis ad omnes casus.*
92 *Extensio an dicatur fieri, quando ratio est expressa in lege, vel dispositione.*
93 *Ratio expressa, vel vnica tantùm, paria sunt.*
94 *Ratio expressa quid differat a tacita.*
95 *Ratio coniecturanda est in statuto, quæ potuerit mouere principem ad sic disponendum.*
96 *Ratio naturalis certa est & indubia, & habetur pro lege & æquitate scripta, ad quam animum suum componere debet iudex.*
97 *Extensio non fit in correctoriis & odiosis, licèt ratio sit expressa, quando dispositio taxatione loquitur.*
98 *Consuetudo extenditur, quando duo æquiparantur a lege antiqua, & nume. 100. Et quid in pœnalibus & correctoriis. nume. 99.*
101 *Extensio vt fiat in pœnalibus propter æquiparationem duorum casuum, qualis illa debeat esse æquiparatio.*
102 *Argumentum a simili vt procedat, sufficit similitudinem esse in casu, de quo agitur, nec illa requiritur quo ad omnia.*
103 *Dispositio authen. quas actiones. correctoria loquens in ecclesia an trahatur ad ciuitatem Et illius authen. intellectus, & num. 106.*
104 *Ecclesia & ciuitas similes sunt in præscriptione, sed alia atque alia ratione.*
105 *Ius publicum versatur in religione, & quiuis de populo ad causam piam potest agere.*
107 *Ius nouum Authentico. correctorium iuris Codic. quò ad præscriptionem centenariam in ecclesia, quare extensum fuit ad ciuitates habentes iura fiscalia, & æquiparatas eccl.*
108 *Extensio fit etiam in consuetudine aut lege noua correctoria in his quæ per legem antiquam sunt æquiparata de vno ad alterum, licèt lex & consuetudo de altero tantùm loquatur. Limita. num. 109. 110. & infra per discursum.*
111 *Verba taxatiua habent in se implicitam negatiuam, quòd aliter fieri non possit.*
112 *Dictio taxatiua apposita circa id, quod aliàs erat dispositum, nihil operatur, nec impedit extensionem.*
113 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, quando aliàs induceretur correctio iuris.*
114 *Argumentum a contrario sensu, & ad correctionem iuris communis, an sumatur, quando aliàs in sensu directo nihil operaretur.*
115 *Verba disponentis intelligi debent secundùm dispositionem iuris communis, vbi non apparet, quòd disponens voluerit recedere a iure communi.*
116 *Dispositio taxatiua extenditur ad alterum ex purificatis in materia non correctoria.*
117 *Dictio taxatiua non impedit extensionem in his, quæ sunt de natura actus, quæ nunquam censentur excluſa.*
118 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, quando inde resultaret absonus intellectus.*
119 *Dictio taxatiua non tollit ea, quæ sunt de consuetudine.*
120 *Dictio taxatiua non impedit extensionem ad similia ex identitate rationis in fauorabilibus.*
121 *Dictio taxatiua non excludit ea, quæ sunt de accessoriis, seu appendiciis.*
122 *Dictio taxatiua non impedit extensionem, vbi aliter apparet de mente disponentis.*
123 *Dictio taxatiua non impedit extensionem eorum, quæ sunt magni præiudicij.*
124 *Dictio taxatiua non impedit extensionem in his, quæ essent maiora expressis.*
125 *Dictio taxatiua non excludit id, quod censetur vnum & idem per representationem.*
126 *Promittens de suo facto tantùm, an teneatur de facto hæredis. Et quid de facto defuncti, cuius est hæres. nu. 127.*
128 *Dictio taxatiua non excludit ea, quæ æquipollenter idem important.*
129 *Dictio taxatia non excludit id, quod expresse excludi prohiberiue non poterat.*
130 *Dictio taxatiua an ius accrescendi tacite vel expresse prohibere possit in institutione, disting. & nu. 132. 133.*
131 *Renuntiatio hæreditatis, aut pactum de non succedendo, firmatum iuramento, non nocet deficiente persona cuius contemplatione talis renuntiatio facta est.*
134 *Consuetudo vel dispositio correctoria iuris communis, disponens super vno ex æquiparatis non extenditur ad alterum, quando noua correctio fieret per idem ius, quod æquiparatur.*
135 *dispositio correctoria super vno ex æquiparatis extenditur ad aliud solum, quando æquiparantur duo per legem antiquam per modum regulæ, & generaliter quò ad omnia.*
136 *Consuetudo introducta ad obuiandum fraudibus extenditur.*
138 *Consuetudo disponens super vno, extenditur ad aliud, quod in eius locum subrogatur. Idem iudicium de casu ad casum, & de re ad rem.*
139 *Consuetudo disponens super vno extenditur ad aliud, quando illa effectum alias habere non posset.*
140 *Consuetudo, seu statutum extenditur, quando casus super quo disponitur non est diuersus in substantia, sed in aliquibus accidentibus tantùm.*
151 *Statuto disponente, quòd mater teneatur relinquere certas partes bonorum suorum filiis, filij illas partes consequuntur non tanquam hæredes matris, sed tanquam vniuersales successores ex forma statuti.*
142 *Matris an interfit, hæredes relinquere.*
143 *Filijs lucrum delatum ex priuilegio statuti an transmittatur ab hæredes filiorum.*
144 *Nullum, & inutile, æquiparantur.*
145 *Consuetudo, seu alia dispositio etiam correctoria, extenditur, vbi sunt duo, quorum vnum commensuratur ad alterum.*

Source : BIU Cujas

146 *Extensio fit de casu ad casum in pœnalibus ex identitate rationis.*

147 *Dispositio l.fi.C de iure emph.quæ ponit emphyteutam alienantem sine domini consensu,vt cadat a iure suo,habet etiam locum in conductore ad longum tempus.*

148 *Pœna priuationis locum non habet,nisi lex expresse dicat.*

149 *Statutum penale loquens de persona vera, non extenditur ad representatam.*

150 *Constitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquam extenditur respectu pœnæ. Tum, quòd testatoris dispositio non trahitur de casu ad casum. Negatiuam pete num. 151.*

152 *Res vbi reuertitur ad dominum,& ad naturam suam,ibi agitur de mera pœna.Et priuare vasallum feudo & vtili dominio, dicitur pœna, quo quidem feudo sine culpa priuare non potest.Et omnis priuatio pœna dicitur.*

153 *Statutum pœnale dicitur eo etiam, quòd patrimonium alicuius minuit. Et quid pœna dicatur.*

154 *Quid,dictio verificatur in qualibet re, etiam minima.*

155 *Vasallus feudo priuatur, quando quid agit contra iustitiam fidelitatis, & vasalli.*

156 *Dispositio generalis generaliter debet intelligi,quatenus verborum proprietas patitur,in materia pœnali & odiosa: quando vasallus id, quod iustum est,domino non præstat ex forma fidelitatis.*

157 *Extensio in pœnalibus per identitatem rationis non fit maxime,quando constitutio pœnalis contineret odium irrationabile.*

158 *Extensio in pœnalibus fit per identitatem rationis, quando odium est rationabile.*

159 *Masculinum concipit femininum in pœnalibus, quando odium est rationabile.*

160 *Argumentum vbi est odium rationabile, masculinum concipit femininum, ergo etiam fit extensio etiam ad aliam personam, aut alium casum, non valet.*

161 *Constitutio pœnalis non extenditur per identitatem rationis,quando aliquid de facto fit.*

TRanseo nunc ad quartã partem huiusce operis, & tractatus, quando quid dicatur de antiquo in materia præscriptionis, aut consuetudinis. Et ne procedamus sub æquiuoco,prius videndum est,quæ dicatur differentia inter consuetudinem & præscriptionem. In hac difficultate varie Doct.loquuntur,ex quorum dictis plurimæ videntur differentiæ inter consuetudinem & præscriptionem.

1 Prima † datur differentia,quòd consuetudo consideratur circa ea,in quibus non cadit possessio seu quasi continua;quia consuetudo non requirit continuationem,sed actus successiuos cõsuetudinem inducentes. l. de quibus §. inueterata. ff. de legibus. Præscriptio autem est continuatio possessionis.l. 3. ff.de vsucap. ita Bald.in cons.370.verba rescripti.col.1.lib.3.& in l.imperium, col.4.in fin.versi.circa octauum.ff.de iurisdict.om.iudi.in prima lectura, eandem differentiam sentit Bellamera in consi.10.col. 15.versi.tertia differentia. Sed ista differentia non videtur bona:

2 quia etiam in habentibus † causam, aut possessionem discontinuam datur præscriptio, licèt maius tempus requiratur, vt per glo.& Doctor. in l. seruitutes.la grande. ff. de seruituti. Præterea etiam in his, in quibus cadit possessio continua vel causa perpetua,consideratur consuetudo. text.est iuncta glo. in versi. quandiu.in l.1.§.fi.ff.de aqua pluuia arcenda.

3 Secunda † datur differentia;quia præscriptio est vsurpatio rei alienæ seu iuris alieni in esse producti, sed consuetudo est quædam forma introducta ex consensu populi sine vsurpatione iuris alieni.Bald.in consi.401. Casus talis lib. 5. Sed ista differentia

4 † non videtur generalis; quia etiam per consuetudinem agitur de derogando iuri alterius,tex.in l.venditor.§.si constat. ff. com. præd. vbi habetur de consuetudine fodiendi lapides in agro alieno. Idem in consuetudine, ꝙ quis cogatur alteri vendere rem suam,de qua in cap.constitutus. de religio. domi.

5 Tertia † differentia; quia consuetudo obuiat futuris, præscriptio autem præteritis, seu præterita tollit. Corne.in consilio 22. colum.7.post med.nu. 30.lib. 3.eandem differentiam sentit Bellamera in consi.10.colum. 15.versicu.tertia differentia, dum dicit, præscriptionem esse ius dispositum, consuetudinem verò ius disponens,ꝙ habet vim legis.Sed aduerte;quia etiam ista dif-

6 ferentia non est generalis, nec semper procedit; quia † potest quis præscribere ius de futuro,& nondum in esse deductum,puta ꝙ teneatur quis soluere certum quid annum, vt habetur in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & in l. si certis annis. C. de pactis. Similiter potest quis præscribere seruitutem, quæ non est in esse deducta,& declarat Barto.in repe.d.l.de quibus.colum. 6. versic.iuxta prædicta quæro.ibi,tu dic &c.& ibi Ias. col. 11.

7 Quarta † datur differentia respectu temporis; quia maius tẽpus requiritur in præscriptione, quàm in consuetudine. Patet; quia in consuetudine inducenda regulariter sufficit decennium. l.diuturna.ff.de legibus.& quę sit longa consuetudo in rubro & nigro. longum autem tempus dicitur decem annorum. l. si cũ fideicommissaria. §. Aristo. ff.qui & a quibus. tradit Bart.in d.l. de quibus.in secunda quæstione prin.versic. tertiò videamus. ff. de legib.in 2.lect.vbi, ꝙ hoc procedit, licèt consuetudo sit contra ius ciuile,sequitur Ias.ibi col.11.versi.secunda est opinio glo. vera & communis.Curtius Iuni.in cons.42.col.pen.Secus, quando consuetudo esset contra ius canonicum;quia requiritur tempus quadraginta annorum,vt habetur in c.fi.de consuetud. Bar. & Moder.in d.l.de quibus.Alex.in consi.5.col.3.lib. 5. Aretin.in consi.44.post prin.versi.secunda conclusio. Quod tamen intellige,vt per Corneum in consi. 155.colum.pen.lib. 4. vbi, ꝙ hoc procedit in vniuersitate ecclesiastica, quæ non potest statuere contra ius canonicum, vel contra populum laicum subditum ecclesiæ, qui non potest statuere in bonis ecclesiasticis cõtra ius canonicum, secus, si populus subditus ecclesiæ vellet inducere consuetudinem contra ius canonicum circa bona temporalia; quia tunc sufficit consuetudo decem annorum,cum talis populus quò ad temporalia possit etiam statuere contra ius canonicum. Idem sentit Curtius Iunior in secunda parte tractatus feudorum,quæstione secunda col.penul.post medium,versi.allegata autem,per Laud.vbi,ꝙ in præscriptione contra ius canonicũ requiruntur quadraginta anni,quando agitur de præiudicio ecclesiæ. Immo isto casu quando agitur de præiudicio alicuius ecclesiæ particularis requiruntur quadraginta anni,licèt consuetudo sit contra ius canonicum,sed præter.Abb.in d. c. fi.de consuetud.glo.pragma.sanct.in tit.de causis.§.statuit.in versi.prescri-

8 pta,char.110.Addo † aliam limitationem, in qua non requiruntur quadraginta anni in consuetudine, quæ sit contra ius canonicum, quando scilicet inducitur talis consuetudo sciente & patiente superiore.Ant.de But.in d. c.fi.de consue. & in c. quia circa.de consan.& affi.sequitur Gozad.in cons.101.col.6.idem voluit Corn.in d.cons.293.col.3.lib.1.licèt Ias.contra in d.l.de quib. col.12.in fi.sed Ant.de But.sequitur Dec.in cons.134.col.2.in fi. versi.accedit scientia. Similiter in consuetudine, in qua de iure

9 † ciuili sufficit decennium, non fit distinctio, an inducatur consuetudo inter præsentes vel absentes,quæ fit in prescriptione,sed indistincte sufficit tempus decem annorum:nam inducitur consuetudo contra populum,qui semper præsens dicitur, ita Bar.in repe.d.l.de quibus.col.5.in fi.versi.3.videamus.Cor.in consi.293. col.3.in fin.lib.1.& in consi.268.col.4.in fin.versi. nec requiritur scientia. lib. 4. quæ tamen distinctio fit in præscriptione. l. super longi.& l.fin.C.de præscri.lon.temp.Instit.de vsuca.in prin.Similiter circa tempus consuetudinis non fit distinctio,an habeat cõsuetudo causam perpetuam,vel continuam, aut discontinuam, sed semper sufficit tempus 10.annorum in consuetudine, licèt habeat causam discontinuam.Bart.in repet.d.l.de quibus. col.5. in fi.& ibi Ias.col.10.in fi.Cor.in d.consi.155.col.pen.in fin. & in consi.268.col.5.versi.& hinc est, ꝙ procedit consuetudo. lib. 4. quicquid aliter & male voluerit Alex.in cons. 136.col.pen.versi. præterea dictus Iacobus.lib. 2. Quæ tamen distinctio fit in præscriptione; quia si habet causam discontinuam, requiritur tempus antiquum, cuius initij memoria non extat in contrarium: vt habetur in d.l.seruitutes.la grande. ff. de seruit.Ista conclusio,

10 † ꝙ in consuetudine sufficit decennium, licèt sit contra ius ciuile,aut etiam contra ius canonicum, quando inducitur sine præiudicio ecclesiæ, quò ad bona temporalia, etiam per populum subiectum Romanæ ecclesiæ,sequendo Cor.in d.consilio 155. col.pen.lib.4.limitatur non procedere,quando induceretur consuetudo super quo populus expresse statuere non posset; quia tunc vt valeat consuetudo, requiritur, ꝙ sit præscripta per tempus quadraginta annorum.ita Aret.in cons. 23.col.4.versicu.sed quando vniuersitas. dicens ꝙ ita distinguit notabiliter Bal. si recte inspiciatur in rubri. C. quæ sit longa consue. sed vltra Aret. confirmatur hoc ex his, quæ infra dicam in quinta differentia, vbi plures voluerunt non esse consuetudinem, sed præscriptionem, quando inducitur super eo, super quo expresse statui non potest:& sic aperte volunt tenentes hanc opinionẽ requiri tempus sufficiens ad prescribendum,de quo vide infra proxime.nu.

11 5. Secundò non procedit ista † conclusio, quando ageretur de præscribendo reseruata principi;quia tunc non solum sufficeret tempus decem annorum, immo nec quadraginta, sed tempus antiquum requiritur, cuius initij memoria non extat in contrarium.cap.super quibusdam. §. præterea.de verbo. signifi. Anto. Imo.& Doct.in cap.fin.de consuetu.Ias.in d. l.de quibus. col.12. versi.primam tamen conclusionem.ff.de legib.de quo latius dicemus inferius.Sed hic quæro, † Aret.in d.cons.33.col.4.voluit, ꝙ vbi inducitur cõsuetudo super eo,super quo populus expresse statuere non potest,ꝙ illa debet esse præscripta spatio quadraginta annorum, an istud indistincte procedat, ꝙ vbi requiritur consuetudo præscripta, requirantur quadraginta anni? Aret. vt vides,dicit,ꝙ sic. Sed contrarium videtur verius, ꝙ immo sufficiat tempus triginta annorũ. glo. fi.in l.domimi prædiorum. C. de agrico.& censi.lib.11.Bal.in c.2.in prin.quàl.olim feu.poterat alie.Specu.in titu.de præscrip. §.1.versi.de consuetudine. Paul. de Cast.in l.de quibus.refert & sequitur Ias.in d.l.de quibus. col.12. post med.versi.secundò limita. Curt. Iuni. in consi. 60. col. 3.in fin.& in consi.61.col.3.post prin.istud tamẽ intellige secundùm

præmissa

Source : BIU Cujas

præmissa; quia si sit contra ius canonicum, requiruntur quadraginta anni, & si agatur de reseruatis principi, requiritur tempus antiquum, cuius initij memoria non extat in contrarium: & sic vario modo intelligi potest consuetudo præscripta secundùm subiectam materiam.

13 Quinta † differentia; quia consuetudo cõsideratur in his tantùm, super quibus populus inducens consuetudinem posset expresse disponere, & statuere, aliàs autem dicitur præscriptio: ita Barto. in cons. 136. Capitaneus. in fin. & quod scribit Alexan. in consi. 173. col. fi. versi. vltra prædicta. lib. 6. vbi, ꝙ consuetudo est altera lex iurisdictionis, & ꝙ non potest introduci per populum non habẽtem iurisdictionem, & sic qui legem aut statutum condere non posset, allegat Baldum post glo. in l. 2. in prima & tertia oppositio. C. quæ sit longa consuetudo. idem tradit Ias. in l. fina. col. penul. in fin. C. de testam. Addo Fede. de Senis in consil. 91.

14 Quod pater. col. 2. antè fin. vbi, † quòd qui legem condere non potest, non potest etiam consuetudinem inducere. Sed istud dictum reprobat Aret. in d. consi. 23. col. 4. licèt de Barto. mentionem non faciat. Nam dicit Aret. statutum non potest fieri pro commodo vnius particularis personæ, nec ad præiudiciũ vnius particularis, sed debet esse generale instar legis ad communem omnium vtilitatem, & tamen valet consuetudo in prejudicium vnius personæ singularis. d. l. venditor. §. 1. ff. commun. prædior. vbi Iurisconsultus, qui vocabulis non abutitur, dicit Aret in. appellat illam consuetudinem. Addo vltra Areti. text. in d. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. vbi iurisconsultus appellat consuetudinem in materia seruitutis inter particulares personas. Sed aduerte, ꝙ

15 ista † disputatio videtur verbalis potius, quàm realis: & quicquid sit de nomine, quò ad effectum realem Bar. bene loquitur; quia pro tanto voluit Bart. dici præscriptionem non consuetudinem; quia in ea requiritur tempus sufficiens ad præscriptionem, quãdo inducitur consuetudo super quo populus expresse disponere aut statuere non posset: & hoc idem voluit Aret. in d. cons. 23. col. 4. vt supra vidimus, in quarta differentia, vers. ista conclusio. & tradit idem Aret. in cons. 132. in causa, quæ vertitur inter homines. col. 3. vers. 2. respondeo. vbi, quando vniuersitas vult aliquid ex consuetudine inducere contra priuatum, contra quem non posset hoc facere statuendo, ista consuetudo adsumit naturam præscriptionis & potius dicitur præscriptio quàm consuetudo.

16 Sexta differentia; † quia in consuetudine non requiritur titulus, nec bona fides, quæ sunt necessaria in prescriptione. Ang. in d. l. de quibus. col. penul. versi. probatur hoc per rationem: & ibi Ias. col. 13. versi. item dum supradixi. Addo Calde. in consi. vlti. in titu. de consuet. Bellame. in consi. 7. colum. pen. in consi. 31. in fin. & in consi. 41. col. pen. in fin. vbi, quòd pro titulo consuetudinis sufficit legis authoritas eam approbantis, dum est rationabilis & præscripta: tradit etiam Alex. in consil. 124. col. 1. in fin. versi. alia ratione principali. lib. 4. vbi, quòd titulus non requiritur in

17 consuetudine, sequitur Dec. in consi. 134. col. fi. Sed aduerte, † ne decipiaris circa hanc sextam differentiam; quia non videtur ita generaliter intelligenda, sed solùm videtur procedere in his, super quibus populus expresse posset statuere & disponere, & sic quando esset consuetudo generalis inducta pro omnibus vniuersaliter, & contra omnes, ita quòd nõ sit necessarium tempus requisitum ad præscriptionem; quia tunc non est necessarius titulus, cum tacite, & ex quo aut simul omnes consentiant. Similiter non potest tunc considerari mala fides propter mutuum omnium consensum. Secus in consuetudine, in qua requiritur præscriptio; quia, quando inducitur consuetudo contra particu-

18 larem personam, tũc videtur necessaria bona fides; cum † etiam mala fides impediat præscriptionem in fauorem vniuersitatis, saltem quandiu supereſt vnus de vniuersitate, habens malam fidem, & scientiam rei alienæ. Inno. in c. cura. de iur. patro. sequitur Bar. in l. potest pluribus. in fi. ff. de vsucap. Soci. in consi. 187. col. penul. vers. præterea vltra famã. lib. 2. Cor. in consi. 22. col. 6. post med. lib. 3. Rursus, si requiritur, quòd consuetudo sit prescripta, ergo præsupponitur, quòd interueniant omnia necessaria requisita ad præscriptionem. l. qui testamento. in princ. ff. de testam. & in terminis, quòd vbi requiritur consuetudo præscripta, sit necessarius titulus & bona fides, prout in præscriptione, tradit Ancha. in c. non est. de consue. lib. 6. quæ opi. saltem procedere debet, quando agitur de acquirendo obligationem etiam tituli in consuetudine requirit Alex. in consi. 136. col. pen. in fi. vers. item requirebatur. lib. 2. Nec dicatur requiri bonam fidem, quando agitur de auferendo, aut extinguendo totaliter ius alterius, secus si de acquisitione alicuius iuris tantùm re existente apud alium;

19 quia † etiam in præscriptione iuris seruitutis, in qua non agitur, vt res ab alio auferatur, sed ius tantùm seruitutis cõpetat, requiritur bona fides præscribentis. l. fin. ff. quemadmo. serui. amit. l. 1. §. sed si iure. vbi gl. ff. de aqua quoti. & æsti. l. fi. ff. de itinere actuque priuat. l. 1. vbi Bald. C. de serui. & aqua. Barto. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. Immo isto casu bona fides non presumitur, cum naturaliter quælibet res præsumatur libera, & sic præsumptio iuris sit contra scribentem. Bart. in d. §. hoc interdicto. col. fi. Bal. in d. l. 1. C. de serui. Are. in consi. 30. Visothe mate. in 2. dubio. Bar. de Vulpis inter cons. Calca. in cons. 53. col. ante med. Et si dicatur, quid respondetur ad d. l. venditor. §. 1. ff. commu. prædio. vbi competit ius ex consuetudine fodiendi lapides in agro alieno, & tamen non videtur considerabilis bona fides in re aliena? Respondeo, cum dicatur ibi valere consuetudinem, præsupponitur, quòd procedant omnia habilia & necessaria ad ipsam consuetudinem præscriptam. d. l. qui testamento. in prin. ff. de testa. l. furiosum. in fi. C. qui test. fac. pos. c. 1. de ætate & qualit. cum simi. & sic intelligi debet ille tex. quòd inducta fue-

20 rit consuetudo præscripta cum bona fide. Secundò † respõdeo, quòd in d. l venditor. §. 1. agebatur de vtilitate publica, vt haberentur lapides ad vsum totius populi & ædificiorum, in quibus dicitur versari publica vtilitas, vt ciuitas reddatur amplior & elegantior. l. senatus. ff. de contrahen. empt. l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. l. 2. C. de ædifi. priua. Ideo propter vtilitatem publicam licitum est alicui auferre rem suam. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vẽdic. l. Lucius. ff. de euictio. late Moder. in l. fi. C. si contra ius vel vtili. pub. & in c. quæ in eccleſiarum. de constitu. & ita illum tex. in d. l. venditor. §. 1. intelligit Bar. in procemio Digestorum, col. 3. circa med.

21 Septima † differentia; quia per præscriptionem acquiritur ius in particulari & priuato, & agitur de fauore vel præiudicio particularium, & certarum personarum, quibus acquiritur ex præscriptione, & contra quas acquiritur ex præscriptione, sed consuetudine acquiritur ius in communionibus, & contra omnes de populo, & agitur de fauore & præiudicio incertarum personarum; consuetudo enim facit ius publicũ quò ad omnes, quos negotium tangit. d. l. de quibus. §. ex non scripto. Insti. de iure natu. gen. & ciuili. c. consuetudo. 1. præscriptio verò inducit ius priuatum inter præscribentem, & eum contra quem præscribitur. Istam differentiam considerat Abb. post alios in d. c. fi. de consuetu. & ibi Card. Flo. q. 8. refert & sequitur Corn. in d. cons. 268. col. 5. vers. sed prout aliàs legendo. lib. 4. Addo Bellameram in consi. 10. col. 15. versi. secunda differentia est. Bal. in d. l. imperium. col. 4. in fi. versi. circa octauum. ff. de iurisd. om. iudi. Geminia. in consil. 123. Abb. in consi. 18. lib. 2. Alex. in consi. 6. col. pen. versic. Ad idem inducit. lib. 1. Deci. in cons. 134. col. fin. Abb. in consilio 94. in fin. libro primo.

22 Sed quæro † circa hanc septimam differentiam, pone quòd ex vna parte sit persona particularis, ab alia parte vniuersitas: puta si vnus particularis præscribat contra vnam vniuersitate, puta aliquam exactionem aut præstationem annuam, an dicetur prescriptio, vel consuetudo. Bald. in consi. 439. Amplius. col. 4. lib. 3. quòd vbi præscribitur iurisdictio respectu subditorum, dicitur consuetudo; quia respicit vniuersos, sed respectu domini dicitur præscriptio. Sed istud dictum non placet; quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. l. si sine. ff. de condi & demon. c. cum in tua. de decimis. cle. 1. de ele-1. de electio. c. cognouimus. 12. q. 2. Alex. autem in d. consi. 124. col. 1. in fin. versi. alia ratione princip. ali. lib. 4. quòd dicitur simpliciter consuetudo. & loquitur Alex. quando dominus præscri-

23 bit contra subditos aliquam exactionem. Ex hoc † infert Alex. non esse tunc titulum necessarium, nec eius allegationẽ, eadem ratione dicere poterat non esse necessariam bonam fidem, vt supra dicimus in sexta differentia. Deum immortalem potuit tantus vir dictum tam impudens & damnosum pronuntiare. Commodissima videlicet sententia ad cupiditatem dominorum contra subditos: si tam facile contra eos consuetudinem exactiuam onerum possint inducere. Duo hic considero contra Alex. Primum, quòd consuetudo cum respiciat ius publicum, & personas incertas, vt supra dixi, ex parte domini præscribentis non potest dici consuetudo, sed præscriptio, prout dicit Bal. in d. consil.

24 439. col. 4. lib. 3. maxime, † quia hic datur possessio seu quasi continua propter animum personæ domini, cui acquiritur ius, qui animus continue possidet ciuiliter, licèt id quod acquiritur, causam habeat discontinuam. Bar. in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. Pau. de Cast. in consi. 444. in causa, quæ vertitur inter communitatem. col. 3. ad fin. libro 1. in consilio 3. in causa, quæ vertitur coram domino vicario potestatis Pergami. colum. fin. & in consil. 12. Super primo videtur dicendum dictam sententiam. col. 2. post med. lib. 2. Aret. in consil. 153. Consultatio. col. fin. versic. 2. præmittendum. Corn. in d. cons. 268. col. 10. vers. Nec ob-

25 stat secunda ratio. lib. 4. & vbi datur † continuatio possessionis, dicitur præscriptio potius quàm consuetudo, per ea, quæ supra diximus in prima differentia, & in principio huius quartę partis. Secundum quod considero contra Alex. est, posito & non concesso, quòd vbi dominus præscribit contra subditos, & sic contra vniuersitatem, diceretur consuetudo non prescriptio; tamen talis consuetudo debet esse præscripta spatio quadraginta annorum, cum agatur contra vniuersitatem. l. fi. C. de sacrosanct. eccle. & cum ista consuetudo cadat super eo, super quo dominus inducens cõsuetudinem expresse statuere non posset, quo casu

etiam

etiam,q̃ consuetudo dici possit; tamen in ea tempus requiritur necessarium ad præscriptionem, vt supra vidimus in quarta differentia,versi.Ista conclusio,& in quinta differentia.Certum est
26 † autẽ,quòd domini non possunt grauare subditos vltra, quàm teneantur ex pacto,aut præscriptione.Ideo non potest dominus imponere subditis collectas aut angarias. Baldus in l. cum multa. in fin. C. de bonis, quæ liber.per tex.in l.domini prædiorum. C.de agri.& censi.lib.11.& in l.1.ff.qui & a quibus Alex. in consi.35.in prin.libro secundo, vbi solum fundat ius domini in istis oneribus super consuetudine tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium.& clare hoc idem tenet Alexand.in consilio 124.Super primo quæsito.columna secunda,versi.quòd autem ad ea onera.libro quarto,& in consilio 145.in princip. libro secundo,& quòd dominus non possit subditis onera imponere,tenet Calder.in consilio quinto,in titu.de censibus.Brunus Astensis in consi.32.colum.secunda,circa medium,& licèt Boerius in decisio. suis.quæstio. 162. aliud velit in certis casibus, tamen Doctor.per eum alleg.loquuntur in valàllo, qui fortius teneatur subuenire domino ratione feudi, quod tenet a domino, quàm simplex subditus, nullum habens feudum. Ideo non debebat Boerius ista confundere in terminis subditorum. Vt obligentur ergo dominis ad aliqua onera, cessante titulo, quòd requiratur præscriptio seu tempus præscriptum, voluit Alexan.in dicto consilio 35.in prin.lib.3.Guido Papæ quæstio. 407. immo etiam princeps inferior non potest subditos suos collectare sine licentia superioris.Ripa in l.4.in prin.col.6. ff.de re iud. Nam vbi
27 † lapsum esset tempus sufficiens ad præscribendum aliqua onera contra subditos,non sufficeret solus lapsus temporis ad inducendum obligationem;quia tempus non est modus inducendæ obligationis, sed esset necessaria allegatio tituli, & ad eius fidem probare antiquitatem temporis. Alexan. in consi. 114. lib. 1.in consilio 108.in fin.lib.2.& in consi.75. col.fina.lib.4. Guido Papę quæst. 408. vbi quòd debet allegari causa in specie, quæ sit idonea & sufficiens. Ex quibus patet, quòd Alex. in hac materia non debebat constituere differentiam inter consuetudinem & præscriptionem; quia effectualiter considerando, idem iuris est in vtraque,tam circa tempus,quam circa titulum,aut eius allegationem.

28 Secundò † quæro circa hanc septimam differentiam.pone,q̃ vna vniuersitas acquirat ius contra aliam vniuersitatem, an dicetur consuetudo vel præscriptio? Videtur, quòd consuetudo; quia acquiritur ius in vniuersos ex vtraq; parte, tam præscribente,quàm ea,contra quam præscribitur,puta,si agatur de iure pascendi animalia, aut incidẽdi ligna in territorio pascuis, aut nere alterius vniuersitatis:sed ex præmissis apparet, quod licèt consuetudo nomine dici possit;tamen quò ad effectum idem iuris, quò ad effectum idem iuris, quòd in præscriptione; quia cum vniuersitas non possit statuere contra aliam vniuersitatem sibi non subditam,non poterit etiam inducere consuetudinem, nisi præscriptam:& sic requirentur in tali consuetudine ea,quæ sunt necessaria in pura & simplici præscriptione, per supra dicta.

29 Octaua † differentia; quia consuetudo est generalis non solũ respectu personarum, de quarum fauore & præiudicio agitur, sed etiam respectu rerum; quia non restringitur consuetudo ad vnam rem. Puta si sit consuetudo, quòd masculi excludant fœminas:ham talis consuetudo est generalis in omnibus hæreditatibus & successionibus,secus in præscriptione,quæ dicitur particularis tam respectu rerum,quàm personarum. Istam differentiam ponit Bellamera in dicto consilio 10.colum.15.versi.quarta differentia.

30 Nona † differentia,quia præscriptio dicitur, quãdo litigatur cum eo, contra quem præscriptum est,consuetudo verò, quando litigatur cum tertio.Ioan.And.in c.non est.in fi.de consuetu. lib.6.sequitur Bellamera in d.consi.10.col. 15.versic. prima ergo differentia. Ex qua differentia videtur inferri, quòd si præscribẽs litigat cum tertio,contra quem præscriptum non est,non sit necessaria probatio eorum, quæ sunt requisita in præscriptione, sed satis sit probare consuetudinem sine titulo,aut bona fide,secus vbi agitur cum eo,contra quem præscriptum sit.Sed certè si agens fundet ius suum in tempore,videtur teneri,vt probet omnia necessaria ad præscriptionem:quia aliàs actore non probante,reus absoluitur.l.qui accusare. C.de eden.

31 Decima † differentia; quia præscriptio dicitur, quando vni acquiritur,sed alteri non aufertur, per consuetudinem verò vni acquiritur,sed alteri non aufertur,puta,si quis præscribat iurisdictionem in mari; per hoc enim vsus maris alteri non auferetur. Bal.in rub.ff.de rerum diuisio. col.1.in fi. versi.in contrarium videtur.refert & sequitur Ripa in l. quominus. col. 8. ff. de flumi. Addo Ange. Aret. in §. flumina. col. 2.super glo.in versi.omnibus. Institu. de rerum diuisio. vbi si quis solus piscatus fuerit in flumine publico,& alios volẽtes piscari prohibuerit,dicitur consuetudo, non præscriptio; quia per eam nihil proprium ab alio aufertur, cum in flumine publico ius proprium nemo prætendat,& sic pondera Bal.Ange.& Ripam velle,quod dicatur consuetudo etiam in vna persona priuata,& particulari,dummodo agatur de acquisitione iuris publici. Sed ego istud intelligo, dũmodo talis consuetudo sit præscripta per tempus sufficiens ad præscriptionem huiusmodi iuris publici;cum vnus priuatus super tali iure nihil expresse posset disponere, aut statuere per supradicta.

32 Vndecima † differentia;quia in prescriptione non requiritur, quòd sit obtenta in contradictorio iudicio,secus videtur in consuetudine. glossa in §.ex non scripto.Institu.de iure natura.gen. & ciui.& in rub. C.quæ sit longa consuetudo. sequitur Alexan. in consi.132.ad finem primi dubij.lib.1.& in consi. 136.col.pen. in fin.versi.item oportebat probari.lib. 2.idẽ Alex.in consi. 173. col.2.post med.lib.6.quòd requiritur,vt sit obtenta in contradictorio, vel saltem, quod quis tali vsui aut consuetudini aliquando contradixerit, & quòd non obstante tali contradictione sic fuerit obseruatum. Et quòd requiratur ad validitatem consuetudinis,quòd fuerit obtenta in contradictorio iudicio, quando est contra legem,tenet Franciscus de Ramponibus inter cõsilia Calderi.in consi.6.col.2.ante med. in titu.de censi. Anchar. in consi.178.Visis & diligenter inspectis. col.fina. vers.non obst. ista ratio de consuetudine.Ange.in consi. 367.In quæstione vertente inter illustres. colum. 3. circa princip.versic.non obst.allegata antiqua consuetudo. Curtius iunior in tractatu feud.in 4.
33 parte,quæstio. 30.colum. 2.post medium † Sed contrarium, q̃ non requiratur consuetudinem esse obtentam in contradictorio iudicio,tenet Bar.in d.l.de quibus.colum.5.in fin.versic.quæro nunquid.& in repetitio.illius legis col.5.post medium.versic. 2.videamus.ff.de legib.sequitur Ias.ibi.col.3.versi.in 2.parte. glo. 7.Eandem opinionem tenet Bal.in consi.210.Casus talis est,quidam A.colum.2.lib.1.Socin.in consi. 99.col. 2.versi. & licèt illa consuetudo. lib. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Hanc etiam opinionem dicit communem Corn. in consi. 293. col.3.post medium versi.non enim obstat,quòd non fuit obtenta.lib.1.in consi.179.col.2.in fin.versi.facit ad prædicta.lib.3.& in consi.155. col.fina.lib. 4. Eandem opinionem sequitur Abb. in consi.73.col.pen.in tertio dubio,lib.2.Veronensis in consi.31.in in fi.Ias.in consi.46.colum.2.lib.1.dixi in cons. 55.col.2.in fin.Ex quibus patet hanc opinionem esse magis communem. Limita-
34 tur † modò hæc opinio,vt solum procedat in actibus extraiudicialibus,secus in iudicialibus in quibus requiritur, q̃ sit obtenta in contradictorio iudicio.Ita Bal.in d.consi.210.col. 2.lib.primo. Idem tenet Angel.Areti.in d. §.ex non scripto.colum. 4. Institu. de iure natura.gen.& ciui.vbi tamen de B.il. mentionem non facit, solùm allegat Salic. in d.l.de quibus. Sed aduerte quòd qua-
35 ratione valet consuetudo in actibus † extraiudicialibus, licèt nõ sit obtenta in contradictorio iudicio,eadem & fortiori debet valere in actibus iudicialibus:nam ideo nõ requiritur,quòd sit obtenta in contradictorio iudicio in extraiudicialibus;quia satis est, q̃ illi actus extraiudiciales deuenerint in notitiam populi,licèt in iudicium deducti non sint. Ita Bart.in d.l.de quibus.in prima & secunda lectura:sed ista ratio magis & fortius militat in actibus, qui fiunt in iudicio,& sic palam & publice.Ideo dicit Bart. q̃ ex actibus iudicialibus facilius inducitur consuetudo propter eorum notorietatem, ob id si longo tempore quid in iudicio obseruatum sit, quare consuetudo iudicialis induci debet, licèt in contradictorio iudicio nihil fuerit pronuntiatum aut obtẽtum.
36 Secundò considero, † contra hanc limitationem, q̃ in actibus iudicialibus proprie non dicitur consuetudo,sed stylus;cum nõ inducatur a toto populo,aut maiori eius parte,sed solùm a iudice aliquo maiore,qui habet potestatem legis condendæ. Bart.in repetio.d.l.de quibus.colum. 4.in fin. Ideo magistratus non habens potestatem condendæ legis non posset stylum inducere cõtrariũ iuri. Alexan.in consi.36.in fi.lib.2.sequitur Deci. in rubri.extra de consuetu.colum.3.& in consi.677.in fi. Quod intellige procedere,nisi talis stylus esset prescriptus;quia valeret,licèt contra ius.Rochus de Curte in d.rub.de consuetu.colum. 3.q.4. Secũdò intellige, nisi talis stylus veniisset in notitiam populi aut maioris eius partis;quia tunc valeret in vim consuetudinis,Alexan.in d.consi.36.in fin.lib.2. Tertio intellige, nisi talis stylus solum concernat modum & ordinem procedendi;quia tunc videtur valere,licèt sit contra ius. Alexan.in consi. 65. ante fi.libro 1. vbi, q̃ stylus potest derogare solennitati citationis, tradit idem Alexan.in consi.140.colum.1.lib.6.& ratio est:quia vbi stylus respicit processum seu modum & ordinem procedendi, dicitur agi de modico præiudicio.Socin.in consi. 36.col.3.circa med.& in consi.39.col.5.post med.lib.4.& in tali stylo etiam non requiritur, q̃ sit obtentus in contradictorio iudicio, licèt si obtentus sit, hoc magnum adminiculum præstet ad eius validitatem: ita Corn.in consi. 73.colum. 1.in fin.lib.2.

37 Duodecima † differentia; quia ius quæsitum consuetudine videtur debilius,quàm ius quæsitum per præscriptionem.patet; quia superior potest tollere ius quæsitum per consuetudinem, cum possit consuetudinem reprobare.l.fina. C.de testa. secus in iure quæsito per præscriptionem, quòd a principe tolli non potest,vt

Source : BIU Cujas

teſt,vt in authenti.vt eccleſi.Roma.cent.ann.gaude.præ. in prin ci.Iſtam differentiam ponit Bald.in d.l.imperium.colu.3. in fin.
38 verſi.circa octauum. ff. de iuriſd. om. iudi. Sed † aduerte circa hanc differentiam;quia non videtur verum,quòd ſuperior poſſit tollere ius quæſitum per conſuetudinem, nec eſt bonum argumentum Bal.ſuperior poteſt tollere aut reprobare conſuetu dinem,ergo etiam ius quæſitum conſuetudine: nam ſuperior aut princeps poteſt tollere ius poſitiuum.l.princeps.ff. de legib. l.digna vox.C.eod.titu.cap.primo. de tranſactio. c. propoſuit.de conceſſio.præben.cap.primo.de conſtitu.libro 6.cap. ſtatutum. & cap.fina.de reſcript.eodem libro.& poteſt princeps conſtitutionem à ſe factam habere pro infecta quò ad iuris effectum.ca. primo.iuncta gloſ.in verſicu. pro infectis. de immunit. eccle.in clem. Abb.in conſi.84.col.2.poſt medium,& in conſil. 99. colu. 2.circa medium,libro primo.& tamen non poteſt princeps tollere ius quæſitum mediante iure ciuili ſine cauſa, puta ius quæſitum per aditionem hęreditatis,aut per ſententiam, vt habetur in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu. in l. fina. C. ſi contra ius vel vtili. pub. & in capitu. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio.& late dictum fuit ſupra num. 17. in prima parte hu ius tracta. & de iure quæſito cõſuetudinę, quòd tolli non poſſit,tradit Bartol.in l.priuilegia. in fine. C. de ſacroſanct. eccleſijs. Decius in conſil.335.poſt principium.

39 Secundo conſidero † contra Bald.& eius differentiam: nam ideo ius quæſitum conſuetudine tolli poteſt; ſecundum Bald. quia princeps poteſt tollere conſuetudinem. Dum ergo dicit Bald.non poſſe tolli ius quæſitum præſcriptione, præſupponit illam à ſuperiore tolli non poſſe,quod eſt falſum; quia præſcriptio fuit introducta de iure ciuili, & poſſet princeps, ſi vellet, eã tollere de plenitudine poteſtatis. Ideo non videtur ratio diuerſitatis inter ius quæſitum præſcriptione, & conſuetudine. fortius voluit idem Bal. in conſilio 300. Ad euidentiam præmitto. col. 2. lib. 5. quòd iuriſdictio acquiſita præſcriptione a principe tolli poteſt; quia non dicitur præſcriptum contra eum,ſed contra ſubditos, licèt dicat, quòd male facit princeps, ſi eam tollat, niſi præſcribens abutatur: quod tamen Baldi dictum affirmare
40 nõ auſim. Tertiò † conſidero contra Baldũ quòd potentius videtur ius conſuetudinis, quàm iuris ciuilis; quia conſuetudo ligat etiam ipſum principem.Soci.in conſi.58.in prin.lib.3.allegat Bal.in c.1.de natu.feu.& in authen. omnes peregrin. ante fin.C. com.de ſucceſ. & tamen princeps non ligatur iure ciuili: ſed tamen hæc tertia conſideratio non videtur efficax,quia Bal.& Socin.loquuntur in conſuetudine feudorum,quæ ligat principem propter cõtractum reſultantem ex conceſſione feudi.Ideo princeps non poteſt ſine cauſa priuare vaſallum feudo,vt habetur in d.locis,& tradit idem Bal.in conſi.323.Proponitur,quòd dominus.col.2.lib. 2. vbi, quòd conſuetudo generalis feudorum maior eſt quolibet principe ſingulari, & eum ſic ligat, vt nequeat contraire,per tex.in d.c.1.de nat.feu. Secus in alia conſuetudine, in qua nullus conſideretur contractus principis;quia illa non ligatur princeps,ſed tollere eam poteſt,cum ſit in poteſtate ipſius principis.Bald.in conſi.388. Si princeps.in conſil. 401. ſuper eo. colum.1.circa fin.& in conſi.430.Circa primum punctum.in fi. lib.4.Rochus de Curte in repe.c.fi.q.9.de conſuet.fol.65.

41 Decimatertia differentia; † quia conſuetudo reſpectu prę ſcriptionis videtur fauorabilis;cum reſpiciat ius publicum, ideo extenditur.præſcriptio verò dicitur odioſa,& reſtringitur. Ant. de But.poſt Innoc. in cap. dilecto. colum.fin.de offic. Archid. Cardin.in clemen.1.columna 8.in 6.quæſt. de ſupplen.negli.prælat. refert & ſequitur Dec.in c.tranſlato. colum. 3.circa medium. de conſtit.in prima lectura & in ſecunda lectura.ad fin. commenti in d.rubri.extra de conſue.col.2.circa medium. Addo Anchara. in conſi.237.Quia in primo quæſito. col. 2.poſt medium.verſi. non obſtat,quod iſta conſuetudo.vbi, quòd extenditur conſue-
42 tudo ad cauſam habentem ſimilem rationem. Sed † aduerte circa iſtam differentiam: quia non videtur ita ſimpliciter verum, quòd conſuetudo dicatur fauorabilis, ob id, quòd debeat extendi: nam ſi conſuetudo ſit contra ius, illa videtur odioſa & reſtringenda.Bart.in authen.qui rem.circa fin. C. de ſacroſanct. eccle. vbi ꝙ conſuetudo infeudandi aut concedendi in emphyteuſim perpetuam bona eccleſiæ, non ſeruata forma iuris, non extenditur vltra id,quòd agitur. ſequitur Iaſ.ibi.col.8. verſi.quid tenendum. Alex.in conſi. 9. col.1.lib.3. Dec.in c.1.col. 14.verſic. confirmatur hoc; quia conſuetudo.de prob.in conſil. 142. col. 3.ante med.verſ. & dato,ꝙ cõſuetudo. Alibi ſcribit Ale.in conſ. 173.col.fi.verſi.vlterius etiam dico.lib. 6.ꝙ conſuetudo, vt vicinus non poſſit vendere alteri rem ſuam vicino irrequiſito, dicitur odioſa, & ſtrictiſſime debet intelligi in caſu ſuo. ideo ſi non dicat, ꝙ res vendita contra formam ipſius conſuetudinis poſſit ab emptore auferri nec nos id dicere debemus. alibi ſcribit Bal. in conſ.275. Quòd pro regula circa fi. lib.2.ꝙ in conſuetudine, quæ eſt contra ius commune, nihil debent ſuppleri præter ſolitam obſeruantiam. & ꝙ ſi conſuetudo de aliquo non diſponit, nec nos debemus diſponere. Alibi ſcribit idem Bal. in l.fi.col.4 verſi.vnum aliud quæritur. C.com.vtriuſ. iu. ꝙ conſuetudo reſtringitur per actus, ex quibus inducitur, ſicut præſcriptio, nec proprios facti terminos excedit,& loquitur ibi Bal.in conſuetudine continente ius ſingulare etiam ꝙ in alio caſu militet eandem ratio,quando illa ratio non eſt redacta in ſcriptis. Alibi ſcri
43 bit idem Bal.in c.1.in prin.ante fi.qui feu.dare poſ.ꝙ † conſuetudo,quæ eſt præter legem, tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & non plus: & ſi ſit contra legem prohibentem ipſam conſuetudinem,non valet.refert & ſequitur Iaſ. in d. l. de quib.col.7.verſ.nota tu diligenter.ff.de legib.& in d.authen. qui
44 rem.col.8.verſi.quid tenendum. C.de ſacroſ. eccl. Alibi † ſcribit Are.in conſ.44.in prin.ꝙ conſuetudo,quæ eſt contra ius,non extenditur ad alium caſum, neque ad alium locum. Alibi ſcribit idem Aret.in conſ.132.In cauſa,quę vertitur inter homines.col. 3.verſ.non obſtat ſecunda ratio, ꝙ vbi conſuetudo eſt contra ius commune,non debet extendi de perſona ad perſonam, de loco ad locum,nec de re ad rẽ. Idem in conſuetudine exorbitanti, ꝙ non extenditur de loco ad locum. Aret. in conſ. 15. Clariſſime. col.2.& dicit Bal.in conſ.257. Quæſtio vertens.lib. 2.ꝙ conſue-
45 tudo & præſcriptio † cum ſint facti,non recipiunt extenſionem perſonarum,nec actuum.Imò Dec.in conſi. 389. col. pen.in fin. verſ.non obſtat, ꝙ text. ſimpliciter dicit, ꝙ conſuetudo reſtringitur ad loca,in quibus viget,nec diſtinguit, an ſit contra ius,vel præter ius,aut exorbitas. Similiter idem Dec. in conſi. 8. col. 3. circa fin.verſic.ſed talis conſuetudo.& in conſ.72.colum.2.circa medium. verſ.& iſta concluſio. maximè videtur procedere ſimpliciter,dum dicit, ꝙ cõſuetudo ſolum habet locum in caſibus, in quibus ſecundùm eam fuit obſeruatum.

46 Alibi & fortius † voluit Pau.de Caſt.in conſ.340.Quia ſupra. ante fi.lib.2.ꝙ ſtante ſtatuto excludente cognatos,propter agnatos, ſi aliqua conſuetudo in contrariũ fuerit obſeruata,per quã fœminæ ſimul cum maſculis ſucceſſerint: talis conſuetudo dicitur ſtricti iuris, & non extenditur vltra caſum, in quo viguit obſeruantia,ſicut dicitur in præſcriptione:& tamen in caſu Pau. conſuetudo non erat contra ius commune: imò reducebatur per eam res ad cauſam iuris communis, ob id videbatur extendenda, tanquam fauorabilis, iuxta glo. in c.ſtatutum.in verſ.numerandum.de præb.lib.6.habetur in l.ſi vnus. §.pactus, ne peteret.ff.de pact.& in conſuetudine contra ius commune,ꝙ non extendatur ad alium locum etiam vicinum, tradit Pau. de Caſt.in conſ.310.In inſtrumento.& in conſ.471.in fi.lib. 1.vbi etiam, ꝙ non extenditur ad aliam rem.In qua tamen re Pau.fuit ſibi contrarius in conſ.372.col.2.lib. 1.vbi conſuluit totum contrarium eius,quod tenuit in d.conſi.310.ad quam etiam contrarietatem aduertit,& idem quod Pau.in d.conſ.310.tenet Fulgo.in conſ. 66.Guarnerius. quem refert & ſequitur Rochus de Curte in re-
47 pe.c.fi.char.33.col.1.in parua impreſſione. Ex præmiſſis † appareret hanc decimamtertiam differentiam non videri de iure verã, & ꝙ concluſio in contrarium firmari poteſt,vide licèt,ꝙ cõſuetudo & præſcriptio ęquiparantur quo ad materiam extenſionis, vt neutra extendatur,ſed reſtringatur ad ſuos actus. Quæ tamen concluſio nõnullas limitationes videtur recipere.In quibus fiat
48 extenſio in conſuetudine. † Primò itaque limitatur,vt non procedat in conſuetudine fauorabili reipublicæ.Cald.in conſ.4.in vltimis verbis in tit.de cẽſibus.allegat not.in c.fi.in tit.de cenſibus. faciunt quæ infra ſcribo in vndecima limitatione, in fi.& tradit Alex.in conſ.190.col. 4.verſi.præterea dictum ſtatutum emanauit &c.lib.2.& in conſ.34.col.fi.lib. 5. Imò iſto caſu, quando agitur de fauore reipublicæ, fit extenſio etiam in pœnalibus, vt per Iaſ.in l.ſi quis id,quod.col.9.ff.de iuriſdictio.om.iud. in l.ſi filiuſfamilias.col.3.ff.ſi cer.pet.& in l.fratris.col.3. C.de inof. teſt. Aduerte tamen;quia non videtur procedere hęc limitatio,quando ageretur de magno alterius præiudicio.Soc.in conſ.275.col.5.in
49 fi. verſ. poſtremò etiam nos habemus.lib. 2. Secundò † limitatur, non procedere, quando ſolum ageretur de interpretatione aut declaratione alicuius actus;quia tunc actus, qui fiunt in vno loco, recipiunt interpretationem & declarationem a conſuetudine aliorum locorum vicinorum.c.ex parte.cum glo. de cenſibus,vbi quando aliqui longo tempore nõ ſoluerunt frumentũ, licèt olim ſoluerint pro votis perſoluendis, ſi non appareat ad quam menſuram antiquitus ſoluerint, recurritur ad conſuetudinem vicinorum, ad quam menſuram vicini ſoluere conſueuerint. Similiter voluntas diſponentis dubia declaratur ex conſuetudine vicinorum.Pau.de Caſt.in cõſi. 437.Super dictis quę ſitis.in ſecundo dubio.lib.2. Similiter, quando aliqui viuunt iure Francorum,ſi dubitetur in quibus bonis id procedat, inſpicitur conſuetudo vicinorum, qui & ipſi viuunt tali iure. deciſio. Neapolitan.248.colum. 4. Putarem tamen, ꝙ vbi conſuetudo vicinorum eſſet contraria iuri communi, ꝙ voluntas diſponentis potius declarari debeat ſecundùm ius communem,quàm ſecundùm conſuetudinem vicinorum, niſi eſſet talis diſpoſitio,
50 quæ concerneret materiam conſuetudinis vicinorũ. Tertiò † limitatur non procedere in pluribus locis exiſtentibus ſub ditione & dominio vnius perſonæ; quia conſuetudo aliquorum locorum

corum respiciẽs fauorem ipsius domini, debet obseruari etiam in aliis locis, puta Episcopus in sua prouincia & diœcesi habet plures ecclesias, in quarum aliquibus extat consuetudo certa circa causam procurationis præstandæ ipsi Episcopo visitanti ecclesias ipsas, certe talis consuetudo seruari debet etiam in alijs ecclesijs suæ diœcesis & prouinciæ. capitulo ecclesijs. & capitu-
51 lo sopitæ. de censibus. † Aduerte circa hanc tertiam limitationem, quòd consuetudo circa procuratoris debitum est conformis iuri communi, quo iure visitationi annexa est procuratio. c. conquerente. de offi. ordi. c. cum venerabilis. & c. procurationes. de censibus. nimirum si consuetudo aliquarum ecclesiarum vnius Episcopi, extenditur ad alias ecclesias suæ diœcesis; quia etiam cessante consuetudine de iure communi tenentur aliæ ecclesiæ ad procurationem: cum Episcopus talem procurationẽ expresse remittere non possit pro tempore futuro. Abb. in capitulo cum ex officij. columna quarta, versiculo venio ad secundum. de præscriptio. Aufreri. in decisi. Tholos. quæstione 332. & sic in dictis iuribus consuetudo est confirmatiua iuris communis, & illud adiuuans, & tantum potest considerari consuetudo aliarum ecclesiarum circa taxationem & declarationem ipsius procurationis, in qua declaratione verum est attendi debere cõsuetudinem vicinorum, vt dictum est in secunda limitatione, secus putarem, si consuetudo esset iuri contraria; quia non extenderetur ad alia loca, etiam eiusdem dominij, aut prouinciæ, quę non essent accessoria ad ea loca, in quibus vigeret consuetudo.
52 Videmus enim, † quòd consuetudo ecclesiæ Romanæ non extenditur ad alias ecclesias, nisi expresse mandetur seruari. glo. in c. quis nesciat. & in c. nolite. 11. distin. Roma. in consi. 367. Circa primum. in fine quarti dubij. licèt aliud videatur voluisse idem Roma. in consi. 123. in fine primi dubij: & tamen non est dubiũ, omnes ecclesias esse sub poestate & dominio ecclesiæ Roma. cum sit mater, caput, & primatus omnium ecclesiarum, cuius præcepta omnes aliæ ecclesiæ tenentur implere. c. 1. & 2. 12. dist. c. dudum. 3. q. 6. & omnes ecclesiæ mundi Romanæ subsunt ecclesiæ, & in eas plenitudinem habet potestatis. c. qui scit. 2. q. 6. & c. nunc vero. 3. q. 4. Oldra. in consi. 244. Ad obiectus. colum. 3. circa princip. & quòd consuetudo contra ius commune non extendatur ad alia loca similis conditionis, aut eiusdem dominij, aperte voluit Innocen. in d. c. sopitæ. dum ponderat, quòd consuetudo ibi non erat contra ius commune. Quod tamen dictum est, consuetudinem ecclesiæ Romanę non extẽdi ad alias ecclesias, non procederet in his, quæ pertinent ad fidem. glo. in c. 1. de summa Trinita. Calca. in consi. 58. col. 4. post medium.
53 Quarto limitatur, † non procedere in loco alio accessorio ad locum, vbi viget consuetudo, puta in comitatu accessorio ad ciuitatem. Ideo consuetudo ciuitatis seruari debet in comitatu. glo. fin. in l. ex ea. ff. de postulan. Decius in consil. 389. colum. 3. post medium, versi. & ad hoc facit; quia ducatus. fortius voluit Romanus in consi. 123. col. 2. circa finem primi dubii, quòd consuetudo ciuitatis, quæ est caput prouinciæ, debet seruari in tota
54 prouincia, ne membra separentur a capite. Quod tamen † intellige, nisi in comitatu esset propria consuetudo contraria consuetudini ciuitatis eo casu, quo comitatus consuetudinem posset inducere. Socinus in consi. 7. col. 3. versi. præterea etiã responderi potest. lib. 1. Aretinus in consi. 132. In causa quæ vertitur inter homines. col. 2. in fin. versic. præterea in casu nostro. Rochus de Curte in repetitio. d. c. fi. char. 34. col. 4. versi. quinto limitatur. de consuetu. in parua impressione. Addo etiam Roma. in consi. 61.
55 Licèt. in fin. Quinto † limitatur non procedere in loco vnito & adiuncto alteri loco, in quo viget consuetudo; quia extenditur consuetudo etiam ad locum vnitum. Cyn. post Richar. Malum. in l. etiam. de iure dotium. sequitur Pau. de Cast. in d. consil. 372. quantum ad illam partem. colum. 2. lib. 1. Sed aduerte circa hanc quintam limitationem; quia non procedit sic generaliter, prout Paulus refert. Imò intelligi debet, quando vnus locus vniretur alteri per modum accessorij, secus si æque principaliter; quia tunc locus æque principaliter vnitus non subiicitur consuetudini neque legibus loci, cui vnitur, puta Delphinatus fuit vnitus coronæ Franciæ, tamen retinet adhuc nomen suum, & ap-
56 pellatur Delphinatus, & quando † Rex Franciæ rescribit in patria Delphinatus appellat se Delphinum post titulum Regis. Idem quando rescribit in patria Prouinciæ, quia post titulum Regis appellat se comitem Prouinciæ, ex quibus apparet, q̃ istę patriæ Delphinatus & Prouinciæ non fuerunt vnitę regno Frãciæ per modum accessorij, sed æque principaliter retinendo antiquum nomen, & pristinas leges, nec viuitur iure consuetudinario, prout in patria Franciæ: & ita in specie declarat Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. actio. vbi exemplificat in comitatu Tholosæ vnito coronæ Franciæ, æque principaliter, & isto casu Rex dicitur repræsentare duas personas, idest Regis & Comitis. Ancha. in consi. 114. Pro impetrante. col. 1. versi. sed his non obstantibus. Eandem declarationem voluit Ang. in consi. 247. Punctus. Papa viuit. Feli. in c. translato. col. 4. de consti. Ias. in l. si eadem. in prin. ff. de offic. assessor. Ripa lib. 1. responsorum. de lo-

gib. c. 1. col. 21. Addo Alex. in consi. 151. col. 2. versi. præsupposito
57 ergo. libro 2. Sexto † limitatur in consuetudine vniuersali totius territorij; quia extẽditur etiam ad loca eiusdem territorij, in quibus nunquam fuit obseruata. Puta, est consuetudo in ciuitate, & toto eius territorio, q̃ licitum sit lapides cædere in agro alieno, iuxta tex. in d. l. venditor. §. si constat ff. commu. præd. Pone, q̃ dominus agri nolit pati lapides cędi in suo agro, dicedo nunquam fuisse cęsos in agro suo, eo inuito, nunquid poterit contradicere? Certe non: quia consuetudo ex quo est vniuersalis in toto territorio, omnes ligat. ita Oldra. in consil. 267. Quod domino Episcopo. circa fin. & quòd vbi sumus in iure vniuersali, consuetudo aut præscriptio extendatur etiam ad ea, in quibus nihil fuit obseruatum, modo in illis alius non reperiatur in possessione. Videtur probari in c. tua. de decim. secundùm vnum intellectũ. vbi probatur, q̃ si quis præscripsit ius decimandi in certa terra, percipiendo decimam de omnibus fructibus prouenientibus ex illa terra, exceptis aliquibus fructibus, decimam illorum fructuũ de quibus solutum nihil fuit, debetur præscribenti. non ecclesiæ parochialiꝭ, modo ecclesia parochialis non fuerit in possessione percipiendi decimam de illis fructibus; quia præscribens percipiendo decimam aliqũorum fructuum in vno agro, nemine percipiente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquisiuisse. Non enim videtur habuisse animum acquirendi partem, sed totum propter vnitatem subiecti: & ita per illum tex. in iure vniuersali tenet Abb. in consi. 71. colum. 2. lib. 2. vbi etiam ad hoc allegat Innocen. in c. dilectus. de relig. domib.
58 vbi quòd exercens † vnum actum iurisdictionalẽ animo acquirendi vniuersalem iurisdictionem in loco iurisdictionem in totum acquirere, dummodo alius non sit in possessione generalis nam tunc tantum acquirit respectu actuum, quos exercuit, & hoc modo procedit dictum Bartoli in lege prima §. hoc interdicto. ff. de itine. actuque priuat. Idem voluit Abb. in consil. 6. colum. 3. versicu. quinimo non prodesset. lib. 2. Addo, quòd idem voluit Oldra. in consi. 172. Quia omnes. colum. fin. versi. deinde opponitur, quia non datur, quem actum correctionis &c. & in consi. 254. Quia tota. colum. 5. versi. Quinto opponitur. Roma. in consi. 368. Præsens. col. fin. Soci. in consi. 7. col. 2. post med. in consi. 74. colum. 3. post med. versi. vnde dicit not. Inno. in consi. 11. colum. fi. versic. accedit ad hoc, quòd istud ius. lib. 1. & latius in c. cum contingat. col. antepe. in 6. q. de foro competen. Ias. in l. 3. in princi. col. 6. versi. supradicta procedunt. ff. de acqui. possess.
59 Sed † aduerte vltra præmissos patres, & pro ratione præmissorum, quòd in iure vniuersali, puta decimarum, aut iurisdictionis, non solum fit extensio ratione vniuersitatis, sed etiam quia in talibus agitur de iure reali, quod ius reale ad omnes extenditur. Ideo qui præscripsit iurisdictionem in aliquo loco, potest punire aduenas ibi delinquentes, licèt quo ad eos nunquam fuerit vsus iurisdictione. Ita Bald. in l. si quis diuturno. per illum tex. ff. si seruit vindi. refert & sequitur Berta. in 3. parte sui reper. in verb. præscriptio extenditur. versicu. 3. Ias. in d. l. 3. in prin. col. fi. ff. de acqui. possi. Quod Bald. dictum fortiter facit pro illustri & celebratissimo milite domino Guigone Guyfredi, domino de Bottieres, contra Bartholomeum Girodi in causa, super qua consului, vt patet in consi. meo. 55. in qua causa fuit iudicatum pro ipso domino de Bottieres in curia Grayfinodani: & nunc pendet appellatio ab aduersario interposita apud curiam parlamenti
60 Grationopolis. Sublimitatur † nunc ista sexta limitatio, q̃ consuetudo aut prę̃scriptio iuris vniuersalis extẽditur ad alios actus, vt procedat in alijs actibus, qui tamẽ sunt de eadem specie actũ, quos quis exercuit, puta iurisdictio habet plures species, idest merũ imperiũ, mistũ & simplicẽ iurisdictionẽ. Si quis exerceat vnũ actũ simplicis iurisdictionis, videtur acquirere, seu præscribere ius iurisdictionis quo ad oẽs alios actus, qui sunt de illa specie inferioris iurisdictionis tm̃, sed virtute talis præscriptionis nõ potest exercere actus ad merũ & mistũ imperiũ. Similiter si qs exercuerit vnũ actũ misti imperij, & illũ præscripserit, extẽdetur præscriptio ad oẽs actus eiusdẽ speciei. s. misti ĩperij, sed nõ ad actuũ meri imperij. Ita Alex. in consi. 68. col. pen. vers. nõ obstat, q̃ quo ad onera. lib. 2. Soc. in d. c. cũ cõtingat. col. antepe. q. 6. de fo. cõpe. & in d. consi. 111. col. 2. in fi. vers. sed est diligenter aduertendum. lib. 1. tradunt Mod. in l. imperium. vbi Ias. col. 11. versic. 3. circa prædicta. & Purpur. pater & socer meus, col. 12. ff. de iurisdic. omnium. iudi. Addo Bal. in d. l. si quis diuturno. ff. si serui. vend. vbi,
61 quòd † nõ fit extensio ad diuersam speciem iurisdictionis. Ideo si quis præscripsit iurisdictionem in causis ciuilibus, non poterit ea vti in causis criminalibus. Quod maxime procedit in reseruatis principi, in quibus cõsuetudo aut præscriptio restringitur, & præscriptio super aliquibus non extenditur ad alia. Abb. in c. q̃ translationem. in vltimo nota. per illum tex. de offi. leg. sequitur.
62 Soci. in consi. 275. col. 4. libro 2. Sed contra † hanc sublimitationem videtur facere, quod Deci. scribit in c. referente. in primo not. de præben. vbi licèt præscribens potestatem instituendi in beneficio non censeatur præscribere ius destituendi. Hostien. Abb. & alij in c. cum ex iniuncto. de hęret. Istud tamen non pro-

Source : BIU Cujas

cedit, quando Episcopus aut ordinarius non esset in possessione destituendi; quia tunc præscriptio in casu instituendi extenditur ad casum destituendi: idem tradit Aufreri. in decis. Tholos. quæstione 323. & tamen videntur diuersa instituere, & destituere. Solutio dici potest, quòd ista non sunt diuersa in specie, immo videntur correlatiua instituere, & destituere, sicut dicitur de absolutione & condemnatione, quòd qui potest vnum, potest & alterum. l. 4. cum ibi not. ff. de re iudi. & licèt maior ratio videatur in instituendo, quia agitur de fauore. quàm in destituendo, vbi agitur de odio; non tamē videtur diuersitas aut maioritas in potentia, sicut dicitur de gradibus meri aut misti imperij. Nam aliqui gradus meri aut misti imperij videntur maiores alijs, & tamen fit extensio ad omnes gradus, qui sunt sub eadem specie, puta sub mero aut misto imperio, vt statim diximus.

63 Septimo limitatur, † vt non procedat in his, quæ veniunt per modum antecedentis necessarij; quia ad illud extenditur consuetudo. Roma. in consi. 243. ad prædictorum. in fin. Confirmatur istud dictum. Nam etiam dispensatio dicitur strictissimi iuris. c. 1. & 2. de fil. presbit. lib. 6. & adeo est iuris strictissimi dispensatio, quòd in ea non veniunt non solum specifice non concessa, sed etiam ea, quæ ex proprio verborum significato comprehendi possunt. Abb. in consilio 57. colum. penulti. libro. 1. quod tamen dictum non affirmo pro nunc; quia etiam in materia odiosa verba intelligi debent generaliter, quatenus eorum proprietas patitur. l. cum lege. vbi Aret. ff. de testam. glo. in c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. bonus tex. in c. si quando. de sent. excommu. quem ad hoc citat Dec. in c. non liceat. col. 2. in fin. de præb. tradit Alex. in authen. ex testamento. C. de colla. Calde. in consi. 24. in titu. de præb. Vtcunque sit, non est dubium, quin dispensatio sit stricti, immo strictissimi iuris, & tamen extenditur ad omnia, quæ veniunt per modum antecedentis necessarij. gl. in c. quia in tantum. de præben. Dec. in c. quia V. col. 3. versic. sed

64 ista responsio non satisfacit de iudicijs. Similiter sententia † dicitur stricti iuris. l. 1. & 2. C. si plur. vna sent. sue. condemnati. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indeb. & verba sententiæ sunt stricte intelligēda ad intellectum, quem stricte habere possunt, nec trahuntur ad intellectum quem possunt habere ex lata significatione vocabuli. c. dilectus. vbi Abb. in 2. not. de offic. ord. Bar. in l. si expressim. col. 2. ff. de appel. nec in sententia habet locum fictio translatiua de re ad rem, vel de persona ad personā, quando aliter valere potest. Ang. in consi. 235. Punctus est, Albertus. columna 2. circa medium: nec sententia absolutoria lata pro principali prodest fideiussori, vt ei pariat exceptionem rei iudicatæ; quia potuit absolui reus, eo q̄ actor non probauerit. Secus, si esset absolutus; quia non deberet: & sic sententia lata contra reum ad eum restringitur, nec extenditur ad personam fideiussoris. Pau de Cast. in consil. 87. In causa, quæ vertitur coram domino potestate castri. colum. 2. circa med. libro 1. & intel ligi debet sententia stricte, prout iacet, nec interpretationem a iure recipit. l. Paulus. ff. de re iudi d. l. 1. C. si plur. vna sent. Ob id sen

65 tentia † restitutionis in integrum super principali, non trahitur ad fructus, qui accessorie veniunt. l. fi. §. fin. ff. de condi. inde. & tamen restitutio fieri debet, etiam quo ad fructus. l. si minor. §. restitutio. ff. de minor. ita Socin. in consi. 18. columna 2. circa fin. libro 3. tradit idem Socin. in consi. 134. columna. 2. versiculo præterea dato. libro 1. nec ex verbis sententiæ aliquid inferri potest, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate inferatur. Barto. in dicta l. Iulianus verum debitorem. Deci. in consilio 322. in prin.

66 & tamen † extenditur sententia ad ea, quæ veniunt per modum antecedentis, vel consequentis necessarij, ob id si iudex declarat, quem prodigum, in consequentiam censetur ei interdicere administrationem bonorum. Bald. in l. 1. ff. de cura. furio. Imo. & Aret. in l. is, cui bonis. ff. de verbo. obliga. Aufre. in decisio. Tholo. quæstione 362. in fin. & sententia lata super vno, extenditur ad aliud, sine quo illud, super quo lata est, esset nullius effectus. Angel. in consi. 257. col. pen. ad fin. versic. superest autem videre. per text. in l. aduersus. & l. si duo ff. de arbitris. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verbo. obligatio. l. fin. C. de usur. rei iudi. & quòd sententia iudicis trahatur seu extendatur ad antecedens necessarium, tradit Barto. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendi. vbi si in iudicio rei vendicationis iudex condemnat reum ad restituendum rem petitam in necessarium antecedens cēsetur declarare actorem dominum illius rei. tradit Pau. de Cast. in consilio 232. In causa, quæ vertitur Pisis inter dominam Bicem. columna prima post med. libro 1. Areti. in consilio 155. Diligenter visis. columna 6. in fin. versicu. ergo datur intelligi. Socin. in dicto consi. 124. columna 3. lib. 1.

67 Octauo † limitatur, vt non procedat in accessorijs; quia ad illa trahitur consuetudo, seu præscriptio. Ideo præscribens fundum, censetur etiam præscribere seruitutem fundo competentem. Barto. in dicta l. de quibus. colum. 2. ff. de legibus, per l. si alienas. §. 1. ff. de vsucapio. tradit Bald. in consil. 439. Amplius. columna penultima. circa fin. versi. & ideo puto. libro 3. & in consuetudine tradit Ias. in consilio 185. columna 3. in fin. libro 2. Rochus de Curte, in repe. dicti capituli fin. char. 34. columna 3. versicu. 4. limitatur. secūdùm paruam impressionem. In dispositione ta

68 men hominis, pactum † super principali, non semper extenditur ad accessoria. l. in his. §. mancipia. vbi Bald. ff. solu. matr. Idem in eo, quod conceditur de iure speciali, puta restitutio in integrum; quia non trahitur ad accessoria. l. fin. §. Lucius. vbi Docto.

69 ff. de condictio. indeb. Similiter † destructo principali per viam præscriptionis, censetur destructum & accessorium. Bald. in l. eos. in primo not. C. de vsur. Deci. in l. 2. colum. 2. post med. ff. de iurisdict. om. iudic.

70 Nono † limitatur, vt procedat in his, quæ sunt de natura actus; quia ad illa extenditur consuetudo, vel præscriptio. Ideo si quis præscripsit feudum, in eo succedunt illi, qui secundùm naturam feudi possunt succedere. Bald. in l. liberti. colum. penul. versic. quæritur de eo. ff. de operis liber. cum simili. vt Alexan. tradit in cons. 15. colum. fina. lib. 5. Deci. in cons. 269. colum. 2. versi. & prædicta bene procedunt, & quod scribit Ias. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. colum. prima. ff. de iureiuran. vbi, quòd emphyteusis ecclesiæ censetur præscripta vsque in tertiam generationem, emphyteusis verò priuati in perpetuum, secundùm naturam suam. Alibi scribit Bald. in consi. 24. Subtiliter. colum. 2. circa medium. libro 4. quòd emphyteusis præsumitur præscripta secundùm id, quod in regione frequentatur per maiorem partem.

Decimo limitatur non procedere in correlatiuis; quia con-

71 suetudo † disponens super vno correlatiuorum, extenditur ad alterum. Ideo consuetudo disponens, quòd si maritus relinquat vxorem suam dominam, massariam & vsufructuariam bonorum suorum, existentibus liberis, censeatur tantum reliquisse alimenta, iuxta not. in auth. hoc locum. C. si secun. nupser. mul. habet locum & extenditur talis consuetudo. & econtra, quòd si vxor relinquat maritum dominum, massarium & vsufructuarium omnium bonorum suorum, censeatur tantum reliquisse alimenta. Bald. in dicta authen. hoc locum. in fin. quod dictum pro singulari refert & sequitur Ias. in l. fin. col. 2. versi. 6. facit C. de indicta vidui. tollen. & in consi. 112. col. pen. ante med. libro 1. Rochus de Curte in repe. d. c. fi. char. 34. col. 2. in prin. in parua impressione, Curt. senior in consi. 11. col. 3. Confirmari potest hæc limitatio ex eo, quod scribit Curtius senior in dicto consilio 11. Statuto Parmensi. vbi statutum, quòd maritus non possit relinquere vxori vltra centum, habet etiam locum in vxore, quòd non possit relinquere marito vltra centum. sequitur Ias. in dicto consilio 112. libro primo. Crotus in l. omnes populi. columna 37. versiculo noua conclusio. ff. de iusti. & iure. Ripa in rubrica. ff. de acquiren. p ossessio. columna 3. Quod tamen dictum videtur dubitabile: & in contrarium adduco Soci. in consilio 74. columna 2. post med. libro 3. vbi respondet ad fundamentum

72 correlationis, † quod procedit respectu eiusdem actus, non diuersi, puta si statutum prohibet maritum relinquere vxori vltra centum, censetur etiam vxor accipere vltra illa centum, sed dicere, quòd etiam vxor censeatur prohibita relinquere vltra centum marito, ista videntur omnino diuersa. Eandem responsionem & declarationem tacito Socin. voluit Curtius iunior in consilio 6. columna 6. post med. & sequen. Rursus contra hanc limitationem adduco dictum Bal. in c. 1. colum. 1. post med. qualit. domi. proprie. feud. priue. vbi, si emptor renunciat remedio l. 2. C. de rescind. vendi. non tamen censetur venditori illi renuntiare, per l. si vnus. §. in summa. ff. de pact. & l. iubemus. C. ad Velleian. & sic vult Bald. quòd in materia stricti iuris, prout est contractus, dispositio facta in vno ex correlatiuis, non trahitur ad alterum, quando possunt separari, quod dictum pro singulari refert & sequitur Deci. in consilio 213. columna 2. versi. & ad hoc facit. & in c. translato. col. pen. in fi. de constitu. in secunda lectu. Tertio in specie huius dicti Bal. in d. authen. hoc locum. in fin. quòd non procedat, adduco Curtium iuniorem in cons. 6. col. 6. vers. non obst. aliud. vbi, quòd istud dict. Bal. potest reprobari.

73 Plane hæc decima † limitatio videtur satis rationabilis, & æqua, quando consuetudo non esset contra ius, & esset laudabilis, & rationabilis, & eadem videretur ratio in vtroque ex correlatiuis, prout in dict. Bal. in d. auth. hoc locum. quia illa consuetudo non est contra ius, sed interpretatiua iuris, rursus est laudabilis, & rationabilis, cum inducta fauore liberorum, & eadem videtur ratio in vtroq; ex correlatiuis. Confirmo hoc dict. Bal. ex eo quod scribit Ange. in consilio 109. Quidam patronus Vannis. vbi, quòd consuetudo, de qua in d. authen. hoc locum. habet locum etiam in matre testatoris; quia si filius relinquit matrem suam dominam, massariam & vsufructuariam bonorum suorum, existentibus liberis testatoris, mater solum habebit alimenta. Idem voluerunt Bald. & Imol. in l. Titia. §. fi. ff. de lega. 2. Ias. in consilio 44. columna 4. in fin. lib. 1. vbi Ias. idem voluit etiam in cognata testatoris: & licèt Corn. in consilio 210. in primo dubio. libro 3. arguat contra hoc dictum de matre testatoris, tamen dicit, quòd in decisionibus non audet recedere a sententia Doc. & sic præsupponit hoc dictum esse communiter approbatum, licèt

ibi

Source : BIU Cujas

ibi de consi. Ang. mentionem non faciat Ias. in dicto consi. 44. Itaque si extenditur dicta consuetudo ad personas, in quibus nulla cadit correlatio, quanto fortius extendi debet ad personam vxoris correlatiuam ad maritum? Ad quod argumentum vellem respondisset Curt. iunior in d. consi. 6. col. 9.

74 Vndecimo † limitatur non procedere in consuetudine laudabili, non onerosa, & quæ non sit contra ius, sed præter ius; quia illa extenditur ad casus similes eiusdem rationis. dicta l. de quibus. ff. de legibus. l. 1. C. quæ sit longa consuetu. facit tex. in l. non possunt. ff. de legibus. Inno. in c. dilecto. colum. 3. de offic. Archidia. & isto casu procedant, quæ dicunt Doct. supra alleg. in decimatertia differentia in prin. tradit Rochus de Curte in repe. dicti c. fi. char. 32. col. 1. vers. ex præmissa conclusione. & col. 3. versic. prima est conclusio. secundùm paruam impressionem. Cur. iunior in prima parte tract. feu. quæstione 3. col. 3. in fi. char. 4.

75 Sed hic quæro † circa hanc vndecimam limitationem, Quid si consuetudo non sit contra ius, ita ꝙ ius in totum corrigat, nec etiam sit præter ius: sed sit exorbitans in aliquo derogans iuri communi (sic enim dicitur ius exorbitans,) quãdo in totum ius non abrogatur, sed in aliquo ei derogatur. Corn. in consi. 174. col. 2. libro 4. Crotus in l. omnes populi. colum. 39. vers. pro complemento. ff. de iusti. & iur. an talis consuetudo exorbitans extenderetur ex identitate rationis. Old. in consi. 237. Perlectis. sentit, ꝙ sic, dum dicit, quòd ibi consuetudo exorbitans, per quam feudum, quod de iure feudorum primogenito tantum debetur, diuidi potest, non extenditur ad prælegatum, vt prælegari possit in testamento; quia in prælegato non militat eadem ratio; quia in diuisione voluntaria interuenit consensus duorum, sed in prelegato consensus vnius tantùm, idest prælegantis. Sentit ergo, ꝙ si in alio casu eandem ratio militaret. ad eum fieret extensio. Sed puto, ꝙ consuetudo extendi non debeat, siue in totum sit contra ius, siue a iure exorbitet. l. ius singulare. l. quod verò contra. ff. de legibus. reg. ea, quæ. de reg. iur. lib. 6. habetur in l. si constante. vbi Ias. col. 13. ff. solu. matri.

76 Secundo † considero, ꝙ si dispositio expressa iure communi exorbitans non extenditur ex identitate rationis, multo minus extendetur consuetudo, quę dicitur ius tacitum. §. ex non scripto. Instit. de iure natu. gen. & ciui. in tacitis enim non ita fit extensio, sicut in expressis. glossa in clemen. sępe. in verbo, partibus. circa fin. de verbo. significatio. vbi tacitus consensus in aliquibus actibus iudicij, ꝙ ordinarie procedatur, nõ præiudicat in actibus futuris, quo minus possit pars instare, ꝙ summarie procedatur, quando in eius fauorem summarie procedi debeat, secus si pars ab initio expresse consenserit, quòd ordinarie procedatur; quia
77 tunc pœnitere non poterit, & sic tacitus † consensus restringitur ad actus præteritos, in quibus quis consensit, secus in expresso, qui extenditur etiam ad futuros, tradit Roma. in consi. 133. In præsuppositio casu. Actus enim facti non sunt sic large interpretandi, sicut expressi, sed eatenus quatenus se extendunt actus, ex quibus resultant. l. prima §. Iulianus. & quod ibi not. de itiner. actuque priua. l. fina. C. ne filius pro patre. l. voluntarie. C. de excusatio. tutorum. ita arguit Paulus de Castro in consi. 334. Visa appellatione. columna tertia. circa medium, versiculo. tamen aduertendum. libro primo, tradit Abb. in c. quoniam contra. col. fin. de probationibus. Alexan. & Deci. in l. 1. §. 1. super glo. in vers. si quis. ff. quod quisque iuris. Deci. in c. 1. colum. 21. in versi. vlterius & tertio contra communem. de iudic. in c. in præsentia. col. 12. versi. alia tamen fuit solutio glossę. de probationibus. & in c. dilecti. 2. in 2. notab. de appella. Ias. in l. cum quid. col. 3. post med. versicu. quarta conclusio. ff. si certum petatur.

78 Tertio † considero, ꝙ in casu Oldr. in d. consi. 237. Consuetudo potius erat correctoria iuris communis feudorum, quàm exorbitans; quia in totum derogabat iuri volenti feuda dignitatum diuidi non posse: constat autem ius correctorium difficilius extendi, quàm ius exorbitãs. Corn. in consi. 82. col. 3. vers. constat autem. & in consi. 188. col. 2. lib. 2. fieret tamen extensio consuetudinis exorbitantis a iure communi, quando talis consuetudo esset fauorabilis: quia in exorbitantibus fit extensio, quando materia est fauorabilis. glo. in l. illud. in fin. C. de sacrosan. eccles. tradit Ias. post Alex. in d. l. si constante. col. 13. in vers. secundo limita. ff. solut. matri. & in l. filius familias. §. diui. col. 9. vers. sed ad hoc fundamentum. ff. de legat. 1. Similiter materia dispensatio-
79 nis † dicitur exorbitans; quia per eam vulneratur ius commune in casu, in quo conceditur dispensatio, & tamen si contineat causam fauorabilem, puta quia concernat fauorem religionis, vel animæ, in ea fit extensio. Dec. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 8. vers. similiter gratiosa videtur. de iudi. post Aret. ibi, & dictum fuit supra in prima limitatione: & fuit extensio in materia fauorabili, licèt stricti iuris, etiam quòd ille fauor non respiciat vtilitatem publicam principaliter, sed secundario, prout in statuto, per quod agnati aut affines inuicem litigantes coguntur compromittere. Nam large interpretatur & extenditur ad agnatos, & affines improprie & tamen respicit vtilitatem publicam principaliter, immo ipsorum litigantium, licèt secundario etiam vtilitatem publicam, quia reipublicæ interest subditos habere locupletes, & litium sumptibus non vexari, ita in tali statuto tradunt Baldus, Alexand. & Paul. in l. qui se patris. C. vnde liber. vbi Deci. colum. penul. Ias. colum. 24. Alex. in l. 1. §. lex Falci. ff. ad legem Falcidiam. & in consi. 125. col. pen. lib. 7. Ias. in d. l. de quibus. col. 5. in l. prætor. §. prætor. col. 2. ff. de eden. & in consi. 76. col. 2. lib. 3. Rochus de Curte in d. c. fin. char. 35. in octaua limitatione. Idem in alio statuto concernente vtilitatem publicam etiam secundario, quod extenditur tãquam fauorabile ad casum improprium, vt per Ias. in dicta l. si constante. in prin. colum. 13. in fin. versiculo 2. limitat. in l. properandum. in prin. columna. 3. C. de iudi. in l. fratres. col. 3. C. de inoffi. testamen. Addo Bal. in consi. 286. Super primo puncto. vers. super 6. lib. 3. licèt Ias. dicat se neminem inuenisse illud ponderantem. Rursus fieret extensio in materia exorbitanti ex identitate rationis, quando ratio esset expressa, vel pro expressa haberetur; quia vnica tantum posset assignari, per ea, quæ infra dicam in 13. limitatione.

80 Duodecimo † limitatur non procedere, quando vnus casus comprehẽditur sub alio, secundùm communem vsum loquendi; quia tunc consuetudo extenditur ad illum casum. Puta stante consuetudine, ꝙ in successione decedẽtis ab intestato masculi præferantur fœminis. Pone ꝙ decedat pupillus, qui propriè non dicitur intestatus, sed intestabilis; quia testari non potest, an ad eum extendetur consuetudo? Certe sic, si probetur, ꝙ secundùm communem vsum loquendi, etiam in pupillo verificatur verbum, intestatus. per ea, quæ habentur in l. 1. ff. de suis & legitim. in l. generaliter. in princi. C. de institutionib. & substitutio. Corn. in consi. 318. col. 2. circa med. lib. 1. & in consi. 106. col. 1. ad fin. libro quarto.

81 Decimotertio † limitatur non procedere, quando casus, ad quem fit extensio, comprehenditur sub casu expresso saltem ex lata significatione vocabuli: quia ad talem casum extenditur consuetudo etiam contra ius, aut a iure exorbitans. l. filium habeo. ff. ad Macedonia. puta, stat consuetudo, quòd masculus excludit filiam: certe extendetur ad nepotem ex filia; quia appellatione filij nepos comprehenditur, large sumpto vocabulo. l. liberorum. vbi Barto. ff. de verborum significationibus, & Moder. in l. venia. C. de in ius vocan. Roman. in consi. 129. Licèt magna. Rochus de Curt. in repetitio. dicti c. fina. char. 33. colum. 3. versicu. limitatur tamen primo. Eandem limitationem sequitur Gozadinus in consi. 90. colum. 4. post medium. Sed contra
82 hanc † limitationem videtur facere; quia ad hoc, vt in correctorijs fiat extensio ad alium casum, duo videntur necessaria. Primum, quòd ratio sit expressa. Secundum, quòd alius casus comprehendatur sub expresso, saltem ex larga significatione vocabuli. Imola in clementi. 1. de electionibus. Alexan. in l. peregre. §. 1. col. 1. ff. de acquir. possess. Barba. inter consilia Calca. in consilio 28. col. 9. Corn. in consi. 198. colum. pen. lib. 4. Sed in consuetudine, quod est ius tacitum, non potest dici, quòd ratio sit expressa. Solutio. †
83 Ista decimatertia limitatio procedit in dispositione, in qua vnica tantum ratio potest assignari; quia illa habetur pro expressa. Baldus in l. quamuis. C. de fideicommiss. in l. maximum vitium. colum. 4. C. de liber. præteri. & in consi. 453. Domina Ioanna. colum. 2. in fi. lib. 3. Paulus de Cast. in consilio 251. Visa quadam securitate. colum. 1. post medium. libro primo. Alexander in l. mutum. colum. 3. de acquiren. hæredita. in consi. 34. colum. 1. in fin. Decius in c. suggestum. in secundo notab. de appellationibus in consil. 15. colum. 3. versicu. & licèt Bartolus in l. liberorum. in consi. 64. col. 2. in consi. 188. colum. 2. post medium. Ias. in dicta l. quamuis. in vlti. notabi. C. de fideicommiss. & alibi sæpe Docto. itaque cum ratio habeatur pro expressa, dicuntur cõcurrere illa duo requisita per Imolam & Corneum: & ꝙ sufficiat rationem haberi pro expressa, licèt quo ad verba expressa non sit, vt fiat extensio ad casum, qui sub lata significatione vocabuli comprehendi potest, tenet Alexander in dicta l. si cõstante. in princi. colum. 6. ff. solut. matrimo. in consi. 190. col. 4. versic. præterea dictum statutum emanauit. lib. 2. in consi. 34. columna fina. lib. 5. Ias. in dicta l. de quibus. col. 5. in l. quamuis. colum. 2. C. de fideicommiss. in l. siue apud acta. colum. 2. C. de transactionibus. in consi. 112. in fin. in consilio 118. colum. 4. in princi. libro 1. in consilio 205. colum. 7. post medium. in consi. 221. colum. 5. lib. 2. & in consilio 115. colum. 7. lib. 4. Ripa in dicta l. si constante. columna 16. numero 65. Gozadinus in consilio 59. col. 3. post medium, versicu. 7. negari non potest. Curtius senior in consi. 9. colum. 9. ante medium, versiculo & si quispiam opponat. latius in consilio 81. Maxime. columna 3. vbi Curt. quòd talis ratio præsumpta, quando vnica tantum potest assignari, idem operatur, quòd expressa: ideo ampliat & restringit dispositionem ad limites ipsius rationis, nec distinguit, an vnum contineatur sub altero, late sumpto vocabulo. Amplius multi Doctores simpliciter dicunt fieri extensionem ad casum non expressum, qui sub larga significatione vocabuli contineri potest sub casu expresso ex identitate rationis, nec requirunt, quòd vnica tantùm ratio possit assignari, & quòd illa habeatur pro

Source : BIU Cujas

expreſſa: hoc enim dicit Rom.in conſil. 129. Licèt magna. vbi loquitur etiam in materia, quantuncunque correctoria. Identitatem etiam rationis ſimpliciter conſiderat Socin. in conſilio 129.col.4.verſic.Sexto prædicta confirmantur. Iaſo.in l.Gallus. in princ.col.13.verſ.item inquantum Do.Alexan.ff.de libe.& poſthu.Gozadi.in conſil.103.col.5.in fin. Sed dici poteſt, quòd ratio eadem conſiderari non poteſt, niſi vnica tantùm poſſit aſſignari. Si enim plures aſſignari poſſint, quomodo ſciri poterit, quòd militet eadem ratio,prout arguit,Bart.in d.l.liberorum.ff. de verbo.ſignifi.& quando rationes plures poſſunt aſſignari,ſolùm dici poteſt,ꝙ militat ſimilis ratio, ſed non eadem. Ex præ-
84 miſſis † apparet,ꝙ male videtur locutus Rochus de Curte in repet.d.c.fi.char.33.colum.4.verſ.limitatur tamen primo. vbi poſtquàm firmauit concluſionem, quòd conſuetudo extenditur ad caſum non expreſſum.qui ex larga ſignificatione vocabuli comprehendi poteſt ſub expreſſo,vt in conſuetudine,ꝙ maſculus excludat filiam, quòd extendatur ad nepotem, poſtquàm retulit rationem Iaſ.in d.l.de quibus.col.5.quòd ideo fiat extenſio,quia illa conſuetudo non poteſt habere, niſi vnicam rationem, ſcilicet agnationis conſeruandæ, quæ habetur pro expreſſa, ſubdit Curtius,aliam rationem aſſignari poſſe vltra Iaſ.quia ſcilicet appellatione filię continetur neptis de larga conſideratione, quo caſu fit extenſio,etiam in correctorijs per glo.in d.c.1.de elect. & ſic vult Rochus, ꝙ fiat extenſio in correctorijs ex eo ſolum, ꝙ vnum continetur ſub altero de larga ſignificatione.Sed parcat mihi reuerentia tanti viri; quia ratio per eum aſſignata non eſt ſufficiens,niſi etiam concurrat ratio Iaſ. videlicet, vel ꝙ ratio ſit expreſſa, vel habeatur pro expreſſa, ita quòd militet eadem ratio. Immo ſola identitas rationis poſſet ſufficere,vt infra dicam: & tamen non ſufficeret illud tantum,quòd vnum veniat appel-
85 latione alterius. Aduertendum † tamen circa hanc decimamtertiam limitationem; quia non procederet, quando diſpoſitio eſſet correctoria,& pœnalis ſimul; quia tunc non extenderetur ad caſum, qui de larga ſignificatione vocabuli comprehendi poſſet ſub caſu expreſſo, etiam ex identitate rationis. glo. in cle. vt hi, qui.in verſi. in eiſdem. de æta. & quali.quam pro ſingulari refert & ſequitur Roma.in conſ.150.in propoſita quæſtione.ante finem. Alex. in d. l. ſi conſtante.in prin.colum.4.verſ.3.limita. Dec.in c.tranſlato.colum.1.de conſtitu.Iaſ.l.fin.col.2.in fi.verſic. tenendo iſtam regulam. ff.de in ius vocan.in l. cum quidam. colum.4.verſ.2.principaliter.ff.de libe.& poſthu.& in authen.quas actiones.col.7.C.de ſacroſanct.eccle.Corn.in conſ.217.ante fin. lib.3. Immo iſto caſu non fit extenſio etiam ex maioritate rationis.Socin.in conſi.31.colum.5.in 3.q.lib.1. quod procedit, licèt ratio ſit ſcripta in diſpoſitione.Iaſ.in dicta l.fin.colum.2.in fi.de in ius vocan.in conſi.118.colum.2.in princip. colum.3.in fin.li-
86 bro 1. Sed quæro † iuxta præmiſſa,ad pleniorem declarationem præmiſſorum,Pone, quòd ratio ſit expreſſa in diſpoſitione correctoria, an ſimpliciter fiet extenſio ad alium caſum, an verò ita demum, ſi alius caſus comprehendi poſſit ſub expreſſo de lata ſignificatione vocabuli? Alexan.in l.peregre.§.1.col.2.verſ. non obſtat, ſi pro opi.Cyn.ff.de acq.poſ.& in conſ. 190. Mature.col. 4.poſt medium.verſ.& latius per Domi. Anto.libro 2. quòd requiritur, vt caſus non expreſſus comprehendatur ſub expreſſo, ſaltem ex larga ſignificatione vocabuli. idem voluit Barb. inter conſilia Calca.in d.conſ.28.col.9.Cor.in d.conſ.198. col.pen.lib. 4.Curt.ſenior in conſ.13.col. 3.ante medium, vbi allegant Imo. in l.ſi verò.§.de viro. ff.ſolut mat. Sed contrarium expreſſe tenet Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.col.12.verſicu.circa iſtud notabile.ff.de verbo.obliga.vbi, quòd opi.contra Alexan.eſt verior & communior,ꝙ immo ſufficit rationem eſſe ſcriptam, vt fiat extenſio ad alium caſum, licèt alius caſus de lata ſignificatione vocabuli non comprehendatur ſub expreſſo. Iſtud idem voluit Iaſ.in l.Marcellus.in prin.col. 11.in fi. verſi. quid tenendum. ff. ad Trebel. vbi, quòd fit extenſio in correctorijs ex identitate rationis, quando rō eſt ſcripta in lege,& tanto magis in caſu illo
87 dicit Iaſ. fieri extenſionem, ſcilicet de † Falcidia ad Trebellianicam.Quia appellatione Falcidiæ venit Trebellianica large ſumpto vocabulo, vult ergo idem eſſe, ſi vnum non veniat appellatione alterius,ſaltem large, licèt facilius fiat, quando venit. idem in effectu voluit Iaſ.in l.1.col.2.in fi.verſ.6.facit ff.vt in ius vocan. in d.authen.quas actiones.colum.7.verſ.ſed non recedas a communi regula.d.l.de quibus.col. 5. verſ.puto, ꝙ vtrunque ſaluari poſſit.in d.conſi.121.in fine.lib.1.in d. l.quamuis.colum. 2. poſt medium.C.de fideic.& in §.ſequens.col.3.num.9.Inſtit.de actio.
88 in quibus locis † ſimpliciter concludit fieri extenſionem in materia correctoria ex identitate rationis, quando ratio eſt expreſſa,nec diſtinguit, an caſus ad quem fit extenſio poſſit venire appellatione caſus expreſſi, ſaltem ex larga ſignificatione: & pondera, quòd Iaſ.in dicta autent.quas actiones. columna. 8. verſiculo nec huic fallentiæ,refert Imol. reſpōdere ad gloſſam ſuper quibus ſe fundat Alexan.in dicta l. peregre.§. 1. idem & late tradit Curt. ſenior in dicto conſi. 81.columna 3. & ſequen. vbi ſolum conſiderat identitatem rationis expreſſe, vel quæ habetur pro expreſſa. Idem ſimpliciter tenet Dec.in dicto capitulo tranſlato.in primo not. de conſtit. vbi quòd fit extenſio in materia correctoria ſimpliciter, quando ratio eſt expreſſa,nec diſtinguit, an caſus, ad quem fit extenſio, comprehendatur ſub alio ex larga ſignificatione. Immo ſi Dec.bene ponderetur,expreſſe & clare hoc voluit, dum primo arguit contra Abb. volentem, quòd fiat extenſio in penalibus ex idētitate rationis: nam Dec.arguendo dicit, quòd in iuribus allegatis per Abb. ideo fit extenſio; quia vel illi duo caſus erant æquiparati, vel vnus veniebat appellatione alterius, late ſumpto vocabulo: ſed poſtea tenet Decius opin. Abb. & ſic aperte vult Dec. idem iuris eſſe, licèt vnus caſus non comprehendatur ſub alio, ſaltem large. Idem Ripa in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Trebellianum. vbi, quòd fit extenſio ad omnes caſus, qui ſub ratione expreſſa comprehendi poſſunt, licèt ſequatur iurium correctio.idem tenet Crotus in dicta l. omnes populi.colum.37.verſic. octaua concluſio.Idem voluit Alexan.in l.cum mulier. in quinto notab.per illum text.ff.ſoluto ma-
trimo. vbi, quòd fit extenſio in penalibus, quando ratio eſt expreſſa, nec diſtinguit,an vnus caſus veniat large, ſaltem appellatione alterius.Idem etiam voluit Alexan.in dicta l.multum.col. 3.ff.de acquiren.hęred.in dicto conſ. 34. col.penulti. in fin.lib.5. dum dicit fieri extenſionem ad caſum, qui ſaltem comprehendi poteſt ſub caſu expreſſo,ſaltem de lata ſignificatione,quando
89 ratio eſt expreſſa, pondero † dictionem, ſaltem, quæ eſt implicatiua,implicans etiam alium caſum, qui non comprehenderetur ſub caſu expreſſo de lata ſignificatione. Ioan. And. in c.quia propter.de electio.lib.6.habetur in cap.ſtatutum,§.quia verò.de reſcript.eod.lib.Socin.in conſil.38.colum. 4.poſt medium.verſi. nec eſt verum, quòd prædicta domina Anto.lib.1.Corn.in conſilio 190.in princi.lib.1.Sed contrarium, quòd dictio, ſaltem,nō implicet, tradit Dec.in c. per tuas.in ſecundo notabili, de appellatio. Eandem opinionem, quòd ſimpliciter ſufficiat rationem eſſe expreſſam,vel haberi pro expreſſa,tenet Cur.ſenior in conſil.9.colum.7.ante medium.verſic.& ſi quiſpiam opponat.Rurſus pro hac opinione conſidero rationem,qua Doctor mouen-
90 tur ad tenendum, † ꝙ in correctorijs licita eſt extenſio, quando ratio eſt expreſſa,videlicet; quia tunc non videtur diſpoſitio extendi, ſed intelligi & comprehendi ſub ipſo expreſſo ex ratione & mente.l.nominis,& rei.ff.de verbo.ſignificatio. & ſic iſta dicitur interpretatio intellectiua potius, quàm extenſiua, vt dicit Bald. in dicta l. quamuis. circa principium. C. de fideicommiſ. vbi enim eſt eadem vel maior ratio, non dicitur lex extendi, ſed enucleari. Oldra.in conſi.185.Thema tale eſt, Titius canonicus. in fin.& dicit Calderi.in conſi. 1.in titu. vt lite penden. quòd vbi eſt eadem ratio,non dicitur quis extendendo nouum caſum addere,ſed quod in primo caſu in ratione includebatur,ſecundùm ni-
91 æquitatem, deregere ſeu declarare. Lex enim † dicitur omne, quod in ratione conſiſtit.capit.conſuetudo.1.diſtin.ergo vbi habet locum legis ratio, circa id prodita dici debet lex. Alibi ſcribit Calde. in conſil. 1.in titulo de regular. quòd ratio dicitur lex communis ad omnes caſus,ob id non inſpicitur diſpoſitio,an in ea ſit idem caſus, vel non, ſed ratio tantùm conſideratur. Alibi ſcribit Ioan.de Anan.inter conſil.Pauli de Caſt.in conſilio 261. Viſis.columna ſecunda.ad fin.libro 2. quòd vbi eſt eadem ratio & omnimoda ſimilitudo, non dicitur lex extendi, ſed ille caſus ſub eiuſdem legis diſpoſitione includi,per gloſſam in c. 1. de tēpo.ordi.libro 6.Alibi ſcribit Bald.in cap.dilectus,colum.1.de reſcri. quòd ſicut ſtatutum diſponit in his, in quibus expreſſe loquitur, ita ratio ſtatuti pariter diſpoſitionem inducit. Alibi ſcribit Bald.in d.l.de quibus.ff.de legib.quòd vbi eſt eadem ratio,decidit omnes illos caſus, non per extenſionem. Imò ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies, ob id expreſſo vno caſu veniunt omnes, in quibus viget eadem ratio, quod dictum pro eleganti refert & ſequitur Pau.de Caſt.in conſil.441 Pro declaratione.colum. pen.ad finem libro primo. Iaſ. in l.a Titio.colum. tertia in tertio notabili. ff.de verborum obligatio.in conſi.141.col.5.circa medium.libro ſecundo, & in con-
92 ſil.63.col.4.lib.3. Et quòd non † dicatur fieri extenſio,quando ratio eſt expreſſa in lege,vel diſpoſitione,tradit Dec.in c.quoniam contra.col.18.verſ.ſimiliter ex dicto Cy.de probat.& in c. Secundo requiris.in prin.de appel.Iaſ.in l.cum quidam. col.fin. verſ. tu confirma.ff.de lib.& poſthu. Addo Alexan.in conſ.89.colum.3. circa medium. lib.6.& in conſilio 203.colum.3.lib. 7.Sed iſta ratio & conſideratio Docto.militat,licèt caſus, ad quem fit extenſio, non veniat appellatione caſus expreſſi, ſaltem lato ſumpto vocabulo. Amplius puto,ꝙ licèt ratio non ſit expreſſa, tamen ſi vnica tantum poſſit aſſignari, quòd adhuc fiat extenſio ad caſum,in quo viget eadem ratio, licèt ille caſus non veniat ſub ex-
93 preſſo,ſaltem de larga ſignificatione:quia † Doctores parificant iſta duo, quòd ratio ſit expreſſa, vel quòd vnica tantùm poſſit aſſignari;quia illa habetur pro expreſſa,vt ſupra diximus. & tradit Feli.in d.c.tranſlato.in fi.de conſtitutio. & in d. c. ſi quando. col.8.verſ.conſidera tertio.de reſcriptis.& iſtam parificationem faciunt Doc.etiā in materia correctoria,vt dictū eſt:vna tantùm

videtur,

Source : BIU Cujas

94 videtur differẽtia inter † rationem expressam & tacitam, quòd vbi ratio est expressa, facilius fit extensio, quàm vbi expressa non est; quia vbi non est expressa, opus est laborare & inuestigare, quæ ratio potuerit mouere disponentem ad sic disponendũ,
95 & an vnica tantum ratio potuerit eum mouere. Illa tamen † ratio in dubio coniecturanda est in statuto, quæ potuit mouere principem ad ita statuendum. Abbas in cons. 75.col. 3.lib. 1. & in consi.79.col.2.lib.2.allegat glossa in l.tale pactum. in fin.ff.de pactis.Bald.in l.scire oportet.ff.de excus.tuto.Alibi scribit idem Abb.in consil.1.col. 3.versic. vltimo adduco.libro 1.q vbi ratio non est expressa in lege,vel in statuto,debemus considerare qua ratione motus fuisset sapiens ad ita statuendum. Sed in eiusmodi interpretatione rationis, aut ea præsumenda, quomodo sapiens moueri potuerit,nunquàm non erit inter aduocatos contentio. Ad rectitudinem igitur iudicantis erit, omnia diligenter
96 inquirere,& prę omnibus † respicere eum oportet ad rationem naturalem, quę sola est certa & indubia,& habetur pro lege scripta, & æquitate scripta. Bald.in consil.473. Circa quæstionem. col.fina.lib. 5.vbi etiam, q ratio naturalis idem est, quòd iustitia naturalis. Alibi scribit idem Bald. in consilio 38. Dominus Thomas. colum. 2.libro 1. q ratio naturalis cuncta recte disponit, & vix reperitur aliquid contra rationem naturalem, quod non remordeat conscientiam, allegat glo. magnam in l. in hac. ff.de tritica. Alibi scribit Bal.in rub.C.si ex falsis instrumen.col.3. q nec maior,nec certior est ratio in mundo,quàm ratio naturalis:ratio enim naturalis est potissima in qualibet interpretatione. Bald.in tit.de pace Constan. in versi.per aliam personam.allegat Cyn.in l.non dubium.circa fi. C.de legib. Alibi scribit Bald. in l. quotiens.circa prin. C. de suis & legiti. q virtus legis consistit in ratione naturali, cum lex se speculetur in natura. §. adoptio. Instit.de adoptio.tradit Ias.in consi.50.colum.2.lib. 3.& ab ista ratione naturali licitum est arguere,licèt lex deficiat. d.l.scire oportet.c.secundò requiris.in fi.de appella. glo. in c.consuetudo 1.distin.Abb.in cons.66.in 2.dubio libro 1.Præmissa tamen conclusio, q consuetudo etiam correctoria iuris communis extenditur ad alium casum, quando ratio est expressa, vel pro expressa habetur, patitur aliquas limitationes, de quibus per Ias. in dicta authen.quas actiones.col. 7.vbi ponit tres fallentias, & idem Ias.
97 in auth.non licèt. col.2. C.de libe.præte. Sed aduerte, dum † Ias. voluit legem pœnalem aut correctoriam taxatiuè loquentem, non extendi, licèt ratio sit expressa: nam contrarium in hoc tenuit idem Ias.in cons.118.col.3.in fi.libro 1.vbi voluit, q immo fiat extensio, non obstante taxatiua, modo lex non sit pœnalis & correctoria simul. Sed puto extensionem non fieri in correctorijs,aut odiosis,licèt ratio sit expressa, quando dispositio taxatiue loquitur, quinimo etiam cessante taxatiua non semper fit extensio,propter rationem expressam in correctorijs, aut odiosis,maxime quando odium non est rationabile. Corn. in consil. 90.col.pen.vers.nec obstat,q ratio.& in consi. 97. circa fin.lib.3. circa statutum excludens fœminas propter masculos fauore agnationis, q non extenditur ad omnes masculos,& omnes casus, in quibus militat fauor agnationis, sed sæpius restringitur, etiam q vnum veniat appellatione alterius de lata significatione vocabuli,vt habetur per Alex. & Moder.in l. 1.de succes. edi-
98 cto.& idem Alexan.in consi. 97. lib. 2. Decimoquartò † limitatur dicta conclusio,vt non procedat,quando duo ęquiparantur a lege antiqua; quia tunc consuetudo superueniens & disponẽs in vno extenditur ad aliud.glo.Bar.& Doct.in l.si quis seruo persuaserit.per illum tex.C.de furt. iuncta l.non tantùm. ff. de seru. corru. vbi, q hoc procedit etiam in pęnalibus, multo magis in correctorijs, tradit Ias.in dicta authen.quas actiones.col.5.versi. 3.pro opi.Pla.& col.7.vers.secundo principaliter limita. & idem Ias.in l.si arrogator.col.antepenulti.vers.sed redeundo ad principalem.q.ff.de adopt.in l.transigere.colum. 5. vers. secundo moueor.C.de transact.& in l.1.col.5.& col.7.ff.de leg. 1. Rochus de Curte in repe.dicti c. fi.char.34.colum. 2.versic.tertio limitatur. in parua impressione. in quibus locis habetur, q istud procedit etiam in materia correctoria, aut pęnali,& q procedat in materia pęnali,tradit Ias.in §.ex maleficijs.colum.8.num.39.Instit.de actio.per glossam in c.si postquam.in gl.fin.de elect.lib.6.& in c. de multa.in versic.in eadem ecclesia. vbi Abb.de præben. idem tenet Deci.in cap.causam, quæ. colum. 3. vers. sed respondetur. de iud.& in c.secundo requiris. col. fi. de appella. Addo Abb. in
99 cons.75.col.3.libro 1.Sed contrarium, q in pęnalibus correctorijs † aut odiosis non fiat extensio, & quòd lex noua disponens super vno ex æquiparatis per legem antiquam non extendatur ad aliud tenent Iacob.de Rau. Pet.& Cyn.in l.non sine.C.de bo no.quæ liber.per illum text.quod dictum pro singulari refert & sequitur Soci.in consil.150.col.21.versi.benefacit,quod singulariter,num.38.lib.1.Idem tenet Ioan.de Ana.in cons. 27. colum. 2.per tex.in l.fi.C.de sac.sanc.eccle.iuncta authen.quas actiones. Nam in dicta l.fi.ciuitas & ecclesia æquiparantur in materia prę scriptionis,& tamen ius nouum dictę authen. corrigens in vno, non trahitur ad aliud, secundùm communiter Doct. & q ista limitatio non procedat in correctorijs,voluit Ias.in l.Marcellus. in prin.colum.7.versicu.secundum principale. ff.ad Trebel. allegat glo.in §.fin.in vers.placuerit.& ibi Angel.de Are.Institu.quibus.ex cau.manumi.non licèt.ex quibus patet Ias.fuisse sibi con-
100 trarium in hac materia. Quid tenendum? Placet † prima opinio, q fiat extensio, quæ opin. videtur communis. Nec obstat text.in dicta l.fina.C.de sacrosan.eccle. iuncta authen. ibi posita, quia respondetur, q licèt ecclesia & ciuitas essent parificatæ in materia præscriptionis, per dictã l.fin.tamen illa parificatio non erat simplex & vniuersalis, quo ad omnia, sed in quatuor casibus tantum, de quibus, quando æquiparatio non est vniuersalis,non fit extensio in lege correctoria, postea superueniente. Ita declarat Mattheſil.in suo tracta. extensi.colum.2. & hanc declarationem aut responsionem refert & sequitur Ias.in authen.nouissima.col.11.& in l.fi.col.fi.C.de inofficii. testa. Eandem responsionem aut declarationem voluit Soci.in consi. 275. col. 5.post
101 medium versi.confirmatur;quia licèt ciuitas.lib. 2.vbi ad † hoc vt fiat extensio in pœnalibus, propter æquiparationem duorum casuum requiritur, q æquiparatio sit facta quo ad omnia per glo.in c.1.vers.sanè.de voto.libro 6.& in c.constitutus.versi. prorogamus.de regular. eod. lib. Eandem responsionem & declarationem voluit Alex.in l.Gallus. §. & quid si tantùm. col. 4. super glo.in versicu.emancipatus.ff.de lib.& posthu. Sed contra hanc responsionem obstare videtur; quia immo videtur sufficere, q fiat æquiparatio in materia, de qua agitur, vt fiat extensio in eadem materia, licèt non fiat in alijs casibus non æquiparatis.glo.in c.1.in vers. declaramus.ne cle. vel monac.libro 6.vbi Gemi.Ad idem glo.in c.licèt Canon. in vers. paroecialis. & in c. si postquam.§.fi.in glo.pen.vbi Gemi. de elec.lib. 6. pro hoc tex. in l.furiosi.C.de nupt.quem pro singulari ad hoc citat Roma.in consi.179.Amplissime Doctor.columna quarta.versi. 3.respondetur.tradit Ias.in l.2.col.pen.ff.de iureiuran. in d. l. si constante. colum.5.ff.solut.matrimo.in l.transigere.colum. 5. C.de transactio.in §.ex maleficijs.col.9.in fin.nume.44. Institut. de actio. & consil. 118.colum.4.circa med. libro primo. Ideo saltem in illis quatuor casibus,in quibus erat facta æquiparatio ecclesiæ &
102 ciuitatis fieri videbatur extensio. Videmus † etiam, quòd argumentum a simili vt procedat, non requiritur, quòd sit similitudo quo ad omnia, sed sufficit esse similitudinem in casu de quo agitur l.fi.C.de collatio.quem tex.ad hoc dicit meliorem de corpore iuris Ias.in l.2.§.& harum.colum.5.& in l.4. §. fina.col.3 ff. de verbo.obliga.& in l.creditori.colum. fina.de oper. noui nuncia. vbi alia etiam citat iura. Aliam & secundam responsionem ad dicta l. fina. & authen.ibi positam, quòd ideo ius nouum illius authenti. correctorium non extendatur ad ciuitatem, quæ erat æquipatata ecclesiæ per dicta l.fin.tradit Imol.in dicta l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri.in 5.fallentia,circa materiam extensionis in correctorijs, quia si fieret extensio, illa esset de persona ad personã,nõ de casu ad casum,sed de persona ad personãnõ fit extẽsio,licèt fiat de casu ad casum.Aret. & Mod. in l.Gallus. §. & quid si tantùm. colum. 5. ff.de liber. & posthum. per text.in l. si quis ita. §. penulti. ff. de testamen.tutel. & hanc responsionem. Imolæ refert & sequitur Alexand.in consilio 171.colum.secunda. libro 7. & pondera, quòd licèt ecclesia, aut ciuitas videatur persona ficta; tamen idem iuris videtur quo ad extensionem, quod in persona vera. Sed ista responsio videtur peior prima; quia Bartolus & alij in dicta l. si quis seruo. C. de furtis, volunt dicta ibi in seruo extendi ad filium: quia in illa materia seruus & filius erant æquiparati per legem antiquam. l. non tantum. ff.de seruo corrupt. & sic patet fieri extensionem etiam re-
103 spectu personarum. Tertiam igitur † responsionem tradit Bal. in d.authen.quas actiones. col.2.post Guliel. & Cyn. quòd ideo dispositio dictę authen.correctoria,loquens in ecclesia,non trahitur ad ciuitatem, text.in corpore, vnde sumitur illa authen.videlicet in auth.de ecclesia.tit. §.pro temporalibus autem, loquitur taxatiue,nimirum si extensio non fit impediente taxatiua: & hanc responsionem sequitur etiam Alex. in d.cons. 171.colum. 2. lib. 7.& de taxatiua, q impediat extensionem, dictum est supra.Sed nec ista responsio valet; quia taxatiua in d.§.pro temporalibus autem. non refertur ad ecclesia, ita quòd in ecclesia tantùm locum habeat illa præscriptio, sed refertur ad præscriptionem in fauorem ecclesiæ,videlicet, quòd contra ecclesiam currat præscriptio sola 40. annorum, itaque illa taxatiua nihil impedit, quominus dispositio illius authen. extendi possit ad ciuitatem, bene impediret maius aut minus tempus præscriptionis ꝯ ciuitatem, si ad eam fieret extensio, sicut impedit in ecclesia.
104 Quartam † responsionem tradit Pau.de Cast. in consi. 441. Pro declaratione.col.pen.in fin.libro primo, & in consi. 472. In causa capturę.colum.3.post med.eodem lib.quòd licèt ecclesia & ciuitas essent similes in præscriptione; rationes tamen erant diuersæ; quia in ciuitate inducta erat præscriptio centum annorum fauore publicæ vtilitatis, aut alia ratione. In ecclesia autem fauore religionis, nimirum si non fit extensio ob diuersitatem rationis. Sed nec ista responsio valet;quia ius antiquum

Source : BIU Cujas

eas non æquiparaſſet, ſi non pari fauore dignæ fuiſſent. Rurſus vult Pau. inferre, ꝙ ideo in ciuitate correctum, ne forte quaſi fauore maiori digna ſit, quàm eccleſia, quod eſt abſurdum: cum
105 etiam † in religione verſetur ius publicum. l. 1. §. 1. ff. de iuſti. & iure. & quilibet de populo agere poteſt, vt diſpoſita ad pias cauſas obſeruentur. l. Mela. C. de epiſco. & cleri. Ioan. de Ana. in conſil. 30. in princ. Roma. in conſi. 69. colum. 1. not. Bart. in l. ciuitatibus. ff. de lega. 1. Hanc tamen reſponſionem Pau. de Caſt. ſequitur Alexand. in conſilio 89. colum. 2. circa medium. lib. 6. quia fauor publicus & pius ſunt diuerſi ſpecie, licèt ſimiles, & ſic non militet eadem ratio, ſed ſimilis tantum: ſed hic quòd etiam fauor pius dicitur publicus, & ſic non eſt diuerſitas in ſpecie.

106 Quintam † ego ſolutionem conſideraui, quòd in dicta l. fin. & authenti. ibi poſita non videtur differentia inter eccleſiam & ciuitatem, ob id quod non opus fuit extenſione, alia conſideran do hoc modo diſpoſitio illius l. fi. non procedit in omnibus ciui tatibus, ſed tãtùm in ciuitatibus habẽtibus iura regalia aut fiſca lia. Aret. in conſ. 153. Conſultatio. col. fi. verſ. 3. præmitto. Corn. in conſ. 268. col. 10. verſ. non enim obſt. quod primo loco lib. 4. Pet. Laurentius de Lutis in ſubſcriptione ſua ad conſi. Soci. 86. In cauſa communitatis col. pen. libro primo, ſed quo ad eccleſiã d. l. fi. locum habebat in omni eccleſia, & in omni loco pio quo ad illos quatuor caſus, de quibus in d. l. fina. & ſic eccleſia magis erat priuilegiata, quàm ciuitas, cum non omni ciuitati tale priui legium competeret, ob id quando ſuperuenit ius nouum authenticorum corrigens ius Codicis quo ad illam præſcriptionẽ centenariam in eccleſia, non fuit neceſſe illud extendere ad omnes ciuitates: cum non omnes ciuitates priuilegio illo gaudeant.

107 Et ſi dicas, quare non fuit † extẽſum illud ius nouum correctorium ad ciuitates habentes iura fiſcalia, & eccleſiæ æquiparatas? Reſpondeo, ꝙ ſicut legiſlator per ius nouum authenticorum re ſeruauit illud priuilegium præſcriptionis centenariæ in eccleſia Romana, ſic voluit, ꝙ ciuitates habentes iura Cæſaris pari gauderent priuilegio, & ſic argumentum contrarium procederet, ſi ius nouum ſuperueniẽs in totum corrigeret ius antiquum: quia tunc videretur extendi etiam ad alium caſum æquiparatum per legem antiquam: ſed text. in dicta authenti. quas actiones. non corrigit ius Codicis in totum: cum reſeruet priuilegium eccleſiæ Romanæ generaliter, nedum in dictis quatuor caſibus, ob id conueniens fuit, quòd aliquæ ciuitates tam excellentes iura Cæſaris obtinentes pari gauderent priuilegio, ſaltem in illis quatuor caſibus: & iſta reſponſio mihi quidem magis placet, & ma gis videtur arridere, quàm aliqua alia ex ſupradictis. Cogita tu de meliori.

108 Ex præmiſſis igitur † habetur concluſio, quòd etiam in conſuetudine aut lege noua correctoria, fit extenſio in his, quæ per legem antiquam ſunt æquiparata de vno ad alterum, licèt lex aut conſuetudo correctoria de altero tantùm loquatur. Quæ ta men concluſio limitationes aliquas ſuſtinet & declarationes.

109 Primò † igitur limitatur, vt non procedat in perſonis æquipara tis per legem antiquam: quia lex noua aut conſuetudo correcto ria diſponens ſuper vna non extenditur ad alteram. Alexan. in d. conſi. 171. colum. 2. lib. 7. poſt Imol. in d. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrimo. Sed iſtud dictum ſupra proxime reprobaui.

110 Secundò † limitatur, quando lex aut conſuetudo correctoria taxatiue loqueretur in vno tantùm ex æquiparatis; quia ad aliud extenſio fieri non poteſt. Bal. poſt Guliel. & Cyn. in d. auth. quas actiones, col. 2. Alexan. in d. conſi. 171. col. ſecunda poſt medium libro 7. Iaſ. in d. authenti. quas actiones. colum. 7. verſicu. 2. limitatio. & in authen. non licèt. colum. 2. C. de liberis præteritis. & licèt ſupra proxime reprobauerim hoc dictum in tertia reſponſione, tamen non reprobaui; quia dictum in ſe verum ſit, ſed quòd non conuenit reſponſioni factæ ad contrarium. d. l. fina. C. de ſacroſan. eccleſijs. cum ſua authenti. iuncta gloſſa. Vbi enim fieret aliàs extenſio, illa ceſſat propter verba taxatiua, quæ extenſionis dicuntur excluſiua. l. qui aliena. §. libertos. ff. de nego. geſt. l. qui ſella. §. qui actum. l. inter actum. l. certo generi. & l. Lucius. in verbo, digitum vnum. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. ſi ſic. & l. ſi quis alia. ff. quemad. ſerui. amit. l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. lega. l. 3. C. de patri. qui filios diſtra. Inſti. de vſucap. in princi. cap. ſi duo. de procur. lib. 6. l. fina. vbi Pau. C. de legibus. l. 2. §. 1. ff. de vſu
111 & habita. glo. in l. rationes. C. de probatio. habens † enim verba taxatiua implicitam in ſe negatiuam, quòd aliter fieri non poſſit c. cum eccleſia Sutrina. vbi gloſſa de cauſ. poſ. & proprie. Vbi Ioan. Andreas poſt Goffre. in verſicu. tantum. & adeo verba taxatiua extenſionem non ferunt, quòd reſtringunt etiam actum fauorabilem. l. penultima. C. de legat. Baldus in conſi. 262. Recolo. in fin. libro primo, quod eſt repetitum in conſilio 456. libro quinto. ſed hoc dictum reprobatur infra numero 64. Hinc videmus, quòd vbi ſubſtitutio vulgaris fit per verba taxatiua, in ea non continetur tacita pupillaris. Fulgo. Alexand. & Deci. in l. quamuis. columna prima. C. de impub. & aliis ſubſtit. Deci. in conſilio 332. colum. 2. circa medium. Socin. in l. 1. colum. 53. ver-
112 ſicu. 8. ff. de vulga. & pupilla. Iſta ſecunda limitatio † recipit aliquas declarationes & ſublimitationes. Primò enim ſublimitatur, vt non procedat, quando taxatiua apponitur circa id, quod aliàs iam erat diſpoſitum; quia tunc nihil operatur, nec impedit extenſionem l. ait prætor. §. interdum. ff. de nego. geſt. iuncta glo. vbi gerens negotia alterius deſerta, & derelicta, quæ alius geſturus non erat, tenetur de dolo tantùm, addit glo. & de lata culpa, quæ dolo comparatur, per l. quod Nerua. ff. depo. Ecce licèt tex. loquatur taxatiue, ꝙ geſtor teneatur de dolo tantùm, tamen extenditur ad latam culpam, quæ dolo æquiparatur: & per illum tex. cum glo. Calca. in conſi. 26. col. 2. in fi. generaliter dicit, quòd vbi duo caſus parificantur per legem antiquam, lex noua diſponens ſuper vno, etiam taxatiue, non impedit extenſionem fieri ad alium caſum parificatum. Sed certe iſtud dictum Calca. ita ſimpliciter intellectum procedere non poteſt, ſed debet intelligi, quando lex noua diſponit taxatiue ſuper eo, ſuper quo per legem antiquam iam erat diſpoſitum; quia tunc taxatiua nihil operatur. ita declarat Bald. in conſ. 351. Ioannes & Federicus. ad fin. lib. 5. Propterea infert, ꝙ ſi in compromiſſo detur poteſtas arbitro pronuntiandi de iure tantùm, illa dictio tantum, nihil operatur, ex quo de iure aliter pronuntiare non poterat. Ad idẽ allegat Bald. tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi menſor falſum mo. dixer. vbi tex. dicit, quòd minor ſolum tenetur de dolo, poſtea ſubiungit, ꝙ lata culpa dolo æquiparatur: & ſic tenetur etiam de lata culpa: quia iam ante de iure conſtitutum erat, vt qui de dolo tenetur, is etiam & latæ culpæ nomine teneatur. d. l. quod Nerua. & niſi fieret extenſio ad latam culpam, ſequeretur iuris correctio, aut exorbitantia à iure induceretur, & ſic firmari poteſt concluſio
113 in hac prima ſublimitatione, † quòd dictio taxatiua non impedit extenſionem, quando aliàs induceretur correctio iuris. quod etiam voluit Bart. in d. l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. lega. vbi ſi vnum ſtatutum pro maleficio imponit pœnam mille librarum, aliud ſtatutum pro eodem maleficio imponit pœnam quingentarum librarum tantùm, per hoc non cenſetur correctum aliud ſtatutum imponens pœnam mille librarum. cum ſimil. vt per Alex. in l. 1. C. de bon. poſſeſſ. contra tabul. Aretin. in conſilio vigeſimo ſeptimo, columna penultima in fin. verſicu. præterea per tacitos. Corne. in conſi. 172. columna tertia, verſicu. hinc aliàs du bitatur. libro 4. Deci. in l. 1. colum. 18. circa princ. verſicu. vltimo non obſtat dictum Barto. ff. de offi. eius. & in l. 1. colum. 3. C. de bon poſſeſſ. contra tab. vbi, quòd hoc procedit, licèt verba ſint geminata; quia adhuc per ea non inducitur correctio, quod etiã voluit idem Deci. in conſi. 281. in fi. allegat Alexand. in conſilio 130. In cauſa Strazarolum. colum. 2. verſi. nec obſtat, quòd ſtatutum. lib. 4. licèt contrarium videtur velle idem Deci. in conſi. 2. colum. pen. poſt med. verſ. poſtremò concluſio, & quòd per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris, voluit Rom. in conſ. 456. col. 1. poſt med. Dec. in conſ. 87. col. fi. Iaſ. in d. l. 1. col.
114 fin. C. de bon. poſſeſſ. contra tabu. Sed contra iſtam † concluſionem arguit Iaſ. d. l. 1. col. 11. verſ. ſecunda concluſio. ff. de off. eius. in l. 1. in prin. col. 3. ff. ſi quis ius di. non obtemp. in d. l. ſi conſtante. col. 15. verſic. 4. adde, vbi, quòd immo induci debet correctio iuris, ex quo aliàs diſpoſitio taxatiua nihil operaretur, ſicut dicitur, ꝙ ſumitur argumentum a contrario ſenſu etiam ad correctionem iuris communis, quãdo aliàs in ſenſu, directo nihil ope raretur. Dicit tamen Iaſ. ꝙ in practica difficile eſſet obtinere con tra Bart. ex quo non habemus contradicẽtem. Sed aduerte; quia attento iſto fundamento Iaſ. ſequeretur, quòd nunquam fieret extenſio, vbi eſſet dictio taxatiua: & tamen ſunt multi caſus, in
115 quibus fit extenſio non obſtãre taxatiua. Secundò † conſidera, quòd vbi non apparet de mente diſponentis, ꝙ voluerit recedere a iure communi, non reputatur abſurdum, quòd eius verba nihil operentur, ſed intelligantur ſecundùm diſpoſitionem iuris communis. prout videmus in reſcriptis, quæ impetrantur ad diſpoſitionem iuris communis. Abbas in capitulo cauſam, quæ. de reſcripti. ſequitur Decius in l. ſi quis iniquum §. ſi is, pro quo. columna 2. ff. quod quiſque iuris. & iſtud eſt, quod voluit Corneus in dicto conſil. 172. columna 3. libro 4. prout in dicto caſu Bart. in d. l. 3. §. cum Titio. ff. de adi. lega. ibi enim ſtatuentes non intendebant derogare ſtatuto imponenti maiorem pœnam, & præſtare occaſionem delinquendi, pœnam minuendo, ſed intendebant delictum punire. Secus in caſu & exemplo Iaſ. quando ſtatutum dicit, quòd non extantibus maſculis fœmina ſuccedat: nam ibi ſumitur argumentum a contrario ſenſu, quòd non ſuccedat extantibus maſculis; quia apparet de mente ſtatuentium, quòd voluerunt corrigere ius commune, fauendo agnationi, & præferendo agnatos agnatis. Idem in caſu Pau. de Caſt. in conſi. 338. Quia exceptiones. col. 2. circa med. lib. 1. nam ibi penſio debebat ſolui de reditibus prioratus & menſæ, poſtea mandatur eam ſolui de reditibus prioratus tantùm: certe ex tali mandato menſa cẽſetur exempta & correcta, aut ſublata eius obligatio, quia intentio mandantis erat menſam ſubleuare &
116 eximere. Secundò † declaratur & ſublimitatur hæc ſecunda limitatio, vt ſolum procedat in correctorijs, in quibus non fit extenſio ad alterum ex æquiparatis, quando diſpoſitio correctoria

ctoria taxatiue in altero tantum loquitur, secus in alia materia non correctoria; quia tunc dispositio taxatiua extenditur ad alterum ex parificatis, puta quòd gerens negotia deserta alterius, & quæ alius gesturus non erat, vt teneatur de dolo tantùm, quòd nihilominus teneatur de culpa lata; quia æquiparantur ista duo: & sic in materia non correctoria dictio taxatiua nõ excludit connexa aut parificata, dicta l. 1. ff. si mensor falsum mod. dixe. l. ait prætor, §. interdum. ff. de neg. gest. & ista erit alia declaratio ad dicta iura, vltra declarationem Bald. in dicto consi. 351. lib. quinto, & istam declarationem tradit Decius in dicta l. 1. columna 2. C. de bono. possess. contra tabul. & ante eum Alexand. in dicto consil. 130. columna 2. libro 4. vbi, quòd taxatiua non excludit ea, quæ veniunt vigore verborum, cui adiungitur, puta quando fit mentio de dolo taxatiue, non excluditur lata culpa; quæ venit appellatione doli per æquiparationem, allegat glo. in l. semel
117 mota. ff. solut. matri. Tertiò sublimitatur † & declaratur conclusio, volens quòd dictio taxatiua impediat extensionem, vt non procedat in his, quæ sunt de natura actus, quæ nunquàm censentur exclusa. clem. exiui de paradiso. versic. cum autem natura de verbo. signifi. quem text. ad hoc reputat aureum. & sing. Ioan. de Ana. in consi. 36. Vtrum cophani. Iaso. in d. l. 1. in princi. colum. 3. versi. 5. facit ff. si quis ius dic. non obtemp. l. actionem. colum 2. versic. ego sequor. C. de procura. vbi, quòd procurator habens mandatum ad agendum tantùm, poterit tamen defendere, quia illud est de natura iudicij, & tradit idem Iaso. in dicta l. 1. col. 3. in 3. notab. & ibi Decius etiam col. 3. C. de bonor. possessio. contra tabul. Addo Roma. in consi. 456. post principium.
118 Quartò sublimitatur, † vt non procedat, quando aliàs resultaret absonus intellectus, vel contrarietas; quia tunc taxatiua extensionem non impedit. Bald. & Angel. in l. cum notissimi. per illum text. cum glo. in versic. solis. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. Iaso. in dicta l. 1. in princi. colum. 3. versicu. secundò & fortius. ff. si quis ius dicen. non obtem. & in dicta l. 1. col. fina. C. de bonor. possess. contra tabul. Exemplum in dicto Barto. in dicta l. 3. §. cum Titio. ff. de adim. lega. Esset enim absurdum, q̃ statuentes, qui intendebant obuiare delictis, & illa castigare, censeantur voluisse pœnam minuere præstando eo modo occasionem delinquendi. Quintò sublimitatur non procede-
119 re † in his, quæ non censentur sublata & exclusa per dictionem taxatiuam. l. viros. vbi Bart. C. de diue. off. lib. 12. Rom. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiurand. Iaso. in d. l. si constante. col. 15. & in d. l. si mora. colum. 2. ff. sol. matri. vbi loquitur in pulchro casu, in quo dicit Roma. se consuluisse & obtinuisse. sed Iaso. non allegat illud consilij Romani, quod est in consil. 114. in secundo dubio. Sextò
120 sublimitatur, † vt non procedat in materia fauorabili, in qua dictio taxatiua non impedit. extensionem ad similia ex identitate rationis. Bart. in dicta l. si constante. in fi. primæ quæstio. princ. ff. solu. matri. & ibi Iaso. col. 14. versi. vltimo inquantum Bartolus. & idem Bart. in l. serui nomine. ff. de vsucapio. & in l. illud. C. de sacrosanct. eccl. Pau. de Cast. in consi. 314. super eo, quod quæritur. colum. fin. lib. 1. Abb. in consi. 63. col. pen. lib. 2. Ideo male videtur locutus Bal. in dicto consi. 262. Recolo. in fin. lib. 1. q̃ verba taxatiua restringunt etiam actum fauorabilem. Amplius licèt dispositio taxatiua non sit simpliciter fauorabilis, sed indifferens; quia possit se habere ad odium & fauorem, dummodo non sit exorbitans, extenditur ad casum habentem eandem vel maiorem rationem. Roma. in consilio 456. colum. 2. versic. ter-
121 tio deducitur. Septimò † sublimitatur, vt non procedat in his, quæ sunt de accessorijs aut de appendicijs, quæ non censentur exclusa per taxatiuam. Puta, statutum dicit, quòd mulier possit testari de dote duntaxat, non excludit quin possit testari de iocalibus & paraphernalibus, quæ sunt de appenditijs dotis. Ioan. de Ana. in dicto consi. 36. Vtrum cophani. sequitur Curtius iunior in consi. 129. in fin. inferens, quòd statutum disponẽs super lucro dotis, habet locum etiam in talibus bonis, quod Curtij dictum minime placet: & vult arguere ex dicto Ioan. de Anan. quod tendit ad tollendum odium: & est mere fauorabile ad casum valde diuersum & odiosum, saltem ex vna parte. Dictum etiam Ioan. de Anan. in dicto consi. 36. sequitur Curt.
122 senior in consilio 76. colum. 10. circa med. Octauo † sublimitatur, vt non procedat, quando aliter apparet de mẽte disponentis. Puta, collector habet potestatem substituendi vnum subcollectorem tantùm: poterit tamen plures substituere successiue, vnum post alium ex verisimili mente disponentis. Rota decis. 265.
123 si collector. in nouis. Nono † nõ procedit in his, quæ essent magni præiudicij, quæ non censentur exclusa per taxatiuam, puta, si princeps rescribat procedat talis super meritis causæ tantùm, & nullas possit vel debeat exceptiones admittere, poterit tamen & debebit iudex admittere exceptiones subreptionis, suspitionis contra iudicem, & falsi procuratoris contra comparentem vti procuratorem. ita Veronen. in consi. 64. col. 7. versic. plus etiam dico, allegat Franc. de Aretio singulariter in c. ex parte 2. de offi.
124 delega. Decimo † non procedit in his, quæ essent maiora expressis, quæ non censentur exclusa per taxatiuam, puta, si conceditur iurisdictio alicui specialiter, censentur exclusi alij iudices pares illi, cui iurisdictio conceditur, vt cognoscere non possint, sed non censentur exclusi iudices maiores. Dec. in consil. 3. col. 2. post medium. versi. & licèt ista responsio. allegat Bald. in consil. 385. Visis omnibus. colum. 2. versi. sed prædictis obstare videtur. lib. 4. est in consi. 253. lib. 5. Sed istud dictum videtur dubitabile; quia si princeps committit causam specialiter vni, talis delegatus in illa causa dicitur maior quocunque ordinario. c. sane. 2. de offic. delega. tradunt Moder. in rub. cod. titu. Rursus, quando causa alicui specialiter committitur fauore personarum, puta, q̃ de causis pupillorum, aut viduarum cognoscat talis, talis iurisdictio censetur concessa priuatiue ad omnes alios iudices. Bald. in l. vni. §. cum autem. C. de cadu. tollen. Pau. de Cast. in l. si quis cum procura. §. Iulianus. ff. de procu. decisio. Neapol. 41. si ex simplici confessione iurisdictionis facta vni specialiter fauore personarum sine taxatiua, aut prohibitione expressa, censentur alij iudices exclusi. quid dicemus, vbi est dictio taxatiua in con-
125 cessione, quòd talis tantum cognoscat? Vndecimò † per dictionem taxatiuam non censetur exclusum, quod censetur vnum & idem per repræsentationem. puta, si quis promittit de suo dato & facto tantùm, nihilominus tenetur etiam de facto hæredis. qui dicitur eadem persona cum defuncto, in authen. de iureiur. a morien. presti. in princip. illa enim dictio taxatiua solùm videtur adiecta ad excludendum personas extraneas. Bald. in l. fin. C. de actio. empti. per text. quem reputat singularem in l. stipulatio ista habere. in princ. ff. de verbo. obliga. sequitur Alexan. in consi. 18. col. fi. lib. 5. sed melior tex. in l. si necessarias. §. de venden do. ff. de pigno. actio. quem tex. pro sing. & meliori ad hoc citat Iaso. in l. 2. §. item si in facto. col. 2. ff. de verbo. obliga. in l. si sic stipulatus. la grand. col. 4. in fi. versic. 2. quia quælibet conuentio. eod. tit. in d. l. 1. in prin. col. 4. in quarta limitatione. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & in l. si tibi decem. §. si quis. ff. de pactis. Calca. in consi. 18. col. 5. ante med. Dec. in consi. 262. col. 3. versi. sexto hoc idem confirmatur. in consi. 281. col. 3. versi. ad maiorem tamen cautelam, & in l. hæredem. ff. de reg. iur. Cor. in consi. 69. col. 2. ad
126 fi. lib. 4. Cur. senior in consi. 76. col. 10. post med. Sed † contrarij, q̃ imò promittens de suo facto tantùm, non teneatur de facto hæredis, tenet Bart. in d. l. si sic stipulatus. la grand. col. 2. ff. de verbo. obli. & in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact. per tex. in l. non solum. §. tale legatum. ff. de libe. leg. sequuntur Alex. & Iaso. sibi contrarij in d. l. stipulatio ista habere licere. in prin. vbi Alex. in secundo notab. & Iaso. in quarto not. & idem Are. eandem opinionem sequitur Dec. sibi contrarius in consi. 504. col. 2. in fi. Corne. etiã in consi. 2. col. 2. in fin. lib. 3. dicit expeditum non esse, q̃ promittens de suo facto tantùm, censeatur promisisse etiam de facto
127 hæredis. Sed aduerte, quia † puto, q̃ text. in dicta l. non solùm. §. tale. super quo se fundat Bart. nihil probet; quia ibi non agebatur de hærede disponentis, sed tertij debitoris, a quo tantùm prohibuit testator debitum peti. dicitur ibi, q̃ nihilominus poterit peti ab hærede ipsius debitoris, sed nos loquimur in casu diuerso habente rationem diuersam, quando quis promittit de suo facto tantùm, quòd nihilominus tenetur de facto sui hæredis; quia hæres reputatur eadem persona cum defuncto, qui promisit: sed in dicto §. tale. hæres debitoris non reputatur eadem persona cum testatore; quia non erat eius hæres, & quæstio nostra loquitur de eo qui est hæres disponentis. Secundò contra Bart. adduco, quod ipsemet Bart. dicit in l. si seruus. la seconda. ff. de condi. furt. vbi quando quis promittit de suo facto tantùm. nihilominus tenetur de facto defuncti, cuius est hæres: quia illud videtur factum proprium promittentis, cum hæres censeatur eadem persona cum defuncto. idem tenet Baldus in capit. 1. in fine in titulo qui successo. tenean. Curtius senior in dicto consilio 76. colum. 10. post medium. Alexan. in dicta l. stipulatio ista, habere licere. columna 2. Decius in dicto consi. 281. colum. penultima. nonne ista ratio militat etiam in casu contrario, quando quis promittit de suo facto tantùm, vt teneatur de facto hæredis. Ego vellem, quòd Barto. assignaret aliquam rationem diuersitatis. Immo maior ratio videtur, quòd promittens de suo facto tantùm non teneatur pro facto defuncti, cuius est hæres, quàm quòd non teneatur pro facto hæredis: quia si tenetur pro facto defuncti, cuius est hæres, ipse promittens in vita oneratur & soluere, aut præstare tenetur. Sed quando tenetur de facto hæredis, onus solutionis aut præstationis respicit ipsum hæredem, & facilius grauant disponentes hæredes, quam se ipsos. Quod ipso rerum experimento quotidie videmus in testamentis, in quibus quia testantes vident se migraturos in aliam regionem, liberalius agunt hæredes grauando, non itidem acturi inter viuos ad onus ipsorum disponentium. Idem videtur dicendum in filijs, quòd non censeantur exclusi per taxatiuam, puta si testator det licentiam disponendi inter fratres tantùm, non enim censetur prohibita dispositio inter filios fratrum, cum pater & filius censeantur eadem persona. Cur. senior in d. consil. 76. col. 10. versic. & si quispiam dixerit. Duodecimò
128 † taxatiua non excludit ea, quæ æquipollenter idem important,

Source : BIU Cujas

puta, ſtatutum dicit, ꝙ ad poſitiones ſolum reſpondeatur per verbum, credit, vel non credit. Certe poterit reſponderi per verbum, negat. Pa. de Caſt. in conſilio 157. Ad primum quæſitum dicendum eſt, ꝙ clerici. colu. 1. in fi. lib. 2. ſed huius puto aliam rationem eſſe; quia intentio ſtatuentium fuit non cogere reſpondentes ad præciſe reſpondendum per affirmatiuam aut negatiuam: quia multi dubitant ſic reſpondere. Ideo a fortiori admitti debet reſponſio negatiua ſimpliciter, tanquam magis clara & 129 certa. Decimotertiò † non excludit taxatiua id, quod expreſſe excludi aut prohiberi non poterat, puta ſi quis inſtituatur hæres particularis in re certa tantum, ita ꝙ nihil amplius petere poſſit: nam ſi nullus alius ſit hæres vniuerſalis, aut ſit quidē, ſed repudiet, huic hæredi particulari accreſcet tota hērditas, non obſtante taxatiua. Ratio eſt; quia teſtator non potuiſſet expreſſe prohibere ius accreſcendi in iſto caſu, per quam prohibitionem decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Bald. poſt Dyn. in l. ſiquis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus. ff. de hær. inſti. in l. dominus. §. 1. ff. de vſufruct. in conſ. 468. Quidam Titius baſtardus. in conſi. 480. Teſtator inſtituit. lib. 1. & latius in cōſ. 379. Thema, ſuper quo. col. 2. poſt medium. lib. 4. Alex. in l. quotiēs. colu. fin. C. de hæredi. inſti. & in l. ſi quis priore. col. fi. ff. ad Treb. vbi, ꝙ iſta eſt magis communis opi. & alios Doct. hanc opi. tenentes late refert Iaſ. in cōſi. 8. col. 2. circa med. li. 3. Addo Calca. in conſi. 33. col. 4. & 5. Curtium ſeniorem in conſi. 75. And. eandem opi. tenet Iaſ. in conſi. 72. in fi. libro 3. Capra in cōſi. 9. in ter-
130 tio dubio. Contrariam opi. ꝙ † imo ius accreſcendi poſſit prohiberi expreſſe. Et ꝙ ex dictione taxatiua cenſeatur prohibitum, & ꝙ eo caſu teſtamētum ſit nullum nullo exiſtente hærede vniuerſali propter talem prohibitionem expreſſam vel tacitam, tenet Bar. in d. l. ſi quis pro re. in fin. per illum tex. ff. ad Trebel. in l. pater filium. col. pen. ff. de inoffi. teſta. in cōſi. 156. Titius fecit teſtamentum. & in cōſi. 177. Mateolus. & alij Doct. plurimi, quos Iaſ. refert & ſequitur in d. cōſi. 8. col. 9. & col. 13. Cur. Iunior in cōſi. 12. colum. ſecunda Gozadi. in cōſilio 21. col. 6. circa med. Eandem opi. ſequitur Ripa in l. re coniuncti. col. 32. ff. de leg. 3. licèt dicat communem opi. eſſe cōtra Barto. ſed Iaſ. in d. cōſ. 8. col. 9. ꝙ imo opin. Barto eſt magis cōmunis. Idem etiam Iaſ. in l. ſi mora. in 4. nota. ff. ſolut. matri. ꝙ ius accreſendi prohiberi quidem poteſt in inſtitutione, ſed quòd requirit prohibitio expreſſa, nec ſufficit tacita, quę inducitur ex dictione taxatiua, aut prohibitione de plus petendo, Ex quibus vides, quam variæ Doct. ſententiæ ferantur in hoc articulo, & quam parum ſibi ipſis Do. conſtent. Quid igitur tenendum; Puto diſtinguendos aliquos caſus. Primus caſus eſt in legatis & fideicōmiſſis, in quibus ceſſat illa ratio, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & in eis ſine dubio prohiberi poteſt ius accreſcendi, & prohibitum cenſetur tacite ex dictione taxatiua, aut prohibitione, de plus non petendo. Bal. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio. & in l. 1. colu. 17. C. de ſac. ſanc. eccle. ſequitur Iaſo. in d. l. ſi mora. in quarto notabili. ff. ſoluto matrimonio, & in cōſilio 61. colum. fi. lib. 3. Secundus caſus eſt in inſtitutione, in qua conſideratur illud abſurdum, ne quis decedat pro parte inteſtatus: & tunc aut hæres particularis inſtitutus in re certa taxatiue aut cum prohibitione de plus non petendo, eſt talis perſona, ꝙ hærede vniuerſali non adeunte vel repudiante veriſimiliter inſolidum fuiſſet inſtituta, & tunc per dictionem taxatiuam aut prohibitionem de plus non petendo, non cenſeatur prohibitum ius accreſcēdi. Puta, teſtator inſtituit primogenitum vniuerſaliter, ſecundogenitum autem particulariter. Vel maſculos inſtituit vniuerſales, fœminas autem particulares, vt domus teſtatoris honeſtius manuteneretur, veriſimiliter tamē inſtituturus filias, deficientibus maſculis, aut inſtituturus ſecundogenitū, veriſimiliter deficiente primogenito, & licèt adiecerit teſtator taxatiuam, aut prohibuerit plus petere, tamen iſtud cenſetur feciſſe in gratiam & fauorem hæredis vniuerſalis, non in odium ipſius inſtituti particulariter. Ceſſante igitur hærede vniuerſali, vel eo repudiante, ceſſare debet effectus taxatiuæ aut prohibitionis de amplius nō
131 petendo, ſicut † dicitur de renuntiatione hæreditatis, aut pacto, de nō ſuccedendo, firmato iuramento, quod nō nocet, nō exiſtente perſona, cuius contemplatione talis renuntiatio facta eſt. Bald. in l. pactum, quod dotali. in 4. q. C. de collat. & ibi Dec. col. 4. & idem Bald. in cōſilio 437. Quędam puella. libro 1. Calca. in cōſilio 33. col. pen. in fin. Cor. in conſil. 291. libro 4. & alibi ſæpe
132 Moder. Aut hæres † particularis eſt talis perſona, quam teſtator veriſimiliter, inſtituturus non erat vniuerſaliter, etiam ceſſante hærede ſcripto; quia eſſent aliæ perſonæ, quas ſecundum cōſuetudinem loci, aut domus ipſius teſtatoris, veriſimiliter teſtator prætuliſſet hæredi particulari, vel quia teſtator hæredem particularem non diligeret, ſed neceſſariò eum ita particulariter inſtituerit, ne teſtamētum rumperetur, nec tunc neceſſaria videtur expreſſa prohibitio iuris accreſcendi, quicquid aliter dixerit Iaſ. in d. l. ſi mora. in 4. not. ff. ſolu. matr. & tunc procedit alia opinio, ꝙ cenſeatur prohibitum ius accreſcendi, & reducatur res ad cauſam inteſtati: & ſic iſtæ ſecundus caſus procedit, vbi eſt prohibitio iuris accreſcendi tacita, vel per dictionem taxatiuam,
133 vel per prohibitionem de non petendo. Tertius † caſus eſt, quādo teſtator nullū fecit hæredem vniuerſalem, ſed particularem tantum cum dictione taxatiua, vel prohibitione de plus non petendo: & iſto caſu dicendum videtur prohibitum cenſeri ius accreſcendi; quia ſi accreſceret, illud fieret contra expreſſam voluntatem teſtatoris, qui ſatis vidit, ꝙ neminem vniuerſaliter inſtituerat: & tamen noluit, quòd hæres particularis aliquid amplius cō ſequeretur: ſed intentio teſtatoris fuit, quòd veniret hæreditas ad hæredes legitimos: & pro tanto inſtituit illum particulariter, quaſi partem ſuam vellet ei diuidere, vt quantum accipere eum vellet, ſic inſtituēdo declararet, vel iſto tertio caſu veniet hæreditas ad hæredem vniuerſalem ſcriptum in primo teſtamento, ſi quod prius fecit, vt per Curtium iuniorem in d. conſi. 12. colu. pen. in fi. Quartus caſus, quando teſtator expreſſe prohibuit ius accreſcendi, & iſto caſu quicquid diſſentiant Doct. mihi videtur res clara, quòd teneat prohibitio: nam expreſſe prohibendo cogitauit caſum, quo hęres vniuerſalis non ſuccederet: & tamē noluit tunc, quòd hæres particularis totam hæreditatem ferret. Conſequenter apparet de eius voluntate, quòd potius mori voluit in totum inteſtatus, nec iſto caſu procedit ar. de regula, ius noſtrum non patitur. ff. de reg. iur. quia dico, quòd non decedat teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Imò in totum inteſtatus. Si enim voluiſſet mori teſtatus, alios dediſſet cohæredes vniuerſales, vel ſubſtitutos. Similiter iſto caſu non procedit alia regula, quòd nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento; quia imo habebunt locum: ſed leges nō prohibent, quin moriatur quis inteſtatus, ſi velit. & profecto durum nimis videretur admitti quem ad ius accreſcendi contra verba, & voluntatem expreſſam teſtatoris. Ex præmiſſis abunde declaratam habes hanc ſecundam limitationem, quòd diſpoſitio correctoria communis diſponens ſuper vno ex æquiparatis per legem antiquam non trahitur ad alterum quando talis diſpoſitio correctoria taxatiue loquitur.

134 Tertiò † præmiſſa concluſio, quòd diſpoſitio aut conſuetudo correctoria iuris communis diſponens ſuper vno ex æquiparatis extenditur ad alterum, limitatur, vt procedat, quando noua diſpoſitio correctoria fieret per idem ius, quod æquiparatur. Puta, ſi de iure Digeſtorum duo ſunt parificata, & per idem ius Digeſtorum fiat noua diſpoſitio inducens correctionem ſuper vno ex ipſis æquiparatis, talis diſpoſitio correctoria non extenditur ad alterum ex æquiparatis. Roma. in d. conſ. 179. Ampliſſime Doct. col. 4. verſ. 2. quia & poſito. & ratio videt ur; quia cum eodem iure inducitur correctio, ſi intendiſſet diſponens in altero corrigere, vtiq; illud ſciuiſſet exprimere, ſi voluiſſet, argu. l. vni. §. ſinautem ad deficientis. C. de cad. tol. quę ratio videtur ceſſare, quando inducitur correctio per aliud & diuerſum ius. Sed iſta ratio non videtur bona; quia etiam dici poteſt promulgatū ius nouum, quod ſciuiſſet & in alio corrigere, ſi voluiſſet. & ſi dicas, nouus legiſlator ignorabat ius antiquum. reſpondeo, id dici non poſſe de legiſlatore, cum & alij nemini iura liceat ignorare. l. leges. C. de legi. multo magis turpe eſſet legiſlatori id ignorare. l. 2. §. Seruius aūt Sulpitius. ff. de origine iuris. Rurſus etiam data ignorantia dici poteſt, ꝙ ſi ſciuiſſet equiparationem iuris anti qui ſimiliter in vtroque correxiſſet, ob id iſta limitatio Ro. mihi
135 non placet. Quartò † limitatur & reſtringitur præmiſſa concluſio, vt ſolum procedat, quando duo equiparantur per legem antiquam per modum regulæ, & generaliter quò ad omnia. Secus ſi duo caſus ſimpliciter reperiātur equiparati a lege antiqua in aliquo caſu; quia tunc diſpoſitio noua correctoria diſponens ſuper vno ex ipſis æquiparatis, non trahitur ad alterum. Alexan. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. 4. ſuper glo. in verbo emancipatus. ff. de liber. & poſthum. Soci. in conſi. 275. col. 5. poſt medium verſic. confirmatur; quia licèt ciuitas. lib 2. Decius in d. c. tranſlato, in ſecundo notabi. de conſti. pro hac limitatione Alex. in d. §. & quid ſi tantùm. allegat glo. in d. authen. quas actiones. nam eccleſia & ciuitas erant æquiparatæ per dicta l. fina. C. de ſacroſan. eccle. & tamen quia non erant æquiparatæ generaliter per modum regulæ, ſed ſimpliciter in materia præſcriptionis, & in illis quatuor caſibus, ius nouum illius authen. corrigens in eccleſia, non extenditur ad ciuitatem, ſecundùm glo. ibi communiter approbatam: ſed certe iſta limitatio & declaratio procedit quò ad ea, in quibus non fit æquiparatio, ſed in materia, in qua reperitur facta æquiparatio, licita videtur extenſio, vt ſupra diximus: & quia valet argumentum de parte ad totum, quando eſt eadem ratio l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Ex præmiſſis abunde, clare & vtiliter explicatam habes hanc materiam, an conſuetudo, aut alia materia ſtricti iuris diſponens ſuper vno ex æquiparatis a lege antiqua extendatur ad alterum, & conſequenter declaratam habes decimamquartam limitationem traditam ad regulam & concluſionem, quòd conſuetudo non
136 extenditur. Decimoquintò, † non procedit præmiſſa concluſio in conſuetudine, quæ eſſet introducta ad obuiandum fraudibus: quia etiam in materia odioſa fit extenſio a paritate rationis, vt

Source : BIU Cujas

niis, ut fraudes remoueantur. cap.quanto.de priuileg.cap.si ciuitas.de sentẽ.excommu.lib.6.glo.fi.in cap.quamquàm.de vsur.libro 6.& in materia odiosa interpretatio lata fieri debet ad effectum, ut fraus excludatur.l.1.§.pecuniam.ff.de calumnia.l.sed & Iulianus.in princ.& §.mutui datio.ff.ad Macedonia.Dec.in consilio 5.in fi.in consi.196.colum.1.in consi.277.colum.2.in cõsi. 301.colum.1.& in consilio 398.in fin.Ias.in l.1.in princ.colum. 3.post medium vers.breuiter ista decisio.ff.de verbo.obligat.& in l.non dubium. columna 10.C.de legibus. Addo Alex.in cõsi. 65.colum.fin.libro 6.ubi ꝙ in statuto facto ad obuiandum frau
137 dibus masculinum concipit fœmininum. Decimosextò † non procedit,quando aliàs si consuetudo non extenderetur, resultaret absurdum; quia tunc largissima fit interpretatio, ut absurdum tollatur etiam in materia stricti iuris.Abb.in cap.cum dilectus . colu.2.versi.& ex hoc tex.not.vnum de consuetu.Alex.in cons.80.colum.penu.vers.pro hoc etiam facit.libro primo in cõsi.217.colum. penul.in fi.vers.idem respondeo, ꝙ etiam vbi lib. 2.late Corn.in consi.188.lib.2.per totum. vbi ꝙ statutum excludens matrem propter fratres patrueles vel consobrinos defuncti,a fortiori censetur excludere propter patruum,ne aliàs sequatur absurdum, & ꝙ fiat largissima interpretatio in materia stricta,quando aliàs absurdum sequeretur, tradit Dec.in c.cum inter.in 6.nota.de except.& fit extensio isto casu, licèt consuetudo sit contra ius. Ias.in d.authent. quas actiones.colum.7.in fi.vers. 5,& vltimò fallit.C.de sacrosan.eccl.Ripa in d.l.si constante.col. 7.in 5.limitatione.ff.solut.matrimonio.glo.in cle.fi.in glos.1.& 2.iuncta glo.fi.de rescri.vbi, quòd dispositio illius cle.correctoria extenditur ad literas legati,ne sequatur absurdum,quòd literæ legati sint maioris roboris,quàm literæ Papæ.

138 Decimoseptimò † non procedit, quando vnum subrogatur loco alterius; quia consuetudo & alia dispositio loquens aut disponens de vno extẽditur ad aliud, quod in locum eius subrogatur.l.libertum.ff.de rit.nup. vbi sicut tutor prohibetur pupillam in vxorem ducere, ita & tutoris hæres etiam extraneus,qui potestate.§.fi.ff.de bono.poss.contr.tab.vbi conditio dandi hæredi,quæ est stricti iuris,& impleri debet in forma specifica,verificatur in bonorum possessore cõtra tabulas, vti ei dari sufficiat; quia subrogatur loco hæredis, quæ iura ad hoc propositum extensionis faciendę citat Ias.in l.1.in princ.colum.1.ff.de vulga.& in l.prima.§.bonorum. colum.prima,circa medium.ff.ad Treb. in secunda lect.Socin.in d.l.prima in prin.colum secunda, in fi. ff.de vulg.& si fit extensio ad personam subrogatam, a fortiori ad rem,aut ad casum subrogatum; cum difficilius fiat extensio ad personam, vt supra diximus, quod tamen non procederet in materia odiosa,aut pœnali.l.Papinia.§.1.cum glo.ff.de inoffi.testa. ubi licèt pater occupans bona filij iure peculij subrogetur loco hæredis.l.filius.ff.ad leg.Falci.non tamen subrogatur quò ad effectum querelæ propter odium ipsius.Ad idem.l.si ante, cum.l.sequent.ff.ad Syllania.vbi pœna, quæ imponitur hæredi non vindicanti mortem defuncti,non habet locum in fideicommissario vniuersali, qui subrogatur loco hæredis.l.si filius.§.1.ff. quod cum eo.Ita Socin.in d.l.1.in prin.colum.3.ff.de vulga.De-
139 cimo octauò † limitatur non procedere, quando aliàs nisi fieret extensio,contuetudo effectum habere non posset;tunc enim fit extensio etiam de persona ad personam in materia fauorabili, quamuis stricti iuris.l.si stipulatus fuero per te non fieri.ff.de verbo.obli.ubi stipulatio in fauorem mariti,quòd per promissorem non fiet,quo minus marito domo vti liceat, extenditur ad vxorem,ut etiam vxor prohiberi non possit; quia aliàs maritus sine vxore uti non posset.& idem econtra,quando stipulatio fit in fauorem vxoris,ut extendatur:& ibi Ias.allegat multa bona similia, tradit idem Ias.in l.quæ de legato.colum.3.vers.10.in contrarium facit.ff.de lega.1.imo isto casu fit extensio etiam in correctoriis.Pau.de Cast.in consi.175.Casus præsens.col.5.in fi.versicu.pro hoc etiam facit.lib.1.

140 Decimonono † non procedit p̃missa conclusio,quando alius casus non est diuersus in substantia, sed in aliquibus accidentibus tantum;quia ad talem casum non differentem in substantia fit extensio,etiam in materia correctoria. Puta stat statutum, ꝙ mater non possit disponere de bonis suis,nisi de vna quarta, reliquas verò tres partes teneatur relinquere suis liberis, seu ad eos pertineant. Rursus extat aliud statutum, quòd soror dotata a fratribus non succedat matri ab intestato, modo mater fecit testamentum, soror vult succedere simul cum fratribus in aliis tribus partibus,de quibus mater non potuit disponere dicunt fratres,tu non potes,quia statutũ excludit te ab intestato,sed mater fecit testamentum, quæritur an statutum loquens ab intestato extendatur ad istas partes,de quibus mater non potuit disponere? Pau.de Castro in consilio 441.Pro declaratione.lib.1. decidit, quòd sic,quia ĩ partibus reseruatis per statutũ, de quibus mater disponere non potuit, filij succedunt tanquam hæredes matris & talis successio vniuersalis non differt a successione hæreditaria in substantia, cum vtroque casu transeant iura actiue & passiue in succedentes,tãtum est differentia in accidenti; quia successio ab intestato est voluntaria; quia potuisset decedens intestatus concedendo testamentum excludere hæredes legitimos: sed ista successio vniuersalis ex forma statuti est necessaria; quia non potuisset mater auferre istas tres partes liberis suis, ob id statutum loquens de successione ab intestato extenditur ad hanc successionem vniuersalem ex forma statuti, quę in substantia nihil differt a successione ab intestato: & nota istam limitationem, quia vix reperies in locis communibus tu, qui modernorum repertoria tantum quæris, hauriendo aquas a riuulis, fontibus post habiris.

141 Aduertendum tamen † circa illam decisionem Paul.de Cast. in dicto consilio 441. quatenus vult, quòd in casu statuti,quo mater tenetur relinquere certas partes bonorum suorum filijs, seu de illis disponere non possit, sed remaneant, quòd filii non consequuntur tales partes tanquam hæredes matris, sed tanquam vniuersales successores ex forma statuti; quia contrariũ uoluit Angelus in consi.81.Domina Maria.& in duobus consilijs sequenti.in quibus tribus consilijs late arguit, quòd imo filij consequuntur talia bona tanquam hæredes.Sed aduerte quatenus Angelus se fundat,quòd nisi caperent bona titulo hæreditario,præiudicium, fieret creditoribus. Ad istud argumentum respondet Paul.de Castro in dicto consilio 441.quòd licèt capiant tanquam vniuersales successores citra titulum hæreditarium,idem tamen est effectus respectu creditorum; quia etiam in successorem vniuersalem transeunt iura actiue & passiue.Se-
142 cundò, dum † Angel.dicit, ꝙ interest matris hæredes relinquere, dico ꝙ stante tali statuto, nihil interest quò ad bona, de quibus mater disponere non potest; quia illud interesse versatur, vt hæres impleat voluntatem testatoris: sed hic mater nihil potest disponere in præiudicium filiorum contra formam statuti, ob id non tenentur filij implere voluntatem matris:& quatenus est ad æs alienum,illud tenentur dissoluere, cum bona intelligãtur deducto ære alieno. Tertio, dum dicit Angel.quod si filii istud caperent alio iure, quàm hæreditario, non imputarent in legitimam: & sic mater nimium grauaretur.Respondet Pau.in d.cons.441.ꝙ imo computatur: cum subrogetur loco portio-
143 nis filijs debitæ.Quartò † dum Angel.dicit,ꝙ filijs illud lucrum delatum ex priuilegio statuti non transmittit ad hæredes filiorum. In cõtrarium videtur communis Doct.opi.Alex.in l.cum antiquioribus.C.de iure deliber.Socin.in cons.296.libro.2.& in cõsi.67.colu.2.lib.4.Deci.in l.si martius.C.de colla.& in consi. 331.colum.4. & dixi in consilio 185.& aduertendum, quia illa tria cons.Ang. principaliter facta sunt ob causam trãsmissionis. Quintò, dum Ang.dicit, quòd aliàs resultaret absurdum, ꝙ mater deceret pro parte testata, & pro parte intestata. Ad istud argu.respondet Pau.in d.consi.441.ꝙ imo in totum decedit testata respectu bonorum,de quibus potest disponere,alia autem bona non habentur in consideratione,cum de eis disponere nõ possit.Præterea,nescio quem hæredem velit Ang.ꝙ mater habeat nisi in vtilem,ex quo matris dispositionem non tenetur seruare,nec a matre grauari. Ob id absurdum videtur dicere,ꝙ statutum voluerit filios succedere in talibus bonis, tanquam hęre-
134 des inutiles, cum † nullum, & inutile æquiparentur.l.1.§.pen.ff. quod cuiusque vniuer.nomi.l. quotiens.ff.qui satisd.cog.l.elegãter.§.qui reprobos.ff.de pign.actio.l.Paulus.ff.de verb.signifi.ca. 2.de transl.prælat.c.extirpandæ.de prcb.Old.in consi.274.In causa,quæ vertitur super diœcesano.in fi.Bal.in consilio 162.colu. 3.li.2.Ias.in l.mandatam.ff.de offi.eius. vbi multa similia congerit.ff.de offi.eius.& idem Ias.in l.1.§.sed & si mihi.in 3.not.ff.de verb.oblig.pulchre Bologni.in addi.ad consilia Ioan.de Anan. in consilio 83.circa fi.

145 Vigesimò † limitatur non procedere,quando sunt duo,quorum unum commensuratur ad alterum; quia consuetudo, aut alia dispositio etiam correctoria disponens super uno, extenditur ad alterum,Puta gradus affinitatis mensurantur instar graduum consanguinitatis,si corrigatur gradus in consanguinitate, censetur correctus & in affinitate.glo.in c.non debet.de consang.& affi.Ant.de Butr.in d.c.fi.in quinta fallent.de consuet.& ibi Rochus de Curt.in 3.limitatione,char.34.Dec.in c.sedes.col. 3.versi. tertio secundum Abb.limitatur. de rescriptis.

146 Vigesimoprimo † non videtur procedere in pęnalibus,in quibus fit extensio.de casu ad casum. capit.1.§.porro.quæ fuer.prima cau.benef.amit.ubi in materia priuationis feudi proceditur de similibus ad similia.& Bald.ibi columna 3.dicit illum tex.me liorem de iure,ꝙ in pœnalibus proceditur de similibus ad similia, sequitur Salic.in l.2.col.10.C.de noxali.Alexand.in authen. non licèt.C.de lib.præte. Cyn.& Salic.in l.fi.per glo.ibi, in verb. voluerit.C.de reuo.don.vbi,ꝙ hoc procedit,licèt lex pœnalis vtatur dictione taxatiua: & ꝙ in pœnalibus fiat extensio ex identite rationis, tenet Ias.in §.sequens.col.7.in prin.in §.tripli.colum. 3.ante med.in §.ex maleficijs.columna 8.Institut.de actio.in l.1. columna pen.in fi.C.de transact.in l.a Titio.in 3.notab.ff.de verbor.oblig.vbi allegat Bal.in l.data opera.columna 6.C.qui accu. non poss.Deci.in ca.translato.in princip.de constitut.post Abb.

ibi,vbi

Source : BIU Cujas

ibi vbi Deci. allegat Roma.in consi.429.in 2.dubio. ubi Roma multa exempla adducit.idem tenet Deci.in c.secundò requiris. colum.fi.de appella.in c.1.colum.13.post med.ver.non obstãt al
147 legata in cõtrarium.de probatio. Idem† voluit & in pulchro casu Fulgo.in consi.23.Pro euidentia.vbi,q dispositio l.fi.C.de iure emphy.per quam punitur emphyteuta alienans sine consensu domini,vt cadat a iure suo,habet locum etiam in conductore ad lõgum tempus,quod dictum pro singulari refert & sequitur Iaſin l.1.col.7.versi.vltimò circa differentias.C.de iure emphy,dicens hoc esse valde notandum, cum sit materia penalis. Ad idem facit, quod scribit Iaſ.in l.2.colu.2.in quarto nota.C. eod.tit.de iure emphy.vbi arguit cõtra Veronensem,dum vult, emphyteutam cadentem a iure suo propter canonem non solutum,non cadere a iure luendi aut francandi: nam dicit Iaſ.q imo debet cadere etiam a iure luendi; quia pactum de luendo uidetur esse pars inuestituræ: & sic vult Iaſ. q etiam in illa materia pœnali fieri debeat extensio. Sed contrarium in hoc tenet Barba.in consilio 51.colu.18,lib.1.sequitur Deci.in l.bonę fidei. colu.4.in vltimo nota.C.de pactis.& quod scribit idem Deci.in l.petens.in fi.eo.tit.Contrarium,q imo in pœnalibus non sit licita extensio ex identitate rationis, tenet Iaſ.sibi contrarius in l.cũ quidam.in 7.not.ff.de liber.& posth.vbi late hoc probat, dicens hanc esse communem idem Iaſ.in l.fi.ff.de in ius vocan.& pro
148 hac† opi.videtur text.in §.cum igitur,in auth.de non eligen.secũ. nu.2.ubi,q pœna priuationis locum non habet,nisi lex expresse dicat.not.glo.in cap.fin.ubi Abb.de iure patro. Ad idem bonus tex.in l.at si quis.§.diuus autem Marcus.ff.de religiosis.vbi licèt hæres delinquat prohibendo testatorem funerari ab eo, quem testator elegerat,seu per quem funerari volebat, tamen non punitur.Ratio, dicit text.quia pœna in hæredem statuta non est.& glo.ibi dicit, nota, q illicitum non punitur.& illum tex.dicit nota. Bal.in l.3.in prin.C.de epiſ.& cler.q pœna non habet locum, nisi in casibus a iure expressis, licèt lex aliquid fieri prohibeat. Et de ista regula,q pœna non imponatur,nisi lex expresse dicat; sæpius festum faciunt moder.Curti.senior in consi.13.colu.ante med.& in cons.45.colum.8.circa med.Deci.in capitu.ex parte. 1.colum.prima in fi.in cap.ex tenore. colum.pen.super glo.fi.de rescript.in c.1.colum.quarta in princ.super glo.1.de offi.deleg. in rub. de iudi.colum.prima post princi.in cons.19.colum.2.in fi.in consi.90.columna prima circa fin.in consil.138.colum.2.in consi.164.& in consilio 166.colum.prima Iaſ.in l.quod te.colu. 12.versicu.breuiter ego teneo.ff.si certum peta.vbi loquitur in pulchro casu, & idem Iaſ.in l.diuortio.§.si fundum.columna v. post med. versicu.circa prædicta omnia.ff.solut matrim.in d.l. cum quidam. columna 4.circa med.ff.de lib.& posthum.in l.2. in princip.colum.12. versicu.circa secundam conclusionem.ff. de vulga.in l.illam. colum.3.C.de collatio.& in cõsilio 86.col.3. lib.3.Curtius iunior in consi.119.columna penult.In quibus locis moder.infinitas prope quæstiones decidunt, q in pœnalibus extensio fieri non debeat,nisi lex expresse dicat.Eandem opinio. q consuetudo pœnalis non extendatur,tenet Rochus de Curte in repet.dict.cap.fina.char.35.in 7 limitatione, secundum breuẽ impressionem: & ista opin.videtur de iure verior.& confirma-
149 tur† ex eo,quod scribit Anto.de Butri.in capitu.graue.in quarto nota.in fin.de præben.vbi,q statutum pœnale loquens de persona uera.non extenditur ad representatam. ideo statutum pœnale loquens in prælato non extenditur ad capitulum, nisi expresse per ius extendatur; refert & sequitur confirmando Deci.consilio 486. colum.1.in l.si familia.in quinto nota.ff.de iurisd.omnium iudic.fortius voluit Deci.in consilio 44.in fi.q appellatione personæ in materia stricta non ueniat vniuersitas, aut capitulum, licèt statutũ loquatur vniuersaliter, faciendo mentionẽ de quacunque persona. Quod tamen dictum non affirmo, & contrarium tenet Alexand.in consi.216.colum.pen.post med.lib.2 Ad idem adduco Socin.in consi.273.colu.5.versi. confirmatur ista opinio.lib.2.vbi,q dispositio l.quicquid.C.ad legem Iul.maiest.quæ est pœnalis,non habet locum in vniuersitate non recognoscente superiorem: & sic illa lex puniens offendentem personam Cæsaris non habet locum in offendente vniuersitatem habentem iura Cæsaris.De quo tamen latissime uide per Cal-
150 ca.in consi.1.ad idem † facit dictum Ioan.And.in cap.dispendia. de rescript.lib.6 q ibi multum notat Gemin.columna 3.vbi, q constitutio quæ aliàs extenditur ex identitate rationis, nunquã tamen extenditur respectu pœnæ.Idem voluit Ioan.Andr.in ca. si forte.de electio.libro 6.& ibi Gemin. columna quarta sequitur Deci.in consil.90.columna fina.& hoc dictum pro eleganti & solemni refert & sequitur Iaſ.in lege non dubium.columna 3.versiculo secundo singulariter limita.C.de legibus. & ibidem aliud not.Iaſ.q licèt lex noua declaratoria trahatur ad prẽterita, istud tamen non procedat,quando talis lex noua declaratoria adijceret pœnam; quin respectu pœnæ non trahitur ad prætera: & idem tradit Iaſ.in dicta lege fina.colum.fina.ff.de in ius vocand.Ad idem facit, q etiam in dispositione testatoris, illa non trahitur de casu ad casum,quando agitur de pœna.legis pater Se-
nerinam.in princip.vbi Barto.ff.de conditio. & demonstr.Bald. in l.cum proponas.C.de hæredibus institu.Deci. in consi.287. columna quinta post med.versiculo & ad idem facit; quia tale fideicommissum.in consilio 290.columna secunda post med. & in consilio 298.columna secunda in fine.Crotus tamen in d. l.omnes populi.columna 39.versiculo 16.conclusio. voluit, q in casibus, in quibus fit repetitio, illa fiat etiam respectu pœnæ, addo Cardin.in cle.statutum.in tertia oppo.de electio. Guido Papæ quæstione.527. Ad idem possunt allegari multæ glos.relatæ per Ange.in §.ius autem ciuile.columna duodecima, Institu. ti.de iure natu.gen.& ciui. Est verum,q Angel.ibi dicit,non posse dari certum doctrinam; an in pœnalibus fiat extensio, nisi q stetur,prout decisum reperitur, & relinquit cogitandum. idem quod Ang.dicit Deci.in dicta l.si quis id,quod.colum.penultim. ff.de iurisdicti.omnium iudicum.sed idem Deci.in l.factum suũ. §.in pœnalibus.ff.de regulis iuris. facit regulam negatiuam, q in pœnalibus nõ sit licita extensio,cum septem fallentijs,& istud magis placet q fiat regula negatiua, & in casibus, in quibus reperitur contrarium decisum,q fiat extensio,reperietur illud procedere ex aliqua ratione, de qua in limitationibus, quæ dantur ad ipsam regulam negatiuam: & hanc regulam negatiuam tenet Roma.in l.quantæ.ff.de publica.quem citat Dec.in cap.1.colum.13.versiculo circa tertium dubium. de prob. & pro ea videatur tex.in cap.statutum.de elect.libro 6.vbi dispositio c.licèt canon.eo.tit.& lib.loquẽs de ecclesijs parochialibus,pœnam imponẽdo,non habet locum in ecclesijs parochialibus collegiatis,
151 quem text.ad hoc citat Calde.in consilio 1.in tit. de hære.† Sed faciendo regulam negatiuam, tota difficultas consistit in respõdendo ad tex.in cap.primo.§.porrò.quæ fuit prima causa,benefic.amit. Ad quem tex.respondet Dec.in dicta l.si quis id,quod. columna penul.& in d.§.pœnalibus.q potius facit pro regula negatiua; quia ibi fit extensio ex eo,quia lex ulterius procedit prouidendo & extendendo,ita q absque vlteriori prouisione aliud dicendum fuisset.Sed ista responsio non satisfacit;quia dici posset,quare lex ibi magis extendit dispositionem pœnalem, quam in alia materia pœnali.Rursus,attenta ista ratione, sequi uidetur destructio totius materiæ extensionis. Quomodo enim Doct. ausi fuerunt regulas extensiuas tradere, nisi q per leges id fieri posse cognitum habuerunt,& tamen semper dici posset, extensionem non fieri posse per hominem,argumento alicuius legis, quasi lex ipsa extenderit, sine qua extensione legis aliud dicẽdũ
152 erat.Secunda † responsio Decii in d.l.si quis id, quod.columna penultim.q in d.§.porrò.q ibi non agitur de mera pœna: quia res reuertitur ad dominum, & sic ad naturam suam.Similiter videtur non satisfacere,quia imo priuare vasallum feudo & vtili suo dominio,dicitur pœna.Ideo sine culpa sua vasallus feudo priuari non potest.c.1.in prin. de natu.feu.c.1.de feu. sine culpa nõ amit.& latissime dictum est supra in prima parte,numero quinto.Imo priuare quem officio, dicitur mera pœna.l.testamento Centurio.ff.de manu.testam.vbi tex. appellat pœnam remotionem ab officio aut onere administrandi. Ad idem tex.in l.eum, qui.C.de procura. & q aliquem iure suo priuari, dicatur pœna, est tex in l.in criminali.C.de iurisd.om.iudic. ubi actor trahens reum coram uetito iudice, mulctatur; quia actionem perdit, & sic priuatio actionis mulcta dicitur, & pœna:& generaliter uerũ est,q omnis priuatio dicitur pœna.l.prima C.de his, quæ pœnæ nomi.vbi plus dicitur, pœna,priuare hæredem aut legatarium lucro hæreditatis, vel legati, tradit Iaſ.in l.si insulam.columna 11.ff.de verbo.oblig.& in d.l.venia. columna quarta C.de in ius vocan.Addo glo.in clem.1.in verbo & in pœnam.de iure patro. vbi glo.per illum tex.no.q amissio solius electionis dicitur pœna,per quam glos.dicit Calca.in consi.primo.columna 16.quod statutum pœnale dicitur, per quod priuatur quis potestate exer-
153 cendi aliquod officium; imo † pœnale dicitur statutum ex eo, solũ,q patrimonium alicuius minuit.Ioan.And.in ca.primo de electio.libro 6.sequitur Abb.in consilio primo columna secunda libro primo.in consilio 67.columna 3.versiculo cum enim priuatio.& in consilio 78.circa prin.libro secundo Alibi scribit Oldra.in consilio 16.Thema tale est, Titius.in.1.quæstio.q pœna dicitur, quando proprium aliquid abest, vel abfuturum est. arguimen.l. damnum.& l.Proculus.ff. de dam.infect. Pondera
154 † dictionem, aliquid, quæ verificatur in qualibet re, licèt minima.l.si seruum.§.prætor ait.vbi Barto.ff.de acquir.hæred.l.mulier.§.fin.vbi glos.ff.de condi.institu.glos.in clem.1.in versiculo aut earum parte.de foro compe.Socin.in consilio 272.columna quinta versiculo 7.Ista conclusio. libro secundo & alibi sæpe Doct.si quando aliquis de proprio abest, aut abfuturum est, si sola diminutio patrimonij dicitur pœna.Quid dicendum,quando vasallus in totum feudo priuatur, si remoueri a iure administrandi negotia aliena,si ius tantum eligendi,perdere,etiam pro vna vice, pœna dicitur, quid dicemus in amissione bonorum feudalium? Ideo non sine causa truffatur Iaſ.de ista responsione in dicta lege si constante.in princ.columna 15.versiculo secundo in contrarium,& in d.l.cum quidam.columna quarta in fin.versi.

Source : BIU Cujas

fin.versi.contra principalem regulam.ff.de lib.& posthu.nec aliter tamen Ias.respondet. Præmissa tamen, q priuatio iuris, sui dicitur pœnam, intelligo,quando priuatur quis ex delicto.Bald. in l.fin.C.de oper.liber.refert & sequitur Ias.in dicta lege venia columna penultim. circa med.C.de in ius vocan. Consideraui
155 †responsionem facilem esse ad tex.in d.§.porrò.nam tex.ibi in princ. ponit aliquas causas speciales priuationis, postea ponit viam causam generalem,ex qua vasallus feudo priuatur, videlicet quando iustitiam domino facere denegauerit, non intelligo iustitiam prout glo.ibi intelligit, sed intelligo generaliter,quando vasallus quid agit contra iustitiam fidelitatis, & vasalli; quia iniuste se habet contra dominum non implendo ea,quæ expresse aut virtualiter confitentur in sacramento fidelitatis.Postea text.incipit declarare illam generalitatem,per exempla,quæ multa ponit,quibus positis, ne per talia exempla regulam visus esset restringere, subiecit idem esse in alijs similibus causis : & sic q vasallus priuetur feudo ex alijs causis similibus, illud non est per viam extensionis, sed secundum proprietatem causæ generalis ab initio po positæ, quando iustitiam domino non facit, idest, quando id, quod iustum est, ex forma fidelitatis domino non
156 præstat quo † casu etiam in materia pœnali & odiosa dispositio generalis generaliter debet intelligi, quatenus verborũ proprietas patitur.Icum de lege.vbi Are.ff.de testam.c.si quãdo.de sent. excom.glo.in cap.contra Christianos.de hæreticis.lib.6. Calde. in consilio primo in in titu.de consangui.& affini.& in consilio 24.in titu. de præb. & in materia pœnali ita tradit Dec.in d.lege factum suum.§.in pœnalibus. in prima limitatione.Apparet enim de mente legis in d.§.porrò. quòd noluit se restringere ad aliquas causas priuationis,sed generaliter uoluit vasallos priuari, quotiens aliquid committerent iniuste contra dominum,quòd a fide vasalli abhorreret : & hanc responsionem puto ex ore mentis textus in dicta §.porrò. acceptam.Ad quem textum etiã planior datur responsio & intellectus infra hac eadem parte. Ex hac responsione habes comprobatam conclusionem negatiuam, q in pœnalibus non fit extensio de similibus ad similia per identitatem rationis:& si aliqua dicta aut exempla in contrarium adducuntur, illa reperientur comprehendi sub aliqua ex fallentijs, quæ traduntur per Moder. ad præmissam conclusionem negatiuam,videlicet per Decium in d.lege in pœnalibus.& per Ias.in dicta lege cum quidam.ff.de liber&. posthu.

157 Memorata conclusio†negatiua, q in pœnalibus non fiat extensio per identitatem rationis,maxime & sine dubio procedit, quando constitutio pœnalis contineret odium irrationabile, prout in l.quisquis.C.ad legem Iul.maie.q filij puniantur propter delictum parentis.Ideo illa lex loquens in filijs non extenditur ad filias,ut ibi habetur.Bart.in l.1.ff.de uerbo.significa.Ang. l.quicunque.C.de seruis fugi.Ias.in d.lege si quis id, quod.colu. quarta in 6.limitatione.ff.de iurisdi.om.iud.Similiter in casu dicte legis quisquis.quia continet odium irrationabile appellatione filiorum non veniunt nepotes.Bart.in lege patri.de adulte.similiter non habet locum econtra,si filius committat crimen læsæ maiestatis; quia propter eum non punictur pater.Salice.in d. lege quisquis.refert & sequitur Dec.in consilio 64.columna prima & secunda similiter statutum, q pater teneatur assignare legitimã pro filio delinquente,non habet locum in nepote, licèt nepos large veniat appellatione filii; quia tale statutum continet odium irrationabile.Ray.de Forli.in lege Iul.§.primo ff.de rit.nup.Crotus in lege omnes populi.columna 35.ff.de iusti.& iure. Sed dicit aliquis, ex doctri.Barto.in dicta lege prima ff.de verbo.signi.ista materia extensionis in pœnalibus videtur reduci ad bimembrem distinctionem tantum; quia aut odium est irrationabile,& non fit extensio,aut est rationabile, & fiet exten
158 sio; & hoc†q fiat extensio, quando odium est rationabile, uoluerunt Bald.& Ang.in l.libertinum. per illum tex.C.de interdict.matri.vbi sicut tutor prohibetur matrimonio iungere filio suo naturali & legitimo pupillam, ita & filio naturali, quia illa prohibitio est rationabilis, & consequenter dicitur rationabilis pœna inde descendens : & tradit Bald.in alijs locis adductis per Dec.in dicto capitulo in præsentia. columna 17. versiculo tertia conclusio.de probatio.idem q fiat extensio in pœnalibus, quãdo odium est rationabile,uoluit Ias.in l.si prius.columna 19. versiculo ego confirmo conclusionem Barto.de oper. no. nuntia.ob id illud tantum videtur considerandum in dispositione pœnali,odium sit rationabile, vel non: & secundum hoc videtur dicendum, q vbicunque agitur de pœna propter delictum; quia talis pœna videtur rationabilis, facienda uidetur extensio.

159 Solutio.Barto.non dicit simpliciter, †q in pœnalibus fiat extensio,quando odium est rationabile, tantum dicit, & tunc masculinum concipit fœminum, facilius autem masculinum concipit fœminum,quàm vnus casus ad alium extendatur; quia in multis casibus masculinum concipit fœmininum ex propria significatione, ut habetur in d.l.1.ff.de verb.significatio. quo casu non dicitur tractari de extensione, & in casibus in quibus nõ concipit fœmininum de propria signficatione,saltem large, imo masculinum facilius concipit fœmininum, quàm verba capiantur large, aut improprie. Corn.in consilio 96.columna 3.post me-
160 dium.versiculo vltimo pondero.libro 3.ob id non valet†argumentum,vbi odium est rationabile, masculinum concipit fœminum.ergo etiam fit extensio ad aliam personam, aut ad aliũ casum.Videmus etiam, q in dispositione legis etiam odiosa & pœnali masculinum concipit fœmininum, modò odium non sit irrationabile.Cyn.post Odoffre.in d.l.quicunque.C.de seruis fugiti. Alber in d.l.si quis id, quod.ff.de iurisd.omniũ iudicum. Dec.in l.2.nume.109.ff.deregu.iur. Corn.in consi.233. colu.1. lib.4.Ias in d.l.si quis id,quod.colu.4.in quinta limitatione.& tñ in lege pœnali non sic fit extensio ad alias personas, aut ad alios
161 casus.Secundò† maxime procedit dicta conclusio, quando aliquid de facto fit;quia ad illud non extenditur constitutio pœnalis, Calderi.in consilio.1.in titu.de hæreti.ubi q clemen.nolẽtes. de hæreti.excommunicans inquisitores confiscantes bona ecclesiarum etiam fisco ecclesiæ, non habet locum in inquisitore, qui nulliter,& de facto distribuit aliquos libros quorundam fratrum minorum,quos damnauit de hæresi.

ARGVMENTVM.

Exceptionis ad regulam supra firmatam negatiue, q consuetu- aut lex pœnalis non extenditur ob identitatem rationis,maxima vbi agitur de fauore publico, id fallit.Item de fauore animæ,& piæ causæ.Item in materia priuationis feudi.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo seu lex pœnalis extenditur ob identitatem rationis, ubi causa est fauoribilis, & concludens reipublicæ.*
2 *In pœnalibus qualis fieri debeat interpretatio, & nu.3.*
4 *De delicti pœna frustra quæritur,nisi prius constiterit delicto.*
5 *Extensio fit in pœnalibus, ne delictum remaneat impunitum, ubi agitur de fauore publico.*
6 *Consuetudo aut lex pœnalis extenditur, si alio iure præstatur occasio delinquendi propter modicitatem pœnæ.*
7 *Extensio fit in pœnalibus & prohibitiuis,quando agitur de reipublicæ,etiam in alia materia,quàm delictorum puniendorum.*
8 *Consuetudo seu lex pœnalis extenditur, quando illa alias fieret elusoria, & plagam sustineret.*
9 *Consuetudo,seu lex pœnalis disponens super vno,extenditur ad alterum,quãdo duo sunt æquiparata per legem antiquam.*
10 *Extensio fit in pœnalibus & odiosis, quando agitur de salute animæ.Et quò fuerit introducta dispositio c.cum ex eo.de elect.lib.6.*
11 *Extensio fit in pœnalibus,quando aliàs absurdum resultaret.& nu.16.*
12 *Vxor putatiua num perdat dotem propter adulterium, sicut uera?*
13 *Clemen.1.q.3.de priuileg. puniens religiosos, num habeat locum in religiosis de facto?*
14 *Actus ubi de sui natura est illicitus,ex actu nullo pœna imponitur.*
15 *Priuilegium aut beneficium competens ucro matrimonio,non habet locum in putatiuo.*
17 *Extensio fit etiam in pœnalibus, ubi agitur de fauore piæ causæ.*
18 *Extensio fit ad alios casus, in quibus uiget eadem ratio,quæ expressa est in lege pœnali.Et quòd dispõ pœnalis extenditur ex mente disponentis,& unde illa colligatur.*
19 *Extensio fit in materia priuationis feudi.*
20 *Extensio an fieri possit, si in statuto pœnali assignetur ratio:ut delicta puniãtur,ea autem non exprimatur,quasi alia assignari non possit, ubi agitur de delictis puniendis.*
21 *Extensio fit in materia pœnali, ex maioritate rationis,ubi maior esset ratio in casu non expresso Et an procedat argumentum a maioritate rationis in pœnalibus & num.23.*
22 *Extensio an fiat in correctorijs, & pœnalibus ex identitate rationis,& quando,& nume.24.*
25 *Delictorum qualitas uariatur secundum locorum diuersitatem.*
26 *Consuetudo aut lex pœnalis in quibus non extendatur ad grauiora delicta,argumen.maiori.*
27 *Furcarum pœna maior est pœna capitis. Et quid si quis utraque fuerit condẽnatus diuersis sententijs,nec constat de delicto,vtra potius sit plectendus.*
28 *Delictorum qualitas inest ab ipsa natura, quam lex mutare,augere nel minuere non potest.*
29 *Extensio & quando fiat in correlatiuis,etiam in materia pœnali, & numero 32.*
30 *Extensio non fit ratione correlationis in diuersis actibus.*
31 *Dispositio an extendatur in correlatiuis, quando sumus in diuersis actibus, & unum stare potest sine altero,disting.*
33 *Dispositio hominis difficilius extenditur,quàm legis.*
34 *Extensio fit in materia etiam pœnali, quando unum uenit appellatione alterius,saltem de late uocabuli significatione.*
35 *Consuetudo aut lex pœnalis extenditur,quando in alio casu non reperitur certa pœna a iure statuta.*
36 *Consuetudo aut lex pœnalis extenditur in accessorijs.*
37 *Dispõ pœnalis extenditur ad illud, de quo loquitur ratione frequentioris usus.*
38 *Consuetudo extenditur,quando duo inuicem gradatim se habent.*

Source : BIU Cujas

39 *Consuetudo aut lex extenditur de casu proprio ad in proprium, propter causam honestatis seruandæ.*

40 *Renuntiatio iuris sui non inducitur ex actu, qui fit propter honestatem seruandum.*

41 *Iuramentum de parendo mandatis alicuius, intelligitur de honestis.*

42 *Consuetudo contra honestatem non ualet, nec potest a principe probari.*

43 *Consuetudo, seu statutum etiam exorbitans, an trahatur ad casum præsumptum.*

44 *Maritus lucrans partem dotis ex forma statuti, an lucretur partem dotis præsumptæ & nu.46.*

45 *Iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio.*

47 *Statutum deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonii, moderatur & restringitur, ut solum tantum lucretur, quantum vnus ex liberis primi matrimonij, cui minus relictum sit. Et quid si statutum sit correctorium iuris communis. nu.48.*

49 *Consuetudo aut statutum contra ius, recipit interpretationem passiuam a iure communi.*

50 *Consuetudo, etiam contra ius, an requirat scientiam principis sicut præscriptio.*

1 VIdeamus †modò de aliquibus limitationibus, quæ traduntur ad hanc regulam negatiuam, ꝙ consuetudo aut lex pœnalis non extenditur ob identitatem rationis. Inter alias limitationes datur vna, vt non procedat, quando agitur de puniendis delictis, aut illicitis coercendis; quia tunc dicitur agi materia fauorabilis & vtilis reipublicæ, ut delicta puniantur, ob id fit extensio. Barto. in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. libro 11. Roma. in consi. 105. in secundo dubio. Ias. post Alexand. in dict. l. cum quidam. columna penultima. in quarta limitatione. ff. de liber. & posthum. idem Ias. in l. si certis annis. columna secunda, verficulo Secundò moueor. C. de pact. in l. prima. columna fin. C. de transactio. Deci. in dicta lege factum suum. §. in pœnalibus in quarta fallentia. ff. de reg. iur. in connlio 95. columna secunda Fel. in cap. translato. columna quinta de constitu. & in cap. nonnulli. columna 21. de rescript. Ideo statutum permittens bannitum impune occidi posse, dicitur fauorabile; quia ob bonum publicum. l. 2. vbi Barto & alij. C. quãdo liceat sine iudi. se uindi. Barto. in l. omnes populi. in 2. q. tertiæ. q. princi. ff. de iusti. & iur. Ias. in cons. 133. columna penul. in fin. libro primo & in l. vbi pactum. columna quinta C. de transac. addo Bald. in consilio 492. Visa petitione. post med. libro 3. de quo tamen latius per Moder. in ca. quæ in ecclesiarum. de consti. Aduertendum circa hãc limitationem, quia Corn. in consil. 233. columna secunda libro quarto reputat hoc dictum Barto. in d. l. quemadmodum. mirabile & valde pulchrum, si verum sit, quasi voluerit ridere de hoc dicto, & illud pro omnino falso habere, & dubium facit contra

2 istud dictum; quia† in pœnalibus fit interpretatio in benigniorẽ partem. l. interpretatione. & l. si præses. ff. de pœnis. & vbi pœna pluribus modis intelligi potest, intelligitur de mitiori. Bald. in l. fi. per illum tex. cum glos. C. quæ res vendi. non pos. Similiter in dubio fit interpretatio, vt pœna locum nõ habeat. ideo in dubio censetur quis condemnatus ex causa, quæ non infamat. lege hæ enim. ff. de suspec. tut. Ioan. de Ana in cap. qualiter. §. ad corrigendos. columna quarta de acc. similiter in dubio censetur proposita actio, quæ non infamat. Alexand. in l. certi condictio. in princ. ff. si cer. pet. & in l. Gallus. §. si eius, qui filium. columna secunda ff. de liber. & posthu. Deci. in cap. ex literis. columna quinta in fi. de consti. in cap. at si clerici. in princi. columna 16. verficulo itẽ & secundò communis opi. & in cap. dilecti filij. columna fi. ver-

3 ficulo ista limitatio. de iudi. Ad istud † argumentum respondet Ias. in dicta lege cum quidam. columna fi. ff. de liber. & posth. ꝙ procedit in dubio, quando non constat delictum esse commissum, uel quãdo non constat de qualitate criminis, vt sic absolua tur quis in dubio, quando non constat delictũ esse commissum, vel si constat, sed non de eius quatitate, mitior imponatur pœna, quæ responsio animo meo non satisfacit; quia Docto. loquentes de materia extensionis in pœnalibus præsupponunt delictũ esse commissum, & de eo constante. similiter in dicta lege interpretatione. & lege si præses. præsupponitur constare de delicto

4 & eius qualitate: quia† frustra alias quæritur de pœna delicti, cum de delicto prius omnibus constare oporteat. l. 1. §. item illud. ff. ad Sil. l. si quando. in verficulo præfacta. ubi Ias. post Bald. in quarta not. C. vnde ui. Ang. in l. certũ. ff. de confes. Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. colum. 7. ff. de iureiu. & plene constare debet de delicto, nec cõicctura sufficerẽt. Deci. post Abb. in cap. primo. in fi. de offi. deleg. Præterea d. lege si præses. loquitur, quando fuit proposita vis publica, & vis priuata, & iudex in sententia simpliciter declarat reum vim fecisse, non declarando de publica, uel priuata, dicit tex. ꝙ intelligitur de vi priuata in mitiorem partem. Si dicamus istud ideo esse, quia accusator nõ probauerit de vi publica, ille tex. non procederet; quia tunc non interpretaretur sententia de ui priuata, vt mitior pars accipiatur,

5 sed quia non fuit probatum de ui publica. Ideo † puto aliter responderi posse, videlicet, ꝙ dictũ Barto. in dicta lege quemad. intelligatur, quando aliàs si extensio non fieret in pœnalibus delictum remaneret impunitum. Tunc enim dicitur agi de fauore publico, & materia dicitur fauorabilis, ob id fit extensio, ne delictum remaneat impunitum, sed si cessante extensione delictum non remaneret impunitum, sed puniretur quidem, mitius tamen; tunc non fit extensio in pœnalibus, sed procedunt illa iura, in l. si præses. & l. interpretatione. ff. de pœn. Ita nota. declarat & respondet Barto. in lege 2. §. exercitum. ff. de his, qui not. infamia. refert & sequitur Dec. in l. 2. num. 109. ff. de reg. iur. Ad quam declarationem si Corn. aduertisset, non dictum hoc pro tam mirabili habuisset, nec illud in dubium reuocasset. Infertur ex hac declaratione, ꝙ licèt dispositio pœnalis cõtineat odium rationabile, ut delictum puniatur. Si tamen circa extensionem delictũ impunitum non fiat; quia alia lege mitius tamen puniatur, tũc

6 extensio non fiet. Aduertendum tamen† hic puto, ꝙ si delictum alio iure ita breuiter aut leniter puniatur, ꝙ occasio delinquendi videatur præstari, quæ occasio præstari dicitur ex modicitate pœnæ. l. si in operis. C. de pœnis. Deci. in l. 1. in princi. columna 3. ff. quod quisque iur. & in c. cognoscentes. colu. prima. de consti. Putarem tunc legem aut consuetudinem pœnalem extendi, quia adhuc militat ratio fauoris publici, ne delictum remaneat impunitum: tolli enim debet occcasio delinquendi. l. prima. in princip. ff. nau. caup. stabu. l. 1. §. fi & quod ibi not. ff. quemad. serui. amit. c. emandati. 1. q. 1. nec valet lex, per quam occasio datur delinquendi. c. erit autem lex. 4. dicto c. ex parte. vbi Abb. in 2. no. de consuetu. cap. fi. eod. titu. cap. flagitia. 22. q. 7. l. conuenire. ff. de pact. dota. & iste casus occurrit mihi primo anno doctoratus mei, quum iudicem Cunei agerem, & falsi quæstio ageretur, nam fuit exhibitum statutum quoddam, loquens de falsitate, per quod falsi reus leuiuscule mulctari debet ad pœnã pecuniariam, solido 20. turon. (si non fallor) non excedentem, interpellabar ad obseruationem iurisiurandi, quod præstari iudices de statutis illius loci obseruandis. Dixi statutum illud infirmum ac nullum esse, tanquam occasionẽ præstans delinquendi & quòd iuramentũ iudicis generale de statutis obseruandis restringitur ad statuta ualida, & iusta non inualida & iniqua l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. ubi Doctores. c. 1. c. de iureiuran. libro 6. l. si procurator. ff. de cond. indebi. vbi late moder. & magis miratum oportet interpellatum me fuisse ad obseruantiam illius statuti turpissimi per tertium, cuius non intererat, virum alioqui non obscurum, quem illud verius desideratum decuisset, vt sta-

7 tutum illud incendio traderetur. Ista prima † limitatio ampliatur, vt procedat non solum, quando agitur de fauore publico, vt delicta puniantur, sed etiam si aliàs agatur de fauore reipublicæ in alia materia: quia fit extensio etiam in pœnalibus & prohibitiuis. lege cetera. §. hoc senatusconltum. vbi Ias. in quinto not. ff. de leg. 1. & faciunt nota. per Feli. in ca. nonnulli. columna. 21. de rescript. vbi quòd dispositio concernens vtilitatem publicam dicitur fauorabilis, licèt sit contra ius aut exorbitans. Secunda da

8 tur † limitatio per Deci. in dicto §. in pœnalibus. per Ias. in d. lege cum quidam. in fine quando aliàs consuetudo, aut lex pœnalis fieret eluforia. Addo Anto. de Butr. in disputa. incipient. Bononiensis in fine tertij dubij. vbi, quòd fit extensio in materia pœnali, quando aliàs magna plaga legi inferretur; quia lex fieret eluforia, refert & sequitur Soci. in cõsilio 240. columna quarta. versiculo quinto dixit. libro secundo idem voluit Corn. in consilio 303. columna penultima post med. libro 3. & facilius, quæ scri-

9 psi supra in 15. limitatione. Tertia† datur limitatio, quando duo sunt æquiparata per legem antiquam; quia tunc lex, aut consuetudo pœnalis disponens super uno extenditur ad alterum: ita Deci. in d. §. in pœnalibus. in quinta fallentia. Ias. in l. si prius. col. 19. uersicu. 3. pro conclusione Bart. ff. de operis no. nuntia. Socin. in l. Gallus. §. videndum. in fi. ff. de liber. & posthu. per text. in cap. ad audientiam. & in cap. cum dilectus. & utrobique Abb. & Im. de cleric. non resident. sed istud intellige secundùm ea, quæ latissime supra dicta sunt in 14. limitatione: & ex hac limitatione infertur ad declarationem dicti Fulgo. in d. cons. 23. quia conductor ad longum tempus æquiparatur emphyteutæ. cum ha

10 beat ius in re. Quarta† datur limitatio, vt non procedat, quando agitur de salute animæ & peccato euitando; quia tunc fit extẽsio etiam in pœnalibus & odiosis. Ioan. And. vbi Abb. multum extollit in cap. ex tenore. qui filij sint legiti. Abb. in cap. quæsiuit. de diuor. Bartol. & moder. in authen. sacramenta puberum. col. pe. & ibi Ias. col. 16. C. si aduer. uendi. vbi extendunt illam authẽ. ad alios contractus, quia agitur de salute animæ, ut iuramentum obseruetur, & tamen illa dispositio est odiosa, & exorbitans a iure communi. Addo Ancha. in consilio 304. Ista allegata. vbi, ꝙ dispositio introducens pœnam pro salute animarum & augmento scientiæ & uirtutis, id est, vt per timorem pœnæ incitetur quis ad bonum animæ, scientiæ & virtutis, penalis nõ dicitur, infert propterea dispositionem c. licèt canon. & c. cum ex eo. de elect. lib. 6. per quam dispensatus ob causam studiorum, finito tempore studij, tenetur se promoueri facere intra annum ad ordinẽ diaconatus & subdiaconatus subpœna priuationis beneficij

extendi

Source : BIU Cujas

extendi etiam, quando esset cum aliquo dispensatum ratione minoris ætatis, quòd nisi finito tempore minoris ætatis se faciat intra annum promoueri, pariter priuatus sit beneficio; quia dispositio dicti cap. cum ex eo. introducta fuit pro salute animarum, & pro augmento scientiæ & virtutis, ob id fauorabilis po-
11 tius dicitur, quàm pœnalis. Quinta datur† limitatio, ut non procedat, quando absurdum resultaret, si non fieret extensio in pœnalibus. l. si vxor. §. 1. ff. de adulte. vbi etiam vxor de facto, aut putatiua punitur adulterij nomine, sicut vera vxor: & sicut lex pœnalis loquens de vxore extenditur ad eam, quæ vere vxor non est, sed de facto, quem text. pro parte contraria citat Iaſ. in d. lege cum quidam. colu. pen. versicu. tertiò & fortius. ff. de lib. & posthu. nec aliter respondet ad illum text. nisi quòd ibi agitur de fauore publico, ut delictum puniatur: sed ista responsio non satis facit; quia (vt supra dixi) iste fauor publicus non consideratur, nisi vbi delictum remaneret impunitum. Sed licèt talis vxor putatiua non puniatur, vt vxor de adulterio, puniretur tamen tanquam de stupro, si fuisset virgo vel vidua. Sed rationem illius textus puto esse; quia nisi fiat extensio, sequeretur absurdum, ꝙ vxor putatiua & de facto esset milioris conditionis, quàm uera vxor, quòd esse non debet. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi, quòd etiam vxori putatiuæ donari non potest. Pro hoc glo. in ca. plunque. de dote post diuor. resti. vbi, ꝙ vxor putatiua ita perdit dotem propter adulterium, sicut vera vxor, ne plus tribuatur vxori putatiuæ & de facto, quàm veræ vxori, refert & sequitur Pau. de Castro in consilio 147. Reuocatur in dubium. & in cõsilio 154. Pro ista domina. colum. 2. post med. libro 2. vbi idem in tutore putatiuo, & minus legitimo, ꝙ ita punitur non reddendo rationem administrationis, sicut uerus tutor, tenendo in hoc contra glo. in l. consensu. in versiculo sibi. C. de repud. vbi
12 glo. voluit, ꝙ talis† vxor putatiua non perdat dotem propter adulterium: sed dicit Paul. ꝙ Docto. in d. ca. plerunque. communiter tenent contrarium: nam Docto. ibi considerant intentionem mulieris, quæ secundum eius intentionem adulterium cõmisit, ut ibi per Innoc. in finalibus uerbis. & per Abb. qui dicit opin. glo. esse communem. Similiter, curator putatiuus non debet esse melioris conditionis, quàm verus: ob id sicut verus curator non potest donationem accipere ab adulto, ita nec putatiuus. Pau. de Castro in consi. 352. Curator. columna 2. post med. libro primo. Similiter licèt reseruatio beneficiorum sit odiosa, glo. in c. fi. in verbo, similibus. de verbo. signifi. libro 6. tamen reseruatio Papæ de beneficijs, quæ Titius obtinet, locum habet etiam in beneficio, quod Titius de facto tenet, ne occupator sit melioris conditionis, quàm verus possessor. Rota decis. 274. no. ꝙ sufficit, in antiq. Sed glos. in d. l. consensu. C. de repud. simpliciter sequitur Alexand. in l. cum dotem. § fi. solu. matr. dicens esse similem glo. in d. cap. plerunque. Sed certe glos. in d. cap. plerunque. est omnino dissimilis. glo. etiam in d. l. consensu. simpliciter sequitur. Bertachi. in suo repertorio, in verb. adulter. uersic. 43. in verb. maritus adulter. versi. 3. &. in verb. vxor adultera ver. 7. Pro glo. etiam in d. l. consensu. facere videtur Cald. in consilio 1. in titu. de hæret. ꝙ dispositio clem. volentes, de hæret excõmunicans inquisitorem confiscantem bona ecclesiæ, non habet locum, in inquisitore, qui de facto distribuit certos libros fratrum minorum damnatorum de hæresi. Sed responderi potest ad dict. Cald. quòd ibi inquisitor non dabat operam rei naturaliter prohibitæ. Nec ex dicto Calde. sequitur absurdum, ꝙ delinquens sit melioris conditionis, quã non delinquens, ex quo confiscatio bonorum contra hæreticos per alia iura permissa
13 erat. Pro dicta glo † etiam in d. l. consensu. facit dictum Card. post Lapum in cle. 1. colu. secunda. q. 3. de priuile. vbi, quòd illa cle. puniens religiosos non habet locum in religiosis de facto, quorum religio est reprobata; quia in eis non conuenit qualitas religionis. Quod dictum sequitur Felin. in d. ca. accedentes. col. 3. de præscrip. Sed aduerte, quia Cardin. fundat suum dictum super glo. in c. 2. in verbo, quancunque. ne cleri. vel mona. lib. 6. quam glo. dicit optime facere. Sed nihil facit: nã text. prohibet, ne processus religionem quacunque habitum temere dimittat glo. quancunque scilicet approbatam. Cui mirum, si talis expositio fieri debet tanquam omnino necessaria; quia si religio sit reprobata., in ea quis manere non debet: tunc diuersa est ratio inter religionem ueram, & eam, quæ de facto est. Nec militat tunc absurdum aliquod, ꝙ non ita puniatur dimittens habitum
19 religionis reprobatæ, sicut approbatæ, cum omnino habitum dimitti oporteat, secus in adulterio vxoris putatiuæ; quia illud nũquam erat licitum, & contra Cardi. facit text. per eum alleg. in cap. eum, qui. de præbend. lib. 6. ubi intrusus in sui odium habetur pro possessore legitime, ne sequatur absurdum, quòd fit melioris conditionis, quàm legitimus possessor. & ibi glo. concord. allegat nota. ad illum text. bene respondet Card. quia text. nõ fundat se in ratione noua Cardi. sed in alia ratione, ne stultus aut inuasor sit melioris conditionis, quàm sapiens aut bonus quæ ratio aperte confundit dictum Cardi. nec ad eam aliquo
14 modo respondet Card. Rursus † contra Card. & Felin adduco Ioan. And. Abb. & Doct. in capitulo primo de cleri. coniug. vbi, ꝙ clericus de facto contrahens matrimonium ita priuatur beneficijs, sicut legitime contrahens, ne aliàs sit milioris conditionis de facto agens, quàm legitime: & tamen qualitas matrimonij non conuenit: sed satis est eum matrimonium contraxisse quòd ad eius intentionem, & quantum in eo fuit sequitur Anchar. in consi. 34. In hac causa columna 3. versi. & hac ratione tollitur. Roma. in consi. 443. Dubitatur. columna secunda quotiens enim actus de sui natura est illicitus, ex actu nullo pœna imponitur. l. nemo martyres. C. de sacro. eccle. iuncta glo. l. eum qui duas. C. de adult. Deci. in capitulo ex tenore. columna 3. circa fi. de rescrip. qui tamen Deci. videtur sibi contrariari in consi. 166. Eandem declarationem, ꝙ ex actu nullo aut de facto fit, imponatur pena, quando aliàs sequeretur absurdum, quòd delinquẽs esset melioris cõditionis, quàm non delinquens, uoluit Ripa. in l. prima columna quarta circa fi. ff. de vulg. sed adulterari de sui natura est reprobatum. Præterea Felin. vbi supra, allegat alia fa-
15 cientia, nec respondet. E contra autem beneficium† aut priuilegium competens vero matrimonio non habet locum in matrimonio putatiuo. Ideo statutum de lucrando dotem per maritum non habet locum in marito putatiuo. Bald. An. & Sali. in l. prima. C. de condi. ob cauſ. Alexan. in l. si cum dotem. §. fi. ff. sol.
16 mat. Ripa in rubr. ff. sol. mat. columna 16. post med. † Et pro hac quinta limitatione, quòd fiat extensio in pœnalibus, quãdo aliàs sequeretur absurdum, adduco glo. cap. statutum. in versiculo volumus. de hæret. libro 6. vbi, ꝙ dispositio illius c. penalis. ꝙ filij hæreticorum non admittantur ad aliquod beneficium ecclesiasticum, nec officium publicum, vsque ad secundam generationẽ, extenditur etiam ad filios hæreticorum illegitimos, ne aliàs sequatur absurdum, quòd plus tribuatur luxuriæ, quàm castitati, quam glo. refert & sequitur Dec. in cap. in præsentia. columna 17. versiculo tertia conclusio. de probatio. & ex hac quinta limitatione poteris dissoluere plurimas decisiones, quæ adducuntur contra hanc regulam negatiuam: nam in pluribus videbis, quòd ideo fit extensio in pœnalibus, ne aliàs sequatur absurdum, sicut etiam supra vidimus in 16. limitatione, ꝙ consuetudo correctoria iuris communis extenditur, ne aliàs sequatur absurdum. Sex
17 ta datur† limitatio, vt non procedat, quando agitur de fauore piæ causę; quia tunc fit extensio, etiam in pœnalibus. Ita Deci. in d. §. pœnalibus. Iaſ. in dicta lege cum quidam in dicta lege si prius colum. 19. versiculo secundò moueor. ff. de oper. noui nuntiat. in d. authen. quas actiones. colum. 7. in fin. in quinta limitatione.
18 Septima datur† limitatio, quando ratio est expressa in lege pœnali; quia tunc fit extensio ad alios casus, in quibus viget eadẽ rõ l. cum mulier. vbi Alexan. ff. sol. matri. Gemi. in in c. si ciuitas. §. 1. in princ. de senten. excom. lib. 6. & in consilio 2. in fi. Deci. in d. §. in pœnalibus. in 7. fallen. Iaſ. in l. 1. columna secunda in fi. versicu. 6. facit. ff. de in ius voc. ut eant. in d. l. cum quidam. colu. fin. in 5. fallentia. ff. de lib. & posth. Addo Anch. in cõsilio 304. Ista alleg. post med. versi. postremò etiam aduertendum. vbi, ꝙ dispositio pœnalis extenditur ex mente disponentis. cap. si postquam. de electio. libro 6. mens autem colligitur ex ratione expressa. Bal. in l. non dubium. C. de legib. & ꝙ mens colligatur ex ratione, est tex. in d. lege cum mulier. 1. ff. sol. ma in l. scire oportet. §. oportet. ff. de excus. tut. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. uxorem. in prin. vbi Bart. ff. de leg. 3. cap. intelligentia. de verb. sig. glos. in l. si in venditione. in fin. in glo. nota causam uerborum. ff. comm. præd. Bald. in consilio secundo Verba statuti. columna secunda libro primo. mens enim & ratio idem sunt. Dyn. in c. vlt. de reg. iur. lib. 6. refert & sequitur Bald. in consilio 100. In causa ista. columna secunda libro 3. Paul. de Castro in consilio 148. Viso & examinato pnncto. columna secunda libro primo Alexan. in cõsilio 52. columna secunda versiculo secundò confirmo. libro 1. Imo voluntas aut mens disponentis magis colligitur ex ratione, quàm ex uerbis. Bald. in consilio 121. A capite. colum. 3. ver. sed hic est aduertendum. libro 3. per tex. in l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. & isto casu, quando ratio est expressa in dispositione pœnali, extensione pœnali, extensio fieri non dicitur, cum veniat casus non expressus ex mente legis. Ancharan. in d. consil. 304. in fi. & dixi supra in materia extensionis in correctorijs. in Fortius voluit Curt. Senior in consili 50. columna 19. prin. ꝙ extensio fit in pœnalibus ex identitate rationis finalis, quæ colligitur ex proœ. Ex hac 7. † limita. inferri potest ad aliam responsionem ad text. in d. c. 1. §. porrò. quæ fuit pri. cauſ. bene. amit. vbi in materia priuationis feudi, & sic pœnali fit extensio. de cuius intellectu & ratione supra vidimus. Nam vltra præmissa videtur, quòd responsio planior accommodari possit ad illum textum; quia videlicet ratio ibi fuit expressa, cur priuaretur ex illis causis ibi expressis: nam dicit text. quòd & naturalis & ciuilis ratio suadet prædictis modis feudum debere amitti, quæ colligi potest, si quis scrutatus fuerit subtiliter constitutionẽ, in qua enumerantur causæ exhæredationis & ingratitudinis & repudij, quibus liberi exhęredantur, matrimonia dissoluuntur, & donationes reuocant, & sic text. exprimit rationem, cur ex causis ibi declaratis

& enume-

Source : BIU Cujas

& enumeratis vaſallus feudo priuetur; quia videlicet apparet ex talibus cauſis de ingratitudine ipſius vaſalli contra dominum: & ſic fundatur ratio priuationis feudi ſuper ingratitudine. itaque cum ratio priuationis fuit expreſſa, non mirum, ſi fit extenſio ad alias cauſas, in quibus militat eadem ratio ingratitudinis: & iſta ratio & reſponſio videtur mihi clara, & ſine aliqua difficultate. Non omitto circa illum tex. in d. §. porrò. q̃ Crotus in d. lege omnes populi. colum. 33. in fi. verſicu. ſecunda concluſio. voluit ſubtili medio effugere difficultatem illius tex. ponendo eum in materia iuris exorbitantis aut limitatorij, in qua materia facilius fit extenſio, quàm in pœnalibus. Sed neſcio vbi Crotus iſtud ſomniauerit, cum ibi non agatur de materia correctoria exorbitanti, nec limitatoria, ſed tantum pœnali. & Docto. omnes laborãtes circa illum tex. eum ſolum allegant in materia pœnali. Sed aduerte † pro declaratiõe huius ſeptimæ limitationis, q̃ ſi in ſtatuto pœnali aſſignetur, rõ ut delicta puniantũ, q̃ ẽt ſola rõ vĩ aſſignari poſſe, qñ agitur de delictis puniendis, ex hac ratione expreſſa nõ puto extenſionẽ fieri poſſe, niſi prout ſupra dictum eſt, quando aliàs delicta remanerent impunita. Si verò delicta per aliud ius debito modo puniantur, iudici non debet corectio alterius iuris, etiam q̃ per aliud ius mitior pœna imponatur, modò pœna non ſit adeo mitis, q̃ per eam occaſio detur delinquendi, ut ſupra diximus in prima limitatione ad regulam negatiuã, q̃ in pœnalibus non fit extenſio. Contra iſtam tamen ſeptimam limitationem tenet Soci. in l. ſerui electione. §. 1. columna 3. poſt med. verſicu. ſed iſta ratio ita deducta. ff. de lega. 1. ibi, voluit, q̃ in pœnalibus non fiat extenſio ex identitate rationis expræſſe, niſi caſus, ad quem volumus extendere, comprehendatur ſub verbis legis, late ſumpto vocabulo.

21 Octaua. datur † limitatio, vt non procedat regula negatiua, vbi maior eſſet ratio in caſu non expreſſo; quia ex maioritate rationis fit extenſio etiam in materia pœnali. Alex. in addi. ad Bald. in l. mancipia. in verſi. turbans. C. de ſeru. fugi. Roc. de Cur. in rep. d. capitulo fi. cha. 35. in 7. limit. vbi tamen Alexand. non allegat, ſed tantum dicit, q̃ iſtud præſuponit Ant. de Butr. in dicto capitulo fi. dum dicit nõ fieri extenſionem. a paritate rationis ergo ſecus ſentit, vbi eſſet maior ratio. Ad idem facit text. in l. qui indignus ff. de ſena. vbi ſententia pœnalis, per quam indignus quis declaratur inferiori dignitate, extenditur ad maiorem dignitatem, & ordinem, per argumentum a maiori. Ad idem tex. in lege cui pacto. ff. de ſeruis expor. vbi pactum pœnale, per quod interdicitur alicui pomerio, aut ſuburbijs, extenditur ad ciuitatem, ut a fortiori ad ciuitatem accedere non liceat. Ad idem tex. in l. relegatorum. §. poteſt. ff. de interdi. & relega. vbi prohibitus per ſententiam ab honore minori, a fortiori cenſetur prohibitus a maiori. Ad idem adduco Dec. in c. 2. columna 10. in fin. verſi. poſtremò ſupereſt. de probatio. & in conſilio 333. colum. 3. in prin. vbi, q̃ ſtatutum contra ius commune extenditur a maioritate rationis. & q̃ a maiori licitum ſit arguere in pœnalibus, tradit Bald. in l. tranſigere. in octaua oppo. C. de tranſac. vbi quòd ſicut non eſt licitũ trãſigere ſuper adulterio, ita & à fortiori nec ſuper raptu.

22 Sed contra † iſtam limitationem arguitur ex eo, quod no. gloſ. & Doct. in d. authen. quas actiones. vbi, quòd in correctorijs non fit extenſio, etiam a maioritate rationis. & ibi Iaſ. hoc firmat columna 6. verſi. ſit ergo firma regula. & idem Iaſ. in l. fratres. colu. 3. verſicu. ſi uelis tenere oppoſitum. C. de inoffic. teſtamen. in authen. non licet. columna ſecunda C. de liber. præt. Imo. in conſi. 64. Are. in conſi. 27. Proponitur. columna ſecunda poſt med. verſicu. non obſt. q̃ melior. Cor. in conſ. 271. colu. quarta poſt med. libro quarto Curtius iunior in conſi. 6. colu. 6. poſt med. & hanc opin. dicit communem Deci. in l. non debet, cui quod plus. num. 4. ff. de regu. iuris, quicquid aliter uoluerit idem Deci. ſibi contrarius in dicto conſilio 33. colum. 3. circa princip. verſi. & ad idem facit, poſt Imol. in d. §. de uiro. ſi non fit extenſio à maioritate rationis in correctorijs, multo minus fieri debet in pœnalibus, aut ſaltem eadem ratione fieri non debet in pœnalibus, qua in cor-

23 rectorijs prohibetur: & quod in materia pœnali non † valet argumentum a maioritate rationis, tradit Bald. in authen. ex teſtam. colu. 4. C. de ſecund. nupt. ſequitur Cur. ſenior in conſ. 45. colu. 8. verſiculo 2. quia in materia. Hanc difficultatem non reperio tactam per aliquem Doct. quem legerim, nec omnes legiſſe me fatear, præcipue, q̃ belli tam prolixi & calamitoſi aduerſitate fractus, cauſis forẽſibus operam dare coactus ſum, vxoris atque

24 liberorum pondere non ingrato tamen grauatus. Puto † quòd in pœnalibus extenſio non fiat a maiori, niſi eo caſu, quo ſi extẽſio non fieret, reſultaret abſurdum, puta quando alicui interdicitur dignitate inferiori, vel acceſſu ad ſuburbia, nõne pluſquam abſurdum eſſet, ſi obtinere poſſet dignitatem maiorem, vel ſi ad vrbem ingredi poſſet: & ita abſurditatem conſiderant iura ſupra allegata, maxime text. in d. l. cui pacto. Similiter in l. nec in ea. ff. de alte. vbi ſicut licitum eſt patri adulterum & adulteram occidere impune, a fortiori, poterit, contumelia afficere: nam abſurdiſſimum uideretur, puniri quem pro contumelia in eum commiſſa, qui homicidij nomine minime teneretur. Idẽ in aliis exẽplis adductis per Moder. in l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. per Dec. in ca. quia in tantum. de præben. in quibus in delictis & pœnalibus arguitur a maiori. nam inconueniens, & abſurdum ſequeretur, niſi ita licet arguere, quo caſu ne abſurdum inducatur, extenſio fit, ut ſupra diximus in 5. limitatione. Confirmatur iſta declaratio ex eo, quod ſcribunt Barto. & Doct. communiter in dicta lege tranſigere. C. de tranſac. vbi, quòd illa lex prohibens trãſigi ſuper adulterio, non extenditur ad raptum, licèt raptus ſit grauior adulterio. Ex hac declaratione infertur, q̃ ſi per ſtatutum, aut conſuetudinem imponatur aliqua magna pœna pro aliquo delicto ratione aliqua, puta frequentiæ illius delicti, aut

25 aliter, cum ſecundum † locorum diuerſitatem, delictorum etiã qualitas varietur reſpectu magnitudinis: nã in Francia falſitas, capitaliter punitur per edictum regium, non itidem ſeruatur apud alias regiones, imo (vt ſupra dictum eſt) apud Cuneares delictum falſitatis tenue reputatur ex eorum ſtatuto, quod pœnam per breuem conſtituit, licèt illud obſeruari non arbitrer. Similiter per legem Iuliam crimen adulterij capitaliter punitur, quæ tamen pœna apud poſteros in diſſuetudinem abiit, his inquam

26 caſibus † non puto legem aut conſuetudinem pœnalem extendi ad maiora delicta, arguẽdo a fortiori; quia ceſſat abſurdum modo & ipſum delictum maius impunitum non maneat. Quid. n. abſurdum videatur, ſi aliquod delictum, quod minus videatur ex aliqua cauſa, acerbius vindicetur, quàm aliud crimen quod

27 grauius uiſũ ſit; Videmus † enim q̃ pœna furcarum eſt maior, q̃ pœna capitis; quia pœna furcarum eſt magis ignominoſa. Bar. in l. capitali. §. ſerui. ff. de pœnis. in l. deſertorem in princ. ff. de militar. Bal. in l. omnes. C. de delato. libro 10. vbi ſi quis fuerit condemnatus pœna furcarum & pœna capitis diuerſis ſententiis, & non poteſt conſtante pro quo delicto prius fuerit condemnatus, caput amputari debet; quia eſt mitior pœna, quàm furcarũ, ſequitur Ioan. de Ana. in cap. 2. colu. 10. de colluſio dete. tradit Soci. in conſi. 157. colu. ſecunda libro 2. & tamen pro furto quis ſuſpendetur, & pro homicidio decapitabatur, cum homicidium

28 infinitis partibus ſit grauius furto. Nec placet † dictum Decij in ca. at ſi clerici. in prin. col. 5. in ſeptimo nota. de iudi. & in conſilio 65. colum. 2. q̃ vbi pro furto maior pœna imponitur, quàm pro homicidio, tunc furtum dicatur delictum grauius homicidio: quia cum grauitas delictorũ inſit ab ipſa natura, non poteſt lex facere, quod delictum maius, dicatur minus, & ecõtra. §. fi. Inſti. de iure natu. gen. & ciui. l. eas. ff. de cap. dimi. Nec ſtatutum dicitur facere delictum maius, quod uere minus ſit ob impoſitionẽ maioris pœnæ; quia (ut dixi) potuit imponere maiorem pœnam ex aliqua cauſa. puta ut obuietur frequentiæ illius delicti. Bene fateor, quòd vbi cadere poſſet dubiũ probabile, an vnum delictũ ſit maius altero, tunc cognoſcetur grauitas delicti ex qualitate pœnæ, ut dicit Dec. in d. conſilio 65. & in d. c. at ſi clerici. ſed vbi eſt notorium unum delictum eſſe maius altero per rerum naturam, prout in homicidio & in furto, quæ enim comparatio fieri poteſt de offenſione in perſonam ad offenſionem in bonis, arg. l. in ſeruorum. in fin. ff. de pœnis. & quòd ex qualitate pœnæ maioris uel minoris non ſemper arguitur ad qualitatem delicti, ut dicatur maius vel minus, prout maius vel minus reperitur vindicatum, tradit Soci. in dicto conſilio 157. columna penultima in fin. Deci. in authen. caſſa. colu. 3. poſt med. C. de ſac. ſanc. eccle. & in capitulo eccleſia Sanctæ Mariæ. circa princip. de conſtitutio. & aduertendum, quia Soc. & Deci. conſuluerunt in eadẽ cauſa, licèt pre diuerſis partibus: & dicit Dec. in dicto capitulo at ſi clerici. in prin. ſeptimo not. q̃ obtinuit ſententiam pro eius parte contra conſiliũ Soci. ſed aduerte, quia in caſu Soci. & Decij non puto, quòd fuerit iudicatum pro conſilio Decij, eo q̃ delictum furti eſſet maius homicidio, ſed quia intentio ſtatuentiũ ſeu ſtatuti Lucæ videtur, quòd dummodo non bannitus interficiat bannitum reum mortis, & ſic purget prouinciam homine ſcelerato & patibulo digno, talis occidens habeat priuilegium liberandi a banno alium bannitum, cuius delictum non ſit maius delicto eius, qui dicitur occiſus per non bannitum, quaſi intentio ſtatuti fuerit, quòd ſi non bannitus interficiat bannitum, qui a pœna mortis defendi poſſet: tunc non poſſit liberare a bannito bannitum mortis reum, ſed ubi uterque bannitus, ideſt, & occiſus per non bannitum, & is, de cuius liberatione agitur, mortis rei erant, ſatisfactum videtur intentioni ſtatuti: & licèt vnũ delictum videatur maius altero, tñ ex quo in ſubſtãtia eadẽ eſt pœna mortis, illud plus & minus, qđ pœnã in ſubſtãtia nõ alterant, non habentur in conſideratione. l. l. ff. de fundo inſtructo. & ſic iudex in cauſa illa Lucæ magis uidetur, conſideraſſe effectũ ſtatuti, quàm uerba. effectus autem idem videtur, do mmodo nõ bannitus eũ interficiat, qui morte dignus eſſet. Concurrebat etiam in caſu Decij; quia ſtatutum Lucæ dat illud beneficiũ nõ bannito occidenti bannitum ob publicam vtilitatem, ut ſic accendant homines ad extirpandos bannitos, & eos occidendos, ob id extendendum uidetur aut large interpretandum, ut ipſe

29 Deci deducit. Nonò † non procedit præmiſſa regula negatiua in correlatiuis, in quibus fit extenſio, etiam in materia pœnali. Ideo

pœna

pena imposita actori intelligitur etiam imposita reo, & contra glo.in l.per interuallum.ff.de iudi.& in c.1.de confes.lib.6.& in correlatiuis, ꝙ pœna imposita vni extendatur ad alterum, tradit Bart.in l.1.ff.quod me.cau.cum simil.vt Ias.scribit, in l.non dubium.column.3.post medium, versicu.2.singulariter limita.C. de legib.in l.sicut bonis.in 2 notab.C.de in ius uocan.& in l.fin. colu.3.C.de indic. vidui.tol. contrarium, ꝙ imo in penalibus nō fiat extensio de uno correlatiuorum ad alterum, tenet Abb.in c.1.colu.fi.de loca.sequitur Ias.sibi contrarius in l.fin.ff.de in ius vocan.Dec.in l.1.col.2.circa med.C.de in ius vocan.Pro resolutione dicendum, ꝙ hæc noua limitatio procedit respū vnius & eiusdem.actus indiuidui,& quando vnum non potest prohibe. ri sine altero.Tunc enim pena imposita vni ex correlatiuis censetur imposita alteri.Puta per statutum maritus prohibetur relinquere vxori,certe etiam mulier censetur prohibita accipere. Rursus per statutum prohibet quis vendere sub pena,certe etiā emptor censetur prohibitus emere sub eadem pœna; quia non potest quis vendere sine emptore,nec potest maritus vxori relin
30 quere, si vxor non accipiat.Secus in diuersis†actibus,Puta,prohibetur maritus relinquere vxori,an per hoc dicatur prohibita vxor relinquere marito? Certe non; quia isti actus sunt diuersi & separati,nec fiet elusoria dispositio statuti prohibentis maritum relinquere vxori,,licèt vxor possit relinquere marito,fieret autem elusoria,respectu eiusdem actus: si marito prohibito relinquere, non censeretur prohibita vxor accipere, ita declarat Socin.in d.consi.74.colu.secunda post med.lib.3.Curtius iunior in d.consi.6.colum.6.post med, & col.seq.ubi videtur sibi ascribere hanc declarationem, sed ante eum fuit Socin.in d.consilio 74.& dixi supra in 10.limitione.num.35.ad regulam, ꝙ consuedo non extenditur,& quòd in actibus diuersis non fiat extensio, adduco Bal. in consilio 424.Punctus talis est,Titius decessit.circa fi.lib.3.vbi licèt valeat testamentum patris inter liberos corā duobus testibus,non tamen valet testamentum filij inter paren
31 tes coram duobus testibus. Vbi autem†sumus in diuersis actibus.& in quibus vnus potest stare sine altero.an dispositio extendat in correlatiuis; Dic ꝙ aut sumus in correctoriis; & tunc nō videtur extendi,etiam ex maioritate rationis, per dicta supra in octaua limitatione, ꝙ in correctoriis non fit extensio, etiam ex maioritate rationis. Aut sumus in penalib. & fiat eo modo, quo diximus fieri in penalibus. Aut sumus in his quæ sunt patericus, & tunc fit distinctio,an militet eadem ratio, uel non, ut per Ias. in d.l.fi.colu.2. C.de indi.vidui.tollen. Sed aduerte circa declarationem Socin.in d.consilio 74.& Curtij iunioris in d.consilio 6.
32 dum volunt,quòd†in correlatiuis fiat extensio etiam in materia odiosa & penali respectu eiusdem actus indiuidui: quia ista declaratio bene procedit respectu ipsius actus principalis, in quo unū non potest esse sine altero:quia uno prohibito, necessariò censetur prohibitum & alterum.Puta prohibetur quis vendere, necessario prohibetur & alter emere,sed non procedit respectu pœnæ:quia potest vnus puniri sine altero.licèt enim contractus nō possit prohiberi uni, quin prohibeatur & alteri: pena tamen separari potest.Simile videmus, ꝙ vsuram quis committere non potest,nisi sit,qui ad usuram accipiat:& tamen pœna, quæ imponitur vsurariis non extenditur ad accipientes;ut no.in cap super eo.de usuris.Ideo istud dictum Socin.& Curtii, ꝙ in correlatiuis fit extensio,etiam in materia odiosa & penali, respectu eiusdem actus indiuidui,debet sane intelligi quo ad actum principalem, quo ad pœnam verò hīda est distinctio, an militet eadem ratio, 38
vel non,prout in in usura, in qua non militat eadem ratio puniēdi accipientem,quę in dante aut mutuante.Idem si prohibeatur quis conducere domum ante finitam conductionem alterius sub pœna; quia si talis prohibitio facta sit ob aliquam rationē, quæ non ita mulier in locatore sicut in conductore, talis pœna non extendetur ad locatorem, licèt non possit quis conducere sine locatore:ita declarat Abb.in d.cap.1.colu.pen.in fi.de locato:& sic in correlatiuis procedet hæc noua limitatio, ꝙ in eis fit extensio in materia penali respectu unius & eiusdem actus indiuidui & etiam quo ad pœnam,quæ diuidua est, quando limitat eadem ratio in utroque,& secundum has declarationes resolnitur tota materia extensionis in correlatiuis,& decisiones, quæ alioquin videntur diuersæ & contrariæ inuicem reconciliantur Sed contra præmissa oppono. Tu dicis, ꝙ in correlatiuis fit extensio etiam in materia penali respectu vnius & eiusdem actus indiuidui,quando est eadem ratio in vtroque,contrarium adduco Bald.in consilio 482.Magnifici uiri.colum.2.lib.1.vbi si quis prohibeatur acquirere, & acquirat contra prohibitionem, ipse acquirens solus conuenitur ad interesse, & non transferens: & tamen sine transferente non potest quis acquirere Nec distinguit Baldus an sit eadem ratio in transferente, vel non, sed simpliciter hoc dicit,& mouetur;quia verba prohibitionis in transferentem dicta non sunt.

33 Solutio†Baldi loquitur, quando prohibitio erat facta per pactum,& sic in prohibitione hominis, nos verò in prohibitione legis.Constat autem difficilius extendi dispositionem hominis, quàm legis.ca.susceptum. de rescript.libro 6.ca.cum illis.de præben.eod.libro per quæ iura ita declarat Imol.in dicta l.si vero.§. de uiro.in secundo articulo principali.ff.solu.matrimo. sequitur Ias.in l.3.in princ.columna secunda in fi.versiculo 3.adducit.ff. de acquir.pos.post Aretin.ibi & in terminis correlatiuorum ita declarat Bald.in cap.1.in prin.quali.domi.propri.feud.priuet.per tex.in l.sed interpellatur.§.si ab altera.ff.de arbi.quod dictum pro singulari refert & sequitur Deci.in d.l.1.col.2.circa med.C.de in
34 ius vocand.Decimò†non procedit,quando unum venit appellatione alterius,saltem de lata significatione vocabuli; quia ad illud fit extensio etiam in materia penali.Calderin.in consilio 8. in tit.de electionib.ubi, quod tex.in c.auaritiæ. de electionib.lib. 6.priuans electum administrantem ante confirmationem extenditur ad præsentatum administrantem ante institutionem;quia præsentatio,saltem large, uenit appellatione electionis, & quædam videtur electio facta per patronos, sed hic videnda sunt, quæ supra, diximus in materia correctoria in decima tertia limitione.Posset etiam dici, ꝙ ideo fit extensio de electio ad præsentationem;quia per iura Sexti ut plurimum parificantur.Rochus
35 de Curte in d.c.fi.char.34. in 3.limit. Vndecimo†non procedit præmissa conclusio negatiua,quando in alio casu non reperitur certa pena constituta;quia tunc consuetudo,aut lex penalis extēditur ad alium casum;quia vbi certa pena non reperitur statuta, recurritur ad simile legis,vel statuti, aut consuetudinis.Barto.in consilio 106.Statuto castri plebis.& sic consuetudo aut lex pœnalis extenditur,ut ex ea declaretur pena in alio casu simili, in
36 quo certa pena constituta non sit. Duodecimò†non procedit in accessoriis;quia ad illa trahitur consuetudo, aut lex penalis.l. fi.C.de fru.vrbis Constantino.libro 11.vbi Barto.& Ioan.de Pla. Soci.in consilio 93.columna 8.post medium. versiculo postremò hanc partem confirmo.libro primo. Nam in dicta l.fi.prohibitio penalis de non minuendo, aut conuertendo in alium usum pecuniam publicam deputatam ad emptionem frumenti de tempore necessitatis, extenditur ad lucrum proueniens ex illa pecunia.Ex quo infertur non bene locutum Bald.Nouel.in tract.de dote,in octaua parte, priuileg.6.colu.6.post med.versic. nec obst. ꝙ priuilegium.ubi voluit,licèt sub dubio forte, ꝙ priuilegium.principalis non trahitur ad accessoria in correctoriis & exorbitantibus:& contra eum etiam faciunt,quę scripsi supra in octaua limitatione ad regul. ꝙ consuetudo non extenditur. De-
37 cimotertio†non procedit, quando dispositio penalis loquitur in vno ratione frequentioris vsus:quia tunc extenditur ad illud. glo.in l.1.in versi.iponsam.C.de raptu uirgi.ubi illa lex penalis loquens in sponso ratione frequentioris vsus habet locum etiā in sponsa rapiente sponsum: cum simil.ut per Curtium seniorem,in consilio 11.colū.3.Ex præmissis abunde declaratam habes hanc vigesimamprimam limitationem,an in penalibus permissa sit extensio,in qua regulam habes negatiuam cum undecim limitationibus,ex quibus facile erat ad contraria respondere:nec erit hæc materia ita in confuso & quodam modo arbitraria,prout eam reliquit Ang.in d.§.ius autem ciuile.vbi solum multiplicat contraria, concludens certam doctrinam dari non posse,sed standum esse dictis glos.& Doct.prout decisa inueniūtur.Ad quem modum facile erit consulentibus pro & contra in eodem casu ad arbitrium variare, & eo modo loculos implere, ad animarum perniciem & pauperum litigantium enorme dispendium.

Vigesimosecundo†limitatur prædicta conclusio,quæ habet, ꝙ consuetudo non extenditur: ut non procedat, quando duo gradatim inuicem se habent;quia mutatio facta in uno extenditur ad alterum.Puta de iure antiquo licebat donare certam quātitatem laico sine insinuatione, & duplum ecclesiæ, etiam sine insinuatione, & sic laicus & ecclesia habebant in se hunc ordinem inuicem,vt ecclesia posset accipere sine insinuatione duplum eius, quod poterat laicus accipere, postea superuenit ius nouum Codicis, per quod quātitas laico donari poterat sine insinuatione,aucta fuit usq; ad quingentos aureos.certa etiam duplicabitur summa,quæ ecclesiæ donari poterat sine insinuatione.Crotus in repetitione. l.omnes populi. in materia interpretationis extensiuæ,conclusio.13.ff.de iusti.& iur.Similiter ordines diaconatus & subdiaconatus habent inuicem quandam ordinationem,ut certum tempus singuli habeant inuicem. Si tempus mutetur in uno ordine,illa mutatio trahitur & ad alios ordines. glos.l.in clemen.generalem.de eta.& qualita.cum similib.vt per d.Rebuf. in tracta.nomina. in duodecima quæst.princ.pagi.69.

39 Vigesimotertio† non procedit, propter causam honestatis seruandæ;quia tunc etiam consuetudo aut lex stricti iuris extēditur de casu proprio ad improprium.Puta, lex prohibet parentes vocari īius sine venia,quomodo intelligēter parentes, si proprie intelliguntur usque ad tritauum.lege iurisconsu.§.parentes. ff.de gradi.tamen quia illud ius prohibitorium non uocandi parentes in ius sine venia introductum fuit causa honestatis seruandæ, & vt præstetur reuerentia parentibus,a quibus descendimus, extenditur ad omnes parentes cuiuscunque gradus in in-

finitum

finitum.l.4.§.prætor ait. & ibi Ang. & Ias.in quarto not. ff.de in ius vocan.quam legem legit Ias.simul cum lege secunda & idē Ias.in §.pœnales.columna 9.in princ. numero 54.Instit.de actio. & in lege qui se patris.columna 25.post med.versiculo similiter causa honestatis.C.vnde liberi.addo Alexand.in lege nepos Proculo.in addi.ad Barto.ff.de verbo.sign.Adde, quò ea, quæ fiunt
40 †causa honestatis seruandæ, necessario & coacte fieri dicūtur. ob id ex actu, qui fit propter honestatem seruandam, non inducitur renuntiatio iuris sui, tanquam coacte factum dicatur. Ioan.Fabri & Ange.Aret. in §.fin. Insti.de iniu. Aufret.in decis. Tholosa.q.233.vbi si iniuriam passus recipiat iniuriantem ad osculum pacis in ecclesia,quòd salua honestate recusare non poterat,per clemen.fina.de senten.excom. ex tali osculo non censentur iniuriam remisisse; quia necessario & coacte ita egit honestate cogente.Idem secundum eos,si passus iniuriam, & iniurians simul inuitentur ad aliquod festum & conuiuium, & ad eandem mensam ponantur, inde simul comedant & bibant; quia non censetur iniuria remissa,tanquam necessario & cogente honestate ita actum sit. Confirmatur istud dictum; quia numeratur honestas inter iuris præcepta.l.iustitia est.§.primo.ff. de iusti.& iur.§.iuris præcepta.Instit.eod. titu.& attendi debet non solum quod liceat, sed etiam quòd honestum sit lege semper.ff.de ritu nuptia. & publica honestas impedit matrimoniū capitulo iuuenis &c.ad audientiam. de sponsal.nota.in capitulo non debet.de consang.& affi.& ius honestatis exceptuatum intelligitur a debito reuerentiæ,ob id dominus non potest subditas cogere, vt vadant ad eius domum pro tripudijs aut choreis, si causa honestatis uoluit accedere. Bald.in lege quod ex libera. per illum tex.C.de operis liber.refert & sequitur Dec.in capitulo primo columna quinta super glo. fina. de consti. Hinc vide-
41 mus.†quòd iuramentum de patendo mandatis alicuius, intelligitur de honestis.capitulo veniens, & capitulo Quintauallis.de iureiur.capitulo primo de iureiur.libro 6.& generale arbitrium concessum alicui non trahitur ad ea,quæ sunt contra honestum Barto.in lege prima ff.de his, qui sunt sui vel alien.iur.Ang. & Fulgo.in lege milites.C.de testam.milit.Socin.in consilio 53.columna secunda libro 3.Ias.in lege prima columna quarta ff.de le-
42 gat.1.†Nec valet consuetudo cōtra honestatem. c.cum decorē. &c.cum ab omni.de vita & honesta.cleric.Abb.in capitulo.cū inter.in 3.not.de consuet.Imo consuetudo contra honestatem a principe approbari non potest.Bald.in capitulo ad nostram.de proba.& ibi Felin.columna 3.versiculo vltimo nota.hinc videmus non valere consuetudinem aut statutum,quòd cessio bonorum fiat modo vituperabili,puta, percutiendo anum,aut nates ad columnam; qui hoc est contra honestatem,& bonos mores.Cyn.& Bald.in lege fina.C.qui bonis ced.pos.cum simil.vt per Ias.in §.eum cum quoque.columna fin.numero 28.Insti.de actio. Addo,quod si princeps per eius rescriptum mādet quem admittū ad cessionem bonorum,debet simpliciter recipi sine aliqua ignominia; quia in actu principis glossandum non est ita Bald.in consilio 301.lib.5.

43 Vigesimoquartò†nō procedit in casu præsumpto, ad quem trahitur statutum, vel consuetudo etiam exorbitans. Puta, stat statutum, vel consuetudo, ꝙ vxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem,talis consuetudo extenditur ad dotem præsumptam,id est,quàm vxor vere non constituit, sed ius constitutam præsumit,prout quando mulier secundo nubit eo casu quo ius præsumit dotem datam primo marito censeri constitutam & secundo viro.Barto in disput.incip.Mulier habens amplum patrimonium.Abb.in consilio 46.Tria.in secundo dubio primo Cuma.in consilio 109.Domina Ioanna in primo dubio refert & sequitur Cur.iun.in consilio quarto columna quinta Addo Bald.in l.cum citra.C. de iure dotium quem refert & sequitur Bertachi.in secunda parte sui repertor.in verbo, maritus lucratur.versiculo 36.vltra Bertachi.idem voluit Bar.in l.nulla. C.de iure dotium ubi in illa q.an mulier nubens sine constitutione dotis, censeatur dedisse omnia bona sua in dotem; dicit
44 questionem† esse vtilem ad sciendum, vtrum vir qui lucratur partem dotis ex forma statuti, lucretur partem istius dotis præsumptæ; & sic clare præsupponit Bald. tale statutum locum habere etiam in dote præsumpta;& ita Bal.refert & sequitur Soci. in consilio 8.columna fi.libro quarto & tamen tale statutum videtur exorbitans, & deuiare à iure communi, quo iure maritus non succedit vxori,ita Abb.in consilio 79,columna prima libro 1.vbi propterea,quòd est odiosum, imo tale statutum aperte videtur contra ius commune, & contra l.vbi adhuc.C.de iure dot,& l.dos a parte.C.solu.mat.ita Ang.in cons.158.quòd si aliquod & in cons.180.præmitto.in prin. Contrarium, quòd imo tale statutum non habeat locum in dote præsumpta, tenet Ias. in cons.59.lib.1.idem videtur velle Corn.in cons.254.columna quarta.sed dato,ꝙ præmissa.& col.fi.versi.in super,si esset obligatio.libro 1.Sed ad argumenta Corne.& Ias.patet responsio ex dictis Cuma.& Soci.in d.cons.ꝙ procederent in dote putatiua &
45 ficta,secus in dote præsumpta, quæ dicunt vera dos quia † iuris præsumptio dicitur probatio liquidissima.l.si quis locuples.in fi.cū gl.ff.de manu.testamen.glo.in l.si tutor petitus.C.de peric. tuto.l.licet Imperator.vbi gl.& Doct.ff.de leg.1.Ideo perinde est,ac si vere probata esset dotis constitutio per instrumentum aut testes. Consequenter non videtur hic testari de extensione aliqua,proprie intelligi consuetudo aut statutum,in casu suo.& miror,quod in re & quæstione tam graui Corn.& Ias.ita leuiter se habuerint.Non ob.aliud argumentum Corne.ꝙ tale statu-
46 tum de† lucranda dote non videtur interpretandum in præiudicium liberorum primi matrimonii.Quia respondeo dupliciter,Primo, si mulier secundo nubens expresse dotem constituisset secundo marito, non negat nec negare potest Cor.quin statuto locus sit,cum statutum generaliter loquātur, nec distinguat in dote mulieris quæ nondum nupsit, vel secundo nubentis,& sic apparet de mente statuti, ꝙ non habuit rationē in hoc liberorum primi matrimonij,sed magis habuit rationem publicæ vtilitatis, vt mediante tali lucro viduæ facilius maritos inueniant,& ciuitas liberis hominibus impleatur.Si igitur in casu vero statutum non habuit ratione liberorum primi matrimonij, quare dicetur habuisse in casu præsumpto & tacito,arg.l.qui ad certum.ff.locat.& sic postquam constat, ꝙ statutum voluit in hoc præiudicare liberis primi matrimonii,non est eundum per coniecturas,dicendo,ꝙ præiudicare noluerit, quia in certis cessant coniecturæ.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. obli. Secundo
47 dico,†ꝙ statutum deferens lucrum dotis marito, extantibus liberis primi matrimonii, moderatur & restringitur secundum formam l.hac edictali.C.de secun.nup.vt solum lucretur, quantum vnus ex liberis primi matrimonij,cui minus relictum sit.ita Barto. in d.l.hac edictali.in princip.Bald.in consi. 495.Quædam domina Helena.col.pen.lib.5.Paul.de Cast.in consi.339.Ad primum quæsitum respōdetur, ꝙ dicta emancipatio.in fi.in consi. 348.Viso casu & allegationibus.col.2.& in cons.368.Præsupposito,ꝙ præfatum decretum.libro 2.Dec.in authen. præterea.colu.3.in fi.& ibi Ias.late colu.quinta & 6. C.vnde vir & vxor. Dec. in consi.19.colu.2.Crotus in reperit.l.omnes populi.colu.1.ff.de iusti.& iure.Curtius iunior in consi.122.colu.4.in quibus locis attestantur Moder.hanc esse communem opinionem, quando statutum simpliciter loquitur. nisi aliter apparet,quòd voluerit statutum derogare dispositioni d.l. hac edictali. ut per eos in d.locis.quod etiam ante eum voluit Curt.senior in consilio 79. colu.quarta post med.& sic stante tali restrictione & interpreta-
48 tione non videtur militare arg.Cor. Curt.tamē† senior in consi. 79.voluit istam conclusionem non procedere in statuto correctorio iuris communis, puta,quòd maritus lucretur dotem nō obstante d.lege hac edictali.quia tunc non procedit statutum in
49 tali dote præsumpta. Vigesimoquinto. †licèt consuetudo aut statutum contra ius non recipiat extensionem, recipit tamen interpretationem passiuam a iure communi.l.1.§.lex Falci.ff.ad leg.Fal.vbi Bart.& Doct. Oldr.in cons.224.Istæ sunt allegationes.colum.7.in fi.cum simil.vt per Deci.in consil.35.colu.& in consi.258.col.3.Rocus de Curte in d.c.fi.char,35. in nona limitatione. Exemplum sumi potest ex dictis proxime in 24.limitatione,Stante statuto aut consuetudine,ꝙ vxore decedente in matrimonio,maritus lucretur dotem, istud tamen intelligitur secundū formam d.l.hac edictali.C.de sec.nup.similiter stante statuto,ꝙ filius familias possit testari, istud intelligitur seruata tamen forma iuris,& sic adhibitis septem testibus.Bart. & Doct.in d.l. 1.§.lex Falcid.Moder.in d.authen.præterea.Nō me præterit plurima adhuc dici potuisse in materia extēsionis,sed longe nimiū videor euagatus a materia operis instituti. Ea scriptis commendatum curaui,quæ vel non ita passim inuenirentur, vel quæ declarationis, auxilio maxime indigere visa essent. Ex præmissis explicatam abunde decimamtertiam differentiam inter consuetudinem & præscriptionem. Et conclusionem negatiuam fecimus,ꝙ consuetudo non extenditur cum 25.limitationibus ac plurimis sublimitationibus, & limitationum declarationibus. Quæ omnia in usu causarum forensium maxime cōducere existimamus, & acuendos ingeniosorum animos non parum valere iudicauimus. Omnia igitur æqui bonique Lector consulas, rogo,Deoque omnipotenti,si quid optati offenderis, omnia ac
50 cepto feras.Decimaquarta differentia colligitur ex his quæ infra dicam in 6.q.vbi ꝙ in consuetudine non videtur necessaria scientia principis,licèt sit contrarius. Secus in præscriptione,in qua agitur de derogatione iurisipsius principis. de quo dic, vt infra in dicta.6.q.

ARGVMENTVM.

Antiquum in præscriptione tanti tēporis, cuius initiū est supra hominū memoriam,quid dicatur, quantumque tempus requiratur in p̄scriptione tali,aut consuetudine. Tum centenaria p̄scriptio qūo probetur,& an ea sit maior illa temporis, cuius initij non extat in contrarium memoria Titulus itē requiritur in p̄scriptione centenaria cōtra Romanam ecclesiā,

in qua-

Source : BIU Cujas

in quadragenaria autem contra alias ecclesias: ubi & de ui, & potestate utriusque amplissime. Tum an princeps gaudeat præscriptione centenaria, sicut ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum quid dicatur in consuetudine seu præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
2 *Præscriptio centenaria an sit maior, quàm temporis, cuius initij memoria nõ extat in contrarium. & nu. 3. 4. 6. & 7.*
5 *Præscriptiones, centenaria, & illa, cuius initij memoria non extat in contrarium, an, & quid differant.*
7 *Præscriptionem, cuius initij memoria non extat in contrarium, probari sufficit, neque centum anni aut ultra requiruntur.*
9 *Præscriptio seu consuetudo, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet uim tituli, & concessionis seu priuilegij.*
10 *Priuilegium tacitum, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, an ueniat appellatione priuilegij. uide & nu. 12.*
11 *Dispositio loquens in casu uero, an trahatur ad fictum.*
13 *Regalia aut principi reseruata, an acquiri possint per præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
14 *Regalium aut reseruatorum principi præscriptio, an necessario requirat sciẽtiam principis.*
15 *Præscriptio non currit contra principem aut superiorem, nisi concurrentibus eius scientia & patientia in his, in quibus possessio seu quasi, non quæritur sine licentia & patientia partis.*
16 *Regalia aut principi reseruata si quis præscribat, ipso principe sciente & patiente, an isto casu adhuc erit præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
17 *Regalia aut reseruata principi sunt incorporalia, quæ præscribi non possunt sine scientia & patientia ipsius principis. & nu. 18.*
19 *Consuetudo diuidendi feudum de iure indiuisibile requirit scientiam superioris. Quid in consuetudine temporis antiquissimi & immemorati.*
21 *Corporalibus præscribendis quibus casibus non sit necessaria scientia & patientia eius, contra quem præscribitur.*
23 *Præscriptio an contenta sit tempore triginta annorum, data scientia & patientia principis, uel requirat centum annos.*
23 *Principis sententia in quibus casibus est necessaria in præscriptione aut consuetudine, an sufficiat scientia eius procuratorum, seu officiariorum. Et an eorum scientia principi præiudicet. nu. 24. Quid de procuratore, etiam cum libera, an eius scientia domino præiudicet. ibidem. & nu. 25. & 26.*
27 *Præscriptioni aut consuetudini ubi necessaria est scientia superioris, si sint duo superiores aut domini, an sit necessaria scientia utriusque.*
28 *Feudi possessor quando prestitit seruitia domino directo per longissimum tempus triginta annorum præscribit ius utile, etiam in præiudicium domini directi, qui ignorantiam allegare potest.*
29 *Præscriptio currit contra dominum amissa possessione ciuili, quæ præscriptio debet esse 30 ann. in ecclesia autem 40.*
30 *Præscribere non potest is, qui tenuit rem feudalem tanquam liberam mala tamen fide, quia nimirum illa sciebat feudalem.*
31 *Bona feudalia possidens an præscribat contra dominum ignorantem bona ea possideri per tertium, qui uendidit illa tanquam libera.*
32 *Negligentia imputari non potest domino directo ignoranti alienationem factam per uasallum.*
33 *Bona principis an & quanto tempore præscribi possint. & nu. 35.*
34 *Separationem quæ non recipiunt, potest quis in eis considerari non tanquã ipse, sed tanquam alius tertius aut extraneus.*
36 *Præscriptio quanta requiratur hodie de iure Authen. contra fiscum romani imperij.*
37 *Præscriptio quæ requiratur in ciuitate.*
38 *Extensio non fit in correctorijs ex maioritate rationis. Et an authentic. quas actiones. corrigens in ecclesia extendatur ad ciuitatem.*
39 *Princeps an gaudeat præscriptione centenaria, sicut ecclesia Romana.*
40 *Imperium an gaudeat præscriptione centenaria. & nu. 45. distin. nu. 46.*
41 *Verb. quæcunque persona, uidentur comprehendere personam etiam principis.*
42 *Correctio iuris & legum induci non debet, nisi expresse dicatur.*
43 *Imperium & sacerdotium an æquiparentur quò ad præscriptionem.*
44 *Leges duæ ubi concurrunt, prima specialis, altera generalis, nunquam secunda generalis tollit primam specialem.*
47 *Intellectus & declaratio a l. fi. C. de sac. sanc. eccle. item ubi habeat illa locum.*
48 *Titulus an requiratur in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
49 *Tituli allegatio an sit necessaria in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
50 *Iuris præsumptio non sufficit, nisi allegetur.*
51 *Præscriptio cum allegatione tituli in stricta & non præscriptibili materia sufficit, quando expresse allegatur titulus priuilegij, ad cuius probationem daretur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
52 *Lex non debet uerbis imponi tanquam elusoria, sed uerba legi.*
53 *Extensio fit in materia pœnali, ne aliàs dispositio pœnalis reddatur elusoria.*
54 *Prohibitum directò, an possit per indirectum concedi.*
55 *Fieri ubi quid non potest sine aliqua causa, non sufficit probare simpliciter illud factum esse, nisi in uim illius causæ factum sit.*
56 *Factum quid esse in uim tituli allegati, probare difficile. Et quomodo probetur, quid factum esse ex causa*
57 *Tituli allegatio, & eius probatio per solum lapsum temporis an sufficiat.*
58 *Tituli allegatio necessaria est in præscriptione, in qua interuenit actus positiuus.*
59 *Præscriptio an prosit, in qua allegatur titulus uitiosus & inualidus.*
60 *Præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur, habere pro se præsumptionem iuris & de iure, adeo quod in contrarium probatio non admittitur.*
61 *Actus, super quo quid minus requisitum adfertur inepte & non solenniter, an uitietur disting. nu. 62.*
63 *Temporis diuersitas inducit factorum diuersitatem, & reddit testes singulares, tanquam deponentes de diuersis factis.*

ABsolutis Differentijs quatuordecim inter consuetudinem & præscriptionem cum suis quæstionibus incidentibus, ueniendum est propius ad materiam tractatus nostri in hac quarta parte, quando quid dicatur de antiquo in materia consuetudinis, aut præscriptionis. Et quia uisum est in quarta differentia, quando quid dicatur de antiquo in materia consuetudinis, tam de iure ciuili, quã de iure canonico in his, quæ non desiderant tempus antiquissimũ, cuius initij memoria non extat in contrarium, restat uidere in hac parte quarta de consuetudine aut præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.

1 Et primò quæro, † quid dicatur de antiquo in consuetudine, aut præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, seu quod tempus requiratur in tali præscriptione, aut consuetudine. Curtius Iunior in consilio 90. columna fin. requirit tempus centum annorum, & sic secundùm eum in casibus, in quibus requiritur præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, requiritur lapsus centum annorum, nec sufficeret præscriptio breuioris temporis: fortius uoluit Felin. in c. ad audientiam. columna octaua in fi. uer. limita quintò. de præscript. ꝙ præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur maior centenaria, allegat Card. in c. si diligenti. in fi. de præscrip. & ibid. Feli. in ultimis uerbis, & idem Fel. in c. cum nobis. columna secunda. in fi. uersi. & ex eo, quod dixi. eod. titu. sed con-
2 trarium † quòd imo præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non requirat tempus centum annorum, sed minor dicatur præscriptione centenaria, aperte uoluit glo. in c. cum nobis. in uersi. centum. de præscrip. ubi gl. quærit, quomodo possit probari præscriptio centenaria, quæ sola currit contra ecclesiam Romanam; instrumentis enim non probatur possessio, testibus etiam non uidetur probabilis, quia oporteret testes esse a tatis ad minus annorum quatuordecim supra centum, ob id dicit gl. uidetur sufficere probatio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, sed glo. determinat contrarium, quòd non sufficit talis probatio, ecce igitur dum glo. dicit non sufficere probationem temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium in præscriptione centenaria, quod clarissime præsupponit præscriptionem centenariam esse maiorem præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.

3 Ad idem † adduco Lapum in cap. primo de præscrip. li. 6. quem ibi sequuntur Gemi. & Francus, ubi quærunt, cuius ætatis debent esse testes ad probandum præscriptionem temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, & concludunt, quòd debent esse ætatis quinquaginta quatuor annorum, uel saltem tanti temporis, quòd possint deponere de uisu 40. annorum.

Præsupponunt ergo clarissime, quòd præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non requirit tempus centum annorum; quia si illud requireret, non sufficeret testes deponere de uisu 40. annorum, aut de tempore annorum quadraginta. Præterea, Doct. non dicunt, quòd præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, sit impossibilis aut ualde difficilis probationis, quod tamen dicunt in probatione præscriptionis centenariæ, ut infra uidebimus in 21. q.

4 Tertiò, quòd maior sit præscriptio centenaria, quàm temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, adduco Alex. in consi. 208. col. pen. lib. 2. quod est repetitum in consi. 140. lib. 7. dũ respondet ad l. si arbiter. ff. de prob. ubi, quòd in antiquis sufficit ꝓbare memoriam in contrarium non extare: nam dicit Alex. post Imo. per eum allegatum, ꝙ illa probatio admittitur solum in casibus, in quibus expresse cautum est, talem probationem sufficere. Ideo dicit Alex. si agatur de probatione dominij per famam, non sufficit probatio, ꝙ memoria hominum in contrarium non existit, quando res non excedit centum annos, & sic clare uult Alex. ꝙ præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in ꝯ-
5 rium, dicatur minor centenaria. Quartò † nos habemus, ꝙ istæ duæ præscriptiones, uidelicet centenaria, & tanti temporis, cuius initij memoria non extat in ꝯrium, sunt diuersæ; quia diuersis nominibus appellantur l. si idem. C. de codic. cum sim. quæ late adduxi in consi. 6. in prin. Rursus præsc. centenaria soli Rom. eccliæ com-

Source : BIU Cujas

petit priuatiue ad alias eccleſias d. cap. ſi diligenti. in fi. de præſcrip. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. ſi ſola eccleſia Romana gaudet præſcriptione centenaria, ergo neceſſariò infertur, quòd in caſibus, in quibus contra alias eccleſias requiritur præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, nõ oportet talem præſcriptionem eſſe centenariam, cum illud ſit priuilegium Romanæ eccleſiæ tantum, aliàs falſum eſſet, quòd ſola Romana eccleſia illo gaudeat beneficio.

6 Quintò, ſi opi. Card. & Feli. † uera ſit, ſequeretur unum inconueniens, quòd aliæ eccleſiæ inferiores, imo & laici erunt magis priuilegiati, quàm eccleſia Romana in caſibus, in quibus præſumptio iuris eſt contra poſſidentem, in quibus requiritur præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium; quia ſecundum Card. & Felin. oportet tale tempus eſſe maius centum annis, quod ipſum plus ſatis uidetur abſurdum.

7 Sextò † ubi dicit ſufficere præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, nihil loquitur de tempore annorum centum, ergo nec nos ſubaudire debemus l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hær. & bene ſciuiſſet lex illud exprimere, ſi uoluiſſet. l. unic. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu. tollend. c. inter corporalia. de tranſl. præl. maxime, quia in eccleſia Romana, quam lex ita uoluit priuilegiare, illud expreſſum fuit.

8 Non † obſt. modò argumen. Card. & Felin. quòd in præſcriptione centenaria contra eccleſiam Romanam requiritur titulus d. c. ſi diligenti. & tamen titulus non requiritur in præſcriptione temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium. Nam non poſſum non mirari de tali argumento, tam remoto & male concludenti. Quæ enim conſequentia eſt iſta, lex uoluit priuilegiare eccleſiam Romanam, ut contra eam non curtat præſcriptio, niſi centenaria, & ipſa titulata, ergo in alijs præſcriptionibus cõtra alias eccleſias, aut alias perſonas, in quibus præſumptio iuris communis eſt contra poſſidentem, & in quibus ceſſante titulo requiritur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, oportet ꝙ tale tempus ſit maius centum annis, quaſi aliæ eccleſiæ inferiores uideantur dignæ maiori fauore circa tempus, quàm eccleſia Romana. Profecto quo magis conſidero, eo plus uidetur inefficax argumentum Card. & Felin. qui uidentur arguere a caſibus omnino ſeparatis in dicto & ratione. Ob id puto concludendum in tali præſcriptione, cuius initij memoria non extat in contrarium, non requiri tempus non ſolum ultra centum annos, prout uoluerunt Cardi. & Felin. Imo ne annorum quidem centum: ſed ſufficiat eam probari, iuxta not. in d. capitulo primo. de præſcript. lib. 6. per Lap. & Doct. non omitto tamen quatenus Cardi. & Felin. dicunt requiri titulum in præſcriptione centenaria contra eccleſiam Romanam quòd idem eſt in præſcriptione quadragenaria contra alias eccleſias. Bellamera in conſilio tertio columna tertia circa
9 med. per tex. in d. c. ſi diligenti. in fi. Secundò † quæro de ui & efficacia iſtius præſcriptionis aut conſuetudinis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Reſpondeo, quòd habet uim tituli & ceſſionis ſeu priuilegij l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqu. quoti. & æſti. c. ſup quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſigni. facit tex. in d. c. primo. de præſcri. lib. 6. ubi opin. tali præſcriptione non requiritur titulus, licèt præſumptio iuris ſit contra poſſidentem aut præſcribentem. Si titulus non requiritur, ergo uim tituli obtinet. Ad idem tex. in cap. ſeruitium. 18. quæſtio. ult. quem tex. ad hoc citat Alex. conſ. 24. columna quinta libro quinto Ad idem tex. in l. ſecunda §. idem Labeo ait, ſi in agro. ff. de aqua plu. arc. quem tex. pro notabili ad hoc citat Iaſ. in l. is, qui putat. columna ſecunda ff. de acqui. hær. ubi etiam allegat text. in capi. contra morem. 4. diſt. Alia etiam iura ad hoc citat Oldr. in conſ. 172. Quia omnes. colu. prima imo præſcriptio tanti temporis uim habet priuilegij conceſſi a principe, ex certa ſcientia. Bal. in capitulo primo columna ſecunda in tit. quæ ſint regu. quod dictum refert & ſequitur Dec. in conſ. 496. colum. 2. poſt med. Addo Bal. in conſ. 257. Quæſtio uertens. libro ſecundo ubi, quòd talis præſcriptio habetur pro ueritate & ſolemni priuilegio, ſiue loquamur in præſcriptione, ſiue in conſuetudine.

10 Tertiò quæro † an appellatione priuilegij ueniat huiuſmodi priuilegium tacitum, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Socin. in conſi. 260 ante fi. uerſic. nec obſtat, quòd ſpectat. lib. 2 quòd non, in materia ſtricta. Confirmo hoc dict. Soci. Curſus temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, non operatur reſpectu incapacitatis perſonæ, ut eam capacem præſtet. c. quanto. ubi Doct. de conſuetu. habetur in c. 2. de prẽb. lib. 6. Et tamen expreſſo priuilegio capax fieri poteſt. Ideo laicus poteſt conferre beneficia eccleſiaſtica ex priuilegio Papæ, imo etiam mulier c. dilecto. de teſti. c. is, cui. de præb. lib. 6. Sed aduerte circa iſtud Socin. quia non puto, quòd ita indiſtincte procedat, & conſidero quòd iſtud priuilegium, quod inducitur ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur priuilegium fictum, quod lex fingit, ut patet ex d. l. hoc iure. §. ductus aquæ, ibi, conſtituti loco habetur. quod uerbum habetur, denotat fictionem. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore. colu. 13. ff. de uſucapi. & in l. ſi mantus. §. legis. ff. de adulte. Ideo ſumus in illa quæſtione,
11 an † diſpoſitio loquens in caſu uero, trahatur ad caſum fictum; de qua per Barto. & Moder. in d. l. ſi is qui pro emptore. & conſtat, quòd ſæpius etiam in materia ſtricta diſpoſitio loquens in caſu uero trahitur ad caſum fictum, ut habetur in d. l. ſi is qui pro emptore. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. in l. omnes populi ff. de luſt. & iur. & alibi ſæpe per Docto. Quam materiam non intendo hic confundere. Satis erit pro nunc facere concluſionem. Quòd in caſibus, in quibus caſus uerus & fictus æquparantur, etiam in materia ſtricta, & diſpoſitio loquens in caſu
12 † uero trahitur ad caſum fictum. In illis appellatione priuilegij ueniet priuilegium fictum, quod a lege inducitur ob lapſum temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quicquid ſimpliciter & nimium generaliter Socin. locutus ſit. Et pro declaratione & limitatione huius dicti Soci. uide quæ infra ſcribo in 11. q. in fin. & ſi teneamus, quòd tale priuilegium dicatur præſumptum præſumptione iuris, & de iure, per ea, quæ infra dico in duodecima q. a fortiori fiet extenſio, cum præſumptio habeatur pro ueritate, de hoc etiam an conſuetudo tam antiqua, & priuilegium æquiparentur, not. gl. & Doct. in c. nouit. in uerſ. conſuetudinem. ubi Dec. columna 7. de iud.

13 Quartò quæro, † an regalia aut principi reſeruata acquiri poſſint per hanc præſcriptionem tanti tpis, cuius initij memoria non extat in contrarium, puta uectigalia, pedagia, legitimare ſpurios, creare notarios, famæ reſtituere, & cætera id genus? Dic quòd ſic. d. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ubi Abb. & idem Ab. in ca. cum nobis. columna 1. de præſcrip. poſt Bar. in l. ſi publicanus. §. fina. ff. de publica. Bal. in conſi. 340. Si pater. colum. 2. lib. 5. Alex. in l. more. colum. 2. in fin. uerſ. ſubdit etiam Roma. ff. de acqui. hære. in cõſilio 6. colum. 2. in fin. lib. primo. Aretin. in conſi. 30. Viſo themate in tertio dubio. uerſ. ſed quia fore poſſet dubitari. Decius in conſi. 341. columna pen. poſt med. & in conſilio 496. columna ſecunda circa med. Iaſ. in l. de quibus. colum. 12. de legibus. in l. imperium. col. 9. ff. de iuriſd. om. iud. & in d. l. is qui putat colum. ſecunda ff. de acqui. hæred. Vbi uerò talia principi reſeruata competerent alicui priuato, contra eum ſufficeret præſcriptio ordinaria triginta, aut 40. anno. Bar. in d. l. ſi publicanus §. fi. col. 1. uer. uides ergo. ff. de publica. Bal. in conſi. 370. Verba reſcripti. colum. ſecunda lib. 3. & in c. 1. quæ ſint regal. Fel. in c. cum nobis. colum. 2. in fi. uerſi. inferior tamen. de præſcriptio.

14 Quintò quæro, † an in præſcriptione huiuſmodi regalium aut reſeruatorum principi neceſſaria ſit principis ſcientia? Dic quòd non, ut per Alex. in d. conſi. 6. colum. 3. lib 1. & in d. conſi. 24. colu. 5. lib. 5. Fel. in c. de quarta. colum. fi. & in c. cum nobis. columna 2. de præſcrip. Deci. in conſi. 85. colum. 2. in conſi. 271. colum. 1. in conſi. 241. col. pen. poſt med. & in conſi. 496. colum. 2. poſt med. Iaſ. in d. l. imperium. colum. 9. Curtius iunior in conſi. 61. colum. 2. Alexandrinus in conſi. 21. colum. 3. in quibus locis allegatur Bal. in d. c. 1. quæ ſint regal. Sed contrarium uoluit Bald. in conſi. 352. Materia feudorum. colum. 2. poſt med. lib. 1. & in conſi. 340. Si pater. col. 2. lib. 5. Alexan. etiam in conſ. 16. colum. 5. uer. poſſet etiam declinari. lib. 5. dicit poſſe ſcientiam eſſe neceſſariam, licèt non inſiſtat. Idem uidetur uelle Bald. in conſi. 401. Caſus talis aſſeritur. lib. 5. ubi quòd communis opinio eſt, quòd in feudis principum præſcribendis requitur eorum ſcientia. & Bal. ibi loquitur generaliter, adeo quòd eius uerba uidentur poſſe trahi etiam ad præſcriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrariũ. Similiter Oldr. in conſi. 254. Quia tota. col. 3. uerſ. 5. opponitur. requirit ſcientiam ſuperioris in conſuetudine iuri contraria: & tamẽ ex præcedentibus & dictis per eum ibi. col. 2. uer. ad ſecundum reſpondetur. locutus eſt etiam in conſuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, & ꝙ in hac præſcriptione reſeruatorum principi requiratur eius ſcientia, aut eius procuratorum uel officiariorum uoluit Boerius in ſuis deciſ. q. 264. col. 17. nu. 19. ubi tamen ſimpliciter loquitur, nulla facta mentione Doct. tenentium ꝫrium. Scientiam etiam ſuperioris requirit Abb. in d. c. cum nobis. colu. 2. uer. in hac tñ conſuetudine. de præſcrip. & ibidem col. pen. Ego puto, † ꝙ ubi ſumus in his, in quibus poſſeſſio ſeu quaſi non ꝫritur ſine ſcientia & patientia partis, prout in iuribus incorporalibus l. quotiens. ff. de ſeruitu. l. ratio. §. ſi iter ff. de actio. empti. Bar. in l. 2. in prin. ff. de aqua plu. arc. Bald. in l. 2. C. de ſerui. Abb. in ꝙſ. 18. col. pen. poſt med. li. 2. non currat præſcriptio ẽt immemorati tpis contra principem, niſi data eius ſcientia & patientia, ſine qua poſſeſſio quęri non poteſt, conſequenter nec præſcriptio regalium ſine poſſeſſione, lib. 6. Eſt uerum iſto caſu, ꝙ propter tempus tam antiquum præſumitur ſcientia principis, aut eius officialium. Sali. in l. authoritatem. uerſ. quæro de quæſtione facti. C. unde ui. refert & ſequit Dec. in ꝙſ. 185. col. 6. Addo Calderi. in ꝙſ. 15. col. 1. uer. ex quo ſequit. in ti. de pben. Itaque, cũ ſcientia pſumat ob tpis antiquitatem, oportebit probare de ignorantia p fortiores coniecturas, aut pſumptiones, quod erit difficile. In alijs uerò, q̃ poſſident ſine ſcientia & patientia partis, non puto neceſſariã ſcientiã ſuperioris in pſcriptione tpis, cuius initij memoria non

extat

extat in contrarium: hęc tamen difficultas non uidetur magni momenti, tenendo quòd sufficiat scientia officialium principis, de quo infra uidebimus, & quod illa præsumatur ex temporis antiquitate, quo casu impossibile quodammodo uidetur probare de contrario, ideſt, de ignorantia. & licèt ista scientia & patientia non uideatur necessaria, boni tamen aduocati semper de ea articulant ad cautelam.

16 Sextò quæro, † Quid si quis præscribat regalia aut principi reseruata, ipso principe sciente & patiente, an isto casu adhuc erit necessaria præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium? Bal. in cons. 242. Antiqua q. libro secundo quòd non sed sufficit præscriptio 40. ann. Idem uidetur de mente Alex. in d. consilio 24. columna quinta uersi. bene facit, quod not. gloss. lib. quinto, ubi quando tractatur de præscriptione minoris temporis contra superiorem, interueniente scientia & patientia, non requiritur scientia & patientia ipsius superioris, sed sufficit scientia ciuitatis Metropolitanæ, quæ est caput illius prouinciæ, & sic clare uult Alexand. quòd sufficiat præscriptio minoris temporis, data scientia, & patientia, non solum ipsius superioris, sed eius etiam officium præsidentium in capite prouinciæ. Imo isto casu uidetur sufficere tempus triginta annorum. Ita Iaso. in d. l. imperium. colu.
17 11. uers. sed si aliquis præscriberet, sed dubitabilis uidetur † ista conclusio in reseruatis principi, quæ sunt incorporalia, & in quibus prę scriptio cadere non potest sine scientia & patientia ipsius principis, sine qua scientia & patientia possessio & præscriptio nunquam considerari potest, ut supra diximus. & firmat Abb. in d. ca. cum nobis. in duobus locis. Similiter cum præsumptio iuris sit contra præscribentem in talibus principi reseruatis, quæ priuatis non cõpetunt, ob id cessante titulo, necessarium uidetur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium d. capitulo primo. de præscrip. lib. 6. & d. cap. præterea. §. super quibusdam. & sic duo copulatiue uidentur necessaria, scientia & patientia superioris, & tempus cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ duo copulatiue requirit Abb. in d. ca. cum nobis. columna secunda uers. sed circa hanc particulam. & columna pen. uers. quædam sunt iura. Et nescio quomodo Doc. uoluerint aut potuerint facere differentiam, an præscribat quis principe sciente & patiente, uel non, in his, in quibus præscriptio considerari non potest sine tali scientia & patientia, & sic non potest considerari aliqua præscriptio quantumcunque antiquissima in istis in corporalibus sine scientia & patientia eius, contra quem præscribitur. Consequenter non potest separari præscriptio sine scientia superioris ab ea, in qua interuenit scientia: cum semper requiratur scientia in istis incorporali-
18 bus. Et tenendo † hanc opinionem, quòd requiratur scientia & patientia superioris in istis iuribus incorporalibus circa reseruata principi, non uidetur obstare argumentum Docto. tenentium contrarium, quòd scientia & patientia non requiratur; quia hic nõ agitur de præscriptione, sed de consuetudine, in qua scientia principis non requiritur, ita respondet Alex. in d. consilio sexto columna penul. libro primo. quia in primis posset dici, quòd assumptum sit falsum in consuetudine, quæ est contra ius, in qua scientia superioris uidetur necessaria, quam opinionem firmat. Ioan. Andr. in additio. Spe. in ti. de feudis. in rubr. colum. penu. uer. non omittam, quem refert & sequitur Bar. inter cons. Curtij senioris in consilio
67 columna 12. circa med. uersi. sed stat difficultas & colum. seq. Idem tenet Old. in consilio 172. Quia omnes. columna prima. in fi. in consilio 237. Perlectis. columna prima in cons. 244. Ad obiectus. columna secunda in fi. uersi. quintò opponebatur. & in cons. 254. Quia tota. columna tertia uer. quinto opponitur. Alexand. in consilio sexto libro quinto ubi expresse refert & sequitur Old. in d. cons. 237. Curtius iunior in tract. feu. in quarta parte, quæstio. 30. columna secunda circa fi. Secundò respondeo posito, quòd in consuetudine inducenda etiam contra ius, non sit necessaria scientia principis, uoluit Alexan. in d. consilio sexto libro primo quam opinionem etiam firmat Areti. in consilio 153. Consultatio. colu. prima in fi. & in consilio 159. In octauo & nono dubio. Corneus in cons. 298. columna quarta libro quarto. Rochus de Curte in d. capitulo fin. char. 36. In quarto requisito. Curtius iunior in consilio 162. columna tertia in fin. Istud tamen sane uidetur intelligendum in populo habente potestatem derogandi iuri, ut patet ex no. per Rochum de Curte in dicto quarto requisito. ubi, quòd licèt non requiratur scientia principis, requiritur tamen scientia populi uel maioris eius partis. Quia sicut requiritur consensus populi in statutis condendis, sic in consuetudine inducenda, & sic requiritur scientia illius, qui potest ius condere super regalibus aut principi reseruatis sine scientia & patientia superioris, ergo nec consuetudinem inducere: & ubi populus posset consuetudinem inducere in his super quibus expresse non potest disponere, illud intelligitur, quando talis consuetudo esset præscripta. quo casu in tali consuetudine, quam præscriptam esse oportet necessaria uidentur ea, quæ sunt requisita in simplici præscriptione, ut supra abunde uidimus in quinta & sexta differentia, inter consuetudinem & præscriptionem. Consequenter necessaria uidetur scientia & patientia superioris sine qua præscriptio considerari non potest. Et ista forte fuerunt motiua, quibus motus fuit Alexan. in d. consilio 16. columna quinta libro quinto ut diceret teneri posse scientiam principis esse necessariam in tali præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Ex quibus uidetur tanta Doct.
19 contrarietas concordari posse, uidelicet † quòd ubi populus expresse statuere non potest sine licentia superioris, ut quia agitur de præiudicio ipsius principis, puta in regalibus, aut in feudis, in his non possit induci consuetudo sine scientia ipsius superioris, & ita procedat, quod scribit Curtius iunior in dicto tract. feud. in quarta parte. quæstio. 20. columna secunda post medium. ubi, quod consuetudo diuidendi feudum indiuisibile de iure, requirit scientiam superioris. Pro quo adduco Bal. in consilio 401. Casus talis asseritur. columna prima in fin. libro quinto ubi, quòd consuetudo circa feuda scientiam requirit superioris; quia agitur de eius præiudicio, cùm habeat dominium directum, & ciuilem possessionem. Quod † ipsum tamen non puto procedere in consuetu-
20 dine temporis antiquissimi & immemorati: cessante autem præiudicio principis, scientia eius non sit necessaria præscriptione, sed attenta ista ratione non uidetur necessarium tempus in tali consuetudine, cuius initij memoria non extat in contrarium, cum, ut dixi, in consuetudine etiam contra ius sufficiunt decem anni, & tamen Docto. conueniunt requiri tempus, cuius initij memoria in contrarium non existat. Dum requirunt tale tempus, aperte uolunt, quòd sit præscriptio propter præsumptionem iuris, quæ est contra præscribentem, dum postea dicunt non esse necessariam scientiam principis, uolunt esse consuetudinem, quæ tanta & tam subita uariatio, & inconstantia in una & eadem re diuersum ius statuendo, contra l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. l. si fine. ff. de conditio. & demonst. c. cùm in tua. de decimis. Oportet igitur, uel quòd sit in totum consuetudo, aut in totum præscriptio. Vel si uolumus, quòd dicatur consuetudo præscripta, necessaria uidentur re-
21 quisita ad præscriptionem. Casus tamen † datur, in quo in istis iuribus incorporalibus præscibendis non est necessaria scientia & patientia eius, contra quem præscribitur, uidelicet quando præscribit quis cum titulo habito à non domino: quia tunc non requiritur scientia ueri domini l. si ego. §. primo in uersic. traditis, uel per patientiam constitutis. ff. de publicia. Cyn. in l. secunda in septima quę stio. C. de seruit. quod dictum pro singul. & menti perpetuo tenendum, refert & sequitur Pau. de Cast. in l. seruitutes. magna. columna pen. ff. de seruit. Ias. in l. prima in prin. columna 15. uers. secũdo modo, & singularius, & in l. tertia §. ex contrario. columna 8. uers. sed aduerte ultra alios. ff. de acquir. possess. & eod. titul. in l. naturaliter. in fin. princ. Quartò considero in hac sexta q. dum Ias. uo-
22 luit in dicta lege imperium. columna undecima quòd † data scientia & patientia principis, tempus sufficiat triginta annorum: nam hoc posito posset currere præscriptio contra superiorem ignorantem, & quòd data eius scientia minor præscriptio sufficiat: tamen saltem necessarium uidetur contra principem tempus quadraginta annorum, etiam eo casu, quo præsumptio iuris non esset contra præscribentem: ut not. Abb. in d. capitulo cùm nobis. columna penult. de præscript. per text. in l. comperit. C. de præscription. triginta uel quadraginta annorum. Et profecto princeps, qui uniuersitates priuilegiauit circa tempus præscriptionis, ut contra eas tempus requiratur quadraginta annorum, per ea, quæ habentur in l. fi. cum authen. ibi posita. C. de sacrosan. eccl. breuem suũpsius uidetur curam habuisse, si non se pari cum una uniuersitate dignum putauit priuilegio. Imò Ang. in l. secunda C. com. de usucap. uoluit necessarium esse tempus annorum centum cõtra principem, sicut contra Romanam ecclesiam. Sequitur Alex. in cons. 24. columna quinta uers. quinimò etiam sufficeret tẽpus. lib. quinto per gl. in §. ut autem lex. in uersi. nec multum. in Auth. de non alienan. pro quo adduco Abb. in cons. 53. in fi. libro secundo. ubi quòd in his, quæ sunt introducta in fauorem principis, non currit consuetudo, nisi tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium: multò minus ergo currit præscriptio, de quo infra dicam in nona quæst.

23 Septimò quero † in casibus, in quibus necessaria est scientia principis in ꝙsuetudine, aut in p̃scriptione, an sufficiat sciẽtia eius ꝓcuratorũ aut officialium? Bar. in d. l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. tenet, q̃ sic. Idẽ tenet Ba. in ꝙsil. 145. Præsuppositio quodã cap. pacis. ante fi. uer. & præsertim, q̃ a ipse fiscus. lib. 2. ubi, q̃ scientia eorum, q̃ funguñ uicibus fisci, fisco p̃iudicat: p̃ l. si procuratoris. in prin. ff. de tributo. Idẽ Bal. in ꝙs. 340. Si pater. col. 2. lib. 5. q̃ sufficit scientia locũtenentis ipsius principis. Alibi scribit Pa. de Ca. in ꝙs. 203. Viso quoddã saluo ꝙductu. col. 2. post mediũ, uer. ad ſm rñdetur. lib. 1.
24 q̃ patientia † uicarij Regis, præiudicet Regi, quia in dubio censetur habere eandem ptãtem, q̃ Rex. Idem Paul. in ꝙsi. 256. Vñ manifeste. col. 1. circa medium. lib. 2. q̃ scientia officialium missorum per populum Florentinum ad aliquem locum subditum præiudicat ipsi populo Florentino mittenti; quia ipse populus vñ per se regere mediantibus illis officialibus, per l. municipes. ff. ad municip. l. 3. in fi. & l. procuratoris. ff. de tributo. Bart. etiam in d. l. si publicanus. §.

Source : BIU Cujas

fi. sequitur Areti. in consilio 42. Viso consilio columna secunda uersi. unde si tenemus doctrinam. & in consilio 153. Consultatio. columna prima uersi. quod autem homines de Castilione, ubi, quòd sufficit scientia & patientia iudicis, uel officialis loci & prouinciæ. Ad idem facit Bertachi. in prima parte sui reper. in uerbo, ciuitas. uersicu. 139. ubi quòd ciuitas dicitur scire, quod scit ipsius ciuitatis. iudex allegat Bar. in l. spadonem. §. qui ciuitatis. ff. de excu. tut. ubi tamen Bartol. nihil de hoc loquitur arbitror, secutum Bertachi. fidem alienam. Contrarium, quòd imo scientia officialium principis, principi non noceat, uoluit Alexan. in consil. 84. columna secunda post medium. uer. nec prædictis obstet, si dicatur. libro primo Ioan. Zenobius de Vbaldis inter consilia Bal. in consilio 370. Verba rescripti. columna prima in fi. lib. 3. ubi quòd scientia præsidis non nocet principi. Ad idem facit Roman. in consilio 289. ubi uoluit, quòd scientia procuratoris domino non nocet, siue sit procurator specialis, siue generalis cum libera, per tex. in l. item ueniunt. §. penitam. ff. de pet. hære. quo etiam fundamento utitur Alex. in d. consilio 84. libro primo allegando l. quod uulgò. ff. pro emptore. Sed certe ista iura allegata per Rom. & Alex. nihil faciunt; quia loquuntur respectu malæ fidei, quo casu bene fateor, quòd propter scientiam procuratoris non dicitur dominus in mala fide, nisi ipse dominus fuerit certioratus. Sed nos loquimur respectu præscriptionis, quæ non currit, nisi contra scientem. quo casu sufficere videtur scientia procuratoris generalis cum libera, sicut dicitur de scientia præsidis aut alterius officialis princi-
25 pis. Aeque non † obstat tex. allegatus per Roma. in le. cum mancipium. uer. circa procuratoris. ff. de ædil. edict. ubi scientia procuratoris scientis rem esse morbosam, uel uitiosam, domino non nocet, quominus agat actione redhibitoria uel quanto minoris. Nã parcat mihi Rom. reuerentia; quia ille tex. hoc non dicit, imò potius totum contrarium, uidelicet, quòd isto casu procurator tenetur domino actione mandati, uel nego. gestorum, & sic præsupponitur ille tex. quòd ex quo dominus habet regressum contra procuratorem, quod ipse dominus agere non possit contra uenditorem, tantum quærit ille text. an ipse procurator agere possit. & decidit text. quòd non, propter eius scientiam. Est uerum, quòd glo. ibi dicit, quòd datur utilis actio domino ignoranti secundùm quosdam, quam cedet procuratori: sed dum gloss. dicit secundùm quosdam, apparet, quòd non secundùm omnes, & quod gloss hoc firmare non audet.

26 Nam † quòd scientia procuratoris domino noceat, est tex. in dicta leg. procuratoris in prin. ff. de tributo. & tenet Oldra. in consilio 263. Dominus Aegidius. columna secunda circa med. uersi. & si quomodo, glo. in dicta lege procuratoris. intelligit in procuratore generali, uel cum libera. Non obstant alia iura allegata per Rom. quibus dicitur, denuntiationem domino fieri debere, non procuratori; quia loquuntur, quando ex tali denuntiatione dominus teneretur, & in pœnam incideret, quo casu nimirum, si dominus denuntiare oportet, uel si denuntiatio facta procuratori domino non præiudicaret, donec ad eius notitiam peruenerit. Secus in præscriptione: quia per eum dominus non obligatur præscribenti.

27 Octauò quæro, in casibus, in quibus necessaria est scientia superioris, si sint duo superiores, aut domini, unus utilis, & alter directus, an sit necessaria scientia utriusque domini? Ias. in consilio 209. columna 2. circa medium. lib. 2. quòd sic, allegat Abb. in ca. ad audientiam. de præscript. ubi finaliter Abb. uidetur residere in hac opi. quòd si quis præscripsit feudum contra uasallum, talis præscriptio non nocet domino ignoranti, ne cogatur mutare uasallum contra eius uoluntatem, & habere uasallum minime gratum, dũ dicit hanc opin Hostien. esse æquam, quam opi. tenet Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de feudis, columna prima in fi. uer. vigesimo octauo. q. Pilei fuit de uasallo &c. late Alex. in consilio 169. Viso themate. libro 2. Corn. in consi. 51. columna 7. uersicu. amplius in facto. Bertachi in uerbo, præscriptio quomodo. uersi. 8. Aduerte; quia quæstio ista potest dupliciter intelligi. Primò, si quis præscripsit feudum contra dominium utilem, & sic uasallum, an censeatur præscripsisse etiam contra dominum directum, ita ut non teneatur domino directo ad aliquod seruitium? Secundò an censeatur præscripsisse, ita, quòd seruiendo domino directo more uasalli, ab eo feudum auferri non possit. Circa primum modum intelligendi, clarum est, quòd non præscribitur contra dominum ciuiliter possidentem, nisi interuerteretur possessio; quia requisitus præscribens ad seruitia illa denegaret, deinde præscriberet & possideret bona tanquam libera, iuxta l. male agitur. C. de præscriptio. trigin. anno. Circa secundum modum intelligendi formatur quæstio per Abb. in d. cap. ad audientiam. in qua q. finaliter Abb. putat æquam distinctionem Hostien. an dominus directus sciuerit uel ignorauerit feudum præscribi, ut contra ignorantem non currat præscriptio, non solum in præiudicium iuris directi, sed etiam respectu utilis dominij; quia non cogetur habere præscribentem in uasallũ.

Contrarium, quòd imo præscribatur respectu utilis dominij, & quod feudum a præscribente auferri non possit, sed solum possit dominus petere iura sui directi dominij a præscribente, tenet Ro. in consil. 166. In tertio dubio. Idem tenet Ias. licèt Rom. non allegetin l. 1. colum. pen. post med. uer. & per hoc ultimum nouiter reprobo. C. de ser. fugi. Confirmatur ista opin. ex eo, quod scribũt Ang. & Imo. in l. usucapionem. ff. de vsucap. & alij Doc. allegati. per Ias. in dicta l. fin. colum. 6. uersi. quicquid alij dicant. C. de sacro sanc. eccle. ubi, quòd habens causam ab ecclesia, non gaudet priuilegio ecclesiæ in præscriptione; sed præscribitur contra eum, sicut contra priuatum, dummodo præscribens uelit recognoscere ab ecclesia id, in quo tenebatur is, contra quem præscribitur. Idem uoluit Abb. in cons. 18. circa fi. & in cons. 62. columna fi. libro secundo. eandem opi. quòd præscribatur contra ecclesiam respectu utilis dominij etiam ignorantem, tenet Alex. in cons. 92. in octauo dubio, lib. 6. Ias. §. sed istæ num. 14. Insti. de actio.

Puto considerandos aliquos casus pro resolutione huius difficultatis. Primus † casus est, quando possessor feudi præstitit seruitia domino directo per longissimum tempus triginta annorum, & sic possedit feudum tanquam feudum, non ut bona libera, & iste casus non habet dubitationem; quia præscribitur ius utile, etiã in præiudicium domini directi, nec dominus directus potest allegare aliquam ignorantiam recipiendo seruitia c. si quis per triginta. si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. Alex. in consilio 118. columna quarta. in consi. 169. columna 1. in fi. & in consilio 15. columna tertia in prin. lib. 5. Ias. in d. l. 1. columna pen. in fi. C. de ser ui. fugi. Imo si uasallus allegat inuestituram: & non plene eam probat, si per annum stetit in possessione feudi præscribit, & in defectum probationis statur eius sacramento c. fi. §. finautem aliquis. si de inuest. inter domi. & uasal. lis oria. Dec. in cons. 114. columna tertia in secundo dubio, tex. tamen in d. c. si quis per triginta. non procedit contra ecclesiam, contra quam requiruntur quadraginta anni. Guid. Papæ q. 161. Secundus † casus est, quando quis tenuit rem tanquam liberam, non tanquam feudalem iusto titulo & bona fide: & quæritur, an dicatur præscripsisse etiam in præiudicium domini directi, ut ei non teneatur ad aliquod seruitium? Et isto casu uidetur dicendum, quòd durante decennio nulla cucurrerit præscriptio possessione ciuili existente apud dominum, per illud tempus, sed lapso decennio incipit currere præscriptio longissimi temporis contra dominum directum. Bald. in cons. 299. Dicunt Petrus. ante fin. uersicu. pone, ecclesiæ. libro primo, ubi, quòd ecclesia non petendo pensionem ab emphyteuta per decennium, perdit ciuilem possessionem: & tradit Ias. in d. le. prima columna pen. C. de serui. fugi. & idem Ias. in l. prima. colu. secunda C. unde legit. & sic quandiu dominus directus retinet possessionem ciuilem, contra eum non præscribitur, sed amissa possessione ciuili, tunc incipit currere præscriptio, & ista præscriptio oportet, quòd sit longissimi temporis, ideſt, triginta annorum, etiam quòd præscribens habeat titulum & bonam fidem, & est speciale in feudo c. primo §. præterea. iuncta gl. de ca. Corra. ubi Doctor. & Abbas in d. capitulo ad audientiam. columna penul. de præscriptio. Decius in consilio 144. columna tertia in secundo dubio. In ecclesia tamẽ requiruntur quadraginta anni. Gui. Papæ quæstio. 161. quicquid aliter dubitauerit decisio Neap. 254. ubi uidetur uelle, quòd contra dominum directum nuda currat præscriptio, etiam longissimi temporis 40. annorum & dominus directus isto casu habeat priuilegium, quòd licèt feudum consistat in rebus immobilibus, in quibus cum titulo sufficit præscriptio decem uel uiginti annorum tamen contra ipsum dominum directum requiritur tempus triginta annorum. & ratio specialitatis uidetur esse; quia ius directi domini magis uidetur consistere in iuribus personalibus, quæ sibi debentur occasione feudi, quàm in re immobili, quæ tenetur per feudatarium. Secunda ratio specialitatis considerari potest: quia non tantum imputari potest domino directo cur non citius uendicauerit rem suam, quantum domino directo & utili, cum, ut dixi, tota res ad dominum directum non pertineat. Addo præmissis Bal. in cons. 215. lib. 5. ubi quando quis tenuit rem emphyteuticã ecclesiæ, tanquam liberam 40. annis, præscribit contra ecclesiam.

30 Tertius † casus est, quando quis tenuit rem feudalem tanquam liberam, mala tamen fide; quia sciebat esse feudalem: & iste casus uidetur indubitatus, quod nullo tempore præscribit propter malam fidem, regu. possessor malæ fidei. lib. 6. & infra latius dicam. Quar-

31 tus casus est, quando † quis possedit bona feudalia longissimo tempore sufficienti ad præscribendum contra dominum directum cum titulo & bona fide, tamen alius, puta author possidentis, qui uendidit bona tanquam libera, præstitit seruitia domino, & quæritur, an possidens præscripserit contra dominum ignorantem bona feudalia possideri per tertium & iste casus potest frequenter cõtingere, quia uasallus possidet plura bona feudalia, aliqua ex eis nẽdit, tanquam libera emptori ignoranti qualitatem feudi, & tamen nõ cessat uasallus p̃stare seruitia dño ignoranti talem alienationẽ: & isto casu puto ꝙ dominum non p̃scribi: nam recipiẽdo seruitia a uasallo uenditore, semper possessionem ciuilem, qua durante præscriptio non currit contra ipsum ciuiliter possidentem, possessio enim ciuilis non amittitur nisi data negligentia aut obliuione

non

Source : BIU Cujas

non recuperantis, aut non possidentis l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. seq. ubi Ias. in nono nota. ff. de acquir. possess. sed
32 † negligentia imputari non potest domino directo ignoranti alienationem factam per uasallum l. si quis in graui. §. si ignorans. ff. ad Sillanianum l. genero. ff. de infamibus. cap. apostolicæ. de excep. c. 2. cap. quia diuersitatem. de concess. præben. cap. si uero. de senten. excom. obliuio etiam considerari non potest, cum semper receperit seruitia a uasallo uenditore.

33 Nonò † quæro, dictum fuit supra, quòd reseruata principi non præscribuntur, nisi per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, quid in alijs bonis principis, an tantum tempus requiratur? Hic est aduertendum, quòd princeps potest habere bona duplicis generis: nam potest habere bona tanquam priuatus, puta, quæ habebat antequam esset princeps, uel si quid ei testamento, aut aliàs donatum sit. Rursus habet bona tanquam princeps. Cyn. & Ias. in l. procurator. C. de edendo. & idem Ias. in l. prima. in princ. ff. de offic. procur. Cæs. addo Alex. in consilio 6. columna secunda uersi. princeps enim. libro quarto ubi, quòd habet princeps duplex patrimonium priuatum & fiscale. fortius uoluit Pau. de Cast. in consi. 106. circa ea. columna secunda in fin. libro primo & etiam ea, quæ perueniunt ad principem, tanquam principem per impositionem onerum extraordinariorum, dicantur esse de patrimonio priuato ipsius principis, de quo tamen dubito. In patrimonio priuato seu in bonis, quæ ut priuatus habet non uidetur, quòd gaudeat aliquo priuilegio: quia in præscriptione habetur respectus ad bona potius, quàm ad personas, sicut dicimus de bonis proprijs Episcopi aut clericorum, quæ non sunt ecclesiæ, quòd in illis non gaudet Episcopus aut clericus priuilegio ecclesiæ circa præscriptionem. glo. in c. possessiones. 16. q. 4. quam pro singulari ad hoc citat Roma. in singu. 451. Tu scis generale. sequitur Fel. in c. ecclesia Sãctæ Mariæ. columna quarta in fin. uersi. & hinc est. & ibi Dec. colu. 8. in fi. de consti. Ias. post Sali. in d. authen. quas actiones. in fi. C. de
34 sac. sanc. eccl. † In his enim quæ separationem recipiunt, potest qs considerari non tanquam ipse sed tanquam alius tertius, aut extraneus l. si pater. §. qui duos ubi gl. & Bal. ff. de adopt. l. procurator q pro euictione. ff. de procur. l. post mortem. ff. quand. ex fact. tuto. ob id Episcopus scholaris non præcedit rectorem; quia non est ibi tanquam Episcopus. Abb. in c. auditis. columna tertia de elect. Similiter canonicus uicarius Episcopi sedebit in loco suo; quia non est ibi ut uicarius. Abb. in ca. postulasti. columna tertia de conce. præben. Feli. in rubr. de maio. & obe. columna secunda. Similiter, si Rex iudicet in aliqua causa tanquam Comes, nõ tanquam Rex appellabitur ab eius sententia ad superiorem Comitis, non inspecta regia maiestate. Guido Papæ q. 436. columna 11. q. 36. per tex. in l. pen. ibi, sed ducatus &c. C. de appella. Est uerum, quòd Pau. de Cast. in d. consi. 106. columna secunda. in fi. simpliciter dicit, quòd princeps gaudet eius priuilegio, etiam in bonis priuati patrimonij, sed nimium generaliter loquitur iudicio meo, & sine lege. & quòd patrimonialia Cæsaris præscribantur modo communi, quo alia bona priuatorum uoluit Bal. in d. l. secunda in princ. C. com-
35 mu. de usuc. In alijs uerò bonis † principis, & quæ sunt de patrimonio fiscali, quantum tempus requiratur, habetur in §. res fisci, Instit. de usucap. in l. in omnibus. ff. de diuer. & temp. præscrip. per Abb. in d. c. cum nobis. de præscrip. Arc. in d. consilio 153. Consultatio. columna fin. Boer. in suis decis. q. 264. columna 17. in 2. parte. in quibus locis concluditur, quòd ubi sunt bona fisco incorporata, requiritur tempus 40. annorum, per l. comperit. C. de præsc. 30. uel 40. annor. Sed Ange. in d. l. secunda C. commun. de usucap.
36 uoluit, quòd contra fiscum † Romani imperij requiratur hodie de iure Authenticorum præscriptio centenaria, sicut contra Romanam ecclesiam. per gl. in d. §. ut autem lex. in uersicu. nec multum. in Auth. de non alien. sequitur Alex. in d. consi. 24. col. 5. uer. quinimo etiam sufficeret. libro quinto ubi etiam allegat Angel. in l. sicut. C. de præscript. 30. anno. & in l. prima C. de anna. excep. sed in libro meo Ang. nihil loquitur de hoc: nisi in d. l. secunda. C. commu. de usuca. credo quòd uoluit allegare Bal. in d. l. sicut. columna fi. & in d. l. prima columna secunda uers. ultimò conclude. C. de anna. exce. ubi Bal. hoc expresse uoluit: & idem Bal. in d. l. secunda C. commu. de usuca. allegaui etiam supra Abb. pro hoc in d. consilio 53. in fi. libro secundo ubi, quòd in his, quæ sunt introducta in fauorem principis, non currit consuetudo nisi tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. ad idem in terminis ad duco eundem Alex. in consil. 84. columna secunda. in uers. secun-
37 do dicimus. libro primo. Boerius † tamen in d. q. 264. colum. 19. dicit communem opin. esse contra Angel. & Alexand. quòd sufficiat præscriptio 40. annor. Sed aduerte, quia Boe. in d. q. colum. 18. in prin. dicit, quòd in d. l. fina. C. de sacrosan. eccle. illi casus ibi enumerati, in quibus requiritur præscriptio centum annorum, sunt redacti ad præscriptionem quadraginta annorum. Quòd si uerum sit, corruit fundamentum Alexand. in dicto consilio 84. ubi uoluit, quòd dicta lege fin. solum sit correcta respectu ecclesiæ, in qua sufficit præscriptio quadraginta annorum, in casibus ibi positis, secus in ciuitate, ideo si in ciuitate illa l. fina. non est correcta, sed in ea requiruntur anni centum, multo fortius illud tempus erit necessarium in principe; quia ille tex. solùm procedit in ciuitate habente iura principis, aut fisci, ut supra diximus, & inferius dicemus. Videndum est igitur, uter loquatur melius Alexan. an Boerius quò ad casus positos in d. l. fi. & profecto miror, quomodo Boerius potuerit dicere simpliciter illos casus esse redactos ad præscriptionem quadragenariam; quia illa reductio facta est per auth. quas actiones. ibi positam quòd ad ecclesias tantum, excepta ecclesia Romana, sed in ciuitate illa l. fin. non est correcta secundùm communem opin. Doc. in d. auth. quas actiones. ubi Ias. columna sexta uersi. contrariam opinionem. licèt Boe. pro se alleget etiam Ias. in d. l. fi. in octauo nota. C. de sacrosan. eccle. sed ibi Ias. loquitur respectu ecclesiæ, non respectu ciuitatis. & hanc communem opin. tenẽt omnes Docto. supra late commemorati in octaua limitatione ad regulam negatiuam, quòd in pœnalibus non fit
38 extensio, ubi, quòd in † correctorijs non fit extensio etiam ex maioritate rationis: nam pro hoc allegant omnes no. in d. auth. quas actiones. ubi illa authen. corrigens illam l. fin. in ecclesia, non extenditur ad ciuitatem, eandem opinionem tenent plurimi alij Doctores supra cõmemorati in decimaquarta limitatione ad regulam, quòd consuetudo non extenditur. nam limitat non procedere, quando duo casus essent æquiparati per legem antiquam; quia tunc lex noua corrigens in uno extenditur ad alterum. Postea retuli aliquos Doctores tenere contrarium per d. l. fina. & authen. quas actiones. ibi positam. ubi authen. quas actiones. corrigens in ecclesia, non extenditur ad ciuitatem, cùm tamen ecclesia & ciuitas essent æquiparatæ per dictã legẽ fin. ad quod argumentum confutandum magnopere Doctores laborarunt, & sic tam Doctores tenentes contra illam decimamquartam limitationem, quàm tenentes pro ea, omnes sine controuersia tenent, quòd d. l. fin. non sit correcta in ciuitate, ut mirer ausum Boerium dicere communem opinionem esse contra Alex. in d. consilio 84. libro primo & quòd illi casus d. l. fi. sunt redacti ad præscriptionem quadragenariam simpliciter: cum illud factum sit in ecclesia tantùm, non etiam in ciuitate. Ob id puto sine dubio Alexan. melius locutum, quòd contra principem requiratur præscriptio centenaria,
39 iuxta terminos dictę legis fin. C. de sacrosan. eccle. Sed † difficultas est extra illos casus d. l. fi. an princeps gaudeat præscriptione centenaria, Ang. in dicta lege secunda. C. commu. de usucap. quem sequitur Alexand. in dicto consilio 24. columna quinta libro quinto uult, quòd sic, & quòd princeps gaudeat pari priuilegio cum ecclesia Romana. Idem tenet Bal. in d. l. secunda C. commu. de vsucap. in d. l. sicut. C. de præscript. triginta anno. & d. l. prima. C. de anna. exceptio. Felin. in c. ad audientiam. columna 7. in fi. uersi. amplia primò, de præscript. Sed credo Ang. nimium generaliter locutum nam gl. super qua se fundat in d. §. ut autem lex. in uer. nec multum in Authen. de non alienan. dum æquiparat imperium & respublicas ecclesiæ. allegat d. l. fi. C. de sacrosan. eccle. dicens, quòd illa lex solum est correcta in ecclesia, & sic uult gl. quòd imperium gaudeat priuilegio ecclesiæ Romanę quò ad præscriptionem centenariam in casibus tantùm d. l. fina. & isto casu procedat opin. Boerij. & q extra illos casus d. l. fi. princeps non debeat gaudere priuilegio ecclesiæ Romanæ, uidetur probari efficaciter: quia d. l. fin. solùm procedit in ciuitatibus habentibus iura principis, aut iura fiscalia, ergo priuilegium principis non uidetur extendendum extra illos casus: & posito, quòd intentio gl. in d. §. ut autem lex. in uerbo, nec multum, alia fuisset, & quod uoluerit æquiparare principem ecclesiæ Roma. indistincte (quod tamen dicendum non uidetur per præmissa) dico, quòd in hoc gl. male uidetur sentire, & eam reprobat Henricus Boic in ca. si diligenti. in fi. de præscriptio. refert & sequitur Guido Papæ q. quæst. 416. ubi quòd ita fuit conclusum Sed latius uidetur insistendum circa gl. in d. §. ut autem lex. in uerbo, nec multum. Et primo uidendum est, an illa gl. uoluerit generaliter, quod imperium gaudeat præscriptione centenaria. Secundò, an illa glo. sit uera.

40 Circa † primum aduertendum est, quòd illa gl. dupliciter probat imperium gaudere præscriptione centenaria. Primò per tex. in dicto §. ut autem lex. Secundò, per tex. in dicta lege fin. C. de sacro san. eccle. & licèt illa l. fin. solum loquatur in certis casibus; tamen textus in dicto §. ut autem lex. simpliciter & generaliter loquitur, quòd sacerdotium & imperium ab inuicem multum non differunt. infert ergo glo. quod sicut sacerdotium principale, ideſt, ecclesia Romana gaudet præscriptione centenaria, & ita imperium simpliciter & generaliter in omnibus casibus. Sed ulterius considero, quòd imo illa gl. uidetur loqui in omni sacerdotio, & in omni ecclesia, dum dicit, quòd illud ius in ecclesia est correctum, per tex. in §. pro temporalibus. in Authen. de eccle. tit. unde est extracta authen. quas actiones. non ergo loquitur illa glo. in d. §. ut autem lex. in ecclesia Romana; quia in ea nihil est correctum, & hoc modo considerando illa gl. retorquetur contra Bal. Ang. Alex. & Felin. quia illa glo. non æquiparat imperium ecclesiæ Romanæ, sed alijs ecclesijs, dum dicit, quòd in ecclesia illud ius est correctum, quæ correctio non reperitur in ecclesia Roma. imo

Source : BIU Cujas

expreſſe excipitur ab illa correctione. hoc ſtante, quòd imperiũ æquiparetur eccleſiæ generaliter, non Romanæ eccleſiæ tantùm, Dico, quòd aliæ eccleſiæ non fuerunt priuilegiatæ generaliter, ut gauderent præſcriptione centenaria, ſed ſolùm in caſibus poſitis in dicta lege fin. C. de ſacroſan. eccle. ergo in illis tantùm caſibus uidetur imperium priuilegiatum, & in dictis caſibus ſine dubio, puto, quòd princeps etiam hodie gaudeat priuilegio præſcriptionis centenariæ, ſi enim eo gaudet ciuitas habens iura principis, a fortiori gaudere debet ipſe princeps. Circa ſecundum, an illa gl. ſit uera, dico ſine dubio quòd uera uidetur quò ad caſus dicta lege fin. C. de ſacroſ. eccle. ſed quò ad alios caſus ualde dubito, ſi teneamus quòd illa glo. generaliter uoluerit imperium gaudere præſcriptione centenaria Primo, quia iſtud inferri non poteſt neceſſario ex dicto §. ut autem lex. quia in illo text. non dicitur, quod abſolute æquiparentur, ſed quod multum non differunt. ergo in aliquibus eſt differentia. Secundo, quia ibi non loquitur tex. de ſacerdotio Romanæ eccleſiæ tantum, ſed de omni ſacerdotio, & eccleſia, ſecundum quod gl. uidetur intelligere, prout proxime declaraui, ob id ſicut eccleſia non gaudet priuilegio præſcriptionis centenariæ. ſecundum ius Codicis, & illud ius Authenticorum ante d. §. pro temporalibus. Authen. de eccleſia. tit. ita uĩ, quod imperium non gaudeat illo priuilegio, niſi in illis caſibus. Tertio text. in l. omnes. C. de præſcrip. triginta uel quadraginta ann. vult omne ius publicum, & priuatum in quacunque perſona extinctum eſſe ſpacio quadraginta annorum, ergo etiam ius principis, quod pu
41 blicum dicitur. Secundò † pondero uerbum uniuerſale, in quacunque perſona, quod uidetur comprehendere etiam perſonam ſuperioris. Alex. in conſilio 235. libro quarto per tex. in d. l. compe rit. C. de præſcrip. triginta uel quadraginta ann. quæ lex uenit ad declarationem & ſuppletionem dictę legis omnes. nam quia per d. l. omnes. omnia iura etiam publica & cuiuſcunque perſonæ prę ſcribi dicebantur, quidam trahebant illam legem etiam ad publicas functiones, aut tributa principi debita, ut præſcriberentur annis. 40. Sed imperator in dicta lege comperit. dicit, declarando & ſupplendo, quòd non intellexit de tributis & functionibus publicis, in quibus nullam præſcriptionem currere uoluit. Tamen in ipſis bonis immobilibus, pro quibus præſtantur ipſæ functiones publicæ, bene uoluit præſcriptionem currere quadragenariam. Ecce ergo, quòd exceptis tributis & publicis functionibus, quæ præſtantur in ſignum ſubiectionis, alia bona publica ipſius imperij, quæ non ſunt de regalibus, ſeu in quibus præſumptio iuris non eſt contra præſcibentem, ſpatio præſcribuntur 40. anno. Ideo Bal. & Ang. dũ dicunt imperium gaudere præſcriptione centenaria, cum miniſte rio dicunt, quòd hodie de iure Authenticorum imperium gaudet illo priuilegio, clare inferentes ſecus eſſe de iure Codicis; quia illi duo tex. uidentur clari in d. l. omnes. & l. comperit. Sed non potuerunt Bal. & Angel. ſe fundare ſuper iure Authenticorum, quia ius Authenticorum non ęquiparat imperium & ſacerdotium ſim pliciter, & generaliter in omnibus, & per omnia. ſed dicit, quòd non multum differunt, ut ſupra dixi. Rurſus dum Bal. & Ang. dicunt hodie ſecus eſſe de iure Authenticorum, neceſſariò uolunt,
42 quòd ius Codicis ſit correctum, ſed † correctio induci non debet, niſi expreſſe dicatur l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. in fi. C. de appp. ubi Bar. in ſpecie no. quòd antequam dicatur aliquid eſſe correctum, oportet quòd ſpecialiter & ſpecifice illud dicatur, adeo quòd uerba generalia non ſufficerent ad inducendum correctionem: & tradit Iaſ. in conſ. 164. colum. j. in fi. lib. 2. ſed tex. in d. §. ut autem lex. in ſpecie nihil dicit de p̃ſcriptione, ſed æquiparat imperium ſacerdotio. Imo nec generaliter in omnibus æquiparat, ſed dicit, quòd non multum differunt, ob id neceſſe fuiſſet ad cor rigendum ius Codicis, quòd dictum eſſet, æquiparatum eſſe ĩmpe rium ſacerdotio Romano circa præſcriptionem. Amplius dico,
43 quòd ſi per † dictum §. ut autem lex imperium. & ſacerdotium ſimpliciter fuiſſent æquiparata & generaliter ſine illis uerbis, nec multum differunt, ex quibus patet aliquam eſſe differentiam, adhuc non poſſet dici correcta diſpoſitio dictarum legum Codicis in l. omnes. & l. comperit. quia illud ius nouum Authenticorum generale deberet reſtringi per leges præcedentes in Codice, ne inducatur legum correctio l. ob æs. C. de præd. mino. glo. in l. omnes. C. ſine cenſu, uel reliq. Rom. in conſilio 399. Vt præſens. colu. 3. circa med. uer. quinimo & lex ſequens. Imo etiam lex noua correctoria diſtinguitur ſecundùm legem antiquam, ut tanto minus corrigatur ius antiquum præcedens, quàm ſit poſſibile. auth. offeratur. C. de litis conteſt. iuncta l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. ubi glo. & Doct. quod idem dicemus in d. §. ut autem lex. ubi non
50 apparet, quod ille tex. uoluerit corrigere d. l. omnes. & l. comperit. Imo text. in d. §. ut autem lex. debet quacunque ſubauditione iuuari, ne inducatur correctio dictarum legum l. omnes. & l. comperit. lege prima C. de inoffi. dotibus. Curtius iunior in conſilio quinto. columna quarta ad fi. Sed hic ſine aliqua ſubauditione tex. in d. §. ut autem lex. poteſt intelligi citra correctionem iuris Codicis, quia, ut dixi, non in omnibus & per omnia æquiparat, ſed dicit, quòd non multum differunt. Secundò, quia ille text. non loquitur in ſacerdotio Romano tantum, aut eccleſia Romana, ſed potius de alijs eccleſijs, ut ſupra dictum eſt. Et poſito, & non conceſſo, quòd loqueretur in ſacerdotio Romano, & illi imperium ſimplici ter compararet, adhuc per talem æquiparationem generalem nõ induceretur correctio iuris Codicis, ſed potius illa generalis æquiparatio reſtringi debet, ne comprehendat præſcriptionem, de qua in d. l. omnes. & l. ſicut & l. nam & poſteriores. ff. de legibus. l. ut gra datim. §. & ſi lege. ff. de muneri. & honor. l. 2. C. de noxa. c. cum di lectus. de conſtue. Præterea, cum dictæ leges omnes. & l. comperit. ſint ſpeciales in materia præſcriptionis, & in d. §. ut autem lex. ſacerdotium & imperium æquiparentur, non in ſpecie in materia præſcriptionis, ſed generaliter dicatur non multum differre, per il-
44 lum textum generalem non cenſetur correcta diſpoſitio ſpecialis dictarum legum l. omnes. & l. competit. † quia quando concurrunt duæ leges, prima ſpecialis, & ſecunda generalis, nunquam ſecunda generalis tollit primam ſpecialem. gloſſ. in c. ut officium. in uerſic. duabus. de hęret. lib. 6. Geminia. in c. primo. columna prima
45 in prima oppo. de conſt. lib. 6. † Quintò, quòd imperium non gaudeat præſcriptione centenaria, arguitur ſic. Etiam iura imperio reſeruata, & in quibus præſumptio iuris eſt contra præſcribentem, præſcribuntur ſpacio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. ca. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerb. ſig. quæ præſcriptio eſt minor centenaria, ut ſupra probauimus, & ſic in talibus reſeruatis non gaudet imperium præſcriptione centenaria, ergo multo minus in alijs non reſeruatis principi.

46 † Ex præmiſſis puto concludendum, quò imperium non gaudeat priuilegio præſcriptionis centenariæ in bonis in quibus præſumptio iuris non eſt contra poſſidentem, niſi in caſibus, de quibus in d. l. fi. C. de ſacroſan eccleſi. In alijs uerò bonis, quæ ſunt de reſeruatis principi, & in quibus præſumptio iuris eſt contra præſcribentem, gaudet priuilegio præſcriptionis, non dico centenarię, ſed cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ eſt minor
47 centenaria, ut ſupra diximus, contra Card. & Feli. Et tres † declara rationes ad d. l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. uide per Alex. in conſilio 16. columna octaua uerſi. quinimo nec etiam in quatuor caſib. libro quinto. Et dum dicit, non habere locum, niſi contra uendentem, donantem, aut relinquentem contra ciuitatem aut eius ſucceſſorem uniuerſalem, non contra ſingularem ſucceſſorem, poſt Bald. in d. l. fi. idem uoluit Aret. in d. conſ. 153. Conſultatio. columna fi. Cor. in conſi. 268. colum. 10. lib. 4.

48 Decimò † quæro, an in præſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, requiratur titulus? Dic quòd non, cum talis præſcriptio uim tituli habeat, ut ſupra dictum eſt. & pro hoc eſt tex. in dicto cap. 1. de præſcrip. lib. 6. Quod ampliatur procedere, licèt agatur de præſcribendo contra clericos, aut libertatẽ eccleſiaſticam. Paul. de Caſt. in conſi. 423. Ex puncto tranſmiſſo. colum. 2. circa med. lib. 2. talis enim præſcriptio pro ueritate habetur. gl. in l. 1. C. de ſeruit. Bald. in conſ. 259. Quæſtio uertens. lib. 2. & in conſilio 24. Subtiliter. columna ſecunda lib. 4. Decius in conſilio 85. columna ſecunda.

49 Vndecimò † quæro, an ſaltem in tali præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ſit neceſſaria titu li allegatio? Videretur dicendum quòd ſic, quia licèt titulus præſumatur ex antiquitate temporis, non tamen uidetur prodeſſe præſumptio, niſi allegetur l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. ſcriben. in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. & quòd allegatio tituli ſit neceſſaria in tali præſcriptione, uoluit Alex. in conſilio 74. col. 3. in fi. uer. accedat ad hoc, quod uoluit. lib. 4. Felin. in c. accedẽtes. col. 5. uer. ſed reuera potius eligerem. de præſcript. quem refert & ſequitur Curtius iun. in conſ. 158. col. 4. in fi. Contrarium, quod allegatio tituli non ſit neceſſaria, uoluit glo. in d. ſuper quibuſdam. §. præterea. in uerbo non extat. Fede. de Senis in conſil. 234. Super primo puncto. colum. 2. in fi. uerſi. maxime autem hoc procedit. Soci. in conſ. 127. colu. pen. in fi. uer. & eo maxime prædicta procedunt. lib. 1. quod eſt repetitum in conſ. 181. li. 2. Idem tenet Abb. in conſi. 7. col. 4. uerſ. & quanquam hæc. lib. 2. Doct. in d. c j. de præſcript. lib. 6. Cald. in conſ. 1. in tit. de libelli obla. Guido Papæ quæſtio. 408. in fi. ubi allegat Io. Fab. in §. æque. Inſtit. de act. Idem tenet Iaſ. in l. ſi certis annis. col. fi. in decima limitatione C. de pactis. refert & ſequitur Gozadi. in conſ. 8. colu. 8. circa medium. Ex quibus patet hanc opinio. ueram eſſe & communem & pro ea uidetur tex. in d. c. 1. de præſcrip. lib. 6. ubi, quòd in tali præſcriptione non requiritur titulus: ſi titulus nõ requiritur, ad quid allegari per eum opor
50 tet? Non obſtat modò † regula, quòd præſumptio iuris non ſufficit, niſi allegetur, quia fateor. Sed dico, quod ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, titulus non præſumitur a iure, ſed potius fingitur a lege, in fictione autem non eſt neceſſaria allegatio tituli; quia fictio eſt ſuper claro, quando uere de titulo non apparet: ſed lex fingit titulum propter antiquitatem temporis. Secundo reſpondeo, & ex quo titulus non requiritur in tali præſcriptione, ut ſupra dictum eſt, ſuperfluo quæritur de eius allegatione. Non obſt. authoritas Alex. & Feli. ſupra

Source : BIU Cujas

pra in contrarium allegata ; quia respondeo, quòd loquuntur in his, quæ non sunt præscriptibilia etiam per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, puta, data incapacitate præscribentis circa decimas, uel circa collationem beneficiorum, iuxta text. in capi. quanto. de consue. & not. in capitulo secundo de præbend. lib. 6. uel quando lex expresse resistit præscriptioni, ut in casu d. capituli accedentes. in materia procurationis, quo casu solus cursus temporis nihil potest operari, ut reddat capacem eum, qui incapax sit. ob id opus est, quòd allegetur titulus priuilegij, aut exemptionis. & ad probationem talis tituli sufficiet probare lapsum temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Secus, ubi sumus in materia præscriptibili, etiam sine titulo ; quia tunc necessaria non est tituli allegatio, & multo minus isto casu necesse erit probare quid factum esse tanquam ex causa alicuius tituli non necessarij. Felin. in capitulo causam, quæ. columna quarta de præscript.

51 Et ex præmissa † declaratione infertur ad unam limitationem dicti Soci. in consi. 260. ante fi. lib. 2. de quo supra diximus in tertia quæstio. ubi uoluit, quòd appellatione priuilegij in materia stricta non ueniat priuilegium tacitum resultans ex tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, nam istud non procederet, quando expresse allegaretur titulus priuilegij, & ad eius probationem probaretur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: quia tunc etiam in materia stricta & non prescriptibili sufficit talis præscriptio cum allegatione tituli. & ita ponderat & expresse notat Curtius iunior in dicto consilio 158. columna quarta in fi. Felin. in c. causam. colum. 3. in fi. uersi. puto sustentabilem.

52 de præscrip. Sed circa † dictum Alexan. & Feli. & Curtij iunioris tria considero. Primum, quòd illo attento elusoria uidetur fieri dispositio iuris prohibẽtis quid præscribi, etiam per tempus antiquissimum: nam semper allegabit quis titulum, & ad eius iustificationem probabit de lapsu temporis antiquissimi: & sic lex uidebitur imposita uerbis, contra l. secunda in fi. C. commu. de lega nec id recipi debet, per quod legis dispositio fiat elusoria l. secunda §. pecuniam. ff. de calumnia. l. si prætor. ff. de iudi. l. hanc legem. ff. de contrahẽda emptio. l. fi. in princ. ibi, alioquin nequicquam mihi caueatur ff. si cert. pet. l. fi. ff. ne quid in loco publico l. prima §. exceptiones. ff. quar. re. actio non det. l. cum alijs. in fi. C. de cura. furio. l. fin. §. nõ autem. C. de bonis quæ liber. l. fi. C. de usur. rei iudi. capitulo com-

53 missa. §. porro. de electio. libro sexto Imo fit † extensio etiam in materia pœnali, ne aliàs dispositio pœnalis fiat elusoria dicta lege prima. §. pecuniam. ff. de calumnia. cap. si ciuitas. & ibi Domi. in secundo notab. de sent. exco. lib. 6. & dixi supra in materia extensionis consuetudinis in pœnalibus, similiter potius toleratur correctio iuris communis, quàm quòd ius nouum fiat elusorium. Roma. & Doct. in auth. ex testamento. C. de colla. late Moder. in l. 1.

54 ff. de offic. eius. Rursus † attento hoc dicto Alexand. Feli. & Curtij permittetur per indirectum, quod directò prohibetur, quod esse non debet l. si ex duobus, & ibi glo. ff. de neg. gest. d. l. fi. C. de usuris rei iud. reg. cum quid una uia. lib. 6. nec circunueniri debet lex prohibens l. arbitrio. §. dolo cuius. ff. de dolo. facit tex. in l. oratio. ff. de sponsa. lib. & per hoc fundamentum multi tenent contra illud dictum, ut refert Alex. in d. consilio 108. in fi. libro secundo & in d.

55 consilio 75. columna fi. libro quarto. Secundum quod † considero contra dictum Alex. Feli. & Curtij iunioris est ; quia si illud uerum sit, cautela quædam uidetur etiam & ipsa inutilis & elusoria: nam quotiens aliquid fieri non potest sine aliqua causa, non sufficit probare illud simpliciter factum esse, nisi probetur, quòd in uim illius causæ factum sit. Puta, seruitus habens causam discontinuam non acquiritur, nisi per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, ut habetur in d. l. seruitutes. magna. ff. de serui. poterit tamen acquiri longo tempore, ideſt, decem annis inter præsentes, & uiginti inter absentes, si quis alleget titulum constitutæ seruitutis discontinuæ, & ad iustificationem ipsius tituli probet de lapsu longi temporis. glo. & Doc. in d. l. seruitutes. Bar. in l. cum de in rẽ uerso. ff. de usuris. Istud tamen intelligitur & procedit, si quis probet se usum seruitute illa discontinua in uim illius tituli, & tanquã ex illa causa. Salic. in d. l. si certis annis. Cuma. & Roma. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. & ibi Ias. colum. fin. uersicu. eã etiam tenet Pau. de Cast. in consilio 511. In causa spectabilium uirorum. columna secunda post medium, libro secundo Alexand. in consilio 113. lib. 1. in consi. 108. in fin. lib. secundo & in consil. 75. columna fina. lib. 4. Sed quomodo probari hoc poterit, cum non apparet de aliquo titulo, nisi per allegationem: si enim uere constaret de titulo, præsumeretur quid factum in uim illius tituli l. quædam mulier. ff. de rei uendicatione. lege secunda. C. de acquirenda possessio. Bal. in consilio 290. istæ allegationes. columna secunda libro primo Pau. de Cas. in d. consi. 511. columna secunda post medium. libro secundo sed ubi de aliqua causa non constat, quomodo præsumetur ex ea quid factum esse. Et si dicas præsumi quid factum ex causa allegata, resultabunt duo specialia. Primum, quòd præsumatur titulus ex sola allegatione illius, iuncto cursu temporis. secundum quòd præsumatur quid factum in uim illius tituli,

cõtra legẽ primã. C. de dotis promissione. ob id Alexander in d. consi. 75. in fin. lib. 4. dicit difficile esse probare factum quid esse in uim tituli allegati, nec uidetur aliter probari posse, quid factum esse tanquam ex ea causa, nisi probetur, quòd faciens aliquando declarauerit coram testibus se ita facere ex tali causa, uel si petierit tale ius, tanquam sibi debitum. Alexan. in consi. 50 colum. 2. lib. 3. Sed dicet aliquis, ex qua causa quis quid faciat, hoc uidetur pendere ab eius animo, ob id standum uidetur eius iuramento. glo. & Doct. in §. aliæ. Instit. de actio. Bar. & Doc. in l. pro hærede prin. ff. de acq. hæredi. Respondeo, quòd illud non procedit, quando præsumptio iuris est contra iurantem. Bar. in l. inter omnes §. recte, col. fi. ff. de furt. Ias. in dicta lege pro hærede. in princ. col. pen. in fin. & in §. sed istæ. columna 18. in fin. Institut. de actioni. Sed quæstio nostra loquitur in prohibitis in his, quæ quis præscribere non potest, & sic præsumptio iuris est contra præscribentem. Et argumentum posset procedere in his, quę sunt præscriptibilia, licèt requirant tempus antiquum, cuius initij memoria non extat in contrarium. Feli. tamen in cap. causam. colum. 4. uersi. sed aduerte, quia oportet. de præscrip. quòd ubi agitur de tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, non est necesse probare quid factum in uim

57 tituli præsumpti, sed præsumitur ita factum. Tertium † quod considero contra Alexan. Felin. & Cur. iuniorem est, quòd dictum eorum posset procedere in his, quæ sunt præscriptibilia, & in quibus non consideratur incapacitas, licèt in eorum præscriptione requiratur tempus antiquissimum ; quia habeant causam discontinuã, ut sufficiat præscriptio longi temporis, allegando titulum, & illum probando ex solo cursu temporis ; in his enim non militarent argumenta supra adducta, quòd lex fieret elusoria tanquam imposita uerbis ; & quòd concederetur per indirectum, quod recta uia conceditur ; quia nulla est deceptio aut elusio legis, cum lex præscriptionem non prohibeat. & licèt requirat longius tempus, non tamen negat breuiori tempore posset præscribi, accedente titulo, secus, ubi lex omnino prohibet præscribi. Ideo in prohibitis præscribi, non placet mihi opin. quòd sufficiat allegatio tituli & eius probatio per solum lapsum temporis, nisi probetur quid factum esse in uim illius tituli ; quia facta quandoque fuerit declaratio coram testibus, quod ex tali causa, aut ex tali titulo ita ageretur: nam ius & titulum obtinentes sæpius uerba faciunt de eorum iuribus & titulis, quorum uirtute quid eis facere permissum sit, nec semper tamen de eis fidem possunt facere; quia interdum pereunt aut omittuntur. In alijs autem, quæ de sui natura sunt præscriptibilia, sequor communem opinio. glo. & Docto. in d. l. seruitutes. magna. nec puto aliam fuisse intentionem glo. & Doc. ibi, licèt aliqui Docto. postea uoluerint illud extendere ad cãsum longe diuersum habentem rationem omnino diuersam, stante prohibitione præscribendi.

58 Præmissa † conclusio, quod tituli allegatio non sit necessaria in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, limitatur per Feli. in c. cum ex officij. col. 5. in quarta limitatione, de præscri. ut procedat in præscriptione, in qua interuenit actus positiuus. Secus in p̃scriptione causata ex sola patientia, aut negligentia partis, nullo interueniente actu positiuo; quia tunc necessaria est tituli allegatio, maxime quando res est grauis præiudicij, de qua limitatione ego dubito : quia cum titulus non sit necessarius in tali præscriptione, sed ipsa vim tituli habeat, superfluum uidetur tractare de tituli allegatione, ideo non puto tenendam hanc limitationem.

59 Duodecimò † quæro, dictum est supra, quòd tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, uim tituli habet, adeo quòd tituli allegatio non est necessaria. Sed quid si producatur titulus, qui appareat uitiosus & inualidus, an proderit talis præscriptio? Videtur dicendum, quòd sic, quia cum titulus non sit necessarius, licèt producatur & ineptus aut uitiosus, non deberet actum uitiare, argumen. l. j. in princip. C. de rei uxo. actio. glo. singula. in §. multis. in uersicul. in transitu. Instit. de libert. & in l. uinum. ubi Barto. & Doctor. ff. si certũ petat. per quam gloss. dicit Bald. in l. ne quicquam. §. ubi decretum. colum. 6. uersicu. sed dubitatur, si possum ingredi. ff. de offic proconsi. quòd si possum ingredi possessionem propria authoritate, si ingredior petita licentia a iudice minus solenniter; quia parte non citata, non nocet defectus solennitatis, sequitur Ias. in consilio 20. col. 3. lib. 3. sed pro hoc est tex. in c. bonæ. primo de electio. ubi citatio, quæ non erat necessaria in facto notorio, si adhibeatur, & minus solenniter, processus non vitiatur, per quem text. dicit Dec. in consilio 163. columna sexta quòd litis contestatio minus legitime facta processum non vitiat, quando illa non erat necessaria. Similiter per illum tex. dicit Dec. in cap. nouit, columna nona de iudi. quòd vbi in aliquo actu ordo iuris nõ est necessarius, si adhibeatur & minus solenniter, actus non vitiatur: & ex illo tex. uidetur dubitabile dictum glo. in l. proinde. secunda in glo. fi. in fi. ff. ad legem Aquiliam. relatum per Ias. in l. prima. in princ. colum. fin. ff. de edend. in l. edita. columna tertia. C. de edend. ubi quando in aliquo iudicio proceditur ordinarie præter naturam iudicij, si minus solenniter procedatur, iudicium uitia

Source : BIU Cujas

60 tur. Secundò † hoc uidetur facere; quia præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, dicitur habere pro se præsumptionem iuris & de iure, adeo quòd probatio in contrarium non admittitur. Fel. post But. per eum relatum in d. cap. cum nobis. colum. 3. uersi. scias etiam. de præscr. sequitur Alexandrinus in consilio 13. colum. 3. Contrarium, quòd non iuuet præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria nō extat in contrarium, quando producitur titulus uitiosus & inualidus, seu quando aliter appa ret de initio uitioso, uoluit Pau. de Cast. in consilio 423. Expuncto transmisso. columna 2. circa fin. lib. 2. Bellamera in consilio 10. columna 10. in princ. uersi. item & aliter respondeo, & columna 13. uersi. plus dico. Ad idem facit Alex. in d. consi. 113. colum. 1. & 2. lib. 1. ubi quando ex instrumento apparet non debuisse quid solui, prout solutum ex tempore longissimo, apparet, quòd per errorem & ex falsa causa sic solutum est, nec prodest tunc cursus temporis. Et ista opi. confirmatur ex dictis supra in secunda parte huius tractat. in quarta limitatione: & in tertia parte, in septima limitatione, ubi quòd præsumptio solennitatis extrinsecæ ex antiquitate temporis cessat in sententia, & in actu extraiudiciali; quando expresse producuntur acta solennitatum, ex quibus apparet minus solenniter processum esse.

61 Non obstant † modo allegata in contrarium. Et primò, quòd ubi aliquis non requiritur, si illud adhibeatur & inepte, aut minus solenniter, quòd actus nou uitiatur, quia possem facere, prout Ias. facit in locis memoratis, idest allegare & multiplicare contraria & inconuenientia, & adducere exempla, & dicta Docto. ex quibus apparet magis uitiare ineptam expressionem, quàm omissionem, per reg. l. expressa. ff. de reg. iur. & l. nonnunquam. ff. de condi. & demon. gl. in clem. constitutionem. in uersi. de nouo. in fi. de elect. ex quibus dictis & exemplis videntur Moder. reddere hanc materiam brocardiam, & ad omnem euentum adaptabilem. Sed puto

62 responsionem † ueram esse, quòd aut aliquid non requiritur in ali quo actu propter præsumptionem iuris, quæ est pro ipso actu, & tunc si illud adhibeatur aut exprimatur uitiose, & inepte, actus uitietur. puta, iudex in sententia non tenetur causam exprimere c. sicut. de re iudi. Et tamen si exprimat iudex causam ineptam aut minus legitimam, sententia uitiatur. Innoc. & Doc. in c. in præsentia. de renunt. ratio huius est; quia quòd iudex releuetur a iure ab expressione causæ in sententia, illud est propter præsumptionem iuris, quæ est pro ipso iudice l. 2. C. de offic. ciuil. iudi. & d. cap. in præsentia. Sed quando iudex exprimit causam in sententia, quæ sit inepta, aut minus legitima; tunc sumus in casu claro, quòd iudex male iudicauit, & sic cessat in re clara præsumptio, quæ est pro iudice l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. Similiter, quòd præsumatur pro solennitate sententiæ actus extraiudicialis, est propter præsumptionem iuris, quod præsumit omnia solenniter acta, sed si apparet de actis solennitatum, & ex eis arguatur defectus in ipsis solennibus, tunc sumus in casu claro, & cessat præsumptio. Secus, quando aliquid non requiritur ob præsumptionem iuris; sed quia illud non sit necessarium. puta citatio in actu notorio, tunc si adhibeatur & minus legitime, actus non uitiatur. Ratio; quia non erat necessaria. Similiter actio in libello exprimi non debet, sed sufficit factum apte narrare, ex cuius narratione appareat, quòd actio competit, certe si actor in libello actionem ineptam exprimat, illud libellum non uitiat; quia expressio non erat necessaria, nec propter expressionem fit dubium ius actoris, cum ex apta narratione facti satis inferatur ius & actionem competere, licèt non expressam, ut communiter Doc. concludunt in d. l. prima in princ. ff. de edend. quicquid aliter Ias. ibi tentauerit contra opinionem communem, arguendo ex argumentis, quæ nihil faciunt, & in quibus militat diuersa ratio. Nam arguit, quòd in sententia causa non requiritur, & tamen si exprimatur & inepte, sententia uitiatur, sed responsum est supra. Similiter arguit, quòd ubi testes non tenentur deponere super tempore, si deponant & male, uitiantur testimonia. Sed illud est; quia si uarie deponant, apparet, quòd sunt uarij & contrarij, & quod loquuntur de diuersis actibus, ex quo diuersificant tēpus; quia † diuersitas temporis inducit

63 diuersitatem factorum, & reddit testes singulares tanquam deponentes de factis diuersis, Anto. de Butr. & Docto in capitulo cum causam, quæ inter Archiepiscopum. columna decima de testibus. Cyn. in l. testium. in sexta quęstione. & ibi Bald. columna quinta. de testibus. Archidia. in capitu. nihilominus. tertia quæstione nona. Abb. in consilio 98. columna secunda, libro secundo, Bald. in consilio trigesimonono. Proponitur, quòd celebratus. columna secunda, libro tertio. & in consilio 459. Visa dicta petitione. columna tertia post medium. uersicu. primo, quia testes libro quarto. Anchara. in consilio 64. columna secunda, & in consilio 147. columna prima Paulus de Castro in consilio 137. In causa, quæ uertitur Pergami. ad finem. & in consilio 155. In causa, quæ uertitur coram domino Vicario, ad fin. libro secundo Ias. in consilio 131. columna secunda libro primo. Sed aliter uoluit Guido Papæ quæstio. 544. ubi quando locus & tempus non sunt de substantia actus, non attenditur singularitas circa locum & tempus, & quòd ita pluries uidit determinari in curia Parlamēti. Sed certe licèt locus & tempus non sint de substantia; tamen si testes in eo uariant, & discordant, apparet quòd non conueniūt in eodem facto, sed de pluribus testificantur. ob id probatio reddi tur dubia & obscura, cum positum & articulatum fuerit de uno facto tantùm.

ARGVMENTVM.

Testium triplex singularitas, obstatiua, cumulatiua, & diuersificatiua. Tum de cuiuslibet earum loco, tempore & usu. Vbi & an liceat testes coniungere, ut fidem faciant.

SVMMARIVM.

1 *Testium triplex est singularitas.*
2 *Testium singularitas obstatiua consideratur in actu reiterabili, nec plene, nec semiplene probat.*
3 *Testium singularitas cumulatiua & adminiculatiua inducit semiplenam probationem. & nu. 78. 79. 80.*
4 *Testium singularitas diuersificatiua uerbi & effectus consideratur in actu reiterabili.*
5 *Testes singulares qui proprie dicantur.*
6 *Testes singulares an coniungantur simul, ut probent plene uel semiplene disting. pro triplici testium differentia. ibid & nu. 7. 8. & 23.*
9 *Debitum an probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco & tempore.*
10 *Testes singulares concordantes in dicto principali, licèt in causa dicti pugnātes an probent.*
11 *Testes singulares an sufficiant ad probandum quid in genere, quòd sic. & numero 12.*
13 *Vsurarum detestatio maxime in præsbytero.*
14 *Testes singularitas an probent, ubi plures actus habent unam causam & unam originem.*
15 *Debitum an probetur per plures testes deponentes. de confessionibus pluribus, factis diuersis loco & tempore. & nu. 16. & 18.*
17 *Testes an reddat singulares tempus, & locus, ubi illa non sunt de actus substantia. & nu. 19. 20. 22.*
21 *Verborum dissonantia aut diuersitas in cortice non nocet, quando idem semper est effectus. Et quid in diuersitate temporis aut loci.*
24 *Testes singulares coniunguntur, quando alij de ueritate facti deponunt, alij de confessione.*
25 *Testes deponentes de duabus confessionibus factis absente parte, diuersis loco & tempore, non sunt coniungendi.*
26 *Testes singulares multum adminiculantur, quando concurrunt aliæ coniecturæ coadiuuantes eorum dicta, etiam in his, in quibus aliàs non probant, nec coniunguntur.*

SEd Enim, quia ista materia singularitatis testium uersatur in summo & uasto pelago, & Docto. contendunt inter se, imo ne quidem constant sibiipsis ut aduocati aut patroni causarum quid certi consulant, plane nesciant, ipsi etiam iudices iudicandi rationem non facile habeant, materiam ipsam singularitatis testium sic explicatam esse constitui ad uniuersæ reipublicæ compendium, ut ne dubitationis quicquam inueniens, tempus prodire possit. Itaque pro de-

1 claratione † considero triplicem esse singularitatem testium. Prima est obstatiua. Secunda cumulatiua, aut adminiculatiua. Tertia diuersificatiua. Singularitas obstatiua dicitur, quando insurgit repugnantia aut contrarietas, puta, testes deponunt de mutuo, cum contractum proponatur præcessisse, aliqui testes dicunt illud factum uno tempore, alij quòd alio tempore, ideo non probant tāquam contrarij. Anchar. in consil. 64. In causa, quæ uertitur inter Philippum. col. 2. post med. uers. & confirmatur hoc. Areti. in consilio 71. Diligenter. colum. 3. in fin. uers. interrogatio igitur. Alex. in cons. 21. col. 2. ante med. lib. 4. post Bal. in l. de quibus. col. antep. ff. de legib. & in rubr. de controuer. inuest. col. 1. & de ista singularitate obstatiua loquitur Ias. in repeti. l. admonendi. colum. 90. uers. alibi etiam dicit multum signanter Bal. ff. de iureiuran. Idem si testes inducti ad probandum aliquod delictum seu uulnus discordant in loco aut tempore: quia aliqui dicunt commissum uno loco aut tempore alij in alio loco aut tempore, prout legitur de testibus Susannæ, ut habetur in l. testium. C. de testib. Anch. in consilio 147. Super alia querela. col. 1.

2 Et ista † singularitas obstatiua consideratur in actu non reiterabili, & in ea unus testis dicitur repugnare alteri, & nullus aliquid probat, ut not. in l. testium. C. de testibus. Bal. in l. de quibus, colu. antepen. ff. de legib. in l. iurisiurandi. C. de testibus, & in rub. de contr. de contr. inuest. columna prima sequitur Alexan. in consil. 21. colum. 2. libro quarto in consi. 143. columna prima libro secundo. in quo consilio 143. quòd non solum omnes simul iuncti nihil probant, imo nullus remanet integer, qui semiplene probet. Sed aduerte, nam quod dicitur de actu non reiterabili, non intelligo, quòd actus reiterari non possit, sed quando solum est quæstio de unico actu reiterato, puta, de uno mutuo aut de uno contractu, & isto casu testimonia singularia possunt dici falsa ex diuersitate temporis c. ex tenore c, cum causam. de testi. Alex. in consi. 74.

colu.

Source : BIU Cujas

3 col.1.versic.præterea inter illos.lib.1.Alia est singularitas † testium non obstatiua aut repugnans,sed adminiculatiua,puta,qñ vnus testis deponit de numeratione,alter de confessione,& isto casu ex talibus testibus inducitur semiplena probatio,vt per Bal.in d.rubri. de contr.inuest.col.1.Alex.in d.cõs.21.col.2.lib.4.Immo plusquã semiplena,licèt non perfecta.Soc.in l.Gallus.§.ille casus.col.fin.ff.
4 de liber.& posthum.Alia & tertia est † singularitas non obstatiua, nec adminiculatiua seu cumulatiua,sed diuersificatiua verbi & effectus,ex qua inducitur diuersitas rei & effectus in substantia.Puta, ego articulo de decem numeratis ex causa mutui.aliqui testes dicunt de mutuo facto in vno loco & certo tempore,alij testes loquuntur de mutuo facto in alio loco,& alio tempore:nam ex tali varietate loci aut temporis necessariò insurgit diuersitas mutui,ꝙ loquantur testes de alio & diuerso mutuo:quia impossibile est,ꝙ mutuum factum in vno loco aut tempore sit illud,quod alij testes dicunt factum esse in alio loco & tempore:& istud est,quod dicitur,ex diuersitate loci & temporis induci nouum & diuersum
5 factum:& isto casu quando testes loquuntur de diuersis † actibus, proprie dicuntur testes singulares c.bonæ.& c.cum dilecti.de electio.& de ista singularitate testium loquitur Anchar.in d.cons.64. & in d.cons.147.Alex.in d.cons.116.lib.1.Aret.in cons.71.Diligenter.colum.3.in fi.versic.interrogatio igitur.Bal.in cons.39.Proponitur,ꝙ celebratus.colum.2.circa med.lib.3.& in cons.459.Visa dicta petitione.colum.3.post med.versic reducendo ergo omnia prædicta.lib.4.& Docto.in plerisque locis,quæ singularitas diuersificatiua non potest considerari,nisi in actu reiterabili:si enim poneres actum vnicum & non reiterabilem,& in eo testes essent varij in loco vel tempore,tunc testes non dicerentur singulares,sed contrarij & repugnantes,quæ dicitur singularitas obstatiua.Ista
6 triplici differentia singularitatis testium sic præmissa & considerata.Si quæras,an testes singulares coniungantur,vt probent plene vel semiplene.Dico declarando hanc materiam clarius atque hactenus legerim,cum Doctores variè & cõfuse loquantur.Quòd aut quæritur de singularitate obstatiua,& in ista clarum est,quod testes non coniunguntur,nec aliquid probant,immo ne quidem adminiculantur,cum testes dicantur contrarij,vt per Bal.in rub.de controuer.inuestit.colum.1.in l.de quibus.colum.antepen.ff.de legibus.Alex.in cons.11.colum.2.lib.4.Ias.in repetitio.l.admonendi.colum.90.versic.alibi etiam dicit multum signanter Bal.ff.de iureiuran.& isto casu recurrendum est ad ea,quæ Doctores tradũt,
7 quando testes sunt contrarij.Aut loquimur † de singularitate testium diuersificatiua,quando testes loquuntur de diuersis actibus factis diuersis tempore & loco,& isto casu idẽ dico,ꝙ in singularitate obstatiua,ꝙ nullo modo coniunguntur testes singulares,vt probent plene,nec semiplene,nec adminiculatiuè,nec aliquis testium per se remanet integer,vt semiplene probet;quia dictũ vnius eliditur per dictum alterius:& isto casu procedit illud dictum,ꝙ minus probant mille testes singulares,quàm vnus.Bal.in l.de quibus.colum.antepen.post medium.versic.sed nunquid si testes.ff. de legibus.in l.iusiurandi.colum.3.C.de testib.Deci.in cons.159. colum.4.circa medium.Addo Alex.in cons.34.col.2.in fin.princ. lib.3.in cons.73.col.2.in princ.versi.vnde stante diuersitate.lib.1.Si enim esset vnus testis tantum integer,& legitimè deponens,probaret semiplenè,sed vbi sunt plures diuersa loquentes in actu reiterabili,licèt non sint repugnantes,nihil tamen probant.Ratio;quia inuicem se debilitant,cum articuletur de vno tantùm mutuo,& ipsi loquantur de pluribus factis diuersis loco & tempore,vt nesciatur quod & quale sit illud,quod detur,& an deposuerint de mutuo petito,& sic ex tali singularitate diuersificatiua inducitur incertitudo, & redditur probatio dubia,quę dubietas cessat,vbi vnus tãtum est testis.Ita dubietatem & incertitudinem ex singularitate testium arguit Alex.in cons.94.colum.2.circa medium,versic.variant etiam dicti duo testes.lib.6.post Salycetum in l.testium.in nona quæstione,C.de testibus.Ideo isto casu testes singulares nullo modo coniunguntur,vt aliquid probent,nec plenè nec semiplenè.Alexand.in cons.128.colum.2.ante medium,versic.& dicti duo testes.lib.2.in d.cons.94.colum.2.circa medium,lib.6.post Salycetum in d.l.te
8 stium.in 9.quæst.C.de testibus.Tota † difficultas est in singularitate adminiculatiua aut cumulatiua,an testes coniungantur,vt probent plene vel semiplene.In qua difficultate Docto.vario modo consuluerunt,prout casus contingebat,& lucri ratio suadebat.Et pono exemplũ,quando plures testes deponunt super diuersis confessionibus debitoris,& omnes dicunt se audiuisse ab eo,ꝙ debebat decem Titio ex causa mutui,sunt tamen singulares in loco & tempore;quia vnus deponit de confessione facta vno tempore,& in vno loco,alius de alio loco,& tempore.Ista enim singularitas non est obstatiua,quia nihil repugnat,ꝙ quis sępius confiteatur de eodem debito in diuersis locis & diuerso tempore:non est etiam singularitas diuersificatiua:quia licèt deponant de pluribus & diuersis confessionibus,non tamen resultant plura & diuersa debita, cum emanauerint confessiones super eodem debito,& tẽdant ad eundem finem,idest ad probationem eiusdem debiti,& sic est cumulatiuo probationis & adminiculatio,non diuersitas effectus.Et

9 reperio,† ꝙ Pau.de Cast.in cons.155.In causa,quæ vertitur corã domino vicario.in fi.& in cons.269.Viso processu.in fin.lib.2.voluit,ꝙ debitum non probetur per testes singulares deponentes de diuersis confessionibus factis diuersis loco,& tempore.idem voluit Alex.in cons.36.colum.3.in cons.68.col.2.post med.lib.3.qđ est repetitum in cons.57.lib.6.vbi pro hoc allegat Anto.de Butr.in c.licèt ex quadam.col.3.de testib.quem etiam refert & sequi videtur Ias.in repet.l.admonendi.colum.60.versi.per ista considera.ff. de iureiuran.idem in cõfessione tradit Imol.in cons.223.colum.3. in fi.Corn.in cons.78.colum.4.in fin.versic.nec habet obstare.& colum.sequen.circa medium.versic.Ioannes autem.Ang.in cons. 182.circa fin.in cons.261.colum.2.in fi.versic.nec obstant alię confessiones.lib.2.Neap.decis.364.Cur.sen.in cons.56.colum.11.post medium versic.vltimò non obstat.Sed in cõtrarium,quòd immo isti testes singulares coniungantur,vt plenè probent,quando est singularitas cumulatiua & adminiculatiua.Adducitur conclusio vna communis,ꝙ sufficit testes conuenire in vnum,& eundẽ rei finem,licèt in alijs discrepent l.qui sententiam.vbi Bald.C.de pœn. no.in l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.Old.& Bald.in l.1.C.si vnus ex plurib.app.Bal.in cons.39.Proponitur,ꝙ celebratus.col.2. versic.nunc est videndum.in cons.80.Principalis cura.col.1.in fin. lib.3.Alibi scribit idem Bal.in cons.150.Quidam Gasparotus.lib.3. ꝙ sufficit testes concordare circa numerationem,nec dicuntur discordare,aut singulares ex eo,ꝙ non conueniunt in promissione
10 de restituendo.Et ꝙ singularitas † non noceat,quando testes tendunt ad eundem finem,tradit idem Bal.in rub.de controuer.inue. colum.1.vbi,si vnus testis deponit de numeratione,alter de confessione;quia vna probatio non repugnat alteri,coniunguntur ad semiplenam probationem.quod Baldi dictum refert & sequitur Alex.in d.cons.21.colum.2.ante med.lib.4.Ias.in repet.d.l.admonendi.colum.90.versic.alibi etiam dicit multum.signanter Bald.ff. de iureiur.& in cons.131.col.pen.circa med.lib.1.& hac ratione videmus,ꝙ probant testes,quando concordant in dicto principali,licèt sint singulares in causa dicti.Spec.in tit.de teste.§.Iam de interrogatorijs.uers.& hinc est,ꝙ si quis vult Bal.in l.de quibus.colum. pen.in fi.ff.de legib.Calcan.in cons.9.colum.2.ante medium,& in cons.19.col.5.post med.Cor.in cons.34.col.2.lib.2.& in cõs.149.
11 col.1.post medium,lib.3.Eadem ratione † videmus,ꝙ testes singulares sufficiunt ad probandum quid in genere,puta hæresim,iurisdictionem,vsuras,possessionem,famam & similia:genus enim cõstat,& perficitur ex pluribus speciebus & particularibus,ideo licèt testes deponant de diuersis actibus;tamen quia tales actus tendũt ad eundem finem,& ad probationem vnius generis,nõ repellun tur testes tanquam singulares.Bar.in l.ob carmen.§.fin.ff.de testi. Bal.in l.de quibus.colum.pen.in fi.ff.de legib.vbi Bald.ꝙ isto casu non dicitur singularitas;quia per singula generis probatur genus. Nam cum genus representetur in qualibet specie,dicuntur deponere in eodem genere:& isto casu dicit Bal.testes videntur singulares in causa scientiæ,& non in dicto,quam opi.ꝙ testes singulares sufficiant,quando agitur de probando quid in genere,latè probaui in cons.73.col.8.post med.& colum.seq.& vltra Docto.ibi adductos,addo nunc Cald.in cons.5.in tit.de testibus.ubi loquitur in vsura.Pau.de Cast.in cons 51.In causa spectabilium.colum.2.circa medium.versic.nec obstat,ꝙ isti testes.& in cons.113.Contra superius consulta.colum.2.lib.2.in quo cons.113.loquitur in additione hæreditatis,quæ ex pluribus inducitur,tam ex uerbis,quàm ex factis,& non factis,ob id non nocet singularitas circa actus aut verba.Eandem opi.tenet & probat Anchara.pulchre declarans in cons.277.Ex prędicta facti narratione.col.4 post med.versic.non obstat secundum contrarium.in cons.439.& idem tenet Anch.in cons.præced.276.Visa diligenter.colu.fin.versic.præterea ex prædictis actis.Gem.in cons.117.col.2.Alex.sibi contrarius in cõs.141. col.2.post med.lib.1.quod est repetitum in cons.10.lib.6.idem tenet Alex.in cons.85.col.fi.versic.præterea testes singulares.in consil.86.col.3.versic.nec haberet obstare.in cons.117.col.2.versic. item probatur per plures testes.in cons.172.col.2.in fi.versic.opponitur etiam contra dictos testes,lib.2.in cons.41.col.3.versicu. opponitur etiam contra dictos testes.in cons.112.ante fin.lib.4.in cons.62.col.4.versic.nec ob.si dicatur.lib.5.in cons.13.col.fi.& in cons.157.colum.pen.in fi.lib.7.In quibus locis testatur Alexand. istam opi.esse ueriorem & magis cõmunem,licèt idem Alexã.in aliquibus cons.per me relatis in d.cons.73.voluerit contrarium.& eius authoritate freti Dec.Ias.& alij uoluerint:poterant etiam allegare Feder.de Senis in cons.17.in cõs.64.Pridie.in fine.Sed miror, quomodo Dec.& Ias.hic relata,quæ si uidissent,non arbitror ab hac opinione eos discessuros fuisse,si enim in duobus aut tribus locis Alex.tenuit opi.ꝙ testes singulares non sufficiant,vbi agitur de probando quid in genere,vides ꝙ in duodecim aut tribus alijs
12 locis tenuit constanter contrarium.Eandem † opinio.ꝙ testes singulares admittantur,ubi agitur de probando quid in genere,tenet Aret.in cons.42.Viso cons.col.2.versic.2.principaliter dicimus.Socy.in cons.265.col.3.versic.postremò,& si omnia prædicta.lib.2. Ang.in cons.233.col.3.circa med.versic.nec dicat quis eos singulares.

Source : BIU Cujas

lares. Guido Papæ quæstio. 544. & in commento statuti, si quis per litera. in verbo, & electione. in fin. & nouissime Boerius in suis de cis. Burdegal. quæstio. 23. colum. 14. post med. & quæstio. 239. colum. 9. post med qui tamen Boer. fuit sibi contrarius in dictis decisionibus q. 342. & secundùm hanc opin. ꝙ testes admittantur ad probandum quid in genere, audiui ita fuisse iudicatum per curiam Parlamenti Gratianop. contra quendam præsbyterum de Arzeleris, in causa vsurarum, contra quem solum deposuerant testes singulares deponentes de mutuis factis ipsis testibus sub vsuris, & ita accepi, dum agerem Gratianopoli a spectatiss. domino Nicolao de Boneton, aduocato consistoriali, dum in domo eius essem pro quadam eius causa contra Ioannem de Chappanis, vbi etiam age
13 batur de vsuris † cuiusdam presbyteri. Deum immortalem, quod presbyteri laborent tanto vitio. Sed audiui Gratianopoli dum essem, quendam presbyterum canonici titulo honestatum, dedisse pecunias cuidã mulieri, quas mulier mutuaret sub vsuris vltra centesimas, id est, ad rationem quinque solidorum pro singulo scuto in singulos menses, valente scuto solidos quadraginta, & quinque quod ipsum abominabile scelus audiui concionatorem publice detestantem in ecclesia cathedrali Grationopolis. Ecce, quòd ad probandum quid in genere, admittuntur testes singulares ea ratione, quòd in eundem finem cõueniant, & licèt loquantur de diuersis actibus, omnes tamen illi actus referuntur ad idem genus, & sic non resultat diuersitas in facto principali, super quo deponunt, li-
14 cèt per diuersa media ad ipsum principale perueniatur. Rursus † qñ plures actus habent vnam originem, & vnam causam, illa origo probatur per testes singulares respectu actuum, sed vbi actus sunt separati, nec apparet, ꝙ habeant eandem originem in probatione talium actuum non sufficiunt testes singulares. Ancha. in d. consil. 227. colum. 5 circa med. quem refert & sequitur Corn. in cõs. 34. colum. 3. in fi. lib. 2. modo vbi agitur de probando quid in genere actus particulares, ex quibus genus ipsum constat, dicũtur omnes dependere ab eadem causa & origine, idest, ab eodem genere, ergo non nocet singularitas circa tales actus; quia omnes tendunt ad probationem suæ causæ & originis, nec ex diuersitate talium
15 actuum resultat diuersitas alicuius facti, aut causæ, sed semper infertur ad eandem causam, & idem factum. Istis † ita præmissis & declaratis, idem dico esse, quando agitur de probatione vnius debiti, & reperiuntur plures testes deponentes de pluribus confessionib. factis diuersis loco & tempore: nam omnes confessiones tendunt ad eundem finem, idest, ad probationem eiusdem debiti, & licèt confessiones sint diuersæ, non tamen resultat diuersum aut nouũ debitum. Rursus omnes istæ confessiones veniunt ab eadem origine causa, idest, ab eodem debito, ergo nocere non videtur singularitas circa istas confessiones, tanquam media perueniendi ad vnum finem, nec repugnant tales confessiones diuersæ probationi debiti, immo tendunt ad eius probationem. Præterea quòd istæ confessiones videantur sufficere, arguo a cessante ratione. Ratio enim quare testes singulares non probant, duplex potest assignari, vel quia dicuntur contrarij, quãdo est singularitas obstatiua, vel quia alij alios elidunt & debilitant, tanquam loquentes de diuersis actibus, ex quibus inducitur diuersitas facti ab eo facto, quod quis intendit probare. Ista ratio cessat, quando est singularitas admini-
16 culatiua & cumulatiua. Aliter etiam istud comprobatur: † si enim duo testes deponerent de vna confessione facta eodem tempore, & loco, non est dubium, quòd probarent, quare idem esse non debet, si duo testes deponant de duabus confessionibus factis diuerso tempore & loco? Vellem scire quam maiorem fidem det identitas loci & temporis, quando nõ est vis in tempore aut loco; qa locus aut tempus non sint de substantia. bene haberetur consideratio identitatis loci & temporis, quando ex eorum diuersitate induceretur diuersitas facti. Secus, quando stante tali diuersitate semper manet idem factum, prout quando agitur de probando idem debitum per diuersas confessiones factas diuersis loco & tẽ-
17 pore. Et in † terminis, quòd diuersitas temporis & loci non habeatur in consideratione, nec reddat testes singulares, quando locus aut tempus non sunt de substantia, tradit Rom. in cons. 30. Imol. in cons. 102. colum. 2. allegat Bar. in d. l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. Corn. in cons. 247. colum. 9. versic. dato autem sine præiudicio veritatis, lib. 2. Guido Papæ q. 544. vbi quòd ita pluries vidit determinare in curia Parlamenti. Addo Gem. in cons. 4. in fi. vbi, quando agitur de facto successiuo, non nocet singularitas testium in tempore; quia in facto successiuo certum tempus non est de substantia, secus vbi agitur de facto momentaneo. Et quod scribit idem Gemin. in cons. 59. col. 1. in fi. vbi quòd ex pluribus præsumptionibus diuersis temporibus ortis, circa idem dispositis, inducitur probatio per tex. in c. si præbenda. §. cęterum. de renuntia. lib. 6. & sic diuersitas temporis non vitiat præsumptiones, ergo eadem ratione
18 non debet vitiare probationem, quæ fit per testes singulares † in debito, quòd probetur per plures testes deponẽtes de diuersis cõfessionibus, tradit Paulus de Castro in cons. 380. Iudex. in fi. lib. 1. & in cons. 143. Viso processu, & attestationibus. colum. fi. lib. 2. Io. de Ana. in cons. 55. in secundo dubio. Alex. in cons. 53. colum. 2. circa med. vers. ergo etiam præsupposito. lib. 1. Calcan. in cons. 19. colum. 5. post med. Curtius iunior in cons. 168. col. 7. Dec. in consil. 650. colum. 2. post med. vbi Dec. refert & sequitur illud consil. Pau. de Cast. 380. Ad idẽ adduco Aret. in cons. 65. In præsenti consultatione in secundo dubio. vbi, ꝙ confessio absente parte probata per duos testes, quæ inducit semiplenam probationem coniungitur cum probatione famę, quæ etiam semiplene probat ad plenam probationem, si confessio coniungitur cum fama, quæ est diuersæ speciei, quanto fortius coniungentur cum alia confessione eiusdem speciei? per ea quæ habentur in d. l. admonendi. ff. de iureiur. Pro hoc facit, quod scribit Alex. in cons. 18. in fi. lib. 3. vbi quando agitur de probando peruenisse ad manus patris de bonis spurij tantum, quod ascendat ad libras ducentum, non attenditur singularitas testium circa bona peruenta, dummodo peruenerit vsque ad eam summam: quia nõ est vis, quæ bona peruenerint aliqua magis, quàm alia, dummodo probetur valor bonorum peruentorũ: eodem modo non est vis, in quo loco & tempore debitor cõfessus sit, dummodo fuerit confessus. ergo per testes singulares circa
19 confessionem probari dicitur debitum. Ad idem adduco † Alex. in cons. 156. colum. 2. in fi. versic. non obstat etiã si diceretur. lib. 5. vbi quando vnus testis deponit de tempore, dicit se non recordari, non dicuntur testes singulares, quando tempus non est de substantia actus, vt quando factum est tale, in quo non resultat diuersus effectus, si celebratur vno tempore potius, quàm alio, allegat Innoc. in c. qualiter & quando 2. de accusatio. Arch. in c. nihilominus. 3. q. 9. Spec. in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. versi. idem de tempore. & idem tradit Alex. in cons. 236. col. 2. lib. 6. Confir-
20 matur † ex alio ista opinio, ꝙ diuersitas loci aut temporis non reddat testes singulares, quando locus aut tempus non est de substantia. Nos habemus, ꝙ testes non dicuntur singulares ex sola diuersitate in cortice verborũ, quando conueniunt in effectu l. 3. in prin. ff. de testib. l. qui sententiam. vbi Bal. C. de pœ. c. nihil obstat. de verbo. signific. glo. in c. cum ecclesia. in verbo vacillasse. de caus. poss. & proprie. glo. in c. dudum. de conuer. coniuga. Alexã. in cons. 78. colum. penult. in fin. & in cons. 118. colum. 1. lib. 1. Hinc videmus,
21 † ꝙ si vnus testis dicit, ꝙ Titius promisit Seio duos solidos Turonenses, alter testium dicit, ꝙ Titius promisit Seio vigintiquatuor denarios Turonenses, non dicuntur testes singulares; quia conueniunt in effectu, ex quo 24. denarij Tauronenses faciunt duos solidos, & sic idem effectus. ita Bal. in c. bonæ memorię Maguntino. de elect. quem refert Alex. in d. cons. 78. & 118. Si dissonantia aut diuersitas in cortice verborum non nocet, quando idem semper est effectus Eadem ratione non videtur nocere diuersitas loci aut temporis, cum semper idem sit effectus. Immo non nocet diuersitas circa aliquas qualitates aut circunstantias, quando conueniunt testes in facto principali. Alex. in cons. 24. colum. pen. in fin. lib. 2. &
23 in cons. 88. colum. 5. in cons. 156. colum. 3. lib. 5. a fortiori, † quãdo nulla est discordia inter testes, sed conuenientia, licèt sit diuersitas in loco & tempore, ex qua tamen diuersitate nulla resultat discordia, neque contrarietas, & constat magis repelli testes ex contrarietate, quàm ex diuersitate, aut per Baldum in d. l. de quibus. colum. antepen. & pen. ff. de legib. & in d. rub. de controuer. inuestit. col. 1. Alex. in d. cons. 21. col. 2. lib. 4. Ias. in repetitione d. l. admonendi. col.
24 90. ff. de iureiur. Et † ꝙ testes singulares coniungantur ad plenam probationem, eo casu, quo vnus testis facit semiplenam probationem, & quando singularitas est cumulatiua, & adminiculatiua nõ obstatiua, nec diuersificatiua, adduco Alex. in cons. 76. in secundo dubio. vbi quando vnus testis deponit de promissione, alter de cõfessione facta præsente parte, coniunguntur isti duo testes ad faciendum plenam probationem, & tamen sunt magis singulares, quàm plures testes deponentes de pluribus confessionibus; quia hic est diuersitas in loco & tempore, & amplius in actu: quia vnus de promissione, alter de confessione, sed in pluribus confessionib. solum est diuersitas in tempore, & loco, & illud dictum Alexan. in d. cons. 76. refert & sequitur Ripa in l. admonendi. colum. 38. ff. de iureiur. addo Anch. in cons. 276. Visa diligenter narratione. col. 2. ver. & ideo vnus testis. Aretinus in cons. 65. In præsenti consultatione. colum. 2. post medium. in secundo dubio. vbi pro hoc allegat tex. in c. fi. de successio. ab intestato. Corneus in cõs. 13. in prin. lib. 1. Calca. in cons. 110. vbi Calca. ꝙ hoc procedit etiam in criminalibus, si unus deponit de delicto, alter de confessione delinquentis: sed dubito de Calca. dicto. Fortius uoluit Curtius iun. in d. cons. 168. colum. 7. ꝙ duo testes deponentes de duabus confessionib. factis extra iudicium absente parte diuersis tempore, & loco, coniungantur, ut semiplenè probent, & ꝙ coniungantur cum alio te-
25 ste deponente de varietate facti. Et ꝙ testes † coniungantur, quando vnus deponit de veritate facti, alij de confessione, tradit Bal. in cons. 240. Donatio. lib. 1. ubi, ꝙ saltem fit coniunctio quò ad semiplenam probationem, & quò ad semiplenam probationem tradit idem Bald. in rub. de controuer. inuestit. colum. 1. quem sequitur Alex. in d. cons. 21. colum. 2. lib. 4. Ias. in repet. d. l. admonendi. colu. 90. versic. alibi etiam dicit multum signanter Bald. ff. de iureiur. & ibi Ripa colum. 73. post med. Veronen. in cons. 3. colum. pen. cir-

came-

Source : BIU Cujas

ca medium. Calca. in cons. 19. colum. 4 ante medium. Corn. in consil. 307. colum. 4. circa medium. versicu. & licèt non sint contestes. lib. 3. Immo Socy. in d. l. Gallus. §. ille casus. colum. fin. voluit, ꝙ fiat probatio plusquam semiplena, licèt non perfecta. Sed mihi videtur, ꝙ fieri debeat coniunctio quò ad plenam probationē. Aut enim in totum impediri debet coniunctio, aut in totum fieri debet. Si enim ideo fit coniunctio istorum testium singularium; quia singularitas non est obstatiua, nec diuersificatiua, sed cumulatiua & adminiculatiua, quare si vnus testis solus sciens semiplenam probationem, coniungitur cum alio faciente etiam semiplenam probationem, inducì non debet plena probatio, iuxta notata per Bar. & Docto. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ꝙ testis deponens de confessione, & alius de veritate facti coniungantur ad plenam probationem, voluit nouissimè Gozadinus in cons. 79. colum. 3. vbi loquitur etiam, quando vnus testis deponit de confessione absente parte, quod tamen puto falsum; quia vnus testis deponens de confessione absente parte, semiplene non probat, cum si probetur talis cōfessio per duos testes, solum inducatur semiplena probatio. nec Bar. allegatus per eum in l. admonendi. illud dicit, sed loquitur Bart. quando confessio absente parte probatur per duos testes, quo casu semiplene probat, ꝙ coniungitur talis confessio cum probatione famæ, quæ etiam facit semiplenam probationem. Quod vltimū etiam sequitur Aret in cons. 65. In præsenti consultatione. in secundo dubio. Ex prẽmissis videtur concludendum, ꝙ si sint plures testes deponentes de diuersis confessionibus factis prẽsente parte, ꝙ coniungantur ad plenam probationem. Idem si vnus testis deponat de confessione præsente parte, & duo de confessione absente
26 parte. Secus † videtur, quando duo testes deponerent de duabus confessionibus factis absente parte, diuersis loco & tempore; quia non videntur coniungendi. Ratio: quia vnaquęque probatio est omnino imperfecta. Alex. in cons. 180. colum. 2. in fi. versic. rursus posito. lib. 2. & isto casu procedat, quod scribit Neapol. decis. 364. ꝙ tamen non procederet, quando esset vnus testis deponens de confessione præsente parte; quia cum alij testes de confessione absente parte videntur coniungendi. Pau. de Cast. in cons. 109. Visa petitione. colum. 2. circa med. lib. 2. Secus etiam videtur, quādo quis de confessione vnica, & testes loquerentur de pluribus, & diuersis confessionibus; quia tunc testes dicerentur singulares singularitate diuersificatiua, & dicerentur deponere quid diuersum ab eo quod esset capitulatum, & sic probatio diceretur dubia & in-
26 certa. Et aduertendum † circa prærmissa, ꝙ in casibus, in quibus soli testes singulares non probant, nec coniunguntur, illud non videtur procedere, quando concurrerent aliæ coniecturæ coadiuuantes dicta testium singularium; quia tunc testes singulares multum adminiculantur. Pau. de Cast. in cons. 281. In causa ista quinque. colum. pen. ante fi. lib. 1. ideo quando concurrit confessio præsente parte probata per vnum testem, testes singulares loquentes de confessione absente parte coniunguntur ad plenam probationē. Pau. de Cast. in d. cons. 109. Visa petitione. col. 2. circa medium. lib. 2. & ꝙ testes singulares iuuentur ex alijs præsumptionibus, tradit Paul. de Cast. in cōs. 205. Viso puncto suprascripto. colum. 2. post med. ver. & licèt videantur. lib. 2. Alibi scribit idem Pau. in cons. 342. In causa Frataleæ. colum. 2. ver. quartò. dicitur lib. 2 ꝙ singularitas testium non nocet, quando supersunt alij testes probantes: & dicit Corn. in cons. 307. col. 4. versic. & licèt non sint contestes. lib. 3. ꝙ testes singulares in coadiuuando aliàs probationes faciunt semiplenam probationem.

ARGVMENTVM.

Expressio alicuius actus quando non est necessaria, vt puta, lex prę sumpta, illa tāquam inepta vitiat; quia per expressionem tollitur iuris prẽsumptio, quæ cessat in re clara. Restitutio in integrum aduersus præscriptionem centenariam competit ecclesię. Quid de priuato, layco maiore seu minore circa præscript. quadragenariam. Et derogatio specialis requiritur in restit. in integr. Quid de Papa & Cæsa. & quæ præscriptionem non admittant.

SVMMARIVM.

1 *Delictum an non sit probatum, non probata eius qualitate, nempe die, quam uis tempus non sit de substantia.*
2 *Probatio in contrarium non admittitur contra fictionem iuris. Et quòd antiquitas sit titulus legitimus.*
3 *Titulus legalis cessat, ubi producitur hominis titulus.*
4 *Tituli antiquitatis uim confert lex propter bonam fidem præscribentis, quæ præsumi videtur ex lapsu tanti temporis.*
5 *Contrahens cum pupillo sine iuris solennitate præsumitur in mala fide.*
Et quid de cōtrahente cum prælato. Et quid si in cōtractu requiratur superioris authoritas, uel iudicis decretum.
6 *Titulus minus legitimus an impediat præscriptionem longissimi temporis negatiuam, uide nu. 7.*
8 *Spurius præscribit hæreditatem paternam spatio triginta anno. licèt erret in iure, putans se capacem.*
9 *Præscriptionem an impediat iuris error, distinctione opus. Et idem de contractu contra iura.*
10 *Error scientiæ inualidæ, quæ putabatur ualida, excusat a damno.*
11 *Præscriptionem impedit error iuris, quando ultra omissionem solemnitatis reperitur læsio in ecclesia uel minore.*
Quia factum uidetur clandestinum & dolosum.
12 *Præscriptionem impedit error iuris omnino prohibitorij, ex quo resultat reprobatio actus simplex & absoluta.*
13 *Probatio in contrarium contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur. Et quòd præscriptio tanti temporis uim tituli habeat, modò præscribēs sit in bona fide.*
14 *Probatio in contrarium per indirectum admittitur contra præscriptionem iuris & de iure.*
15 *Titulum inualidum præstatio subsecuta confirmat.*
16 *Præscribentis mala fides an noceat in præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium & nu. 18.*
17 *Bona fides præsumitur ex lapsu longissimi temporis, post cuius lapsum mala non potest allegari.*
19 *Præscriptio an admittatur contra supremam Imperatoris potestatē. Et quantum tempus eo requiratur Et id maximè concurrente mala fide.*
20 *Iure canonico standum est in materia malæfidei, ubi admittitur probatio contra prescribentem, si constet de eius mala fide.*
21 *Bona fides presumitur ex temporis diuturnitate Et an ea presumptio recipiat probationem in contrarium.*
22 *Consuetudo aut præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, per quam acquiruntur regalia & principi reseruata, an procedat, si onerosa foret ecclesiæ.*
23 *In consuetudine seu præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, an sit necesse quærere de actibus, a quibus originem habuit talis consuetudo.*
24 *Præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, an ius aliquod fortius acquiratur, quàm per præscriptionem breuioris temporis.*
25 *Prescriptio longi & longissimi temporis an & quid diferant.*
26 *Res præscripta si perueniat ad tertium possessorem, & dominium directum acquisitum præscriptione, dominus directus non poterit agere contra tertiū possessorem.*
27 *Præscriptionis temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, exceptio an obstet agenti possessorio.*
28 *Iuramento fidelitatis an prescribatur per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, ut acquiratur libertas non præstandi. & nu. 30.*
29 *Præscriptionis usus in parte conseruat ius in totum.*
31 *Consuetudo collectandi forenses an requirat tempus, cuius initij memoria nō extet in contrarium.*
32 *Iura regalia habentia causam discontinuam, ut præscribantur, requirunt tēpus antiquissimum.*
33 *Consuetudo collectandi forenses num sit contenta & præscripta decennio.*
34 *Præstationes annuæ an tollantur præscriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
35 *Agi an possit pro iure annuo de præsenti, ut cogatur debitor soluere suo tempore.*
36 *Iuribus annuis quomodo præscribatur in præscriptione breuioris temporis.*
37 *Franciæ. item & Delphinatus consuetudo & fauor in præscriptionibus.*
38 *Præscriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, quomodo probetur.*
39 *Prescriptionis memoriam non extare in contrarium, an possit probari per instrumenta.*
40 *Prescriptionis hominum memoriam extare in contrarium, quomodo probetur.*
41 *Consuetudo antiquissima & negatiua, cuius initij memoria non extat in contrarium, an possit probari per scripturam.*
42 *Præscriptio centenaria quomodo probabitur.*
43 *Præscriptione uel consuetudine sublata, an censeatur sublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium.*
44 *Restitutio in integ. aduersus præscriptionem centenariam, aut cuius initij memoria non extat in contrarium, an competat. & nu. 46. & 47.*
45 *Tempus petendæ restitutionis in integrum, an currat ignoranti, nempe quadriennium.*
48 *Doctores æris potius, quàm ueritatis studio sepe dicuntur, in consulendo.*
49 *Ecclesia restituitur in integrum aduersus præscriptionem quadragenariam.*
50 *Restit. in integ. an competat priuato maiori ex causa ignorantiæ probabilis. & nu. 54. & 57.*
51 *Ratio ampliat dictum.*
52 *Verbum, ratio & mens unum & idem operantur.*
53 *Expressum id dicitur, in quo uiget eadem ratio.*
54 *Restitutio an competat contra prescriptionem 30 anno.*
56 *Intellectus l. omnes. & l sicut. C. de præscriptio. triginta uel quadraginta annorum.*
58 *Restitutio in integrum competit aduersus præscriptionem quadragenariam, quam nec uerba legis tollere possint, nisi specialiter dicatur.*
59 *Priuilegio restitutionis in integrum non censetur derogatum per clausulam derogatoriam generalem, sed requiritur derogatio specialis.*
60 *Verba legis generalia restringi debent ad id quod est rationis.*
61 *Restitutioni in integrum, ut locus sit in re dubia, adhiberi debet interpretatio contra præscriptionem. Est enim odiosa prescriptio.*
62 *Restitutionem petentis in integrum aduersus prescriptionem longissimi temporis*

Source : BIU Cujas

poris ignorantia non probatur per eius iuramentum.

63 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ intra quantum tempus peti debeat a laicis & maioribus.*

64 *Iudicis officium ubi potest implorari, illi regulariter præscribitur saltē 40. annis. Et an durante ignorantia currat præscriptio.*

65 *Ecclesia Romana num sit superior & potior in præscriptione, aut restitutione, quàm inferior ecclesia, aut alius priuatus.*

66 *Ecclesia Romana an post centum annorum decursum excludatur a petit. restit in integ.*

67 *Præscriptionis ignorantia probabilis.*

68 *Præscriptio an currat non valenti agere de iure.*

60 *Restitutio in integrum datur etiam contra uerum & expresse habitum inter partes titulum. Idem remedium rescissorium ob causam enormis læsionis.*

70 *Restitutio in integrum non datur ob causam læsionis tantum, nisi etiam concurrat ignorantia læsionis, quæ cursum temporis impedit.*

71 *Ecclesiæ non currit restitutio. tempus, data enim scientia ipsius læsionis, quãdo damnum ecclesiæ est grauissimum, & eminentissimum. Et qualiter illud diiudicari debeat.*

72 *Præscriptio an detur contra supremam potestatem Papę aut Cæsaris affirmatiue num. 73.*

74 *Prescribi an possit contra obedientiam. & nu. 76.*

75 *Libertas & exemptio possunt præscribi.*

77 *Præscriptio etiam centenaria, & quantumuis antiqua non procedit, si sit peccati nutritiua.*

78 *Præscriptio quamuis antiqua non procedit in his, quæ possideri non possunt.*

79 *Iura publica præscribi possunt spatio quadraginta annorum.*
Et ibidem intellectus l. uiam public. ff. de uia publica.

80 *Ius possessionis acquiri potest in his etiam, quæ sunt iuris publici, & in usu publico.*

81 *Possessionem piscandi an uideatur quis acquisiuisse eo solum, quòd solus piscatus sit in aliqua parte maris aut fluminis publici. Et quomodo aliàs acquiratur, & num. 82.*

83 *Iuris publici quæ sunt, an præscribantur etiam respectu dominij.*

84 *Iura publica præscribi non possunt cessante possessione.*

85 *Præscribi non possunt, quæ competunt iure facultatis.*

86 *Possessio seu quasi piscandi quæsita ex prohibitione facta alijs, ne piscarentur in certa parte fluminis, an possit contra omnes, etiam non prohibitos, an uerò contra prohibitos tantum.*

86 *Præscriptio non procedit in actu, quem superior facit de plenitudine potestatis.*

88 *Præscriptio non procedit in pœnis spiritualibus.*

89 *Prescriptio an procedat in re affecta uitio reali: & quanto tempore. nu. 92.*

90 *Præscriptio plus potest ad præiudicandum tertio & domino rei, quàm rescriptum aut priuilegium principis. & nu. 91.*

93 *Præscriptio an procedat, quando præscribens esset incapax iuris, de cuius prescriptione agitur.*

94 *Priuilegium Papę, aut superioris an sit ad tollendam incapacitatem personę potentius consuetudine aut præscrip.*
Et quid cessante capacitate. nu. 95.

96 *Materia non prescriptibilis an efficiatur præscriptibilis, quando quis non fundat se principaliter super prescriptione aut tempore, sed super titulo, quē allegat.*

97 *Prescriptio non procedit in his, quæ non sunt concessibilia.*

98 *Præscriptio non procedit in his, quæ sunt mere uoluntaria, aut facultatis.*

99 *Prescribi an possint, quæ sunt mere facultatis.*

100 *Colonus an possit & quando prescribere ius perpetuæ colonę. & nu. 104.*

101 *Præiudicium nullum infertur ex actu voluntario.*

102 *Patientia non egreditur suos terminos.*

103 *Actus tacitus an difficilius extendatur, quàm expressus.*

105 *Coloni recognitio quò ad temporalitatem in relocatione, ad tempus impedit prescriptionem.*

106 *Colonum expellere an licitum sit domino quandocunque uoluerit post singulos annos finitos.*

107 *Precarium qui rogauit ad tempus, & finito tempore rem adhuc teneat patiente domino, num reuocari possit secundum naturam precarij.*

108 *Colonię perpetuę ius ex temporis diuturnitate presumi potest. Et à primordio tituli posterior formatur euentus.*

109 *Mulier omnia bona sua in dotem dare an presumatur, quòd non in minore.*
Et quid si patiatur maritum suum possidere & administrare.

110 *Colonus an remoueri possit a domino finito tempore colonię expresso uel tacito.*

111 *Possessionis causam mutare sibi nemo potest, nulla extrinsecus superueniente causa mutandi.*

112 *Interpretatio fit secundum id, quod uerisimilius est, in re dubia.*

113 *Ligare seipsum nemo presumitur in dubio.*

114 *Interpretatio stricta fit in contractu expresso, sed strictior in tacitis.*

115 *Voluntatis mutatio presumi non debet nullo interueniente facto contrario, ex quo illa arguatur.*

116 *Probatio debet de necessitate concludere.*

117 *Prescriptio 30. aut 40, annorum dicitur mere odiosa, inducta in odium negligentiæ.*

118 *Presumere in dubio id debemus, quod frequentius contingit.*

119 *Disponens non censetur uelle illud, quod fieri consuetum non est. Et in materia presumptionum & coniecturarum ualidum est argumentum a communiter accidentibus.*

120 *Presumptio inducitur ex communi cursu.*

121 *Argumentum a communiter accidentibus an ualeat, ubi etiam agitur de crimine ciuiliter.*

122 *Non præsumuntur ea, quæ non apparent, sed rebus sic stantibus iudicandum est.*

123 *De partum mente fuisse in dubio id præsumitur, quod utrique earum prodest, & neutri nocet.*

124 *Colonus seu conductor an non prescribat contra dominum, nisi interuertat possessionem domini, dicendo se tenere suo ipsius proprio nomine, non domini.*

125 *Interpretatio in dubio fieri debet, per quàm ius colonię perpetua cesset. Et contra id odiosa fit interpretatio.*

MAteria ista singularitatis testium sic explicata, reuertor ad propositum & argumenta Iaſ. dum allegat ineptam expressionem vitiare, vbi omissio non vitiat, multiplicando brocardica nam arguit † etiam, quòd si quis articulet de tempore, & illud nō probet, 1
succumbit, licèt tempus non esset de substantia, puta si in libello criminali apponatur dies, & non probetur de quo etiam tradit idem Iaſ. in l. cum virum. in 3. no. C. de fideicom. Sed respō deo ad istud argumentum, ꝙ ratio est; quia apponendo diem, qualificatur delictum & declaratur commissum esset delictum tali die. Itaq; si dies non probetur non videtur probatum delictum intentatum, non probata eius qualitate l. denuntiasse. §. quid tamen. vbi Barto. ff. de adulter. Cyn. in l. 2. versic. ex hoc arguit Iac. o. de Arena. C. de prob. Bar. in l. diuus. colum. 1. ff. de re iud. Bal. in conſ. 431. Presupposito. lib. 5. Pau. de Caſt. in conſ. 168. Super primo dubio dicendum est, ꝙ cum diuersitas. lib. 1. & in conſ. 205. In causa quæ vertitur corā locumtenente. colum. 1. lib. 2. Rom. in conſ. 110. Quæstio. per totum, in conſ. 144. Inquisitio. & in conſ. 167. Antonius. colu. 2. post med. Abb. in conſ. 78. colum. fi. lib. p. Ang. in conſ. 317. colum. 4. & ad fin. conſ. Soci. in conſ. 39. colum. fi. lib. 1. Calca. in conſ. 15. col. 9. versic. & pro hoc facit; quia in hoc contractu. Corn. in conſ 197. lib. 2. in conſ. 134. ad fi. & in conſ. 192. colum. 2. ad fin. lib. 4. Dec. in d. l. vinum. colum. pen. ff. si cer. pet. & in conſ. 256. col. 4. post med. versic. tertio principaliter. Curtius iun. in conſ. 124. colum. 6. ad fin. Guido autem Papæ q. 553. dicit, quòd probatio istius qualitatis, nō attenditur de consuetudine patriæ Delphinatus, sed hoc pertinet ad eius consuetudinarium. Quæ consuetudo mihi non placet in criminalibus, in quibus probationes esse oportet luce meridiana clariores l. fi. C. de probationib. nisi aliàs probatio delicti esset indubitata. Itaque istud argumentum Iaſ. non militat; quia post quā qualitas deducitur in libello, eius probatio dicitur necessaria, vt sciatur an factum propositum sit illudmet, quod in libello deductum est, quæ res sciri non potest, non probata qualitate facti: & Iaſ. in hoc videtur æquiuocasse; quia nos loquimur in eo, quod non est necessarium ad actum, sed probatio dici aut alterius qualitatis est necessaria, postquam proposita est, licèt eius propositio necessaria non esset. Itaque præsens difficultas reducitur ad tres casus. Primus casus est, quando expressio alicuius actus, non est necessaria, non ꝙ ille actus non sit necessarius, sed quia a iure præsumitur, & tunc expressio inepta vitiat; quia per expressionem tollitur iuris præsumptio, quæ cessat in re clara, prout quando in sententia exprimitur causa minus legitima, vel quando producuntur acta solennitatis sententiæ aut cōtractus, per quæ apparet de veritate, ideſt, rem minus solenniter fuisse gestam: & iste est casus noster. Nam ꝙ prescriptio temporis habeat vim tituli, istud est propter præsumptionem, quam habet antiquitas tanti temporis. Ideo lex titulum dat, qui tñ videtur titulus fictus, vel potius videtur titulus a iure concessus antiquitati tanti temporis, ita ꝙ sola antiquitas dicatur titulus legitimus. Si enim † esset titulus fictus, non admitteretur probatio in 2
contrarium contra fictionem iuris. glo. in l. si duo. ff. de acq. here. & & in l. siue possidetis. C. de proba. Corn. in conſ. 99. colum. 1. lib. 4. Secundus casus est, quando aliquid non est necessarium in aliquo actu, non ratione alicuius presumptionis; quia illud a iure presumatur, sed quia omnino non erat necessarium, & tunc si adhibeatur, & minus solenniter, actus non vitiatur, prout quando adhibetur citatio minus legitimè in facto notorio; citatio enim omnino non erat necessaria, secus in solennitate, quæ omnino non est necessaria, licèt non sit necesse eam aliter probare, quando a iure præsumitur. Ideo quādo inepte exprimitur, actus vitiatur, cum esset necessaria; & appareat minus legitimè adhibitum esse. Tertius casus est, quando aliquid ab initio non erat necessarium exprimi; tamen si exprimatur & coniungatur cum facto principali, illud qualificat, adeo ꝙ nisi probetur illa qualitas, non videtur probatum factum principaliter propositum, & tunc licèt propositio illius qualitatis non esset necessaria, tamen postquam proposita est, & ex ea factū qualificatur, eius probatio videtur necessaria.

His ita prēmissis & † declaratis dico, ꝙ sumus in primo casu, in 3
quo titulus est necessarius, sed non titulus expressus, sed tacitus

tus sufficit resultans ex tempore,cuius initij memoria non extat in contrarium,qui dicitur titulus legalis,quem lex ipsa cõfert ex lapsu tanti temporis,cessante titulo hominis : sed vbi producitur titulus hominis,cessat tunc prouisio legis;quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis l.fin.C.de pact.conuen.habetur in l.2.C.de
4 iur.emphy. Præterea lex † voluit cõferre vim tituli antiquitatis tanti temporis propter bonamfidem præscribentis, quæ præsumi videtur ex lapsu tanti temporis.Bar.& Bal.in l.fi.C.vnde vi.Innoc. in c.2.derestit.in integ.Abb.in cons.89 colum.3.lib.1. Sed vbi appareret de titulo vitioso & inualido,apparet de malafide præscribentis; quia titulus reprobatus non dat iustam causam præscribendi, sed ex eo fides mala arguitur præscribentis l. quemadmodum . C. de agrico.& censi.lib.11.l.fi.§.finautem.C.commu.de lega. c.dudũ. 1.de electio.per quę iura ita dicit Alex.in cons.46.In vltimis verbis lib.3.refert & sequitur Curt.iun.in cons.60.in fin. Addo glo.in l.1. C.de fide instrum.& iur.hast.fisc.lib.10. Bald.in cons.347. Quæro quidam nobiles.colum.1.post med.lib.1.Rom.in l.Celsus.colum. penult.versic.quartò inquantum Bar.ff.de vsucap. Fel.in d.c.si diligenti.colum.3.de præscrip.† Ideo malafides præsumitur in contrahente cum pupillo sine iuris solennitate l.2.§.si a pupillo.ff.pro emptor.idem in omni contrahente contra ius,reg.qui cõtra iura mercatur.lib.6.pulchre Bellamera in cons.10.colum.9.post medium, versic.secundum fundamentum.& colum.16.post medium vers. & ratio huius est,tradit Calca.in cons.25.colum.4.in fin.Et in contrahente cum pupillo sine solennitate iuris, q dicatur in malafide, tradit Socy.in cons.22.colum.fin.lib.1.Et in contrahente cũ prælato sine iuris solennitatibus,q dicatur in malafide,tenet idem Socy. in cons.29.colum.pen.lib.1.Et dicit Ias.in §.item si quis in colum.7. num.45.Instit. de actio. q vbi in contractu est necessaria authoritas superioris.vel decretum iudicis,si omisso eo contractus fiat,dicitur contrahi clandestine & in malafide, per tex. nota. in l.1.C.de præd.curia.lib.10.vbi Bar.glo.in l.2.in ver.occulte,& ibi Bar. C.de his,qui ex publi.ratio.mu.acce.lib.10.per glo.valde nota. in c.cum inhibitio.in verb.clandestina.1.extra de clandest.despon.& per glo. singu.in d.l.1.in versic.malafide.C.de fide instrum.& iure hast.fisc.
6 lib.10.Sed pro † clariori intelligentia huius duodecimæ quæstionis aduertendum est,q ista quæstio potest intelligi duobus modis,qñ producitur titulus nõ a iure reprobatus, sed minus legitimus;quia nõ interuenerint iuris solennia, & de hoc apparet & verè constat. Secundo modo quando producitur titulus omnino reprobatus, puta contractus simulatus aut fœneratitius.Circa primum modũ contentio est inter Doctores non mediocris,an titulus minus legitimus impediat præscriptionem longissimi temporis, puta triginta vel quadraginta annorum: de præscriptione enim longi temporis non est dubium, q eam impedit l. nunquam.ff.de vsucap. In præscriptione vero longissimi temporis discrutiantur Docto.inter se, an error iuris illam impediat.Et q impediat,tenet glo.iuncto tex.in c.apostolicæ.de donat.sequitur Pau.de Cast.in cons.70. Quia frustra.colum.fi.& in cons.429.In quadam informatione.lib.1.Abb. in cons.34 colum.1.lib.1.& in cons.19.colum.2.lib.2.Alex.in consil.73.colum.fi.lib.2.& in cons.46.in secundo dubio,lib.3.Socy. in d.cons.29.colum.7.in secundo dubio,lib.1.Anch.in cons.vlti. col. pen.Sed est subscriptio Card.ad consilium Zilioli de Canitellis, inter consilia Anch.in d.cons.vlt.& hanc opin.dicit communem Fel. in c.de quarta col.8. de præscriptio. quem refert & sequitur Curt. iun.in cons.vlt.colum.3.in fi. Eandem opi.tenet Bellamera in cons.7.colum.pen.vers.quarta enim solutio.& in cons.10.colu.9.post med.versic.secundum fundamentum est. & pro ea Fely.in d.c.de quarta.colum.11.dicit se ponderare tex.in c.dudum.de decim.sed
7 similis videtur tex.in c.cura.de iure patro.Contrariam † opi.quòd immo error iuris non impediat præscriptionem longissimi temporis,tenet Roma.in cons.123.Circa primum dubium.colum.3 per glo.in d.c.de quarta.Pau.de Cast.sibi contrarius in cons.406.Satisfaciendo.col.3.post med. in septimo dubio, lib.1. in cons.3.in causa,quę vertitur coram domino Vicario Potestatis Pergami,ad fin. in cons.44. Circa præsentem casum notandum.colum.2. circa fin. & in cons.81.In causa,quæ vertitur inter reuerendum patrem.colum.4.ad fi.lib.2.allegat Bar.in d.l.Celsus.colum.3.in fi.vers.dic ergo.vbi,q bonafides præsumitur,si præcedat titulus verus vel putatiuus,etiam errore iniusto,allegat etiam Cyn.in l.venditioni. C.de vsucapio.pro emptor.Idem tenet Bal.in cons.221. Primò quæritˇ, vtrum in concessione.ad fi.lib.1.& in cons.511.Quidam prælatus. in fi.lib.5.allegat not.in c.volumus. 16.q.4. Idē videtur velle Abb. id cons.37.in tertio dubio.lib.1.dum allegat c.cum dilectus.de cõsuetu.Idem sentit Calca.in cons.68.colum.2.in fi. Idem sentit Rota decis.310.Nota,q ex minus. in antiq.Idem tenet Cald.in cons. 2.colum.2.circa med.ver.& si vis,q necessarius.in tit.de constitut. Idem tenet Guido Papæ quæst.159.vbi,q alienatio prælati sine cõsensu capituli præstat iustam causam præscribendi,per tex.in c.cura. de iure patro. Sed vltra Guido. Papę allego adhoc Feder. de Senis in cons.247.versic.item in remissione.Et hanc opinionē dicit communem Alexandrinus,licèt tot patres nõ referat,in cons.75.col.2.
8 ad fi.& in cons.154. ad fin. Eandem opin. tenet † Ripa in l.1.col.3. circa medium.ff.quorum bono. vbi, q spurius præscribit hæreditatem paternam spatio triginta annorum,licèt erret in iure,credēs se capacem,cum non sit,post Bal.in l.nullo.C.de rei vendi. de quo dixi in cons.165.num.13.& q error iuris nõ impediat præscriptionem longissimi temporis,tenet Imola in d.l.nunquam.ff.de vsuca. quem refert,& sequitur. Socyn. in cons.33.col.3.post medium,in versic.secundò respondetur.lib.4.Eandem opin. tenent alij Doct. relati per Fel.in d.c.de quarta. colum.11.in tertia limitatione.Quid tenendum?Si respiciamus ad numerum authoritatum pro & contra adductarum, scientia hęc legalis magis in opinione hominum, quàm in ratione videtur consistere. Miror, q hodie sic leuiter sequamur opi. ex numero & Doct. maximè consulendo, plerique enim ęris cupiditate adducti secuti sunt opiniones, quas aut malas notas habebant,& impugnassent cessante pecuniæ libidine, aut qa animi, aut corporis segnitie capti nõ aliter eas degustare curę fuit. Ego scribam quid sententiam distinguendo aliquos casus. Primus
9 casus est, quando † præscriptio habet in se naturalem æquitatem, & tunc error iuris non noceat. Pura,si quis præscribat relicta sibi in testamento minus solenni, & ita hoc casu tenet Bald.in cons.179. Quando sapiens.in fi.lib.4.& iste casus potest extendi ad multa exē pla.Quid enim si quis idiota,aut iuris rudis contraxit minus solenniter cum prælato;tamen re vera ille contractus factus est ad commodum ecclesiæ, adeo q etiam interuenientibus solennitatibus aliter geri non potuisset res? Certe isto casu præscriptio videtur in se habere naturalem æquitatem. Idem in contractu cum minore, & alijs id genus:& isto casu videtur cessare fundamentum,q præsumitur malafides in eo, qui mercatur contra iura ; quia illud non videtur procedere in eo, qui in veritate contrahit bonafide, pretium iustum soluit, qui videt illud conuerti ad vtilitatem ecclesiæ vel minoris, adeo q conditio ecclesiæ vel minoris potius efficitur melior,quàm deterior:& propterea,quia rem agi videt ad ecclesię aut minoris vtilitatem,de vlteriori solennitate non curat.Et ista intelligo etiam,q præscribens nõ tractet de damno ; quia ecclesia vel minor velit restituere pretium possessori.Secundus casus est,quando præscribens tractat de danno vitando,& ecclesia vel minor de lucro,& tunc error iuris non videtur nocere præscribenti l.iuris 2. in fi.& l.error.C.de iuris,& facti ign.facit tex.in l. qui testamento.in
10 fin.ff.de excusa.tuto.vbi † error sententiæ inualidę,quę putabatur valere,excusat a damno.Et sine dubio videtur procedere iste casus in personis,in quibus magis toleratur error iuris, quãdo agitur de vitando damno,vt in minore,muliere,milite,& rustico,per ea,quę habentur per Moder.in l.si quis id,quod.ff.de iurisdictione omniũ iudicum.& in l.iuris ignorãtia.C.qui admitti.In iurisdictione enim contrahente contra formam iuris aliud videtur dicēdum. Tertius
11 casus † est,quando vltra omissionem solennitatis reperitur læsio in ecclesia vel minore,& isto casu videt procedere,quod scribit Ias.in d.§.item si quis 1.colum.7 Instit.de actio. q talis contractus sine solennitate iuris videtur factus clandestine,& sic per dolum & malamfidē:non enim curauit contrahens de iuris solennitatibus;quia intendebat locupletari cum damno ecclesię vel minoris,& consi-
12 derabat id fieri non posse,si adhibita essent solennia. Quartus † casus est,& hic declaratur secũdus modus intelligendi hanc duodecimam q.quando fuit error iuris omnino prohibitorij,& ex quo resultat actus reprobatio simplex & absoluta, adeo q iste error iuris videtur in se habere implicitum errorem iuris, quodammodo naturalis.Puta,quando quis facit contractum simulatum & fœneratitium:& isto casu sine dubio argui videtur dolus & malafides cõtrahentis, adeo q virtute talis tituli non videtur in æternum præscribi posse durante malafide: & de tali titulo sic reprobato, q ex eo præscribi non possit, latè tradit Barba. inter consilia Calcan. in cons.28.& sub isto casu videtur comprehendi dispositio text.in d. c.dudum.de decim.quem Fel. dicit se ponderare in d.c. de quarta. colum. 11. nam ibi titulus habitus a layco super decimis videtur omnino reprobatus,etiam iure quodammodo naturali.Quomodo enim etiam rustico dubium esse potest,q potestas spiritualium ad laycos non pertinet.Similiter sub hoc quarto casu videtur comprehendi dispositio d.c.cura.de iure patro.quæ ratio videtur cessare,quando titulus omnino & simpliciter non reprobatur,sed solũ prohibetur, nisi adhibeatur certa solennitas, puta in prælato ecclesiæ, qui solum prohibetur alienare de bonis ecclesiæ,non seruatis solennitatibus iuris. Talis enim prohibitio sic qualificata non est æquè odiosa,ac prohibitio simplex & p̃cisa.Et ne videar mihi asserere istam distinctionem in terminis casus nostri,tradit Cal.in consil.4.in tit.de præscriptio.& in cons.9.in tit.de rebus eccle.non alie. Est verum,q in d.cons.9.considerat Calde. prohibitionem simplicem,quando res ecclesię alienatur in laycum : sed certè illa non videtur omnimoda & simplex prohibitio, sed qualificata,nisi interueniant solennia iuris: & isto casu potest considerari equitas naturalis ex parte accipientis ab ecclesia,si secundum veritatem nihil factum sit ad prędiudicium ecclesię cũ locupletatione accipientis. Ex præmissis abundè equè & vtiliter absolutam habes hanc duodecimam quęstio.an antiquitas temporis vim tituli habeat, quando
13 titulus producitur,qui vitiosus sit:& in † casibus,in quibus dictum

est,

eſt antiquitatem temporis, cuius initij memoria non extat in contrariũ,nihil prodeſſe,quando apparet de vitio tituli producti.Non obſtat ſecundum argumentum ſupra factum,ꝙ talis antiquitas habet præſumptionem iuris,& de iure pro ſe: quia reſpondeo tribus modis.Primò,ꝙ contra talem præſumptionem admittitur probatio in contrarium per confeſſionem partis, vt habetur in auth.ſed iam neceſſe.C.de dona.ante nupt.& in l.fi.ff.quod metus cau.ſed quando producitur titulus præſcribentis,vel eius authoris, ſatis videtur apparere de eius confeſſione per ſcripturam,quæ ſemper loquitur.Secundò reſpondeo,ꝙ lex contulit vim tituli tali antiquitati temporis,quando ceſſat prouiſio hominis. Sed quãdo apparet de expreſſa prouiſione hominis,ceſſat tunc legis prouiſio. Tertiò reſpondeo,ꝙ lex præbet efficaciam tituli tali antiquitati temporis, & præſcriptionem tam antiquam præſuppoſitis alijs habilibus ad prę ſcriptionem,puta ꝙ præſcribens ſit capax iuris,quod præſcribitur, ꝙ ſit in bonafide; quia quotiens de aliquo diſputatur, præſupponuntur omnia habilia aliunde l.qui teſtamento.in princ.ff.de teſta. c.1.de ętate & quali.ſed quando apparet de titulo vitioſo & reprobato,ceſſat bonafides,& fides mala apertiſſimè arguitur, quæ præſcriptionem in æternum impedit,vt inferius dicemus:& ſic fateor, ꝙ contra talem præſumptionem iuris,& de iure non admittit probatio in contrarium, quominus præſcriptio tanti temporis vim ti-
14 tuli habeat,dũmodo preſcribens ſit in bonafide. Quartò † reſpondeo,ꝙ contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium per indirectum.gl.ſingu.& communiter approbata in clem.1.de probatio. quam glo.pro multum not.refert & ſequitur Socy.in conſ.242.colum.2.in fin.verſic.quoniam ad hoc videbatur poſſe reſponderi.lib.2.illam etiam glo. dicit ſingularem & communiter approbatam idem Socy. in conſ.191.colum.2.in fi.ver.quæ ratio ceſſat.lib.2.modò licèt directo non admittat quis ad probandum antiquitatem tanti temporis vim tituli non habere, admitteretur tamen per indirectum,dicendo,ego non dico quin antiquitas tanti temporis vim tituli habeat,ſed dico,ꝙ talis titulus hic non nocet; quia preſcribens fuit in malafide pro probatione produco titulum hunc expreſſum, per quem apparet contractũ fuiſſe contra expreſſam iuris prohibitionem,& contra ius quodammo-
15 do naturale. Hanc tamen † duodecimam q.& dicta in ea intelligo, quando quis ignoranter quid ſoluiſſet ex titulo inualido, ſecus ſi ſcienter ſciens ipſum titulum eſſe inualidum;quia tunc cenſetur approbatus talis titulus,quando expreſſe approbatio fieri poſſet, per ea,quæ habentur in l.ſi certis annis. C.de pact. & in l.1. C. de fideicom.vbi latè habetur,an preſtatio ſubſecuta confirmet titulum inualidum,an autem præſuppoſita ſciẽtia facti, ideſt,tituli,poſſit quis allegare ignorantiam iuris circa eius inualiditatem, vbi agitur de vi
16 tando damno,habetur in locis ordinarijs. Decimotertiò † quæro, an in præſcriptione temporis,cuius initij memoria non extat in cõtrarium, noceat malafides præſcribentis ? Videretur dicendum ꝙ non,& ꝙ immo allegari non poſſit malafides poſt triginta annos; quia ex curſu triginta annorum videtur purgari præſumptio malę fidei.Bar.in l.fi.in fi.C.vnde vi.cum ſimi.vt Dec.tradit in conſ.267. colum.3.poſt med.& in conſ.272.colum.5.circa medium.Ias.in §. ſed iſtæ.col.19.num.100.Inſtit.de actio.& in conſ.57.colum.fi.in fin.conſ.72.colum.2.poſt medium.lib.1.& in conſ.209.colum.2. circa fin.lib.2.Curt.iun.in conſ.52.colum.4.Addo Paulum de Ca. in conſ.169.Viſo quodam proceſſu agitato Forliuij.colum.2.li.1.
17 vbi,ꝙ poſt lapſum † longiſſimi temporis malafides allegari nõ poteſt:ſimiliter Corn.in conſ.96.colum.fi.lib.4.voluit bonamfidem ſimpliciter præſumi ex lapſu temporis longiſſimi.Et in terminis, ꝙ
18 malafides † non noceat in preſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in cõtrarium,tradit Dec.in l.traditionibus. col.3. circa medium.C.de pact.in conſ.496.colum.2.circa medium. & in conſ.638.colum.1.in fi.allegat Saly.in l.2.colum.fin. C.de ſerui. idem tenet Ioan.Zenobius de Vbaldis inter cõſilia Bal.in cõſ.370. Verba reſcrip.circa fin.verſicu.non obſtant ea, quę dicuntur lib.3. & nouiſſimè Boerius deciſ.39.num.7. vbi ſimpliciter refert & ſe-
19 quitur Salyc.in d.l.2.de ſeruituti.Sed † cõtrarium,ꝙ immo noceat malafides in tali preſcriptione,tenet glo.in c.1.in glo.pen.in verſic. niſi.de preſcriptio.lib.6.& ibi Francus colum.fin. quam glo. refert & ſequitur Neapoli.deciſio.368.col.4.verſic.& ideo voluit.Idem tenet Ang.de Aret.in §.furtiuæ.circa princ.Inſtit.de vſucap.vbi, ꝙ de iure canonico poſſeſſor malęfidei non preſcribit in ęternũ. idẽ vult Abb.in c.fin.in primo notab.de conſtitutio.vbi requirit bonã fidem;vt quis præſcribat contra ſupremam poteſtatem Imperatoris:& tamen tali poteſtati nõ præſcribitur,niſi per tempus antiquiſſimum,cuius initij memoria non extat in contrarium: vt habetur in l.imperium.ff.de iuriſdic.om.iud.Immo plerique volunt, talem poteſtatem ſupremam non eſſe præſcriptibilem.Idem vult Domi. in c.ſac.ſanc.22.diſtin.quem refert & ſequitur Fel.in c.cum nobis. colum.1.de præſcrip.inferens,ꝙ Greci non potuerunt preſcribere contra ſuperioritatem Romanę eccleſię cuiuſcunq; temporis propter malamfidem.Eandem opinionem tenet Bertach.in tertia parte ſui reperto.in verbo,preſcriptio,quomodo cauſatur. verſic.fin. Oldradus de Curte inter conſ.Calcan.in conſ.6.col.pen. poſt medium.vbi,ꝙ malafides opponi poteſt vſque ad triginta annos, & millia millium.idem tenet Bartholomeus de Vulpis de Socyno inter conſilia eiuſdem Calca.in conſ.53.colum.2.ante medium. Ias. in conſ.24.colum.pen.ante med.lib.3.põderando,ꝙ in precedentibus locutus fuerat Ias.de preſcriptione temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.& tamen in d.colum.pen.vult, ꝙ noceat malafides.Eandem opinionem tenet Alexandrinus in con
20 ſil.13.colum.4.in fin.Idem ego tenui in conſ. 146. & ibi † reſpondi ad dictum Bar.in d.l.fi.C.vnde vi. ꝙ procedit de iure ciuili,ſecus de iure canonico, cui ſtandum eſt in hac materia malęfidei, vt habetur in reg.poſſeſſor malęfidei.lib.6. tradit Rom.in conſ.275.ante fin.Alex.in conſ.185.colum.9.in fi.ver.& prędicta ſunt ſeruanda.lib.2.in conſ.51.colum.2.in fi.lib.5. Neap.deciſio.13.colum.3. verſic.& ſi diceretur mihi.Dec.in conſ.114.col.3.circa med.verſic. pręterea iſte.Sed iſta reſponſio non videtur ſatisfacere;quia Barto. non dicit,ꝙ poſt triginta annos poſſit quis preſcribere cum malafide;quia ſi hoc diceret, male loqueretur attenta diſpoſitione iuris canonici, cui (vt dixi) ſtandum eſt, ſed dicit Bar.ꝙ preſumptio malęfidei precedens tollitur per curſum triginta annorum,vult ergo Bar.ſecus eſſe in malafide vera,non preſumpta; quia vera malafides nunquam tollitur, neque purgatur per aliquem temporis lapſum,puta,quando ex inſtrumento vel teſtibus apparet, ꝙ ſcienter quis emit rem alienam,prout in caſu,in quo conſului in d.conſil.146.vbi vnus fratrum vendiderat rem communem ſuo,& fratris ſui abſentis nomine, & ſic verè apparebat, ꝙ emptor ſciebat rem ad alium fratrem pertinere pro rata, & ꝙ dictum Bart. non procedat,vbi verè conſtaret de malafide aliter,quàm per preſumptionẽ,tenet Aret.in d.conſ.153.Conſultatio.in fi.additio.ad Bar. in d.l.fi.C.vnde vi.& profecto,ſi videantur Doctor. tenentes opinionem Bart. omnes loquuntur in malafide preſumpta, excepto Dec.in d.conſ.267.& in d.conſ.272.vbi loquitur,quando conſtat de malafide præcedenti: ſed vel dictum Decij debet intelligi ſecundùm dictum Bar.quem allegat, quando conſtat per præſumptionem tantùm, vel ſi aliter intellexit, male locutus eſt.dum Paul. de Caſt.in d.conſ.169.colum.2.lib.1. voluit malamfidem allegari nõ poſſe poſt triginta annos,debet intelligi de malafide preſumpta nõ
21 vera:& iſtud eſt,ꝙ † Doct. dicuntur preſumi bonamfidem ex tẽporis diutur.Innoc.in c.2.de in integ. reſtitutio. Abb.& Doct.in c. conſultationibus.de iure patro.& idem Abb.in conſ.89.colum.3. lib.1.Alexan.in conſ.78.colum.fin.lib.1.in conſ.16.colum.8.verſi. quinimo fortius.lib.5.in conſ.151. Viſo themate,colum.pen. in fi. lib.2.Aret.in conſ.63.In preſenti conſultatione. colum. pen.verſi. modo poſito. ſed iſta preſumptio quæ inſurgit ex antiquitate temporis, recipit probationem in contrarium, ut ſupra dictum eſt in
11 12.quæſtio.Putarem tamen, ꝙ ſi præſumptio malęfidei eſſet fortior,quàm preſumptio bonęfidei proueniens ex temporis antiquitate,ꝙ præualeret preſumptio fortior malęfidei;quia vna preſumptio tollit aliam,& fortior tollit debiliorem l.pen.ff.de reſt.in integ. & ibi no. & in precedentibus diximus ad aliud propoſitum: & ita in ſpecie tenet Felyn.in c.vigilanti.in fin.de præſcriptio. Boerius de ciſio.211.colum.6.in ſecunda parte.

22 Decimoquarto † quæro uidimus ſupra,ꝙ per conſuetudinem aut preſcriptionem temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium,acquiruntur regalia & principi reſeruata,an procedat talis conſuetudo aut præſcriptio, quando eſſet onerosa eccleſiæ? Videretur dicendum ꝙ non; quia talis conſuetudo reprobatur c. 1.de conſuet.Contrarium tenet ibi Dec allegat Bal.in c.1.in princ. colum.6.verſic.quæro quanto tempore,qui feud.dare poſſ. Card. in clem.2.q.8.de rebus eccl.non alienan.Addo Rotam deciſ.641. Vtrum valeat conſuetudo.in antiquis.facit Abb.in conſ.7. colu.2. lib.2.ubi,ꝙ ex tali conſuetudine,cuius initij memoria non extat in contrarium,poteſt epiſcopus recipere onera extraordinaria ab eccleſijs ſibi ſubiectis. Et tradit idem Abb.in conſ.26.colu.2. in verſ. ſed prædictis.lib.2.

23 Decimoquintò † quęro,an in tali cõſuetudine temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium,neceſſe ſit quętere de actibus, a quibus originem habuit talis conſuetudo?Dic ꝙ non Oldr. in conſ.224.Quia tota,colum.3. verſic.3. opponitur. Sed aduerte, ꝙ licèt non ſit neceſſe deducere,& probare actus,a quibus exordium ſumpſit talis conſuetudo; quia hoc eſſet impoſſibile,cum excedant hominum memoriam.eſt tamen neceſſe probare actus,in quibus per hominum memoriam ita fuit obſeruatum: immo idem puto in conſuetudine breuioris temporis, ꝙ non ſit neceſſe deducere & probare primos actus,a quibus originem ſumpſit:ſed ſatis eſt deducere tot actus, quot ſufficiant ad conſuetudinem inducendam iuxta not.in l.de quibus.ff.de legibus.& de modo probandi conſuetudinem ſcripti in conſ.134.

24 Decimoſextò † quęro, an per iſtam præſcriptionem tanti temporis,cuius initij memoria non extat in cõtrarium, acquiratur ius aliquod fortius,quàm per præſcriptionem breuioris tẽporis? Dic ꝙ ſic;quia per præſcriptionem longi aut longiſſimi temporis ſolũ acquiritur dominium utile, per iſtam autem præſcriptionem temporis,cuius initij memoria nõ extat in contrarium, acquiritur dominium

Source : BIU Cujas

minium directum.Fel. in rub.de præscriptio. colum.3. in tertia fallentia.Bal.Alex.& Mod.in l.traditionibus.C.de pact.Dec.in consi. 85.colum.2.& in cons.496.colum.2.circa med.

25 Vtilitas autem, † ꝙ acquiratur directum dominium est magna: quia si acquiritur dominium directum, ius prioris domini in totū extinguitur,cum duo non possint esse domini insolidum respectu eiusdem rei & eiusdem dominij l.si vt certo. §. si duobus.ff.commodati. consequenter si res præscripta veniret ad priorem dominum,posset ab eo vendicari per præscribentem,secus si prescribenti quæsitum esset ius aut dominium vtile tantum, vt habetur in l.si quis emptionis.C.de præscrip.30.vel 40.anno.vbi fit differentia inter præscriprionem longi & longissimi temporis:quia præscribens longo tempore cum titulo, potest rem vēdicare etiam a domino directo,secus in præscribente longissimo tempore sine titulo;quia is non vendicat a vero domino,quicquid nimium generaliter dixerit Corn.in cons.14.colum.6.lib.3. Corn. tamen opin. voluerunt Pet.Cyn.& Rayn.in d.l.si quis emptionis. vbi voluerunt, ꝙ etiam acquirens vtile dominium per prescriptionem possit agere rei vendica.contra dominum directum:sed Alexan.in cons.238.in princ. lib.6.tenet, ꝙ agi non potest contra dominum nec alium habentē

26 rem hypothecatam a vero domino. Rursus si res † præscripta perueniat ad tertium possessorem,& dominum directum dicatur acquisitum præscriptione, non poterit dominus directus agere contra tertium possessorem;quia ageret sine vllo iure,secus si dominiū directum non dicatur extinctum prescriptione;quia poterit dominus directus agere contra tertium possessorem,nec poterit tertius possessor opponere contra dominum directum de iure tertij, qui præscripsit,& dicere,tu nō potes agere, cum alius præscripserit dominium vtile huius rei d.l.si quis emptionis. Bal. in cons.9.Factum tale est.colum.penul.lib.1.

27 Decimoseptimò † quæro, an exceptio istius prescriptionis temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium, obstet agenti possessorio? Dic quòd sic, etiam si agatur possessorio ad decimas. Rota decisio.259.Si rector alicuius. in nouis, & refert & sequitur Gozad.in cons.7.colum.4.post medium.

28 Decimooctauò † quæro, an prescribatur iuramento fidelitatis per tempus,cuius initij memoria non extat in cōtrarium, vt acquiratur libertas non prestandi,si quis illud non præstiterit per tempus tam antiquum?Abb.in cons.82.colum.2.versic.2.principaliter.lib. 1. ꝙ sic. Sed aduerte circa istud dictum Abb. quia si loquimur in eo,qui recognouit rem feudalem,aut in eius successore vniuersali, non videtur præscribere ius directi dominij nisi a tempore interuersæ possessionis.l.male agitur.C.de præscript.triginta vel quadraginta anno. Cessante igitur interuersione possessionis,nunquā currit prescriptio cōtra dominum directum.Si verò loquimur in successore singulari,dictum Abb.posset procedere,posito, quòd talis successor nūquam recognouerit,& rem tenuerit, tanquam liberā bonafide: immo isto casu non videtur necessaria præscriptio temporis tam antiqui,sed sufficere videtur præscriptio triginta vel quadraginta annorum,per dicta supra in 8.q.In eo verò,qui tenet rem tanquam feudalem,non videtur, ꝙ possit præscribere contra iuramentum fidelitatis; quia ex quo dominus directus vtitur iure suo

29 in aliquibus, videtur conseruare ius suum in totum. In † materia enim præscriptionis vsus in parte conseruat ius in totum:si is, qui vsumfructum.ff.de vsufruct.Bar.in cons.189.Primò quæritur.colum.fin.Rom.in cons.198.Non est dubium.colum.fi. Pau.de Ca. in cons.179.In causa,quam magnificus. colum.4.in fi.lib.1.Corn. in cons.268. colum.1. in fi. lib.4. & quia vasallus videtur in malafide,quia tenendo rem tanquam feudalem,scit se teneri ad iuramen-

30 tum fidelitatis. Dictum † tamen Abb. posset procedere respectu præstationis eorum, quæ continentur in iuramēto fidelitatis;quia si vasallus per tempus tam antiquum ea nunquam præstitit,vel aliqua tantum prestitit, non posset dominus eum cogere ad prestandum iuramentum fidelitatis tale,per quod nouitas fiat contra vasallum:ita Socyn.in cons.27.colum.4.versic.preterea aduertendū est.lib.2.& contra dictum Abb.adduco Bal.in d.l.male agitur.col. 3.versic.per quas leges dicunt.

31 Decimononò † quæro, an in consuetudine collectandi forenses requiratur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium?Videtur dicēdum,quòd sic;quia habet causam discontinuā, per ea,quæ habentur in l. seruitutes. la grand.ff.de seruitut. & ita in specie quæstionis nostræ tenet Bar.in l.1. colum.4. C.de mulie. & in quo loco.lib.10.& in l.cum neque.C.de incol.eod.lib.10. sequitur Alex.in cons.52.lib.5.& in cons.78.circa fin.lib.6. Aret.in cons. 132.In causa,quæ vertitur.colum.3.versicu.2. respondeo.Dec.in cons.285.circa fi.vbi tamen allegat Alex.in cōs.68.lib.2.vbi Alex. tenet expresse contrarium, ꝙ non requiratur tantum tempus,& ꝙ requiratur tempus cuius initij memoria non extat in contrarium in collectandis forensibus,voluit Corn.in cons.268.colum.6.li.4. Curt.iun.in cons.99.colum.3. post medium. Sed contrarium, ꝙ tantum tempus decem annorum in consuetudine collectandi forenses,tenet Alex.in d.cons.68.colum.3.in fi.versic.nec obst. ꝙ videatur necessarium.lib.2.vbi arguit hoc modo.Nam tale ius collectandi non est de reseruatis principi; cum inferior possit statuere quòd forenses teneatur ad collectas, quod dictum refert & sequitur Fel.in d.c.cum nobis. colum.3. versic. demum nota vnum signum.de prescrip.lasin d.l.de quibus.colum.12.versic.& per præ dicta redditur ualde.ff.de legib.Curt.iun.in cons.60.colum.3.in fi. & ista opin. videtur procedere presuppositā potestate statuendi ꝙ forenses possidentes bona in territorio statuentium. Sed difficultas est in respondendo ad argum. supra factum in contrarium, ꝙ istud ius collectandi habet causam discontinuam, ob id necessariū videtur tempus antiquissimum, cuius initij memoria non extat in contrarium. Sed solutio colligitur ex dictis Doct. istam partem tenentium videlicet, ꝙ hic agitur de consuetudine, per quam acquiritur ius vniuersis de populo, in qua consuetudine etiam iuri contraria sufficiunt decem anni,non habita ratione an habeat causam continuam,uel discontinuam, ut supra vidimus in quarta dif-

32 ferentia inter consuetudinē & præscriptionem.Secundò † respondeti potest,quòd contrarium procedit in iuribus realibus habentibus causam discontinuam,in quibus requiritur tempus antiquissimum,secus in personalibus,in quibus cadit possessio,uel quasi,qñ aliquod ius debetur a persona personæ: nam tunc talis possessio, seu quasi dicitur continua propter animum personæ, cui debetur, quæ persona continue retinet possessionem ciuilem animo.Ita respondet & declarat Bar.in l.iusto.§.non mutat.ff.de usucap. sequitur Pau.de Cast.in cons.444.In causa,quę vertitur inter communitatem.colum.3.in fin.lib.1.in cons.3.In causa,quę uertitur corā domino Vicario Potestatis Pergami.& in cons.112. Super primo videtur dicendum dictam sententiam.colum.2. post mediū.lib.2. Aret.in cons.153.Consultatio. colum fi.versic.2. premittendum. Corn.in d.cons.268.colum.10.ver.nec obstat secunda ratio.lib.4. Addo Dominic.in c.non est.de consuet.lib.6.vbi,quòd ius prescribendi confirmationem Episcopi, Aut Archiepiscopi,non dicitur habere causam discontinuam, cum persona Archiepiscopi continue possideat, ob id non requiritur antiquissimum tempus in tali prescriptione,cuius initij memoria non extat in cōtrarium, quod Domi.dictum refert & sequitur Aufrer. in decis.Tolosa.q.324.in

33 fi.aliquid dixi in cons.4. colum.2. post med. Sed contra † istud dictum, quòd sufficiat decennium in consuetudine collectandi forenses,videtur aliud obstare; quia presumptio iuris communis est contra prescribentem,cum de iure communi collecta non imponatur forensi l.rescripto.§.fi.ff.de mune. & hon.ob id cessante titulo,videtur necessarium tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium c.1.de prescript.lib.6. Solutio, ille tex. non procedit in consuetudine inducta ab eo,qui expresse posset statuere super eo, super quo inducitur consuetudo; quia tunc dici non potest.presumptionem iuris esse contra inducentem cō suetudinem,ex quo tale ius expresse tolli poterat:ita declarat Fely.in d.c.si diligenti.col. 5.versic.3.restrictio,de consuetudi. & quòd ille tex.non procedat in consuetudine,tradit Dec.in cons.134.colum.fi.versic.2. respondetur.Secundo respondetur, quòd tex.in d.c.1.de prescriptionib. lib.6.non procedit,nisi quando ageretur de leui prejudicio.Fely.in d.c.si diligenti.colum.5.sed hic videtur agi de leui prejudicio; quia si forensis collectatur in loco possessionis bonorum,iam non collectabitur pro eisdē bonis alibi in loco domicilij aut originis; quia pro eisdem bonis onere duplici grauari quis non debet l.nauis. §. cum autem.ff.ad legem Rho. de iact.l.incola.& l.fin.§. item scripsē runt.ff.ad municip.l.Titia.§.qui in uita.ff.de leg.2.l.qui dotem.ff.de dote preleg & in collecta tradit Bart.in cons.196.Ciuitati Camerini.colum.2.post medium.versi.nec obst.quod no.Tertiò respondetur, quòd non procedit tex.in d.c.1. nisi quando ius commune fortiter resistit contra prescribentem,secus si sit leuis presumptio. Abb.in c.uigilanti.colum.penul.de prescript.quod dictum pro aureo refert & sequitur Fel.in c.de quarta.colum.13.in fin.versic.sed considera circa primum.& in cap.si diligenti.colum.4.versic.dum subdit Abb.de prescriptio. Dec.in d. cons. 234. colum. fin. subdit preterea Dec. ꝙ layci prescribūt ius patronatus 40.annis; quia ius commune nō fortiter resistit. Eodem modo dicamus in casu isto, ꝙ ius commune non fortiter resistit, cum ex consuetudine forenses plurimi collectentur in locis, ubi bona possident.

34 Vigesimò † quæro, quid in præstationibus annuis, an tollatur prescriptione temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium?Guid.Papæ q.406.tenet, ꝙ tollantur spatio centum annorū: idem tenet Boerius decis.336.in fin.ubi idem, licèt reditus annuus esset relictus in perpetuum, per l.usufructus.ff.de usufruct.legat. ubi Bar.& idem Bar.in l.Męuius.§.fin.ff.de leg.2. plene per loā.de Ana.in cons.39.Sed aduerte; quia puto, ꝙ Guid.Papæ & Boerius nimium generaliter fuerint locuti:si enim loquimur in relicto annuo,sine dubio bene loquunt;quia illud æquiparatur relicto vsufructus, & non transit ad hæredes l. in singulos.ff.de annuis leg. & legatum annuum censetur relictum ad alimenta l.cum hi.§.si in annos.ff.de transactio. ꝙ legatum alimentorum non transmittitur ad hæredes d.l.cum hi.§.modus.ff.de transact.l. Titio ususfructus.ff. de usufruct.leg.Bald.in auth.cui relictum.in fin.C.de indicta uidui. tollen. nimirum si tali relicto annuo præscribitur centum annis;

quia

quia non debetur vltra vitam legatarij, etiam ceſſante præſcriptione. Sed vbi ageretur de præſtatione annua debita ex contractu, tenendo opi. Vltramontanorum, ℭ tot præſcriptiones ſint neceſſariæ, quot ſunt anni, quam opi. tenent Guid. Papæ & Boerius in dictis eorum deciſionibus. Similiter vbi ageretur de annuo relicto, cuius natura eſſet alterata per teſtatorem, ita ℭ tranſeat ad omnes hæredes in infinitum, iuxta l. in annalibus. C. de leg. puto, ℭ opin. Guid. Papę & Boerij nullo modo poſſit procedere; quia ſi tot prę ſcriptiones ſunt neceſſariæ, quot ſunt anni, quomodo volũt quòd pro iure futuro, & quod nondum peti poterat, currat præſcriptio, contra reg. l. 1. C. de anna. except. ℭ non valenti agere non currit præſcriptio. Rurſus Doctor. ſimpliciter & generaliter loquuntur, ℭ tot præſcriptiones ſunt neceſſariæ, quot ſunt anni: & tamen attento dicto Guid. Papę, & Boerij, ſequeretur maxima reſtrictio & limitatio ad concluſionem Doct. quia in effectu, ſi bene conſideras, ſolùm erit neceſſaria præſcriptio aliquot annorum, donec ventum ſit ad præſcriptionem centenariã, contra l. de pretio. ff. de publicia. Nec aliquid faciunt iura allegat. per Guid. Papæ & Boerium, quia (vt dixi) loquuntur in his, quæ de ſui natura non ſunt tranſitoria ad hæredes, prout in vſufructu vel annuo relicto: ob id arguũt de caſu valde diuerſo & habente rationem valde diuerſam. Sed
35 dicet † aliquis, immo agi poteſt pro iure annuo de præſenti, vt cogatur debitor ſoluere ſuo tempore, iuxta plene not. in l. 1. C. de fideicom. Dec. in l. 1. colum. pen. ante medium. C. de Inſt. & ſubſtit. capel. Toloſa. q. 30. & ſic non obſtabit reg. d. l. 1. C. de anna. except. Reſpondeo, ℭ tale iudicium nõ poterit perpetuare actionem, niſi ad annos 40. Ideo ſi dicas prę ſcribi annis centum, ſemper fiet contra illam regulam, ℭ curret prę ſcriptio non valenti agere: quia prę ſcribetur iuri de futuro, quod perpetuari non potuit in tantũ tem-
36 pus. Sed in alia præſcriptione † breuioris temporis quomodo prę ſcribatur iurib. annuis? Si quidem loquimur de iure annuo debito ex vltima voluntate, Docto. conueniunt Citramontani, & Vltramontani, quod tot prę ſcriptiones ſint neceſſarię, quot ſunt anni, in annuo vero iure debito ex contractu Citramontani tenent, ℭ vna tantum eſt obligatio, ob id, ℭ vna ſufficit præſcriptio. Bart. & Moder. in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de oper. noui nuntia. & in l. cum notiſſimi §. in his. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſic. 41. Aret. in conſ. 112. col. 2. verſic. 2. vnde concluditur. late Corn. in conſ. 22. colum. 5. verſic. his tamen non obſtantibus. lib. 3. Iaſ. in conſ. 7. ante finem, lib. 1. vbi iſta eſt cõmunis opinio. Vltramontani vero tenent idem eſſe in iure annuo debito inter viuos, quod in vltima voluntate, vt tot præſcriptiones ſint neceſſariæ, quot ſunt anni, vt per Guid. Papę dicta quæſt. 406. Aufrerius in deciſ. Toloſa. q. 342. vbi ℭ iſta eſt communis opinio eorum, quam etiam opin. ſequitur Boerius in dicta deciſ. 336. ſubdit tamen Boerius ibi in vltimis verbis, ℭ de conſuetudine genera
37 li Franciæ ſufficit † vna præſcriptio triginta annorum. Quod ſi verum ſit, apparet cauſam præſcriptionis in Francia multum eſſe fauorabilem: & ſatis fauorabilis eſt in patria Delphinatus, in qua procedit prę ſcriptio etiam cum malafide in actionibus perſonalibus contra communem opinionem, vt per Guid. Papę, q. 199.

38 Vigeſimoprimò † quęro, qualiter probatur præſcriptio temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium? Tradit glo. in d. c. 1. de prę ſcrip. lib. 6. quando ſcilicet teſtes deponunt, ℭ nunquam viderunt, neq; audiuerunt ipſi, neque audiuerunt alios vidiſſe aut audiuiſſe aliter fuiſſe factum, & econtra, ſi agatur de probando affirmatiuam, memoriam extare ſimiliter. Oldra. in conſ. 172. Quia omnes. colum. 3. in fin. ℭ probatur memoriam non extare in contrarium, quando teſtes deponunt de communi opinione & fama eorum, qui circa id arbitrantur, ſ. ℭ non vidit aliquem, qui viderit videntem, vel audierit audientem contrarium eius, quod articulatur. Et ℭ debeat probari communem opinionem eſſe, ℭ memoria non ſit in contrarium, vel communem opinionem eſſe non vidiſſe eos, qui viderint, vel audiuerint ab alijs eorum tempore fuiſſe ſeruatum contrarium, tradit Alex. in conſ. 16. colum. 5. verſicu. nec obſtat etiam, ſi reſponderetur. lib. 5. & in conſ. 177. col. 4. lib. 6. Corn. in conſ. 268. colum. 8. verſic. licèt etiam talis probatio. lib. 4.
39 Sed † an talis probatio memoriam non extare in contrarium, fieri poſſit per inſtrumenta? Ioan. And. in d. c. 1. de prę ſcrip. lib. 6. ℭ non, ſequitur Alex. in d. conſ. 16. colum. 5. lib. 5. Sed qualiter probetur
40 affirmatiua, ſ. memoriam hominum † extare in contrarium? Dic, ℭ probando a centeſimo anno citra fuiſſe obſeruatum contrariũ ante litem conteſtatam. Alex. in d. conſ. 16. colum. 5. lib. 5. poſt Io. And. & Anto. de Butr. in c. quid per nouale. de verb. ſign. Similiter affirmatiua memoriam in contrarium extare, probatur per inſtrumenta, ex quibus apparet de contraria obſeruantia. Ioan. Andr. in d. c. 1. circa finem, de prę ſcriptio. lib. 6. ſequitur Alexan. in conſ. 75. colum. 3. verſic. 2. poteſt reſponderi. lib. 4. pro quo facit Curt. iun. in conſ. 174. colum. 8. poſt medium, ubi, ℭ non poteſt conſiderari præſcriptio, cuius initij memoria non extat in contrarium, quando conſtat de initio tituli non ita antiqui, & ſic optimus probandi modus memoriam extare in contrarium, erit, ſi produci poſſit titulus rei, de qua agitur, ex quo appareat rem non ita de antiquo eſſe, vt
41 contenditur. Sed videtur, † ℭ etiam conſuetudo antiquiſſima, & negatiua, cuius initij memoria non extat in contrarium, poſſit probari per ſcripturam l. vetuſtiſſimam. vbi Ang. C. de iure domi. impetr. vbi ex librorum recitatione probatur conſuetudo circa præſcriptionem pignorum: ſed certe ibi agitur de conſuetudine affirmatiua præſcribendi pignora. Sed in conſuetudine negatiua, ℭ per ſcripturam probari poſſit, adduco Socy. in conſ. 94. In cauſa validitatis inſtrumenti. colum. 3. in fi. verſic. circa ſecundum fundamentum. lib. 1. vbi, ℭ per libros officij probatur conſuetudo recipiendi fideiuſſionem ſine teſtibus, & ſic conſuetudo negatiua, ℭ teſtes non ſunt neceſſarij in receptione fideiuſſionis. Sed conſidera pro ſolutione, ℭ iſta potius videtur cõſuetudo affirmatiua, ℭ recipiantur fideiuſſionum acta ſine teſtibus. Rurſus ad dictum Socy. poſſet reſponderi, ℭ non ſufficit produci ſcripturas officij, in quibus apparet receptas eſſe fideiuſſiones ſine teſtibus, niſi probetur, ℭ talibus ſcripturis fides data ſit: ita Abb. in cõſ. 53. & in conſ. 73. col. 4. in fi. lib. 2. ubi, ℭ ex pluribus inſtrumentis, in quibus non reperitur appoſita aliqua ſolennitas, noñ probatur cõſuetudo, ℭ inſtrumenta poſſit fieri ſine illa ſolẽnitate, niſi probetur, ℭ talibus inſtrumentis fides data ſit, & venerit in notitiam maioris partis notariorum, & populi: ſed dictum Abb. mihi non placet in tempore antiquo, cuius initij memoria non extat in contrarium; quia tunc plura inſtrumenta de antiquo habent vim probationis famæ, vt habetur in l. cum aliquis. C. de iure delib. & dictum eſt ſupra in prima parte, quę probatio per famam in antiquis ſufficit etiam, vbi agitur de graui
42 præiudicio, vt ſæpe dictum eſt. Sed qualiter † probatur præſcriptio annorum cẽtum, quam dixi eſſe maiorem præſcriptionem, cuius initij memoria non extat in contrarium. glo. in d. c. cum nobis. de præſcript. dicit probationem eſſe impoſſibilem, cum probari non poſſit, neque inſtrumentis, neque teſtibus, & idem dicit Dec. in c. cum dilecta. colum. 4. in decimo notab. de confir. vtili vel inuti. niſi ſecundùm eum probent per teſtes deponentes de auditu & fama, ſed non puto talem probationem ſufficere in præſcriptione centũ annorum; quia hoc modo eccleſia Romana, quæ ſola gaudet priuilegio prę ſcriptionis centenariæ, in effectu non ita reperiretur priuilegiata; cum etiam inter priuatos ſufficiat probatio per auditum & famam in his, quæ excedunt metam annorum centum: vt ſupra diximus in prima parte, in materia famæ. Rurſus illa probatio per auditum & famam ſufficit in probatione dominij tam acquiſiti, ſeu quod iam acquiſitum dicitur in antiquis: ſed quando agitur de probando acquiſitionem dominij, in qua acquiſitione neceſſariũ eſt tempus centum annorum, ℭ ſufficiat probatio per auditum & famam, hoc non videtur iuri conſentaneum. Nam glo. & Doct. in d. c. cum nobis. de prę ſcrip. hanc probationem præſcriptionis centenariæ per auditum & famam expreſſe reprobant, ob id modum probandi talem prę ſcriptionem cẽtenariam: tam per teſtes, quàm per inſtrumenta tradit Abb. in d. c. cum nobis. fama tamen & aliæ prę ſumptiones multum operantur in huiuſmodi præſcriptione centum annorum probanda, vt per Bald. in d. auth. quas actiones. colum. fi. C. de ſac. ſanc. eccle.

43 Vigeſimoſecundò † quęro, an ſublata prę ſcriptione, vel conſuetudine cenſeatur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in contrarium? Dic, ℭ non, vt per Felyn. in rub. de prę ſcrip. colum. fin. ſequitur Dec. in conſ. 271. colum. 1. & colum. 5. in fi. & in conſ. 496. colum. 2. in fin. Quod procedit, licèt reprobetur, aut tollatur præſcriptio longiſſimi temporis; quia non cenſetur ſublata ea, cuius initij memoria non extat in cõtrarium. Abb. in conſ. 26. colum. 2. verſic. ſed prędictis. lib. 2. & licèt lex aut ſtatutum loquatur per verba vniuerſalia negatiua, ℭ nulla currat prę ſcriptio. Fel. in d. rub. de prę ſcrip. colum. fin. Iaſ. in conſ. 92. colum. pen. in fin. lib. 3. Amplius ſublata prę ſcriptione non cenſetur ſublata prę ſcriptio longiſſimi temporis 40. anno. quando ſtatutum remouens prę ſcriptionem, poteſt aliquid operari. Bal. in c. 1. §. præterea. circa fin. de cap. Corra. & in conſ. 44. Contra quendam. circa fin. verſic. prę terea dixit lex. lib. 5. Aret. in conſ. 15. in tertio dubio. & in conſil. 103. In cauſa & quæſtione, colum. 5. verſicu. ſecundò prę mitto. Felyn. in d. rub. de prę ſcrip. colum. fin. Curtius iun. in conſ. 158. col. 4. circa medium.

44 Vigeſimotertiò † quęro, an contra prę ſcriptionem centenariã, aut cuius initij memoria non extat in contrarium, competat reſtitutio in integrum? Hanc quęſtio. latiſſime examinat Boerius deciſ. 39. dicens, ℭ ab adoleſcentia ſua vſque ad id ętatis tempus, nihil ſcripſit difficilius, propter uarietates Doctor. quas copioſſime adducit. Sed videtur mihi, ℭ in vno confuſe & æquiuoce fuerit locutus, quę res difficiliorem prę ſtitit quęſtionem: nam dicit Boerius, ℭ in hac materia Alex. fuit ſibi contrarius, quia in conſ. 151. Viſo themate. colum. fi. in conſ. 163. colum. 3. lib. 2. in l. 3. §. Labeo. ff. de acq. poſſ. & in l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligatio. tenet non competere reſtitutionem in integrum aduerſus prę ſcriptionem quadraginta annorum ex capite ignorantię: & tamen idem Alex. in conſ. 71. colum. fi. lib. 1. in conſ. 4. colum. 6. in fin. verſicul. nec obſtat ſi diceretur, lib. 2. in conſ. 116. lib. 5. in conſ. 39. num. 17. & num. 21. lib. 6. quod prius habetur in conſ. 63. lib. 4. & in conſil. 150. colum. 2. lib. 7. ſecutus fuit Bal. in l. falſam. C. ex falſis inſtrum.

vbi

Source : BIU Cujas

vbi voluit,quòd tempus quadriennij ad petendum restitutionem
45 in integrum sit † vtile ab initio, nec currit ignoranti,licèt per centũ annos petita non fuerit restitutio in integrum.idem voluit Alexan. in cons.89.colum.3.versic.vel dato,q̃ prescriptio.lib.2.in cons.69. colum.2.versic.vnum tamen rememor.lib.3.in cons.63.colum.5. versic.nec obstat si diceretur.& colum.pen.lib.4. quæ consilia refert & sequitur Ias.in d.auth.quas actiones.colum.9. in fin.versic. vtrum tamen tene perpetuo cordi.C.de sacro san.eccl.Addo Alexan.in consilio 84.colum.2.lib.1. idem etiam voluit Abb. in cap.1. colum fi.de prescrip.& in cons.32.circa fi.lib.1.Corn.in cons.219. colum.pen.lib.2.& in cons.87.colum.2.in princip.lib.4.Bertach.in tertia parte sui repertorij,in verb.restitutio in integrum quando. versic.17.& in verbo,terminus currit.versicu.17.Pau.de Castr.in cons.298.Quod dictus Guido.circa fin.lib.primo. Socyn.in cons. 194.colum.3.in fin.versic.3.quia restitutio.lib.2. & in cons.66.circa finem.lib.quarto.Dec.in cons.36. colum.fina.& in consi.42. in fin.Felyn.in c.placuit.colum.quinta.post medium,versic.limita septem modis.& in c.vigilanti.colum.2.post medium,versi. ad illud quod lex.de prescrip.Dec.in cons.436.colum.2.& licèt Boerius in dicta decisio.39.num.4. dicat, q̃ ista opinio Baldi est mirabilis: tamen si videantur Doctores tam multi antiqui & moder.eam sequentes & fundantes per iura & rationes,non videtur ita magnopere mirandum,licet Ias.in §.rursus.colum.13.num.73. Institut.de actio.eam firmare ausus non fuerit:sed ibi non citat Docto. quos allegat in d. auth. quas actiones.

46 Sed ex hoc † non poterat Alex.notari contrarietatis: nam contrarietas consideratur,si dicimus aduersus prescriptionem 40. an. datur restitutio ex capite ignorantiæ,& restitutio non datur. Sed dicere,quando datur restitutio,quadriennium,quod competit ad petendum restitutionem,est vtile,nec currit ignoranti,in hoc nulla est contrarietas; quia illud intelligitur in casibus in quibus restitutio competit: & in hoc q̃ quadriennium non currit,nisi a die scientiæ,Alexan.nunquam fuit contrarius,sed semper sequutus est Bal. in d.l.falsam.C.si ex falsis instrum.Abb. in d.c.1.in fin.de prescrip. in alio tamen fuit Alexan.contrarius;quia in d.cons.151. colum.fi. in cons.163.colum.3.lib.2. tenet non competere restitutionem in integrum aduersus prescriptionem quadraginta annorum.Idem tentat idem Alexan.licèt non ponat pro cõstanti in d.l.3.§.Labeo. in fin.ff.de acquiren.possess.& in d.l.cum filius. §. in hac.ff.de verb. oblig.sed idem Alexan.in cons.71.colum.2.in d.cons.84.colum.2. lib.1.in cons.169.colum.fin.lib.2.& in d.cons.116.lib. 5.tenet, q̃ datur restitutio secundùm communem opinionem.Eandem opinionem. q̃ detur restitutio aduersus prescriptionem quadraginta annorum, tenet Socyn.in cons.80. colum.fin.lib.3. & in cons.66. colum.2.post medium.lib.4.in eandem etiam opinionem videtur inclinare idem Socyn.in dicta l.cum filius.§.in hac. in fin.ff.de ver. oblig.qui tamen Socyn. etiam contrarius sibi fuit,& contrarium tenuit in cons.164.in fin.lib.2.in cons.2.colum. pen. circa med. &
47 in cons.38.in fi.lib.3.Contrarius † etiam fuit sibi Decius:nã in consil.373.& in l.2.col.2.circa medium,C.qui admitti.tenet, q̃ nõ detur restitutio aduersus prescriptionem quadraginta annorum. sed idem Dec.in d.cons.36. colum.fin. in cons.164. colum.pen.in fin. verb.& ex his breuiter.& in cons.267.colum.fin.refert & sequitur Alexan.in dictis consilijs, in quibus tenuit restitutionem competere. Variauit etiam in hac quæstione Gozadinus. nam in cons.8.in fin.& in cons.68.colum.4.circa med.tenet, quòd non datur restistitutio aduersus prescriptionem 40.annorum: sed idem Gozad. in cons.56.colum.3.circa med.tenet, q̃ datur secundùm veram & communem opinio.Contrarius etiam sibi fuit Alexan.nã in consil.13.colum.fin.tenet restitutionem in integrum competere ex capite ignorantiæ,etiam aduersus prescriptionem centenariã. Sed q̃ non detur restitutio aduersus prescriptionem quadragenariã, tenet Alexandrinus in cons.12.in fin.in cons.56.circa finem,& la-
48 tius in cons.97.Heu miseros † litigantes,qui in manus inciditis Doctorum,qui leges circunferunt in ambabus(quod aiunt)manibus. Pudet me tantæ Doct.varietatis,qui apud vulgus intellectus velocitatem non considerans, eris consulendo rationem habuisse visi sint potius quàm varietatis, cur non opin. vnam alteram electam habuerunt, quam firmiter tenerent, aut si mutatio opinionis melior visa est, cur mutationis & varietatis non reddiderunt rationẽ.

49 In qua difficultate † considerandum est, quòd in ecclesia res nõ habet dubium, quòd restituatur aduersus prescriptionem quadragenariã,vt per Dec.in d.cons.vigesimonono. & in ecclesia etiã loquitur Alexand. in d.cons.150. lib. septimo. idem est in minore; quia si contra eum perfecta esset prescriptio.40. annorum inchoata contra defunctum,restitueretur in integrum.Socy.in cons.153. col.10.versic.ad secunda vero.& in cons.299.ante fi.lib.2.Idem in
50 ciuitate Socy.in d.cons.66.colum.2.lib.4.Sed difficultas † est in priuato maiore, an restituatur in integrum ex causa ignorantiæ probabilis?Hic Doct.laborant,& supra visum est de contrarietate.Breuiter ego puto, q̃ si ignorantia sit probabilis,competat restitutio, quam opin.tenuit Alex.in d.cons.71.in cons.84.lib.1.& in d.consil. 169.colum.fin.lib.2.& in d.cons.116.lib.5.eandem opinionem tenent plures Docto. super relati:& licèt Decius in d.cons.29. voluerit euitare authoritatem Alexan.dicendo, quòd loquitur in ecclesia. Dico, quòd ista responsio non valet:quia Alex.loquitur etiam in laycis: & clarè id apparet in d. cons. 116. lib. 5. Rursus consideranda est ratio Alexan.in dictis consilijs; quia ignorans dicitur impeditus iusto & legitimo impedimento facti, ob quod restitutio datur etiam laycis maioribus, quæ ratio non erat necessaria in ecclesia; quia restituitur propter solam læsionem, etiam cessante ignorantia. Ideo posito quòd loqueretur Alexan.in ecclesia solũ,
51 tamen attendi † debet ratio dicti Alexan.non eius dictum; quia ratio ampliat dictum l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg. secundo. & quando ratio est generalis,illa attenditur in omni casu, in quo militat.Bar.in l.pater filium.§.fundum.in fin.ff.de leg.3.Bald.in l. voluntas.colum.fin. C. de fideicom.& potius attendi debet ratio dicti,quàm cortex verborum.Bal.in cons.67. Dominus Papa.col.2. lib.2. per tex. in l.ita autem. in princ.ff.de adminis.tuto.in l.milites agrum.ff.de re mili.& no.in l.si is qui animo.ff.de acquiren. possess. & ratio statuti ampliat statutum.Bald.in cons.285.Si quis. colum. secunda.circa fi.lib.3.per l.non solum.§.qui primipilum.ff.de excu-
52 sat.tut. Sunt † enim tria, quæ vnum & idem operantur, verbum, ratio,& mens: & talis præsumitur voluntas,aut mens, qualis per verba,aut rationem declaratur. Bal.in cons.2.Verba statuti. col.secunda.lib.primo.& cum ratio ignorantiæ aut impedimenti,quod resultat ex ignorantia,allegata per Alexan.militet etiam in prescriptione quadragenaria contra laycum maiorem, perinde est, ac si
53 talis casus expressus fuisset per Alexan.quia † expressum id dicitur, in quo eadem viget ratio pulchrè Abbas in cons.75. colum.3.lib. 1.Bald.in cons.384.Statuto ciuitatis cauetur, quòd nullus.colum. 2.lib. 5. Eandem opinionem, quòd restitutio competat aduersus
54 † prescriptionem quadragenariam etiam maiori, voluit Alexand. in cons.8.colum.fin.lib.3. dum vtitur verbis vniuersalibus, quòd contra quamcunque aliam prescriptionem competit restitutio. Qui enim totum dicit, nihil excludit l.Iulianus.ff.de legat.tertio.l.a procuratore.C.mand.cum simil.Eandem opinionem tenẽt plurimi alij Doct.supra commemorati, & alij, quos Boer.refert in dict. decisio.39.

55 Secundo considero pro hac opi. quòd etiam Doct. † tenentes non dari restitutionem contra prescriptionem 40. annorum, tamen pro maiori parte tenent illam competere contra prescriptionem triginta annorum,& in hoc non est dubium,quin opinio cõmunis sit cum Bart.in l.1.§. si quis autem.ff. de itin. actuque priua. & in d.l.cum filius.§.in hac.ff.de verbo.oblig.& in 30.annis hoc firmat Decius in dicto cons.29.Modo dico, quòd ratio allegata per Bart.& Docto. communiter pariter militat in prescriptione quadragenaria,nec Docto.id negant: modo dico,quòd ex identitate rationis idem dici debet in prescriptione quadragenaria, per ea quæ statim dixi de identitate rationis, & latius supra dictum est in materia extensionis consuetudinis. Itaque tota difficultas consistit in respondendo ad text.in l.omnes.C.de prescrip.30.vel 40. anno. quem Dec.multipliciter ponderat, & inducit in dicto consil.29.& vult Dec.quòd quicquid deerat ad tollendum actiones,& eas prescribendum,per l.sicut.præcedentem,id suppletum sit per d.l.sicut. restitutio in integrum non esset sublata ex capite ignorantiæ, tamen sublata sit per dicta l.omnes,Sed parcat mihi Decius;quia ista
56 † inductio videtur nimium extranea; quia fateor, quòd mens illius l.omnes.fuit supplere dicta l.sicut.adeo quòd omnes actiones & omnia iura, quæ non comprehenderentur per dictã l.sicut. essent comprehensa per dictã l.omnes.ita vt mera & finis omnium iurium circunscriberetur spatio quadraginta annorum: sed intentio illius l. sicut. non fuit tollere remedium restitutorium, quod posset competere aduersus prescriptiones legitimè completas ex
57 causa iusta & rationabili.Et quòd istud sit verum,ostendo vno fundamento æneo & aggeribus Taurini efficaciore, & consideratio & ponderatio Decij vera sit, sequetur vna correctio communis conclusionis, quæ habet, quòd quadriennij tempus concessum a lege ad petendum restitutionem in integrum, est vtile, & solum currit a die scientiæ, adeo quòd etiam vsque ad centum annos restitutio peti posset, vt supra abunde vidimus, quam conclusionẽ ipsemet Decius secutus est, in consil.36.colum.fin. & in cons.42. in fin.supra alleg.modo si per d. l. omnes. dicatur sublatum etiam remedium restitutorium, dico quòd lapsis triginta annis, & sic completa prescriptione triginta annorum, contra quam Docto volunt communiter dari restitutionem in integrum, tempus petendæ restitutionis finietur decennio, etiam præsupposita milies ignorantia probabili; quia post quadraginta annos frustra quæritur de restitutione in integrum,cum illa sit sublata per d.l.omnes. secundum Decij ponderationem, & vellem,quòd aliquis bis, ter, quater subtilis responderet ad hoc argumentum.

58 Tertio contra † Decium & alios tenentes restitutionem in integrum non competere aduersus prescriptionem quadragenariã, propter verba vniuersalia, & pregnantia dicta lege. omnes. per quam omnia iura prescribuntur, & publica, & priuata: & quia plenissimam parit securitatem, & quia præscribens tan-

Source : BIU Cujas

to tempore nullam molestiam, & inquietitudinem pati debet l. fi. C. de fundis patri. libro vndecimo. considero, quòd talia verba non sunt sufficientia ad tollendum remedium restitutionis in integrū, nisi specialiter dicatur. Quod probo. Primo ex eo, quòd Baldus scribit in consil. ducentesimotrigesimosexto. Statuto ciuitatis. lib. primo, vbi stante statuto, quòd non possit appellari, querelari, vel de nullitate dici, poterit tamen peti restitutio in integrum, & tamen satis querelat, qui restitutionem petit. Secundo ex eo, quod notat glos. in capitulo coram fœlicis. de in integrum restitutio. vbi, quòd per illa verba generalia, quòd quis molestari vel inquietari non possit directè vel indirectè a quauis persona, non censetur sublatum remedium speciale restitutionis in integrum, quam glo. pro nota. refert & sequitur Aret. in cons. 160. In presenti consultatione. colum. secunda. post med. versic. confirmatur ista responsio. Soc. in cons. 153. colum. 10. versi. confirmatur responsio sua. & in consil. 299. colum. penul. in fin. lib. 2. Ad idem videtur gl. in l. postquam liti. in glo. fin. & ibi Moder. C. de pact. vbi licèt tex. dicat, quòd nulla ratio permittit instaurari litem finitam per renuntiationem litis, glo. tamen dicit, quòd non censetur sublata restitutio in integrum:
59 & illam glos. ibi pulchre exornat Ias. colum. penul. Rursus † cum istud priuilegium restitutionis in integrum sit clausum in corpore iuris, non censetur ei derogatum per quamcunque dispositionē, etiam habentem clausulam derogatoriam generalem, sed derogatio specialis requiritur glo. in l. secunda. §. legatis. in versicu. conueniuntur. ff. de iudic. glo. & Barto. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi opor. ita in restitutione in integrum arguit Crotus in repet. l. nemo potest. col. 26. circa med. ver. 3. fallit. ff. de leg. 1.

60 Quarto † considero, quòd licèt d. l. omnes. vtatur verbis vniuersalibus, illa tamen restringi debent ad id, quod est rationis l. quamuis. ff. de in ius vocand. Bald. in authen. ingressi. colum. 1. C. de sacrosan. eccle. & ibi Dec. colum. 3. in fin. & idem Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legitim. sed nulla ratio naturalis, neque ciuilis dictat, quòd vbi quis fuit ignorans, & sic iustè impeditus, subueniri ei non debeat remedio restitutionis in integrum. aliàs priuaretur iure suo sine causa & sine aliqua sui culpa, cum ignoranti negligentia aut culpa imputari non possit l. argentum. ff. commoda. c. 2. & c. quia diuersitatem. de concess. prabend. sed sine culpa priuari quis non debet iure suo c. cognoscentes. de constit. c. satis peruersum. 56. distin c. inuentum 16. quæst. vlt. & cum ignorans dicatur iustè impeditus l. annus. ff. de calumnia. Bart. & Docto. in l. genero. ff. de infam. iniquum videretur sic impedito non subueniri.

61 Quinto † vbi res dubia esset, in dubio haberi debet interpretatio, vt sit locus restitutioni contra præscriptionem; quia talis restitutio nititur equitati l. denique. & l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maio. præscriptio vero dicitur odiosa; quia qui se fundat ex tempore, dicitur iuuari ex circunuentione temporis §. volumus. in Auth. de his, qui ingred. de appel. And. de Isern. Marti. Laud. & Card. Alexā. in c. 1. in princ. colum. prima. in tit. quo tempore miles. & impium dicitur præsidium temporis, in Authen. vt ecclesia Rom. circa medium. ob id præscriptio dicitur contra naturalem æquitatem. Bald. in cons. 184. Municipal. colum. 1. in fi. lib. 5. Calder. in cons. 5. col. 1. in tit. de rebus eccl. non alienan. & dicit Abb. in cons. 71. colum. 1. lib. 2. quòd præscriptio dicitur odiosa, tanquam absorbens ius alterius §. potest 16. quæst. 3. & quòd præscriptio repugnet æquitati naturali, est glo. in l. 1. quam ibi valde not. Ang. ff. de nego. gest. Ias. in cons. 159. colum. 3. circa med. lib. 2. ob id infert Ias. quòd arbitrator & alij, qui debent iudicare secundùm æquitatem, non debent habere rationem præscriptionis, quod etiā voluit Bologninus in additio ad cons. Ioan. de Ana. in cons. 34. colum. pen. in qua tamen re Ias. fuit sibi contrarius, & contrarium tenuit in cons. 72. in fin. lib. 1. sed istud nō est præsentis speculationis: & dicit Guido Papæ quæst. 409. quòd statutum tollens præscriptionem, dicitur continere naturalem æquitatem, ne quis locupletetur cum aliena iactura. Ex præmissis puto concludendum, restitutionem in integrum competere contra præscriptionem quadragenariam, etiam laycis maioribus ex capite iustæ & probabilis ignorantiæ, quam opinionem dicit veram & communem Boerius in d. decis. 39 col. 4. nu. 6.

62 Hic tamen † aduertendum, quòd cum præsumatur scientia ex antiquitate temporis, vt supra vidimus, non probatur ignorantia petentis restitutionem in integrum aduersus præscriptionem longissimi temporis per eius iuramentum, iuxta nota. in clemen. prima. de iudic. Anchar. in cons. 170. Principaliter contra istos legatarios. colum. fi. Pau. de Cast. in cons. 66. Dubia supra scripta. colum. penult. in octauo dubio, libro primo. Decius in cons. 657. colu. 2. ad fin. per glo. in c. proposuisti 82. distinctio. versic. non probatur, & sic cum præsumptio scientiæ sit contra petentem restitutionem in integrum, fortior requiritur ignorantiæ probatio, vt habetur in c. quia verisimile. vbi Abb. in 2. no. de præsumpt.

63 Sed dubium † nunc est, præsuppositio, quòd competat restitutio aduersus præscriptionem quadragenariam ex capite ignorantiæ etiam laycis & maioribus, intra quantum temporis peti debeat restitutio? Si attendimus ad dictum Bald. in dicta l. fallam. C. si ex falsis instrumen. quòd Doctor. videntur communiter approbare, vt supra diximus, videtur quòd etiam post annos centum peti possit restitutio, præsuppositā ignorantia in præteritum. Sed Boerius in dict. decisione trigesimanona. columna quarta. nume. sexto. vult quòd post centum annos peti non possit, allegat Salycet. in dicta authent. quas actiones. columna secunda. Paris. in dicto capitulo placuit. nume. vigesimo & nume. vigesimosecundo. de præscript. Addo Laso. in consil. 209. columna tertia. post medium. libro secundo. vbi Lalon hoc intrepide tenet; quia talis præscriptio habet vim tituli & priuilegij. ergo absurdum esset, quòd competeret restitutio. fortius voluit Corne. in cons. 244. libro quarto, vbi voluit, quòd licèt non sit decursum quadriennium ad petendum restitutionem in integrum a die scientiæ; tamen cum restitutio in integrum petatur officio iudicis nobili, tali officio præscribitur spatio triginta, aut saltem quadraginta annorum, per dicta l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta anno. Sed istud fundamentum Corne. non videtur bonum; quia in effectu nihil aliud est dicere, quàm tempus petendi restitutionem in integrum, non est vtile, si vult, quòd extinguatur spatio triginta aut quadraginta anno. Nec obstat, quòd officio iudicis præscribitur saltem quadraginta annis; quia fateor, quando tempus illud petendi non est aliter determinatum. Sed sic est, quòd tempus implorandi officium iudicis pro restitutione in integrum, est limitatum ad quadriennium vtile, quod non currit, nisi a die scientiæ, ergo & cete-
64 ra, & sic † fateor, quòd vbi officium iudicis potest implorari, illi regulariter præscribitur saltem quadraginta annis, vt per Bartol. in dicta l. sicut. Anto. de Butr. in consil. vigesimosexto. Iam sic. in prin. Dec. in consi. 266. colum. fin. sed vbi a iure statutum est, quòd tempus implorandi officium iudicis sit vtile, & non currat ignoranti, prout hic, dico, quòd durante ignoranria non præscribitur, nec currit prescriptio. Similiter non videtur obstare argumentum Boerij, quòd hoc modo ecclesia, aut alius, cui datur restitutio, semper restituetur in integrum; quia nescio vnde sumatur tale inconueniens: nam cum currat quadriennium a die scientię, & presumatur scientia ex antiquitate temporis, adeo quòd iuramento probari non poterit, profecto difficilimum videtur obtinere eiusmodi restitutionem in integrum.

65 Non obstat, † quòd hoc modo ecclesia inferior, aut alius priuatus, cui datur restitutio in integrum, erit melioris conditionis, quā ecclesia Romana, cui competit prescriptio centenaria sine beneficio restitutionis in integrum. Quia respondeo duobus modis. Primo, quòd immo inferior ecclesia Romana non erit melioris conditionis, immo ne paris quidem; quia ecclesia Romana seruatur illesa & intacta vsque ad annos centum, ius vero inferioris petit & extinguitur in annis quadraginta ad summū: & licèt ex causa possit restitui in integrum, melius tamen & vtilius multo est illesam ac intactam causam seruare, quàm post illatum vulnus remedium quærere l. prima. C. quan. lice. vnicui. sine iudi. se vindi. Quid enim, si lapsum sit quadriennium a die scientiæ læsionis, quæ scientia de facili presumitur in tempore tam longo.

66 Secundo respondeo, † quòd in hoc argumento presupponitur, ꝙ ecclesia Romana post annos centum non posset in integrum restitui ex causa probabili, ponderando tex. in d. l. fi. C. de sacrosan. eccl. ibi, sed ne videamur in infinitum. & ibi, tunc enim tantummodo terminum suę vitę imponimus, qui tex. comprehendit etiam ignorantes. Ad idem pōderatur tex. in Auth. vt ecclesia Romana. ibi, sed centum tantummodo annorum lapsu &c. & ibi, sed ille seruetur innocentię, qui reuera innoxus sit. Ad idem pōderatur tex. in Auth. hęc cōst. innouat const. ibi, vt sopito hoc temporis spatio, tam personales, quàm hypothecarię in perpetuum conquiescant. quę iura multum vrgent, dicit Boerius contra opinionē Bal. & sequacium, dum volunt, tempus quadriennij esse vtile, & non currere ignoranti, adeo ꝙ si quis staret per cētum annos, antequā peteret restitutionem, adhuc posset petere presuppositā ignorantiā: & sic Boerius in hoc vult duo. Primū, ꝙ ecclesia Romana non gaudeat beneficio restitutione in integrum. Secundum, ꝙ illud tēpus vtile petendi restitutionem in integrum omnino pereat & finiatur spatio annorum centum. Circa primum, si verum sit, sequetur inconueniens, ꝙ beneficium centenarię prescriptionis concessum de gratia speciali in fauorem Romanę ecclesię retorquebitur in eius odium: quia propter tale beneficium amittet beneficium restitutionis in integrum, contra l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore. C. eo. tit. c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. Circa secundum, si verum sit, sequitur vna magna limitatio ad dictum Bald. in d. l. falsam. C. si ex falsis instrumen. communiter approbatum, vt supra vidimus per antiquos & modernos. Non obstant modo ponderationes supra factę, ꝙ res procederet in infinitum; quia nego inconueniens infinitatis. quia, vt dixi, cum currat quadriennium a die scientię, & presumatur scientia ob temporis antiquitatem, adeo ꝙ probatio ignorantię videtur multum difficilis, res non procedet ad infinitum: & si pure erit dare casum probabilis ignorantię post annos centum, puta, quia instrumentum aliquod fuerit repertū apud extraneum, vel forte apud aduersariū, quod occultum factum sit per tantū temporis, vel dolo aduersarij, aut ex odio, aut inimicitia alterius.

Source : BIU Cujas

alterius subtrahẽtis,aut occultantis instrumentum faciens in fauorem ecclesiæ,quid mirum,si lex voluit succurrere ita læsis probabiliter ignorantibus? Quid etiam si per incendium aut bellum instrumẽta amissa sunt,& prothocolla notariorum in locis remotis, aut apud ignotos inueniantur,an non subueniri æquum sit? Iam atten
68 ta † ista consideratione,sequetur & vna maxima limitatio ad regulam d.l.1.in fin. C.de annali exceptio.l.in rebus. C.de iure dotium. vbi,ꝙ prescriptio non currit non valenti de iure agere.Ideo filiofamilias in bonis aduentitijs non currit præscriptio durante patria potestate;quia agere non potest,cum administratio bonorum ad partem pertineat.Similiter mulieri in rebus dotalibus constante matrimonio præscriptio non currit; quia administratio bonorum dotalium ad maritum pertinet, vt habetur in dict.iurib. Similiter ecclesiæ vacanti præscriptio non currit,vel si habeat prælatum inutilem; quia interim agere ecclesia non potuit sine peccato c.1.c.4.& c.ex transmissa.de præscr.c.quia diuersitatem.de concess. præb. Abb.in conf.101.in secundo dubio,lib.1.& in conf.22. Quidam Ioannes. lib.2.Fel.in c.placuit.col.2.in fi.ver. dum Abb. pulchrè de præscriptio.vbi idem vacante imperio. Si enim ad infinitum procedi non debet,& tempus centum annorum dicatur meta precisa omnium actionum,adeo vt in perpetuum cõquiescere eas oporteat,sequetur, ꝙ si filiusfamilias habens bona aduẽtitia fuit in potestate patris longissimo tempore,pura annis quinque supra septuaginta (quod de facili potest accidere) & tertius tenuerit rem aduẽtitiam annis centum sine titulo, tamen solum tenuerit annis vigintiquinq; post mortem patris,sequetur, ꝙ post annos centum filiusfamilias agere non poterit: & sic limitabuntur dicta iura violentia, ꝙ non valenti agere præscriptio non currat, modo possessa non sit res ab alio spatio annorum centum,quæ limitatio & restrictio ad dicta iura non videtur recipienda l.de pretio.ff.de publicia.& si dicatur,iste casus videtur de raro contingentibus, quòd quis non potuerit agere in tempore tam antiquo. Respondeo,quòd etiam videtur de raro contingentibus, quòd in tempore tam antiquo non habuerit quis notitiam de iuribus suis. Immo casus ignorantiæ post tempus tam antiquum videtur de magis raro contingentibus,quàm casus non valenti agere. Aliter etiam respondeo ad istas considerationes & ponderationes Boerij, quòd illa verba vtcunque ampla & prægnantia non sufficiunt ad tollendum beneficium restitutionis in integrum, vt supra diximus.

69 Non † obstat modo argumentum Ias.in d.conf.209.col.3.post medium.lib.2.vbi voluit non competere restitutionem in integrũ aduersus prescriptionem centenariam.aut eam,cuius initij memoria non extat in contrarium; quia talis præscriptio vim tituli obtinet & concessionis,ac specialis priuilegij,& credo, dicit Ias. quòd non reperiretur aliquis Doctor in mundo,qui aliter tenuerit,imo, quòd aliquis sani capitis auderet attentare,quòd detur restitutio in integrum: nam parcat mihi Ias. non videtur bona consequentia, præscriptio tam antiqua vim tituli habet, ergo contra eam restitutio non competit:quia videmus,quòd etiam contra titulum verũ & expresse habitum inter partes datur restitutio vel priuilegio ætatis ex titulo de minoribus,vel ex capite doli, vis, aut metus, aut ex clausula,si qua mihi iusta causa esse videbitur. Similiter datur remedium rescissorium aduersus titulum verum ob causam enormis læsionis,iuxta l.2.C.de rescin.vend.si datur restitutio aduersus titulum verum & expressum ob iustam causam,cui mirum videri debeat,si detur restitutio aduersus titulum tacitum, qui maioris efficaciæ esse non debet,quàm titulus expressus l.qui ad certum.ff.locati. Ad illud, quod Ias.dicit,non reperiri Doctorem in mundo, qui contrarium teneat,immo ne quidem,vt attentare audeat. Respondeo verum esse,quòd 40.annos in ecclesia,aut triginta in alijs non priuilegiatis,& lapso quadriennio a tempore scientiæ, non datur restitutio,sed si lapso tempore præscriptionis ecclesia,aut is cõtra quem prescriptum est, & cui beneficium restitutionis competit,semper fuit in probabili ignorantia,dico,quòd dat tempus petendi restitutionem in integrum, etiam si stetisset quis per annos centum, ꝙ non petijsset,& ꝙ vbi alius Doctor de mundo hoc non tenuisset,nec tenere attentasset,tenuit tamen ipsemet Ias.in d.authen. quas actiones.colum.9.post med.sequendo Bald.in d.l.fallam. C. si ex falsis instrum.itaque ne Ias.sit sibi contrarius,oportet intellige re, quod dicit in d.conf.209.colum.3. post medium.lib.3.nõ com
70 petere restitutionem in integrum contra † præscriptionem tam antiquam, scilicet concurrentibus alijs requisitis ad excludendum talem restitutionem,ideſt, ꝙ lapsum sit tempus præscriptionis, & ẽt tempus quadriennij a die scientiæ ad petendum ipsam restitutionẽ, quo tempore lapso verum erit dicere restitutionem non competere præsupposita millies læsione:& sic fateor, ꝙ non datur restitutio ob causam læsionis tantum. Secus si detur probabilis ignorantia læsionis;quia tunc durante ignorantia tempus non currit. In eccle-
71 sia † tamen est etiam alius casus, in quo non currit tempus restitutionis,etiam data scientia ipsius læsionis, videlicet, quãdo damnum ecclesiæ esset grauissimum & eminentissimum,vt est casus cũ glo. communiter approbata,in c.1.in fi.de restit.in integ. lib.6. tradunt Anto.de But.Abb.& Imol.in c.pen.de rebus eccle.non alie.Rom. in conf.123.col pen.ver.Sed circa idem videndum restat.in consi. 369.in fine quarti dubij.& in conf.407.circa finem. Alex.in conf. 47.col.fi.ver.Nec ad hoc obstat,si dicatur.lib.5.Istud autem damnum grauissimum & eminentissimũ qualiter iudicari debeat,pulchrè tradit Soc.in conf.266.col.10.lib.2.vbi, ꝙ debet intelligi,habito respectu ad vniuersum patrimonium ecclesiæ,non ad rem prescriptam tantum;quia si ad rem illam haberetur respectus, semper damnum esset grauissimum.Debet igitur intelligi,quãdo ecclesiæ patrimonium enormiter diminueretur;quia in re prescripta consisteret dimidia pars,& vltra patrimonium & reditus ecclesiæ,quod totum tamen iudicis arbitrio relinquendum sit.Similiter dicũt Roma.& Alex.non currere dictum quadriennium ecclesię, quando varias mutationes prælatorum sustinuit,ob quas mutationes non fuit facultas iura ecclesię inuestigare: & quia ex tali mutatione præsumitur ignorantia,vt per glo.in d.c.1.de restit.in integ.lib.6. quam etiam pro no.sequitur Dec.in d.conf.36.col.fi. Exprẽmissis repilogando infertur, ꝙ datur restitutio in integrum etiam a duersus prescriptionem 40.annorum ex capite probabilis ignorantię laycis & maioribus non priuilegiatis. Secundo, ꝙ tempus quadriennij ad petendum restitutionem in integrum dicitur vtile & ignoranti nõ currit,etiam si per centum annos petita nõ esset restitutio. Tertio, ꝙ de ignorantia fortiter constare debet per fortes & efficaces coniecturas,& presumptiones iuris;cum præsumptio scientiæ sit contra petentem restitutionem post lapsum tanti temporis. Quarto, ꝙ etiam ecclesię Romanę datur restitutio post finitam prescriptionem annorum centum,si detur probabilis ignorantia lęsionis durante tanto tempore:& idem in ciuitate in illis quatuor casibus, in quibus gaudet prescriptione cẽtenaria,iuxta terminos d.l.fi. C. de sacrof.eccle. Quę omnia tamen, quia subtilia sunt & confusionis difficultatisq; plena,iudicio subijcio melius ac rectius sentientis.Illud saltem prestasse me putem, occasionem subtilius speculantib. datam rem ad splendorem deducendi. Egeret scientia hęc nostra Mœcenate aliquo optimo,qui plures delectos ad explicanda iuris difficilia tantum benigne exhiberet,tuereturve,vt ne opere aut negotio alij cuipiam animum adiungerent. Dici non potest quàm amplum ad vniuersam legalis philosophię rempublicam cõpendium inde accederet.Planè contendunt plerique librorum legaliũ plus satis hodie constare.Sed enim librorum necessitas tanta nunquam visa est,quibus nodi tot inextricabiles dissolui possent.

72 Vigesimoquartò † quęro,visum est supra, ꝙ omnia iura prescribũtur per hanc prescriptionem tam antiquam,cuius initij memoria non extat in contrarium, an ista conclusio patiatur aliquas fallentias aut limitationes,ita ꝙ sit dare casus,in quibus non procedat prescriptio tanti temporis? Dic, ꝙ sic.& primo non videtur procedere contra supremam potestatem concessam Papę vel Cęsari,cũ nullus possit prescribere,ne sit sub Cęsare aut principe c.cum non liceat.de præscrip.vbi Abb.& idem Abb.in c.per venerabilem.colum.fi.qui filij sint legit.Rom.in conf.371.circa finem.ver.dum autem quæritur. Alex.in l.more.col.pen.in fi.ff.de acq. hæred. quam opi.dicit magis communem Soc.in conf.275.col.3.in fi.lib.2 Eandem opin.sequitur Dec.in conf.307.col.3.ver.2.respondetur. Ias. plura adducens in conf.208.col.3.lib.2.& in l.imperium.colum.9. versic.limita istam communem conclusionem.ff.de iurisd.omniũ iudic.socer meus Purpurat.in l.1.col.5. nume. 40. ff.de offic. eius. eandem opi.videtur tenere idem Purpur.in l. imperium. num.159. ff.de iurisdict.omn.iudic.

73 Contrarium, † ꝙ immo præscribi possit aduersus supremam potestatem principis temporalis,tenet Bartol.in l.prima.ff.de aqua plu.arcen.in l.infamem.ff.de publ.iudi. in l.hostes.ff.de captiuis. & in pluribus alijs locis relatis per Fely.in d.c.cum non liceat. colum. quarta.versic. cęterum, dum subdit Abb. de præscript. vbi Felyn. idem tenet & idem Felyn.in c.nobis. colum. secunda. in fi.versic. secunda declaratio.eod.tit.de præscriptio.Abb.sibi contrarius in c. fin.in primo notabili de constit.vbi sequitur Barto.in d.l.infamem & d.l.hostes.& idem Abb.in cap.quod translationem.in primo notab.de offic.delegat.& in pluribus alijs locis adductis per Felyn. in dicto cap.cum non liceat. colum.quarta. Addo Abb.in consil.82. in princ.lib.1.Bar.etiam in d.l.infamem.& l.hostes.sequitur Alexã. in conf.15.colum.2.versic.& satis est,vt prędicta procedant. lib.5. & in conf.11.colum.3. post medium.lib.7. Ias. in conf.70. col.1.in fi.& colum.seq.lib.3.Curt.iun.in secunda parte tracta.feu.quomodo feudum in esse deducatur,in secunda q.prin.carth. 17. Purpur. in dicta l.imperium,nume.174.glo. pragmat.sanctio.in proœmio in verbo, Dei. Ex quibus apparet hanc opinio.esse magis communem quo ad principem temporalem:in Papa enim omnes conueniunt, supremam eius potestatem in spiritualibus præscribi non posse; quia cum sit vicarius Dei in terris, esset præscribere contra Deum, quod est absurdissimum cogitare. In temporalibus autem etiam contra Papam præscribi posset: & profecto si concurrant concomitantia ad præscriptionem istius supremæ potestatis, prout requirit Abb.in dicto capitulo fina.in primo notabi.de constitutio. nescio videre, cur prohibeatur præscriptio; non enim valet illa ratio, quòd non potest quis esse Acephalos, id est, sine ca

Source : BIU Cujas

pite; quia dico, q̃ ipſe prę ſcribens erit caput, prout eſt ipſe Cæſar.
74 Non obſt. † text. in d. c. cum non liceat. de præſcriptio. vbi, quòd
prę ſcribi non poteſt contra obedientiam; quia verum eſt, quam-
diu quis durat ſubditus, non poteſt prę ſcribere, ne ſit obediens
ſuo ſuperiori. ſed ſi gerat ſe pro libero tanto tempore, quod ſuffi-
ciat ad prę ſcribendum libertatẽ; tunc libertate acquiſita per prę ſcri
75 ptionem, non tenebitur amplius obedire; quia † abſurdum eſſet
dicere, quòd libertas præſcribi non poſſit l. 3. §. ſi ſeruus. vbi not.
ff. de acquir. poſſeſſ. ita reſpondet Oldra. in conſ. 172. Quia omnes.
colum. 1. poſt medium. verſic. ad ſecundum, cum dicitur. & col. 2.
in princip. verſic. quod ergo dicitur. & idem Oldr. in conſ. 244. Ad
obiectus. colum. 2. poſt medium. verſic. 3. opponebatur. & in con
ſil. 254. Quia tota. col. 1. & 2. vbi, q̃ libertas & exemptio poſſunt
prę ſcribi. Secundo reſpondeo, q̃ ille text. procedit in obedientia
76 † in ſpiritualibus, quę prę ſcribi non poſſit, quominus quis tenea-
tur obedire Papæ, aut Epiſcopo; quia aliàs eſſet prę ſcribere, ne
quis ſubijciatur Deo. Secus in poteſtate principis temporalis, &
obedientia, quæ ei debetur; quia nihil repugnat, quominus poſ-
ſit quis gerere ſe pro libero contra Cęſarem, & acquirere ſibi alios
ſubditos. Hinc videmus multos eſſe principes, & multas ciuitates,
qui & quę non ſubijciuntur imperio. Tertiam reſponſionem tra
dit Oldra. in conſ. 69. conſueuit. colum. tertia poſt medium, quod
iuri ſubiectionis non poteſt prę ſcribi a priuato, ſed ab alio princi-
pe, aut ciuitate ſic, allegat Archidia. in cano. placuit. decima ſexta
quæſtione tertia, ſed idem tamen videtur in priuato.

77 Secundo, † non procedit prę ſcriptio etiam centenaria & quan-
tumuis antiqua, quando eſſet nutritiua peccati. cap. 1. de conſuetu
di. lib. 6. vbi reprobatur conſuetudo etiam antiquiſſima, q̃ quis
habeat duas dignitates in eadem ecclęſia propter crimen ambitio-
nis, & auaritię, quod in clericis multùm abominantur canones:
ita illum text. declarat & intelligit Curtius iun. or in conſ. 158. col.
quinta. verſic. eſt verum, quòd reperitur. Antiquitas enim tempo
ris peccatum non minuit, ſed auget. capit. cum tanto. in princip. de
conſuetu. hinc videmus, quòd antiqua poſſeſſio non iuuat deten-
torem beneficij ſine titulo valido c. dilecto. de præben. cap. tertio.
de Inſtitu. & c. primo. de regu. iur. lib. ſexto. Calde. in conſ. 9. in titu.
de rerum permut. videmus etiam, quòd non præſcribitur contra
votum, quominus impleri debeat non obſtante temporis antiqui-
tate, capitulo ſicut nobis. in fin. de regular. Idem ſi quis contraxe-
rit matrimonium in gradu prohibito; quia non præſcribit ob tem
poris antiquitatem, vt in tali matrimonio poſſit perſeuerare cap.
non debet. in fi. de conſang. & affin. vbi glo. fi. videmus etiam hoc
ratione, quòd præſcriptio legis iniuſtæ nullo tempore cauſatur. gl.
in c. inter cętera 16. q. 3.

78 Tertiò non † procedit præſcriptio quantumcunque antiqua in
his, quæ poſſideri non poſſunt, puta res ſacra, locus publicus, via pu
blica, quæ ſicut poſſideri non poſſunt per priuatos, ita nec præſcri-
bi. c. cauſam, quæ. vbi Abb. & Doct. de prę ſcrip. vbi layci decimas
non præſcribunt; quia eas poſſidere non poſſunt: & de rebus, quæ
non ſunt in commercio noſtro, & poſſideri non poſſunt, q̃ præ-
ſcribi etiam non poſſint, tradit Bal. in l. omnes. in fi. C. de præſcript.
30. vel 40. anno. Felyn. in rub. de præſcrip. colum. fin. Sed aduerte
79 † circa ea, quæ dicuntur iuris publici & in vſu publico, quòd præ-
ſcribi non poſſunt l. viam publicam ff. de via publ. Nam iſtud vide-
tur procedere, quando talis res eſſet in vſu publico, ita quòd ſine ea
vſus publicus ceſſaret, puta in via publica, quãdo aliter facultas eun
di aut tranſeundi exerceri non poſſet: ſed ſi aliquis poſſediſſet locũ
viæ publicæ longiſſimo tempore, tanquam ſuum proprium bona
fide, ita q̃ vſus publicus non impeditur; quia alibi ſit via, aut iter, vi
detur, quòd proc dat præſcriptio per d. l. omnes. vbi quòd etiam
iura publica prę ſcribuntur ſpatio 40. anno. Itaque text. in d. l. viam
publicam. iudicio meo debet intelligi altero de duob. modis. Vel
quando non mutatur ſtatus viæ publicæ, ſed ſemper durat, licèt
populus ea non vtatur, & aliquis vicinus ſolus vſus ſit; vt tunc alios
prohibere non poſſit. vel & ſecundo, ſi ſtatus viæ publicæ muta-
tus ſit, & aliquis longiſſimo tempore poſſederit bonafide, tan-
quam rem ſuam propriam, quòd non procedat præſcriptio, quan
do per eam impediretur vſus publicus; quia alibi iter aut via non
poſſet eſſe, aut eſſet quidem, ſed cum magna incommoditate, arg.
l. Nepos Proculo. ff. de verbo ſignific. ſuper quibus cogita; quia ab
alio facta non legi, & tamen talis declaratio videtur multum ratio-
80 nabilis. Conſidera etiam, † quòd prohibitio præſcriptionis in his,
quæ ſunt de iure publico, aut de iure gentium, procedit reſpectu
dominij, quod acquiri non poteſt per talem præſcriptionem, ſe-
cus reſpectu poſſeſſionis; quia ius poſſeſſionis acquiri poteſt etiam
in his, quæ ſunt publici iuris, & in vſu publico, puta ſi aliquis ſolus
piſcatus ſit alios prohibendo in aliquo flumine publico, aut mari,
ſeu in aliquo eius diuerticulo. Ideo ſi quis ſolus longo tempore pi
ſcatus fuerit, alios prohibendo, acquirit ius agendi poſſeſſorio cõ-
tra turbantem, & prohibendi alium, antequam intret locum a no
bis poſſeſſum; ita Angel. in conſ. 290. Thema eſt tale, inter cętera
capitula pacis. colum. ſecunda. poſt med. per text. in l. ſi quiſquam.
ff. de diuer. & tempor. prę ſcrip. & per glo. in §. fluminum. in verſic.
omnibus. Inſtit. de rer. diuiſ. quod dictum pro notabili refert & ſe-
quitur Laſ. in l. quominus. colum. 19. verſic. 4. aduer. ff. de flumin.
81 Sed † aduerte pro intelligentia iſtius dicti Ang. quia non puto, q̃
ex eo ſolum, quòd quis ſolus piſcatus ſit in aliqua parte maris aut
fluminis publici, dicatur acquiſiuiſſe poſſeſſionem, vt ſolus piſca-
ri poſſit, niſi alios volentes piſcari prohibuerit, qui tali prohibitio-
ni acquieuerint; quia poſſeſſio ſeu quaſi iuris negatiui, tu non ha-
bes ius piſcandi, paſcuandi, boſcherandi, altius tollendi & ſimiliũ,
non acquiritur ſine prohibitione facta contra volentem piſcari, pa
ſcuare, boſcherare, altius tollere, aut quid aliud facere, cum pa-
tientia prohibiti ſubſecuta, glo. Cyn. Bar. & Docto. in l. prima. C.
de ſeruitu. glo. & Bar. in l. qui luminibus. ff. de ſeruitu. vrba. prædio.
Bar. in l. & ſi fortè. §. ſciendum. ff. ſi ſeruit. vendi. & in l. ſi prius. in
ſeptima oppoſi. ff. de oper. noui nuntia. not. in c. Abbate. de verbo.
ſignific. Pau. de Caſt. in conſ. 205. In cauſa, quæ vertitur coram lo
cumtenente. col. 2. lib. 2. laſ. in §. ęque. col. 6. Inſtit. de actio. Simili-
82 ter poſſet † acquiri quaſi poſſeſſio piſcandi, quando quis haberet
& teneret in flumine publico opus aliquod manu factum ad aquã
& piſces retinendos in d. l. ſi quiſquam. melius, quam Ang. & laſ.
declarat Bellamer. in conſ. 7. colum. 2. vbi q̃ d. l. fin. ff. de vſucap.
procedit, quando quis non erat in poſſeſſione eorum, quę ſunt iu
ris publici; quia non prohibuiſſet alios volentes vti eodem iure. Se
cus ſi longo tempore fuiſſet quis in poſſeſſione alios prohibendo
cum patientia eorum ſubſecuta; quia tunc prę ſcriptio procedit,
per d. l. ſi quiſquam. & licèt Bart. in d. l. ſi quiſquam. & Iaſon in d. l.
quominus. colum. 19. idem generaliter dicant; tamen non declara-
rant, qualiter dicatur quis in tali poſſeſſione, vt ſolus vtatur eo,
quod eſt iuris publici, & in vſu publico. Ex prę miſſa declaratione
83 † infertur, quòd Angel. videtur male locutus in d. conſ. 390. dum
vult, quòd in his, quę ſunt iuris publici, ſolum procedat præſcri-
ptio reſpectu poſſeſſionis, non reſpectu dominij; quia text. in d. l. ſi
quiſquam. generaliter loquens non patitur talem reſtrictionem,
& limitationem, & extranea videtur interpretatio aliquid præſcri-
bi poſſe ſolum reſpectu poſſeſſionis. Et quòd ea, quę ſunt publici
iuris, prę ſcribantur etiam reſpectu dominij, eſt tex. in d. l. omnes.
C. de prę ſcrip. 30. vel 40. anno. Rurſus, ſi talia bona poſſunt poſ-
ſideri, ergo & prę ſcribi: quia iſta ſunt conuertibilia l. ſine poſſeſſio
ne. ff. de vſucap. arguendo a contrarijs. In flumine tamen publi-
co, quod dici poſſet, quòd prę ſcribens non intendit prę ſcribere
aquam reſpectu dominij, ſed ſolum reſpectu iuris piſcandi: reſpe-
ctu enim dominij non videtur conſiderabilis bonafides, cum ſem
per appareat res in ſtatu publico, & hoc modo poteſt procedere,
quod Angel. dicit, prę ſcribi poſſe reſpectu poſſeſſionis tantùm, ſed
adhuc videtur conſiderabilis prę ſcriptio vltra ius poſſeſſionis eo
modo, quo in rebus alienis prę ſcribitur ius ſeruitutis, cuius ratio-
ne competit actio confeſſoria & negatoria vltra remedia poſſeſſo
84 ria. Secundo infertur † ex præmiſſa declaratione verum eſſe, quod
dixi circa tex. in dicta l. viam publicam, quòd videlicet non proce-
dat, quando quis iure proprio & bonafide poſſideret viam publi-
cam, credens ad ſe pertinere; quia tunc cum poſſideatur, prę ſcribi
etiam poteſt, ſicut dicitur in d. l. ſi quiſquam, & quod dicitur in
dicta l. viam publicam. quòd non prę ſcribitur, intelligi debet ceſſan
te poſſeſſione; quia ex eo ſolum, quod quis per tempus quantum
uis longiſſimum acceſſerit ſolus, aut cum ſola familia per viam pu
blicam, ex hoc ſolùm non acquirit poſſeſſionem, licèt alij non
vtantur, ſed ſi alios volentes iter facere prohibuerit, & illi acquie-
uerint, vel ſi locum vię publicę, vt proprium poſſederit bona fi-
de longo tempore, aut ſaltem ſpacio quadraginta anno. per id
quod dicitur in dicta l. omnes. ibi, arando, ſeminando, aut alios
actus poſſeſſorios faciendo: tunc videtur acquiſita poſſeſſio, &
conſequenter prę ſcribi poteſt, & propterea allegatur ille text. in
85 dicta lege viam publicam, quòd ea, quę competunt iure † facul-
tatis, prout eſt ire, agere per viam publicam, non prę ſcribuntur,
puta ſi quis per longiſſimum tempus iuerit per locum vię publicę,
ſed quando poſſidetur iure proprio, & alij ab vſu illius loci prohi-
bentur, tunc non poteſt conſiderari ius facultatis tantum.

86 Sed poſſe † aliquis dubitare circa text. in dicta l. ſi quiſquam. an
illa poſſeſſio ſeu quaſi quæſita ex prohibitione aliorum, ne piſca-
rentur in certa parte fluminis, profit contra omnes, etiam non
prohibitos, an vero contra prohibitos tantum? Ego puto, quòd
ſi talis prohibitio deuenit ad notitiam totius populi aut maioris
eius partis, & nullus contradixerit, quòd acquitatur ius contra
omnes, aliàs contra prohibitos tantùm, cum præſcriptio ſit ſtricti
iuris l. prima. §. Iulianus. ff. de itin. actuque priua. Innocen. in c. dile-
ctus. de capel. mon. Bar. in l cum de in rem verſo. in fin. ff. de vſur.
& ſupra dictum eſt in materia extenſionis conſuetudinis. Immo
Boeri. in ſuis deciſ. q. 125. col. 2. in fin. vult neceſſariam eſſe prohibi
tionem fieri maiori parti, dummodo omnes ceſſauerint & paue
rint: ſed puto ſufficere prohibitionem eſſe factam aliquibus, dum-
modo venerit ad notitiam aliorum, aut maioris partis, cum patien
tia ſubſecuta, ſicut dicitur in conſuetudine, quæ inducitur ex duo-
bus actibus tantùm contra totum populum, quando illi actus
deuenerunt ad notitiam totius populi, aut maioris eius partis,

deinde

Source : BIU Cujas

deinde populus acquieuerit per longum tempus, vt habetur in d.l. de quibus. aliàs raro, vel nunquam posset induci consuetudo, vel possessio acquiri in similibus, & ita bene nota; quia alibi ita declarata non inueni: & mihi magis placet vna bona declaratio, quàm plures & confusæ remissiones, quas plerique Moder. faciunt, quando per extensum funem iter habendum videatur, vt sine cor
87 tice nare non audeant. Quarto † non procedit præscriptio in actu, quem superior facit de plenitudine potestatis, puta si Papa longo aut longissimo tempore contulerit beneficia spectantia ad collationem ordinariorum, ex hoc non præscribitur contra ordinarios, quominus conferre possint. Ratio; quia tali plenitudini potestatis non poterant ordinarij resistere: & sic militare videtur regula dictæ l. 1. in fin. C. de annali exceptio. quòd non valenti agere, nõ currit præscriptio: & quia Papa vtendo plenitudine potestatis, nõ id facit iure ordinario, ergo contra potestatem ordinariam non præscribit: ita Felyn. in d.c. cum nobis. in fi. de præscriptio. Sed quid attinet quærere, an Papa præscribat contra ordinarios, cum in potestate sit Papæ auferre ordinarijs potestatem conferendi, quoties visum fuerit, cum habeat Papa in beneficialibus potestatem plenissimam c. 2. in fin. de pręben. lib. 6. clem. 1. in fin. vt lite penden. & latè dictum est supra in prima parte huius tractat. nu. 38.

88 Quintò † non procedit præscriptio in pœnis spiritualibus. ideo licèt maritus non possit accusare vxorem de adulterio post quinquennium quo ad pœnam legalem l. adulter. C. de adulter. tamen quò ad pœnam spiritualem, vt diuortium fiat, nunquam præscribitur etiam mille annis. glo. in c. admonere. in verbo, pœnitentia. in fin. 33. quæstio. 2. Fely. in d.c. cum nobis. circa fi. in verbo, & scias, qꝙ in pœnis. de præscriptio.

89 Sextò † non procedit in re affecta vitio reali, puta spolij, quę nõ præscribitur etiam per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Alex. in cons. 13. colum. 4. in fin. Sed contrarium puto verius: quia vitium reale non consideratur, nisi in bonis mobilibus quò ad vsucapionem triennij, secus in præscriptione longioris temporis 30. aut 40. annorum, quæ procedit etiam in bonis mobilibus, non obstante vitio reali. glo. in §. furtiuæ. in versi. prædicto. Institu. de vsucap. Bertach. in tertia parte sui repertorij, in versic. prę scriptio de quibus. versic. 56. Nec obstat, quòd possessio violenta non potest confirmari rescripto principis l. authoritate. vbi Bar. & Doct. C. vnde vi. ergo nec præscriptione: quia fateor, quòd violentus, aut alius habens notitiam violentiæ, & existens in malafide non poterit præscribere, sicut nec impetrare confirmationem possessionis violentæ. Secundò, d.l. authoritate. non procedit, secundum Salycet. ibi, quando quis post spoliationem impetrasset rem a spoliato, habente notitiam spoliationis veram vel præsumptam, quæ scientia præsumitur ex multo tempore, sequitur Alex. in consil. 92. colum. pen. lib. 6. sed tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim tituli, & perinde est, ac si spoliatus titulũ, contulisset post spoliationem.

90 Tertiò † considero, non esse bonam consequentiam, princeps non potest confirmare possessionẽ violentam, ergo præscribi non potest; quia plus potest præscriptio ad præiudicandum tertio, & domino rei, quàm rescriptum, aut prinilegiũ principis: nam princeps non potest auferre rem suam alteri sine causa, vt habetur in l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & tamen per præscriptionem tollitur notorie ius alterius: in præscri ptione etiam videtur inesse consensus alterius & vim pacti præscri ptio habet, seu pacto æquiparatur. Bald. in cons. 315. Ponitur, quòd antiquitus. col. 1. circa med. lib. 3. & in cons. 42. Subtiliter. col. 2. lib. 4. Nimirum igitur si per præscriptionem facilius tollitur ius alterius, quàm per rescriptum principis. Partes enim paciscendo de rebus suis expresse vel tacite, possunt sibi præiudicare, ob id transactio tolli potest per consensum partium l. si diuersa. C. de transact. & tamen non tollitur transactio per rescriptum principis l. causas, vel lites. C. de transact. Similiter partes possunt renuntiare exceptioni peremptoriæ expressè vel tacitè, non opponendo l. peremptorias. C. sent. rescrind. non pos. & tamen exceptionem peremptoriã non potest princeps tollere c. ex parte secunda. de foro compe. ubi Anto. & Docto. & ita in simili arguit Iaſ. in l. 1. §. fi. col. 4. in fin. ff. de
91 verb. obliga. Ex † alio etiam præscriptio est fortior rescripto principis ad præiudicandum tertio; quia præscriptio est inducta per viam legis generalis, sine dubio potest auferri ius tertij l. venditor. §. si cõstat. ff. com. præd. l. Antiochensium. ff. de priuil. cre. Bar. in l. omnes populi. in fi. 5. q. princ. ff. de iust. & iur. & clarius in cons. 172. Dubia. colum. 1. Alex. in cons. 190. Mature. col. 4. ver. ad tertium argumentum respondeo. lib. 2. quod est repetitum in cons. 109. Vitis
92 his. lib. 3. Imol. in cons. 34. in primo dubio. Concludo † igitur rem affectam vitio reali præscribi posse spatio 30. aut 40. anno. cum bonafide, per glo. in d. §. furtiuæ. in ver. prædicto. & multo fortius præscriptione antiquiori: & sic vitium reale non impedit præscriptionem in possessore bonæfidei, sed eam differt in longius tempus.

93 Septimò † non procedit præscriptio etiam antiquissimi temporis, quando præscribens esset incapax iuris, de cuius præscriptione agitur, Puta, si simplex sacerdos velit præscribere id; quod est ordinis episcopalis, ut ius chrismandi c. quanto. vbi Abb. in primo notab. de consuet. vel si laycus velit præscribere ius conferendi beneficia, ut habetur in c. secundo. de præben. lib. sexto. uel si laycus uelit præscribere ius decimarum c. causam. de præscrip. ubi Docto. & quòd data incapacitate cesset præscriptio, tradit Rota decis. 841. colum. 1. in antiqu. Dec. in authen. ingressi. colum. 3. C. de sacrosa. ecclesijs. ubi, quòd non valet consuetudo, quòd monachus testari possit, vel quòd proprium retinere possit; cum talis consuetudo repugnet, nec possit reddere monachum capacem bonorum, qui ex regula incapax sit. Priuilegium tamen Papæ est in hoc po
94 tentius consuetudine; † quia Papa potest dare priuilegium laycis conferendi beneficia, immo etiam mulieribus. capitu. dilecta. de præbend. capitulo dilecto. de testibus. capitul. is cui. de præbend. libro sexto. Cardina. in cons. 126. Similiter potest Papa dare licentiã testandi monacho, ut per Deci. in dict. authenti. ingressi. columna tertia. Aequè potest Papa concedere ius decimandi layco. capitu. quamuis. de decimis. nec in dicto c. causam. de præscript. itaque ubi consideratur incapacitas personę, priuilegium superioris fortius est ad tollendum incapacitatem, quàm consuetudo aut præscriptio. idem quando consuetudo damnatur a iure: nam ualet priuilegium, ubi consuetudo reprobata ualere non potest capitu. cum salis. de offic. Archid. iuncto capitu. cum uenissent. de Institut. per quę iura ita dicit glo. prag. sanctio. in titu. de causis. §. statuit. in uerbo, priuilegio. fol. 110.

95 Cessante † autem incapacitate aut reprobatione consuetudinis fortior videtur consuetudo, quàm priuilegium: nam consuetudine derogari potest iuri tertij, & illud in totum tolli, secus in priuilegio, ut in præcedentibus vidimus. Rursus consuetudo aut præscriptio nititur iuri cõmuni, priuilegium autem iuri speciali, quod est debilius iure communi. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milit. & sic facilius tollitur ius quæsitum priuilegio, quàm consuetudine aut præscriptione: & ita arguit Deci. in capit. nouit. colum. septima. super gl. in uerbo consuetudinem, de iudi. & quòd ius quęsitum priuilegio tollatur facilius, quàm ius quęsitum consuetudine, tradit Innocent. in capitu. accedentibus, versic. vnde sic forte. de priuileg. sequitur Felyn. in capitu. accedentes. columna quinta. in fin. de præscriptio. Præmissa conclusio, quòd incapacitas non tollitur per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, recipit aliquas declarationes & limitationes, de quibus per Moder. in dicto capit. causam. & capit. accedentes. de præscri-
96 ptio. quas hic non transcribo: illud tamen † non omitto inquantum Fely. in dicto capitu. causam. colum. tertia. post med. ver. puto, sustentabilem opin. Abb. in dict. capit. accedentes. colum. quinta. versic. sed diceres, præsumitur titulus. de præscription. voluit, quòd materia non præscriptibilis efficiatur præscriptibilis, quando quis non fundat se principaliter super præscriptione, aut tempore, sed super titulo, quem allegat. & ad eius probationem inducit tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium: quod etiã voluit Alexand. in cons. 74. colum. tertia. in fin. versic. accedat ad hoc, quod voluit, lib. quarto. Curtius iunior in cons. 158. colum. quarta. in fin. Purpur. in l. imperium. nume. 192. ff. de iurisdict. omn. iudic. ubi allegat Barba. in cons. 35. colum. 2. & 3. lib. 2. nam istud dictum videtur dubilabile in materia non præscriptibili, per ea, quę supra dixi. 11. q.

97 Octauò † non procedit præscriptio etiam antiquissima in his, quæ non sunt concessibilia. Bellamera in cons. 27. colum. secunda. in princip. per l. comperit. C. de præscript. 30. vel 40. anno. sic etiam arguit Felyn. in dict. cap. causam. colum. 3. versic. non dicas, de præscriptio. vbi, quòd competentia ex priuilegio, & sic concessibilia sunt præscriptibilia data capacitate, ergo idem econtra arguendo a contrarijs, & ab oppositis l. prima. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. cum simi. Sed aduerte; quia istud dictum videtur procedere respectu concedentis tantùm, vt quę superior expressè, si vellet, concedere non posset, ea præscribi non possint contra eum, sed quò ad alias personas, & alias res, hoc non videtur procedere. Verbi gratia. princeps non potest auferre rem suam alij, & eam alteri concedere, & tamen præscribi potest talis res contra dominum. Secundò intelligi debet, quando aliquid omnino est concessibile, & respectu dantis, & respectu accipientis, secus si ex parte dantis. Verbi gratia. Prohibetur quid alienari per legem aut testatorem, tamen quia accipiens non est incapax talis iuris, poterit præscribi longissimo tempore, saltem quadraginta anno per ea, quæ habẽtur in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. primo. & in effectu istud dictum Bellameræ videtur intelligendum, quando res omnino & in omni causa non est alienabilis, secus si in aliquo casu; quia tunc videtur præscriptibilis, sicut res prohibita alienari extra familiam, quæ potest alienari illis de familia consentientibus.

98 Nonò † non procedit præscriptio etiam antiquissima, cuius initij memoria non extat etiam in contrarium, in his, quæ sunt mere voluntaria, aut facultatis: Puta, si per centum annos & vltra aliqui iuerint ad molendum in molendino alterius, vel ad coquendum in furno alterius, & hoc cogi in futurum non possunt, vt ibidem molant, aut coquant; quia ex talibus actibus mere vo-

Source : BIU Cujas

luntarijs poſſeſſio aliqua nõ quæritur l. Proculus. ff. de dam. infec. l. 1. §. denique Marcellus. & l. ſi in meo fundo. ff. de aqua pluuia arcend. l. 2. ff. de via publica. Innoc. in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſeſ. & proprie. vbi de eo, qui longiſſimo tempore amicum hoſpitatus eſt ex mera facultate & amicitia, quòd non cogitur in futurum, nec ius aquiritur, tradit Cy. in l. 1. & 2. C. de ſeruitu. & aqua. & in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Abb. in c. quod tranſlationẽ. de offic. delegat. in c. ſignificante. de appella. in c. Abbatẽ. col. 2. de verb. ſign. in conſ. 101. col. 3. poſt med. verſ. quinimo poſſet attentari lib. 1. quod eſt repetitum in conſ. 57. lib. 2. Barba. in conſ. 51. col. 10. lib. 11. Corn. in conſ. 296. col. pen. lib. 4. Dec. in conſ. 8. col. 3. in fi. verſic. quarto & vltimo dici poteſt. in conſ. 175. col. 6. verſic. præterea licèt ſummus Pontifex. & in conſ. 215. col. 2. in fin. infertur ex hoc dicto, ꝙ beneficium manuale non efficitur irreuocabile, ex eo, quòd prælatus illud nunquàm reuocauerit; cum reuocatio eſſet in mera facultate ipſius prælati. Abb. in c. Ioannes. in fi. de cleric. coniuga. & in c. ad noſtram. vbi etiam Dec. colum. 3. in fi. de confir. vti i vel inutili. Infertur etiam, quòd ſi rector eccleſiæ conſueuit habere certos coadiutores, quos nunquam remouit ſine cauſa, ex hoc non inducitur præſcriptio, quominus remouere poſſit: quia illud fuit ex eius voluntate, & de honeſtate. Anto. de Butr. in conſi.

99 3. colum. 2. in fi. quod eſt repetitum in conſ. 51. Sed hic † dubitatur, an talia quæ ſunt mere facultatis, præſcribi poſſint? Dic quòd ſic, interueniente prohibitione præſcribentis, & patientia aduerſarij per tempus ſufficiens ad præſcribendum, puta volebam alibi molere, aut coquere, tu me prohibuiſti, acquieui tali prohibitioni tempore longiſſimo, ex hoc actu prohibitionis & cum patientia ſubſecuta ſtatim quæſita eſt poſſeſſio, ſeu quaſi prohibenti: & deinde præſcriptio. l. hæc autem. ff. de ſeruitu. vrba. prædio. gl. & Doc. in l. qui luminibus. eod. tit. l. ſiquis diuturno. ff. ſi ſeruitu. vend. Abb. in d. c. ſignificante. in primo notab. de appel. in c. fin. in fi. de reſtitu. ſpolia. & in d. c. Abbate. colum. 2. de verbo ſignific. Ias. in d. l. quominus. colum. 5. in fin. verſic. ſecundo confirmatur iſta pars. & ibi Ripa. colum. 26. poſt med. ff. de flumini. Guido Papæ quæſt. 298. & quæſtio. 631. colum. 13. Brunus Aſtenſis in conſ. 59. Ex premiſ-

100 ſis † reddi videtur dubitabile dictum Bal. in l. male agitur. colum. 3. verſic. ſi vero conductio. & in d. l. omnes. col. 2. verſic. exemplum, colonus. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum. vbi licet colonus nunquàm preſcribat rem contra dominum, niſi interuertat poſſeſſionem, per d. l. male agitur. tamen ſi conductor aut colonus tenuit rem longiſſimo tempore triginta vel quadraginta annorum, ſoluendo ſingulis annis certam & vniformem penſionem, puta dimidiam partem fructuum, licèt non præſcribat ipſam rem; tamen præſcribit ius coloniæ perpetuæ, vt dicatur colonus perpetuus, & expelli non poſſit: & hoc quando ab initio conduxerat quis rem per modicum tempus, ſecus ſi ad annos triginta vel quadraginta. quia tunc etiam ius coloniæ non præſcriberet, cũ antea expelli non poſſet. Idem voluit Ang. in d. l. malè agitur. col. 2. ſequitur Alexã. in l. item quæritur. §. qui impleto. in prima additio. ad Bar. ff. locati. Bertachi. in prima parte ſui repertorij, in verbo colonus. verſic. 11. nam ꝙ colonus tanto tempore ſteterit in colonia, hoc fuit eſt mera voluntate & facultate vtriuſque partis. ergo obligatio aliqua aut præſcriptio induci non potuit, neque ex parte coloni, ꝙ teneatur ſtare, neque ex parte domini, quòd non poſſit remouere; quia ex actibus mere voluntarijs præſcriptio non induci-

101 tur. vt ſupra dictum eſt. Secundo † contra hoc dictum Bald. & ſequacium videtur facere tex. in l. voluntarie. C. de excuſa. tuto. ubi quod ex actu voluntario nullum infertur præiudicium facienti. Ideo ſi exemptus a muneribus ſponte onus aliquod ſuſtineat, non præiudicat ſuo priuilegio, vt in futurum ſoluere teneatur: ita per illum tex. tradunt Moder. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.

102 Tertio † actus noſtri voluntari, qui ex aliquo facto tacite arguuntur, reſtringi debent ad limites ipſius facti, nec amplius extendi debent. & eatenus præiudicat voluntas tacita, quatenus extenditur factum, ex quo voluntas colligitur, & non plus l. 1. §. Iulianus. vbi Bar. ff. de itinere actuq; pri. l. operis nõ poſitis. ff. de operis liber. l. fi. C. ne vxor pro marito. Bar. in l. Titium. & Męuium. §. altero. col. fin. verſic. ad quod dico. ff. de admin. tutor. & in l. ſi patruus. in fi. C. commu. vtriuſque iud. c. ſolicitudinem. de appell. Dec. in conſ. 72. colum. fi. modo conſenſus domini tacitus, quòd colonus perſeueraret in iure coloniæ, non debet præiudicare domino vltra tempus, per quod paſſus eſt, ſed ad illud reſtringi debet; patientia enim non egreditur ſuos terminos, ideo ſi quis quid patiatur circa vnam perſonam, vel rem, ad aliam non extenditur. Alex. in d. conſ. 1. col.

103 11. lib. 5. Quarto † nos habemus, quòd actus tacitus difficilius extenditur, quàm expreſſus. glo. in clemen. ſæpe. circa fin. in verbo, partibus. de verbo. ſignificat. quam pro notabili refert & ſequitur Paul. de Caſt. in conſ. 65. Viſo quodam libello. colum. 3. in fin lib. 1, & in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. om. iudic. Roman. in conſ. 133. In propoſito caſu. Alexan. & Dec. in l. 1 §. 1. ſuper glo. in ver. ſiquis. ff. quod quiſque iuris. Dec. in c. 2. colum. 21. in fi. ver. vlterius & tertio. de iud. & in c. dilecti. 2. in 2. notab. de appella. Ias. in l. cum quid. colum. 3. in verſic. quarta concluſio. ff. ſi cert. petat. in ſecunda le-

ctura, & dixi ſupra hac eadem parte. Modo Bald. & ſequaces vo-

104 lunt, ꝙ ſi dominus † locaſſet coloniam ad annos triginta aut quadraginta colono, non præſcriberet colonus ius coloniæ: & ſic per expreſſam locationem tanti temporis non eſſet acquiſitum ius coloniæ, ergo multominus dicendum videtur acquiri ius coloniæ per tacitam locationem, ex eo, ꝙ finito tempore locationis expreſſe patiatur dominus colonum remanere, cum difficilius extendi videatur tacita locatio, quàm expreſſa. Et ſi dicas, diuerſa eſt ratio inter expreſſam locationem, & tacitam; quia in expreſſa fuit limitatum tempus, & ante finem illius temporis colonus expelli nõ poterat. Reſpondeo, ꝙ etiam in tacita limitatum dicitur tempus ad terminos patientię, quandiu dominus paſſus fuerit; quia conſenſus tacitus reſtringitur ad limites patientiæ, ex qua cauſatur, ut ſupra dictum eſt, & licèt in tacita locatione potuerit colonus expelli ante annos triginta aut quadraginta, tamen hoc in conſideratione haberi non debet, ex quo voluntarie toleratus eſt. Quinto in terminis quæſtionis Baldi quando colonia locata eſt ad certum & modicum tempus, & finito eo colonus in ea manet. Iſtud eſt in vim tacitæ reconductionis l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. Sed certum eſt, ꝙ ſi dominus expreſſe relocaſſet coloniam per tantundem temporis aut amplius, non eſſet acquiſitum colono ius colonię, quomodo igitur dici poteſt illud cenſeri acquiſitum ex conductione aut relocatione tacita l. qui ad certum. ff. loca. finge, ꝙ dominus relocauerit de triennio in triennium, vel de quinquennio in quinquennium, vel de decennio in decennium, ita ꝙ ex talibus & expreſſis relocationibus tenuerit quis coloniam per annos centum, diceturne acquiſitum ius coloniæ, ita vt colonus ab ea remoueri non poſſit? Equidem neminem arbitror id auſurum pronuntiare, & tamen iſto caſu poterat dominus non relocare, poterat colonum expellere ante annos triginta, non expulit, ſed expreſſe confirmauit. Iſta expreſſa confirmatio non confert ius coloniæ

105 perpetuæ, ergo illud conferet confirmatio tacita. Iſtud tamen † argumentum poteſt euitari in materia præſcriptionis, in qua potentius videtur tacitum, quàm expreſſum; quia vbi eſt expreſſa relocatio ad tempus, ibi eſt recognitio temporalitatis; quia fatetur conductor ſe colonum ad tempus, quæ recognitio impedit preſcriptionem, cum non teneat vt colonus perpetuus. Immo talis recognitio præſcriptionem iam cœptam interrumpit l. in contractibus. C. de non nume. pecu. l. cum notiſſimi. §. immo. ubi gloſ. in verſic. innouata. C. de preſcript. 30. vel 40. anno. Ias. in l. qui bis idem. col 6. verſic ſecundo modo. ff. de verb. oblig.

106 Sexto † nos habemus, ꝙ tacita reconductio, aut refirmatio cõtractus cenſetur facta ſecundùm formam & modos ipſius contractus expreſſi. Ideo omnes qualitates precedentis contractus cenſentur repetitę in contractu, qui tacitè renouatur, excepto tempore l. legem. vbi Bald. C. locati. Alex. in conſ. 28. Ponderatis. in fin. lib. 4. Ias. in conſ. 3. col. 2. lib. 3. Idem in renouatione contractus expreſſe facta; quia intelligitur facta ſecundùm qualitates contractus renouati, ſi de diuerſitate non apparet. Bar. in l. ſi mihi, & tibi. circa fin. ff. de verbo. obligat. Anchar. in conſ. 30. Dubitari ſolet. colum. fin. in tertio dubio. Dec. in cõſ. 407. colum. 3. poſt med. Ergo ſicut ex forma precedentis & expreſſę locationis poterat conductor aut colonus expelli finito tempore ſuæ conductionis, idem videtur dicendum in tacita reconductione, ꝙ finito tempore vſque ad quod cenſetur facta tacita reconductio, poſſit colonus expelli. vnde cum tacita reconductio in prędijs ruſticis ſolum cenſeatur facta vſque ad annum, licèt expreſſa facta ſit ad maius tempus, vt not. in d. §. qui impleto. & in d. l. legem. Alexan. in d. conſi. 28. in fin. lib. 4. Socyn. in conſ. 17. in princip. lib. 3. dicendum videtur, liberum eſſe domino colonum expellere, quandocunque voluerit poſt

107 ſingulos annos finitos. Septimo † pro hoc videtur text. in l. in rebus. §. fin. ff. de precario. vbi ſi is, qui precarium ad tempus rogauit, finito tempore rem adhuc teneat patiente domino, dicitur ibi, quòd cenſetur precario tenere, & ſic reuocari poterit ſecundum naturam precarij. Nec diſtinguit ibi text. de tempore, ſed generaliter loquitur. Ex qua generalitate infertur, quòd licèt teneat quis rem longiſſimo tempore finito precario, non ob id acquirit ius

108 in re, quominus reuocari poſſit. Octauo † dictum Bald. poſſet procedere, quando non appareret de aliquo titulo conductionis precedentis, ſed ſimpliciter quis tenuiſſet rem tanquam colonus longo aut longiſſimo tempore ſoluendo in annos ſingulos certam & uniformem penſionem: nam ex temporis diuturnitate preſumi poſſet ius colonię perpetuę. ſed quando apparet de titulo precedenti, & expreſſa locatione; tunc preſumitur perſeuerat um in colonia in uim illius tituli, & ex tacita eius renouatione l. quædam mulier. ff. de rei uendic. l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. a primordio enim tituli poſterior formatur euentus l. 1. circa fin. C. de impo. lucrati. deſcrip. lib. 10. & ſic ſecundum naturam & qualitates talis tituli uidetur, quòd remoueri colonus poſſit, finita eius conductione tacita uel expreſſa; omnia enim ad id referuntur, unde uim capiunt & originem l. in ratione. §. ſi filio. ff. ad legem Falcid. & cauſa prima ſemper intuenda eſt, & ſecunda cauſa operatur quantum ſibi a prima influitur, & non ultra l. ſi quis domum. ff. locat. l. pęto.

§. præ-

Source : BIU Cujas

§.prędium.ff.de leg.2. Pro hoc quod multum in proposito scribit
109 Roma.in consi.314.vbi licèt † mulier prędumatur dare omnia bona sua in dotem, tamen hoc fallit, quando mulier nubens esset minor; quia sicut expresse dare non posset, ita nec tacitè. Sed pone, dicit Roman.quòd facta maior patiatur maritum possidere & administrare bona sua,nunquid prędumetur dedisse in dotem? Dicit Roma.quòd non:quia origo, & prima causa possidendi inspicienda est,sed prima origo non fuit titulus dotis, ergo nec continuatio possessionis subsecuta; cum patientia mulieris inducet titulum dotis, sed referendo possessionem coloni ad originem,apparet,quòd tenuit vt colonus temporalis,non perpetuus,quæ origo inspicienda est in possessione l.clam possidere in princ.ff.de acquir.pos.quē allegat Roma. in cons.314.qui tex. multum videtur stringere pro hac parte: & in cons.Rom.refert & sequitur Gozadinus in consi. 33.colum.penul.circa finem.
110 Nonò,† cum origo talis colonię processerit a cōtractu expresso locationis seu dationis in coloniam, cuius natura est,vt sit temporalis,& ad tempus primo expresse factus fuerit cōtractus, mens contrahentium, id est, domini & coloni perseverantium in colonia,debet intelligi & interpretari secundùm naturam ipsius contractus,vt remoueri colonus possit finito tempore colonię expresso vel tacito; quia voluntas disponentis intelligitur secundùm naturā rei. Oldr.in cons.243.Factum tale est,Rectores.colum.2. & quod naturaliter inest, pro expresso haberi debet, quasi ipsa natura loquente.Bal.in cons.330.In hoc concordati. col.1. post med.lib.3. per tex.in l.cum quid.ff.si certum petatur.& in l.triticum.ff.de verborum obligatio.
111 Decimò,† possessionis causam mutare sibi nemo potest, nulla extrinsecus superueniente causa mutandi l cum nemo. C. de acq. pos.Immo etiam superueniente causa iusta mutandi, adhuc videdetur necessària declaratio voluntatis,aut animi mutantis,& quòd constet eum mutare velle.Socy.in cons.131. col.3. versic. sed hic est aduertendum. lib. 1. quod tamen non firmo. Itaque colonus, qui ab initio rem tenebat vt colonus temporalis ex titulo coloniæ temporalis,licèt postea longius perseueret in colonia, nō videtur, quòd causam possessionis mutare possit, & rem tenere, vt colonus perpetuus,nullo alio accidente titulo,Et si dicas, videtur accedere titulus nouus perpetuæ coloniæ ex patientia domini per tempus longissimū. Respondeo, quòd dominus censetur pati in vim prioris tituli tacitè renouati; quia colonū gratum & vtilē habeat.
112 Vndecimò,in re † dubia fit interpretatio secundum id, quod verisimilius est l.semper in stipulationibus.ff.de reg.iuris reg.in obscuris.eod.tit.lib.6.sed uerisimile est,quòd ubi procedit contractus conductionis aut locationis ad tempus,& eo finito patitur dominus colonum perseuerare longissimo tempore in colonia, quòd id patiatur ex titulo præcedenti; quia colonum gratum & vtilem habeat, non itidem passurus, si ex tali tolerantia cogitaret se ligari,
113 in futurum,si displiceat,remouere non possit. Quia † in dubio nemo præsumitur velle seipsum ligare l.si peculium. §. sicut autem. ff.de peculio.leg.l.qui insulam.ff.fin.ff.loca.Oldr.in cons.342.Factū tale est,Rectores.colum.2.Bald.in cons.102. Omnis potestas.colum.3.circa princ.lib.3. Pau. de Cast.in cons.50. Si dicta reformatio.post medium.lib.3.
114 Duodecimò,† in contractu expresso stricta fit interpretatio,& quicquid verbis omissum est, habetur pro omisso l. quicquid adstringendæ.ff.de verbo.oblig. & in dubio verba contractus interpretatur contra stipulatorem se iuuantem ex contractu,cui imputatur,cur legem apertius non dixerit l.veteribus.ff.de pact. l. si emptione. in princ.ff.de contrahen. emptio. Si in contractu expresso stricta fit interpretatio, quanto magis strictè interpretabi ur actus tacitus, qui inducitur ex patientia longissimi temporis, vt non censeatur quis valuisse se in perpetuum obligare ad habendum colonum perpetuum, quem remouere non possit: cum (vt dixi) strictius procedatur in tacitis, quàm in expressis: & in dubio fieri debet interpretatio, vt minus obligetur quis, quàm fit possibile, lege in eo, quod plus.§.vbi verba.ff.de reg.iuris.vbi verba in dubio censentur apposita alternatiuè, nō copulatiuè, vt minus quis obligetur, tradit Ang. licèt illum tex.non alleget, in consi.67. Ex themate.in fin. Guid. Pap.q.252. vbi, si quis promittit soluere operarijs suis euntibus ad putandum, vel fodiendum vineas, id quod alij dabunt, si alij dederint diuerso modo,inspicitur,quod minus datum fuerit,per tex. in l.qui concubinam.§.cum ita 1.ff.de legat.3. tradit etiam Dec.in cons.423.colum.2.ante medium. & licèt in promissione speciei non censeatur actum de minimo, sed de mediocri l.si quid venditor.§. fin.& l. sequen.ff.de ædil. edict. l. sancimus. post princ.C.de don.Bald.in cons.180.Ad euidentiam.lib.2.tamen etiā habendo rationem ad mediocritatem,nō est verisimile,quòd voluerit quis se in perpetuum obligare ad habendum colonum, forte odiosum & incommodum in futurum.
115 Decimotertiò si dicimus, quòd † colonus censeatur mansisse in colonia per tempus illud longissimum in vim tituli præcedentis tacitè renouati,iuxta tex.in d.§. qui impleto.censentur partes semper mansisse in eadem voluntate,si dicimus,quòd fuerit acquisitū ius perpetuæ coloniæ,inducitur mutatio voluntatis,quòd de colonia temporali voluerint facere coloniam perpetuam, sed voluntatis mutatio præsumi nō debet l.3.l.eum, qui voluntatem.ff.de probationibus l.Lucius.1.vbi glo.ff.de leg.2.c.1. quod met.caus.c.maiores.§.fi.vbi glo.in ver. perdurare. de baptismo c.licèt.de procur. lib.6. quod procedit etiam dato longo temporis interuallo l.sancimus.vbi Ias.in 3.notab.C.de testam.Ripa in l.si quis in fundi vocabulo.col.4.in fi.ff.de leg.1.quod sine dubio procedit nullo interueniente facto contrario,ex quo arguatur mutatio voluntatis. Dec. in l.pacta nouissima. colum.3. circa medium. C. de pact. sed licèt dominus recipiat certam & vniformem præstationem fructuum a colono a principio declaratam in contractu coloniæ temporalis, ex hoc nullum arguitur tale factum,ex quo præsumi debeat mutatio voluntatis, ꝙ de temporali colono voluerit perpetuum facere.Bene arguitur, ꝙ voluerit extendere contractū in longius tempus, donec ipsis partibus placitum fuerit:sed vlterius extendi non
116 debet tacita domini voluntas. Decimoquartò probatio debet de necessitate concludere l.non hoc l.neque natales. C.de proba.c.in prędentia.extra eo.tit.sed non sequitur,dominus passus est coloniā suam teneri per tempus longissimum a colono,quē ab initio temporalem constituerat, & certam ac vniformem præstationem ab eo accepit in annos singulos, ergo censetur eum colonum perpetuum facere voluisse; quia potuit ita egisse in vim tituli præcedentis tacite renouati,& hoc in dubio prędumi debet;quia, vt supra dixi,referuntur omnia ad suam causam & originem.
117 Decimoquintò,si dicimus † prędcriptum ius coloniæ perpetuæ ex tempore 30.aut 40.anno.illud est propter negligētiam dñi;cur non colonum remouerit ante illud tempus,& cur passus fuerit eū tandiu in colonia perseuerare:præscriptio enim 30.aut 40.anno.dicitur mere odiosa,inducta in odium negligentis.Bar.& Doct. in l. 3.in prin.ff.de eo,per quem factum erit.& in l.fin.C.de edicto diui Adria. tol. sed quare imputabitur culpa domino, cur non colonū expulerit, si vidit eum sibi gratum & commodum? Et si dicas, saltem imputandum est domino, cur non curauerit recognosci coloniam vt temporalem contractum coloniæ renouari per tempora.Respondeo, ꝙ non putat dominus necessariam aliam renouationem, quandiu colonus ex fide respōdet de fructibus:& quia putat dominus ius suum satis durare ex primo titulo concessionis ad coloniam,in quo partes tacitè perseuerant,arg.l.sicut.§.non videtur.ff.quibus mod.pig.vel hypot.solui.& talis negligentia posset imputari domino, quando colonus interuerteret possessionem, & refert quæstionem dominij, & magis videtur imputandum colono,cur non declarauerit domino intendere se in colonia manere iure coloni perpetui.
118 Decimosextò † illud in dubio prędumere debemus, quod frequentius cōtingit:quia omnia frequentiora sunt verisimiliora,nec est putandum, ꝙ vna hirundo faciat ver.vel ꝙ vna mulier sit passer solitaria in patria:ita Bal.in cōs.390.Tam profunde.col.2.lib.2.Modo si dicimus ex patientia domini per tempus longissimum trigin ta aut quadraginta annorum quæsitum colono ius coloniæ perpe tuæ illud, dicendum est tacitè celebratum contractum quendam colonarū,de quo loquitur Bal.in c.1.§.aut si libellario.col.1. quib. mod.feu.amit.Ias.in l.1.col.8.ver.quis autē dicatur. C.de iure emphy.qui contractus rarissimus est,& de eo nunquā dici quid audiui:ex verbis Bal.& Ias.ubi supra satis apparet, talem contractū non fuisse in vsu apud eos,dum appellant eum quendam contractum, quasi incertum illud haberent. Itaque cum talis contractus rarissimus sit.& contrahentibus ferè incognitus, non est prædumendū, ꝙ dominus recipiendo certam & vniformem prædtationem fructuum a suo colono voluerit tacitè inire contractum coloniarū, ideest coloniæ perpetuæ non solitum expresse celebrari & iniri, sed potius voluerit tacitè renouare contractum præcedentem, & illū in longius tempus extendere,quod in vsu passim est,& frequentis
119 sime fieri consueuit. Sicut † enim declaratur voluntas hominis ex consuetudine, vt id censeatur voluisse, quod consuetum est fieri l.ꝙ si nolit.§.quia assidua.ff.de ædil.edict.l.si prius.§.pen. vbi Bar.ff. de aqua plu.arcen.l.fi.C.de fideiuss.Bar.in l.magistratus.ff ad municip.Aret.in cons.11.col.3.versic.sed tamen ex superabundi.cum simil.sic non censetur velle disponens illud,quod fieri cōsuetum non est l.fideicommissa.§.si seruo.vbi Bald.ff.de leg 3. Alexand in cons.75.colum.penul.lib.5.& cum magis communiter accidat, ꝙ domini permittāt colonos manere in iure coloniæ finito suo tempore in vim tacitæ renouationis potius, quàm vt colonos perpetuos constituant, præsumptio sumi debet ex eo,quod communiter fieri consueuit.glo.in l.neque natales. C.de probatio.In materia enim præsumptionum, & coniecturarum validum est argumentum a communiter accidentibus Bald.in cons.70. Apparent. colum.2.lib 1. Alibi scribit idem Bald.in cons. 351. In bonis feudalibus.in fi.lib.1.ꝙ ex frequentia & generalitate præsumitur veritas, nisi probetur,consuetudo difformis,ideest quando aliquid generaliter & frequenter ita fieri consueuit, præsumitur in dubio, quòd ita factum sit. Idem Bald.in d.cons.390. Tam profunde.colum. prima, in fin. lib. 2.quòd locus a communiter accidentibus in dubijs

Source : BIU Cujas

cauſis præſumptiuè concludit. Alibi ſcribit idem Bal. in conſ. 351. Ioannes & Federicus. colum. 2. ante med. lib. 5. quòd præſumptio
120 † inducitur ex communi curſu. Alibi & in caſu valde dubitabili ſcribit Abb. in conſ. 18. colum. 4. verſic. 3. dixi, lib. 5. quòd præſumptio eſt, quòd ſyndici, qui fuerunt præſentes laudo, illud portauerint eorum communitati, & quòd communitas de eo notitiam habuerit; quia a communiter accidentibus ſic fieri conſueuit. Ob id dicit Abb. ex tali receptione inſtrumenti laudi præſumpta per communiter accidentia cenſetur communitas laudum approbaſſe, & ſic licèt facta non præſumantur, niſi probentur l. in bello. §. factæ. ff. de capti. l. ſi emancipati. C. de colla. c. cum in iure. de off. delega. cum ſimili. tamen vult Abb. iſtud non procedere in tali facto, quod communiter fieri conſueuit, quòd tamen ad præſens non firmo. Satis eſt, quòd appareat, hanc præſumptionem, quæ ſumitur a communi curſu, aut a communiter accidentibus, non mentiri apud Docto. fieri. Fortius voluit idem Abb. in conſ. 113. colum. 3. lib. 2. quòd valet tale argumentum a communiter acci-
121 dentibus, etiam † quando agitur de crimine ciuiliter. Dicamus igitur præſumi tacitè renouatum contractum locationis in quæſtione iſta, quòd communiter fieri conſueuit, non quod contractus quidam colonarius incertus & inſolidus celebratus præſumatur.
122 Decimoſeptimò † arguitur ex eo, quod ſcribit Anchar. in conſil. 302. Materia, de qua quæritur. colum. fin. poſt medium. vbi, quod quæ non apparent, non præſumuntur, ſed rebus ſic ſe habentibus iudicandum eſt, per l. quod Seruius. ff. de condi. ob cauſ. l. in lege. ff. de contrahenda emptio. Modo in quæſtione noſtra de contractu colonario in perpetuum non apparet, bene apparet de contractu locationis & conductionis ad certum tempus. Quod igitur promiſerit dominus colonum aut conductorem perſeuare in colonia poſt tempus, dicamus id factum in vim illius contractus apparentis tacitè renouati, non in vim contractus colonarij perpetui, de quo non apparet & qui (vt dixi) vix cognitus ſit.
123 Decimooctauò † id in dubio cenſetur fuiſſe de mente partium, quod vtrique earum prodeſt, & neutri oneroſum ſit. Bald. in conſil. 343. Examinanda ſunt. in princip. lib. 1. per text. in l. 1. ff. ſi quis cautio. & in l. cum Stichus. ff. ſoluto. ſed vtrique parti & domino & colono minus oneroſum eſt, quòd neuter obligetur ex contractu colonario perpetuo, odioſum enim dicitur omne id, per quod inuitus cogitur quis quid facere l. ſi vero. §. fin. ff. ſoluto matrimo. l. nec emere. C. de iure deliber. tacit tex. in §. præterea. Inſtit. de actio. not. Bar. in l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. Dec. in l. diem functo, col. 7. in fin. ff. de offic. aſſeſſo.
124 Decimonono † conſidero tex. & eius rationem in d. l. male agitur. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. vbi quòd conductor non præſcribat contra dominum, niſi interuertat poſſeſſionem domini, dicendo ſe tenere nomine ſuo proprio, nō domini. Ratio illius legis eſt; quia ante interuerſionem poſſeſſionis nulla negligentia poteſt imputari domino, cur paſſus fuerit rem tandiu poſſideri per conductorem, ex quo videbat ſe retinere poſſeſſionem mediante ipſo conductore, & quòd eo modo aduerſus ipſum dominum præſcribi non poterat l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſſ. iſta ratio pariter videtur militare in caſu noſtro; quia ante declarationem coloni, quod intenderet manere in perpetuum in iure coloni, nihil videtur domino imputandum, quam cogitauerit, quod ſemper eodē iure in colonia perſeueraret, & cui dubium, quòd ſi colonus aliter declaraſſet, non id dominus paſſurus erat.
125 Vigeſimo, † vbi res dubia eſſet, in caſu dubio interpretatio haberi debet, per quam præſcriptio iuris coloniæ perpetuæ ceſſet; quia (vt dixi) præſcriptio eiuſmodi 30. aut 40. annorum dicitur mere odioſa: in dubio autem fit interpretatio, aut odium ceſſet, arg. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. reg. odia. lib. 6. Sic in ſimili dicimus fieri interpretationem, vt ceſſet gabella; quia odioſa. Bart. in l. ſi pupillus. in princ. ff. ad leg. m Falc. Corn. in conſ. 199. colum. 4. verſ. & facit pro prędictis. lib. 1. & in conſ. 153. in prin. lib. 3. Dec. in conſ. 49 col fi. & in conſ. 457. col. 2. ante med. Similiter in dubio fit interpretatio contra collectam tanquam rem odioſam. Abb. in conſ. 20. co um. 2. lib. 2. Corne. in d. conſ. 199. colum. 4. lib. 1. & in conſ. 194 colum. 3. lib. 4. & dixi in conſ. 111. in fin. & quod in dubio fiat interpretatio contra præſcriptionem, dixi ſupra q. 23. Ex præmiſſis (vt dixi) dubitabile videtur dictum Bal. & Ang. in d. l. male agitur. & in d. l. omnes. quod Alexan. ſequutus eſt in a. §. qui impleto. & in d. l. male agitur. in additio. & ego aliàs conſului prima facie contra illud dictum, vt patet in conſ. 107. ſed tamen in caſu conſilij mei euitari poterat aliter dict. Bald. & ſequacium, quia Baldus vult, ſi bene ponderetur, quod præſcriptio iuris perpetuę co oniæ incipiat currere poſt finitum tempus præcedentis conductionis: nam durante tempore conductionis ad tempus, non poteſt conductor præſcribere ius coloniæ perpetuæ; cum non teneat rem vt colonus perpetuus, ſed vt ad tempus, & illa recognitio coloni temporalis, & ſit colonus ad tempus, impedit præſcriptionem coloniæ perpetuæ, cum etiam poſſeſſionem iam inchoatam interrumpat: vt ſupra dixi, & facilius impeditur quid fieri, quàm quod factum tollatur l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. & ſi vel-

let præſcribere durante conductione temporali, non poſſet propter malam fidem, cum ſciat ſe conſtitutum colonum ad tempus. Ego ſcripſi quid mihi viſum fuerit. Plane, quia authoritas Bald. Ang & Alexan. magna eſt, omnia ſubijcio iudicio rectioris. Poſſet caſus eiuſmodi incidere, in quo dictum Bal. ſaltem de æquitate videretur ſeruandum. Puta, vendidit quis neceſſitate ductus agrum viliori pretio. emptor locat venditori ad certam annuam, & vniformem præſtationem ad certum tempus. Exacto tempore perſeuerat venditor in conductione annis triginta eandem quantitatem fructuum vniformiter pręſtando, non poteſt redimere rem, non poteſt agere remedio l. 2. C. de reſcind. vend. vel quia præſcriptum, vel quia non poteſt probare leſionem vltra dimidiam de tē-pore contractus: magna tamen fuit læſio, ſi expediat venditori læſorem tenere ad coloniam perpetuam, hoc caſu opinionem Baldi ſequerer ex æquitate. Cęterum, ſi prędmiſſis ceſſantibus, tradam agrum colono ad certum tempus, qui eo finito maneat in colonia longiſſimo tempore pręſtando in annos ſingulos certam partem fructuum vniformiter, quòd iſto caſu cogar habere colonū perpetuum, puta ſucceſſorem illius mihi ingratum, & moleſtum, hoc videtur & durum, non ſecus atque ſi famulus dicat ſe acquiſitum habere ius perpetui famulatus, quod laycus & ſimplex quidam famulus fratrum prædictarum Sauiliani, cui Franciſco de la Vitala nomen erat, & cognomen obijciebat, dum expulſionem minarentur fratres, dicens ſe antea veniſſe famulum in monaſterium, antequam illuc ipſi eſſent ingreſſi.

ARGVMENTVM.

Molere & coquere, cum ſint actus mere voluntarij, ad id quis adigi & compelli poſſit, non quæſita poſſeſſione & pręſcriptione ex prohibitione, & patientia ſubſecuta. Et condere ſtatuta an ſoli principi competat, nō dominis habentibus iuriſdictionem perpetuam ad hęc, an valeat ſtatutum cogens ſubditos ad molendum & coquendum in furnis domini vel ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an poßit cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis. & num. 4.*
2 *Paræciagij ius in delphinatu.*
3 *Paræciagij iure circunſcripto & banneretorum, quo caſu poſſit dominus cogere ſubditos ad molendum & coquendum in ſuis molendinis & furnis.*
5 *Statuta condere an ſolus princeps poſſit, non item dominus.*
6 *Dominus & inferior a principe an poßit ſtatuere contra ius commune ratione reipublicæ. Et quàm grauis ſit publicæ vtilitatis cauſa.*
7 *Statutum cogens ſubditos ad molendum & coquendum in molendinis aut furnis domini aut ciuitatis, quando eſt præiudiciale alijs dominis molendinorum, an ualeat.*
Et quid ſi in præiudicium eccleſiæ. nu. 8. 10.
9 *Eccleſiæ facultates ubi creſcunt, & bonæ laycorum minuuntur, ne layci pauperiores ſuſtineant omnia onera, poßit facere ſua prędia tributaria, uel ea hypothecare & obligare pro ſoluendis oneribus: & eo modo tranſibunt in eccleſiam prædia, cum ſuo onere reali.*
11 *Eccleſia nihil debet aliquid quærere, quàm neceſſaria ad victum ſecundùm honeſtatem, reliqua autem tenetur conuertere in alimoniam pauperum, & fabricam ipſius eccleſiæ.*
12 *Commodo proprio licèt unicuique inuigilare, modo id fiat citra cuiuſquam iniuriam.*
13 *Præiudicium amißionis lucri non habetur in conſideratione. & nu. 14.*
15 *Præiudicium, quod uenit in conſequentiam & ſecundario, non attenditur.*
16 *Papa an poßit præiudicare laycis in conſequentiam, ubi principaliter non poſſet.*
17 *Statutum quando ueniat in prędiudicium libertatis eccleſiaſticæ.*
18 *Iniuriam non facit, qui beneficium non impendit.*
19 *Dolus aut fraus conſiderari non poteſt in re præmiſſa. nu. 21.*
20 *Relinqui, uerbum pertinet ad ultimam voluntatem.*
22 *Statutum debet eſſe æquale & commune inter omnes ſubditos ſine damno aliorum particularium tantum.*
23 *Eccleſia habens molendina, ſi eſſet de eodem loco, pariter contra eccleſiam non valeret ſtatutum.*
24 *Conditio omnium æqualis eſſe debet.*
25 *Statutum an fieri poßit ob vtilitatem publicam in prędiudicium ſingularium perſonarum.*
26 *Diſpoſitio concernens vtilitatem publicam, quando agitur de præiudicio tertij.*
27 *Statutum an ualeat, quod cogit ſubditos ad molendum in molendinis ciuitatis, quando inde prędiudicium naſcitur laycis non ſubditis ſtatuentibus. Et quid ſi concernat in prędiudicium eccleſiæ. nu. 28.*
29 *Statutum ligans omnes de vniuerſitate, non ualet, niſi omnes & ſinguli conſentiant, adeo quòd nec maior pars ciuitatis ſufficeret, & nu. 31.*
30 *Simoniæ uitium non committitur, quando id in pactum deducitur, quod iure communi conceditur.*
32 *Subditorum appellatione an comprehendantur eccleſia habens molendina, ſtatuto ſtante & cogente ſubditos ad molendum in molendinis ciuitatis.*
33 *Nocendi animo quid factum, unde colligatur & præſumatur.*
34 *Vniuerſitas eſt potentior & ditior priuatis, reſpubli. ſemper ſoluendo eſt.*

35 Con-

Source : BIU Cujas

35 *Consuetudo & præscriptio procedit in his, quæ sunt meræ facultatis & uoluntatis, quando nata esset & competeret actio.*

36 *Vniuersitati licèt sit integrum exigere onera; tamen cum tali facultate coniuncta est actio competens contra forensem absolutionem ipsorum onerũ, quæ actio dicitur condictio ex lege.*

37 *Præscribitur facultati, etiam quando ex usu talis facultatis nascitur ius deducibile in iudicium.*

38 *Dominus si per centum annos non imposuit aliqua seruitia uasallo uel non petijt homagium, an ob id uasallis libertatem præscribat.*

39 *Præscriptio currit in his, in quibus interuenit factum hominis, & inde seruitus negatiua acquiritur. nume. 40. Et dupliciter præscribi potest in his, quæ iure facultatis competunt.*

41 *Præscriptio num cadat in his, quæ sunt mere facultatis.*

42 *Hospitandi ius an præscribi possit.*

43 *Hospitandi ius præscriptionem admittit, si ex qualitate personarum, aut ex coniecturis appareat quòd ex debito & iure seruitutis, non ex mera gratia fieret hospitatio.*

1 CIrca Præmissa † dum dixi, quòd dominus non potest cogere subditos ad molendum in suis molendinis, & coquendum in suo furno: quia est actus mere uoluntarius, nisi esset quæsita possessio & præscriptio ex prohibitione & patientia subsecuta, ad modum memoratam, aduerte; quia Iaſ. in consilio 161. columna tertia libro secundo istud limitat non procedere, quando dominus castri esset inuestitus a principe de castro cum furnis & molendinis. Sed puto q̃ Iaſ. male loquatur; quia illa uerba, cum furnis & molendinis, solũ important concessionem iurium, quæ concedens habebat in furnis & molendinis: sed non sequitur, ergo concedens habebat ius cogendi subditos ad ibi molendum & coquendum, nisi aliter de tali iure appareat, iuxta not. in l. locus. §. fi. de acqui. possess. & in l.
2 si sic. ff. de lega. primo. In patria autem Delphinatus † sunt plura molendina, & plures furni habentia & habentes ius cogendi subditos ad ibi molendum & coquendum, & tale ius quandoque appellatur ius paroeciagij; quia coguntur paroeciani ibi molere & coquere. Interdum appellantur molendina bannereta & furni bannereti; quia domini bannereti tale ius cogendi habeant, & nunc super tali iure paroeciagij agitur iudicium inter nobilem Ioannem de Malobecco, & homines riparum proxime Moyrenicum, in curia balliuatus sancti Marcellini, in qua causa bis consului pro dicto nobili de Malobecco, & ibi late tractaui hanc materiam. Cir-
3 cunscripto † tamen iure paroeciagij, & banneretorum, est dare casum de iure communi, in quo dominus cogere subditos potest ad molendum in suis molendinis, & coquendum in suis furnis quando uidelicet hoc ipsum faceret dominus ob publicam utilitatem: quia compendium, quod inde perciperetur pro multura & furnagio conuerteretur ad utilitatem publicam ita Baldus in consilio 410. Quæritur, utrum dominus. libro quinto. Sed casus eiusmodi uix posset accidere; cum ad propria & priuata commoda omnia referantur & hoc dictum Baldi sequitur Iacobinus de Sancto Georgio in tract. feud. in uerbo, & cum molendinis. in prima quæstio. Sed hoc dictum reprobat Boerius in suis decisionibus quæst 125. columna penult. in fin. & sequen. dicens, quòd uera & communis opinio est in contrarium, & quòd hoc modo semper cogerentur subditi ad molendum & coquendum in molendinis & furnis domini.

4 Sed pro † defensione dicti Bald. considerandum est, quòd Doctores dicentes, dominum non posse cogere subditos ad molendum & coquendum in suis molendinis & furnis, loquuntur, quando dominus hoc faceret ad priuatam suam utilitatem, sed quando ad publicam, ita quòd talis coactio cederet commodo etiam ipsorum subditorum, Docto. nihil dicunt in contrarium. Imo si uidetur Socin. in consi. 272. columna quarta libro secundo quem Boerius allegat pro se, uidetur Socin. uelle hanc partem, quòd dominus possit subditos cogere ob publicam utilitatem, dum principaliter se fundat, quòd statutum, de quo in casu suo, per quod cogebantur subditi ad molendum in molendinis domini, sapiebat monopolium, tanquàm factum ad commodum solius domini, & præiudicium subditorum, & super hoc potissimum insistit Soci. Sentit ergo secus esse, quando ita statueret dominus ob publicam utilitatem: sed quia Socin. adducit aliam rationem; quia dominus inferior recognoscens superiorem non potest statuere contra ius commune. Pro clara intelligentia huius difficultatis uidendum est de duobus. Primò, an dominus prohibeatur sic statuere, tanquam contra ius commune, quo iure in re sua quilibet est moderator & arbiter l. in re mandata. C. manda. & sic auferenda non uidetur libertas subditis molendi ubi maluerint. Secundò, an prohibeatur dominus sic statuere tanquam tale statutum concernat præiudicium aliorum habentium molendina.

5 Circa primum † uidetur simpliciter dicendum, quòd dominus castri non possit statuta condere: quia hoc uidetur de summo imperio, quod competit soli principi l. non ambigitur. ff. de leg. §. sed quod principi. Institu. de iure natu. gen. & ciuil. & ita in specie determinat Ang. in l. imperium. columna tertia uersic. ex prædict. etiam deciditur. ff. de iurisd. omni. iudi. sequitur Iaſ. ibi columna quinta circa fi. & idem Iaſ. in l. omnes populi. columna 3. uersi. pro clara intelligentia. ff. de iusti. & iur. in prima lect. contrarium, quòd imo domini habentes iurisdictionem perpetuam possint statuta condere, tenet Bar. in l. omnes populi in quarta quæstio. primæ quæstionis prin. ff. de iusti. & iure. & in l. prima in princ. ff. quod quisque iuris. sequitur Alex. in consilio 12. columna secunda uersi. quantum autem ad proclamata. lib. 4. Dec. in consilio 190. columna secunda circa fi. idem tenet Guido Papæ. q. 354. Sed punctus est, & difficultas in quæstione ista: quia hoc non uidetur procedere, quando dominus uellet statuere contra ius, ut per Soc. in d. consi. 272. columna quarta libro secundo & tradit Imol. in consi. 54. Alexan. in l. nemo potest. columna prima. ff. de leg primo. ob id uidetur, quòd dominus non possit statuere, quòd eius subditi uadant ad molendũ & coquendum in eius molendinis, & furnis: quia istud uidetur cõtra ius commune, quo iure quilibet potest molere & coquere ad arbitrium. Ex q̃bus inferri uidetur, quòd maior sit potestas unius populi, quàm unius domini habentis iurisdictionem perpetuã; q̃a populus potest statuere contra ius commune, ut per Imol. in d.
6 consilio 54. Ad istud † respondetur, quòd non obstat d. Bal. & Iacobi. de S. Georg. quia non procedit, quando dominus & inferior a principe uellet statuere contra ius commune ex causa publicæ utilitatis: nam isto casu etiam inferior a principe potest alteri auferre rem suam, & iuri communi derogare, siue per uiam statuti, siue per uiam edicti generalis: ita Alex. in d. consi. 124. columna secunda uersi. quantum autem ad proclamata. libro quarto in d. l. nemo potest columna prima & in consi. 106. columna quarta uersi. quinto probatur. libro 11. Iaſon in d. l. omnes populi. in fine in prima lectura & in secunda lectura columna secunda circa finem in l. non solùm. §. morte. columna 20. uersicu. quinta conclusio. ff. de operis noui nuntia. & in l. prima in primo no. C. de precibus imper. offer. Itaque ex hoc capite non potuit Boerius reprobare dictum Bald. & Iacob. de sancto Georgio. Videmus etiam, quòd ob causam publicæ utilitatis possunt cogi subditi ad uendendum suas res pretio uiliori l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufruct. Alex. in consi. 190. colum. 1. lib. 2. Similiter ob causam utilitatis publicæ potest quis cogi ad deputandum eius nemora, molendina, & similia ad usum publicum recepta competenti mercede. Ang. in cons. 206. Inter ordinamenta. in prin. per l. uenditor. §. si constar. ff. com. prædio. si inferior a principe ob causam utilitatis publicæ potest alteri auferre rem suam, si potest eum cogere ad uendendum rem pretio uiliori, quanto magis poterit cogere subditos ad coquendum in suo furno, & ad molendum in suo molendino, siue per uiam statuti, sine per uiam edicti? Nec obst. quod dicit Boerius, q̃ hoc modo subditi semper cogerentur ad molendum in molendinis domini; quia nego, quando ex tali coactione solum obueniret utilitas domino. Imo tunc solùm cogentur, quando tota respublica loci commodum sentiet, qui casus rarissime tamen accidere solet. quia uix fieri poterit, quòd domini uelint deputare sua molendina, & furnos ad publicum compendium, ut supra dixi. Circa
7 secundum † an ualeat tale statutum cogens subditos ad molendũ & coquendum in molendinis aut furnis domini uel ciuitatis, quando esset præiudiciale alijs dominis molendinorum, quorum molendina per tale statutum breuioris reditus fiunt? Boerius in d. quæstio. 125. tenet, quòd non, allegat Calden. inter consilia Anchara. in consi. 12, ubi, quòd ualet statutum Spoleti, per quod per indirectum subditi abstinebant à molendo in molendinis ecclesiæ; quia per tale statutum fiebat præiudicium ipsi ecclesiæ: super quo facto idem etiam consuluit collegium Bononiense, ut patet in consi. 13. inter consilia eiusdem Ancha. allegat etiam Anchar. in consi. 298. In territorio. Addo Anchar. in consi. 155. Optimis rationibus. ubi consuluit in eodem casu, in quo consuluerunt Cald. & collegium Bononiense, quæ consilia refert & sequitur Alexand. in cons. 211. col. fi. lib. 2. Soci. in d. consi. 272. col. 4. lib. 2 Iaſ. in l. ciuitas. colum. 4. ff. si cert. pet. in l. quominus. colu. 29. q. 25. ff. de fluminibus. in l. 1. colum. 1. post med. ff. de legibus.

Vt iste secundus casus planius intelligatur, diuido eum in tres casus. Primus casus est, an ualeat tale statutum in præiudicium ecclesiæ. Secundus, an ualeat in præiudicium laicorum subditorum statuentibus. Tertius, an ualeat in præiudicium laicorum non subditorum statuentibus.

8 Circa primum casum in ecclesia, quòd † statutum non ualeat, tenent Cald. collegium Bononiense, Anchara. Alexander, Socinus, Iaſon, & Boerius in locis supra allegat. quia tale statutum uidetur contra libertatem ecclesiasticam, & per alias rationes, de quibus per eos ibi. & hanc opinionem dicit magis communem Iaſon in d. l. quominus. quæstion. 25.

Sed contrarium, quòd imo tale statutum ualeat. etiam in præiudicium ecclesiæ, tenet Baldus inter consilia Anchar. in consi. 11. Calderin. sibi contrarius in consi. 21. Episcopus. in titu. de constitutionibus, cui consilio se subscripsit Ancharan. pariter sibi contrarius: & illud consi. Bal. 11. inter consilia Anchar. sequitur Iaſ. sibi contrarius

trarius in consi.236.columna 3.uersicu. similiter laici.libro 2.& in consi.39.in fin.lib.3.Curtius iunior in consi.147.in fi.Decius in ca. ecclesia sanctæ Mariæ. columna 24. uersic. tertia conclusio supra facta. de constitution. in consilio 269. columna quarta uersicu.& hoc est præsertim dicendum. in consilio 271. columna quarta in fi.uersic. non obstat alia ratio.Iason in l.filiusfamilias.§.diui. columna 11.uersic.tu ultra alios.ff.de lega.primo. Dec.in consilio 293.col.
9 pen. in fi. & pro hac opinio. † addo aliam conclusionem in simili, de qua per Bar.in l.rescripto.§.fi. ff.de muner.& honor.ubi quando facultates ecclesiæ crescunt, & bona laicorum minuuntur, ne laici pauperiores sustineant omnia onera, possunt facere sua prædia tributaria, uel ea hypothecare, aut obligare pro soluendis oneribus: & hoc modo transibunt prædia in ecclesiam, cum suo onere reali: & tenebitur ecclesia ad onera pro dictis prædijs.Idem tenet Anch.in consi.303.Hoc statutum.Calde.in consilio 7.in tit.de constitutio. & in consilio secundo columna pen. & fin. in titu. de censibus.idem tenent Abb. & alij Doct. relati per Soc.in consi.12. lib. 4. ubi hoc idem Soc. sequitur alios etiam Doct.ultra Soci. idē tenentes refert & sequitur Dec. in ca.ecclesia sanctæ Mariæ. colu. 22.uersic.quod autem supra dictum est, de constitutio. licèt Felin. ibi in quinta quæstio.dicat opinionem contrariam ueriorem & su
10 stentabiliorem, & quòd ualeat talis hypothecatio † bonorum, licèt fiat in præiudicium ecclesiæ, tenet Curtius iunior in consi.68. ubi hoc habet pro indubitato.idem tenet Calca.in consi.7.colum. 10.ante med.uersi.istam etiam opinionem. Addo etiam Bald. in consi.280.Præmisso statuto.lib.2.ubi, quòd hoc procedit, modò non fiat statutum odio clericorum principaliter: & idem tenet Bald. in consi.434. Licèt iudex.uersi.utrum autem priores.libro 3.dum allegat Innoc.in c. postulasti.de foro competen.quem etiā allegat Bar.in d.l.rescripto.§.fi. Bartolum etiam in d.l.rescripto.§.fi. simpliciter sequitur Abb. in consil. 26. lib.1.Iason in d.consilio 39 in fin.libro tertio & sic Doctor.magis communiter conueniunt, q laici possint præiudicare ecclesiæ in iure quærendo saltem per indirectum,modò id non faciant principaliter, ut noceant ecclesiæ, sed ad eorum commodum & necessitatem, prout quando ecclesia abundat diuitijs, & laici depauperantur. Quis enim dicet eo casu, quid fieri in præiudicium ecclesiæ? An non magis pium, & Deo amabilius & gratius, laicos non egere,quàm ecclesiam luxu
11 riari? Cum † ecclesia nihil debeat quærere, quàm necessaria ad uictum secundùm honestatem, reliqua autem tenetur conuertere in alimoniam pauperum, & fabricam ipsius ecclesiæ ca.de reditibus c.concesso.c.nulli episcopatum.& c.quatuor.12.q.2.Calde.in consi.secundo columna secunda in tit.de peculio cleri.ubi uerò ecclesia esset pauper,uel uix haberet necessaria ad uictum secundùm honestatem & qualitatem clericorum aut religiosorum, non auderem consulere contra ecclesiam, cuius protestor & intendo filium esse, ac humilem seruum, & in eius unione mori certum est Deo auxiliante.Posita igitur paupertate laicorum ab una parte,& abundantia ecclesiæ ab altera parte, super ueritate dicti Bar.in d.l. rescripto.§.fin.non uidetur quærenda alia ratio,quàm diuina & naturalis, & isto casu nescio uidere,quomodo dicantur laici fraudē committere aduersus ecclesiam, si necessitatibus suis prouident, & contra ecclesiasticos conquerentes potest reddi responsio Imperatoris cōtra phylosophum quærentem immunitatem ab oneribus,de qua in l.professio.C.de muneribus patri.lib. 10.quòd professio & desiderium tuum inter se discrepant, cum Philosophi sit contemnere pecunias, sed eas magis, quàm Philosophi contemnere oportet religiosos,seculo renuntiantes, modò necessaria nō desint.hæc inquam Doctores. conclusio multum uidetur facere
12 pro hac parte:licitum † enim uidetur unicuique inuigilare proprio commodo,licèt ex eo damnum alijs ferat, modò non id faciat,ut alij noceat l.Proculus.ff.de damno infect.l.1.§.denique Marcellus. & l.si in meo fundo. ff.de aqua plu.arcen. & prima charitas incipit a seipso l.præses. C. de serui. & aqua.Institu. de donatio. §. primo ibi dum se magis quis uelit habere cap. si non licet. uigesimatertia quæstio.quinta.

Et tenendo hanc partem non uidentur obstare argumenta, quæ adducuntur in cōtrarium pro parte ecclesiæ. Et primò,quòd lex debet esse sancta & honesta,non concernens propriam utilitatem cum incommodo alterius,& quòd uniuersitas habens bona communia aut publica, in illis bonis iudicatur ut priuatus, sed priuatus non posset aliquid facere in præiudicium alterius, quo fun-
13 damento utitur Anch.in d.consilio 298.Quia † respondeo, quòd argumentum procederet,quando ageretur de præiudicio alterius in iure quæsito, secus si in lucri amissione; quia tale præiudicium amissionis lucri non habetur in consideratione.Bar. in d.l.quominus. in 11. q.in fi. ff. de flumi. ubi Moder.& in molendino.q tale præiudicium cessantis lucri non consideretur, tradit Signorolus de Homodeis inter consilia Bal.in consilio 71.Casus talis est,Com
mune & homines de uilla Francha.lib.1.quod Boerius in d.q.125. allegat pro se,cum faciat contra eum. Idem in molendino, quòd
14 † tale præiudicium cessantis lucri non sit considerabile, tenet Alex. in consilio 194.colu.2.uersi.& licèt.ibi aliquis. lib.2.Hinc uidemus citationem eorum non esse necessariam, de quorum præiudicio agitur, solùm in non faciendo lucrum.Bartol.in l.prima circa finē. ff.de lega. 2.Iason in l.si quis arbitratu. columna 11. uersicu.quinto limita.de uerborum obligatio. sed ecclesiæ non potest dici ius aliquod quæsitum ex eo, quòd laici accederent ad eius molendina;quia ob id cogi non poterant ab ecclesia, ut accederent in futu
15 rum,cum sit actus mere uoluntarius,ut supra dixi. Præterea,† etiā quòd ageretur de uero præiudicio non de lucri emissione, adhuc tale præiudicium non uideretur considerabile,cum ueniat secundariò & in consequentiam, cum principaliter non fiat tale statutū, aut nouum molēdinum,ut alteri noceatur, & præiudicium,quod uenit in consequentiam & secundariò non attenditur. glo. in cap. quamuis.in gl.fi.ubi Geminia.columna 6.de pact.lib. 6.quam pro not.ad hoc citat,sequitur & exornat Ias.in l. nec quicquam. §. ubi decretum.colu.6.ff.de offic.procon.& leg. & in l. decem. colum. 10.ff.de uerb. ob. & ita in ecclesia arguit Deci.in l.generaliter.col. 3.circa med.C.de institut.& substitu.uidemus etiam, quòd Papa
16 potest præiudicare † laicis in consequentiam,ubi principaliter non posset puta dispensando super uoto.glo.Innoc. & Doc. in capitulo secundo per illum tex. de uoto. Deci. post alios in c.quæ in ecclesiarum.colum.12. uersi. præterea & secundò. de constitu.& illam glo. dicit singu.Ias. in consi.93. in fi.lib.1.Addo Rotam decis. 331.Supposito facto.columna 4.uersi.4. quilibet.& colu.sequen. uersi.6 hoc probatur,in nouiss.

17 Non † obstat, quòd tale statutum uidetur tendere in præiudicium libertatis ecclesiasticę. Quia respondeo,quòd tunc statutum uenit contra libertatem ecclesiasticam, quando aufert, aut diminuit priuilegium concessùm ecclesiæ a Papa aut principe. Cyn.& Moder. in authen. cassa & irrita.C.de sac.sanc. eccle. ubi Deci.columna penul. Soci.in consilio 241. columna tertia uer.aut quintò. libro secundo sed hic non apparet de aliquo priuilegio concesso ecclesiæ,quod possit cogere laicos ad molendum in suis molendinis.Similiter non potest dici,quòd tale statutum tollat beneficium competens ecclesiæ de iure communi; quia iure communi non cauetur,quòd ecclesia,nec alius possit quem adstringere ad molēdum in suis molendinis.Bene tollitur beneficium iuris communis personis, quæ coguntur per statutum ad molendum in molendinis ciuitatis statuentis, sed subditi non possunt de hoc conqueri; quia (ut supra dixi) potest fieri tale statutum ob publicam utilitatem etiam contra ius commune.

Præterea,quòd ecclesia perciperet utilitatem ex accessu laicorum ad eius molendina, illud erat ex gratia & beneficio ipsorum
18 laicorum,quia poterant non accedere.Sed uidetur † quòd possint laici statuendo denegare eorum beneficia ecclesiæ; quia iniuriam non facit,qui beneficium non impendit.Bal.in l.de quibus. in sexta quæstio.ff.de legib.in l.si quis curialis. C.de episco. & cleri.& in d. authen. cassa. Socin.in consi.122.columna fin lib.1. Deci.in ca.ecclesia Sanctæ Mariæ.colum. 23. uers. & supra dicta procedunt.de constit.& in consi.83.columna tertia uers.sextò respondetur. & licèt istud non procedat,quando.clericis semel beneficium, uel priuilegium acquisitum fuit,ut dicit Dec.in d.ca.ecclesia Sanctæ Mariæ.tamen hic non potest dici aliquod beneficium acquisitum ecclesiæ,quia,ut dixi,ex accessu uoluntario ius non quæritur.

Non obstat, quòd tale statutum uidetur dolosum & iniquum sapiens cupiditatem & auaritiam laicorum cum iactura ecclesiæ. Quia fateor, quando laici sine magna necessitate & solum ad augendos reditus & causa lucri ita facerent Sed si ex causa necessitatis & utilitatis totius reipublicæ ita statueret, ecclesia alioquin diui-
19 te & opibus abundante, dico † quòd dolus considerari non potest in permissis. In re enim a iure permissa dolus aut fraus considerari non potest l.1.§.non fuit.ff. de dolo.l.iniuriarum. §.primo.ff. de iniur.le.nullus uidetur.& le.nemo damnum. ff. de regu.iur.qui text.optimus uidetur in hac materia.ubi dicitur,quòd nemo damnum facit,nisi quid id fecit,quod facere ius non habet:& sic quando quis quid facit iure permittente,non consideratur, quòd ex tali facto alius damnum sustineat,itaque si lex permittit,quòd necessitatibus suis incurrat quis,maxime,ubi agitur de necessitate reipublicæ, quomodo dolus aut fraus instantibus considerari poterit? Pro hoc quod scribit Oldra.in cons. 203. Factum tale est, collata fuit. colum.1.post medium.vbi,quòd ex pluralitate permutationum de beneficijs ecclesiasticis non præsumitur fraus; quia contractus permutationis est de iure permissis. Alibi scribit Pa. de Ca. in consi.388.Plus.in fin. lib. 1. quòd simulatio considerari non potest in actu permisso. fortius uoluit Bald.in consi. 298. Quæritur vtrum vsurarius.col.2.lib.2.quòd vsurarius manifestus prohibitus testari,poterit donare causa mortis, licèt eo modo fraudari possit lex quia dicit Bald. non potest dici fraus assumere uiam a iure concessam:& sic in simili dicit Alex.in consi.54.colu.3.in fi.lib.7 quòd statutum prohibens quid relinqui alicui personæ, non compre-
20 hendit donationem;quia uerbum relinqui, † pertinet ad ultimam uoluntatem:& tamen donando uidetur statutum fraudari,sed q statutum non prohibet donationem, in actu permisso fraus considerari non potest. Nam in dubio fraus aut dolus præsumi non debet,

Source : BIU Cujas

21 † debet, quotiens alia coniectura capi potest l. meritò. ff. pro soc. Bart. & Doct. in l. non solùm. §. sed ut probari ff. de oper. noui nũcia. Non negarem tamen, quin in casu Anchara. fuerit bene consultum in fauorem ecclesiæ; quia ibi præsupponitur ex facto, quòd laici ita statuerunt ex causa auaritiæ & cupiditatis ad augendos eorum reditus & diminuendos illos ecclesiæ sine causa urgenti. Secundò; quia in casu Anchara. laici non potuerunt statuere contra edictum superioris, qui noluit reditus molendinorum ecclesiæ diminui. Tertiò; quia molendina ecclesiæ erant in territorio statuentium, per ea, quæ infra dicam in secundo casu, ex quibus dictis quæstio hæc de ecclesia est splendidior.

22 Venio † ad secundum casum, an ualeat statutum cogens subditos ad molendum in molendinis uniuersitatis statuentis in præiudicium singularium personarum. & subditorum de ipsa uniuersitate habentium molendina in territorio ipsius uniuersitatis statuẽtis? Et uidetur dicendum, quòd nõ; quia statutum debet esse æquale & commune inter omnes subditos sine damno aliquorum particularium tantum: & quando statutum concernit odium & dãnum, non uniuersale, sed aliquorum particularium tantùm, illud dicitur iniquum & dolosum, adeò quòd particulares sic grauati possunt à tali statuto appellare. Barto. in l. omnes populi. in quinta quæstio. prin. in fin. ff. de iusti. & iur. & in l. fin. ff. de appellatio. recipien. Alexand. in cons. 190. colum. 3. lib. 2. & pro hoc videtur text. in cap. cum omnes. ubi Dec. in quinto not. de constitutio. & idem Dec. in c. consuluit. 3. columna secunda de appellation. nã cũ particulares habentes molendina in loco sint de corpore uniuersitatis, iniquum uidetur, quòd consulatur commodo reipublicæ cum iniuria & damno ipsorum particularium: & molendinis particularium, tradit Iaſ. in d. l. prima ff. de legib. in d. l. ciuitas. columna 4. ff. si cert. peta. & in d. l. quominus. col. 29. q. 25.

23 Et ex hoc infertur, † quòd si ecclesia habens molendina esset de eodem loco, quòd pariter contra ecclesiam non ualeret statutum; quia clerici habitantes in ciuitate iudicantur ut ciues, non ut forenses aut extranei, cum supponerent onera spiritualia. Anchar. in cons. 61. Ista quæstio. Alexan. in consi. 41. lib. septimo. Deci. in d. capitu. ecclesia Sanctæ Mariæ. columna vigesimasecunda in fin. uers. non obst. quòd beneficium statuti. de constitutio. & in consi. 114. columna tertia Iaſ. in l fina. columna penul. in fin. uersic. subdit Bal. hic. C. de sacrosan. eccle. Et si dicas, per tale statutum non infertur damnum considerabile subditis; cum solum priuentur lucro, ut supra dictum est. Respondeo, quòd etiam tale damnum cessantis lucri subditis dari non debet; quia cum sint de corpore reipublicæ, statutum ita debet concernere utilitatem talium particularium
24 habentium molendina, sicut aliorum: æqualis † enim omnium esse debet conditio, & dignum est, ut qui cum alijs uiam similem ducunt, similem sentiant in legibus disciplinam. capitulo recolentes de statu monachorum. sed per tale statutum non solum commodum non recipient, imo dispendium grande sustinebunt.

Secundò respondeo, quòd imo uidentur subditi sustinere damnum diminutionis patrimonij: quia cum habeant molendina in loco, ad quæ subditi tantum accederent, aut saltem totus ferè reditus consisteret in multura subditorum, si cogantur subditi desistere a molendo in molendinis ipsorum particularium, iam ipsa molendina omnino peribunt, non secus atque si ipsa ædificia molen-
25 dinorum incendio aut bello uastarentur. Et licèt † ob utilitatem publicam possit fieri statutum in præiudicium singularium personarum, ut nota Angelus in consilio 63. Nobilis miles, dominus Raymundus Iaſon in d. l. prima. colum. secunda. ff. de legib. tamen non arbitrarer hanc causam legitimam præiudicandi particularibus habentibus molendina, ut reditus multuræ omnes perueniãt ad molendina ciuitatis quia in effectu ipsi particulares soli viderentur subire onus talium redituum. Finge enim, quòd uniuersitas egeat centum aureis, & pro illis habẽdis statuat, quòd omnes subditi ueniant ad molendum in molendinis ciuitatis, ipsi particulares domini aliorum molendinorum plus æquo grauarentur; cum in oneribus æqualiter omnes oporteat contribuere. Itaque si alio
26 † modo succurri possit necessitatibus communis, non uidetur rei publicæ consulendum cum damno aliorum particularium. Hinc videmus, quòd dispositio concernens utilitatem publicam restringitur, quando agitur de præiudicio tertij. Socin. in consilio 275. columna quinta, versicu. nam licèt aliàs. libro secundo, per tex. in l. prima. in fin. ff. ad Municip. iuncta l. Lucius. ff. de admini. tut. imo illo casu damnum priuatorum esset maius utilitate publica, quo casu utilitas publica non præfertur priuatæ. l. Publica. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flumin. public. Deci. in capi. ratio nulla, in principio de præbendis.

27 Circa tertium casum, † an ualeat tale statutum cogens subditos ad molendum in molendinis ciuitatis, quando ex tali statuto fit præiudicium laicis non subditis statuentibus? Si consideres uerba Boerij in dict. quæstio. 125. generaliter uult, tale statutum non ualere: sed aduerte, dum Boerius allegat pro se illud consi. Signor. de Homodeis inter consilia Bald. in consilio 71. libro primo: quia aperte facit contra Boerium: nam Signor. uult non esse habendũ in cõsideratione damnum cessantis lucri, & multuræ, ex eo, quòd pauciores accedent ad molendina alterius, Istud idem uolunt Bar. & Doctor. in dicta l. quominus. in prima quæstio. iunctis his quæ habentur in quæstio. vndecima Bart. in fin. nam in prima quæstio. quæritur, si quis possit construere nouum molendinum in præiudicium habentis prius molendinum, & in flumine priuato construentis, tenet, quòd sic, modo non id faciat animo principaliter nocendi alteri. In flumine autem publico, quòd non licet nouum molendinum facere in præiudicium habentis prius molendinum: postea in fin. dictæ quæstionis vndecimæ Bartol. declarat, quando intelligatur ædificari in præiudicium alterius. videlicet, quando prius ædificium destruitur, vel incommodatur. Secus si efficiatur minoris lucri: & in molendino ita declarat Alexand. in in dicto consilio 194. columna secunda, versicu. & licèt ibi aliquis libro secundo. Iaſon in dicta lege quominus. columna 15. versic. tertiò diligenter not. ubi etiam Iaſ. expresse citat illud consi. Signorol. de Homodeis. Similiter dum Boerius allegat Anchar. in cap. primo. de consti. Anchar. ibi uidetur facere contra Boerium, qui
28 Anchar. uult statutum valere odio laicorum, modò non † fiat in præiudicium ecclesiæ, & quòd statutum generale cogens subditos ad molendum in molendinis ciuitatis, debet restringi ad subditos accedentes ad molendum in molendinis aliorum laicorum, non ad molendina ecclesiæ. & ita Anch. refert & sequitur Alexan. in dicto consilio 211. in fin. libro secundo, & sic Anchar. & Alexander expresse volunt ualere statutum, quando solum cõcerneret præiudicium laicorum. Similiter Calderin. in d. consilio 12. columna fi. inter consilia Ancha. in alijs, quàm in ecclesia, non audet decidere, an valeat statutum, sed loquitur sub dubio, forte. Præterea si in flumine publico non nauigabili est licitum ædificare nouum molendinum, per quod minuatur lucrum alterius molendini antiquioris, ut omnes Docto. concludunt, modò non auferatur commodum aquæ (vt statim dixi) quanto fortius videtur licitum vniuersitati statuere, quòd subditi aliò non accedant ad molendum, quàm ad molendina ipsius vniuersitatis: quia hoc modo vniuersitas nihil facit in alieno, sed in suo statuendo inter suos subditos. Itaque si tale statutum contineat præiudicium aliquorum, illud uidetur considerabile, in ipsis subditis tantùm, qui eo modo ligantur, non in dominis aliorum molendinorum.

29 Postremò † in vniuersitate considero, quòd ista quæstio videtur sine difficultate: nam quando agitur de ligando singulos de uniuersitate, non uidetur ualere statutum, nisi omnes & singuli consentiant, adeo quòd maior pars vniuersitatis non sufficeret. Præpos. in capitulo ad nostram. columna fina. de appellat. sed hic per tale statutum singuli de vniuersitate ligantur, ne alibi possint molere, ergo omnium consensus videtur necessarius. Similiter in tali statuto agitur de interesse singulorum, imo ex eo alij alijs magis grauantur. Pone, quòd aliqui ex subditis viciniores sint alijs molendinis, ita quòd minori impensa molent in molendinis extraneorum, nonne hic fortius grauantur? Vel pone, quòd sumptus multuræ sit vilior alibi, certe negari non potest, quin agatur de præiudicio singulorum de vniuersitate. modo vbi agitur de interesse singulorum, maior pars vniuersitatis nihil potest constituere in præiudicium aliorum non consentientium. Imo in actu communi pluribus, vt singulis, melior videtur conditio prohibentis l. Sabinus. ff. communi diuidun. & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. regu. quod omnes. de reg. iur. lib. 6. & tradit Ioan. de Lignano inter consilia Bruni Astensis, in cons. 77. columna secunda in fin. Hoc ita præsuppositio, dico, quòd aut in tali statuto omnes subditi consentiunt, & tunc non videtur, quòd ecclesia, aut alius habens alia molendina possint conqueri; quia subditi deducunt in statutum, quod facere poterant. Pone, quòd sine statuto subditi abstinerent a molendinis ecclesiæ aut alterius, quæro an cogi possent? Certe non; quia ex actibus voluntarijs ius futurum cogendi non acquiritur, nisi ecclesia aut alius ius cogendi acquisiuisset pacto, priuilegio, aut præscriptione causata ex prohibitione contra volentes alibi molere, & patientia subsecuta per tempus sufficiens ad præscribendum. Itaque si subditi sine statuto poterant abstinere a molendinis ecclesiæ aut alterius, quare non eodem modo poterunt se obligare, vt in eis non molant?
30 Sicut dicimus, quòd simoniæ vitium non committitur, quando id in pactum deducitur, quod iure communi conceditur. glo. & Docto. in capitu. cum M. in vers. perciperet. de constitutio. glo. & Docto. in cap. significasti. de electio & in cap. ad audientiam. secũda de rescrip. Oldr. in cons. 275. quæst. columna secunda post medium vers. circa septimum. Dec. in cons. 118. columna secunda ante fin. Et si diceres, istud non procedit, quando aliter exprimitur in pacto, quàm insit de iure communi Abb. in cap. quanto, columna tertia de iudi. & in cap. quærelam. de simo. Sed hic videtur fieri statutum aliter, quàm esset permissum de iure communi. Quia
31 de iure communi † licèt subditi non tenerentur accedere ad molendina alterius, poterant tamen accedere, si volebant: & hic se obligant ad non accedendum. Respondeo, quòd etiam de iure communi est licitum vnicuique facere, quod sibi profit, licèt illud

alteri

Source : BIU Cujas

alteri noceat, modò non fiat nocendi animo. Concludo igitur in hac quæstione, quòd in præiudicium aliquorum particularium subditorum, & qui sunt de corpore vniuersitatis, onera publica pariter cum alijs sustinentium non valeret statutum eiusmodi cogens subditos ad molendum in molendinis vniuersitatis. Secun-
32 dò, quòd † appellatione subditorum isto casu venit ecclesia habens molendina in loco, & ibi sustinens onera spiritualia. Tertio, quòd si ecclesia non sustinet onera spiritualia in loco, & ibi vel alibi habet molendina, & sit ecclesia valde diues, adeo, quòd etiam cessante reditu, vel aliqua eius parte eius molendinorum, non ob id indigebit, & statutum de quo supra fiat in magnam vtilitatem reipublicæ, ita quòd appareat de bono animo statuentium, quòd non ex causa cupiditatis, aut auaritiæ, sed ob bonum publicum ita agunt, ita quòd maior sit vtilitas sic statuentium, quàm damnum ecclesiæ inde proueniens, valeat eo casu statutum. Quartò, quòd si agatur de præiudicio aliorum laicorum non subditorum vniuersitati statuenti, valeat statutum prædictum, modò principaliter nō fiat odio aliorum habentium molendina, sed principaliter non fiat odio aliorum habentium molendina, sed principaliter ob bonum publicum, non habita ratione an alij laici sint valde diuites, vel non, sed solùm habita ratione, an fiat statutum
33 animo nocendi, qui † nocendi animus præsumi poterit, quando vniuersitas breue ex ea relatura sit commodum. Nam Doctor. dicunt, præsumi quid factum animo nocendi alteri, quando ex tali facto nulla percipitur vtilitas. Paul. de Cast. in l. fluminum. §. fi. ff. de damno infec. & in l. altius. C. de serui. Roma. in consilio 52. in fin. Imol. in l. si in meo. ff. de aqua plu. arcen. Alexand. in consilio 174. libro secundo. Ias. in consilio 32. in secundo dubio. libro primo & in consilio 150. columna fina post medium, libro secundo. Ripa in dicta lege quominus · columna sexta post medium. ff. de fluminibus Idem videtur dicendum, quando vtilitas modica percipitur ex tali facto; quia parum, & nihil æquiparantur l. illud. §. minus. ff. de tributor. l. minus. ff. de verborū signifi. l. 3. circa princip. ff. quod cum eo. Bald. & Docto. in auth. præterea. in vlt. quæstio. C. vnde vir & vxor. & Soci. in consilio 30. columna secunda libro quarto Deci. in consil. 573. columna 2. circa fin. & an dicatur vtilitas magna, vel parua, debet considerari qualitas vniuersitatis;
34 quia vniuersitas † dicitur ditior priuatis, ideo respublica semper dicitur esse soluendo l. secunda. ff. de fund. dot. Ias. in l. sciendum. in princip. columna quinta versicu. tertio limita. ff. qui satisda. cog. & dicitur vniuersitas aut communitas de personis potentioribus. Anchar. in consilio vlt. columna secunda circa medium versicu. præterea conditio ecclesiæ, quod tamen est consi. cuiusdam alterius Doctoris. Idem tradit Bal. in cōs. 311. Apparet. in fin. libro primo vbi quòd vniuersitas dicitur potentior vna persona ecclesiastica, & cum aduocatum. Taurini agerem pro republica, & vniuersitate Sauiliani, solitus erat dicere nobilis quondam Franciscus Ferrucij, vir grauis & magnæ practicæ, ne dubitarem de honorario vnius vniuersitatis; quia de re communi leuiter succurritur vni. Itaque absurdum videretur, si vna vniuersitas pro breui compendio vellet afficere damno grauiore aliquem priuatum. Et præmissa dicta & scripta sint ad correctionem cuiusuis rectius sentientis, & ubi casus accideret, plurimum poterit rectissimum æqui iudicis arbitrium, qui uarie constituere poterit ex qualitate personarum, rerum & temporis.

35 Præmissa † etiam conclusio, quòd in his, quæ sunt meræ voluntatis & facultatis, non inducitur consuetudo, aut præscriptio, limitatur non procedere, quando in eis nota esset & competeret actio; quia tunc tali actioni præscribitur; cum omnes actiones tollantur spacio temporis triginta aut quadraginta annorum l. sicut. & l. omnes. C. de præscri. 30. vel 40. anno. Puta, promittit quis rem vendere quandocunque soluetur certa quantitas: licet enim sit in facultate eius, cui promissio facta est, an cogat promittentem ad vendendum; tamen tali facultati præscribitur triginta annis: quia erat nata & competebat actio contra promittentem, vt venderet etiā ante oblationem pretij; licèt elidi posset exceptionis ope ante solutionem pretij: ita Ange. in cons. 55. Gulielmus & Franciscus, quem refert & sequitur Feli. in cap cum accessissent. columna 12. uersic. secundò declaratur. de constitut. Brunus Astensis in consi. 95. columna secunda.

36 Ex qua limitatione † aperte comprobatur opin. mea contra Alexand. quam posui in cons. meo. 111. quod in causa propria composui, contra vniuersitatem Ripæ propè Cherium. Nam Alexan. in cons. 136. lib. 2. voluit, quòd forensis obligatus ad onera ex consuetudine non præscribat libertatem non soluendi, nisi eo modo, quo præscribitur in actibus mere voluntarijs & facultatis: & sic quòd incipiat forensis præscribere, nisi ex eo tempore, quo fuerit interpellatus ad soluendum, & contradixerit. deinde post contradictionem exactum fuerit tempus legitimum ad præscribendū cum patientia interpellantis acquiescenti contradictioni. Nam illud dictum Alexand. apertissime confunditur ex præmissa limitatione: licèt enim esset in facultate vniuersitatis exigere onera: tamē cum tali facultate coniuncta est actio, competens contra forensem ad solutionem pensorum onerum, quæ actio dicitur condictio ex lege, descendens ex lege tacita consuetudinis, aut saltem competit officium iudicis, cui etiam præscribitur, vt superius vidimus circa illam q. an competat restitutio in integrum aduersus præscriptionem, & quòd dictum Ange. sit verissimum, probatur in conuincibiliter; quia aliàs sequeretur, quòd nulli actioni præscriberetur, cum semper sit mera facultate creditoris, an agere velit vel non. C. vt nemo inuit. & tamen tali facultati præscribitur, cur hoc? quia cum tali facultate coniuncta erat actio, per quam debitor ad soluendum aut aliud faciendum cogi poterat.

37 Amplius † dico, quòd non solum facultati præscribitur, quando cum ea coniuncta est actio, sed etiam quando ex vsu talis facultatis nascitur ius deducibile in iudicium, puta in iure adeundi: nam pender a mera facultate, & a mero arbitrio hæredis, an uelit adire, nec tale arbitrium aut talis facultas coniunctam habet actionem aliquam; quia non potest hæres agere contra aliquem, vt adire possit, tamen quia aditione secuta nascitur ius deducibile in iudiciū actiue & passiue; quia hæres adita hæreditate potest agere & conueniri, tali facultati adeundi præscribitur triginta annis, ita Ang. in l. pignori. ff. de pignor. in l. licet. C. de iur. delib. & in consilio 241. Dominus Bernardinus. columna prima. Cor. in cons. 305. colum. fin. lib. 3. Deci. in l. petens. columna tertia C. de pactis. & in consilio 164. colum. fi. uersi. uenio ad aliud dubium. Ias. in l. quandiu. colu.
38 secunda circa med. ff. de acquir. hæred. Inde fit, vt mirer † moderno rum nonnullos secutos fuisse dictum illud Alexan. in d. cons. 136. libro secundo quod secutus fuit Curt. Iuni. in cons. 60. columna pe. uers. procedit etiam alia solutio. Alex. in cons. 21. columna secūda post med. potuissent moder. allegare Bal. in l. male agitur. colu. tertia uers. per quas leges dicunt. C. de præscrip. triginta vel quadraginta anno. vbi si dominus stetit per centum annos, quòd non imposuit aliqua seruitia vasallo, vel non petijt homagium, non ob id præscribit vasallus libertatem; quia nunquam habuit aliquam possessionem libertatis, antequam fuerit requisitus, & contradixerit: sed dictum hoc Bal. nihil obstat: quia loquitur in vasallo, qui nunquam interuertit possessionem domino super feudo. nimirum, si non præscribit possessione ciuili semper remanente apud dominum directum feudi, ob id contra possidentem ciuiliter nunquam præscribitur, nisi possessio interuertatur d. l. male agitur. secus in dicto Alexan. vbi nulla cadit possessio ciuilis conseruatiua iuris, & vbi vniuersitas fuisset in possessione ciuili, illa amittitur per negligentiam & obliuionem longi temporis, iuxta nota. in l. prima. C. de seru. fugit. sic quòd saltem post decem annos incipit præscriptio currere, vt supra dictum fuit: & aliàs illud dictum Alexan. fuit contra me allegatum in publico iudicio, sed omnes aduocati, qui præsentes aderant, risum dederunt. Puto igitur dictum illud Alex. oppido quàm falsissimum in iure: & contra illud dictum tenuit idemmet Alexan. sibi contrarius in consilio 30. columna pen. in 5. dubio, libro quinto vbi voluit, quòd sufficiat cessatio solutionis per 40. annos, si durante dicto tempore factæ fuerint impositiones collectarum, & solutum non fuerit: & sic solum considerat Alex. an euenerit casus solutionis collectarum; quia ab eo tempore incipit præscriptio currere, & illud cons. Alexan. refert & sequitur Ias. in cons. 210. in fin. libro secundo in cons. 25. columna secunda in fi. libro tertio & in cons. 101. columna fin. libro quarto Addo vltra Ias. eundem Alex. sibi contrarium inter consilia Calcanei in cons. 49. columna secunda vbi voluit, quòd præscriptio inducitur contra præstationem honorantiæ per cessationem soluendi spatio 30. annorum.

Ex præmissa etiam declaratione & limitatione infertur male fuisse locutum Abba. in d. cons. 101. colum. tertia post med. vers. quinimo posset attentari. libro primo quod est repetitum in cons. 57. lib. 2 quia in casu Abb. cum facultate coniuncta erat actio, ob id bene fecit, dum ita locutus est sub dubio forte.

39 Limitatur † etiam præmissa conclusio, quod præscriptio non currit in his, quæ competunt iure facultatis, vt non procedat interueniente aliquo opere hominis. Puta, licèt aqua scaturiens in fundo meo fluxerit in fundum vicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquisitum ius vicino, vt non possim impedire talis aquæ cursum; cum talis cursus consistat in mera facultate mea: quia permisi ita currere aquam scaturientem in fundo meo, ob id licitum est mihi quandocūque præcidere venas talis aquæ in fundo meo, & cursum aquæ impedire d. l. Proculus. ff. de dam. infe. & d. l. si in meo fundo. ff. de aqua pluuia arcen. Istud tamen non procedit;
40 quando aqua ita † curreret ex fundo meo per opus hominis extructum in fundo meo ob causam cursus talis aquæ: ex tali enim opere arguitur, quòd non iure facultatis ita aqua curreret. Ita Pau. de Cast. in cons. 243. Videtur, quod non possit. circa fi. lib. 2. vbi, q in cursu naturali aquæ non potest considerari seruitus, secus vbi interuenit opus manifestum. Idem voluit Calca. in cons. 56. colum. pe. circa med. licèt Pau. non alleget. Idem etiam voluit Bellamera in d. cons. 7. col. 2. vbi, quod ex opere manufacto acquiritur seruitus negatiua, quando quis in flumine publico habet aliquod opus ad retinendos pisces; quia tunc poterit alios prohibere, ne ibi piscati va-

Source : BIU Cujas

ri ualeant, & tamen actus piscandi in flumine publico competit iure facultatis, nec in eo procedit præscriptio l.fin.ff.de usucap.& supra dictum est.Iam etiam limitationem voluit Bal. in cap.cum omnes. columna vndecima de constitu. vbi, quòd nulla seruitus habet causam naturalem, sed aut impositiuam, aut præscriptam, quod Bal. dictum refert & sequitur Ias. in l.prima in princip. colu. 18.in fi.uersi.tertiò in contrarium.ff.de acq.possess.& in d.l.quominus.q.28.ff.de flumin.inferens,quòd scolatitia aut aquarum emissoria nullo tempore præscribuntur. Dum autem Bal.in seruitute requirit causam imposititicm aut præscriptam, ita quòd solus cursus naturalis non sufficiat, causa impositicia & præscripta habetur ex tali opere manu facto.Ex quo apparet, quòd non iure amicitiæ aut facultatis aqua currit ex solo cursu naturali, sed interueniente facto aut opere hominis. Et sic dupliciter potest præscribi in his, quæ competunt iure facultatis. Primò, ex prohibitione, cum patientia sebsecuta ad modum memoratum. Secundò ex constructione & retentione operis manufacti.

41 Sed contra † præmissa, quòd in his, quæ competunt iure facultatis, non cadit præscriptio, uidetur facere dictum Feli.in cap.cum M.colu.quarta uers.tertia declaratio.de constit.ubi,si quis hospitatus fuerit amicum per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, gratis cogitur hospitari in futurum,& tamen talis hospitatio videtur consistere in mera facultate hospitantis, ut dicit Inno in d. cap. cum ecclesia Sutrina. de causa poss.& prop.& hoc dictum Felin. refert & sequitur Socer meus Purpur.in tract.de offi. assesso.nu.174.Respondeo,quòd Feli.non bene loquitur,si ita simpliciter intellexit:nam vbi in iure hospitandi cadere posset præscriptio, requireretur tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium; cum habeat causam discontinuam, ut no.in d.l.seruitutes.magna.ff.de seruit.& tamen Inno. & Docto. dicunt, quòd in tali iure præscriptio non cadit, nisi dicas, quòd sufficit minus tempus propter possessionem ciuilem, quę animo retinetur continue vt per Bart.in l.iusto.§.non mutat. ff. de usucap.Secundò dico, ꝙ Doct.allegati per Feli.hoc non dicunt, imo expresse contrarium: nam Innoc.in d. c. cum ecclesia Sutrina. loquitur non induci præscriptionem, etiam si quis amicum uicibus mille fuerit hospitatus. idem dicit Anch.in c.sine possessione. columna 11. de reg iur.lib. 6.Dec.in d.consilio 8.columna 3.in fi. & sic uolunt Doc.quòd licèt mille annis fuerit quis amicum hospitatus, semel in anno computando, quòd ex hoc præscriptio non inducatur,dum enim dicunt, si mille uicibus hospitatus quis fuerit, non dicunt continue; quia hoc modo unica tantum diceretur hospitatio, sed intelligunt
43 per interualla. Debet † ergo intelligi, quod Feli. dicit, quando ex qualitate personarum,aut ex coniecturis posset apparere,quòd ex debito aut iure seruitutis, non ex mera gratia fieret hospitatio, ut quia hospitatus tale ius hospitandi peteret, tanquam sibi debitum, puta,scribendo literas,vel mittendo nuntios ad dominum domus pro parando suo hospitio uel dicendo domino domus,facias debitum tuum,ut bene recipiamur,ut decet.

QVINTA PARS.

ARGVMENTVM.

Antiquum quid dicatur in feudalibus. Et quòd illa antiquitas colligatur ex possessione prædecessorum. Tum feudorum quotuplex sit qualitas. Et probandi feudi onus incumbat. Et probandi ratio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum dicitur,quod ab antecessoribus fuit acquisitum.*
2 *Feudum antiquum, & feudum paternum,quid differant.*
3 *Feudum nouum quod dicatur.*
4 *Feudum in dubio an præsumatur antiquum,uel nouum.*
5 *Quæstio ubi est de aliqua qualitate, in qua præsens status rei non conuenit cum primo,ex præsenti non præsumitur in futurum.*
Feudum antiquum uel nouum alleganti & asserenti onus probandi incumbit.Limit.num.7.
8 *Feudum esse antiquum,quomodo probabitur.*
9 *Feudalia bona de antiquo probantur per solam famam in antiquis excedentibus metam centum annorum.*
10 *Feudi antiqui qualitas probatur ex verbis enuntiatiuis inuestiturę.*
11 *Feudum dignitatis,aut aliàs collatum a principe, an debeat probari per scripturam.*
12 *Feudi qualitas testibus probari potest, licèt substantiæ probatio requirat scripturam.*
13 *Feudum si quo casu requirat scripturam ad sui probationem,an sufficiat præsumptiue probare.*
14 *Feudi renouatio arguitur ex possessione antiqua rei feudalis.*
15 *Remouetur quid facilius,quàm de nouo inducatur.*
16 *Feudum nouum quando conceditur iure antiqui feudi, an adsumat naturam & qualitatem feudi antiqui.*
17 *Prælatus ecclesię, qui non potest infeudare de nouo bona ecclesiæ sine iuris solemnitatibus,non potest inuestire de nouo feudo iure antiqui feudi. Secus, si inuestitura sit de antiquo.nu 18.*
19 *Feudo probando uerbis enuntiatiuis non creditur eis, qui de feudo libere disponere non potest.*
20 *Feudum nouum licèt concedatur iure antiqui feudi ab eo, qui libere de feudo disponere potest, non tamen transit feudum, nisi ad comprehensos in inuestitura.*
21 *Feudum antiquum si renouetur uasallo,an desinat esse antiquum, & num. 22.25.26.*
23 *Feudum efficitur nouum ex mutatione formæ inuesturę.*
Quod qualiter accipiendum,uide nu.24.
27 *Feudum nouum consideratur respectu noui domini a primo causam non habentis.*

IAm Vidimus quid dicatur de antiquo in materia probationis, in materia præsumendæ solennitatis extrinsecæ, in actis iudicialibus & extraiudicialib. in materia consuetudinis,& præscriptionis. Restat, ut
1 uideamus,quid † dicatur de antiquo in materia feudali:& sic quod dicatur feudum antiquum. Feudum antiquum dicitur, quod ab antecessoribus fuit acquisitum.glo.in c.1.in uersi. inuestire. de succes.feudi.no.in c.1. de natu.succes.in feud.in ca. 1. de gradibus succes.in feud.quæ rubrica habetur in tit.de succes.fratrum.& sedet in croppa:cum simil.ut Alex.tradit in consi.30. colum.3.li.1. Dec.in cons.78.col.penul.in cons.144.colum.4. uersi. his tamen & pluribus.& in consi.445.colum.1.in fi.feudum etiam antiquum præsumitur propter antiquitatem possessionis, quando antiquitus fuit possessum per prædecessores uasalli. Alex.in consi.15.colu.3.lib.5. Soci.in consi.66.colum.5.ante medium. lib.3. ubi, quando patet diu possedit aliqua bona, deinde filij reperiuntur inuestiti de eisdē
2 bonis,præsumitur feudum paternum, non nouum.Sed † quæro hic,quæ sit differentia inter feudum antiquum & paternum; quia Doct.promiscue istis utuntur. Dic quòd feudum paternum dicitur, quod est acquisitum ab aliquo superiore, aut ascendente usq; ad quartum gradum: & sic quinque personæ continentur,pater, auus, proauus, abauus, & attauus.Iacob.Alua.in c.1.§.hoc quoque.columna secunda in quinto notab. de succes. feudi. post Bal. ibi in fin.& idem Alua.in prælud. feudo.in sexta diuisione. Ab illis autem personis supra,dicitur antiquum, vt habetur per Bald.& Alua.in d.§.hoc quoque.tradit Alexan.in cons.26.colum.3.versi. & per prædicta patet etiam non obstare.lib.5. Deci.in consi.208.columna 3. versi. sed tamen prædictis non obstantibus. Ias. in vsibus feudorum,columna 25.versic.tertia conclusio.nu.83. Ex præmis-
3 sis † satis potest colligi, quod dicatur feudum nouum, illud videlicet,quod non est antiquum & paternum.& in quo non habet qs causam ab alio.Oldr.in consi.178. Quidam nobilis Veronensis.in consi.31.colu.2. versi.secundo hoc probatur.Crotus in l.4.§.Cato.col.39. post med. versic. notate etiam pro complemento.ff.de verbo.ob.Si autem filius habet feudum a parte, vel ab alio ascendente,dicitur feudum paternum,vel antiquùm, secundùm memoratam distinctionem Iasin vsibus feud.colum. 26.versi.tertia diuisio.numero 83.vel dicitur feudum nouum,de nouo acquisitum, quod habuit initium in persona primi inuestiti cap. primo in versi. nouam inuestituram,quot testes sunt necessarij.Ias.in d.versi.3.diuisio,& in consi.64.col.2.lib.3.Curtius iunior in tracta.feud.in prima parte.q.8.

4 Secundò quæro † an feudum in dubio præsumatur antiquum, vel nouum, Bal.in capitulo primo in princ.si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agnat. quòd in dubio præsumitur antiquum.Ita Bal.refert & sequitur Deci. in consilio 252. columna 4. post medium.in consilio 269.columna secunda & in d.cons.445. columna secunda in princ.vbi etiam allegat Alex.in d.consilio 15. colum.pen.lib.5.Idem tenet Ias.in consi. 114. columna secunda in fin.lib.primo Contrarium, quòd imo feudum præsumatur nouū non antiquum,tenet Ias.sibi contrarius in cons.24. columna quarta circa med.lib.3.ubi,quòd feudum præsumitur nouum; quia nō præsumitur fuisse aliud feudum,cum res quælibet libera præsuma
5 tur:& ista ratio Ias.uidetur comprobari;quia † quando quærimus de aliqua qualitate, in qua præsens status rei non concordat cum primo statu rei, ex præsenti non præsumitur in præteritum.Oldr. Nicol.de Neapo.& Bald.in l.prima §.si magistratus.ff. de magistra. conue.Bal.in l.ex persona. C. de proba.in cons. 351. columna prima Alex.in consi.75.colum.fin.in cons.92.colum.5.lib.5.in cons. 81.colum.2.& in consi.191.in princ.lib.7.Are. in cons. 15. colum. 2.in cons.66.colum.6.versi.quod autem non probent:sed primus status rei repugnat cum præsentis; quia ab initio omnia bona erāt libera.ob id non sequitur, res hodie est feudalis, ergo in præteritū talis fuit: & hoc fundamentum fortiter urget. Quid dicendum?
6 † Aduerte: quia Bal.& Alexan. allegati per Decium non ita simpliciter aut generaliter loquuntur, prout Decius eos allegat, quòd feudum præsumatur antiquum.sed dicunt, quòd præsumitur antiquum ratione antiquæ possessionis.Ideo uera resolutio est,quòd semper agenti & alleganti feudum esse nouum, vel antiquum, incumbit onus probandi,ob id, si uasallus sit in possessione feudi &

dominus

Source : BIU Cujas

dominus agat contra eum, dicens feudum esse, nouum, domino agenti incumbit onus probandi, quòd sit nouum. Si verò dominus sit in possessione rei, & vasallus agens contra eum dicat feudũ esse antiquum, ipsi vasallo incumbit onus probandi, quòd sit antiquum; quia præsumptio iuris est pro possessore. ita Iacob. de Beluis. in capi. primo de gradi. succes. in feud. quæ rubric. est in titu. de succes. tratrum. sequitur Alexand. in consi. 10. columna secunda lib. 3. idem tradit Pau. de Cast. in cons. 44. Circa præsentem casum notandum est. colum. secunda versi. si verò non constaret. in consilio 279. Visa petitione. colum. secunda versi. sed in contrarium. lib. 2. Curtius senior in cons. 49. col. 3. in cons. 50. col. 8. Crotus in l. re coniuncti. colum. fi. circa med. ff. de leg 3. Curtius iunior in tractatu feud. in prima parte, quæstio. 8. columna quinta ante med. versi. illud tamen, quod dixi. Istud tamen dupliciter limitat Curtius
7 senior in d. cons. 50. colum. 38. Primò, ut † non procedat quando possessio feudi esset vitiosa. Secundò, nisi etiam agens esset in possessione.

8 Tertiò quæro, † dictum est, quod vasallus agens contra dominum possessorem, & dicens feudum esse antiquum, tenetur illud probare, quo modo probabitur feudum esse antiquum? Respondeo, quòd ex antiqua possessione, quando bona antiquitus possessa sunt tanquam feudalia, & ita procedat dictum Bald. in d. capit. primo in princip. si de feu. fuer. cõtrouer. inter dominum & agna. & Alexan in d. consilio 15. columna pen. lib. 5, & tradit idem Bal. cons. 351. In bonis feudalibus. columna secunda versi. tertia maneries. lib. 1. & in consi. 310. colum. secunda circa med. lib. 3. Similiter probatur feudum antiquum per antiquam inuestituram; quia aliæ sequentes inuestituræ præsumuntur factæ sequendo formam antiquæ inuestituræ: ita Pau. de Castr. in d. consi. 44. columna secunda lib. 2.

9 Similiter † bona esse feudalia & de feudo antiquo probatur per solam famam in antiquis excedentibus metam centum annorũ. Alexand. in cons. 15. colum. prima lib. 5. Dec. in cons. 269. colum. 2. & si dominium probatur per solam famam in antiquis, vt abunde uidimus in prima parte, quanto fortius qualitas feudi, an sit antiquum vel nouum, cum facilius probetur qualitas, quàm substantia glo. in l. talis scriptura. § fina. in fi. ff. de legat. 1. & ita arguit Soci. in consi. 166. col. 5. lib. 2.

10 Similiter † qualitas feudi antiqui ex verbis enuntiatiuis inuestituræ, in quibus enuntiatur & dicitur feudum esse de antiquo. Alexander in d. consi. 15. colum. 2. lib. 5. quod tamen intelligendum est secundùm ea, quæ late supra diximus de verbis enuntiatiuis in pri-
11 ma parte huius tracta. Sed hic † aduertendum, dum dicitur feudũ præsumi antiquum ratione antiquæ possessionis, & sic volunt Docto. sufficere probari antiquam possessionem feudi, sed in contrarium facit Bal. in d. consi. 351. colum. 2. post medium, in consi. seq. lib. 1. vbi voluit, quòd feudum dignitatis, aut habitum a principe, debet probari per scripturam. Ita limitando text. in c. 1. si de inuesti. inter domi. & uasal. lis oriatur. & in capit. primo quot testes sint necessarij ad nouam inuestit. prob. Solutio, potest dici, quòd dictũ Bal. lege non probatur, & quòd nostrum non est legem naturalem restringere l. de pretio. ff. de publicia. & quòd in feudo non requiratur scriptura, tradit Iaso. in l. j. columna 11. uersicu. aliam differentiam, & colum. 15. in fin. versic. an autem in contractu feudi. C. de iure emphyteuti. allegat Bald. in rubri. C. de condicti. ex leg. co-
12 lumna fina. quod dictum reputat Iaso. singu. Secundò † respondeo, quòd dictum Bald. posset forte procedere, quando feudum in totum negaretur; quia negaretur rem esse feudalem: sed hic nõ negatur rem esse feudalem: sed quæstio solum est de qualitate feudi, an sit nouum vel antiquum, quo casu qualitas testibus probari potest, licèt probatio substantiæ requirat scripturam. capitulo auditis. vbi Abbas in secundo notabi. de restitutio. in integrum. Deci. in capitulo pastoralis. colum. tertia. de rescrip. habetur in l. certi
13 condictio. §. quoniam. ff. si certum petatur. Tertiò † respondeo, quòd etiam in casibus in quibus requiritur scriptura, sufficit illud probari præsumptiue; quia iuris præsumptio dicitur probatio liquidissima, ita in terminis tradit Baldus in consi. 116. Columbinus. columna secunda. lib. primo, in consi. 14. Subtiliter. lib. 4. & in consilio 511. Quidam prælatus. colum. secunda, post medium. versic. præterea probatio. lib. 5. vbi licet ad probationem emphyteusis requiratur scriptura, tamen si quis soluit pensionem tanquam emphyteuta longissimo tempore, præsumitur titulus emphyteusis, & talis titulus habetur pro scriptura: & in feudo est text. in capitulo si quis per triginta. in titul. si de feu. fuerit controuersia inter dominum, & agnat. & quòd sufficiat probatio per præsumptionem, vbi scriptura requiritur, voluit Bal. in l. 1. columna 5. C. de fideicommiss. sequitur Alexander in cons. 126. colum. 2. post med. vers. Fortificantur prædicta. lib. 6. Dec. in rubri. extra de probatio. colu. 17. in fin. vers. & adeo hæc procedunt. & in consi. 54. col. fi. versi. nam solet dici. Ideo probata possessione feudi per tempus antiquum, etiam prædecessorum, præsumetur feudum antiquum etiam sine
14 alia scriptura. Et ex præmissis † apparet, quòd nimis generaliter locutus est Roma. in consilio 103. columna secunda, versi. his ergo veris existentibus, vbi quòd contractus emphyteusis non potest dici tacite renouatus, ex quo ad eius probationem scriptura requiritur per l. item quæritur. §. qui impleto. secundùm vnum intellectum Bal. ff. locat. quod etiam voluit Alexander in consi. 7. colu. tertia. versicu. secundò principaliter. libro quarto & in consi. 76. columna prima, versic. sed præmissis. libro 5. Deci. in cons. 318. in princ. Iaso. in l. prima col. 15. versi. item per prædictam communem C. de iure emphyteu. Nam istud debet intelligi, quòd non inducitur renouatio tacite ex modico tempore, sed vbi interuenit tempus longissimum, secus est: quia ex possessione antiqua rei feudalis aut emphyteuticæ arguitur titulus feudi, uel emphyteusis etiam
15 de nouo, a fortiori arguetur renouatio: cum † facilius quid renouetur, quàm de nouo inducatur. Alexander in consi. 128. colum. fina. lib. 6. ubi post Doctor. per eum allegat. tenet, quòd facilius præsumitur renouatum mandatum procuratoris reuocati, quando dominus patitur eum exercere actum procuratoris, quàm inducatur mandatum de nouo: & istud nota, quia ualde singulare.

Quartò quæro, an feudum probetur antiquum ex vnica inuestitura, in qua feudum nouum conceditur iure antiqui feudi? seu
16 melius † quæro, an quando feudum nouum conceditur iure antiqui feudi, assumat naturam & qualitates feudi antiqui? Old. in d. consilio 178. Quidam nobilis. ante finem dicit, quòd ista uerba, iure antiqui feudi, facti ueritatem non immutant, per l. si forte. ff. de castrensi pecul. l. si donatione. C. de colla. sequitur Iaso. in consilio 57. col. 5. libro primo in consilio 152. colum. prima & secunda & in cons. 180. col. sexta libro 2. Contrarium, quòd imo per talia uerba feudum nouum assumat naturam antiqui feudi, tenet Bald. in cap. primo in prin. de alienatio. feudi. pater. in cap. primo an agnatus, uel filius. sequitur Alexan. in consilio 30. columna tertia uersi. fortius dixit Bal. lib. primo quod est repetitum in consi. 2. libro 5. tradit idem Alex. in consilio 55. col. octaua uersicu. circa aliud dubium, quo quæritur, si antiquiores. libro 4. & hanc opinionem dicit communem Dec. in consilio 194. columna secunda sequitur idem Dec. in consilio 185. col. 5. Eandem opinionem sequitur Iaso. sibi contrarius in consilio primo columna secunda lib. tertio & in consilio 136. col. 4. & in tribus colu. seq. libro 4. Curt. iun. in tracta. feu. in prima parte, q. 8. columna secunda post med. ubi respondet ad unum fundamentum Iaso. in contrarium. Eandem opinionem testatur communem & sequitur Crotus in l. si is, qui pro emptore 23. in fin. uersi. 3. & ultimò inducitur. ff. de usucap. & in l. re coniũcti. col. antepen. q. 26. ff. de leg. 3. Eandem opinionem sequitur Ripa in lege prima col. 2. post med. ff. de leg. primo. modò si in concessione feudi sint uerba uniuersalia, quòd sapiat naturam antiqui feudi. seu quod concedatur iure antiqui feudi in omnibus & per omnia, allegat Socin. in consi. 165. col. 6. uersi. 6. corroboratur. lib. 2. Addo eundem Socin. in consilio 272. columna tertia uersic. 2. quia licèt dictis comitibus. libro secundo. sed certe ista uniuersalitas uerborum non habetur in consideratione & Doctor. communiter idem uolunt etiam sine illis uerbis uniuersalibus. Tota enim uis in hoc consistit, an cõcedens feudum nouum possit mutare eius naturam, ut sapiat naturam feudi antiqui. Plane si mutare non posset, quid operabuntur uerba uniuersalia.

17 Limitatur † nunc præmissa conclusio, ut non procedat in eo, q de feudo libere disponere non potest, puta in prælato ecclesiæ, qui non potest infeudare de nouo bona ecclesiæ sine solennitatibus, iuris; tunc enim non potest inuestire de feudo nouo iure antiqui feudi: & ita procedat dictum Oldr. in consilio 178. dum allegat d. l. si forte. ff. de castren. pecul. & d. l. si donatione. C. de collation. & ita Oldra. intelligit Deci. in consilio 53. col. 2. uersi. nec obst. si dicatur. Oldra. etiam ita intelligit Iaso. in cons. primo col. tertia post medium. uersi. eandem opinionem. libro tertio & in consilio 136. col. 5. in fin. uersi. eandem opinionem. libro 4. Eandem limitationem tenet Pa. de Castro in consilio 283. De utroque. libro 2. Alexand. in dicto consilio 10. col. 2. libro tertio. Veronens. in consilio 31. col. tertia post medium. Iaso. in usibus feud. col. 26. uersic. quid autem econtra. numero 88. & in consilio 180. col. pen. uersic. 4. respondetur. libro 2. Crotus in d. l. re coniuncti. col. pen. in fin. Brunus Astensis in cons. 40. col. prima.

18 Ista limitatio † sublimitatur, ut non procedat, quando talis inuestitura prælati esset de antiquo; quia propter antiquitatem temporis staretur ei. Iaso. in usib. feu. col. 27. uersic. subdit tamen. Brunus in dicto consilio 40. & pro hoc facit, quod supra dictum est, feudũ præsumi antiquum ratione antiquæ possessionis. Sed aduertendũ
19 est circa istam † sublimitationem; quia aliud est quærere, an quando enuntiatur in inuestitura feudum esse antiquum, credatur uerbis enuntiatiuis. Aliud, quando constat feudum esse nouum, an possit concedi iure antiqui feudi, & talis concessio immutet naturam & qualitatem feudi. Nam quando agitur de uerbis enuntiatiuis, & sumus in eo, qui de feudo libere disponere non potest, fateor, quòd non creditur talibus uerbis enuntiatiuis nisi simus in antiquis. Sed si apparet ex uerbis inuestituræ prælati, quòd feudum uere erat nouum. dico, quòd illa verba, iure antiqui feudi, etiam in antiquis nihil agunt; quia non est tractandum de ali

qua

qua præsumptione ratione antiquitatis temporis, quando apparet de ueritate in contrarium, nisi esset præscriptum per possessorem feudi contra ecclesiam, sed tunc ius possessoris sumitur ex præscriptione, non ex enuntiatis per prælatum, & sumus in illa difficulta-
20 te, an error iuris impediat præscriptionem. Aduertendum † est etiam circa præmissa, quòd feudum nouum concedatur iure antiqui feudi ab eo, qui de feudo libere potest disponere, non tamẽ transit feudum, nisi ad comprehensos in inuestitura. ideo si sit hæreditarium, non admittentur agnati, nisi sint hæredes. Socin. inter consilia Bruni Astensis, in consilio 10. columna quarta. post medium, allegat Alexand. in dicto consilio vndecimo libro tertio, vbi etiam Alexand. declarat efficaciam istis clausulæ, iure antiqui feudi.

21 Quintò quæro, † si feudum antiquum renouatur vasallo, an desinat esse antiquum. Puta vasallus commisit feloniam, ob quam meretur feudo priuari. dominus ea non obstante renouat feudũ, an dicatur feudum nouum, vel antiquum? Dic quòd non desinit esse antiquum. capitulo primo. de vasallo decrepi. ætatis Bartol. & Doct. in l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obligatio. & in l. quod dicitur. 1. ff. de impen. in reb. do. fac. Roma. in consilio 315. Alex. in dicto consilio 300. columna tertia. libro primo, quod est repetitum in consilio secundo libro quinto. Soci. in consilio 100. columna quarta. in fin. libro tertio. Deci. in l. prima, in princi. columna fina. in glos. fina. ff. quod quisque iuris, latius idem Dec. in dicto consilio 53. columna prima & secunda Ias. in d. l. si mihi & Titio. columna fina. & istud procedit sine dubio, quando renouatur feudum sub commemoratione antiquarum inuestiturarum. Aretin. in d. l. si mihi & Titio. Brunus Astensis in consilio 79. columna secunda.

22 Limitatur † nunc præmissa conclusio, vt non procedat, quando feudum erat omnino extinctum; quia vasallus priuatus esset feudo ipso iure, ita quòd alia sententia priuationis necessaria non esset: nam tunc ex tali renouatione efficitur nouum feudum. Bal. in capitulo primo §. insuper. in fi. de prohibi. alie. feud per Fede. Alexan. in consilio 34. columna secunda lib. 5. & pro hoc, quòd res omnino extincta, si renouetur, quòd dicatur noua, & alia res est, tex. in l. inter stipulantem. §. homo liber. uer. & nauis. ff. de uerb. obl. in l. prima §. opus. ff. de oper. no. nuncia. tradit Deci. in d. l. prima in prin. col. fi. ff. quod quisque iur. Ias. in l. ius autem ciuile colu. tertia. ff. de iusti. & iur. facit Cur. senior in consi. 50. columna 48. in fi. vbi quòd ad probandum feudi nouitatem, facit interruptio ciuilis possessionis respectu domini, & naturalis, respectu vasalli. quibus per spoliationem priuati fuerunt dominus, & vasallus, per iura, de quibus ibi per eum.

23 Secundò † limitatur, quando in renouatione feudi adijceretur noua forma; quia tunc ex tali additione nouæ formæ diceretur nouum feudum. Bald. in d. cap. primo §. insuper. in fi. de proh. alie. feudi per Fede. ex mutatione enim formæ inuestituræ efficitur nouum feudum. Veronen. in d. consilio 31. columna 3. Ias. in d. l. si mihi & Titio. colum. fi. ff. de verb. oblig. Idem voluit Oldr. in d. consi. 178. Quidam nobilis. vbi, quòd feudum dicitur nouum ratione nouarum conuentionum, sequitur Curt. senior in consi. 50. col. 48. in fi. Neap. decisio. 112. & decisio. 248. nume. 8. Brunus Astensis in consi. 78. columna secunda post medium. & pro hoc bonus
24 tex. in d. l. ius autem ciuile. vbi Moder. ff. de iusti. & iur. Sed † intelligeistam limitationem, quando mutatur aut alteratur forma circa substantialia feudi, secus si circa accidentalia: ita Calde. in consi. 11. colum. 2. in tit. de feudis. Dicta tamen Calde. ibi non transeunt sine dubio.

25 Tertio limitatur, nisi † feudum amissum per vasallum fisco principis fuisset incorporatum, aut possessio eius per dominum apprehensa; quia tunc si renouetur vasallo, dicitur nouum feudum. Bal. in l. 1. q. 15. ff. de rerum diuisio. Alex. in d. consi. 34. columna 2. lib. 5. Ias. in consi. 152. colum. 2. circa medium. lib. 2. & in consi. 64. col. tertia ante medium. libro 3. Gozadi. in cons. 84. col. 2. uers. 2. quòd non dicatur. & col. fi. uersi. ad tertium dico.

26 Istæ tamen tres † limitationes non procederent, quando feudũ renouaretur sub commemoratione antiquarum inuestiturarum, & sub eisdem pactis & qualitatibus, ex his, quæ scribit Alex. in d. consi. 30. colum. 3. versi. & ita etiam colligitur. lib. 1. quod est repetitum in consi. 2. libro 5. Aret. in d. l. si mihi & Titio. Brunus Astensis in d. consi. 79. colum. 2. Non procederent etiam istæ limitationes, quando in renouatione feudi superior verbo restituimus aut reddimus, etiam si sint verba, & de nouo concedimus vteretur. Mart. laud. Prępositus in c. 1. de vasall. decre. ætat. Curtius senior in consi. 49. circa medium. & latius. col. 86. in fine.

27 Similiter † feudum nouum consideratur respectu noui domini a primo causam non habentis; quia tunc videtur aliud. Curtius senior in dicto consi. 50. columna 48. in fine.

Alia plura scribi potuissent in materia feudi antiqui, sed de ea habentur tractatus Moder. qui abunde & subtiliter scripserunt, nec instituti mei est feudorum hic amplissimam materiam tractare.

Finem habes lector huiusce tractatus nostri de antiquitate temporis, quem per tempus insanientis belli inchoatum, sub pacis tandem concessæ diem, Deo iuuante, absolutum habemus. In quo ipso tractatu boni, si quid deprehensum habeas, Deo id acceptũ totum feras. Plane, si inuisum aut mendosum nactus quid fueris, hominem authorem esse, continuo, quæso, in mentem veniat, itaque adeo obnoxium erroribus. Non is sum, qui a sententijs aut opinionibus meis non discedi expectem. Ad veritatis splendorem lumina omnes deflectere oportet, cuius vnius nomine. quæ scripta hic notauimus, ea omnia rectius sentientis iudicio subiecta esse & volo & cupio. Laus deo Christo redemptori nostro, Virgini eius matri, diuo Ioanni Euangelistæ patrono meo, ac vniuersæ cœlestium Curiæ. Die 14 Octobris. 1554.

IO. BAPTISTAE BOVII REGIENSIS,

De statutaria vrbis præscriptione. Rubr.

De creditoribus negligentibus in petendo debitum ex libro primo statutorum. Cap. CI.

SI Creditor fuerit negligens 2. in petendo debitum ex causa mutui, depositi, vel alterius cuiuscunque contractus per sexdecim annos non audiatur vlterius, sed sibi efficaciter obstet præscriptio temporis prælibati, exceptis dotibus, 3 & donationibus propter nuptias, & debitis 4 tributorum & censibus cameræ vrbis, & cameræ felicis societatis, in quibus non obstet præscriptio supradicta. Instrumentis, 5 autem vsurarijs, seu de duplo obstet præscriptio octo annorum & ad probandum quòd instrumentum sit vsurarium, seu de duplo sufficiat probatio 6 quinque testium, quorum duo producantur per partem, & tres ex officio iudicis vocati per eum de contratis contrahentium, 7 qui omnes probent & testificentur cum redditione causæ scientiæ, quod sit publica uox & fama, 8 & sic se habeat opinio nona vicinorum & habitantium in contrata dicti creditoris, quòd dictum instrumentum sit vsurarium, uel de duplo 10 & quod tales contractus consueuerint exercere, & similis probatio 11 sufficiat, quando contra instrumentum petitum executioni mandari vel aliter in iudicio productum proponeretur vsurarum exceptio.

Ex cap. subsequenti. De eodem habentibus appodissas contra aliquos mortuos. 12.

Item Statuimus & ordinamus, quòd si quis ciuis Romanus 13. habuerit in præteritum aliquam appodissam 14, contra aliquem mortuum, & post mortem ipsius tacuerit per annos decem, nec in publicum produxerit 15. ipsam appodissam nec aliquid ex ea petierit, 16. vel receperit ab hæredibus mortui, de cætero nullatenus audiatur 17. Et quantum ad ipsam appodissam sibi silentium imponatur 18. Et si quis processus factus est ex ipsa appodissa post dictos decem annos non ualeat, nec teneat, nec prę iudicet hæredibus prædictis.

De præscriptione personalium actionum & hypotecæ, seu pignoris ex libro quarto statutorum. Cap. XVIII.

Statutum Contra negligentes debitum petere vim habere decernimus contra omnes creditores, 19. etiam ius hypothecæ habentes, si corporalem actualemque adepti non fuerint possessionem: 20. vel si interruptam præscriptionem: 21 vel saltem de interpellatione iudiciali, 22 vel extra iudiciali, per quam interrumpi huiusmodi præscriptionem volumus legitimè non docuerit, & inuiolabiliter seruari, & ex ea præscriptione extinctam & sublatam esse actionem 23 statuimus, & præsumptio iuris esse intelligatur; 24. cui stetur, nisi contrarium probetur per debitorem, 25. vel nisi contraria præsumptio 26. præponderans ac præualens deducatur ac legitimè probetur: Instrumenta autem & Codices quarumcunque rationum, 27. quibus de iure, vel ex quocunque priuilegio fides adhibetur: 28. necnon & scripturæ & cautiones quæcunque etiam viuentibus debitoribus cursum sexdecim annorum similiter nullam faciant fidem, nullumque sortiri possint iuris aut executionis effectum, 29. exceptis casibus in primis statutis reseruatis.

Glos. Prima.

SVMMARIVM.

1 *Multiplex præscribendi modus.*

2 *Disci-*

Source : BIU Cujas

2 *Diſciplina illa dat certas rationes, quæ ſub determinato ordine proponitur.*
3 *Turpe eſt de aliqua re tractare, niſi prius de eius rei robore cognoſcatur.*
4 *Deus eſt omnium rerum baſis & cauſa prima.*
5 *Infirumenta ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine ſunt nulla.*
6 *Statutum ſimpliciter inducens præſcriptionem tanquam peccati nutritiuum non ualet. & 7.8. & num. 19. ubi communis opinio eſt pro Bar contra 12. & 18.*
9 *Præſcriptio quare introducta ſit, & quid ſit. numero 6. & quotuplex. numero 15.*
11 *Statutum preſumens ſolutionem uel contractum ſimulatum procedit, ſi extant aliqua ſigna ſimulationis, uel ſolutionis.*
13 *Victus non tenetur reficere expenſas victori, in quibus victor ſua culpa fuit condemnatus.*
19 *Negligentia punitur a iure ciuili & canonico.*
15 *Præſcriptio eſt triplex.*
16 *Ius canonicum in materia peccati eſt attendendum.*
17 *Mala fides probatur fama.*
19 *Mala fides non conſideratur quando agitur de tollendo iure quærendo.*
20 *Fideicommiſſum conditionale poteſt mala fide præſcribi.*
21 *Dominium licèt non poſſit præſcribi mala fide, poteſt eius confirmatio præſcribi.*
22 *An confirmatio ſtatuti inducentis præſcriptionem facta per Papam tollat malam fidem.*
23 *Statuta concernentia periculum animæ non cenſentur approbata a Papa in generali confirmatione.*
24 *Confirmatio de actibus imperfectis non extenditur ad inualida, ſecus econtra,*
25 *Generalis inueſtitura non trahitur ad feuda inutilia.*
26 *Clauſula ex certa ſcientia ualidat gratiam nullam, & operatur diſpenſationem.*
27 *Statuta urbis habent executionem paratam.*
28 *Conſuetudo contra leges uel ſtatuta habentia decretum irritans non ualet.*
29 *Legi habenti decretum irritans non poteſt per partes renunciari.*
30 *Debitor non ſoluens debitum ex præcepto iudicis non peccat.*
31 *Creditor negligens in petendo debitum ſibi nocet, & non fideiuſſoribus.*
32 *Negligentia mariti in exigendo dotem ſibi præiudicat.*
33 *Creditores negligentes exigere ab hæredibus, ſi hæredes fiunt non ſoluendo, ſuccumbunt in credito.*
34 *Statutum de præſcriptione reducit præſcriptionem de iure communi ad 16. annos.*
35 *Præſcriptio inducta per ſtatutum non extenditur ad uſucapionem.*
36 *Quod inducitur ad diminutionem non debet operari augmentum.*

De creditoribus &c. Gloſ. prima.

1 MVltiplex † In iure reperitur præſcribendi modus. videlicet, pro ſoluto, pro emptore, pro tranſacto, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, ac pro ſuo. De quibus omnibus habemus titulos ſpeciales in Digeſtorum, & C. libris, quos elegantiſſime præter Bartol. & Paulũ de Caſtro interpretati fuerunt in ſuis tractatibus Cepol. Balb. Tiraq. & multi alij quos longum eſſet referre. Ego autem ne quod actum eſt elegantiſſime a doctiſſimis viris agere imprudenter videar, non omnia per eos notata recenſui, nec quaſlibet quæſtiones ab eis diſputatas in dubium reuocaui. Sed ex omnibus ſcriptis, tam ipſorum, quàm aliorum meliora, & non nulla valde neceſſaria, ab eis omiſſa, & ad interpretationem ſtatutorum maxime accommodatiora, omiſſis ſuperfluis ac materiarum tranſplantationibus, in hunc breuem tractatum congeſſi: & que-
2 niam † ea tantum diſciplina dat certas rationes, quæ ſub determinato ordine proponitur. ſine quo, vt no. Bal. in proe. Digeſtorum nulla ſcientia recte percipi, nihil niſi implicite tractari poteſt. Idcirco hunc tractum ſub certo gloſſarum ordine partitus ſui, &
3 primò † quia turpiſſimum eſt de aliqua re materiam præſtringendo tractare, priuſquam de eius validitate & robore cognoſcatur, uolui ante omnia de ſtatutorum inducentium præſcriptionem authoritate attingere. Sed prius referens principium mei laboris ad principium, a quo oritur, ideſt, ad Deum opti. max.
4 qui † eſt omnium rerum baſis & cauſa prima, & ſine quo nullius boni operis poteſt ſupereſſe ædificium. capitulo cum Paulus. capitulo Principatus. prima quæſtio. prima. cum ſimilibus. De qui-
5 bus per Doctores in Rub. ff. de noui oper. nunc. Vbi † communiter aſſeritur, quòd attenta ſaltem conſuetudine, quæ viget vbique locorum inter chriſtianos, inſtrumentum ſine inuocatione diuini nominis eſt nullum, vt late proſequitur Soci. in conſilio ſecundo volumine quarto & volu. tertio. Quòd dictum credo etiam verum præter conſuetudinem, dictat enim ratio, quòd ſi omiſſio nominis Pontificis in terris eccleſiæ & Imperatoris in terris Imperij vitiat inſtrumentum: Multo magis debet illud operari omiſſio diuini nominis iuxta doctrinã Apoſtol. in capitulo tertio ad Coloſ. omnia quæcunque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini Ieſu Chriſti facite, quæ verba ſunt præceptiua. Inuocata itaque ſanctiſſima & indiuidua trinitate, quæ mentem & linguam meam per ſemitas veritatis dirigat, ad rem ipſam deuenio, & ad hoc, vt cognoſcatur cauſa diſcuſſionis de validitate ſtatutorum ſciendum eſt, quid ſit præſcriptio; quæ ſecundùm Hoſtienſem in ſua ſumma hoc titu. eſt exceptio iuris quoddam ex eo tempore continuæ poſſeſſionis, rerum mobilium, aliquando dominij vtilis, aliquando actionis utilis, aliquando legitimæ exceptionis cauſam tribuens. capitulo poſt. decimaſexta quæſtio. tertia. lege ſi quis. C de præſcriptio. triginta annorum. capitulo primo de præſcriptio. Ioan. Andr. aliter diffiniuit, uidelicet, quòd ſit ius quoddam ex tempore congruens legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. quam diffinitionem magis communiter ſequuntur Docto. in rub. de præſcriptio. ut ibi per Felyn. & alios. Paul. de Caſt. conſilio 297. ubi impugnat diffinitionem Hoſt. per capitulũ poſſeſſor. de regu. iuris. ſed ne tempus conteramus in declarandis terminis iſtis diffinitionibus ſic præ
6 miſſis. Barto. in lege omnes populi. numero uigeſimoquarto. ff. de iuſ. & iure. loquens de huiuſmodi ſtatutis dicit, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur inducens præſcriptionem, tanquam peccati nutritiuum non ualet, ſecus autem ſi ſtatuat poſt tranſa-
7 ctum tempus contractum præſumi ſimulatum. Bald. † in dicta lege numero undecimo dicit op. Barto. tanquam truffam ab omnibus reprobari; quia dum dicit Barto. ſtatutum præſumens contractum ſimulatum, uel fingens debitum ſolutum ualere, & non aliter, reſpondet Bald. quod propter huiuſmodi fictionem non tollitur peccatum. Vnde ſi ratio peccati infringit ſtatutum ſimpliciter inducens præſcriptionem, infringet & aliud, ex quo
8 voluit idem Bald. utrunque ſtatutum ualere: & cum † ſit bonum propter dirimendas lites, ut notat Anch. in conſilio 170.
9 numero quarto & facit etiam † quia iura inducunt præſcriptionem propter euitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem & confuſionem. capitulo vigilanti. cum ibi not. de præſcriptio. Magna eſt contentio inter Doctor. de ualiditate hu-
10 iuſmodi ſtatutorum: nam pro opinio. Barto. † quòd tanquam iniqua non ſint ſeruanda, tenuit Abb. in capitulo quoniam. columna quinta de præſcriptio. Ancha. in capitulo primo. de conſtitu. Anch. in lege prima. C. de iud. Rom. in lege ſequitur. §. uiam ff. de uſucap. Crot. in dicta lege omnes populi. numero 71. & in lege nemo poteſt. de leg. primo. ubi atteſtatur de communi, & ibi Rip. numero 116. Alexan. conſilio 73. In cauſa appellationis. numero tertio uolumine ſexto dicit, quòd uſus a mille annis citra hanc opinionem approbauit, & quòd opinio altera inducit peccatum. Idem conſilio 172. & 220. numero ſexto uolu. ſexto. & conſilio 58. & conſilio 185. uolum. ſeptimo & Imol. in dicta lege ſequitur. §. ſi uiam. & conſilio 16. & conſilio 46. Balb. in tract. præſcript. ſecunda par. tertia par. principalis. quæſtio. decimatertia cum ſequen. Gom. Inſtit. de act. in princi. numero 66. Gozad. conſilio 56. numero 13. Bertrand. conſilio 184. numero quinto uolum. ſecundo Cor. conſilio 55. & conſilio 180. uolum. quarto & conſilio 257. uolum. tertio. & conſilio 338. uolum. primo Pariſ. conſilio 87. numero 84. uolum. primo Imol. conſi. 123. Abb. & Ant. in capitulo cura de iur. patr. Filip. Franc. in cap. poſſeſſor. de re-
11 gu. iur. ubi Ancha. † dicit, quòd licèt ſtatutum præſumat fictionem ſolutionis, uel ſimulationem contractus, intelligitur ſi adſunt uera ſigna ſimulationis, aliàs non ualet, ita refert Fel. in capitulo quoniam numero ſeptimo de præſcriptio. quod etiam voluit Pau. de Caſt. conſilio 285. Incipit, hæredes dictæ puellæ, immo aliqui, vt Imol. & Anto. dicunt contra Bartho. quòd nec ſtatutum præſumens fictionem ualet: quia non poteſt eneruare naturalem rationem, & ueritatem loquens per quæcunque uerba, ad not. per Fel. in capitulo fina. de præſcriptio. & ita tenet etiam Anch. conſilio 5. & Tho. Fer. in tract. cautel. cautela trigeſimaoctaua. Ioan. Andr. in capitulo ſecundo de except. in nouell. ſequitur Alcia. in Rub. de præſcrip. numero quinto ubi dicit hanc eſſe communem opinionem. Matheſil. ſing. uigeſimotertio. Nota quòd omnes leges, & ibi in addi. per quinque colum. Ant. Maſſa uir ſemper honoris cauſa nominandus in ſuo tractatu obligationum, in quinta particula. queſtio. tertia numero undecima & alij de quibus infra † contrariam opinionem tenuit gl. in capitulo primo §. porrò, & ibi Bal. qualiter fe. ali. po. & Bar. ſibi contrarius in l. nemo poteſt. nume. uigeſimoſecundo de legatis primo vbi dicit, quòd ſimilia ſtatuta ualent: quia ſunt inducta propter fauorem publicum in odium negligentis: idem in d. l. ſequitur. §. ſi uiam. numero tertio & in l. fin. §. procurator. ff. rem rat. & in l. ait prætor. §. plane. numero tertio quibus ex cau. ma. & in le. ſi is cui §. Flauius. ff. de ſolut. Fel. in Rub. de præſcript. numero 18. Bar. conſilio 36. uol. 4. qui ad omnia

con-

Source : BIU Cujas

contraria respondet;& Bald.in l.cum notissimi, C.de præscrip.30. ann.in auth.sed nouo iure.C.de natur.lib. & in c. debitores. de iur. iur.Ias.Aretin.& Bal.Instit.de act.in princip.Guid.Pap.dec.199.nu. 4.& decis.416.Paris.consilio 49.num.32.lib.2.Ang.in l.2 ff.de vsufruct.Pau.de Cast.in dicta l.sequitur.§.si viam.nume. 6. & in l.hoc autem.nume.4.ff.de seruitu.vrba.præd. Cuma.consi.67.& consi. 90.Ange.in l.j.C.de iud.Corn.consilio 267.volum.4. Rip. in dicta lnemo potest.num.113.vbi dicit,quòd communis est pro validitate statuti,prout etiam tenet Guid.Pap.in decis.31.& 319.& 409. Alb.de Ros.in cap.possessor.num.6. Vbi late se extendit, statutum huiusmodi non oppugnare iuri naturali: quia finem litibus imponit,nec iuri canonico:quia damnum, quod quis sua culpa patitur, sibi imputandum sit.c.damnum.de reg.iur.& ideo cum statutum sit inductum ad puniendam negligentiam,non debet improbari.

13 Hinc videmus,† quòd victus non tenetur reficere expensas victori,in quibus victor sua culpa & negligentia fuit cõdemnatus,vt no. Alb.de Ros.in dicto cap.damnum.& Afflict.decis.177. nec est ab-

14 surdum,quòd statutum puniat negligentiam, cum † etiam puniatur a lege ciuili.l.1.§.is.de actio.& obliga.l.milites.ff.de custod.reo. & iure canonico quis propter negligentiam priuatur dignitate. ca. ad monasterium.de statu mona.c.2.de cler.non resid.& ex his apparet vtramque opinionem esse communem.

15 Sed pro resolutione præsentis quæstionis sciendum est: q̃ † triplex est præscriptio fauorabilis,mixta,& mere odiosa, vt per Bal. in l.non dubium.C.de leg.Saly in l more.numero 5.C.de rei vendic. & in l.fi.nu.24.C.de edicto diui Adria.tol.& in l.sicut.nume. 6. C. de præscrip.30.ann.& Ial.in auth.quas actiones.C. de sacrosanct. eccl.Fauorabilis est illa,quæ datur in bonis mobilibus cum iusto titulo & bona fide,vt est vsucapio. Alia est mixta,quæ procedit in rebus immobilibus bona fide & titulo per decem annos inter præsentes,& viginti inter absentes.l.fi.C.de præscrip.long.temp.Guid. Pap.in d.decis.416.& in c.illud.de præscrip.alia est mere odiosa; de qua nos loquimur, quam præscriptionem vltra superius allegata impugnat Car.in cap.1.§.si quis,si de feu. fu. contr. dicens quòd in

16 hac causa agitur de materia peccati,& ius canonicum †prohibens locupletari cum aliena iactura. mala fide est attendendum,ut ad lõ gum prosequitur Alex.consi.5.volum.5.& Paris. consilio 27. nu-

17 me.115.volum.1.& consi.66.num.93.volum.3.& volunt† quòd mala fides huiusmodi probetur per famam,vt per Doct.in capi.1. de præscrip.in 6.& Aret.in c.licet ex quadam. de testi. & Gozad. consil.8.nume.14.Alex.consilio 187.nu.8.volu.2.ubi dicit etiam, quòd per inditia probatur,vt per Bal.in l.pen.C.de euict.

Et ita tenuit Rota in vna Romana inter societatem sancti Ambrosij de Vrbe,& D.Bernardinum de Bubalis de anno 1538. ut p Mohed.decis.11.de præscrip.per doctr.Bar.in d.l.Celsus.uersi.qua

18 liter probetur,& per Alexand.in allegat.consil.Egó autem†credo opin.Bal.pro validitate statuti esse veriorem,& quia omnis difficultas versatur circa bonam,vel malam fidem,breuiter dico,q̃ in huiusmodi statutis non est considerabilis mala fides, quia statutum non tollit creditum in fauorem debitoris, sed impedit, ne creditor negligens possit agere;nam quod quis per 10.aut 16.annos nõ petat,quod sibi debet,tanquam nimium negligens merito debet puniri,& maxime istud fit ad extinguendas lites,ut nota.Par.consilio 101.num.18.volum.1.& Soc.consi.17.volum.2.& ideo cum prę scriptio inducta per statutum non respiciat principaliter fauorem debitoris,non potest considerari mala fides,quia cessante culpa & causa debitoris debitor non incidit in c.fi.de præscrip.ut in ter.nota. Soc.iun.consilio 145.num.65.volum.1. & ita declarat Abb. in ca. quod clericis.col.5 de foro compet.& in c.ecclesia Sanctæ Marię de constit.Prout refert Fel.in cap.fina.nu.6.ver.ruminatis,de præscrip.& Caccialup.in l.omnes populi.col.24.uersi.30.Corn.consi. 277.Ad euidentiam.versi.his minime,volu.4.dicit, quòd ista opinio semper sibi placuit, quando mala fides, & culpa non imputatur debitori.

Et sic credit,q̃ procedat opinio Bart.& aliorum in d.l. sequitur. §.si viam,ubi Paul.de Castro in fin. dicit hanc opinionem esse veram sicut euangelium,& quòd contraria opinio procedit, quando statutum dirigit verba in debitorem, quia tunc bona fides, uel mala est in consideratione.Bald.consi.298.hæc materia.volum.1. dicit,q̃ aliquando præscriptio currit secundùm naturam temporis absque aliquo facto debitoris, & quia tunc tempus præscribit, & non homo,mala fides non est in consideratione, quia ubi non est

19 mala fides,hinc uidemus† malam fidem non considerari,quando

20 agitur de tollendo iure quærendo,ex quo dicitur, quòd † fideicõmissum conditionale potest mala fide præscribi:ut no.Socy.consi. 63.volum.1.& consi.203.per totum,volum.2.Ancha.in cap.sine possessione.de regu.iur.Paris.consi.66.numero 93.volum.3.& cõsi.7.numero 27.volum.1.Balb.de præscrip.in 2.parte 3.par.principa.quæst.13.Sed de huius dicti veritate vide Ioan.Ant.Rub. consilio 84.numero 7.Capel.Thol.decis. 74. distinguit circa hanc quæstionem,quòd aut nos loquimur de præscribendis actionibus personalibus,aut realibus.primo casu non requiritur bona fides secũdum Hostien.in rub. de præscript. rer.mob.secus in rebus immo-

21 bilibus:& subdunt aliqui †quòd licet non possit præscribi dominiũ mala fide,potest tamen confirmatio eius præscribi,ut per Bal. consilio 303.volum.1.& Rub.Alexand.consil.3.numero 10.Ahærẽdo itaque opinioni,quòd statutum valeat,si alia opinio admitteretur, quæ videtur esse magis communis, vt attestatur Pir. Angl.in constit.Aurel.in titu.de præscrip.cap.5.& Petr.Duenas in suis regu

22 lis,regula 6 quęstionis esset. An saltem † propter confirmationem Põtificis tolleretur ista præsumpta mala fides, ita quòd opinio Bal. esset sequenda.Alciat.in cap.cum contingat.numero 166.de iure iuran. dicit quòd omnia statuta de materia iuramenti loquentia si confirmantur a Papa valent, quod a simili dicendum est in huiusmodi statuto vrbis confirmato a Pont.Sed Bal.† & Abba. in dicto cap.cum contingat. dicunt, quòd quando statutum concernens periculum animæ inter cætera statuta confirmatur a Papa, non censetur probatum nisi specialiter,& expresse confirmetur. Pro

24 quo facit,quod notat Pau.† de Cast.in l.si quando numero 6.de lega.1.ubi dicit,quòd quædam sunt de sui natura imperfecta, nisi cõfirmentur,vt sunt electiones,& statuta facta per subditos. Tunc si Princeps confirmat omnia statuta,talis confirmatio non comprehendit nisi valida.quia superior intendit perficere imperfecta, non autem validare inualida.quædam sunt de sui natura perfecta, & tali casu confirmatio tendit ad inualida,quia valida non indigent cõfirmatione.ut per Bal.in d.l.si quando.& in l. 1.numero 2.ff.de his

25 qui sunt sui,vel alien.iur.vbi dicit,† quòd generalis inuestitura non trahitur ad feuda inutilia.idem in l.prima.C.de Metropo. dicit, q̃ ex generali concessione condendi statuta, non datur facultas inqua condendi leges:& in ter.Imol.Anto.& Ioan.Andr.in cap. dudum.de dec.dicunt,quòd generalis confirmatio Papæ debet referri ad actus validos, & non inualidos,sequitur Alexand. consil.59. colum.1.& consilio 122.volum.3.& consi 39.volumi.4. Iason.in l.legata.numero 12.de lega.1.& in l.more.numero 27.de iur.omnium iudic.Innocen.in capi.1.de transact.& Bald.consilio 134.copiose.volum.1.dicit,quòd princeps confirmans priuilegia non intelligitur confirmare ea quę dant materiam delinquendi;Prout late per Fely.in cap.constitutus.de rescrip. Ex quibus omnibus patet quòd confirmatio Papę non tollit defectum malæ fidei,sed urget

26 clausula † ex certa scientia in confirmatione Leonis Papæ posita,q̃ est tanti roboris,vt validet gratiam nullam,ut not.Bald.in capit.imperialis. de Pace Const. Guid.Pap.consilio 167.& 205.& late per Fely.in capit.nonnulli.de rescript.& capit. cum inter.numero 5.de except.posset huic contrarietati responderi per eos, qui impugnãt statutum,quòd dicta clausula non operatur circa ea, quæ concernunt periculum animæ,ut not.Anto.Abb.Fely.& alij in capi. constitutus.de rescrip.Et maxime,quia statuta fauorabilia delinquentibus sunt odiosa legi naturæ,& sacris moribus:ut per Bal. in ca. primo.de proba.

Vbi dicit,quod non possunt confirmari a Principe, & qui sic sapit,vt furiosus desipit,& in casu nostro dicit,q̃ statuta, quæ faciunt officiales Romani contra leges,& bonos mores non valent,q̃ etiam procedit,si adsit clausula ex certa &c. confirmantes actum si de se est inualidum,supplentes &c.ut nota.Abba. in cap. inter dilectos.de fide instrum.& Ange.in l.fina.C.de tempo.appel.Contrarium autem de iure videtur uerius,quia in confirmatione statutorum urbis asserit Pontifex mandasse duobus Cardinalibus, ut prędicta statuta diligenter viderent, & examinarent, quo casu clausula ex certa scientia videtur esse verificanda in actu suo proprio, ita q̃ comprehendat statuta de prescriptione loquentia, quia dicta clausula in actu facto a Principe, qui habuit de facto plenam informationem,operatur dispensationem,ad nota.per Barto.in l.ita Vlpianus.in secunda lect.ff.de excusat.tuto.Henri.Boic.in capi.ueniens. de filijs presby.& Socyn.in consilio 146. libro secundo. Curt.iun. consilio 65.cum similibus.cum itaque rite & solenniter sint confirmata statuta vrbis,successiue intelligitur sublata omnis mala fides; & propter huiusmodi confirmationem doctissimus Galęsius in dicto tracta.oblig.ubi supra numero 12.dicit statutum nostrum passim vbique seruari. Immo cum in confirmatione adsit decre-

27 tum irritans † dicimus habere executionem paratam, ut quicquid inde sequatur sit nullius roboris,ut notat Archidia.& Ioan. Andr. in ca.cum de beneficio,de pręben.in 6.& Iason.in l.fi. colum.fi.de constit.Prin.

28 Immo † si extaret consuetudo contra prefatum statutum non valeret,ad nota.per Archidia.in dicto capitu.cum de beneficio,& per Rot.decis.4.de priuileg.in antiq.& latius per Fely.in capit. cum

29 accessissent.in 4.declara.de constitu.nec potest dicto statuto †propter decretum irritans per partes renunciari,ut nota.Paris.consilio 49.numero 26.volum.4.& Bellam.decis.81.

Ego autem credo non solum statuta confirmata a Papa, sed & alia iuxta distinctionem, de qua superius, esse ualida, cum (ut dixi) debitor ex facto suo non liberetur, sed ex facto legis punientis negligentiam creditoris. Idcirco non est consideranda mala fides ipsius debitoris, qui non ex se negat soluere debitum; Sed

30 non soluit, quia lex prohibet. Hinc uidemus, † quòd debitor non soluens debitum ex præcepto iudicis non est in

Source : BIU Cujas

mala fide, neque peccat, vt not. Anchar. in ca. ſignificauit. numero 2. de cenſ. & ideo multo magis debet excuſari debitor, qui lege mã dante non ſoluit, & vbi eſt authoritas legis, ibi nõ datur mala fides. l. 1. ff. de his qui ve. æta. Alua. in c. ſi quis triginta, ſi de feud. fu. contr.

31 Videmus etiam † quod creditor negligens in exigendo a debitore principali dum erat ſoluendo, nocet ſibi & non fideiuſſoribus. l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. Gig. quæſtio. 41. num. 7. de penſ. ſimiliter

32 negligentia † mariti in exigendo dotem a debitore, qui poſtea factus eſt non ſoluendo, ſibi imputatur l. extraneus. de iur. dot. Bald. nouell. in tracta. de dote, priuile. 32. nu. 3. Boer. deciſ. 329.

33 Similiter † creditores, qui negligunt exigere ab hæredibus, ſi poſtea hæredes fiunt non ſoluendo, ſuccumbunt in creditor. l. Pupillus; cum ibi no. ff. de his quæ in fraud. cred. & pro hac opi. facit, qđ notat Bald. in c. indicis offi. num. 3. de offic. iud. Vbi ſecundum nõ nullos dicit, quòd præſcriptio valida requirit duo extrema, negligẽtiam creditoris, & poſſeſſionem debitoris; tunc mala fides inficit poſſeſſionem: quando verò præſcriptio requirit tantum negligentiam creditoris, vt in caſu noſtro, non conſideratur bona, vel mala fides, quæ non hominem condemnat, ſed negligentia propria: id-

34 circo † cum ſtatutum iſtud reducat præſcriptionem de iure communi ad ſpatium 16. annorum, vt voluit Barto. in d. l. ſequitur. §. ſi viam. Alex. laſo. Rip. & alij in d. l. nemo poteſt. Cor. conſi. 277. volum. 4. & late Par. conſ. 66. nume. 92. volum. 3. abſque dubio tenẽdum eſt, quòd valeat, & omnino ſit ſeruandum. Sed antequam ad

35 vlteriora progrediamur, ſciendum eſt, † quod præſcriptio ſtatutaria huiuſmodi eſt loco præſcriptionis triginta vel quadraginta annorum, & non extenditur ad vſucapionem, vt no. Aret. in l. Pomponius. §. cum quis. de acquir. poſſeſ. & ibi laſ. nume. 18. & Bal. in l. qđ eſt conſtitutum. C. ne de ſtatu defunct. vbi dicit, ꝙ ſtatutum inducens præſcriptionem fauorabilem non extenditur ad aliam præſcriptionem, nec contra, quia præſcriptio facta ad vnum effectum, nõ eſt ad alium porrigenda, vt no. Par. conſilio 114. num. 23. vol. 1. & ideo cum vſucapio ſit merè fauorabilis. l. poſt acceptum. de rei vendi. Soc. & laſ. in l. fi. ff. de eo per quem fact. er. & præſcriptio, de qua agitur ſit mere odioſa, non eſt de vna ad aliam inferendum, quod maxime procedit, quia vſucapio minori ſpacio 16. annorum perficitur, & ideo non poteſt comprehẽdi ſub ſtatuto, quod videtur tollere omne tempus, vt no. Pir. in conſtit. Aurel. in titu. de execut.

36 ex loc. c. 8. & ideo † cum intendat ad diminuendum tempus conceſſum de iure communi, non debet operari augmentum. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. no. Soc. Iun. conſi. 144. numero 33. volumi. 2. Dec. conſi. 627. num. 12. Egid. deciſ. 167 in fin. & late Rub. Alexan. conſilio 2. numero 17. cum ſimil. ut per Anch in cap. cum apoſtolus. num. 6. de cenſibus. vbi dicit, quòd iura, quæ prouident circa diminutionem, habent locum in illis qui ad maiora tenebantur non quò ad illos qui minoribus officijs fungebantur, & ideo ſtatuta huiuſmodi non poſſunt verificari in vſucapionibus.

Non verificatur etiam in multis alijs præſcriptionibus minoris temporis, vt eſt illa viginti horarum, de qua in l. capite. ff. de adulte. Alia vnius diei, de qua in l. litigatoribus. C. de appellat. & in l. reſcriptum. ff. de re iud. tertia duorum dierum, de qua in l. ædiles. §. uidẽdum. ff. de ædilit. edic. quarta trium, de qua in l. vltima. C. de error. aduocat. Quinta quinque dierum, de qua in l. & ſi poſt tres. §. orationis. ff. ſi quis caut. ſexta nouem dierum, vt in l. cum ſit. C. de ſepulcr. violat. ſeptima decem dierum. auth. hodie. C. de appell. octaua quindecim, vt in l. ſi quando. C. de teſtamẽ. nona viginti. l. cum Papinia. C. de ſent. & interloc. decima triginta dierum, vt in l. in contractibus. §. ſuper cęteris. C. de non num. pecu. vndecima quinquaginta dierum, Inſtitu. de excuſat. tut. duodecima duorum mẽſium l. fi. C. de adulte. decimatertia centum dierum l. ſi bonorum. C. qui admitti. decima quarta trium menſium l. ſancimus. §. igitur. C. de iure delib. Decimaquinta quatuor menſium. l. 2. C. de vſur. rei iudi. decimaſexta quinq; menſium l. ſciendum. §. fi. de ædil. edic. decima ſeptima, ſex menſium. l. 2. C. de ędili. act. decimaoctaua octo menſium l. ſcimus. C. de iure delib. decimanona nouem menſium l. prima. C. de dilat. vigeſima decem menſium auth. vt lic. mat. vigeſimaprima vnius anni. l. ſciendum. §. vltimo. ff. de ædil. vigeſimaſecũda, duorum annorum. l. fi. C. de dolo. Vigeſimatertia trium, tot. tit. de vſucap. vigeſimaquarta quatuor annorum l. 1. §. Diuus Pius. ff. de iure fiſci. vigeſimaquinta quinque annorum l. vltima. C. ne de ſtat. defunct. vigeſimaſexta ſeptem l. ſi infanti. C. de iure delibera. vigeſimaſeptima nouem l. vltim. C. de alimen. leg. vigeſimaoctaua. decem l. ſi pater. ff. de pecul. vigeſimanona duodecim. l. 4. ff. de teſt. 30. tredecim. l. 2. C. de ſenat. trigeſimaprima quatuordecim. l. ſeniũ. C. qui teſtamen. facere poſſ. trigeſimaſecunda quindecim. Inſtitu. quibus cauſ. manu. §. finali. Omnes enim iſtæ præſcriptiones non ſunt ſublatæ, neque auctæ per huiuſmodi ſtatutum, ſed tantum ſequentes ſunt redactæ ad tempus ſexdecim annorum.

Alia decem & octo, tertia viginti ſex, quarta triginta & quadraginta annorum, eſt & alia quinquaginta, & quinquaginta quinque ac ſexaginta, & centum annorum, & aliæ quæ ſunt perpetuæ, De quibus omnibus per Roger. in Catalogo præſcrip. & Dy. & in tracta. de præſcript.

Quæ vltimæ non videntur percutere materiam crediti, & debiti niſi in fauorem eccleſiæ Romanæ, & ſuperiorum Principum; cum quibus quomodo procedatur dixi in gloſſ. decimanona numero 199. & 212.

SVMMARIVM.

1 *Negligens quis dicatur.*
2 *Statutum puniens negligentiam eſt conforme cum iure communi.*
3 *Negligentia in quibus conſiſtat.*
4 *Probato lapſu 16 annorum dicitur probata negligentia in caſu ſtatuti.*
5 *Impedimentum non purgat negligentiam, niſi impeditus proteſtetur.*
6 *Negligentia an noceat ſine interpellatione.*
7 *In pœna quæ oritur ex facto negatiuo requiritur monitio.*
8 *Nemo poteſt declarari incidiſſe in pœnam legalem, niſi præuia citatione.*
9 *Monitio non requiritur ad præſcribendum contra creditorem.*
10 *Mora in termino præfixo a lege non poteſt purgari.*
11 *Vbi eſt appoſitum certum tempus, non requiritur monitio.*
12 *Promittens factum alienum cum pacto derato infra certum tempus non eſt interpellandus.*
13 *In pœna quæ oritur ex facto negatiuo requiritur monitio, quando ueriſimiliter poteſt competere defenſio.*
14 *Monitio requiritur, quando præfigitur ab homine, ſecus ſi a lege.*
15 *In contractu iurato nunquam requiritur monitio.*
16 *Debitor ſi tenetur offerre creditori, non poteſt preſcribere abſque monitione*
17 *Si annus contractus erat biſſextilis, an omnes anni debeant habere tot dies pro implenda præſcriptione.*
18 *Menſis ſi prefigitur alicui ad aliquid faciendum, debet eſſe tot dierum, quot menſis, in quo fit præfixio.*
19 *Tempus præfixum a ſtatuto an ſit vtile vel continuum.*
20 *Tempus appoſitum ad expirationem beneficij currit a momento ad momentum.*
21 *Dictio, per, ſignificat tempus continuum.*
22 *Cum fit mentio de tempore, in dubio intelligitur de continuo.*
23 *Tempus ſemel interruptum non coniungitur.*
24 *Emphyteuta non incidit in commiſſum, ſi non ſoluat canonem per biennium interpellatum.*

Si creditor fuerit negligens. Gloſſ. II.

1 Negligens † dicitur ille qui ſcit ſe dominum, & non curat agere, vt nota. Bero. in Rub. de præſcrip. numero 8. vbi dicit etiam eum dici negligentem, qui in facto proprio ius ſuum ignorat, per l. fina. ff. pro ſuo. Sed de hoc, an ſtatutum comprehendat ignorantem in facto proprio, dixi in gl. omnes creditores.

2 Iſtud ſtatutum puniens † negligentiam eſt conforme cum iure communi, quia iura vigilantibus, & non dormientibus ſubueniũt, vt nota. Barba. in conſilio 57. numero 12. uolumi. 2. & Doctor. in proœm. Inſtitu. Notandum eſt autem ad propoſitum noſtrum, vt

3 neceſſaria non omittamus, quòd negligentia † conſiſtit in his, quæ ſunt facultatis, non autem impoſſibilitatis, quia negligere eſt cum poſſis, ſecus ſi non potes, vt nota. Bald. in capitu. inter corporalia. numero 15. de tranſlat. epiſco. late de negligentia tractat Fely. in c. ſi autem. numero 3. de reſcrip. vbi per Dec. numero 4.

4 Notandum eſt etiam pro intelligentia ſtatuti † quòd probato lapſu ſexdecim annorum dicitur illico probata negligẽtia, vt per Anchara. in capit. plerunque. nume. 3. eodem titulo per Alexand. conſilio 81. libro 4. cum multis allegatis per Fely. in dicto cap. ſi autem.

5 & Bart. in conſilio 102. chariſſime domine, Ancha. †in dicto c. plerunque notabiliter dicit, quòd non ſufficit ſubeſſe impedimentum ad purgandam negligentiam, niſi impeditus publice de impedimẽto proteſtetur, & in terminis noſtris dicit procedere contra eum, qui fuit impeditus propter guerras, vel ſimilia, quòd ſi publicè nõ proteſtetur, contra eum currit præſcriptio. l. vt perfectius. C. de annal. except Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis. de noui oper. nunciat. de hoc latius dixi in glo. vel ſi interruptam, uer. limitatur iſtud commune dictum, ſi tempore hoſtilitatis.

Non ſufficit proteſtari de impedimento in genere, ſed in ſpecie eſt exprimenda eius qualitas. Bald. Ange. Iaſon. & alij in l. fi. de fer. Barto. in conſilio 97. numero 6. Socyn. Iun. conſilio 18. volumine 2. Vbi dicit, quòd allegans impedimentum non excuſatur, ſi illud remouere potuit, quia quando diligentia prodeſt, & quis ea non vtatur, currit ſibi tempus, ac ſi impeditus non fuiſſet. Bald. in l. prima. C. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabul. Roman. conſilio 9. vbi dicit, quòd ſi quis iurauit ſtare ſententiæ arbitri, & per conſequens non valeat petere reductionem ad arbitrium boni viri, niſi prius petat abſolutionem a iuramento, currit ſibi tempus, quia cũ illam petere potuerit, & non petierit, ſibi eſt imputandum, & late per Balb. in tracta. de præſcript. quarta parte. 4. par. principalis. quęſtione tertia. & Crauett. conſilio centeſimotrigeſimoſecundo. numero 5. & Alexand. conſilio 164. libro ſecundo, & conſilio 114. libro 5.

Sed

Source : BIU Cujas

6 Sed quæstionis esse potest,an † negligentia noceat sine interpellatione.Fel.in d.c.si autem.& Bar.consilio 98.testator post insinuationem,& consi.36.statuto ciuitatis Assisij,volu.j.& Innoc.in cap. extirpandæ.de præb.distinguunt circa hoc.Aut(inquiunt)lex loquitur affirmatiuè,vt si creditor neglexerit petere debitum cadat a iure suo; & tunc nulla requiritur monitio, secus autem quando lex negatiue loquitur,videlicet, quòd creditor non audiatur vlterius;
7 quia ad hoc,vt præscriptio currat in pœna,†quæ oritur ex facto negatiuo,requiritur monitio,vt voluit Host.& Io.Andr.in capi.licèt causam.§.j.de elec.& Car.consi.86.& late Fel.in cap.2.num.4. de Magist.& Ale.in l.si mora.numero 12.ff.solu.mat. & Doct.in cle.
8 præsenti.in verbo constiterit de cens. vbi dicunt † neminem posse declarari incidisse in aliquam pœnam promulgatam a iure ꝓpter excessum in faciendo,nisi præuia citatione,& ita tenet glo.in prag. sanct.in tit.de collat.in verbo,prouideatur mihi,fol.72.

9 Ego autem † credo,ꝙ nunquam requiratur monitio; quia si requireretur monitio,aut creditor monitus posset purgare moram, aut monitio seruiret de vento: sed creditor in casu statuti non pōt purgare moram; quia per lapsum temporis statim acquiritur ius debitori,& ideo non potest purgari mora.ca.cupientes.§. quòd si. de elect.in sexto.cap.licet.de supplen.negli.prælat.no. Henr.Boer. & Cyn.in l.si pacto.C.de pact.in l.& si post res.ff.si quis cautionibus,& Fel.in ca.penul.num.8.de iud.& in cap.gratum.nume.3. de off.delega.

10 Vbi dicit,† quòd in termino præfixo a lege non potest purgari mora.Aret.consil.95.nume.6.Alex.consi.133.lib.6.Calcan.consi. 16.Crauet.consi.146.nume.16.& ita debet intelligi consi. Pau.de Castr.& tex.in l.si pupillus.ff.de verborum oblig.quia propter decretum legis impeditur purgatio moræ.Gozad. consil. 34. & 69. nisi forte solutio esset destinata in certo loco certo die; quia tunc propter tempus modificatum in loco non cōmittitur mora. Ale. consilio 41.volum.4.Gozad.consil.31.num.24.alias secus. Bal.in auth.ad hæc.num.18.C.de vsur.& Abb.in cap.in tua.in fi.qui mat. accu.pos.& Dyn.in l.si seruum.§.de illo.de verborum obliga.Car. in c.i,col.3.quo temp.mil.& ibi Bal.num.3.& Anch.in ca.quàm sit de elect.in 6.vbi dicit,quòd post executionem non admittitur purgatio moræ,& quòd tunc dicitur facta executio eo ipso, quòd qs priuatur a lege; quia dies interpellat pro homine.l.traiectitia.§. de illo.de verborum oblig.l.magnam.C.de contrah.stipul. & quoties
11 †positum est certum tempus,non requiritur monitio,vt no. Matthesil.singu.50.& Bald.in l.2.C.de sponsa.Par. consi.109.nume.25. volum.1.Fel.in c.ex rescripto.in fi.de iureiur.& Soc.in consi.288.
12 volu.2.vbi dicunt † ꝙ promittens factum alienum cum pacto derato infra certum tempus non est interpellandus, quicquid dicat Dec.in consil. 2.per totum.Et pro hac opinione consuluit Anch. consilio 65.nu.9.per tex.in c.licet canon.de elect.in 6.Cum itaque statutum præfigat terminum 16.annorum ad petendum debitum transacto tempore quis constituitur in mora, vt etiam in proprijs terminis tenet Marsil.singu.341.ille qui.vbi multos allegat;opinio
13 †autem illorum,qui dicunt in facto negatiuo requiri monitionem procedit,quando verisimiliter posset competere defensio creditori,ad not.per Innoc.in c.tua.de cohabi.cleric.& in c.vestra.eodem titu.& in c.ad nostram.il 3.de iureiuran.& in c.fi.de offic.delega.in 6.sed in casu statuti certum est,quòd transacto tempore tollitur a-
14 ctio creditori,& ideo non requiritur monitio;possumus†etiam dicere,quòd monitio requiratur, quando dies præfigitur ab homi-
15 ne,secus si a lege; quia tunc requiritur monitio,nisi contractus†sit iuratus,cum iuramentum sit loco interpellationis,vt per Bart.Ale. & alios in l.ita stipulatus.de verborum obligat. Alex.in l.2.§.fina.ff. solu.matrim.Fel.in Rub.de iureiur.Abb.in c.quòd clericis. de foro compet.dicit ad propositum nostrum, quòd aut debitor tenetur
16 †offerre creditori,& tunc requiritur monitio.l.si seruum. §. sequit de verborum oblig.aut debitor non tenetur offerre, & tunc non requiritur interpellatio.l.idem.de const.pec.Soc.consi.203. vol.2.

Quomodo autem probetur negligentia,vide Fely. in c. irrefragabili.de offi.ordi.& in c.si autem.de rescri.Bar.in consi.202.Crauet.consi.132.& late Gom.in reg.post.28.quæst.reg.de Trien.ubi coaceruat 214. casus in quibus negligentia nocet, & viginti alios in quibus non nocet,& ideo ad eum recurre, quia regulariter negligentia non prēsumitur.Corn.consi.136.volum.2.Paris.consilio 27.nume.89.volu.1.& late Roland.consi.35.nume.21.volum.2.

Sed quia statutum præfigit terminum 16. annorum potest du-
17 bitari,quid† si tempore obligationis contractæ annus erat bissextilis,& erat de mense Maij,an quilibet annus 16.annorum debeat habere tot dies,quot habuit annus celebrati contractus, & quilibet mensis debeat habere triginta dies & vnum. Ista quæstio non est ita parui momenti, vt prima facie videtur esse, quia si quilibet annus habet tot dies,quot annus bissextilis, & quilibet mensis, quot mensis Maij,multum iuuaret negligentibus,quia superessent post
18 16.annos dies 116.glo.in cap.quàm sit.de elect.in 6.dicit,† quòd si mensis datur ad aliquid faciēdum,intelligitur esse tot dierum,quot mensis in quo præfigitur tempus.& Mil.in repet.in verbo mensis, dicit quòd ita communiter seruatur,vt no.Anch.in c.licet. de sup-
plen.negli.prelat.& in d.c.quàm sit,& in c.si propter. de rescript.in 6.vbi de mente Archidia.dicit,quòd appellatione anni.intelligitur de anno vulgari 12.mensium,vide Bar.in l.cum bissextus.de verb. signi.& Soc.consi.99.nu.1.volum.3.vbi dicit, quòd compromissum de duobus mensibus debet intelligi secundum numerum dierum mensis,in quo factum fuit,vt per Bald.& Imol.in l.de diuisione.ff.solu.matrimo.

Et in ter.Alex.consilio 114.numero 10.volum.5.Bald.in l.j.ff.si quis caut.Deci.& Cagnol.in l.vbi lege.ff.de regu. iuris,quæ omnia dicas incipere suum cursum non a die celebrati contractus,sed traditionis rei subsecutæ:vt dicunt Bart.Bal.& communiter Doc. in l.si cui legetur.ff.de legat.1.vbi Ias.numero 18. dicit, quòd si testator legauit quibusdam fratribus centum florenos pro constructione capellæ,quam teneantur construere infra annum, alias cadant a legato,non prius currit annus, quàm solutum sit legatum, & in terminis de emptore, qui non tenetur soluere precium infra certum tempus promissum,nisi prius sequuta traditione,communiter tenent Doctores vbi supra,& in l.2.C. de contrahenda emp. & in l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.& Soc. qui refert nonnullas distinctiones super hoc in l.si in diem.per totum.ff.de conditio. & demonstratio.

19 Sed oritur etiam alia quæstio † an illud tempus 16. annorum sit vtile vel continuum,breuiter agendo Bal.in l.genero.de infam.distinguit,aut statutum est conditum a Prętore,vt dicit Alexā.in l.fi. numero 4.C.de dolo mal.episcopo,vel Marchione,aut a populo.

Primo casu tanquam factum a magistratibus habet vim iuris p̄torij,& sic tempus per huiusmodi statutum prefixum presumitur vtile,quia tempus a Prætore præfixum semper est vtile:aut statutū secundo loco fit a populo,& tunc tempus est continuum,& regulariter omnes præscriptiones habent tempus continuum, ut nota. Alex.vbi supra,& Bar.in Rub.de diuer.præscript. & de huiusmodi statutis in terminis Bal.in dicta l.genero.& late accumulat Socyn. consi.108.numero 8.volumi.4.& facit quod notat Bal.in d.l. denique.§.minorem.de min.

20 Vbi dicit,† quòd tempus appositum ad expirationem beneficij de puncto ad punctum,& de momento ad momentum computatur,ut not.Iaco.de Arena in l.prima.ff.de manu. & istud absque dubio procedit in statuto Vrbis, tum quia est conditum a populo
21 tum etiam propter dictionem illam per 16.annos,quia dictio† per, significat tempus continuum.l.vrbana prædia §.pernoctare. ff. de verborum signific.Bart.in l.illud.de offic. præsid. Soc. qui multos allegat in consi.118.numero 8.volum.4.& ibi num.6. dicit, quòd
22 cum † fit mentio de tempore,in dubio intelligitur de continuo,&
23 tempus † semel interruptum non coniūgitur secundùm communem opi.vt ibi per eum,qui infert † ad emphyteutam, vt non incidat in commissum,si non soluat canonem per biennium interpolatum;quia (vt dixi) necesse est, vt sit continuum, nisi in materia nostra cursus temporis aliquando propter hostilitatem, uel mortalitatem dormiat; quia tali casu,vt suo loco dicemus, reuiuiscens
24 coniungitur.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loquentia de præscriptione non comprehendunt mulieres pro rebus dotalibus nu.3.*
2 *Res dotalis est prohibita alienari.*
3 *Res mulierum non dotales comprehenduntur sub statuto præsc.*
4 *Dos legato relicta habet priuilegia veræ dotis.*
6 *Stante statuto,quòd mulieres dotatæ excludantur,excludentur fœminæ in testamento dotatæ.*
7 *Si statuto cauetur,quòd omnia legata & donationes insinuentur,aliàs quòd non ualeant,non comprehenditur legatum factum nomine dotis.*
8 *Dos promissa habet priuilegia veræ dotis.*
9 *Statutum de dote lucranda habet locum in dote promissa.*
10 *Statutum de præscriptionibus non extenditur ad dotem putatiuam.*
11 *Stante statuto,quòd instrumētum dotale habeat executionem paratam,procedet etiam in instrumento dotis putatiuæ.*
12 *Dos confessata habet priuilegia veræ dotis.*
13 *Transacto decennio creditores non possunt excipere contra dotem confessatam.*
14 *Creditores possunt petere restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis ad opponendum de exceptione non numeratæ dotis.*
15 *Dos præsumpta habet priuilegia dotis.*
16 *Mulier nubens nulla promissa dote, an præsumatur omnia bona in dotem dedisse.*
17 *Augumentum dotis habet priuilegia dotis.*
18 *Dos & donatio propter nuptias constituta ante statutariam præscrip. habēt priuilegia dotis.*
19 *Noua præscriptio nouiter inducta comprehendit obligationes veteres.*
20 *Factum habens ortum de præterito,& expectans perfectionem de futuro cō prehenditur sub lege noua.*
21 *Statutum dans præmium capiendi bannitum, & præsentandi Curiæ habet locum in eo qui cœpit bannitum ante statutum, & post præsentauit.*

22 *Statutum de lucro dotis habet etiam locum in dote data ante ſtatutum.*
23 *Statutum de præſc. fauet etiam hęredibus mulierum.*
24 *Prærogatiua realis tranſmittitur ad omnes, ſecus autem perſonalis.*
25 *Prærogatiua in dubio præſumitur realis.*
26 *Priuilegiatus quando incipit a ſe præſcriptionem, & ſuccedit ei non priuilegiatus, ille non priuilegiatus non tranſmittit priuilegium.*
27 *Multiplex eſt priuilegium.*
28 *Statutum loquens de præſcrip. quò ad dotes non extenditur ad dotem matris defunctę.*
29 *Ceſſionarius dotis gaudet priuilegio ſtatuti de præſc. & ibi an tranſmiſſibile ad hęredes ſit ceſſibile.*
30 *Statutum de præſcrip. non fauet dotibus nondum datis maritis ratione fructuum.*
31 *Fructus dotis qua actione petantur.*
32 *In obligatione conditionali fructus ratione dotis præſcribuntur.*
33 *Statutum de præſc. non extenditur ad longiſſimam præſcriptionem.*
34 *Statutum de præſc. fauet etiam mulieribus pro rebus non dotalibus, & numero 40.*
35 *Statutum loquens de creditoribus non extenditur ad fœminas.*
36 *In ſtatuto exorbitanti maſculinum non concipit fœmininum.*
37 *Maſculinum concipit fœmininum ex extenſiua interpretatione.*
38 *Statutum, quòd filius fam. non poſſit contrahere ſine conſenſu patris, non tra hitur ad filiam familias.*
39 *Statutum continens odium irrationabile, fœminę nunquam comprehenduntur ſub uerbo maſculini generis.*
40 *Exceptio nunquam facit comprehendere ſub regula illa quę alias comprehẽ ſa non fuiſſent.*
42 *Negligentia non poteſt conſiderari in mulieribus ſicut in uiris.*
43 *Mulier plerunque contra propria commoda laborat.*
44 *Mulier in rebus non dotalibus reſtituitur aduerſus præſcriptionem.*
45 *Præſcriptio ſtatutaria urbis non currit contra maritos.*
46 *Vſurę quæ debentur pro dote non ſoluta poſt biennium præſcribuntur ſpacio 10 annorum.*

Exceptis dotibus. Gloſſ. III.

1 **Statuta loquentia,** †de præſcriptione non comprehendunt mulieres pro re dotali viuente marito: ad no. per Doct. in l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. & in l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcrip. 30. anno. Bald. Nouel. in tract. de dot. 7. par. princ. D. meus Soc. iun. conſ. 144. nume. 59. & 63. volum. 1. Guid. Pap. ſing. 653. Pau. de Caſtr. conſilio 467. vol. 2. idem Guid. Pap. in c. illud. nu. 3. de præſcri.

2 Vbi dicit, †ꝙ res dotalis eſt prohibita alienari, & ſucceſſiue præſcribi, ne vno iure recipiatur, quod alio prohibetur, vt per Ancha. in c. fi. in fi. de confeſſ. in 6. in c. tuæ. de procur.

Laurentius Sylua. in conſ. j. nu. 130. late circa hoc ſe extendit ad not. per Doct. in l. alienationis. ff. de verborum ſignifi. Afflict. deci. 254. nu. 3. Roder. Suarez in l. 1. ti. de laſaraſ. nu. 50. cum ſeq. vbi dicunt, ꝙ prohibita alienatione prohibetur & præſcriptio, quæ dicitur alienatio effectualis, & propterea non poteſt fieri, niſi in illis caſibus, in quibus fit lege permittente. l. omne verbum. ubi Bald. nu. 9. C. communia de legat. l. vbi lex. ff. de vſucap. quia ubi lex reſiſtit, res non poteſt ad aliquem peruenire, niſi affecta prohibitione legis. l. Pomponius. §. finali. ff. de acquirenda poſſeſſio. & propterea non datur præſcriptio, vt late per Igne. in l. neceſſarios. §. non alias. ff. ad Sillan.

3 In rebus †autem quæ non ſunt dotales, videtur, quòd ſtatuta generaliter loquentia comprehendant etiam mulieres, vt no. Par. cõ
4 ſi. 16. nume. 142. volum. 2. Immo comprehendit etiam † dotes, niſi ſpecialiter excipiantur: ut de com. atteſtatur Cag. in l. j. nu. 16. de regulis iuris. & Rip. in l. j. q. 51. C. de reuoc. donat. Salyc. in l. fi. C. de iure dot. tenet contrarium; videlicet, quòd dotes ſemper intelligãtur exceptæ, quod etiam voluit laſ. in l. quæritur. nu. 5. de verborũ obliga. & in l. j. ſolu. mat. & Bal. conſi. 485. volum. j. multa coacerua Tiraq. de utroque retract. §. j. verbo, Ou æquipollent, Glo. 14. num. 92. & Soc. conſilio 122. & Dec. in dicta l. j. num. 8. de reg. iur. communis autem eſt in contrarium, vt per Bal. in l. omnes populi. verſi. item nota. de iuſt. & iure Dec. in l. j. C. de eden. & in c. j. de reſcrip. & in conſi. 61. & 131. & 446. & Rip. in l. j. ff. ſolu. matrim. Sed in caſu præſcriptionis reperiuntur priuilegiatæ, & ideo non comprehenduntur ſub generali ſtatuto, ad not. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cau. priuileg. 111. & in tractatu de præſcript. gloſſ. 11. poſſumus autem dicere, ꝙ iſtud ſtatutum reſpiciat tantum fauorem maritorum, & eorum hęredum: ſed de hac quæſtione dicam latius in fi. huius gl. Vbi teneo contra communem opinionem.

5 Ampliatur iſtud ſtatutum procedere † etiam in dote legato relicta, vt no. Bal. conſi. 286. ſuper primo puncto. libro 3. quia mulier dicitur dotata, etiam ſi in teſtamento dotetur. l. cum in plures. §. pe. ff. de adminiſtratione tut. & in ter. Tiraquel. de vtroque retract. tit. 2. in verbo. finis numero 40. & Catel. Cott. in memor. incipit dos multa.

6 Hinc videmus, quòd ſi extat ſtatutum † mulieres dotatas excludi a ſucceſſione, quòd fœminæ in teſtamento dotatæ excludun-
tur. Ange. conſilio 92. Fulg. conſilio 40. Anchara. conſil. 168. Soc. 12. volum. j. Doct. in l. Titio. §. Titio genero. de condit. & demon-
7 ſtratio. facit etiam, quòd ſi ſtatutum dicit † omnia legata, & donationes inſinuari debere infra certum tempus, aliàs quòd poſſint peti caſſari, non comprehendit legatum cauſa dotis, quia habetur ꝙ dote vera, vt per Bald. Nouel. in tracta. de dot. ſexta par. priuil. 47.

8 Ampliatur etiam † ad dotem promiſſam, quia quemadmodum
9 ſtatutum de dote lucranda, quod eſt odioſum, extenditur † ad dotem promiſſam, vt eſt com. op. vt no. Par. conſilio 62 volu. 4. Cur. iun. conſilio 129. Rui. conſilio 133. volumi. 4. Decius conſilio 35. numero 4.

Et late Tiraq. vbi ſupra numero 32. Multo magis iſtud procedere debet in ſtatuto fauorabili, quod eſt uerum, tam in dote promiſſa vxori; quàm ſponſę; tam de præſenti, quàm de futuro, per ea q̃ dixi in 1. ampliat. & latius in meo tract. de præd. ſub ordine quęſtio. in 2. parte. in quæſtio. An ſponſa habeat bona mariti hypothecata pro dote.

Et licèt Silua. conſi. 2. numero 49. uideatur tenere contrarium, ad nota. per Bar. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. eccleſ. tamen prima opinio eſt uerior, & communior; & illud quod dicit Silua. poſſet procedere ſecundum doctrinam Soc. in conſi. 92. numero 6. volu. j. videlicet quando dos non eſſet ſimpliciter promiſſa; ſed infra certum tempus, infra quod ſi vxor motitur, videtur, ꝙ maritus non lucretur dotem ſic promiſſam, licet etiam hoc caſu crederem poſſe impugnari dictam ſententiam, quia lucrum dotis datur propter onera matrimonij: ita vt ſi maritus præfata onera ſuppor tauerit, debeat lucrari dotem, ad ea quæ late not. Roland. a Valle in tract. de lucro dot. q. 4. cum ibi not.

10 Ampliatur etiam † in fauorem dotis putatiuæ, per ea quæ notãt Bar. Bald. Pau. de Caſt. & alij in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſolut. matrim. Nicol. in tract. de pign. 2, par. mem. 4. numero 105. Bart. in l. ſi concubinam. ff. rer. amot. Bal. Nouel. in tracta. de dot. par. 11. in princ. Camp. in eo. tract. part. j. quæſtio. 97. Specu. in titu. de donat. inter uirum & vxor. §. formatis. verſic. ſed etſi. ubi dicit, quòd dos putatiua habet priuilegium perſonale, & reale, & omne aliud, Bald.
11 †in l. j. C. de condit. ob cau. dicit, ꝙ ſi extat ſtatutum, quòd inſtrun. ẽtum dotale habeat exequutionem paratam, procedit etiam in inſtrumento dotis putatiuæ, & ſequitur ibi Saly. & Ale. in d. l. ſi cum dotem, cum ſimil.

12 Ampliatur etiam † extendi ad dotem confeſſatam, vt late dixi in meo tract. de prælat. in q. An dos confeſſata. verum eſt, ꝙ iſtud ſtatutum non fauet marito, neque creditoribus eius, quia minori ſpacio 16. annorum præſcribitur huiuſmodi confeſſio, ad no. per Docto. in l. quod vir. §. ſi vir. ff. de donatio. inter virum & vxo. Nat. cõ ſi. 438. nu. 8. libro 2. de hoc eſt tex. in Auth. ut exact. dot. vbi habe-
13 tur, † quòd tranſacto decennio, neque maritus, neque eius credito res poſſunt excipere, & Ancha. conſilio 307. nulli dubium, vbi dicit, quòd poſt decem annos dos confeſſata habetur pro vera dote & tollitur omnis querela, Alexand. conſilio 90. volumi. 3. & ideo ſtatutum huiuſmodi de præſcriptione nullo modo poteſt extendi ad dotem confeſſatam in fauorem mariti, vel eius hæredum ſiue creditorum, ſed in fauorem mulieris, poſtquã factus eſt locus
14 repetitioni dotis, ſed videtur, quòd † creditores ex cap. ignorantiæ poſſunt petere reſtitutionem in integrum, vt per Alexand. & Soc. in l. j. ff. ſolu. matrim. & Gozad. conſi. 28. numero 2. & 20. quod dictum reprobat Boer. deciſ. 330. numero 3. quia creditores ſemper allegarent ignorantiam, & mulieres nunquam eſſent tutæ, & ideo ſecundum illum creditores moroſi non ſunt releuandi.

15 Ampliatur etiam † procedere in dote præſumpta, ut per Socy. conſilio 80. volumine quarto. Cum conſilio 109. Calca. conſilio 11. Bald. conſilio 102. Mulierem maritus, volumine 4. & in titu. an mar. ſucc. vxor. in vſibus feudis. Rom. conſilio 44. Ioan. Boſ. in tracta. de leg. nupt. libro quinto. colum. 2. licet Gozad. conſilio 33. Socyn. iun. conſilio 29. numero 16. uolum. 1. & Alexan. conſilio 114
16 volumine 5. & Angel. conſilio 338. dicant, quòd ſi mulier dederit omnia bona marito abſque mentione dotis non præſumatur dediſſe nomine dotis, quia huiuſmodi caſu ſtatutum noſtrum adiuuaret maritum pro præſumptione contra ſuperius allegatos Doctores.

17 Ampliatur etiam † extendi ad augumentum dotis: quia ſtatutũ loquens de dote comprehendit etiam augumentũ, ut notat Abb. conſilio 46. uolumine 1. Camp. in tracta. de dote, par. quinta. quęſtione 9. Pariſ. conſilio 119. libro 1. & conſilio 61. libro 4. & Paul. de Caſtro conſilio 190. volumine j. & eſt textus. in Authen. de æqual. dot. §. illud. & in l. ſi conſtante. C. de donatio. ante nupt. & ego late dixi in tractat. de prælat. quæſtio. an adulta poſſit facere augumentum.

18 Ampliatur etiam † quò ad dotes, & donationes ante nuptias conſtitutas ante ſtatutum, ſic in terminis tenet Cyn. in l. prima. §.
19 fin. C. de rei vxor. actio. ubi dicit, † quòd noua præſcriptio nouiter inducta reſpicit etiam veteres obligationes, quod maxime procedit, quando præſcriptio inducta non eſt perfecta ante ſtatutum;

Source : BIU Cujas

20 tum; quia quando † factum de præterito expectat perfectionem; & complementum, a facto de futuro, lex noua ipsum comprehendit, vt voluit gl. & Imo. in clem. 2. in verbo in posterum de ætate & qualita. vbi dicit, quòd quando lex noua dat certam formam actui licèt etiam actus habeat ortum a præterito, dummodo habeat effectum de futuro sub ipsa comprehenditur, vt late per Fel. in c. fin. num. 11. de consti. & Bald. in l. si ita scriptum. §. fi. de lega. 11. vbi di-
21 cit, † q̃ si statutum dat præmium capienti bannitum, & illum præsentanti curiæ, habet etiam locum in eo qui cœpit ante statutum, & post præsentauit. Prout de communi attestat Ruyn. ciuis meus in consi. 49. volum. 3. & Roland. in tracta. de lucr. dot. q. 93. vbi di-
22 cit, † quòd statutum de lucro dotis habet etiam locum in dote data ante statutum, quod etiam venit dicendum de donat. ante nup. ad nota. in auth. dos data. C. de donat. prop. nupt. & per Cuman. consilio 26.

Si autem extaret statutum, quòd instr. de quibus non est petita exequutio sint cassa, statutum huiusmodi non extenditur ad præterita, quæ sunt decisa sententia, compromisso, vel transactione, ẽt si statutum traheretur ad præterita. Bar. consilio 87. volum. 1. Doctor. in l. causas. C. de transact. Dixi infra in gl. 16. nume. 7. Dicas autem ad hoc propositum, quòd statutum istud fauet mulieri in re sibi donata ante contractum matrimonium, ita vt constante etiam matrimonio possit perficere præscriptionem, sic per multa dicit Io. Anib. in l. naturaliter. num. 224. ff. de vsucap. ad not. in l. inter extraneos. ff. de donat. inter vir. & vxor.

23 Ampliatur etiam † procedere quoad hæredes mulierũ, seu maritorum iuxta distinctionem, de qua superius; quia q̃ præscriptio non currat ex forma statuti, est prærogatiua tituli, quia titulus do-
24 tis est perpetuus, & † cum sua causa transmittitur, eodem iure fingitur hæres, quo defunctus. l. 1. C. de priui. dot. & notatur in §. fuerat. Instit. de act. secus autem si statutum diceret, quòd præscriptio non currat mulieribus, quia cum tali casu prærogatiua esset personalis, non transiret ad hæredes, similiter quando uerba statuti dirigerentur ad dotes, sed ex eisdem verbis appareret prærogatiuam
25 esse personalem. In dubio autem † præsumitur realis, ita inter Bald. cons. 286. super primo puncto. vol. 3. & hęc vera sunt quo ad hęredem, non autẽ quò ad hæredem hæredis, quia quando priuilegia-
26 tus † incipit a sẽ præscriptionem, & succedit ei aliquis non priuilegiatus, ille non priuilegiatus non potest cedere priuilegium prę scriptionis in alium, vt si prę scriptio longissima inchoatur a muliere, & continuatur in eius hæredem, hæres hæredis non potest uti priuilegio dictæ præscriptionis inchoatæ a primo defuncto. Cyn. & alij in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. late dixi de huiusmodi ampliatione in tract. de præla. in 3. par. in q. quibus personis competat priuilegium.

Pro nunc dicamus secundùm Bal. in l. hæredes. C. ad Vell. quòd
27 multiplex est priuilegium, † vnum obligationem elidere debens, & istud trãsit ad hæredem; quia cohæret causæ d. l. hæredes. Aliud personam eximens, & istud etiam transit ad hæredes, licet non trãseat ad interessores. l. neque. §. sed vtrum. ff. de min. Aliud est personam præferens, & istud non transit ad aliquos. Aliud causam p̃ferens, & istud transit ad omnes. l. assiduis. C. qui pot. in pign. Cum itaque statutum nostrum respiciat rem ipsam. Idcirco priuilegium prę scriptionis transibit ad quos res ipsa transit secũdùm distinctionem de qua superius.

28 Obiter notandum est † secundùm Soc. in consi. 121. nu. 6. vol. j. q̃ statutum loquens præscriptione quò ad dotes non extenditur ad dotem matris prædefunctæ, vt latius ibi per eum.

29 Ex eisdem rationibus ampliatur † statutum procedere in primo cessionario dotis, arg. l. ex plurib. de administr. tuto. quia quicquid est transmissibile ad hęredes, est etiam cessibile. Ang. in l. si eius. ad Trebell. & Barto. in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iureiur. & Bal. in l. j. C. de priuileg. dot. & late de veritate huius quæstionis Ioachim obseruat. centuria. 3. obser. 3. qui tenet contrarium, & latius Tiraq. de vtroque retract. titu. 1. § 26. gloss. 1. numero 45. & gloss. 3. numero 29. & in 2. titu. §. primo. in uerbo ouses, gloss. 6. nume. 12. & Fel. in c. de quarta. num. 38. de præscrip. quia non valet argum. affirmatiue quicquid est transmissibile ad hæredes, est cessibile, vt per Dec. in l. si maritus. num. 7. cum seq. C. de colla. & vide etiam circa hoc ibi per eum.

Limitatur secundùm aliquos non procedere in fauorem dotis fœminæ spuriæ; quia non potest ipsa præscribere dotem sibi datã a patre contra agnatos: nam aut ipsa sciebat se non posse capere a patre tanquam spuria: & tunc tanquam malæfidei possessor nunquam præscribit, aut ignorabat, & tunc idem est; quia ista ignorãtia iuris, eam non excusat, vt in terminis per Barto. consi. 119. Dominicus. per totum, volumi. 1. de cuius dicti veritate videndus est Boer. in decision. 127. per totum, ubi ponit, an pater teneatur, vel possit filiam spuriam dotare, sed istud est respectu incapacitatis personæ, & nihil videtur esse falsum, per ea quæ dixi in gloss. 19. num. 104. statutum autem istud principaliter prohibet præscriptionem solutionis dotium in fauorem mulierum, quas interest Reipublicæ esse dotatas. l. 1. ff. soluto matrimo. & eadem ratio militat in filia spuria, quæ in legitima, quia non minus cum illa contrahitur veri matrimonium, quàm cum ista, quando vero circumscriptis statutis, uel etiam in illorum terminis præscribitur dos, cui sit imputanda culpa & negligentia. Vide Guid. Pap. consilio 19. Paul. de Cast. in l. nupta. §. 1. & in l. si marito. §. 1. & in l. Lucius. ff. soluto matrimo. & latè Boer. decisio. 12. numero 18. vbi in fine tenet, quòd non sit imputanda marito, & eius hæredibus, contra alios Doctores, de quibus supra.

30 Limitatur autem non habere locum in fructibus ratione dotis nondum datæ marito; vt decisum fuit in Rota coram Marsicano. 6. Februarij. 1542. Prout refert Mohede. deci. 226. de præscr. Quia
31 licet fructus † petantur actione de dote, vt per Bart. in l. si marito. §. fundum. ff. soluto matrim. Nihilominus si fructus, tanquam cessiones non sunt promissi, non debentur actione de dote, sed officio iudicis, vt per Camp. de dot. par. 1. q. 193. Vlterius fructus dotis non veniunt eius appellatione, nec habent eius priuilegia, ut p̃ Bal. Nouel. in trac. de dot. par. 2. priuileg. 6. quod dictum limitarunt do-
32 mini de Rota, † dummodo obligatio non sit conditionalis, si debitor fuerit in mora: quia tunc voluerunt, quòd sit locus prę scriptioni; & quòd plures præscriptiones requirantur, ut per Doct. in l. vbi autem. in §. si forte. de verborum obligat. quia in huiusmodi fructibus persoluendis non committitur mora; nisi de anno in annum queadmodum in legatis annuis præscribendis, & in contractu prę stationis annuæ, & fundamentum Rotæ fuit illud, quod ego posui in quęst. de censu, quia in huiusmodi obligationibus sub conditione, adest verbum distributiuum, vt tantum quolibet anno soluatur, iccirco dicunt esse plures stipulationes, & successiue requiruntur plures præscriptiones, vt per Ange. in l. Stichum. §. stipulatio. ff. de verbor. oblig. & per Alex. & alios in l. de pupillo. de noui oper. nunc. vide in gl. 19. nu. 220.

33 Declaratur autem † istud statutum non extendi ad longissimã præscriptionem, quæ statuto tolli non potest: vt per Doct. in l. nemo potest. de leg. 1. Bal. consi. 44. contra quædam. volum. 5. quod etiam procedit, si statutum generaliter prohiberet omnem p̃scriptionem, vt not. Bal. & Ang. in l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. Aflict. decis. 244. numero 5. vbi dicit procedere etiam nulla prę scriptione obstante, & Fely. in rub. de præscrip. numero 18. dicit in terminis nostris, quòd si extat statutum, quòd nulla præscriptio possit currere contra instrumenta dotalia, non intelligitur sublata præscriptio centum annorum, multa circa hoc accumulat Dec. consi. 499. & Tiraquel. de vtroque retract. in 2. titu. §. 1. gloss. 2. in verbo Ateltemps. numero 12. & 28. gloss. in capitu. primo. §. præterea. de cap. Corra. in vsibus feud. & ibi Bal. Præp. Aluar. Iac. de Belu. Nico. de Neap. & Mart. Laud. & Din. consi. 48. nu. 18.

Et Io. de Plat. in l. si quis Decurio. la secunda. C. de decurio. lib. 10. vbi loquitur in terminis proprijs, subdens, quòd tunc demum nulla currit præscriptio etiam per mille annos stante prohibitione legis, quando res est affecta a lege, vt sunt res sacrę publicę, & libertates hominum, ac similia, idem Io. de Plat. in l. 2. C. de ingen. & in l. agros. C. de fund. limit. lib. 10. & sic intelligitur, quòd supradictum fuit, longissimam præscriptionem nunquam censeri sublatam, & quòd dicitur rem ut supra affectam non præscribi, extendas etiam ad rem dependentem, & cohęrentem, quia licet prę scripta vna re ad aliam separatam præscriptio non se extendat; Tamen secus ad cohęrentem & dependentem. l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. Ancha. consilio 161. Cuman. consilio 162. Alexand. consilio 13. volumi. 6. Fulg. consilio 28. & late Roland. a Vall. consilio 78. numero 11. volum. 2. & Abb. consilio 71. libro 2.

Vbi dicit, quòd prę scriptio decimarum in agro partim culto, trahitur ad aliam partem adhęrentem incultam: si contingat eam reduci ad culturam, vt not. Fel. in ca. causam. in fi. de prę scrip.

34 Credo etiam † quòd statutum istud, prout in principio dicebam contra communem opin. faueat mulieribus pro rebus etiam non dotalibus, & maxime in illis locis, in quibus viget statutum, prout fere in tota Italia, quòd verba statutorum debeant intelligi, ut iacent, prout dixi infra in verbo, creditores, in 30. limita. ad nota. per
35 Cor. consi. 13. volum. 2. vbi † dicit, quòd statutum loquens de creditoribus non extenditur ad fœminas, sequitur Dom. meus Socy. Iun. consilio 1. numero 102. volum. j. Immo videtur etiam, quòd in proprijs terminis statuti nostri non comprehendantur fęminę:
36 quia † in statuto exorbitanti, & odioso masculinum non concipit fœmininum, ut per Socyn. in dicto consilio primo. numero 10. & Car. in clemen. 1. de electio. num. 8. vbi de mente Dyni dicit, quòd in statutis masculinum non concipit fœmininum, sequitur Alexã. consilio 24. volumine 2. & Corne. consilio 221. volumine 4. quia
37 † non ex proprietate vocabuli, sed ex extensiua interpretatione masculinum concipit fœminum. l. cum in adoptiuis. §. quę in filio. ibi, quæ in filio diximus in filia extendimus. C. de adopt. hoc etiam tenuit Signor. consi. 220. & Fulg consi. 234. Socy. in regu. 255. fal. 3. & ideo Fulgo. consilio 75. dicit, quòd si extat statutum, filium familias non posse contrahere sine consensu patris, non trahitur ad filiamfamilias, quod etiam voluit Alexan. consilio 45. & consilio 155. libro 7. Ange. consil. 67. vbi dicit, quòd statutum loquens de

Source : BIU Cujas

bannito non habet locum in fœmina bannita. Prout refert Dec. in l. 2. num. 8 3. de regulis iuris. late Iaſ. in l. ſi quis id. de iuriſd. omnium iudicum. & Tiraquel. de vtroque retract. in titu. 1. in verbo Culignagier; in gloſſ. 9. §. j. numero 178. vſque ad nume. 243. Anto. de Rub. conſilio 63. & conſi. 128. & omnes Docto. in l. quicunque.
39 C. de ſer. fugiti. In hoc autem † conueniunt omnes, quòd quando ſtatutum continet odium irrationabile, nunquam comprehendũ tur fœminæ, vt per Tiraq. vbi ſupra numero 203.

40 Ego autem † adhęreo opinioni Soc. & Cornei, vbi ſupra, quòd ſtatutum exorbitans a iure communi, loquens de creditoribus nõ extendatur ad fęmi. quod maxime procedit, quando ſtatutum ꝓfert maſculinum qualificatum, vt puta, quia dicit ſtatutum, ꝙ omnis creditor, illud verbum omnis eſt aptum comprehendere fęminam de ſe, ſed quia eſt qualificatum propter dictionem creditor, quæ ſimpliciter non eſt apta comprehendere fœminam, iccirco in odioſis non debet fieri extenſio, ca. quoniam. §. penult. de ſimo. Cepol. in l. 1. numero 8. de verborum ſignificu. Sed facit dubium; quia in ſtatuto Vrbis particulariter excipiuntur dotes, quæ exceptio videtur firmare regulam in alijs rebus.

41 Reſpondetur autem, † ꝙ exceptio nunquam facit comprehendere ſub regula caſus, qui aliàs comprehenſi non fuiſſent; vt ꝑ Alexan. conſi. 53. volum. 3. & Goz. conſ. 16. nu. 16. & conſi. 56. nu. 48. Soc. conſ. 47. vol. j. & Corneus conſ. 97. vol. j. Et ſic cum in primo caſu non comprehenderentur aliæ res mulierum præter dotes, nõ debent etiam comprehendi propter exceptionem factam.

Et propterea licet aliquibus ſtatutis prohibeatur opponi quælibet exceptio, niſi falſitatis, ſolutionis, & nouationis, nõ propter hoc intelligitur ſublata exceptio præſcriptionis, dicat quid velit in contrarium Crauet. cõſ. 201. nu. 38. prout videmus de obligatione in forma Cam. quę de ſtilo non patitur niſi tres exceptiones, & tñ ꝑſcriptio illi obſtat, vt dixi in vltima glo. & vltra rationes ibi adductas facit: quia quãdo lex, vel ſtatutum tollit exceptiones, aliquas reſeruando, nunquam intelliguntur ſublatæ ſimiles expreſſis. Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. ſed præſcriptio habet uim ſolutionis, & impedit litis ingreſſum, vt dixi in vltima gloſ. ergo, reſ. ut late per Imo. in l. quæſitum. num. 2. ff. de re iud. & Bal. in l. fratres C. de tranſac. vbi ad caſum noſtrum de bonis mulierum non dotalibus.

Et dictat ratio; quia ſtatutum intendit punire negligentes, & de-
42 ſides, quæ † negligentia non poteſt conſiderari in fœmina ſicut in
43 maſculo propter fragilitatem ſexus, quia † mulier plerunque contra propria commoda laborat. l. 1. & 4. C. de ſponſ. notat Boe. cõſ. 28. nu. 1. & Ant. de But. in c. cum contingat. de iureiuran. dicit, ꝙ iuramentum a muliere præſtitum propter ſexus fragilitatem præſumitur doloſum, ut etiam per Pau. de Caſt. conſil. 203. & Boer. cõſ. 39. numero 6. Mulier enim ducitur, & reducitur ad placitum; quia neſcit quid agat, vt not. Are. in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo mal. & ideo deſidia & negligentia in ea non debet puniri, ſicut in maſculo, ut no. Soc. in d. conſ. 1. nu. 131. & Curt. iun. conſi. 78. alter Soc. conſi. 121. volum. 4. & idem Soc. iun. conſi. 20. num. 42. & conſi. ſeq. numero 3. & conſi. 23. num 43. & 58. volum. 1. & conſi. 186. nume. 9. volum. 2. vbi dicit, quòd prudentia in muliere non reperitur, ſicut in viro, & dicitur habere conſilium inualidum, & eſt deterioris conditionis, quàm ſit maſculus: vt not, idem conſi. 116. nume. 15. eodem volum. & Dec. conſi. 45. & ex his concludenter mihi videtur eſſe dicendum, quòd mulieres non comprehendantur ſub hu
44 iuſmodi ſtatuto pro rebus etiam non dotalibus, vel ſaltem † dicamus, quòd ei ſuccurratur per viam reſtitutionis in integrũ. ad not. per Afflict. deciſ. 216. cum ſimil. & ne ſtatutum huiuſmodi ſeruiat
45 de vento dicamus † quòd loquatur quo ad maritos qui non fuerunt confeſſi recepiſſe dotem, quia contra tales non currit præſcri
46 ptio ſtatutaria pro dotibus, ſecus † pro earum vſuris; quia vſuræ dotium præſcribuntur ſpacio decem annorum, vt per Bald. conſi. 474. poſt biennium, volum. 3. quia præſumuntur remiſſę, vt etiam tenet Iaſ. in §. fuerat. nume. 20. de act. & late Marſil. ſing. 360. ſcribitur, & hæc adde ad intelligentiam illorum, quæ dixi ſupra de fructibus nu. 20 quia non ſunt contraria, cum ibi dicatur de fructibus ꝑmiſſis, hic de debitis poſt biennium a die non ſolutionis dotis.

Notandum eſt autem de mente Io. Fabr. in l. prima. C. de bon. mater. vnum de directo contrarium, quòd ſi conſuetudine cauet, mulieres non poſſe agere ſine cõſenſu mariti, nihilominus illis currit præſcriptio, ex quo poſſunt agere in curia eccleſiaſtica, quæ nõ vtitur ſimilibus conſuetudinibus, ſed iſtud dictum Fab. non mihi placet, quia non minus improbantur iſtæ præſcriptiones a iure canonico quàm conſuetudines, de quibus ſupra ad not. per Doct. in c. fi. de præſcrip. Pariſ. conſi. 7. nume. 24. & conſi. 15. num. 20. lib. 1. & late Cephal. conſi. 40. nume. 14. volum. j. vbi ſubdit, quòd in materia præſcriptionum debet ſeruari ius canonicum. ſi ergo præſcriptio, in qua verſatur maius peccatum, cum non poſſit induci ſine alterius iactura, ſubuerteret illam conſuetudinem, quòd vxor non poſſit contrahere ſine conſenſu mariti, quæ eſt inducta ad euitandum fraudibus, ſequeretur abſurdum admittendo peccatum ad excluſionem alterius rei, ita non damnoſæ, & propterea ne melior ſit conditio vnius, quàm alterius, ſi cõtra mulierem agatur coram iudice temporali, dum excipitur de præſcriptione, poteſt per ipſam replicari de conſuetudine, ſi verò coram eccleſiaſtico impugnatur dicta conſuetudo, poteſt impugnari eodem iure præſcriptio.

S V M M A R I V M.

1 *Tributum quid ſit.*
2 *Tributa & cenſus quando ſoluuntur in ſignum ſuperioritatis, non poſſint præſcribi.*
3 *Tributa præſcribuntur contra principem inferiorem.*
4 *Quomodo præſcribantur tributa & cenſus.*
5 *Non eſt neceſſaria ſcientia illius contra quem præſcribuntur tributa.*
6 *Tributa contra priuatos præſcribuntur ſpacio 10. annorum.*

Et debitis tributorum. Gloſſ. IIII.

1 **Tributum eſt munus** † ordinarium, quod ſoluitur de poſſeſſionibus proprijs, & idem eſt quòd cenſus, annona, publica functio, & penſitatio. l. ætatem. ff. de cenſi. gloſſ. Barto. & Pau. de Caſtro in l. prima. §. j. ff. de publi. Ioan. Fab. in §. adeo. Inſtitu. de loca. Bal. in cõſilio 112. de generali. volum. 2. Cępol. in l. eum qui vectigal. de ver-
2 borum ſignific. & huiuſmodi tributa † & cenſus quando ſoluũtur in ſignum ſuperioritatis, non poſſunt præſcribi de iure l. comperit. C. de præſcript. 30. annorum. & ibi Bart. Butr. & Salyce. qui dicit, quoad dominium poſſunt præſcribi, non autem quoad ſolutionẽ canonis; idem tenet Ange. in l. iubemus. C. de fund. patrimo. libro 12. Ioan. And. in capitu. conſtitutus. de religio. dom. & ibi Anchar. & Abb. in cap. ad audientiam. de præſcript. Hoc dictum procedit quoad principes non recognoſcentes ſuperiorem, vt tenent Doc.
3 in alleg. locis, ſecus † autem in inferioribus, quia tunc bene præſcribuntur. Abb. conſil. 102. volumine 11. Iaſon. in l. imperium. de iuriſd. om. iud. Soc. conſi. 86. num. 13. volum. 1. Par. conſi. 25. nume. 20. volum. 4.

Vide Laur. Silu. conſi. 1. nume. 166 Corn. conſil. 142. volum. 3. Bar. conſi. 114. & 125. Bellon. conſi. primo. nume. 17. Balb. de præſcrip. part. 2. 5. par. quæſt. 7. & idem Laur. Silua. eodem nume. 158. vbi dicit, quòd vt etiam in præſcriptione ſeruitutis negatiuæ, vt eſt illa altius non tollendi, requiritur ſcientia & patientia Domini, & ad hoc propoſitum de illis, quæ tangunt plenitudinem poteſtatis ponit Afflict. in vſibus feud. titu. de prohibit. feud. alien. per Feder. l. imperialem. §. præterea. in 4. nota. nume. 43.

Et ideo ſtatutum vrbis cum ſit conditum a recognoſcentibus ſuperiorem, optime prouidet ad huiuſmodi tributa & cenſus. Præ
4 terea † ius exigendi tributa, & cenſus plerumque præſcribitur, vt ſi quis probaret ſe aliquando interpellatum fuiſſe, vt ſolueret tributum, & non ſoluit l. cum ſcimus. C. de agricu. & cenſ. quemadmodum etiam præſcriberetur, ſi appareret de contradictione, & recuſatione. l. hæc autem. de ſeruit. vrba. præd. vel quando adeſt bona fides, ſcientia, vel patientia, vt per Alexand. in conſilio 136. volum. 2. & conſilio 36. volum. 5. Pir. Aurel. in conſuet. Aurel. in tit. de præſcrip. cap. 4. & Corn. conſil. 162. volum. 3. & latius conſil. 268. vol.
5 4. immo † non eſt etiam neceſſaria ſcientia illius contra quem præſcribitur, vt voluit Ant. Rub. conſilio 21. numero 7. vbi dicit etiam conſuluiſſe Alexan. qui atteſtatur de communi, conſilio 6. volum. primo. & Felyn. in c. de quarta. de præſcript. & late per Dec. conſil. 85. ſecus vero ad præſcribendam ſolutionem, quia ab initio ſcientia eorum cui debetur, & qui debet tributum requiritꝰ, vt per Bart. in l. ſi publicanus. §. fi. ff. de public. Alexand. conſi. 16. volum. 5. & late Laurent. Silu. conſilio 1. numero 165. cum ſequen. In illis itaque caſibus, in quibus currit præſcriptio de iure communi etiam contra rem publicam; vt notat Par. conſilio 35. numero 27. volum. j. Bald. Salyc. & Pau. de Caſt. in l. fi. C. de ſacroſanct. eccl. Aret. conſi. 154. & Alexan. conſi. 16. volum. 5. ſtatutum voluit prouidere, & declarare, quòd non comprehendatur ſub ſtatutaria præſcriptione, quod verum eſt contra rempublicam, vel principes, ſecus con-
6 tra priuatos, contra quos † præſcribuntur huiuſmodi cẽſus ſpacio 10. annorum, ut per Barto. Pau. de Caſt. in l. licitatio. §. eorum. de licit. Alex. conſ. 30. vol. 5. & Par. qui multa coaceruat. in cõſi. 25. nu. 28. volu. j. & latius dixi in gl. contra omnes creditores.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus vſurarius etiam iuratus non valet.*
2 *Vſurarius eſt infamis ipſo iure.*
3 *Frater ſi inſtituat vſurarium poteſt agi de inof. teſt.*
4 *Vſurarius eſt ſimilis leproſo & peccat contra naturam.*
5 *Notarius qui conficit inſtrumentum vſurarium eſt perpetuò infamis & priuatur officio.*
6 *Debitor ſi pateretur per ſententiam vinci ab vſurario poterit quandocunq; petere reſciſſionem dictæ ſententiæ.*
7 *Aliud eſt inſtrumentum, aliud contractus.*
8 *Qui renuntiat inſtrumento non videtur renunciare contractui.*
9 *Statutum de inſtrumento extenditur ad contractum, quando aliter non poteſt probari.*
10 *Statutum extenditur etiam in odioſis in his, quæ concernunt periculum animæ.*

Source : BIU Cujas

11 *Statutum loquens de vsuris non procedit in vsuris, quæ computantur in sortem.*
12 *Contra naturam est, quòd denarius faciat denarium.*
13 *Vsuræ quando sunt licitæ.*

Instrumentis autem vsurarijs. Gloss. V.

1 Contractus vsurarij † etiam iurati nullum robur habent, & ista exceptio vsurariæ prauitatis est perpetua, vt nota. Bal. cõsi. 322. vtrum. volum. j. Dec. in l. petens. nume. 7. C. de pact. Ger. de Pet. san. sing. 18. Soc. iun. consi. 145. num. 59. volum. j. Barb. consi. 51. volum. 1. Alexan. consil. 50. volum. 3. & late Cur. iun. in dicta l. petens. num. 14. & dictat ratio: & quia vsurarius est infamis ipso iure, glos. Cyn. Bart. & Bal. in l. improbus. C. ex quibus caus. inf. & propter odium
3 vsurarum si frater † institueret aliquem vsurarium potest agi querela inofficiosi testamenti. l. fratres, & ibi Ias. numero 18. C. de inoffic. testamen. & ita consuluit & obtinuit Anto. de Butr. vt per eum
4 in capit. Raynutius. de testamen. Mathesil. singu. 199. & faciunt † nota per Bald. consi. 449. ius naturale, uolum. 3. ubi dicit, q̃ vsurarius est similis leproso, qui propter morbi contagiem alios inficit: & ideo deberent omnes principes de consortio sanorum eos expellere; quia peccant contra naturam, cum impossibile sit de iure naturæ, q̃ semel vnum sit bis vnum, & ita est odiosa vsuraria prauitas, quòd etiam non potest tolerari in vno numo: vt nota. Ant. de Prato. consi. 45. inter cons. Alex. volum. 4.

Late de hoc Cephal. cons. 40. num. 36. lib. 1. & Bellon. cõs. 77. numero 7. vbi dicit, quòd asserens vsuram non esse peccatum est hæreticus, not. in clemen. 1. §. fina. de vsur. quia venit contra id quod disponit ecclesia Romana, cui omnes subiecti sumus, & aliter sentire est hæresis, vt per Oldrad. consilio 271. & in similibus dicit Cardinalis Ara cœli in tracta. de sacram. Mat. cap. 66. in fin. quòd ille qui asserit non posse præstare, quod legitime vouit, dicitur profiteri hæresim Marlionis & Manichæi: quia omnia possibilia sunt credenti & propterea ecclesia vult votum solẽne adimpleri, nisi aliter ab ipsa ecclesia propter aliquas circunstantias determinetur: & ad rem nostram dicit Alexand. consi. 46. volu. 3. q̃ contractus vsurarij nũ quam præscribuntur, & latè prosequitur Cassan. in consuet. Burg. iu Rubr. des rentes. §. 1. numero 19. Rebuff. in l. vnica, nume. 102. C. de sen. quæ pro eo, quod interest, immo & proxenetæ, siue mediatores similium contractuum tenentur ad restitutionem. gl. in l. si sciente. ff. de homicid. Bar. in l. j. ff. ad Turpillianum. Doct. in c. Michael. de vsur. & Petr. Rau. in suo Alphabe. in verbo proxeneta; & propter grauitatem rei, in qua tractatur de periculo animæ, credatur vni testi tantum, vt dicunt Doct. in c. præterea. de spons. & late prosequitur Imol. consil. 91. nume. 4. notandum est autem, quod quando iudex ecclesiasticus vult procedere in causa vsuraria non potest inhibere iudici sæculari, coram quo petitur executio inst. nisi citato vsurario, vt est communis opinio, de qua per Fede. de Sen. consil. 300. & Alexand. consi. 9. volum. 4. & Roland. consil. 77. nume. 25. volum. 2.

5 Et Notarius † qui conficit instrumenta similia est perpetuò periurus & infamis & priuatur officio, vt per Roma. sing. 135. Pone quòd notarius, quia eodem tempore cõtemnit Deum, naturam, & scripturas. vnde cum interrogatus fuisset M. Cato quid esset fœnerari? respondit, quòd est hominem occidere? vt attestatur Cic. in li. 1. de officijs. in odium itaque istorum inducit statutum, quòd spacio octo annorum præscribatur debitum vsurarium, videlicet quò ad debitorem, vt nõ teneatur aliquid soluere: quia quò ad cre
6 ditorem per ea quæ supra dixi perpetuo potest excipi: immo † etiã si debitor pateretur per sententiam vinci omittẽdo exceptionem inductam a iure vel statuto, posset nihilominus quandocunq; petere dictam sententiam rescindi; quia nunquam transit in rem iudicatam, vt late no. Tiraq. de vtro. retract. in verbo Ateltempus. §. 1. gl. 2. nume. 31. & Bald. in l. 2. C. de vsur. & ego rectè dixi, q̃ istud statutum non respicit fauorem creditorum: qui cum ex facto proprio sint semper in mala fide, nũquam possunt præscribere, vt no. Alexan. consi. 26. lib. 3. Sed quia iux. doct. omnium scribentium in capi. debitores. de iureiuran. debitor qui vsuras soluere iurauit omnino tenetur ad eas, licet postea repetere possit', & ideo voluit statutum priuilegiare debitores, ut amplius post octo annos nõ possit conueniri: & istud statutum non solum habet locum in instrumentis, quæ publice fiunt, sed etiam in illis, quæ solent fieri occultè, vt ita de facili non detegatur vsuraria prauitas, argum. eorum quæ dicit Soc. consi. 108. volu. 4. vbi voluit, quòd statutum inducens p̃scriptionem inquisitioni formandæ procedat tã in occultis, quàm publicis delictis: & ad hoc multa allegat vltra ipsum Marsil. in sua praxi. in §. constante, nume. 85. cum seq. & plura Laur. Silu. cons. 7. numero 2. vbi attestatur de communi: sed dubitari potest, quia statutum non tollit contractum vsurarium, sed instrumẽtum ipsum, & ideo poterit creditor nisi ex contractu probato per testes, uel a-
7 lio modo: quia aliud † est instrumentum, aliud contractus, & non infertur de vno ad aliud, vt per Fel. in c. ex parte. de offi. dele. Spec. in tit. de excep. §. 1. Aliud est enim contentum, aliud continens l. re-
8 rum mixtura. ff. de vsucap. & † qui renunciat instrumento, non videtur renunciare contractui, sed tantum probationi ipsius; ut per Bal. in l. Labeo. §. j. de pact. quia vitiato instrumento non vitiatur contractus; Imo. Pau. de Cast. Alexan. & alij in l. seruum filij. §. eũ qui. de leg. j. Alexand. consi. 2. & 92. volum. 3. & in terminis Bal. in l. vlti. C. de fal. causa adiect. vbi dicit, quòd statutum loquens de cõtractu, non refertur ad instrumentum, nec econtra: sequitur Dec. consi. 17. num. 3. & in c. cum venerabilis. nu. 23. de except. & Imo. in consi. 17. Possumus dicere extendendo statutum ad contractũ, vt aliàs voluit Rot. coram Marsica. ad decisionem 16. Cardin. Put.
9 de constitut. statutum † de instrumento ad contractum extendi, ni si aliunde probaretur, sed aliunde non potest probari contractus vsurarius: quia qui dicit se vsurarium detegit turpitudinem suam, & non est audiendus.

10 Præterea possumus dicere † statutum esse extendendum de instrumento ad contractum; quia instrumenta nõ possunt esse vsuraria de per se, nisi vsura oriatur ex contractu: fit etiam extensio, q̃ etiam in odiosis & correctorijs admittitur in his, quæ concernunt periculum animæ, vt no. Archid. in cap. 1. in verbo quacunque re, de stat. reg. lib. 6. & Ant. de But. in ca. inter Monasterium. col. 1. de re iud. & Abb. in c. ex tenore. qui fil. sint leg.

11 Posset autem istud statutum limitari, † vt non procedat in vsuris quæ computantur in sortem: quia tali casu non videntur prohibitæ, vt no. Bal. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & in l. si socium. ff. pro socio. Card. in clem. j. §. fin. quæst. 8. de vsur. & Abb. in c. conquestus. nu. 6. eodem titu. Pau. de Cast. consil. 19. præsens dubium. Alexand. consi. 3. Calimachus. volumi. 3. idcirco in istis casibus nõ curret præscriptio minori spacio 16. annorum, quod dictũ videtur etiam procedere, quando vsuræ petuntur propter damnum emergens: quia probata emergentia possent peti sub nomine interesse, vt per Bald. in dicta l. cunctos populos. sed quia aliquãdo petuntur vsuræ pro interesse lucri cessantis, dicit Bald. in l. prima. C. de senten. quæ pro eo. quòd non possunt peti sub ratione interesse probati, vel probandi, ubi vsus rei cum dominio translatus est, ut in extrauag. Ioannis, quia quorundam, sed si translatus sit vsus rei sine dominio, vt in pecunia commodata, videntur velle Theologi, quòd quædam parua remuneratio possit præstari pro iusto vsu quod dictum crederem verum, si res commodata diminueretur ex vsu, secus autem quando non diminuitur, vt in pecunia accom
12 modata: quia † contra naturam est, quòd denarius qui est quid artificiale pariat denarium, ut no. Alb. in reg. peccatum, numero 14. de regu. iur. & est tex. in cap. sicuti. distinct. 47. de vsur. vbi habetur ex arte nequissima nasci, quòd aurum ex auro oriatur. Bal. in dicta l. cunctos populos, dicit, quòd quãdo facta relatione præstationis, quæ dicitur usura, ad aliud antecedens, quasi facio, ut des, uel uendo siue trado ut des, uel patior, ut des, uel suscipio periculũ, ut des, in his proprie non dicitur cadere usura: quia non est lucrum, sed q̃dam recompensatio, & hæc quò ad usuras ex facto hominis.

13 De usuris † autem ex facto legis, Bald. in dicta l. cũctos populos. dicit, q̃ aut sunt introductæ fauore creditoris, & odio debitoris, & tunc talis lex non ualet, quia est contra legem diuinam. Leuit. cap. 25. Exod. 22. Deute. 23. Psal. 14. Domine quis habitabit. Ezech. 18. Luc. 6. Aut lex inducit vsuras fauore debitoris, ne compellatur soluere sortem, quamdiu vult præstare vsuras, & tũc secundùm Bal. sunt licitæ, sed non ita de facili est approbãda ista opinio; quia meo iudicio aduersatur sacræ scripturæ, vt apud Lucam, videlicet; Mutuum dantes nihil inde sperantes. ego autem in his & omnibus alijs, quæ dicam me submitto correctioni & determinationi sanctæ matris Ecclesiæ.

Notandum est autem pro intelligẽtia statuti nostri, quòd in omnibus rebus in quibus agitur de vsuris, quæ sunt veræ vsuræ, statutum manet in suo robore, ita quòd etiam extendatur in fauorem usurarij contra alium usurarium, uerbi gratia, ut usurarius non possit conuenire usurarium ultra tempus a statuto diffinitum, ut not. Mil. in rep. in uerb. usurarius.

Et quòd dicitur, contractum usurarium non ualere, etiam si sit iteratus, illud idem procedit in contractu simulato, ut dicit Barto. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. tertio. & Bellon. consilio 4. numero sexto & consilio 47. numero septimo. & consilio seq. numero 4. quia exceptio simulationis est perpetua, ut per Doct. in l. prima. ff. soluto matrimon. & Cephal. consilio 101. numero 25. uolumine primo. Ruin. consilio 130. libro primo. Rip. capitulo 6. libro tertio respon. Gozad. consilio 28. nume. 24. & late Crauett. consilio 81. per totum, nec illis exceptionibus potest renunciari, ut per Barto. & communiter Doctor. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. & dum Roland. in consilio octuagesimotertio numero quadragesimo, uolumine secundo. tenet, quòd ex interuallo renunciari possit, non ita loquuntur Docto. ab eo allegati, sed dicunt, quòd geminata renunciatio facta ex interuallo facit cessare præsumptionem simulationis: sed propterea non infertur, q̃ non possit probari illum interfuisse, argu. quod dicitur, q̃ licet præsentia propinquorum faciat cessare præsumptionem metus in cõtractu mulieris, non tamen tollitur, quin possit probari contrarium.

Source : BIU Cujas

Corn. conſi. 124. nu. 5. volum. 3. & late Cephal. conſil. 142. nu. 53. volu. j. vbi ſubdit, quòd conſenſus duplicatus non tollit dolum, & propterea dicit Roma. conſi. 391. quòd confeſſio geminata etiam iurata poteſt reuocari docto de errore, licet propter geminationē videatur ceſſare præſumptio erroris, ita ut in illo ſe fundans arctēt ad probandum, & ita declarat Soc. conſ. 238. lib. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Fama publica regulariter probatur per duos teſtes.*
2 *Statutum addit iuri communi, aliàs non valet.*

Sufficiat probatio. Gloſſ. VI.

1 Regulariter ad probandam famam publicam. † q̄ ſufficit in caſu ſtatuti, ſufficiunt duo teſtes, ut no. Io. de Anan. conſ. 1. nume. 8. Bald. conſ. 405. volum. 5. Dec. conſi. 272. Saly. in l. ea quidem. verſ. ad ſeptimā quæſt. C. de accuſat. & Alexan. conſilio li. nu. 5. uolum. 1. ubi dicit, quòd fama & communis opinio probatur ētper teſtes ſingulares, ad no. per Innoc. in ca. qualiter & quando. de
2 accuſat. ſed ſtatutum † uoluit addere aliquid iuri communi, ad no. per Dec. in dicto conſi. 272. nume. 8. & Bar. in l. 2. de vſur. & in l. 4. §. Prætor ait. de damno infecto; quia aliàs non valeret. Ioan. Andr. in ca. 1. de conſti. libro 6. Barto. in l. nemo. nume. 4. C. de theſau. lib. 10. & Alexan. conſilio 227. nume. 17. uolum. 6. & ſemper in omni materia probationis famæ recurre ad capel. Tholoſ. deciſ. 379. per totum cum addit.

Vide etiam Alexā. conſilio 90. nume. 4. & conſ. 208. nume. 11. uolum. 2. conſilio 83. nume. 8. volumi. 3. & conſilio 101. nume. 9. volum. 6. Bellon. conſilio 71. numero 5. & Aret. conſilio 42. Ego autem credo, quòd ſtatutum requirat hic plures teſtes, ut addat iuri communi; quia fama de per ſe non eſt ſpecies probationis, ſed adiuuatur probationibus, ut dicit Bald. conſilio 447. uolum. 5. non ab re autem notandum eſt, quòd ſi teſtis examinatus ſuper fama diceret articulum verum, quo caſu videtur ſufficiens depoſitio, ut dicit Bal. in l. ſi defenſor. §. ſi interrogatus. ff. de interrog. actio. Nihilominus ſi deinde interrogatus, quid ſit fama, diceret ſe neſcire, nō probaret: ſecus ſi prius interrogatus fuiſſet, a quibus audiuerit, & dixerit a pluribus vel maiori parte viciniæ; quia ſi deinde interrogetur, quid ſit fama, dicat neſcire, dicitur probare: quia dicetur uelle dicere ſe neſcire diffinire famam, quæ diffinitio eſt de iure, ut per Alexan. conſi. 17. nume. 4. uolum. 4. & teſtis non tenetur deponere ſuper illis, quæ ſunt iuris, ſed tantum factum, ut dicit idem conſil. 28. num. 15. uolum. 5. cum iſtud eſſet iudicare; quod dictum forſan nō procederet in Doctore: cum turpe ſit ignorare eius in quo q̄s verſatur. Vnum autem nota; quòd ſi ſtatutum Vrbis non eſſet cōfirmatum a Papa, videretur quòd non valeret, quia ſtatuta huiuſmodi diſponentia de modo probandi contractum vſurarium non valent. Feder. de Sen. conſ. 96. Alex. conſi. 39. vol. 4. Deci. conſ. 170. & late Roland. conſ. 96. nu. 50. volum. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Publica fama, quæ oritur in vicinia, probat malam fidem.*
2 *Vicinus contrahens cum minore abſque ſolennitate ſtatutaria præſumitur in mala fide.*
3 *Emens rem ab aliquo, qui eam emerat a uicino minore nō facit fructus ſuos quia præſumitur malæfidei. 4.*
5 *Coniuncta perſona præſumitur ſcire ætatem ſui coniuncti.*
6 *Teſtis probat in cauſa ſcientiæ: quia uicinus.*
7 *Vicino non competit reſtitutio ex capite ignorantiæ.*

Vocati de contratis contrahentium. Gloſſ. VII.

1 Statutum † uoluit inſtrumentum vſurarium probari per teſtes de contrata; quia publica fama, quæ oritur in vicinia conſtituit quem in mala fide, ut no. Car. in conſil. 38. P. Comes. & Aret. conſi. 15. Reuerendiſſ. Pater. D. meus Socy.
2 Iun. conſ. 69. num. 52. uolum. 2. ubi dicit † de mente Docto. quòd ſi quis uicinus contrahit cum minore abſque ſolennitate ſtatutaria, præſumitur in mala fide, & non excuſatur ignorantia, etiam ſi minor iuraſſet ſe maiorem: quia multo magis ſcire poteſt vicinus ætatem minoris, quàm ipſe iurans, ita quòd nō poſſit negari, quin ſit in mala fide; & ita tenet Gram. qui multa coaceruat in deciſ. 12. nume. 7. cum ſequen. & Angel. conſi. 160. Marian. Soc. Sen. conſ. 24. num. 17. volum. j. vbi dicit iſtud etiam procedere quoad extra-
3 neum, ita quòd nec faciat fructus ſuos, & ibi numero 18. dicit † q̄ ratione vicinitatis fit præſumptio, ut etiam emens ab eo, qui rem minoris emerat, nunquam præſcribit, nec facit fructus ſuos, ad no. per Bald. & Ang. in l. ſi tutor. C. de pericu. tut. & Soc. conſilio 187. nume. 27. uolum. 1. dicit, quòd fama, q̄ res erat libera, vel alicuius
4 perſonæ inducit malam fidem. Ego credo † iſtud eſſe uerum, quatenus vicinus eſſet antiquus in vicinia; & habitauerit ante natiuitatem minoris, ſecus ſi poſt, niſi aliunde probaretur, quòd ipſe habebat notitiam minoritatis, ut puta, quia fuit compater, vel quia uidit
5 eum lactantem, vel † ſi eſſet coniuncta perſona: quia non præſumitur ignorare ætatem, ut voluit Gram. deciſ. 66. nume. 33. ad nota. per Alexan. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiurando. cum ſimilib. caſibus.

Et late de hoc Sapia in l. de ætate. nume. 28. ff. de minor. & Balb. in l. Celſus. nume. 25. ff. de vſucap. ubi de mente Imo. in c. Apoſtoli cæ. de donatio. ſubdit, q̄ ille qui habet titulum ex contractu inito cum minore, quem ſciebat poſſe petere reſtitutionem in integrū, non habet titulum aptum ad præſcribendum; prout etiam no. Alexan. conſi. 46. in fi. uolum. 3. & de hoc dixi alibi, & infra in glo. 19 nume. 33. cum ſequen. late etiam Plot. de in lit. iuran. §. 1. numer. 7. ubi in corroboratione Doct. Bal. & aliorum in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. eccl. qui uolunt, q̄ tales contrahentes cum minore amittant etiam pretium, dat cautelam pro minoribus de mente Pau. de Caſt. in conſilio 105. q̄ minor tali caſu non agat rei vendicatione, nec intentet aliquam actionem, ſed dicat contractum nulliter, & non rite eſſe celebratum, & propterea imploret officium iudicis pro illius reſciſſione, de qua cautela, quia latius alibi dico, hic non inſiſto.

6 Statutum autem requirit teſtes vicinos; quia dictum teſtis † p̄bat in cauſa ſcientiæ, quia uicinus l. Anch. conſilio 70. nume. 4. Doc.
7 in cap. quanto. &c. quoſdam. de præſump. ubi Anchar. dicit † quòd non datur reſtitutio vicino ex capite ignorantiæ; quia vicinus præſumitur ſcire facta vicini: & late proſequitur Pariſ. conſi. 23. nume. 18. volum. j. & Cur. conſ. 82. ad not. per Bart. & alios in l. Iulian. ff. ex quib. cau. maio. Alex. conſi. 187. nu. 14. volu. 2. & Par. cōſ. 138. num. 15. volum. 2.

Facit etiam, quod nota. Bellon. conſi. 46. nume. 14. & 17. ubi dicit non competere vicino reſtitutionem ex capite ignorantiæ: q̄a in eo præſumitur ſcientia. Crauet. conſilio 14. numero 5. & ubi p̄ſumitur ſcientia, ceſſat remedium reſtitutionis. Aret. conſi. 15. Ale. conſ. 163. volum. 2. Sed quia illa regula, quæ habet, quòd uicinus p̄ſumatur ſcire facta vicini, requiruntur nonnullæ declarationes. Vide Socy. Sen. cōſ. 97. nume. 3. uolum. 4. & Soc. iun. cōſ. 67. nume. 11. uolum. 3. & Anch. conſi. 170. nu. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Fama debet habere originem a perſonis approbatis.*
2 *Teſtes etiam non interrogati debent aſsignare cauſam famæ.*
3 *Fama publica debet oriri a maiori parte populi uel uicinia.*

Publica vox & fama. Gloſſ. VIII.

Dixi ſuperius, q̄ publica vox & fama probatur per duos teſtes, nunc autem ulterius ſciē
1 dum eſt, quòd † fama ad hoc vt admittatur, debet habere originē a perſonis approbatis & honeſtis & non maleuolis, ut per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Par. conſi. 27. num 99. & cō
2 ſi. 104. numero 160. volum. 1. Anchara. conſi. 263. nec † ſufficit, q̄ teſtes dicant eſſe publicam vocem & famam, ſed debent aſſignare cauſam famæ, etiam nō interrogati, alias tanquàm vana vox vulgi eſſet reijcienda. Aret. cōſ. 103. in cauſa. Dec. conſ. 123. Socy. cōſ. 54 nume. 27. cum ſequen. volumi. 4. ubi dicit, quòd ad hoc, ut teſtes probent famam publicam, neceſſe eſt, ut allegent cauſas probabiles, ex quibus inductus ſit populus ad ita credendum, vt per Bal. in l. proprietatis. C. de probat. & Anto. in c. ueniens. de teſt. & præter
3 hoc neceſſe † eſt, ut teſtes allegantes publicam famam dicant audiuiſſe a maiori parte populi; ſiue viciniæ, ut in caſu ſtatuti per ea, q̄ not. Ale. cōſ. 72. lib. 1. & Corn. cōſ. 68. li. 2. Doc. in c. cauſam. de probat. Pariſ. in conſilio 169. numero 15. uolum. 4. & late Io. de Ana. conſilio j. nume. 8.

Et de hoc late Aret. conſilio 73. & 122. ubi ſubdit, quòd ſi extarent duæ publicæ famæ in eodem loco, præualet, quæ concludentius probat: & licet Barto. in l. is poteſt. ff. de acquir. poſſeſſ. uideatur velle, q̄ nulla ualeat; nihilominus Bal. Rom. Alex. & ibi communiter Doct. tenent contrarium, & Io. Plat. in l. 2. colum. 2. C. ſi ſer. aut lib. lib. 10. & Pariſ. cōſ. 90. volum. 2. ubi ſubdit, quòd ultima ſit attēdenda: & Crauet. conſil. 276. nume. 12. & Afflict. deciſ. 280. nu. 9. dicit, quòd in tali contrarietate iudicandum eſt ſecundum famam, vel conſuetudinem, quæ eſt magis conformis iuri cōmuni, ad no. per Bal. in l. non ſolum. ff. de iure dot. & Bar. in l. 2. in princ. ff. ſoluto matrimo. ubi dicit, q̄ ſi dicatur, inſt. eſſe confecta ſecundum cōſuetudinem loci, ſi ſunt duæ conſuetudines diuerſæ, recurrēdum eſt ad ius commune, vt late etiam proſequitur Alex. conſ. 5. nume. 7. uolum. 5. Notandum eſt autem, quòd aliter eſſet dicendum, ſi fama eſſet una, & diuerſus eſſet rumor, argum. quod dicitur, quòd ſi teſtes examinati ſuper fama dicerent, de tali re eſſe rumorem in vicinia, non probarent, quia rumor dicitur particularis aſſertio ex incerto auctore, & ex ſola ſuſpicione proueniens, qui probatur etiā, licèt ab omnibus, uel maiori parte nō circumferatur, ſecus autem dicitur de fama, vt per Imo. in l. ſi. ff. de hæred. inſtit. Alex. cōſ. 115. nu. 17. volu. 4. & Pariſ. conſ. 66. nu. 122. volu. 3. & diffuſiſſime Cephal. conſ. 225. nu. 38. & 48. volu. 2. ubi dicit, q̄ fama debet eſſe p̄fecta in ſui eſſe: & idem late conſ. 65. per totum volum. 1. in quibus duobus cōſ. optime diſcutit, quomodo fama probetur.

S V M.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Statutum simpliciter loquens de vicinis verificatur in omnibus.*
2 *Statutum requirens consensum consanguineorum in actibus minorum uerificatur etiam in consanguineis remotis.*
3 *Proximiores in statutis sunt illi, qui magis sunt habiles.*

Opinio vicinorum. Gloss. IX.

1 Posset dubitari, de quibus vicinis statutum loquatur; quia quando † statutum simpliciter loquitur, verificatur in omnibus vicinis, licet non sint viciniores, vt per Alberi. de Rosa. & Iaso. in l. non solum. de noui oper. nuncia. & Bar. in l. si tertius. ff. de aqua pluu. arcend. Tiraquel. de vtroque retract. in verbo Oulignagier. §. j. glos. 9. numero 21. & 22.
2 vbi infert ad statuta † quæ requirunt consensum consanguineorũ in cõtractibus mulierum, vel minorum, quòd verificentur etiam in cõsanguineis remotis, vt per Ang. consilio 160. Domina Catherina, & consilio 170. item statutum est, & ita praticatur de cõsuetudine, vt dicunt Iaco. But. & Salyc. in l. vlti. de milit. testam. & late Ias. in d. l. non solum. numero 3. & in l. transactione. in fi. C. de transi. dicit Bar. & Bald. tenere, quòd non sufficiat cõsensus cõsanguineorum, nisi sit de proximioribus, sed (vt dixi) contrarium seruatur, vt late etiam per eundem Ias. in l. prima. C. vnde virum & vxor. & circa hoc uide latè Corneum consilio 241. volum. 2. Aim. consi. 80. numero 14. Roma. consilio 366. Bar. in dicta l. si tertius. in casu nostro dicit, quòd quando statutum requirit vicinos proximiores, illi qui sunt magis habiles dicuntur proximiores; licet mulieres pupilli & similes essent magis proximæ; quia q est inhabilis ad aliquẽ actum non dicitur proximus, & sic erit concludendum in casu nostri statuti, prout etiam latius not. Par. consilio 56. numero 35. & p totum volum. 1. ubi dicit, quòd statutum loquens de masculo intelligitur de idoneo, habili & sufficienti: & late Io. Pla. in l. eum qui. C. de decur. lib. 10. ubi dicit, quòd statutum de eligendo aliquem in episcopum intelligitur de habili & idoneo, per Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper.

Bal. in l. prima. C. qui admitti, dicit, q̃ si statuto cauetur, in contractu minorum requiri consensum propinquorum, non intelligitur de cõsensu fœminarum, quæ sunt incapaces, & nõ cõuenit, quòd mulier, quæ non potest sibi ipsi, alteri auctorizet, ut dicit Paul. de Castro in l. fi. num. 5. C. de bon. quæ libe. Siluan. cõsilio 1. nume. 14. & de hoc latius alibi dixi, & ideo nõ insisto; Notãdum est autem, quòd licet statutum inducat probationem vsurariæ prauitatis ex opinione vicinorum, quod facere potest, ut per Dec. in cap. 1. nu. 13. de appel. & Cęphal. consi. 65. nu. 45. volu. 1. nõ tamen propter hoc tollitur, quin cõtrarium possit probari. Imo. & Abb. in c. 2. de adult. & Paris. consi. 160. nu. 31. volu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Contractus vsurarius cognoscitur ex modicitate pretij.*
2 *Pactum de retrouendendo arguit simulationem contractus.*
3 *Pensiones alicuius rei spatio 20. ann. excedentes sortem principalem inducunt vsurariam prauitatem.*
4 *Renunciatio facta in instrumento de vsuraria prauitate arguit contractum vsurarium.*
5 *Contractus celebratus a consueto fœnerari præsumitur usurarius.*
6 *Clausulę insolitæ arguunt simulationem contractus.*
7 *Pactum appositum in contractu censuali, quòd re censuali perempta census intelligatur impositus super aijs rebus arguitur simulatum contractum.*
8 *Magis creditur uni testi attestanti de usura in specie, quàm pluribus de bona uita in genere.*
9 *Instrumentum de duplo non est vsurarium, quando illud duplum est loco pœnæ.*

Quod dictum instrumentum sit vsurarium de duplo. Gloss. X.

1 Contractus vsurarius †cognoscitur pluribus modis, vt ex modicitate pretij. gloss. in c. conquestus. de vsur. & ibi Io. And. & Car. in cle. prima eodem titu. frater Raym. in sum. de casibus in tit. de vsur. §.
2 item. Dicitur † etiam contractus vsurarius ex pacto de retrouẽdẽdo una cum dicta modicitate pretij, ut est magis approbata opinio de qua per Deci. consil. 692. Gram. decis. 76. Afflict. decis. 406. 5. & 339. Par. consil. 54. nu. 62. volu. 1.

Sciendum est autem, quòd dicta pacta sunt licita, & approbata per extrauag. Marc. V. quæ incipit Regimini, & aliam Calix. sub ti. de empt. & vend. ut dicit Boer. consi. 18. cum seq. & Berous, q. 77. nume. 2. dicit ad hoc propositum, quòd qui emit rem & postea illam locauit cum pacto de retrouendẽdo, & reaffrancando excusatur ab vsuraria prauitate, & a compensatione faciẽda ratione simulationis contractus propter cõsuetudinem, quæ ubique locorum viget: sed si uerum esset, quòd contractus huiusmodi esset illicitus, parum meo iudicio prodesset consuetudo, quia ius peccandi præscribi non potest, & propterea vide quid notent Theologi & Summistæ, bene uerum est, quòd præsumptio simulationis cessat, quando ex interuallo dictum pactum apponitur, vt per Doct. in l. pacta nouissima. Alexan. consilio 28. volum. 5. & late Roland. consi. 40. & consi. 83. nu. 41. uolum. 2. non tamen tollitur, quin contrarium probari possit, vt dixi ſ. in gl. 5.

3 Cognoscitur † etiam, quando ex fructibus in pensionibus pro locatione 20. annorum excreditur sors principalis, ut no. glo. in authen. perpetua. C. de sacrosanct. eccles. Guid. Pap. consilio 180. nu.
4 1. quòd † etiam procedit, quando in instrumento renunciatum est vsurariæ prauitati, quia nemo præsumitur renũciare illis rebus, quę non sunt, argum. quæ not. in l. ab Anastasio. & in l. per diuersas. C. mandati, & no. Bal. consi. 105. Iaco. de Are. uolum. 2. & consi. 213.
5 volum. 5. cognoscitur † etiam ex eo, quòd quis consuetus sit fœnerari, ut per d. Bal. consilio 395 volum. 5. & quando etiam instrumẽ
6 tum continet clausulas insolitas: ita † Rot. coram Staf. in causa Ar-
7 gentina census, vbi dixerunt † quòd si in contractu censuali apponatur pactum, quòd re perempta, super qua imponitur census, intelligeretur positus in alijs bonis dicti vendentis, contractus sit vsurarius, ad not. per Bal. consilio 441. volum. 2. & in l. si quis sub conditione. ff. de condi. & demonstrat. & ibi Pau. de Cast. prout refert Gram. decis. 92. incipit vsurarius. Cognoscitur etiam pluribus alijs modis, quos longum esset referre & maxime; quia extant tractatus diuersorum qui particulariter continent materiam istam, & latissime Paris. consil. 53. cum tribus sequent. volumi. 1. qui opt. materiam simulationum perstringit, ad quem in similibus recurrendum est.

8 Notandum est autem † quod si vsurarius probaret per plures testes in genere, q̃ ipse est uir probatæ famæ & bonæ vitæ, & alter probaret per aliquos testes in specie de aliquo actu vsurario, magis creditur testibus de vsura deponentibus, ut nota. Par. consi. 74. numero 45. volum. 1. & Soc. consilio 54. numero 14. volum. 4. secus autem si deponerent de usura in genere, quia in paritate depositionis magis creditur deponentibus de bona vita, & fama, vt no. Ancha. in consilio 253. & Innoc. in ca. ueniens. de præsumpt. uide quæ latius dixi in gloss. 29. numero 18. Vnum autem est notandum, q̃ quando statutum vult instrumentum de duplo, iudicari
9 ad instar vsurarij, fallit, † quando illud duplum est loco pœnæ in eui ctionibus, quia licet apponi huiusmodi pœna, ut est particulare statutum in libro 5. c. 26. de cuius validitate, & similibus pœnis de duplo, triplo, vel quadruplo, vide aureum consiliũ Ro. 510. quoad primum consultationis articulum, sed oritur difficultas, an sit necesse non solum probare, q̃ instrumentum sit vsurarium, sed q̃ ẽt tales contractus illi contrahentes cõsueuerint exercere, & facit difficultatem illa copula, &, quasi statutum requirat cõcursum, dicas breuiter, q̃ illa oratio & tale, scilicet stat continuatiue & augmentatiue, ita vt quod habet de per se ueniat & sufficiat, quia dictæ orationes copulantur per se principaliter & non per modum accidentis: & sic non requiritur illorum concursus, & per consequens sufficit unum adesse, ut per Bar. in l. is qui 200. §. utrum. & ibi Socy. de rebus dub. & late de hoc Plot. in tract. de in litem iur. §. vi. numero 32. consilio 12. nec uideatur nouum, quòd instrumentum ex eo solo præsumatur vsurarium: quia confectum est ab illis qui contractus usurarios solẽt exercere, quia semel malus in vno genere semper præsumitur talis, ut in casu nostro per Bal. in dicto consil. 395. & late de dictionẽ, &, qñ requirat concursum copulatorum, & quando non, dixi in meo tract. dictionum in litera e, in dict. & quẽ propediem (si Deo placuerit) excudendum curabo, & ideo hic non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Extensio potest fieri de similibus ad similia in statutis, etiam in materia exorbitanti. ubi uersatur periculum animæ.*
2 *Vsurarius ore lingit & cauda sicut scorpio stringit.*

Et similis probatio. Gloss. XI.

1 Ex istis uerbis colligitur, q̃ † potest fieri extẽsió de similibus ad similia, quòd etiam licet in statutis maxime in huiusmodi materia vsurarum propter periculum animæ: quia vbi imminet periculum animæ, etiam in correctorijs, & odiosis fit extensio ad no. per Inn. in c. cum contingat. de iureiuran. & Anch. in c. primo. de stat. regu. libro 6. & Anto. de But. in c. inter monasterium. de re iud. Laur. Silu. consilio 42. numero 12. quod maxime procedit: qa fit ad puniendum delicta propter commodum Reipub. vt in l. 2. §. ignominiæ. de his qui not. infam. & per Bal. in l. hoc modo. de condit. & demonstrat. & maxime, quia interest reipublicæ, ne vsuræ
2 committantur: quia vsurarius † ore lingit populum & cauda stringit sicut scorpio, vt not. Bal. in consilio 395. ius naturale, volum. 2. nec per hoc tollitur, quin possit excipi de usuraria prauitate absque præscri. sed statutum prouidet in casu, in quo quis ita de facili non posset excipere, vt in casu c. debitores. de iureiur.

Quæ autem regulariter dicatur plena probatio, potest cognosci in l. admonendi. vbi late per Doct. & late idem Silu. consilio 51. nume.

Source : BIU Cujas

nume. 15. & conſilio 57. nu. 35. & Crauet. conſi. 73. vbi dicit, ꝙ probatio vſurarum eſt difficilis, & ideo ſufficiunt coniectura: vt etiam dicit Calcan. conſi. 26 & 27. Corn. conſ. 288. lib. 3. & in iſta materia teſtes ſingulares probant, maxime quando tractatur de probanda conſuetudine fœnerandi in genere, ut per Iaco. de Aren. in l. teſtiū. C. de teſta. & Crauet. vbi ſupra num. 32.

S V M M A R I V M.

1 *Habens apodiſſam alicuius debitoris mortui, ſi per decem annos poſt mortē dicti debitoris nihil petat, non auditur ulterius.*
2 *Mors ciuilis an comprehendatur in ſtatuto loquente ſimpliciter de morte.*
3 *Clemen. fina. de procur. procedit etiam in procuratore tranſlato ad aliud monaſterium.*
4 *Mors ciuilis habens effectum mortis naturalis comprehenditur ſub ſtatuto loquente de morte.*
5 *Prouiſio in caſu mortis ex ſententia legis extenditur etiam ad caſum emancipationis & deportationis.*
6 *Donatio cauſa mortis verificatur & conſequitur effectum in morte ciuili.*
7 *Pactum de lucranda dote cauſa mortis habet locum in morte ciuili.*
8 *Statutum loquens de mortuo uerificatur in eo qui ingreſſus eſt religionem et profeſſus eſt.*
9 *Fratres minores poſt profeſſionem adeo ſunt mortui mūdo, ut nihil in eis plus poſſit mors naturalis.*

De eodem habente apodiſſas. Cap. 102. Gloſ. XII.

1 **Statutum voluit,** † quòd ſi quis ciuis Ro. habeat aliquam apodiſſam contra aliquem mortuum, & ſteterit per 10. annos poſt mortem debitoris, & nihil petierit, quòd amplius nō audiatur, poteſt dubitari, an iſtud
2 ſtatutum † extendatur etiam ad mortuum ciuiliter, & videtur dicē dum quòd non: quia cum ſtatuta ſint ſtrictē intelligenda, ad nota. per Docto. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & appellatione mortis proprie loquendo veniat tantum mors naturalis & non ciuilis. l. ex ea. §. inſulam. de verborum obligat. Alexan. in l. in inſulam. ff. ſoluto matrimon. & in conſ. 2. volum. 1. Succeſſiue non poterit uerificari in morte ciuili, & facit, quod notat Ioan. Mona. in c. ſi epiſcopus, de ſupplen. neglig. prælat. Vbi dicit, quòd quando quis loquitur de morte in genere, intelligitur de naturali, & non ciuili, vt no. Fely. in ca. qualiter. el 2. de accuſat. ubi atteſtatur de communi. Ancha. conſilio 158. numero 6. & conſ. 438. numero 2. Milus in Repert. in uerbo mors, & glo. in cap. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. Vbi dicit, ꝙ mors ciuilis nunquam comprehenditur ſub vocabulo mortis, niſi in caſibus a iure expreſſis, ſequitur Pariſ. conſ. 19. nume. 18. volum. 4. Oldr. conſilio 284. Alexan. conſ. 139. libro 2. & iſta eſt cō munis opi. vt refert Sarnen. in quæſt. 5. in regu. de impetr. bene. per obi. Fam. Cardin. quod dictum in ſe verum eſt, quando adeſt ratio diuerſitatis: ſed concurrente identitate rationis mors ciuilis uere, & proprie uenit appellatione mortis, & in vtraque idem ius reddi debet; ut no. Soc. iun. conſilio 95. numero 21. volum. 2. & Rot. deciſ. 28. de procur. in not.

3 Vbi dicit, † quòd clemen. fin. de procurat. procedit etiam in procuratore Abbatis ciuiliter mortui per tranſlationem ad aliud monaſterium, ſequitur Caſſ. deciſ. 16. numero 5. ſuper reg. & Par. cōſ. 5. num. 117. & 149. volu. 4.

4 Vbi dicit, † ꝙ ſtatutum loquens de morte extenditur etiam ad mortem ciuilem, quæ operatur eundem effectum cum naturali, & Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. dicunt
5 † ꝙ prouiſio in caſu mortis ex ſententia legis extenditur etiam ad
6 caſum emancipationis & deportationis, & donatio † cauſa mortis
7 verificatur etiam in morte ciuili, ut etiam † pactum de lucranda dote poſt mortem vxoris. l. res vxoris. C. de donat. inter virum & vx. Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleri. Fely. in c. licet. de offi. delega. Soc. conſ. 92. lib. 1. & Par. conſ. 65. lib. 2.

Et Berous q. 41. late diſputat. An & quando bannitus habeatur pro mortuo, ita ut ſit locus fideicommiſſo, ad nota. in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Doct. communiter in l. ex facto. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 49. nu. 4. libro 4. vbi dicit, ꝙ banniti non gaudent beneficio ſtatutorum, ſed dicuntur mortui; ita quòd ſtante ſtatuto, quòd fœminæ excludantur propter maſculos, non excluditur ſtantibus maſculis bannitis: ut late etiam per Cęphal. conſil. 22. numero 23. libro 1. & late etiam Roland. conſi. 97. nu. 36. volu. 2.

Statutum itaque noſtrum tunc demum verificabitur in morte ciuili, quatenus mors ciuilis inducat eoſdem effectus mortis naturalis, ut ſi debitor † ingrediatur Monaſterium, & in eo profiteatur
8 ſtatutum incipiet habere locum a die profeſſionis, quando religio
9 eſt fratrum minorum, quia † huiuſmodi Fratres poſt profeſſionē ſunt adeo mortui ſeculo, vt mors naturalis nihil plus in eis operari poſſit, vt in clem. exiui de paradiſo. de verborum ſignifi. & Bald. cō ſilio 42. volum. 2. Ant. Rub. conſilio 155. numero 1 vult, ꝙ etiam iſtud dictum procedat quoad Fratres, qui poſſunt habere bona in communi; vt ſunt Hæremitani, ſed quoad iſtos Bart. tenet contrarium in auth. ſi qua mulier. C. ad Vell. & Bal. conſ. 120. & 421. volu. 2. & Fel. in c. in præſentia. de probat. & Bart. in l. 1. de teſtam.

Vbi dicit, quòd religioſi qui poſſunt habere bona in communi, poſſunt etiam reuocare teſtamentum & ſecundùm Bar. in vtroq; caſu tenuit Gozad. conſil. 41. nume. 6. & 11. de cuius veritate vide Io. Plat. in l. 1. ſupra fi. C. pœn. fiſc. lib. 10. & in l. fin. in fi. C. quando & quibus quarta pars. eodem lib. & ideo ſtatutum non poteſt uerificari in iſtis caſibus.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuis ex priuilegio, an comprehendatur ſub ſtatuto loquente de ciue.*
2 *Verbum Romanus, denotat originem & non ciuilitatem.*
3 *Ciuis creatus taliter, quòd habeatur pro ciue originario, comprehenditur ſub ſtatuto loquente de ciue.*
4 *Stante ſtatuto, quòd non poſſit creari prior, niſi ſit ciuis originarius, poterit creari, qui per omnia factus eſt ciuis.*

Ciuis Romanus. Gloſ. XIII.

1 **Quæſtionis eſt,** An ſtatutum verificetur in ciue ex priuilegio, † Bal. in conſi. 409. quòd dictus Ser. volum. 5. dicit, quòd ſtatutum loquens de ciue extendi tur etiam ad forenſem factum ciuem; quia factus ciuis eſt verè ciuis; cum ciuilitas ſit quid factabile: & non ſolum naſcitur, ſed etiā creatur; & ideo poteſt dici, quòd ſtatutum loquens de ciue Rom. extendatur etiam ad ciuem ex priuilegio, vt etiam notat Par. conſ. 71. nume. 8. volum. 1. vbi dicit, quòd receptus ad ciuilitatem eſt verè ciuis; Iaſon. in l. ſi is qui. num. 291. de vſucap. diſputat de modo, quo quis efficitur ciuis, quia aliquando efficitur per quędam verba, quæ originem in ſe ciuilitatis habent, ſed de hoc ibi per eū. Quo vero ad ſtatutum noſtrum credo illud non extendi ad ciuem ex
2 priuilegio propter verbum Rom. quod † denotat originem, & nō ciuilitatem, vt no. Bal. in c. ſignificante. ver. quid ſi ſcolaris, de reſcri. & Socy. conſilio 79. nume. 22. volum. 4. dicit, quòd illa verba ciuis Florentinus, referuntur ad domicilium originis, ſecundùm commu. vſum loquendi, ad no. per Bar. in l. prouinciales. de verborum ſignifi. & Bal. in l. in adoptionem. C. de adoptio. Cum itaque verba debeant naturaliter intelligi, & maxime in ſtatutis; nō poterit iſtud ſtatutum verificari in ciue ex priuilegio; Vt in terminis voluit glo. in l. ſed & reprobari. §. amplius. in verbo Cumanus. ff. de excuſa. tuto. & Fely. in d. cap. ſignificante. nume. 8. & Bart. in l. j. nume. 7. ff. de
3 tut. datis ab his. quod dictum poteſt limitari, † vt non procedat in illis, qui creantur ciues, taliter quòd habeantur pro ciuibus originarijs, per ea quæ not. Bal. in l. quidam cum filium. de verborum obliga. & in l. cum ex oratione. ff. de excuſat. tut. & Doct. in Rub. ff. ſoluto matrim. & in l. 1. ff. de leg. 1. & idem eſt, etiam ſi quis crearetur ciuis ſub his verbis, creatus ciuis dictæ ciuitatis, aggregatus, additus & incorporatus numero, cætui, & conſortio aliorum ciuium; qa iſta verba tantum operantur, quātum originaria ciuitas, vt late no. Pariſ. conſ. 71. volum. 1. Et ita eſt etiam dicendum de eo, qui creatur ciuis per omnia, quia vt voluit Iacob. de Nigris in d. l. 1. col. 7. de
4 leg. j. ſi † extat ſtatutum, neminem poſſe creari priorem, niſi ſit ciuis originarius, poterit creari Prior, qui per omnia creatus eſt ciuis. Io. Plat. in l. j. C. de priuileg. corp. lib. 11. Laur. Siluan. conſi. 1. num. 106. & Corn. conſi. 281. volum. 4. ubi dicit, quòd ſtatuta huiuſmodi licet ſint odioſa, nihilominus comprehendunt etiam illos, qui habētur pro ciuibus, de quo etiam per Aret. conſi. 77. & quoad ſtatutū Vrbis vide ſub cap. 156. lib. 1. & cap. 250. libro 3. vbi determinatur, quando forenſis poſſit gaudere priuilegio, cittadinātium, verum quia hic tractatur tantum de illo verbo Romanus, an comprehendat ciues ex priuilegio, recurre ad Corn. ubi ſup. & ad Cœphal. in aureo conſilio 246. per totum, volu. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Tria ſunt genera apodiſſarum, & nu. 8.*
2 *Scriptura priuata eſt duplex.*
3 *Scriptura quæ in corpore rationum includitur eſt duplex.*
4 *Statuta loquentia de inſtrumentis non comprehendunt ſcripturas priuatas, & econtra,*
5 *Scriptura ſolennis continens anteriorem hypothecam præfertur inſtrumento continenti poſteriorem.*
6 *Scriptura mercatorum de conſuetudine pro pub. ſcripturis & ſententijs habentur.*
7 *Statutum loquens de ſcrip. comprehendit etiam libros campſorum & aliarum rationum.*

Aliquam Appodiſſam. Gloſ. XIIII.

1 **Tria † ſunt genera apodiſſarum,** vt no. Bar. in l. admonendi. nume. 25. de iureiuran. & Bald. in conſi. 149. proponitur. volum. 1. Vna dicitur publica, alia ſolennis, tertia priuata. Publica eſt, quæ conficitur per Notarium, & perſonas publicas, & probat factum contrahentium inter omnes. l. deſiderium. C. depoſiti. Solennis eſt, quæ trino teſte notatur l. ſcripturas. C. qui
2 pot. in pign. Tertia quæ dicitur priuata, † eſt duplex, una extrauagās quæ apocha vocatur. l. plures. C. de fide inſtrumen. alia quæ in cor
3 pore rationum clauditur, & hæc eſt † etiam duplex, vna tenēs medium,

Source : BIU Cujas

dium, tanquam inter publicam, & priuatam, vt sunt scripturæ Argentariorum: alia tenens extremum quæ est omnino priuata. l.rationes.C.de proba.l.inter cartulas.C.de conuen. fisci deb.li.10. & not.Lanfranc.in c.quoniam.in verbo instrumentorum,nume. 72.de proba.Modò potest dubitari,de quibus scripturis loquat̃ statutum,& primò certum est,quòd non loquitur de publicis scripturis:quia de his in 1.statuto est facta mẽtio,& idem esset etiam si nõ
4 extaret statutum speciale: quia † statuta loquentia de instrumentis non comprehendunt priuatam scripturam,nec econtra: ut per Fely.in rubr.de fide instrum.numero 6.& Soc.consilio 41.numero 10.volumi.1.

Vbi dicit,quòd si extat statutũ,tales iudices cognoscere de omni causa,de qua apparet instrumentum, non poterunt cognoscere de causa pertinente ad priuatam scripturam:vt per Bar.Pau.de Castro in l.j.C.de iuram. calumn.& istud etiam uidetur procedere in scriptura solemni,quia habetur pro publica,vt per Bar.in l.scripturas.num.4.& in auth.si quæ.C.qui pot.in pign.

5 Vbi dicit,† quòd scriptura solemnis continens anteriorem hypothecam,præfertur inst.continenti posteriorem. Similiter dicẽdum
6 est de scripturis mercatorum, quæ † de consuetudine pro publicis habentur,vt per Fely.in c cum dilectus.nume.35.de fide instrum. & Pau.de Cast.in l.quædam sunt.§.nummularios.ff.de edẽ. & Bal. cons.348.Factæ fuerunt per Borromæum,volum.1. Vbi dicit,ꝙ scripturæ campsorum,& mercatorum habentur pro sententijs, q̃ propter maximam illarum fidem transeunt in iudicatum.

7 Sed obstat † dictum Francisci de Aret.in consi.51. videtur dicẽdum,vbi tener,quòd statutum loquens de priuata scriptura comprehendat etiam libros campsorum, & aliarum rationum, quòd dictum sequitur Curt.iun.in d.l.admonendi.nume.41.Bar.ibi nu-
8 mero 25.† dicit,ꝙ priuata scriptura est triplex,vna quæ dicitur apodissa,quæ datur a parte parti. Altera,vt libri rationum. Tertia vt est epistola. Ego crederem, quòd statutum comprehendat istas tres scripturas & alias etiam quæ trino teste sunt subscriptæ propter statutum,quod extat in lib.5.ca 29.de fide autem huiusmodi scripturarum me remitto ad not.in d.l.admonendi.& in d.cap.quoniam. Et per Cur.Senio.in l.si quis maior.num.7 C.de transact.vbi dicit, quòd scriptura scripta à tribus testibus obtinet vim publici instrumenti,& ponit Cephal.cons.152. volumi.2. & est conforme cum alio statuto Vrbis sub capit.29.lib.5. Notandum est etiam,quòd si aliqua priuata scriptura reperiatur sub publica custodia, illi adhibetur fides,ac si esset publicum instrumentum.Paris.cons.141.num. 6.volum.4.Corn.consi.171.volu.1.& Guid.Pap.decis.193. Hinc est,quòd fides adhibetur Cronicis.Crauet.consil.158.nume.4 & Soc.consi.7.numero 16.volum.1. & late quibus scripturis sit adhibenda fides Nouel.de iure prothom.§.5.

Vnum tantum notandum est,quòd istæ apochæ priuatæ habẽt exequutionem paratam,vt est statutum in 1.lib.c.76.Dummodo recognoscantur per tres testes,qui manum & scripturam scribẽtis recognoscant,etiam si testes non fuerint præsentes cõfectioni scripturæ,vt habetur in d.c.29.lib.5. statut. Vel etiam si recognoscantur per comparationem literarum seu aliter,in d.ca.76.lib.1.quod & contra ius commune,per Grammat.decis.84.& 93.& Soc.iun. consi.29.num.25.volum.2.

SVMMARIVM.

1 *Non obstante lapsu temporis præfixi regulariter potest produci, dummodo non sit ius alteri quæsitum.*
2 *Mora lapsu temporis præfixo a legibus vel statutis non potest purgari.*

Nec in publicum produxerit. Glos. XV.

1 **Non obstante lapsu** † temporis ad producendum regulariter quando cunque potest produci, dummodo ius aduersarij non sit factum deterius; quia tunc non licet purgare moram,vt per Alex.in l.si insulam.nu.34.de verb.obli.Bellam.decis.745.Zabar.consi.23.Bald. Ang.& Imo.in l.quamdiu.la vltima,de acq.hæred.

Not.Dec.in l.edita.nume.33.C.de eden.Curt.Senio.in l.si quis maior.nume.49.C.de transact.& ibi Alex. & Iaſ.in l. si quis agere. C.de codicil.Crauet.consi.207.nume.4.& late Cephal. consil.77. nu.54.& seq.vo.1.& illud dicitur productum in publicum,qđ in actis publicis est deductum c.quoniam contra.de probat.& in cap. scriptura.& c.cum Ioan.de fide instrum.

2 Sed † istud fallit in casu nostri statuti,quia si per decem annos nõ producatur in publicum,non potest amplius produci,quia executio fit a lege immediate,quo casu non admittitur purgatio moræ, vt per Alexan.in d.l.si insulam.nu.30.& ibi Ias. num.31. & Fel.in c. gratum.de offi.deleg.Sed cum statutum nostrum deneget audiẽtiam post decem annos,ut dixi in Glos.non audiatur,interuenien te etiam facto iudicis non potest purgari mora,ut per Fely.in d. ca. gratum.nu.3.& Imo.in cap.accepimus.de fide instrum.& dixi ſ.in glo.2.in verbo negligens.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de petitione verificatur etiam in petitione extraiudiciali, & numero 6.*
2 *Petitio quando refertur ad creditorem,non requirit litis contestationem.*
3 *Statutum,quòd instrumentum possit peti cassari,nisi fuerit infra certum tempus insinuatum,habet locum etiam in petitione extraiudiciali.*
4 *Petitio extraiudicialis sufficit ad effectum regulæ Cancellariæ de publicandis.*
5 *Extraiudicialis requisitio sufficit in casu bullæ Sixti de iure congrui.*
6 *Dictio nec,aliquando est copulatiua,aliquando disiunctiua.*
7 *Statutum plura contra ius commune continens debet restringi,ut vnum tantum contra ius operetur.*

Nec aliquid petierit. Glos. XVI.

Sufficit petitio etiam verbotenus facta,& nõ in forma libelli, ĩscriptis
1 porrecta; quia quando † statutum loquitur de petitione.debet intelligi de qualibet petitione,quomodocunque facta l.j.§.generaliter.& ibi Docto.ff.de leg.præst.& Doct.in c.cum causam. de off. deleg.& in clem.j.de decimis,& Soc.Sen.consi.42.num.4.& Soc. iun.consi.75.num.2.volum.2.

Licet verbum petere de sui natura ad ius & effectum iudicij referatur.l.amplius non peti.ff.rem rat.hab.moder.Patauini in §.duo fratres.num.292.ff.de verborum oblig.& Claud.Seissel.in l naturaliter.nu.45.ff.de vsuca. ubi dicit,quòd istud verbum petere, similiciter prolarum intelligitur de petitione per litis contestationem, nisi forte addatur verbum quomodocunque, vt per gl. magnam in l.qui fidem.ff.de transact.ego tamen credo, quòd verior sit alia opinio; quia licet quando imponitur pœna illi, qui aliquid petierit, talis non dicitur incidisse in illam pœnam, nisi postquam petierit, & obtinuit sententiam,vt per Doct.in l.si quis. C. de inoffic. testa. Tamen ad euitandam caducitatem,& præscriptionem, quæ est odiosa propter malam fidem,in qua debitor constituitur.

Sufficit etiam si fiat extraiudicialiter per ea quæ dicit Bar. in l.Ti
2 tia.nume.1.de condit.& demonstr.vbi dicit,† quòd quando petitio refertur ad creditorem,non requiritur litis contestatio.sed sufficit petitio extraiudicialis,sequitur Alexan.& Ang.in l.si decem. de verborum obligat.& ibi Bar.& in l.amplius.ff.rem ratam habe. &
3 Bal.in l.j.de litis contest.dicit,† quòd si statuto cauetur, instrumentum posse peti cassari,nisi fuerit insinuatum infra certum tempus: quòd sufficit extraiudicialis petitio,quod dictum est notandum p.
4 petuò,& gl.† in reg.Cancell.34.de publi.resign.in verb.possess. dicit,quòd sufficit petitio extraiudicialis ad effectum dictæ regulæ,&
5 Par.† consil.123.nume.11.volum.4.dicit, quòd in casu bullæ Sixti de iure congrui sufficit venditorem requirere vicinum extraiudicialiter,an velit emere.Sed videtur,quòd ista non procedant in statuto vrbis; quia in eo cauetur,quòd si creditor nec in publicum ꝓ duxerit,nec aliquid petierit,non audiatur vlterius, ex quo videtur esse duo necessaria coniunctiuè, videlicet quòd in publicum producat,& quòd aliquid petat,& sic non sufficit extraiudicialis petitio,sed requiritur,ꝙ fiat in publicum, ideſt in iudicio propter illam
6 dictionem,nec,quæ † de sui natura est copulatiua,vt nota.Bar.in l. sæpe.de verborum significa.& ibi Cepol.& Dec.in l.si emancipati. C.de colla.ego crederem, ꝙ sufficeret sola petitio etiam extraiudicialis,quia illa dictio nec,est disiunctiua & non copulatiua, & ponitur pro neque,vt l.inter.ff.de publ.iud.& not.Par. consi.36. num. 3.volum.1.& ita de necessitate videtur esse intelligendum propter tertium statutum de præscriptione,quo cauetur, ꝙ extraiudicialis
7 petitio sufficiat, ita ꝙ dicendum sit idem in statuto, quia † cum sit correctiuum iuris communis,debet restringi, vt vnum tantũ operetur contra ius commune,videlicet præscriptionem minori spacio 30.annorum,& non plura,ad not.per Gozad.consi.19.nu.5. & Fely.in c.1.de constit.& Alex.consi.229.volum.6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio nullatenus,habet vim sententiæ & decreti irritantis & aufert potestatem dispensandi in contrarium.*
2 *Sententia lata contra constitutionem habentem verbum irritans est nulla.*
3 *Annullatio processus facta per statutum facit actum ipso iure nullum.*
5 *Compromissum factum contra statutum denegans audientiam est ipso iure nullum.*
6 *Exceptio quæ impedit litis ingressum impedit & compromissum.*

De cætero nullatenus audiatur. Glos. XVII.

Istud statutum decreti habet vim latæ sen-
1 tentiæ propter illam dictionem † nullatenus,per ea quæ notat glo. in auth.si qua mulier.C.ad Velleia.& Card.Flor.in clem.1.§.si quis autem.de sequestra.post.& ibi Ant.& Imo.qui dicunt, dictionem istam nullatenus esse tanti roboris,vt habeat vim decreti irritantis, & tollat potestatem dispensandi in contrarium,quod etiam voluit Archid.in c.quoniam,in verbo nullatenus,de immun.eccle.& Ancharra.consilio 170.numero 2.late Tiraq.in l. si vnquam. in verbo reuertatur.nume.95.C.de reuocan.dona.& ibi tractat late de istis verbis,

Source : BIU Cujas

verbis, non audiatur vlterius, careat actione; priuetur iure ſuo; & & de ſimilibus vide Fely. in c. Rodulphus. nu. 24. de reſcrip. ſtantib. itaque verbis noſtri ſtatuti, quæ habent vim decreti irritantis; non poterit per quemcunque iudicem in contrarium iudicari, aliàs ſen
2 tentia † eſſet nulla, vt per Ancha. dicto conſi. 170. quod multo magis procedit; quia in finalibus verbis ſtatuti annullatur quicunque
3 proceſſus abinde factus, quæ verba faciunt † actum ipſo iure nullũ vt no. Corn. conſil. 203. lib. 2. Bar. in l. non dubium. C. de leg. & Ti-
4 raq. vbi ſupra nu. 235. Immo † ſi per partes fieret compromiſſum, eſſet nullum & inualidum; propter denegatam audientiam a ſtatu
5 to, quo caſu impeditur litis ingreſſus, & exceptio † quæ impedit ingreſſum impedit & compromiſſum, Bal. in l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & Docto. omnes in l. fratres. C. de tranſact. & ita ſæpius conſuluit & vidit iudicare Soc. conſil. 203. nume. 5. volum. 2. & ego dixi latius in vltima gloſſ. ſed pro pleniori intelligenta iſtorũ verborum ne maximum volumen aliorum tantum dicta referendo conficiam, vide Bar. in l. cum lex. numero 9. de fideiuſſ. doctrina eſt aurea ad intelligentiam iſtorum verborum, ad quam ſe refert etiam in materia reſcriptorum, Anchar. in capit. 1. colum. 2. de reſcript. in 6.

De quo etiam per Aret. conſ. 85. & Ioan. de Plat. in l. omnes, C. de ſund. patr. lib. 11. ubi dicit, quòd hæc exceptio poteſt opponi ad litis ingreſſum, ad proceſſum, ad litem conteſtan. impediendo in vim dilatoriæ, & ad merita cauſæ, ſicut exceptiones rei ſumptæ, ut per Barto. in l. quærebatur. ff. iudi. ſolu. & l. eleganter. §. ſi quis. ff. de condit. indebit. vbi dicit, quòd iſta exceptio non ita eneruat iuriſdictionem iudicis, vt ſi contrafaciat, & audiat proceſſus ſit ipſo iure nullus, Tu cogita & vide quæ dixi in vltima gloſſ. addendo, quòd ſi ſtatuto caueretur q̃ iudex procederet non obſtante præſcrip. nihilominus ſi daretur de præſcriptione non poſſet iudex contra illã pronunciare, vt habetur per Crot. & alios in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verborum oblig.

SVMMARIVM.

1 *Ad imponendum ſilentium alicui an requiritur bina monitio.*
2 *Dies vbi interpellat pro homine, non requiritur alia monitio.*
3 *Vnica monitio ſufficit, vbi lex, uel ſtatutum non præfigit.*
4 *Citatio eſt quadruplex.*
5 *Vbi dies interpellat pro homine ex forma ſtatuti, non admittitur purgatio moræ etiam ex quacunque legitima cauſa, dummodo non adeſſet ante lapſum temporis.*

Sibi ſilentium imponatur. Gloſ. XVIII.

1 Ad imponendum ſilentium † alicui requirit bina monitio, ad not. per Rip. in l. rem quæ nobis. num. 43. ff. de acq. poſſ. quod maxime procedit, cum agitur de priuando aliquem de iure ſuo per lapſum maioris temporis vnius anni, vt per laſ. in authe. hoc amplius. C. de fideicom. Bened. in c. Raynutius. in uerbo, abſque liberis. nume. 201. de teſtam. Alexand. conſil. 108. lib. 1. Fel. in ca. ex literis. num. 8. verſi. fallit nono, de conſtit. glo. in clem. 1. de vita & hone. cler. Afflict. deciſ. 264. nume. 3. & Mar. Soc. in c. licet.
2 de accuſ. Iſtud fallit † quando dies interpellat pro homine l. traiecti tiæ. & ibi Alexan. de verborum obligat. & maxime quando tẽpus appoſitum eſt certum; quia tunc etiam in facto hominis non requiritur bina monitio; vt per Bal. in l. 2. C. de ſponſ. & Ancha. in conſi. 65. Dom. in c. licet. §. 1. de electio. in 6. Matthe. ſingu. 50. in caſu autem legis vel ſtatuti ſi certum tempus eſt appoſitum, non requiri-
3 tur monitio, per ea quæ dixi ſupra in gl. 2. quando † autem lex, vel ſtatutum non præfigit tempus, tunc ſufficit una monitio, vt p̃ Bal.
4 in l. nam ita Diuus. ff. de adopt. & Fel. † in c. cum cauſam. num. 9. de offi. deleg. vbi dicit, quòd quadruplex eſt citatio legis, iudicis, partis & collegæ; in citatione partis (vt dixi) ſufficit vna monitio, in citatione iudicis, vbi agitur de præiudicio generando; requiritur bina vel vnica peremptoria l. & poſt. ff. de iud. vnica etiam ſufficit ex pacto partium l. fi. ff. de eo per quem fact.

Et citatio iudicis fit etiam quatuor modis. quandoque enim iudex citat per ſe ipſum, & talis citatio habet vim peremptorij, & ſi citatus non comparet, dicitur verus contumax, quandoque citat p̃ literas vel Notarios, ſiue duos probos viros, quãdoque per proclama, & quandoque per edicta in albo Prætoris, prout de omnibus iſtis modis diffuſiſſime tractat Ioã. Plat. in l. quamuis. C. de decur. libro 10.

In caſu autem noſtri ſtatuti tranſacto tempore quis eo ipſo incidit in pœnam, ad no. per Zabarel. in clem. 1. nume. 2. de vita & honeſta. cler. Fel. in c. pen. nume. 8. de iudi. & in c. licet. nu. 18. de proba. & Bal. in auth. ad hæc. num. 18. de vſur. quod dictum procedit nõ
5 obſtante aliqua † cauſa, dummodo non ineſſet, antequam mora committeretur, vt puta per ignorantiam, abſentiam & ſimilia, ad nota. per Alexand. conſilio 103. libro primo, quia ſi non extat cauſa ante moram non poteſt dici qua de cauſa non petierit, quod ſibi debebatur, vt no. Curt. iun. conſi. 55. & Cor. conſi. 33. viſa inquiſitione, lib. 4. cum ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de creditore negligente comprehendit etiam creditorem ignorantem.*
2 *Præſcriptio ſtatutaria currit ignoranti, ſed datur reſtitutio in integrum, contra nu. 3. communis in contrarium num. 4.*
5 *Conciliatio opinionum quando ignoranti currat præſcriptio, & quando detur reſtitutio. nu. 10.*
6 *Ignorans non excuſatur in facto proprio, fallit nu. 7. & nu. 8.*
9 *Ignoratnia craſſa & ſupina non eſt priuilegiata.*
10 *Reſtitutio an competat ignoranti aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum, & nu. 11. & 12.*
11 *Pleniſſima ſecuritas dicitur, quando non datur reſtitutio.*
13 *Ignorantia poteſt probari iuramento.*
14 *Emens a publica reuenditrice rem furatam tenetur reſtituere Domino etiã, quòd non habuerit notitiam de furto.*
15 *Ignorantia excuſat in rebus corporalibus.*
16 *Debitor ignorans præſcribit in actione perſonali.*
17 *Præſcriptio currit etiam contra abſentem.*
18 *Abſens debet petere reſtitutionem in integrum infra 4. annos a die ſcientiæ.*
19 *Quatuor ſunt genera abſentum,*
20 *Abſens cauſa reipublicæ eius priuilegijs gaudet nu 21.*
22 *Abſens poteſt petere reſtitutionem aduerſus præſcriptionem, quatenus non potuerit conſtituere, vel mittere procuratores,*
23 *Abſens cauſa reipublicæ tenetur mittere procuratorem ad petendum ius congrui.*
24 *Patrono currit tempus præſentandi a die vacationis beneficij, & non a die ſententiæ.*
25 *Præſcriptio inchoata contra præſentem, qui deinde ſe abſentat, quomodo currat.*
26 *Præſcriptio quæ currit in patria propria contra abſentem dicitur currere cõtra præſentem.*
27 *Mulier præſcribit bona ſibi data in ſolutum ratione dotis propter abſentiam mariti.*
28 *Bannitus comprehenditur ſub ſtatutis de præſcriptionibus, contra nu. 29. cõmunis in contrarium 30.*
31 *Excommunicatus negligens in petendo abſolutionem comprehẽditur ſub ſtatuto de præſcrip.*
32 *Excommunicatus poteſt præſcriptionem interrumpere.*
33 *Præſcriptio currit contra minorem, ſed ei datur reſtitutio.*
34 *Conſuetudo & ſtatutum ligant minores, mulieres, infantes & furioſos.*
35 *Præſcriptio habet vim decreti iudicis, ſed non qualificati. 36.*
37 *Minori, qui iurauit ſe maiorem, non datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem.*
38 *Fundans ſe in minoritate debet eam probare.*
39 *Minoritas an probetur per dationem curatoris, & num. 41.*
40 *Furor probatur ex datione curatoris.*
42 *Ruſticus an comprehendatur ſub ſtatuto deſcript. ſed ei ſuccurretur per uiam reſtitutionis. nu. 43.*
44 *Ruſtico magis ſubuenitur, quàm minori.*
45 *Præſcriptio ſtatutaria currit etiam contra Iudæos, & ſaracenos.*
46 *Statutum de preſcript. comprehendit creditores ratione mercedis, & ſalarij.*
47 *Contra deſides homines odioſæ exceptiones inuentæ ſunt, ex quo negligenti ad ratificandum currit præſcriptio.*
48 *Ceſſionarius an comprehendatur ſub ſtatuto præſcript.*
49 *Præſcriptio cutrit contra creditorem habentem hypothecariam intentantem contra tertium poſſeſſorem.*
50 *Statutum de præſcrip. habet locum inter patrem & filium in illis rebus, in quibus inter illos cadit obligatio.*
51 *Intellectus l. frater a fratre de cond. indeb.*
52 *Filius ſi mortuo patre facit inuentarium de bonis aduentitijs, quæ præſcribebat contra patrem, non poteſt amplius perficere præſcriptionem.*
53 *Filius emancipatus præſcribit contra patrem, & econtra.*
54 *Per emancipationem quis eſſicitur ſui iuris.*
55 *Filius hebræi præſcribit contra patrem, & econtra, Contrarium verius numero 56.*
57 *Petitio ſupplementi legitimæ ſubiacet præſcrip. ſtatutorum.*
58 *Filius ratione legitimæ habet duas actiones.*
59 *Filius in legitima, & eius ſupplemento eſt proprie creditor.*
60 *De legitima detrahitur omne grauamen ſicut de ære alieno.*
61 *Præſcriptio ſtatutaria currit contra legatarium.*
62 *Rubrica generalior nigro ampliat nigrum, & nu. 65.*
63 *Filia excluſa in nigro ab hæreditate patris, ſi rubrica ſit generalior, intelligitur etiam excluſa ab hæreditate matris.*
64 *Statutum excludens aſcendentes per lineam fœmininam excludit etiam deſcendentes.*
66 *Statutum loquens de creditore comprehendit etiam creditorem ex legato.*
67 *Idem extenditur ad creditorem habentem ius hypothecæ.*
68 *Legatario competunt tres actiones pro legato.*
69 *Legatum præſcribitur etiam de iure communi ſpacio 39. annorum.*
70 *Lex canonica, quæ non vult præſcriptionem mala fide, non habet locum in fauorem illius, cui actio non competit, ſed competere poteſt agnoſcendo,*

vel

Source : BIU Cujas

vel deceptando.
71 Vbi agitur de iure quærendo non consideratur titulus vel malafides in præscribente.
72 Si competit alicui certum ius infra limitatum tempus, si tempus labitur præsumitur renunciatum iuri.
73 Præscriptio in rebus, quæ nobis debentur, non expectata aliqua declaratione non admittitur mala fide.
74 Mala fides non est in consideratione, quando præscribitur aliquid pro fortificatione dominij.
75 Testator non potest prohibere præscriptionem simpliciter.
76 Contra leg. ignorantem non currit præscriptio. fallit nu. 77.
78 Ius declarandi præscribitur.
79 Petitio hæreditatis præscribitur statutaria præscrip.
80 Præscriptio statutaria est loco præscriptionis inductæ de iure communi.
81 Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates.
82 Hæres venit appellatione creditoris.
83 Argumentum de propria ad latam significationem valet etiam in exorbitantibus concurrente identitate rationis.
84 Statutum loquens de domo comprehendit etiam nauem.
85 Præscriptio currit contra hæreditatem iacentem.
86 Filius non obstante præscriptione potest agere, & agnoscere hæreditatem ex capite Vnde legitimi, dato quòd excludatur a capite, vnde liberi.
87 Diuisio facta de hæreditate cum hærede putatiuo præscribitur.
88 Titulus diuisionis etiam erroneus extante bona fide dat causam præscribendi etiam bona ecclesiastica, nu. 89.
90 Creditor ex donatione causa mortis subiacet statutis de prescrip.
91 Statutum loquens de contractibus verificatur etiam in donatione causa mortis.
92 Compositum accedit ad naturam illius rei, de qua magis participat.
93 Statutum prohibens aliquem contrahere prohibet etiam donare.
94 Patientia debitoris, quòd creditor mittatur in possessione ex primo in actione reali, & ex 2. decreto in personali causat præscriptionem, vide numero 106.
95 Fideiussor proprie, & vere est debitor.
96 Statutum loquens de debitore extenditur ad fideiussorem.
97 Confessio facta per creditorem præsente fideiussore dicitur facta parte præsente.
98 Debitor præscribit contra fideiussorem.
99 Emens bona alicui obligata præscribit, etiam si sit appositum pactum per debitorem vendentem, ut emptor satisfaciat creditoribus.
100 Donator si in donatione apponit pactum, & donatarius satisfaciat creditoribus, ex tali pacto non acquiritur actio creditori.
101 Testator si mandat in testamento omnia debita solui, non intelligitur de debitis præscriptis vel aliquam exceptionem patientibus.
102 Res vendita cum pacto de retrouendendo præscribitur. amplia nu. 104.
103 Ius hypothecæ præscribi potest.
104 Spurius quando possit prescribere.
105 Ius offerendi & displicendi quando præscribatur.
107 Iuri dicendi contractum simulatum quanto tempore præscribatur.
108 Contractus illicitus nunquam præscribi potest, & quid de contractu nulla. nume. 109.
110 Iuri agendi ad commissum quanto tempore præscribatur.
111 Dominus si ignorat rem incidisse in commissum per receptionem solutionis non sibi præiudicat.
112 Hæres an possit declarare rem incidisse in commissum. & nu. 13.
114 Actio ad pœnam non transit contra hæredem declara nu. 117.
115 Cessatio est multiplex.
116 In materia pœnali non dicitur cessatum, quando culpabiliter non cessatur.
118 Error calculi præscribitur statutaria præscriptione, nu. 120.
119 Computatio facta per eum, de cuius off nō constabat, potest per mille annos reuideri prætextu erroris.
120 Error expressus in computatione non præscribitur.
121 Si semel pronunciatum est super prætenso errore, non auditur vlterius de eo excipiens.
122 Grauatus mensura vel pondere infra quantum tempus debeat reclamare.
123 Census & annua præstatio, qui debentur ex contractu, præscribuntur inter priuatos secus inter principes supremos. nu. 124.
125 Debita iurata præscribuntur statutaria præscript. contra 127. communis 1. numero 132.
126 Contra iuramentum non potest iuste possideri.
127 Iuramentum perpetuat actionem vsque ad 40. annos.
128 Dilatio concessa per principem debitori non extenditur ad debitum iuratum.
129 Clausula, non obstante, non tollit dispositiones iuramento confirmatas.
130 Iuramentum deciſorium perpetuat actionem, non autem iuramentum commune.
131 Iuramentum commune sequitur naturam contractus, quo annullato annullatur & iuramentum.
133 Iuramentum simpliciter præstitum de soluendo intelligitur rebus sic stantibus.
134 Debitum iuratum promissum certa die non præscribitur.
135 Promissum ex causa transactionis interueniente traditione præscribitur.
136 Tit. transactionis continens liberationem non est sufficiens ad præscribendū.
137 Forensis an ligetur statutis de præscrip. 156.
138 Forensis non gaudet beneficio statutorum, declara. 161.
139 Stante statuto, quòd debitor debitoris possit capi ad petitionem creditoris non poterit capi ad petitionem creditoris forensis.
140 Statutum, quòd credatur iuramento damnum passi, non procedit in fauorē forensis etiam soluentis onera realia, num. 141.
142 Munus datur, ubi est onus.
143 Ignorantia statutorum est tolerabilis in ciue nouello.
144 Solennitas loci vbi celebratur contractus attendenda est.
145 Lex non ligat ratione personæ sed actus quem facit.
146 Locus contractus attenditur circa ordinem iudiciorum.
147 Statuta respicientia processum ligant clericos.
148 Statutum, quòd inter litigantes fiat compromissum, ligat clericos, & forenses.
146 Statutum Genuæ, quòd magistratus ad petitionem partis teneantur cōmittere causam probis viris, ligat forenses.
150 Statutum dirigens uerba ad personas nunquam comprehendit forenses.
151 In his, quæ ueniunt præter naturam ex aliqua mora, debent attendi statuta loci, in quo solutio fieri debet.
152 Si Florentinus mutuat centum alicui in Cur. Roma. cum solutione facienda in ciuitate Perusii quo ad præscr. attendit statutum Perusii.
153 Restitutio in integrum quando petitur ex læsione proueniente post contractum propter aliquam moram, attenditur locus, vbi illa mora est contracta.
154 Quando verba contractus proferuntur in vno loco, & illorum effectus consumatur in alio, attenditur locus consumationis.
155 Si constituitur procurator in curia ad accipiendum possessionem beneficiorum extra curiam, illa beneficia dicuntur vacare extra curiam.
157 Stante statuto, quòd primogenitus succedat in certa parte, non ligabitur forensis.
158 Statutum, quòd instrumenta habeant executionem paratam, non extenditur ad forenses.
159 Ignorantia in facto proprio excusat, quando agitur de damno euitando.
160 Non est verisimile, quòd quis se subiiciat illi iuri, quod ignorat sibi nocere.
161 Forensis quando gaudeat beneficijs statutorum.
162 Romanus contrahens Regij an ligetur statutis Vrbis de præscrip.
163 Quando contractus fit de re immobili, attenditur locus vbi est sita res, & similiter in actione hypothecaria, secus in personali.
164 Forensis soluens onera personalia ligatur statutis.
165 Statuta urbis non ligant curiales.
166 Ad hoc ut quis efficiatur ciuis, requiruntur duo, animus. & habitatio.
167 Scholaris non ligatur statutis loci, ubi studet, etiam si in dicto loco extet statutum, & scholaris habeatur pro ciue.
168 Forensis & curialis, qui utuntur beneficijs statutorum pro se, debent etiam vti contra se.
169 Mercatores non subiiciuntur statutis de præsc.
170 Mercatores nudo pacto obligantur.
171 Stilus mercatorum in qualibet curia debet seruari.
172 Mercator dititur ille, qui pluries, & non semel vel bis exercuit mercantiam.
173 Mercator etiam dicitur, qui est descriptus in matricula.
174 Matricula constituit quem in quasi possessionem exercitij.
175 Artifex non uenit appellatione mercatoris, nu. 178.
176 Mercator vilis non gaudet priuilegijs mercatorum.
177 Habens apocham vt non possit pro debito capi, poterit capi pro debito uili non obstante dicta apocha.
179 Mercator forensis & scholaris possunt conueniri in loco ubi inhabitant ratione initi contractus.
180 Res aduentitiæ non præscribuntur viuente patre fallit 181.
182 Statutum de presc. non ligat infantes.
183 Nec ligat pupillos.
184 Prescriptio incepta contra maiorem dormit toto tempore pupillaris ætatis, si pupillus succedit maiori.
185 Pupillus in illis rebus in quibus contra se currit præscriptio habet actionem contra tutorem.
186 Pupillus maior infante potest citari, etiam si non habeat tutorem ad effectū interrumpendi prescrip.
187 Furiosus demens & prodigus æquiparantur pupillis.
188 Prodigus non obligatur ad sui vtilitatem.
189 Prescriptio incepta ante furorem vel prodigalitatem an continuetur tempore furoris, vel prodigalitatis.
190 Qui dicit furiosum uel prodigum fuisse tempore contractus uel præscriptionis sanæ mentis debet probare.
191 Qualitates adhærentes animo præsumitur durare.
192 Statim, & quis desinit esse prodigus vel furiosus dicitur finita tutela & cura. lim. nu. 193.
194 Præscriptio currit pupillo, furioso & prodigo in credito conuentionali, nec eis competit restitutio.
195 Præscriptio contra creditum conuentionale sola petitione, etiam extraiudiciali interrumpit.
196 Prescriptio non currit contra mulieres.
197 Prescriptio non currit contra eum qui propter metum sui debitoris non ausus est petere suum.

Source : BIU Cujas

198 *Metus non poteſt purgari etiam poſt mille annos.*
199 *Præſcriptio ſtatutaria non currit contra eccleſiam.*
200 *Statutum inducens, quòd præſcriptio currat contra eccleſiam minori ſpacio 40. annorum non valet.*
201 *Eccleſia ſi ſuccedat priuato, contra quem erat decurſa præſcrip. per octo annos ſubiacebit præſcriptioni minori ſpacio 30. ann.*
202 *Hoſpitalia & alia loca pia gaudent priuilegijs eccleſiæ.*
203 *Hoſpitale deſtructum an gaudeat dictis priuilegijs.*
204 *Iura loquentia de eccleſia collegiata habent etiam locum in collegiata habitu.*
205 *Clerici non ſubiacent ſtatutis laicorum fallit nu. 206.*
207 *Bona patrimonialia data clericis in titulum gaudent priuilegijs eccleſiaſticis.*
208 *Statutum, ne immobilia alienentur in extraneos, comprehendit etiam clericos.*
209 *Statutum, quòd non fiant inueſtiturę ſtantibus hæredibus defuncti, procedit etiam reſpectu bonorum eccleſiaſticorum.*
210 *Clericus qui vult vti priuilegijs ſtatutorum pro ſe debet etiam vti contra ſe.*
211 *Statutum de præſcrip. non nocet clerico hæredi creditoris contra quem erat incepta præſcrip.*
212 *Statutaria præſcriptio non currit contra fiſcum & rempublicam, & quando nume. 214.*
213 *Caſtra, villæ & ſimilia non ſunt priuilegiata: vt contra ea non currat præſcriptio, ſed datur reſtitutio.*
214 *Priuilegia reipub. competunt etiam eius legatis.*
216 *Dominium directum non præſcribitur per emphyteutam vel colonum ſtatutaria præſcr. ampliatur etiam in vſufructuario nu. 217.*
218 *Ex ſola naturali poſſeſſione etiam per mille annos non præſcribitur.*
219 *Vſusfructus ſi legatur cum prohibitione alienationis, dicitur etiam legata proprietas.*
220 *Cenſus habens verbum diſtributiuum non præſcribitur.*
221 *Cenſus perſonalis non poteſt præſcribi.*
222 *Cenſus an probetur per libros cenſuales vel ſcripturam notarij.*
223 *Præſcriptio contra cenſum quomodo & quando currat.*
224 *Cenſuarius qui tenetur ſoluere 20 pro quolibet anno, & ſoluit tantum decē an præſcribat alia decem.*
225 *Mala fides authoris nocet ſucceſſori ſingulari habenti titulum, & nu. 229. in fine.*
226 *Solutio cenſus in pecunia viliori vel meliori facta an præſcribatur.*
227 *Emptor qui poſſedit per 30 annos fundum cenſuatum abſque ſolutione cenſus, an poſſit moleſtari per dominum dicti cenſus, cui fuit ſemper ſibi ſolutus per uenditorem.*
228 *Actioni reſciſſoriæ nondum natæ præſcribitur.*
229 *Debitor etiam qui non eſt ſoluendo poteſt præſcribere.*
230 *Præſcriptio non currit contra emphyteutam ratione vtilis dominij ob nō ſolutionem canonis per ſe factam, dummodo ſit facta per alium.*
231 *Præſcriptio non currit contra creditorem, qui eſt in poſſeſſione.*
232 *Petens debitum per viam exceptionis non excluditur per ſtatutum de præſcript.*
234 *Statutum vrbis prohibens agere non prohibet excipere.*
235 *Allegare turpitudinem ſuam quando liceat.*
236 *Spoliator non præſcribit, fallit nu. 238.*
237 *Remedium reintegrandæ datur etiam contra titulo poſſidentem.*
239 *Debitor non præſcribit contra fideiuſſorem, qui ſoluit, & ei ceſſæ fuerunt actiones, etiam ſi de ſolutione non fuerit ei facta intimatio.*
240 *Tertius ſoluens pro alio non poteſt allegare præſumptam præſcriptionem cō tra principalem creditorem, cui ſolutum fuit.*
241 *Præſcriptio non currit creditori ex delicto.*
242 *Ex uiolenta poſſeſſione ius præſcribi non poteſt.*
243 *Succeſſores debitorum ex delicto non poſſunt præſcribere etiam bona fide.*
244 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
245 *Fructus rei furtiuæ poſſunt præſcribi per poſſeſſorem bonæfidei.*
246 *Res affecta uitio nunquam poteſt præſcribi, ſecus ſi ſit perſona.*
247 *Vitium reale quod dicatur, & quod perſonale.*
248 *Statutum de præſcrip. fauet expilatoribus hæreditatis, contraria opinio uerior. 249. cum ſeq.*
249 *Res derelicta ſi reperiatur, debet conſignari epiſcopo vt diſtribuatur pauperibus.*
250 *Ius peccandi præſcribi non poteſt.*
251 *Corpora hereditaria ſunt in rem.*
252 *Succeſſor expilatoris etiam titulo poſſidens non poteſt præſcribere.*
253 *Interdictum quorum bonorum, ſiue petitio hereditatis datur contra ſingularem ſucceſſorem etiam titulo poſt mortem domini poſſidentem.*
254 *Præſcriptio non currit creditori conditionali.*
255 *Tempus appoſitum actui qui dependet ex futuro euentu, uel facto alterius, non currit pendente euentu fallit nu. 256.*
257 *Præſcriptio in bonis hæreticorum incipit currere a die declarationis & nō mortis.*
258 *Actio pignoratitia non oritur ante numerationem, & tamen contra eam incipit præſcriptio ante numerationem.*
259 *Præſcriptio eſt actionis extinctio.*
260 *Mora circa actionem natam inducit preſcriptionem, ſecus circa actionis natiuitatem.*
261 *Tempus an currat creditori reſpectu tertij poſſeſſoris, antequam actum ſit contra principalem debitorem.*
262 *Geſtor negociorum nunquam præſcribit.*
263 *Poſſidens iure familiaritatis non poteſt præſcribere.*
264 *Vxor viuente marito dicitur poſſidere bona iure familiaritatis.*
265 *Maritus poſſidens bona paraphernalia uxoris dicitur poßidere tanquam negociorum geſtor, nec facit fructus ſuos.*
266 *Poſſidens precario non præſcribit.*
267 *Detentio etiam cuius initij memoria non habeatur non tradit titulum.*
268 *Creditor factus ciuis Romanus non ligatur ſtatuto vrbis de præſcrip. quò ad credita ante ciuilitatem contracta.*
269 *Priuilegium antiquum quando amittatur per nouam ciuilitatem obtentam.*
270 *Res mea meo nomine vendita, ſi non conſtat de mandato, non poteſt contra me præſcribi.*
271 *Emens ſcienter rem alienam ſine mandato domini dicitur malæfidei poſſeſſor.*
272 *Emptor cui fuit per tertium proteſtatum, ne talem rem emeret, quia non eſſet uenditoris conſtituitur in mala fide, limita. nu. 273.*
274 *Litis conſortes priuilegiati, vt pupilli & ſimiles non ligantur ſtatuto Vrbis de præſc,*
275 *Res laici communis cum eccleſia non præſcribitur minori ſpacio quàm res eccleſiaſtica.*
Iuramentum preſtitum per puberem una cum impubere in re communi & in diuidua non valet.
277 *Vtile per inutile an vitietur, & num 279. 282.*
278 *Si ſunt duo arbitri, & tempore lati laudi alter eorum erat excōmunicatus, non tenet laudum.*
280 *Vtile per inutile non vitiatur in indiuiſibilibus, ſecus in indiuiduis.*
281 *Gratia ſi ſit ſubreptitia pro parte, & pro parte non, ſi perſonæ ſunt ſeparabiles, non corruit tota.*
282 *Ius hypothecæ eſt indiuiduum.*
283 *In indiuiduis beneficium vnius competit & ſocio.*
284 *Regula, quòd utile per inutile vitiatur, habet locum etiam, quando actus eſt indiuiduus reſpectu formæ, licèt ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ.*
285 *Preſcriptio non currit contra ſocium ratione ſocietatis nondum finitę.*
286 *Quędam ſunt actiones, quę deſiderant actum finiri: vt naſcantur quędam, quę perficiuntur una cum contractu.*
287 *Inſtrumentum diuiſionis dat iuſtum titulum preſcribendi.*
288 *Laici non poſſunt preſcribere decimas contra eccleſiam.*
289 *Decimæ inter priuatos preſcribuntur communi tempore 10. vel 20. annorum.*
290 *Preſcriptio non currit contra creditorem, qui dum pignus debitoris diſtrahe retur, non fuit citatus.*
291 *Vbi agitur de inferendo preiudicium alicui, non infertur, niſi legitime talis citatus fuerit.*
292 *Creditores abſentis uocandi ſunt per publicum proclama.*
293 *Proclama generale emanatum a iudice laico afficit eccleſiam, contra numero 294.*
295 *Proclama generale non afficit legitime impeditos.*
296 *A ſententia lata uirtute generalis proclamatis non eſt appellandum ab illis qui certi erant, & non fuerunt nominatim expreſſi,*
297 *Proclama debet fieri per totam ciuitatem & in locis eminentibus.*
298 *Proclama non debet eſſe nimis violentum, alias non ligat.*
299 *Proclamata ſunt regiſtranda, aliàs non operantur.*
300 *Creditores anteriores cōditionales an ſint citandi in diſtractione pignorum debitorum nondum exiſtente conditione.*
301 *Conditio retrotrahitur ad tempus ſtipulationis quoad hypothecam & obligationem.*
302 *Statuta non extenduntur in illis ciuitatibus vbi extat particulare ſtatutum quòd uerba debeant intelligi, prout iacent.*
303 *Res prohibitę alienari non preſcribuntur, declara vt numero 304. 305. & 306.*
307 *Preſcriptio non nocet non damnatis in feudo acquiſito ex pacto & prouidentia.*

Contra omnes creditores. Gloſ. XIX.

Videndum eſt ſub iſta gloſa; quos creditores comprehendat ſtatutum, & primò nō ab re erit videre, an propter generalitatem verborum comprehendat creditorem ignorātem

1 † Abb. in c. vigilanti. in vlt. not. de præſcri. tenet q̄ ſic, & Soc. iun. cō ſi. 70. nu. 21. & conſi. 76. nu. 141. & conſi. 128. volu. j. Alexā. conſil.

2 71. volum. 2. & hæc eſt com. op. quòd † præſcriptio ſtatutaria currat ignoranti; ſed q̄ reſtituatur in integrum, ut per Alex. conſilio 178. & d. conſ. 71. vol. 1. & Soci. Iun. in d. conſi. 79. & d. conſi. 128. nu. 135. Vbi optime declarat quomodo, & in quibus caſibus currat præſcriptio.

Et inter alia nu. 141. uult, q̄ licet quis ſciat ſe habere ius quo ad habitum, non autem quo ad actum, a quo inſurgit exercitium iuris

Source : BIU Cujas

ris agendi,non currat præscriptio,arg quod not.in c.si quis.de con cess.præb.vbi licet ordinarius sciat se habere ius conferendi,habita tamen non currit præscriptio data vacatione beneficiorum, si nō constet,quòd de illa notitiam habuerit.vide quæ dixi in gl.3.nume. 204.decis.Tholos.76.& ibi in addi.& lat. Soc.cons.8.nu.15.& Ro. cons.412.Afflic.deci.37.& deci.329.

3 Vbi dicit bis fuisse notatum in illo cons.pro ista opin.Gl.†autem in c.quàm sit.§.electus.de elect.in 6.& ibi Io.And.dicunt,quòd qñ quis priuatur suo iure ob lapsum temporis, nō procedit,si sit igno rans; quia ei non currit præscriptio,nisi a die scientiæ, & ita dicunt ibi Dom.Archid.& Filipp Franc Immo Compost.in c. cum te. de rescrip.tenet.cp non possit induci per statutum, vel consuetudinē; quòd tempus currat ignoranti Hunc sequitur Io. de Monte Spe rello in l.genero.ff.de his qui no.infam.& Ancha.in c. vt animarū. in princ.de constit.in 6.dicit,quòd in pœnis statutorum non ligan

4 tur probabiliter ignorantes, communis †autem est in contrarium de qua late per Tiraq.in tract.de vtroq.retract.in primo ti. in verb.

5 ignorans.§.35.Glosa 4.per totam.Sed† ad conciliandas opiniones fœdere distinctionis possumus dicere, quòd aut ignorantia est talis,quæ reddit factum de iure,& de facto impossibile: & tunc nulla currit præscriptio.l.cum sex.ff.de ædili.edic.l.malè agitur.C.de prę scrip.30.annorum.Bald.consi.13.super eo,& consil.429. quidam nobilis,volum.1.Soc.Iun.d.cons.128.num.141.& alter Socy.in l. cum filius.§.in hac.nu 9.de verb.obliga. & isto casu potest procedere op.illorum,qui dicunt, quòd non currat præscriptio; quæ cū sit inducta propter negligentiam, non debet currere ignorati de iure,& de facto,ad not.in c.quia diuersitatem.in fi.de concess.præ ben.& Pau.de Cast.in l.fi.C.de dolo mal. Ant.Rub.consil. 98. nu. 4.in cęteris autem casibus currit præscriptio,Sed semper datur re stitutio,vt per Bal.in l.j.§.si qui autem.ff.de itin.actuq; priuat. Soci. in d.l.cum filius,vbi attestatur de com.& Ant.Rub.cons.56.nu.3. Iaſ.Insti.de act.§.rursus.numero 59.& ibi Gom.num.31.Fel.in c.ui gilanti.de præscr.qui multa coacervat.

Alex.consi.3.nu.12.vol.5.vbi attestatur de communi,& ita te nuit Rota in vna Bononien.de Papazonibus coram bo.mem.Ac corambono, vt est decis.Peregr.manuscripta 47.& in causa socie tatis S Ambrosii de Vrbe de anno 1538.16. Decembris, vt dicit Mohed.decis.13.de prescrip.late Cephal.cons.29.num.16.lib.1.& Berous q.81.per totum.

Posset etiam dici, quòd aut creditor ignorans tractat de lucro, aut de damno,Si de damno euitando videtur, cp non currat præ scriptio,vt per Bal.in d.l.genero.& Mil.in Reper.in verb. ignoran tia,uers.ignoranti non currit.

6 Hinc † est,cp dicitur ignorantem in primo casu non euitare pœ nam præscriptionis in facto proprio.l.non est ferendus. de transac. Alex.cons.4.volu.2.Aret.cons.5.& Doc.in l.fi.ff.pro suo. Nisi (vt

7 dicebam) agatur de damno vitando; quia †vt voluit Socy. consi. 25.nu 9.volum.4.& consi.263.nu.11.volu. 2. ignorantia in facto proprio excusat,quando agitur de damno euitando.Idem in fall.in verbo ignorantia in facto proprio, quòd verum est, dummodo huiusmodi ignorantia nō allegetur in iniuriam alterius: vt per Dy. in reg.ignorantia.nu.7.de reg.iur.per l quamquam.ff.ad Velle.vbi fideiussor agebat de damno euitando in facto proprio.& ignoran tia eum nō excusabat.Secus autem quando ego ago:ut subueniatur mihi aduersus damnum,quod passus fui ignorantia mea; vt late per Dy.vbi supra nu.21.

8 Excusatur † etiam ignorantia in facto proprio, quando factum fuisset explicatum per filium,seruum,vel procuratorem.Socyn.in d.reg.num.5.per glo.in l.si res obligata ff.de leg.1.& Dyn.in c præ sumitur.de reg.iur.Io.And.in c.gratiam.de rescr.in 6.& Socy.in d. cons.263.nu.12.vol.2.quia in hoc factum proprium æquiparatur alieno,vt per Bar.in l.non fatetur. de confess. Sunt & multi alij ca sus,in quib.ignorantia propria excusat,vt per Socy.in d. reg. Et ex his fit certa conclusio,quòd regulariter ignorāti currit præscriptio.

9 Sed datur restitutio in integrum,nisi ignorantia † sit crassa & supi na,vt per Soc.& Dy.in alleg.locis,& Bald.in c.licet.de suppl. negli. prælat.Ro.consi.127.& cons.340.

Vbi dicit,quòd huiusmodi ignorantia non est priuilegiata, quia habet vim scientiæ; vt late per Tiraq in d.verb.ignorans, nu.33.& Anchar.in d.c.vt animarum.in prin.Vbi dicit,quòd ignorātia cra ssa idem operatur quòd scientia,& in simili de ignorantia affectata: quibus casibus non datur restitutio,vt per Goz.consi.8.num.55.

10 & Alex.cons.163.vol.2.Immo † præsuppositio,prout sæpius dictū fuit:præscriptionem statutariam succedere loco præscriptionum 30.vel 40.annorum de iure communi,videtur inferri, quòd nullo casu detur restitutio.cons.163.& consilio 194. eodem volum. & Dec.cons.29.& Cur.cons.penulti.Ant.Rub.cons. 97. multos pro utraque parte adducit & tandem concludit communem esse, cp non detur restitutio.Vt per Dec.cōsi.375.numero 5. Et quòd alia opinio procedit in fauorem ecclesiæ & non priuatorum, vt late p eundem Rub.consi.12.nu.19.& consi.29.Soc.cons.2.num.17.& cons.38.nu.6.volum.3.dicit,cp propter solam ignorantiam nō da tur restitutio,& ibi multos allegat: ponderando l.sicut.& l.omnes. C.de præscrip.30 annorum.vbi legitur,quòd talis præscriptio prę

11 bet plenissimam securitatem: Plenissima †autem securitas est,quā do restitutio peti non potest.l.ait prætor.§ permittitur. ff. de min. & secundùm hanc opin.consuluit Aret.cons.104.& Soc. Iun.cōs. 76.num.102.volum.j.

Verius autem videtur esse dicēdum,quòd etiam in præscriptione triginta,vel quadraginta annorum nō sit deneganda restitutio ignoranti:quia cum illa præscriptio sit introducta in odium negligentis,quæ negligentia non potest considerari in ignorante: Succedsiue illa verba plenissimam securitatem verificabuntur in scien te,& non ignorante.

12 Pro † concordandis opinionibus possumus dicere, opinionem Soc.in d.consi.2.procedere in eo qui legem ignorat,vt habetur in d.l.sicut.in fi.alia vero in eo qui ignorat factum,& ita tenet Soc. cō sil.106.numero 5.lib.3.& consil 46 numero 23.& cons. 66 num. 12 & 13.volum.4.licet Ant.Rub.consil.117. cum seq.dicat com. esse opi.quòd post triginta annos in personalibus & post 40.in rea libus,ignoranti siue ius,siue factum non competat restitutio, quia idem ibi contrarius in consi.13.numero 18.dicit, quòd ex capite ignorantiæ potest peti restitutio, etiam si quis non egit per cētum annos,de mente Alexand.consilio 150.volumine septimo.& con silio trigesimosexto & 40.& 165.volu.6.& Dec.consi. 29 & 373. Ita quod ista opinio sit tutior, & in iudicando amplectenda, de qua etiam per Boer.decis.39 numero 4.& 10.& maxime in statu tis restringentibus præscriptionem legalem de iure communi ad minus tempus,quia cum sint odiosa, & contra ius commune de bent minus operari.

13 Notandum est autem,quòd ignorantia † potest probari per iu ramentum illius qui in ea se fundat,ut per Bal.cons.154. volum.5. & consilio 434.eodem volu.Guid Pap.consi.137.cum seq. & con si.223.Milius in repert.in verb.ignorantia,sed Abb.in cap.quoldā. de præsump.dicit istud procedere, quando non agitur de magno præiudicio,quem sequitur Car.consi.31.quod etiam procedit,qñ

14 factum est notorium,vt per Felyn.in dicto capit. quosdam. Vt † si quis emit a publica reuenditrice, tenetur restituere rem emptam Domino,si res fuisset furata, nec admittitur iuramentum, cp emptor ignorabat rem esse furatam:quia sufficit,quod sciebat illam rē non esse vendentis,propter publicam scientiam, cp bona non sunt reuenditorum.Et prēter hoc procedit,etiam si esset aliqua prēsum ptio cōtra asserentem ignorantiam:quia tunc non sufficit iuramē tum,vt per Bar.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de fur. & Roma.cons. 481.& lat in §.sed istę.Insti.de act.ut puta si quis non esset proba tæ vitæ:quia quando dicitur per iuramentum probari ignorantiā, procedit attenta qualitate personæ Guid.Pap.decis.64.Tholos.de cis.417.Dec.in c.ex ratione.num.11.de appel.

Vide etiam Ancha.in c.ut circa.col.um.2.uersitem nota, de ele. in 6.Pau.de Cast.in l.veluti.ff.de eden.ubi dicit,cp istud procedit se mel tantum,ita vt si quis veller iterum probare ignorantiā seu im pedimentum, non sufficit iuramentum, sed debet probari per te stes,& late Cephal.242.num.17.sed Couarruuias in §.3.par.3.prę lect.c.quamuis.de pact.in 6.in fi.dicit,cp probatio ignorantię per iu ramentum non admittitur in præscriptione longi temporis, cum sit aduersus eum maxima præsumptio iuris propter lapsum longi tem poris,vt not.etiam Batto.in l.inter omnes.§.rectè.ff. de fur. & Aym.in tract.de antiq.temp.par 4 cap.materia ista,numero 62 er go admittitur in prescriptionibus statutarijs, quæ sunt subrogatæ loco præscriptionum 30.& 40.annorum,vt sæpius dictum est.

15 Et quòd dixi † ignorantiam non excusare,procedit in corporali bus, secus in incorporalibus,vt in pract.Pap.in for.resp.Rei.§.præ scriptionis.nu 18.Vbi dicit,cp in hoc cōueniunt omnes,& sic pos sumus concordare cōtrouersias Doct.de quibus supra. Addite di stin.Bald.in l.prima.24.opp.C.qui admitti.quas breuitatis causa nō

16 refero & dist.Martinus de Laud.in tract.de præsc.post tract. de le gitimat.vers.ad secundum,qui omnino est videndus, & ista amp. procedit,etiam si debitor esset ignorans:quia nihilominus præscri bet in actione personali:ut est dictum glo.4.nume 10. & 23.& per Doct.Ant.de Butr.in capit.fi.de præscript.& Abb.in cap.cum cau sam.de empt.& vendit.cum alijs simili. de quibus per Afflict.si de feu.fu.cont.int.dom.& agn.vas.nume.23.

17 Et quod dixi de ignorāte † procedit etiam in absente, vt per Bar. in d.l.prima.§.si quis.ff.de itin.actuque priuat.Abb. & Ancha. in c. 1.de prescrip.& Rom.consi.124.& 146.Antonius de Butr. in cō sil.77.Fely.in c.vigilanti.de præscrip.Rom.in l.cum filius familias.§. in hac.ff.de verborum obligat.Alex.consi.126.li.5.qui ita pluries consuluit,vt attestatur Dec.cons.303.numero 7. Barbat. consilio 9.& consil.41.lib.1.dec.Tholos.76.& ibi in addit.

Berous quæst.famil.q.76.ubi dicit,cp absenti dato cp currat tem pus ad conficiendum inuentarium,si tamen non conficit dato le gitimo impedimēto restituitur, & ibi late se extendit, quomo do & quando quis possit adire hæreditatem, & conficere inuenta rium per procuratorem,ad no per Bar.& Alex.in l.fi. §. sin autem in locis.C.de iure deliberan.& in l.communis.in fi.ff.de acqu. pos. & late idem Berous quæst.62.

Nec

Source : BIU Cujas

18 Nec obſtat † quòd abſens debeat petere reſtitutionẽ infra quatuor annos: ut per Dec. in dicto conſilio 303. quia illud verum eſt a die ſcientiæ & non aliter, vt per Bald. in l. fallitam. C. de fal. ca. Alex. conſilio 84. libro primo conſilio 4. libro 2 & conſilio 116. lib. 5. & ita communiter videntur tenere Doctores, ſed quia plura ſunt ge-
19 nera abſentium, ſciendum † eſt quòd inter alia ponuntur quatuor vt per Anchar. in cap. conſultationibus. de offic. deleg. & in capitu. quoniam. vt lit. non conteſta. & in cap. licet. numero 10. de foro cõpeten. & in cap. querelam. numero 7. de procurato. videlicet quædam abſentia reperitur, quæ eſt neceſſaria, & priuilegiata; vt cauſa reipublicę, quædam priuilegiata probabilis, vt cauſa ſtudiorum, q̃dam priuilegiata voluntaria, vt cauſa mercatorum, & quædam neceſſaria improbabilis, vt cauſa banniti.

20 Primo caſu † abſens cauſa Reipublicæ gaudet priuilegijs ipſius
21 Reipublicæ. Dummodo † talis abſens nõ ſit abſens animo affectato, vt no. Roman. ſingu. 557. Tu habes quòd abſentes Alexan. in l. pen. C. quomodo & quando iudex. Fel. in cap. fin. de teſt. Areti. & Iaſo. in l. ſecunda. §. voluntatem. ff. ſoluto matrimon. ſi autem quis ſit abſens ex cauſa legitima, & probabili, competit ſibi reſtitutio ex clauſula generali, dummodo abſentia non ſit tantũ neceſſaria, nec tantum probabilis, nec tantum voluntaria, excepta cauſa ſtudiorũ & mercantiæ, vt per Bal. in l. prima. C. quibus non obijcitur præſc.
22 long. tempo. ſed † ſciendum eſt, quòd in omnibus illis caſibus, in q̃bus competit abſenti reſtitutio: procedit quatenus abſens non potuerit mittere procuratorem ad interrumpendam præſcriptionẽ, alias ſi potuit, non adiuuatur, nec admittitur ad petendam reſtitutionem, ut late per Fely. in c. ex tranſmiſſa. de præſcript. qui atteſtatur de communi, Innoc. in cap. cupientes. in §. quòd ſi. de elect. Bar. in l. ſecunda. §. & quod diximus. ff. ſi quis caut. Alexan. conſilio 49. libro ſecundo. Dec. in c. ex ratione. nume. 29. de appel. Pariſ. conſilio 34. nume. 19. libro 1. Ancha. in ca. querelam. num. 8. de procur. & in c. cum dilecti. nume. 16. de dolo. & contum. Aſſli. deciſ. 50. & in tract. de iur. Protom. in verbo, vt infra 30. numero 41. vbi dicit,
23 † quòd abſens cauſa Reipublicę tenetur mittere procuratorem ad petendum ius congrui, & quatenus propter aliquod impedimentum non poſſit mittere procuratorem, debet ſaltem proteſtari, vt in glo. 21. nume 84. & per Ancha. in capitu. plerunque. nume. 3. de reſcript. vbi Abb. ibi dicit, quòd tunc demum impedimentum excuſat, quando impedimentum eſt cauſa, ne illud fiat, aliter ſi nõ obſtante impedimento ille omnino id non feciſſet, impedimentum nihil prodeſt: debet itaque conſtare de legitimo impedimento per proteſtationem ſaltem, & ita tenuit Rota coram thanis, vt per Puteum deciſ. 7. de reſtitu. in integr. licet Soc. in conſi. 66. numero 16. volu. 3. dicat, quòd abſens ex cauſa probabili & neceſſaria, vel probabili tantum non teneatur mittere procuratorem, quia communis eſt in contrarium, ut per Fely. in dicto ca. ex tranſmiſſa. numero 5. Poſſet procedere opin. Soci. quatenus abſens ignoraret, ad nota. per Gom. Inſtitu. de act. in §. rurſus num. 31. & Fely. in cap. vigilanti. de præſcrip. Balb. in tract. de præſcrip. 4 par. 4. par. prin. num. 29. licet etiam videatur eſſe contrarium de iure, ad not. in deciſ. 1. de iu-
24 re patr. in antiq. vbi habetur, † quòd patrono currit tempus præſentandi a die vacationis beneficij, & non ſcientiæ, etiam ſi ſit abſens, ſed circa hoc vide deciſionem 13. eodem titu. & deciſ. 6. in nota. & Biſign. ead. deciſ. 3.

25 Notandum † eſt vnum de mente Milij in Repert. in verbo præſcriptio, verſi. Præſcriptio ſi eſt contra præſentem, quòd ſi præſcriptio eſt inchoata contra præſentem per quinquennium, & ſic pro medietate, & poſtea ſe abſentat, requiritur fluxus decem annorũ ad complendam præſcriptionem; quia medietas temporis contra abſentes eſt decennium, vt per Bald. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. quod dicas verum, ſi ille, qui ſe abſentauit, erat fo-
26 renſis, ſecus ſi illius ciuitatis, quia præſcriptio † quæ currit in patria propria contra abſentem, dicitur currere inter præſentes, ut uoluit
27 Bald. conſilio 488. ſequens quæſtio. volum. 1. vbi dicit † quòd mulier præſcribit bona ſibi data in ſolutum ratione dotis propter abſentiam mariti, & iſta præſcriptio quoad factum dicitur inter abſentes. l. 1. ff. ex quibus cau. maio. ſed reſpectu patriæ & domicilij dicitur inter præſentes l. fi. C. de præſcri. long. temp.

28 Quarto ampliatur etiam iſtud ſtatutum procedere † contra bãnitum qui potuit conſtituere procuratorem, vt not. gl. in pragma. ſanct. in tit. de pacif. poſſ. in verbo impedimenti, mihi colum. 4. per l. Papinianus exuli. de min. Innocen. in cap. ſi. de eo qui mitt. in poſſ. & Doct. in cap. prælatũ. qui fil. ſint legit. quod dictum verum eſt quatenus bannitus potuerit mittere, ſeu conſtituere procuratorẽ, aliàs ſecus, vel ſi miſiſſet, & mortuus eſſet, ut per Bald. in ca. 1. §. Imperialis. de pact. Conſtant. & Barto. in l. fin. ff. de in integrum reſtit.
29 Sed Par. † in conſi. 104. num. 143. volum. 1. tenet, quòd præſcriptio non currat exuli vel carcerato per doctr. Bar. in l. Senatus. de offic. præſid. & Afflict. in dicto tract. de iur. prothom. vbi ſupra num. 34. Socy. conſilio 80. numero 5. volum. 3. Innoc. in c. ex tranſmiſſa. de præſcrip. & eſt ratio: quia quando præſcriptio currit ob negligentiam, negligentia non poteſt imputari iſtis perſonis, & Capicius in d. deciſ. 39. num. 1. & ſeq. de mente But. in c. nihil. de præſcrip.

30 Sed † veritas eſt in contrarium; quia (vt dixi in præcedenti ampliatione) non ſufficit, quòd quis ſit abſens, niſi etiam doceat omnia feciſſe, ad tollendum impedimentum, vt eſt communis opinio de qua per Iaſon. in l. de pupillo. §. ſi quis. numero ſecundo. ff. de nou. oper. nuncia. Et late Alexan. conſilio 49. libro 2. & propterea dicitur, quòd quis propter impedimentum poteſt capere poſſeſſionem extra eccleſiam, adeo quòd non ſufficeret illud allegare. Inn. in cap. in literis. de reſtitu. ſpoliat. Ancha. in capi. ſine poſſeſſione. de reg. iur. Roma. conſilio 433. & licèt Bald. in l. ſecunda. C. ad leg. Iul. de ui publi. dicat, quòd banniti noſtri temporis, quibus ablata ſunt omnia bona, non poſſint moleſtari a creditoribus, ſed ab eis ſint liberati, vt etiam late proſequitur Grammati. deciſ. 85. numero 6. nõ tamen ſequitur, quòd de hoc impedimento non debeant proteſtari, quia priuilegium oritur ab ipſo impedimento.

Dictum Soc. & aliorum poſſet procedere ſecundùm caſum dicti conſilij, videlicet quando quis detinetur in carcere a Rege, vel Principe alio, tanquam hoſtis & rebellis, quia cum tunc temporis omne auxilium ob potentiam Principis denegetur, iuſtum eſt, vt ei ſuccurratur, vt per Afflictum deciſ. 50. per totum, & Capi. dicta deciſ. 39. alias non.

31 Hinc infertur ad excommunicatum, qui fuit † negligens in petendo abſolutionem, vt no. Fel. in capitu. primo. & ibi Bald. de præſcript. quia qui facit, vt non poſſit agere, non excuſatur, ut per Hoſtien. in dicto cap. 1. & gloſſ. in pragma. ſanct. ubi ſupra, late Marſil. ſingu. 360. ſcribit. Immo excommunicatus non poteſt præſcribere: quia eſt quaſi mortuus, ut eſt deciſ. Tholoſ. 76. in 2. edit. & Hoſtien. in c. quòd non liceat. de præſcript. & Guid. Pap. ſingu. 505. & ſic dicendum eſt procedere in excommunicato, prout in bannito
32 Immo multo magis: quia † excommunicatus naturaliter, & ciuiliter præſcriptionem interrumpere poteſt, quando ei non opponeretur excommunicatio, ut per Anto. in cap. ſignificauerunt. col. 5. de except. Mil. in Reper. in verbo excommunicatus poteſt. Bene verum eſt, quòd ſi excommunicatus eſt ita impeditus: ut non poſſit nec abſolutionem petere, nec agere, non currit ei præſcriptio, per ea quæ not. Dyn. in cap. imputari. de regu. iuris. quia non valenti agere non currit præſcriptio, quod dictum poteſt eſſe verum, q̃n quis non eſt excommunicatus ſua culpa, alias ſecus, quia tunc impotentia tanquam ſua culpa cauſata ei non prodeſt, quin terminus currat, vt voluit Rom. conſi. 9. nume. 2. & Socyn. iun. conſilio 17. & conſi. 117. volum. 1. & Dec. & alij in c. cum inter. de excep.

Et eſt ratio, quia impedimentum effectuatur, vel procuratum non excuſat. Bal. in Margherita ad Innocen. in verbo, citatio, uerſ. citatus, vbi dicit, quòd citatus a Papa excuſatur: ſi non comparet coram inferiore, coram quo erat citatus, dummodo non procurauerit citari a Papa; quia tunc impedimentum non releuat, ut late per Marſil. in Rub. ff. de fideiuſſorib. nume. 153. & Felyn. in capi. fina. de teſtam. qua pœna autem veniat puniendus, qui ſua culpa inſorduit in excommunicatione per annum, ponit Ioan. Platea in l. quamuis. C. de decurio. lib. 10. & Prob. in addit. ad Monach. in c. alma. de ſentent. excommunicat. in ſexta, vbi dicit, quòd talis excõmunicatus non iuuatur clauſula ſolita apponi in literis apoſtolicis, Teque ad effectum &c. prout etiam late proſequitur Boer. deciſ. 290. per totum: An autem econtra non ceſſanti agere currat præſcriptio, vide auream doctrinam Ioan. Fabr. in l. contra minorem. C. de inoffi. teſtam. in ſuo Breuiario. Vide infra in glo. 21. numero 84 85. 86.

33 Quintò ampliatur etiam procedere † contra minorem, ut not. Afflict. in deciſ. 370. ubi dicit, quòd contra minorem currit præſcriptio, ſed datur ei reſtitutio, ut per Innocen. & Ancha. in ca. conſtitutus. de in integrum reſtitutio. late Tiraq. in tracta. de præſcript. in verbo Minores, gloſſ. 9. & Afflict. de iure prothom. in verbo infra 30. numero 41. Barto. in l. etiam. circa fin. ff. de min. dicit, quod præſcriptio ſtatutaria currit contra minorem, quando agitur de lucro captando, ſed ſemper datur reſtitutio, ſecus quando agitur de damno vitando; quia tunc non currit ipſo iure. Bald. in capitu. primo. §. primo. quotem. mil. dicit contra Bartolum, quòd quando præſcriptio ſtatutaria ſuccedit loco præſcriptionis iuris ciuilis, quòd ſemper currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio. Ant. de But. & Abb. in dicto capitu. conſtitutus. tenent opin. Barto. & Salyc. in l. fina. C. in quibus cau. reſtit. & gloſſ. in pragmat. ſanc. de pacif. poſſeſ. in verbo, impedimenti, mihi colum 5. & Fulgo. conſilio 116. Bal. in l omnes populi, de iuſtitia & iure. dicit, quòd opinio Bar. & eſt æquior, & Ancharan. in capitulo canonum ſtatuta. columna decimaoctaua. de conſtitut. ſed contraria opinio eſt magis communis, ut per Alexand. in conſilio ſexageſimoquinto. quoniam omne datum, volumine ſexto, & Deci. conſilio 556. Bald. in l. ſi mater. numero quarto. C. ne de ſtatu. defunct. qui modo hanc opinionem; modo illam tenet; dicit pro conciliandis opinionibus, quòd aut ſtatutum facit ſpecialiter mentionem de minore, & tunc currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio.

Aut generaliter loquitur, & tunc militat diſtinctio Barto. & aliorum, Mil. in Reper. in uerbo, minor, dicit, quòd minori non currunt temporales præſcriptiones ipſo iure, niſi illæ quibus iudicia finiun-

Source : BIU Cujas

finiuntur,& tunc competit restitutio;ut per glos.in l.fin.C.in qui-
34 bus.ca.rest.in integ.non est necess.Roch.de Cur.† in tract.de consuet.sect. 9. numero 32. dicit, quòd consuetudo siue statutum ligat, non solùm minores, mulieres, & absentes, sed etiam infantes,& furiosos, licèt eis succurratur per uiam restitutionis.Alij autem loquentes de præscriptione quò ad minores distinguunt, aut agitur de rebus mobilibus malè alienatis, aut de immobilibus. Si de mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, currit præscriptio: Si uerò de mobilibus,quæ seruando seruari possunt:tunc ad instar immobilium, cum non possint alienari, non possunt etiam præscribi; sic notat Bal. de mente Placentini & aliorum antiquorum in l.tertia.C. quibus non obijcitur præscript.long.temp.Huic dicto Placentini, & aliorum illud obstat, quòd res minorum pos-
35 sint cum decreto iudicis alienari, & tenet alienatio, sed † præscriptio habet uim decreti iudicis, ut uoluit Bal. in lege prima numero 19. C.de seru.fug.per l.post mortem.ff. de adopt.& Bello.consilio 46. numero sexto & ad propositum nostrum dicit ibi Bal. quòd illa, quæ non possunt alienari nisi cum decreto subiacent præscriptioni, & ideo res minorum deberent posse præscribi.Ego dicerem istud procedere posse in rebus,quæ requirunt simplex decretum, sed quando requiritur decretum qualificatum,idest cum
36 cognitione causæ, secus erit; quia † præscriptio habet uim decreti, sed non qualificati.Præterea omnis præscriptio non habet uim decreti;sed tantum illa,de cuius initio memoria nõ extat,ut not. Par. consilio 114.numero primo uolum.primo. ubi dicit, quòd præscriptio talis habet uim constituti, & legis, & ista non competunt p̃scriptioni,de qua agimus. Retenta itaque communi opinione,ꝙ minori currat præscriptio, quam etiam opi. sequitur Rot.ut nor. Than.decis.54.sed quòd detur restitutio possumus ampliare, ut ꝙ
37 cedat † etiam absque restitutione, quando minor iurasset se maiorem; quia iuramentum minoris facit ipsum maiorem, ut uolunt communiter Doctor.in authen.sacramenta puberum,Guid.Pap. decis.35.Paris.consilio 16.numero 145.uolum. secundo. Notan-
38 dum est † unum, quòd est singulare; quòd ille qui fundat se in minoritate ad obtinendam restitutionem; debet eam probare l. ab ea parte.ff.de prob.l.si minorem.ff.de in integ.restit. & ibi late Bal. & in lege tertia. de arbitr.& in consilio 441. uolum. 1. Nec sufficit
39 † si probaret sibi datum fuisse curatorem, ut per Alexan. in consilio 21.uolum.primo & Imol.consilio uigesimotertio numero tertio licèt Rot. uideatur tenere, quòd ætas probetur per instrumentum tutelæ uel curæ, ut habetur in summarijs August. de proba. numero secundo per decis.Gom.94.ubi dicit,quòd per instrumẽtum curæ ad effectum restitutionis ætas non probatur:saltem in beneficialibus; ut per alleg. Lap. 53. sed quòd nihilominus Rota coram Panica.tenuit contrarium; & pro opinione Rotæ, scilicet, quòd per instrumentum probetur ætas; facit quod notat Dec.
40 consilio 86.& cons.448.numero 34. ubi dicit,quòd ex datione curatoris probatur quem esse furiosum: & ita etiam tenet Lanfr. decis. 299. & Corn.consilio uigesimoprimo uolum. secundo. Pos-
41 sumus † concordare opiniones, quòd datio tutoris uel curatoris facta a patre in testamento probet ætatem; quia cum pater præsumatur scire ætatem filiorum, est ei credendum,ut not.Ioann.de Anan.consilio 89.numero tertio.secus autem quando post mortem patris tutor datur a iudice; quia iudex posset decipi, late Sapia in l.de ætate.de minori.& ego alibi dixi: & notandum est etiam secundùm Ioachim obser.16. numero tertio quòd minor petens restitutionem aduersus præscriptionem non tenetur probare aliam læsionem.

Vide de hoc Io.Fab.in suo Breuiario in l.sancimus.C. in quibus caus.restit.in integr.ubi dicit, quòd in præscriptione conuentionali, & consuetudinaria currat minori præscriptio,sed quòd detur restitutio l. Aemilius.ff. eod. & c. constitutus. extra eod.in legali autem si præscriptio est incepta à prædecessore, currit etiam minori, aliàs non, cum alijs declarationibus, de quibus per eum,quæ distinctiones uidentur procedere in præscriptione longissima.triginta uel quadraginta annorum, non autem in immemorabili; quia minoritas non est in consideratione,ut per Cur.consi. 82. & Soci. Iun.cons.76.nu.101.uol.1.

42 Sextò ampliatur etiam procedere contra rusticum creditorem propter generalitatẽ statuti, ad not. per Tiraq. de utroque retract. in uerbo Oulihnagier.§. primo numero 187. usque ad numerum 241.in glos.9.& Cępol.in l.prima de uerbo.signi. Iaso.in l.si quis id. ff.de iurisd.om.iud.uerum est,quòd ei succurritur sicut minori per Dec.consi.5. numero 5. & Bald.in rub.de permut.ubi dicit,quòd in muliere,& rustico simplicitas præsumitur,quando aliquid damnosum agitur ab ipsis,etiam si actus sit iuratus, ut per Soc.Iun.consilio 106. numero 13.uolum.2.& ideo subueniendus est uia restitutionis ex clausula generali,si qua mihi iusta causa:quia rusticitati, & imperitiæ parcit prætor,ut per Soci.Iun.cons.90.uol.2.& faciũt nota per Curt.Iun.in d.l.si quis id.numero 35. ubi dicit, quòd rusticitas excusat a pœna illius legis, & Ias.in l.quicunque.numero 4. C.qui admitti.dicit,quòd magis fauetur rustico,quàm mulieri,itaque si rusticus per ignorantiam iuris non agnouit debitum infra tempus excusatur l.iuris.ff.de iur.& fact.ignor. ubi ita not. Roma.
44 & Fulg.& Tiraq.† in l.si unquam.in præfat.num. 102.C.de reuoc. donat.dicit, ꝙ magis subuenitur rustico,quàm minori,& mulieri, & Soc.consi.39.nu. 17. uol.1.dicit,quòd ignorantia iuris positiui, uel ciuilis excusat rusticum, qui subuenitur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa;& ita tenet etiam Anch.consilio 393.uisa diligenter.numero 4.& Dec. in d.l.si quis id.numero 33. dicit, quòd rusticitas habet fundatam intentionem ignorantiæ ex se sola; Sed Soc.ibi numero 20.limitat istud dictum non procedere in rustico sagaci per glos.in l. athletæ.§. de rusticis.ff.de excus.tut.& late Ale. in dicta lege si quis id.Sed Decius ibi nume.38.dicit,quòd rusticus excusatur propter ignorantiam,si sit prudens, & sagax in exercitio suo,in materia autem nostra secus est licèt Bald.in d.l.iuris ignorantia,dicat,quòd rusticus deberet ire ad ciuitatẽ pro lignis, quia Dec. in dicta lege quicunque.in 2.lect.nume. 14. dicit dictum Bald.procedere in rustico urbano, & ciuili,ego autem dubito;quia priuilegium cõceditur propter qualitatem personæ & non loci,licèt qualitas personæ oriatur a loco,sufficit ad casum nostrum scire, quòd contra rusticum currat, sed competat restitutio ad instar minoris, per ea quę superius notaui,& quæ not.Din.cons.5.nu.9.& Tiraq. de pœnis ca.11.per totum.

45 Septimò ampliatur etiam procedere † contra iudęum creditorem,ut per Dec.Fel.& alios in c.1. de const.Bal.cons.65.li.3.& consilio 13.& consi.63.& 73.uol.4.Corn.consi.65.uolum.2.Bal.in l. spadonem.§. iam autem. de excusat.tut. Roch.de Cur.in tract.de consuetu.9.sect.numero 36.& 44.Soc.consi.71.num..uolu.1.& consi.119.nu.16.uolu.4.in quibus locis concludunt omnes,ꝙ Iudæi ligantur statutis,& legibus ciuitatum,in quibus habitant. Ale. consi.6.uolum.6.Io.Annibal in l.si insulam.nume.20.ff.de uerbo. obliga. & propterea quòd inter uirum & uxorem Hebreos non ualet donatio.Docto. in c.de infidelibus.de consang.& affini.Pet. Duẽ.reg.221.in 5.ampliat.& Bal.in c.1.de forma fidelit.dicit,ꝙ statuta,quæ communiter uigent in Italia,fœminas non succedere ex tantib ꝰ masculis,habent etiam locum inter Hebreos.Alex.consi. 99. uol.6. Marsil.cons.101.num.44.Fel.& Anan.in c.Iudęi.el 2.de iudę.& Alex.cons.75. uol.5.dicit,ꝙ concessio Principis,quòd homines non sint astricti portare triticum Ferrariani, comprehendit etiam Hebreos,& multa similia exempla dat Roland. à Valle consilio 35.per totum.uol.2.

Et istud procedit non solùm inter ipsos Iudæos, sed etiam inter Iudęos & Christianos,ita quòd Christianus contra Iudęum, & Iudęus contra Christianum præscribat:& ita in ter. tenet Rom.in cõsilio 489.D.Petra.num.3.per glos.in c.porrò 16.q.3.quòd uerum est, quatenus Iudęi sint mansueti contra Christianos; ut ibi dicit glos.extendens istud dictum ad Saracenos, & arg. quod de utroque in cap.dispar.23.q.ult.

46 Octauo ampliatur etiam † contra creditores ratione salarij; seu mercedis;quia istis creditoribus competit actio ex locato.l. Titia. ff.ad Municipal.quia istæ actiones sunt personales, & de iure communi præscribuntur spacio 30.annorum l.2.C.de const.pecu.l.cõperit.C.de præscrip.30.anno.& ideo cum præscriptio de iure communi sit redacta ad spacium 16.annorum, tales actiones comprehendũtur sub statuto,quod maxime procedit in istis, quæ sunt parui momenti,ut per Corn.consi.92. quia causa est parui reg. uol.4. sequitur Pirr.Anglesi.in consti.Aurel. in titu. de execut.ex locato. capitulo octauo.& in istis similibus creditoribus desidia maxime
47 consideratur, & contra † desides homines suiq́ue iuris contemptores odiosæ exceptiones propositæ sunt le.tertia. C. de anna.excepti.ex quò dixit Bal.in consi.14.punctus,nunquid.uolum.quinto quòd negligenti ratificare currit præscript.le.bonorum.ff. rem rat. hab.

Petr. Duen. regula 206. per multa ostendit, quòd petitio salarij præscribitur spacio trium annorum, cum quibusdam tamen limit.de quibus ibi per eum, & de biennio extat bulla in curia fel. record. Pij Quarti, pro cautela autem famulorum notandum est, quod quilibet debet conuenire de salario: quia si nullum salarium fuit promissum, non potest peti, & sufficit quod Dominus subministrauerit alimenta, & uestitum lege in his.§. seruus. ff. sol. matr.& istud procedit etiam in procuratore, non autem in aduocato,& obstetrice,ut dicit Aflict.in usibus feudorũ.tit. ex quibus ca.feu.amitt.numero 233. sed de consuetudine in dubio debetur illud salarium etiam in Curia, quod solet præstari, & D.Gubernator. Vrbis habet facultates amplissimas in hoc & procedit manu regia; quia incontinenti prætendentes mercedem possunt cogere Dominos ad faciendum depositum.

48 Nonò ampliatur † etiam contra cessionarium: quia uere & proprie uenit appellatione creditoris, ut per omnes in lege prima.ff.si certũ pet.& est textus in lege creditores. cum duabus sequen.& in lege creditor.de uerborum significa.& Cępol. in dicta lege creditores. numero secundo. in ter.nostris dicit commune esse, quod statutum loquens de creditore habeat locum in cessionario per ea quæ not.Butriga.in q. statuto cauetur,quod bãnitus.& Ioan.Andr.in add.ad Specul.in ti.de cessio.act.& Bald.in l.

Source : BIU Cujas

per diuerſas.C.mandati,ubi dicit de mẽte Ricardi, quòd ſtatutum loquens de preſcriptione quoad creditorem comprehendit etiam ceſſionarium,& idem Bal.in l.1.C.de act.& obli.& late per Cẽpol. ubi ſupra,& Rom.in conſ.142.℔ ceſſionarius.& Marſil.ſing.335.

49 Decimò ampliatur † etiam contra creditorem habentem hipothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam non dum diſcuſſis bonis prin.ut per Decium in c. cum inter.nume.23. de except. & Soc.Iun. conſ. 17.nume.13.& conſ.117.per totum, uol.1. ubi dicunt communiter reprobari conſ. Alex.58.uolum.5. qui uidetur uelle contrarium,quia cum quis poteſt remouere impedimentum,& non remouet,non excuſatur,& ſecundùm hanc opinionem tenuit Alexan.ſibi contrarius in conſ. 220. ponderatis his.col.fin.lib.6. quia(ut ipſe ait) creditor eſt in culpa,cum non egerit ad diſcuſſionem principalis.c.quia diuerſitatem.in gloſ.ſuſpenſ. de conceſſ.præb.Pro.1.op.Alexan.in d.conſ.58.multa accumulat Tiraq.in tract.de præſcript.in glo.7.& de hoc Bellon.conſ.24.numero 8. ſed ego credo aliam opin. eſſe ueriorem per ea quæ not. Soc.in d.conſi. & Deci. ubi ſupra; concorda pro ut infra limi.25. ubi late de hoc.

50 Vndecimò ampliatur † etiam extendi contra patrem in aduentitijs,uel econtra in illis rebus, in quibus poteſt cadere obligatio inter patrem,& filium ut per Soc.conſi. 162. num.8. uol.2 & laſ.in l.frater a fratre,nume.37 in 1.lect.de cond. indeb. & etiam nu. 28. in 2.not.gloſſ.in l.pactum C.de pact. conuen.& licèt aliqui teneãt cõtrarium;nihilominus iſta op.eſt communis,ad no.in l.iubemus. §. in ſupra dict. C. ad Trebel. Et quod ſtatutũ loquens de præſcriptione habeat locum inter patrem, & filium in aduentitijs,tenuerunt Domini de Rota coram Puteo, ut habetur in deciſ.bo. me.

51 Achil. de Graſſis titu. de præſcript. deciſ.253. Vbi † reſponderunt ad doctrinam Bar.in d.l.frater a fratre; quod quando agitur de dominio inter patrem, & filium, pater poteſt mouere actionem,ut per Bald.in l.fin.C.quod cum eo qui in alien.poteſt.Imo dixerunt, quòd ſaltem pater propter negligentiam in non petendo off.Iudicis,cum habeat manum regiam,ſuccumbit ſtatuto,& in eadem de

52 ciſ. † dixerunt, quòd ſi filius fecerit inuentarium de dictis bonis mortuo patre, non poteſt amplius perficere præſcriptionem iam inceptam,licèt multi dixerint contrarium, ad not.in l. debitoris.C. de pactis.Bal.in l.fin.§.in computatione.uerſi.quæritur.& ibi laſ.in 2.no.C.de iur.delib.& Bart.late conſ.129.

Duodecimò,& quòd ſtatutum procedat contra patrem, & fi-

53 lium in aduentitijs procedit † etiam contra patrem cum filio emãcipato: quia inter iſtos cadit omnis obligatio, & ualet donatio & cæteri contractus,ut per Dec.in l.1.nume. 2. C. de collat. Ang. &

54 Bal.in l.iubemus. C. de emancipat. liber. ubi dicunt † quòd pater emancipando filium,facit eum ſui iuris,& tribuit ei poteſtatem teſtandi,contrahendi, & omnia ad libitum faciendi, & illi acquirunturnon ſolum aduentitia,ſed etiam profectitia:late Tiraq.in l.ſi unquam. in uerb.dona.larg nu.146.cum ſeq.C. de reuoc.donat.

55 Decimotertiò & iſtud uidetur, quòd † extendatur ad patrem, & filium inter Hebreos; quia Hebrei non habent filios in poteſtate ſecundum Scotum in 4.ſenten.diſtin.4. & Archiepiſcopum Flo-

56 rentinum in 3.par.ſum.titu.14.c.13.ſed iſtud † dictum uidetur cõmuniter reprobari: quia communis eſt ſcribentium opinio,quòd filij Hebreorum ſunt in patria poteſtate; ut per Fel.in cap.iudęi.nu. 6.de Iud.Bal.in l. item in poteſtate, de his qui ſunt ſui uel alien. iur. Alex.conſ.99.nu.6.uol.6.& conſi.13.nu. 11.uol.7. Soc. conſi.62. uol.1.& Afflict.qui multos allegat in deciſ.151.nu.4.& Pariſ.conſ. 2.uol.4.& Alex.conſi.71.uol.2.

57 Decimoquartò ampliatur † etiam iſtud ſtatutum contra filium qui poteſt petere ſupplementum legitimæ per ea quæ not. Angel. in l.Papinianus.§.ſi conditioni.de inoff.teſtamen.Bal. in conſi.20. ſi pecunia.uol.2.Mohed.deciſ.151.Pau.de Caſt.conſi.123.dubia. uolu.j.Boer.deci.250.utr.iur.Balb.in tract.de præſcript. in 4.par.4. par.prin.q.23.Bal.conſi.22.punctus quæſtionis ſuper quo, uol.4. Alexan.conſi.8.& conſil.34.vol.3.& conſil.128. uolu.1.& conſi. 185.uolu.2.& conſi.45.lib. 4.& conſi.51.lib.5.Corn.conſi.265.li. 3.Bal.Paul.de Caſt.& Salicet.in l.ſi quis filium. C. de inoff.teſtam. Cum.conſ.145.Anc.conſ.123.Ful.conſ.54.& Boerius deciſ.250. nume.1.& ſeq.ubi uolunt communiter omnes, quòd iuri petendi ſupplementum legitimæ præſcribatur ſpacio 30 anno. & non per quinque, ut uoluit Bart.in d. l. ſi quis filium. Immo Anto. Rub.in conſ.156.num.2.dicit Fulgoſium in d.conſi.84.& Aretin.in conſ. 166.tenere quòd non præſcribatur minori ſpacio 40. anno. quia

58 † filius ratione legitimæ habet duas actiones perſonalem, & hypothecariam:ut per Bald.in l.filium quem,C.fam. ercis. Cum itaque præſcriptio ſtatutaria 16. ann. ſuccedat loco præſcriptionis 30.uel 40. ann. iuri petendi legitimam præſcribetur ſpacio 16. ann. cum

59 † filius in legitima, & eius ſupplemento ſit uere creditor; ut not. Cin.in auth.res quæ.in fin.C. com. de leg.& Imol.in l.Marcellus.§. 1esquæ.ad Trebell.Io.Andr.in c.Rainaldus. de teſtamen.& Oldr.

60 conſi.107.cum ius Municipale.Hinc † eſt, quòd de legitima detrahitur omne grauamen,ſicuti fit in ære alieno,ut per Alexan.conſi. 43.uolu.2.& conſi.13.cum multis adduct.per Afflict.in deciſ.162. numero tertio. & Cęphal.conſilio 177.nume.47. uolum.2.

61 Decimoquinto extenditur etiam † iſtud ſtatutum contra legatarium propter generalitatem rubricę utriuſque ſtatuti; quia licèt in primo ſtatuto fiat mentio tantum de creditoribus ex contractu

62 nihilominus cum rub.ſit generalior† extenditur ad creditorem ex qualibet cauſa,ut not.Paul. de Caſtr.Alexan.laſ. Soci.Curt.Iun.& omnes in l.prima.ff.ſi cert.Pet.conſi.53.nu.95.lib.3.& Dec.conſi. 29.numero 5. Vbi dicit, quò rubrica deſignat contenta in nigro, & Paul.de Caſt. † conſi.394.præſens caſus;dicit, quòd ſi ſtatutum in corpore excludat filiam ab hæreditate matris, & rubrica concepta ſit per uerba generalia, nihilominus intelligitur excluſa etiam ab hæreditate patris; quia attenditur generalitas rubricæ non ob-

64 ſtante quòd nigrum limitatiue loquatur, & Bald. † conſilio 316. An ſtatutum,uolum.1.Vbi dicit, ℔ ſtatutum excludens aſcendentes per lineam feminină excludit etiam deſcendentes propter ge-

65 neralitatem rubricæ: quia † rubrum plus continens quàm nigrum ampliatur,ut per Dec.conſi.527.numero 10.Roma. conſilio 16. Viſo themate. Soc.conſi.81. numero 3. & conſilio 128.nume.8. uolu.4.Soci.Iun.conſ.3.num.20.uolu.3. Alexand.conſi.70.num. 8.lib.7.Corn.conſi.135.uolumine primo.Idem Soci.Iun.conſilio

66 18.num.15.& conſi.105.nu.8.uolu.3.& facit † quod notant communiter omnes in d.l.j.ff.ſi certum pet.℔ ſtatutum loquens in creditore procedat etiam in creditore ex legato,ut per Dec.ibi nu.26. Curt.Iun.num.69.& laſo.num. 46. qui atteſtantur de communi, attento communi uſu loquendi,& Alexan.numero 37.& 40.& Soc.43. quod maxime procedit in caſu noſtri ſtatuti; quia tam in rub. quàm in nigro ſtatutum loquitur per uerbum debitum, cuius ſignificatio latiſſima eſt,ita ℔ comprehendit omnes,ut per So

67 cin.ibi & Cur.Iun.num.70.Præterea † ſtatutum extenditur ad creditores ius hypothecæ habentes, & ideo debet etiam legatarium

68 comprehendere † qui habet tres actiones;ex teſtamento,rei uendicationem,& hypothecæ,ut not.Guid.Pap. deciſ. 487. Cum ergo

69 † contra legatarium currat præſcriptio de iure communi, ut not. Bal.conſi.137.quædam uidua.& conſi. 168.uolum.5.Dec.conſi. 267.nume.4.notat Socin.conſi.64.numero 7.uolu. 1. ubi dicit,℔ legatario currit præſcriptio de iure communi,ergo & curret præ-

70 ſcriptio ſtatutaria.Immo fortius† dicit ibi Soci.℔ lex canonica,quę non uult procedere præſcriptionem ex mala fide,intelligitur contra creditorem cui actio competit: ſecus ſi non competit; ſed poteſt competere agnoſcendo, uel acceptando, ut in legatario, contra quem hæres ante acceptationem præſcribit,nec dicitur malęfidei,poſtquam non apparet legatarium agnouiſſe legatum, per ea quæ no.Ancha. in ca. ſine poſſeſſione.columna 18.de reg.iur.Par.

71 † conſi.32.numero 15.uolum.3. Vbi dicit,℔ quando agitur de iure quærendi,non conſideratur titulus,nec mala fides in præſcribẽte.& ibi iſtud ſingulariter per multos Doct.approbat & commendat Soci.Iun.conſ.145.nume.72.uolu.1.Bal.in l.ſi partem.§.ſi fun-

72 dum.ff. quemad.ſer.amitt.& facit quod not.idem Soc.† in d.conſilio 64.Vbi dicit,℔ quando aliquod ius competit alicui infra certum tempus; ſi permittitur illud labi tacite uidetur repudiatum, per l.ſi eo.C.qui accu.non poſſunt.Bar.& Ange. in l. bonorum.ff. rem rat.hab.Soci.conſilio 16.num.26.uolum.4.& in ter.de legario in conſ.2.num.20.uolu.3.& Dec.in conſ.354.num. 2.Vbi pul

237 Vide Cassād. decis. 8. de restit. spol. & datur etiam † contra habentē titulum, & de communi attestatur Alexan. cons. 91. in causa & lite. lib. 5. & in consi. 117. lib. 2. & in cons. 6. circa processum. lib. 3. & in l. rem quæ nobis. de acquir. poss. Vbi dicit se pluries vidisse ita iudicari, & ita obtinuisse, quem sequitur Ioachim obseruat. centur. 3. obseruat. 85. & 86. & Dec. cons. 36. & cons. 57. cons. 252. & ita tenuerunt Domini de Rota, vt in decis. Mohed. 342. prout refert, & sequitur Ant. Augu. in summarijs in titu. de prę̄scrip. nu. 8. & Cassa. decis. 7. de restit. spol. per totum, vbi etiam dicit, quòd etiam procedit in rebus profanis vt not. Bar. Alex. Soc. Ias. Rip. & alij in d. l. rem quæ nobis. de acquir. possess. Socyn. cons. 266. num. 18. volum. 2.

238 quod commune † dictum fallit, quando quis spoliaretur propter propria demerita; quia nō competit tunc ei remediū, vt per Doct. omnes in d. l rem quæ nobis, & Lap. alleg. 52. & Alexan. consi. 52. volum. 2. & Dec. cons. 302. num. 24. Innoc. & alij in c. sępe. de rest. spol. & Soc. in d. cons. 266. num. 3. volum. 2. & ibi nume. 15. ubi dicit, quòd istud remedium non datur contra iusto tit. & bonafide possidentem, nisi res esset uitio affect. ut per Barto. Ang. & Imol. in d. l. rem quę nobis, & multa allegat Soc. in d. consi. sed communis est in contrarium, ut late per ipsum consi. 89. num. 21. uol. 1. & in l. rem quę nobis. num. 11. & latius Rip. nu. 24. & 27. qui multa consilia allegat Alex. & aliorum Ioan. Anto. de Rub. Alexā. in consi. 4. nume. 6. dicit commune esse, quòd dictum remedium non datur contra titulo & bonafide possidentem per ea, quæ no. Rip. in cap. sępe. de restit. spol. Corn. cons. 18. vol. 1. & cons. 62. colum 11. cod. lib. & Ang. consi. 116. & Alex. cons. 118. uol. 2. & in d. consi. 51. uolum. 1. Vbi dicit, quòd ista op. est magis communis. Ita quòd vtraque opi. sit communis uide d. cons. Ioan. Anto. Vbi respondet ad Doct. quos allegat Ripa pro alia opin. Idem consi. 166. num. 9. qui multos allegat, & latius consi. 13. & vide infra in limit. quæ incipit limitatur etiam non habere locum contra creditorem ex delicto: in Rota seruatur opinio Alexand. in cons. 91. lib. 5. ut per Mohed. decis. 342.

Dicas etiam, quòd quādo quis amisit possessionem ex propria negligentia, & stetit per 10. annos & ultra, & illam non recuperauit, non competit ei dictum remedium. Ruin. cons. 69. col. 1. Socy. cons. 266. uolum. 2. & decis. Bonon. 10. & quandiu quis non posset repelli stante prę̄scriptione & econtra. uide late Aflict. in usib. feud. si de feud. fu. cont. int. domin. & agnat. in 1. not. per totum ubi etiam ponit, An & quando stante prę̄scriptione possit haberi recursus ad eccleſiam per denuntiationem euangelicam, & quando etiā quis est tutus exceptione rei iudicatæ, de quo etiam per Fel & alios in c. nouit. de iudic. & Balb. decis. 147. ubi dicit, quòd in realibus non competit dictum remedium denuntiationis, secus in personalibus, ut per Innoc. in c. cura. de iure patro. uide eundem in decis. sequen. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in uerb. per denuntiationē, & Ioan.

& Ioan.Anniba.in l.naturaliter. num. 116.ff.de vſucap.

239 Vigeſimoſecundo limitatur etiam non procedere † aduerſus non petentem debitum in præiudicium fideiuſſoris, qui creditori ſoluiſſet & ei fuerunt ceſſæ actiones,etiam ſi de ſolutione non fuerit facta intimatio debitori, ita tenuerunt Domini de Rota in vna Lucan.præceptoriæ coram bon.memo. Fab.vt no.Achil.de Graſ. deciſ.251.per ea quæ no.Alex.& Laſ.in l.ſi cum emptore. de pact. & Bal.in l.1. colum. fin. C. quando prouoc.non eſt nec.quod di-

240 ctum † ampliauerunt etiam procedere in quolibet ſoluente pro tertio:vt tertius non poſſit contra creditorem principalem, cui ſolutum fuit,allegare præſumptam præſcriptionem ex forma ſtatuti.

241 Vigeſimotertiò limitatur etiam non habere locum† contra creditorem ex delicto §.furtiuæ.Inſtit.de vſucap.& ibi Pariſ.num.22. cum ſeq.& Mil.in reper.in verbo preſcriptio, verſic. præſcribi licèt non poſſit:quia ille,qui furatur,vel aufert rem,quæ ſua nõ eſt, vel emit ſcienter a non domino,vel ab eo, qui alienare non poteſt propter malamfidem non præſcribit,vt per Dyn. in c.poſſeſſor.nu.1.

242 & ibi Alb.de Roſ.de reg.iur.& Bal.† in c.ſi diligenti.num.19.dicit

243 ex violenti poſſeſſione ius preſcribi non poteſt, immo † ſucceſſores iſtorum debitorum non poſſunt præſcribere etiam bonafide, etiam ſi vellent præſcriptionem a ſe incipere:ſic contra Dyn in d.c. poſſeſſor.num.43.tenet Fel.in d.c.ſi diligenti.num.6. & ibi Ant. de But.& Abb.& in c.nihil eo.tit. de præſcrip. quos refert & ſequitur Capic.deciſ.4.num.13.& ſeq & Boer.deciſ.182.nu.41. quia hæres

244 † tenętur exonerare conſcientiam defuncti, vt late Fely.vbi ſupra, qui atteſtatur de communi contra Dyn.& Ioan. Ant.Rub.Alexã. conſ.13. num.14. atteſtatur de communi contra Dyn. per conſil. Alexan.84. vol.1.& conſ.4.& 89.vol.2.ſed ibi Ioan.Anto.num.3. pro opin.Dyn.allegat Alex.conſ.110. vol.1. cum duobus alijs, & Corn.conſi.176.vol.1.& conſ.16.vol.2.& 304.vol.3. & 277. vol. 4 ita q̃ iſta opinio videatur magis communis per ea, quæ notat ẽt Alexan.in l.Pomponius.§.cum quis.colum 7.& 8.de acq.poſſ.ſed Alexand.in d.l.Pomponius.§.cum quis.num.21. dicit opinionem Dyni poſſe procedere,quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarij;quia tũc ſi bonafi de incipiat præſcriptionem a ſe, valet præſcriptio propter meram creditoris negligentiã: poteſt etiam dici, q̃ opinio Dyni procedat, quando malafides defuncti eſſet præſumpta & non certa.Pau.de Caſt.in l. nunquam.ff. de vſucap.poteſt etiam ſaluari opinio Dyni, vt procedat in ſucceſſore in prælatura,vt no.Anto.de Butr. in c.cura.de iure patro. Bal. & Alexan. in d.l. Pomponius.vel poſſet dici, quòd procedat quò

245 ad preſcriptionem fructuum;quia tunc † fructus rei furtiuę vel violenter poſſeſſę poſſunt preſcribi per tertium bonęfidei poſſeſſorẽ, vt not.Bar.in l penalis.ff.pro ſocio,& Mil. vbi ſupra. Vltimò poſſet ſaluari opinio Dyni, vt procedat in preſcriptione, quæ fieret contra alium,quàm ſpoliatum, argumento l.ſi quis emptorem. §. ſed ad hoc ſuper. C.de preſcrip.30.ann.Mil.in reper. vbi ſupra,ſic declarat dictum Bar.in l.ſequitur.§.ſi fundum.ff.de vſucap. late Balb. in tract.de præſcript.in 2.par.1.par.princ.verſic.breuiter.num.12.vbi atteſtatur de communi contra Dynum;poteſt breuiter dici,quòd ſtatutum non procedet in fauorem cuiuſuis debitoris, qui ſit malęfidei,vt late proſequitur Tiraqu.in tract.de preſcrip.in 2.glo. qui multa pro vtraque parte coaceruat,& ibi videtur velle, quòd opinio Dyni procedat in preſcriptione 30. vel 40.anno. vt etiam per Bar.in d.§.ſi fundum.quia non requiritur titulus,vt not. Ioã. And. in c.cum quis in ius alterius.de reg.iur.vel etiam, quòd procedat in fauorem particularis ſucceſſoris,vt per Abb.& Fel.in d.c. de quarta. de præſcript. Pro reſolutione præſentis limitationis diſtinguendum eſt,prout faciunt Aret.& Platea in §.furtiuę.Inſtit. de vſucap.

246 aut res, † quæ vult præſcribi eſt affecta vitio aut perſona quæ preſcribit,primo caſu tranſit cum eodem vitio in quemlibet ſucceſſorem,& nunquam præſcribitur,vt per Bar. Bal.Pau.de Caſt. & omnes in l.vitia.C.de acquir.poſſ Soc.iun.conſ.76. num.25. volum.1. Secundo caſu aut perſona eſt affecta vitio,& tunc diſtinguit etiam Areti.vbi ſupra, aut ſucceſſor ſingularis vult vti titulo prædeceſſoris, & tunc malafides ei nocet; aut vult a ſe incipere, & tunc non. Aret.ponit ibi 12.declarationes, quas breuitatis cauſa non refero,

247 & vnà cum Plat.ponit † quod dicatur vitium reale, & quod perſonale,& Doct.in d.l.vitia. Alex.in d.l.Pomponius.num.23.vſque ad fi & Laſ.ibi num.1.& Bar.vbi dicunt, quod vitia realia dicuntur ratione delicti,quòd committitur in ipſa re, vt furtum & violentia l.ſi partem.in fin.C.de vſucap.pro emptore.quomodo autem purgetur iſtud vitium reale,ponit Plat.in d.§.furtiuæ, & Pariſ.conſ.24. num.10.volum.1.aliud eſt vitium quaſi reale, quando vitiũ committitur in re priuilegiata ratione perſonę,vt ſunt res pupilli & fiſci; & tunc ſi etiam tranſiret per mille manus, nunquam preſcriberetur,vt per Laſ.in d.l.Pomponius.nume.3. aut vitium eſt perſonale; quia conſiſtit in malafide perſonę, & tunc iſtud vitium non nocebit ſucceſſori particulari,ſed latius circa iſta vide Pau. de Caſt.in authen.malefidei.C.de preſcrip.longi temp.Soc.iun.conſ.69.nu. 34. & conſ 76 num.35.& conſ 97.vol.1.& vide late Alex.in d.l.Pomponius. & vide ſupra in limit. limitatur etiam non procedere contra eum,qui petit,quod ſuum eſt,& Boer.deciſ.42.num.38. vbi videtur velle contra communem, quòd vitium furti aut violentiæ non impediat præſcriptionem 30.annorum,adhærendo opinioni Dyni,vt ibi per eum.

Et quia hæc faciunt ad materiam præſcriptionis finium agrorũ, vide vltra ſuperius adducta quid ponant Fab. Arc. Pla. Laſ.& Gomes.in §.quædam ſunt actiones.Inſtit.de actio.& Doct.in l.ſi.C.ſi. reg.Cepol.in tract.de ſeruit. vrb. & ruſt. prædi.c.20.Brix.in tract. de fin. reg. c.74.& Balb.in tract.de præſcrip.in quarta parte.4.par. principalis.

Vigeſimoquartò iſtud commune dictum limitatur per Laſ.in d. l.Pomponius.§.cum quis.num.6.vt non procedat in crimine expi

248 latæ hęreditatis;quia ſtatutum de præſcriptione † fauet eis, qui iacente hæreditate eam expilant, ſic videtur velle Bart.in l.ſi homo, & ibi Alb.de Roſ.Iacob.de Arena.Raph. & cæteri.ff.de vſucap.& Bal.& Bar.in d.l.vitia.num.8.C. de fur. & eſt ratio ſecundùm eos: quia crimen expilatæ hæreditatis eſt vitium perſonale & non reale,ego credo, quòd potius ſit reale; quia committitur mere in ipſa re & nemini fit iniuria,niſi ipſi rei Nec obſtat,quòd furtum dicatur contrectatio rei alienæ inuito domino; quia certum eſt,quòd expilans hereditatem ſcit illam rem non eſſe ſuam l.ſi. C. vnde vi.ergo ſequitur conſequentia,quòd ſit alicuius,vt per glo.in d. l.fin. &

249 per l.ſi finita.§.vero.ff.de dam.infect. & ideo voluit † Bald.in d.l.1. in fi.ff.vti poſſi.& Bar.in l.falſus.§.qui alienum. de fur.quòd ſi reperiatur res quæ habeatur pro derelicta, debet conſignari epiſcopo, vt diſtribuatur pauperibus,vt etiam late Aretin.in §.nullus.& §.fin. de rer.diuiſ.& Bald.in conſ.489.quidam M.volu.5.dicit, quòd habens conſcientiam rei alienæ a principio non præſcribit etiam me-

250 ram exceptionem;quia † ius peccandi præſcribi non poteſt.glo.& Cyn.in l.1.§.1.C.de vſucap. quod maximè procedit in bonis hæreditarijs; quorum petitio eſt in rem; quia † corpora hęreditaria in rem ſunt non in perſonam,vt per Bald. in d.conſ.& in l.hęreditatis. C.de petit.hæred.& ideo non admittitur præſcriptio: cum nullam habeat cauſam præſcriben.immo talis expilans hæreditatem committit in legem.cap.quia fruſtra.de vſur.Soc.conſ.121.num.35.& num.52.vol.4 & ideo non debet legis beneficio gaudere,& maximè in ea re obtinenda, in qua committit in legem, & huic fundamento non video reſponſionem: & licèt res hæreditaria iacens a

251 nullo poſſideatur,& ideo non poſſit in ea commmitti furtum l.ſi.de expil.hæred.nihilominus non poteſt preſcribi;quia poſtquam adita eſt hęreditas,malefidei poſſeſſor impedit,vt qui eſt effectus dominus capiat poſſeſſionem rei ſuæ, & ideo credo quòd tali effecto competat remedium l.ſi.C.de edicto diui Adr.toll.& credo etiam

252 procedere contra † ſucceſſorem expilatoris etiam titulum habentem ab eo: quia res tranſit ad ſucceſſorem cum ſua cauſa ſuisq; vitijs tam realibus quàm perſonalibus. Dyn. in c.is qui in ius.de reg. iur. Dec.& Cag.l.qui in ius.ext.eo.cum itaque ſec undum opi.quã ego teneo, hęres poteſt agere contra expilatorem, non obſtante preſcriptione,ſimiliter poteſt contra ſucceſſorem; quia cum vitiũ cohęreat ipſi rei,vt etiam videtur tenere Laſ.in d.§. cũ quis, & ideo ratione cohęrentię poterit agere contra quoſcunque, vt per Cag. in l.aliud.§.abſurdum,de reg.iur.& Bal. in l.ſi.C. de edict.diui Adr.

253 toll.& ibi Pau.de Caſt.in fi.immo † iſtud eſt ita uerum, ut competat etiam contra ſingularem ſucceſſorem titulo poſſidentem, etiã ſi poſſideat titulo poſt mortem illius cuius res erat,vt voluit Pau.de Caſt.in conſ.404.in nou.& Afflict.deciſ.119.& 228.& Alexand. conſi.90.aliàs 232.vol.2.Calc.conſ.77.num.11. Sapia. in d.l.fin.in fin.& ibi Cur.iun.& Soc.in reg.299.fall.2.& Corn.in d.l.ſi.& Bal. in l.1. C.ſi de mom.poſſ.& in l.incerti.C.de interd.& ita ſępius praticauit Barb.vt ipſe refert conſ.65. volum.1.vbi allegat Petrum de Anch.in l.pro hęrede.ff.de petit.hæred.& Alexan.conſ.4. colu.8. vol. 2. intelligendo dummodo titulus ſit acquiſitus per ſingularẽ ſucceſſorem (vt dixi) poſt mortem defuncti.Nec obſtat,quod voluit Sal.& ferè communiter omnes in d.l.ſi.videlicet, quòd nõ detur illud interdictum contra titulo poſſidentem, etiam ſi titulus ſit acquiſitus poſt mortem; quia ſequendo Baldum, quòd detur interdictum contra ſingularem ſucceſſorem titulo poſt mortem defuncti poſſidentem poteſt dici,quòd contraria opinio, quæ videtur eſſe communior,procedat in illis, qui acquiſiuerunt titulũ poſt mortem teſtatoris ex ipſius teſtatoris facto,ut in legatario,uel donatario cauſa mortis; quia contra iſtos poſſidentes poſt mortem defuncti non datur petitio:ſic videtur declarare communem opinionem Guid.Pap. conſ.59. plana & rationabilis,& Bald.in d.l.1. num.6.verſic.item puto.C.ſi de mom.poſſ.vel etiam poteſt dici,q̃ communis opinio procedat, quando ſingularis poſſeſſor titulo poſſidens poſt mortem defuncti eſt paratus incontinenti probare,q̃ defunctus nõ erat dominus, aliàs vtitur acceſſione ſui authoris cum ſua cauſa ſuisq; vitijs,ut no.in d.l.Pomponius.§.præterea. & in l.ſi duobus.§.vendidi tibi.& in l.vſucapione.§.acceſſio.ff.de diuer.& temp.præſcrip.& hæc op.Bald.eſt in vſu,& illa Salyc.& aliorum reprobatur,licèt ſit communis,ut Barb.in d.conſil.65.vol.1. atteſtatur.

Vel dicamus etiam,quòd opinio Salyc. procedat, quando ſingularis ſucceſſor haberet titulum oneroſum, & non datur contra illum

illum petitio hereditatis, sed competit rei vendicatio l.in fi & ibi gl. C.de pet.hæred.& latius Aret.in §.actio.num 68.Inst.de act.reperio tamen aliàs fuisse decisum in Rota, quòd in interdicto adipiscendæ hæres non auditur contra titulo possidentem etiam post mortem testatoris.

254 Vigesimoquintò limitatur etiam,vt non procedat in † in creditore sub conditione; quia præscriptio non incipit,nisi a die impletę cõditionis l.vbi autem.ff.de in di.adiect.notatur in l.2.§.si sub conditione.ff.pro emp. & in l. necessario. §. & si pendente.ff.de peric. rei vend.Fel.& Abb.in c.ex transmissa.de præscript. Paris.cons.92. num.24.volum.3.Soc.in l.si in diem.num.4.de condit.& demon. vbi dicit non currere præscriptionem ad aliquem actum explicandum,antequam ille actus incipiat posse explicari.Doct.in l.1.si cer. pet.vbi dicunt, quòd creditor in diem vel sub conditione non est propriè creditor.§.ex conditionali.Instit.de verbo.oblig quia ante diem vel impletam conditionem spes est in creditum iri.ergo non datur prius creditor vel debitor: & hoc etiã voluit Tiraq. de vtroque retract.in verb.de dans lani,glo.10.1.§.num.47. vbi de mente Bald.in cons.351.ad illud.lib.3.dicit,fideicommissis conditionalib. ante conditionem non currere præscriptionem,notat Bal.Pau. de Castr.Alexan.Flor.Raph.Ripa,& Ias.in l.1.de leg.1.& Ruy.consil. 204.pro discutienda.num.14.vbi dicit, quod statuta loquentia de creditore ad verum efficacem creditorem trahenda sunt,non autem ad eum qui legitima exceptione repellitur,ad no.in l.4.§.condennatum.de re iud.& facit l.3.§.si quis hæred.de stat.lib. vbi habe
255 tur,quòd † tempus appositum actui,qui dependet ex futuro euentu,vel facto alterius,non currit pendente euentu, & istud est verũ secundũ Bald. in l.1. §. qui sub conditione.ff.si quis om.ca.test.nisi
256 † cõditio sit in potestate creditoris,quia tali casu currit præscriptio, ac si impleta fuisset,idem Bal.d.l.eum qui.C.eod.tit.dicit,quòd conditio potestatiua non impedit cursum prescriptionis.& in cons.14. punctus nunquid.volum.5.quòd etiam voluit Tiraq.ibi supra nu. 54.Rom.cons.84.circa.nu.2.& Roland.cons.73. num.35.volu.2. sed Bal.in d.l. eum qui.dicit istud esse verum in actione personali secus in reali, sed in casu nostro istud dictum potest habere locum; quia statutum loquitur de vtraque actione,& potest etiã dici procedere in creditore sub conditione,quæ licèt non sit adimpleta,est tamen certa;quia tunc talis creditor dicitur verè,& propriè creditor,& comprehenditur sub statuto,quo cauetur, quòd cõtractus intinuentur infra tantum tempus secundùm Salyc.Roma.& Rip. in l.1.num.102.ff.si cer.pet.Nihilominus secundũ Rip. ibidem nõ est verum quoad effectum exactionis, nisi sit conditio potestatiua,notat Cur.iun.in d.l. 1. num.78. qui dicit, quòd licèt pendente conditione creditor non possit agere, potest tamen ad impediendum præiudicium,quod sibi nasci potest ius suum in iudicium deducere,& dicit fuisse iudicatum Papiæ.Ita quòd ista quęstio sit pro amico, & hoc etiam voluit Nicol.de pign.par.6.in princ.nume.4. ad not.per Paulum de Castr. in cons.194.& Corn. cons.43.vol.2. & pro hac opinione facit,quod not.Anch.in c.1.§. si qui exigenti.
257 bus.in fin.de confess.in 6.Vbi dicit † quòd præscriptio in bonis hæreticorum incipit currere a die pronuntiationis,& nõ mortis;quia erat in potestate ecclesiæ ante mortem aperire viam pronuntiationi.Negligentia igitur in præcedenti præiudicat in subsequenti:simi
258 liter inquit † Anch.actio pignoratitia non oritur ante numerationem pecuniæ l.si rem.§. omnis.de pign. act. & tamen contra dictã actionem incipit præscriptio ante numerationem:quia in potestate debitoris est,eam in esse producere pecuniam numerando,sed communis est in contrarium,vt per Alexã. cons.106.vol.5.& per Aret.cons.108.Bal.in l.sed & si.ff.ex qui.cau.maio.dicit,quoad creditorem ad diem vel sub conditione impedimentum est intrinsecum,& sic non currit prescriptio, & in l.senatusconsulto. la 2.ff.de offic. præsid. dicit non esse verum, quòd creditori sub conditione
259 potestatiua currat pscriptio; quia † præscriptio est actionis extinctio,sed actio quæ non est non potest extingui l.decem.ff.de verb. oblig.Item est in potestate debitoris facere, quòd nascatur pignoratio offerendo debitum l.cum notissimi.§.immo.C.de præscrip. 30.ann.& tamen non præscribitur pignoratio, nisi ex quo nata sit
260 actio,& ideo dicendum est, † quòd aut mora est circa actionem natam, & inducitur præscriptio, aut circa actionis natiuitatem, & tunc non l.si rem.§ omnis.ff.de pign.act. sed prima opinio,& præscriptio currat creditori sub cõditione potestatiua,videtur æquior, & eam sequitur ipsemet Bal.in cons.342. super eo quod quęritur. vol.1.Pau.autem de Cast.in l.pignori rem.ff.de vsucap.dicit,quòd quando ius competit pro actione non dum nata,sed vt faciat eam nasci,dicitur potius quædam facultas, quę non præscribitur l.viam publicam.de via publ. Pro cuius resolutione vide quę dixi in ampliat.21.contra eum qui habet ius offerendi;Ex hac limitatione in-
261 fertur † ad illam quæst. quòd creditori respectu tertij possessoris non incipiat currere prescriptio,quando per creditorem actum sit contra principalem debitorem & eius bona sint excussa, ad not. per Alexã cons.58.volum.2.nume.3.cum seq.Vbi multos contra Alex.allegat ibi vide.& 5.ampliat & 7.

1. Vide ad hoc Rod.Suare.in l. post rem. in 7.limit.per totum, de iud. Vbi dicit, quòd si debitor est fallitus, creditor habens obligationem ad diem vel sub conditione poterit ante diem agere, & erit pręferendus creditoribus posterioribus,quorum dies iam cesserat,ar.no.in l.1.ff.qui pot.in pign.& in l.qui balneum §.1.eod.vbi Doct.& latè per eum vbi supra.

Vigesimosextò limitatur etiam istud statutum non procedere
262 † in fauorem negotiorum gestoris: quia isti negotiorum gestores nunquam prescribunt, cum nunquam habeant veram possessionem l.etiam.§.si quis.de petit. hered. l. male agitur.C.de præscript. 30.anno.Bald.in cons.12. quidam D.Matthęus.volum.primo,& cons.386.quidam M.volum.5.

263 Vigesimoseptimò limitatur etiam † non habere locum in fauorem debitoris iure familiaritatis l. qui iure familiaritatis. de acquir. poss.Bald.cons.13. super eo quod quęritur.vol.1.facit l.merito.ff. pro socio. quia quando quis possidet iure amicitiæ vel familiaritatis,nullum ius quęrit,etiam si tanto tempore possideat, cuius initij memoria non extat.Pau.de Cast.in l.fin.ff.quemad.ser.amit.& in l.qui iure familiaritatis.& l.1.C.de seruitu.& aq.Cępol.in tracta.de serui.c.5.num.1.qui multa allegat,Soc.cons.131 num.1.vol.1.& Corn.cons.292.vol.3.& cons.63.vol.4. Alexan. cons.108.vol.2. Par.cons.27.num.111. & cons.26.num.19.& cons.112.num.69.
264 vol.1.& Soc.in d.cons.131.num.1.& 3.dicit,quòd vxor viuente marito dicitur possidere bona iure familiaritatis,& in cons.113.nume.5.volum.4.dicit,quòd procurator & ille qui iure familiaritatis possidet dicitur detentor,& non possessor, & in cons 82.num.18.
265 eod.tit.dicit, † quòd maritus qui possidet bona paraffernalia vxoris dicitur possidere iure familiaritatis,& potius tanquam negotiorum gestor,ita quòd nec fructus suos faciat,& Paris.in d.cons.112.
266 num.6.& 113.num 44. Ampliatur † istud procedere etiam in eo, qui precario possidet, & cons.75.nume.9.vol.4.quia isti dicuntur
267 detentores, & detentio † etiam cuius initij memoria non habeatur,non tradit titulum:vt not.Ioan.And. in c.3. de pręb.in 6. & ita tenet Rip.in c.cum ecclesia.nu.39. cum seq. de ca.posses.& propr. Et quòd dicatur possidere iure familiaritatis, vide eundem Socyn. cons.61.num.4.volum.primo,& Ang.Imol.Roma. & alij in d.l. qui iure.

Vigesimooctauò limitatur etiam præfatum statutum non ex-
268 tendi † ad creditorem factum ciuem Romanum quo ad credita contracta in originali patria, presuppositio & ibi requiratur maius tempus ad prescribendum. Imol. cons.35. Ioan.And. in reg.fine culpa.in Mercurialibus,vbi dicit, quòd ciuis originarius Ferrariensis,si postea efficitur ciuis Venetus,non gaudebit priuilegio Venetorum in debitis ante contractis per ea,quę notat Fel.in d. c.ecclesia Sanctę Marię.num.101.de constit & Ioan.Lecirier in tract.de Primogeni.lib.2.q.11.Sed circa hoc Aret.in l. quidam cum filium.
269 in princ.colum.vltim.de verbo.oblig.dicit,quòd aliquando † alicui prius competebat aliquod priuilegium, deinde efficitur ciuis; tunc non amittitur prius priuilegium concessum, quando tale priuilegium non repugnat ciuilitati, sed se compatitur cum ea, & ita videtur loqui Bar.in l.3.§. si emancipatus.ff.de contr.tabul. Aliqñ verò priuilegium sibi prius concessum non compatitur se cum ciuilitate,sed repugnat; tunc amittitur illud priuilegium l.cum ex oratione.in fin.de excus.tut.& sic videtur corruere ista limit.quia priuilegium prescriptionis non compatitur,sed Iac.de Nigr.in l.1.colum.14.de leg.1.dicit istud dictum Aret.non esse uerum;quia sem per in priuilegio consideratur aliquid repugnans naturæ ciuilitatis, & ideo concludit ibi cum Alexan. quòd primum priuilegium nõ tollatur,quod dictum limitat Pau.de Cast.& Ias.in l.si Rufinus.C. de testam. mil. quando primum priuilegium esset concessum ad instantiam partis:quia tunc si quis assumitur in ciuem, perdit illud priuilegium,secus si ex priuilegio sibi concessum fuisset. Ista limitatio non placet Iac.de Nigr.vbi supra.In casu autem nostro nõ militat ista limi.quia nos loquimur, quando in originaria ciuitate uiget statutum requirens maiorem præscriptionem: possent nihilominus ista accommodari ad forenses, qui ab aliqua ciuitate obtinent priuilegium, vt dixi de Mercatoribus portantibus victualia, & contra eos non currat præscriptio ex priuilegio, vt dixi in gl.30. deinde efficiuntur ciues:quia tali casu subintrant superius dicta,& ideo vide diligenter Iac.de Nigris vbi supra,& ibi per Alex.& idem in cons.29.volum.4.dicit de mente Pau.de Cast.in l.cętera.in prin. de leg.1.& si statuto caueatur,non valere legatum factum forensi, si legatarius tempore confecti testamenti erat forensis,postea efficiatur ciuis,reconualescit legatum. Ad propositum si quis forensis contrahit Regij,& postea efficiatur ciuis Regiensis, subiacebit ista tutis illius ciuitatis,etiam quò ad debita iam contracta,sed credo & tunc incipiant præscrip. non autem retrotrahitur, licèt posset etiã de hoc dubitari per ea quæ dixi in prima limit.de ciue nouello: sed dictum Alexan.in casu nostro parum facit; quia testator tpe quo legatarius factus fuit ciuis adhuc viuebat,vt per Pau.de Cast.in d.l. cætera. & circa casum nostrum cum retrotrahatur tempus, vide Pau.de Poteu.Capi.sed.Vac.in 2.prælud.colum.3.& vlt.per mod. Senenses in tract.de temp.vtili.

270 Vigesimonono limitatur etiam statutum non † extendi contra illum,

Source : BIU Cujas

illum, cuius res fuit eius nomine vendita, ſi de eius mandato non
271 conſtabat; quia † emens ab eo qui alieno nomine vendidit ſi non conſtat de mandato, a principio conſtituitur in malafide. Ita quòd tanquam malæfidei poſſeſſores nunquam præſcribant, vt in regula poſſeſſor. de reg.iur.l.fin.& ibi Bart.de vſucap. pro empt. & in l. cum vir.ff.de vſucap. nec mandatum ex longiſſimo tempore præſumitur. Caſſad.deciſ.23.de procur. Dec.in l.1.C.qui admit.& Bal. in l.1.C.de re.alien.non alien.& in terminis huius q. conſuluit Soc. conſi.80.num.3.volum.3.& conſi.82.num.24.in fin.vol.4. Idem
272 † procedit in emptore, cui fuit per tertium proteſtatum, ne talem rem emeret: quia ſit ſua: nam ſi emptor non obſtante proteſtatione emit, a principio fit malæfidei poſſeſſor, & nunquam præſcribit contra proteſtantem. Bal.in l.ſi fundum. C.de rei vend.& ibi Paul. de Caſtr. Vbi videtur velle, quòd proteſtatio ſit facienda authore prætore, vide Bar.in l.non ſolùm.§.morte.de noui ope.nuntia. me
273 remitto ad not.per Bal.Pau.de Caſtr.in d.l.nume.3.dicit, † quòd ſi proteſtatio fit per tertium non dominum, quòd emptor non conſtituitur in malafide; quia qui nō prætendit habere ius ſuper aliqua re, non poteſt denuntiare l.ſi maior.de reſcind.ven. l. tutor vrgentibus.in fin.ff.de min.quod dictum verum eſt, niſi denuntians, ſiue proteſtans nomine alieno doceat de mandato; quia tunc proteſtatio tenet, vt per Bal.ibi num.2.per clem.cauſam.de elect.& in vnoquoque caſu quando emptor faciat ſaltem fructus ſuos, vide Bal. & Paul.de Caſtr.ibi, & latè Socyn.conſil.82.nume.25. & per totum, volum.4.

Immo Pau.de Caſt.in l.ſed & ſi.§.ſi ante.num.6.ff.de pet.hęred. tenet indiſtinctè, quòd quis per talem proteſtationem in malafide conſtituatur. ſed Ant.conſ.206.num.2.aliud dicit,& Balb.in l. Celſus.num.117.de vſucap.dat cautelam, vt venditor agat contra proteſtantem ad docendum de iure ſuo, & faciat vt ſibi præfigatur terminus, iuxta l.diffamari. quo elapſo inſtet declarari illi nullum ius competere.

274 Trigeſimò limitatur etiam † iſtud ſtatutum, vt non comprehendat litis conſortes priuilegiatos, quemadmodum etiam in caſibus exceptis per ſtatutum non comprehenduntur non excepti, licèt ſint litis conſortes per ea, quæ not.Bal.conſ.170.ad euidentiam eſt præmittendum, ℣ licèt ſpoliatus.volum.5. Iſtud autem dictum Bal.improbatur per ea quæ not. Roma. conſ.265. & Abb.in c.de
275 quarta de præſcrip. Vbi dicunt † quòd res layci communes cum eccleſia non præſcribuntur minore ſpacio contra laycum quàm contra eccleſiam, argu.l.ſi communem.ff.quemad.fer.amit.Inno. in c.ad audientiam.in fi.de præſcrip.glo.& Ioan.And. in c.1.de iur. patr. in 6.Staphil. de tracta.de commiſſ.iuſt.§.4 nu.5.& facit quod
276 not.Curt.iun.conſ.53. colum.2. Vbi dicit, † ℣ ſi duo ſunt fratres, vnus pubes, & alter impubes, & ambo iurant ſuper re communi & indiuidua, nullum iuramentum tenet. Idem conſ.25. & Fely.in c.1.num.6.de præſcri.vbi multa coaceruat,& Gramma.conſ.124. colum.2.Socy. conſ.27.colum.3.lib.3.Cum.conſ.7.col.5.Ruyn. conſ.77.num.5.cum ſeq.volum.4.Inno.& alij in c.auditis.de in integr.reſtit.vbi dicunt, ℣ non priuilegiatus per minorem aut eccleſiam in facto connexo gaudet eorum priuilegio. Solutio prędentis
277 quæſtionis verſatur circa illud † an vtile per inutile vitietur,& econtra, & ideo breuiter dicendum eſt, ℣ aut agitur de præiudicio, & attenditur cauſa inhabilis & totum fit inhabile, vt Prob.in addit.ad
278 Ioan.Mona.in c.2. de arbit.in 6. vbi dicit, † ℣ ſi ſunt duo arbitri in aliqua cauſa,& tempore lati laudi alter eorum erat excommunicatus ſeu alter inhabilis; tunc propter eius inhabilitatem laudum redditur nullum. pro quo facit, quod not.Calca.conſi.86.& 91. Videlicet ℣ habiles admittendo inhabiles & ipſi inhabiles efficiuntur l. diuus Traianus. de milit.teſtamen. Bar.in l.1.§.1 ff.quod vi aut clā,
279 aut agitur † de vtili,& tunc habilis facit valere actum communem, argum.de falſo tutore.l.1.§.1.ff.quod cum falſ.tut.ſed aduertendū
280 eſt, † ℣ reg. vtile per inutile non vitiari, procedit in indiuiſibilibus, vt not.Ioan. Mona. in c.ſi confirmationem. de elect. in 6.ſecus in in diuiduis l. 2.§. Item quærit.ff.de aq. quot. & ęſt. Alb.de Roſ.in c. vtile.de reg.iur.in 6.& ibi Dyn.dicunt, ℣ ſi res eſt indiuidua,& perſonæ poſſunt ſeparari, reſpectu perſonarum vtile per inutile non vitiatur. Anchar.in conſ.215.num 4.& nume.5.vbi hoc idem not.
281 Mil. † in repert.in verb.gratia, verſi. pen. dicit, ℣ poteſt eſſe ſurreptitia pro parte,& pro parte non: & tali caſu ſi perſonę ſint ſeparabiles, licèt gratia ſit vna, vtile per inutile non vitiatur: vt not. etiam Zab.in clem.fin.de reſcrip.glo.in c.conſtitutus,& ibi Doct.eod.tit.
282 Ego autem credo † poſſe concordari opinionem Bal.& aliorum hoc modo, aut communis res eſt diuidua, aut indiuidua, primo caſu credo, ℣ præſcriptio currat contra non priuilegium, licèt habeat
283 rem communem cum priuilegiato, aut res eſt indiuidua † vt eſt ius hypothecæ, vt not. Afflict.deciſ.213. & Crau.conſ.235.& Socyn.conſ.135.volum.1.dicat quicquid velit Cap. deciſ.173. quòd Hypothecaria ſit ius diuiduum. Tunc priuilegium vnius, ℣ non
284 currat præſcriptio, competit etiam non priuilegiato; quia † in indiuiduis beneficium vnius competit & alteri: vt not.Bald.in l.2.§.ſed vtrum de mino.& glo. in l.3.C.de inoffic.teſta.Iaſ.& omnes in l.ſi emancipati. C. de coll.& hc procedunt conſilia ſuperius allegata: vbi habetur, quòd ſententia eſt indiuidua,& ideo aut pro vtroque valet, aut pro nemine,& ita in ter.dicit Bal.in d.l.ſi communem.ff.
285 quemadmo.ſeruit.amit. Et iſtud procedit etiam, quando † actus eſt indiuiduus tantum reſpectu formæ, licèt ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ; quia in tali caſu habet locum regula, quòd vtile per inutile vitietur, vt in terminis dicit Roma.conſ.66.viſo eximie.nume.2.vide late circa priuilegia habentium communionem Marſil. ſingul. 180.plura & 196.

286 Trigeſimoprimò limitatur etiam, vt non procedat † contra ſocium creditorem ratione ſocietatis ante finitam ſocietatem; quia ante præfatum tempus nō datur inter eos certum creditum, cum prius requiratur redditio rationis l. 1.& 2.C.de ſent. quæ ſine cert. quant.Petr.& Vbal.in tract.de ſocie.in par.12. in prin.num.1.& in vlt.par.num.4.Bal.in l.tandiu.C.pro ſocio.& ideo tunc demum incipit currere præſcriptio: cum finita eſt ſocietas: nec prius actio naſcitur contra ſocium niſi ipſa finita l.ſicut.C.de actio. & oblig.Bal. & Ang.in l.1.C.de ann.except.& in d.l.tandiu,& in l.1.nu.7.C. ut
287 act.ab hęred.& contr.hæred.ubi dicit, † ℣ quædam ſunt actiones, quæ deſiderant contractum finiri, ut actio pro ſocio, vnde perſeuerante contractu non oritur actio; quia dum ſunt ſocij, nō poſſunt eſſe aduerſarij; victoria enim nihil patrocinaretur: cum in ſocietatem reflecteret l.4.§.ſi commune. ff.fin reg. quædā verò ſunt actiones, quæ non deſiderant contractum finiri, ſed perfici, & ex hoc profecto contractu quò ad actum pertinet ad obligationem ſtatim naſcitur actio.l.ex placito.C.de rer.permut.iccirco in actione pro ſocio non currit prędcriptio niſi ipſa finita ſocietate, quādo autem finiatur ſocietas, noſtrum non eſt tangere, vnum notandū
288 eſt, † ℣ ſi reperiretur aliquod inſtrumentum diuiſionis aliàs factæ, illud inſtrumentum daret iuſtum titulum præſcribendi, vt no. Dec.conſi.267.num.5.& Alexan.conſi.200.lib.2.& conſi.24.lib. 7.late Boer.deciſ.58.

289 Trigeſimoſecundò limitatur etiam ſtatutum non extendi † in fauorem laycorum, ut ualeant prędcribere decimas per ea, quæ dixi ſupra in alia limit.quæ incipit, limitatur etiam nō procedere contra eccleſiam, notatur in cap.cum contingat.de decim.& in c.decimas.de reſtit.ſpol.Mil.in reper.in uerbo præſcribi an poſſit ius decimandi, late Abb.in c.1.de præſcrip.& Par.conſ.25.uolum.4. quòd etiam procedit in præſcrip.centenuaria; quia cum laycus non poteſt poſſidere decimas, dicitur detentor & non poſſeſſor, & detentio cuius etiam initij memoria non habeatur non tradit titulum. Ioan.And.de præb.in 6.c.3.Hoſt.& Archid.in c. apoſtolica. de his quę fiunt a prælatis. quia illa regula, ℣ prędcriptio 100. annorū habeat vim priuilegij, procedit data capacitate in prędcribente, aliàs ſecus, ut declarat Boer.in deciſ.32.num 6.cum ſequen.uerum eſt, ℣ Iaſ.conſ.156. volum.2.dicit communem eſſe contra Abb.de hoc vltimo dicto, & ſequitur Alexan.conſi.6.volum.1.& Barb.conſi. 35 uol.2. ſed quia (ut dixi) ſtatutum non procedit contra eccleſiā, poteſt extendi ad debitum decimarum, quæ debentur a laycis lay
290 co; quia huiuſmodi † decimæ prędcribuntur communi tempore 10.uel 20.anno. ut per Fel.in c.cauſam.de præſcript.Card.conſilio 146.Cum.conſi.84.Pariſ.conſ.25.uolum.4.Pir.Angleb.in conſti. Aur.in tit.de poſſ.iud.c.2.& Bal. in conſ.180. præſuppoſitis uerbis, uol.1 Et Corn.conſ.242.in fin.volum.3. ubi dicit, quòd etiam dicto ſpatio præſcribitur iuri collectandi: ut etiam dixi ſupra. Notandum eſt autem, quòd in illis caſibus, in quibus laycus poteſt præſcribere ius collectandi, ſiue decimandi, prout paſſim ſeruatur in ciuitate Veronę, in qua layci ab immemorabili tempore poſſident decimas etiam eccleſiaſticas,& illas uendunt ex priuilegio (vt dicitur) Alexand.quarti, ſi quis ex prędcriptione collectat in una parte vnius agri, qui deinde conſtituatur alibi, dicitur & præſcriptum ius collectandi in alia, ut prędter allegata ſupra in glo.3.notat etiam late Pariſ.conſ.25.num.36.uol.4. Et ita tenuit Rot.die 16.Martij 1541 in una Cęſarauguſtan.coram Ioan.Pau. Vide tamen Corn.conſi. 184.lib.1.& Abb.Dec.Immo.& alios in cū.c contingat. de decim. Vide tamen quid dicat Clau.in l.naturaliter. num.13.ff.de vſucap. in materia quando agitur de prędcribendo diuerſa iura, ut dominium, uel hypothecam, an ex prędcriptione unius præſcribatur & aliud.

291 Trigeſimotertiò limitatur etiam † non procedere contra creditores, qui dum pignus debitorum per alios: creditores poſteriores diſtraheretur, non fuerunt citati per ea, quæ nota.in l.ex eo tempore.C.de remiſſ.pign.ubi habetur, quòd ſi in diſtractione pignorum ſunt citandi creditores prędcentes, ℣ ſi non compareant, videntur renuntiaſſe, qđ minimè dicendum eſſet, ſi non fuiſſent citati; quia
292 † ubi agitur de prędiudicio alicui inferendo, non ei prędiudicatur, niſi legitimè citatus fuerit, ut per Rip.in l.rem, quę nobis.num.42 ff.de acq.poſſ.& Iaſ.in auth.hoc amplius.num.4. C.de fideicom. ubi dicit, ℣ requiritur bona monitio, de quo ego dixi in glo.ſilentium,
293 quatenus uerò † creditores ſint abſentes uocandi ſunt per publicum proclama, ut late Bal.in d.l.ſi ex eo.& in pratica Papien.in forma reſponſionis rei §.prędcriptionis. num.27. & uidetur ſecundū Bal.in d.l.ſi ex eo, ℣ ſufficiat generale proclama, quod dictum procedit, quatenus creditores eſſent prędcentes & nominati fuiſſent

ſpecia-

Source : BIU Cujas

specialiter in proclamate, aliàs non afficit generale proclama per ea,quæ no.Fel.in c.exhibita.num.2.de iud.& Iaſin l. decem.nu.93. de verb.oblig.Ang.conſ.298.& Alexan.conſi.306.lib.5.& tali ca
294 ſu † proclama generale a iudice layco emanatum afficit clericum & res eccleſiaſticas,quando fit per illa verba,quòd comparẽt omnes,quorum intereſt, & hoc etiam tenuit Pau. de Caſt. conſ.44 in cauſa Aegidij,& Mar.Socy. in tract.de citat.articul.5.verſic.13.& Philip.Franc.in c.cum inter.col.7.de excep.Boer.deciſ.151. Sed de hoc dicto ego dubito per ea,quæ no.Abb.in c.fi. de vita & hone.
295 cler.vbi dicitur,quod quando agitur † de perdendo priuilegio clericali,nunquam ſufficit proclama generale etiam poſt admonitionem,niſi perſonaliter apprehendatur clericus,& ſequitur Ioã.Ant. Rub.Alexan.conſ.76.num.2. & late per Fel. in c. exhibita.de iudi.
296 ſimiliter credo, † quòd non afficiat abſentes, ignorantes, & alios legitimè impeditos per ea,quæ not. Rip.in d.l. rem quæ nobis.nu. 42.& in l.1.num.45.ff.ſi cer.pet.Cum.conſ.4.Goza. conſ.103.nu. 22.Aim.conſ.181.nu.11.Alex.conſ.31. lib.5.cum ſimil.& licèt Bal. velit in d.l.ſi ex eo,quòd generale proclama afficit abſentes,ſuccurritur eis ſaltim per viam reſtitutionis in integrum,ſed penitus eſt falſa opinio Bal.quatenus nomina abſentium eſſent certa, & in generali proclamate nõ fuiſſent apprehenſa,vt no.Guid.Pap. conſ.160.
297 & Pariſ.conſ.101.num.128.volum.1.vbi † dicit in terminis, quòd a ſententia prolata virtute generalis proclamatis non eſt appellandum ab illis,qui certi erant ex quo debeant nominatim vocari, & citari,vt etiam tenet Card. Zabar. qui multa allegat in conſi. 73.in diſcuſſione præmiſſi articuli, idem conſ.155.Alexan. conſ.5.nu.2. lib.2.Bar.conſ.154.maritus.& Fel.in c.gratum.nu.2.de off.delega. late Marſil.ſingul.269.generalis citatio, & in illis caſibus,in quibus
298 valet proclama,notandum † eſt, quòd debet fieri per totam ciuitatem,vt no.Bal.in c.1.num.12. de milite vaſal.qui contum.eſt Archid.in c.quòd dicitis.diſtin.16.& Fel.in c.2.num.21.de conſti.vbi dicit,quòd ſaltim debet fieri in locis eminentibus. Præpoſit.in c.1. milit.vaſal.dicit, quòd poteſt fieri in albo prætoris,vel in foribus palatij illius terræ,vel in eccleſijs cathedralibus,ſi iudex eſt eccleſiaſticus;quia tunc præſumuntur omnia ſolenniter facta fuiſſe, & aliud
299 † notandum eſt,quòd proclama generale non debet eſſe nimis acceleratum,& talem terminum præfigat, quòd veriſimiliter ad notitiam partis non poſſit deuenire,vel ſaltem propter eius breuitatem non poſſit comparere; quia tunc habetur pro non facto, vt not. Creſc.deciſ.71.glo. in Prag. Sanct. in §.facta.in verbo vocetur, de
300 elect.vbi † dicit etiam, quòd publicum proclama redigendum eſt in formam authen. in ſcriptis, aliàs poſſet impugnari per citatum, & ad alterum ſpectaret probatio,vt no.Docto.in c.quoniam con
301 tra.de prob.& Rot.deciſ.301.in nou.ſed poteſt dubitari † an citandi ſint creditores anteriores,ſed conditionales non exiſtente conditione.& videtur dicendum,quòd non;quia in actu, qui geritur, citari debet,qui habet ius tempore actionis,quæ intentatur,nõ autem ille,qui in aliquem euentum ius habere ſpectat;vt videtur velle Ang.Cum.& Imol.in l.filiusfamilias.§. Diui. de leg.1. quos allegat Soc.conſi.251.num.10.verſic.confirmatur.volum.2.& Bald. in l.nec quicquam.§.vbi decretum.num.5.volum.6. verſi.eſt arg. vbi dicit, quòd futuri aduerſarij,qui tunc temporis cauſæ intereſſe non habent, non ſunt citandi in publicatione & exemplificatione priuilegiorum,& in terminis proprijs Imol. & Angel.in d.§. Diui. quos refert Iaſin l.decem.num.38.de verbo.oblig dicunt, quòd ſi creditor faciat condemnare debitorem in iudicio,nõ poterunt alij creditores conqueri ex eo: quia non fuerunt citati.Breuiter agendo,diſtinguendum eſt, aut loquimur de creditoribus poſteriorib. qui faciunt diſtrahere pignora, & qui ſciunt ſe poſteriores, aut de alijs.Primo caſu dicendum,quod ſi creditores prefati licèt ſint poſteriores credant ſe potiores,debent alios conuenire, ſi volunt, ꝙ ſententia per eos obtenta faciat ius contra alios,ad not. per Iaſ.in d. l.decem.num.43 .nec quicquam refert,quòd primi creditores ſint conditionales;quia in contractibus attenditur principium, vt not.
302 Iaſ.in l.ſi filiusfam.num.3. de verb.oblig.vbi etiam † dicit, ꝙ quo ad hypothecam & obligationem conditio retrotrahitur ad tẽpus ſtipulationis. Si verò ſecundo caſu de alijs, tunc fiat concluſio, vt per Socy.in d.conſ.151.& per Alexan.in d.§.Diui.quòd vbi agitur de præiudicio irreparabili alicuius, ſemper in omnibus caſibus ille eſt citandus.
303 Trigeſimotertiò limitatur etiam † ſtatutum huiuſmodi non habere locum,niſi in illis caſibus realiter expreſſis,vbi vigent alia ſtatuta, ꝙ verba debent intelligi, vt iacent, & vt litera ſonat, & in illis non dare interpretationem; quia tunc nõ recipiunt extenſionem vllam,etiam ſi veniret ex identitate rationis, vel ex maioritate, aut ex vnica tantùm ratione præſumpta,vt not.Aret.conſil.145.& in l.Gallus.§.inſtituens.de lib.& poſthum. Bart.in l. omnes populi.ff. de iuſt.& iure.Iaſ.conſ.150.pro nobilibus.volum.1. & conſ.205. vol.5.Cur.iun.conſ.6.& Pariſ.conſ.49.num.90.vol.3.& de hoc latius dixi ſupra in glo.exceptis dotibus,verſic. credo etiam.
304 Trigeſimoquartò limitatur etiam non procedere † contra prohibitum alienare:quia ei non currit præſcriptio.glo.in l.1.verſic.ſed die quoad opinionem,& ibi Doct.C.ſi aduer.vſucap.& in l.nõ eſt incognitum.C.quibus non obſt.long.temp.præſcrip.quia præſcriptio apellatione alienationis continetur,vt not.Docto.in l.fi. C. in qui.non eſt nec.in integ.reſtit.& Bald.in auth. hoc ius porrectum. num.5. verſic. adde quod,vbi dicit, ex præſcriptione acquiri vtile
305 dominium, quod abſorber vires directi. Iſta limitatio † procedit quoad præiudicium alterius perſonæ, quàm alienantis; quia tunc nec expreſſa alienatio nec tacita quę reſultat ex præſcriptione. Tertiò in cuius fauorem prohibita eſt nocebit, vt not. Dec.conſ.445. num.27.cum ſeq.per conſi.Pau.de Caſt.155.late Tiraq.de vtroq; retract.tit.1.in verbo Oulignagier §.1.glo.9.num.246. cum quinque ſeq.Bal.in l.ſi contra.num.4.C.de vſucap.pro empt.vbi dicit, ꝙ res prohibita (puta) per teſtatorem alienari non poteſt præſcribi,ſi quis habet cauſam a prohibito,vel eius vicegerẽte,quod ſecus eſt, ſi quis haberet cauſam ab alio;quia tunc poteſt præſcribi:cum ſucceſſor non poſſit imponere legem niſi ſucceſſori ſuo,ſequitur Pau. de Caſt.in l.ea.§.ſin autem.num.7.C.comm.de leg. Pariſ. conſ.81.
306 num.44.volum.2.Pau.vbi ſupra dicit, † ꝙ alienata per prohibitum non poſſunt præſcribi,loquendo de præſcriptione longi temporis, ſecus autem in præſcriptione longiſſimi;quia tali caſu præſcribitur, ex quo iam præſcriptio ſtatutaria (vt pluries dixi) ſit loco præſcriptionis longiſſimæ, ſucceſſiuè res alienata etiam prohibita alienari per 16.annos præſcribitur.Bar.in l.vbi lex.ff.de vſucap.dicit, ꝙ quotieſcunque prohibetur alienatio a lege,vel a ſtatuto,prohibetur & præſcriptio,ſiue vſucapio, & dicit, ꝙ iſta ſunt menti tenenda propter ſtatuta & vltimas voluntates,quæ prohibent rem alienari, qđ dictum putat etiam extendi poſſe ad alienationem prohibitam in cõtractu.Iſte articulus eſt valde difficilis, & ad longum diſputatur per Imol.Alexan.Iaſ.Rip.& alios in l.filiusfamilias.§. Diui.de leg.1.
307 vbi eſt materia prohibitionis,& Soc.in ſuis reg.reg.13.Cępol.† in tract.de vſucap.pro empt.§.ſi contra.num.38. diſtinguit in hoc caſu,aut alienatio prohibetur a lege,ſiue a ſtatuto,aut a teſtatore, ſiue alio homine,aut mixtim & expreſſe a lege & homine,aut a lege expreſſe & a teſtatore tacitè. Primo caſu,aut res prohibetur alienari;quia non eſt in commercio noſtro,vt ſint res ſacræ,& tunc non præſcribitur l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo.obliga.Aut res non in commercio noſtro,niſi iuſſu Principis;vt ſunt res publicæ, & tunc etiam nõ præſcribit: niſi talis res poſſideretur ex certa principis ſcientia ac licentia expreſſa,vt no. Alb.de Roſ.in l. quoties. C. de prec.imp.off.& Mart.de Laud.in tract.de princ.priuileg.247.de mente Gemi.in c.licèt.de præb.in 6.aut res poteſt eſſe in commercio noſtro,vt res fiſci, & tunc etiam non præſcribitur, de quo dixi ſupra limi.13.Secundo caſu aut res prohibetur alienari ab eo, qui alias non habet poteſtatem alienandi,vt ſunt pupilli,& non præſcribitur,aut ab eo,qui aliàs poſſet alienare,vt eſt maior:& tunc currit præſcriptio contra ipſum, & contra etiam fideicommiſſarios ſcientes & patientes præſcribi.Sed Rip. vbi ſupra nume.116.dicit, quod iſto caſu præſcriptio currit contra proximos, quibus competebat ius agendi,non autem contra alios in gradu, qui adhuc agere non poterant,& facit quod voluit Pariſ.conſ.23.num.199.vol.1.vbi di
308 cit, † ꝙ in feudo ex pacto & prouidentia præſcriptio non noceat nondum natis & non valentibus agere,& Soc.iun.conſ.76. num. 27.volum.v.Anto.de Rub.in conſ.84.num.7.& ibi per totum,& Dec.conſi.445.nume.46.Cur.iun. conſ.181.Iaſ.conſ.7.lib.3.rub. conſ.13.& Cephal.conſ.265.num.29.Carol.I.Tertio caſu, vt per Cępol. qui ſe extendit per octo colu. quas tranſcribere, cum ſint in omnium manibus,ſuperfluum eſt, vide pulchre diſtinguentem in l.1.num.18.C.de ſeru.& Soc.in 12.reg.fall.2.& Alexan.conſi.1. volum.4 cum adduct.per Fely. in c.cum non liceat.de præſcrip.& quod dixi ſupra.Pau.de Caſt.& Pariſ.conſi.91.res prohibita alienari poſſe præſcribi, quando alienatio fit per tertium non prohibitũ, ampliatur etiam procedere,quando fit per prohibitum, ſed ignorantem,vt per eundem ubi ſupra,quod maximè procedit,quando alia bona prohibiti ſufficiunt ad fideicommiſſum,vt declarat Soc. conſ.251.num.23.cum ſeq.volum.2. vbi optimè hanc quæſtionẽ diſcutit,& Ioan.Anto.de Rub.conſ.98.& Cephal.conſ.133.num. 62.lib.1.& dicas, ꝙ pendente tempore vel conditione ad reſtituendum tenet alienatio, & ſi deficeret conditio, teneret irreuocabiliter,vt not.in l.cum pater.§ libertus.de leg.2.Alexan.conſ.31.vol.3. immo etiam in quatuor caſibus tenet pendente conditione, vt ea adueniente non poſſit reuocari,vt in cauſa dotis, donationis propter nuptias,alimentorum & redemptionis filij:vt not.Guid.Pap. deciſ.611.per totum,dicas etiam, ꝙ ſi res prohibita alienari alienatur in neceſſariam cauſam valet,& in ea procedit præſcriptio, vt p Anch.conſ.371.num.2.Rom.conſ.107 Goza.conſ.103.nu.21.& Gom.deciſ.113.Vbi dicit Rotam tenuiſſe, ꝙ alienatio facta per fęminas abſque ſolennitate ſtatutorum ex cauſa neceſſitatis ualet, quod verum eſt, dummodo neceſſitas non oriatur ex cauſa alienantis,aliàs non valeret:ut tenuit Rot.deciſ.3.de pact.in antiq.Gozad.& Rom.ubi ſupra,& ideo Soc. conſ.76.nu.5.uolum.1.dixit, ꝙ res prohibita alienari poteſt alienari ex cauſa neceſſaria ipſa prohibitione non obſtante, & Oldradus conſ.17.nume.18.dicit, ꝙ alienatio facta ex cauſa neceſſitatis prouenientis ex cauſa alienantis non excedit eius perſonam. Ita ꝙ in tali caſu non uideatur præ

ſcrip.

Source : BIU Cujas

ſcript.valida.Et hæc perpetuò tene menti: quia ſunt pulchra & notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Præſcrip.regulariter non currit contra creditorem ciuiliter poſſidentem.*
2 *Poſſeſſori antiquo habenti ciuilem datur remedium contra ſecundum naturaliter tantum etiam bonafide poſſidenti.*
3 *In rebus corporalibus non datur præſcrip.etiam per mille annos ſine poſſeſſione, & in incorporalibus ſine quaſi poſſeſſione.*
4 *Poſſeſſio corporalis, & actualis dicitur poſſeſſio naturalis.*
5 *Poſſeſſio ciuilis quando ſufficiat ad præſcribendum, & quando naturalis, & 7.*
6 *Fructuarius ius uſusfructus præſcribit.*
8 *In re obligata duo ſunt iura præſcriptibilia.*
9 *Ius dominij, & ius hypothecæ de per ſe poſſideri non poſſunt.*
10 *Statuta loquentia de poſſeſſ. habent tantum locum in poſſeſſione uera & naturali.*
11 *Statutum requirens conſenſum propinquorum in actibus mulierum uel minorum uerificatur tantùm in uero conſenſu & non ficto.*
12 *Qualitas requiſita per ſtatutum in aliquo actu eſt uerificanda.*
13 *Negligens naturalem poſſeſſionem per decem annos amittit etiam ciuilem.*
14 *Cautela pro creditoribus, ut non currat contra eos præſcrip.*
15 *Per conſtitutum transfertur utraque poſſeſſio.*
16 *Præſcriptio an currat creditori habenti poſſeſſ. ex primo decreto.*
17 *Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſionem mitti.*
18 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non dicitur poſſeſſor, declara nomero 19.*
20 *Si precariò poſſidens rem obligatam alteri uenderet, non interuertit poſſeſſionem primi creditoris.*
21 *Secundus emptor per traditionem ſibi factam primo emptori non habenti conſtit. præfertur, aliàs ſecus.*
22 *Conſtitutum conditionale non transfert poſſeſſio. ante conditionem impletam.*
23 *Debitor non poteſt facere deteriorem conditionem creditoris.*
24 *Poſſidens precariò dicitur alieno nomine poſſidere.*
25 *Inſtrumentum ſi habet executionem paratam ex pacto uel forma ſtatuti, & in eo appoſita ſit clauſula conſtituti, poteſt exequi contra ſingula rem ſucceſſorem, uel alium tertium poſſeſſorem etiam eo non citato nec liquidato negotio.*
26 *Creditor habens iuſtum contradicentem non poteſt uti clauſula conſtituti.*
27 *Excep.litis pendentiæ ſuper ualiditate pacti impedit executionem.*
28 *Cautela pro tertijs poſſeſſoribus ad impediendum, ne habeant clauſulam conſtituti, poſſit ita de facili ea uti.*
29 *Creditori intentanti interdictum Saluianum ſufficit docere rem ſibi obligatã fuiſſe poſſeſſam a debitore tempore contractæ obligationis.*
30 *Agens hypothecaria debet probare dominium a principio fuiſſe penes debitorem.*
31 *Pendentia litis non impedit executionem laudi per exceptionem nullitatis.*

Si corporalem actualemque adepti non fuerint poſſeſſionem. Glo. XX.

1 REgulariter præſcriptio † non currit contra creditorem ciuiliter poſſidentẽ.
2 Felyn.in cap.ſi diligenti.de præſcript. & ibi Abb.vbi dicit, † quòd antiquo poſſeſſori habenti ciuilem datur remedium cõtra ſecundum etiam cum bona fide naturaliter poſſidentem, ſequitur Pariſ.conſ.104.num.128.& conſ.27.num.143. volum.primo.Guid.Pap.deciſ.356.Tiraq.in tract. de conſt.in prima par.num.17.cum ſequen.habens enim poſſeſſionem naturalẽ tantum non poteſt contra ciuiliter poſſidentem preſcribere etiam
3 per 40.annos, vt not.Corn. conſi.16. volum.2.maximè † in rebus corporalibus, in quibus non datur præſcriptio etiam per tempus mille annorum ſine poſſeſſione, & in incorporalibus ſine quaſi poſſeſſione, no.Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.& Pariſ.d.conſi.27.nu. 101.& conſi.101.num.105.eo.volum.& conſ.113.nume.26. ibi. vbi dicit, quòd poſſeſſio ciuilis eſt illa, quæ inducit præſcriptionem, non autem naturalis, & ſic videtur dicendum, quòd ciuilis poſſeſſio ſufficiat creditori ad impediendum curſum præſcriptionis.

Non ab re erit etiam scire,ꝙ inundatione fluminum interrumpitur prescriptio,vt communiter dicunt Docto.in l.3.§.Labeo.ff. de acq.poss.& in l.quominus. vbi Rip.num.104.ff.de flum. Crot. in l.si is qui.num.8.ff.de vsucap & in l.naturaliter.vbi Bar. in 5.q.ff. eodem,ex quo videtur,ꝙ per inundationem Tiberis molendina, quæ deuastantur non possint amplius cōstrui ab eodem domino, qui dicitur amisisse possessionem sine noua concessione & gratia Principis,bene verum est;quia si per inundationem non mutatur alueus,de equitate est concedenda restitutio.l.1.§.si quis propter. ff.de itinere actu q; priuato.Rip.vbi supra num.115.& ibi Iason.num. 125.cum pluribus sequentibus, vbi ponit, quādo mutatur alueus & quando non,siue quando molendina in totum vel in parte collabuntur.Igneus in l.contractus. num.72. cum sequenti.ff.de reg. iur.Vbi dicit etiam,istud tunc demum procedere, qñ quis non potuit tali inundatione munitione aggeris occurrere: quia si posset, esset sibi imputandum,quare non fecerit,& circa hoc multa ponit Ioan.Annib.in d.l.generaliter.nu. 200. usque ad nu. 213. & Crot. vbi supra nu. 10.dicit,ꝙ licèt per inundationem possessio interrumpatur, non tamen interrumpitur titulus, quo mediante possessorem possidebat,vt late ibi per eum:& propterea virtute istius tituli possessor,qui amisit possessionem propter inundationem,posset illam recuperare contra tertium occupatorem,& quia Doct.in allegatis locis plures accumulant non insisto.

49 Interrumpitur† similiter ex defectu malę fidei superuenientis,vt per Bar.in l.naturaliter.nu.8.ff.de vsucap. qđ procedit de iure canonico.in l.1.nu.3.C.de vsucap.transac.vbi dicit, ꝙ malafides non interrumpit præscriptionem inchoatam cum titulo, sed videtur in hoc esse distinguendum,aut præscriptio est iam consumata,& malafides superueniens non tollit,aut est tantum inchoata, & de iure canonico impeditur perfectio.Mil.in Rep.in verbo præscriptio interrumpitur ex superueniente malafide,late Dyn.in c.possessor.nume.21.de reg.iur.& ibi Alb.de Ros.num.22.vbi disputat de opin. Theologorum,qui vult,ꝙ quandocunq; superuenerit malafides, res sit restituenda;sed communis opinio est pro distinctione, quā dedimus:vt late per Io.Ber.Tancredum,Vincentium, Anch.Car. Imola.Abb.& Fel.in c.vigilanti,nu.11.qui multos allegat, de præscrip.Soc.in cons.43.nu.17.vol.3.dicit, ꝙ malafides superueniens interrumpit præscriptionem: sed tantum respectu illius cuius habeo malamfidem, ita ꝙ præscribitur res ex duobus capitibus, ꝙ præbet malamfidem:vt per glo.& Bar.in d.l. naturaliter. & Anch. in c.1.de præscrip.in 6.

50 Notandum est ēt,† ꝙ in omnibus casibus,per quos interrumpitur prescriptio corā iudice cōpetenti procedit ēt si fiunt corā arbitro,vt voluit Spec.in ti.de lit.cont.in §.effectus.l.1.C.de arb.sequit Bar.& alij in d.l.cū antea.C.eo.Lanfr.deci.39.Guid.Pap. deci.416. nu.7.quia arbitria redacta sunt ad instar. iudiciorū l.1.de arb.Ioan.

51 And.in addi.ad Spec.vbi supra,qui limitat † istud dictum, non procedere,qñ cōpromissum non teneret rōne arbitri,vel compromittendum;quia tali casu,l.fi.C.de arb.non hēt locū,& successiue non

52 interrumpitur præscrip. primum dictum non procedit † corā arbitratore.Fel.in c.illud.nu.9.de prescrip.de mente Oldr. cons.176. & Ant.de But.in c.quintauallis.de iureiur. Iason.in l.fi.nu.11.ff.de eo, ꝑ quem fac.er.Bar.in d.l.cū antea.de arb.& Abb.in d.c illud.& Spec. vbi supra,& ibi Ioā.And. qui dicit esse rōnem;quia talis arbitratus

53 habet vim transactionis,& transactio † non est modus interrūpen-

54 di nec ciuilem,nec naturalem possessionem.Istud † dictum cōmune procedit de iure ciuili:secus in statuto Vrbis, quod habet ex interpellatione etiam extraiudiciali, interrumpi præscriptionem, & istud statutum conuenit cum iure canonico;quia interpellatus coram arbitratore nunquam potest bonafide prescribere:cū sublata sit negligentia creditoris, qui ad euitandas expensas conuenit per compromissum coram arbitratore: sed qōnis est inter scribentes.

55 An arbitrer † de equo & bono possit reijcere exceptionē prescriptionis & condemnare debitorem reiecta tali oppositione? Bal.in l.sicut.C.de prescrip.30.an.tenet,ꝙ sic; quia prescriptio est iniquissimum subsidium iuris, & ideo talis exceptio corā eo de quo & bono procedente non dēt admitti,& ita tenet Ang.in l.sequit.§. si viā.de vsucap.Par.cons.101.nu.89.vol.1.Mar.sing.370.vsucapio. in fi.contrarium tenuit Bar.in tract. ad reprimendum,in verbo vī. in fin.& Rubr.ff.arbi.Aret.in c.dilect.col 4.de iud.& in l.si seruū.§. sequitur.ff.de verb.obli.Moder.Patauini in tract. de comprom. in 1.q.princ.nu.46.diffusissimè hunc articulum disputant,& tandem distinguunt hoc modo,aut qui prescripsit erat in bonafide,& arbiter non pōt reijcere hmōi exceptionē:quia qui possedit bonafide, pōt salua conscientia retinere,no.Bal.in l.cū quis. C. de iur.& fac.ign. aui qui prescripsit erat in malafide, & tunc receptio prescriptionis non est admittenda; sic distinguit Lanfr.in tract.de arb. in vlt.par. q.25.& sic ēt distinguit Ang. in l.sequitur.§.si viam de vsucap. quæ opinio cum sit æqua & Theologica,vt per Alb.in c.possess. de reg. iur.omnino est tenenda.

56 Interrumpitur † etiam prescriptio per dilationem quinquennalem,siue moratoriam per debitorem a principio obtentam: quia

57 qui petit dilationem,confitetur & agnoscit debitum;sicuti qui† allegat dispensationem super natalibus, fatetur se originaliter pati defectum,vt no.Bal.in l.filium.in 3.lect.num.3. de his qui sunt sui vel

58 alien.iur.l.fi.C.de iur.aur.ann.& Prob. † in c.nemo.nu.9. de elect. in 6.in addit.ad Io.Mona.dicit, ꝙ opponens exceptionem cōpensationis debitum fateri videtur,vt not.Rom.cons.77.pater Reuerendæ,& Bald.in c.literas.de præsump.& ibi Fel.vbi dicunt † quòd

59 qui agit pœnitentiam,videtur fateri delictum, no.Alex.in l.1.nu.7. de noui ope.nunt.& est tex.in c.venerabilem.in fin.de elect. vbi dicitur,quòd ille Dux fuerat excommunicatus,hocque probat Pontifex ex absolutione petita per eum,& in terminis nostris Pir.Ang. in Aurel.consti.in titu.de execut.ex locato, cap.18.Moderni Ariminenses in tract.de cess.bonorum.in 2.q.princ. dicunt de mente glos. & Barto.in l.penul.ff.eodem debitorem agnoscere de bitum duobus modis.

60 † Iudicialiter,& extraiudicialiter per confessionem debiti; quia etiam per eam probatur execrabilitas, Put.decis.4.de confes.& de

61 cis.32.de restit. spol. vel † fideiussorem præstando, per ea quæ dixi

62 in limitatione de qua † superius in ver.interrumpitur etiam per dationem fideiussoris, vel pignus aliquod, aut cautionem interponendo l.cum notissimi.§.sed si quis.C.de præscrip.30.ann.Iudicialiter autem agnoscitur debitum per similem confessionem, vel si debitor patitur se condemnari factis probationibus:cū igitur dilatio moratoria contineat confessionem debiti;iccirco debet per eā interrumpi præscriptio,vt etiam in terminis proprijs not. Boer.decis.333.num.2.& 3.Bal.autem qui omnia sciuit in l.quæstiones. C. C.de prec.imp.offer. late disputat hunc articulum de mente Petri

63 & Cyn.sed tandem concludendo distinguit hoc modo;† aut dilatio, quæ datur propter impedimentum emergens ad petendum, quod suum est, respicit solam instantiam litis,aut obligationem: si instantiam litis respicit,& introducta sit singulari beneficio rei;tūc præscriptio ipso iure non currit l.2.§.in omnibus.de iud.aut introducta est de iure communi;& tunc aut non procedit vltra statuendo, & currit præscriptio, sed datur restitutio l.senatusconsulto. de offic.præsi.aut proceditur statuendo,ꝙ non currat, & non currit: & hoc quò ad dilationem litis instantem respicientem, aut dilatio respicit obligationem;& tunc nō currit præscriptio.fallit, si dilatio esset specialis ad certum debitum & non conditionata; quia tunc inducit interruptionem præscriptionis, si verò facta sit per verba generalia, vel conditionata, tunc non interrumpitur præscriptio, sed impeditur cursus. glo.in l.cum quis.§. si quis pro reo. de sol. si verum est dictum Pau.de Cast.in d.l.cum quis.& glo.ibi.5. per dationem fideiussoris interrumpi præscriptionem, videtur concludendum necessariò, ꝙ per dilationem obtentam interrumpatur præscriptio: cum nihil operetur sine datione fideiussionis, vt per Bar.Bald.Iason.Pau. de Cast.& omnes in l.vniuersa.C.de precib.imp. offer. sed quia non est simpliciter verum, ꝙ semper requiratur fideiussio,videatur ibi Bal.ad longum,sufficit nobis scire, ꝙ per dilationem obtentam agnoscitur debitum, & per agnitionem debiti interrumpitur præscriptio,ꝙ maximè procedit,quando dilatio est specialis ad certa credita expressa; vt dixi, quia inducitur interruptio,vt per Bar.in d.l. quoties. num. 3. secus si dilatio sit generalis; quia nullum debitum in specie agnoscitur;vt per Boer.d.dec.333. num.3.& ideo tempore dilationis dormit prescriptio,& finita dila

64 tione reuiuiscit. Sed † quæstionis est, an ista dilatio concessa debitoribus competat etiam eorum fideiussoribus; Hinc resultat effectus,quòd si competit fideiussori in illis casibus,in quibus fit interruptio præscriptionis per agnitionem debiti, nocebit ipsis fideiussoribus.Bar.Alexan.Socy.& omnes antiqui in l.cum filius. § 1. de verbo.obliga.disputant hunc articulum,& in specie Bart.nume. 2.

65 dicit, † quòd priuilegium aut est reale, aut personale: primo casu non competit l.except. de except.secundo sic.Vnde in obligationibus dandi vbi fideiussor potest ex sua persona in mora constitui, sibi non prodest exceptio,in obligat.uerò facti, in quibus fideiussor ex sua persona non potest constitui in mora, & tunc prodest. Bald.in d.l.quoties.C.de prec. imp. offer. de mente Petri sic distinguit, obligatione dandi exceptio competens reo non prodest fideiussori; quia personalis est dicta l. exceptiones quæ personæ, in obligatione verò faciendi, aut sumus in facto, quod non cadit in obligatione fideiussoris; quia cohæret personæ ex facti natura; vel qualitate; vt est factum industriale, & tunc quod prodest reo,

Source : BIU Cujas

prodeſt & fideiuſſori non per ſe ſed per accidens; quia tali caſu in contractibus ſimilibus non tenetur fideiuſſor, niſi poſt morā rei. ergo dilatio conceſſa reo prodeſt fideiuſſori, non vi priuilegij, ſed tanquam quoddam impedimentum moræ ſit: ſi autem in obligatione fideiuſſoria cadit factum, exceptio rei non prodeſt fideiuſſori; vt in obligationib. dandi, iſta diſtinctio Petri videtur vera ſecundùm Bal. in obligationibus non faciendi, ſed in obligationibus nō faciendi, vt puta non petere, non venire, nō eſt diſtinguendū de facto induſtriali, vel non induſtriali; quia nūquam fideiuſſor tenetur reſpectu facti principalis, ſed demum ex mora rei, ita ꝙ videantur concludere omnes, ꝙ fideiuſſori non prodeſt dilatio quinquiennalis, ſequitur Ariminen. in tract. de ceſſ. bon. 8. q. princ. nu. 2. Circa hunc articulum mihi videtur, ꝙ Doctores propoſuerint vnam quæſtionem & aliam ſoluerint; Quærunt Doctores in alleg. locis.

An dilatio quinquennalis conceſſa cruce ſignatis proſit etiam eo-
66 rum fideiuſſoribus, & non eſt dubium, ꝙ non prodeſt; quia † priuilegium conceditur perſonæ qualificatæ, quia conceditur perſonis cruce ſignatis, & vltra perſonas qualificatas non debet extendi;
67 quia † qualitas informat ſubiectum cui inhęret, Pariſ. conſ. 58. vol. 4. vbi dicit, ꝙ qualitas ſi non interuenit, vitiatur actus. & in ter. Bal. in l. ſi mandatori. nu. 8. C. de non num. pec. dicit, priuilegiū concedi tur cruce ſignatis, reus eſt cruce ſignatus, fideiuſſor verò nō, & iō fideiuſſori hmōi priuilegium non prodeſt; quia cum ſit conceſſū ſignatis per cauſam extrinſecam, quæ non elidit obligationē, non prodeſt non ſignatis. Ego aūt puto poſſe diſtingui de mente eiuſ-
68 dem Bal. in l. tam mandatori. nu. 7. C. de non num. pec. nam † aliqñ exceptio competens reo & quam vult opponere fideiuſſor naſcit ex contractu, aliquando ex priuilegijs principum, aliquando ex diſpoſitionibus legum: Circa primum, aut in pacto apponitur perſona rei per modum demonſtrationis, aut per modum determinationis; aut ſumus in dubio, ſi per modum determinationis, nō prodeſt fideiuſſori in vim pacti, ſed poſſet prodeſſe ex capite exceptionis excuſſionis, vel cedendarū l. niſi. ff. de pac. & ideo Aret. in Rub. de excep. num. 12. dat cautelam cauſidicis, ꝙ excipiant contra creditores, prius excuti principalem, vel ꝙ cedantur actiones. Primo verò & 3. caſu prodeſt fideiuſſori priuilegium rei; quia liberationes ſunt latiſſimè interpretandę; quando verò reus eſt priuilegiatus a principe tanquam perſona cruce ſignata, fideiuſſor ſi non habet iſtam qualitatem, non poterit gaudere priuilegijs rei. Modò ad rē noſtram, ſi dilatio quinquennalis non prodeſt fideiuſſori, ipſe fideiuſſor poterit contra creditores præſcribere non obſtante dilatione, & hoc eſt, quod volunt Bar. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſ. & Socy. in l. 1. §. 1. num. 10. ff. de eo per quem fact. ꝙ præſcriptio interrupta contra principalem reum nō noceat fideiuſſori, quod dictum ſequitur Ang. conſ. 32 quidam Andreas. & glo. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. & ibi Pau. de Caſt. nume. 4. de ſol. Felyn. in c. illud. nume. 15. de præſcript. & ſequitur Petr. Duen. de reg. iuris, regula. 6. limit. 3. & Roder. Suarez. in l. poſt rem 2. not. verſic. 6. conſidera, de re iudic.

Sed aduertatur ad illud, quod dixi, dilationem moratoriam nō
69 prodeſſe fideiuſſori; quia fallit † ſi reus compareat in iudicio & accipiat defenſionem fideiuſſoris opponendo de priuilegio ſibi conceſſo, quod dictum verum eſt, qñ priuilegium conceſſum reo remaneret inutile, ſi non prodeſſet fideiuſſori, aliàs ſecus, vt no. Alex. in l. cum filius familias. §. 1. de verb. oblig. & ibi Soc. & Bar. in l. Stichum. §. quod vulgo. ff. ſolut. niſi dilatio concederetur cauſæ iudicati; quia tunc indifferenter prodeſt fideiuſſori iud. ſol. non aūt ex contractu. Bal. in d. l. tam mandatori. & in d. l. quoties; cauti ſint etiā creditores; quia ſi debitor faceret intimare dilationem moratoriā
70 † ſi debitum ſit iuratum, illa dilatio eſt nulla. Pir. Ang. in Aur. conſt. in tit. de execut. ex loc. c. 18. de mente A exan. conſi. 28. lib. 3. & Iaſ. in l. 2 C. de prec. imp. offere. Thom. Fer. caut. 55. num. 2. Cy. & Sal. in l. fin. C. ſi cont. ius vel publ. vti. niſi concederetur a Papa cum expreſſa mentione de iuramento, vt per Alex. in d. conſ. 38. & conſi. 205. vol. 2. & moderni de ceſſ. bon. quæſt. 26. Mart. de Laud. in tract. de priuil. conſ. 14. & de fiſco con. vlt. vbi dicit etiam, quòd nō extenditur ad debitum cameræ fiſcalis.

71 Aduertant † etiam creditores, ꝙ huiuſmodi dilatio non ſe extendit ad debitū ex delicto, vt late Rip. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & ibi Alex. & alij. & Ro. conſ. 43. & Moderni de ceſſio. bono. in d. quæſt. 26.

72 Non eſt etiam omittendum, ꝙ † dilatio moratoria incipit currere a die datæ ipſarū literarum & non a die præſentationis c. eam
73 te. de reſcrip. c. dilecte. de præb. Guid. Papa deciſ. 109. vbi not. † etiā, ꝙ iſtæ moratoriæ non extenduntur ad creditores futuros, arg. l. Aurelius. § Titius Seio. de lib. leg. & hæc omnino notanda ſunt; qa poſſent debitores calumnioſe vtendo priuilegio dilationis eam præſentare ad libitum, & ita circa præſcriptionem iam inchoatam nocere creditoribus; quia quando propter dilationem moratoriā præſcriptio dormit ea reuiuiſcente extremitates temporum coniunguntur. & ita poſſent decipi creditores, ſi forte putarent præſcriptionem incipere dormire a die præſentationis literarum: & ſic eis præiudicaretur, quod non patiuntur iura, quæ deceptis & non decipientibus ſubueniunt l. 2. ad Vell. l. ii decipiendum. C. eo. tit.

74 Eſt etiam quæſtio non inutilis, An præſcriptio † interrumpatur, vel quatenus perfecta ſit elidatur per reuocationem donationis factæ debitori per creditorem in illis caſibus, in quibus poteſt reuocari per l. fin. C. de reuoc. dona? Et primò videtur dicendum, quòd non; quia ex donatione facta debitori extinguitur actio, & actio ſemel extincta non amplius reuiuiſcit: vt per Docto. in l. Męuius. §. duobus. de leg. 2. ego autem crederem, quòd cōiungendo tempus debiti cum tempore donationis & reuocationis, ſi præſcriptio nondum erat perfecta, quòd interrumpatur; quia reuocatio fit ſolenniter coram iudice dicta l. fin. aut præſcriptio erat iam perfecta, & tunc credo etiam quòd elidatur; quia donatio, quæ poteſt reuocari ſecundùm caſum illius legis, eſt in ſuſpenſo, nec viuente illo qui donat poteſt dici uere perfecta, & quando venit tempus
75 reuocationis; exceptio præſcriptionis non debet admitti: quia † ſemel extincta non reuiuiſcat; quia verum eſt regulariter, ſed propter cauſam ſolet reuiuiſcere, vt per Pau. de Caſt. in dicta l. Męuius. §. duobus. per glo. in l. qui res. §. aream. ff. de ſol. Docto. in l. actione. C. de tranſact. & maximè quia habemus legem, quòd
76 donatio ex cauſa poſſit reuocari, verum eſt, quòd † ſi creditor habebat hypothecam, quòd ex reuocatione non reintegratur ad illam; quia pignus remiſſum non amplius recuperatur, in ter. Cęp. in tract. de vſucap pro donato, nume. 9. per l. primam. §. cum venditor. ff. quibus mo. pig. vel hypoth. Roma. conſi. 133. Anch. in c.
77 quamuis. colum. 1. de reſcript. in 6. vbi dicit, † quòd reſtitutio facta ob gratiam iam extinctam non trahitur retro ad tempus primæ conceſſionis, ſed dicitur noua gratia. Inferendo ad quęſtio. de creditore, cui poſt factum pactum de non petendo fit poſtea pactū de petendo, an recuperet ius prioritatis & vſuras medij temporis, & hæc poſſunt procedere; quoniam inter iſtum creditorem &
78 alium creditorem uertitur lis de potioritate, & tali caſu † poſterior creditor præfertur anteriori; cum ius anterioris creditoris deducatur in eſſe, poſtquam iam deductum eſt ius poſterioris, vt declarat Archid. in c. ſuſceptum. colum. 1. de reſcrip. in 6. quod notandum eſt pro limitatione regulæ, qui prior in tempore potior ſit in iure,
79 ſi verò † poſt commiſſam ingratitudinem creditor negligeret petere, ſiue reuocare donationem de iure communi, vbi non vigent ſtatuta ſpatio 30. ann. contra eum præſcribitur, minori autem tempore vbi ſtatuta diſponunt, late Tiraq. in d. l. fin. in verb. reuertatur, num. 390. & 396. vbi multa coaceruat, & ibi Rip. nume. 109. q. 43. vbi de reuocatione ob natiuitatem filiorum, idem in l. fin. nu. 232. q. 69. eod. tit. vide tamen in ter. Bald. in l. ſi vi vel metu. num. 7. & 8. C. quod met. ca.

80 Notandum eſt etiam, † quòd exceptio præſcriptionis poteſt eli di per replicationem reſtitutionis in integ. vt no. Bal. in l. 2. C. quib. non obiic. preſcrip. long temp. de cuius veritate vide Bar. in l. emptor. C. de long. temp. præſcrip. & Alex. conſ. 212. vol. 2.

81 Interrumpitur etiam † preſcriptio nedum corporalium, ſed etiā incorporalium per multos actus naturales, & per multos ciuiles, de quibus & eorum affectibus Doct. in c. illud. de preſcript. Bar. in l. naturaliter. de vſucap. gl. Alex. Iaſ. Soc. & omnes in l. fi. ff. de eo per quem fac. er. Aret. & Iaſ. in §. pęnales. de act. Corn. conſ. 180. multū copioſè. vol. 3. Dec. conſ. 247. Mil. in Reper. in verbo præſcriptio interrumpitur ex ſinodali, & in verbo preſcriptionis interruptio ſi fit naturaliter, vbi de mente Anto. de But. in c. illud. de præſcrip. di-
82 cit, † quòd interruptio per actus naturales prodeſt omnibus, ſed interruptio per actus ciuiles prodeſt tantum interrumpenti: & ibi
83 dicit † etiam, quòd interruptio facta contra vnum ex reis debentibus nocet omnibus, ad not. per Barto. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. de ſolut. & in l. fi. C. de duo. re. deben. & ad illud quod dixi, interruptionem per actionem ciuilem non prodeſſe, niſi interrumpenti, infert Pau. de Caſt. in l. more. in fi. C. de rei vendi. ꝙ ſi tu præſcribis contra me rem meam & tertius aſſerens eſſe ſuam mouit tibi litem, per litis conteſtationem ab ipſo faciendam non interrumpitur præſcriptio, quæ currebat contra me, niſi tertius expellat te de poſſeſſione; quia tali caſu cum illa ſit interruptio naturalis & nō ciuilis bene prodeſt mihi l. naturaliter. de vſucap.

Notandum eſt autem, quòd præſcriptio in incorporalibus interrumpitur per actum contrarium, vt dicunt Docto. in c. auditis. de præſcriptio. ita & taliter, quòd ſi etiam eſſet perfecta, tollatur per actus contrarios: & dicit Bellon. conſi. 8. nu. 16. ad not. per Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap. & per Bal. in authen. omnes peregrini. colum. fin. C. commun. de ſucceſſ.

An aūt qui non interrupit preſcriptionē vltra remediū denuntiationis euangelicę, de quo ſupra gl. 19. poſt nu. 240. habeat aliud, Doct. in l. rerū miſtura. ff. de vſucap. diſputant. An detur reſtitutio loquendo de illo cui nec ignorantia, nec aliud priuilegiū ſuffragat: & Alex. & Iaſ. in l. 3. §. Labeo. ff. de acq. poſſ. diſtingunt, an lapſi ſint pauci dies poſt præſcriptionem, & ꝙ detur, aliàs non. De quo etiā Ioan. Annib. in l. naturaliter. nume. 180. cum ſequen. ff. de vſucap.

& per

Source : BIU Cujas

& per Crot.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.num.138.ff.de liber.& posthum.

84 Vidimus,qñ interrumpatur præscriptio. Nunc autem † sciendũ est,ꝙ aliquando dormit, ita ꝙ ea sic dormiente statutum similiter acquiescat, & ideo si quis propter hostilitatem non potuit interrumpere præscriptionem, ei non currit nisi a die impedimenti cessantis.Abb.in c.ex transmissa.de præscript.& ibi Ancha.nume.3.& Imol.ac Fel.num.4.Rot.decis.12.de dolo,& contu. in antiq. Bart. in l.naturaliter.num.22.de vsucap.Imol.in l.penult.§.ad crimen.de publ.iud.glo.in pragm.sanct.de pacif. possess. in verbo hostilitatis. Afflict.decis.50.Mil.in Reper.in verb.citatio.num.22.vers.citatus personaliter,Innocen.in c.solitæ.de maior.& obedien.quod dictũ
85 procedit † etiam, quando quis est incarceratus,vt per Socy. consi. 80.num.5.volu.3.de cuius veritate vide supra in verb. creditores, num.23.& 29.procedit etiam,quando quis impeditur propter pestem vel aliam mortalitatem,vt per Anch.in d.c.ex transmissa.& in cons.443.num.12 quia vt etiam inquit Bar.in d.l. naturaliter.num. 24.maior est hostilitas Dei & fortior, quàm hostilitas hominum, Rip.in tract.de pest.de priuileg.contra pestem, num.151. Alexan. consi.81.volum.2.Socy.cons.85.num.3.vol.4.Gemin. cons.153. Abb.cons.46.& cons.57.& consi.94. vol.2. sed aduertendum est, ꝙ si quis etiam protestaretur de impedimento, protestatio non excusat, si adhuc durante tempore implendi actũ durat impedimentum.Ant.in c.ex ratione.& ibi Car.de appel.& Ang. cons.136.

86 Limitatur istud † commune dictum,si tempore hostilitatis quis potest habere saluumconductum, vel tempore pestis redditur ius in illo loco; quia (vt volunt communiter omnes in allegatis locis) quis non excusatur,sed currit præscriptio,vt etiam tenuit Anto.de But.in c.cum non liceat.de præscrip.& Fel.in c.accedens.q.9.vt lit.
87 non cont.quia † impedimentum,quod de facili potest reparari,nõ excusat.Bal.in l.quibus diebus.de condit.& demon.& in l.1.§. qui sub conditione.ff.si quis om.ca.test.Imol.in cle.2. de ętate & qual.
88 late.Card.in c.1.col.7.quo temp. mil.dummodo † non sit iustus timor;quia tunc non sufficiunt literæ de saluoconductu:vt no. Ancha.in c.statutum.§.1.col.3.de rescrip.in 6.& quod dixi, ꝙ quis tẽpore pestis si in eo loco redditur ius, in eo loco debet se conferre, non habet locum,quando valde timeret ad comparendum,maximè quando pestis esset propter aeris corruptionem, & complexio actoris esset talis:vt verisimiliter ex eius accessu dubitaretur de morte,vt per Ioan.And.in c.si verò.de iureiur.& ideo Henr.Boic.
89 in c.quoniam.vt lit.non contest.dicit,quòd vbi aer † est corruptus, si presbyter absentat se a beneficio requirente residentiam,nõ potest contra eum procedi ad priuationem, late glo.in pragm. sanct.
90 de pacif.poss.in verb.impedimentum,sed aduertendum † est,neminem excusari ab huiusmodi impedimentis, nisi de his protestetur, dixi ad aliud propositum,& nota.Afflict.d.decis.50.num.3.& glo. in c.cupientes.in 6.& in c.1.& c.plerunque.de rescrip.Doct.in l.vt perfectius.C.de ann.excep.Card.in d.c.col.7. in fin. sequitur Ang.
91 cons.140.& Alexan.cons.144. fallit † si impedimentum esset notorium; quia tunc non requiritur protestatio, maximè si constaret, ꝙ non potuisset interrumpere prescriptionem, etiam si voluisset. Pau.de Cast.cons.21.& cons.286.Car.in c.pastoralis. de re iud. & in alijs casibus,de quibus per Afflict.d.decis.50. & Areti. cons.16.
92 col.2.& notandum est, † ꝙ cum probatio impedimenti spectet ad actorem,actor debet clare per testes probare se fuisse impeditum; quia agitur ad actionem iam extinctam cõsequendam,vt per Bal. in l.non exigimus.§.si quis. num.2.ff.si quis caut. sed aduertendum est,quòd impedimentum debet esse tale, quòd quis non sua culpa in illud inciderit;quia tunc nõ excusat l.si vt certo. §. sed interdum, & l.in rebus.§.1.ff.comm.Card.in c.1.colum.7. quo temp. mil. nisi culpa ad aliud inferat; quia tali casu impedimentum etiam culposum excusat,vt not.Card.vbi supra per glos.in c.imputari. de regu. iur.& Bar.& Doct.in l.secunda.§.fin.ff.si quis caut. Abb. in c.cum inter.de excep.

93 Dormit etiam † præscriptio tempore feriarum repentinarum, vt not.Abb.& Fel.Anch.& alij in d.c.ex transmissa, & Bald.in l.sed nec ad eos.§.sed ferię,& in l.sed & si.ff.ex quib.cau.mat.Secus autẽ tempore feriarum vitatarum;quia tali casu currit prescriptio;quia eo tempore potest offerri libellus,vt per Anto.in c.præterea.de dilat.quod dictum procedit etiam tempore feriarum in honorem Dei; quia etiam tali die quando res est tempore periturа potest offerri libellus etiam tempore feriato in honorem Dei. Anto.in c.fi. de iud.Bal.in l.1.C.de fer.Mil.in repert.in verb.feriæ.nume.6.& sic tempus statuti currit contra istos,quod verum est, quando tẽpus est continuum,secus autem si vtile; quia tunc requiritur ad oblationem libelli,ꝙ iudex sedeat pro tribunali,vt per Bal. consi.71.tẽpus.vol.3.& cons.291.in princ.& videndum.vol.4.

94 Videtur etiam, † ꝙ tempore quo quis est pauper & non habet vnde litem sustineat non currat prescriptio; quia paupertas est iustum impedimentum l.si procuratorem.§.ignarus.ff.man.Abb.in c.si ratione.de pig.Barb.in c.significantibus.num.7.eod.tit. Cassad. decis.6.de appel.Bal.in l.1.§.si quis.ff. si quis cau. & late ibi Alexan. Math.sing.vlt.Crem.singul.121.Iaſ.in l.inuitus.C.de procur.Fely. in c.significantibus.de offic.deleg.Paris.cons.102.num.9.lib.4.Bal.
95 † cons.5.quæritur vtrum viduæ, volum.1. vbi dicit, ꝙ si quis propter paupertatem non appellauerit, vel causam nõ prosecutus fuerit, excusatur,quod dictum limitatur ab omnibus non procedere in eo,qui sua culpa incidit in paupertatem,vt late per Iaſ.in authen. res quæ.num.21.C.com. de leg. Sed mihi videtur principale dictũ Doctorum,ꝙ quis propter paupertatem excusetur non ita simpli
96 citer adaptari ad casum nostrum,& ideo † dicas,ꝙ aut pauper erat præsens vbi & debitor,aut absens:si absens,videtur legitimè excusatus;quia non potuit mittere procuratorem per ea, quæ late tradit Paris.d.cons.102.num.9.vol.4.aut erat præsens, & carceratus, vel infirmus,& videtur idem dicendum, aut erat tantum impeditus propter paupertatem,& tunc ego credo, ꝙ paupertas nõ operetur in præscriptione,quæ sola citatione interrumpitur: nemo est enim tam pauper & tam mendicus, vt non possit aliquem facere
97 citari,& unum notandum † est,quòd si quis tempore præscriptionis esset diues, debet docere ꝙ ex sequenti tempore post impedimentum acquisiuit diuitias, aliàs non videtur fuisse pauper tempore quo potuisset interrumpere præscriptionem, vt per Aegi.decis. 44.Allegatio paupertatis,Anch.cons.5.Afflict.decis.377.nume.4. late Tiraq de vtroque retract.in §.32.glo.vnica,nu.34.

Et est ratio:quia de iure paupertas nõ presumitur l.si defunctus. C.arb.tut.Et ideo qui allegat paupertatem debet illam probare,vt in simili arguit Anch.cons.214.ex narratis,vbi dicit, ꝙ si patronus alicuius beneficij vult ali à rectore sub prætextu paupertatis debet de illa docere, vt per Laur.Silu.cons.2.num.66. & Alex. cons.130. volum.4.bene verum est,ꝙ qui prætextu paupertatis vult restitui, debet docere de bono iure, argum. de illo qui vult restitui ad appellandum: quia illi non datur restitutio, nisi prius docto de bono iure Rot.decis.5.de restit.in integrum,in nou. & ita iudicatum fuit in vna Floren.de anno 1557.coram Illustrissimo Cardinale de San cta Cruce, tunc Auditore, & nuper in vna Visen. parochialis de præsente Anno de mense Ianuarij me informante coram R.P. D. Lancelloto.

98 Impedit etiam † cursus præscriptionis aduersus eum qui propter obedientiam alicuius vel debitam vel coactam non potuit interrumpere,quod etiam procedit,si obedientia esset præsumptiua; quia talis obedientia tollit præsumptionem contumaciæ etiã personaliter citati l.diuus.de in integ.rest. Bal. in l.siue possidetis. in fin. C.de prob. quod dictum procedit etiam in illo, qui propter metũ non potuit interrumpere præscriptionem per ea quæ no.Alexan. cons.99.volum.3.& Gom.in tract.Breuium,num.29. Dec.consi. 219.& in l.in omnibus causis,& ibi Cagn.de reg.iur.& ego multa coaceruaui in meo tract.de prælatione, quæst. quid si mulier metu fundum dotalem vendat.

99 Sed potest dubitari † an præscriptio, quam dixi pluribus modis interrumpi,interrumpatur per procuratorem creditoris?Breuiter agendo dicendum est,ꝙ aut quis est procurator ad lites, & nõ est dubitandum,ꝙ sic, aut ad negotia, & tunc aut est ad omnia, aut ad aliqua tantùm.Primo casu potest:quia talis potest agere,vt no. Spec.in tit.de procur. in princ.nu.3. & ibi Io.And.Anch.Domi.& alij in c.qui generaliter.de procur.in 6.Bar.in l.sed & si procuratorem.de iniur.& l.nam & nocere.de pac.Imo.in c.fi.de prob.Alex. & alij in l.procuratoribus.C.de procu.Aut est procurator ad vnũ negotium tantum,& tunc etiam distinguitur, aut est ad cõtrahendum,& tunc quia non habet istud in mandato,non potest excede
100 re,vulgatis iuribus,aut est † procurator ad exigendum, & tũc pro exactione quantum opus sit,talis potest agere & litem contestari, vt no.Bal.in l.quod quis.nu.1.& ibi alij.C.de procur.quia talis videtur habere mandatum ad iudicia & ad negotia l.si quis seruo.ff.de sol.vbi Pau.de Cast.num.2.dicit,ꝙ exigere est ab inuito extorquere,& sic in iudicio l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3.cum simil.&
101 aduertendum est,ꝙ † procurator ad exigendum nisi expresse hoc habeat in mandatis non potest substituere; quia videtur electa industria personæ,vt not.Bal.in d.l.quod quis, num.4.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio extraiudicialis regulariter non interrumpit præscript. statutariam, declara num.2.*
2 *Literæ missiuæ interrumpunt præscriptionem.*
3 *Interpellatio extraiudicialis interrumpit de iure communi præscript. in act. personalibus.*
4 *Interpellatio extraiudicialis quomodo fiat.*
5 *Debitor negans se non fuisse per creditorem interpellatum debet docere de ista negatiua,contra 7.*
6 *Argumentum a communiter accidentibus transfert onus probandi in negantem.*

Vel saltem de interpellatione. Glos. XXII.

1 INterpellatio † extra iudicialis rẽr non interrumpit præscriptionẽ statutariam seu legalem l.alienam.& ibi Bar.Din. & Alb. de Ros.ff.pro emp.& notatur in c.olim causam.de cẽs. glo.in l.vlt.in verb. acquirat, & ibi Socyn.nume.19.& Iaſ. nume. & Alexand.numero 15.ff.de eo, per quem fac. et. multa coacer-

Source : BIU Cujas

uat Tiraq.de vtroq. retract.in tit.2.in §.4.in verb.conſigner, num. 37.cum ſequen.Fely.in cap.illud.num.17. & in c.nihil.nume.6.de
2 præſcript. † late Boer.deciſ.333.nu.4. cum ſequen. vbi dicit etiam, quòd per literas miſſiuas interrumpitur præſcriptio. Et ideo ſi nos non haberemus ſtatutum, interpellatio extraiudicialis nihil operaretur, quod dictum poſſet declarari procedere quò ad actiones
3 reales, & non quò ad perſonales; quia etiam † de iure communi in perſonalibus ex ſola extraiudiciali interpellatione interrumpitur præſcriptio, vt videtur velle Pau.de Caſtr.in l.ſi autem. §. ſi homo. num.3.de re.vend.in prælectionibus nouis, per l.ex diuerſo.in gl.
4 magna.ff.eod.quomodo † autem fiat interpellatio extraiudicialis, late no.Dec.in l.vinum.num.14 & ibi Iaſ.num.15.ff.ſi cer.petat.& Ioan.de Ana.conſ.5.num.3.vbi dicit, quòd interpellatio extraiudicialis conſtituit in mora, niſi allegetur aliqua exceptio; quia tali caſu quis non incidit in mora l.ſciendum.ff.de vſur. Sed quia nos habemus ſtatutum, quod decidit iſtam quæſtt. ideo non inſiſto.

5 Notandum eſt † autem, quòd ſi creditor diceret, ſe extraiudicialiter interpellaſſe debitorem, & debitor negaret, ad debitorem ſpectat onus probandi ſe non fuiſſe interpellatum: ita ſingulariter not. Rom.ſing.402. quis debet probare, per l.in fideicommiſſ. in princ.
6 ff.de vſur.ibi, communiter accidit: ſed † locus communiter accidentibus transfert onus probandi in negantem.glo.in l.neque natales. C.de prob.hoc dictum Rom.refert Fel.in c.nouit.in fi.verſ.& no. quòd neganti, de iud.ſed ipſe dubitat; quia iſta eſt mera negatiua, ergo improbabilis, & ego credo, quòd dictum Rom.non ſit ve-
7 rum; quia creditor † dicens ſe interpellaſſe debitorem ad euitandã præſcriptionem fundat ſe in iſta interpellatione, ergo ad ipſum probatio huiuſmodi ſpectat per ea, quæ not. Lanfran. & alij in c. quoniam contra.de prob.& Anch.in c.1.de confeſſ.in 6. quid autem ſi creditor dicit debitori ſuo. Ego indigeo pecunia, quam mihi debes an dicatur debitor interpellatus: vt non poſſit præſcribere, quòd ſic no.Bar.in l.1.num.11.de noui ope.nunt. quem ſequuntur communiter Docto. vide Igneum in q.9.an Rex Franciæ, colum.24. verſic.creditor.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quæ tollantur per ſtatutum.*
2 *Actiones redhibitoriæ, iniuriarum, de dolo & ſimiles temporales non tolluntur per ſtatutum facto debitoris, ſed de ſui natura intereunt.*
3 *Actiones perpetuæ non præſcribuntur per debitorem, in quem diriguntur verba ſtatuti, ſecus ſi diriguntur in debitorem.*
4 *Obligatio naturalis quando tollatur per ſtatutum, & quando ciuilis, & nume.6.*
5 *Debitor tenetur excommunicato ciuiliter & naturaliter, licèt tempore excommunicationis excommunicatus non debeat audiri.*
6 *Si ſtatuto cauetur, quòd talis cadat a iure ſuo, tollitur obligatio ciuilis, & elidit ur naturalis.*
7 *Mentio facta per ſtatutum, ut creditores infra certum tempus agant, tollit omnem obligationem.*
8 *Statutum Vrbis de præſcript.an tollat actiones reales. nu. 11.*
9 *Soror ſi facit generalem renuntiationem omnium bonorum, quæ ſibi debentur, iſta renuntiatio non extenditur ad res, quæ actione reali uendicari poſſunt.*
10 *Teſtator legans liberationem debitoribus ſuis non dicitur legare debitoribus actione reali.*
12 *Res præſcripta ſi reuertitur ad dominum, an poſſit per dictum D. bonafide retinere.*

Et ſublatam eſſe actionem. Gloſ. XXIII.

1 QVæſtionis eſt † quas actiones huiuſmodi ſtatutum tollat? Pau.de Ca.in l.ſequi-
2 tur.§.ſi viam.ff.de vſucap.dicit, † ꝙ aut actio eſt redhibitoria, actio iuriarum, de dolo & ſimiles, & tunc ſtatutum tollit has actiones non ex facto debitoris, ſed quia actiones
3 de ſui natura intereunt: aut † ſtatutum loquitur de actionibus ſui natura perpetuis, & tunc ſi ſtatutum dirigit verba in debitorem, vt præſcribat, quatenus ſit malęfidei, non præſcribit contra præfatas actiones; Si uerò ſtatutum dirigit verba in creditorem, tunc etiam aduerſus præfatas actiones, vt tenuit Pau.de Caſt.in d §.ſi viam.&
4 in l.hæc autem.de ſeruit.vrb.præd.& quia † multum refert ſcire per quæ verba loquantur ſtatuta adhoc, vt cognoſci poſſit, quę actio, & obligatio extinguatur. Bal.opt.examinat in c.1.§.ſi quis.nu.10. ſi de feud.fue.contro.vbi dicit, ꝙ aut ſtatutum vult creditorẽ, qui infra certum tempus debitum non petit, intelligi ſolenniter liberaſſe debitorem per acceptilationem, vel ei ſolutum fuiſſe in effectu; & in his caſibus tollitur naturalis obligatio vltra ciuilem ſaltẽ in effectu. Bal.ſequitur Bero.in Rub.de præſcrip. nu.48. vbi extendit etiã ad ſolutionem præſumptam per ſtatutum, cum ſtatutum poſſit fingere & præſumere, vt per Fel.in c.fi.de præſcrip.num.6.verſi.7. Sed Bal.in allegato loco videtur dubitare de ſuo dicto: quia re vera naturalis obligatio non poteſt tolli, & ideo cum de iure canonico naturalis obligatio pariat actionem, vt no.Ang.in l.1.§.pueritiam.ff. de poſtul. & ideo poterit recurri ad eccleſiam, vt etiam videtur in-

nuere Fel.vbi ſupra contra Bal. Sed Bal.defendi poſſet; quit Fel. præ ſupponit malamfidem, quo caſu concordant omnes, ꝙ non inducatur præſcriptio: ſed in iſto articulo præſupponitur, præſcriptionẽ induci ex facto, & negligentia creditoris: ex quo etiã de iure canonico tollatur naturalis obligatio, quod maximè procedit, qñ ſtatutum ſimpliciter nõ ſe fundat in negligentia; & tunc ẽt vĩ velle Bal. ꝙ ratione peccati in foro canonico nõ elidatur creditum, ſecus in foro ſtatuentium, & licèt Bal.videatur contrarius in verbis, conuenit nihilominus in ſenſu quia in primo caſu præſupponit bonam, in ſecundo verò malamfidem. Si verò ſtatutum nõ dirigat verba ad obligationem, ſed ſimpliciter ad creditorem, vt in primo ſtatuto Vrbis, vbi habetur, ꝙ creditur negligens in petendo debitum vlterius non audiatur; tunc nulla obligatio tollitur, argumento de ex-
5 communicato † qui non debet audiri, & tñ ex contractu ante excommunicationẽ vel etiam poſt debitor ei naturaliter & ciuiliter tenetur, licèt interim petitio ſuſpendatur, & propterea ſtatutũ nõ impedit, quin poſſit agi in foro eccleſiaſtico, niſi alia iuſta cauſa repellat eum; vt quia ſtatutum dicit non audiatur, quia non ſoluit gabellam, hoc idẽ voluit Bar.in d.l.ſequitur.§.ſi viam, & Bero.vbi ſupra. & facit quod voluit Bal.in tit.de pace Conſtantiæ, in §.Imperialis.in fi.vbi dicit, ꝙ ſi extat ſtatutum: vt talis non audiatur, ſententia pro eo lata valebit, niſi perſona ſit talis, ꝙ habeatur pro mortua, vt
6 bannitus: ſi verò ſtatutum dicat, † ꝙ talis negligens cadat a iure ſuo; tunc tollitur obligatio ciuilis & eliditur naturalis, vt latè per Bar.in d l.ſequitur.§.ſi viam. & Pau.de Ca.in l.fi.§.1.ff.rem rat.hab.& iſta eſt communis opinio, ſm quam iudicauit Rot.coram Vorſtio bis de menſe Ianuarij 1541.in Fulginatenſi pecuniaria, vt refert Gom.
7 deciſ 91.incipit, Bar.l.fi.ſed † ſi ſtatutum incipit a monitione ꝑ verba ſimilia, monemus omnes creditores & dominos, vt agant intra certum tempus, aliàs priuamus eos ſuo iure, tunc omnis obligatio eſt ſublata, vt per Bal.in c.debitores.in fi.de iureiur. & Fel.in d.c. fin.ver.ſextam, de præſcript. licèt videatur impugnare ex dicto Bal. in auth.ad hæc.vbi dicit, ꝙ nulla vis verborum poteſt tollere naturalem veritatem; quia ipſe Bal. ſentit contrarium in l.bene à Zenone.C.de præſcrip.30.ann. Vbi uoluit, ꝙ ſi extat ſtatutum, vt elapſo certo tempore tollatur omnis obligatio naturalis & ciuilis, ꝙ ipſo iure tollitur; quia ſtatutum illud non poteſt, quod poteſt imperator, quod etiam procedit, ſi diceretur, omnis actio & obligatio tollatur. Bar.autem in l.fin.§.fi.ff.rem rat.dicit, quòd quando quis liberatur tempore ex conditione; quia voluit eſſe obligatus vſque ad tantum tempus & nõ vltra, tollitur naturalis obligatio, & remanet ciuilis, quando verò quis liberatur: quia tempore tenetur actione temporali, ciuilis tollitur & remanet naturalis: quando verò quis tenetur actione perpetua, ſed liberatur ſpatio triginta, uel 40.ann. tunc idem eſt; quia ius ciuile elidit tantum naturalem in effectu l.ſicut.& l.omnes. C.de præſcrip.30. ann. & hoc ſentiunt ibi Bald. Pau.de Caſt.& omnes vltramontani, uidelicet in d.l.fi.& Bal.in d.l. omnes, & in l.cum quis.C.de iur.& fac. ign. Ego non video quare plus poſſit pactum quàm lex, uel ſtatutum, ita ꝙ ſi per pactum tollitur naturalis, non tollatur etiam per ſtatutum, ſed ut tollatur omnis difficultas, ſtatutũ Vrbis præter clauſulam, ꝙ creditor ulterius non audiatur, tollit etiam actionem, & inducit præſumptionem ſolutionis: pro pleniore autem intelligentia uide Boer.deciſ.344.nu.
8 3.cum ſeq Maior autem difficultas uerſatur, An ſtatutum † extendatur ad actionem realem, uel hypothecariam, quę inter ſe in hoc differunt. Nam regulariter actio perſonalis præſcribitur 30. annis, realis 40. & hypothecaria habet diuerſa tempora: quia res hypothecata præſcribitur à poſſeſſore bonęfidei ſpacio 10.annorum inter præſentes, & 20.inter abſentes, & malęfidei poſſeſſore 30. annis, & cõtra eccleſiam habentem hypothecariam præſcribitur tantum ſpacio 100.annorum, glo.& Ioã.Plat. in l.apud.C.de cenſ. & cenſi.lib.11. ſed ad caſum noſtri ſtatuti in curia Capitolina fertur, diſpoſitionem illius praxi non extendi ad actionẽ realem.& adhoc Bal.in tit.de act.in prin.nu.3.dicit, ꝙ ſi ſtatutum haberet creditorẽ negligentem in petendo debitum poſt certum tempus non audiri, ꝙ tale ſtatutum non tollit actionem, cum ſit odioſum, & maximè quia in actione reali non petitur, quod ſibi debitum eſt, ſed qđ ſuum, & hoc idem ſentit Aret.in glo.debetur, & Ial.num.98.idem
9 Iaſ.in l.Aurelius.§.Męuius.ff.de lib.legat.ubi de mente Bal. † infert ad quęſtionem, ꝙ ſi ſoror facit generalem renuntiationem omniũ bonorum, quæ ſibi debentur, iſta remiſſio non extendetur ad res, quas poſſet uendicare actione reali: & ideo ſi in contractibus ſub uerbo debitum non comprehenditur actio realis, multò minus in ſtatutis, quæ ſunt ſtrictiſſimè intelligenda, & hoc etiam uoluit Pet. Raue.in ſuo Alphab.in uerbo ſtatutum, & Pet.Duenas de reg.iur. regula 6.limit.1.& Goz.in l.2.C.de pact.int.emp.Bal.conſ.485. ſtatuto ciuitatis Cumarum, uol.1.Doct.in l.1.ff.ſi cer.pet.& in d.l.Au
10 relius.§.Męuia. ubi in † ſpecie Rom. & Bal.in l.cum neceſſitate. C. de fideicom. ubi dicit, quòd ſi legatur per teſtatorem liberatio omnibus debitoribus, non liberantur debitores actione reali. Alexan. conſi.45.uolum.primo. aliàs 402.uolum.2.idem in l.prima.ſi cer. peta. ubi atteſtatur de communi; quia aliud eſt aliquid eſſe meum, vel mihi debitum. glo. clemen. auditor. in verb. debitum, de reſcrip.

Source : BIU Cujas

script.Salic.in d.l.1.si cer.pet.Bald.in l.pe.C.quod cum eo. & in l.fi. C.de comp. & in l.pactum q.12.de coll.Roma. consi. 195.in casu præsuppositio.Alex.consi.310.& 428.uol.3.Paul.de Cast.in l.hæc autem.de ser.urb. præd.& in cons.285. aliàs 288. Bald.in l.ueteris. C.de pręt.pign.ubi dicit,ꝙ negligentia creditoris facit perdere possessionem,non autem ius reale,sequitur Riminal.in le. j. de iurisd. om.iud.In contrarium autem, quòd actio realis comprehẽdatur multa adducit Gomes.Inst. de act.in prin.nume.69.& uidetur esse text.in l.pecuniæ.§.hoc uerbum.de uerb. signifi. ubi dicitur,uerbũ debere omnem actionem comprehendere,& ibi de reali:& sentit Alciat.quia(ut ipse inquit)in l.creditores eod. tit. qui possidet rem meam, omnino mihi debet. Prima opinio est magis communis, quam sequitur Cęp.in d.l.creditores, & Fely:in d.c.fi.de præscript.

11 ego crederem † ꝙ in casu statuti comprehendatur etiam realis: qa extenditur etiam ad ius hypothecæ, & hypotheca est actio realis l.si fundus.§.in uenditione.ff.de pigno.l.intelligere.C. de luit.pign. l.ex textante.§.Latinus.ff.de excep.rei iud.Bald.consi. 385. statuto ciuitatis Cumarum,uolu.1.hinc uidemus, quòd in hypotheca uenit quilibet debitor.l.nomen.C.quæ res pign.Bald. consi. 25. in q. uertente.uolumi.1.& quia ista fictio inducta post statutum est inducta in odium negligentis propter identitatem rationis debet extendi ad omnes actiones etiam in statutis non loquentibus de hypotheca;quia statutum,quod intendit uelle dirimere lites,& quòd res in incerto non remaneant,ut not.Pau.de Cast.in l.fina.rem rat. hab.ideo debet extendi ad actionem realem, ne frustratoria & inutilis sit dispositio statuti:& cum finalis intentio statuti sit dirimere lites,nullũ effectũ produceret, si nõ extenderet ad reales actiones, & iõ ne sit delusoria eius dispositio,uel ludibrio,est omnino facienda extensio de personali ad realem l. si stipulatus fuero per te non fieri.ff.de uerb.obliga.Imol.in l.3.de test.late Cępo.in tract.de leg. extens.in uerb.de causa finali,num.4.cum sequen.& hæc dixi quò ad omnia statuta. Bald. autem in l. ancillæ. nume.9. cum seq.C.de furt.dicit,quòd huiusmodi statuta non extenduntur ad publicanã actionem,ut late ibi per eum.

12 Sed potest dubitari,quòd † si postquam uigore istius statuti sublata est omnis actio Domino in fauorem creditoris: Deinde res ipsa sic præscripta reuertitur ad dominum, An talis dominus non obstante præscriptione huiusmodi poterit rem suam retinere & expellere illum,qui præscripserat.Anch.in c.cum dilectus. num. 4. 5.de ord.cogni.mouet istam q.& tenet quòd sic, referẽs se ad not. in l.si quis emptionis.C.de præscript.30.ann.& authen.nisi trienna lis.C.de bon.mat.uide Bald.in d. l.si quis emptionis. in prin.nume. 3.& in §.sed hæc ea l.Rip.in Rub.de cau.poss.& propr.num.44.dicit hanc esse communem opinionem de mente Ioan.in le. si quis emptionis.de prescript.30.uel 40.an.

Adde etiam,quòd si ille,qui præscribit mala fide, cadat à possessione,& possessio peruenit ad alium, ille tertius non potest repellere dominum uendicantem, neque allegare præscriptionem ab aliquo factam.Aret.consi.103. nu.8. not.in l.si quis emptionis.C.de præscript.30. ann.& ibi Doct. nisi forte ille tertius esset bonæfidei emptor,& haberet rẽ etiam ab alio bonæ fidei emptore,qui emerat a malo;quia in tali causa non habet locum auth. malæ fidei, ut ibi dicit Ioan.Fab. immo subdit, quòd si debitor, qui sciebat rem obligatam alienat, emptor nihilominus præscribit hipothecatam: ut per Specul.in titul.de præscrip.§.quòd si debitori,uersi.sed nunquid, & Afflict. in usibus feud. tit. si de feud. fu. cont.int.dom. & agna.nu.7.& seq.ubi late examinat,quando eiectus repellatur præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio iuris habet uim legitimæ probationis.*
2 *Qui habet præsumptionem iuris pro se, releuatur ab onere probandi.*
3 *Probatio ad impugnandam præscriptionem iuris debet esse apertissima.*
4 *Præsumptio hominis quæ sit.*
5 *Contra præsumptionem iuris non admittitur aliqua consuetudo, uel statutum.*
6 *Iuramentum si præsumatur a statuto dolosum,nihil operatur.*
7 *Præsumptio iuris licèt releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere allegandi & articulandi.*
8 *Testes inducti ad probandam præscriptionem debent probare de continuatione possessionis.*
9 *Testis si dicat,aliquem possedisse a 16.annis & citra,non probat continuationem possessionis.*
10 *Dictio,& denotat continuationem.*

Quæ præsumptio iuris esse intelligatur.
Glos. XXIIII

1 PRæsumptio † Iuris habet uim liquidissimæ probationis l. licèt, ubi Alexã. & Ial.de legat.primo.l.si tutor.C. de pericul. tut. Cur. Iun.in rub. C. de eden.nu.26.& in l.fin. nu. 52. C.de edicto diu.Adria. tollen. & in rubr.C.de pact.nu.11.Dec.c6.54. nu.3.& cons.222.nu.8.& Socin.Iun.consi.1.nu.17.& consi.3.nu. 35.uolu.2.Alex.consi.193.uolu.2.& consi. 483. uolum.5.late Tiraq in l.si unquam.in uerbo donatione largitus,num. 188.C.de reuocan.donatio.& Felin. in ca. quanto.nu.2.de præsumptio. & est

2 † tanti roboris præsumptio iuris,ꝙ qui habet eam pro se releuatur ab onere probandi,& transfert onus in aduersarium. Barto.in l.illa.ff. de uerb. obliga. & ea de causa transfert onus probandi in aduersarium: quia natura eius non est firmare pedes super eo, quod præsumitur,in tantum quòd aliquid statuat;ut per Felin.& Abb.in dicto ca.quanto.de præsumptio. hinc uidemus statutum admitte

3 re probationem in contrarium,uerum est,quòd † probatio debet esse apertissima & clarissima ad impugnandam præfatam præsumptionem l.fin.ff.quod met. ca. & Specul. in titu.de probatio.§.fin. dicit, quòd ad impugnandam huiusmodi præsumptionem requiruntur tres testes, uel saltim duo multum excellentes, & in omni exceptione maiores & ideo Albericus,Fulgo.Ias.& alij in l.si extraneus. ff.de condit. cau. dat. dicunt, quòd uolens insurgere contra huiusmodi præscriptionem grauatur duriore probatione;& est ratio, quia ut not. Felin. in rubri.de probatio. num. 2.ille qui habet præsumptiones uel coniecturas a iure approbatas perinde probat ac si uerè & propriè intentionem deduxisset,in l.si tutor.C.de periu.tut.& ibi Bald.dicit,quòd ubi requiruntur probationes liquidissimæ ad uictoriam reportandam sufficit probare per præsumptiones a iure inductas,pro eius dicto multa accumulat Fely.ubi supra & notandum est, quòd præsumptio iuris in hoc differt a præsumptione hominis,ut not. Bald.in l.siue possidetis. C. de probatio. ex eo quia præsumptio iuris exprimitur a l. mera, & certa scientia le-

4 gis præsumptio † autem hominis est, quando lex eam non exprimit;sed eam relinquit arbitrio iudicis, qui considerata qualitate personarum habeat arbitrari, not.etiam Cur.Iun.in l.prima,numero

5 45.ff.si cert.petat.& sciendum est, ꝙ † contra præsumptionem iuris non admittitur aliqua consuetudo,siue præscriptio,nisi sit inducta a tanto tempore,cuius initij memoria non habeatur.Paris.consilio 25.nu.23.uolum.1.Aretin.consi.132.Alexan.consi.14.uolu. quarto. quod dictum uerificatur etiã,quando dispositio per uiam conditionis exigeret probationem,ut not.Paris.consi.80.num.16. uolum.1. & Dec. in rubr.de præsumpt. num.24.cum sequen.qui

6 multa coaceruat,est etiam tanti roboris ista præsumptio,quòd † si a iure uel statuto præsumatur aliquod iuramentum dolosè præstitum,illa præsumptio habetur pro ueritate, & annullat cõtractum. Socin.Iun.consi.3.num.35.uolu.secundo, per doctr.Petr.de Ancha.in cons.330.& Alexan.consi.151.uolu.7.& Corn.consi.135. uolum.primo,& consi.99.& 121.uolum.quarto,Barb. consi.21. uolum.primo, & de communi attestatur Socin. ubi supra: est ta-

7 men ad unum aduertendum, ꝙ † licèt præsumptio iuris releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere allegandi & articulandi;quia huiusmodi præsumptio licèt non sit probanda,est tamen articulanda,ut uoluit Bar.in l.cum seruus. de uerb.obligatio. & Par.consi. 27.nu.89.uolu.primo, ubi dicit,quòd non præsumitur præscriptio nisi allegetur & probetur,ut in c.auditis.de præscri. & quò ad præsumptionem iuris simpliciter a iure uel statuto inducta,ꝙ requiratur allegatio & articulatio, tenuit Soc.Iun.consi. 7.nume.9.uolu.1. & Thom.Doctius consi.204. & Socin.Senior consi. 149.nume.6.uolu.primo, ꝙ dictum restringitur per eundẽ Socy.Iun.consi.29.num.19.uolum. primo. quando præsumptio iuris oritur ex facto illius, qui debet eam allegare,aliàs secus,ut per Bart.in l.cum quid.ff.si cert. petat. sed dicendum est de mente Bal. in consi.295.Petrus Lõbard.uol.3. ꝙ aut lex siue statutum præsumit super eo,quod consistit in animo proprio, & tunc debet allegari,quando præsumitur l.si adulteriũ cum incestu.§.1.ff. de adult. aut consistit in animo alieno, & tunc sufficit allegare qualitatem, ex quo illud quod lex præsumit inferatur l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cred. Aliàs semper debet allegari res ipsa, ut per eũdem Bal. cons.403.Io.Simonem.uolumi.eod.ubi dicit, ꝙ ubicunque aliqd est necessarium ad intentionem fundandam, dato ꝙ illud præsumatur a iure, adeo ut in dubio non sit necesse probari, est tamen semper necesse allegari Sed aduertatur: quia ista doctrina, quæ habet,ꝙ præscriptio non est probanda sed tantum alleganda,non uidetur tuta;nam si dico præscripsisse, necesse est, ut doceam de præscriptione,aliàs omnes creditores defraudarentur;quia semper debitores defraudarentur; quia semper debitores allegarent præscriptionem. & de hoc etiam dixi in ulti.gloss. concordando opiniones,potest dici esse uerum in præscriptione quæ habet prẽsumptionem iuris; sed si quis debitor, seu qui uult præscribere fundat se in tempore, dico ꝙ præscriptio non solum est alleganda,sed etiam ꝓbanda,& ideo dicendum est,ꝙ si quis dicat uigore statuti.præscripsisse aliquam rem immobilem; quia eam per 16. annos possederit, debet probare tempus 16.annorum, & quatenus uelit proba-

8 re per testes;debent † testes deponere de continuatione temporis

9 16.ann.ita † ꝙ si testis deponeret talem possedisse a 16. annis & citra,per istud testimonium non esset probata præscriptio;quia ut dicit Anchar.in cap.licèt.nu.14.de probat.tempus præcedens usque ad tempus testimonij lati uidetur includi,& sic detrahi debet tempus,quo fuit facta citatio,& contestatio in causa,quod tempus de

tractum

Source : BIU Cujas

tractum facit,ut præſcriptio, quæ requirit extremitatem temporis, non ſit perfecta l.more C. de rei uendi. & idem eſſet, ſi teſtis diceret.poſſedit 16.annis citra; quia poſſidendo per unum diem,ut dicit Anchara.ubi ſupra,uerum eſt,ꝙ poſſedit a 16.annis citra,ut per Docto,in cap. ad audientiam. de præſcriptio.& in cap.Abbate.de uerbo,ſignificatio. ſecus autem ſi teſtis diceret,talis poſſedit 16.an
10 nis & plus,uel & citra,propter copulam illam,&,quæ denotat continuationem perfectam, ad not.in c.inter dilectos.de fide inſt. hæc uolui notare hic quia Anch.in d. c. licèt dicit omnino eſſe aduertẽdum, ut qui articulant,faciant articulos continentes poſſeſſionem continuatam, & de natura dictæ dict. & late dico in tract.dictionum;in dictione ac,& dict.&.

Si uerò teſtis deponeret de tempore præſcriptionis per dictionem circa,tunc aduertatur ad articulos; quia ſi articulus dicit,ꝙ talis poſſedit per 17. annos & teſtis diceret ꝙ poſſedit per articulatũ tempus in circa, benediceretur probata præſcriptio: quia in ſtatuto Vrbis ſufficiunt 16. anni, & illa dictio circa, parum detrahit de tempore articulato,ſed ſi articulus eſſet, ꝙ talis poſſedit per 16 annos,illa dictio denotat perfectionem tanti temporis, & propterea ſi teſtis dicat tunc incirca,quia (ut dixi) illa dictio detrahit non autẽ auget,nõ diceretur probata intentio actoris Barto.in l. Celſus.ubi Claud.de Scifel.& Balb.nu.149.ff. de uſucap. ubi late de iſta & ſimilibus dictionibus,& Pariſ.conſi.104.num.13. uol.1.Deci.conſ. 354.& late Soci.Iun.conſi.135 col.2 & Gozad. conſ. 55. nu.9.

SVMMARIVM.

1 *Probatio contra præſcrip.quo in loco fieri debeat.*
2 *Confeſsio extraiudicialis, qua ego confiteor, dominium rei meæ eſſe tuum, non mihi præiudicat.*
3 *Confeſsio extraiudicialis tollit præſcriptionem.*
4 *Confeſsio facta coram arbitratore uel arbitro dicitur extraiudicialis.*
5 *Omnis confeſsio cum cauſa parit plenum præiudicium confitenti.*
6 *Confeſsio uerbalis tantum operatur ad oſtendendum perſonam obligatam, quantum traditio facta cum cauſa ad tranſlationem dominij*
7 *Confeſsio extraiudicialis facta parte præſente facit plenam probationem etiam in præiudicium hæredis confitentis.*
8 *Renuntiatio non requirit præſcientiam iudicis,niſi fiat a perſonis prohibitis.*
9 *Confeſsio extraiudicialis ad hoc ut operetur, requirit acceptationem, fallit parte præſente.*
10 *Negatiua non poteſt probari.*
11 *Triplex ex negatiua..*
12 *Magis creditur duobus teſtibus affirmantibus quàm mille negantibus, fallit nume.13.*
14 *Mera negatiua probatur per confeſsionem propriam.*
15 *Confeſsio non eſt probatio, ſed probationis releuatio.*
16 *Confeſsio propia tollit præſumptionem iuris & de iure.*
17 *Confeſsio partis, quòd ſententia lata ſit nulla, facit eam retractare.*
18 *Teſtis deponens de facto proprio in aliena cauſa probat.*

Niſi contrarium probetur per debitorem.

Gloſ. XXV.

QRiuntur Ex iſtis uerbis duo non modicæ conſiderationis & utilitatis.Primò quo in loco debeat probari contrarium per creditorem. Secundò, quomodo debeat fieri iſta probatio. Quò ad
1 primum † uidetur dicendum, ꝙ probatio ſit facienda in iudicio; quia quod fit extraiudicialiter non probat per ea, quæ not.Paul.de Caſt.in rubri.C.de prob.num.2.ubi dicit, ꝙ probare eſt iudici fidẽ facere de eo, quod coram ipſo diſceptatur l. quinquaginta. in fin. ff.eo.cap. ſtatutum.§.cum uerò.de reſcript.in 6.& Feli. in rubri.de probatio.nu.1.not Innocentius in cap.forus.§.cauſa. de uerbo.ſi-
2 gnificat. & facit quod not. Corſet. † ſingul. 4. in uerb. confeſſio, nu.4.ubi dicit,ꝙ confeſſio extraiudicialis qua ego confiteor dominium rei meæ, eſſe tuum, non mihi præiudicat. niſi fiat in iudicio l. cum falſa.C.de iur.& fac.igno. Bald.in auth.ſed iam neceſſe.uerſicu.4.quæritur.C.de donat.dicit, ꝙ quãdo lex fingit probationem, inducendo ꝙ non admittatur probatio per teſtes, uel inſtrumenta;ſed tantum per legitimam confeſſionem apud acta factam, tenet idem Bald.in l.in contractibus. in 4.q.C.de non num.pec.ego
3 autem † credo, ꝙ etiam poſſit fieri huiuſmodi probatio extraiudicium; quia iſta confeſſio eſt de illis, quæ pendent a ſola uoluntate confitentis: cum nemo poſſit eum cogere ad confitendum debitum, attenta ll.præſumptione, & ideo talis confeſſio ualet, ut no. Mil.in uerb.confeſſio,uerſi.confeſſio facta parte abſente,ubi dicit etiam, ꝙ de iure canonico ſemper ualet confeſſio etiam parte abſente.quia ſola mens ſufficit.Ant. de But.in c.ſi cautio.ſecunda col. de fide.inſtru.Præterea facit, quod diximus, per confeſſionem,& acta facta coram arbitro interrumpitur præſcriptio.Sed nõ eſt du-
4 bitandum, ꝙ confeſſio † facta coram arbitratore uel arbitro dicitur confeſſio extraiudicialis.Mil.in repertorio ubi ſupra in uerb.confeſſio facta coram arbitratore., per ea quæ no. Anton.de Butr.in cap.quintauallis.§.4.de iureiur. idem Mil.ibi in uerb.cõfeſſio extra iudicialis,num.58.dicit,ꝙ confeſſio extraiudicialis plene probat in ciuilibus,& Matheſin ſuis ſingul.nu.13.dicit,ꝙ confeſſio facta parte præſente extra iudicium inducit ſemiplenam probationem, & eſt ſufficiens ad delationem iuramenti neceſſarij l. inſtrumenta. C. de probat. gloſ. in l. 3. §. eiuſdem.ff.de teſtibus.& in l.fina.in uerb. natiuitate.C.de con.fiſ.deb.lib.10.& hæc procedunt quò ad confeſſionẽ factam extra iudicium ſine cauſa: ſed ſi facta ſit cum cauſa,tunc plene probat,per ea quæ not. Barto.in l.certi condictio.§.ſi nummos.ff.ſi cert.petat. & facit etiam quæ notat Abba.in ca.cum dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt.Felin.in c.olim.nu.9.de reſcrip.& Boer. in deciſ.90.nu.5.& Felin.poſt Abb.in ca. ſi cautio. de fide inſtrum. Corn.conſ.300.uolu 1.& conſ.268.uol.3.late Iaſ.in d.l.cum falſa. C.de iur.& fac.ign.& Docto.in l.generaliter.C.de non num.pec. in quibus locis not. Doct. quando confeſſio extraiudicialis probet,& Din.conſi.48.nu.14.dicit,ꝙ omnis confeſſio cum cauſa parit plenum præiudicium confitenti; quia quod quiſque confitendo proprio teſtimonio dilucide proteſtatus fuit,non poteſt ex pœnitentia reuocare,maxime quia tantum operatur uerbalis confeſſio ad oſtendendam perſonam confitentis obligatam, quantum operatur traditio facta per trãſlationem dominij, & Maran.in ſua
7 prax.de ordi.iud.par.6.de confeſ.nu.2.& 12. dicit,ꝙ confeſſio † ẽt extraiudicialis parte præſente plenam probationem facit etiam in præiudicium hæredis confitentis per ea,quæ not.Socin.conſ.227. uol.2.& Alexan.conſi.19.uolu.4.ex quo uidetur concludendum, ꝙ debitor confitendo,uel iudicialiter,uel extraiudicialiter,præiudicat ſibi, ꝙ maxime debet procedere in caſu noſtro; quia iſta præſumptio ſolutionis non eſt ſine fauore debitoris, & ideo ei renun-
8 ciari poteſt extraiudicialiter: cum † renunciatio non requirat præſentiam iudicis, niſi fiat a perſonis prohibitis per ea quæ notantur in l.ſi quis in conſcriben. C. de pact.uerum eſt, ꝙ neceſſarium eſt
9 † ſecundùm Iaſ.Cur.Iun. & alios in l.poſtquam liti,ut confeſſio extraiudicialis acceptetur per partem ad hoc, ut confitenti præiudicet:& hoc uidetur tenere Alexan.in conſi. 20. uolum.3. ſed iſtud procedit in confeſſione facta parte abſente; quia ſi fit parte præſente non requiritur acceptatio,ut atteſtatur de communi Maria.ubi ſupra nu.2. & ſic ex his patet, confeſſionem extraiudicialem nocere confi[illegible] & elidere præſumptionem ſtatutariam.

Et iſtud adeo uidetur eſſe uerum, ꝙ per unum teſtem tantum probetur,confeſſionem fuiſſe factam parte præſente,& extent alij teſtes ſingulares,qui deponant de dicta confeſſione facta parte abſente dicitur concludenter probata intentio creditoris.Pau.de Ca. conſi.109.uolu.2.Pariſ.conſi.57.uol.1.Crauet. conſi.45. num.6. & late Roland.conſi.82.nume.42.cum ſeq. uolu.2 ubi dicit,ꝙ teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali facta diuerſis loco, & tempore probatur:quia cõfeſſio eſt actus reiterabilis,& in actu reiterabili non conſideratur ſingularitas in teſtibus,Alexan.conſi. 53.in fi.uolu.1.Marſ.conſi.5.nu.6.& 8.Deci.conſi. 655.& Corn. conſi.147.uolu.2.

Sed quæſtionis eſt,quomodo iſtud probari poſſit per debitorẽ:
10 cum probatio conſiſtit in negatiua,& † negatiua non poſſit probari: ut per Bal.in cap.bonæ.il ſecundo, de elect.ſed ſciendũ eſt,quòd
11 † triplex eſt negatiuæ ſpecies,ut per Lanfr. in cap.quoniam contra: in principio num.7.uiſa facti,alia iuris,tertia qualitatis: & ex his omnibus alia eſt pura & ſimplex,alia coarctata loco & tempore. Prima eſt improbabilis, niſi ſit coniuncta ſenſui teſtis,per ea quæ not. Bal. in l.2. nume. 1.C.de con.in horr.pub.lib.10. Secunda autem, quia ponit aliquid in eſſe,poteſt probari.Mil.in Repert.in uerb.negatiua.late Tiraq.de utroque retract.in pri.titu.§.32.in gloſ.unica, num.94.cum ſequen.Ancha.in c.1.de confeſſ.in 6.ubi dicit,quòd iſta negatiua eſt probabilis,ſicut affirmatiua;ſed aduertatur,ꝙ quãdo dicitur negatiua non poſſe probari, procedit reſpectu teſtium, qui cum debeant deponere ſuper eo, quod perceperint altero ex quinque ſenſibus corporis; ut not. Innocen.in cap.cum cauſam. de teſtib. ideo dicitur improbabilis;quia dicere, talis non fuit citatus, non cognouit talem, non poſſunt cadere in ſenſum teſtis, &
12 ideo non probant.Hinc † eſt, quòd dicitur plus credi duobus teſtibus affirmantibus,quàm mille negantibus l.diem proferre.§.ſi plu-
13 res.ff.de arbit.niſi teſtes † deponerent etiam negando de eadem re,quæ poteſt cadere in ſenſum, ut ſi diceretur, iſta res non ualet decem, & aliqui dicant quòd ſic, ſtabitur maiori numero teſtium, & ſi par eſt numerus, prævalebit teſtimonium illorum, qui deponunt de minori,ſiue negatiua,per Ancha. in c.1.de arbit.in 6. Bald.in ca.1. nu.3.de content.inter me & dom.Specula. in titu.de homicid.§.1. uerſi.ſed pone. Sed nos ſumus in probatione negatiua per ipſum
14 debitorem:quo caſu † mera negatiua indiſtincte probatur per cõfeſſionem,ut Anchar.in c.1.de confeſſ.in 6.& Mil.in uerb.negatiua,per ea quæ not.Anto.in cap.ueſtra.de coha.cler.Felin.in rub.de probatio.num.6.& ibi Anto. Imol.& Abb.ſed facit dubium.quo
15 modo confeſſio † debitoris probet, cum non ſit probatio,ut per Docto. & maxime Dec.in rub.extrà de probat. qui atteſtatur de communi,confeſſionem non eſſe probationem. Iſta opinio poteſt facile tolli per ea,quæ not.Din.conſ.4.nu.20.ubi dicit,ꝙ confeſſio & probatio pares ſunt per ea, quæ notantur in l. proinde.§. notandum.ad l. Aquil.Ita ꝙ quemadmodum confeſſio uendito,

Source : BIU Cujas

tis post confessionem factam non nocet emptori, nec probatio contra uenditorem, arg. l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebell. & faciunt not. per Ancha. in d. cap. 1. de confess. ubi dicit, quòd confessio est species probationis, immo inter genera probationum ponitur, ut per glos. in l. 1. C. de eden. Maran. in sua praxi in parte 6. in uerb. de confessione, num. 1. & Paul. de Castr. in l. 1. nume. 2. ff. de confess. & in l. 1. C. eod. Fel. in rub. de proba. num. 6. ubi dicunt, ꝙ licèt proprie loquendo non sit probatio, est nihilominus probationis releuatio, & ideo statutum potest uerificari in confessione debitoris, quod multo magis procedit; quia confessio debitoris non inducitur ad obligandum, cum iam constet de oblig. sed ad tollendum præsumptionem, quæ oritur ex statuto, iccirco non est necessaria alia probatio, ubi confessio interuenit, arg. ca. quoniam. de fil. presbit. cap. 2. de confess. glos. in ca. euidentia. de accusat. Pragm. sanct. in titu. de elect. §. ad tollendum. in uerbo libere, colu. 5. Bald. cons.
16 stando est. uolu. 3. Feli. in rubri. de probat. nume. 6. immo † confessio partis est tanti roboris, quòd non solum tollit præsumptionem iuris, de qua in statuto, sed etiam iuris & de iure, ut notatur in auth. sed iam necesse. C. de donat. Bald. in consi. 190. Sempronius. uolum. 2. & consi. 354. quæritur utrum in priuata scriptura, uolu.
17 tertio. Alciat. in tract. de præsumpt. in arg. 2. par. & Innocen. † in ca. plerunque. de immunit. eccles. dicit, quòd cõfessio partis, quòd sententia lata in sui fauorem sit nulla, facit eam retractare, etiam si transierit in rem iudicatam, sequitur Abb. in cap. is qui. de sponsa. & ibi Præpos. & Aim. consi. 60. & Bal. dicto consi. 190. dicat, quod uidit Alciat. ubi supra, quòd confessio ad hoc ut operetur contra præsumptionem iuris & de iure, requirit: ut fiat in iudicio; quia tũc ad instar sententiæ uel laudi homologati habet executionem parata, per ea quæ not. Boer. consi. 25. num. 15. Regulariter enim uolunt omnes in alleg. locis. quod ubicunque facta sit plene præiudicet confitenti, nec mirum est: quia licèt dictum unius sit dictũ nullius, nihilominus testis, uel alia persona deponens de facto proprio sufficienter probat in aliena causa & in sua quatenus contra se. Pa. de Cast. in l. quicunque. num. 17. de ser. fug. & consi. 739. sequitur Iaso. in l. cum filius fam. num. 17. de uerbo. obligatio. Alexan. consi. 197. uolumi. 3. Soci. consi. 49. nu. 2. uol. tertio. Cur. Iun. consi. 165. num. 21. Par. consi. 104. nu. 80. uolu. 1. Soc. reg. 422. fall. 3. & latius de robore confessionis in seq. glo.

SVMMARIVM.

1 *Probationum species sunt decem.*
2 *Præsumptio inducta per statutum de præscrip. non eliditur per instrumenta nec per iuramentum.*
3 *Confessio debitoris tollit præscriptionem statuti.*
4 *Confessio facta in precibus non potest reuocari, etiam si rescriptum sit surreptitium, ut nu. 5.*
6 *Ex instrumento & contractu nullo oritur confessio, & nu. 10.*
7 *Agens possessorio recuperandæ repellitur confessione per ipsum facta, quòd dominium sit rei.*
8 *Confessio facta in iudicio habet uim sententiæ & rei iudicatæ.*
9 *Dicta testium nunquam reducunt ad concordiam cum confessione producentis.*
11 *Confessio facta per uerba enunciatiua in aliquo actu, in quo pars potest sibi præiudicare, etiam si sit emissa propter aliud, plene probat contra confitentem.*
12 *Confines probantur per instrumẽtum in quo fuerunt enunciati per illum qui potest sibi præiudicare.*
13 *Confessio relatiua ad illud quod est nullum, non probat.*
14 *Præsumptio iuris & de iure infringit præsumptionem statutariam.*
15 *Res iudicata, euidentia rei, & uehemens opinio tollit præsumptionem statutorum & num. 16.*
17 *Probatione sublata nunquam intelligitur sublata quæ est notoria & clara.*
18 *Præsumptio specialis tollit generalem.*
19 *Præsumptio statutorum tollitur, si admittitur probatio in contrarium parte non opponente.*
20 *Statuta uel leges tollentes probationem in contrarium intelliguntur de directo contrariæ.*
21 *Stante statuto quòd bona adiudicata creditoribus mercatorum deficientium sint pleno iure post certum tempus sua, & non audiatur illa repetentes, potest opponi de non adiudicatione bonorum deficientium.*
22 *Restitutio in integrum potest peti aduersus præscriptionem iuris & de iure.*

Vel nisi contraria præsumptio. Glos. XXVI.

1 **Bald.** † In rub. C. de prob. num. 5. dicit, quòd 10. sunt species probationum. s. per inst. per testes, per confessionem, p iusiurandum, per rem iudicatam, per rei euidentiam, per uehementem hominum opinionem, per rationem naturalem, per rationẽ coniecturalem, ex coniectura legis, & per rationem coniecturalem ex coniectura hominis, & per omnes istas probationes aliquã do tolluntur præsumptiones. Rebuff. in concord. in titu. de regia. §. ult. glo. specie, ponit alias decem species probationum, ut ibi late per eum: sed uidendum est, an istud procedat in casu nostro. & pri
2 mò † quò ad probationem per inst. dicẽdum est, præsumptionem statutariam non elidi: quia annullatur probatio instrumentorum ab eisdem statutis: similiter non eliditur per iuramentum, ut per Bal. in dicto loco: sed latius uideas eum in Repet. l. 2. ff. de iur. iur.
3 eliditur † autem præsumptio de qua agitur per confessionem debitoris: quia ubi est confessio partis, non est necessaria alia probatio, no. Bald. consi. 41. standum est. uolum. 3. Fely. in rub. de prob. nu. 6. Imò est tantum roboris confessio partis, quòd per eam tollitur non solũ præsumptio iuris sed etiam iuris, & de iure, ut not. Doct. in aut. sed iam necesse. C. de donat. & Bald. cõsi. 190. Sempronius.
4 uolum. 2. & dixi in glos. nisi contrarium probetur. Immo † si confessio fieret per partem in precibus, non potest amplius contrariũ probari. Doct. in l. cum precum. C. de lib. ca. Par. consi. 88. uolumi. 4. & Alexand. consi. 102. uolum. 2. Vbi dicit, quòd huiusmodi genus probationis superat omne aliud. Idem Paris. consi. 99. nume. 13. uolum. 3. & consi. 111. & 160. nume. 36. uolum. 4. Aimo con
5 lio 171. Egid. decis. 684. & 691. quod procedit † etiam si rescriptũ esset subreptitium, ut per Ioan. Andr. in c. cum in positionibus. de iur. iur. lib. 6. Abb. consil. 38. uolumi. 1. & Dec. consil. 274. & 535.
6 numero 4. quia † etiam ex instrumento & contractu nullo oritur confessio, ut not. Bart. Ange. Imol. Paul. de Castr. & alij in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. de uerbo. obliga. & Bartol. in l. fi. ff. eod. tit.
7 Immo † si per confessionem actoris constaret de dominio rei, denegaretur ei restitutio agen. possessorio recuperandæ. Par. consi. 113. nume. 23. uolu. 1. ubi allegat Angelum in l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iul. de ui pub. & Par. in dicto consilio 113. dicit, quòd admittitur probatio in contrarium ad præsumptionem centum annorum per confessionem partis; per ea quæ ibi ipse allegat, & per Cę pol. in tract. de seruit. in rub. quomodo & quan. & qua. cõstituatur. & Maran. † in sua practi. in 6. par. nu. 21. dicit, quòd confessio
8 partis est tantæ efficaciæ, quòd si fiat in iudicio habet uim sententiæ & rei iud. adeo quòd non expectat aliud nisi præceptum de soluendo l. unica. C. de conf. & Corn. consi. 224. in litera. o. uolum. 4. ut refert & sequitur Maran. in dicto loco, dicit quòd præfata confessio infringit omnes probationes factas per testes uel instrumenta in fauorem confitentis contrarium; & quod notandum est per
9 petuò, dicta † testium nunquam reducuntur ad concordiam cum confessione producentis, ita not. Rom. in consi. 391. in fin. nec mirum est: quia tollit etiam præsumptionem iuris & de iurę; quæ nõ eliditur per quamcunque aliam probationem, & omnes Doct. in d. auth. sed iam necesse, & licèt post conclusionem in causa regulariter non admittatur probatio; ut not. Rot. in dec. 1. aliàs. 9. de probat. in antiq. per ea quæ not. Docto. in c. pastoralis. super uerb. conclusum, ubi late Innoc. de cap. poss. nihil. admittitur semper probatio per confessionem, ut tenet Bald. in rub. C. de proba. & ibi Paul.
10 de Cast. & per Maran. ubi supra num. 23. & nume. 24. Vbi † dicit, quòd ista confessio est tantæ efficaciæ, quòd etiam si fiat in processu inualido non obstante nullitate processus, potest ex ea ferri sententia per ea quæ not. Bar. in l. si confessus. ff. de cust. reor. & Alex.
11 consi. 34. uolum. 3. Afflict. decis. 372. num. 8. Immo † etiam si sit facta per uerba enunciatiua in aliquo actu, in quo pars confiten. posset sibi præiudicare, etiam si sit emissa propter aliud, facit plenam fi
12 dem contra confitentem, arg. † quæ not. in l. optimam. C. de contrahen. & com. stip. ubi dicitur, quòd si in inst. aliqui enuntiantur confines, si enuntiantur ab his, qui possunt sibi præiudicare, uere & plene probantur, nec potest admitti probatio in contrarium, ut per Vitalem in tract. clausularum. in uerb. de uerbis enuntiatiuis, p ductis in actis liberatorijs, mihi fol. 265. Mar. Soci. in cle. 1. de probat. Soci. in consi. 212. uolu. 2. Cin. in l. nudis uerbis. C. de probat. & Imol. in l. ex hac scriptura. ff. de donat. quod etiam procedit, quãdo confessio haberet actum qualificare ut not. Bald. in d. l. optimã,
13 & in consi. 194. in causa uertente, uolum. 1. fallit † autem, quando confessio esset relatiua, & illud ad quod se referret esset nullum: qa huiusmodi confessio nihil probat, ut not. Rom. cons. 294. & Dec. consi. 63. nu. 6. & consi. 463. nume. 14. Docto. in l. in testamento. ff. de condit. & demonst. Bal. in l. 2. C. de err. aduoc. & sic huiusmodi confessio non interrumperet præscriptionem.

Prout fallit etiam, quando dicta confessio non fuit acceptata nec a iudice, nec a parte: quia tali casu actus qui fit, non operatur c. cum uenissent, de eo qui mit. in poss. Felyn. in cap. gratum. de off. deleg. Boer. decis. 131. num. 6. Roman. consi. 167. & 519. Aret. cõsilio 96. Corn. consilio 219. columna 2. libro 2. & late Crauet. consi. 201. nume. 5.

14 Infringitur † etiam præsumptio statutaria per præsumptionem iuris & de iure; quia una præsumptio debilior tollitur per fortiorem. l. cum de indebito. de prob. Soc. Iun. consi. 36. uolumi. 2. Ale. consi. 124. uolum. 6. Dec. consi. 619. & idem Socin. consi. 61. numero 45. & consi. 159. nume. 10. & consi. 168. nume. 36. uolumi.
15 1. Infringitur † etiam præsumptio huiusmodi per rem iudicatam, per rei euidentiam & per uehementem opinionem per ea, quæ not. Bald. in l. eum qui. C. de Episco. & Cler. in l. non nudis. C. de prob. & de rei euidentia Maran. in tract. Iudiciario 6. par. in uerb. de conclusione, num. 6. Vbi dicit, quòd probatio per rei euidentiã superat omne genus probationis secundum Bal. in l. contra negantem.

Source : BIU Cujas

tem.in fin.C.ad l.Aquil.& l.in l.ſi quis teſtibus. in fin.C.de teſtibus. infringitur etiam per aliam præſumptionem ualde urgentem;quia præſumptio ualde urgens non admittit probationem in contrarium.Immo teſtes, qui elidunt etiam huiuſmodi præſumptionem ſtatutariam,ut per Bald.conſilio 190. uolum.2.& conſi.2.quidam Io.uolum.3.& conſi.354.queritur utrum eod.uolum.non admittuntur ad infringendam præſumptionem ualde urgentem; quia poteſt præſumi,quòd deponant falſum:ut not.Socin.Iun.conſilio 85.nume.4.uolum.2.& Alexand.conſilio 99. uolum. 3. Infringi-
16 tur etiam † præſumptio ſtatutaria,& nihil operatur in claris & notorijs l.continuus.§.cum ita.de uerborum obligat.Soc.Iun.conſi. 217.num.22.uolum.primo, & in tali caſu etiam præſumptio iuris & de iure eneruaretur ut per Felyn.in ca.quanto.nu.4.de præſum-
17 pt.qui multa coaceruat,& eſt ratio:quia † ſublata probatione,nun quam intelligitur ſublata,quæ eſt notoria & clara,ut not.Alexand. conſi.178.uolum.4.& conſi.39.numero 23. uolum. 6. Tiraquel. de utroque Retract.in 1.titul.in uerb. el 2. ſera receu pro rata.§.4.
18 prima. Tollitur † etiã præſumptio ſtatutaria, quando adeſſet alia probatio magis ſpecialis l.diuus.ff.de in integr. reſti. Soci.Iun.conſ. 128.numero 230.uolum.primo.Doct.in l.cum de indebito.ff.de
19 prob.Tollitur etiam † iſta præſumptio, quando admitteretur probatio in contrarium parte non opponente, ut late per Alciat. de præſumpt.iur.& de iur.in arg.2.par.in tract.de præſump. Alex.conſilio 77.uolum. 2.& Innocen.in ca. fraternitatis.de frig.& mal.& Felyn.in d.ca.quanto,nume.4. de preſumpt.Vbi dicit etiam,quòd huiuſmodi præſumptiones elidũtur per probationem factam per indirectum,per gloſ.in clemen.prima.in uerb.feciſſe, de proba.idẽ Felyn.in cap.2.numero 38. uerſi. ſecundus caſus de fide inſtr. Vbi
20 † dicit,quòd quando lex uel ſtatutum non admittit probationem in contrarium, intelligitur de directo contraria, non autem de illa per quam remanet eliſa intentio aduerſarij, per conſi.Ancha.365.
21 mihi 170. Vbi dicitur † quòd ſi extat ſtatutum, quòd bona adiudicata creditoribus Mercatorum deficiẽtium ſint poſt certum tempus pleno iure ſua, & non audiantur illa repetentes, ſi dicent bona non fuiſſe adiudicata deficientibus, & tunc debent audiri;In illis
22 † autem caſibus, in quibus præſumptio non eliditur, poteſt forſan peti reſtitutio in integ.ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa; quia competit aduerſus præſumptionem iuris & de iure,ut per Alciat.ubi ſupra numero 21.de mente Barto.Alexand. & aliorum in l.inter ſtipulantem.§.1.de uerbor.obl.plura de præſum.not. Alciat.in dicto ſuo tract. & Guid.Pap.in ſimili tracta. de præſum.& Fel.& cœteri in d.c.quanto.extra eo.tit.

S V M M A R I V M.

1 *Fides inſtrumentorum eſt de iure ciuili.*
2 *Statutum poteſt in ſua ciuitate illud,quod ius commune.*
3 *Statutum poteſt derogare quibuſlibet ſolemnitatibus & probationibus quæ ſunt de iure ciuili.*
4 *Statutum,quòd ſententia non poſſit probari per teſtes,ualet.*
5 *Statutum infringens facultatem proban. ad unum modum ualet, nec contra illud datur recurſus ad Eccleſiam ratione denegatæ iuſtitiæ.*

Inſtrumenta autem & codices quarumcunque rationum. Gloſ. XXVII.

1 FIdes Inſtrumentorum † & aliorum ſcripturarum fuit introducta de iure ciuili:ut not.Innocen. in c. cum P.de fide inſtru. Vbi dicit eſſe contra ius naturale, quòd credatur pelli animalis mortui, hunc ſe-
2 quitur Soc.conſilio 2.numero 7.uolumi.3. ex quo cum † ſtatutũ poſſit in ſua ciuitate quod ius ciuile commune,ut not.omnes in l. omnes populi.ff.de iuſt. & iur. & eius tollere cuius eſt cõdere per ea,quæ no.Dec.in reg.eius eſt nolle.de regu.iur. ideo poteſt facere ſtatutum,quòd quęcunque inſtrumenta,uel aliæ ſcripturæ poſt
3 lapſum certi temporis non probent; quia † ſtatutum poteſt derogare quibuſlibet ſolemnitatibus & probationibus inductis de iure ciuili, ut iam dixi, & not. Oldr.conſi. 105. Car. conſilio 72.&
4 Par.conſi.68.numero 16.uolum.3. Hinc † uidemus etiam ualere ſtatutum prohibens ſententiam probari per teſtes,ut not.Alexan. conſi.26.Viſo proceſſu.lib.5.Anton.Butr.Abb.& Felyn.in cap.2. numero 6.de probat.dicit per multa,ſtatutum ualere, quòd operetur probationem aliàs inualidam pro ualida admitti; quia poteſt facere, quòd credatur priuata ſcripturæ, ac ſi publica eſſet, not. Bald.in l.2.C.de conſtit.pecun.laſ.in l.ſi non ſpeciali.numero 4.C. de teſta.

Matheſ. ſing. 51. not. quòd, ubi dicit, quòd conſuetudo poteſt inducere, quòd probatio imperfecta habeat uim plenæ probationis, & ibi in addit. multa allegantur: ſed ego credo,quòd non poſſit nec ſtatutum nec conſuetudo facere, quòd credatur omni ſcripturæ mercatorum; quia daretur materia delinquendi. Alex. conſilio 30.num. 10. uolum.2.& late Roland. conſi.3. nume.44. uolum.2.

5 Et Felyn. † in d.c.2.nume. 12. dicit etiam ualere ſtatutum infringens facultatem probandi ad unum modum, & ſtante tali ſtatuto non poteſt dari recurſus ad eccleſiam ratione denegatæ iuſtitiæ,ut not.Dec.conſi.11.numero 2. per ea quæ dicit Angel.in l.1. §.pueritiam.ff.de poſtula.& Soc.conſi.49.numero primo, uolu. 3.dicit ſtatutum poſſe facere in terminis noſtris: quòd illa quæ eſt plena probatio,non probet, immo poteſt etiam tollere uires quas habet iuramentum a iure ciuili:ut not.Paul. de Caſtr.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uend.Socy.conſi.67.num. 23.uolu. primo, & in terminis proprijs idem Soc.conſi.120.nume.19.uol. 1.ubi dicit, quòd ſtatutum poteſt tollere uirtutem probatiuam,& facere quòd debitum non poſſit probari per ſcripturas, quæ poſt certum tempus non faciant fidem, not. Bald.in l.planè.& ibi Bar. ff.quod cum fal.tut.aut.& Soc.in d.conſi.49.num.primo,uolu.3. dicit,ut ſupra dicebam, ſtatutum poſſe operari: ut quæ ſunt loco plenæ probationis non probent per ea, quæ not. Specu. in tit. de prob.§. uidendum.uerſi. ſed procurator.Ant. & Imol.in d.cap.2. de probat.& ſic non eſt dubitandum, quòd ſtatutum poteſt tollere fidem probatiuam.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum an poſſit tollere fidem ſcripturis priuilegiatis.*
2 *Priuilegium conceſſum alicui quando per ſtatutum uel aliquam perſonam tolli poſſit.*
3 *Priuilegium,quod alicui ex contractu conceditur, non poteſt tolli etiam per principem uel ſucceſſorem etiam cum clauſula de plenitudine poteſtatis.*
4 *Priuilegium conceſſum non ſubdito,poſtquam eſt ius quæſitum, non poteſt reuocari.*
5 *Statutum derogans quibuſcunque priuilegijs non extenditur ad priuilegia clauſa in corpore iuris.*
6 *Clauſula,non obſtan.quocunque priuilegio, poſita in reſcriptis non extenditur ad priuilegium clauſum in corpore iuris.*
7 *Statutum tollens fidem quibuſlibet ſcripturis quomodolibet priuilegiatis nõ extenditur ad ſcripturas priuilegiatas ex cauſa miſerationis, ut locorum piorum,niſi fiat expreſſa mentio.*

Quibus de iure uel ex quocunque priuilegio fides exhibetur. Gloſ. XXVIII.

1 DIxi Quòd ſtatutum poteſt annullare probationem inſtrumentorum & aliarum ſcripturarum: ſed quæſtionis eſt,an † poſſit tollere fidem ſcripturis ex priuilegio aliquid probantibus. Bal.in l.ſi dominus.num. 1. ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur.uidetur dicere, quòd ſtatutum non poſſit reuocare priuilegium perſonæ,uel alicui rei conceſſum cum ex eo ſit ius quæſitum,nihilominus diligentius declarando di-
2 ſtinguit hoc modo † aut priuilegium eſt conceſſum a principe, & tunc non poteſt tollli ab inferiore etiam condendo ſtatutum per ea,quæ not.Din.in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de leg. 1.quia ſub generali promiſsione facta populo uel alicui inferiori condendo ſtatuta non uenit,quòd factum ſpeciale principis tolli poſsit l.ſi hominem. ff. mand. & ideo ſi aliquæ ſcripturæ probarent ex priuilegio principis,iſtud ſtatutum non operaretur: ſi uerò priuilegium eſſet conceſſum ab ipſo populo,ut eſt priuilegium guarantigiæ,& tunc aut adeſt cauſa,& ſtatutum poteſt illud tollere: aut non adeſt cauſa,& tunc diſtinguendum eſt,aut priuilegium ſtat in ſuis finibus,& tunc poteſt reuocari etiam ſi ſit ius quæſitum ſubdito. cap.fina.de reſcript.in 6. cum ibi not. aut priuilegium tranſiuit in contractum, ut puta ſtatutum dat priuilegium libris mercatorum, qui emerunt ab ipſo populo uictigal,uel aliquid ſimile,& tali caſu;quia iſtud pri-
3 uilegium † non dependet ex mera facultate & authoritate concedentis, ſed ex iure alteri qua ſito propter eius factum,& tunc non poteſt ullo modo reuocari,not.Bald.in l.ſi cum mihi.de dolo.Ale. in conſi.101.uolum.primo.& Feli.in cap.nouit.numero ſeptimo & 12. de iud.quod etiam de plenitudine poteſtatis per principem uel ſucceſſorem reſcindi non poteſt.Bal.in l.digna uox.C.de leg.& in l.qui ſe patris.C.unde lib.Abb.conſi. 42. uolum. primo.Socin. conſi.83.columna ſeptima uolum.tertio,& conſi. 86. uolumine
4 quarto quod dictum procedit † etiam in fauorem ſcripturarũ, quæ non ſunt ſubditorum:ut puta ſi concederetur,ut Venetijs & ubicunque locorum priuilegium non ſubdito portanti uictualia ad urbem, ita quòd quælibet ſcriptura inter iſtos & emptores faciet fidem; quia poſtquam eſt ipſi non ſubdito ius quæſitum, non poteſt amplius reuocari. Abb. in c.nouit. & ibi Felin. & Aretin.de iud.Alexand.conſilio 3.uolumi.quinto,repetito conſi 12.uolum. ſexto idem conſi.219.nume.9.uolumi.ſecundo, ubi dicit, quòd licèt Papa poſsit reuocare cum cauſa,quæ conceſsit alicui,procedit, quando conceſsit ſubdito, ſecus autem ſi non ſubdito, ſequitur. Dec.conſ.407.nume.18.& Anton.de Butr.in clem. paſtoralis.de
5 re iud.ubi dicit, ita de facto ſe reſpondiſſe, non † extenditur etiam ſimile ſtatutum ad priuilegia clauſa in corpore iuris, & ſic ad ſcripturas de iure communi priuilegiatas. Nec obſtat illa clauſula,ex quocunque priuilegio; quia ſtatuta ſunt intelligenda ad inſtar re-
6 ſcriptorum,& † in reſcriptis illa clauſula, non obſtante aliquo priuilegio,non ſe extendit ad priuilegium clauſum in corpore iuris.Bal. auth.qua in prouincia.C. ubi de crim. agi opor. Mart. Lauden.in

tract.

Source : BIU Cujas

tract.de priuileg.priuilegio 40.& 87.Paul.de Castr.in l.consensisse, uersicu.omnes, numero secundo in noua lect.de iudi.dicit in terminis,quòd si cauetur statuto: ut quis conueniatur cessante omni priuilegio,debet intelligi de priuilegio non clauso in corpore iuris scripti;quia ea quæ sunt clausa in iure communi,uel statuto,aut per pacta sunt acquisita, nunquam per illa uerba intelliguntur sublata. idem not.in dicta lege consensisse. numero quarto in antiq. lect.Iac.de Nig.in lege prima.columna 12.de leg.primo,uersi.hinc est,quòd priuilegia,ad not.per Iasin l.prima, columna penultima. ff.de constit.princip.& Monte Fer.in §.Diui. columna 30.de legat. primo. Sed ego dubito, an istud dictum procedat in casu nostro; quia in statuto derogatur iuri communi & alijs priuilegijs, & ideo uidetur,quòd saltem sub illis uerbis de iure,comprehendantur priuilegia in corpore iuris clausa per ea quæ not. idem Paul. de Castr.
7 in l.hæres.in princip. ff.de iud. Non procedit etiam † præfatum statutum,neque se extendit ad libros & scripturas hospitalium & pauperum aliorum priuilegiatos ex causa miserationis,nisi de eis fieret expressa mentio. Nec etiam comprehenderentur sub illa clausula, si specialem oportet fieri mentionem:ut not.Cin.in lege prima.C. quando imp. int. pup. & uid. quem refert & sequitur Mar. Laud. in d.tract.de priuil priuilegio 40.

SVMMARIVM.

1 *Cautela contra statutum disponens, quòd instrumentum post certum tempus non exequatur.*
2 *Statutum Vrbis de præscrip. extenditur etiam ad debitum iuratum,communis in contrarium nu. 3. declara num. 4.*
5 *Omne ius quod ex instrumento oritur eo abolito extinguitur.*
6 *Ex præscript.impeditur processus.*
7 *Exceptio præscript. impedit compromissum fieri.*
8 *Litis ingressus quando per statutum impediatur.*
9 *Omnis exceptio,per quam excluditur persona iudicis,actoris uel rei, impedit litis ingressum.*
10 *Iuramentum habet uim litis contestatæ.*
11 *Compensatio non admittitur in obligatione iurata,contra nu. 14.*
12 *Compensatio impedit præscriptionem.*
13 *Regula, si uinco uincentem te, non habet locum, ubi adest diuersa ratio.*
15 *Fundans se in præscript. debet eam deducere & probare.*
16 *Ad probandam præscript. est probandum bona fides, titulus & possessio continuata.*
17 *Debitor probans præscript. 16. an in genere succumbit, creditore probante de sua possessione alicuius anni in specie.*
18 *Magis creditur testibus dicentibus aliquem esse usurarium in specie, quàm dicentibus esse bonæ uitæ in genere.*
19 *Præscriptione an possit per pactum renunciari, communis quòd non nu. 21. amplia. num. 22.*
20 *Cautela ad tollendum præscript. in contractu.*
23 *Præscriptio statuti non tollitur per uerba debitoris, qui promisit soluere ad omnem uoluntatem, petitionem & requisitionem creditoris.*
24 *Præscriptio non tollitur per illa uerba semper omni tempore, perpetuò, quæ cumque, & similia.*
25 *Valet pactum, quòd finita præscriptione debet toties, quoties incipere, contra nume. 26.*
27 *Clausula, toties quoties, non extenditur ultra duas uices.*
28 *Præscriptioni meræ fauorabili renunciari potest.*
29 *Renunciatio iurata tollit præscrip. contra nu. 30. & 31.*

Nullumque possit sortiri iuris, aut executionis effectum. Glos. XXIX.

1 ISTud Statutum potest de facili elidi per cautelam †quam tradit Bartho.in l.planè.ff.quod cum fals. tut. ubi dicit, si extat statutum, instrumenta non posse post certum tempus mandari executioni,poterit dari libellus secundùm ius commune, sic obtinere in causa.Bal. in dicta lege planè. dicit eam esse rationem; quia tunc instrumentum non posset produci in uim probationis, & ideo dicit Bald. aut statutum disponit de exceptione contra executionem, & dictum Bartho.est uerum, aut statutum disponit circa debitum principale,& tunc non. Istam cautelam sequitur Cremen.singul.141. statuto cauetur, quòd post decennium, sequitur Thom. Fer. caut.50.si contingat extare statutum, ubi allegat Anto. de Can.in tractat.de executione instrument.quæstio.56. & Bened.de Brag. in tract. de guarantigia, pri par.quæstio.septima ista cautela quatenus uera sit, non obstat statuto Vrbis; quia statutum non tantum tollit executionem instrumentorum,sed etiam probationem
2 & fidem; & ideo Rota † tenuit, statutum Vrbis extendi etiam ad debitum iuratum per decis.Put.decimasexta. de constitu.& Mohed.decis.227. Peregri. decisio. octaua quia non potest ex instrumento probari, sed si aliunde probaretur iuramentum; non est dubium, quòd statutum non se extenderet ad debitum iuratum: per ea quæ not.Bauer.de iur.iuran.conclusio uigesimanona. Hi pol. de Marsi.singu.141.audiuisti forte, & Anto. Massa in tract. ad formam Cam. in quinta par. quæstio. tertia numero decimo.
3 Vbi † dicit communem esse, quòd debitum iuratum non præ-
4 scribatur; & licèt † ibid. numero decimotertio dicat, Dominos de Rota admisisse exceptionem statuti contra debitum habens obligationem in forma cameræ, illud fuit: quia illa obligatio in forma cameræ aliunde probari non poterat, quàm per instrumentum, quod instrumentum ex forma statuti nullam fidem facit;
5 quia † omne ius, quod ex instrumento oritur,eius abolitione resoluitur,ut not.Bald.in capitulo primo.§.fina.numero octauo per quos fiat inuest. per leg. ab emptione. cum ibi not. ff. de pact.& ideo si posset aliunde probari, non est dubitandum, quod statutum haberet locum,& in terminis sic declarat Soc. consi.97. numero quinto uolum.primo,ubi dicit, quod ad hoc, ut iuramentum firmet actum, necesse est,ut prius constet iuratum esse, unde si deficit probatio instrumenti, deficiet etiam iuramenti in eo positi: nisi aliunde probetur. Mohed. decisio.220.& in terminis quòd annullato instrumento corruat iuramentum in eo appositum, tenet Roma. consilio 293. quem sequitur Marsil. in rub.de fideiuss.numero 417. cum seq. & Crot.consilio 76.numero decimooctauo si uerò statutum non tollit probationem, sunt etiam qui atteste ntur de communi contra illud quod dixi supra glos.19. numero trigesimo ampliat.ut per Ruy. consilio tertio uolumine primo, & late Roland.consilio uigesimoquinto uolum.secundo quorum præcipuum fundamentum est illud, quòd iuramentum habet uim litis contestatæ,quæ perpetuat actionem ad quadraginta annos: sed potest responderi, quòd iuramentum non potest habere a principio uim litis contestatæ, cum nulla sit lis.imo si creditor ante diem conuentum molestaret debitorem, non audiretur, tanquam carens actione,& per consequens actus non prodesset ad interrumpendum præscriptionem, quæ non incipit currere a principio, sed post quam factus est locus solutioni, & propterea iuramentum habens uim litis contestatæ secundùm dictos Doct. nihil operatur. ad hanc meam considerationem posset dici,quòd iuramentum non habeat uim litis contestatæ a principio, sed a die moræ; quia uidemus, quòd purgatio moræ impeditur,ubi adest iuramentum. Docto. in le. si insulam.ff.de uerbo. obliga Gozad. consilio trigesimoprimo. Deci.consilio 179.347.& 452.numero 16. ex eo quia iuramentum interpellat pro homine. Et propterea dicitur ius quæsitum creditori a die moræ per talem tacitam interpellationem, quòd impediatur præscriptio,& hæc opinio mihi placet.

Sed quæstionis est, quomodo possit aliunde probari debitum,
6 uel iuramentum,cum † ex præscriptione impediatur processus,arg.l.post finitam.ff.de suspec.tut. late Marian. Senen. consilio 38. numero sexto & 20. ubi pro utraque opin. multos allegat inter consilia. Soc.uolu.primo.& Soc.dicto consi.203. numero quin-
7 to, uolum.secundo, ubi dicit, quod exceptio præscriptionis impedit compromissum fieri; quia impedit etiam litis ingressum l.fin. & ibi Bart. & Ange. ff. pro suo. Bald.in l. si is qui. C. ne de stat.defunct.& in aut.nisi triennalis C.de bon.mat.in fin.ubi plenè istam q.examinat & Gozad.consilio septimo numero decimonono.&
8 Boer. decisio. 344. numero secundo.sed † circa hoc uide allegata supra in gloss.non audiatur ulterius; & late Anch.in capitu primo, columna tertia.de rescript.in 6. Bald. autem in reper.l.2.mihi colu. 1).de iureiur.distinguit hoc modo:aut statutum utitur uerbis prohibitiuis in iudicem,ut si dicat post 10.annos iudex non habeat cognitionem in causa tali, tunc impeditur processus directè leg.scire oportet.§.consequens. de excusa.tuto.quia præscriptio est imposita iurisdictioni. Socin.consilio 203.numero quinto uolu.secundo. Bald.in l. postquam liti. C. de pact.Bart.& Ange.in l.fin.ff.pro suo. Aut statutum utitur uerbis prohibitiuis in actorem; ut puta quòd creditor post decem annos non audiatur, uel admittatur ad agendum:& tunc aut expellitur a limine iudicij, ut quia dicit statutum, non audiatur, & tunc impeditur processus l.seruus.ff.de his qui ad eccle.confug.aut expellitur a uictoria causæ, ut puta quòd transacto certo tempore non possit amplius exigere; tunc talis exceptio non impedit processum: quia habet formam, & naturam peremptoriæ l.exceptiones.C.de probat.Aut statutum dirigit uerba in reum,& tunc aut statutum dicit, quòd post certum tempus reus non possit in ius uocari, & sine dubio impeditur processus l. quamuis.ff.de in ius uocan. Aut dicit, quòd non possit inquietari, & idem est l.non solùm.§.si testis.de procurat.Aut dicit, quòd nō possit conueniri:& tunc non impeditur processus; quia statutum istud intelligitur secundùm ius commune, non posse conueniri, scilicet opposita exceptione peremptoria. Aut statutum loquitur uerbis impersonalibus, ut puta, quòd res præscribatur,uel quòd omnis actio tollatur secundùm ipsum Bald. quia ista est exceptio peremptoria, quæ non impedit processum. & ideo concludit Bal.
9 † quòd omnis exceptio,per quam excluditur persona iudicis,actoris,uel rei,processus impeditur: quia subtracta altera existis personis iudicium est informe & sine essentialibus, & per hæc sequeretur, quòd nec etiam aliunde possit probari debitum iuratum:

cum

Source : BIU Cujas

cum perſona actoris excludatur. Ego dubito de iſta doctrina quò
10 ad debitum iuratum. quia † iuramentum habet uim litis conteſtatæ & ſic inchoati proceſſus, exceptio autem præſcriptionis non tollit proceſſum inchoatum, ſed inchoandũ, & in rei ueritate hoc ſentit illa deciſio Dominorum de Rota; ubi dicit, quòd annullato inſtrumento non conſtat de iuramento, niſi aliunde probaretur,
11 & quòd iſta doctrina de plano procedat, & in ſe ſit † uera, facit, ꝙ compenſatio debiti non admittitur in obligatione in forma camerę, & alia obligatione iurata: ut not. Imol. Anto. in capit. ueniens. de iur. iur. Alex. conſi. 91. libro ſecundo. Afflict. deciſ. 381. & Cap. dec. 167. cum multis adduct. per excellen. Maſ. in tract. ad formam obliga. in quinta par. quæſtio. ſecunda numero ſexto. Exceptis qui-
12 buſdam caſibus, de quibus ibi, ſed † compenſatio impedit præſcriptionem, ut tenuit Rot. coram Marſicano, ut deciſ. Moed. 200. in cauſa Fulginatenſium, per ſingulare conſi. Anch. 5. quem ſequitur Feli. in cap. ex tranſmiſſa. numero ſexto. de præſcript. Balb. in tract. præſcript. Balb. in tract. præſcript. part. ulti. prim. par. quæſtio. vigeſi maſecunda: vnde ſi habeo te debitorem in 10. & poſtea efficior tuus in totidem, ſi non peto, quod mihi debes, non admittitur præſcriptio contra me. Modò ſic in argumentor, ſi compenſatio tollit præſcriptionem, & præſcriptio ſit ſufficiens ad impugnandam obligationem in forma cameræ, ſeu alio modo iuratam, ſequitur ex neceſſaria conſequentia, quòd quotieſcunque poterit aliunde probari iuramentum, non obſtabit præſcriptio ſtatuaria iuxta vulgatum dictum, ſi uinco uincentem te, multo magis uincam te; quia ſi obligatio iurata tollit compenſationem; tollet etiam præ-
13 ſcriptionem, quæ tollitur a compenſatione. Verum † eſt, quod poſſet dici, quòd diuerſa eſt in compenſatione, dum uincit præſcriptionem, ab ea, quæ eſt in obligatione iurata, a qua vincitur, & ſic non procedat iſto caſu regula, ſi uinco &c. ut not. Cin. in aut. licèt. C. de natur. lib. & Roma. conſilio 436. Dom. poſt Ioan. Andr. in cap. authoritate. de conceſſ. præben. in ſexta. Præterea nõ
14 ita de plano † procedit opinio illa, quòd compenſatio non admittatur in obligatione iurata: quia Ancha. in c. ſtatutum. §. ſi quidam. de reſcrip. in 6. dicit, quòd ſi quis tenetur ſoluere cum iuramento & pœna euitat periurium & pœnam compenſando: quia in ſimilibus fit compenſatio ipſo iure, ut eſt in l. ſi conſtat. C. de compenſ. Bart. in l. Iulianus. ff. de ꝺd. & demonſtr. ſed citra hoc uide ibi Soc. numero 14. ſed ut ſit, ſufficit ex intentione deciſ. Dominorum de Rota ſi aliunde probari poſſet iuramentum, elideretur præſcriptio ad not. per Abb. in cap. quod clericis. de for. comp. & Soc. conſilio 203. uerſi. tertio, uolum. ſecundo, & habetur in ſuum. A. A. de iuramento, numero 17. ubi in terminis de iſto ſtatuto loquens dicit niſi probaretur iuramentum per teſtes. & hoc etiam tenet Mar ſi. in ſingu. 126. ubi dicit, quòd ſi extat ſtatutum, contractum nõ probari, niſi per inſtrumentum, quòd ſi interuenit iuramentum cum præſentia teſtium, poterit probari iuramentum per teſtes, & deinde agi ad obſeruationem contractus: & idem ſingu. 157. Sed poteſt dubitari, an ſimpliciter iſtud procedat abſque aliqua proba
15 batione facienda per debitorem. Pariſ. † conſilio 27. numero 89. cum ſeq dicit, quòd fundans ſe in præſcriptione, eam deducere & probare debet, nec ſufficit allegare: quia cum præſcriptio conſiſtat in facto, in dubio non præſumitur: ut not. Phil. Franc. in cap primo de præſcriptio. in 6. & Abba. conſilio 82. uolum. primo. Immo ſe cundùm Pariſi. ibi non ſufficit ſimpliciter probare præſcriptionem
16 ſed debent † etiam probare qualitates neceſſarias ad eam inducendam, titulus, bona fides, poſſeſſio continuata, & alia, ad gloſ. in cap. duo ſimul. de off. ord. Bar. in l. unica. C. de vſucap. tranſ. Bald. conſ. 367. Venerabilis. uolum. tertio. Idem Par. conſi. 104. nume. 129. eod. uolum. Rot. autem deciſ. ſeptima numero quarto de proba. in nou. dicit de mente Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andreæ in c. fraternitatis. de teſt. quòd uolenti probare præſcriptionem, ſufficit eam allegare, & dicere, quòd legitimè præſcripſit, licèt non dicat per quantum tempus, per ea quæ habentur in cap cum eccleſia Sutrina. de ca. poſſ. & prop. & in c. Cumana. de elect. & in c. cum de beneficio. de præb. in ſexto. Sed in caſu noſtri ſtatuti, ut ſuperius dixi in princ. ſufficit probare tempus; quia cætera per ſtatutum præſupponuntur.

Regulariter debet probari ad plenum, nec in illo admittitur iuramentum in ſupplementum, ut dicunt Ange. & Bald. in le. prima. C. de præſcript. triginta anno. & per multa ſequitur Curr. ſen. in le. admonendi. numero 215. de iureiuran. licèt Roma. ibi. numero 68. teneat contrarium; quia communis eſt contra ipſum. Cephal. conſilio 29. numero 14. columna prima, cum ibi allegatis. Immo probandum, quòd utraque pars ſemper fuit præſens in loco iudicij; quia aliter currit præſcriptio contra præſentem, aliter contra abſentem, ut dicit Iaco. But. in l. fin. C. de præſcript. longi tem. & ibi Ange. & Balb. in tract. de præſcriptio. quarta part. principali. quæſtione tertia numero quinto. Idem Cephal. conſi. 40. nu. 53. uol. primo. ubi ſubdit, quod qui uult ſe tueri præſcriptione, debet etiã probare, quòd lapſo tempore debitor commodè potuiſſet debitum ſatisfacere, ad not. per Rui. conſi. 3. lib. 1. & Soci. Iun. conſ. 64. num. 41. lib. 20.

17 Sed poteſt eſſe quæſtio † quid ſi debitor probet per teſtes præſcriptionem 16. annorum in genere, & creditor probat de ſua poſſeſſione alicuius anni in ſpecie, uel de extraiudiciali interpellatione ad interrumpendam præſcriptionem, cui magis credetur? Reperio. D. Soc. ſen. conſilio 54. numero 14. uolumi. quarto expreſſe tenentem, quòd præferuntur teſtes illius, qui probat in ſpecie poſſionem unius anni; per ea quæ not. Peruſi. in l. prima. ff. ſolu. matrimo. qui atteſtantur ſe uidiſſe de facto conſultum in iſto caſu, &
18 eſt conſiliũ Par. 74. numero 45. uolumi. primo. Vbi dicit † quòd magis creditur teſtibus dicentibus aliquem eſſe uſurarium in ſpecie, quàm in genere, dicentibus eſſe bonæ uitæ: & Felin. in capitulo literis. numero ſeptimo de præſump. Vide ſupra in gloſ. 10. & Rebuff. in concord. titu. de annat. ſuper rub. in gloſ. poſſeſſionem, uerſi. ſeptimò uincere debet, ad ea quæ not. Barb. conſilio 25. uolumi. quarto. Deci. conſilio 302 columna quinta & Inno. in capitu. auditis. de præſcript. Alexand. conſilio 148. uolum. ſecundo Pariſ. conſi. 88. numero 31. uolum. tertio & uide ſupra in gloſ. 24. numero 7.

Non ab re erit, antequam deueniamus ad expeditionem ſcire,
19 an poſſit † huiuſmodi ſtatuto per partes pacto renunciari, Bart. in l. nemo poteſt. de lega. primo, tenet quòd non: quia iſta præſcriptio eſt introducta in fauorem publicum, hanc opinionem tenuit etiam Cumanus ibi, & Alexand. nume. 25 & Iaſo. nu. 80. cum ſeq. Ripa nume. 104. & 107. Roma. conſi. 201. num. 4. 5. Bald. in l. centurio. ff. de vul. & pup. Fel. in rubr. de præſcript. numero 11. & numero 18. & in cap. ſi diligenti. de foro compet. Fulg. conſilio 83. Guid. Pap. deciſ. 319. numero 2 & deciſ. 409. numero 3. Bartho. in l. prima. ff. de uſucap. Dec. in l. petens. numero 7. C. de pact. Moder. de compromiſſ. in prima q. princ. numero 46. Cęp. de caut. 75. cautela quòd in contractu, Tiraquel. de utroque retract. in 2. titu. in uerb. Ateltempus, gloſ. 2. §. primo numero 13. atteſtatur de communi, & late Balb. in tracta. de præſcript. in 5. par. 1. par princi. q. 6. D. meus Soc. Iun. conſi. 145. num. 50. uolum. primo, & late Boer. deciſ. 182. nume. 8. & 9. Contrarium tenuerunt Din. Bal. Imol. & multi alij, quos refert Alexan. in d. l. nemo poteſt. & Roma. in d. l. prima. de uſucap. & Vital. in tract clauſul. in clauſula, nulla præſcri-
20 ptione obſtante, num. 3. & nume. 7. Vbi † tradit cautelam ad tollendam præſcriptionem ſtatutariam. uidelicet pacto, ut partes conueniant tempore contractus, quòd non currat præſcriptio inducta a ſtatuto, ſed ſolum 40. ann. Allegat Ange. in l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. 10. Angel. in meo libro non facit uerbum ſuper illam legem. Bar. conſi. 22. columna 4. libro quarto dicit communem eſſe pro iſta ſecunda opin. Idem conſi. 51. lib. 1. & conſi. 53. li. 3. & Fulgo. conſi. 124. S. & D. Fabia. de Monte in tract. de empt. 7. q. princi. Ioan. de Monte Ferrato in d. l. nemo poteſt, & Alciat. in rubr. de præſcript. nume. 66. ubi dicit, quòd hæc opinio in practica
21 eſt ſeruanda, ſed † opinio prima eſt uerior & magis communis per ea quæ tractat Tiraquel. ubi ſupra, & Soc. d. conſi. 145. nume. 57. ubi dicit, quòd alia opinio procedit in præſcriptione inducta in defectum prouiſionis hominis, ſic etiam dicit gloſ. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 220. de mente Cępol. cautel. 78. & Ange. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid. ff. de ædilit. edicto. & Ioan. Anto. de Rub. Ale. conſ. 3. per totum, ubi atteſtatur de communi. uide Roland. conſi. 25. uol. 2. & Ant. Petr. in l. 1. effect. 21. ff. de iureiur.

22 Quæ cõmunis opinio † ampliatur: ut procedat. etiam ſi in contractu dictum fuiſſet, quòd talis promiſit ſoluere ſemper ad uoluntatem creditoris, & quandocunque, ut not. Ber. in rub. de præſcri. num. 83. & Soc. Iun. in d. conſilio 145. numero 52. uolum. primo, & Bald. in l. prima. ff. ſolu. matrimo. Ang. & Imol. in l. cum ſtipulatus ſim mihi a Proculo, de uerbor. obliga. dicunt iſtud etiam procedere, ſi dictum fuiſſet, quod creditor poſſit petere a die tali in antea ad eius intentionem; quia per uerba generalia promiſit ſoluere ad omnem petitionem & uoluntatem creditoris non cenſetur re
23 nunciatum præſcriptioni temporis. Et ideo Alexand. † conſilio 170. uiſis ſtatutis, uolum. ſecundo, dicit quòd ſi extat ſtatutum, ꝙ ſi creditor habens inſtrumentum non egerit intra triennium, inſtrumentum ſit nullum, non tollitur præſcriptio ſtatuti per uerba debitoris, qui promiſit ſoluere ad omnem uoluntatem, petitionẽ & requiſitionem creditoris; quia licèt iſtæ cautelæ ſint ueræ; nihilominus non habent locum in præſcriptionibus tollendis, quibus renunciati non poteſt. Felin. in rubr. de præſcrip. numero 17. & Rip. in d. l. nemo poteſt. numero 120. quia fieret fraus legi, & Cæphal. conſilio 40. lib. primo, & Suarez in l. poſt rem. in 2. nume. ff. de re iud. nec obſtat, quòd uidetur uelle Fel. & alij Canoniſtæ, quòd debitor propter huiuſmodi pactum conſtituatur in mala fide, ſi ſciat ſe per pactum obligatum, non mihi uĩ, ꝙ iſtud dictũ ſit uerũ: quia ẽt abſq; pacto debitor ſe obligatũ eſſe, & nihilominus adiuuatur ſtatuto, & hanc ampliationem late proſequitur Tiraquel. de utroque Retract. in uerb de dans lam, in §. primo, gloſ. prima numero 33.
24 cum ſequen. Vbi dicit, quòd † per hæc uerba affirmatiue concepta ſemper, omni tempore, perpetuo, quandocunque & ſimilia, non uidetur excluſa præſcriptio temporis. Idem Tiraquel. in eo. tracta. in verbo. Ateltemp. nume. 14. cum ſeq. & Ber. in rub. de

præ-

Source : BIU Cujas

præscrip.nume.80. Contrarium tenuit glos.in addit.ad decis.Thos. 220.secundùm Bald.& Ange.in l. quòd si nolit. §. si quid ita. ff. de ædilit.edict.Idem Bald.in l.1. C.solut. matrimo. & Ange.in l.nam & postea.§.si is qui pro temporali.de iureiur. Vbi dicit istud procedere etiam in præscriptione statuti, Prima opinio magis communis,ut per Tiraquel.ubi supra. Ioan. Anto. Alexan.consi.3. nu.46.

25 Fallit quò † ad præscriptionem perpetuam, cui potest renunciari,ut per Fel.in d.rub.numero 12.de præscri.Ripa in l.nemo potest. nume.106.& ibi Iaso.numero 85.& Bart.in l.1.de usucap. Bald.in l.unica.C. de caduc.toll. & sic communiter uolunt omnes; quòd ualeat pactum: ut finita præscriptione iterum debeat incipere totiens quotiens, sequitur Cepol.caut.65.in multis casibus, & Bald. in l.cum rempubli.C.ut in possess.leg.Petr.Gerard.singu.18.num.

26 29. glos.in d. decis. Tholos.220. Vbi allegat multos,ista † fallentia non mihi uidetur satis tuta; quia quòd non possum directe, nec etiam possum indirecte, & cum non admittat ad aliquem actum una uia,nec alia sum admittēdus c. cum quid una uia,de regu.iur. & ibi Din. Sed si non possum renunciare præscriptioni directę,nec potero indirectę, pascisci, ut cum primum finita fuerit, iterum in-

27 choetur toties quoties; quia idem esset per diuersa.Sed † aduertatur,ꝙ præsuppositapro uera ista fallentia,quam ēt sequitur Boer. decis.328. nume. 5. sciendum est, quòd si dictum fuerit, ut finita præscriptione iterum inchoetur toties,quoties,intelligitur tantum de bina præscriptione per ea,quæ not. Guid.Papa consi.65.nume. 7.Vbi dicit,quòd ista uerba non faciunt extendi actum,ultra secundam uicem:& Ange.in l.si finita. in prin. ff.de damno infect. dicit, quòd si quis promisit præsentare aliquem toties quoties,liberatur bina præsentatione,sequitur Rom.cons. 15. plura sunt q̄ quæruntur,& Alexand.consi.145.quàm abunde.uolu.2. Bald.in l. si duo. §.semel.ff. de arbit. Vbi dicit, quòd si fuerit promissa pœna toties quoties fuerit contrauentum, quòd ista promissio habet locum tantum in bina cōtrafactione,ut bis tantum exigatur pœna. Idem Bald.in c.sua nobis.in fin.de app.dicit, quòd si conceditur potestas arbitro prorogādi compromissum semel & iterum,quòd illa clausula iterum,licèt de sui natura denotet infinitatem, nihilominùs ad eam tollendam dicendum est,ꝙ uerificatur in altera uice tantùm.

28 Fallit † etiam quando renuntiatur præscriptioni mere fauorabili,ut uoluerunt omnes in allegatis locis secus autem si sit mixta; quia Bald.in l.cunctos populos. C. de sum. Tri.& fide Cath.dicit, quòd nec huic præscriptioni potest renuntiari Fel.in d.rub.de præscrip.numero 14.& in ca.si diligenti.numero 18.de foro compet. tenet,ꝙ etiam præscriptioni mixtæ possit renunciari.

29 Fallit etiam † quando in pacto,siue renunciatione interuenit iuramentum: quia tali casu renunciatio tenet, ut per Feli.in d.c.si diligenti.per c.significante. de pign.& c.cum contingat. de iureiur.& ibi Ancha.num.10.& Boer. d. decisi.328.in fin. Alexand.in d.l.ne-

30 mo potest.nu.25.& Rip.nume.111. Contrarium tenuit † Cuma. consi.269.& Iaso.in d.l.nemo potest. nume.83. qui allegat Ange. consi.55.Idem Iaso.in l.petens.C.de pact.& late prosequitur Balb. in tract.præscript.in 4.par.5.principalis,& Claud.de Aquis in d.l.petens.& ibi Ioan.Puteus,quos refert & sequitur Ioan. Ant. de rub.

31 Alexand.in d.consi.3.num.7.Secunda † opinio uidetur uerior per decis.Rot. quam allegaui in alio loco, quæ est 16.Putei,de constitu.Vbi habetur, statutum Vrbis extendi ad debitum iuratum, ergo etiam ad renunciationem iuratam extendi debet, ut late etiam not.Gerar.in d.singu.18.per totum.Multas quęstiones in hoc tractatulo congerere potuissem: sed quia ab illis qui præscriptionum immensos tractatus composuerunt doctissime pertractantur, libenter illas omisi. Et ideo submittens omnia quæ dixi correctioni & determinationi Sanctæ Matris ecclesiæ,a cuius sacratissimo gremio nunquam discedere intendo,hic finem imponam,ad laudem & gloriam Summæ & indiuiduæ Trinitatis:gloriosæ semper Virginis Mariæ, beati Ioan.Baptistæ, ac Apostolorum Petri & Pauli, totiusque cœlestis curiæ. Amen.

MARCI ANTONII CVCCHI

De Moratoria præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio seu coangustatio diei est diminutio.*
Dies est pars obligationis.eo.
2 *Soluens ante diem dicitur soluere in fraudem aliorum creditorum.*
4 *Ab excessu commisso in executione in tempore non secus appellatur,quàm si commissus fuisset in re ipsa.*
Donare dicitur,qui remittit exceptionem dilatoriam.eo.
5 *Omnis exceptio dicitur in æquitate fundata.*
6 *Exceptiones omnes secundùm aliquos sunt inducte iure diuino uel naturali.*
7 *Imperator se appellat Dominum orbis.*
8 *Peremptoria præscriptio etiam illa dicitur, quæ tollit unam obligationem tantùm.*
9 *Princeps potest tollere obligationem ciuilem.*
10 *Obligatio naturalis non remanet inefficax,etiam sublata ciuili propter effectut compensationis & retentionis.*
11 *Exceptionis exclusiuæ actionum sunt iuris ciuilis.*
12 *Exceptionis intentionis & facti sunt iurisgentium.*
13 *Moratoria præscriptio,idest,exceptio dilatoria.*
14 *Principis rescriptum concedens dilationem ad soluendum ualet.*
15 *Plures dilationum species,uel formæ concessæ debitoribus reperiuntur.*
16 *Iusti dies qui sint, & iusta sententia quæ dicatur in diffinitione testamenti.*
17 *Ius reuocandi domum non est amplius in usu.*
18 *Dilatio quinquennalis quibus detur.*
19 *Inducię quinquennales, quæ à creditoribus conceduntur,non competunt debitori,qui debitum inficiatus sit dolo uel lata culpa, secus si per clausulam generalem,nego narrata.*
20 *An ualeat lex disponens, ut debitor non satisfaciens detur creditori adseruiendum.*
21 *Carcer est species seruitutis.*
Nemo cogitur propter æs alienum seruire.eo.
22 *Dilationis species quæ à Principe concedi solet, quanti temporis sit.*
23 *Multum interest,an dilatio à Principe concessa sit quinquennalis, an sit breuior.*
24 *Omnis dilatio etiam breuis cautionem desiderat.*
25 *Dilationes à Principe ad annum ex stilo concedi consueuerunt.*
26 *Forma huiusmodi literarum, remissiue.*
27 *Dilatio à Principe concessa prodest etiam in casibus alioqui priuilegiatis.*
28 *Procedit etiam in debito causato ex delicto.*
29 *Cessio est maioris pręiudicij,quàm dilatio temporalis.*
30 *Dilatio concessa à Principe prodest etiam his, qui bona sua decoxerunt, nisi ex delicto suo, uel mala fide decoxerint, secus in dilatione à Creditoribus concessa.*
31 *Ratio quare dilatio à Creditoribus concessa non prosit his, qui bona fide & sine dolo decoxerunt,cum secus sit in dilatione concessa à Principe.*
32 *Plura interuenire oportet,ut dilatio à maiori parte creditorum concessa naleat.*
33 *Debitor satisdare debet,si uult posse uti dilatione à maiori parte creditorum concessa,si petita satisdatio sit.*
34 *Debitor, qui impetrauit dilationem à Principe est tutus etiam in foro conscientiæ,si necessitate adductus eam impetrauit.*
35 *Dilatio annalis potest à Principe concedi,etiam sine causæ cognitione.*
36 *Etiam princeps Imperatore inferior, eique subiectus potest concedere dilationes huiusmodi.*
37 *Valet rescriptum concedens inducias etiam sine clausula, non obstante.*
38 *Rescriptum concedens inducias debet prodesse etiam creditori contra debitorem qui tales inducias impetrauit.*
39 *Valet & prodest etiam contra suum fideiussorem.*
40 *Prodest etiam si instrumentum habeat executionem paratam.*
41 *Exceptio declinatoria est modici præiudicij,ppea tolli facilè pōt rescripto.*
42 *Creditor,contra quem concessa est talis dilatio,dicitur tractari ut ciuis.*
43 *Princeps potest restituere instantiam peremptum.*
44 *Tempus conficiendi inuentarij competens de iure hæredibus potest per Principem prorogari,si nondum lapsum sit.*
45 *Dilatio concessa debitori non nocet fisco.*
46 *Fiscus cogere potest aliquem ostendere titulum suæ possessionis.*
47 *Fiscus prætendit causam lucratiuam.*
48 *L.non puto.ff de iure fisci.habet plures intellectus.*
49 *Distinguendum est,an fiscus prætendat cām lucratiuam, an cām.*
50 *Distinguitur inter casus,quibus fisco obijci compensatio pōt,et quib.non pōt.*
51 *Distinguitur,an rescriptum generale sit contra omnes creditores, an uerò speciale etiam contra fiscum. & 52.*
53 *Inducię non prosunt,nisi satisdatio præstetur,ubi sit petita.*
54 *Inducię à Principe concessæ non habent uim in debito iurato.*
55 *Iurans soluere in termino excusatur,si à Iudice prohibeatur, ne soluat.*
56 *Clausula motu proprio non prodest,ubi constat de petitione partis.*
57 *Distinguitur,an dicamus Principem noluisse,an uerò nō potuisse contra debitum iuratum concedere.*
58 *Instrumenta ex stilo habent iuramentum.*
59 *Notarius non præsumitur rogatur, ut apponat Iuramentum Instrumento, nisi expressum sit.*
60 *Pontifex potest tollere iuramentum.*
61 *Etiam sine causa,quando uertitur paruum præiudicium.*
62 *Princeps Laicus non potest concedere inducias super debito iurato.*
63 *Quomodo intelligatur,quòd Princeps habet authoritatem Apostolicam in relaxatione iuramenti.*
64 *Statutum Papiæ tollens iuramentum à minore præstitum non ualet.*
65 *Senatus Mediol.non admittit tale statutum.*
66 *Quomodo intelligatur,ꝙ in iuramento excepta sit authoritas superioris.*
67 *Multæ causæ subesse possunt alicui excusando præter iussum Principis.*
68 *Compulsus à Principe non dicitur, qui inducias quinquennales petit.*
60 *Etiam,quòd Princeps ultrò concessisset,ubi debitum esset iuratum.*
70 *Debitum ex causa depositi non includitur in dilationibus à Principe datis.*
71 *Depositum est priuilegiatum in causa celeris expeditionis.*
72 *Dispositio generaliter loquens non includit casus alioqui priuilegiatos.*
73 *Dispositio generalis non derogat priuilegio inserto in corpore iuris.*
74 *Verba generalia,ut qs nō possit molestari,nō derogāt restitutioni in integrū.*

75 *Lex*

Source : BIU Cujas

Marci Ant. Cucchi. De Morator. præscr.

75 *Lex generaliter loquens includit etiam casus alioqui priuilegiatos.*
76 *Tex. in l. in fraudem quomodo intelligatur.*
77 *Depositum est priuilegiatum in materia dilationum.*
78 *Inducię temporales à Principe concessę non præiudicant creditori ex causa depositi.*
79 *Quod intelligendum de uero depósito,*
80 *Depositum confessatum quod dicatur.*
81 *Simulatum depositum quod dicatur.*
82 *Depositum irregulare quod sit.*
83 *Quæ priuilegia non competant depósito irregulari*
84 *Deponens in genere et numerato, quando non præferatur cæteris creditorib.*
85 *Depositum non est priuilegiatum, ubi deponens usuras accepit.*
86 *Casus in quo priuilegiatum est depositum, etiam quòd usuras accipiat.*
87 *Dotis multa priuilegia.*
88 *Pactum fieri non potest, ut dos restituatur tardius, quàm lege sit dispósitum.*
89 *Debitum ex causa alimentorum est priuilegiatum.*
90 *Argumentum ualet à dotis causa ad alimenta.*
91 *Alimentorum causa fauorabilior uidetur, quàm dotis.*
92 *Alimentorum præstatio non est ita onerosa, ut præstatio dotis.*
93 *Alimentorum præstatio fit minutatim, non præstatio dotis.*
94 *Alimentorum & dotis causa in pluribus differunt.*
95 *Inducię à Principe concessę non prosunt debitori ex causa annonæ.*
96 *Causæ panis tractantur etiam diebus feriatis.*
97 *Debitum primipilare est priuilegiatum.*
98 *Primipilus qui diceretur.*
99 *Debitum ex causa pensionum constitutarum in alimenta est priuilegiatum, & non includitur in rescripto concedente inducias quinquennales.*
100 *Pensiones domorum non continentur in hoc rescripto.*
101 *Literæ quinquennalium induciarum restringuntur ad debita præterita, nõ etiam ad futura.*
102 *Dispositio trahitur etiam ad futura in his, quæ sunt modici præiudicij.*
103 *Inducię concessę motu proprio sunt maioris uirtutis.*
104 *Inducię quinquennales non nocent minori.*
105 *Inducię concessę an intelligantur ultra aliam dilationem competentem, an uerò in ea censeantur.*
106 *Dilationes huiusmodi conceduntur causa miserationis.*
107 *Priuilegium concessum cruce signatis, ne possint ante triennium conueniri à suis creditoribus, an intelligatur ultra dilationem quinquennalem à Principe concessam.*
108 *Distinctio in prædicto casu, &* 109.
110 *Princeps non præsumitur alicui uelle præiudicium facere neque in tempore.*
111 *Tẽpora induciarum concessarum à Principe nõ computantur in ꝑscriptione.*
112 *Executio Sententiæ parlamentalis non differtur propter has inducias.*
113 *Rescriptum non solùm debet facere mẽtionem de sententia, sed etiam, qualiter transiuit in rem iudicatam.*
114 *Snia potest sortita esse executionem, quamuis transierit in rem Iudicatam.*
115 *Rescriptum uel priuilegium derogans snię debet esse ualde clausulatum.*
116 *Rescriptum concedens moratoriam præscriptionem, seu inducias quinquennales non tollit rem iudicatam, sed tantummodò differt ipsius executionẽ.*
117 *Rescriptum concedens præscriptionem moratoriam dicitur potius ipsam sententiam approbare.*
118 *Rescriptum concedens exceptionem dilatoriam non prodest his, qui de proximo condemnandi essent.*
119 *Paria sunt sententiam latam esse, uel de proximo esse ferendam.*
120 *Multi in calculo ferendæ sententiæ opinionem mutarunt.*
121 *Inducię à Principe concessæ non prosunt, ubi causa est deducta in iudicium, nisi de ea facta sit mentio.*
122 *Rescriptum prædictum prodest tantùm debitori principali, nõ ẽt fideiussori.*
123 *Pactum de non petendo quando est in rem, prodest etiam fideiussori.*
124 *Pactum seu exceptio mere personalis competens debitori principali non prodest fideiussori ipsius.*
125 *Rescriptum concedens inducias præsumitur in gratiam debitoris tantùm, non etiam fideiussoris datum.*
126 *Quod intelligendum, quando fideiussor beneficio fideiussorum renuntiauit, & quando renunciauit beneficio cedendarum actionum.*
127 *Creditor non potest agere contra fideiussorem, quando non potest ei cedere actiones.*
128 *Fideiussor põt renuntiare beneficio cedendarum, & beneficio fideiussorum.*
129 *Creditor, contra quem militant inducię à Principe concessæ, dicitur tamen habere actionem, quam cedat fideiussori contra debitorem, cum non sit extincta, licèt dilata.*
130 *Quæ tamen actio hac tempore durante est ineficax.*
131 *Fideiussor exactus à Creditore potest agere actione mandati contra principalem, ut consequatur id, quod soluit ex causa fideiussionis.*
132 *Debitor habens generaliter inducias contra omnes creditores habet etiam contra fideiussorem suum.*
133 *Fidciussor uenit appellatione debitoris.*
134 *Obligatus ad soluendum ex causa fideiussionis, quamuis postea soluat, tamẽ censetur soluisse ex obligatione contracta iam tempore fideiussionis.*
135 *Casus, in quo fideiussor exactus potest agere contra debitorem principalem non obstantibus literis dilatorijs ei concessis.*
136 *Defensor necessarius potest adiuuare eum, quem defendit ex persona propria, & ex proprio sui ipsius iure.*
137 *Sublimitatio decimætertiæ limitationis, quando dilatio ad soluendum concessa est motu proprio specialiter contra certum creditorem.*
138 *Alia sublimitatio, si fideiussor non renuntiarit beneficio fideiussorum.*
139 *Alia sublimitatio, si fideiussor non renunciauerit beneficio cedendarum.*
140 *Alia sublimitatio, quòd licèt fideiussor opponere non possit, poterit tamen opponere debitor principalis tamquam necessarius defensor.*
141 *Alia sublimitatio, ut non procedat in dilatione legali.*
142 *Intellectus l. 3. § si is pro quo. ff. quod quisque iur.*
143 *Alia sublimitatio, ut non procedat, si fideiussor interceſſisset post rescriptũ.*
144 *Declaratur prædicta sublimitatio.*
145 *Rescriptum concedens inducias non comprehendit debitorem ad faciendum.*
146 *Obligatus ad factum non admittitur ad cedendum bonis.*
147 *Facultas cedendi bonis conceditur causa miserationis.*
148 *Inducię prædictæ non impediunt currere usuras.*
149 *Inducię prædictæ non conceduntur diuiti.*
150 *Inducię à Principe concessæ non faciunt, ut creditor qui agit non obstantibus inducijs condemnetur in expensis, & duplicatis inducijs ueluti agens ante tempus.*
151 *Rescriptum concedens inducias dilatorias debet denuntiari debitori.*
152 *Tempus concessum in rescripto incipit currere à data literarum.*
153 *Princeps non præsumitur alicui præiudicare uelle etiam in tempore.*
154 *Inducię cessant etiam ante tempus, quandocunque debitor ad pinguiorem fortunam perueniat.*
155 *Iudex non potest angustare uel ampliare terminum concessum ad soluendũ, quamuis à lege uel ab homine, quamuis possit extendere uel restringere terminum ad proponendas exceptiones.*
156 *Cuius contrarium prima facie uidebatur.*
157 *Exceptio dilatoria est modici præiudicij.*
158 *Restitutio in integrum non conceditur propter omissam exceptionem dilatoriam.*
159 *Minor non restituitur ad opponendum exceptionem fori.*
160 *Hæres potest declarare libellum ambiguum datum super possessorio & petitorio; quia non tollitur nisi exceptio dilatoria.*
161 *Rescripta principum intelliguntur sine graui præiudicio alterius.*
162 *Priuilegium debet potius interpretari contra ius commune, quàm inefficax remanere.*
163 *Priuilegium sui natura derogat legi.*
164 *Eo ipso, quo priuilegium appellatur, uel bulla priuilegium obsignatur, apparet, uoluisse Principem derogare iuri communi.*
165 *Priuilegium non interpretatur contra ius commune, si læsio tertij resultet.*
166 *Priuilegium interpretatur etiam in damnum tertij, quando agitur de iure quærendo tantùm.*
167 *Priuilegium non operatur in præiudicium tertij etiam quòd alias nihil operaretur.*
168 *Priuilegium potest interpretari in præiudicium tertij, quando negocium deduceretur ad terminos iuris antiqui.*
169 *Priuilegium non interpretatur in præiudicium tertij.*
170 *Princeps non præsumitur alicui uelle concedere aquæductum in præiudicium tertij.*
171 *Dominorum cõpositiones non debent facere præiudicium iuribus subditorũ.*
172 *Etiam quod aliqua causa subsisteret.*
173 *Etiam ꝙ fieret præiudicium in sola possessione.*
174 *Etiam ꝙ ageretur tantùm de iure ad rem.*
175 *Etiam ꝙ resultaret impropria interpretatio uerborum.*
176 *Potius impropriantur uerba, quàm tertio præiudicium fiat.*
177 *Etiam quòd concessio facta esset motu proprio.*
178 *Etiam in rescripto ex certa scientia.*
179 *Princeps non præsumitur uti plenitudine potestatis.*
180 *Verba posita in rescripto conformantur iuri communi, licèt propria significatio non patiatur.*
181 *Priuilegium non interpretatur in præiudicium tertij, etiam quòd illud ius à Principe emanasset.*
182 *Etiam ꝙ præiudicium esset in sola temporis dilatione.*
183 *Etiam ꝙ ageretur solùm de domino utili.*
184 *Etiam quod ageretur de præiudicio personarum incertarum.*
185 *Procedit etiam in priuilegio inserto in corpore iuris communis.*
186 *Etiam si priuilegium datum esset minori.*
187 *Etiam ꝙ inserta esset clausula, non obstante præiudicio tertij, deberet intelligi de modico præiudicio.*
188 *Limitatur, quòd debet interpretari in præiudicium concedentis.*
189 *Limitatur, ubi ad statum antiquum res reduceretur.*
190 *Limitatur, si haberet clausulam derogatoriam.*
191 *Rescriptum concedens, uel auferens exceptionem peremptoriam non ualet.*
192 *Exceptio peremptoria interpretatur à Doctoribus etiam, quæ dat inducias ultra quinquennium.*
193 *Dilatio concessa ultra tempus quinquennij an ualeat saltem usque ad quinquennium.*
194 *Actus prohibitus factus modo prohibito, ubi lex resistit actui à principio, ne fiat certo modo, non ualet etiam eo modo, quo ualere potest.*
195 *Quando dispositio prout agitur non differt in modo constituendi, ualet eo modo, quo ualere potest.*
196 *Regula, ꝙ actus ualeat eo modo, quo ualere potest, procedit sine dubio, quando*

Source : BIU Cujas

quando actus pendet à voluntate vnius.
197 Tex.in l.si sponsus. & generaliter.ff.de donat inter vir. & vx.
198 Baldi opinio communiter reprobata dicentis actum modo prohibito factum non valere, quando lex a principio restitit, ne certo modo fiat.
199 L.Græcè.& l.si non sortem.
200 Dilatio concessa vltra quinquennium valet saltem ad quinquennium.
201 Dilatio vltra quinquennium afferens modicum præiudicium valet.
202 Exceptio, ne conueniatur quis, nisi inquantum facere potest, an sit dilatoria vel peremptoria.
203 Exceptione perpetua fauorabili tutus si soluat, repetere potest.
204 Qui non potest conueniri, nisi quatenus facere potest, perueniens ad pinguiorem fortunam non repetit.
205 Exceptio ne conueniatur, nisi quatenus facere potest, habetur pro peremptoria, quò ad legem nostram.
206 Qui non potest conueniri, nisi quatenus facere potest, & si ad pinguiorem fortunam perueniat, adhuc tamen eodem priuilegio fruetur.
207 Exceptio ordinis, & exceptio diuisionis quæ sint.
208 Exceptio ordinis, & exceptio diuisionis sunt anomalæ.
209 Terminus excludens exceptiones dilatorias non excludit anomalas.
210 Exceptiones prædictæ ordinis, & diuisionis iudicantur dilatoriæ quò ad effectum huius legis.
211 Exceptio excussionis non militat, quando procedendum est ex bono, & æquo.
212 Sub simplicibus venit mixtum in fauorabilibus,
213 Exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis habentur pro peremptoriis.
214 Exceptio subreptionis rescripti videtur dilatoria.
215 Sed est anomala, quando vitiat in totum.
216 Exceptiones modificatiuæ sunt tanquam peremptoriæ.
217 Exceptio pretij non soluti non est proprie exceptio peremptoria, sed magis dilatoria.
218 Rescriptum tollit exceptionem peremptoriam, quando constat de uoluntate Principis concedentis.
219 Imperator Romanorum habet potestatem tollendi exceptiones peremptorias.
220 Sum.Pontifex est supra Imperatorem.
221 Sum.Pontifex habet plenissimam potestatem in beneficialibus.
222 Papa beneficium alicui auferre potest etiam sine clausula non obstante.
223 Princeps non recognoscens superiorem de facto, ut Rex Franciæ, potest tollere exceptionem peremptoriam.
224 Idem de Rege Angliæ.
225 Idem in quacunque ciuitate non recognoscente superiorem.
226 Idem in ciuitate Florentiæ.
227 Idem in Ciuitate Venetiarum.
228 Idem in Ciuitate Ianuæ.
229 Idem in Ciuitate Lucæ.
230 Idem in Duce Mediolani.
231 Pluribus modis contingere potest, quòd Princeps non recognoscat superiorem.
232 Priuilegium Venetiarum.
233 Priuilegium Ducis Mediolani.
234 Cardinalis Alexandrinus non vidit priuilegium Ducis Mediolani.
235 Decretum Ducis Mediolani, vt ei credatur aliquid testanti suis literis.
236 Decretum supradictum non valere.
237 Senat.Mediol.declarauit tale decretum non valere.
238 Decretum predictum est contra æquitatem naturalem, & modestiam.
239 Quando credatur ucrbis enunciatiuis Principis, remissiue.
240 Ex consuetudine creditur principi etiam in facto proprio aliquid ita esse testanti.
241 Principi credendum est seu de iure, seu de facto.
242 Casus quo princeps potest non recognoscere superiorem.
243 Possessio immemorabilis habet vim priuilegij etiam in reseruatis principi.
244 Communis opinio quæ sit in prædicto articulo.
245 Non procedit communis opinio in spiritualibus.
246 Non procedit in priuato.
247 Principes, qui habent potestatem absolutam etiam de facto, possunt concedere literas tollentes exceptionem peremptoriam.
248 Quomodo constare dicatur de voluntate Principis.
249 Clausulæ, ex certa scientia. effectus.
250 Clausula prædicta æquiperatur secundæ iussioni.
251 Et clausulæ, de plenitudine potestatis.
252 An dicta clausula sufficiat de per se, & nu.seq.
254 Communis opinio in prædicto articulo.
255 Cur requiratur clausula, non obstante contra exceptionem peremptoriam.
256 Constitutio nostra habet clausulam derogatoriam ad rescripta.
257 Castrensis dictum in prædicto articulo dubium.
258 Clausula predicta æquipollet clausulæ non obstante, & seq.
260 Non sufficit, quòd una clausula alteram contineat virtualiter.
261 Clausula prædicta non operatur, quando causæ cognitio non interuenit.
263 Distinctio in predicto casu.
264 Quandoque causæ cognitio requiritur, etiam si non vertatur magnum præiudicium.
265 Clausula de plenitudine potestatis, & duobus seq.
266 Princeps est legibus solutus.
267 Princeps scribens de plenitudine potestatis, videtur velle derogare iuribus.
268 Principi aliquid facienti de potestatis plenitudine nihil opponi potest, & sequen.
270 Duæ Potestates in principe sunt.
271 Princeps vtens clausula de plenitudine potestatis, uidetur exercere potestatem.
272 Clausula, de plenitudine potestatis, non videtur derogare dispositioni habenti clausulam derogatoriam.
273 Constitutio nostra habet clausulam derogatoriam.
274 Clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis aptæ sunt tollere etiius tertii, quando sunt coniunctæ.
275 Clausula, motu proprio, æquiperatur clausulæ, non obstante.
276 Clausula motu proprio, princeps presumitur uti plenitudine potestatis, & sequen.
278 Motus proprius operatur, quamuis impetratio prohibita sit.
279 Motus proprius non operatur, quando prohibita est concessio.
280 Dispositio huius constitutionis non tollitur clausula motu proprio.
281 Clausulæ efficaces non operantur in præiudicium tertij.
262 Rescriptum geminatum habet maiorem uim.
283 Secunda iussio æquipollet clausulæ, non obstante.
284 Rescriptum geminatum videtur derogare legi nostræ.
285 Geminatio in preiudicium tertij non operatur.
286 Conclusio, an constitutioni nostræ censeatur derogatum vllis clausulis.
287 Clausula, non obstante, non operatur, si generalis sit.
288 Clausula, non obstante, non requiritur, ut sit singulariter expressa, sed satis est, si specialiter mentionem habeat. & seq.
289 Paul.Castr.reprehendit Bartolum male.
291 Io Baptista di S.Seuerino declaratus.
292 Princeps nunquam censetur derogare iurigentium, ubi nulla causa subest, etnum. 294.
293 Dominium est de iuregentium.
295 Princeps creditur de potestate absoluta, & ex certa scientia auferre posse dominium de iuregentium ex causa.
296 Princeps auferre potest dominium quæsitum de iure ciuili secundum aliquos.
297 Princeps dominium sententia quæsitum auferre potest.
298 Alij recensentur, qui tenuerunt, Principem auferre nō posse dominium quæsitum de iure ciuili.
299 Distinctio Domini Crauettæ in predicto articulo.
300 Authoris sententia, quòd Princeps possit dominium modis ciuilibus quæsitum auferre.
301 Quomodo intelligatur, quòd dominia sunt distincta de iuregētium, & quòd princeps non possit distinctionem hanc tollere.
302 Effectus dominij est iurisgentium.
303 Comes Palatinus dominium tollere non potest.
304 Dominium nullum siue iurisgen. siue de iure ciuili tolli potest a principe sine causa.
305 Causa alia requiritur in tollendo dominio iurisgen. quàm iuris ciuilis.
306 Dominium vtile an à principe tolli possit.
307 Dominij vtilis species tres, & quæ sint.
308 Dominum vtile præscriptione acquiritur, directum vsucapione.
309 Dominium præscriptione quæsitum directo aduersari cur dicatur.
310 Dominium extinguitur præscriptione. & quomodo intelligatur.
311 Dominij effectus cessat contra prescribentem.
312 Dominium directum non extinguitur omnino prescriptione.
313 Prescripta res non potest e manibus domini directi, ad quem reuersa est, ab eo qui præscripsit, auocari.
314 Dominium vtile, quod habet emphyteuta, non aduersatur directo.
315 Tertia species dominij vtilis.
316 Actiones directæ transferri noo possunt.
317 Dominium utile appellatur effectus dominij.
318 Fideicommissarius habet dominium vtile.
319 Cessionarius quilibet habet dominium vtile.
320 Dominium vtile habet ille, cui quæsitum est absque traditione.
321 Dominiorum prædictæ species an omnes a principe tolli possint.
322 Feudum a principe an tolli posit.
323 Bartoli dictum non tutum.
324 Modus dominij prædicti effectus cum iuris ciuilis sit, à principe tolli potest.
325 Omnes species dominiorum etiam iuris ciuilis habent effectum dominij.
326 Dominij effectus qui sit.
327 Nullum dominium etiam quod sit iuris ciuilis, caret dominij effectu.
328 Effectus dominij causatus Principis voluntate ab eodem auferri potest.
329 Baldi dictum circa potestatem principis in tollendo dominio.
330 Contractus cum principe initus ab eodem auferri non potest.
331 Feudum est contractus nominatus.
332 Feudum à principe auferri non potest, ubi ab eo non deriuauit.
333 Interest an feudum datum sit gratis, an pretio accepto.
334 Princeps ius a se concessum facile tollit, nisi ex contractu sit concessum.

Source : BIU Cujas

335 *Quasi dominium à Principe tolli potest.*
336 *Quasi dominium est inductum de iure ciuili.*
337 *Dominium quæsitum traditione à Principe auferri non potest.*
338 *Is cui iura ciuilibus modis quæsita auferri possunt, potest tamen Iudicis officium implorare.*
339 *Quod tamen difficile est in vsum deducere.*
340 *Vtilitas prædictæ decisionis.*
341 *In curia mercatorum dabitur executio, etiam quòd actio à Principe sublata sit.*
342 *Ex pacto nudo agi potest in curia mercatorum.*
343 *Euangelica denunciatio intentari potest etiam sublata actione.*
344 *In terris Ecclesiæ etiam in foro seculari executio dabitur etiam sine actione.*
345 *Exceptiones an dicantur de iure gentium, an de iure ciuili.*
346 *Glossa nostra videtur supponere, quòd exceptiones sint de iure ciuili.*
347 *Exceptiones videri esse de iure naturali.*
348 *Defensio est de iure naturali.*
349 *Exceptio à Principe tolli potest.*
350 *Princeps non potest tollere ea, quæ sunt iuris naturalis.*
351 *Obligationes & actiones sunt iuris ciuilis, licet contractus sit iuris gentium, & sequen.*
353 *Testamentum est iuris gentium inuentione, sed iuris ciuilis forma.*
354 *Exceptiones esse iuris gentium, ubi probetur.*
355 *Actiones sunt de iure ciuili.*
356 *Actio est causa exceptionis.*
357 *Exceptio excludit actionem, & intentionem.*
358 *Intentio prodita erat ante natas actiones.*
359 *Exceptiones formam a iure ciuili habere videntur.*
360 *Exceptiones clarè & dilucide, & aptè proponi debent.*
361 *Exceptiones non sunt necessario proponendæ in scriptis.*
362 *Non est bona comparatio ab actionibus ad exceptiones.*
363 *Actionum certa sunt nomina, & certa forma, non sic exceptionum.*
364 *Princeps debet soluere iustum pretium ei, cui dominium etiam iure ciuili quæsitum auferre potest.*
365 *Etiam, quòd vsus fuisset clausula, non obstante.*
366 *Etiam in bonis feudalibus, vel censualibus, vel emphyteuticis.*
367 *An procedat etiam, quòd generali lege id cautum esset.*
368 *Lex videtur specialis, quamuis personas non nominarit, quando aliquorum contemplatione facta videtur.*

SEQVITVR CONSTITVTIONIS tex. in l. ij. C. de precibus Imper. offeren.

Imp. Const. A. Seuero Præfecto vrbi.

QVoties rescripto nostro Moratoria Præscriptio remittitur, aditus supplicāti pandatur. Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit, sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest. Nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. D. Calen. Iulij Paulino, & Iuliano Coss.

COnstitutio hæc, quæ duas partes habet, in priore concedit, vt tolli possit dilatoria exceptio, in posteriore, quæ est in verbo, quod autem, negat, rescripto exceptionem peremptoriam auferri posse. Quare & hoc erit ipsius compendiū. videlicet. Rescriptum tollens dilatoriam exceptionem valet, quamuis id non valeat, quod peremptoriam exceptionē tollit.

Ambigi autem poterat in priore decisione, nam coangustatio,
1 vel ampliatio diei est iuris diminutio, † cū dies sit obligationis pars
l. j. §. diem. ff. de eden. l. si cui. §. minus. l. minus. ff. de uerb. sign. §. tem
2 pore. Inst. de act. quare & † is dicitur in creditorum fraudem solue
re, qui ante diem alteri creditori soluit propter commodum repre
3 sentationis, hinc poterit eiuscemodi solutio per alios reuocari, l. ait
prætor. §. si cum in diem. l. omnes. §. fi. ff. quæ in frau. cred. ac, quòd
mora in soluendo facta sit, quædam patrimonij diminutio est, tex.
optimus in l. circa legem. ff. ad leg. Falcid. l. in quantitate. §. in diem. l.
qui quadraginta. §. vlt. l. in lege falcidia nō habetur. ff. ad legem Fal
cid. l. si mandauero tibi, vt pro me. ff. manda. l. generaliter. §. si cui le
gatum. ver. planè si forte. ff. de fideicomm. liberta. Tiraquel. de re-
4 tract. lignag. §. 1. glo. 18. nu. 34. & seq. ad quod facit, † ꝙ non minus
appellari potest ab excessu executionis commisso in tempore, quā
ab excessu in re ipsa per executorem facto. l. ab executione, vbi gl.
j. quor. appella. non recip. hinc & donare dicitur, qui exceptionem
temporis dilatoriam remittit, Bar. in l. fi. in prin. ff. quæ in frau. cred.
5 Item videbatur dubium facere, quòd omnis exceptio dicitur in æ-
6 quitate fundata, l. qui æquitate. ff. de doli excep. qua propter non-
nulli dixerunt, exceptiones omnes iure diuino, vel naturali inductas. Aret. Inst. de excep. in Rub. nu. 7. & 8. quare videretur, eiusce
modi rescriptum, quod dilationem concedit, veluti alterius iuri p̄-
judicans non valere, l. rescripta. j. eo. l. nec auus. j. de emancip. liber.
l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. pub. cum sim. re
scripta enim omnia secundùm ius scribi debent. l. falso. infra de diuer. rescrip. idque tanto magis procederet, si exceptio hęc iure diuino, aut naturali inniteretur, cum id non possit a Principe auferri. l. fi. j. si con. ius vel vtili publ.

Verumenimuerò, quia paruum damnum censetur esse in huiusmodi mora & dilatione. l. si debitori. ff. de iudic. hinc est, quòd supradictorum nulla ratio habita fuit. d. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe, ne quid in lo. pub. ubi no. cum simi.

7 Nec pariter posterior pars dubitatione prorsus vacabat, † cum Imperator totius orbis dominum sese appellare non dubitet, l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. bene a Zenone. §. 1. ibi. cum omnia Principis esse intelligantur. infra de quadrien. præscrip. fa. l. secunda infra de crimine sacrilegij vbi, disputare de principali iudicio nō oportet, sacrilegij enim instar est. Sed quia tamen verum omnino esse non creditur, Imperatorem totius orbis terrarum esse dominum, quod ad res priuatas attinet, sed quò ad iurisdictionem in vniuersum dumtaxat. Fely. cap. quæ in Ecclesiarum. num. 26. de constitut. seu (ut alij dicunt) fiscalia omnia sunt Principis, Felyn. ubi supra, seu vt ait Bar. in 1. consti. Digestorum, Imperator est dominus totius mundi ratione protectionis, & iurisdictionis tantum Alex. consilio 76. incip. in causa & lite, colum. 2. lib. 2. & consi. 112. colu. 1. lib. 4. Dec. consi. 307. colum. 3 in prin. & consilio 508. colum. 3. num. 9. Roder. in l. quoniam in prioribus. propterea non duxit rationi consonum esse, vt tantam sibi authoritatem vsurparet, vt ēt ius tertij rescripto suo exhauriret.

Et quamuis etiam daretur, Principem hāc potestatem iuris alieni auferendi habere, eam tamen negat omnino se exercere velle, neque enim tam ex defectu potestatis, quàm uoluntatis rationem rescripti sui hic sumit Imperator, cum dicat, nec præscriptionis peremptoriæ relaxatio petatur, quasi dicat, se minime tali petitioni assensurum, quo uerborum sensu iura semper loquuntur, ut etiam in dicta l. §. merito. & §. si quis a Principe, ne quid in loco publ. & alijs simil.

Videbatur tamen, nimis latam esse hanc decisionem, dum ait p̄-
scriptionis peremptoriæ relaxationem petendam non esse, cum
8 † præscriptio peremptoria & illa sit, quæ vel unam obligationem
tantum tollit, puta ciuilem tantum, vel naturalem tantum, quia altera, quæ supereſt, remanet inefficax. Bart. l. Iulianus. colum. ante-
19 penul. nume. 34. ff. de condict. indebi. † at constat, Principem posse
tollere obligationem ciuilem, quamuis, ut diximus, sit peremptoria, l. 2. l. ex hoc iure. ff. de iustitia. & iure. potes tamen respondere,
10 † non omnino inutilem remanere obligationem naturalem etiam
sublata ciuili propter effectus compensationis, & retentionis, & alios de quibus per Ias. in d. l. ex hoc iure. de iust. & iure, quare sublata ciuili non ideo dicentur principalis negotij vires exhaustę, quod lex nostra ne sequatur, prouidere satagit.

11 Quod † tñ dictum est supra, exceptionem esse de iure naturali, non ita sine controuersia est, de quo vide Fel. in Ru. extra de excep. & Soc in Rub. ff. eo. ad fi. post Bar. & Ias. in d. l. ex hoc iure. Alexan. Ias. & Dec. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iur. Id quidē absque
12 controuersia esse credo, ꝙ quamuis exceptiones † q̄ sunt actionū
excluſiuæ, iuris ciuilis sint, exceptiones tñ intentionis, & facti, quæ actionem excludere non dñr, sed nullam subesse actionem supponunt, iuris ciuilis dici non possunt, sed iurisgentium potius, de qua exceptione intentionis per glos. in l. qui se debere, ver. exceptione,
13 in fi. de condi. ca. da. † Moratoria præscriptio. i. exceptio dilatoria, ut declarat rectè Accurs. hic, sic mentionem faciunt leges de moratorijs ambagib. l. ulti. C. de compensa. ibi, moratorijs ambagib. spem condemnationis excludi, item reperitur cautio moratoria. l. cum possessor §. vlti. ff. de censib. in illis uerb. pro pecunia tributi, quod sua die non est redditū, quominus p̄diū iure pignoris distrahat̄, oblata moratoria cautio non admittit. Itē fit mentio in legib. de caut. & cunctat moratoria. l. Tutor qui repertoriū. §. j. ff. de admi. tuto. ibi, non q̄dē p̄cipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione, q̄
q̄dē exponenda sunt pro dilatorijs a verbo, mora, quēadmodū & morator dr̄ Iurisconsul. ueterib. quē Doct. postmodum appellare morosum q̄sueuerūt, Tiraq. in tract. de retrac. lignag. §. 1. gl. 3. in fi.

14 No. Primò, † valere principis rescriptum, quo debitori dilatio ad
soluendū conceditur, concor. l. vniuersa. j. eo. q̄ dr̄ exceptio dilatoria, & eiuscemodi literę a principib. ꝙcedi ēt hodie solent, vt fetè vbiq; apud Italos principes Romæ, Venetijs, Mediolani, atq; in alijs curijs Principū in vsu esse vidi, dilatoriaq; exceptio hmōi est, si q̄ dē dilatoria exceptio est, q̄ solum differt negotiū, peremptoria, q̄ perimit, & quæ totius negotij cognitionē, & principalis cāæ vires exhaurit, ut lex nostra dicit, qua nulla est ad declarandum exceptionis peremptoriæ effectū pulchrior, Bal. in l. perēptorias. C. sent. rescin. non posse. & est tex. in l. 2. §. fin. cum l. seq. ff. de excep. in quo textu ponitur exceptionis dilatoriæ exemplum, ut si conuentum sit, ne intra quinquennium petatur: est ēt tex. in §. appellantur. Inst. de excep. pluriumq; exceptionum dilatoriarum, & perēptoriarum, ne his recensendis vltra quam opus sit, immorer, exēpla diffuse ponit Ange. Aret. in d. tit. Instit. de except. in princ. & §. appellantur.

Sciendum est tñ in primis, (quod loco euidentialis doctrinæ di-

ctum

Source : BIU Cujas

15 ctum volumus) plures † dilationum species vel formas debitorib. concessas reperiri,in iure: Nam primum condemnatis in actione personali datur quadrimestis dilatio à die sententiæ,vbi appellatum non sit,vel si appellatum sit,a die confirmationis sententiæ,quo ca pore possint sententiam exequi.l.2.C.de vsur.rei iudi. quod quidē tempus miserationis,& humanitatis gratia concedi perhibetur,l.si cum militi.§.fi.ff.de compensat. vel, si confessus debitor in iudicio sit,non expectato libello,olim quidem pariter quadrimestem dilationem habebat,hodie vero decem dies tantum de consuetudine habet,d.l.si debitori.vbi gl.Bar.& Castr.ff.de iud. & hi quoque appellari possunt dies iusti,veluti afferentes quoddam iustitium,idest iuris inter eos quandam quasi cessationem,& interstitionem, quibus dieb.nihil cum his agi iure possit.Au'.Gellius.lib.20.ca.1.noct. attic.qua ratione & ego alias interpretatus sum illud verbum,iusta quod positum est in diffinitione testamenti.dum testamentum dicitur iusta nostræ voluntatis sententia.Inst.de testam.in prin.& l.1. ff.eo.nam & si multæ eædemq; pulchræ, ac nonnullæ etiam veræ interpretationes ad illud verbum a Bartholo & reliquis Doctorib.
16 afferantur,†ego tamen subtiliter dicebam,,fortè appellatum esse testamentum iustam sñiam, quod faciat cessare iuris dispositionem, quemadmodum diebus iustis cessat iuris executio, testamentū. n. adeo seruatur,vt reliquæ legum dispositiones vacent.l.1. C. de sacrosanct.eccl.§.disponat.in Auth. de nupt. Datur dilatio hæredibus mariti ad restituendum dotē solu.matrim.consistentem in reb.mobilib.vel se mouentib.vsq; ad annum l.vnica.§. cum autem.ver. exactio.C.de rei vxo.act.dat dilatio & securitas, ne molestari possint hi,qui ad nundinas causa negotiandi proficiscuntur. dum illuc uadunt,morantur,ac inde reuertuntur,l.vni.ff. de nundin.
datur & dilatio his,qui in legatione sunt, ne ea durante ex negotijs antea gestis in loco,vbi legationis causa morantur, respondere te-
17 neantur,†sed ius domum reuocandi habent,l.2.§.legatis.ff. de iud. vbi ēt alij enumerantur, qui priuilegium habent domum reuocandi,de quo per Abbatem & reliquos Cano.in c.fi.col. pe. & antep. super gl.fi.de foro compe.sed id tñ ius reuocandi domum hodie a Rom.aulæ vsus recessisse traditum est.Quintil.Mandos.in 20.reg. Cancel.q.ulti.de Idiomate,nu.3. & pulchros effectus resultantes ex tali priuilegio reuocandi domum è curia vide Rot.Bissigneti de appellat.dec.19.Rot.Fastoli.causa 3.decis.15.seu dubio 10.Dec.& Doct.in c.meminimus.de appellat.Socy.in reg.102.
18 Datur † etiam dilatio quinquennalis per creditores ei qui velit, paratusq; sit cedere bonis,nisi huiusmodi quinquennales inducię ei concederentur.l.fi.ff.quæ electio,an ſ. cedere velit,an dilationes quinquennales beneficio vti, est ipsi debitori data,vt aiunt Barth.Pau.Cast.& Saly.in d.l.fi.post gl.ibi.quicquid aliter senserit Bal.quamuis.n.textus ille dicat, electionem dari creditoribus,sic tamen intelligendum existimant, cum ea electio creditori a debitore oblata est,ut gl.ibi intellexit, potest enim debitor,si velit,ēt inuitis creditoribus, inducias quinquennales ei offerentib. eas inducias respuere,& bonis cedere,Ang.Aret.Inst.de act.§.fin. col.4.uer.quæro debitor vult.& ibi vide apostillam Antonij Caij, qui ponit formam libelli,quo debitor petit huiusmodi cessionis be-
19 neficium,† Sed tale beneficium induciarum quinquēnalium, quæ a creditoribus conceduntur,non competit,si debitor inficiatus sit debitum,Bald.in d.l.j.col.j.C.qui bon.ced.poss. Cano.in c. Odoardus.de solut.Aret.& Iaſ.in d.§.fi.Institit.de act.videlicet si negatum sit dolo,vel lata culpa,aliàs secus,Paris.consil.100.lib.3. qui ēt Paris. ait,non reperiri expressum lege,ꝙ tale beneficiū amittat̄ p negationem,& in oēm casum ait,ꝙ non amittetur tale bñficium, licèt qs p illā clausulā generalē(nego narrata,put narrant̄,) inficiatus esset.
Et hæc quidem statuta idcirco videntur,vt temperaretur sæuitia illa,immanisq; feritas partiendi,secandique & dilacerandi humani corporis eius,qui ob pecuniam debitam addictus adiudicatusque pluribus creditoribus fuisset,de qua in l.12.Tab.his uerbis. valet.
In vinculis 60. dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad prętorem in comitium producito, quantæq; pecuniæ iudicatus erit,prædicato,† Tertijs autem nundinis, si interea pactus nō sit,capitis pœnas dato,aut trans tyberim peregre venum ito, &,si plures forent, quibus reus esset iudicatus, Tertijs nundinis partes secanto.Si plus,minusve secuerint,sine fraude esto.
Qua de re per Aulum Gellium.l.20.c.j.Noct.Atticar. Francisc. Balduin.in leges 12.tab.Quintil.li.3.c.8.instit.orat.Didac. Couar.li. 2.c.1.variar.resolut.Rodri.Xuarez in li.2.foro legum.li.3.q. 2.nu.
20 21.† ex quo ipse defendit,valere illam legem Regiam, qua debitor non soluens dabatur creditori ad seruiendum,sed & nostrates antiqui Doctores eam non ignorauerunt,Azo in summa titu.ff. qui bon.ced.poss.& gl.in l.j.in uer.in eo.in fi.& l.fi.eo.tit.qui bono.ced. poss.qui dicunt, cessionem bonorū in hoc prodesse; quia debitor amplius non dabit̄ post 40.dies creditorib.ubi non satisfaciat, dilacerandus,vt olim,quo tempore, si debitor nolebat neq; satisfacere debito,neq; cedere bonis,& stare iuri,erat incarcerandus,ubi inclusus detinebatur vsq; ad 40.dies,expectaturus, an fortè quis pietate ductus vellet æri alieno pro eo satisfacere, post quos 40.dies, nisi soluisset,dabatur creditoribus laniandus,quam pœnæ speciem & text.ipse in d.l.fi.ff.).qui bon.ced.poss.sentire vī, his nempe uerbis, videlicet(salua eorū existimatione,& oī corporali cruciatu se moto)eiusce modi statutum hodie tamen non valeret fm Bal.in d.l.1. nu.3.qui bon.ced.poss.in his scilicet,qui aduersa fortuna solum verterunt,secus si dolosè quis cum pecunia,& rebus alienis fugisset,vt sępe vsu euenisse vidimus Mediolani,Venetijs,Genuæ,alijsq; vrbibus.Bal.in d.l.fi.col.1.nu.4.ubi etiam Salyc.ff.).qui bono.ced.pos.& congruunt ea,quæ disserit Rodric.proximè s. citato loco in d.l.2. foro legum.lib.3.q.2.nu.21. Alia etiam pœna colligitur in debitores olim statuta ex Suet.Tranquillo in vita Claudij Cæsaris, qui ait ipsum Cl.Cæsarem, priusquam Imperator esset renunciatus, ære alieno oppressum lege prædiatoria in vacuum pependisse,sub edicto Præfectorum, ꝙ fidem creditoribus obstrictam liberare non posset,quo in loco quidam interpretes huiusmodi rerū ignari toto errarunt cęlo,& nugas quasdam effutierunt, sed eius loci intelligendi gratia Alciatus consulendus est. Rodric. autem supradictus ad l.2.titu.de los gouiernos foro legum.lib.3.in prin.nu.2. loquens de huiusmodi cessione ait, ꝙ de iure antiquo priusquam fieret titulus de cessione bonorum,debitor,qui non soluebat,detrudebatur in carcerem d.l.1.ex gl.in d.l.fi.quæ dixit,non cedentem bonis carceri esse mancipandum,& gl.in rub.ff.eo.& Bar.in l.cum eo.ff. ad legem Iul.pecul quod tamen ius & ipsum nimis seuerum(inqt Rodric.)videbatur, quare in dictis titulis statutum fuit,vt possit qs cedendo bonis carcerem euitare,si post condemnationem solue-
21 re non possit,†carcer enim est seruitutis species, sed nemo cogitur propter æs alienum seruire.l.ob æs.).de act.& obl.& c.2. de pign. quod pariter verum credit,& si nō iure seruitutis uelit quis ab homine libero sibi propter æs alienum operas præstari,Bald.l.2.ff. de lib.hom.exhib.In carcere autem thediali potest quidem aliquis detineri.l.nemo.l.quoties.C.de exact.tribur.
Alia est dilationis seu induciarum species ad soluendum, quæ à
22 Principe concedi solet,de qua lex nostra.† Sed dubitatur,quanti tēporis hęc dilatio esse debeat,nusquā enim nec dilucide in iure cautum uideo,reperitur quidem interdum fieri mentionem quinquēnalis dilationis,ut in d.l.fi.).qui bon.ced.poss.in l.3.in prin.ff.de excep.& §.appellantur.Inst.eo.de excep.quo argumento opinantur (vt ego autumo)Doctores dilationem excedentem quinquēniū non ualere, sic & alias de quinquennij tpe mentio haberur in l.2. C.de uectig.& commiſ.Sed).illud tempus,ut ad annum,biennū, triennium vel quadriennium valere creditur. Guid. Pap. decis.97. & decis.109. Ant.Caius in addit.ad Ang.Aret.Inst.de excep.num. 13.in Rub.& ut plurimum hę dilationes soleant esse quinquennales tradit Cast.hic & alij,& Alex.in cons.205.uisis,lib.2.
23 †Multum quidem intererit,an dilatio concessa sit ad quinquennium,an uero brevior sit; nam in dilatione annali cōcedenda nulla exigitur probatio,sed stabitur iuramento ipsius debitoris se dicē tis necessitate vrgeri,nec posse tali debitori satisfacere, cum tamēin dilatione quinquennali sit necesse ut probet,se adeo necessitate p̄mi,ut debitum exoluere nequeat,Boer.in decis.296.nu.1.Quinti. Mandos.in reg.10.cancel.q.4.in casu 6'2 cuius tñ Boerij dictū in eo minus verum arbitror, dum credit in dilatione annali non solum probationem non exigi,sed nec ēt cautionem ꝙ Iasonem in l.
24 nec damnosa,).eo.† Verius enim dictum Iasonis esse opinor, ꝙ in omni dilatione quantumuis breui, ac modici prędiudicij cautio necessaria sit,quod etiam tenet Abb.in ca. quod ad consultationem. de re iudi.nu.22.Iacob.de San.Georgio in l.si debitori. de iudi. qđ optime probari videtur in d.l. si debitori, nam ea in l. datur solum quadrimestris dilatio,& tamen cautio exigitur, quam ēt communem testatur Boer.ubi s.& ex stilo ferè ubiq; seruari solet, tam Me-
25 diolani,quàm alijs in locis,ēt in dilatione).annum breuiori.† Cōmuni autem ex stilo hæ dilationes ad annum concedi solent, propterea ubicunq; Doct.de huiusmodi inducijs mentionem habēt, fere semper in annalibus dilationib. exempla ponūt, nec forte abre,nam temporis appellatio simpliciter de anno intelligitur.c.ꝙī tēpore.cum gl.j.de consecrat.dist.4 Bal.post gl.in l.vsurę.C.de vsur. annus.n.dicitur tempus congruum.l. fortissimi. C. de erogat.mil. ann.li.12.& l.j.§.largius.ff.de succes.edic. Tiraq. de retract.lignag. §.j.ver.de daus lan.gl.10.Quintil.Mandos.in reg. dec. Cancel.q.4.
26 †De forma huiusmodi literarum concedentium dilationē vide Bald.in cons.400.Incip.ꝙ Iacobus.nu.3.lib.1.& Anto. Caium in addit.ad Aret.in Rub.de excep.nu.13.
Hęc igitur est dilatio,quam lex nostra a Principe concedi posse
27 ait.Ampliaq; † ut procedat ēt in casu, quo alioqui ius concederet, ut non obstante priuilegio conueniri quis possit, exempli gratia, quamuis in nundinis conueniri quis non possit,l.j.).de nund.& diximus s.ex ꝙctu in nundinis tamen inito ibi conueniri poterit,& tamen litere dilationis quinquennalis efficient, ut neq; ex ꝙctu ibi inito molestiam pati debitor cogatur.Saly.d.l.vni. C.de nundinis.
28 Secundò amplia,†ut hæ inducię a Principe concessæ procedant ēt si debitum ex delicto causatū sit,ut dicit Decius sequens Romanum ꝙ Alexandrum ibi in l.1.nu.93.ff.si cer.pet.a. quamuis alioqui maxima qō sit,an,qui ex delicto debet,propriè dicatur debitor,& Romani quidem opinionem a Decio approbatam cōtra Alexan-

Source : BIU Cujas

drum & ego libentius ſequor, nam, ſi Princeps voluit debitori fauere contra alios, cur nō magis interpretemur voluiſſe eum fauere contra ſe, quia etiam priuilegia contra ipſum priuilegij authorē latè interpretantur c. ſuper eo. vbi Abb. de offic. deleg. ℭ ſi debitū hoc intelligamus, quod alicuius in ſatisfactionem ob delictum in eum commiſſum iudicatum ſit, nulla ſuberit ſaltem cōcludens neceſſàriò cauſa, quare non æquè potuerit differri, ac debitum ex cōtractu, Didacus tamen Couarr. in d. lib. 2. ca. j. variar. reſolut. tenuit beneficium cedendi bonis ei non competere, qui ex delicto obligatus ſit, quia in his inhabilitas ad ſoluendum dari non poſſit, cum, ſi in ære non habeat, in corpore ſuo pœna luenda ſit. l. 1. ad fin. ubi Bar. & Doct. ff. de pœnis. Ange. Aret. & Iaſ. in §. pœnales. Inſtit. de act. & idem Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 28. poſt gloſſ. & antiquiores Doctores. ff. de iuriſdict. om. iud. cum ſim. quod procedere aiunt, etiam ſi pęna illa reſpectu alterius ſit intereſſe: ut quia ſit ſatisfactio damni illati, nam & tunc prætextu inopiæ loco eius pœnæ ſeu ſatisfactionis ſuccedet corporalis pœna. ca. finem litibus. vbi Abb. col. 2. de dolo, & contumac Franc. in c. reprehentibilis, col. 3. de appell. Iaſo. in d. l. ſi quis id quod. nu. 28. vnde & dicunt, calumniatorē, qui omnino ſoluendo non ſit, vt ſarcire poſſit damnum calumnia iniectum alteri, pęnam corpoream ſubire teneri, niſi ille, qui calumniam paſſus fuit, repugnet, malitq; fortunam pinguiorem calumniatoris expectare, quando ſcilicet ipſi pœna applicanda eſſèt, ex Abbate in d. c. Odoardus, Bernardo Diaz. in prac. c. 59. Boer. tamē in quæſt. 319. nu. 8. credidit, in mulcta, quæ fiſco applicanda eſt, dūtaxat ſupradicta procedere, non in ea, quæ parti ob damnum acceptum loco intereſſe danda eſt. Quibus ſtantibus, ſi ad ceſſionem bonorum huiuſmodi ex delicto debitor non admittitur, nō videretur etiam, ℭ dilatio a Principe conceſſa ei prodeſſe deberet, ſic argumentatur Paris. in d. conſil. 100. lib. 3. argumentatur inquam generaliter, vt cui non prodeſt ceſſio, nec pariter ei prodeſſe dēat priuilegium dilationis, vt etiam ĵ. argumento huiuſmodi locum eſſe apparebit, videtur hæc quoque opinio probari in l. ſed ſi ex parte. 2. interdum. verſi. quamquam. ff. quod cum eo qui in ali. poteſt. quam tenuit etiam Boer. deciſ. 349. col. 10.

29 Tu tamen conſidera, † ℭ maioris præiudicij eſt ceſſio, quàm dilatio huiuſmodi temporalis, ſi quidem ceſſio affert præiudicium peremptorium, vbi enim facta eſt ceſſio, nulla creditori ſpes ſupereſt crediti ſui conſequendi, niſi debitor ad pinguiorem fortunam euehatur, at quinquennales inducię vel minores illius temporis tā tum vſura creditorem priuant, cętero qui eum ſecurum efficiunt ſi verum eſt, quod ſupra diximus, concedi inducias non ſolere, nec quinquennales, neque etiam breuiores, niſi cautione idonea præſtita, quod verum eſt, vt not. in l. vniuerſa. infra de precibus Imper. offer. Alex. conſi. 205. lib. 2.

30 Tertiò amplia, † ℭ tales inducię a Principe conceſſæ proſunt ēt eis, qui bona ſua decoxerunt, niſi tamen ex delicto ſuo, aut mala fide bona ſua decoxiſſent, inducię tamē a maiori parte creditorum conceſſæ huiuſmodi hominum generi adiumento nō eſſent. Ale. d. conſi. 205. lib. 2. Beneuen. Stracca in trac. de decoct. in 6. par. nu. 19. & 20. qui Beneuenu. citat prædictum Alexandri locum, ſed tñ ego ex Alexandro hoc non elicio, hoc quidem non obſcurè expreſſit Nicol. Boer. in quæſt. 349. col. mihi 11. in fi. quia dolosus nō poteſt cedere bonis. Bar. l. alia. §. & eleganter. in fin. ff. ſolu. matr. fa. tex. in l. pen. §. fi. ff. de iure dot. neq; hæc eſt eadem quæſtio, de qua in proxima ampliatione, quia hic ſupponimus dolum & delictum in ipſa decoctione adfuiſſe, in illa autē ampliatione circa aliud ſupponimus delictum verſari. Et dictus Nicol. Boer. paulò obſcurior fuit in fi. d. qōnis 149. vtens his verbis, dicens hoc eſſe contra Mercatores fallitos, ſeu Campſores ruptam bancam facientes, ℭ non gaudeant beneficio ceſſionis, nec quinquennali, aut annali dilatione a Principe conceſſa, citatq; etiam Baldum in conſ. 111. incip. in q. Domini Milani, col. pen. verſi. ſed adhuc reſtat vnum fragmentū, lib. ., & Io. Bapt. in tract. de deb. ſuſpecto, & fugit. q j col. vl. in prin. ver. illud ſcio, redditq; rationem, quia (inquit) ſi dilatione gauderet poſſet interim fugere, quod afferret p: rti præiudicium non modicum, in quo Princeps non intendit parti præiudicare, aut ſaltem (inquit) dare debet fideiuſſorem idoneum, quare bona hæc conclu-

31 ſio videtur, † ℭ ſi mala fide ac dolosè decoxerunt, nulla dilatione, ſeu a maiori parte conceſſa vti poſſint, ſi verò aduerſa fortuna potius, quàm dolo decoxiſſent, inducię quidem a Principe conceſſæ eis proſint, modo cautionem præſtent, ſed inducię a maiori parte creditorum datæ nullo modo proſint, ratio differentiæ eſt; quia priuatis id licere non debet, quicquid Principi licet, vt ſcilicet tertio præiudicent, quò ad præiudicium quidem ipſorummet creditorū qui dilationē dederunt, dilatio valere pōt, non vt alijs, qui non conſenſerunt, vllo modo nocere non poſſit, quicquid aliter ſcripſerit

32 Beneuen. vbi ſ. † Eſt. n. ſciendum plura interuenire oportere, vt dilatio a maiori parte creditorum conceſſa valeat, cæteriſq; ēt, quorū non adfuit conſenſus præiudicium afferre poſſit. Nam debent oēs creditores in vnum conuenire, & congregari in eodē loco, vt colligitur ex tex. in d. l. fin. ĵ. qui bon. ced poſſ. in illis verbis, vt oībus in vnum conuocatis, & debitis eorum computatis, ubi Bald. cæteriq; ſcribentes ponderant. Item requiritur, ℭ debitor minitatus fuerit, imò obtulerit ſe velle cedere bonis, & ea ratione creditores adducti fuerint, ut huiuſmodi inducias concederent, ſi enim ſimpliciter

33 abſq; alia ratione eas conceſſiſſent, non valeret. † Tertiò requiritur, quod debitor ſatisdet, dummodo ſatisdatio petita ſit, ſm no. in d. l. vniuerſa. ĵ. eo. Sed Alexander tñ in d. conſ. 205. li. 2. tenet, ℭ, ſi debitor captus vult conſequi reuocationem capturæ, ipſe tenetur ſatisdationem offerre, præſertim ſi antequam captus eſſet debitor, nō denuntiaſſet actori dilationem ſibi conceſſam, ℭ ſi nulla executio facta eſſet inſtante creditore, non teneretur ipſe debitor ſatisdationē non petitam offerre, quæ dicta ſunt ab Alexand. in d. conſ. 205.

34 Quartò amplia, † ℭ is cui tales inducię conceduntur, eſt ēt tutus in foro conſcientiæ, ſi vrgenti neceſſitate adductus talem dilationem impetrauit, cum nemo ēt in foro conſcientiæ ad impoſſibilia cogendus ſit, c. breui, & c. querelam. de iureiur. glo. c. peccatum. de reg. iur. in 6. c. quamquam. de vſur. in 6. Auguſt. Epiſt. 54. Couarr. in d. c. peccatum. par. 1. nu. 2.

35 Quintò amplia † ēt nulla cauſæ cognitione adhibita poſſe dilationem annalem a Principe concedi, cum de modico præiudicio agatur, Abb. Imo. Fel. in c. quę in Eccleſiarum, vbi Fel. nu. 47. de conſt. Abb. nu. 12. & idem Fely. in c. conſtitutus. col. 4. circa med. uerſ. eſt tñ aliquanto minus, & ver. Generaliter. ibi, exceptis duobus caſib. de reſcri. quod hac lege noſtra, multisq; rationib. probant nec igit probatio inhabilitatis neceſſaria erit. Boer. deciſ. 296. nu. 1. ℣ Iaſ. hic.

36 Sextò amplia, † ℭ etiam Princeps Imperatore inferior, eiq; ſubiectus poteſt huiuſmodi inducias concedere, fa. text. in l. in fraudē. §. fiſcalib. ff. de iure fiſci, vbi Iudices non poſſunt fiſcalibus debitoribus dilationes vltra duos vel tres menſes concedere, ergo alijs debitoribus priuatorum poſſunt ēt longiores dilationes indulgere: & fa. quod dicit Bar. in l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. vbi cæteri ſcrib. ℭ ſcilicet ciuitas ſtatuere poteſt, ne creditores poſſint debitores moleſtare intra tres annos, quod ēt Doctor. omnes hic ſupponunt, dum de peremptoria exceptione duntaxat hoc negant, & vide gl. in l. j. uer. nouiiuris. ff. quod quiſque iur.

37 Septimò amplia, † vt procedat, etiam ſi in reſcripto non adeſſet clauſula illa, non obſtantibus. Caſtren. & alij hic. Fely. in c. nonnulli. de reſcri. nu. 17. ver. fallit. 8. ratio eſt, quia nulla lege hoc prohibetur quinimo potius permittitur lege noſtra.

38 Octauò amplia, † ℭ proderit talis dilatio etiam ipſi creditori, ſi ille inuicem aliquid debeat ex alia cauſa debitori ſuo, nam & ipſe poterit eadem dilatione ſe tueri, gl. in l. j. in prin. ſeu in 1. §. ver. nouiiuris. & in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſq; iur. vbi Do. Ripa in Rub. extra de reſcri. col. 2. ad fi. nu. 4. qui citat Hoſt. in Summa, de reſcri. §. poteſt autem. in prin. fa. tex. in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſti. & in l. fi. ĵ. de fruct. & lit. expen. Nec poterit is, qui eam impetrauit, illi renuntiare in præiudicium aduerſarij, vt illi prodeſſe non poſſit Bal. in l. fi. ĵ. de pact. quod forte non procedet, niſi ea Imperator vſus nunquam ſit, re adhuc integra, nec procedet, ſi conceſſa fuerit de iure ſpeciali beneficio reſtitutionis in integrum. Iaſ. in d. l. fin. nu. 8. de pact. & quæ dicit Decius in d. l. 3. in fi. princ. nume. 11. ff. quod quiſque iur.

39 Amplia, † vt proſit etiam ℣ fideiuſſorem, nam, ſi creditor eū cōuenerit, creditumq; ſuum ab eo exegerit, non poterit fideiuſſor dilatione hac a Principe conceſſa pendente debitorem cuius cauſa exactionem paſſus fuit, moleſtare, Salyc. hic ad fi.

40 Decimò amplia, † vt habeat vires talis dilatio etiam ℣ præcepta facta de ſoluēdo in vim inſtrumēti eius executiui, qđ vulgariter Doctores Guarentigiatum appellant, Anton. Caius in addit. ad Ange. Aret. in Rub. de excep. num. 13. quod notandum, quia huiuſmodi inſtrumenta habere ſolent executionem paratam, & longe interpretantur, Boer. deci. 295. nu. 6. quamuis alioqui inſtra quantūuis authentica exequutionem paratā non habeant l. minor 25. annis, cui fideicōmiſſum. vbi Bar. Bal. Ang. & Alberi. de Roſ. ff. de mino. Ange. Caſtr. & Alex. in l. ait prętor. §. ſi iudex. ff. de re iud.

41 Vndecimò amplia, † vt multò magis hoc procedat in exceptione declinatoria, vt tolli poſſit, cum enim meritis cauſæ nihil officiat non poteſt magnum præiudicium afferre, Bal. in l. fi. num. 28. verſ. quæro vero ſicut minor. ĵ. ſent. reſcin. poſſe.

42 Duodecimò amplia, † ℭ per talem dilationem creditor tamen contra quem conceſſa eſt, dicitur tractari vt ciuis, Bar. & alij in l. quidam cum filium. in fi. ff. de verborum obligat.

43 Tertiodecimò amplia, † ℭ p̄t Princeps reſtituere inſtantiam peremptam, Ang. in l. 2. ĵ. de temp. appel. Bal. in l. fi. ĵ. ex quib. cau. ma. idq; etiam parte non citata, & non ſemel tantum, ſed pluries. Capi. deciſ. 165. col. 1. Rolan. conſi. 94. nu. 31. lib. 1. quod Eccellentiſ. Me

44 diolani Senat. obſeruat. Quartodecimò, † poteſt prorogare tēpus conficiendi inuentarij de iure competens hæredibus, ſi adhuc lapſum non ſit, verum, an poſſit tempus denuo concedere, vbi iam lapſum ſit, videtur non poſſe: quia tertio ſit iam quęſitū ius. Guido Pap. in tract. de reſcr. nu. 43. & in tract de inuent. nu. 12. & in deciſ. 571. col. j. Rolan. à valle in tract. de confect. inuentarij. §. item omittendum. nu. 6. atque ita paſſim obſeruatur.

Patitur tñ hęc concluſio plures notabiles limitationes, vt infra.

Primò

Source : BIU Cujas

Primò igitur limitari solet prædicta conclusio, quæ habet, posse
45 Principē concedere dilationem ad modicum tempus,† ꝙ talis dila tio non oberit fisco. Cy. Io. Fabr. Castr. in l. nec damnosa, per illum tex. ꝯ. eo. Boer. d. decis. 296. col. 3. nu. 6. uersi. 3. non habent locum. Bal. consi. 400. col. 3. nu. 3. ver. 3. ratio. lib. 1. Martin. Lauden. in trac. de priuileg. & rescrip. nu. 14. Thom. Grammatic. in addit. ad Afflic. decisio. 5.

Adducuntur autem pro hac opinione argumenta infrascripta. Primo tex. in d. l. nec damnosa. Item tex. in l. 2. cum sua glos. s. de his, qui ad Eccles. confugi. quem tex. in hoc perpendit Bal. in d. l. nec damnosa. item tex. in §. publicorum. in Auth. de mandat. princ. arguendo a loco ad tempus, cum enim ibi non detur securitas templorum debitoribus fiscalibus, nec pariter concedi debet securitas temporis, valere enim argumentum à loco ad tempus probatur, per no. in l. vinum. ff. si cert. pet. Nec est nouum, ꝙ fiscus pluribus vtatur priuilegijs, vt in l. j. in gl. vbi Bar. C. de iure fisci. lib. 10. cum ēt ei edatur ad intentionem fundandam. l. nec quisquam. ff. de eden. l. 2. §. item diui. ff. de iure fisci. Gl. & Doct. in l. 3. ꝯ. de eden. Dec. c. 1.
46 num. 13. de prob. † & cogit etiam aliquem ostendere titulum suę possessionis. Gram. cōs. 9. in Crim. col. 1. contra dispositionem iur. com. l. cogi. ꝯ. de petit. hæred. multaq; alia & infinita propè priuilegia ei competunt, de quibus sunt integri tractatus, Mart. Laud. Fran cisci Lucani, Mathęi de Afflict. in titu. de fratribus. de nouo benefi. inuestitis.

Contrarium tñ videtur suaderi, quia in dubio est iudicandum contra fiscum. l. nō puto. ff. de iure fisci. gl. l. item veniunt. §. in priua torum. ff. de petit. hæred. quæ ait (quod ex eo tex. quoq; colligi po test) fisco nihil speciale competere, nisi, quod expresse de eo cautū est, neque reperitur hoc cautum iure, ꝙ huiuscemodi literæ indu cias concedentes fisco non prosint. Et tanto magis; quia fiscus p̄-
47 tendit causam lucratiuam,† Creditor onerosam, quarum non est par ratio, gl. d. l. item veniunt. §. in priuatorum. l. fi. C. de codicillis.

Sed quamuis videantur hæc, vel similia aliquid supradictæ con-
48 clusioni obesse, illa tamen communi calculo recepta est.† Nec d. l. non puto. quemquam moueat, nam varias interpretationes reci pit, vt per Alcia. in l. j. ff. solu. matr. alij enim illam legem tunc proce dere intelligunt, vbi quis accusatus sit, ꝙ res fisci interuerterit, vel in causa ipsius prævaricatus sit, iuxta l. 1. C. de crim. pecul. eo enim ca su, si res dubia existat, reus erit absoluendus, non autem veluti præ uaricator, vel peculator puniendus. Alij dicunt, ei legi locum esse, cum fiscus priuilegio aliquò innititur contra ius commune, nam, si qō vertatur, vtrum priuilegio, quod allegat, locus esse debeat, iu dicabitur ꝯ fiscum, priuilegio locum non esse in ambiguo, argum. l. ꝙ placuit. & l. in summa. ff. de iure fisci, & l. vni. C. pęn. fiscali. cred. præferri. Alij dicunt d. l. non puto. procedere tunc tantum, cum fi scus agit, vt pœnam lucretur, ar. l. factum. §. in pęnalibus. de reg. iu. fa. quod dicit gl. in l. si quis vxori. §. fi. ff. de furt. Bal. & Saly. in l. parē tes. C. de testibus. Grammatic. cons. 32. nu. 13. Fel. in c. literas. uersi. 5. casus. ex. de præsump. qui tñ Fely. ait, non procedere, ubi adesset accusator in causa criminali, nam tunc ageretur etiam de maximo præiudicio partis, sequitur Grammat. ubi s. Alij intelligunt d. l. non puto. cum ambiguitas in facto tantum, non in iure versatur, argu. l. inter partes. ff. de re iudicata. Alij in qōne per tormenta ꝯ reum fa cienda, nam in dubio quæstionem habendam non esse iudicari de bet, ex no. in rub. ff. de quęst. Alij credunt eam legem procedere in quacunq; causa lucratiua, quam fiscus prætendat, cuiusmodi cau sæ enumerantur a Iurisconsulto, in l. j. ff. de iure fisci. remotis uero causis lucratiuis ei legi locum non esse, quę certe opinio magna ra tione innititur, cum & alias lex magis faueat ei, qui damnum euita re satagit, quàm ei, qui ad lucrum anhelat. d. l. fi. ꝯ. de codicil. l. fi. ꝯ. q pot. in pig. hab. ex quo inquit Alciat. ubi s. Modestinum authorem illius legis. non puto, approbasse Traiani optimi Imperatoris sentē tiam, dicentis, fiscum lieni similem esse, cuius crassitudo imbecillio. rem reliqui corporis valetudinem, tenuitas verò valentiorem indi caret, sequitur Didac. lib. j. c. 16. var. resolut. sic fisci opulentia malā Reip. constitutionem arguit. Quamuis igitur multa fisco priuile gia sint concessa, in alijs tamen, quib. nullum speciale priuilegium ei concessum reperitur, alijs causis in dubio inferior esse debet, & ꝯ eum in dubio est iudicandum, si de lucro agat, qui vero casus sint, quibus fiscus agit de lucro, tradit Ripa in l. filiusf. §. diui. num. 52. de
49 de leg. j. Quare † fm eum intellectum videtur pariter in hoc articu lo distinguendum, an fiscus causam lucratiuam prætendat, an ve ro ex causa onerosa veniat, ut primo casu inducię illi obsint, in posteriore casu priuilegio fruatur. Sed tamen & hoc non satis tu tum videtur, quandoquidem, & in causis criminalibus dubiū non est, fisci causam lucratiuam esse, Docto. in l. post contractum. ff. de donat. & tamen Bald. in d. cons. 400. & Grammatic. in addit. ad su pradictam decis. Afflicti. & Marti. Laud. in d. tract. de rescrip. & pri uilegijs, versi. 14. tenent, ꝙ saluusconductus, & securitas concessæ debitori non extendatur ad debitum ex delicto, de quo & nos su pra, seu ad debitum originem habens ex causa delicti, hac quidem ratione, quia esset ꝯ publicam vtilitatem, ideoq; non debet valere. l. fi. s. si contra ius vel vtilit. publ. publicè enim interest, delicta puni-
ri, l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cum sim.

50 Considera tu, an dici possit, illis † casibus non prodesse debitori fiscali aduersus fiscum exceptionem induciarum a Principe con cessarum, quibus fisco obijci compensatio non potest, & econtra qui casus sunt in l. 3. & l. si ex venditione, & in l. j. ꝯ. de compensat. q quidem sunt speciales, nam regulariter ꝯ fiscum obijcitur compen satio, l. aufertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fisci, no. in l. j. C. de com pens. & in l. fi. ff. eo. de compens. ergo regulariter dicemus, inducias huiusmodi ei præiudicare, cum priuilegiatus in hac materia nō sit, & ꝙ fiscalibus debitoribus dilatio concedi soleat, est tex. in l. in frau
51 dem. §. fiscalib. ff. de iure fisci. † Vel dicas, interesse, an rescriptum ge nerale sit, concedens inducias contra omnes creditores, & tunc in generali hoc rescripto non includatur fiscus, tum ex supradictis, tū quia in generali sermone persona concedentis non includitur, ex regu. l. inquisitio. C. de solut. quemadmodum ēt cedens actiones non vī cedere ꝯ seipsum. l. si peculium. §. sicut. ff. de pecul. leg. Bal. l. 2. C. an seruus ex suo facto. Alex. cons. 109. col. 2. lib. 2.

52 An † vero specialiter in debito fiscali concessæ induciæ sint, & valere dico. d. l. in fraudem. §. fiscalib. sic vides magis de voluntate quæri, & dubitari, an Princeps ēt ꝯ suum fiscum indulgere volue rit, q̄ de potestate: nam posse eum concedere, si velit, certi iuris est. d. l. in fraudem, cum gl. ff. de iure fisci, neque leges vllæ de potestate ambigunt.

53 Secundò limita supradictam conclusionem, † ita demum ꝓdes se debitori inducias huiusmodi, si is satisfecerit de soluendo, post quam induciæ ei concessæ lapsæ fuerint, l. vniuersa, ꝯ. eo. Abb. c. ꝙ ad consultationem, nu. 23. de re iud. quod procedit non solum in dilatione quinquennali, sed etiam in annali, per l. si debitori. de iud. Iaſ. l. vniuersa, ꝯ. eod. & ita etiam stilus Mediol. aliarumq; vrbium, quas ego vidi, obseruat, q cquid aliter senserit Boer. in d. decis. 296. vide ēt Antonium Caium Inst. de excep. in Rub. nu. 13. in addit. ad Ang. quod autem dī, satisdationem præstare oportere, id verum est, si a creditore petita fuerit, gl. & Docto. in d. l. vniuersa, Ripa l. ita stipulatus. nu. 80. ver. q ntò dubitatur, de ver. obl. fa. qđ dicit Castr. in l. peto. §. fi. de leg. 1. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 4. ff. de dam. infecto. Dec. in cons. 607. nu. 3. Fel. in c. si autem. col. 3. de resc. in c. cum M. Ferrar. de const. Dec. in c. licet causam. col. 3. de prob. sufficiet tamen, si ante capturam interceserit aliqua interpellatio, requisitio, vel citatio facta debitori creditore instante, dum creditū suum persequitur. Alex. d. cons. 205. col. 2. lib. 2.

54 Tertiò limita, † ꝙ tales induciæ non habent vim in debito iura to: nam dispositio Principis generaliter loquens non trahitur ad debitum iuratum, gl. c. cum non deceat. ver. effectus. de elect. in 6. hoc enim tenuerunt nuncupatim Cy. Saly. Pau. Castr. Iaſ. in l. fi. ꝯ. si con. ius vel vtil. publ. Alex. cons. 38. lib. 3. & idem Iaſ. hic, quamuis idem Iaſ. in l. fin. ff. qui satisda. cog. videatur ꝯrium tenere, per illum tex. quia authoritas superioris excusat a periurio, & ante eum Pau. Castr. ibi, & Dec. cons. 352. col. pen. ad quem tex. tñ rñdere potes, ꝙ non procedit, vbi authoritas Principis, & factum eius procura tum sit a parte, quomodo enim potest quis se excusare prętextu iussus Principis, quum ipse talem iussum mendicarit, atque impe trarit. Videtur ergo dicendum, ꝙ si Princeps ipse motu proprio vere prohibuerit, ne debitor solueret, ēt ꝙ debitum esset iuratum, excusabitur debitor, ne soluat, nec soluere cogendus erit, quemad
55 modum dicitur, † ꝙ iurans soluere in termino excusatur, si nō sol uat, vbicunq; iudex ei interdixisset, ne solueret, Host. in tit. de iure-
56 iur. §. ꝙ species, Fely. in d. c. constitutus. num. 11. † In quo tñ scias, ꝙ nō sufficeret clausulam motu proprio appositam esse, nisi verè ad nullam debitoris petitionē propria animi sui impulsione Princeps hoc fecisset, quid enim, si constaret de petitione & precibus debito ris principi porrectis, ad quas motu proprio dixisset Princeps, se ta lem dilationem concessisse, vtiq; non posset dici facta motu ꝓprio Iaſ. in d. l. fi. ff. qui satisd. cog. Fel. in c. si quando. de resc. nec ideo ha beret effectus gratiæ motus proprij, quemadmodum ēt è ꝯ. quan doq; clausula illa motus proprij operatur, quamuis constet de peti tione a parte facta: quia tunc ita interpretatur, ꝙ Princeps conces surus fuisset ēt sua sponte, licet nullus id petijsset, Bal. c. nisi specialis. de resc. Dec. in l. 3. ff. quod quisq; iur. in his scilicet, quæ alterius p̄-iudicium non tangunt. In dubio autem prę sumitur securitas & in duciæ, seu saluusconductus ad petitionem partis esse concessus l. j. vbi Bar. C. de peti. bon. sublat. lib. 10. Fely. in d. c. constitutus. col. 2. adeo quidem, vt motus proprius non possit testibus probari, An gel. Deci. & alij in d. l. 3. ff. quod quisque iur. Rota decis. 335. in no.
57 uissimis, † Sed hęc tamen quæstio videtur in duobus versari, an sci licet videatur Princeps voluisse concedere huiusmodi inducias ēt in debito iurato, altera an potuerit, si id voluisse cōstet, quo ad prio rem etenim finge concessum esse generaliter alicui, ne vsq; ad cer tum tempus a creditoribus vexari possit, proderitne illi huiusmo di concessio etiam in debitis iuratis?

In quo dicas, non videri Principem voluisse iurata debita com prehendere, Docto. in l. fin. supra. Si contra ius vel vtil. publ. nec, si intellexisset iuriti iurandi religionem ibi adesse, concessurus fuisset. Alberi. hic Bal. in d. c. constitutus. in 3. colum. de rescriptis. Oldrad.

Source : BIU Cujas

consi.93.incip Magister ordinis.col.3.circa med. Crauetta consil. 6.nu.95.Anchar.consi.308.& consil.378. col.4.Parpal. in l.si quis maior.nu.36.ver.5.limitatur Rolan.a Valle.consi.31.nu.8. & 9.in 2.parte,de omni enim clausula insigni mentio facienda est,no.in c. postulasti,& c.in nostra.de rescrip.Et hæc fuit sententia Alexā. in d. cons.205.libro 2. Grammaticus decis. 12.nu.3. Afflict.decis.5.vbi Gram.in addit.Ferrat.caut.55.Marsil.singu.515.Boer.d. decis.296. numero 5.

58 †Videtur tamen,ꝙ si debitum sit ex instrumento, cum soleant iuramenta ex stilo apponi in omnibus instrumentis,ac principi expositum fuisset,debitum ex instrumento esse, videatur etiam Princeps cogitasse,ꝙ iuramētum adesset, & propterea videatur ex certa scientia concessisse,ut dicit Grammatic.decis. 12.num.14.& 15.

59 † quæ tamen Grammatici dubitatio parui momenti est, nam & si clausulæ solitæ in instrumentis apponi, censeantur appositæ. l.fi.). de fideiuss.aliud tñ esse dicitur in iuramento, quod non censet appositum,nec omissum addi potest. Abb.cap.pe.num.4.de iureiur. 69 Dec.consi.266.col.3 & consi.138.colu.pariter tertia,† An vero,si constet,Principem certiorem factum esse de iureiurando,ita ut de voluntate eius non dubitetur,valeat eiuscemodi rescriptum, altera inspectio est,in quo dicas,potuisse quidem Sum.Pontifi.hoc facere,immo eo ipso quo Sum.Pontifex concedit eiuscemodi inducias,sciens subesse iuramentū,videtur ipsum iurm relaxare. Anto. Caius d.Rub.de excep.nu.13.nec te moueat, ꝙ etiam Sum.Pontifex non possit sine causa iuramentum relaxare,Glo. & Doct.in c. quanto.de iureiur.gl.ca.authoritatem.j.q.c. Alex.in consi.38. nu.7.

61 lib.3.quia respondetur,† ꝙ procedit,vbi ingeritur magnum prę́iudicium,secus si agatur de paruo prę́iudicio, quale vertitur in inducijs temporalibus:tunc enim potest etiam sine causa iuramentum relaxare,Fel.in his terminis.in d.c.constitutus.col.8.circa med.uer. generaliter.in verbo,exceptis duobus casibus,de rescrip. debet tamen haberi mentio in huiusmodi literis, vel precibus nō solum de iuramento inserto contractui,sed etiam de clausula, qua promisit inducias dilatorias non impetrare, & impetratis non uti,Fel.d.c.cō

62 stitutus.col.7.circa med.Roland.a valle consi.31.lib.2.†Si uero sit princeps laicus,qui tales inducias super debito iurato scienter concessit,non dubium est tale rescriptum non valere,quia laicus princeps nullam habet potestatem super iuramento,Cy.Saly.Catt. Iaſ. d.l.fi.ſ.ſi contra ius uel util.publ.Iaſ.in consi.173.lib.4. Afflict. decis. 5.& 3.Brun.cons.46.& Rolan.a valle consi.31.in 2.parte.quinimo dicitur,ꝙ extante iuramento nō possunt creditores etiam omnes vnanimes uno tantum contradicente, etiam si rescriptum Principis interueniat,huic creditori soli contradicenti prę́iudicare. Rolā. a valle vbi supra,num.16.qui alleg.Antonium de Petru.in rep.l.1. in 25.eff.ff.de iureiur.& Io.de Selua in tract.de benef.part.3.q.13. num.22.nam iuramentum est fori ecclesiastici non Ciuilis, not.in c.venerabilem.de elect.c nouit.de iud.c.quemadmodum.de iureiur.Alex.d.consi.38.lib.3.& d.consi.205.lib.2.Iaſ.d.l.fi.ff.qui satisda. cog.& hoc in loco M.Ant.Natta consi.vltimo,lib.1.nu.1.Nec obstat.l.adigere.§.fi.cum gl.ff.de iure patr.& l.fi in princ.ff.ad munic. ex quibus locis habetur, ꝙ lex & Princeps habent authoritatem

64 Apostolicam in relaxatione iuramenti,† debēt enim intelligi in his, quæ ad ipsum Principem spectant,non ut prę́iudicetur foro eccle-

65 siastico,vt dicit Iaſon in d.l.fi.† qui etiam addit, non valere statuta, quæ tollunt iuramenti uim,cuiusmodi est statutum Papiæ, nu.24. in ciuilibus,quo cauetur,ne minor iurare possit,& ꝙ iuramentum per eum prę́stitum non valeat,& ꝙ authentica, sacramenta puberum.non habeat locum,ꝙ statutum Eccellentissimus Sen.Medio. nunquam obseruari permisit,frequenter tamen idem Eccell. Sen. rescribere consueuit, quod vbi negocium reducatur ad effectus iuramenti,nulla ipsius ratio habeatur,quod forte ex eo fit, quia iuramenti quidem robur & efficaciam non tollit,quin obseruari, & custodiri debeat,sed eos effectus tantum, qui iuramento a lege ciuili dati sunt,veluti,ꝙ quis in mora constituatur sine interpellatione,& huiusmodi,qui effectus nō sunt intrinseci, & quamuis Deci. consilio 352.nume.8.& col.fin.in fi.supponat, quòd Princeps scię̄ ter potuerit tollere iuramentum:hoc tamen uidetur potius dixisse de facto quàm de iure,dum ait, quòd Princeps nō audiet talem allegationem, & quamuis Decius hoc voluisset intelligere etiam de iure,male dixisset.

Non obstat, ꝙ in iuramento intelligatur excepta Domini authoritas d.l.fi.ff.qui satisdare cogā. nam respondeo, ut etiam supra

66 dixi,† ꝙ non procedit,quando tale Principis iussum fuisset procuratum,& mendicatum,quia tunc non est Princeps, qui soluere vetet,sed ipse debitor,qui ne soluat, principis authoritatem sibi aduocauit,neque enim verisimile est,ꝙ Princeps eum volentem,soluere prohibuisset,huiusmodi via & forma literarum concedentium inducias,sed præcepto,& inhibitionis via hoc executus fuisset,quā responsionem credo verissimam, Aliter tamen respondent Abb. & Dec.in d.c.constitutus.de rescr.ut scilicet, quod dicitur, videri in iuramento excepta superioris authoritas, ita sit intelligendum, ne scilicet prę́iudicari possit ipsi superiori in re ad ipsum spectante, vtin exēplis,quæ illi ponunt,qui tamen intellectus non satis certus est,nam iuxta eum intellectum nihil plus concederetur authoritati superioris,quàm alteri,cum hoc non minus vigeat in priuato, & intellectus communis ille est, ꝙ non periurus sit iudicandus ille, qui a Principe fuit prohibitus iuratam promissionem exequi, ut p Doct.in d.c.constitutus.in d.l.fin.si contra ius vel util.publ.& concor.tex.in l.fi.ff.ad municip.& de incol.& in c.venientes. de iureiurando.quamuis re vera tex.in d.l.fi.ff.qui satisda.cog.non dicat,sed solum,ꝙ qui iurato iudicio stare promisit,non videtur deieraſſe,si ex concessa causa hoc deseruit, certe illa causa latius interpretanda

67 est,†cum multæ causæ subesse possint legitimæ, quare quis excuse tur,etiam præter iussum superioris, melius quidem probatur in d. l.fi.ff.ad municip.loquitur enim ille tex.expresse de eo,qui a iudice compulsus aliquid fecit, sed tamen (ut dixi) nihil ad quæstionem

68 inducarum quinquennalium pertinet,† nā qui inducias quinquennales impetrat,non dicitur compulsus,immo ipse est,qui quodammodo Principem ipsum per importunitatem, & preces compellit, hocque modo ad alios quoscunque similes textus responderi po-

69 test,†quinimo dico,ꝙ etiam si procuratæ non fuissent literæ huiusmodi,sed Princeps ipse præcepisset generaliter alicui, ne debita solueret,non videretur tamen debita iurata uoluisse includere,Crau. d.cons 6.nu 95.

70 Quarto limita ex Boerio in d.decis. 296.† ꝙ tales dilatoriæ non

71 comprehendunt debitum ex causa depositi,† quia depositum est valde priuilegiatum in hac materia celeris solutionis, cum ei non possit obijci exceptio compensationis,vel deductio, vel doli exceptio,sed modis omnibus illico, & quàm celerrime restituendum sit,vt dicit text.in l.si quis ad pecunias. C. depositi.¶Vnde sequitur,

72 † ꝙ quælibet dispositio generaliter loquens non includit eos casus, qui in illa materia aliquo speciali priuilegio perfruuntur, & in hac specie tradit gl.in l.3.C.de silentiar.lib.11.in gl.1.in fi.ibi,vel dic etiā

73 speciali rescripto,Fely.c.j colum.7.ver.2.dispositio.de rescript.† & generalis dispositio non derogat priuilegio inserto in corpore iuris,nisi specialis mentio de tali priuilegio facta sit,glo. & Doctor.in authen.qua in prouincia.).vbi de crimin.agi opor.verbo, illic omni priuilegio,uer.dic ergo cessare,fa.quod dicit Soc. in consi.1. col.

74 10.lib.2.†ꝙ per ista verba generalia,quòd molestari non possit, vel inquietari directè,nec indirectè, non censetur derogatum beneficio restitutionis in integrum a iure concesso, Rip.d.c.j.nu.48.de rescrip.Sic generalis securitas contra creditores non censetur prę́iudicare priuilegio depositi inserto in corpore iuris, quod est,ut diximus,ut omni dilatione & retentione exclusa, quàm ociosissimè restituatur.

75 Sed contrarium tñ uidetur ex eo suaderi† quia lex generaliter loquens includere solet etiam casus alioqui priuilegiatos, l. in fraudem.§.fi.ff.de testam.milit.vbi Bald. ne specialia multiplicentur. l.1. C.de dot.promiss.neque text. supra citatus aliud videtur asserere, cum vtatur huiusmodi verbis,videlicet, (Nō accepisse eum depositum sub hoc modo,vt generetur ei retentio non concessa)atqui retentio concessa dicetur,quæ a Principe procedit,d.l.fi.ff.qui satisd. cog:vbi Doctores,illa verba, ex causa concessa, ad Principis con-

76 cessionem referunt.†Sed hęc tamen te ne moueant, nam ad text. in d.l. in fraudem. respondeo,quòd debet intelligi, nisi in ea ipsa ma-

77 teria priuilegio frueretur,vt per d.gl.in l.3.C.de silentiar.† Depositum vero priuilegiatum in hac materia ipsa dilationum iam esse diximus.d.l.si quis vel pecunias.ergo dilatio generaliter contra omnes creditores concessa non debet etiam extendi ad creditores ex causa depositi.

Nec obest,ꝙ Principis voluntas dicatur causa concessa, nam re spōdeo,ut iam dictum est,ꝙ id procedere posset, si de speciali Principis mente constaret, vt quia expressisset, se concedere inducias etiam contra debitores ex causa depositi, uel forte petitæ erant inducię solum ex tali causa depositi,valeret enim,quod diligēter annotandum est, sæpe enim contingit nummularios, qui versuram fecerūt,a Principe huiusmodi securitates,seu saluosconductus impetrare,at creditores eorum vt plurimum sunt ex depositi causa, quare videretur eis tales securitates non prę́iudicare,nisi specialiter expressum fuisset.Cauti ipsi tamē sunt,nec quicquam omittere so-

78 lent,quo tutiores efficiantur.†Potes igitur statuere regulam iuxtà positam limitationem, quòd scilicet inducię temporales a Principe concessæ non prę́iudicant debitori ex causa depositi, quam sub limita & intellige, nisi tamen specialiter de depositio mentio facta sit:& proximè supradictis.

79 Item † sublimita,modo verum sit depositum, non fictum, aut simulatum,vel confessum dumtaxat, huiusmodi enim depositis fictis,simulatisve, aut confessis veri depositi priuilegia non conceduntur.Boer.decis.295.num.8.Ripa in l.2.§.j.ff.si certum peta.Cagnol.in l.contractus.nu.21.ff.de regu.iur.Plot. in l. si quando.nu. 430.& 431.

80 †Dicitur autem depositum confessum (vt scias discernere hoc a depositio ficto seu simulato)illud,de cuius numeratione aliunde non constat,quàm ex debitoris confessione,Bald.consi.384.duo sunt videnda.in fi.lib.1. Soc. consi.143.incip.diu profecto.colum. vltima, versicu.confirmantur prædicta.lib.1. quod est repetitum

in

in consi. 171.lib.2.Tiraq.de retractu conuentio.§.4.ver. consigne. gl.6.nu.14 quamuis huic quoque depositi priuilegia competere multi dixerunt,quos refert Rolan. a valle cons. 17.nu.7.& 8.lib.1.

81 Simulatum vero depositum id appello,cum re uera agitur alius cõtractus,puta,mutui,sed ei datur nomen,& titulus depositi, quo maioribus priuilegijs fruatur.Et hoc quoque negatur ,si cõstet de simulatione,frui priuilegijs veri depositi.Bald.in l.in contractibus.

82 §.j.ff.de non num.pecu.† Alia est depositi species,quæ depositi notissimos terminos transgreditur,propterea q; depositum irregulare appellatur,cum scilicet rei depositæ dominium transfertur,vt cũ pecunia numeratur.l.Lucius.l.dies sponsaliorum.ubi Bar.ff. depositi.quod depositum licet irregulare sit,est tamen verum depositũ, non fictum,vel simulatum,& in hoc locum habent priuilegia ueri depositi,Ang. Aret.Inst.i.de oblig.quæ ex contractu.§.preterea, quod credo verius,quàm quod dicit Dec.in l.certi condict.§.fi.ff. si cert.pet.Plot.in d.l.si qñ.nu.429.est q; cõmunis, vt testatur Rol. a Valle cons.17.nu.6.lib.1.& ante eum Purpur.in l.2.colum.3.ff.si

83 cer.pet.† est verum, q aliqua priuilegia possent nõ competere huic depositi specici,nam,cum translatum sit pecuniæ dominium,cum que ea uti possit depositarius,videtur aliquo modo a deposito regulari differre,sed quod attinet ad hanc speciem & factum,de quo agitur,non video,cur non depositarius eque prohibeatur uti inducijs a Principe concessis,quemadmodum & cæteri depositarij regularis,veriq; depositi,nam, q pecunia numerata sit, depositarij et ipsius commodo cedit,cum ea vti possit, & quamuis ex numeratione illud incommodi resultet depositario , q tenebitur etiam ad casus fortuitos.l.incendium.ff.si cert.petat.quod tamen attinet ad

84 priuilegia celeris executionis,hoc nihil facit,† & quamquam ille, q in genere & numerato deponit,non præferatur cæteris creditoribus,id verum est respectu tertij,inter deponentem vero, & depositarium salua remanẽt,integraq; priuilegia,l.qui hominem.§.quo-

85 ties.vbi gl.& Castren.ff.depositi.Quod † tamen dixi,depositum irregulare cẽseri priuilegiatum,intellige,dummodo is qui deposuit, nullas vsuras acceperit,Ang.l.priuilegia.nu.5.uer. & vltimo cõclude,ibi subaudi,si nullas usuras accepit.ff.de priuile.cred.per l.si uentri.§.in bonis.ff.eo.de priuil.cred.vbi dicitur, q hi qui apud mensas nummulariorum deposuerunt,nõ separantur a cæteris creditorib. si vsuras acceperint,quia aliud est credere,aliud deponere,& l.qui hominem.§.quoties.ff.depositi.Plot.vbi supra nu.430.& ita Ang. esse intelligendam ait l.dies sponsaliorum.§.1.ff.depositi.Creberrimus est vsus talium quæstionum , cum sæpe homines pecuniosi , ne ociosam,ac sine lucro pecuniam teneant,cum ipsi negotia exercere nesciunt,vel nolunt,pecunias ipsas penes campsores vel nummularios,seu argentarios,aut etiam mercatores aliquos deponãt, annuosq; fructus inde percipiant,hi certè priuilegijs deposito con

86 cessis non per fruentur,quod obliuioni tradendum non est.† Quę tamen intelligas excepto casu posito in l.qui nominibus.§.1.ff.de admin.tut.& ratio est propter duplex priuilegium,alterum.l. ex p̃sona,quia pupillus,alterum ex contractu,quia depositum.Beneuenut.Stracca in tract.de decoct.in 2.par.nu.3.

Quintò principaliter limita, q talis exceptio dilatoria non vendicat ti bi locum in causa dotis,ex eadem, quam in precedenti limitatione posuimus,ratione, q scilicet , vbi casus est priuilegiatus in eadem materia,in qua dispositio generalis emanauit,non comprehẽ

87 ditur in ea dispositione.glo.d.l.3.C. de tilentiar.lib.11.† Dos enim valde priuilegiata est in hac dilationum materia , cum non admittat compensationem,nec vllam quouis prætextu retẽtionem , seu

88 retardationem,l.vn.§.taceat.ff.de rei vxor.act.† nec possit fieri pactum,vt restituatur longiori mora vltra tempus lege diffinitum,l.

89 licet,l.dies.l.Attilicinus.ff.de pact.dotal.† qui tex.in l.Attilicinus.valde commendandus est memoriæ,disponit.n.singulariter,non posse fieri pactum,vt dos restituatur ijdem temporibus , & terminis, quibus soluta fuit,ad quam legẽ Bar.ingenuè profitetur, se responsurum contrarium,nisi eam legem vidisset, si de hoc consultus ex facto fuisset,quamuis enim pactum non valeat,vt dos reddatur serius,quàm a lege sit dispositum,quia tamen stante solutione pactũ hoc,quod solutioni ipsi conforme est, videtur quandam æqualitatem continere,videbatur tale pactum ratione æqualitatis,& mutuæ dilationis valere,argu.eorum,quæ habentur in l.de fideicommisso.C.de transac.& l.si pater puellæ.ff.de inoff.test.sic enim ponderat Bal.Nouellus in trac.dot.in 6.parte totius tractatus. priuileg. 11.in fi.nu.13.& tamen vides contrarium decisum,tãta est,& fuit semper cura apud iurisconsultos,vt quàm celerrima foret dotis restitutio,quid igitur mirum,si dixerimus,nec literas concedentes inducias debitori ad debitum ex causa dotis adeo in hac materia priuilegiatæ extendi?

90 Sextò limita,† vt non procedat in debito ex causa alimentorũ,

91 q eadem ratione procedit,qua & dotis causa,† solemus.n. a dote ad alimenta argumentari.l.cum de in rem verso.ubi Bart. nu. 1.ff. de vsur.per tex.in l.si cui.ff.de annu.leg.iuncto text.in l.cum post.§.

92 gener.ff.de iure dot.† Imo fortior validiorq; videtur ratio alimentorum,quàm dotis,nam qui alimenta negat,videtur necare.l.neca

93 re.ff.de libe.agnos.non qui dotem dare, negligit,†& alimentorum prestatio, quæ minutatim fit,non adeo onerosa debitori uideri debet,vt dotis datio,quæ vnica præstatione, vel saltem modicis præstationibus fieri solet.l.fi.vbi Bar.ff.eo.tit.de libe.agnos Alcia.in l.j.

94 ff.sol.matr.† non negatur tamen,quin pluribus in casibus differant et dotis & alimentorum causæ,quos ponit Alex.& Ias.& cæteri in d.l.j.ff.solu.mat.& nos aliq d diximus in auth.nouissima,sed in hoc tamen non videntur differre,eademq; ratione idem dicam in debito ex causa studij,arg.eorum quæ Doct.dicunt in l.j.ff.solu.matri.

95 Septimò ex supradictis infertur ad aliam limitationem,† vt non prosint eiusmodi inducię dilatoriæ ei,qui debitor sit in causa annonæ,vel administrationis panis,cum ea cã in hoc negotio priuilegiata sit,cum retardari non possit sequestratione,inhibitione,vel p testatione in contrarium facta. authentica,sed iam cautum. ff. depositi.quem tñ textum glossa ibi intelligit de salario,seu honoratio debito a fisco personis publicis,sed eum intellectum litera illa non admittit,& multò minus eum admittit textus in corpore, vnde ea authentica sumpta est,loquitur enim de annona, quæ ad vitæ sustẽtationem administranda erat,neque est nouum, q submin istratio

96 panis dilationem oẽm respuat de iure,† cum etiam uideamus, causas panis diebus quoq; feriatis tractari posse,quæ appellantur causę pistoriæ.l publicas.ff.de fer.non tamen negabo omnino , quin etiã ille glossæ intellectus ad d.auth.sed iam cautum,aliquo modo suaderi possit,ut intelligatur de annonis publicis a fisco debitis,cum loquitur de his,qui ministrant publicas annonas, & panem sufficiũt,

97 ad quod fa.rex.in l.1.& 2.ff.de annon.ciuil.† Vnde & idem videtur dicendum in debito primipilari,quod pariter est priuilegiatum,l. 4. ff.in quib.cau.pig.ta.contrahat.l.vtilitas. C. de primip.lib.12. Abb.

98 c.ex parte.de cõsuetud.† dicebatur.n.primipilus ille,qui gerebat curam annonæ militaris,fruebaturq; hoc priuilegio, q eius exhibitio ad diem nullam dilationem patiebatur,nec recipiebat . Alciat.in l.j. solu.matr.& in Cub.C.de primip.lib.12.& in tit.C. de erogat. mil. anno.eo.lib.12.Non igitur mirum,si huiuscemodi causæ annonę, panum ciuilium primipilares non comprehenduntur in hisce literis inducierum à principe concessis.

99 Octauò eadem † ratione idem dicam etiam in pensionibus cõstitutis alimentorum causã,nam illæ alimentorum naturam sequẽtur,eodemq; fauore utentur veluti causæ piæ,Roma cons.388.inci.in causa propositi Thematis.nu.3.& 5.& est gl.in l.si quis Titio decem.post prin.ff.de leg.2.Dec.cons.72.nu.2.& 3.& cons.120.

100 Nonò limitatur † in pensionibus domorum,Boer.in d.decisio. 296.qui licet nihil alleget,quo id probetur,potest tamen probari in d.auth.sed iam cautum.ff.dum prohibet retentionem pensionum fieri per inquilinum,sicque apparet in hac materia priuilegiatas esse domorum pensiones.

101 Decimò limitatur,† quòd tales literæ restringuntur ad debita,q bus impetrans oneratus erat,priusquàm literas inducierum impetrasset,non ergo oberunt creditoribus, quibus post dictam impetrationem debere cœpit.arg.tex.cum ibi no.in l. Aurelius.§. Titius Seio.& l.fi.§.Caio.ff.de libe. legata. per quem textum ita in specie decidit Guido Pap.in dec.109.incip.rescripta annalia,traditq; idem Guido,sic obseruari in curia parlamenti Gratianopolitani,fa.l.si ita ff.de auro & argen.& c.cum capella,& ibi glos.de priuileg.cum si-

102 mil.† Nec obstat , quòd in his,quæ sunt modici prę iudicij dispositio trahitur etiam ad futura l.fi.ff.qui pot.in pignoribus. nam respõ deo, q ille tex. procedit in ff.ctibus,in quibus fit plenior interpretatio,c.cum dilecti.de don.nos sumus in priuilegijs, in quibus stricte

103 proceditur.l.si quando.ff.de inoff. testa. cum simil.† Aliud tamen fortè esset dicendum , si motu proprio principis inducię huiuscemodi concessæ fuissent,arg.capituli si motu proprio. de preb. in 6.

104 Vndecimò limita,† ut tales literę non noceant minori, Boerius in d.decis.296.nu.6 qui tamen nihil allegat.

105 Duodecimò limita,† q talis dilatio a Principe non intelligitur vltra aliam,quam debitor ex pacto habuerat a creditore ad soluendum,sed eo computato,ut tenuit Cy.Ioan.Fabr.Castren. & Cor. in l.fin.C.de repudian.hęred.quos etiam refert Andr. Tiraquel. in tract.de retractu conuent.§.2.gl.vnica.nu.23.& nu 69.immo amplius dicit ibi Castren. quòd concessio dilationis a Principe facta intelligitur his solis facta,qui statim conuenire poterant, nec aliquẽ terminum ad soluendum habebant, vel his qui minora tempora inducijs a Principe elargitis habebant , quæ tempora inducijs concessis explebuntur , quod dictum eo adiuuari uidetur secundum

106 eundem Castren.† quia tales dilationes miserationis gratia conceduntur,l.si cum militi.§.cum intra. ff. de compensat. ideo restringi debent.

Secundò videtur probari.l.talis scriptura.de lega.3. argumento text.in l.4 §.si ex conuentione.ver.si quis condemnatus.ff.de re iudic.ubi si iudex condemnatus aliquem ad soluendum intra diem , statuerit breuiorem diem legitimo tempore , supplebitur tempus a lege,si uero iudex dederit maiorem terminum eo , qui a lege sit datus,computabitur etiam tempus legitimum in eo , quod a iudice datum fuerit.Neq; obstare videtur tex.in d.l.fi.de repud.hæred. nam,cum ibi tempus non esset datum ad reuocandum abstentionem,non dicebatur vna dilatio cum alia concurrere.

Source : BIU Cujas

Contrariam tamen opinionem, quòd immo dilatio a principe conceſſa intelligatur præter dilationem ex pacto, & conuentione competentem, videntur habuiſſe Petr. de bellapertica, Bald. Ange. Alber. Alexan. in dicta l. ulti. ff. de repudian. hæred. dum eam ſpeciẽ
107 facti fingunt, † quòd, ſi Cruce ſignatis conceſſum ſit priuilegium, ne ante triennium a creditoribus ſuis cõueniri, aut vexari poſſint, ſi tamen hi Cruce ſignati habebant ex pacto quinquennalem moram, & dilationem ad ſoluendum, illud trienniũ ex priuilegio conceſſum labi nõ incipiet, niſi poſt quinquennalem dilationem ex pacto competentem finitam, quam concluſionem communi calculo receptam atteſtatur ibidem Alex. & Rolan. a Valle in conſi. 31. numero 8. & 9. libro 2.

Et videtur hæc opinio ſatis probari in d. l. ſi. de repudian. hæredita. vbi qui repudiauit hæreditatem paternam, ſi velit reuocare abſtenſionem, cum nullæ ex hæreditate res alienatæ eſſent, cum maior eſſet vigintiquinque annis, lapſaque eſſent tempora ad petendum reſtitutionem in integrum, videlicet tempus quadriennij, habebit ẽt aliud triennium ad reuocandum abſtenſionem, Si vero ſit minor, habebit illud triennium præter tempus minoris ætatis, ac etiam prę̃ter quadriennium. Cum ergo iſtud triennium, quod reuocandæ abſtenſioni conceditur ei, qui aliud tempus a lege habet, videlicet tẽpus minoris ætatis, & quadriennij, non incipiat currere, niſi lapſis temporibus a lege conceſſis, ſic videtur dicendum, quòd dilatio illi a Principe data, qui aliam dilationem ex conuentione habebat, labi non incipiat, niſi conuentionalibus terminis peremptis.

109 Mihi tamen videtur, hoc in articulo ſic eſſe diſtinguendum ut, ſi tempora ſint paria, hoc eſt, ſi dilatio, quam Princeps concedit par ſit illi, quæ ex pacto competit, ac multo etiam magis, ſi hęc dilatio Principis breuior ſit, tunc quidem locum habeat, quod Alexander Alber. Bal. Angelus cæteriq́ue Doctores dixerunt, ne priuilegium inane, eluſoriumq́; redderetur, & hoc modo etiam eos loquutos ego interpretor. Verum, ſi moratoria præſcriptio a Principe data longior ſit termino, quem creditor ex pacto debitori dederat, nõ crederem ego has inducias a Principe conceſſas eo demum tempore labi incipere, cum tempus conuentionale finitum eſſet, ſed in his tempus quoque conuentionale eſſe numerandum, ſicq́ue ſententiæ Pauli Caſtrenſis adhæreo per dictã l. 4. §. ſi ex conuentione. verſi. ſi quis condemnatus. ff. de re iudicata, confirmatur etiam, qa priuilegium eſt anguſtè interpretandum, l. ſi quando. infra de inofficio. teſtamen. l. aſſ. l. fi. nume. 23. ff. de conſtitut. princip. cum ſimil. quod non fieret, ſi intelligeremus, alius tempus à Principe vltra di-
110 lationem conuentionalem eſſe conceſſum, † nec prę̃ſumitur Princeps alicui velle præiudicium inferre etiam in temporis dilatione. c. ſi propter tua debita, vbi glo. in verbo impediri. de reſcrip. in 6. Felyn. in cap. nonnulli. numero 10. de reſcript. aut ſaltem præſumitur, quòd quàm minimum præiudicium inferre voluerit Fely. in ca. in noſtra. numero 27. de reſcri. Quinetiam deciſio de priuilegio Cruceſignatis conceſſo ab hac diſtinctione haud quaquam abhorret, cum & in ea ſupponatur, dilationem ex Principis priuilegio tributam breuiorem eſſe dilatione habita ex pacto & conuentione, qua propter nil mirum, interpretatur etiam ultra ipſam dilationem cõuentionalem eſſe, ne inanis, inutilisq́ue reddatur prorſus & eluſoria.

111 Tertiodecimò limita, † q̃ hęc tempora inducіarum a Principe conceſſarum non computabuntur, vt præbeant auxilium finiendę prę̃ſcriptioni iam cœptæ, per tex. in l. fi. ff. qui bon. ced. poſſunt, illis verbis, nullo præiudicio creditori cuiquam ex quinquennali dilatione circa temporalem præſcriptionem generando; quamuis. n. loquatur ille tex. de inducijs a creditoribus conceſſis, non de conceſſis a Principe, eadem tamen, ac etiam maior ratio in principe eſt cum non præſumatur voluiſſe tantum præiudicium afferre, & cũ priuilegium ſtrictè ſit interpretandum, vt diximus.

112 Decimoquartò limita, † q̃ executio rei iudicatæ non differtur p̃ textu talis dilatoriæ exceptionis procedentis a principe, videlicet ſi ea ſententia prolata ſit in curia parlamentali, vel Sena. ut dicit Guido Pap. in deciſ. 97. incip. pro conſeruatione, quod dicit obſeruari etiam ex ſtilo parlamenti Pariſien. refert, & ſequitur Anton. Caius vbi ſupra in addit. ad Angel. Aret. in rub. de except. nume. 13. idem Guido in deciſ. 320. vbi addit. Thom. Grammat. quod confirmari poſſe uidetur, quia non valet reſcriptum impetratum contra rem iudicatam non adiecta clauſula, non obſtante l. fi. vbi Doct. inf. ſenten. reſcin. non poſſe. l. fi. ff. ut lite penden. l. cauſas, vel lites. ff. de tran-
113 ſact. c. expoſita. extra de arbit. † quod adeo verum eſt, ut non ſufficiat, dictum eſſe, non obſtante ſententia, niſi etiam addatur, quę ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Alexã. conſil. 94. incip. in cauſa & lite, numero 3. & 4. libro 2. Fely. capi. ſuper literis. in princ. colum. 8. numero 14. de reſcrip. Dec. conſi. 295. num. 3. & conſi. 308. in princip. & conſi. 198. colum. 3. in prin. immo non ſatis eſt etiam dixiſſe
114 de executione, niſi dicatur, quòd tranſiuit in rem iudicatam, † quia poſt executionem ſortita eſſe, quamuis non tranſierit in rem iudicatam, vt puta, ſi fuiſſet ſententia abſolutoria, quæ trahit ſecum executionem abſque nouo iudicis facto, etiam q̃ in rem iudicatã non tranſierit. Bar. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudi. ſic dicunt p̃-
fati Doct. præſertim Felyn. in d. ca. ſuper literis. numero 14. & idem
115 Fely. in c. inter monaſterium. num. 22. de re iudi. dicit, † propterea oportere, vt reſcriptum vel priuilegium derogans ſententiæ ſit valde clauſulatum, adeo ut liquido conſtet, Principem voluiſſe omnino derogare ſententiæ, quapropter videtur, hęc obſeruari debere non ſolum in ſententijs promulgatis in curijs, vel parlamentis, uel Senatibus, vt dixit Guido Pap. ſed etiam in quibusvis ſententijs a quocunque iudice latis, quæ trãſierint in rem iudicatam. Caue tamen quia ſupradicta loquũtur de reſcripto dato contra ipſam rem
116 iudicatam, ideſt, per quod prę̃iudicaretur rei iudicatæ, † ſed reſcriptum concedẽs moratoriam præſcriptionem, de quo nos in præſentia agimus, nõ tollit rem iudicatam, ſed tantummodo eius exe-
117 cutionem differt, † immo verius dicitur potius ipſam ſentẽtiam tale reſcriptum probare. l. ad ſolutionem. ff. de re iudi. cap. quo ad cõſultationem. eodem titu. de re iudic. unde videbatur, quòd valere deberet tale reſcriptum, etiam q̃ extaret res iudicata, quia modicũ affert prę̃iudicium, nihilominus ex prædicta deciſione Guidonis q̃rium reſpõſum videmus, qui tamẽ hoc dicit in ſentẽtijs, tãtum latis in curia propter ſupremam curiæ authoritatem, quaſi aliud ſentiat in alijs ſententijs latis ab inferioribus iudicibus, quod ex ſupradictis fortaſſe rationibus dixit.

118 Decimoquintò limita, † q̃ vbi uerum ſit, dilationes huiuſmodi nõ prodeſſe cõdemnatis ſeu de iure, ſeu ſaltem ex ſtilo, vel aliqua cõſuetudine, aliave ratione, idem pariter dicendum eſſet de his, qui propè eſſent cõdemnandi, ut, quia eſſent in calculo ferẽdæ ſenten-
119 tiæ, † cum paria eſſe dicantur, cõdemnatum eſſe, vel propè cõdemnãdum eſſe. l. qui pœnæ. §. diuus. ff. de manumiſſ. ita dixit, & conſuluit M. Antonius Natta in cõſi. ult. numero 5. libro 1. quod tamen
120 ego non ita facile admittendum opinor, cum † multi reperti fuerint Iudices, nec quidem vulgares, qui etiam in calculo ferẽdæ ſententiæ opinionem rectius & in melius, ſentẽtiæq́ue dictamen mutarint: ſi tamẽ de hoc nulla mẽtio in prec̃ibus uel literis facta eſſet, aliud dicendum exiſtimarem ex infraſcripta limitatione.

121 Sextodecimò limita, † (quod quidem etiam multo notabilius eſt quam ſupradicta in alijs duabus limitationibus) vt tales inducіæ a principe datæ nõ proſint, ſi fuerint impetratæ ſuper cauſa iam in iudicium deducta, niſi de ea facta ſit mẽtio in precibus, uel literis. Rolan. a valle dicto conſilio 31. num. 17. libro 2. quicitat Brun. Aſten. in cõſilio 46. in fi. Afflict. in deciſ. 220. num. 13. quod ampliat, ſi motu proprio cõceſſum fuiſſet huiuſmodi reſcriptum.

122 Decimoſeptimò limita, † quòd tale reſcriptum prodeſt ipſi debitori principali tãtum, nõ autem fideiuſſori eius, ſecũdùm Baldum, & Salycetum hic, & eundem Baldum in l. tam mandatori, ff. de nõ numerata pecu. Barto. Alexan. laſ. in l. cum filiusfam. §. in hac. in fi.
123 de uerborum obligatio. Aret. Inſtitu. de except. in rubr. nume. 13. † Quamuis enim pactum de nõ petẽdo factum debitori principali, quando eſt in rem factum, profit etiam eius fideiuſſori, l. & hęredi. §. fi. cum tribus legibus ſequẽtibus, l. quod dictum. ff. de pact. l. om-
124 nes exceptiones. ff. de except. † ſecus tamen eſt, ſi pactum, & exceptio competẽs debitori ſit mere perſonalis, ſiue ea exceptio competat ex pacto, ſiue ex iure ſcripto, ſiue ex principis beneficio, uel
125 priuilegio, l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iudi. l. j. ff. de fideiuſſ. minor. † Exceptio autem hęc dilatoria creditur in gratiam ipſiusmet debitoris nõ alterius cõceſſa, unde, cum perſonalis habeatur, nõ debet in
126 fideiuſſorem trãſire: † quod tamẽ intellige, prout etiam Bald. hic ſupponit, quòd ſcilicet fideiuſſor beneficio fideiuſſorum renũtiarit, quod fideiuſſoribus competit, ne cõueniri poſſint, antequàm excuſſus ſit principalis, per auth. prę̃ſente. ff. de fideiuſſor. nam alioqui fatua videretur hęc dubitatio, cum non poſſet fideiuſſor cõueniri nõ excuſſo prius principali debitore. Item ſecũdùm eundem Baldum prę̃ſupponere etiam oportet, eum fideiuſſorem beneficio cedendarum actionum renũtiaſſe, hoc eſt, quòd nõ opponet creditori, ut ipſi fideiuſſori actiones cõtra debitorem competẽtes
127 cedat, de quo no. in l. niſi. ff. de pact. † nam alioqui nõ poſſet creditor agere contra fideiuſſorem, quia nõ poſſet ei cedere actionem quam nõ haberet, l. Stichum. §. pe. ff. de ſolut. no. per gloſ. in dicta l.
128 niſi. quæ gloſſa dicit, † fideiuſſorem poſſe utrique renũciare, tam beneficio de fideiuſſoribus, ideſt, excuſſionis faciẽdæ, quàm exceptioni cedendarum, per l. pe. ff. de pact.

129 Aduertas tu tamen, † nõ videri verum, quod Baldus ſupponit, videlicet creditorem, contra quem datæ ſunt dilationes temporales, nõ habere actiones, quas fideiuſſori cedat cõtra debitorem ſtãte reſcripto principis; nam dico ego, q̃ immo habet actionem, neque enim perempta eſt, ſed ſolum eius executio dilata, vnde appellatur in l. noſtra hęc exceptio dilatoria, non peremptoria.

130 Sed † potes reſpõdere ſuſtinẽdo Bald. q̃ licèt habeat actionem, eſt tamen inefficax, cum vigore induciarum a principe conceſſarum hoc tempore ſit inefficax.

131 Item videtur obſtare, † q̃, ſi fideiuſſori talis dilatio principis nulli adiumento eſt, poterit ſaltem ipſe fideiuſſor, ſi ſoluat, agere actione mãdati cõtra debitorem principalem, ut conſequatur id, quod creditori ex fideiuſſionis cauſa ſoluerit, ita fiet, q̃ dilatio debitori a Principe cõceſſa parum ei proderit, cum deinde fideiuſſori teneaẽ

ſoluere

Source : BIU Cujas

soluere actione mandati illud, quod ipse fideiussor creditori soluerit.

132 Ad hoc respondet Salycetus, quòd † immo fideiussor exactus non habebit actionem dilatione pendente contra debitorem principalem, nam, si debitor habet generaliter inducias contra omnes
133 debitores, habebit etiam contra fideiussorem, † nam & is appellatione creditoris continetur l. 1. in fi. vbi Doct. ff. si certum petatur.

Nec obstat, si dixeris, quòd, & si fideiussor dicatur creditor, is tamen tempore concessæ exceptionis dilatoriæ nondum creditor dici poterat, cum nondum exactus fuisset, sed soluerit postea, vnde succedit, quod diximus supra in limitatione decima, videlicet exceptionem dilatoriam impetratam preiudicare solum creditoribus p̃sentibus, non etiam creditoribus futuris; nam ad hoc respondet
134 idem Salyce. † q̃ licèt nondum soluisset fideiussor tempore impetratæ exceptionis dilatoriæ, erat tamen iam tum obligatus ad soluendum, quare postea soluens videtur ex obligatione iam olim q̃cta soluisse, sicq; iam tum videtur creditor fuisse, merito exceptio illa dilatoria ei præiudicare debet.

135 Verum potest instari, † quòd dari potest casus, quo fideiussor exactus poterit agere contra debitorem principalem non obstantibus literis dilatorijs ei concessis, vt, si debitor habebat hãc exceptionem specialem contra creditorem absque clausula motus proprij, quę non potest ei contra fideiussorem prodesse, ergo non videtur tunc immunis debitor abire, solusq; beneficio induciarum frui, sed etiam fideiussor, cum omnino in debitoris damnum id sit redundaturum.

Respondè ex eodem Baldo hic in fi. post Cynum, quem citat, & Doct. in d. l. cum filiusfam. §. in hac. ff. de verborum obligat. q̃ supposito huiusmodi casu, quo fideiussori non prosit dilatoria hęc concessio debitori data, & q̃ ipse fideiussor, si exactus fuerit, a debitore consequi possit, non obstante dilatione, quòd ipse creditori
136 soluerit, † tamen datur via, qua debitor principalis se, fideiussoremq; suum tueri possit; nam fideiussoris defensionem suscipiet debitor ex persona sua tanquàm procurator in rem suam, opponetq; dilationis beneficium, speciale est enim in defensore necessario, vt possit adiuuare eum, quem defendit ex iure proprio, & speciali ipsius defensoris. l. idemq; §. generaliter. ff. manda. & l. procurator ad exhibendum. §. 1. ff. rem rat. haberi. l. fideiussor. §. quędam. in glo. ff. eodem titu. mandati. Bal. l. tam mandatori. colum. 2. nume. 8. infra de non nu. pecu. Doct. in d. l. cum filiusfam. §. in hac. de verborum oblig.

Sic vides sublimitari prędictam decimamtertiam limitationem,
137 † vt non procedat, si dilatio sit concessa motu proprio specialiter contra certum creditorem, tunc enim proderit etiam fideiussori.
138 † Item vt non procedat si fideiussor non renuntiarit beneficio fi-
139 deiussorum, quod habetur in auth. prędicte, † sublimitatur, & tertiò, vt non procedat, si fideiussor non renũtiasset exceptioni cedẽdarum, l. Stichum. §. pe. ff. de solu. gl. d. l. nisi. ff. de pact.

140 † Sublimitatur & quartò, q̃ licèt ipse fideiussor opponere non possit, poterit tamen opponere debitor principalis tanquam necessarius defensor. d. l. idemque. §. generaliter. gl. l. fideiussor. §. quædam. ff. mand. l. procurator ad exhibendum. §. j ff. rem ratam haberi, videlicet, si debitor ipse damnum ex hoc sentire posset, ut quia si
141 deiussor haberet regressum contra eum. † Sublimita & quinto, ut non procedat in dilatione legali. l. fin. §. fi. j. de usur. rei iudi.

Videtur adhuc contra hanc septimam decimam limitationem obstare text. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. vbi rescriptũ tollens exceptionem, quod rescriptum fuit causa retorcutionis cõtra ipsum debitorem impetrantem, nocebit etiam ipsi fideiussori, qui non poterit uti exceptione, sicut neque ipse principalis debitor qui propter impetrationem suam talem retorcutionẽ passus fuit, quare & pariter uidebatur, q̃ posset prodesse rescriptum debitoris
142 sicut ei nocere potest ex retorcutione. † Respondè, quòd in d. §. si is pro quo. debitor impetrauerat illud rescriptum, etiam prius, quã fideiussor intercederet, & cõsequenter, cum fideiussor a principio interceſſit, nunquam inuenit competere talem exceptionem, vel respondè, q̃ illud rescriptum, quod causa retorcutionis fuit, de cõsensu ipsius fideiussoris impetratum fuit, vnde non mirum, si & ei nocere debet, utramque solutionem ponit gl. in d. §. si is pro quo. in uerbo exceptione uti. ubi & Bar. & alij transeunt.

143 Sic vides resultare hinc & sextam sublimitationem, † vt scilicet, si quando debitor impetrauit inducias, nondum fideiussor intercessisset, sed post dilationem impetratam fideiusserit, ei quoque fideiuſ
144 sio prodesse debeat, quasi fideiusserit cum ea causa, † quod tamen intellige, nisi diem expressisset, quo soluere se uelle dixisset, qui dies angustior breuiorq̃ esset inducijs impetratis, est igitur intelligendum eo casu tantum, quo impetrato rescripto dilationis fideiussor simpliciter spopondisset pro debitore. est enim tunc, ut dixi, interpretatio facienda, quòd spoponderit eo modo, quo debitor ipse tenebatur.

145 Decimooctauò limita † principaliter, quòd huiusmodi rescriptũ generaliter concedens inducias debitori non uidetur locum habere, in illis casibus, quibus tenetur ad factum debitor, ad huiusmodi enim obligationes rescriptum non extenditur, si debitor faciendi potestatem haberet, argumen. eorum, quæ dicit Cyn. in l. 1. j. qui bono. ced. possunt, quòd scilicet obligatus præcise ad factum non fruitur priuilegio cessionis bonorum, sequitur Bar. in l. Sabinus. ff. comm. diuidun. ex qua decisione infert Ang. in l. is qui bonis. ff. de
146 cessio. bono. † quòd, si qua lege municipali cautum sit, ut obligati instrumentis guarentigiatis (vt vocant) carceri includantur, necinde liberẽtur, nisi prius satisfecerint, is qui ad factum obligatus est, nõ admittetur ad cessionem bonorum, si facere possit illud, quod facere promisit, & quamuis contrarium sentiat Andræas Siculus in cap. Odoardus, de solutionibus. Angelum tamen defendit Rodric. in d. l. 2. foro legum. lib. 3. tit. de los gouiernos. num. 9. & 10. &
147 suadetur vtraque cõclusio ratione, † nam huiusmodi induciæ, seu facultas cedendi bonis, gratia miserationis concederetur, quæ causa, cum in eo cesset, qui id facere potest, quod promisit, propterea tanquam cessante ratione dilatio quoque cessare debet faciunt, q̃ dicemus inf. 20. & 21. limit.

148 Decimononò limita, † q̃ dilatio uigore huiusmodi rescripti concessa, quamuis impediat, ne debitor cõueniri possit, non tamen faciet, quin currant vsuræ, quæ remotis inducijs a Principe datis cucurrissent, ut Principis rescriptum cum quam minimo partis preiudicio interpretetur, ut dicit Salyc. hic, qui in hoc citat. l. fi. in princi. j. de vsur. rei iudicatæ, in qua lege, pendente quadrimestri dilatione idcirco vsuræ non creduntur currere, quia post eam dilationem currunt centesimæ, si ergo ponamus casum, in quo post dilationem finitam vsuræ non augeantur, consequens erit, vt pendente quoque dilatione intermitti non debeant, verum hæc tamen usurarum consideratio hodie cessat, cum sacrosanctis concilijs prohibitæ sint, quæ sacrosancta quatuor cõcilia Iustinianus omnino custodiri debere sanxit, authen. ad hæc. infra de usur. qua ratione traditum est, etiam iure Cæsareo nouissimo usuras hodie esse explosas.

149 Vigesimò limita, † quòd huiusmodi induciæ debitori diuiti, & qui sit soluendo, concedi non debent, quamuis alioqui ipse creditor locupletissimus foret, nam eiuscemodi rescriptorum iustitia ex debitoris opibus, uel paupertate, non ex creditoris diuitijs perpendi, & colligi solet, Ripa in responso 10. numero 6. libro 1. de legibus, & consuetu.

150 Vigesimoprimò limita, † q̃ quamuis hę literæ prodesse possint debitori, ne conueniri, & exigi possit pendente dilatione, non tñ efficient, ut creditor, qui pendente dilatione peuerit, debeat propterea veluti agens ante tempus condemnari in expensis, & in duplicatis inducijs. iuxta §. temporales. Instit. de excep. secundum declarationem Baldi in l. exceptionem. colum. 1. in fi. de excep. prę sertim, si literæ nondum ei forent denuntiatę, sed & forte idem esset, quãuis denuntiatæ essent, quamuis enim is, qui ante diem agit, pęnam prędictam patiatur, non est tamen hoc intelligendum de tempore dato causa miserationis, sed de tempore & die conuentionali.

151 Vigesimosecundò limita, † q̃ oportet tamen rescriptum hoc creditori esse denuntiatum, ut debitori prodesse possit, argu. l. nomen. infra quæ res pign. obliga. pos. l. si quis inficiatus. ff. depositi, ex quibus iuribus hoc decidit Alexan. in dicto consil. 205. colum. 2. circa med. numero 2. uersicu. & hoc præsertim. libro 2. Gozad. consi. 61. num. 9. & seq. Beneuenu. Stracca in tract. de decoct. car. pe. primæ partis.

152 Vigesimotertiò limita, † q̃ tale tempus currere incipiat a data ipsarum literarum, arg. c. eam. de reser. c. dilectus. de prę ben. quod in specie decidit Guido Pap. in d. decis. 109. addens hunc stilum in curia Gratianopolitana seruari, sic uides, in prę iudicium ipsius debitoris in dimetiendis temporibus, an sint lapsa, an id minus, numerari ea debere, a die datæ ipsarum literarum, sed in his quę debitoris ipsius fauorem spectant, denunciationis tempus inspici, neq; ei prius prodesse, quàm denunciatæ sint.

153 Vigesimoquartò limita, † q̃ in dubio tamen princeps non præsumitur uelle alicui prę iudicare, neque etiam in tempore, nisi hoc exprimat, arg. gl. in c. si propter tua debita. uers. impediri, de reser. in 6. Fel. in d. c. constitutus. col. 4. circa prin. & d. c. in nostra. nu. 27. de reser. de quo & nos infra.

154 Vigesimoquintò limita, † q̃ si peruenit ad pinguiorem fortunã ante finitas inducias, illæ tamen finitæ censebuntur, ut de priuilegio cedendi bonis tradit Bar. in l. notandum. §. eos. ff. de excus. tut. in l. fi. j. qui bon. ced. possunt.

155 Vigesimosextò adde, † q̃ iudex non potest angustare uel ampliare terminum ad soluendum a lege, vel ab homine concessum, potest quidem terminum ad proponendas exceptiones restringere ex causa, uel extendere. capitu. pastoralis. vbi Doctores. de exceptione.

156 Videbatur tamen, † q̃ iudex posset, etiam terminum ad soluendum extẽdere, uel restringere, cum agatur de modico præiudicio ex his, quæ supra in principio diximus, & mox dicturi sumus.

157 Secundò præstat tibi argumẽtum hic tex. † q̃ exceptio dilatoria dicitur modici præiudicij. fa. l. fideiusor. §. quædam. ff. manda. qua ratione fit, quòd non conceditur restitutio ei, qui omisit, propo

nere,

Source : BIU Cujas

158 nere, vel probare exceptionem dilatoriam, † ꝙ pro modica læſione reſtitutio concedi non ſoleat. l ſcio. ff. de reſtit. in integr vbi Bal. qui hoc in ſpecie docet, & idem Bald. in l. peremptorias col. 4. verſ. quæro vtrum ſicut minor.). ſenten. reſcin. non poſſe. Felyn. ca. fra-
159 ternitatis. colum. 4. verſi. fallit ſecundo. de teſtib. † quemadmodum etiam minor non reſtituitur ad opponendum exceptionem fori. Iaſ. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. colum. 2. circa med. verſic. circa primum. ff. de condict. indebit. licet minor 25. ann. reſtituatur contra omiſſam allegationem. l. minor. 25. ann. omiſſam. ff. de minoribus.
160 ex quo etiam infertur, † ꝙ, ſi actor ambiguum libellum dedit ſup poſſeſſorio, & petitorio cumulatis in eodem libello, nec declarauit ex qua poſſeſſione agere poſſeſſorio, & ex qua ageret petitorio, eo mortuo poterit hoc declarari per hæredem, eo quia ex tali declaratione reo nihil aufertur excepta dilatoria exceptione, quæ dicitur eſſe modici momenti, nec eſt patrimonij diminutio, Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 139. ff. de acquirenda poſſeſſione.

161 Tertiò nota, in illis verbis, ſine graui alterius diſpendio, † ꝙ reſcripta, & priuilegia Principum debent intelligi ſine graui præiudicio tertij, quam princeps nunquam intelligitur velle iuri alieno præiudicium inferre, Iaſ. hic. In quo eſt cauendum, quia nonnulli dixerũt, quòd ſi priuilegium redderetur ſine effectu, niſi tertio fieret præiudicium, tunc potius, tertio vt noceat, interpretari debet, quàm ut inutile remaneat.

162 Tu autem dicas, † quòd interpretatio quidem priuilegij contra ius commune potius fieri debet, quàm inefficax & inutile remanere. c. in his. de priuileg. c. paſtoralis. in prin. de appellat. Bal. in auth. habita. 4. no.). ne filius pro patre. Fel. in cap. 1. colum. 4. uerſi. priuilegiũ ubi etiam Dec. & Rip. de reſcrip. & in cap. cauſam quæ. eodem tit.
163 ratio, † quia priuilegium ſui natura derogat legi. cap. priuilegia. 3. di-
164 ſtinct. & cap. fin. 25. quæſt. 1. † vnde eo ipſo, quo priuilegij nomine appellatur a Principe concedente vel bulla, & funiculis priuilegiorum exornatur, ſatis apparet voluiſſe, & conſequẽter iuri communi derogare uoluiſſe etiam ſine clauſula, non obſtante, Rip. cap. 1.
165 numero 38. de reſcrip. Fely. in rubr. eodem tit. de reſcr. † col. 2. ad fi. Quæ tamen intelligas, niſi ex tali interpretatione reſultaret læſio, & præiudicium tertij: nam contra ius commune quidem interpretari debet, non tamen contra ius tertij quæſitum & eradicatum, Bald. per illum tex. in l. ſi quando.). de inoffic. teſtamen. Fely. in d. c.
166 1. colum. 5. in prin. uerſi. declara duobus modis, de reſcrip. † In non nullis tamen caſibus poterit etiam contra ius tertij priuilegium interpretari. Primus erit, ſi agatur de iure quærendo, non de iure quę ſito, ad quod citari ſolet gl. in cap. fi. ibi. q. 6. Ripa cap. 1. nu. 42. de re-
167 ſcrip. Fel. c. nonnulli. in prin. num. 21. de reſcrip. † quinimo idem Ripa, vbi proximè ſupra, credit etiam tunc poſſe priuilegium in prę iudicium tertij interpretari, quando aliàs nihil operaretur, cuius tamẽ
168 contrarium diximus ſupra, & uerius credo. † Alius caſus erit, quando ex priuilegio deduceretur res ad terminos, in quibus olim erat, vt per gl. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, tex. cum gl. in ca. ab exordio. 35. diſtinct.

Sed colligendo hanc materiam, ut ordine claro doctrina ipſius
169 ſit tibi aperta. Conſtituas ſic, † quòd Princeps in dubio non præſumitur velle per ſuum reſcriptum præiudicare iuribus tertij, legibus allegatis hic a Iaſone, quibus adde Bart. in l. quominus. colum. 1. in
170 princ. in 1. oppoſi. ff. de flum. qui dicit, † quòd Imperator non præſumitur alicui velle concedere aquæductum ad alterius iniuriam, & ibi Iaſ. in 4. not. numero 10. & idem Iaſ. in l. fi. ff. de conſti. in prin. numero 19. Bal. in tit. de pace Conſtantiæ, in verſic. detrimentum.
171 §. aduerſus, † quare Dominorum compoſitiones non debent inferre prę iudicium iuribus ſubditorum, Bal. in l. quicunque.). de ſer. fugit. Bar. Iaſ. Dec. in l. venia.). de in ius vocan.

172 Amplia primò, † ut procedat etiam, ꝙ cauſa aliqua ſubſiſteret, Nellus in tract. bannit. in 3. parte primi tempo. q. 11. Ruin. conſ. 29. col. 3. circa med. lib. 1.

173 Secundò amplia etiam, † quòd damnum inferretur in ſola poſſeſſione, eſt tex. in capitu. dudum. extra de priuileg. glo. in capitu. 2. verſic. poſſidebant, de decim. in ſexto licet poſſit poſſeſſioni renuntiare abſque principe, Barto. l. ſi quis ui. §. differentia. in fi. ff. de acquirenda poſſeſ.

174 Tertiò amplia etiam, † quòd ageretur de iure ad rem tantum. Abb. per illum tex. in ca. in noſtra. in 3. nota. de reſcript. Dec. conſi. 37. numero 20.

175 Quartò amplia, ut procedat, † etiam ꝙ impropria verborum in-
176 terpretatio reſultaret, † debent enim potius verba in proprium intellectum accipere, quàm tertio damnum inferri, Bald. in capit. ſuper eo. de offic. delega. Dec. dicto conſi. 373. numero 10. & dicto cap. ſuper eo.

177 Quintò amplia etiam † quòd conceſſio facta eſſet motu proprio, Dec. ubi ſupra.

178 Sextò amplia † etiam in reſcripto ex certa ſcientia, Dec. cõſ. 580. colum. 2. in prin. & in d. cap. ſuper eo. Crauetta conſi. 296. col. 5. in
179 prin. † nõ enim prę ſumitur Princeps vti plenitudine poteſtatis, ſed iuri conformare ſe uelle, l. ex facto, ubi Doct. præſertim Iaſ. 4. not.
180 & Ripa ff. de vulg. gl. 3. in c. paratus. 23. q. 1. quæ dicit, † ꝙ licet uerba non patiantur, verba tamen poſita in reſcripto vel lege æquitati conformari debent.

181 Septimò amplia, † etiam, quòd illud ius, de cuius agitur præiudicio, fuiſſet ab eodem ipſo Principe conceſſum, a quo reſcriptum emanat. Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 12. & ſeq. ff. de liber. & poſth. ubi Iaſ. nu. 70. Plot. in rep. l. ſi quando. num. 8. & ſeq. Bart. & Doct. in l. 1. C. de ſent. paſſ. gl. in l. quicunq;. uerſ. viginti ſolidis, ad fi.). de ſeru. fugit. & gl. in tit. de pace Conſtantiæ, ver. ſucceſſorum. in fi. quam omnino ut videas, hortor.

182 Octauò amplia, † etiam quòd ageretur de præiudicio tertij reſpectu ſolius dilationis. c. ſi ſuper gratia. c. ſtatuimus. de offi. dele. Cor. conſ. 67. col. 3. lib. 3. Crauetta. d. conſ. 296. col. 5. in prin. quod ſcilicet intelligendum, ſi longi temporis eſſet dilatio, ſecus. n. eſſet in dilatione parui temporis, ut hac noſtra l. cum not. ad eam.

183 Nonò amplia, † etiam in dominio utili. Bart. l. 2. C. de fun. patri. lib. 11. Rolan. a Valle in conſi. 3. nu. 31. lib. 1.

184 Decimò amplia etiam, † quòd ageretur de præiudicio perſonarum incertarum. Dec. conſ. 168. colum. pen. poſt med. uerſ. primò quia videtur &c.

185 Vndecimò amplia, † etiam in priuilegio inſerto in corpore iuris l. impuberi. ff. de admin. tutor. & l. cum filius fam. in fin. ff. de teſtam. milit.

186 Duodecimò amplia etiam, † ꝙ conceſſio facta eſſet in fauorem minoris. Bart. l. idemq;. in prin. ff. qui pot. in pig. per tex. in d l. impuberi. ff. de admin. tut. Iaſ. in d l. fi. nu. 20. ad fi. num. ff. de conſt. princ. ver. addo, quòd iſta doctrina.

187 Decimotertiò & ultimò amplia ex Iaſone hic, † ꝙ etiam ubi inſerta eſſet clauſula illa non obſtante præiudicio tertij, eſſet ea tamẽ de modico præiudicio intelligenda, idem Iaſ. in d. l. fi. nu. 19. de conſtit. princ. qui tamen Iaſ. dicit, ꝙ ea clauſula, non obſtante præiudicio tertij, operabitur, quamuis nominatus non ſit ille tertius de cuius præiudicio agitur, idque ex Caſtren. in l. Titius. ff. de liberis & poſthum.

188 Limita autem, † quòd reſcriptum ſeu priuilegium ad præiudicium concedentis interpretari debet. Laſon. in dicta l. fina. numero 19. de Conſtit.

189 Secundò limita, † ꝙ ſi res ad ſuum antiquum ſtatum ex tali priuilegio, vel reſcripto reducatur ea interpretatione facta, poterit etiã in prę iudicium tertij interpretari. Abb. c. veniens. col. 8. de præſcrip. Craue. conſi. 135. nu. 38. Rolan. conſ. 3. nu. 121. faciunt multa quę diximus in tract. de legitima.

190 Tertiò limita, † ſi reſcriptum haberet clauſulam derogatoriam. Craueta, qui alios allegat in conſ. 259. col. 2. in prin.

191 Noto † quartò, non ualere reſcriptum concedens exceptionem peremptoriam, uel eam auferens. Quæ autem ſit exceptio peremptoria, nuſquam melius declaratur, quàm hac lege, nempe, ea quæ perimit, & exhaurit vires principalis negotij.

192 Sed mirum eſt, † ꝙ Doctores eam habeant pro exceptione peremptoria, quæ differt negotium ultra quinquennium; cum tamẽ lapſo quinquennio ſalua ſint iura; Videbantur enim uerba huius legis innuere; ꝙ quælibet exceptio dilatoria, quantumuis longi tẽporis, modo negocij totius uires non exhauriret, totamque cauſam perimeret, ualere deberet, & tamen, ut uides, alio modo interpretantur Doctores, ut ſcilicet ad quinquẽnium dumtaxat dilatio conceſſa ualere poſſit, non ſi ultra quinquennium cõcedatur, quã interpretationem forte ſumpſerunt ex l. fi.). qui bon. ced. poſſunt, ſed certe nimis hoc modo reſtringitur lex noſtra, nam, ꝙ exceptio differens cauſam ultra quinquẽnium dicatur totius negocij vires exhaurire, & totam cognitionem perimere, id certe neque ego admittam, neq; admitti poteſt, cum tamen Doctores ita communi conſenſu interpretentur, ab eis recedere non audeo.

193 Quærit autem Pau. Caſtren. hic † quid ſi dilatio a Principe ſit cõceſſa ultra tempus quinquennij, puta ad decem annos, an, cum nõ ualeat ad decem annos, ſaltem ualere debeat vſque ad quinquennium, an uero in totum uitiari, quæ quæſtio propter communem interpretationem ſupradictam utilis eſſe poteſt, quamuis propter uerba legis noſtræ inutilis eſſet, cum (ut diximus) videatur ex lege noſtra etiam ad decennium valere, ſed tamen communi interpretatione Doctorum retenta, uidetur, ꝙ ſi conceſſa ultra decẽnium ſit, debeat in totum vitiari per tex. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de donat. inter virum & uxorem. iuncta l. ſcire debemus. ff. de verborum obliga. & fa. l. Græce. cum gl. & l. ſi non ſortem. ff. de cond. in-
194 deb. & quod dicit Bal. in l. quicunq;. in prin. ſ. de ſacroſ. Eccl. † cum lex reſiſtit actui a principio, ne fiat certo modo, tunc, ſi actus modo prohibito fiat, nunquam valet etiam eo modo, quo valere poteſt, ad tradita per Doct. in l. j. §. ſi quis ita. de verb. oblig.

Contrarium tamen uidetur verius, vt ſaltem ad quinquẽnium valere debeat, per tex. in l. ſancimus. in prin. uer. ſi quid autem.). de dona. & tex. in l. pecuniæ. in l. placuit. in l. pœnam. ff. de vſu. in l. cum allegas.). eo. tit. de vſur. & regula quæ ita ſe habet, vt, quod ago ualeat omni meliori modo, quo valere poteſt ſi non valet eo modo quo agitur. d. §. ſi quis ita. l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. ff. de pac. præſertim

Source : BIU Cujas

195 tim ex regula quam tradit Bart.ibi, † ℣ quando dispositio, prout agitur, non differt in modo constituendi ab ea, quæ valere posset, sed tantum differt in commodo, tunc valere debet eo modo, quo valere potest, per tex.in l.si tam angusti.ff.de seruit.in l.via constituti.
196 ff.de seruit.rustic.prædio.idque eo magis, quia d.regula proculdubio procedit in actu dependente a voluntate vnius, Bart.& Doct. vbi supra, per tex.in l.Sceuola.ff.ad Trebel.l.filiusfam.§.vt quis hæredem.de leg.1.l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.
197 Non obstat tex.in d.l.si sponsus §.generaliter, †nam ille tex. hãc nostram opinionem potius cõfirmare uidetur, cum ratio decisionis in eo textu sit, quia donatio facta per virum vxori commixtã habeat aliarum rerum, vel personarum causam, ita vt separari non possint, sed non impediri, si separari possint, cætera valere, id quod donatum est non valere.

Non obstat, quod dicit Bald.in dicta l.quicunque.sup. de sacrosan.eccles.nam idem ipse Baldus contrarium docuit, in authent. si quas ruinas.colum.1.eodem titu.infra de sacros.Eccles. & secus se
198 habet communis opinio, †quòd imo valeat vsque ad tempus permissum, vt testantur Ias.& Decius in auth.qui rem.colum.fi.eo.tit. de sacrosan.eccle.
199 Non obstat d.l.Græce, & l.si nõ sortem, cum ibi no. †nam ideo nullo modo valet actus ille: qa lex toti actui resistebat a principio, meritò & totus actus vitiari debet, nec vlla obligatio etiam naturalis sola nasci debet, at in casu quæstionis nostræ lex non resistit toti dilationi, sed ei dumtaxat, quæ excedit, sic etiam respondet Dec. in dicta authen.qui rem, col.fi.in fi. dum respondit argumentis Iasonis tenentis contrarium, quem vidi posteaquam hæc solutio mihi in mentem venit.

Limitatur ergo primò hæc conclusio, quæ habet, non valere re
200 scriptum concedens maiorem dilationem quinquennio, †vt procedat hoc in dilatione temporis excedentis quinquennium dumtaxat, nam vsque ad quinquennium ea dilatio valebit, in reliquo vitiabitur.
201 Secundò limitatur, vt non habeat locum, †si talis exceptionis remotio afferret modicum præiuditium, arg.l fi.ff. de fruct. & lit.expen.ibi, per speciales largitates tam super sportulis, quàm super expensis vel minuendis, vel non agnoscendis.

Verum hic dubitari solet de quibusdam exceptionibus, an sint dilatoriæ, & tolli possint, an vero sint peremptoriæ, easq; Princeps
202 auferre non possint, †vt ecce illa exceptio, ne quis conueniatur, nisi inquantum facere potest, de qua in l.ex diuerso.§.fi.in l.maritum ff.sol.mat.in l.diuus Pius.ff.de regu.iur.in §. item si de dote.in §.sed & si quis.in §.fin.Instit.de act.l.inter cos.§.is quoq; ff. de re iud.l.in condemnatione.de reg.iur.l.qui id quod.in prin.ff. de don. de hac igitur exceptione dicit gl.eam esse temporalem, & dilatoriam, glo. §.appellantur.uer.semper.in fi.illius gl.Inst.de excep.& glos.in l.3. versi.possunt, Instit.de excep.& glo.in l.3.vers.possunt.ff.de excep.
203 quod sic probat, †nam tutus exceptione perpetua fauorabili, si soluat, repetit.Iste, qui tenetur quatenus facere potest, soluens non repetit.ergo &c.maior probatur in l.qui exceptionem.ff. de condit. indeb.minor probatur in l.nam & si maritus.ff.eo.de cond.indeb.
204 † Item, quia potest peruenire ad pinguiorem fortunam, quo casu tenebitur satisfacere.d.§.fi.Insti.de act. quod quidem futurum speratur, vt ad pinguiorem fortunam perueniat.l. cura.§. deficientiũ. ff.de mune.& honor.ac saltem certum est, hãc exceptionem finitum iri morte.l.etiam.ff.solu.matrim. quare temporalis & dilatoria uidetur iudicanda, non peremptoria, ad quod Bar.& Socy.in l. 3.ff.de excep.Sed, quicquid supra dictum sit, concludendum est ta
205 men in quæstione de qua agimus iuxta speciem legis nostræ, †huiusmodi exceptionem, ne conueniatur, nisi quatenus facere potest pro peremptoria haberi, vt rescriptum eam afferens, vel auferens non valeat, cum omnino incerta sit, quare est iudicanda perpetua, l.sufficit.ff.de condict.indeb.Ange.Aret.in d.§.appellantur.Instit. de except.ac quia secundum præsentem statum iudicanda est, Cra uetta cons.225.col.2.post med. & quia non potest nõ esse magni
206 præiudicij, nam & si ad meliores fortunas perueniat, †non poterit tamen conueniri, nisi quatenus facere possit.glo.& Doct. in d.§.fi. Instit.de act.
207 Eisdem rationibus † idem videtur dicendum de exceptione ordinis, & exceptione diuisionis, exceptionem ordinis appello, vt q̃ est inter principalem debitorem, & fideiussorem, quia prius debet conueniri & excuti principalis, auth.præsente.j.de fideiuss.& exceptio etiam diuisionis inter plures reos debendi, inter quos diuidi oportet debitum ex epistola Diui Adria.l.fi.j.de const.pecu.l.inter fideiussores, & l.seq.ff.de fideiuss.§.si plures.Insti.eod.de fideiussor.
208 vbi gl.in ver.partes. †& possunt huiusmodi exceptiones dici anomalæ, quasi tertia quædam species separata a dilatorijs, & perẽptorijs.ad quod facit, quod dicit Bal.in l.ab executione.C. quorum appellat.non recip.Felyn.in c.pastoralis.colum.3.nume.7.de except.
209 †quòd terminus excludens dilatorias exceptiones non excluderet anomalas.
210 Contrarium tamen videtur verius † ℣ huiusmodi exceptiones debeant iudicari more exceptionis dilatoriæ, quod effectum legis nostræ spectat, propterea q̃; tolli possint, cum non magnum in his consideretur præiudicium, cum in omnem casum siue prius, siue posterius conueniatur, nullum ex hac præuentione damnum re-
211 sultet, nisi temporis, ad quod etiam facit: †quia exceptio excussionis, quæ est exceptio eadem ordinis, non militat, neque obijci potest, vbi procedendum est ex bono, & æquo, Bald. in l.si mancipia. §.j.ff. de euict. post gl. ibi, nam exceptio excussionis est de apicibus iuris. Dec.c.ex parte.num.6.de offi. delegati.& l.fi.numero 23.ff.si certum petat.
212 †Nec obstat, quod dicit Bal.in dicta l.ab executione. Fely. dicto capitu.pastoralis.nam procedit in odiosis, nos sumus in fauorabilibus, regula enim est iuris, quòd sub simplicibus ueniat mixtum in fauorabilibus.l.2.vbi Doct.de uerbo.oblig.sic dicit Aret.§. appellantur.Instit.de except.
213 †Exceptio vero non numeratæ pecuniæ, seu non numeratæ dotis habetur pro peremptoria, nam licet eæ exceptiones intra certi temporis cancellos coercitæ sint, quibus lapsis opponi amplius nõ possint, nempe exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium, non numeratę dotis intra mẽses tres, a die soluti matrimonij, si matrimonium durauerit ultra biennium, vel si durauerit minus biennio, tunc intra annum, tamen quia, cum huiusmodi exceptio opposita est, & probata, negotij totius vires exhaurit, propterea iudicari debet veluti peremporia, quod attinet ad casum legis nostræ.
214 Item † exceptio subreptionis rescripti licet videatur peremptoria, ut dicit gl.in c.super literis.uersi.nisi forsan.de rescrip. verius tamen videtur mixta, sed de hoc tamen uide Beroum latè in d.c. su
215 per literis.col.26.nu.76.dicit, †℣ vbi surreptio ad lites in totum vitiat, tunc dicitur anomala.
216 Exceptiones † modificatiuæ, cuiusmodi sunt materia actionis de peculio, & tributoria sunt tanquam peremptoriæ, Aret.d.§.appellantur.num.27.
217 Exceptio † pretij non soluti non est proprie exceptio peremptoria, sed magis dilatoria traditionis rei venditæ, quandocũque enim soluetur pretium, tradi res debebit, l.si per emptorem.ff.de act.empto. Bal.in l.peremptorias.colum.3.nu.2.uer.item hęc exceptio.j. sent.rescind.non posse.
218 Tertiò limitatur, †vt rescriptum tollens exceptionem peremptoriam valeat, quandocunque constet de voluntate ipsius Principis, itaq; nulla dubitatio est super potestate, sed super voluntate dumtaxat, ut in 1.gl.declarando vt infra dicturus sum, cum dicam, quibus verbis elici possit hęc voluntas, & quas peremptorias auferre possit, sed tamen prius declarare oportet, qui nam Principes hanc po-
219 testatem habeant, † & imprimis constat, Imperatorem Romanũ hanc potestatem habere, ipse enim proprie appellatur Romanus Princeps.in procem.Institutionum.versi. princeps Romanus, ubi
220 Docto. † & multò magis Sum.Pontifex, qui præest etiam Imperatori.ca.cuncta per mundum.9.q.3.& c.si Papa.40.dist.& cle. pasto
221 ralis.in fi.de re iud.† & qui in beneficialibus habet pleniſſimam potestatem, cum omnia beneficia ei manualia sint, cap. 2. de præben.
222 in 6.Fely.c.quę in ecclesiam.de constit. qui amplius dicit, † Papam posse beneficium alicui auferre etiam sine clausula, non obstante, facit c.proposuit.de concess.præb.cum simi.
223 Idem † dicunt Doctores etiam de alijs principibus nõ recognoscentibus superiorem de facto, vt est Rex Franciæ.c. per venerabi-
224 lem, qui filij sint legit. †& de Rege Angliæ tradit Bart.in l.hostes.ff.
225 de capit.col.2.in prin. †Et de quibuscunque ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, ut in ciuitatibus Florentiæ, & Pisarum tradit idem Bar.in l.toties.ff.de pollicitat.in l.infamem.in fi.ff.de pu
226 blic.iud.in d.l.hostes.col.3.in fi. †& de Ciui.Florentiæ Dec. consilio
227 357.colum.2.nu.1.& consi.125.numero 5. †& de Ciui. Venetia-
228 rum Ias.in l.ex hoc iure.num.26.& 27.ff.de iusti.& iure † de Ciuit. Ianuæ Dec.consilio 361.colum.pen.in princ. qui tamen postmo-
229 dum concludit, quòd recognoscit superiorem, †& de Ciuit.Lucẽ
230 si.idem Dec.cons.403. † & de Duce Mediol. Alex.cons.2.colum. 4.lib.1.Dec.cons.403.colum.2.qui alios citat, & quamuis Cardinalis contrarium teneat in cons.128.communis tamen opinio sic se habet, quòd & ipse Dux Mediol.superiorem non recognoscat, & quod omnia possit in suo ducatu, quę potest Princeps in uniuerso orbe, tradit Curt.Sen.in consi.73.in 5.dub.Ias.cons. 70. colum. 3.Paris.consilio 2.colum.2.libro 2.Roland. consil.26. & consilio 88.libro 1.
231 Potest † autem hoc pluribus modis contingere, quòd princeps inferior Imperatore, vel Sum.Pontifi.non recognoscat superiorẽ uel quia tale priuilegium ab Imperatore habeat, ut nulli pareat, sed
232 Regia Cæsareaq; potestate utatur, †vt de Ciui.Venetiarum testatur Ias.in d.l.ex hoc iure. nu. 26. dicens Venetos habere priuilegiũ libertatis, & exemptionis obsignatum bulla aurea: attenditur enim maxime tenor inuestituræ.c.1.ubi Bal. de duobus fratr. a c.inuest. Bal.in prælud.feu.in 4.diuis.uer.porro.in l.j.§.sed & si quis.C. de latina liber.tol.in c.j.§.denique.colum.1.quæ fuit prima cau. benef.
233 amitt.cum sim. † qua ratione etiam diximus, idem esse in Ducibus Mediol.nam (vt ex Castrense testatur Fel.) in dipplomate seu priuilegio Ducũ Mediol.continebatur, vt possent ea facere in suo Ducatu

Source : BIU Cujas

catu Mediol. quæ Imperatores, & Romani Reges facere poſſunt
234 de poteſtatis plenitudine, † quod ſi vidiſſet Cardinalis Alexandrinus, aliter forte reſpondiſſet, quàm ſupra eum diximus.
235 Quapropter videtur licuiſſe ipſi Duci Mediolani ſtatuere id qđ ſtatuit Decreto ſuo condito anno. 1423. nempe vt ei crederetur aliquid in ſuis literis atteſtanti, quemadmodum in Sum. Pontifice & Imperatore obſeruatur, cle. 1. de proba. qua de re vide Ruin. cõſilio 3. numero 5. libro 5. Dec. conſilio 544. Incip. ſereniſſimus. numero 11. & conſilio 410. colum. 2. in fi. ver. tertiò principaliter reſpondetur, nu. 8. & conſi. 445. col. antepe. in prin. nu. 63. Crau. cõſ. 48. num. 1. & conſi. 104. nu. 7. & 8. & conſ. 241. colum. 12. verſi. ſecundo reſpondeo.
236 Sed † quòd ſtatutum ſeu decretum huiuſmodi non valeat, quo Dux Mediolani ſtatuit, vt credatur ſibi dicenti aliquem eſſe rebellem, dixit Boſſius in pract. crim. in tit. de crimine læſæ Maieſtatis ſequutus Cardinalem in d. conſ. 128. alias. 154. incip. in quæſtione, q̃ vertitur inter Andream, & Fely. in c. cum a nobis. colu. 2. numero
237 3. de teſtibus. & Plotus in l. ſi quando. numero 762. teſtatur † Eccellentiſſ. Mediolan. Senatum declaraſſe, tale decretum minime vale-
238 re, † tanquam contra æquitatem naturalem, & modeſtiam, vt alicui fides in propria cauſa adhibeatur, quod veriſſimam arbitror in eo decreto, & quandocunque mihi incidit, cõſuli ſuper hoc, quod
239 non ſemel euenit, ſemper ita reſpondi, atq; ita vidi non ſemel † iudicatum, generaliter vero, an & quando credatur verbis enuntiatiuis Papæ, alteriusvè Principis, vide Crauet. latiſſimè hoc tractantẽ in tract. de antiquit. temp. par. 1. ſect. 1. nu. 9. & ſeq. præter alios multos locos in ſuis conſilijs, Rolan. a Valle tamen in conſi. 1. nu. 193.
240 lib. 2. ait † de conſuetudine totius mundi ſolere credi Principibus etiam in facto eorum proprio, alleg. Bald. in conſ. 277. in 3. volum. & in conſ. 420. col. 2. eo. lib. Afflic. in c. 1. num. 78. qui ſucceſſor. te-
241 neantur, & Alciat. in tract. præſump. in 3. reg. præſup. 8. † dicentem quòd hodie ſiue de iure, ſiue de facto Principi eſt credẽdum. Ego verò de facto hoc admittam, at ſi iuris quæſtio verſetur, aliud dicã, quod ſæpe contingere poteſt, cum non ſemper ipſemet Princeps de ſuo facto iudicium proferat, ſed recognoſcantur ipſius Iudicia, vel a ſupremo Principe, ſcilicet, Sum. Põtifice, aut Imperatore, vel etiam a ſucceſſore ſuo, qui forte non ita affectus erit, q̃emadmodum eius anteceſſor, vel forte etiam idem ipſe Princeps, qui ſententiam tulit, vel decretum fecit ſaniore poſtmodum vſus conſilio ſuper reuiſione aditus, precibusq́ue exoratus patietur acta ſua recognoſci, & ad iuris terminos reduci, quapropter non eſt adeo formidanda Principis potentia, quin id proferatur, quod iuris eſſe credatur, quod ego, vt dixi, pluries eueniſſe vidi, & tanto magis, quia & ipſe Princeps quandoq; etiam hæc decreta non prius facit, q̃ ea cum peritis contulerit, qui ſi reſponderent, credi eis omnino oportere, ſeu de iure, ſeu de facto, male ſubditorũ ageretur vtilitas, hæc igitur non fruſtra hic tractantur, vt ſciamus Principibus non conſulentibus reſpondere, & quod ius ſuaſerit, dicere, nec aliud credo Illuſtriſſ. Alciatum, nec clariſſimum Monferati præſidem ſenſiſſe.
242 Poteſt etiam † Princeps non recognoſcere ſuperiorem de facto ſi tanto tempore iuriſdictionem abſolutam exercuerit, cuius initij nulla memoria extet in contrarium. Fely. c. quæ in eccleſiarum, nu. 33. ver. tertius caſus, extra de conſtit. per tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiua. ca. ſuper quibuſdam. §. præterea.
243 ex. de verborum ſignifi. † nam poſſeſſio, cuius initij nulla memoria extet in contrarium, etiam in his, quæ ſunt Principi reſeruata, priuilegij loco habetur, & hoc in ſpecie tenuit etiam Fely. in c. cum nõ liceat, colum. 4. verſi. certum, dum ſubdit Abb. de præſcrip. & in c. cum nobis. colum. 2. in fi. ver. ſecunda declaratio. eodem tit. de prę ſcrip. Bart. ante eum in l. 1. ff. de aqua pluuia arcen. in l. infamem. ff. de publi. iud. in l. hoſtes. ff. de captiuis. Abb. in c. fi. in 1. not. extra de conſtit. & in c. quod ad tranſlationem. in 1. no. de offi. leg. & in conſi. 82. in prin. lib. 1. Alex. conſi. 15. colum. 2. verſ. & ſatis eſt, vt prædicta procedant. libro 5. & in conſilio 2. colum. 3. circa med. libro 7.
244 † & tandem hanc eſſe magis communem teſtatur Crauetta, qui alios quoque citat, in tract. de antiq. tempo. in 4. parte, in 1. ſect. nu.
245 73. † quod tamen ipſe Crauetta negat procedere aduerſus Sum. Pontificem in ſpiritualibus, ne videatur quis velle etiam præſcribe-
246 re, ne teneatur etiam Deo parere, † Item hoc intelligit procedere in Principe aut ciuitate, ſecus in priuato, nam iuri ſubiectionis prę ſcribere non poteſt, ex Oldrado in conſ. incip. conſueuit. colu. 3. & ex Archidiacono in c. placuit. 16. q. 3.
247 Principes † igitur hi, qui vel ex priuilegio habent poteſtatem Cæſaream in ſuo ſtatu, vel ex præſcriptione ſupra memoriam hominum, poſſunt huiuſmodi literas cõcedere, quibus etiam exceptiones peremptoriæ auferantur, Principes vero inferiores hoc facere non poſſunt.
248 De voluntate autem Principis cõſtare dicetur, † primò ſi ex certa ſcientia concedat huiuſmodi literas, vt dicit gl. hic in ver. fi. 1. glo. dum dicit, per hanc clauſulam derogari his, quæ ſunt de iure ciuili,
249 † hęc enim clauſula omnem habilitationem, & omnem diſpenſationem inducit, glo. l. 2. ver. elegerit, infra de crim. ſacrileg. gl. c. eam te, ver. literarum. de ætate & qual. Rip. l. nemo poteſt. colum. 3. nu.
14. & 15. de leg. j. Dec. ca. porrecta. nume. 5. de confirmat. utili vel
250 inuti. † & talis clauſula æquiparatur ſecundæ iuſſioni, geminatoq; reſcripto. glo. in c. 1. de conſtit. libro 6. verſic. verſatur, circa med. in ver. in reſcripto etiam. Abb. c. porrecta. nume. 5. de confirma. vtili
251 vel inuti. Fely. c. ſi quando. verſi. geminatio. de reſcrip. † hæc enim clauſula tantam habet vim, quantam clauſula (de plenitudine poteſtatis) ſeu, de poteſtate abſoluta. Abb. in cap. ad hæc. colum. fina. de reſcrip.
252 Contra † tamen videtur, hanc clauſulam per ſe non ſufficere: quia talis clauſula non operatur in præiudicium tertij. Fely. in c. nõnulli. in prin. colum. 18. uer. limita ſecundo hanc quartam fallentiã, de reſcript. ex Baldo in prælud. feud. col. 8. nume. 36. verſic. aliqua, ſed pauca de Principe, quod ſentit etiam Sal. in diſtinctione, quam tradit in l. fi. ff. Si contra ius vel vtil. public. poſt med. fac. gl. in l. 3 §. ſi
253 is pro quo. in fi. j. gloſ. ff. quod quiſque iur. † quæ loquens de exceptione peremptoria ſublata ait, Imperatorem appoſuiſſe clauſulã, ex certa ſcientia, & clauſulam, nõ obſtante aliqua lege, quibus verbis videtur innuere, alteram ex his clauſulis minimè ſatis eſſe ad tollendam exceptionem peremptoriam, ſed vtramque ſimul requiri
254 † & hanc eſſe communem opinionem teſtantur ibi Alexan. Iaſ. & Dec. & idem Alex. in l. fi. ver. requiratur, ff. ſi contra ius vel vtil. publi. videlicet in ad. ad Bar. poſt gl. ibi & gl. l. omnis. ver. per vſurpationem. C. de aquæduct. lib. 11. & gl. l. 1. verſ. relinquitur, in fi. gl. ff. de
255 petit. bon. ſubl. lib. 10. & † ratio eſt, quare ſit neceſſaria clauſula (nõ obſtante) quando inducenda eſt, vel tollenda exceptio peremptoria, † quia hęc conſtitutio noſtra habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, quapropter neceſſe eſt imprimis legem ipſam tollere. Fel. in c. nonnulli. in prin. colum. 16. in prin. de reſcrip. & col. 18. poſt
257 med. per tex. in l. ſi quis. in prin. de leg. 3. † ex quibus vides mutare id quod docet Caſtr. in d. §. ſi is pro quo. dum ait, ſufficere clauſulam ex certa ſcientia abſq; clauſula, non obſtante.
258 Sed pro opinione ſuperiori tamẽ videtur facere: † quia hęc clauſula, ex certa ſcientia, æquipollet clauſulæ, non obſtante, gl. fi. in l. ratas. in verſ. conueniamini. in fi. gl. ff. de reſcin. vend. & gl. in l. vniuerſis. in 1. gl. ff. eodem ad quod conſueuit citari text. in l. idem Vlpian. §. ſunt & alij, ibi. ex reſcripto Imperatoris ſcientis. ff. de excuſat. tut. & ibi Bar. Bal. & Nicol. de Neapoli, adde etiam tex. in l. quidam cõ ſulebat. ff. de re iud. ex quibus videtur remoueri, quod ſupra diximus ex Felyno, requiri hanc clauſulam propter legem noſtram, q̃
259 habet clauſulam derogatoriam, nam reſpondetur, † clauſulam ipſam virtualiter ineſſe ipſi clauſulæ certæ ſcientiæ, ſed hæc non ob-
260 ſtant, cum ſupra dixerimus, † vtramque clauſulam eſſe neceſſariã, ergo non ſufficit, quòd virtualiter vna alteram contineat.
261 Et tanto magis procedet, † ſi cauſę cognitio non interueniat: qa dicta clauſula (ex certa ſcientia) non operatur, vbi Princeps nullam cauſę adhibuit cognitionem, Soc. conſi. 164. colum. 4. verſi. ſed ad iſta reſpondeo. lib. 2. Craue. conſilio 296. colum. 6. in prin. Dec. cõ ſi. 419. colum. pen. & conſilio 544. colum. pariter pen. & fi. Rolan.
262 a Valle in conſilio 2. numero 164. lib. 1. † Poterit forte ſic diſtingui ex Doctoribus. in dicto §. ſi is pro quo. an ſcilicet hęc peremptoria, de qua tollenda vel inducenda agitur, parui ſit præiudicij, an magni, vt ſi parui ſit præiudicij, ſufficiat certa ſcientia, nec requiratur clauſula, non obſtante, quia tunc lex noſtra nihil obſtaret, qua propter ei derogare opus non eſſet, ſi vero magnum præiudicium af-
263 ferre poſſet ſecus eſſet, quia tunc ſupradicta militarent, † Interdum tamen, & ſi de modico præiudicio ageretur, certa ſcientia non ſufficeret, vt, ſi eſſemus in caſu, quo lex omnino prohiberet impetrationem reſcripti. Alexand. in dicto §. ſi is pro quo. columna tertia. poſt med.

Quid autem dicemus de clauſula illa (de plenitudine poteſtatis) an per eam videatur conualidari reſcriptum auferens peremptorias exceptiones, & pariter clauſula illa (ex poteſtate abſolu-
264 ta) † paria enim ſunt hæc, Abb. dicto capitu. ad hæc. extra de reſcriptis.
265 † Et videtur, per hanc clauſulam valere, ſiue auferat ſeu inducat
266 reſcriptum exceptionem peremptoriam quod ſic probatur, † nã conſtat Principem eſſe legibus ſolutum. l. Princeps. ff. de legibus. l. ex imperfecto. de leg. 3. cap. innotuit. de elect. ca. propoſuit. de con-
267 ceſ. pręben. & in Authen. de conſul. §. fi. cum ſimi. † cum vero ſcribit de plenitudine poteſtatis, ſeu de poteſtate abſoluta, dubiũ non eſt, velle eum derogare iuribus, quibus obſtringi poterat, ne id decerneret, quod propoſuerat, Abb. c. vnico. nume. 11. vt eccleſiaſt.
268 ben. † nihil autem principi opponi poteſt a liquid ex poteſtatis ple-
269 nitudine facienti. Bal. in procœm. Decret. colum. 4. & † quòd Imperator poſſit ex poteſtatis plenitudine etiam abſque cauſa rem ſuã alicui auferre, dicit Bal. in l. reſcripta. colum. fina. infra eodem & l. ſecunda. colum. 6. verſi. item nota, quòd ſi Papa. & numero 39. infra de ſeruit. & aqua. Ange. in l. item ſi verberatum. ff. de rei vendica.
70 in l. 2. infra de quadrien. præſcript. Dec. conſilio 195. nume. 2. † cum enim duæ poteſtates ſunt in Principe, altera, quæ legibus regitur, altera prorſus abſoluta, & libera, Ioan. Andr. in cap. ex publico. col. fin. poſt med. de conuerſ. coniugat, hanc poſteriorem exercere ſe
271 velle oſtendit, † cum dicta clauſula vtitur, ſed quid agant, ipſi tamẽ viderint,

Source : BIU Cujas

uiderint, ne hominum assentationes, à quibus oīa ferè mala fluūt, eos in præceps, salutisque æternæ detrimentum impellant.

272 †Contrarium tamen in specie nostra uerius opinor; quia eiusce modi clausulę, (de plenitudine potestatis, & de potestate absoluta) nequaquam præcedenti dispositioni clausulam derogatoriam habenti derogare censentur, Fel. in dicto cap. nonnulli, in prin. colum na 9. in fi. nu. octauo. uers. fallit quartò, hoc eliciens ex mente Abbatis ibi post Antonium, & Io. Andreæ in c. 1. de excessib. prælat. li. 6. refert, & sequitur Socy. in cons. 120. colum. 6. lib. 3. & Crau. cōs. 126. colum. 2. in prin. num. 2. uer. parcat mihi reuerentia, ubi damnat Marsilium, qui contrarium sensit in pract. causarum crimin. §. quæritur, nu. 16. usque in finem illius §.

273 †Constitutio autem nostra habet clausulam derogatoriam ad futura rescripta, in illis uerbis (nec præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur) & quòd hæc sit clausula derogatoria, tradit etiam Fely. in dicto c. nonnulli, colum. 16. in princ. & colu. 18. post med. & nos diximus ś. Adde his & quod dicit Crauetta in consil. 241. col. fi. circa medium, uersic. & si dicas, ꝙ scilicet, ferendum est potius, huiusmodi clausulas inutiles, & sine effectu remanere, ac nihil operari, quàm quòd illis tertij ius auferatur.

274 †Si tamen coniunctæ sint clausula ex certa scientia, & clausula, de potestate absoluta, seu de plenitudine potestatis, aptæ sunt etiā tollere ius tertij, vt in specie hac præscriptionis tollendæ consuluit Andr. Barbat. in consi. 26. colu. 3. lib. 2. Ripa in l. quominus. nu. 34. ff. de flum. decis. Pedemon. 12. nu. 7.

275 †Sed quid dicemus de clausula illa (Motu proprio) de cuius uiribus, & effectu habetur latè per Doct. in l. si quis iniquum. in princ. ff. quod quisque iur. & in c. si motu proprio, & c. si pluribus. de prę ben. in 6. Feyl. ca. si quando, & cap. ad hæc, de rescrip. æquiparatur enim clausulæ non obstante, Anchara. consil. 20. uiso prædicto puncto. in prin. uersi. præterea effectus, & Fely. capit. cautam quæ.

276 2. numero 8. de testibus, † qui ait, clausulam hanc (Motu proprio) facere præsumi, Principem uti uoluisse potestatis plenitudine.

277 Item † quòd operetur motus proprius ad tollendam exceptionem peremptoriam non obstante nostra constitutione, suadetur,

278 quia motus proprius operari solet, † quamuis impetratio prohibi

279 ta sit, † quamuis non operetur, ubi est prohibita concessio, Bal. l. fi. ĩ. sent. rescin. non pos. Fel. d. c. nonnulli. col. 2. in prin. uer. & nota. ꝙ aliquando, hic autem prohibita est impetratio, adde & Ruin. in cō si. 21. col. antepen. in prin. lib. 5.

280 Sed † dicas tu, minimè tolli huius legis dispositionem per hanc clausulam; quia non solet operari hæc clausula in præiudicium tertij. Abb. in c. causam quæ. 2. de testib. ubi etiam Fel. col. 2. nume. 2. Alex. consi. 215. lib. 7. Dec. in l. si quis iniquum. in prin. col. 3. nu. 9. ff quod quisque iur. & in c. vlt. num. 12. de constitut. hocq; modo

281 ś. allegata in contrarium omnia intelligenda sunt, † nempe, ut procedant, cum de præiudicio tertij non agitur, & quod dixit Ruin. in d. consi. 21. non credo iuri esse conforme.

Supereſt uidere, quid dicendum sit, si rescriptum Principis auferens peremptoriam exceptionem iuratum geminatumq; sit.

282 †Et constat geminati rescripti uim lōge maiorem esse, §. & hoc uero iubemus, iu Authentico, ut nulli iud. & §. deinde competens uer. si quis autem cui tale, in Authentico, de mandat. Prin. ubi glo. Bal. in l. nec damnosa. ĩ. eo. Fel. per illum tex. in ca. si quando, de re-

283 scrip. colum. fi. uer. geminatio. 3. de rescrip. † & secunda iussio æquipollet clausulæ (non obstante) Butr. ca. j. colum. 4. uers. saluari potest dictum legistarum, de rescrip. & in ca. quæ in Ecclesiarum, col. pen. uersi. quandoque est dubium, de const. Felyn. in d. c. nonnulli, colum. 20. num. 14. uer. & sic not. ubi etiam alia allegat, & inter cæ

284 tera citat gl. in c. 1. uer. noscatur, de const. in 6. † quare uidetur tolli rescripto gaminato legis nostræ dispositionem: Ego tamen id non

285 credo uerum esse; † quia lex nostra habet clausulam derogatoriā, quam in specie sublatam esse oportet, & quia geminatio in præiudicium tertij operari non solet.

286 Concludo igitur ex supradictis omnibus, † rescriptū concedens exceptionem peremptoriam, uel eam auferens non ualere, etiam ꝙ esset geminatum, uel haberet clausulā (motu proprio) uel clausulā, de plenitudine potestatis, seu de potestate absoluta, uel ex certa scientia, cum eis ex clausulis non uideatur constare mē em Principis fuisse, ut iuri tertij præiudicaret, sed tunc tantum, quando habet clausulam (non obstante) Sed, quod attinet ad hanc clausulam

287 (non obstante) scias tamen, † ꝙ neque sufficit, si generalis adeo sit, ut ad nullam speciem se restringat puta, si ita concepta sit, ualet nō

288 obstante aliqua lege, † neq; rursum requiritur, ut sit specifica mentio facta de lege nostra, dicendo sic, non obstante lege 2. C. de pre

289 cibus imp. offer. † sed specialem esse oportet, quod est medium inter singularem, & generalem, dicendo scilicet hoc modo, uidelicet non obstante lege, qua hoc fieri prohibetur. Bar. in d. l. fi. infra si cō tra ius, uel util. publ. & in dicta extrauagan. ad reprim. uersicu. non

290 obstantibus, † quem licet Pau. Castr. ibi reprehendat, idem tamen ipse Pau. Castren. uidetur cum eo sentire in consilio 228. dubitatur primò. colum. 3. & Ioan. Baptista de Sancto Seuerino in l. omnes

291 populi. declarat, & defendit ipsum Bartolum, † & quamuis Felyn. in dicto capitu. nonnulli, in prin. colum. 11. in fin. dicat, quòd nescit capere id, quod dicit, Dom. Ioan. Baptista de S. Seuerino ubi supra tu tamen uide Decium in consilio 10. incip. uiso puncto, colum. 2. in fi. & colum 3. in princ qui declarat doctrinam, & dicta Bartholi, & Io. Baptistæ, & indicat, quemadmodum intelligi, & capi uterque potest, & quòd uterque recte loquitur.

292 Sed caueas tamen, atque hoc menti fixum teneas, † quòd in hac materia præcipuum est, quòd quandocūque inueneris apud nos scriptum, Valere Principis rescriptum auferens exceptionem peremptoriam; eo quia Princeps ita specificè declarauit, id sanè intelligendum est de iure & exceptione, quæ iuris ciuilis sit, secus si ex iure gentium sit, ut ait Accur. hic, qui propterea tradit, nō posse prin

293 cipem ex certa scientia mihi dominium rei meæ auferre, † cum dominium sit de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure, quod

294 ius gentium est immutabile † quod tamen intelligendum est, ubi

295 nulla causa subest † nam, si causa subsit, creditur, principem ex certa scientia, & ex potestate soluta legibus procedentem auferre id posse, ex traditis latè per Doct. in l. fi. ĩ). si contra ius uel util. publ. & in c. quæ in Ecclesiarum, extra de constitu. Crau. cons. 296. colum. 7. qui alios citat.

296 †Vnde uidetur inferri posse, quòd si quis nactus sit dominium aliquo modò a iure ciuili prodito, quos modos, & titulos ponit gl. in l. 1. ff. de acquirendo rerum dom. Bar. & Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, poterit princeps sine causa tale dominium auferre. Pau. Castren. in l. cum hæredes. in prin. ff. de acquiren. possess. in l. 3. ff. de testam. in l. ex hoc iure. colum. 4. ad fi. ff. de iustit. & iure. & in consilio 178. incip. donatio prædicta, colum. 2. libro 1. & in consilio 180. incip. super eo, quod primo loco quæritur, colum. j. post med. libro 1. qui allegat Dyn. in consilio 10. Abbas in consi. 84. colum. 3. numero 5. libro 1. incip. uidetur prima. & in consilio 77. colum. 2. in fi. uersic. Princeps autem, & colum. 3. in prin. libro

297 2. ubi, † quòd potest princeps dominium sententia quæsitum auferre, & Bal. in l. fi. colum. pen. numero 9. uer. pone ergo ĩ. sentent. rescin. non posse, & in consilio 214. incip. casus est talis, quidam habet uxorem, in fi. libro 2. & in ca. Domino guerram. in tit. hic finit lex Federici, num. 12. in feud. Alexand. consilio 2. columna 6. circa med. libro 2. Socyn. consilio 87. colum. 7. uersi. postremo ista conclusio, libro 3. Bologni. inter consilia Abbatis, consilio ultimo col. fi. in prin. libro 1. & idem Bologni. in addit. ad consilia Io. de Anania consilio 81. Dec. consilio 198. colum. fi. & consilio 252. col. fi. & consilio 269. columna 5. consilio 390. colum. 5. post med. cōsi. 624. colum. fi. & consilio 357. colum. secunda, ad fi. & consi. 498. colum. pen. nume. 25. & consilio 693. colum. secunda, nume. 4. & in l. prima. colum. fi. in fi. ĩ). de secun. nup. & in Rubr. ff. si certum petatur. colum. 2. circa med. & in c. quæ in Ecclesiarum, colum. 10. in fi. uersi. quintus casus, extra de constit. Ruin. consilio 21. colum. 5. in fi. cum seq. libro 5. & hanc communem dicit Curt. Iun. consilio 174 colum. 3. Gozadin. consilio 5. colum. 5. quos refert Crauetta sectator alterius opinionis in consilio 135. num. 22. ubi citat alia ēt loca eiusdem Curtij, & idem Crau. in consilio 241. colu. n. 4. uers. aduertendum.

298 †Contrariam tamen opinionem, quòd immo Princeps nō possit tollere dominium quæsitum iure ciuili, habuit Bal. in l. secunda. in fi. infra de iur. & fact. ignor. in l. rescripta, colum. fin. nume. 10. infra eodem in l. Deo nobis. §. 1. quæstio. ult. supra de Episco. & cler. in l. prima. circa fi. infra de iure aureorum annul. & Castren. a more suo, & à sententia sua discedens in l. Gallus. §. & quid si tantum, columna fin. ff. de libe. & posthum. & consilio 34. colum. penulti. in principio libro secundo. Alexand. Iason, Aret. Socyn. in dicto §. & quid si tantum, qui hanc asserunt pluribus melioribusque iurisconsultis sententiam probatam esse, Socyn. inter consilia Bruni Astensis consilio 10. columna 6. ad fi. uersi. tertia conclusio, & cōsilio 120. columna sexta, uersicu. aliquando & secundo, libro tertio. ubi pariter hanc opinionem frequentius receptam testatur Felyn. dicto capitu. quæ in Ecclesiarum. numero 49. uersic. secundus est casus quando, & numero sequen. de const. Alex. in dicta l. cum hæredes, & Aret. in d. l. tertia. ff. de testamen. Iason in dicta l. fin. infra si contra ius uel util. publ. columna prima. uersi. septimo singulariter limita. & in l. si is qui pro emptore, columna 54. ff. de usuca. Dec. consilio 343. columna tertia, uersic. & quia post aditam. qui tamen Decius loquitur, cum hæres non solum hæreditatem adiuit, sed etiam nactus est possessionem, quo casu Doctores credūt acquisitionem esse ex iure gentium. Castr. in dicta l. 3. ff. de testa. & in dicta l. cum hæredes. ubi etiam alij scribentes.

Item loquitur ibi Declus de legitimatione facta per principem palatinum, in quo certè longe minor ratio est, quàm in Principe legitimante, Bal. in dicto §. domino guerram, in titu. hic finit lex. & hanc opinionem etiam consulendo sequutus est Crauetta in dicto consilio 135. numero 40. uersic. non obstat secundum argumentum, iuncto numero 20. & 22. hac quippe ratione, ut humane potestates & negocia non confundantur, & dicto consi. 241. colum. 4. uer. aduertendum est autem, circa princ. qui licet alleget consilium Decij. 84. in uersicu. tertiò communis, id tamen consilium

Source : BIU Cujas

filium non admodum deſeruire videtur, ſed melius facit conſilio
365.colum.1.circa fi.

299 †Sed Dominus Crauetta ibi diſtinguit in d.conſ.135. nume.40. verſ.non obſtat ſecundum argumentum, dicens, quòd Princeps non poteſt directò & abſolutè huiuſmodi dominium tollere modis ciuilibus quæſitum, ſed reſtituendo aliquem ad cauſæ audientiam poſſit, vide etiam Crauettam prædictum in conſil.š. allegato, 296.col.pen.ante med.verſ.2.principaliter conſidero,& Fely.in dicto cap.quæ in Eccleſiarum.colum.9.in principio verſic per iſtam concluſionem infert Baldus, qui tamen Felyn. & ipſe loquitur de Comite Palatino legitimante, quemadmodum & Decius ubi ſupra, Adde his & Tiraquel.in tracta.de conſt.poſſeſſor.parte 3. lim. 7.num.48.in fi.

300 †At prior opinio forte eſt verior in puncto iuris, vt ſcilicet poſſit princeps dominium modis ciuilibus quæſitum auferre, cum nulla
301 lege cautum opiner contrarium,†neque enim l.ex hoc iure.ff. de iuſti.& iure.quæ ad hoc citari ſolet, hoc dicit. quamuis enim dicat dominia eſſe diſtincta de iure gentium, itaq; fieri & conſequi oportet, quòd Princeps hanc dominiorum diſtinctionem auferre non poſſit, eaq; confundere, ac rurſum ad communionem reducere, non ideo tamen fiet, quin poſſit vni dominium rei ſuæ auferre, cũ ex hoc non ſequatur, vt dominiorum diſtinctio iure gentium introducta confundatur, remanebunt enim adhuc nihilominus diſtincta: licet enim ab vno ad alium tranſlatum ſit, diſtinctum tamẽ erit non ſecus ac prius, ac quæſitum cum ſit modo ciuili, cui iuri ciuili Princeps ſuperior eſt, hanc poteſtatem eius tollendi habere de-
302 bet,& quamuis effectus ſit iuris gentium,† ipſa tamẽ cauſa & origo potius conſideranda eſt, arg.l.damni infecti.§. Sabini ſententia. ff.de dam.infec.quamuis Bald.in tit.de pace iuramen.firman.dicat, q̃ non inſpicimus initium, ſed effectum, in quem eſt facta digreſ-
303 ſio,†Quæ tamen de Principe ipſo intelligenda ſunt, non de Comite Palatino a Principe habente poteſtatem.Fely.in d.ca.quæ in Eccleſiarum.col.11.ver.4 declaratio,nu.32.

304 Sed † Dominus Crauetta in tract.de antiquit.temp.in prima ſectione j.par.nu.52.nouiſſimè poſt tradita in alijs locis, & quæ ibidem prius copioſe diſſeruit, ſic ait, putare ſe, idem eſſe in iure quæſito mediante miniſterio iuris ciuilis,& in iure quæſito de iure gentium, vt neutrũ ius à Principe ſine cauſa tolli poſſit. Sed in hoc ſolum differentia verſetur, nempe in cauſa, namq;, ut quæſitum dominium iure gentium auferri poſſit, non omnis cauſa valebit, ſed ea duntaxat, quæ publicam vtilitatem principaliter ſpectet, idq; ex Bar.in l.quæcunque.in fi. ff.de fi.inſtrum.& iure haſtæ fiſcal.lib.10. Oldrado in conſ.224.iſtæ ſunt allegationes.col.7.Pau.Caſtr.in cõ ſi.177.Donatio prędicta, in conſ.229.uiſis & põderatis.col.2.poſt med.& alijs per eum ibi citatis.

305 †Vbi vero agatur de tollendo iure quæſito n· · liante iure ciuili eiusve miniſterio, non putat cauſam talem exigi, quæ publicam vtilitatem principaliter concernat, ſed ſufficiat alia quęuis cauſa etiam vtilitatem priuatam reſpiciens, ponitq; hoc exemplum, vt ſi agatur de auferendo iure quæſito ex ſententia, quæ tranſierit in rem iudicatam, nec ſubſit remedium aliquod reſtitutionis in integrum, iuxta l.Imperatores.ff.de re iud.& no.in l.admonendi. ff. de iureiur. iuſta cauſa erit, ſi dicatur ſententia contra ius lata, & ne aduerſarius cum aliena iactura locupletetur, vel quia diligẽter curatum litis negotium a procuratoribus non fuit, quod interdum fieri uidi, ac p̃ximis quoque diebus Senatus Eccellen.Mediolani contra rem iudicatam audiri partes conceſſit, quod tam de iure, quàm ex equitate eſſe Crauetta credit.Soc.tamen in l.ſingulis.ff.de excepț.rei iud. poſt Cuman.ibi.ait malefacere principes, qui facilè concedunt lites, vt ueritas ſentẽtiæ cauſę deciſę iterum diſcutiatur, ac quia leges prohibent, non valent tales literæ ſine clauſula, non obſtãtibus, Senatus quidem prędictus Mediolani, & ipſi quandoque eas concedat, ut dixi, non tamen facilè, ſed rariſſimè, & uix eas concedere ſolet.

306 Ex † his inferri poteſt ad alium articulum, an ſcilicet tollere poſſit dominium vtile, cum tale dominium ſit de iure ciuili.Bart.in d.l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure, vnde, ſi verum ſit, poſſe Principem dominia modis ciuilibus quæſita auferre, conſequens erit, ut dominium utile pariter tollere poſſit: Sed tamen, q̃ non poſſit, opinatus eſt Bartolus in l.3.per illum tex.C.de fund.patrimoniali.lib.undecimo,& in extra uagan.qui ſint rebelles, uerſi.rebellando.col.3. uer.item quæro,& Iaſ.in l.fi.col.j. ff.ſi contra ius vel vtilit.publi. qui alios citat.

307 Sed † ad notitiam huius rei prę̃mittendum eſt, triplicem eſſe vtilis dominij ſpeciem, vnum ſcilicet, quod directum elidit, ac perimit aut ſaltem debilius reddit, cum ei aduerſetur, illud eſt dominium
308 utile, quod præſcriptione acquiritur: quamuis enim uſucapione dominium directum quæri ſoleat, præſcriptione tamen vtile tantũ acquiri conſtat.Gl.& Bar.in auth.niſi tricennalis, infra de bon.matern.Fely.in rub.extra de præſcri.quamuis Decius fruſtra conatus ſit in l.traditionibus.colum.fi.infra de pact.defendere, præſcriptione dominium directum acquiri.

309 †Hoc autem utile dominium prę̃ſcriptione quæſitum propterea directo aduerſari dicitur, nam ſi Dominus directus agat cõtra eum, qui præſcripſit, poterit præſcriptionis exceptione repelli, l.ſi quis emptionis. ff.de præſcri.30.annorum.

310 Et hoc eſt,†quod dicitur, dominium occidi,& extingui præſcriptione, ideſt, utili dominio, ut gl.dicit.in l.3.§.ex pluribus, in uerſic. poſſideo.in fi.ff.de acq.poſſ.& Gloſ.in l.ſi ædes.prima.§.primo, in
311 ver.poſſidet, quæ eſt vltima gl.ff.de ſeruit.vrba.prę̃d.† quæ gloſſę, dum dicunt, dominium præſcriptione extingui, ſic declarari, & intelligi debent, ut ſcilicet dominij effectus contra præſcribentẽ ceſ-
312 ſet, non autem, ut omnino peremptum extinctumq; ſit,† neque enim uerum eſt, dominium directum penitus extingui, ſi quidem remanent, ac ſuperſtites ſunt aliqui eius effectus, & reliquię, non obſtante p̃ſcriptione, ſi enim res prę̃ſcripta ad manus tertij alicuius peruenerit, dominus directus eam vendicare ab illo tertio poterit ratione ſui dominij directi, quod adhuc ſpirat, nec dum omnino
313 exanime eſt, atque in rerum natura eſſe dicitur.†quinimo, ſi res p̃ſcripta reuertatur ad manus Domini directi, non poterit i.li auferri per eum, qui præſcripſit, ut eſt caſus ſecundum intellectum Ioannis communiter approbatum, in l.ſi quis emptionis.in prin. ff. de p̃ſcrip.30.ann.quod declarat etiam Ripa in Rub.extra de cauſ.poſſ. & proprier.nu.44.& num.45.

314 Altera † eſt ſpecies dominij vtilis, quod directo quidem eſt inferius, non tamen ei aduerſatur, eiuſmodi eſt dominium utile, quod habet emphyteuta, ſuperficiarius, vaſallus,& ſi qui ſimiles l.1. in fi. ff.ſi ager uectigal.uel emphyt.petat.& l.j.§.quod autem ait.ff.de ſuperficiebus.ca.j.§.rei autem.de inueſtit.de re aliena facta, quibus in locis dicitur, huiuſmodi perſonas, ſcilicet, vaſallum, ſuperficiarium, emphyteutam habere utilem actionem in rem, & conſequenter dominium vtile, dominium vero directum, quod remanet penes dominium, appellatur dominium ſuperius, ſeu dominium principale.

315 Tertia † eſt ſpecies dominij utilis, quod neq; directo aduerſat, neque illi inferius eſt, aut ſubijcitur, verum directo ſimile eſt,& par
316 in effectu,& potentia,†atque idcirco proditum eſt, quia actiones directæ transferri non poſſunt, cum oſſibus inhæreant, affixæque ſint, l.3.vbi glo.ff.pro ſocio.hinc fit, quod ſaltem actiones utiles,&
317 dominium vtile transferatur,†ideoq; dominium tale a nõnullis
318 appellatur effectus dominij,† de quo poteſt poni exemplum in fideicommiſſario, cui ab hærede reſtituta hęreditas ſit, §.reſtituta. Inſtitu.de fideicomm.hæredit.l.ex aſſe.ubi Bar.ff.ad Trebel.

319 †Item in quocunque caſu dominium ceditur a Domino dire-
320 cto, ut no.in l.fi. ff.de hęred.uel act.uend.† Item in eo, cui dominiũ abſque traditione acquiſitum eſt, ut no.in l.fi.in gl. pe. in princ. ſup. de ſacroſ.eccle.in auth.donationem. ff.de iure dot.ubi gl.& Saly.in l.1.infra de donat.quæ ſub modo.ubi gloſ. & patet exemplis poſitis per Decium in d.l.traditionibus.infra de pact.Tiraquel.de conſtitu.poſ.in 2.parte, ampliat.8.nu.2. & has tres ſpecies dominij utilis videre licet ex Barto.& Alexandro in l.ſi quis vi.§.differentia.ff. de acquirenda poſſ.quæ dominiorum ſpecies cum iure ciuili proditæ ſint, uidetur dicendum eas a Principe tolli poſſe etiam ſine cã, quemadmodum de alijs dominijs iuris ciuilis ſupra dictum eſt, generaliterq; concluſum, quod in feudo nuncupatim dixit Decius
322 in conſi.498.columna pen.in princ.& conſil 269.numero 7.& 8. reddens hanc rationem, q̃, cum in feudo vaſallus habeat ſolum vtile dominium, quod quidem vtile dominium eſt de iure ciuili, p̃terea poteſt illud princeps arbitratu ſuo auferre, quæ ratio alijs pariter dominij vtilis ſpeciebus conuenire uidetur.

323 Vnde † non videtur ſatis tutum eſſe, quod retulimus ſupra ex Bar.in dicta l.3.C.de fund.patrimonia. neque rationes per eum ad
324 ductæ in d.extrauag.Qui ſint rebelles, concludere videntur,† quãuis enim dominium vtile ſit effectus dominij, ut ipſe ait, non ideo tamen fit, quin modus ille, quo talis effectus dominij producitur, ſit iuris ciuilis, qui modus quidem attendi ſolet, ac ſi non modum, ſed effectum dominij ſpectaremus, nulla dominij ſpecies a Princi-
325 pe auferri poſſet,† cum & aliæ dominiorum ſpecies a iure ciuili p̃ditæ effectum habeant dominij, ac certe inficiari non poſſumus, quin hic ſaltem effectus dominij, quod vtile dicitur, iure ciuili proditus ſit, puta prę̃ſcriptione alijs ve ſimilibus modis, cur igitur non dicamus hunc dominij effectum, cum ex iure ciuili ſit, a Principe
326 tolli poſſe,† quod enim dicitur, dominium utile nihil aliud eſſe, q̃ effectum dominij, iuxta gloſſam in authent. niſi, infra de bon.mater.cum ibi no.non ea ratione dictum eſt, quod minus de iure ciuili eſſe credatur, ſed, ut oſtenderetur, non minoris vtilitatis & effectus eſſe, quàm cętera dominia, & nihil ab eis differre, niſi in nomine & origine, nec tamen dicitur magis dominij iuriſgentium eſſe effectus, quàm dominij Iuris ciuilis, ſed generaliter effectus domi-
327 nij dictus eſt,† deinde non credam ego, vllum dominium etiam iuris ciuilis carere dominij effectu,& tamen iuris ciuilis dicetur, & a
328 Principe auferri poſſe concedetur,† immo & cum effectus dominij eſt ex uoluntate Principis cauſatum, tolli poteſt. Rolan. conſ.3. nu.143.lib.1.

Et quamuis obſtare uideatur tex.in c.primo, de natura feudi,&
329 in c.j.de feudo ſine culpa non amitt.ubi Bald.† dicens, quòd princeps

Source : BIU Cujas

ceps hoc facere non potest etiam de plenitudine potestatis, nec ēt cum tota Maiestate sua.gl.in c.1.§.notandum.qui feu. dare poss.ta
330 men respondeo,id procedere,† quia contractus cum principe initus erat,quapropter iam dicitur princeps obligatus de iure gentiū, l.prima.ff.de pact.& princeps tenetur ex suo contractu, Bald.in l. qui se patris.inf.vnde legi. Doc.in c.primo.de pact.in c.nouit.de iu dic.in c.primo.de probat.Fely.in c.cum M.Ferrarien.& ca. quæ in
331 Ecclesiarum.de constit. † feudum enim dicitur contractus nominatus c.de forma.22 quæst.5.quod in specie dixit Crau.in tract.de antiquit.temp.in prima parte,nu.17.

332 Quare videtur inferri posse,† quòd si feudum non deriuarit ab ipso principe,qui illud auferre vult,nec ab eius antecessore, sed ab alio forte eius subdito,quòd tunc auferre illud arbitrio suo possit, atque hoc modo arbitror intelligi oportere,quæ scripsit Decius in
333 d.consi.269.& consi.498.† vel dicas,interesse, an feudi inuestitura facta sit gratis,& ex liberalitate mera principis,quo casu forte posset ab eodem auferri, an precio intercedente, & tunc non possit,
334 quia contractus sit,per ea quæ tradit Bal.in dicta l.qui se patris.† & quamuis princeps facilius tollere possit ius a se concessum,id tamē intelligendum,nisi ex contractu concessum sit,Pau.Castr.consilio 200.visa.in fi.lib.2.Crau.vbi supra num.54.& 56.

335 †Quæ supra dixi de vtili dominio,eadem pariter de quasi dominio dicta intelligas,quale est illud, ad quod datur actio publiciana, de qua in §.namque si cui.Inst.de act.vbi Doct.& to.tit.ff. de publ.
336 †cum & hoc quasi dominium inductum sit de iure ciuili, nempe a Publicio prætore,quod veluti pars iuris ciuilis a principe tolli potest,ipsum tamen quasi dominium potest & ipsum quandoque directum esse,quandoque vtile,Ripa.in d.Rub. de caus.poss.& proprietnu.46.

337 Ac,† quicquid dictum est,posse dominium modis ciuilibus inductum a principe auferri,intelligendum est,nisi quæsitum sit mediante traditione,quod tunc sit de iuregentium,Castr.dicta l. cum hæredes.de acqu poss.dicta l.tertia.ff.de testam.& in dicta l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure, & Crauetta in d.tract. ubi supra numero 49.& seq.

338 Sciendum est etiam, † quòd, quibus in casibus potest Princeps alicui iura sua & defensiones auferre quæ iure ciuili competūt,poterit tamen is,cui ea auferuntur,latum Iudicis officium implorare, manuque regia id cōsequi,quod olim primæuo iure competebat Imola post Antonium in d.c.quæ in Ecclesiarum.ex no.ab Innoc. in d.c.nouit.de iudi.sequitur consulendo Soc. in consilio 164. col. 4.ad fi.ver.nō omitto.li.2.& nouissime hæc refert,ac probat Cra-
339 uet.in d.tract.de antiq.temp par.1.sect.1.nu.48. † quod sanè haud facile ad forensem usum deduci posse existimarem, quod tamen etiam ante eos dixerat Abbas in d.c.quæ in Ecclesiarum. num.12.

340 †Non erit tamen omnino hoc inutile,quamuis enim uerisimile non sit principem ipsum manum Regiam adhibiturum, ne uideatur voluisse tollere actionem, vt deinde sine actione exequatur, quamquam peccet non exequendo.Alex.& Iason in l. iurisgentium
341 §.igitur.nuda.nu.15.ff.de pact.† alij tamen effectus inde resultabūt nempe,quod in curia mercatorum,& vbiuis locorum, quib proceditur de bono & æquo executionem accipiet, non attento, q
342 actio sublata sit,† cum etiam ex pacto nudo agi possit.Bar. in l.qu tus,& in l.si fideiussor.§.quædam.ff.manda.Iason.dicto §.igitur nuda
343 num.11.& 12.† item poterit peti executio per viam denunciat o
344 nis Euangelicæ etiam in foro ciuili,Iason.ubi supra num.14.† item in terris Ecclesiæ etiam in foro seculari accipiet executionem. Felyn. in d.c.quæ in Ecclesiarum.num.59.

345 Est præterea inspiciendum,† quid dicendum sit de exceptionib. an de his veluti a iure ciuili inuentis iudicandum sit, propterea aque auferri indistincte possint,an vero quasi a iure gētium proditæ ab
346 eo tolli non possint,† quamuis enim tam per textum hic, quàm p glossam supponatur,exceptiones esse iuris ciuilis,de quo & nos supra,hoc tamen ut ex professo tractetur,sub incudem reuocādum est,nam examinatione opus est. Quod enim de iure naturali sint,
347 eo suaderi potest †; quia defensiones sunt l.si quidem. & l. defen-
348 siones.inf.de except. cap. dilecti. de except.† defensio autem est iuris naturalis l. prima.§.cum arietes.ff.si quadrup.pauper. fecis.dicatur.l.vt vim.ff.de iust.& iure. Cle. pastoralis. de re iudica. quod expressit Abbas in Rub.ex.de except.

349 Contra quod tamen facit;† quia exceptio tolli à principe solet,vt hac lege nostra,& in l.tertia.§.si is pro quo. ff.quod quisque
350 iur.& in cap.ex parte,de offic.delegati,† quod minime posset, si iuris naturalis esset,Quam difficultatem sentiens Paul. Castr. in d.§. si is pro quo,& concedens exceptiones esse iuris naturalis, respondet, decisionem dicti §.si is pro quo in eo fundari; quia sicut potest actori sua actio auferri, sic & reo debet posse exceptio tolli, vt seruetur æqualitas,l.fin.inf.de fruct. & lit. expen. & ne melioris conditionis sit debitor,quàm creditor, sed hæc tamen solutio no satisfacit;quia allegat inconueniens,non soluit.l.creditori, de oper. no.nunciat.deinde non tollit difficultatem legis nostræ: Aliter dicit Alexand.in prędicto §.si is pro quo,ex mente Bartholi in dict.l. ex hoc iure.nempe,quòd exceptiones non possunt negari esse de iure ciuili,cum tollant actiones, quæ sunt de iure ciuili, quamuis enim consensus de iure gentium sit, approbatione tamen & forma sunt de iure ciuili,nihil enim impedit, quin de iure ciuili dici pos
351 sint,quamuis materia ex iuregentium sit, † quemadmodum obligationes,& actiones,quamuis præexistens earum materia,videlicet contractus,sit iurisgentium,ipsę tamen iuris ciuilis sunt.

352 Quæ tamen solutio non satisfacit; † cum ad iudicandum,an exceptio sit iurisgentium, an iuris ciuilis, & propterea an habeat effectus iuris ciuilis,an iurisgentium, inspiciendum non sit, an iure ciuili approbatæ sint,sed origo,quò ad hunc effectum, an tolli pos
353 sint,† quemadmodum dicitur de testamento, quod ex communi opinione iurisgentium inuentum est, & propterea à principe tolli non potest,quamuis forma sit de iure ciuili,l. si testamentum, vbi Doctor.inf.de testamen.

354 † Sed quòd exceptiones iuregentium inuentæ sint,patet in cap. serpens.distin.prima de pœniten.Specul.in proœm. versicu. Sanè,
355 num.24.Nec obstat,† quòd,cum actiones sint de Iure ciuili, necesse etiam sit exceptiones eodem iure esse, cum eas excludant,
356 † cum actio sit causa exceptionis, nec possit causatum præcedere causam,vt dicit Felin.in d.Rub.de excep.colu.2.in princ.ex Bartholo,in dicta lege,ex hoc iure,infi.ad hoc enim respondet Decius in
357 d.§.si is pro quo,† quòd exceptio non solum excludit actionem,
358 sed etiam excludit intentionem,† intentio autem prodita erat etiā ante natas actiones de iure gētium, fortiebaturque executionem manu Regia,quare & tunc erant in vsu exceptiones, & quamuis deinde intentio reducta sit ad certam actionum formulam, non idem tamen est in exceptionibus.

359 † Contra tamen,quòd etiam exceptiones habeant formam à
360 iure ciuili,patet,† nam clarè & dilucidè proponi debent, & apte, quod si inepte fuerint propositæ, succumbet excipiens. l. 1.§.Labeo.vbi Bart.o.ff.de flumin.& idem Bart.o.in l.prima ff. de except. & in l.ab Anastasio,vbi etiam Bald.inf.mandati.Lanfran. Orian.in capitulo quoniam contra falsam. versi.exceptiones.numero 21. de probat.Felin.in Rub.ex.de excep. colum. secunda, circa med.
361 & cap.pastoralis.colum.antepen. de except.† non ideo tamen requiritur eam in scriptis proponi. Orian.vbi supra nume. 17. & 18.
362 per l.scire oportet.§.oportet.ff.de excusat.tut.† vnde non est bona comparatio,quam facit Alexander de exceptionibus ad actio-
363 nes,† cum actionum certa sit forma certaque nomina à iure ciuili data,exceptionum autem non sic.

Item prædicta intelligenda esse existimarem, vt quibus in casibus dictum est,posse Principem rei suæ dominium alicui auferre, ut quia modis a iure ciuili inductis quæsitum sit, alijsve rationibus
364 † id tamen intelligendum sit,dummodo iustum pretium rei Domino soluat.l.mulier in opus.ff.de capt. & postl. reuer. ex quo tex. Cępol.in cautela 12.ait, quòd emens rem furtiuam, aut raptam potest à Domino pretium recuperare, si eam restituere cogatur. Iason.in l.si pretium.in fi.C.de procurator.& text.in l.in bello. §.si deportatum,& §.sed si in captiuo. ff.eod. titu. de captiuis & l.2.C.ex quibus causis serui pro prem.liber.accip.& l.si quando.C.de oper. public.& l.si locus.§.fin.iuncta glo.ff.quemadmo.ser.amit. & l.2. C. de nauicular. non excusan.libro 11. quam sententiam ex prædictis iuribus tenent Felin. & Dec.in cap. quæ in ecclesiarum.de constitut.ibi quidem Deci. numero 26. & idem Deci. consi.520. colum.fin.& Soc.120.numero 8.in fi. lib.3. Ruin. consi.88. colu. fin lib.4.& consi.3.col.5.Rolan.a vall.in consil. 69. numero 15.vs
365 que ad nume.25.lib.2. † quod procedit etiam si apposita esset clausula,non obstante.Iason.l.fi.inf.si contra ius vel vtil.publ. Deci. consi. 537.nume.6.Paris.consi.11.nume.117.lib.1.Rol.a Valle vbi sup.
366 nume.24. † & procedit etiam in bonis feudalibus,vel censualibus vel emphiteuticis,in quibus Princeps dominium directum habet, nedum in allodialibus,in quib. nullum dominium habet, vt in specie tradit Rolan.vbi supra.nume.25. & 26. qui ait, nullam apud scribentes in hac materia constitui differentiam inter bona feudalia, & inter bona allodalia, quę à Principe publicę vtilitatis causa capta sint, vtroque enim casu pretium debetur, ex Luca de Penna in d.l.fin.colum.26.versi.& quid in feudis. C.de locat.præd. ciuil. lib.11.& Afflicto in cap.1.numero 26.de capit. qui cur. vendid.& eodem Afflicto & Isernia in cap. 1. §. similiter. de capitan. qui cur. vendidit,& ex Ruino in d. consi. 31. in fi.lib. 5. dum consulit pro comite Musocchi:& ex alijs multis per eum ibi adductis. Et hæc certe est æqua acceptabilisque opinio,& quamuis glo.in l.si locus. §.fina.ff.quemadmo.seruitu.amit.in fi.dicat, hoc de consuetudine non obseruari, quam sequitur ibi Alberic. de Rosate, & Paul. Castr.Rolandus tamen vbi supra numero 46.& seq. ait, quatenus verum esset, consuetudinem aduersari, ut ait glossa, eam tamen consuetudinem obseruari non debere, veluti irrationabilem, & minime receptam ait illam Glossam, ex Isernia in capitulo primo. §. post natale.in fin.de pace tenen.& eius violat.vbi Afflict. col.2. & Iason.dicta lege finali columna secunda. infra si contra ius vel vtilitate publica & multis alijs,quæ ipse cumulat:ac certe, vidi ego sępe obseruatum hoc,vt Princeps soluat pretium, & damnum sarciat priuato illatum etiam rei cuius ipse princeps dominium directum

Source : BIU Cujas

367 ctum habebat † quod tamen nonnulli intelligere volunt, & declarare, nisi id generali lege cautum esset, cuius legis occasione sequeretur, aliquorum bonorum dominium priuatis auferri, nam supra dicta ita demum procedere arbitrantur, si contra certam personā vel etiam certas personas statuta lex fuisset. Alex. consilio 190. col. 4. uersi. ad tertium. libro 2. seu in consilio 108. libro 3. Ruin. consilio 60. colum. 3. libro 5. Dec. dicto consi. 520. colum fina. uersi. & prædictæ, & dicto cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 26. sed contrarium tamen tenuit Ias. in l. Barbarius. colum. 8. in fi. uersi. inuenio tamen.

368 Roch. in c. fin. de consuetudine, colum. 3. † Illud certe indubitatum est quòd, si lex generalis unius tantum, vel paucarum personarū ratione facta uideretur, licèt personæ expressæ non fuissent, idem tamen iudicandum esset, ac si lex illa specialis non generalis fuisset, quamuis generalibus verbis concepta esset. Bart. in l. omnes populi. numero 53. versicu. credo tamen, quòd licèt statutum. ff. de iustit. & iure.

QVINTILIANI MANDOSII
Aduocati Romani

Annales casus.

SVMMARIVM.

1 *Annus à solis cursu per 12. signa regulatur.*
2 *Draco suam mordens caudam annum significabat.*
Passeres mares anno diutius viuunt.
Passer pro anno.
Palma annum significat.
Vultur apud Aegiptios annum demonstrabat.
Clauus pro anno.
Pes pro anno.
Annus an ab origine mundi computatus fuerit prout nunc.
Annis nongentis vixerunt nonnulli ex nostris patribus antiquis.
Annus lunaris.
Mensis lunaris, solaris, & vsualis.
Menses duos addidit Numa Pompilius.
Martius primus mensis anni in sacra pagina, & per Romulum constitutus.
Venus, & Mercurius vno ferè anno signorum orbem lustrant.
3 *Natura humana per cursum anni omnia nobis pro vitæ sustentatione suggerit.*
4 *Sterilitatem vnius anni cum vbertate alterius compensari.*
5 *Annalis possessio præsumitur, probata aliquorum fructuum perceptione.*
6 *Anni tempus competens dicitur.*
7 *Tempus indeterminatè prolatum pro anno accipimus.*
8 *Terminus, ideſt annus.*
Annus, ideſt ad tempus.
Arbitrator sine distinctione temporis assumptus infra annum non arbitratur, an præsumatur nolle arbitrari.
Pensio domus tempore non specificato in fine anni soluenda.
9 *Annus terminus longus.*
Diu, ideſt anno,
10 *Mora nimia annus.*
Obliuionem post annum præsumi.
Testamenti obliuionem post decennium præsumi.
Lingua anno discitur.
Tempus velox infra annum.
11 *Phase celebrabatur anno quolibet.*
Paschæ solennitas apud Hebræos.
Pascha nostrum transitus ab hoc mundo.
12 *Pentecoste festum quando apud Hebræos celebrabatur.*
Pentecostes dies apud nos.
13 *Tubarum festum apud Hebræos.*
14 *Expiationis festum apud Hebræos.*
15 *Scenophegiæ festum apud eosdem.*
16 *Cetus, atque collectæ festum apud eosdem.*
17 *Agnus Paschalis in vna domo comedebatur.*
18 *Agni Paschalis imolatio.*
19 *Festiuitatis Dei, & sanctorum vna die annuatim celebramus.*
20 *Sanctos per anni circulum veneramur.*
Lugduni anno quolibet concio habebatur.
21 *Natalitius dies principis anno quolibet celebrabatur.*
Natalitius dies cuiusuis celebrabatur.
22 *Vrbis dies natalitius celebrandus.*
Romæ infortunia.
Roma absque habitatore anno remansit.
Natalitius dies Domini nostri celebrandus.
Annorum computatio a natiuitate Domini nostri.
Ab incarnatione nonnunquam.
Natalitius dies Beatæ Mariæ & diui Io. Baptistę celebrandus.
Martirij dies celebratur.
23 *Latinæ feriæ.*
Serui anno quolibet donabuntur libertate Decembri.
Creationis, & coronationis summi Pontificis dies celebrantur.
24 *Confiteri peccata, & sacram accipere eucharistiam anno quolibet tenemur.*
25 *Confessionem, & eucharistiam vsque ad pascha differre per accidens licitum.*
26 *Papa ligatur constitutione, omnis utriusque sexus.*
Non confessi illo anno testimonium an subsistat.
27 *Sacerdos proprius mercatorum, scholarium, stipendiariorum quis.*
28 *Habitatio annalis pro decimis soluendis attenditur.*
29 *Incolatus annalis attenditur pro canonica parrochiali.*
30 *Decimæ personales in fine anni præstandæ.*
31 *Vxorem ducenti annus dabatur immunitatum.*
32 *Nuptiæ anno durant.*
33 *Virum in expeditione habens quomodo impune nubere possit.*
34 *Dotis ad restitutionem datur annus in mobilibus.*
35 *Excipi de dote non numerata infra annum potest.*
36 *Legatum uxori ne nubat, vel contra, infra annum peti non potest.*
37 *Mulier infra annum est alenda ab heredibus viri.*
38 *Luctus annus seruandus.*
Nubere vt possit mulier intra tempus luctus, & maculam remittere si nupsit reseruatum est principi.
Succeditur illi qui succedit.
Matronæ Romanæ anno luxerunt uti parentem Brutum.
Item P. Valerium Publicolam.
39 *Stuprum committens anno luctus dote priuatur.*
Annus nouem, vel decem mensium.
Exequiæ quot annis celebrantur.
40 *Anniuersarium pro anima.*
41 *Anniuersaria quare fiant.*
Cerimoniam apud antiquos quotannis commemorari defunctorum.
Exequiæ summi Pontificis prędefuncti.
Exequiæ Cardinalium.
Suffragia pro defunctis.
Vestes lugubres.
Funeralis pompa.
42 *Iubileus anno durat.*
43 *Indulgentia in dedicatione basilicæ vltra annum non extenditur.*
44 *Anniuersaria quæ singulis annis præstantur.*
45 *Expiatio vrbium anniuersaria.*
Massilienses anno quolibet pascebant pauperem imprecantem vt omnia mala ciuitatis in illum inciderent.
Minotauro anno quolibet offerebantur septem pueri athenienſ. totidemque puellæ.
Comitiorum dies apud Romanos solennis.
Tributum annua est præstatio.
Tributum italici non præstabant.
Census latius patet quam tributum.
Census pro tributo.
Census Cameræ apostolicæ annuatim soluitur.
Census quot modis accipiatur.
Terræ recomendatæ annuatim in signum portare solent.
Annona quid?
Annales libri.
46 *Episcopus vltra annum a sua ecclesia abesse non debet.*
Episcopi, & prælati hodie per sex menses abesse non possunt.
47 *Limina Petri ab episcopo, & archiepiscopo quando visitanda?*
48 *Ordinans episcopus inuitum ad annum suspenditur.*
Ordinans non suum à collatione ordinum anno suspenditur.
49 *Tonsuram clericalem infanti, vel illiterato conferens ad annum suspenditur.*
Promoueri non potest ad sacros ordines ante annum à susceptione postremi gradus minorum.
50 *Visitat episcopus ecclesiam anno quolibet.*
51 *Ordinarij item omnes.*
Curata vnita ab ordinarijs anno quolibet uisitanda.
Annuatim visitandæ moniales, quæ non subsunt nisi Papæ.
Synodi diocesanæ quot annis celebrentur.
52 *Missam celebrans communionem non sumens.*
53 *Xenodochium infra annum perficiendum est.*
54 *Religiosi fugitiui annuatim sunt perquirendi.*
55 *Probationis infra annum beneficium religiosi conferri non debet.*
56 *Testari quis potest infra annum probationis.*
57 *Puellæ ad recedendum a religione datur annus.*
58 *Patri ad repetendum filiam impuberem a monasterio annus datur.*
59 *Puberi facto annus datur ad recedendum à monasterio.*
60 *Religionem ad probandum puberi annus datur.*
61 *Professionis modi, & signa qui.*
62 *Religione egresso ad eam iterum redeunti annus quando detur.*
63 *Probationis annus datur tam monasterio, quàm monacho.*
64 *Monasterij asperitates in quibus constant.*

Probationis

Source : BIU Cujas

Probationis annus an reseruetur monasterio concesso alicui, ut in aliquo monasterio recipiatur.
Monachus semel in anno pro amico aduocare potest.
65 *Nouitij dicuntur infra annum probationis.*
66 *Nouitius beneficiatus ad electiones uocari debet.*
67 *Nouitius dicitur esse in statu pendenti, & dubio.*
68 *Vxor nouitia dicitur intra annum.*
69 *Ciuis nouus dicitur infra annum.*
70 *Crisma nouum quando non excedit annum.*
71 *Vinum nouum infra annum.*
73 *Mancipium nouum infra annum.*
73 *Scholares nouitij infra annum.*
74 *Milites noui qui.*
Militia solutus post quinque annos, unius anni habet immunitatem.
Militari iure quæ fiunt post annum missionis non valent.
Falcidia, & Trebellianica non detrahuntur ex testamento militis intra annum missionis defuncti.
75 *Noualis terra proscissa quæ anno cessat.*
Militabant anno centum mille Sueui, altero anno domi remanebant.
76 *Feudum nouum quod dicatur.*
77 *Liberti ecclesiarum infra annum professionem facere debent.*
78 *Prælatus ut intra annum eligatur curandum est.*
79 *Curatum obtinenti datur annus ad faciendum se promoueri.*
80 *Capellaniæ requirentes sacerdotium non arctant ad promotionem infra annum.*
81 *Vicarij perpetui parochialium infra annum promoueri debent.*
82 *Vocem in capitulo non habebit non promotus infra annum ad ordinem beneficio annexum.*
83 *Subdiaconus effici debet infra annum dispensatus ad septennium studendo.*
84 *Dispensatus ad septennium eo lapso infra annum promoueri debet.*
85 *Abbatissa infra annum promoueri debet.*
86 *Demoniaci per annum suspenduntur ab officiorum suorum ordinib.*
87 *Epileptici item.*
88 *Interdicta ecclesia semel in anno celebrant hospitalarij.*
89 *Negligente Domino intra annum terram suam ab hæreticis purgare, terra occupanda conceditur.*
90 *Concubinarius annalis censuris neglectis secure puniendus est.*
Conuentus super crimine ob contumaciam excommunicatus, in ea per annū persistens conuictus censetur.
91 *Insordescens per annum pro hæretico damnatur.*
92 *Insordescens per annum beneficijs priuatur.*
Purgandi annus.
In causa hæresis quando contumax intra, uel post annum audiatur.
93 *Excommunicato per annum testamenti factio interdicitur.*
94 *Excommunicatus propter receptionem hæreticorum absolutionem infra annum non petens postea non auditur.*
95 *Conuenitur hic, sed non conuenit.*
96 *Reconuenire etiam non poterit.*
Insordescens an iuuetur sententia præuia citatione ad uidendum absolui à censuris.
97 *Ioculatoriam artem per annum clericus exercens priuilegijs priuatur.*
98 *Ordinarius confirmans, uel conseerans sine inquisitione per annum suspenditur.*
99 *Concilio laborans per annum præfertur alijs.*
100 *Subrogatio post annum in Gallia non conceditur.*
101 *Mandatum ad resignandum cancellaria post annum non admittebat.*
102 *Mutatio hominis considerabilis annalis.*
103 *Viuere anno sperat quantumuis senex.*
104 *Infirmitas anno durare præsumitur.*
105 *Deliberandi tempus quod à principe obtinetur annale est.*
106 *Adire nolle filio qui dixerat hæreditatem matris, annus datur ad adeundum.*
107 *Bonorum possessionem ad petendum patri, & liberis annus datur.*
Annus datur uno retento ad dimittendum reliqua beneficia incompatibilia.
108 *Liberis si ueniant tanquam agnati annus datur ad petendum bonorum possessionem.*
109 *Inuentarium ad conficiendum hæredibus absentibus annus datur.*
110 *Hæres non adiens ius deliberandi, & adeundi transmittit.*
Aedificare monasterium, seu ecclesiam à testatore iussus infra annum facere debet.
111 *Hæredes infra annum implere debent, quæ à testatore iussa sunt.*
112 *Hæres infra annum uoluntatem testatoris non implens commodo testamenti priuatur.*
113 *Executor testamentarius infra annum implere debet.*
Eligendi ius tot pauperes post annum ad episcopum transit.
114 *Secundas contrahenti nuptias matri annus datur ad petendum tutorem filijs.*
115 *Tutorem filio intra annum petere debet tutelam acceptare nolens.*
116 *Mater minor si non petierit tutorem filio infra annum, an successione priuetur?*
117 *Tutorem ad petendum pupillo annus datur omnibus illi succedere uolentibus.*
118 *Et si sint clerici.*
119 *Substitutus etiam infra annum tutorem petere debet.*
120 *Tutorem petere an sufficiat ultima die anni.*
Leges corrigendi, & interpretandi per annum data fuit potestas Decem Viris.
Pontificatus apud Hebreos annuus erat.
Magistratibus annuis Athenienses Respub. administrabatur.
121 *Imperia apud Romanos annua erant.*
122 *Consul anno durabat.*
123 *Tribunatus plebis anno durabat.*
124 *Officia regulariter annua sunt.*
125 *Prætores singulis annis creandi.*
126 *Senator in Vrbe ad annum.*
127 *Consul, uel camerarius artis Romæ per annum tantum esse potest.*
Inter regnum annuum regni interuallum post Romuli obitum.
128 *Aduocato fisci anno quolibet quæ solutio fiebat?*
129 *Testamentum militis in castris factum per annum ualet.*
Testamentum secundum imperfectum à milite militia misso infra annum factum an rumpat primum?
130 *Vendicandum ad rem reuerso annus datur.*
131 *Rescriptum infra annum præsentari debet.*
132 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinans annum habet ad conuenien dum aduersarium.*
133 *Priuilegij renouatio parte absente ualet, si infra annum illi nuncietur.*
Iustantia de iure canonico perpetua est in casu Regul. de Anna. & statuti urbis annalis est.
134 *Appellationem ad prosequendam annus datur.*
Anno primo ad prosequendum si aliquis actus fiat dabitur biennium.
135 *Nullitas infra annum inter Romanos deduci potest.*
136 *Exequitur sententiam infra annum delegatus.*
137 *Subdelegatus etiam à principe infra annum exequitur.*
138 *Decretum inter primum, & secundum annus datur.*
Missus in possessionem in reali uerus efficitur possessor.
Reus intra annum auditur de possessione misso creditore in possessionem rei hypothecatæ.
Recuperat etiam fructus in realibus reus intra annum ueniens.
139 *Suspendi per annum debet iudex ecclesiasticus per gratiam, uel sordes pronuncians.*
140 *Optione commissa tertio illo infra annum non eligente electio ad legatariū transfertur.*
141 *Contumacis in causa criminali ad occupandum bona annus datur.*
142 *Foriudicatus in Regno contumax per annum.*
143 *Foriudicatus habetur pro conuicto & confessio.*
144 *Contumacis in delicto minori lapso anno bona publicantur ex constitutione Siciliæ.*
145 *Redeundi, purgandi, & recuperandi bona annalis est terminus.*
146 *Carceris custos ex constitutione Regni propter negligentiam anno in carceribus detineri debet.*
147 *Accusatus de crimine post annum honores petere non poterit.*
148 *Agnatis, consanguineis, consortibus annus datur ad reuocandum alienata.*
149 *Ius congrui cui competit, datur annus ad soluendum.*
150 *Vicini priuilegium super domo uendenda annale est.*
Statuta pluribus in locis concedunt annum ad retrahendum, seu recuperandum alienata.
Consuetudines in infinitis locis annum ad idem concedunt.
151 *Possessio rei cuiusque in Gallia anno perditur.*
152 *Anno beneficium possessum impetrans plura seruare debet.*
153 *Præscriptio contra monasterium non uindicans bona monialis corruptæ annalis est.*
154 *Præscriptio contra monasterium non uindicans bona raptoris monialis annalis item est.*
155 *Præscriptio contra ecclesiam non uindicantem bona hæretici clerici anno durat.*
156 *Dilatio annalis de non soluendo.*
157 *Naufragium infra annum probari debet.*
158 *Citatio ad uidendum iurare testes non requiritur de probatione naufragium passi.*
159 *Mercatores aceipientes pecunias ad partem lucri danna infra annum probent*
Sociorum ratio annuatim amicabiliter reddenda.
160 *Arbitramentum comprobare uidetur anno tacens.*
161 *Compromissum in tertium collatum anno expirat.*

Source : BIU Cujas

162 *Extimi emendationis petitio annalis est.*
163 *Excusationis à tutelis annus datur cuicunque absenti causa militiæ, uel rei pub.reuerso.*
164 *Rationem quolibet anno mercator pro pecunijs acceptis reddere tenetur.*
Administratores fabricæ hospitalis & confraternitatis anno quolibet ordinario rationem reddunt.
Seminarij rationes anno quolibet episcopus accipit.
165 *Emphiteutica bona ad ecclesiam reuersa per annum retenta de mensa prælati effecta uidentur.*
196 *Emphiteutæ agnatis,seu alijs annus datur pro renouatione.*
167 *Annata quando soluatur?*
168 *Annata ex legitima causa introducta.*
Annata soluta in prouisione,quando per successorem non soluenda.
Annalia beneficiorum emolumenta quæ per annum percipiebantur.
199 *Imperatori eunti pro suscipienda corona uasallus dimidium annui reditus dare debet.*
170 *Feudum Guardiæ annale est.*
171 *Feudatarij filius, uel successor infra annum inuestituram petere debet.*
172 *Inuestituram petere species est recognitionis.*
Feudatarij plures insolidum iurant.
Inuestituram petere an teneatur agnatus proximior emens partem antiqui feudi.
Inuestitura non petita infra tempus, quid si postea obtineatur, uel seruitium præstetur.
173 *Vasallus domini mortui hæredem infra annum adire debet, & inuestituram petere.*
174 *Hæredibus pluribus Domini defuncti an omnibus fidelitatis iuramentum præstandum?*
Annus,& dies petendæ inuestituræ an maiori 14.currit ipso iure.
Vasallo, uel domino moriente infra annum, & diem excusationi locus erit.
175 *Vasalli possessio annalis quid operetur?*
Mulieri maiori 14 an uerò 12. currat annus, & dies ad petendam inuestituram.
176 *Silentium annale præiudicat domino scienti.*
177 *Feudi à reuocatione excludit annale silentium.*
Inuestituram si dominus concederc differat,an priuetur directo dominio?
178 *Anni terminus,& anni & diei an differant.*
Annua præstatio longo tempore continuata facit præsumi debitum contractum.
Beneficium ut sit annale constitui potest.
179 *Officium iudicis anno utili durat.*
180 *Edictum,seu interdictum unde ui annale est.*
181 *Edicti pœna,si quis ius dicenti non obtemperauerit, annalis est.*
182 *Rescissoria utili restitutione habita annalis est.*
183 *Actio de calumnia ad duplum annalis est.*
184 *In actione aquilia consideratur quanti in anno homo plurimi fuerit.*
185 *Actio in factum contra officialem ad duplum anno durat.*
186 *Actio contra publicanum ad duplum datur ad annum.*
187 *Actio in factum ex edicto de alie.iudi.mutan.annalis est.*
Actio in factum contra falsum tutorem,uel eum qui curauit, ut falsus tutor authoritatem præstare, anno durat.
188 *Actio ex edicto quæ in frau.cre.annalis est.*
189 *Actio quanto minoris finitur anno.*
190 *Actio deiecti,uel effusi ubi liber homo perimitur,anno terminatur.*
191 *Actio iniuriarum annalis est.*
192 *Actio ad interesse contra eum qui cedere tenebatur anno durat.*
193 *Edictum ne quis eum qui in ius uoca.annale est.*
Edictum ne uis fiat ei,qui in possessionem missus est annale est.
Edictum in eum qui ex incendio,ruina,naufragio aliquid eripuit ad quadruplum uniuersale est.
194 *Actio quod met.cau.in quadruplum annalis est.*
195 *Actio ui bono.rap.contra hæredem donatoris ad quadruplum infra annum competit.*
196 *Actio de peculio contra alienantem seruum annalis est.*
197 *Actio mutui quando annalis.*
198 *Actio domino competens ad uindicandum seruum promotum annalis est.*
199 *Actio reuocatoria contra debitorem liberatum in fraudem annalis est.*
Populares omnes actiones annales sunt.
200 *Prætoriæ actiones pro maiori parte annales.*
Interdictum ne uis fiat ei,anno durat.
Interdictum quod ui,aut clam anno durat.
Interdictum de itinere,actuque priuato cui detur.
Interdictum reficiendi iter,actumque cui detur.
Interdictum de aqua quoti.
Interdictum de fonte,& eo purgando,& reficiendo.
201 *Interdicta ut plurimum annalia sunt.*
202 *Actio annalis per litis contestationem perpetuatur.*
203 *Annalis actio per oblationem precum, & rescriptionem purpetuatur.*
204 *Retractus tempus per litis contestationem an ad annum extendatur, an perpetuetur.*

Annales Casus.

DVm Causas limitationis ad annum constitutionis illius Pontificiæ,seu regulæ cancellarię 10.reualidatorię literarū gratię,& iustitię,p quirerem, repetendos fore censebam omnes an-
1 nales casus, quod exactè facere antehac non potui † Anni igitur primus effectus,seu operatio erit, ut in seipsum recurrat, à solisque cursu per 12. Zodiaci signa reguletur,spatioque 365.dierum ferè perficiatur.De hoc anno loquitur Virgil.3. Aened. Interea magnum sol circum uoluitur annum. Idē atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Ouid.in Fast. Et celer admissus labitur annus equis.Horat.sermo.li.1.Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum . De quo anno loquitur etiam in tex.in l.cū hæres.§.Stichus si hæredi. ff. de sta.libe.in l.anniculus non statim.ff.de uer.sign.& in l.ita uul-
2 neratus,uers.nam prior.ff.ad leg.Aqui. † hinc Aegiptij annū per draconem suam caudam mordentem significabant.Isido.ethimol.li.4.c. 36.Et Macrobius dixit, annus est solis anfractus,& M.Tullius 1.de Natu. Deo.inquit, sol duab. unius orbis ultimis partibus detinens motum, cursus ante uos cō ficit.Passer item apud Aegiptios, apud Homerum, & alios annum significabat,seu pro anno ponebatur, rationem infra uidebis.Ioa. Pierius Verercātus Bolzarius de sacris Aegiptiorum sic scribit,longè diuersum a cornice passeris est ingenuum, ac perinde uitæ breuitas angustissima: passerum enim mares anno diutius durare non posse compertum est, cuius rei causa salacitas incontinentissima &c.Et post, sed enim & Aegiptij, & aliæ quoque nationes tempus annum per passeris hyerogrificum intellexere,nam & Calchas in artificioso augurādi genere celeberrimus ex passerum numero quot serpens deuorasset belli Troiani tempus auguratus est, pro passeribus annos accipiens, & sic 11.effectus erit ut uita passeris maris ad plus cum anno finiatur . Palma item annum significat, præsertim 12.ramis 1.mensibus figurata, etiam ex ratione ꝙ Plutarchus affirmet palmam 360.utilitates mortalibus elargiri,ideoque anni simulacrū, & insigne ponitur,prout etiam per præfatum Pierium li.50. de palma. Vultur apud Aegiptios annum significabat, uultur cum ad conceptum concitata fuerit, qui fit a uento,quinque continuos die sine cibo,& potu consumit,mox 120.dies pręgnās manet, totidemque diebus pullos educat,reliquos 120.dijs immunis est, suarumque tantum rerum satagit,neque prægnationi,neque educationi intenta. Pierius ubi supra li.18. de uulture. Clauus apud eosdem Aegiptios annum significabat idem Pierius li.48.in hæc uerba, erat & alterius generis clauus,qui Septembribus Idib.figebatur per annos singulos in sacrarum ædiū parietibus ad annorum numerū colligendum, quia paruus tunc erat literarum usus, isq; clauus annalis nuncupabatur.Annus per pedem apud Sybillam Eritream demonstratur,eum inquit, talis bellua tot pedes hēt. 1.tot annis durabit.Et dum eam Eritrea rogata fuisset a nōnullis principibus Greciæ ut eis indicaret quis exitus futurus esset belli Troiani respondit tentabitis o Graij opus sudoris,sollicitudinis, & sanguinis quousque decē pedes mensurati transeant, donec Troia pareat,& stirps Laomedontis deficiat &c.Sed antequam ultra progrediamur dubium nō paruum proponendum, & dissoluendum uenit(ne in tenebris ambulemus)quod erit,quomodo accipiend⁹ sit annus? Et si dicamus prout hodie sumitur,differendum ueniret an annus semper eodem modo computatus fuerit ab origine mundi usque huc? Nonnulli considerantes in sacra pagina scriptum esse antiquos nostros patres ultra noningentos annos uixisse, prout de nostro primo parente loquitur Genes. ca.5. Et factum est omne tps quo uixit Adam anni noningēti triginta, & mortuus est. De Seth filio Adam scribitur eodem c.5.Genes.Et facti sunt omne dies Seth noningentorū duodecim annorum, & mortuus est. Enos filios Seth ꝙ uixerit noningentis quinque annis habemus eo. c. 5. Genes.In eo.c.habemus dies Iared fuisse annos noningentos sexaginta duos.Item dies Mathusalæ fili Henoch sub ijs uerbis & facti sunt omnes dies Mathusalæ noningenti sexagintanouē anni.De Noe habemus Genes. ca. 9.Et impleti sunt oēs dies eius noningentorū quinquaginta anno.& mortuus est.Nonnulli inquam percipientes hodie uix unum ex decem mille annū centesimū attingere, affirmant annos illos antiquorū patrum non esse similes nris,propterea dicunt illos accipiēdos esse pro annis lunaribus,ab una coniunctione ad alterā & sic uigintinouem dies, cū quibusdam horis annum lunarem efficerent,& huius opin.fuerunt etiam M.Varro,ac Seruius

uius ſuper 3. Aeneidos ſuper illo carmine, Interea magnū ſol circunuoluit annum. Hic menſis lunaris uocatur, qui eſt poſt Lunæ à ſole receſſum, eius ad ſolem reuerſio. Alius dr̄ menſis ſolaris; qm̄ ex ſnīa philoſophorum, & Aſtronomorū ſol unum ex duodecim ſignis integro menſe metitur, & ſic menſis eſt tp̄s quandiu morat̄ ſol in ſigno peragendo. Vſualis item nuncupatur menſis ſpatium dierum in Calendarijs nr̄is inſcriptum, uidelicet dierum 30. uel 31. item ēt 28. Plinius uerò li. 7. & nonnulli alij aſſerebant illos annos Teſtamenti ueteris fuiſſe annos trium menſium, ut quatuor anni ꝑſtituerent unum annum noſtratem, & ita aſſerunt accepiſſe annum Caldæos & Archadas: ut refert Lactan. Firmia. li. 2. Diuinarum inſtitutio. Nonnulli putabant decem annos illius primæ ætatis conſtituere unum annum ex nr̄is, ueritas eſt, & ita concludit Ioſephus antiquitatū li. 1. & melius omnibus diuus Auguſti. li. 15. de ciui. Dei. c. 10. cum alijs ſequentib. ꝙ ille annus à nr̄o nihil, uel parum differat, & ſubuertit fundamenta, & argumenta ꝫria, quæ facile ſubuertemus, ſi ſcripturas perſcrutabimur. Si illi erant anni lunares, uel decē ex illis unum ex noſtris conſtituebant, quomodo ſcriptum eſſet Geneſ. c. 5. uixit quoque Sethcentum uiginti annis & genuit Enoſ. & ſic Seth. Adam filius dum eſſet ætatis centū quinque annorum generauit Enos. Item eo. c. uixit quoque Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Rurſus ut ibi, uixit quoque Cainan ſeptuaginta annis & genuit Malaleel. & parū poſt, uixit autem Malaleel ſexagintaquinque annis, & genuit Iared. Item Geneſ. c. 11. ſcribitur, uixit autem Heber 34. annis, & genuit Phalech. Exiſto ca. 11. elicitur etiam ꝙ cum Herber. eſſet 34. annorum genuit, ſi computarentur tres mē ſes ꝑ uno anno noſtrate illi genuiſſet ante tp̄s. De anno nouem uel decem menſium loquar etiam infra poſt n. 39. quærendo an annus luctus ſit nouem, uel decem menſium, an uerò ſolaris, annum diſtinxit Romulus in menſes decem incipiendo à Marcio quem à Marte ſuo genitore denominauit, uel à marte. 1. bello tunc enim Reges Romani procedere ſolebant ad bellum, de hoc, & alijs menſibus inquit Ouidius. Maris erat primus menſis, Veneriſque ſecundus. Hæc generis princeps, ipſius ille pater. Terti⁹ ab hominibus, Iuuenum de nomine quartus Quæ ſequitur numero turba nota ſuo eſt. Annus Martio ēt apud Hebrǫos īcipiebat, de quo menſe loquens Deus ſic præcepit, Menſis iſte primus erit in menſibus anni. Exo. c. 2. Numa Pompilius duos adiecit menſes, Ianuarium uidelicet & Februarium. Idem Ouid. in prin. lib. Faſto Tempora digereret cum conditor urbis in anno, cōſtituit menſes quinque, bis eſſe ſuo. & parum poſt, At Numa nec Ianum, nec auitas præerit umbras, menſibus antiqs præpoſuitque duos. Annus Numæ Pompilij conſtabat ex 354. diebus, qui numerus dierum non ſufficit curſui ſolis, Iulius Cęſar undecim dies adiecit, & quadrantem, & ſit annus Iulij Cæſaris, qui & ſolaris dr̄ conſtat ex dieb. 365. & ſex oris ferè, ut præmiſi plura ex præmiſſis, & pleraque alia huc ſpectātia uidere licet apud Io. de ſacro boſco in cōputo eccleſiæ, dum de annis, & menſibus tractat. Anni 3. effectus ꝙſideꝛari pōt, ut per illud ferè ſpatium Venus motū ſuum ꝑficiat, & Mercurius pariter uno ferè anno orbem luſtret, ne quum à ſole unius ſigni interuallo diſcedens, tum antecedens, tū ꝙ ſequens. Cice. 3. de Natu. Deo. Anni effectus conſideꝛari po-
3 teſt, ut per illius curſum † natura humana oīa nobis pro uictu, uitæ ſuſtentatione, ac pro oībus humanis cōmoditatib. ſuggerat, hinc pulchrè Colu. li. 3. ca. 22. Quibus alma tellus annua uice uelut ęterno quodam puerperio lata mortalib. diſtenta muſto demittit ubera. ut hinc iura ſtatuerint infortu-
4 nium, & † ſterilitatē unius anni cū ubertate alterius cōpenſari l. ſi uno. ff. loca. l. licēt certis. C. eo. c. ꝓꝓ ſterilitatem extra. eo. Ludo. Rom. conſi. 432. quò ad primum. nu. 2. Amplia ad legatū; quia quinquaginta de reditibus p̄diorum futuri anni ut ſi non ſint reditus futuri anni, debeant̄ quinquaginta ex fructib. tertij anni l. Frmio. in prin. ff. quan. di. lega. cc. Amplio ad annuum legatum duorū cadorū qui naſcent̄ ex uinea in annos. ſingulos, ſi uno anno nihil natura ſit, in ſeq. dēt habere legatarius duos cados uini pro illo anno & duos alios ꝑ anno p̄terito l. legatum. §. uini falerni. ff. de an. lega. Amplio ad ſtipulationē l. inter ſtipulantē. §. ſacram. uerſ. ſi ſtipulatus fuero ex fundo centū amphoras uini, expectare debeo donec naſcat̄, & ſi natū ſine culpa promiſſoris ꝙſumptum ſit, rurſum expectare debeam, donec uinū naſcatur, & dari poſſit. ff. de uer. obli. Amplio, ut pariter ſterilitas unius anni cū ubertate p̄cedentis anni compenſant̄, iuxta tex. in l. ex eo uino. ff. de trit. & oleo lega. ubi in annuo legato decē amphorarū uini ſi uno anno natum non ſit, ex ſuperiore anno eius fundi eum numerū amphorarum hæres dare debebit. Fru-
5 ctus integri anni reficere dēt, qui nō permiſſit colere fundū tpe quo coli debebat l. 2. ff. de an. lega. ut ſi probem aliquos † fructus percepiſſe, toto illo anno poſſediſſe præſumar. Bal. in addi. ad Spec. ti. de proba. uer. ſed q̄ro qualiter, & Fran. Cremen. ſingu. 132. incipien. ſi ꝓbo ꝓcepiſſe fructus. Amplia ad penſionem. Hyero. Gig. q. 62. n. 8. de penſio. Vt hinc ēt uideamus prouiſionem frugis, & id genus in annum fieri ꝙſueuiſſe prout oēs norunt, & habes apud Horat. Epiſto. ad Lolliū 2. li. 1. Et prouiſio frugis in annum Copia. de quo loquar infra ante nu. 46. Anno conſeruatas fertur ignis in iunipero, ſi enim prunæ ſub eius cinere fuerint opertæ uſque ad annum durare dicuntur, ut inquiunt Rabbanus ſuper lib. Numeri, & Lnc. de Pen. in l. 2. C. de Fabricen. li. 11. col. 2. uerſ. Et no. ꝙ ignis, quod an uerum ſit ſi ſcire uolueris experiri poteris. Vt
6 anni † tempus competens, moderatus, & inter duo eſtrema dicatur, iuxta tex. in l. fortiſſimi, ibi Aut certo competenti tē pore, ideſt, priuſquam annus labatur C. de ero. mili anno. lib. 12. in l. 1. §. largius. ibi, planè ei præſtitui annum ita moderati, ut neque ipſi &c. ff. de ſucceſ. edi. Deus, antequam eijcerētur Heueus, Canaueus, & Hetheus ne terra redigeretur in ſolitudinem, & beſtijs repleretur, annum pro termino com-
7 petenti moderatus eſt, prout Exodi c. 23. uerſus fi. Vt† tp̄s in determinatè prolatum pro anno accipiamus, ꝙ ēt elici pōt ex uerbis Daniel. c. 12. Quia in tp̄s, & tp̄a, & dimidium temporis, ſcilicet regnabit Antichriſtus, exponunt plerique, id eſt, per tres annos, & dimidium, ſic etiam interpretantur gl. & Bal. in l. uſuræ. C. de uſur. uide etiam tex. iun. glo. 1. in c. omni tpe de conſe. diſtin. 4. ut idem dicendum ſit ſi proferatur
8 dicta iſta† terminus, prout per ſupra citatos: & per Bar. in l. ſi legatum, in 4. no. ubi ꝙ promiſſio de ſoluendo in tribus terminis, intelligi debet de tribus annis, & ſic ꝙlibet terminus ꝑ uno anno accipitur. ff. de annu. lega. ſequitur Alber. Brun. de Reb. ſeu Diſpo. dub. in diſpoſitio. circa tp̄s, uerſ. Aliquando dubia diſpoſitio de tpe intra quod. Et anno. 1. ad tempus l. moris, in princ. ff. de pœniſ. Vt iuxta id quod uoluit Barto. in l. ſi quis arbitratu, col. fi. uerſ. quæro infra quantum tēpus. ff. de uerb. obli. quòd ſi arbitrator ſine determinatione temporis aſſumptus fuerit, ſi intra annum non arbitretur, præſumatur nolle arbitrari, licèt plures cōtrarium teneant, prout per Alber. Brun. ubi ſupra uerſ. & arbitrator. Sic penſio domus, ſeu canon emphiteuticus tempore ſolutionis non ſpecificato in fine anni ſolui debebit. Saly. & alij in l. 2. C. de iu. emphi. Bar. in l. eum qui, aliàs. Iabolenus. ff. de an. lega. Bald. in l. æde. C. loca. Alber. Brun. ubi ſupra uerſ. aliquando in fine anni penſionem ſoluere iurans, conductor ceſſando per annum conſtituitur in mora. Bald in c. querelam, per illū text. cum glo. de iureiur. Alex. conſi. 85. li. 1. Corſet. in uer. emphiteuta 1. Hippo. de Marſi. ſingu. 226. emphiteuta. Iaſ. in l. ſi qs maior. nu 21. C. de tranſa. in l. 2. q 9. C. de iu. emphi. Sic & ꝑmiſſio annua, uel in ſingulis annis, in fine anni debetur, fallit fauore libertatis, uel alterius piæ cauſæ l. ſi ita. 2. ff. de manu. teſta. Roma. & Alex. in l. qui bona. §. fi. col. penul. ff. de dam.
9 infe. Vt annus dicatur † terminus longus, ſeu tempus multum, iuxta illud Terentij, Mulieres dum comuntur, & moliuntur, annus eſt, Horat. Ode 5. lib. 4. Vt mater iuuenem, quē notus inuido, Flatu Carpatis trans, maris æquor, Cunctantē ſpatio longius anno Dulci detinet à domo. Idem Horat. Epiſto. 2. li. 1. Quæ lædat oculis feſtiuas demere, ſi quod Eſt animum differs curandi tempus in annum. & ad nota. per Abb. in c. plerunque. in 1. not. de reſcr. Item ut annus ſumatur pro diuturno tempore, & interpretemur diu. 1. anno. gl. in l. ſi cū fideicommiſſa, in uer. decennio. ff. qui, & a quib. arg. tex. in l. 1. §. largius. ff. de ſucce. edi. l. fi. ibi. & diu negotium tractum eſt, iunc. gl. in uer. diu intra annum tamen, uel biennium ff.
10 de re iudi. Vt annus pro nimia † mora, ſeu negligentia accipiatur, ſic accepit Horat. ad Bullatium Epiſto. li. 1. Tu quancūque Deus tibi fortunauerit horum Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum. Hinc Oldr. conſi. 183. colu 12. uerſi. Et ſi aliqui dicerent, & Aymo conſi. 28. n. 4. poſt annum obliuionem induci affirmant. Aliqui decennium requirunt, ex quo temporis lapſu obliuio p̄cedentis teſtamenti præſumatur, ita ut tempus ipſum cum poſteriori uoluntate ꝫria teſtōris concurrens reuocationem prioris uoluntatis operetur, iuxta tex. in l. ſancimus, & ibi omnes. C. de teſt. glo. in uer. perfectè. §. ex eo autem ſolo. Inſtit. qui. mo. teſta. infir. Ruin. conſi 6. nu. 2 & ſeq. Gui. Papæ dec. 200. nu. 2. & 4. Alibi longo ſilentio interpretantur. 1. triennio l. 1. in fi. iun. glo. fi. ff. ne de ſta. defun. Vt linguam anno diſci affirmare poſſimus ex illo exemplo Temiſtoclis, qui ab ingrata patria factus exul, omni Grecia pulſus ad Xerſem profugit, illique pollicitus eſt totam. Greciam eius imperio ſubiturū poſt annum ad linguā ediſcēdum interpretatum: prout per Plutar. in illius uita. Vt tp̄s intra annum dicatur tp̄s uelox. iuxta tex. in Authe. de reſti. & ea q̄ par. in unde. men. ibi per uirum, quē ſi uelociter de honeſtauit, & poſt ibi, eo ꝙ uelociter ad nuptias feſtinauit. Quod tamen intelligendū eſt iuxta ſubiectam materiā; non enim abſolutè tempus omne infra annum uelox dr̄ ad ſu-

Source : BIU Cujas

pra adducta. Anno quolibet apud Hebreos primo mense ce
11 lebrabatur festum Phase † ad comemorandum liberationis beneficiū ex Aegipto Exodi c.12.post prin. Est enim Phase. idest, transitus Domini, & trāsibo per terram Aegipti nocte illa &c. & ad fi. Nox illa est obseruabilis Domini, qñ eduxit eos de terra Aegipti: hanc obseruare debent oēs filij Israel in generationibus suis &c. & Leuiti. c.23. mēse primo, quartadecima die mensis ad uesperam phase Dñi est &c. uidere poteris diuum Thomam prima secūdæ, quæst. 102 art. 4 Ad decimum. Et sicut Pascha urtus quolibet anno celebrabat. Ezechiel. c. 45. ad fi. ita Pascha nostrum singulis annis celebratur, & hoc est Pascha nouum, quo Christus imolatus est, ad Corinth. capti. 5. Matthæi capit. 26. in princip. Marci 13. ēt in prin. ac Lucæ. 22. par. ter in prin. Et sicut, ut præmisi, Pascha Hebreorum dicebatur transitus ex Aegipto, præalle. cap. 12. & seq. & ca. 23 Exo. Pascha etiam nostrum transitus ab hoc mundo ad patrem dicitur, Io. c. 13. Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia uenit hora eius, ut trāsiret ex hoc mundo ad patrem. Con. Triden. Sessio. 22. ca. 1. Nam celebraro ueteri Pascha, quod in memoriam exitus de Aegipto multitudo filiorum Israel imolabat, nouū instituit Pascha, se ipsum ab ecclesia per sacerdotes sub signis uisibilibus imolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad patrem &c. Et diuus Hyero. super Matthe. ca. 25. inquit, traditio iudęorum est, Christum media nocte uenturum in similitudinem Aegiptij temporis, quando Pascha celebratū est &c. pro præmissis, & quo tempore apud Hebreos seruabatur Pascha, quo apud nos, & pro alijs huc spectantibus uide atur Isido. Etimolo. li. 5. ca. 19 Pascha nostrum oīum festi uitatem prima est. Isido. ubi supra c. 20. cir. prin. l. quadragin ta. & l. omnes dies. C. de ferijs. & extra eo. Vt iuxta eandem Legem Mosaicam per anni circulum celebraretur festum
12 † Pentecostes post quinquaginta dies ad recolendum bene ficium legis datæ. Leuiti cap. 23. Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas &c. diuus Thomas ubi supra. Et apud nos dies Pentecostes, id est, quinquagesimus post Pascha celeberrimus est, ut Pascha, idest resurrectio Dñi nri Ambrosius in Die Pētecostes sermone 60. De festo Penthecostes habemus tex. in c. scire debes. & in c. nosse 76. distin. ubi scribitur. Nosse credo uos fratres non minori lætitia celebramus diem Pentecostes, quàm diem Sanctum Paschæ celebrare curauimus c. 2. §. diebus. ca. capellanus. uers. alij. de ferijs. pro quibus uide Isido. Etimo. li. 5. cap. 20. cir. princ. ubi inqt, Penthecostes sicut Pascha apud Hebreos celebris dies erat, quæ post quinque decadas Paschæ celebratur, unde & uocabulū sumpsit Pente. enim Grece. idest. quinque, in quo die secūdum legem panes propositionis de nouis frugibus
13 offerebantur. Festum item † tubarum singulis aunis celebra batur die prima mensis septimi in memoriam liberationis Isaach, q imolandus erat, Leuiti c. 23. mense septimo, prima die mensis erit uobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, & uocabit Sanctum &c. & Diuus Thomas ubi supra.
14 Festū ēt † expiationis die decimo dicti mēsis septimi anno quolibet celebrabat, prout Leuiti. c. 16. in hac die expiatio erit uestri, atque peccati &c. & c. 23. Locutusque est Dñs ad Moysen dicens decimo die huius mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur Sāctum &c. de quo
15 per beatum Thomam ubi supra. Festum item † Scenophegiæ. idest, tabernaculorum ad cōmemorandum beneficiū diuinę protectionis, & deductionis per desertū, ubi in tabernaculis habitauerunt. Leuiti c. 23. Et locutus est Dñs Moysi dicens, loquere filijs Israel, A quintodecimo die mensis huius septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino &c Isido. Etimo. li 5. c. 20. ubi inquit Scenophegia solemnitas Hebreorum de Greco in Latinum tabernaculorū dedicatio interpretatur, quæ celebratur à Iudęis in memoriam expeditionis cum ab Aegipto remoti in tabernaculis agebantur, ex eo Scenophegia, scena n. Grecè, latinè tabernaculum dr, quæ celebritas apud Hebreos septimo mense
16 celebrat festum. † cetus, atq; collectæ in quo anno quolibet colligebant à populo eaque necessaria erāt ad expensas cultus Diuini significabatur adunatio populi, & pax pstita in terra promissionis, ut per diuum Thomam ubi supra. Anno
17 item quolibet comedebatur † agnus Paschalis anniculus in una domo, idest, in ecclesia catholicorum, non in conuenticulis hæreticorum Exo. ca. 12. circa prin. & diuus Thomas ubi supra. Et agni carnes comedebantur ad significandum escam corporis Christi in sacramento. beatus Thomas ubi
18 supra. Et p imolationē † agni Paschalis anno quolibet significabatur imolatio Christi 1. ad Coriuth. c. 5. Pascha nostrū imolatus est Christus. & diuus Thomas prima secūdæ, ar. 5. ad secundū. Et per agnum significabatur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, iuxta illud ad Hebre. ult. Iesus Christus
19 heri, & hodie ipse & in secula. Festos † dies quolibet anno celebrare debemus Leuiti. 23. uersus fi prout ēt hodie festiuitates Dei, & sanctorum una die cuiuslibet anni completi celebramus, & repetimus, de quo habemus text. in cap. 1. de conse. distin. 3. Et secundùm pleroſque annus ceremonialis dr, prout per Luc. de Pen. in l. siue ex prætoriano, col. 2. uers. Ceremonialis est &c. C. de exacto. & execu. li. 11. & per Ge-
20 mini. in c. si propter. n. 7. de rescr. li. 6. Et quòd † Sanctos per anni circulū uenerari debeamus, dicit tex. in cle. uni. §. hoc enim. de reliq. & uene. San. Sic & apud Gentiles anno quolibet dies festi celebrabantur. Horat. Ode 8. Carmi. lib. 3. Hic dies anno redeunte festus. & Sermo. li. 2 Saty. 2 siue diem festum rediens adduxerit annus. Anno quolibet, prout habes apud Cæsarem in Commentarijs, Lugduni Galli oratores concionem habere solebant, hic mos prius in Britannia fuit, inde in Galliam translatus. Hoc ēt annuitur ex carminibus Iuuena. Saty. 1. Palleat ut nudis pressit q calcib. unguē. Aut Lugdunensem rethor dicturus ad arā. Anno quolibet cele-
21 brabatur dies natalitius † principis l. oēs dies. §. nostris. & l. fi. ibi Etiam in nrm ortum, aut natalē celebrāda solennitas inciderit. C. de ferijs. Horat. Epistol. ad Torquatum li. j Cras nato Cæsare Festus dat ueniam, somnesque dies. Natalis Iulij Cæsaris Idus Iulij, qui dies illi semper faustus, & fortunatus fuit. Alex. ab Alex. Genia. dierum li. 4. ca. 20. Natalitius dies Neronis mense Decembri solemnis, Nerone imperante cēsuit senatus ab eo mense in quo ille editus erat anni principium fieri. Alex. ab Alexan. Genia. dierum li. 3. c. 24. Timoleon Siracusanorū Dux præcipuas uictorias Siracusis semper dedit die suo natali, adeo ut ipsius natalis diē quolibet anno Siculi oēs uelut multiplicis uictoriæ authorem festū agerent, Alex. ab Alex. Genia dierum li. 4. c. 20. Dū natalitiū Pharaonis habemus Genes. cap. 40. uersus fi. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuiū pueris suis &c. De die natalitio Herodis Regis habem⁹ Marci c. 6. Herodes natalis sui cenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galileæ. Et de die natalitio cuiusuis quouis anno celebrando Horat. Ode 11. Carmi. li. 4. Iure solennis mihi est &c. Et pro die natalitio cuiusuis celebrando ponderabā tex. qui id supponere uidebat in l. inter domū. in fi. ff. de uer. signi. ubi describens Vlpianus qd sit munus, dicit esse donū cū cā, ut puta natalitium, nuptiarum, uel iuxta Pandect. Floren. nuptialitium. & in l. ciuitatis. cir. prin. iun. glo. in uer. ad munus, quę supplet, seu declarat hoc modo v3. De frumēto, uel uino in die natālis. ff. de leg. 1 l. cū quidam. ff. de an. legat.
22 Anno quolibet dies natalitius † Vrbis Romæ celebrandus est l. oēs. C. de ferijs. uer. His adijcimus natalitios dies Vrbiū maximarū Romæ, & Cōstantinopolis, in quibus debent iura differri; quia ab ipsis nata sunt. Hodie super die natalitio Vrbis Romæ habemus ēt statutum Vrbis c. 27. li. 4. rub. de ferijs, cuius uerba sunt, mense Aprilis 21. natalem Vrbis celebremus. Contra uerò inter cætera Vrbis infortunia in compendio Historiarū Regni Neapolis li. 2. legimus anno integro à Vitige Gothorū Rege Romā obsessam, per cuius anni spatium Romani fame oppressi omni sordidorū animalium genere ut uitā protraherent usi sunt, quin & humanas carnes comederunt, Roma ab eodē Vitige, deinde à Totila infeliciter uexata, tandem absque habitatore aliquo mare, uel fęmina anno integro remāsit: ut legere est in eo. li. 2. Cōpendij Historiarum Neapolitanorum. Si ea quæ supra diximus de die natalitio cuiusuis applicare uellemus diei natalitio cuiusuis ciuitatis, ponderare possemus, q tex in l. ciuitatibus. cir. prin. cū gl. loquit in legato ciuitatibus, ad honorē, & ornatū illarū, & sic p munere natalitio cuiusuis ciuitatis, cui legatū factū sit, sed huic interpretationi obstaret text. in allega. l. oēs. C. de ferijs. uers. His adijcimus natalitios dies urbiū maximarū Romæ, & Constantinopolis, & sic natalitius dies aliarū ciuitatū, q probare non permittat. Si natalitius dies principis, Regis, ciuitatis, quin priuatarum personarū quotannis celebratur, maiori rōne dies natalitius Dñi nri Iesu Christi Regnum oīum, celestiumque, terrestrium, & inferorum principi celebrari, & feriari, debet, quem celebrarūt Angeli, nunciantes gaudium magnum omni populo, quia natus erat Saluator. Lucæ c. 2. Celebrarūt pastores. Lucæ eo. c. 2. Celebrarunt eundē Iesum adorādo Reges, & Magi illi, de quibus Matthe. c. 2. Celebrarūt hactenus, & celebrare debent quotannis oēs homines c. fi. cir. prin. de ferijs l. in die. & l. oēs dies. C. cod. Et in Italia in instrumentis anteponuntur anni Dñi, prout not. glo. 1. in fi. in l. generali. C. de tabu. scrib. &c. li. 10. Et à qua natiuitate Christi annorum computatio fit in instrumentis, & alijs scripturis, idest ab ipso die 25. Decembris, & tunc incipit annus præsertim in Romana curia. iuxta tex. extra. 1. §. nos de omnipo. ibi A festo natiuitatis Domini nri. & extra 4. post prin. de pęni. & remis. inter cōmu. & prout uoluit gl. fi. in extra. uni de censi. etiam inter commu.

Non-

Source : BIU Cujas

Nonnũquam uerò in diuersis scripturis etiam Romæ, puta in literis Apostolicis,uel iuxta diuersarum regionum,seu oppidorum morem annus incipere, & numerari consueuit ab Incarnatione Domini nostri,idest à die 25. Martij,uel ab alio die numerando.Rot.in no.108.Glo.Pragma.titu.penul. in uer.Domini,& ibidẽ Phi.titu.ult.in uer.Domi.Chassan.in in consuetu.Bur.rub.1.§.8. uersi. quæro quomdo.nu. 4. & in catalo.Gloriæ mundi parte,12.considerat.39.Dies ẽt natalitius Diuæ Mariæ Deiparæ, ac cœli, & orbis totius reginæ plenæ gratia, & benedictæ in mulieribus Lucæ 1. natiuitas celebrari debet.c.fi.ibi.Festiuitatum omnium gloriosæ Virginis &c.de ferijs.Diui item Ioa.baptistæ plusquam Prophetæ,qui inter natos mulierum non surrexit maior, & qui præcursor Domini nostri fuit Malachiæ 3.& Lucæ 7.& in hunc mundum uenit prædicare pœnitentiam, ut omnes pararẽt uiam Domino,Esaiæ ca.40.in prin.Matthei ca.3. Marci cap. 1.natiuitas quolibet anno celebrari dẽt c.fi. de ferijs,ibi natiuitas Ioan.baptistæ.Et licèt in c.licet,eo.tit.de ferijs.dicatur, ecclesiam decreuisse natalitia martirum obseruanda, ego de alia natiuitate quàm præmissa intelligo.uidelicet ut dies natalitius martiri sit ipsa dies martirij, qua die natiuitatem, & gloriam æternam celestis patriæ assequitur,ad glo.in l.cũ quidam ff.de an.lega. similẽ glo. habemus in uer.natalibus, quæst.penu.uersunde & in legendis Sanctorum.Instit.de in gen.Abb.in c. 3. de ferijs. Corset.in Singu.in uer.festum.Eusseb.lib.4.eccle Histo.cap.15.de martirio Polycarpi Smyrnensis Episcopi.Quæ melior uita, quæ melior corona non corruptibilis desiderari, & obtineri potest hac martiri reseruata? qui bonum certamen certauit, cursum consumauit,fidẽ seruauit; cui corona iustitiæ redditur.iuxta illud ad Corint. 9.ad fi.& 2.ad Timot.4. Bonum certamen &c. Anno quolibet
23 apud Romanos celebrabantur feriæ † latinæ pro cõmuni totius latij salute,& sacra fiebãt ex præscripto uetusti fœderis inter Romanos & Latinos. de ijs loquitur M. Tullius 1. de Nat.Deo.Ferijs(inquit)latinis ad eũ ipsius rogatu,accersitique uenirent &c.Serui anno quolibet libertate decembri donabantur,quib.licentia,& libertas ꝯcedebatur dicendi,q̃ uellent,ẽt in dominos. Eisdẽ seruis dominorum more epule parabantur,hęc libertas, & licentia seruis in saturnalibus ꝯcedebatur ea rõne;quia regnãte Saturno nemo seruiebat, hæc erat ætas illa,de qua Metamorpho.lib. 1. & in iure nr̃o habemus in l.manumissiones.ff.de iusti. & iu. ubi ꝙ de iure naturali omnes homines liberi nascebanꝫ,nec erat nota manumissio, cũ seruitus esset incognita. Sigillaria festa anno quolibet circiter Calendas Ianuarias Romę celebrabantur, & erant festa saturnalibus annexa,in quib. ultro,citroq; uria gunculæ,& munuscula quædã amicis missitabunt̃, Macrobius li.1.Saturna.ca.3.Et sigillaria dicta erant à signis,& imaginibus,q̃ sumittebant̃.Apud nos in Vigilia Natiuitatis Domini nr̃i munuscula dari, & mitti solent. Sicut anno quolibet celebrabat̃ dies creationis,& coronationis Imperatoris l.oẽs dies.§.nr̃is etiam diebus,quos & lucis auspicia, uel ortus Imperij protulerunt.C.de ferijs.Alcia.in l.si calumnietur. §.post calendas.ff. de uerb. signi. Xerse diem qua rex dictus fuit tanq̃ imperij natalem singulis annis insignem celebrauit,qua diadema deornatus, gaudio delibutus cœnam proceribus dabat.Alex.ab Alex.Genia.dierũ li.4. c.20.Nos pari, imò maiori rõne diem creationis, & coronationis summi Pontificis celebramus,& nõ natiuitatis,quippe qui p assumptionẽ ad summi apostolatus apicem alter homo à primo existimat̃:Dei que in terris uices gerit c. Constantinus 2.96. dist.c. uniuers. quoniam & si locum.ut eccle.bene c.ubi periculũ.§.cæterũ.& c.fundamenta.§.decet.de electio.li.6.Anniculũ agnum.i.unius anni, cum alijs animalibus Moyses propeccatis cõmissis sacrificari iussit.Leuiti.9. Agna unius anni cũ duob.agnis per mundatũ, seu mundandũ à lepra sacrificabat̃.Leuit.ca.14. Et die octaua &c.Agni anniculi non ueniunt legatis agnis,sed an seruis legatis.ff. eod.Angelus Dñi quolibet anno descendebat in piscinam,quę nuncupabatur Bethsaa,& mouebat̃ aqua,& qui prior descendisset in piscinã post motionem aquæ sanus fiebat à quacunque detinebat̃ infirmitate.Ioan.ca.5.quod fortè p̃figurabat quod nunc
24 subijciemus. Anno quolibet peccata nr̃a † ꝯfiteri tenemur, & sacram accipere eucharistiam; de quo habemus text.clarum in c.oĩs utriusque sexus. de pœni.& remis.in cle.1.uersi. licèt, de reli. & uene.sancto.Concilio Lataranen.sub Inno. III.c.21.& cõci.Triden.Sessio.13.de sacra Eucharistia, cano. 9.& sessio.14.titu.de cõfessio.c.5.& sanctis.pœni.sacro.cano. 6.& cano.8.& hoc est ex præcepto ecclesiæ. Differre igitur ꝯfessionem, & eucharistiam usque ad tp̃s paschatis licitum
25 est, sed per † accidens põt fieri illicitum, puta si immineat aliquis articulus,in quo confessio requiratur, ueluti si immineat mortis articulus, uel necessitas accipiendi eucharistiã, aut sacrum ordinem,uel aliquid huiusmodi, ad quod oporteat hominem per confessionem purgatum præparari, Vnde si aliquid horum immineat, & aliquis confiteri prætermittat peccata, dummodo debita oportunitas adsit: prout
26 per diuum Tomam Quolibet.1.q.6.artic. 11. Et ꝙ † Papa ligetur constitutione oĩs utriusque sexus, quò ad mentem,licèt non quò ad uerba,uoluerunt Gemini.in ca.iustum.ad fi. 9.distin.Abb.in significasti.nu.13.& seq.de fo. compe. Syluestri.in uer.Confessio 2.q.6.Fely.in c.1.nu.35.de constitu.referens Ioan. And. quòd mens dicti ca.omnis utriusque sexus, astringit Papam quò ad Deum. Idem uoluit Ioan. Bap. Ferret.cons.32.considerata.nu.29.Sed an Papa teneatur confiteri iuxta formam dicti c. omnis utriusque, uideatur D.meus Phi.Dec.in ca.sanè 2.in fin.de offi.dele. Datum fuit dubium in Rota coram bo.mem.Nouato, An Ladislao non confesso ne parceret interfectoribus filij danda sit fides, in causa Trouiu.Tenimẽtorum, pro affirmatiua adducebatur quòd solum illo anno cessauerat confiteri, prius enim continuò confessus fuerat,& sacram acceperat eucharistiam, & sic uita præterita eius fidei multum conferebat, iuxta tex.in cap. penul.in prin.de prę̃sumptio.in prin.Item quia interfectio filij recens erat, uidebatur cã considerabilis abstinendi à confessione,communione,præalle.c.omnis utriusque,ibi,ob aliquam rationabilem causam.Rursus testis,ut supponebatur, dixerat,ꝙ intendebat peccata confiteri, & sic patet, ꝙ non poterat dici inueteratus in criminibus. ad nota. per Docto. in c.testimonium.de testi.Hæc,& alia ego Aduocatus Religionis Celestinorum pro teste, & pro opin.affirmatiua ꝯtra Moniales S.Claræ de Neapoli adducebam.Pro negatiua uerò,pro qua 20.Octobris 1550. concluserunt Domini de Rota, adducebatur dictum c. omnis utriusque.Item consi.Paris.58.agit coram,nu.85. uersi.Repellitur etiam,quia interrogatus dicit hoc anno non fuisse confessum. uol. 4. Considero pro hac opin.negatiua, ꝙ illa rõ apud Deum, & religionis amatores, uidelicet ꝙ non parcebat propter filium peremptum,nõ est bona:Vindicta enim prohibetur.Prouerb. ca.20. Ne dicas, reddam malum.Et uindicta remittenda est Deo,prout fecit Dauid.1. Reg.24.iudicet Dominus ĩter me & te,& ulciscatur me Dñs ex te, manus aut mea nõ sit in te. Et Dñs dicit,mihi uindictam, & ego tribuam. Deutero. 32. Mea est ultio,& ego retribuam in tpe.Ecclesiasti.28.Qui uindicari uult à Domino,inueniet uindictam.Et ad Roma. ca.
27 12.Sacerdos proprius † mercatorum,scholarium,stipendiariorum,& similium confessionis audiendæ,uel sacramento rum administrandorum ille dr̃ in cuius parochia tales per annum habitauerunt secundùm opin.Innocen.in præalleg. c.omnis utriusque,nu.6 uer.Negociatores autem, & alij uiatores.Abb.ibidem,nu.23. Cardin.in clem. dudum.§.uerum, in 20 quæstio.post nu.15.de sepult.Glo.autem in cle.1.de priuile.in uer. parochialibus, simpliciter loquitur,non præfigẽdo annum.Pro anni autem præfixione faciunt etiam proximè adducenda infra nu. seq... Vt anno non confessus ecclesiastica careat sepultura.Oldra.cõsi.36.& Feli.in c.ad abolendam.col.1.& in rub.de hæreti... Pro decimis etiam soluendis
28 annalis incolatus,seu † habitatio annalis, uel annalis sacramentorum administratio, uel susceptio consideratur c. quæst.sunt.in fin.16.quæs.1.Inn.in c.nouum genus, ante nu. 3.ibi imò D.soluet inde decimas ecclesiæ,ubi ipse dominus
29 circulum anni audiuit diuina &c.de deci.Idem in † canonica parochiali,super quo latè per Pet.de Vbal.in tracta.cano. episco.& paro. ca. 7.nu.2.uersi.ex ijs ergo patet, qui dicatur parochianus &c. Oues septem unius anni pro primitijs,seu decimis Dei,cum alijs de quibus Leuiti.23.ante medium of
30 ferri mandabantur. † Decimæ personales in fine cuiuslibet anni præstari debent 2.Esdræ.cap.10.in fi.c.reuertimini.cum gl.in uer.annus,uersi.in personalibus tamen 16. quæs.1.Abb. in c.peruenit,post num.3. de deci.Pet. Rebuf. in tracta.decima.quæst.8.num. 18. uersi. ideo mercatores de lucro in singulos annos.& quæst.12.nu.4.uersi. personales uerò.Annus dabatur apud Hebreos immunitatum, & exemptionum à bello,& omnibus muneribus, ac quibusuis publicis functio
31 nibus ei, qui † uxorem duxisset.Deutero.24.post prin.cum acceperit homo nuper uxorem non procedet ad bellum, nec ei quippiã necessitatis iniunget̃ publicę,sed uacabit absque culpa domui suæ, ut uno anno letet̃ cũ uxore sua.Nup
32 tiæ anno durãt.c.1.post prin.& ibi gl.fi.not.noua † matrimonia dici quę non sunt annua.35.q.3.And.sicu.cons. posito in ter illa Alex.uol 4.nu.7.uide infra nu.68.uersi.Nouitia etiam
33 uxor.Nubere † impune potest mulier, quæ uirum in expeditione habuit post annum auditi obitus mariti,& iuramenti ab eo præstiti sub quo militabat. auth. hodie.C.de repud.uideatur tñ c.in p̃tentia.de sponsa.& c.2.de secun. nup. Annus
34 dat̃ ad restituendam † dotem in rebus mobilibus datã soluto matrimonio miserationis cã le.j.§. exactio. C. de rei uxo. actio.nota.ĩ c.3.de dona.inter ui.& uxo.Pa.Castren in l.si do

Source : BIU Cujas

natius,in fi.ff.de condi.ob cau.ibi,quia iste annus. Cuma in l.soluto.nu.8.ff.solu.mat.glo.in l.pater dotem, in uer.dotē, ubi quòd secundùm iura antiqua dos restitui debebat annua,bima,trima die,hodie post annum.ff.de do.præle.gl.in uer.plenius,in §.sed si uxor. Insti. de lega Et quando ex immobilibus empta sunt mobilia.Ludo.Roma.singu.225.An
35 nus datur ad † excipiendum de dote non numerata, quando intra biennium matrimonium soluitur l. fin. cum auth.
36 quod locum.C.de do.cau.non nu. Legatum † uxori ne nubat,uel ꝫ infra annum peti non potest.§.quæ uerò nunc seqtur.uersi.unde sancimus si quis prohibuerit uxorem &c. in Auth. de nupt. in contrarium tñ est tex.in l.sed si hoc.§.ult. & in l hoc modo.ff.de condi. & demon. ubi conditio induces uiduitatē omni loco,& omni tpe spernitur. Ius tamen Auth.est posterius, uidentur ergo priores leges cessare.Aliqui distinguunt, an sit relictum legatum ut supra,& conditio reiciatur Aut quòd cum filijs mater moretur, uel morā trahat.Vide D.meum Phi.Dec.consi.485.casus de quo consi 526.& 601 per totum.ac 643.n.7. Penu legata à solito fructus uendere;si uenalibus & penu promiscue utebatur,legato cedet tantum,quantum ad annuum usum eidem leganti sufficeret,& familiæ eius, & cæterorum,qui circa eum sunt. l.nam quod liquidæ.§.item si quis.ff. de penu lega.l.cum q̄reretur.§.1.ibi,non dissimilem esse deliberationem.ff.de lega.3.Lana,lino,purpura uxori legatis,quæ eius causa parata essent,si commixta oīa erant, id legatum censetur, quod ad usum annuum mulieri satis esset.dicta l.cū q̄rebatur. §.lana. ff.de le.3.Anni legatum hæredi relinquitur,si in ingressu anni legatarius decesserit, cui relictum erat legatū in singulos annos,secus legato usufructu l.in singulos.ff.de ann.leg.Legatum singulos annos cuiuslibet anni est unum legatū, & in principio cuiuslibet anni dēt inspici,utrum legatarius sit capax,uel non l.si in singulos.d.l.singulos, cum gl.in uer.nō finitur.& l.cum in annos singulos.ff.de ann. leg. Legatum 50.Titiæ donec nubat, quolibet anno deberi quinquaginta
37 donec nubat l.legatū.ff.de an.lega.† Mulier infra annum est alēda ab hæredibus uiri,si nō hēt aliunde, unde se alat. Ale. in l.diuortio.nu.15.ff.si cer.peta. Couar. uaria.Resol li.3.ca. 1.interim tñ operari debet ipsis hæredibus.gl.in l.sicut.ff.de ope.liber.Distingue ut per And Barb.cons. 50.n.14.li.2.Ampho,ut sicut anno ali debet uxor relicta, ita & hæredes testatoris anno illo teneantur eidem dare uestes uiduales, & lugubres ad tex.in l uerbo uictus.ff.de uer.sign.Ang in le.decreto.C.ex qui.cau.infa.irro.Ang. Aret.in §. fuerat.ad fi.Insti.de actio. Quod si infra annum luctus mulier prædicta ad sceda uota transierit, has uestes dicti mariti defuncti hæredibus reddere teneretur.Bal.consi.478. uol.5. Campeg.in tracta.de dote.2.par.q 56.Alex.in l. is qui quadringenta.§.fi.in fi.ff.ad leg.Falci.Io.Lupi in rub. de donatio.§.11.nu.8.Io.de Garro.in rub.C de secun.nup.nu.43. pœna.18.Si tamen intra annum mulier nupserit, hæredes primi mariti eidem alimenta p̄stare non tenentur.Cyn. in l.fi.C.de bo. mater.prædicti.Papien.in for.libel.quo uxor agit ad dotem. uersi.ac et alimenta.Iaf.in §.fuerat, n.25.Insti.de actio. & Io.de Garro.
38 sup p̄alle.rub.C.de secun.nup. pœna 17. nu. 41.Annus † luctus, & pœnæ, uidelicet ut mulier sit infamis, & incidat in pœnas in fauorem filiorum à legib.statutas habentur in l.1. cū duabus sequen.C.de secun.nup.De iure autem diuino,& canonico aliter dicēdū est 1.Corinth.7.cir.prin.Quòd si nō se ꝙtinent nubāt,melius est.n.nubere,quàm uri.& in fi.Mulier alligata est legi,quanto tpe uir suus uiuit,ꝙ si dormierit uir eius,liberata est, cui aūt uult nubat tm̄ in Domino. ac c. 2.& c.penul.& ult.de secun.nupt.c.fi.cum gl.fi.2.q. 3.glo.in l.liberum. in uer. collocare.in fi.& ibi Bar.in fi. ff. de his qui notan.infa.idē Bar.Ang.& Saly.in l.1 C. de secun.nupt. Albe.de Rosa. in le.decreto. C.ex qui.cau.insa.irro. & ibidem Cyn.Bal.Ang.Saly.& Io.Fabri.Albe.de Rosa.sup rub. C. de secun.nup.& ibi Dominus meus col.3.Henri.Boic.in c.fi.de secun.nup.Anch.in repeti c. canonū statuta,col.13.uer.iuxta p̄dicta.de cōstitu.& in c.cum secundū.in fi. de hære li.6. Gemin.in c.placuit.col.2.32. distin Anto. de But in c.1.col. pen.& ibi Feli.col.7.de spōsa.idē Feli.in c. ecclesia S. Mariæ. col.18.de consti.Io de Garro.in l.1.nu.51.& seq. C. de secū. nup.Rip.in l.fi.col.28.C.de reuo.dona.Rom. ꝙsi.182. Abbꝙsi.12 col.2.lib.1.Cur Sen.consi.27.col.1.Bertan. consi. 45. col.fi.& consi.47.in prin.li.1 Et hæc est communis, licèt ꝙrium tenuerint gl.in l.decreto,& ibi Pa.Castren. in l.fi. C.ex qui.cau.infam. irro. Bald.in l.1. col. pen.C. de secund.nup.& Ioan.de Ana. consi. 73. col. fina. Et sic secundò nubens non priuabitur relictis factis à marito. pulchrè Federic. de Sen. ꝙsi.36.casus talis. Quòd pœnæ q̄ respiciunt fauorē liberorū non sint sublatæ de iure canonico, uoluerunt Inno.& Host. col.1.& 2. Io.And.col.1.Anto.de But.col.2.& Card.in c.fi.de secun.nup.Cy.Bar.Ang.& Sal.in l.1.in fin.C.co.Bal.in l.si qua mulier.cir.fi.C.ad Tert.& consi.161.lib.1.ac 489.in fi.uolu.5. Alb.de Ros.super rub.C.de secun.nup.in fi. & ibidē D.meus Io.de Ana.consi.73.& 102.col.2.& Bologn.in addi.ad ipsum. Anch.consi.101.Roma.consil.183.Capra consil.70.colu.pen. Alex.consi.65.col.fin.uol.4.Soci.consi.34.colu.3.& consi.39. col. 6.lib.1.Corn.consi.21.in fi.lib.1. Feli.in c. ecclesia S. Mariæ.col.18.& ibi D.meus nu.35. Abb.communem dicit in c. fi.col.2.& Præpo.de secun.nup.latè Cur.Iun.consi.94.nu.1.& 2.dicens communem de iure canonico non esse sublatas pēnas in beneficium filiorum.Ruin.consi. 44.col.1.& 58.col.3. uol.5.Rip.dicens ita iudicandum,in l.fi.col.28.C.de reuo.donat.Vide ēt per D.meum Phil. Dec. consi.283.col.1.De hoc annō luctus Ouid.Fasto.lib. 3.post princ.Assuetos igitur numeros seruauit in anno. Hoc luget spatio fœmina mesta uirutu.Vt infra annum mulier nubat licentiam dare est principi reseruatum l.solet.ff. de infami.Restau. Castal. de Impera. 110. casu 81. Principi ēt reseruatur remittere maculam mulieri,quæ infra annum luctus nupsit l.si qua.in prin.C.ad Tertul. nota. in d. l. solet. Idem uoluit Restau.ubi supra,casu 82. Nubenti infra annum luctus succedatur,sed ipsa non succedebat,quod uidebatur esse ꝫ regulam de reciprocatione,ut non succedatur illi, qui non succedit l. etiam & parentibus. ff.de inoff.testa.Lap.alleg. 101.in ciuitate, post numerum 4. Barba.consi.50.lib.3.Solutio colligitur ex eadem Lapi.alleg. 101.ante numerum uigesimumtertium. Qui loquitur in terminis,uersi.Nec obst.quinta ratio; quia illa regula, ꝙ successio debeat esse reciproca,verificatur affirmatiuè, quod etiā uoluit Barba.præalleg. consi.50.col. 4.uersi. Nec obst.secunda ratio.li.3.Anno luctus uidua committens stuprum easdē patitur pœnas,quas infra annum luctus nubens,ne quid amplius castitate habeat luxuria, & amittit donationem ante nuptialem,& omne lucrum,quod habitura erat ex bonis uiri,in Authen.de resti.& ea quæ par.§.unum,usque ad fi.Rip. in l.2.nu.7.ff.solu.matri.Et in hoc omnes concordant.Anno luctus committens stuprum priuatur dote,non si post annū Pau.Castren.consi.148.aliàs 121. iuxta primam impres.reuocatur in dubium.li.2.& in l.sororem.n.4.C.de his qui.ut indi. Iasin l.2. post nu.6. & plures moderni,ac Gui.Ponta.& post alios Thom.Parpa.in repet.nu.25. hanc cōmunem,& tenendam affirmat.ff.solu.matri.& Pau.Castren.cōcordando opiniones sequitur Alcia. ut hæc procedant, quando stuprum infra annum committitur,in tracta.præsumptio.regu.2.par. 3.præsump.9.uersi.5.quam distin.Alcia.aut infra annum, aut post sequitur Couarru.in Epito.4.lib.Decreta.par. 2.c.7.post nu.11.uersi.Vnde in uidua intra annum luctus fornicante ꝑ barem opi. Pau. Idem uoluerunt Nic. Boe.dec.338.Stepha. Bertran.consi.37.mulier fornicans. lib.3.in primis.& nouissime Rolan.de Valle consi.86.nu.36. & seq.lib.2.Contra dictā distin. & quòd etiam intra annum luctus ꝑ stuprum non amittatur dos, uidetur opin.uerior, magis communis, & æquior reiecta distin.Alcia.de qua supra,pro qua fuit sæpius iudicatum,& pro ea ponderant tex.in alle.§.fi.in Auth.de restitu.& ea q̄ par.iun.l. j. C.de secun. nup. ubi uidua ex stupro infra annum punitur tantum in amittendo lucro,quod erat habitura ex bonis uiri: ergo non amittit dotem propriam, quam non habet à marito titulo lucratiuo. Ita concludunt Alex.in alle.l.sororem.nu.4.C.de his qui.ut indi.Idem Iaf.qui sniam mutauit in l.fideicommissum,nu.3.C.de fideicom.sequens Alex. affirmans opi. Castr. falsam. Gui. de Bene. in 3. par.repet.c.Rainutius.nu. 202. Rip.in alle.l.2.nu.8.ff.sol.mat. Soc.Iun.consi.151.num. 7. lib. 3. asserens hanc magis cōem Couarru.in alle.ca 7.par.2.in Epito.super. 4. lib. Decreta.nu. 10.& seq.ubi subdit non semel ita iudicatū fuisse,opin.Alex. etiam æquam affirmans. Idem etiam uoluit Iul. Clar.in sua praxi crimi.§.stuprum.uersi.sed nunquid uidua.Arrius Pinel. in l.4.num.9.& seq.C.de bon.matr. & Pet.Duennas regu.12. col.fin.ubi opin.Alex. veriorem,& æquam asserit,distinctionemque Alciat.improbat, si modo ille tractatus præsumptio.Alciati est. Sed quæro,an annus luctus intelligi debeat de anno solari (de quo nos loquimur) an de anno nouem, uel decem mensium? Et pro secunda opin.quòd interpretatio facienda sit de nouem,uel decem mensibus,ratio adducitur,quæ est propter commixtionem sanguinis,& ne incertitudo oriatur,cuius sit filius,qui infra annum luctus nascit, an primi uidelicet,an secundi uiri.Hinc aiunt inter Latinos Romulum primum annum decem mensium constituisse, quoniam uidit, quòd tantum tempus sufficit mulieri prægnanti ut pareret. Vel quia per tantum tempus debuit mulier abstinere à nuptijs post mortem mariti sui. Hæc ad literam dicit Ioa.de Sacrobosco,magnus philosophus,& astronomus in illo libello de anni rōne,quem computum ecclesiasticum uocant,tit.de mēsibus.Et de anno decem mensiū à Romulo constituto, per Iulium Cæsarem postea minutatim ad cursum Solis redacto tractat Macrobius li.j.Saturna.

cap.

Source : BIU Cujas

cap 12.& 13.Quod diximus probari etiam uidetur ex sentẽ tia Au.Gellij lib.3.capit.16.Noctium Attica.ubi inquit.Nõ nullos existimasse Homeri tpe, sicut Romuli annum fuisse decem mensium pp uersus Homericos Neptuni alloquentis puellã,li.11. Odisseæ sic translatos, Hunc gaude dilecta, ad eum se euoluerit annus illustres (neque enim sunt uana cubicuta diuum) natos nixa dubijs. Verior est opin. ꝙ annus luctus sit annus 12 mensium, & sic solaris,& is quo utimur,tum quia omnes in hac opi.residẽt. Tum quia annus intra quem nubere iura ciuilia,& canonica prohibent ab ipsis iuribus declaratur esse solaris, & dierum 365.ferè,ut præmisimus.Tum quia etiam in 11. mense quis ad uitam nasci potest,prout in rub.in Auth.de resti. & ea quæ par.in unde. men.post mor. uiri.& §. unum, cum gl.in uer.perfecto,ubi ꝙ mulier per decem menses, & duos dies potest portare filium in uentre. De hac materia tractauimus super regu. de infir.q.Anno luxerunt Matronæ Romanæ,ut parẽtem Brutum Romanæ libertatis authorem, quod is tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuisset T.Liuius lib.3. ab urbe condi Matronæ item Romanæ anno integro luxere P. Valerium Publicolam cognominatum defunctum, principem belli,pacisque iam creatum,cumque funeris sumptus deesset,de publico est datus:uti apud T.Liuium eod.lib. 2.ab urbe cond. & in alijs historiis Romanis. Mulieres Athenienses alio spiritu quotannis die 15. Iulij mestissimæ ceuinum seruabant, & sacra Adonia celebrabant,Alex.ab Alexan.Genia.Dierũ. li.4. ca.20. Adonia festa erant Adonidi iuueni pulcherimo, quẽ Venus in delitijs habuit dicata.De ijs Ouid.li.10 Metha mor. luctus monimenta manebunt semper Adoni mei, repetitaque mortis imago,Annua plãgoris &c.De hoc Adone, seu Adonide,& Adonis festis puto,loquutum fuisse Ezechielem Prophetam cap.8.detestantem idolatriam celebratã in honorẽ Adonidis, in hæc uerba,Et introduxit me per hostiũ portæ domus Dñi,quod respiciebat ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidẽ.Indistinctè circa omnes ꝙsanguineos, uel affines mos introductus fuit,ac hodie uiget ꝙsuetudo laudabilis quotannis exequias ꝙ defunctoũ animabus celebrandi, quo exequiarũ die elee mosinæ eroganť,diuina.celebrantur officia,aliaque pia opera exercenť, quæ quidem defunctis ualde conferre possunt, non tñ impijs,& impẽnitẽtibus ad tex.in c. nõ extimemus, cũ pluribus sequen.13.q.2.c.si aliquis.26.q. 6.à nobis.de sententen.excom.& ad alia quæ adduco in pen.specie τῆς Ἀχαρυστίας, seu de ingratitudine. Ibi citatis addo diuum Augustinum super Ioan.ac in Enchi. ca.19.& Magi. senten.li.4.distin 45.
40 † Anniuersarium ab anno dictum, quod in ea ecclesia fieri
sequuntur ibi Bar. Pau. Castren. Alex. & Ias. ff. de acq poss. Et
an missus in possessionem ex primo decreto possit reum in-
fra annum cogere ad recuperandum possessionem, & ad vl-
teriorem iuris prosecutionem. Roma. sing. 406. Et an possit
prorogari, idem Roma. sing. 409. Missus in possessionem in
reali infra annum efficitur verus possessor licèt commutabi
lis, sed post annum est incommutabilis, iuxta communem
opi. legistarum, prout per glo. in l. 3. §. fi. in ver. non possessio-
nem & ibi Bar. num. 3 & Alex. de acq. poss per eundem Bart.
in l. si prius. num. 7. versic. possemus etiam dicere, quòd infra
annum. ff. de no. ope. nun. Vel secundùm canonistas idem
missus in reali intra annum est custos, & statim post annum
est verus possessor, & incommutabilis. Abb. post alios in c.
quoniam frequenter. §. in alijs. num. 11. & 20. vt lite contest.
Misso item creditore in possessionem rei hypothecatæ reus
intra annum auditur de possessione, qui tamen excluderetur, si missus vult probare incontinenti de iure suo. Spec. tit.
de contu. §. sequitur. versic. sed pone, quòd si missio est facta
aduersus debitorem sequitur pro nota. Bar. in alleg. l. 3. §. fi. in
fin. ff. de acq. poss. & Abb. in alleg. c. quoniam frequenter. §. in
alijs. num. 13. versic. Et aduerte ad vnum: vt lite non contest.
Amplia etiam vt in realibus reus intra annum veniens fru-
ctus recuperet. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. num. 51. versic. Aut
non expressit. ff. de dam. infe. glo. & Abb. in alleg. c. quoniam
139 frequenter. §. in alijs. num. 17. versic. conclude ergo. † Iudex
eccleſiasticus, qui per gratiam, vel sordes contra iustitiā pro
nuntiat, ab officio per annum suspendi debet c. 1. §. si quis au
140 rem. de re iud. lib. 6. † Optione rei legatæ commissa tertio
illo infra annum non eligente, electio ad legatarium trans-
fertur l. fi. §. sed & si quis. C. commu. de leg. Bar. in l. cum qui-
dam. num. 8. versi. contra istud oppono. ff. de leg. 2. Annus da-
141 tur ad occupandum bona † contumacis in causa criminali,
qui si vocatus intra annum nō veniat ei incumbit onus pur
gandi, & innocentiam probandi l. anni l. annus. & l. fi. ff. de re-
qui. reis. & l. fi. cum glo. in ver. annotati. C. eo. Contumax per
142 annum secundùm Regni Neapolitani constitutionem † fo
riudicari potest. Grammat. in 1. ex duobus suis consilijs posi
tis post eius decisiones incipien. incomprehensibilis. col. 5.
143 num. 15. † qui foriudicatus habetur pro conuicto, & con-
fesso ex constitutione Regni, ac pro rebelle, & ab omnibus
potest impunè occidi, quæ constitutio incipit, pœnam reo-
rum. Et ibi plenè per And. de Iser. vbi hanc pœnam foriudi-
cationis ponit, & ibi declarat, quòd solum locum habet in
delictis irrogantibus pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, vel
membri abscisionis. Idem And Iser. in c. 1. §. si verò violator.
versic. Et dispensetur, ad fi. de pace tenen. & Mara. de ord. iu-
144 dicio. ad fi. 2. membri. num. 13 in 13 pœna. † Contumax ve-
rò in delicto minori, pro quo foriudicari non potest ex con
stitutione Regni Siciliæ quis bannitur, & condemnatur ad
tertiam partem mobilium, & eius bona annotantur. Lapso
anno non foriudicatur, sed omnia bona eius publicantur, re
seruato iure liberorum: Et si reuertatur se defendere volens
in vinculis causam dicit: prout c. Regni. 152. incipien. siue
quis per Iser. vbi supra. & Mara. etiam vbi supra nu. 34. in 24.
145 pœna. Annus datur ad † redeundum, purgandum, & recu-
perandum bona iuxta casum l. fi. ff. de requi. reis. Carceris cu
146 stos † ex constitutionibus Regni tenetur de negligentia, &
per annum in carceribus detineri debet bonis eius publica-
147 tis. post Pari. de Puteo Gramma. voto v9. num. 2. † Accusa-
tus de crimine post annum honores petere non prohibetur
l. reus delatus. ff. de mune. & hono. l. Lucius. §. idem respōdet
per accusatorem. iun. glo. in ver. statutum. in fi. ff. ad municip.
Agnatis, vel proximioribus, vel rem in cōmunione haben-
148 tibus seu consortibus annus datur ad † reuocandum aliena
ta, iuxta tex. in c. cōstitutus. de in integ. restit. Rolan. à Valle
cons. 3. num. 152. lib. 1. vel etiam de æquitate, iuxta dictū Bal.
in l. 2. C. de commu. re alie. extraneis præferri debent rē alie-
natam soluto tantundem recuperando D. meus Phili. Deci.
cons. 282. viso puncto. colum. penul. in fi. & colum. fin. Annus
datur Neapoli. ex consuetudine ad soluendum illi cui com-
149 petit † ius cōgrui. Afflict. de iu. prothomi. §. vt intra 30. dies.
in 1. not. de iure Prothomiseos, & an sic nuncupandum sit,
& de iure congrui vide omnino And. Tiraq. in præfa. tracta.
150 de vt. retra. nu. 2. Vicini † priuilegium per Bullam Xisti, quæ
est perpetua, seu per Decretum cameræ Apostolicæ, quòd
in domo vendenda, seu vendita alijs præferatur, cum clausu
la, quòd venditio alteri facta nullius sit roboris, licèt aliquē
terminum ad retrahendum rem alienatam non præfixerit,
seu ad declarandum quòd ipse vicinus eum velit, anno du-
rat à die scientiæ alienationis factæ. Alexan. in addit. ad Bar.
in l. sicut. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta ann. in ver.
quæro certè. circa medium. versic. Et idem per hoc videtur
dicendum in vicino &c. & cons. 63. in causa. in prin. & ad fin.
volum. 7. Roma. in l. prætor. §. fi. num. 2. ff. de no. ope. nunt. in-
ducens ad statutum reuocans alienationē rei factam in non
viciniorem. Ex statutis municipalibus pluribus. in locis an-
nus datur consanguineis proximioribus, vel illis de agnatio
ne, seu cognatione, vel familia, seu consortibus, & nonnul-
lis alijs retrahendi, recuperandi, vel redimendi bona aliena-
ta seu translata in extraneos. De statuto Alexandriæ loqui-
tur Raph. Fulgo. cons. 34. tenor, post prin. positum inter con-
sil. Curt. sen. De statuto Florentino loquitur Ias. in l. cum du-
bitatur. num. 12. C. de iu. emphy. Anch. cons. 370. ante omnia
& consi. seq. quòd dicta, quod est Floria. de S. Petro. De con-
suetudine etiam in diuersis locis idem annus cōceditur eis-
dem, & alijs idem ius retrahendi, seu reuocandi alienata, iu-
xta tex. in alleg. c. constitutus, & ibi glo. in ver. consuetudinē.
de in integ. restitutione. vbi de consuetudine parocinen. De
consuetudine Brianson tractat Guid. Papæ decis. 257. cauc-
tur. De consuetudine Galliæ, & aliorum locorum Andr. Ti-
raq. de vt. retract. par. 1. §. 1. glo. 11. num. 63. versic. Et quoniam
etiam videmus in casu huic nostræ consuetudini. Et de vtro
que, videlicet tam ex statuto, quàm consuetudine Sal. in l. ad
officium. num. 3. C. commu. diui. latè præsa. Tiraq. de vtroq;
retract. in præfatio. in prin. Antiquitus idem etiam lege cau-
tum erat, quæ postea reuocata fuit, iuxta tex. in l. dudum. C.
de contra. emptio. & l. falso. C. de commu. re alie. l. portionē.
C. de dona. Ideo cautè faciūt, qui lege municipali id statuūt,
vel consuetudine introducunt quamquam non desint, qui
velint statutis, vel consuetudine contra illam l. dudum, di-
sponi non posse, verum communis opi. est pro affirmatiua, si

loqui-

Source : BIU Cujas

loquimur de statutis, vel consuetudine post illam l.dudum,
151 pront per Doct.ibi.Possessio † cuiuscunque rei in Gallia anno perditur.Bar.Cassen.cons.30.viso processu.num.18.& ad tex.in c.olim.1.§.intelligentes.iun.glo.in ver.cum statu. de
152 restit. spol. Anno † beneficium possessum impetrans plura seruare debet, prout in Regu. de Anna. super qua latissimè
153 scripsi. Præscriptio † contra monasterium non vendicans
154 bona monialis corruptæ. Vel secundum alios,non † vendicans bona raptoris monialium,sollicitantis,seu corrumpentis, & criminis participum annalis est §. si quis rapuerit, in
155 Authen.de sanctis. Episcop. Præscriptio † contra ecclesiam non vendicantem bona clerici hæretici in defectum agnatorum anno durat,in Auth.vt cum de appel.cogno.§.si quis de prædictis.versic. si verò liberi, & propinqui agnati. & in auth.idem est de Nestorianis C.de hæreti.& maniche.& gl. in ver.infra annale.in d.§.si quis de prædictis.Nepos de Mõte Alba.in tract.Exceptio.colum.antepen.art.25.num.30.& Bar.in eo.§.si quis de prædictis.in 2.no.assignat rationẽ quare ad annum restringitur ista præscriptio,ea est ratio:quia ec
116 clesia tractat de iure acquirendo,aliàs secus esset. † Annalis dilatio,seu annale rescriptum per principem conceditur de interim non soluendo, & sufficit iuramentum super vrgenti necessitate sine fraude absque alia probatione,& in quo differat à quinquennali dilatione.Nic.Boe. latè dec.296 Prin-
157 ceps potest. † Naufragium passus infra annum illud probare debet corã iudice illius loci, & denuntiare l.2. C. de nau-
158 frag. lib.11. Nec requiritur † citatio partis ad videndum iurare testes.Bar.in d.l.2.& Iaco.de S.Geor in l.cum hi.§.transactiones.in 1 & 2.lect.ff.de transactio.Ex ijs inferunt,quòd
159 † mercatores,qui accipiunt pecunias ad partem lucri dicentes se dãnum sustinuisse furtum, vel rapinam, vel incendiũ, & similia, quòd mercator de hoc infra annum fidem facere debet.Bar.in d.l.2.in 2.no.eod.tit.C.de naufra.lib.11. qui tamen postea in vlt.not. dubitatiuè loquitur.Idem voluit Corset.in suis singu.in ver.mercator. Sociorum ratio annuatim amicabiliter reuideri debet.Soc.cons.242.in præsenti.in l.1. conclu.Addi.ad Ias.in §.sequens.num.42.in versi.annuatim
160 Instit. de actio. Arbitramentum † comprobare videtur anno tacens.Bar.in l.si societatem. §. arbitrorum.post numerũ
161 vigesimumsecundum.ff.pro socio.Anno expirat † compromissum in tertium collatum. Bar.in l.si quis arbitratu. num. 8. versic. si verò arbitramentum confertur in tertium.ff de verb.oblig.sed videnda sunt quæ tradit ibi Alex.num.16. &
162 17. Annalis est petitio emendationis † æstimi suorum bonorum,vel census,seu catastri.l.qui grauatos.C de censib.&
163 censit.lib.11.Bar.in l.forma. §.fin.ff.de censib.Annus † excusationis à tutelis datur post reuersionem cuicunque,qui absens fuit causa militiæ,vel Reipub.l.non solùm,in princ.§.1. & ibi Bal.ff.de excu.tuto Iste annus de futuras, nouasque tutelas datur,non ad eas,quæ resumi debent: vt in d.l. non solum. subijcitur versicu. Annus enim ad futuras. Rationem
164 †quolibet anno mercator pro pecunijs acceptis ad lucrum, & damnum reddere tenetur,& ante annum ad id cogi non potest l.si quis.C.de naufra.lib.11.& ibi Bar. num.8.Idẽ Bar. in l.neminem.C.de suscepto.præpo.& archa eo lib.11.Ias.in §.sequens.num.42.Insti.de actio Anto.Corset.in suis sing.in ver.mercator.Administratores tam ecclesiastici, quàm layci fabricæ,seu hospitalis,confraternitatis, & similes rationẽ administrationis reddere tenentur ordinario. Con.Triden. sessio.22. c.9. Imperator anno quolibet sibi significari iubebat à magistro officiorum quomodo super omni limite suo numerus limitum se haberet, clausturorumque, ac clausurarum cura.l.penult.C.de offic.magi.offi.Restau.Castal.in tracta.Impera. quæst. 110. casu.50 Episcopus ex constitutione Concil.Trid quolibet anno præsentib.duobus à capitulo,& totidem à clero ciuitatis deputatis rationem seminarij acci
165 pere debet.Emphyteutica † bona ad ecclesiam reuersa,per annum retenta de mensa prælati effecta videntur.Bar.in l. si vacantia.nu.9.C de bon.vacan.lib.10.And.Sicu. in suo cõsi. posito post omnia con.Alex.volum.4. incipien. & quidem.
166 num.7.versic.Et adduco. Agnatis † emphyteutæ annus datur,& etiam alijs facultatem habentibus petendi renouationem emphyteusis per generationem finitę Rom.super rub. ff.de arbit.post num.45.versic. Et scias.in l. prætor ait.§.fi.ff. de no.ope nunt.cons.22.pro propositæ. num.6.versic. illud tamen.& cons.70.visis.colum.3.versi.Non ob.nota.per Bar. Ias.in l.petens.num.10.C.de pact.& in l.2.num.23. C. de iu. emphyt.Cur.sen.cons.47 super,post num.10.Grat.respõ.49. in causa.num.14.lib.1.Alex.in addi.ad Bar.in l.sicut,in versi. quæro certè sic,circa mediũ,versic. Et idem in emphyteusi, vel re ecclesiastica.præceptor meus D.Phil. Dec. cons. 338. in casu proposito.num.2.Goza.cons.39.incip.in 1.colum.fi. & cons.71.in causa.colum.1.Tiraq.de vt.retra.par.1 §.1.glo. 10.num.4.versic.Et ex hoc inferunt plerique.Annui reditus beneficij vel pensionis excedentis valorem 24 ducatorum auri de camera medietas in expeditione literarum soluitur
167 † annata nuncupata,quam Platina in vita Bonifa. IX. ab eo introductam asserit.prout etiam per Hiero. Gigan. de pensio.quæst.26.prius autem per Ioã. XXII. constitutum fuerat, quòd annata,seu fructus beneficiati,vel beneficiorum emolumenta, quæ per annum percipiebantur ex aliquibus ecclesijs Cathedralibus ad triennium soluerentur. Et quòd Ioan. XXII.exactum fuerat ab aliquibus dumtaxat ecclesijs,& tẽporaliter,& pro necessitate,postea à Boni.Nono præfato in perpetuum,& ad omnes ecclesias extensum fuit: vt per glo. pragma.sanctio.titu.de Annatis,in versic.Annatarum.Quæ
168 †annata ex legitima causa introducta fuit,videlicet pro subuentione Papæ,& sedis Apostolicæ,vt omnes norunt.Et affirmant Bartho.Belenci.de Charita.subsi.quæst.16.versic.Et idem dico de expensa facta in promotione.& Sarn.in prefa. Regu.de valore.num.6.Et licèt præalleg.glo. pragma.sanct. dicat annatam introductam fuisse cõtra totius iuris diuini, & humani dispositionem vt in toto tit.prima, quæst.prima, & quæst.3.tamen nec ibi,nec alibi reperi huiusmodi prohibitionem.Et in omnem casum Papæ authoritas omnem simoniæ labem purgaret in ijs,quæ prohibita essent iure positiuo,& ecclesię ordinatione,secus si iure diuino.glo.in c.cũpridem,in versic.illicitè,de pact.quam communiter sequuntur c.proposuit.de concess.præb. Arch. in c.1. 12. dist. quem sequuntur Pau.in clem.prima,de sum.Trini. & Gemi.in c.si Papa 40.dist.& in c.primo,de simo.lib.6.Fely. in c. ex parte, primo,post glo.ibi num.1.versic.Dicunt hic.de offic. deleg. Caccialup.in tract.pensio.quæst.19.per glo.in c. si quis obiecerit,prima,quæstio.3.D.meus Phil.Dec. in c. quæ in ecclesiarum.num 111.de constit.Annata soluta in prouisione beneficij mortuo prouiso infra annum in bulla successoris ponitur clausula,Pro annata nihil,quæ infra annum. Tria concurrere debent, primum, quòd doceatur annatam solutam fuisse per defunctum.Secundum, quòd defunctus non perceperit fructus,si enim percepit fructus,medietas illorũ sibi integra remansit,& sic nullum damnum passus fuit. Tertiũ, quòd successor in beneficio habeat mandatum ab hæredib. defuncti recuperandi dictam solutionem. Licèt enim iste sit successor in beneficio venit ex nouo iure, quod creatur in persona prouisi.c.Moyses.& c.seq.8.quæst.1.c 1. de præb. Annalia (secundùm vulgi denominationem) emolumenta erant beneficiorum,quæ per annum per aliquem, cui reseruata erant,integra percipiebantur.extra.suscepti.de electio. Ioan. XXII. per quam extra. hodie fructus huiusmodi diuiduntur:prout in c constitutione. Anni vnius reditus dimi-
169 dium † dandum Imperatori,vel Regi eunti pro susscipienda corona,c.1.§.vt autẽ.de allod.c.1.§. firmiter, vbi etiam Iser. num 30.& alij de prohib.feu.alie.per Fede.& per alios,quos cito in meo tracta πηρὶτης ἀχαριςιας,seu de ingratitudine.in 38.
17- ingrati.Vasalli ad Dominum.Feudum † Guardiæ,seu quod datur ratione guardiæ, & castaldiæ, vel pro mercede alicuius rei,annale est, & transacto anno iure auferri potest, etiã pro eo pretio dato non restituto c.primo.de feu. guard. vbi tamen videatur Iser.Iste tamen annus per pactum prolongari,seu prorogari potest,& tunc potentior erit conuentionalis prouisio, quàm legalis, qua cessante sibi locum vindicat legalis l.quòd si nolit.§.si quidita.ff.de ædil.edi.Bal. in proę. feudo.in 9.diuisio.volens etiam pacisci posse, vt nullo tempore auferatur,sequitur Iacob.de S.Georg.in tract.feudo.in nona diuisio.versi. in feudum.& Pet.Rebuff.in declara.feu.
171 diuisio.vndecima, feudatarij † defuncti filius, vel successor infra annum, & diem à Domino inuestituram petere, & fidelitatem iurare tenetur,alioqui feudo priuatur c.1. vers. Et econuerso,quæ fuit pri.cau.bene.amit.c 1.de ver.in princip. de capi.Corra.c.1.§.præterea si quis.de prohi. feudi alie. per Fede.& ibi Isern.declarat num 27. Host.in sum.de feudo.§. qui.mo feu.amit.uersic.propter iniuriam.Bal.cons.301.proponitur quòd Petrus.num 6.& seq.lib.1. iuxta nouã impres.
172 Ratio est: quia petere † inuestituram est quasi quidam consensus seu species recognitionis,& reuerentiæ, quæ Domino præstari debet, aliàs res cadit in commissum secundùm And.de Iser.Bal.& Aluarot.in alleg.c.1.quæ fue.pri. cau.bene.amit.Gui.Papæ dec.164.alia, nu.1.& 2.subdens hanc esse veritatem iuxta dispositionem vtriusque iuris. Grat.respon. 9.nume.62. lib.1. Et an ipso iure cadat,an sententia opus sit, optimè per Card.Zab.cons.74.redemptoris. num.1. versicu. Ad primum.Idem annus an currat militi? videtur quòd non per tex.in c.1.quo temp mil.inue.pete.debe.vbi militi datur vltra annum solitum mensis,& sic miles ad petendam inuestituram habet annum,& mensem.& ibi glo.in ver & mensem,dicit illud fortè corrigi per constit.Federici,& sic idem sit in milite,quod in alijs.Tutius videtur inherere dispositioni præalleg.tex.præsertim in fauorem militis,qui & alia plu-

ra pri-

Source : BIU Cujas

ra priuilegia habet,vt etiam dicit ibi glo.quæ postea subdit, quòd si dominus post annum,& mensem vasallum militem recepit, talem quasi ingratitudinem videtur remittere. Et aduertendum est, quòd si sint plures hæredes vasalli defuncti, & pro parte possideant feudum insolidum iurare tenentur fidelitatem Domino,c.1.§ omnes filij. si de feu.contro. fue.inter domi & agna.Ang.in l.2.§. ex ijs.ff.de verb. oblig. & ibidem Aret. colum 2. in secundo nota. sed quid si vasallus infra annum,& diem non petierit inuestituram, sed postea seruitium Domino exhibuerit, vel inuestiturā post tempus petierit,& dominus concesserit, an ingratitudo remissa censeatur? Affirmatiuè respondendum est, & quòd tali casu excusetur,ad l.Celsus.vbi glo.ff.de arb.l.fi.in fi.ff.de eo quod cer.lo.glo.in c.1.quo tempo. mil. cum qua ibi Iser.Bald.Aluarot.& Præpos.ac omnes in c.1.in princ.quæ fue. pri. cau bene.amit.Iacobi.de S.Georg.in tract.feudo. in versicu. qui quidem inuestiti,colum.10.versic.sed iuxta prædicta dubitatur.Alex.cons.14.num.15.lib.2.cons.79.colum.fin.lib.1.consil.60 colum.2.vers.& non dico.lib.3.& cons.40 viso. nu.10. vol.6.Rot.233.Lauren.de Sylua.de feudi cogni.quæstio.80. Quæro, an agnatus proximior emens partem antiqui feudi teneatur infra annum,& diem inuestituram petere? Suppono, quòd talis alienario etiam sine consensu Domini valeat c.1.de alie.feu.pater.c.1.§.& si clientulus.de alie.feu. & vtro bique Docto.& Docto.in capit. Titius.si de feu. defun. fue. contro.Iacobi.de S Georg.in tract.feud.in versic.Et cum pacto de non alienando.colum.8.versic.In ista materia alienationis feudi debetis etiam scire & colum.10. versic. Ex præmissis elicio vobis.præmissam difficultatem tangit gl.in c.1. §.sed & si res.in ver.proximiori ad fi.per quos fiat inuest.quę tamen nihil determinat.Iser Aluarot.Præpos. Afflict.& alij in d.§.sed & res.distinguunt.Aut duo fratres,seu agnati fuerunt inuestiti per dominum de eorum partibus,iamq; fidelitatem præstiterant,& hoc casu frater,siue agnatus,qui alterius partem acquisiuit,tenetur petere se inuestiri de illa parte acquisita infra annum, & diem,iuxta dictum c. primum, quo tempo.miles.Idem erit secundùm prędictos,si vnus ex eis perdidit partem suam, quæ alteri obuenit, iuxta ea quæ traduntur in c.1.si vasal. feud. priue .cui defera. Aut vnus ex illis fratribus, seu agnatis nondum agnouerat portionem suam,vel eam amisit, quia fortè non petierat se inuestiri de parte sua in tempore, iuxta l.imperialem. §.præterea si quis infeudauerit.& d.c.1. quo tempo. mil. & hoc casu quoniam alter frater, siue agnatus portionem alterius habet iure accrescendi,non tenetur pro illa parte, quæ accreuit inuestituram petere,sufficit enim cum semel inuestitum fuisse de parte sua.cum idem iudicemus de augumento, quod de eo cui fit augumentum, seu principa.l.inter socerum. §.cum inter. ff.de pact.dota.l.etiam.C.de iu.dot.§.si quis autem .in Auth. de hære.& Falci.Pro præmissis vide Lauren.Syluan. in tract.

173 de feu.recogni.quæst.90.Intra dictum tempus † vasallus domini mortui hæredem adire debet, inuestituramq; petere, & fidelitatem polliceri, alioqui tāquam ingratus beneficiū amittit.est tex.clarus in cap.1.in princ.quæ fue.pri.cau.bene. amit.& in c.1.in princ.de cap.Corra.Anch. cons.6.inter consilia Calde.sub tit.de feud.incipien.An ex incuria. Grat.resp. nono,num.60.lib.1.Ioan.Bap.Ferret.cons.87.in præsenti,nu.

174 12.Quid autem † si sint plures hæredes domini defuncti an omnibus iuramentum fidelitatis præstandum sit? Videtur affirmatiuè respondendum esse per adducta supra. Itē quia non militat diuersitatis ratio, quare magis vni, quàm alteri præstetur.Et pro affirmatiua concludit Bald.in l.1. quæst.22. ff.de re.diui Communis opin. est, quòd vni tantum, quem vasallus eliget iuramentum præstabit.Aret.in alleg.l.2. §. ex ijs.in secundo not.versic.sed quæritur quid econtra,per glo. in c.primo.§.omnes filij,si de feud.contro.fue inter domi.& agna.ff.de verbo.oblig sequitur addi.ad D.meum Phil.Dec. in l.ea quæ in partes.ff.de reg.iur.Et communem affirmat,& declarat Iul.Clar.in tract.de feu.quæst.49.ver.quæro nunc.Si intra annum,& diem moriatur dominus,vel vasallus excusationi locus erit, nec tempus effluxum in cōsideratione erit, tum petendi inuestituram,tum inuestituram concedendi.illud enim ius cum persona extinguitur l.2.ff.de vsufru.Pro ijs Lauren. Syluan.de feudi recogni. q.39. & 40. Maiori etiam 14.annis currit annus & dies ad petendum inuestituram ipso iure, quanquam in integrum restituatur tanquam læsus, probatur in c.1.§.præterea.de prohi.feu.alie.per Feder. iun.l. interdum. & l.quia propter.ff. de mino. Læsio enim probatur eo ipso,quòd inuestituram in tempore non petijt d.l. intertum,quod voluit glo.in d.§.præterea. sequuntur Andr.de Iser.Bal.Aluarot.Præpos.& alij in d.§.præterea.Alex.cons.79. circa primum.colum.fi.lib.1 Iacobi.de S.Georg.in tract.feu. in ver.qui quidem inuestiti præstiterunt.colum.12.versi. sed ponamus.Moder.Taurinen.in tract.præscrip.in.sexta, & vlt. par.primæ par.princ.in 23.casu.versic. Quintò fallit. Contra verò videtur tex. in terminis in d.§. præterea, vbi expresse diffinitur,quòd maior 14 annis per incuriam,aut negligentiam differens infra annum & diem inuestituram accipere à domino transacto tempore feudum amittet, & ad dominū redit.Hæc verba intelligenda sunt cum effectu, ad l.nomen filiarum §.fi.ff.de verb.significic.Vnde omnino Lauren.Sylua. de feu.recogni.quæst.53.vbi pro ijs plenè.Annus,& dies petendi inuestituram an currat mulieri maiori 14 annis,an verò maiori 12.discutio in 14.quæst.tract.de ætate mino. An-

175 nalis possessio † vasalli sciente Domino operatur, quòd stetur eius iuramento super inuestitura per se, vel per patrem obtenta c.1.§.si autem aliquis in possessione,si de inuesti.inter do.& vasal.lis ori.& ibi Iser.Idem Isern.super hac rub.cir. medium.ibi intelligi si per annum possedit.Silentium anna

176 le præiudicat Domino scienti † quò ad redemptionem,seu reuocationem feudi alienati, quo tamen potentior est proximus agnatus,si feudum sit paternum cap.1.§.porrò. quali. olim poter.feud.aliena.& notat Bal.in ver. Annale silentium habet vim repudiationis,& refutationis.ad quod dicit facere l.facta.§.si quis bonorum. ff. ad Treb. & quod nota.in l.si ego.ff.de neg.gest.loquitur And.Tiraq.de vt.retra.§.1. gl.10.

177 ver.& hæc sententia. par. 1. Annale si tantum † excludit filium,seu proximum agnatum à reuocatione feudi.c.1.§.Titius.si de feu.contro.inter do.& agna. & ibi declarat glos. in ver.per annum.Roma.cons.22.propositæ.num.6.versi. illud tamen & cons.70.visis.colum.3.versic.Non ob.nota.Gozad. cons.39.prima colum.fi.ver.Item & sextò.Et in terminis nostris D.meus Phil.Dec.cons.395.in causa.ad fi.ver.postremò non videtur.Limito hoc procedere, quando alienatio esset facta in agnatum remotiorem, secus si in extraneum; quia tunc talis facultas durat triginta annis,glo.communiter approbata in alleg.c.1.§.Titius.in ver.per annum, quæ fue. pri. cau.bene.amit.Alex.cons.15.visis narratis.colum.fin. vol.5. dominus prealleg.cons.395.in causa.versus fi.ver.Et hoc procedit quando alienatio.Sed quæro,an sicut vasallus infra annum inuestituram non petens feudo priuatur, ita dominus cum infra annum non concedens, sed differens proprietate feudi priuari possit? Licèt Laur.Sylua de feudi recogni.q.30. opin.negatiuam defendere conetur,quædam adducēs, quę non concludunt,verior & communis opin.est pro affirmatiua,quam tenuit glo.in c.fin.in fi.per quos fiat inuest propter æqualitatem seruandam, & quod in vno statuitur pariter & in altero.iux.tex.in c.fi.de for. fide. & in c.domino committente. si de feu.fue.contro.inter domi. & agna. in c.1 quali. domi.proprie.feu.priue. Sed vasallus priuatur suo vtili dominio feudi ob talē negligentiam, ergo dominus suo directo: statutum enim in vno correlatiuorum in altero censetur inductum,glo.in c.1.in fi.in tit.hic finitur lex.ubi quòd ex omni delicto ex quo vasallus feudum amittit, pariter dominus proprietatem & glo.in c.si de forma.22 quæst.5.Aluarot.& alij in c.1.§.nulla.per quos fi.inuesti. vbi quòd petente vasallo inuestiturā si dominus illam facere recusat, priuatur proprietate feudi,per dictum c.1. in fi. de for.fideli. Guid. Papæ decis.168.sed iuxta,vbi etiam quòd omnes hanc opi.sequuntur. Verùm quia in materia feudorum regulariter quando anni terminus profertur,additur etiam dies,in alijs verò materijs communiter annus tantum exprimitur, dubitari po-

178 test,vnde diuersitas hæc,& † an termini isti inter se differāt? Ad hæc aduertit Andr. Tiraq. concludens nihil differre annus ne simpliciter statuatur,an annus, & dies;cum enim annus simpliciter dicitur, intelligitur non computato die termini,& cum annus,& dies computato die termini,& sic anno diem adijci ad summouendam illam controuersiā, vtrū dies termini cōputetur in termino.vide per eundē de vt.retra.par.1.§.1 glo.11.num.61.seq.ac præceden. An eius opin. seu distin. sit vera hic non est locus discutiendi, Ego alia distinctione vtor in illo quæsito, an dies termini computetur in termino,videlicet quòd aut sumus in materia fauorabili, aut odiosa,prout in 18.quæst.Regu.de infir. nu.7. & sequen. Annua præstatio longo tempore continuata facit præsumi debitum cōtractum l.cum de in rem verso.ff.de vsur.l.si certis annis.& ibi Alex.& Ias.C.de pact.Ludo.Roma. cons.109. in proposita.colum.2.versic.Breuiter est.glo.magna in c.peruenit.de censi.Card.in clc.eos.in 2.no.de regula. Beneficia licèt de iure communi non sint temporalia,sed perpetua.Cal de.consi.26.an in reseruationibus.post prin.de pręben.Card cons.57.ad primum.num.6.Cassa.dec.3. nu.53. & dec. 12.nu. 9.de præb.Constitui tamen potest,vt beneficium sit annale Lap.alle.9.disputatur,an si Papa beneficium annale. Fely. in

179 c.per tuas.num.4.colum.2.& 3.de maio. & obe. † Officium iudicis anno vtili durat.Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum post numerum vigesimumsecundum ff pro socio. Annale

180 est † edictum,seu interdictum vnde vi de eo quod non.peruenit

uenit ad vim inferentem, aliàs perpetuum l. ex quibus.ff.de
181 interd.l.1.§.annus.ff.de vi & vi arma.l.2.C.vnde vi.Edicti† pœ
na annalis est,si quis ius dicen.non obtem.l. vni.in fi.hoc tit.
ff.Dupli iudicium datur intra annum vtilem in eum, qui li-
ber esse iussus fuerit, si dolo eius post mortem Domini, &
ante aditam hæreditatem furtum,vel damnum in bonis hæ
reditarijs factum fuerit l. 1. in princ.ff.si quis in testa. lib. esse
182 ius.fuc.Rescissoria † vtilis restitutione habita, seu ad restitu
tionem in integrum petendam annalis est l. in honorarijs.
versic.sed cum rescissa.iun.glo.in versi.sed redditur.ff.de act.
& oblig.l.fi.C.ex qui.cau. maio. Et ideo sic loquutus sum al-
ternatiuè,vt vtramque lecturam complecteret: vt per Bart.
183 & per Bald. ibi. Actio † de calumnia ad duplum annalis est
184 l.1.in prin.& l.annus.ft.de calumnia.In† actione Aquilia cõ
sideratur quanti in anno homo plurimi fuerit l.2.in princ.&
l.ita vulneratus,versi.Nam qui prior vulnerauit.ff.ad l. Aqui.
185 Ang.Instit.co.num.7.super glo.in ver.in eo anno.Actio † in
factum contra officialem,vel eius hęredes ad duplum anno
durat l.datur.& ibi Barto.num.3.ff.ad leg.Iul.repetun. Actio
186 contra publicanum † vel eius familiam ad duplum datur
187 ad annum l.1. in pri.ff.de publica. † Actio in factũ ex edicto
de alie.iud.mutan.cau.fa.annalis est l. vel annus, sub hoc tit.
ff.& l.post venditionem.in fi.& ibi glo.fi. declarat.ff.de aqua
plu. arcen. Actio in factum contra falsum tutorem, vel qui
dolo malo curauit,vt falsus tutor daret authoritatem pupil-
lo contrahenti anno durat l.huius actionis. §.has in factum.
188 ff. quod fal.tuto. Actio † ex edicto quæ in fraudem creditо-
rum facta sunt annalis est l.fin.C.quæ in frau.cred.l.1.in prin.
ff.eo.l.ait prætor.in princ. & §:annus.ac §. hæc actio post an-
num. Actio ex dolo si possessionis causa deterior facta esse
dicetur dolo eius,qui in possessionem missus, annalis est, &
in hæredem non datur l.prætor ait.in fin.ff.de bon. autho.iu
189 di.possi. † Actio quãto minoris,competens ei,qui vitiosum
animal ignorans emit,anno finitur l.sciendum tamen .§.fin.
& l.ædiles autem.post princ.ff.de ædili.edi.l cum proponas.
in fi.C.de ædili actio.Ange.de Aret.in §.prætorem quoque,
Instit.de iu.natu.gen.& ciui. Et contractus rescinditur in to-
tum,quando agitur redhibitoria.at in parte quando quanto
minoris l.redhibere.ff. de ædili.edi. Et actor eligit quam in-
tentare velit.Intellige de prætoria quòd anno curet,non de
quanto minoris ciuili.de qua in l.2.ff.de actio.emp.quæ per-
petuò competit.Azo in sum.de ædili.edi.Nep.de Mon.Alb.
in tracta.Exceptio.colum.antepen.art.25.nu.19.versic.Item
præscriptio eadem.Bal.in l.2.quæst.2.C.de rescind.vendi.du-
plicem inquit esse quanto minoris prætoriam, duplicemq;
quanto minoris res est, vel quanto minoris empturus fuis-
set: subdit Bald. quòd ædiles solum animata considerabant,
quæ sunt fragilia,sed ius ciuile inanimata,quæ sunt maioris
durationis,quæ distinctio,& ponderatio mihi subsistere nõ
videtur,immo contra tex.in l.ex empto. §. si quis virginem.
ff.de act.emp.& ea quæ voluit Bar.in alle.l.Iulianus. in 2. dif-
feren.cuius enim quanto minoris datur,etiam pro rebus fra
190 gilibus,& corruptibilibus.† Actio deiecti,vel effusi vbi liber
homo perimitur anno terminatur l.si verò plures.§.quæ au-
tem.ff.de his qui deie.vel effu. Actio, ne vis fiat ei qui in pos.
intra annum post prohibitionem numerandum competit
l.1.§.fin.cum glo.in versi. intra annum.ff.ne vis fiat ei.Actio
191 † iniuriarum annalis est l.si non conuicij.C.de iniur.Nep.de
Monte Alba.dicto art.25.num.28.colum.antepen.de excep.
pro quo videatur Rot. dec.240. pro iniurijs, cum sua addit.
192 nou. Actio † ad interesse contra eum, qui edere tenebatur,
193 anno durat l.vlt. ff.de eden. Edictum † ne quis eum, qui in
ius vocatus est vi eximat annale est l. penul.in fin.ff.hoc titu.
Edictum,interdictum, seu actio ne vis fiat ei, qui in posses-
sionem missus est,annalis est l.1.§.seu versic.Hanc actionem.
ff.ne vis fi.ei.Edictum in eum,qui ex incendio,ruin.naufrag.
rate naue expugnata quid rapuisse,recepisse dolo malo, dã-
niue quid in his rebus dedisset in quadruplũ annale est,post
annum ad simplum l.1.in princ.ff.de incen.rui.naufra.glo.in
l. quadruplo. in l. Pomponius tractat. ff.de acqui. rer. domi.
194 Actio † quod met cau. in quadruplum annalis est, post an-
num in simplum datur l.si cum exceptione.in prin.& §.post
actionum.& Bart.in §. si quis. in fin.ff.quod met. cau. Actio
195 vi † bonorum raptorum contra hæredẽ donatoris ad qua-
druplum infra annum competit l.2.C.vi bono. rapto. Actio
196 † de peculio contra alienantem seruum cum peculio anna-
lis est l.& ancillarum.§ Et si seruus.ff.de pecu. Ias in l.cũ fun-
dus.§.seruum tuum,vbi etiam quãdo perpetuò .colum.1.ff.
si cer.pet.Idem Ias.Instit.de actio.§.Actiones autem . nu.14.
197 Mutui actio † quæ datur ei, qui studiorum, aut legationis
causa mutauerit filiofam. pro necessarijs impensis non ob-
stante senatusco.Macedoniano annalis est l. Macedoniani.
198 C.ad senatusco.Macedo. Actio † Domino competens ad
vindicandum seruum,eo ignorante ad ordinem ecclesiasti-
cum promotum annalis est. §. si seruus sciente domino, in
Authen.de sanctis.Episco.c.si seruus sciente 54.distin. Actio
199 † reuocatoria, quæ datur contra debitorem liberatum in
fraudem,annalis est l.fin.C.de reuo.his,quæ in frau.alie.sunt.
Actiones omnes populares annales sunt l.fin.ff.de popu. act.
glo.in l.2.§ hoc interdictum perpetuum.ff.ne quid in lo.pu-
200 bli.Actiones † denique prætoriæ pro maiori parte annales
sunt l in honorarijs.iun.glo.1.ff.de actio.& oblig.l.vtique.&
l.seq.in fi.ff.de libe.cau.l.pœnales,quæ est 32.versic. Honora
riæ quoque actiones.cum glo in ver.certum tempus.ff.ad l.
Falc.§.eas verò.Insti.de perpe.& tempo.actio. & ibi assigna-
tur ratio,quæ est:quia prætor anno durabat.Interdictum,ne
vis fiat ei. competens post satisdationem durat anno l.præ-
tor ait,§ fi.& ibi sic summat Pau.Castren.ff.de no.ope.nunt.
Interdictum quod vi,aut clam, anno etiam durat l.semper.
§.hoc interdictũ.ff.quod vi,aut clam l. Atteius.circa prin.ff.
de aqua plu.arcen.& glo.fin.in l.post venditionem ff.eo.Rei
pub.cã absenti reuerso annus datur agendi interdicto quod
vi,aut clam,à die reuersionis præalleg.l.semper.§.si quis Rei
pub.ff quo vi, aut clam. Amplia in facto maiorę dũ aberat.
vbi supra.Vtile hoc interdictum quod vi,aut clam, infra an-
num datur ei,ex cuius fundo vitis tracta,seu depressa in fun-
do alieno coaluit.1.radices fecit, vti illa vitis in fundũ illius
reducatur,post annum interdictum nõ competit, immo ra
dices,quæ erant in fundo priori, cedunt ei qui vitem traxit
l.fi.in prin.ff.quod vi,aut clam.Interdictum de itinere, actu-
que priuato,datur ei,qui eo hoc anno nec vi, nec clam, nec
precariò vsus est l.1.ff.de iti.actuque priua. Interdictum refi
ciendi iter,actumque datur ei, qui iter, & actum acquisiuit
per annum eundo per fundum vicini non vi,non clam, non
precariò,per quod prohibet prætor illi vim fieri, quominus
reficiat,prout sibi ius est l. vnde etiam.§. ait prætor.ff.de iti.
actuque priua.Interdictum de aqua quotidiana datur ei qui
aquam de alieno duxit per annum non vi,non clam,nõ pre
cariò,ne in futurum ducere prohibeatur,seu impediatur l.1.
ff.de aqua quoti. & esti. In quo autẽ differat hoc interdictũ
ab interdicto de aqua æstiua, habes in eadem l. 1. §. duo. &
§.deinde ait prætor.Interdictum de fonte datur ei, qui hoc
anno hausit aquam nec vi, nec clam, nec precariò seu vsus
est aqua,quo prohibet huic vim fieri quo minus vtatur. Idẽ
quò ad lacum,puteũ,vel piscinam l.vni.ff.de fonte, in princ.
Idem interdictum datur etiam volenti purgare, vel reficere
lacum,puteum,& piscinam,dummodo is non aliter vtatur,
quàm priori anno vsus est,d.l.vni. §. deinde ait prætor.ff.de
201 fonte.Et interdicta† vt plurimum annalia sunt l.1.in fi.ff.de
inter.præsertim ea quæ veniunt ex maleficio,aut non conti
net rei persecutionem.glo.fin.in d.l.1.in versi. interdictorũ,
202 versic.sinautem sunt ex maleficio.Annalis † actio si lis infra
annum contestata sit perpetuatur,& sic actio,quæ erat anna
lis non tantum anno durat vt ante,sed perpetua efficitur.gl.
in l.in honorarijs,in ver.sed redditur, versic.sed nisi lis super
ea contestatur.ff.de actio.& oblig.gl.in fi. in ver. finiendam,
ad fi.ibi.sed potest perpetuari litis cõtestatione. C. de temp.
in integ.resti.glo.fin.in l.fi.C.de dolo. Alex.in l.fi.post nume-
rum vndecimum,versic.Nam videmus quòd rescissoria du-
203 rat anno.ff.de eo per quem fac.er. Annalis † item actio per-
petuatur per oblationem precum,& rescriptionem infra an
num l.2.C.quan.libel.princi.dat.And.Tiraq.de vt.retra.§ 1.
204 glo.10.num.72.& seq.in 13.quæst.† Retractus tempus anni,
& diei ex statutis,& consuetudinibus non nullorum locorũ
Italiæ, & omnium locorum Galliæ an per litis contestatio-
nem ad alterum annum extẽdatur, an perpetuetur vide per
And.Tiraq.de vt.retra.§.1.glo.10. nume. 81.& seq. versic. &
ego quidem.quæst.13.sufficiat p rædicta cumulasse super an
nali termino,seu super annalibus casibus, quæ spero iuniori
bus non iniucunda fore:facile enim quid iura circa spatium
vnius anni statuerint inuenient.Quibus alios casus (quos ne
annum in cumulando Annalia consumam, omitto) allij ve-
rò in legendo addere poterunt.

ADRIANI PVLAEI
de rei furtiuę prohibita vsucap.

SVMMA EORVM QVAE IN HOC libello continentur. Cap. I.

BOno publico aduersus naturæ rationisq; pręcepta vsucapionem introductam esse. Ne incerta essent dominia,& vt litium esset aliquis finis.

Contraria tamen vtilitate suadente,lege duodecim tabularum vel Attinia cautum esse,ne rei furtiuè vsucapio daret.

Cap. II.

Huius Attiniæ legis duo esse capita. Prius rei furti uæ vsucapionem prohibere.

Cap.

Source : BIU Cujas

Adriani Puluæi. De rei furtiuæ prohibita vſucap.

Cap. 3. 4. 5.

Adeò vt ne bonæfidei quidē emptor vſucapiendi ius habeat.

Et vindicatus explicatusque Iuſtiniani locus.

Cap. VI.

Adeò porrò rerum furtiuarum impediri vſucapionē, vt nec ancillæ furtiuæ partus ab ipſo iure eiuſve hærede vſucapi queat.

Idem de ouium fœtu cæterisque pecudibus exiſtimandum eſſe.

Cap. VII.

Quòd autem ad bonæfidei emptorem attinet, ancillæ partum ab ouium fœtu diſtinguendum eſſe.

Partum ſiquidem apud furem vel eius hæredem conceptum à bonæfidei poſſeſſore vſucapi non poſſe.

Et explicatę l. qui vas. §. ſi ancilla. ff. de furt. & l. non ſolū. ff. de vſucap. aliter quàm ſoleat.

Cap. VIII.

Conceptum verò partum & editum apud bonæ fidei poſſeſſorem eo tempore, quo furtiuam matrem ignorat, vſucapi poſſe.

Et declaratæ conciliatæque l. 4. §. de illo. ff. de vſucap. & l. qui ob pactionem l. ſeruus. ff. pro empt.

Cap. IX.

Quòd ſi dum vſucaperet bonæfidei emptor, alienam matrem vel furtiuam eſſe cognouerit, initium vſucapionis intuendum eſſe.

Et explicata l. ſi aliena. ff. de vſucap. aliter quàm à cæteris.

Veramque eſſe Trebatij Pauliique ſententiam, ſi ea cum Pomponij diſtinctione accipiatur.

Licèt aliter vulgò interpretentur.

Cap. X.

Supradictis conſequens eſſe, partum apud bonæ fidei emptorem conceptum per publicianum iudicium peti poſſe.

Et vindicatus à quorundam temeritate Vlpiani locus in l. eum qui. §. partus. ff. de public. in rem act.

Cap. XI.

Pecorum autem fœtus, præterquam quòd vſucapi poſſunt, ſtatim ad bonæfidei emptorem pertinet.

Et vindicatus Pauli locus in l. bonæfidei. ff. de acq. rer. do.

Diuerſitatis rationem hanc eſſe, quòd pecorum fętus ſint in fructu, partus non item.

Ita tamen pecorum fœtus ſtatim ad bonæfidei emptorē pertinent, ſi eos conſumpſerit.

Et explanata l. 4. §. fructus. ff. de vſucap. aliter quàm ſoleat.

Itē vindicat' Vlpiani locus ī d. l. q vas. §. ſi ancilla. ff. de fur.

Cap. XII.

Quod de rebus furtiuis dictum eſt, idem de muliere fugitiua, eiusque partu dicendum.

Cap. 13. 14.

Poſterius legis Atiniæ caput hanc addit exceptionem, niſi res furtiua in domini poteſtatē reuerſa fuerit.

Idem eſſe, ſi lis æſtimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit, vel eius voluntate alij tradita fuerit.

Et explicata l. ſi fur. ff. de vſucap. præter aliorum opinionem.

Item conciliatę l. 4. §. tunc autem & §. ſi rem pignori. ff. de vſucap. l. cum ſit probatum. C. pro empt. l. vlt. ff. pro ſol. aliter quàm ſoleat.

Cap. XV.

Tunc autem in poteſtatem rediiſſe intelligi, cum eius poſſeſſio iuſtè auelli non poteſt.

Et explicata l. poteſtatis. §. vlt. ff. de verbor. ſignific. præter aliorum opinionem.

Cap. XVI.

Sed & illud requiri, vt dominus, & rem ſurreptam fuiſſe non ignoret, & tanquam ſuam recipiat.

Et declaratæ d. l. 4. §. tunc autem. & §. idem Labeo. l. 1. §. ſi rem. ff. depoſ.

Item l. interdum. §. ſi res & §. cum autem. ff. de fur. & d. l. 4. §. Labeo quoque.

Cap. XVII.

In re pupilli ſufficere, ſi tutor ſciat rem in domum pupilli rediiſſe.

Non tamen propterea id ei conſequens eſſe, rem pupilli vſucapi poſſe.

Et enucleatæ l. 2. ff. de eo qui pro tuto. l. apud Celſum. §. ſi quis nō tutor. ff. de except. doli. l. 2. §. ſi a pupillo. ff. pro emp. aliter quàm ſoleat.

Item vindicatus Pauli locus in l. eum qui. ff. de public. in rem act.

Cap. I.

QVanquam iure naturæ hoc æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem, l. iure naturæ ff. de reg. iur. l. nam hoc natura. ff. de cond ind. atque ideo naturali æquitati conuenire poſſe non videtur, vt quod ſemel iam noſtrum factum eſt, id alius prolixitate temporis ſibi vſu abſque facto noſtro acquirere poſſit: bono tamen publico introductum eſt, vt qui bonafide ab eo, qui dominus non erat, cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit, vel ex donatione, aliaue quauis iuſta cauſa acceperit, is eam rem, ſi mobilis eſt per triēnium, ſi immobilis per longi temporis poſſeſſionem (ideſt inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiat. §. 1. de vſucap. in Inſtit. quo ſcilicet rerum ſuarum domini diligentiores reddantur, quòd ſe videant paucorum annorum negligentia proprietatem earum amiſſuros: & ne quarundam rerū diu & ferè ſemper incerta dominia eſſent, & ita earum cultura à poſſeſſoribus quoque, verentibus ne quandoque veri domini eas vindicent, negligatur l. 1. ff. de vſuca. Theop. in princip. tit. de vſucap. in Inſtit. Cui conuenienter Neratius ſcribit, vſucapionem conceſſam eſſe ac conſtitutam, vt aliquis litium finis eſſet: l. vlt. ff. pro ſuo. vt & ante eum meritò Cicero eam eſſe interpretatus ſit, finem ſolicitudinis ac periculi litium. In orat. pro Cecinna. Sed aliquādo etiam ſi maximè quis bonafide rem poſſederit, non tamen illi vſucapio vllo tempore procedit. §. ſed aliquando de vſucap. Inſtit. Veteres enim prudentes in vſucapione conſtituenda animaduerterunt vtilitatem ſuadere, vt quarundam rerum denegaretur, inhibereturque vſucapio, veluti liberi hominis, rei ſacræ, ſanctæ, vel religioſæ. Hinc etiam M. Tullius lib. 1. de legibus. ait, in controuerſia de finibus, vſucapionem 12. tabulas intra quinque pedes eſſe noluiſſe, vt circumuerti aratrū facto eatenus ſulco valeret: & lib 2. idem refert, eaſdem leges 12. tabularum forum buſtumve vſucapi vetuiſſe. Furtiuę quoque res, & quæ vi poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore bonafide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt. Nam furtiuarum rerum lex 12. tabularum & lex Atinia inhibent vſucapionem, vi poſſeſſarum lex Iulia & Plautia. §. furtiuæ quoque res. de vſucap. in Inſtit.

Cap. II.

Huius autem legis Atiniæ, de qua in hoc libello dicere inſtituimus, quis fuerit author, & quo tempore lata, non ſatis conſtat. Illud verò palam eſt, eius duo capita fuiſſe. Prius quod ex lege 12. tabularum repetitum eſt, in hæc verba apud Aulium Gellium lib. 17. c. 7. conceptum legitur. Quod ſurreptum erit eius rei æterna authoritas eſto, hoc eſt, nulla temporis præſcriptione vtatur rei furtiuæ poſſeſſor aduerſus dominum rem ſuam condicere volentem. Quæ lex magnam habet in ſe æquitatem. Nam à ratione valdè alienum eſſet, furis delictum ab alienandi cauſam præbere, præſertim cum odio furum acria & ſeuera iudicia de furtis habita ſint apud veteres, vt eſt apud eundem Gellium ex Labone, lib. 7. ca. 15. & furtum ſicuti adulterium natura turpe prohibitumque ſit: l. probrum. ff. de verbo. ſignific. §. 1. de furt. in Inſtit. quod ne in oſculo quidem tuliſſet Draco Athenienſis, nec in bubulo ſtercore Solon, ex quo illa ἡ τοῦ βολίτου δίκη. Sed & apud Germanos pœnam legibus in eos ſtatutū fuiſſe, qui rem furtiuam vel emiſſent, vel commendatam ſuſcepiſſent, memoriæ proditum extat.

Cap. III.

Sed quod dictum eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitā eſſe, non eò pertinet, ne ipſe fur, quiue per vim poſſidet, vſucapere poſſit (nam his alia ratione vſucapio non competit, quia ſcilicet malafide poſſident) ſed ne vllus alius, quamuis ab eis bonafide emerit, vel ex alia iuſta cauſa acceperit, vſucapiendi ius habeat. §. quod autem. de vſucap. in Inſtit. Vbi enim lex inhibet vſucapionem, bonafides poſſidenti nihil prodeſt, ad hoc vt inchoari poſſit vſucapio. l. vbi lex. ff. de vſucap. l. qui fundum. ff. de fund. dot. Vnde in rebus mobilibus nō facilè procedit, vt bonæfidei poſſeſſoribus vſucapio competat. Nam qui ſciens alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit, d. §. quod autē. potiſſimum ſi contrectet, vel apud ſe detineat. l. alienam. C. de furt. Quòd autem ad eas res, inquit Iuſtinianus, quæ ſolo continentur expedit, ius ita procedit, vt ſi quis locis vacantis poſſeſſionem, propter abſentiam aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe malafide poſſideat, quia intelligit ſe alienum occupaſſe, tamen ſi alij bonafide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione res acquiri, quia neque furtiuum neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam veterum ſententia exiſtimantium, etiam fundi locive furtū

fieri:

Source : BIU Cujas

fieri: & eorum vtilitati, qui res soli possident principalibus cõstitutionibus prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri. [d. §. quod autem.l.virum est 25.ff.de fur.] Vbi quidam Iustiniani contextum, vt & pleraque alia temerè peruertunt, sicq; legendum cẽsent. Quòd aũt ad eas res quæ solo cõtinentur, expeditius procedit &c. aptatis duabus voculis (expedit ius) & reiecta particula (ita) hac rõne moti, ꝙ existiment, expeditius sine vi nanciscì quem rei immobilis possessionem, quàm rei mobilis sine furto. Quod ꝙ aptè ac consentaneè ab illis factum dictùmve sit, aliorum sit iudicium, nobis non ita videtur. Si qui tñ eam lectionẽ recipiendam esse putabunt, hæc non erit ab ijs constituenda rõ, quæ ab illis lectionis suæ confirmandæ causa excogitata est, sed hoc sensisse Iustinianum probabilius erit, aliquando nẽpè à veteribus dubitatum fuisse, vt est apud Gellium ex Sabino, an is qui bonafide, ab eo qui malafide, sine vi tamen, rem alienam soli possidebat & acceperat, vsucapere posset. Qua quidem in re quæstionem mouebat, ꝙ hæc clandestina possessio à clandestino furto, cuius vitio semel affecta res non vsucapitur, differre nõ videretur: expeditius tamẽ nunc procedere, vt vsucapio competat. Abolita est enim quorundam veterum sentẽtia existimantium etiam fundi locive furtum fieri. Ideoq; eorum nomine vsucapio non impeditur. Cuius diuersitatis ea à Fran. Connano affertur ratio, ne inuitentur homines ad latrocinia & alienorum bonorum direptiones, si quod furto subtraxerint alijs alienatum & venditum præscribetur: deinde ꝙ nulla negligentia assignari potest dominis, qui inuiti rem suam amiserunt, & vt solicitè quærant, nõ queant inuenire. Sed & nulla potest esse tanta dominorum in rebus suis assiduitas & diligentia, vt non in eas plerunque furum manus perueniat, quæ ratio & in rebus raptis, aut fundis vi possessis locum habet: in clandestina fundi possessione non itẽ. Est enim quod imputetur domino, qui tandiu agrũ suum neglexit, quem amittere non potest, quin quoties voluerit ad ipsum adeat, & si inde repellatur, vocet in ius eum, qui iniquè detinet alienum. Neque hoc argumento vti licèt etiam violento possessori. Nam si timore tui perculsus cessi fundo meo, eodem timore fieri potest, vt nõ ausim te de eo appellare ad iudicem, sic de metu argui fortasse possim, de negligentia verò nullo modo. At lex non audaciam in dominis, sed sedulitatem requirit. hactenus ille. [lib.3.c.16.] Sed illud hoc loco obseruandum est, Iustinianum hoc ius immutasse, & idẽ in eo qui bonafide accepit à malafide possidẽte ꝓstituisse, qđ in ipso malæfidei possessore, vt in vtroq; 30. an. spatiũ reqrat, pʃertim si dñs est ignarus. Eius verba sunt hæc. *εἰ ἀγνοεῖ ὁ ἀληθὴς τῶν πραγμάτων δεσπότης, καὶ ὅτι τὰ πράγματα αὐτῷ πρόσηκεν, καὶ ὅτι γέγονεν ἡ ἐκποίησις κελεύομεν μὴ ἄλλως τοῦτον ἀποκλύεσθαι, πλὴν εἰ μὴ διὰ τῆς παραγραφῆς τῆς πεντηκονταετίας. μὴ δυναμένου λέγειν τοῦτα πράγματα τοῦτῳ τῷ τρόπῳ νεμομένου, ὅτι αὐτὸς καλῇ πίσει νέμεται, ὅτε παρὰ τοῦ καλῇ πίσει νεμηθέντος ταῦτα ἐκομίσατο.* [Nouell.119.

Cap. IIII.

Adeò autem verum est rei furtiuę prohibitam esse vsucapionem, vt & si ex lana furtiua vestimentum feceris, substantiam ipsam spectare debeamus, & ideo vestis furtiua sit, nec vsucapi queat, [d.l.4.§.si ex lana.] quamuis qđ ex re furtiua redigitur, veluti trumus ex eius pretio, furtiuũ non sit [l.qui vas.§.vlt.ff.de fur.] nec rei ex aliena materia cõfectæ is dominus remaneat qui antea materiæ dominus fuerat, nisi ea res ad priorem materiam reduci potuerit, vel nisi artifex, alienam esse materiam sciuerit. [§.cum ea aliena.de rer.diuis.in Instit.l.de eo.§.si quis ex vuis.ff.ad exhib.] Adeo similiter verum est rerum vi possessarum vsucapionem non competere, vt etiam si malafide fundum me possidentem vi deieceris & vendideris, ei locus non sit. Verum est enim vi possessum esse, licèt nõ à domino. Idem dicendum in eo qui vi expulerit eum qui pro hærede possidebat, quamuis sciat esse hæreditarium. [d.l.4.§.si tu vi.] Sed meminisse debemus, hæc duo necessaria esse ad hoc, vt rerum vi possessarum impediatur vsucapio, vt quis de possessione sua deturbatus eiectusve sit, & vt is qui vim intulit earum aliquando possessor fuerit: alioqui si tu vi me expuleris de fundi possessione, nec apprehenderis possessionem, sed Titius in vacuã possessionem intrauerit, poterit longo tempore capi res. Quamuis enim interdictum vnde vi locum habeat, quia verum est me vi deiectum, non tamen verum est & vi possessum esse. [d.§.si tu vi.] Lex verò Iulia & Plautia ea demùm vetuit longa possessione capi, quæ vi possessa fuissent, non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset. [l.non solum.§.si dominus.ff.de vsucap.]

Cap. V.

Cæterùm licèt is qui alienam hæreditatem expilat, improbior fur esse dicatur, [l. si te. C. ex quibus causs. infa.] quia tamen propriè eius rei furtum non fit, quæ sine domino est, rei hæreditariæ furtum fieri non dicetur. [l. 1.§. Scęuola.ff.si quis test.liber.l. hæreditariæ.ff.de fur.l.2.l.vlt.ff.de crimine expi.hæred.] Hæreditatis.n.iacentis nullus possessor est, cui furtum fieri possit. Ideoque vsucapio non impedietur, nisi fortè eam rem pignori dederat defunctus, aut commodauerat, aut in qua vsusfructus alienus est. His enim casibus putabat Iulianus hæreditariarum rerũ fieri furtum, & vsucapionem impediri, idcircoque hæredi quoque actionem furti competere posse. [l.aut in qua his casibus.ff.de fur. l. si homo.ff. de vsucap.] Tignum porrò licèt furtiuum, ædibus vinciſve iunctum, lex 12. tabularum neq; soluere permittit, neque vindicare, quod prudenter lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vineaꝝ cultura turbetur. [l.1.ff.de tigno iniuncto. Festus libro 18. de verb.significa.] Aedificio verò dissoluto vindicanti tignum nulla longi temporis præscriptio obijci potest, non ea sola ratione: quia furtiuum sit, tametsi ea sufficeret, sed & quòd si furtiuum non esset, vsucapi tamen non posset, quòd nulla sine possessione vsucapio procedat: at verò tignum possedisse non intelligitur, qui ædes possedit. [l.eum qui ædes.ff. de vsucap.l.qui vniuersas.ff.de acq.poss.

Cap. VI.

Sed de illo inter nostros iureconsultos ingens controuersia, necdum planè sedata, extitit, an ancillæ furtiuæ partus vsucaperetur. Cuius articuli decisio ex eo omnis dependet, an partus sitne furtiuus (de quo etiam inter principes ciuitatis P.Scęuolam, M.Manlium disceptatum fuisse, ab iisque M. Brutum dissensisse testatur Cicero. [lib. primo de finibus.] Namque si furtiuus est, minimè vsucapietur, ne à bonæfidei quidem emptore, nedum à fure eiusve hærede. Quòd si in furti vitium non cęciderit, vsucapio locum habebit. Quod vt ita esse intelligatur, propositis à iureconsultis exemplis, id latius nobis explicandum est ac illustrandum. Atque illud in primis multum referre opinandum est, vtrũ de fure eiusve hærede agatur, an verò de bonæfidei emptore aliòve possessore. Nam quòd ad ipsum furem attinet, nulla dubitatio est, eum vsucapere non posse. Sed nec hæres, ait Paulus, qui in ius defuncti succedit, licèt apud eum ignorantem ancillam furtiuam esse, conceperit ea & pepererit, vsucapiet, quod defunctus non potuit. Nec enim ignoratione sua, ut est apud Papinianum, defuncti vitia excludit. [l.4.§. hæres.ff.de vsucap.l.cum hæres.ff.de diuers. & tempo.præs.] quamuis actione furti minimè teneantur successores. Hinc rectè Vlpianus lib.16.ad ed. scribit, hæredi furi publicianam non competere, quia vitiorum defuncti successor est. [l. si ego. §.partus.ff.de public.in rem act.] Idem & in pecorum fœtu obseruandum est quod in partu. Nam & lana omnium furtiuarum, si quidem apud furem detonsa est, vsucapi non potest.

Cap. VII.

Quòd si de bonæfidei emptore quęratur, mulieris seu ancillæ partus à pecorum fœtu distinguendus est. Ratio autem postulare videtur, vt priore loco de ipso mulieris partu videamus, deinde de pecorum fœtu. Quòd igitur ad ancillæ furtiuæ partum attinet, Vlpianus eodem libro decimosexto.ad ed.Scęuolæ sententiam refert existimantis aduersus Marcellum, etiam si ancilla apud furem conceperit, uel apud furis hæredem, vsucapi ab hærede distractum partum posse, nec enim esse partum rei furtiuæ partem. Cæterùm si esset pars, nec si apud bonæfidei emptorem peperisset, vsucapi posse. [l.si aliena § vlt.ff.de vsucap.l. partum.ff.de verbo.significa.] Verùm hæc Scęuolæ sententia cæteris iuris authoribus, ne Vlpiano quidem ipsi, minimè probatur: Quinimo si ancilla furripiatur prægnans, ut idem lib.quarto decimosecundo. ad Sabinum notat, uel apud furem conceperit, partus furtiuus est, siue apud furem edatur, siue apud bonæfidei possessorem. [l.qui uas.§ si ancilla.ff.de furt.l. ancillæ. C.ill.titu.] atque ideo non usucapietur Iuliano authore, [l.penult ff. de statu hom.] nec ab ipso hærede; quia vt modò dicebamus, vitiorum defuncti successor est, nec ab ipso bonæfidei emptore, quoniam conceptus apud hæredem quamlibet ancillam furtiuam ignorantem, rei furtiuæ portio haud dubiè fuit. Partus enim antequam edatur, mulieris portio est, uel uiscerum. [l.prima.§.hoc rescripto.ff.de inspic. ventre.] At susceptа semel furti macula non prius deleri potest, quàm ea res furti uitio affecta ad dominum redierit, vt postea nos suo loco demonstrabimus. Ex quo apparet non bene Marcellum à Scęuola reprehensum, licèt eruditi quidam uiri aliter sentiant.

Source : BIU Cujas

Adriani Puluæi. De rei furtiuæ prohibita vſucap.

Cap. VIII.

Quinautem ſi ancillam furtiuam emiſti bonafide quod ex ea natum & apud te conceptum eſt, vſucapere poſſis dubitandũ nõ eſt. [l.2.ff.pro ſuo.] Non enim eſt furtiuum, [d.§.ſi ancilla.] nec rei furtiuæ portio. Itaque cum vitioſum eius poſſeſſionis initium non fuerit, meritò receptum eſt, ut tanquã ſeparatum quid à matre in eo ius vſucapionis competat: Nec ſolùm (Iulianus lib. 44. ff.ſcribit) bonæfidei emptores, ſed & omnes qui poſſident ex ea cauſa quam vſucapio ſequi ſolet, partum ancillæ furtiuæ vſu ſuũ faciunt, idq; ratione iuris introductum arbitror. Nam ex qua cauſa quis ancillam vſucaperet, niſi lex 12.tabularum vel Atinia obſtaret, ex ea cauſa neceſſe eſt partum vſucapi, ſi apud eum conceptus & editus eo tempore fuerit quo furtiuam eſſe matrem eius ignorabat. [l. non ſolum.ff. de vſucap.] Hęc Iulianus, cuius ſententia ab Vlpiano expreſſa eſt lib.16.ad ed. [l.ſi ego.§.partus.ff.de public.in rem act.] & à Paulo lib.54.ad ed.confirmata. De illo, inquit, quæritur ſi ſeruus meus ancillam quam furripuit pro libertate ſua mihi dederit, an partum apud me conceptũ vſucapere poſſim? Sabinus & Caſſius non putant; quia poſſeſſio quam ſeruus vitioſè nactus eſt domino noceat. & hoc verum eſt, [d.l.4.§. de illo.] partum nempè vſucapi non poſſe, non ea demum ratione, ꝙ vitioſa poſſeſſio ſerui dño noceat, vt illi voluerũt. Nocet enim ſemper, ſiue ex peculio, ſiue extra peculiũ mala fide ſeruus poſſidere cęperit: [l.2.§.procuratorẽ.ff.pro emp.] Nam & Celſus ait. Si quod non bonafide ſeruus meus emerit in pactionem libertatis mihi dederit, non ideo me magis vſucapturum, durare enim primam cauſam poſſeſſionis. [d. l.2.§.ſi ſeruum.] Verum enimuero apud Sab. & Caſſ. partus nullam poſſeſſionem nactus eſt ſeruus. Ideoq; non vſucapi eum opinandum eſt; quia antequam editus eſſet, dominus furtiuam matrem eſſe cognouit. Quod vt ita exiſtimare debeamus, quę ſequuntur in eo Pauli loco exempla demonſtrant. Nam cum idem Sab. & Caſſ. ſi vt ſeruum meum manumitterem, alius mihi furtiuam ancillam dederit, eaque apud me conceperit & pepererit, vſu me non capturum putaſſent, idemque fore ſi quis eam mecum permutaſſet; aut in ſolutum dediſſet, item ſi donaſſet, Paulus notauit, ſi antequam pariat alienam eſſe ſcierit emptor, diximus (cum ſuperiorem Sabini & Caſſij ſententiam, quam veram eſſe dixit, latius fortè ac fuſius explicuiſſet, quàm à compilatoribus noſtris ex eo relatum eſt) non poſſe eum vſucapere, quòd ſi neſcierit poſſe. Secundùm quam diſtinctionem ſumendũ eſt, quod Iulianus in hac ipſa ſpecie lib. 3. ad Vrſeium ferocem, & lib.2.ad Minutium reſpondit, hunc dominum quaſi emptorem partum vſucapere poſſe, quoniam à ſeruo acceptã pro libertate ancillam furtiuam eſſe, ſaltem ante editum partum, non cognouit. Idcirco autem quaſi emptor hic dominus vſucapit; quia res ei abeſt, inquit Iulianus, pro hac mulie re, & genere quodammodò venditio inter ſeruum & dominum contracta eſt, [l.qui ob pactionem l.ſeruus.ff.pro emp.] id eſt, accepta à ſeruo ancilla dominium quod in eo habebat à ſe abalienauit, eſtq; ſpecies quædam venditionis inter ſeruum & dominum contracta (ex qua tanquam ritè ac probe facta poſſidet, non autem ex ea poſſeſſione, quam ſeruus in ancilla tantummodo habuit) ſi generaliter & latiore ſignificatione venditionis vocabulum accipiamus, vt nõ tantùm pretium pro re detur, diſtinguaturq; merx à pretio, ſed vterq; emptoris loco ſit, vt in permutatione, quæ vt Ariſto. ait vicina eſt emptioni. [l.1.& 2.ff.de re.permu.] Lege enim 13.tabularum emptionis venditionisq; verbum ad omnem alienationem porrigebatur, vt nos in libro ſingulari de prohibita rerum alienatione oſtendimus.

Cap. IX.

Quòd ſi iam cum partum vſucaperet dñs cognouerit alienam eſſe matrẽ, initium vſucapionis intueri debemus, ſicut in emptis rebus placuit. [d.§.de illo.] Quarum quidem rerum non interrumpitur vſucapio, ſi quo tpe cę traduntur emptor putet vendentis eſſe, deinde alienas eſſe cognouerit. [d.l. bonæfidei.§.in contrarium l.alienam.ff. pro emp.] Initium enim tantummodo poſſeſſionis ſpectandum eſt, vſque adeo vt nonnunquam eueniat, vt non initiũ præſentis poſſeſſionis, ſed cauſam antiquiorem traditionis, quæ bonamfidem habuit inſpicianus: veluti circa partum eius mulieris, quam bonafide cępi poſſidere. Nõ enim ideo minus mihi capietur vſu puer, quòd alienam matrem, non tñ furtiuam, priuſquam eniteretur, eſſe cognoui. [l pen.§.& ſi poſſeſſionis.ff.de vſucap.] Sed hic obiter monendi ſumus, non traditionis ſolummodo tempore bonamfidem exigi in rebus emptis, vt vſucapioni locus ſit, ſed etiam ipſius contractus. [l.2.ff.pro emp.l.eum qui.§.vlt.de public.in rem act.] Quamuis Sabini & Caſſij ſententia obtinuerit, traditionis tantùm initium cõſiderandum eſſe, ad hoc vt vſucapio currat, Vlpiano authore in l. ſi aliena.ff.de vſucap. cuius capitis interpretationem de fæce, vt dicitur, quidam hauriens, quid in eo quæreretur non animaduertit, neque intelligere potuit vir, tametſi ſuo iudicio valdè acutus, aliud eſſe in vſucapione bonamfidem exigi vtroque tempore, & venditionis, & traditionis, aliud eam currere à tempore traditionis tantùm, vt ex dicto Vlpiani capite, alijsq; per multis ex locis facilè vel mediocriter in iure verſati deprehendere poſſunt, & idoneo magis in loco à nobis fortè dicẽt. Quare vt ad Paulum noſtrum reuertamur, id ex eius ad Sabinum nota rectè percipietur, rei furtiuæ partus cœptam ſemel vſucapionem non interrumpi, ſi emptor alienam vel etiam furtiuam matrem eſſe poſtea reſciuerit. Id quod Trebatij quoque authoritate cõfirmatur, vt Pomp.lib.32.ad Sabinum notat, his verbis, ſi ancillam furtiuam emiſti bonafide, quod ex ea natum & apud te conceptum eſt ita poſſediſti, vt intra conſtitutum vſucapionis tempus cognoſceres matrem eius furtiuam eſſe, Trebatius omnimodò putat, quod ita poſſeſſum eſſet vſucaptum eſſe. Quæ Trebatij Pauliąue ſententia veriſſima mihi videtur, ſi cum Pomponij diſtinctione, quam ipſe ad Trebatium addit, accipiatur. Ego ſic puto diſtinguẽdum, inquit ille, vt ſi neſcieris intra ſtatutum vſucapionis tempus cuius id mancipium eſſet: aut ſi ſcieris, neque potueris certiorem dominum facere: aut ſi potueris quoque & feceris certiorẽ, vſucapias. [l.4.ff.pro ſuo.] ſin verò cum ſcires & poſſes, non feceris certiorem, contra ſit. Tum enim clam poſſediſſe videberis, neque idem & pro ſuo & clam poſſideri poteſt. Etenim pro ſuo poſſidere quis non poteſt, niſi probabili ſaltem errore vel tolerabili ignorantia ſe ſuum poſſidere exiſtimet, & ex ea cauſa ex qua dominium transfertur. [l.1.2. & vlt.ff. pro ſuo.] Clam verò poſſidere eum dicimus, quia malafide ac furtiuè ingreſſus eſt in poſſeſſionem, eo ignorante quem ſibi cõtrouerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret timebat. Sed & odio furum in propoſita ſpecie clã incipere poſſidere eum dicimus, qui furtiuè matris partum poſſidens, cuius ad mancipium eſſet cognouit, nec eum certiorem fecit, licèt aliàs non ratio obtinendæ poſſeſſionis, ſed origo nanciſcendæ exquirenda ſit. [l.clam poſſidere.ff.de acquir. poſſ. d.l.ſi ancillam.

Cap. X.

Supra dictis conſequens eſt, vt partus ancillæ furtiuæ, qui apud bonæfidei emptorem conceptus eſt, p publicianum iudicium peti poſsit, etiam ſi ab eo qui emit poſſeſſus non ſit. Nam & publiciana ei datur qui vſucapere poteſt. Item & ſi ex partu partus eſt, & ſi non natus, ſed poſt mortem matris execto ventre eius extractus eſt. [dicto §. partus l.traditionem.ff.de public.in rem.] Interdum tamen, inquit Vlpianus, licèt furtiua mater diſtracta non ſit, ſed donata ignoranti mihi, & ea apud me conceperit & pepererit, competit mihi in partu publiciana, vt Iulianus ait, ſi modò eo tempore, quo experiar furtiuam matrem ignorem. Quo in loco deprauatores noſtri legendum præcipiunt (tempore quo & pariat) quod Iulianus editionis tempus duntaxat deſideret. [dicta lege non ſolum.] Quod vſquequaque verum non eſſe oſtendimus, & ex dicta Pomponij diſtinctione ſatis intelligi poteſt, in eo præſertim caſu, cum emptor cœpta vſucapione cuius mancipium eſſet reſciuit, nec dominum cum poſſet certiorem fecit. Tum enim interrumpi vſucapionem manifeſtum eſt. Ex quo concludendum eſt, interrupta ea vſucapione actioni publicianæ locum non eſſe. Nam eam ei demum competere diximus qui vſucapit, & quamuis in publiciano iudicio eo tempore quo agitur bonamfidem non deſiderari certum ſit, [l.eum qui. §. penult. & vlt.ff.de public.in rem actio.] hoc tamen negari non poteſt, id in ea actione ſpectari, vt res de qua agitur vſucapi queat, & id à nobis probatum eſt. At non procedit quamlibet bonafide cœpta ſemul rei furtiuæ partus vſucapio, ſi poſtea cuius ſit mancipium cognouerimus, nec eum certiorem fecerimus. Vellem autem vt qui iuris noſtri authoribus (vt Epicurum Democrito refert Cicero) adijciunt, non perpauca vt ille, ſed omnia ferè mutantes, ſed ita vt ea quæ corrigere volunt mihi quidem deprauare videantur, interpretationem potius receptam tolerabilemque lectionem iuuarent, quàm eam perire ſinerent, nedum ipſi deprauarent ac corrumperent. Eſt enim temeritatis vel potius ignorantiæ, efficiundi gratia quod velis, bonorum authorum ſcriptis vel detrahere, vel infarcire. Quod deprauandi vitium quamuis in eo reprehendendum minimèque ferendum ſit, qui interpretandi munus ſuſcepit, contemni tamen ab ijs poſſet, qui verum inuenire magis quàm tanquam aduerſarium aliquem conuincere videri volunt, niſi ſi incautæ ac imperitæ multitudini magna cum Reipub. iactura imponeret,

Source : BIU Cujas

poneret, eosq; etiam ad pugnam reuocaret, à quibus se turpiter magna in doctissimorum hominum corona victum superatumq; fuisse inficiari non potest. Sed quid vetat rem, vti ea gesta est, obiter narrare atque exponere, vt hoc exemplo id genus homines modestiam discere velint? Cum vt in Franc. Balduyni locum Tolosanus quidam Doctor sufficeretur, disputationem à magistratibus quodammodò coactus instituisset, neque tribus aut quatuor obiectis resistere potuisset, se tandem à G. Aboto captum iri ac perditum sensit, si in eum disputationis campum de concursu actionis præscriptis verbis cum alijs actionibus ingrederetur, in quem se cundum propositam à se thesim inuitus trahebatur. Itaque eius rei metu perculsos, puerorum more à quibus prælectiones minacius exiguntur se capite dolere finxit, inque Franc. Duarenum conuersus cum horam tantummodo aut sesquihoram ad summum disputasset, placet, mi Duarene, inquit, vt huic disputationi finem imponam? atque ita è suggesto descendit. Qua disputatione sic omissa, alij atque alij sermones per vrbem dispersi ferebantur, dicētibus plerisque quod ab eo factum esset, id ne ferendum quidem esse in his quos olim dupondios vocabant· benè autem cum eo actum esse, quòd quouis modo effecisset, ne cum Aboto cominus congrederetur. Quæ & alia pleraque de se dici ab amicis admonitus, tanquam non suæ potius ignorantiæ culpæ id adscribendum esset, grauem sibi ab Aboto illatam fuisse iniuriam arbitrabatur. Qua in sententia eum vehementer confirmauit, quæ mox subsecuta est eiusdem Aboti disputatio, quam tanto omnium cum applausu, & admiratione aliquot dies, vsque donec sese nemo ei disputaturus offerret, produxit, vt si liberum eligendi quem maximè idoneum putarent, an tecessoribus arbitrium relinqueretur, hi se eum longè anteposituros esse apertè palamque dicerent. Neque verò ab his solummodò id de eo iudicium fiebat, sed etiam a magistratibus, iuris studiosis, cęterisque ciuitatis ordinibus. Ea res ignorantiæ sibi conscij animum adeò exulcerauit, vt dignitatis eius disputatiois labefactandæ iniuriæque vlciscendæ causa, versificatores quosdam, primum excitauerit, qui Doctorem magnum, laudibus in cœlum efferrent, Abotum verò in contemptionem adducerentur: Quinetiam Fran. Duareno, quem vt alterum parentem reuereri, eiusque authoritate ac consilio niti debebant, maleuolentissimè obtrectarent, quòd in eius Doctoris fauorem qui Tolosa patria sua relicta Biturigas venire dignatus erat, vniuersitatis solennia immutari non pateretur argumento l. ad bestias. ff. de pęnis. Deinde ipse post principia stans libris editis (quod gloriosum sanè putat) conquerendum sibi de Aboto putauit, q̄ in ea disputatione temeritatis suæ, in deprauando Vlpiani loco de publicis prætorisue seruis, ad stipulatorem eum non habuerit. Qua de re nō est quod aliquid dicam. Probè enim scio eum satis graues pœnas eius temeritatis daturum, si fortè eius rapsodiæ in Aboti manus inciderint. Quare illuc vnde diuertimus nobis redeundum est, & ad gregum pecorumque partus veniendum.

Cap. II.

Quod de mulieris partu diximus idem & de pecorum fœtu iudicandum est, vt apud furem vel eius heredem conceptus à quoquam vsucapi nequeat, ne si quidē apud bonæfidei emptorem editus fuerit. Etenim semper improbæ conceptionis vitium impedimento est vsucapioni, quòd ea rei furtiuæ partem efficiat. Malè igitur Marcellus, existimans si bos apud furem conceperit, vel apud furis hæredem, vsucapi ab hærede distractum iuuencum non posse, à Scæuola reprehensus est, vt & nos supra in partu demonstrauimus: tametsi alijs aliter videatur. At si pecorum fętus apud furem eiusve hæredem nec concepti, nec editi fuerint, sed apud bonæfidei emptorem, aliud dicendum erit. Nam ouium fœtus, ait Paulus, sunt in fructu, & ideo ad bonæfidei emptorem pertinent, etiam si prægnantes venierint, vel surreptæ sint. [l. bonæfidei. ff. de acquir. rer. do.] vbi quidam apud Paulum ita legunt, etiam si prægnantes venierint, quę surreptæ sunt, speciosè quidem illi, melior tamen mihi videtur Florentina receptaq;, lectio, & ad id quod volebat Paulus accommodatior, hoc modo, cum fructus bonæfidei emptori acquiri ostendisset, siue aliena res esset, quæ tamen vsucapi posset, siue eiusmodi, cuius propter vitium nulla esset vsucapio, vt est furtiua, dubitari poterat, an idem de ouium fœtu iudicandum esset. Quæstionem faciebat, quòd partus ancillæ bonæfidei emptoris non fieret, si prægnantem eam emisset, vel furtiua esset: diuersa tamen fœtus ratio est. Est enim in fructu: itaque statim ad bonæfidei emptorem pertinet, nec vsucapere necesse habet (in quo ab ancillæ partu differre manifestum est) etiam si oues prægnantes venierint citra furti vitium, vel etiam furtiuæ sint, dummodò tamen, vt dictum est, apud furem eiusue hæredem non conceperint. Et sanè quin lac suum faciat bonæfidei emptor, quamuis oues plenis vberibus vænierint, dubitari non potest. Idemque in lana iuris est, vt apud bonæfidei emptorem detunsa vsucapi non debeat, sed statim eius fiat. [d. l. bonæfidei d. §. Lana.] Quod tamen dicimus ouium furtiuarum fœtus apud bonæfidei emptorem conceptos & editos eius statim fieri, nec vsucapi debere, ita secundùm Pauli sententiā accipiendum est, vt consumptione solummodò eius fiant, nec ad eorum restitutionem compellatur. [d. §. Lana.] Nam si nondum consumpti sunt, eos restituere cogendus erit, nisi vsuceperit. Certum est enim bonæfidei emptores extantes fructus solere restituere, post litis autem contestationē vniuersos. [l. certum. C. de rei vindic.] Idem in lana apud eum detonsa, vt eius statim fiat, nec vsucapere necesse habeat, si eam consumere voluerit: & ita putat Franc. Connanus, vir synceri & subtilis iudicij. Quo etiam sensu aduersus Accursium interpretatur, quod ideſt Paulus tradit, fructus, & partus ancillarum, & fœtus pecorum, si defuncti non fuerint, vsucapi posse, [d. l. 4. §. fructus.] id est, vt ille vult, si mortui & consumpti non fuerint. Sed ego de rebus furtiuis eo in loco agi, lubens non admiserim. Quare magis esse puto, vt ea Pauli verba interpretemur in hærede vsucapiente fructus, partus ancillarum, fœtus pecorum, si defuncti non fuerint, puta quia defunctus ancillarum, pecora, aliàsve res quarum ij sunt fructus pignori commodato, in causam depositi, vel alio quouis modo acceperat. Nam vt Pomp. refert, plerique putauerunt, si hæres sim, & putem rem aliquam ex hæreditate esse, quæ non sit, posse me vsucapere. [l. pleriq̄ue. ff. pro hærede.] Idem quoque Paulus eodem libro inquit, itē quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus: veluti partum hæreditariæ aut emptæ ancillæ pro nostro possidemus: similiter fructus rei emptæ, aut donatæ aut quæ in hæreditate inuenta est. [l. 2. ff. pro suo.] Sed & si hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam existimans hæreditariam esse bonafide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, quis is qui acceperit vsucapere possit, dubium non est, quippè cum ea res in furtivitium non ceciderit, cum vtique hæres, qui bonafide, tanquam suam alienauerit, furtum nō committat. Item si is ad quem ancillæ vsufructus (qui Theophilo authore est ἡ ἀπὸ τῆς χειρὸς ἐργασία αὐτῆς καὶ ἡ ὑπηρεσία) pertinet, partum suum esse credens, vendiderit aut donauerit furtum eius non committit. [§. sed tamen. de vsucap. in Institut.] ex quo apparet otiosam esse Accursianorum disputationem de bona vel malafide defuncti. Ipsarum autem furtiuarum ouium fœtus apud bonæfidei emptorem cōceptos & editos vsucapi posse, vel ex ijs quæ à nobis de ancillæ partu relata explicataq; sunt, facilè est intelligere. Sed & ab Vlpiano disertis verbis expressum est, si ancilla furtiua cōcepit apud bonæfidei possessorem, ibiq; peperit, eueniet, vt partus furtiuus non sit, verumetiam vsucapi possit. Idem & in pecudibus seruandum est, & in fœtu earum quod in partu. [d. §. si ancilla.] Quo in loco ἐπανορθωταὶ nostri, ἐπανορθωτέους dicere debui expediendi negotij causa hunc versiculum negatiuè legunt. Non idem & in pecudibus seruandum est &c. ne Paulo repugnare videatur Vlpianus. Sed non video quid necesse fuerit Vlpiani cum Paulo conciliandi gratia negationem contra omnium exemplarium fidē adijcere. Dicebat enim Paulus agnos seu fœtus ouium furtiuarum apud bonæfidei emptorem editos eius fieri. [d. §. lana d. l. bonæfidei.] Vlpianus verò vbi oſten dissetpartum ancillæ furtiuæ apud bonæfidei possessorem conceptum & editum furtiuum non esse addidit, idem & in pecudibus seruandum esse, & in fœtu earum quod in partu, vt videlicet furtiua non sint. Quanquam in eo differentia est (quam idem Vlpianus cōsequenter etiam subiecit) quòd ex furtiuis equis nati statim ad bonæfidei emptorem pertinebunt, & meritò, quia & in fructu numerantur: at partus ancillæ non numeratur in fructu, [l. in pecudum. ff. de vsur. l. vetus. ff. de vsufr.] vt suo loco à nobis Deo fauente in commentario ad tit. de vsuris explicabitur. Cæterum si ita immutare licebit eadem ratione Pauli locus emendandus erit in d. §. lana, & pro hac particula (contra) reponendum erit (idem.)

Cap. XII.

Quod de rebus furtiuis dictum est, idem de seruo fugitiuo dicēdum. Seruum enim fugitiuum sui furtum facere, & ideo non habere locum, nec vsucapionē, nec longi temporis præscriptionē manifestum est, id est, nullo tempore ab eo vsucapi posse qui eum apprehenderit. [l. 11. C. de ser. fug.] Et quidem, Platone authore, difficilis est hominum possessio. Solent enim serui etiam leui de causa, à dñis suis aufugere. Nam postquam ait Danista apud Plautum, [in mustell.] sunt malum meriti, stulta sibi expetunt ꝙ filia, exer-

Source : BIU Cujas

cent ſeſe curſurã, fugiunt. Quo pertinet quòd ſenex ille apud eundem poetam, [in caſſ.] vxorem timens, quid nũc, inquit, agam neſcio, niſi vt improbos famulos imiter, ac domo fugiam: Nam ſalus nulla eſt ſcapulis ſi domũ redeo. Vnde non ſine magna ratione factum eſt, vt furtiuarum rerum exemplo ſerui quoque fugitiui inhiberetur vſucapio, ne ſeruorũ fuga dñis ſuis ex quacunque cã fiat damnoſa. [d.l.1.] Atq; iõ rectè Mercurius apud Lucianũ iudicat fugitiuos duos, quan quam philoſophiam pręſeferentes, dominis reſtiui debere, μανθάνειν ἀπρὸ τοῦ, τὸν μὲν, ἀποπλύνειν τὰς ῥυπώσας τῶν ὀδόντων τὸν λικυδίων ἀτὸν Μυρόπνουν δὲ, αὐθὶς ἀκείδαι τῶν ἱματίων τὰ διερρωγότα, μαλάχη γε πρότερον μαγιαθέντα. ἔπειτα καὶ τοῦτον παραδοθῆναι τοῖς πλουσίοις, ὡς ἀπολοῖτο παρατιλλόμενος τὰ πρώτα, ῥυπώση προσέτι, καὶ γυναικία τῇ πίπῃ εἶτα εἰ τὸν Αἶμον ἀνακθέντα γυμνὸν, ἐπὶ τῆς χιόνος μένειν συμπεπεδημένον τὸ πόδε. Quamuis autem videamur ſeruum fugitiuum poſſidere, q̃ is quemadmodum aliarum rerum poſſeſſionem interuerte re non poteſt, ita nec ſuam quidem poteſt, [l. rem que. ff. de acq. poſſ.] adeo vt poſſeſſionem per eum acquiramus, ſicut per eos quos in prouincia habemus, [l. 1. §. per ſeruum. ff. ill. tit. l. 2. §. ſi fugitiuus. ff. vi. bo. rapt.] nobiſq; publiciana competat eius rei nominè quam in fuga à non domino emergit, [l ſi ſeruus. ff. de publ. in rem.] atque ideo furtum factum nõ videatur: ſi tamen ab alio tametſi non malafide apprehenſus fuerit, vel pro libero diu ſe geſſerit, vt fecit Spartacus, & iudicium libertatę pati, proq; ſua libertate litigare paratus ſit, tum ſui furtum feciſſe intelligitur, omnisque nobis perit poſſeſſio. [d. §. per eum l. per eũ §. vlt. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. l. ſi is qui. §. ſi ſeruus. ff. de vſucap.] Porrò quemadmodũ ancilla fugitiua ſui furtũ facere intelligitur, ita partum quoque contrectando furtum facit. [l. ancilla. ff. de fur.] Itaq; vſu non capietur, ſed domino reſtituendus erit. Ex quo de eo amplius dubitari non poteſt, de quo conſultum fuiſſe Diodorum Iuriſconſ. poeta quidam illudens ait, hoc epigrammate.

Ῥήτορα πρὸς Διόδωρον ἀνὴρ δίπλαιος ἀπελθὼν
ἤρετο μὲν τοίης ἀμφὶ δικαιοπολίης
ἡμετέρη θεράπαινα φυγέν ποτε τὴν δέ τις εὑρὼν
ἀλλοτρίην τ' εἶναι λάζηται ἐπισάμενος
Ζεῦξεν ἑῷ θεράποντι τέκεν δὲ ὑπὸ τάδας ἐκείνῳ
καὶ τίνι δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι.
ὃς δ' ὅτε μερμήριζε καὶ ἔδρακε βίβλον ἑκάστην
εἶπεν ἐπισρέψας γυρὸν ἐπισκύνιον
ἢ σοί γ' ἢ τῷ ἑλόντι τεὴν θεράπαιναν ἀνάγκη
δουλεύειν κείνους ὧν χάριν ἐξεφέρεις
Δ ζ ὁ δ' ἐυμενέως τὰ δικαιότερον, αὖθις δ' ἀποίσῃ
Ψῆφον ἀρειοτέρην εἴγε δίκαια λέγεις.

Quod epigramma Alciatus Latine reddidit, his verbis.

Rhetora vir quondam pauper Diodoron adiuit,
Sciret vt hac ſpecie quid ſibi iura velint.
Serua mihi aufugit, captam quam reperit olim
Neſcio quis, famulam conſcius eſſe meam.
Atque ſuo iunxit ſeruo, quæ fœta puellos
Edidit, an ne mei pignora iuris erunt?
Ille anceps, raptus per multa volumina, tandem
Sustulit hac vetulum voce ſupercilium.
Hoc opus eſt vernas tibi vel ſeruire, vel illi,
Qui tenet ancillam non ſine fraude tuam.
Sed tibi fac iudex, ſit amicus dummodò iuſtam.
Cauſam habeas, punctum protinus omne feres.

Cap. XIII.

Atque hæc a nobis Atiniæ capite dicta ſint. Alterum exceptionem quandam addit, quæ in legibus duodecim tabularum prætermiſſa erat, hoc modo.

Quod ſurreptum erit eius æterna authoritas eſto, niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta erit reuertatur.

Cuius equidem exceptionis addendę gratia ſolummodo lata fuiſſe videtur lex Atinia. Nec obſtat, quòd eius nomine vtrumque caput contineatur, immo etiam Gellius prius tantùm complectatur. Nam huius adijciendæ cauſa neceſſe fuit id repetere, quod in legibus 12. tabularum iam multis ante annis fuerat conſtitutum. Quod aũt, ait Paulus, dicit lex Atinia, vt furtiua res nõ vſucapiatur, niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta eſt reuertatur, ſic acceptum eſt, vt in poteſtatẽ dñi debeat reuerti, non in eius vtique cui ſubrepta eſt. Igitur creditori ſubrepta, & ei cui commodata eſt in poteſtatem dñi redire debet. [l. 4. §. quod autem. ff. de vſucap. l. ſi abducta. C. de fur. l. ſciens. C. pro empt.] Sic lex Iulia repetundarum eius impedit vſucapionem, quod proconſuli vel prætori donatũ fuerit, priuſquam in poteſtatem eius à quo profecta res ſit hærediſve eius veniat, vt idẽ Paulus eodem in lib. 54. ad ed. notat. [l. pen. ff. ad Iul. repet.] Itẽ quod vi poſſeſſum raptumve eſt, antequam in poteſtatem domini hæredíſve eius perueniat, vſucapi lex Iulia & Plautia vetat. [l. vltim. ff. vi bo rapt. l. non ſolum. §. ſi dominus. de vſu. l. ſi partem. C. de furt.]

Cap. XIIII.

Quamuis res furtiua niſi ad dominũ redierit vſucapi non poſſit, tamen ſi eo nomine lis æſtimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit, non interpellari iam vſucapionis ius dicẽdum eſt, licèt corporaliter eius poſſeſſionem nõ ſit nactus. Idem dicendum eſt, etiam ſi voluntate mea alij tradita ſit. [d.l. 4. tunc autem l. quamuis 86. ff. de fur.] Eſt enim purgatum furti vitium. Ideoq̃ à quolibet bonæ fidei poſſeſſore vſucapietur. Fur autem ipſe, ait Pomponius, qui rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit, deſinet pro furtiua poſſidere, & incipiet pro ſuo poſſidere, [l. ſi fur. ff. de vſucap.] vti ea poſſidemus, quæ mari, terra, cœlo capimus, aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt. [l. 2. ff. pro ſuo.] Non enim pro emptore, aut alio titulo vſucapere neceſſe habebit, cum à verò domino emerit: licèt alij hæc Pomponij verba de bonæfidei poſſeſſore dicta tradant, quòd res furtiua in domini poteſtatem redijſſe videatur, ſi bonæfidei poſſeſſor, cui ſubrepta fuerat, eius poſſeſſionem nactus fuerit, aut fur eo nomine litis æſtimationem ei præſtiterit: quemadmodum ſi ab eo emero, quem vi deieci, vel precariò rogauero, deſinit res vi poſſeſſa eſſe, & incipere etiam pro emptore poſſum dominium capere: [l. certè. §. Iulianus. ff. de preca.] tanquam reſtituta ei poſſeſſione qui vi de ea deiectus fuerat. Sed & ſi bona fide rem meam emeris, eamq̃ ego ſurripuero, vſucapio quaſi furtiuæ rei non impedietur, quoniam & ſi alius ſurripiat, & in meam poteſtatem reuerſa res fuerit, vſucapietur, [l. eum æs. §. 1. ff. de furt.] ſi ea ad quemcunque bonæ fidei poſſeſſorem poſtea peruenerit. Item ſi rem pignori datam debitor ſurripuerit & vendiderit, vſucapi eam poſſe Caſſius ſcribit; quia in poteſtatem domini videtur peruenisſe, qui pignori dedit, quamuis cum eo furti agi poteſt. Quæ Caſſij ſententia Paulo verior videtur, [d.l. 4. §. ſi rem pignori.] & Modeſtinus quoque refert, de vſucapione quidem eo caſu fuiſſe dubitatum, ſed verius eſſe ait vtiliter cedere tempora vſucapionis. [l. ſi rem. ff. pro empt.] Neque contrarium eſt, quod Philippus Imperator reſcripſit, cum ſit probatum rem pignori ſuiſſe obligatam, & poſtea à debitore diſtractam, palam eſt non potuiſſe eum quaſi furtiuam vſucapi: [l. cum ſit probatum. C. pro empt.] ſi in eius reſcripti eſſingenda ſpecie dominum in gratiam debitoris obligationi rei ſuæ conſenſiſſe ſecundum Accurſij ſententiam intellexerimus, deinde eam à debitore diſtractam, eo enim caſu ex lege Atinia vſucapio tanquam rei furtiuæ inhibita eſt, cum non proponatur eam in domini poteſtatem redijſſe. Sed nec ijs quæ à nobis dicta ſunt repugnat, quod idẽ Paulus ad Labeonẽ notat, ſi quod mihi pignori dederis ſurripueris, erit ea res furtiua facta, ſed ſimul atque in meam poteſtatem venerit, vſucapi poterit. [l. vlt. ff. pro ſol.] Nam cum ait, rem à debitore ſurreptam furtiuam factam eſſe, verum illud quidem eſt, ſed ſimul atque furtum factum eſt, id etiam purgatum, quantum ad vſucapionem attinet, illud intelligitur, nec neceſſe eſt, vt in alterius, creditoris nempè, poteſtatem perueniat. Nam ſi alius creditori ſurriperet, non ſufficeret eam in creditoris poteſtatem redire, [d. §. quod autem.] vt ſupra ex eodem Paulo dicebamus. (Qui Pauli locus eorum ſententiam cõfutat, qui illud ſemper extra omnem controuerſiam fuiſſe aſſerunt, pignus vſucapi poſſe, quod in creditoris poteſtatem redijſſet) proinde cum ſubiungit, ſed ſimul atque in meam, id eſt, creditoris poteſtatem peruenerit, vſucapi poſſe, id ab eo dubitanter contradicendique ſtudio (quo vitio nonnunquam laborant iureconſulti) dictum eſt. Dicebat enim Labeo, furtiuam rem non poſſe vſucapi, niſi reuerſa ſit in poteſtatem domini, quod verum eſſe docet lex Atinia, Paulus verò cõmentus eſt rem furtiuam, quæ vſucapi poſſit, tametſi in poteſtatem domini non redierit, quod falſum eſt, etenim ad eum redijt, qui pignori dederat, licèt poſtea ad creditorem peruenerit, quod perinde eſt, ac ſi debitor eam rem alij diſtraxiſſet. Nihil enim refert à debitore alij poſtea diſtrahatur, an ad creditorem perueniat. Non ſum neſcius hæc ſubtilius explicari tractariq̃ poſſe, ne ſibiipſi pugnantia aut φιλονεικῶς magis quàm verè dixiſſe Paulus videatur, ſed, ne ſi quidem mihi cæteri mortales offendendi ſint, pernicioſam vanamq̃ ſubtilitatem ſimplicitati ac veritati nunquam anteponam.

Cap. XV.

Sed de eo quæſitum eſt, quando res in poteſtatem domini reuerſa dicatur? Et Paulus libro ſing. ad legẽ Fuſ. Can. Sabini & Caſſij ſentẽtiam refert exiſtimantium, in lege Atinia in poteſtatem dñi rem furtiuam veniſſe videri, & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit: [l. proteſtatis. ff. de verbo. ſignific.] à quorum ſententia lib. 54. ad ed. recedere videtur (licèt aliter vulgò interpretentur.) Tunc, inquit, in poteſtatem domini redijſſe dicendum eſt, cum poſſeſſionem eius nactus ſit, vt iuſtè auelli non poſſit. [dicta lege quarta. §. tunc autem.] Nam deſinere abeſſe res tunc videtur, vt tradit Vlpianus, cum ſic redijt in poteſtatem, ne amittere

Source : BIU Cujas

tere eius possessionem possimus, ob hoc ꝙ furto pridem subtracta est. [l.mulieris.ff.de verb.sign.] Si enim possessionem nactus est ita, vt eam retinere non possit, non videtur eam adeptus esse: [l.non videtur.ff.de acq.poss.] veluti si dominus fundi possessorem vi deiecerit, Cassius ait,non videri in potestatem eius redijsse, quando interdicto vnde vi restituturus sit possessionem, [§.recuperandæ.de interd.Inst. d.l. 4.§.si tu vi.l. 1.§.qui à me vi ff.de vi & vi arm.l.nō videtur cēpisse.ff.de reg.iur.]sicuti interdictum vnde vi tibi vtile erit,si ego te vi deiecero:illico tu me,deinde ego te. [l. qui possessionem. ff.de vi & vi arm.] Sed & his casibus possessionē per triticariā condici posse Celsus ait.[l.1.& 2.ff.de condict. tritic.] hoc tamen quod dicitur, non redijsse in potestatem domini quando dominus vi possessorem deiecit, ita demū verum est,si is qui vim intulit ex interuallo repellatur ac deijciatur. Nam qui possessionem vi ereptam in ipso congressu, seu ex cōtinenti recipit,in pristiniam causam reuerti potius, quàm vi possidere intelligendus est.[l.3.§.eum igitur d.l.qui possessionem.ff.de vi & vi arm.]Idem in re furtiua dicendū, vt si dominus eam furi vel eius hæredi per vim abstulerit, in eius potestatem redijsse non videatur,quādo interdicto vtili & condictione triticaria ad eius possessionis restitutionē teneatur,vt à nōnullis traditum est. Cui conueniens esse volunt, si sciens dominus rem furtiuam spōte ab eo receperit, qui possessori abstulerat, possessionem ei qui possidebat eū restituere debere [arg.c.sæpe.ex.de rest.spol.] Sed ei quod dicimus,tunc rem furtiuam in domini potestatem redijsse,cū iustè possessio auelli non potest, contrarium videtur, quod nos modò dicebamus, si rem pignori datam debitor surripuerit in potestatem domini videri peruenisse.Nam certi iuris est,eum debitorem & furti,& cōdictione creditori teneri.[l.si.pignore.ff.de pig.act.d.§.si pignori.]Verùm meminisse debemus, non propterea iustè possessionem ab eo auelli, cum creditor ipse pignori tantùm incumbat, non autē possideat.Pro alieno enim possidet,id est,debitoris nomine, & ideo non vsucapit rem pignori acceptā. [l.pignori.ff.de vsuca.]Quinimo si pignore vtatur furti tenetur.[l.si pignore.ff. de fur.] Alia ratio est in interdicto vnde vi, per quod is qui possessionem alteri vi abstulit eam ei restituere debet: quinimo dominium rei suę amittit,ꝙ in tantam furoris percreuerit audaciam,vt ante aduentum iudicialis arbitrij,vt loquuntur Impp.eam rem violenter inuaserit, in eamq; sibī ipse iusdixerit.[d.l.si quis in tantam.C.vnde vi.l.extat.ff.de eo. quod metus.] Id quod summa ratione constitutum est:nam & in Deuteronomio is cui quid debeī vetatur debitoris domū ingredi,vt pignus auferat. [c.24.] quanquā Philo scribit Hebræos plurimū prędæ ob perpetuam ministerij mercedē patrocinio iuris fretos Aegyptijs abstulisse.[li.1.de vita Mosis.]

Cap. XVI.

Illud etiam secundo loco notandū est, vt res furtiua in dñi potestatem redijsse videatur, oportere vt dñs non ignorauerit,eam rem sibi surreptā fuisse, & tanquā suā recipiat.Nam si ignorans rem mihi surreptam emam,nō vī in potestatē meam reuersa,quamuis eam possideā.[d.§.tunc in potestatem.]Si igitur seruum qui tibi surreptus erat ignorāti tibi tuū esse pignori dedero, & soluta pecunia eū Titio vendidero,Titius vsucapere nō pōt.[l.qui fundum.§.furtiua. ff.pro emp l.si ad dñm 88.ff.de fur.]Vsq; adeo vt si rem mihi surreptam procurator meus apprehenderit,quamuis ꝑ procuratorem possessionē adipisci nos iam ferè ꝓueniat nihilo magis in ptātem meam redijsse vsuq; capi posse existimādū sit;quia ꝫ statuti captiosum erit.[l.si rem.ff.de vsuca.]Ex quo rectè colligitur,non idcirco in potestatē nostrā rem redijsse dici,ꝙ eam possideamus.Labeo tñ ait, si rē quā apud te deposueram lucrifaciendi cā vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris,& eodē statu habeas, siue ignorāte me,siue scientе ea gesta sunt,videri in potestatē meā redijsse secundu Proculi sñiam:q̄ vera est.[l.4.§.idē Labeo.]Nam cū tu me inscio possessionem,sine qua non procedit vsucapio,interuerteris, ea restituta vī,vsuq; capio procedit,etsi me ignorante redemeris.Quòd si me sciente vendideris, te quoq; eā redemisse à me non ignorari oportet.[arg.d.l.4.§.Labeo quoq;. versic. ideoq;uc.]Neq; Labeonis sñiam oppugnat,ꝙ ea re quam in cām depositi redemisti,ēt sine dolo malo postea perempta, depositi tenearis;quia semel dolum fecisti cum vēderes:[l.1. §.si rem.ff.depos.]qui dolus nō redemptione rei,sed eius restitutione purgatur.Itaq; rem dño restitui oportet,vt depositi actio,in qua doli rō hr,competere desinat.Sed nec fur esse desinis,ēt si mutato consilio rem alienam,quam lucrifaciendi aīo cōtrectauisti,dño postea reddideris. Nemo.n.tali peccato pœnitentia sua nocens esse desijt.[l.qui ea mēte 67.ff.de fur.]Sed nec illud repugnat,quod Paulus scribit, rem ei cui commodata, aut pignori oppositа est surreptā ī ptātem dñi redire debere [d.§.quod aūt.ver.igitur l.si ad dñm.ff.de fur.] Non.n.commodatarius ipse, aut crediror rem lucrifaciendi animo vendidit,sed extraneus ei furto abstulit:Cęterum idē respōdendum esset,quod de eo apud quem res deposita est, Labeo dixit.Quod aūt ex Labeone de eo dictū est,qui rem apud se depositam vendiderat,deinde redemerat idem quoque Labeo in re peculiari serui cōstituit,vt si ea ab extraneo surrepta sit ignorante dño, deinde eam nactus sit seruus, in potestatem dñi ea redijsse videatur. [d.l.4.§. Labeo quoq;.] Ideoq;;soluitur furti vitiū,& incipit hoc casu in peculio esse, & à dño possideri,Iuliano authore.[l.interdum.§. si res.ff.de fur.]Nam & ignorantes, earum rerū quas peculiariter tenēt serui possessionem per eos acquirimus,sicut Sabino, & Cassio,& Iuliano placuit:quia nostra voluntate intelligunt possidere,ꝙ eis peculium habere permiserimus: [l.1.§ itē acquirimus.ff.de acq.pos.]Idq; vtilitatis cā iure singulari receptū: ne cogerentur dñi per momenta spēs & causas peculiorum inquirere.[l peregrē.§.1.ff.ill.tit.l.2.§. per procuratorē.ff.pro emp.] Sed ei Labeonis sentētiæ Paulus adijcit,commodius dicitur,ēt si Cicero,& eam nactus sit seruus, redijsse eam in meam potestatem.Nec enim sufficit,si eam rem, quam perdidit,ignorante me seruus meus apprehēdat,si modo in peculio eam esse volui, id est,quo casu peculiarē rem apud eū remanere volui.Nam si nolui,sed adēpto fortè peculio meo nomine possidere volui:tunc exigendum est,vt & ego facultatem eius nactus sim.[d §.Labeo quoq;.] Cum aūt non extraneus,sed seruus ipse rem suam peculiarē furandi consilio amouet, quandiu eam retinet, conditio eius non mutatur, nihil enim dño abest,sed si alij tradiderit,furtum faciet. [d.l. interdum.§.cum aūt.]At si seruus meus non rem peculiarē, sed meam mihi surripuerit,deinde eandē suo loco reponat, poterit vsucapi,quasi in ptātem meā rediderit: vtiq; si nesciui.Nam si sciui exigimus, vt redijsse sciam in meam potestatem.Quòd si non suo quidē loco reponat, sed peculiari nomine teneat,non videri in potestatem meam reuersam Pōponius ait,nisi habere cęperimus,quemadmodū habuimus antequam surriperetur,aut cum rescissemus,in peculio eum habere concesserimus. [d.§.Labeo quoque.]

Cap. XVII.

Postremò monēdi sumus in re pupillo surrepta sufficere, si tutor eius sciat redijsse eā in domum pupilli,& si furioso sufficere curatores scire,[d.l.4.§.pupilli.] quia dñi loco habentur eius personam sustinent. [d.l. interdum.§.qui tutelam.] Nō ea rōne ꝙ diuus Paulus ad Galatas scribentes dicit,hęredē puerum, qui diu sub tutoribus est,nihil à seruo differre, sed ꝓp eius iudicij mentisq; imbecillitatem. Cui ꝑns esse vr,hoc idem in adolescentis curatore dicendū nō esse, aut in eo pupillo qui pubertati iam proximus,atq; ideo doli capax est.Intellectum.n.habent.[arg.l. 4.§.q̄ in tutore.ff.de excep.doli.] Quòd si tutor ipse rē pupilli surripuerit & vendiderit,vsucapio nō ꝓtingit,priusquā res in potestatē pupilli redeat. Nam tutor in re pupilli tunc dñi loco hr,cum tutelam administrat, non cum pupillū spoliat. [l.qui fundum.§.si tutor.ff.pro empt.]Administrationē quidem rerum pupillarium hēt intercipiendi autem potestas ei non datur.[l.tutor.ff.de fur.]Quod in tutore scriptum est, idem erit sequendum & in curatore adolescentis, cęterisq; curatoribus,nec id consyderamus, sciuerint rem quam furto abstulerunt in domum pupilli,furiosi,adolescentis redijsse,necne. Ex his illud sequi videtur, furti purgato vitio rem pupilli vsucapi posse. In contrarium tamen me vocat, quod Paulus lib.15. ad Plautium scribit,si cōmunem fundum ego & pupillus haberemus,licēt vterque nō vteretur,tamen propter pupillum & me omnia retinere: [l. si communem.ff. quemad.serui.amit.]& quod lib.7. ad eūdem Plautium apertè definijt, res pupilli longo tempore vsucapi non posse. [l. bonæfidei.ff.de acq.rei do.]Item quod Philippus imp.rescripsit, eum qui à pupillo sine tutoris authoritate distrahente comparuit,nullum temporis lōgi spacium defendit. [l.eum qui.C.pro empt.] Quod ius ab Attico ignoratum fuisse miratur Cicero, [lib.1 epi.ad Att.] De Tadiana re, inquit,mecum Tadius locutus est te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraretur, quoniam hæreditas vsucapta esset, id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse pupilla, nihil vsucapi posse. Neque aduersatur, quod Celsus ait, si is qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor non esset, rem pupilli vendiderit, nec res ea vsucapta est, petet eam pupillus, quanquam ei cautum est. [l.secunda.ff.de eo qui pro tuto.] Nam non inde consequens est dicere, rem pupilli vsucapi posse, quamuis Vipianus in eadem specie dicat, exceptionem non nocere pupillo rem suam persequenti, si is qui pro tutore negotia gerebat rem vendiderit, & vsucapta sit; quia huic rerum pupilli administratiò concessa non fuerit. [l.apud Celsum. §.si quis non tutor. ff.de exceptio.doli.] Non enim translatum dominium

Source : BIU Cujas

per vſucapionem intelligit Vlpianus, ſed hoc tantum eum κατα χρησιν ſenſiſſe, præter aliorum opinionem exiſtimo, pupillum rem ſuam petere poſſe, etiam ſi tm̃ temporis effluxerit, quo compleri poſſet, nec eum exceptione ſummouendum eſſe. Ex quo liquidò conſtat, nihil neceſſe fuiſſe, negationem ad Vlpiani contextum addere, vt a noſtris correctoribus factum eſt: Qui etiam hallucinati ſunt in eius explicatione, quod Paulus lib. 54. ad ed ſcribit, ſi à pupillo emero ſine tutoris authoritate, quem puberem eſſe putem, dicimus vſucapionem ſequi: vt hic plus ſit in re, quàm in exiſtimatione. [l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro empt.] Quo tamen nihil expeditius aut facilius eſſe poteſt, ſi ex Accurſij ſententia pupillum hoc in loco rem alienã, nõ ſuam diſtrahere intellexerimus. ea enim aduerſus dominum vſucapietur, non autem aduerſus pupillum: vt hic plus ſit in re, ideſt, ex eo magis procedat vſucapio, ꝙ ea res aliena ſit, & vſucapioni obnoxia, quàm in exiſtimatione, ideſt quàm impediatur ex eo, ꝙ eam per errorem puberis eſſe aredam, qui tamen pupillus ſit. Sic enim legendum eſt, vt in Florentinis libris, & paſſim in vulgaribus exemplaribus legitur: tametſi ſpecioſa ſit hæc illorum μετάθεσις, vt plus ſit in exiſtimatione quàm in re. Quòd ſi ſciam pupillum eſſe, putem: tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris authoritate adminiſtrare: non capiam vſu eam rem, quã mihi pupillus vendidit quia iuris error nulli prodeſt. Item ſi à furioſo, quem putem ſanæ mentis, rem alienam emero, quamuis ſtricto iure nulla ſit emptio, deficiente conſenſu, & ideo neque de euictione actio ipſo iure naſcatur mihi, nec publiciana competat, nec acceſſio poſſeſſionis, vtilitate tamen ſuadente tandẽ receptum eſt, me vſucapere poſſe [d. §. ſi a pupillo l. ſi pignori ff. de vſucap.] ergo & publiciana competet, & poſſeſſionis acceſſione vti licebit. [l. eum qui. ff. de public. in rem act.] Proinde credendum non eſt, ea verba apud Paulum (publiciana competit) ſuppoſitia eſſe, vt ijdem deprauatores putauerunt. Sed pudet me toties in tam fœtido ſtabulo repurgando diſtineri.

M A R. D E V E.
De proteſtationibus.

S V M M A R I V M.

1 *Sinonima plura in iure reperiuntur idem importantia circa proteſtationes.*
2 *Proteſtatio quid ſit.*
3 *Proteſtatio quare inuenta ſit.*
4 *Proteſtationis ſpecies quot ſint.*
5 *Proteſtationes inutiles quæ ſint.*
6 *Proteſtatio facta re non integra non prodeſt, exemplificando, ut ibi. & nu. 8.*
7 *Peculij facta conceſſione ſeruo, non operatur prohibitio, & denuntiatio, quin eum de peculio obliget.*
9 *Proteſtatio utilis & expediens eſt illa, quæ dicitur uoluntaria, quia nulla neceſſitate præciſa, uel cauſatiua ſit.*
10 *Proteſtatio neceſſaria quæ dicatur.*
11 *Proteſtatio neceſſaria multiplex eſt. Exemplifica vt ibi.*
12 *Proteſtatio cui & coram quo ſit facienda. & nu. 13.*
13 *Appellatio fieri debet coram iudice a quo appellatur, qui tulit ſententiam ſi poteſt, & ſi non põt propter eius metũ, ſufficit ꝙ fiat coram vicinis publice.*
14 *Proteſtans quum ad ſuum commodum proteſtatur, iniquum eſſet, quòd incommodum pateretur ignorans.*
15 *Proteſtatio an procuratori fieri debeat, & ſufficiat. & nu. 17. & 19.*
16 *Proteſtatio procuratori generali facta non ſufficit, ubi de præiudicio domino generando tractatur.*
18 *In mandato generali quocunque nunquàm uidetur mandatum, ut delinquat.*
20 *Exceptio contra dominum ex dolo procuratoris datur.*
21 *Proteſtatio ſi ſit facienda vxori, an ſufficiat ſi fiat viro.*
Et an patri fieri ſufficiat. ibidem.
22 *Proteſtatio quando facienda ſit.*
23 *Proteſtari volens ad impugnationem facti ſui, debet id facere, antequàm ius ex eius facto ſit alicui quæſitum.*
24 *Proteſtationes quæ habent aggrauare uel alleuiare aliquod factum, fieri debent ante perfectionem illius actus.*
25 *Proteſtatio qualiter fieri debeat.*
26 *Matrimonium ſi quis contrahat cum aliqua, & proteſtetur, quòd liceat ab ea diſcedere, & aliam accipere, quandocunque voluerit, proteſtatio non valet.*
Plures alij caſus in quibus proteſtatio non ualet ibi.
27 *Proteſtatio ſi fiat ſuper eo, quod conſiſtit in voluntate, & poteſtate proteſtantis tantum, valet.*
Exemplifica vt ibi.
28 *Proteſtatio ſi fiat ſuper eo, quod conſiſtit in uoluntate proteſtantis & alterius, non ualet proteſtatio, niſi alterius conſenſus intercedat.*
Exemplifica in nauta, & alijs vt ibi. & nu. 29.
30 *Proteſtatio quomodo fieri debeat, quando quis ſe præſentat iudici, quem credit eſſe ſuſpectum. & num. 51.*
31 *Proteſtari quis poteſt ad cautelam futurorum, ut ſibi præiudicium non generetur.*
32 *Proteſtatio poteſt fieri circa facienda & dicenda, maximè ad animum proteſtantis declarandum.*
33 *Quid de proteſtatione quæ fit in libello, ſaluo iure addendi, minuendi, & mutandi &c. & nu. 35.*
34 *Actionem qui ſemel proponit, in ea perſiſtere debet vſque ad finem.*
36 *Proteſtatio quomodo fieri debet coram iudice, quando per narrationem timeatur, ne litis conteſtatio fiat.*
37 *Quid ſi dubium ſit de exceptione oppoſita ante litis conteſtationem, an debeat examinari ante uel poſt, & conuentus perſonali actione ex defuncti perſona neget ſe hæredem.*
38 *Quid ſi dubitetur ſuper exceptionibus oppoſitis, an ſint admittendæ, uel ne.*
39 *Iudex, quando petitur ab aliquo, ut ſatisdet de iudicio ſiſti, & dubitatur, an poſſideat immobilia necne, poteſt facere eum ſatisdare cum proteſtatione, ſi apparuerit eum immobilia poſſidere, quòd fideiuſſor non teneatur.*
40 *Quid ſuper teſtibus qui dicuntur non debere admitti. & nu. 41.*
42 *Proteſtatio etiam fit, quòd ſaluum ſit beneficium opponendi poſt publicationem teſtium contra perſonas, & dicta eorum.*
Et tunc ſi quis pro ipſo proteſtante dixerit, de facili ei non creditur. ibidem.
43 *Proteſtatio quomodo facienda ſit in productione inſtrumenti, ſi dubitetur de eo, an ſit falſum.*
44 *Proteſtatio facta per iudicẽ in ſententia, ſaluo iure actori in expenſis, ualet.*
Proteſtationes aliæ, quæ fieri poſſunt in ſententia per iudicem in diuerſis caſibus. ibidem.
45 *Proteſtatio facta per iudicem in ſententia, quæ ſit contra ius, non ualet.*
46 *Prætoris factum non oportet iuri derogare.*
47 *Imperitia iudicantis iuris formam mutare non poteſt.*
48 *Priuatis diſpoſitionibus non poteſt mutari forma antiquitus conſtituta.*
49 *Quid ſi per iudicem in ſententia proteſtetur præter ius, & diſtingue, ut ibid.*
50 *Cautela pro eo qui proteſtatus eſt contra iudicem ſuſpectum.*
52 *Proteſtatio aliquando prodeſt plus, quàm appellatio, & an in ſcriptis fieri debeat. ibidem.*
53 *Proteſtationis ritè conceptæ effectus quis ſit.*
54 *Denuntiatio an conſtituat in malafide. & nu. 55.*
56 *Fauorabilior eſt cauſa certantis de damno uitando, quã de lucro quærentis.*
57 *In pari cauſa magis debet imputari ei cui denuntiatur; quia in culpa videtur, cum denuntiationi non credat, quàm denuntianti; quia culpa caret.*
58 *Denuntiatio non inducit firmam ſcientiam, licèt magis credulitatem, uel dubium.*
10 mentis recondamus. † Et ad memoriam multum confert ordo certus in quacunque diſpoſitione,Iuxta illud Ariſtoteles de memoria & reminicentia: ſunt magis reminiſcibiliora,quæ quando ordinationem habent. Et Idem Ariſtoteles alio quodam loco.Ordinatio,rõ eſt.Et ſubijcit,ꝙ nihil eſt in ordinatum eorum,quæ ſunt natura, & ſecundùm naturam. Et Paulus epiſtola.j.ad Corinthios c.14. Omnia honeſte, & ſecundùm ordinem fiant in uobis. Ordo ergo tractatus noſtri erit talis,quia diuidetur in quatuor Rubricellas:quarum prima erit de declaratoria uoluntatis proteſtatione. Secunda de certificatoria entis,uel non entis, facti, uel fiendi proteſtatione. Tertia erit de inhybitoriæ protetionis uiribus. Quarto de incitatoria proteſtatione.Et iſtas rubricas diuidã ꝑ §§.Et in j.tit.§.j.uidebis diffinitionem proteſtationis,& de multis uocabulis idẽ importantibus. in §. 2 uidebis de ꝓteſtatione declaratoria uoluntatis circa ea, quæ conſiſtunt in libera voluntate proteſtantis,& cui ſit fienda, & qualiter finiatur, & an talis proteſtatio porrigat ad actum,qui poſteà fit ex interuallo, & ibi uidebis, quæſtiones quotidianas de his, qui dicunt, quòd reſpondent libello non animo litem conteſtandi,uel quòd per aliqua, quæ dicant, non intendũt in aliquem conſentire tanquàm in iudicem competentem, ibi etiam dicam,an proteſtatio præmiſſa tollatur per actum contrarium, qui ſecum dicta proteſtatione non compatiatur,& qualiter proteſtatio præcedens declarat actum ſequẽtem ambiguum.In §. 3. uidebis de proteſtatione declaratoria in his,quæ dependent ex uoluntate mea & alterius,an ſit neceſſe,quòd fiat in præſentia partis:& utrum facta parti indiſtincte teneat, & utrum ipſius partis requiratur expreſſus conſenſus,uel ſufficiat non contradicere: & ibi etiam uidebis,an iſta proteſtatio tollatur per contrarium factum,& an finiatur morte.In §.4.uidebimus de proteſtatione,quę fit ad obuiandum, ne potentia,uel abſentia alterius,ſiue ſit perſona priuata,ſiue officialis,nobis noceat:& quando dicatur iuſtus timor:& coram quo debeat fieri iſta proteſtatio: & erit materia ualde utilis:& an ſit fienda in ſcriptis.In §.quinto uidebimus de proteſtatione declaratoria uoluntatis circa maleficia quando quis proteſtatur ad ſui excuſationem, ne incidat in delictum, uel in maius delictum. In §.7.uidebimus de proteſtatione declaratoria voluntatis in his, quæ non dependent à uoluntate proteſtantis, ſed à uoluntate iuris,ſiue ius procedat diſponendo,ſiue præſumendo,& hoc declarabitur per multa exempla. In Rubrica uerò de certificatoria entis uel nõ entis, facti uel fiendi proteſtatione,uidebimus, quando quis proteſtatur de eo,quod intendit in futurum facere & de denuntiatione, quæ fit de eo quòd eſt de præſenti,uel præterito,& de effectu iſtarum proteſtationum.In tit. autem de inhibitoriæ proteſtationis uiribus in §. j. qui incipit Et uidere congruit, uidebis de proteſtatione,quæ fit alicui,ut non faciat id, ad quod faciendum eſt obligatus,& ibi dicam qualiter creditor conſtituatur in mora: & de effectu moræ creditoris,& quando liceat uel non de apicibus iuris diſceptare,& an ſubtilitates iuris ciuilis ſunt attendendæ de iure canonico:& an in iſta proteſtatione inhibitoria debeat inſeri cauſa:& iuſtificari:& de modo iuſtificandi, & an poſſit fieri per procuratotem, uel per negotiorum geſtorem;& an poſſit procuratori fieri;& an talis proteſtatio finiat morte. In §.uerò nunc uideamus. uidebis de proteſtatione,quæ fit,ne fiat id quod prohibitus tenebatur nõ facere,& de modo, & effectu huius proteſtationis: & ibi examinabo plene intellectum l.qui in alterius.ff.de regu.iuris, & an illa lex extendi poſſit ad actus extraiudiales, & an detur hæredi reſtitutio propter ignorantiam facti detẽti in caſu illius legis. In §. congruum eſt. uidebimus de prohibitione eius, quod prohibitio erat permiſſum;non tamen erat obligatus ad faciendum,uel non faciendum, uel non faciendum: & ibi dicam, quid iuris, quando prohibitus non poteſt ſalua honeſtate parere prohibitioni, etiam ſi aliàs de iure poteſt parere:& an in curia mercatorum poſſit opponi exceptio pacti nudi,uel aliàs ſit diſceptandum de apicibus iuris:tangam ẽt ibi,quando etiam ſcienti ſit denuntiandum: & an denuntiãti ſit credendum ſine alia demonſtratione: & quando ſola denuntiatio conſtituat in mala fide ſine alia demonſtratione,& ibi decidam aliquas quæſtiones notabiles.In titu.uerò de incitatoria proteſtatione.§.nunc uidendum. qui erit §.j. tangam de proteſtatione, quæ fit alicui:ut faciat id,ad quod erat de iure obligatus, demonſtrando qualiter debeat fieri, & ſub qua demonſtratione & ibi etiam dicam, quando hæres præſumatur ſcire factum defuncti;& qualiter per emptorem ſit uenditori fienda denuntiatio de lite mota, ut poſſit habere regreſſum de euictione:& qualiter quis poſſit certiorari de morte alterius:& qualiter per interpellationem conſtituatur quis in mora:& quæ ſint cõgrua uerba, & tempus congruum,& locus cõgruus ad interpellationem:& an poſſit fieri die feriato:& q actus poſſit fieri die feriato:& an iſte, qui non poſſet agere, poſſit interpellare.In §.tempeſtiuum. uidebis de proteſtatione, quæ fit, ut quis faciat id ad quod non eſt obligatus:& ibi etiam uidebis aliquid,qualiter creditor conſtituatur in mora:& quando oblatio debitoris requiratur ad cõſtituendum creditorem in mora: & ibi uidebis, quando proteſtatio de neceſſitate ſit fienda in iudicio:& ibi dicam.quando aliquid eſt in cõditione negatiua, an debeat ſpectari,ꝙ deſinat poſſe facere, an uerò per proteſtationem, poſſit in mora conſtitui ad incidendum in pœnam, uel ad amittendum lucrum.In §.autem poſtremò.uidebimus de ꝓteſtatione,quæ fit alicui, ut faciat id,ad quòd faciendum de iure non tenetur.Et quia materia iſta eſt ualde ſubtilis,& ſcabroſa, multum inſiſtam exemplis: quia ſcriptum eſt,ꝙ longum eſt iter per præcepta, breuè & efficax per exempla.Et iſtud eſt:quòd uoluit Macrobius in lib. 3. Saturnaliorum,in proęmio plebeiarum ingenia magis exemplo, quàm ratione capiuntur.Et idem Macrobius in lib.1.de ſomnio Scipionis:facilior eſt ad intelligendum per oculos uia,quàm ꝓ ſermonem Et Seneca in epiſtola.j.ad Lucillum: Homines amplius oculis,quàm auribus credunt.Sequitur igitur Rubrica de declaratoria uoluntatis proteſtatione.

S V M M A R I V M.

1 *Proteſtatio qualiter definiatur.*
2 *Proteſtatio quo differt à contractibus,ſtipulationibus, & ultimis uoluntatibus.*
3 *Proteſtatio quæ uocabula habeat ſynonyma.*

Primò pro intelligentia Infra dicendorũ uideamus definitionem proteſtationis: & aliqui quos ſequitur Andreas de Piſis,

Constantij Rogerij. De protestatione.

1 Pisis,dicunt,q̃ protestatio † est clamosa testatio, ad cautelã testantium inuenta. quod non placet Bartolo:quia sine uoce potest fieri protestatio in scriptis. aut. hanc autem quærelam.C.de non nu.pec.l.ut perfectius. C.de anna. excep.l.fi. C.de nego.gest.cum similibus.Ergo tunc non est clamosa testatio.Vnde dic melius secundum Bar.in l.non solùm.§.morte.ff.de ope. no. nunt. q̃ melior est diffinitio iurisconsulti in l.detestatio,& in l.plebis.§.detestatum.ff.de uer.signi.Vbi dicitur , q̃ protestario est denuntiatio cùm testatione facta.

2 † Et ex eo quod dicit,denuntiatio differt à contractibus, & stipulationibus,& ultimis uoluntatibus, in quibus uertitur dispositio,non denuntiatio.Item cùm dicit, contestatione facta,comprehendit siue fiat in scriptis,siue coram testibus:

3 & sic cessat omne contrarium.Et nosse te opportet † q̃ sunt plura uocabula idem importantia,ut protestatio l.j.§.elegãter.in fine. ff. de libe. agnos. Item contestatio. l 2.C.de his,q̃ per met. non appel. l. emptor. C. de long.temp.præscriptio. Item detestatio.l subsignatum.& l.detestatio.ff de uerborũ. signifi.Item attestatio.l.fin.C.de negoti.gestis. Item de nuntiatio.l.si fundum.C.de rei uendica.l.si maior. C.de rescind. uendit.Item testatio.l.ait prætor.§.si quis præceps. ff. de his, quæ in frau.credi.Et ista dicit Ioan. And. in c. in generali. de reg iur in nouella.post.Ioan.Monachum Et idem Bar. in d. §.morte.qui addit,q̃ idem in uerbo prohibitio, quia est protestatio.l.si quis prohibuerit.deprohibita pecu.sequestra.Itẽ interpellatio l. mora.ff.de usuris.Item prædictio l.fi. §.item si prædixerit. ff.nau.cau.stab.Item uocatio.l. si prote.ff.mand.l. seruus uetante ff.de uerb. obli.& idem de similibus uocabulis.Et ex his patet,q̃ iste tractatus est fortè generalior,quàm credatur:& patebit ex infra uidendis.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio uoluntatis declaratoria cui sit facienda.*
2 *Protestatio quando testium præsentiam desideret, & quando non.*
3 *Protestatio quod quis non teneatur ad superfluam probationem, quid conferat.*
4 *Protestatio cui, & quando debeat fieri.*
5 *Protestatio quando debeat omnibus nota fieri.*
6 *Citari solenniter debent hi ad actum, qui ipsis præiudicaturus est.*
7 *Protestatio quando in aduersarij præsentia fieri debeat, & quando non.*
8 *Pater quando obligatur pro filio.*
9 *Protestatio quæ per actum contrarium tollit possit & quando, & numero 10. & 18.*
11 *Protestatio quando ad actum ex interuallo gestum porrigatur.*
12 *Protestatio quando uitiet dispositionem.*
13 *Conditio adiecta uel omissa quando institutionem infirmare dicatur.*
14 *Protestatio quando deserta esse intelligatur, & nu. 16.*
15 *Protestatio quando iuuet, & quando non, & nu. 19.*
16 *Protestatio quando ad actum postea gestum trahi possit.*
19 *Protestatio quando iuuet, & quando non iuuet.*
20 *Protestatio de æquitate parti debet manifestari.*

1 **Secundò uideamus** Circa hanc † protestationem declaratoriam uoluntatis,cui sit fienda.Glo.Io.Mona.& And.de Pisis,teste Bar.dicunt,q̃ aut protestatio concernit tantùm factum protestantis, nec habet certum aduersarium:& potest fieri ubique,aliàs requiritur aduersarij præsentia:sed isti domini im-

2 perfectè loquuti sunt.Vnde Bar.dicit † quòd aut ex hac protestatione me tantum exonero, & neminem grauo,& tunc sufficit ubique fieri,nec alterius,quam testium præsentia exigitur l.at si quis.§.plerique.ff.de religio.& sump.func.l.qui in aliena.§. plerique. ff. de acqui.hæredi. l. pro hærede.§.j.infra eod.titu.Nam secundum Bar.ille,cuius negotia geritur,non grauatur, quia non tenetur,nisi de eo quod utiliter gestum est:& potest fieri quolibet loco, & tempore,ut dictis iurib. Sed quæro pro huius primi membri declaratione aliquod clarum exemplum. Solutio, potes exemplificare in clausula

3 occurrenti in dies, uidelicet in clausula illa , † quæ consueuit poni in fine libellorum,positionum, & articulorum, dũ protestatur actor,q̃ non intendit se adstringere ad onus superfluæ probationis,sed tantùm ad illa,quę sufficiant pro uictoria causæ , quæ clausula est ualde utilis; quia aliàs ea non apposita quicquid deduceretur, siue per modum substãtiæ, siue per modum causæ,siue qualitatis,siue principaliter,siue incidenter , etiam si tale deductum non faceret ad causam, teneretur deducens illud probare l.actor quod assẽuerat.C. de probat.Quòd tamen limita, & declara , ut per Bar.in l.diuus.ff.de re iudi.& ibi dixi.Et adde etiam,quod uoluit Imola in l.si cùm nulla.eo.tit. ubi dicit,q̃ si quis dixerit,se iam decem annis elapsis mutuasse Titio,& probaret,q̃ à tribus annis citra mutuauit,non sufficeret , cessante clausula præmissa,licèt utroque casu teneatur aduersarius : secus si adsit illa clausula.Patet ergo , q̃ illa clausula uenit tantum ad exonerandum protestantem,secundum quòd loquitur Bar.in isto primo membro , quod hoc remanet clare exemplificatum

4 † Si uerò per protestationem me exonero , alius tamen potest incidere in captionem , qui fortè non contraheret , uel aliter sibi prouidere,si hanc declarationem, seu protestationem sciret:tunc dicit Bar.q̃ aut id,in quo me exonero,pendebat ex aliquo meo facto præcedente: ut ex meo mandato:& tunc talis protestatio debet fieri illi tali aduersario, qui potest lædi,uel sibi notificari,si potest:aliàs fiat,ut statim dicam l.si mandassem.ff.mandati.l. j. cum ibi notatis. C. de satisdan.No.per Cyn.in l.mandatum. C.mandati.Et addo pro isto membro mandati exemplum in §. Item si. Instit.man-

5 dati .ubi dicitur† q̃ si quis manumiserit seruum dispensatorem,si uult,quòd decętero non possit secum negotiari ad p̃ iudicium manumittentis,debet hanc manumissionem omnibus innotescere.Et hoc uerum si sint certi illi, qui possunt lædi . Cæterùm si sint incerti,tunc sufficit hanc protestationem in publico proponi, ut est casus notabilis in l.sed si pupillus.§.proscribere.ff.de instit.Et exemplifica hæc,quando quis præposuit aliquem ad officium tabernè,uel alicuius negotiationis,& postea reuocauit . Nam hanc reuocationem debet manifestare , si uult , quòd decætero non teneatur ex gestis ex tali negotiatione,de quo p̃ Io. Fabrum in d. §.si ad

6 huc. † Et etiam pro hac doctrina Bartoli tolle exemplum in simili. Nam quando fit actus, per quem potest certis personis præiudicari,illæ personæ sunt solenniter citandæ, auth. si omnes. C.si ut se ab hæredi.absti.Cæterum si illæ personæ non sint certæ , tunc sufficit citatio per proclama generale, secundum Bar.in dic. aut.si omnes.Pro qua distinctione ha-

7 bes tex.notabilem in c.1. de elect.in 6. † Si uerò illud,à quo me exonero, pendebat ex dispositione legali absque aliquo meo facto,tunc præsentia aduersarij in hac mea protestatione non requiritur l.honores.§.fi. ff. de decurio. iuncta l.fi.C. de filijsfa.& quemadmodum pater.li.10. Et hoc uult Bart.in

8 d.§.morte.Et istud declaro.Nam certum est † q̃ si filiusfamilias mouetur ad aliquod officium publicum,uel administrationem publicam patre sciente, & non contradicente,pater obligatur ex dispositione legali , quasi fideiussor pro omni eo,quod in re publica.filius gessit , casus est in l. 2.in princip. ff. ad muncipia.Et ideo cautela est , q̃ protestetur , ut supra. Nec tenebitur hanc protestationem facere in præsentia eligentium,seu ordinis, aut nominantium ipsum ad officium, sed potest ante ea facere:ut d.l.honores.§.fi.Sed quęro in pri-

9 mo casu † quãdo quis tantùm se exonerat,& neminem grauat:an talis protestatio tollatur per actum contrarium , qui se cùm dicta protestatione non compatiatur. Solutio , dicit Bart.q̃ aut actus , qui fit postea protestationi contrarius dependent solùm à facto ipsius protestantis,ut hæreditatis aditio,& similia: & tunc actum contrarium non tollitur protestatio,imo per protestationem ille actus tollitur , ut l.qui in aliena.§.fi.ff.de acquir.hæredi.l.si quis principio.ff.de leg.3. & l.si mihi & tibi.§.in legatis.& l.si ita scriptum. illo eo.tit.Addo & hoc uerum,etiam si protestatio tendit ad detrahendũ partem substantialem facti, secundùm Butr.Panor.in c.cùm M.Ferrar.de constit.per l.per seruum. §.j .ff. de usu & habita. de cuius intellectu.infra dicam. Et subijcit Bar.præmissa uera,nisi expresse diceret,se uelle à prima protestatione recedere:d.l.si quis in princi. Sed Bar.in hoc uidetur imperfectè lo-

10 cutus fuisse. Vnde ego dico sic : † aut ista protestatio colligitur à directo sensu uerborum : & tunc aut actus contrarius protestationi sequitur incontinenti post protestationem:& tunc procedit,quòd dicit Bar.aut ex interuallo:& tunc intelligitur recessum à protestatione,& non iuuat protestatio,ẽt in dependentibus à uoluntate protestantis , secundum eundem Bart.& Doct.in l.qui in aliena.§.fi.ff. de acqui. hære. Et idem uoluit Bar.in d. §.morte.uersiculo , & finitur protestatio.allegat l.per retentionem.C. de usuris: & est argumentũ secũdum eum in l.si ita.ff.de auro & argen.leg quod uerum

11 limitat ibi Bar. † nisi fieret per uerba generalia respicientia directò tempus futurum : quia tũc porrigitur ad actum etiã ex interuallo gestum;ar.l.si ita fuero stipulatus. ff. de fideiuss.Exemplum ad præmissa: Nam si dico,protestor,quòd nõ intendo adire hæreditatem : intelligitur per actum , quem nunc facio , uel de proximo faciam. Sed si dicam, q̃ per aliquem actum,quem contingat me facere,non intendo adire hæreditatem,sed illud facio ut negotiorũ gestor:tunc iuuat protestatio , etiam ad actum ex interuallo secutum . Et hoc quando ille actus protestationi contrarius non geritur cùm alio:aliàs iterum esset subdistinguendum,prout statim dicã.

12 † Si uerò protestatio procederet à directo sensu uerborum, se à contrario: tunc hic attende diligenter ; quia dico sic ultra Doctores,quòd aut uerbum directum uenit ad declarãdum,& fortificandum obligationem: & tunc protestatio,q̃ colligitur à contrario sensu , non uitiat dispositionem , nec aliquid operatur,tolle exẽplum in l.finali, in princ.ff. de le.2,

ubi

Source : BIU Cujas

ubi testator dixit:Si qua uoluntas obsignata emanauerit,uolo eam ualere.Pone ergo,ꝙ sequatur uoluntas solemnis,sed non obseruata, an ualebit? Videtur ꝙ non,propter illam ꝓtestationem insurgentem à contrario sensu. In contrarium determinat iureconsultus in d. l. fi.in principio. Si uerò uerbum directum uenit ad limitādum obligationem, tunc aut totum fit uno & eodem contextu in eadem dispositione:& tūc dico adhuc idem.Et tolle exemplum in l.pen. C. de inst.
13 & substitu.sub.condi.factis. † ubi testator dicit:Titius,& Seius hæredes mihi sunto secundum conditiones infra scriptas:& ex hoc insurgit à contrario, quòd non sint hæredes, nisi conditionaliter, & tamen si posteà in eadem dispositione instituerentur, non adiecta aliqua conditione, nihilominus sunt hæredes purè perinde, ac si de conditione nihil esset dictum: ut est ibi casus. Si uerò non celebratur uno contextu sed separatim: tūc illa protestatio quæ insurgit à contrario,uitiat dispositionem. Tolle exemplum per gl.& Doc.in l.ita stipulatus.& ibi dixi.ff. de uerbo. oblig. ut quando inter contrahentes agebatur desistēdo certa die non exprimendo eam, sed in ipsa stipulatione debebat exprimi,& declarari.unde si posteà omittatur,uitiatur stipulatio.Et ita declarant Doctores ibi illam glossam. Et licèt hoc exemplum respiciat actum, qui consistit in uoluntate duorum, tamen eadem est ratio in actu consistente in uoluntate unius:& hoc quando actus protestationi contrarius non geritur cum alio,sed solùm geritur per protestantem. Si uerò celebratur actus cum alio, intellige licèt dependeat protestatio à uoluntate protestantis; quia si à uoluntate etiam alterius,ista erit materia.§.seq. & tunc dicit Bar.in d.§.morte.indistinctè,ꝙ per illum contrarium uidetur à protestatione recessum c. solicitudinem. extra de appellatio. quia sicut propositum in mente retentum non nocet ei contra quem proponitur l.si repetendi.de condic. ob cau.ita ista protestatio,quam ignorat ille,cum quo posteà actus geritur, ei non nocet. Et intelligo indistinctè, siue incontinenti sequatur actus,sine ex interuallo:ut uult idem Bar.in l. qui in aliena §. fi. præalleg. Pro quo ego ibi adduxi glo. quæ hoc uult in ca. tuæ nos.extra de sponsali. Et ideo dicit Bar. in d. §. morte.ꝙ
14 dictus §. fi. debet intelligi † quando post protestationem adiuit hæreditatem simpliciter cum nemine contrahendo, aliàs si cum aliquo ut hæres contraheret, uideretur à prima protestatione recedere quod est uerum sine dubio quantū ad eum,cum quo posteà contraherem l.fi.& ibi no. ff.de interro. act.tamen putat Bar. idem quò ad alios; quia potest a protestatione recedere, quod nota pro limitatione illius §. fina. Verùm attende; quia etiam in hoc secundo membro Barto.imperfectè locutus est.Vnde ego dico,quòd aut protestatio,de qua suprà,non fuit facta illi,cū quo geritur actus ille contrarius:& tunc uerum dicit Barto.Et in hoc casu expresse loquitur,ut patet ex eius uerbis. Quod tamen limita, nisi protestatio esset iusta causa uestita, proprer imminentē timorem illius cum quo debebat geri actus: quia tunc etiā
15 si ei non fiat;iuuabit:ut in §.sequenti dicam. † Aut fuit facta illi,cum quo actus geritur:& tunc aut est simpliciter facta:& tunc dico, quòd protestatio iuuat, si incontinenti seruatur actus contrarius: secus si ex interuallo; quia ad actum gestū ex interuallo non porrigitur. Ad quod uide Doctores in l. pacta nouissima.C.de pact.& eundem Bar.& Doctores in d.
16 §.fi.& hoc etiam uerificabo statim per exemplum. † Si uerò non fuerit protestatio simpliciter facta, sed per uerba generalia respicientia in futurum; tunc aut uerbum in futurum fuit appositum in protestatione: ut puta, si contingeret me in futurum tale ꝙd facere, protestor &c.tunc absque dubio protestatio trahitur ad actum posteà gestum etiam ex interuallo.uide Iac.Butrigar.Bar.Bal. & Doctores in d.l.pacta nouissima.Secus ergo sentiunt, si illud uerbum in futurum,nō esset in protestatione, licèt uerba protestationis directò respicerent in futurum.Sed attende; quia ipse idem Bar.in d.§. morte.in uersic.& finitur.protestatio, solùm exigit, ꝙ uerba concipiantur in futurum, licèt uerbum in futurum,non exprimatur, ut puta si contingeret me facere tale quid,etiam ut supra dixi:quia tunc porrigitur ad actum ex interuallo sequutum. Et idem uidetur uelle Butri.in c.cum M.Ferrarien sis.ex.de constitu.Et per hoc limito, & declaro.id,quod uoluit Archi.in cap.diaconi.28.di. & Butrius,ac Panor post Io.
17 And.in dicto c. cùm M. Ferarienſis. ubi dicunt † ꝙ quando quis protestatur,quòd per aliquem actum, quem faciat coram tali iudice, non intendit in eum consentire,ut in suum iudicem competentem,nec eius iurisdictionem prorogare, prout fit omni die: tunc dicunt,ꝙ si fiat talis protestatio ante,& postea incontinenti sequitur actus contrarius,iuuat ꝓtestatio:secus si ex interuallo.Ideo dāt cautelam, ꝙ in quolibet actu,seu memoriali repetat protestationem: aliàs per unum actum ex interuallo uideretur à protestatione recessum,secundùm Butrium.Sed ego dico distinguendum ut supra quia aut non fit talis protestatio ipsi iudici, coram quo posteà geritur actus:& tunc indistinctè per actum contrarium uidetur à protestatione recessum, aut fit ipsi iudici & tunc aut per uerba non respicientia generaliter in futurum: & sto distinctioni præfatorum Doctorum, cui tamen adde, ꝙ si immineret timor iudicis,tunc sufficeret prima protestatio,secundum Panor.in d.c.cùm M. Ferrarien. Ad quod adde quæ dicam in §. seq. aut fit per uerba generalia respicientia in futurum:& tunc iuuat etiam ex interuallo. Patet ex p̄missis,nisi uelles constituere differentiam inter iudicialia:& extraiudicialia, ut in iudicialibus protestatio etiam directò respiciens in futurum non noceret in actu gesto ex interuallo,quod non placet Imolæ in d.§.morte.in uersi.item adde, ꝙ quando protestatio.Et bene,quia nescio uidere rationem diferentię,& ista tene menti.Sis tamen cautus,quando facis protestationem, de qua supra ut addas, nisi quatenus à iure arcter,dicendo protestor ꝙ per aliqua, quæ dicam, uel faciam in futurum, non intendo in uos consentire, tanquam in meum iudicem competētem,nisi quatenus à iure arcter, uel adstringar.Aliàs si hoc non adderes,posset te iudex condemnare in expensis tanquam contumacem. Ita elegan ter uoluit Innoc.in c. Cumana ex. de elect. & Ang. in l. non uidetur.ff de iudi.& Panor.in c.cùm.M.Ferrarien.præallegato.Addo, quòd dicendo citra indebitum consensum sufficeret:quia tunc non passim protestatur, sed quatenus indebi-
18 tè coram eo conueniatur. † Et per præmissa deciditur quæstio quotidie occurrēs. Nam tu scis,ꝙ dissimulatione aboletur iniuria.§ fi. Instit.de iniurijs.ut puta bibendo, ridendo, uel comedendo,uel similes actus faciendo cum eo,qui fecit iniuriam,ut dicunt glo.& Doc.in d.§.fi.Et ideo propter hoc fiunt quotidie protestationes per passos iniurias, ꝙ per aliqua quæ dicant, uel faciant, non intendunt illam iniuriam remittere.Et ideo dico per præmissa,ꝙ si illa protestatio nō est facta ipsi iniurianti,cum quo posteà geritur actus ille dissimulatiuus,indistinctè tollitur protestatio per actum ꝺriū, nec iuuat protestatio.Si uerò fiat ipsi iniurianti,tūc si simpliciter fiat, adhuc non iuuat,nisi quò ad actū, qui sequitur incontinenti:secus si ex interuallo. Si uerò fiat per uerba generalia respiciētia in futurum,tunc iuuat protestatio, etiam quò ad actum contrarium gestum ex interuallo. Quid autē sit de protestatione,quæ fit per respondentem libellō,quòd non respondent animo litem contestandi,dicam statim.

Prosequor ergo ulterius ad dicta Bartoli & subijcit demum Bartolus,quòd ubi actus,qui geritur post protestationem,non est certus, sed ambiguus, tunc dicit indistinctè,ꝙ per protestationem præambulam declaratur illa ambiguitas.Allegat l.Nesennius.ff.de negotijs.gesto. cap.cùm.M.Ferrarienſis.præallegato.nam in dicta.leg.Nesennius, poterat illa alimentatio præstita per auiam intelligi dupliciter, uel ꝙ esset præstita ex pietate, uel affectione domestica, uel animo repetendi,unde si protestetur, quòd facit animo repetē di,iuuat protestatio, licèt si non protestaretur, in dubio uideretur facere ex affectione domestica l. prima. in fin. l.alimenta l. quod in uxorem. & ibi notatur. C. de negoti. gesto.

Et attende:quia loquitur Barto.ut patet ex his quæ ibi dicit in proximè præcedentibus, etiam si ista protestatio non fiat in præsentia partis Et credo ꝙ bene dicat:quia idem est etiam in his, quæ dependent à uoluntate protestantis,& alterius:quia etiam tunc ad partem potest fieri protestatio declaratiua dispositionis ambiguæ quæ debet sequi,ut dicam in §.sequenti: & erit ualde notabile,& inducam ad pulchrā
19 quæstionem. † Et ex præmissis infero, quòd cùm responsio facta ad libellum possit multipliciter intelligi,uidelicet,ꝙ respondet animo litem contestandi, uel etiam non animo litem contestandi, sed iudicem informandi, consequenter ꝓtestatio impellens factum ad alterum ex intelligentibus, puta,ꝙ non animo litem contestandi respondet, iuuaret protestantem,ut uoluit glos. & Bar.in l. unica. C. de lit. contest.Et Butrius,& Panor.in d.c.cùm M.Ferarien. Addo per præmissa,ꝙ istud procederet,etiam si fieret circa presentiam partis. Sed reperio, quòd Panor. ubi supra In hac protestatione requirit præsentiā partis: sed uidetur malè sentire per præmissa. Sed dices tu,imò bene sentit;quia aliàs ex tali protestatione posset aduersarius incidere in captionem:quia credens litem contestatam,posset prosequi ad ea,quæ sunt fienda post litem contestatam, posset: & certum est, quòd quando ex protestatione alius potest incidere in captionem, tūc debet notificari protestatio,ut dixi supra.Solutio. Potes dicere, ꝙ illud procedit, quando uolo per protestationem me exonerare ab eo,quod pendebat ex facto meo præcedenti,puta ex meo mandato.Sed in casu præmisso protestatio solùm ten-
20 dit ad declarationem actus ambigui sequturi † æquitas tamen

Source : BIU Cujas

men suadet propter rationem præmissam, ꝙ debeat innotę scere parti. Cogita.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in dependentibus à uoluntate protestantis & alterius an debeat fieri: & nu.6.*
2 *Protestatio simplex non extenditur ad ea, quæ fiunt ex interuallo.*
3 *Protestatio quando parti præsenti sit facienda.*
4 *Protestatio nil confert, quæ nec parti, nec alteri facta fuerit.*
5 *Protestatio facta quando non iuuet protestantem.*
7 *Voluntates ultimæ uno contextu sunt faciendę.*
8 *Protestatio dependens à voluntate duorum quando parti fieri debeat, & quando non.*
9 *Verba ambigua quando contra dicentem recipiant.*
10 *Protestatio quæ iusta causa uestiri dicatur.*
11 *Timor duplex secundùm Aristotelem.*
12 *Metus uerborum quando excusationis sit causa sufficiens.*
13 *Protestatio in quibus actibus sit parti notificanda.*
14 *Protestatio facta in partis absentia quando sit ualida.*
15 *Protestatio secreta quando fieri possit.*
16 *Protestatio facta parti an ualeat, licèt non consenserit.*
17 *Protestatio quando non releuet protestantem.*
18 *Protestatio quando dicatur contraria facto.*
19 *Protestatio facta ad declarationem facti sensus uarij, an releuet.*
20 *Protestatio quo casu non tollatur actu contrario.*
21 *Promissio facta cum protestatione quòd non inducatur obligatio an ualeat.*
22 *Repugnantia quando inducatur ex protestatione facto contraria.*
23 *Protestatio contraria facto quando uitiet dispositionem.*
24 *Protestatio quo casu non admittitur.*
25 *Protestatio quo casu iuuet protestantem, & quo non.*
26 *Protestatio ut releuet, an debeat consentire is, cui facta fuerit.*
27 *Consensus partis an requiratur, ut ualeat protestatio ei facta. & nume. 39. 41. 42. 44.*
28 *Protestatio facta ad obligationem tollendam quando ualeat.*
29 *Protestatio facta ut obligatio limitetur, quando effectum sortiatur.*
30 *Consensus partis expressus quando requiratur in protestatione. & num. seq.*
32 *Taciturnitas eius, cui fit protestatio, an ualidet ipsam protestationem, & num seq.*
34 *Generalitas uerborum non sufficit, quando aliquid expresse fieri debet.*
35 *Filius non potest in iudicio intercedere citra paternum consensum.*
36 *Tacens quando consentire dicatur.*
37 *Contractus naturalia quæ sint, & quæ accidentalia.*
38 *Vsumfructum habens censetur usum quoq; habere.*
40 *Protestatio facta ad limitandam seu tollendam obligationem quando ualeat.*
43 *Licentia habita à superiore potestatem non habente quid operetur.*
45 *Pactum, seu protestatio contra substantialia contractus ipsum contractum uitiat.*
46 *Contractus uitiatur, si ei contra ipsius substantiam aliquid adiiciatur.*
47 *Precarium reuocari potest secundùm concedendis beneplacitum.*
48 *Ordinatio cum protestatione ꝙ ordinatus habebit uxorem, quare ualeat.*
49 *Donatio simplex quibus uerbis fieri soleat.*
50 *Dispositio quando uitietur per adiectionem repugnantis.*
51 *Conditio quid operetur, quæ in uita apponentis non purificatur.*
52 *Conditio certa quando substantiam suspendat & quando effectum.*
53 *Donatio quando repugnantiam continere dicatur.*
54 *Retrotractio quando, & in quibus locum habere dicatur.*
55 *Dispositio seu contractus quando peccare dicatur in substantialibus.*
56 *Significatio uocabulorum propria ex definitione est petenda.*
57 *Definitio rei quid conferat.*
58 *Solemnitas quæ de substantia rei esse dicatur, & quæ non.*
59 *Substantialia dispositionis unde assumi soleant.*
60 *Matrimonij bona quæ sint.*
61 *Reuocatio dispositionis quando censeatur de substantialibus eiusdem.*
62 *Substantialia contractus quandoq; sumuntur ex effectibus originalibus.*
63 *Possessio ciuilis confert aptitudinem præscribendi uerum dominium, non autem naturalis.*
64 *Consensus eius, cum quo contrahitur, quãdo requiratur expressus. & nu seq.*
66 *Dispositio nulla annullari debet per tacitos intellectus.*

1 Tertiò uidendum Est de protestatione † quæ fit in his, quæ dependent ex uoluntate protestantis & alterius. Et Bar. in l. non solùm §.morte.ff.de no.ope.nun.dicit, istam protestationem semp fiendam parti. Allegat l.codicillis.§ j.ff.de lega.2. & l.si debitor.§.j.ff.qui.mo.pign. & l.cùm in plures. §. locator horrei.ff. loca. ibi enim ideo protestatio non habuit locum; quia illud propositum non fuit expressum. Et ita intelligit Pet. prout refert Cyn. in l.pacta nouissima. C.de pact. Qui intellectus secundùm Bar. est bonus in se: tamen Ia. Butrigarius secundũ
2 eundem Bar. dicebat, ꝙ ratio illius tex. est; † quia propositũ, seu protestatio illa fuit ab initio simpliciter facta, & ideo nõ extenditur ad ea, quæ posteà ex interuallo fiunt. Quòd satis est uerum in se, secundum Bart. per ea, quę s. dicta sunt. Et nota bene hoc, dum uult, ꝙ iste intellectus sit uerus in se, & loquitur ēt qñ fuit facta protestatio parti: quia aliàs hic intellectus nõ haberet dubium. Subijcit tñ Bar. ꝙ hic intellectus non congruit literæ dicti §.locator horrei. quia ibi in fine dicit, perinde ac si propositum fuerit remissum. Sed secundũ prædictos ratio esset, uel quia propositum non fuit expressum, uel quia ad illum actum se non extendit: & sic de remissione non est tractandum; quæ est ꝫ illum tex. Dicēdum est
3 ergo † ꝙ protestatio in casu prædicto est facienda parti præsenti, per leges prædictas: & tunc rõ §.locator.erit; quia tunc fuit à protestatione recessum. Ex præmissis colligo triplicē
4 intellectum ad illum §. locator. Primus, † ꝙ ibi protestatio ideo non iuuat; quia non fuit expræssa nec parti, nec alteri. Secundus, ꝙ ideo non iuuat; quia non fuit facta in p̃sentia partis. Tertius, ꝙ non iuuat; quia fuit simplex, & actus fuit secutus ex interuallo. Et isti intellectus oēs sunt ueri in se secũdùm Bart. Addo quartum, quia ibi fuit facta parti præsenti, & habuit respectum ad futurum, sed non iuuat; quia pars nõ ꝫsensit; Ideo per actum sequentem vī recessum. Sed an hoc sit uerum, ꝙ requiratur consensus partis, cui fit. infra latius dicam. Adde ēt quintum intellectum, qui fuit Io. Mona. in regula in generali. de reg. iur. li. 6. & ibi per Io. And. in Mercu
5 ria. in ult. col. & Baldus tangit in d.l.pacta nouissima. † ꝙ ibi ideo nõ iuuat protestatio; quia post protestationem non interuenerunt simpliciter uerba, seu actus uerbi, sed actus facti: quia res recepit in horreo suo. ideo vī à protestatione recessisse: argumen. in c. solicitudinem. de appella. & quia potentior vī actus facti quam uerbi; argumento 22.q.2.cauete. Secus qñ interuenit actus uerbi tantùm. Et ita intelligatur l. qui in aliena.§.fi. de acqui. hære. Et iste intellectus est ualde notabilis, si uerus: sed est periculosus, quia actus agentium non operantur ꝫ intentionem eorum l.non oīs.ff.si cer.pet. l.legata in utiliter.ff.de lega. j. Vnde ex quo constat de mente per protestationem præambulam. non vī curandum, an actus subsequens sit actus uerbi, uel facti. Tñ quicquid sit, te
6 ne menti intellectum Ioan. Mona. pp eius authoritatē † Ex premissis ēt dictis Bar. infero, ꝙ sicut protestatio multipliciter facta non trahitur ad actum ex interuallo in dependentibus à uoluntate protestantis, ut dixi in §.præcedēti, ita ēt in dependentibus à uoluntate protestantis, & alterius, licèt illi alteri sit facta protestatio quod bene nota. Attende tñ; quia ꝫ facere vī l.si ita scriptum.ff.de leg.j. ubi illa protestatio præcedens, si cui bis legauero, semel debere uolo, vī trahi etiam ad legata, quæ fiunt ex interuallo, & ideo pp hoc Bal. in l.pacta nouissima. vī reprobare quòd dictum est. Sed Imola in sæpe alle.§ morte. sustinet quod p̃dixi: & fuit ēt opinio Iac. Butri. ut s̃.dixi Et ad l.si ita scriptum. rñdet, quòd ibi non fie
7 bat actus ex interuallo, quòd patet; † quia fiebat in eadem ultima uoluntate, quæ ultima uoluntas uno contextu debet fieri l.hæredes palam.§.si quis post.& §.fina. ff.de testa. Et ꝙ hoc sit uerum, patet: quia ibi dicit, quòd censetur non datũ illud, quòd est ademptum. Sed qñ in diuersa uoluntate fit, non ita cadit propriè dicta fictio, ut ibi notatur, & in d.§.si quid post. Et nota hunc intellectum ad l.si ita scriptum. quia restringit illum textum, ut nõ procedat, si illi legata fuissent
8 facta ex interuallo, puta in alia dispositione. † Colligo etiã ex premissis, quòd in dependentibus à uoluntate duorum, ut in contractibus, protestatio debet fieri in præsentia partis, seu ei inotescere, quòd uerum limito singulariter, nisi illa protestatio tenderet ad declarationem actus sequentis ambigui, quo casu sicut in dependentibus à sola uoluntate protestantis iuuat protestatio facta ad declarationem dispositionis ambiguæ, seu multipliciter intelligibilis: ita dico quòd idem in dependentibus à uoluntate duorum. Et potes exemplificare in casu capituli tua nos. extra de sponsali. in quo casu si præcessisset protestatio, iuuasset protestantem quò ad forum contentiosum, ut ibi notatur per Doctores, maximè per Ioannem Andream & Butrium. Nam secundù glos. & Doctores ibi loquitur in foro pęnitentiali. Ex quo in
9 fero singularem limitationem ad l.ueteribus.ff.de pact. cùm similibus, ubi dī † quòd uerba ambigua debet interpretari ꝫ loquentem: quia dico hoc uerum, nisi iste loquens ad partem secretè protestatus fuerit, quòd illa uerba ambigua uolebat sic debere intelligi: quia protestatio præcedens, ēt in actu cõsistente in uoluntate duorum, bene iuuat quantum ad declarationem uerborum ambiguorum. Vt notatur in d. c.tua nos. per præfatos Doct. Quod est bene menti tenendũ & maximè quia in prædictis casibus sensus iuris, seu præsumptio erat aliter, quàm protestaretur: quia in casu dicti ca.tua nos. in foro contentioso præsumeretur pro matrimonio, ut ibi notatur, & in casu l.ueteribus. ius interpretatur ꝫ proferentem in foro contentioso: & tñ protestatio ꝫ talem interpretationem iuris iuuat. Et est casus in l. Nesennius.ff.de negot.gest. declarando illum textum ut dixi in §. præcedenti.
10 Item & 2. limito quod dicit Bart. † talem protestationem debere fieri parti, nisi protestatio esset iusta causa uestita, puta quia

Source : BIU Cujas

ta quia propter timorem alterius partis non audet in præsentia ipsius protestari, uel ꝑ eius uerba minatoria. Et sic non exigitur metus, qui cadat in constantem uirum, sed sufficit metus uerborū unà cum protestatione: quo casu iuuabit protestatio. etiam secreta. Et istud est de mente Butrij & Panor. in c. cùm M. Ferrarien sis. extra de constitutio. & probatur etiam per tex. cum gl. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquihære. Super quo tñ uidetur esse distinguendum, prout dixi in tractatu contractuum uetitorum, in 38. comcubinatione, uidelicet utrum ista uerba minatoria processerint ab eo, cui debeatur reuerentia, an ab alio: & si ab alio, utrum sit talis, qui uerba consueuerat executioni, & effectui demandare, uel non: quia, ut inquit Horatius in arte poetica: Nec sem per feriet, quicunq; minabitur actus. Cæterùm si sit talis, qui consueuit dictis facta referre; tunc procedit conclusio præmissa: quia, ut inquit Seneca in prouerbiis. Inimicus quāuis humilis est metuen. Et idem Seneca in Hercule furente. cap. 3. Prona est timori semper impetus fides, & Aristoteles lib.
11 3. æconomicorum dicit, ꝙ duplex est species timoris † alia est uerecundia ex pudore facta, qua utuntur pudici filij ad patres, & ciues suppositi adꝑsides bonos. Alia est species timoris cum inimicitia, & odio, qua utuntur serui ad dominos, ciues ad tyrannos iniurioſos: & primam speciem timoris reputo laudabilem, secundam periculosissimam: quia, ut inquit Seneca in lib. 18. epistolarum ad Lucillum, epistola. 40. Nemo potest terribilis esse secure: securitatis magna portio est, inique nihil facere. Et idem Seneca de ira. li. 2. Periculosius est timeri, quod despici. Necesse est ut multos timeat, quem multi timent. Vnde dico, ꝙ insistente tali timore, non esset tutum protestari apud eum, qui præbuit cām timoris: quia ut inquit Salomon in Ecclesiastico c. 10. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Et ideo poterit talem protestationem secretè facere. Et istud dictum est, quod uoluit eleganter Hosti. in summa, quòd metus causa. §. j. uers. item ex-
12 cusat. † dicens, ꝙ metus uerborum ita demum excusat, si ꝑcessit protestatio: puta, quia coram amicis secretè dixit. Scitote, quò quicquid fecerim, timore facio: unde nolo, ꝙ mihi obsit. Et istud ēt uoluit Dinus in l. qui in aliena. §. fi. de acquihære. dicens, ꝙ si aliquis timeat, ne per metum ab aliquo cogatur facere aliquem ☞ctum, uel uenditionem ☽silium est, quòd faciat talem protestationem, de qua supra. Sed Bar. ibi dicit, quòd illud non est bonum ☽silium; quia ille text. loquitur in aditione hæreditatis dependente à pura uoluntate so-
13 lius protestantis: † sed si esset celebrandus actus, qui penderet à uoluntate mea, & alterius, tunc oportet, protestationem innotescere parti, aliàs nihil ualeret. l. fi. §. Item si prædixerit. ff nautæ, caupo. stabu. & tangitur per Doctores in l. pacta nouissima. C. de pact. & plenè per eundem Bart. in sæpe allegat. §. morte. Sed istud dictum Bar. ualde restringit dictū Hostiensis & aliorum, de quibus s̄. Vnde ego aliàs in tractatu ☞ctuum uetitorum, in 28. cōbinatione cōcordaui opinio nes hoc modo, quia aut fit protestatio ꝑ minas & uerba mi-
14 natoria: & tunc dico † ꝙ si sit actus consistens in uoluntate duorum, uidelicet protestantis, & alterius, ualebit protestatio in absentia partis facta. Et ita loquant̄ dic. Hosti. & sequaces, aut uerò ista protestatio fit ob aliam cām, & tunc procedat opi. Bar. Et postea legendo d. l. qui in aliena. §. fin. reperi, quòd hanc eandem distinctionem faciunt, Bal. Ang. & Imo-
15 la ibi dicentes, † quòd ubicunq; subest iusta cā timoris, quæ duret, & perseueret, tūc pōt etiam in actu confistente in uoluntate protestantis & alterius fieri protestatio secreta, ēt in absentia partis. Et per hoc determino unam qōnem quotidianam. Pone enim, ꝙ impregnaueris filiam, ꝑ quod timetur fieri scandalum per parentes, uel ☞ te, uel ☞ filiam, nisi ☞has matrimonium secum: & tunc cautela erit, ꝙ protesteris secrete coram amicis, ꝙ per quæcunq; uerba quæ dicas, nō intendis ☞here matrimonium, uel sponsalia, sed hoc facis timore scandali imminentis: certe licèt feceris extra præsentiam ipsius filiæ, & in actu cōsistente ex uoluntate duorum, nihilominus ista protestatio iuuabit, dummodo sis cautus, quòd non habeas copulam secum. Sed dices tu, istud est cōtra c. tua nos. extra de sponsa. quia rñdeo per infitiationem, ꝙ non est; quia debet intelligi ille tex. qñ non suberat iusta cā ita protestandi, ut ibi dicit Inno. aliàs secus, ut ibi. Etiam hoc ibi expressè determinat Butrius. Et ideo adde Inno. & Butri. pro distinctione præmissa: & ita etiam determinat Butrius & Panor. in d. c. cùm. M. Ferrarien sis: Sed quia uidistis, ꝙ in dependentib. à uoluntate duorum debet protestario re-
16 gulariter fieri parti. † Quæro, an facta parti indistīctè teneat, siue pars, cui fit, adhibuerit consensum, siue non. Solu. dico, quòd aut protestatio est contraria facto posteà secuto, prout sonat in facto, aut non. primo casu, quando tendit ad detrahendum totale factum, prout sonat in facto, tunc protestatio non releuat, & actus tenet, per d. c. cùm M. Ferrarien. extra de cōstitu. quod centies in anno allegatur ad hoc Sed quæro de exemplo, & glos. in c. j. de arbi. li. 6. dat exemplum. Nam tex. ibi dicit, quòd si ex tribus arbitris unus condemnauit in quindecim, alius in decem, alius in quinque, stat ur sententiæ illius, qui condemnauit in quinque, quia in illa quantitate omnes concordant & cōcurrunt; quia in maiori summa minor inest. Sed quærit glos. ibi, quid si ille, qui condemnauit in quindecim. protestetur, quòd cōdemnauit in quindecim, ita quòd non in minus, an procedet ille tex. Et dicit quòd sic, quasi ista protestatio sit ☞ria facto. Alij in l. j. C. de lit. cont. exemplificāt in eo, qui protestatur, quòd non intendit rñdere libello aīo litem contestandi & postea rñdet; quia tunc protestatio non releuat quasi contraria facto secuto, & inducetur litis cōtestatio. Sed reperio, quòd glos. ibi, & Bar. ac Canonistæ maximè Butri & Panor. in d. ca. cum M. Ferrarien. tenent ☞rium, quòd imò iuuabit talis protestatio: & nō inducetur litis contestatio. Rō secundùm Bar. quia tunc nō est contraria facto, prout sonat in facto, & puto quòd bene dicant; quia illud rñdere libello, est multipliciter intelligibile, quia potest intelligi, quòd respondet animo informandi iudicem, uel animo litem contestandi, unde protestatio impellens ad alterum ex intellectibus, iuuat protestantem, per ea quæ supra dixi, ad quod uide Butri. & Panor. in d. cum M. Ferrarien. Cæterum, si diceret, Respondeo negando, & protestor, ꝙ uolo esse responsum: tunc esset contraria facto secundùm Barto. in d. l. j. Et esset tunc uera repugnantia l. ubi repugnantia. ff. de re. iu. & l. scrip. C. de fide instr. Sed attende; quia si tunc est repugnantia, ergo actus uitiabitur, d. l. ubi repugnantia. & l. scripturæ & c. cùm M. ubi actus ualet reiecta protestatione ☞ria facta. Solu. cogitabam dicere pro concor-
17 dia, † quòd aut protestatio geritur simulatiuè cùm ipso facto ☞rio, ut in exemplo præmisso, & tunc cùm ipsa prolatio uerborum in se habeat repugnantiam, uitiabitur dispositio, quicquid dixerit Butrius in d. c. cùm M. qui uult, quòd etiam tunc teneat actus, & protestatio non releuet, ꝙ est contra mentem Bartoli in d. l. j. dum dicit, quòd est tunc illa repugnantia: de qua in d. l. ubi repugnantia, & in d. l. scripturæ. in quibus casibus, certum est, quòd actus uitiatur. Et adde etiā in quæ. quam statim subijciam, ubi patebit, ꝙ idem uoluit. Si uerò tale factum contrarium protestatione, tunc tenet actus, & protestatio non releuat. Exemplum: Si diceret, protestor, quòd si respondebo libello, nolo quòd sit responsum certè postea respondendo: quia facit actum contrarium nō releuabit protestatio. Et idem dico: si contemporaneè, seu simultaneè fieret, dummodo prolatio ipsa uerborum non cōtineat in sè euidentem repugnantiam: ut in casu d. c. cùm
18 M. Ferrarien sis. † Aliud exemplum, quando dicatur protestatio contraria facto, ponit Bar. in d. §. morte. in 7. col. uidelicet quādo protestor, quòd si intercedam apud te pro Titio, nō facio animo me obligandi, quo casu dicit, quòd si tu nō consensisti expresse protestationi, & ego postea intercedo simpliciter facio actum ☞rium protestationi: & sic videor à prima protestatione recedere. Et dicit esse casum in l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. Sed istud non uī bonum exemplum: quia tunc non est ☞ria facto, prout sonat in facto. Sol. per p̄missa dico, ꝙ nedum dī ☞ria facta, qñ tendit ☞ factum, prout sonat in facto: puta protestor, ꝙ si intercedā, nolo esse interessum, sed ēt qñ tendit ad eneruandum funditus totalem sensum, & substantiam facti: ut in casu p̄misso & statim declarabo in simili. Aliud exemplum reperio ualde notabilem in c. olim cām. extra de censibus. ubi recipiēs monetam minoris ualoris, pro moneta maioris ualoris, debita cū protestatione, ꝙ nō intendit sibi præiudicare: innuit ibi tex. ꝙ non obstante protestatione curret præscriptio cōtra recipientem, qñ recipiendo facit actum ☞rium protestationi. Et ita concludit ibi glo. notabiliter, quod apud me est ualde dubitabile: quia ista receptio pōt accipere duplicem sensum, uidelicet. quòd aut recipiat in deductionem maioris quantitatis, aut quòd aīo inducendi ☽suetudinem, uel pa-
19 tiendi præscriptionem. † Modò qñ protestatio emanat ad declarationem facti multipliciter intelligibilis, tunc protestatio releuat, ut s̄. dixi. ergo & in hoc casu dēt releuare. Nec obstat ille tex. in c. olim causam. quia illud colligit ibi. glos. à contrario sensu literæ, unde dico, quòd ibi non est sumendus contrarius sensus in perniciem aliorum iurium, iuxta no. in l. conuenticulam. C. de Epi. & cleri. Aliud exemplum habes ī c. solicitudinem. extra de appella. ubi est casus, quòd quemadmodum per comparitionem coram iudice à quo quis uidetur renuntiare appellationi suæ: ita quoque per cō paritionem coram alio iudice superiore illius iudicis à quo, ad quem tamen non fuit appellatum. Pone ergo, quòd protestetur, quòd compareat coram tali iudice citra præiudicium appellationis interiectæ, cui non intendit præiudicare, dicit ibi tex. quòd tanquam ☞rius nō erit audiendus. Sed

tunc

Source : BIU Cujas

tunc instat Io. An. ibi, quia secundùm hoc protestatio non tollitur per contrarium factum: quia si tolleretur, censetur renuntiatum appellationi:quòd non est, licèt non audiatur. unde dicit,quòd potius ibi probatur contrarium.Pan.uerò ibi dicit, quòd ideo ibi non tollitur protestatio per contrarium factum;quia fiebat apud eum, qui contrarium factum à principio poterat non admittere, Repellendo protestantem,quo casu si à principio non admisit, tunc ex solo attentatu non tollitur protestatio, & superior ab initio debet repellere uolentem agere actum cõtrarium protestationi sue, ut dicit ibi esse casum notabilem.Sentiens, quòd si pur non fuisset repulsus; tunc tolleretur protestatio per contrarium
20 factum. † Sed contra hoc oppono, ꝙ nec tunc protestatio tollatur per contrarium factum: imò dispositio sit nulla propter repugnantiam, ex quo factum, & protestatio simultaneè gesta fuerunt.unde succedant, quæ s̃.dixi.Et istud est de mente Bart.in d.§.morte.in 6.col.dum allegat l.ubi repugnãtia,& dictum c.solicitudinem.pro concordantibus ad quæstionem,de qua statim uidebitis, per quam etiam hoc declarabitur.Cæterùm si separatim dixisset, protestor, quòd per aliqua quæ dicam, uel faciam coram tali iudice,non intendo recedere à protestatione:uel dic, ut statim dicam in distinctione. Sed prius ad præmissorum declarationem quæro, quid si dico, promitto tibi centum cum protestatione, quòd non promitto animo obligandi me:an ualebit contractus?Bar.in d.§.morte,in 7.col.dicit, quòd tunc non contrahitur obligatio per l.ubi repugnantia. ff.de regu. iuris.& per d.ca.solicitudinẽ.in fine.Sed Imola in d.§.morte.dicit,quòd imò tunc protestatio reijcitur, & ualet contractus, per ſepe allega.c.cùm M.Ferrarien.& per l cùm precario.ff.de precario. Nec obstat l.ubi repugnantia. secundum eum:quia debet intelligi de repugnantia,quæ aliunde oritur,quàm ex ui protestationis. Sed domini credo, quòd Bar.melius dicat. primò; quia facere differentiam, an repugnantia oriatur ex protestatione, an uerò aliunde, nihil aliud est,quàm imponere potius legem uerbis, quàm rebus,contra l.2.in fi.C.cõmunia de leg.

Item contra Imolam dico esse casum in d.c. solicitudinẽ. in fine.ubi repugnantiá resultabat ex ui protestationis:Ideo dispositio uitiatur,& non admittitur, tanquam sibi contraria.Et ꝙ Bartol. melius senserit, probo:quia in casu præmisso, protestatio contemporaneè fit cum ipso actu: quo casu (ut supra dixi)inducitur repugnantia, quæ habet uitiare ipsum actum, ideo non immeritò Barto.in hac quæstione dicit,ꝙ non inducitur obligatio,per l.ubi repugnantia.sentiẽs
22 quòd uitiatur dispositio propter repugnantiam. † Ex quo infero singulariter,quòd nedum inducitur repugnantia ex protestatione contraria facto simul gesto, prout sonat in facto, sed etiam ex protestatione, quæ tendit contra totalem effectum iuris resultantem ex facto: quia licèt ipsa protestatio uerborum non habeat in se repugnantiam; tamen quia habita relatione effectus iuris ad factum colligitur repugnantia,uitiatur dispositio.Cæterùm;quia ista materia est multũ; intricata, & difficilis,pro clara intelligentia ego distinguerẽ sic.Cum quæritur,an protestatio tollatur per contrarium factum,distingue, quòd aut factum & protestatio simultaneè gesta sunt,aut separatim.Primo casu,aut loquimur in dependentibus à mera uoluntate protestantis, aut à potestate protestantis, & alterius, aut à potestate iuris.primo casu, quando loquimur in mera uoluntate protestantis, distingue, ut in §.præcedẽti dictum est. In ſcdo uerò casu, qñ loquimur in dependentibus à uoluntate protestantis & alterius; tunc dic,quòd aut est tale factum, quod animus facientis potest applicare ad duplicem sensum;quia partim est multipliciter intelligibile, & tunc dico,quòd protestatio tendens ad declarationem animi ad unum sensum iuuat,& non tollitur p cõtrarium factum & non esset repugnantia iuxta ea, quæ la
23 te supra uidistis. † Si uerò factum non est multipliciter inrel ligibile,tunc aut protestatio contrariatur facto, prout sonat in facto,qđ qñ sit supra declaraui:tunc est uera repugnantia, & ideo uitiatur dispositio, non autem tollitur protestatio p ꝫrium factum,hoc est de mente Bar.in l.j.C.de lit.cont.& de clara ut s̃.dixi.Si uerò nõ ꝫriatur facto,prout sonat in facto: tunc si cõtrariatur totali effectui ipsius facti, adhuc uitiatur dispositio propter repugnantiam:ut quando promitto non animo obligandi: ut uult Barto.in dicto §.morte.quicquid dixerit ibi Imo.

Si uerò non contrariatur totali effectui, sed tendit ad detrahendum partem substantialem facti simul gesti; tunc nõ uidetur uitiari dispositio, tanquàm continens repugnantiã: imò potius reijcitur protestatio l. cùm precario.ff.de precario.Sed casus uidetur contrarius in c.fi.extra de condi.appositis.infra uidebitis intellectum istorum iurium.

In tertio uerò casu qñ loquimur in depẽdentib. à potesta te iuris præsumentis,aut aliter disponentis; tunc dicendum est, ut dicam in §. 6. ubi etiam uidebis magnam subdistinctionem.Tamen hic licèt non sit materia huius §.non omit tam dicere aliqua, quæ tendunt ad declarationem aliquorum iurium præallegatorum.

24 † Vnde dico, quòd si protestatio tendit ad derogandum præsumptioni,uel fictioni iuris inductæ pro iuris obseruantia. Tunc dico, ꝙ si actus & talis protestatio simul fit apud superiorem,potest superior non admittere protestantem tã quam sibi contrarium d.c.solicitu.in fine.Sed si eum non repulit,tunc uidetur, ꝙ uitietur dispositiõ propter repugnantiam.Et ita uidetur sentire Bartol.in d. §. morte, ut patet ex supra.dictis.sed Panor.in d. c.solicitudinem.sentit,quòd tũc protestatio non releuat,sed tolleretur per contrarium factũ simul gestum,quòd ego credo uerius. Alleg.ibi pro hoc casum ultra Doctores in c. ut quis duas. de elect.in 6. & etiam habes textum gl.in cle.gratioſæ.de reſcri.ubi dicitur, quòd si quis obtinuerit gratiam de aliquo beneficio, & postea acceptauerit aliud,ꝙ nõ potest simul tenere cum illo, de quo obtinuit gratiam: dicit ibi tex.ꝙ uidetur renuntiare illi gratiæ. Et dicit ibi gloss.in uerbo renuntiare, quòd procedet ille text.etiam si de contrario protestatus fuerit;quia illa protestatio tanquam contraria facto non releuat. Nec obstat l. ubi repugnantia. cum his, quæ supra dixi: quia ea,quæ dixi, procedunt in dependentibus à uoluntate contrahentium, secus in dependentibus à potestate iuris, cui partes nõ possunt derogare, ideo tunc uitiatur dispositio, tanquam non continens repugnantiam, sed potius reijcitur protestatio p cõtrarium factum,de quo dic ut dicam infra in §.6. Vbi pulchra multa uidebitis. Venio nunc ad secundum membrum principale distinctionis, quando factum contrarium protestationi non fuit simul gestum cum protestatione, sed separatim; quo casu loquimur in dependentibus à uoluntate protestantis,dic ut dixi in §.præcedenti. Si uerò loquimur in dependentibus à uoluntate iuris,dic ut dicam in d.§.6.

25 † Sed si loquimur in dependentibus à uoluntate protestãtis, & alterius, ut in contractibus, quæ est materia nostra, tunc distingue, aut factum sit multipliciter intelligibile, ad cuius declarationem tendat protestatio: quia tunc iuuat,ut plenè dixi supra Aut non est multipliciter intelligibile:, & tunc subdistingue, an sit contraria facto, prout sonat in facto,ut tunc tollatur per contrarium factum.Idem si contrariatur totali effectui facti,ut supra dixi. Si uerò non contrariatur totali sensui facti,tunc aut tẽdit ad detrahendum partem substantialem facti: & tunc quid iuris,resident ex difficultate duorum iurium,quæ uidentur contraria, uidelicet l.cũ precario,& c.fi.præallegat.

Quæ iura licèt loquantur, quando factum & protestatio contemporaneè gesta sunt:tamen eadem ratione procedẽt si separatim.Si uerò protestatio tendit ad aliud,quàm ad detrahendum partem substantialem facti; tunc subdistingue, an actus loquatur incontinenti post protestationem, & tũc iuuabit protestatio: an ex interuallo, & tunc iterum subdistingue, an sit facta protestatio per uerba futuri temporis, seu respicientia ad quodcunque futurum tempus,an non secundum quòd plenè dixi, & declaraui in §. præcedenti.¶Et etiam in præmissis distinguendum est,an interuenerit in his protestationibus consensus partis,uel non secundùm distinctionem;quam faciam in §.sequenti.

Vnde ad præmissorum declarationem, quia supra uidimus, quòd in dependentibus à uoluntate duorum protesta
26 tio debet fieri parti: † An ad hoc ut protestatio releuet, sit necesse,quòd pars,cui fit,cõsentiat. Solutio.Bart.in d.§.morte.dicit,quòd si protestatio fieret ad tollendam,seu limitandam obligationem iam cõtractam,tunc non ualet,nisi pars consentiat.Allegat l.si maior.C.de transactioni.& l.perfecta. C.de donatio.quæ sub modo.

Et attende,quia ubicunque dicam requiri consensum,intelligit Bar. de expresso, non de tacitò, ut patet ex eius uerbis.Et ita etiam Imola interpretatur,eum uelle.

Si uerò fit ad tollendam, seu limitandam obligationem de futuro; tunc si obligatio contrahitur ex necessitate alicuius actus præcedentis, requiritur consensus partis, aliàs nõ habet effectum l.fin.§.item si prædixerit.ff.nau.cau.stab.licèt glo.aliter ibi dicat.Ecce quãdo quis assumit officium tabernæ,uel hospitij, tenetur receptare homines cum custodia suarum rerum. Vnde si hospes protestaretur, quòd non intendit habere res in sua custodia: ista protestatio non releuaret,nisi pars consentiret:quia ex necessitate officij assumpti teneretur ad hoc.

27 † Si uerò contrahenda est libere obligatio; tunc aut protestatio fit ad futuram obligationem tollendam, & requiritur partis consensus: ut quando protestor, quòd si apud te pro Titio intercedam, non facio animo obligandi:certè si

tu

Source : BIU Cujas

tu consentis,& postea intercedo, non obligor. Et istud colligitur ex quadam gl.in l.pacta nouissima.C.de pact.dum dicit, nisi pactũ primum deroget secundo præsupponit primum fuisse pactum,& sic habuit consensum duorum.Sed si tu non consensisti,si quidem ego postea intercedo simpliciter, Facio actum protestationi contrarium: & sic videor a prima protestatione recedere, secundum Bartolum dicentem esse casum in l.cum in plures.§. locator. ff.locati.Sed si in ipso actu obligationis dicerem, ego promitto animo non obligandi me: tunc sine dubio non contraheretur obligatio, secundum Bartolum per l.ubi repugnantia. de regulis iuris. & per cap.solicitudinem.in fi.de appellatio.

28 Et sic conclusio Bart. (cuius verba præmissa sunt formalia) est, †quòd quando protestatio fit ad obligationem tollendam,quòd si actus & protestatio simul gesta sunt, indistinctè non valet dispositio,tanquam continens repugnantiam.

Si verò separatim,tunc distinguendum, an pars consenserit, vel non.Si verò protestatio fit ad obligationem limitandam, vt si protestor,quòd si quid promittam tibi purè,illud intelligatur sub conditione,vel certo modo:tunc si loquamur in obligationibus quæ contrahuntur verbis,siue consensu: si quidem talis limitatio, quæ futuræ obligationi adijcitur,inducit diuersitatem in qualitate obligationis:Et ita talis diuersitas obligationem vitiaret, tunc est idem, quod supra,quando fieret ad obligationem tollendam: quia actus qui postea fit se non compatitur cum protestatione,argumen.§.si quis simpliciter.in l.prima.ff.de verb.oblig.

29 Ex quibus verbis colligo, † quòd etiam quando protestatio fit ad obligationem limitandam,taliter vt inducatur diuersitas in qualitate obligationis,vt est in obligatione pura,& conditionali, est facienda distinctio eadem, quæ in membro præcedenti: quia si fit protestatio separatim ab actu, distinguendum erit, an pars dissenserit,vel non.

Si verò simultaneè fiat,tunc indistinctè reijcitur dispositio, tanquam continens repugnantiam. Ex hoc infero ad quæst.arduam quam habeo de facto:Quidam donauit bona sua pure,& inter viuos,adijciens protestationem, quòd hæc donatio non habeat locum,nisi decesserit sine liberis,an ualeat donatio? Dixit Barto.in §. morte.quòd non:quia ista protestatio tendit ad obligationem limitandam,& inducit diuersitatem in qualitate obligationis Et sumus in proprijs terminis,in quibus hic exemplificat Bar. videlicet de pura dispositione ad conditionalem,quo casu vult Bar. esse dicẽdum, vt in præcedenti membro ita distinguitur. ergo &c. An autem in prædicta quæstione possit etiam infringi donatio, eo quia dixit inter uiuos,& postea in protestatione adiecit conditionem suspendentem substantiam obligationis,vsque post mortem:dicam infra & ibi omnino vide. Et sic patet, quòd in dicta donatione fuit repugnantia.

Sed dices tu,quare non sustinetur dispositio ex consensu ambarum partium,sicut quando diuersitas talis illico placuit.l.prima. §.si quis simpliciter.ff.de verborum obligatio.in uersiculo cum adijcit Respondeo,quòd ibi ex complacẽtia sequuta tollebatur defectus stipulationis,& fingitur alia stipulatio contracta,ut ibi dicit tex.Sed in quæstione nostra consensus ambarum partium non tollit vitiũ repugnantiæ.

Sed iterum posses instare,quòd illa conditio,si decesserit sine liberis,non inducat repugnãtiam,quasi tacitè insit,per l.si vnquam. C.de reuocan.donat.coniuncta l.tertia.cum ibi no.ff.de legar.primo.Quia respondeo,quòd illa tacita conditio,quæ inest per l.si unquam.non est suspensiua substantiæ obligationis,sed est resolutiua ipsius donationis, quæ pur interim tenet & est puta, sed conditio adiecta vt supra ipsi donationi,est suspensiua substantiæ obligationis,non autem resolutiua,ut patet ex tex.notabili in l.secunda.ff.de in diem addi.ubi iurisconsultus declarat,quando conditio dicatur resolutiua,& quando suspensiua obligationis.

In casu ergo præmisso fuit contradictio expressa aliter quàm in esset,& sic non obstat dicta l.tertia. per ea, quæ ibi notant Doctores,& sic non possumus euitare,quin sit repugnantia.

Vnde puto,quòd Barto.rectè senserit,licèt rigorosa sit eius decisio,prosequor vlterius ad dicta Bart.

Si verò,dicit Barto. talis limitatio, quæ adducitur per protestationem,non inducit diuersitatem in qualitate obligationis sed aliter, tunc protestatio valet secundum Bartolum cum postea obligatio facta intelligatur secundum illam limitationem adiectam in protestatione,sicut si ipso tempore obligationis fuisset dictum, argumentum l.Modestinus.infra de solu.iuncto dicto §. si quis simpliciter.& §.sequenti. † Et intelligit Imola in dicto §.morte. Bartol. 30
velle, quòd tunc valeat protestatio, etiam si aduersarius expresse non consenserit,licet in præcedenti membro,videlicet quando est diuersitas in substantia obligationis, requiratur expressus consensus.

Sed ista differentia non placet Imolæ; quia si protestor, quòd si promittam tibi viginti,non intendo me obligare nisi in decem, licet ista protestatio non concernat diuersitatem in substantia obligationis,secundum notata in dicto §.si quis simpliciter. tamen uidetur, quòd debeat requiri consensus, sicut & quando agitur de obligatione impedienda.vnde sicut si dicerem, si contingat me tibi promittere decem, non intendo me obligare, requiratur consensus partis,cui fit protestatio,secundum eundem Bar. ita uidetur quòd requiratur in dicto casu,quando dictum est,si promittam viginti,nolo obligari nisi in decem, arguendo de toto, ad partem l. quæ de tota.ff.de rei uend.

31 Nunc prosequere ulterius in dictis Bart. † Si verò,dicit Bar.esset obligatio,quę non contraheretur uerbis,seu consensu,sed re:tunc non requiritur consensus expressus eius,cui fit protestatio, sufficit enim,quòd taceat,& non contradicat. Et illo modo videtur actus celebrari l.prima.ff.de solutio. Sed si contradiceret, impediretur actus celebrari,ut dicta l.prima & secunda.quandoque fit talis protestatio super aliquo actu, ex quo non inducitur propriè obligatio,sed aliud præiudicium generatur:& tunc sufficit,quòd fiat parti,non tamen requiritur eius consensus l.codicillis.§.primo.ff. de lega.secundo.l.si debitor.§.primo.ff.quibus modis pigno. vel hypo. soluit.

Et sic sentit Barto.quòd in illis casibus sufficiat illum consensum fuisse tacitum,quòd nota.Ex prædictis patet secundum Imolam dicto §.morte.quod Bar. facit differentiam, an agatur de perturbatione obligationis in contractu verborum,an in contractu,qui perficitur consensu,quæ differentia sibi non placet; quia etiam quando contractus perficitur consensu, videtur quòd debeat attendi protestatio facta,sicut quando perficitur verbis:cum eadem videatur esse ratio,argumen.l.illud.ff.ad legem Aquil. Sed pace Imolæ dixerim,male vidit Bar.quia non facit hanc differentiam. Sed bene facit differentiam inter contractum,qui verbis, aut consensu perficitur,ex una parte,& contractum qui re perficitur ex altera parte. Et hanc differentiam puto esse optimam: quia traditioni rei propriæ,ex qua traditione debet resultare contractus, ut in contractibus,qui re perficiuntur,habet quis latiores habenas imponendi legem,quam vult,quàm si aliter contraheretur: nec requiritur tunc ita formalis consensus,sicut in aliis contractibus,vt no. per gloss.in l.prima.ff.de solutio.& ibi probatur in tex.

Quia domini vidistis distinctionem Bar.cum additionibus Imolæ sed imperfectè locuti sunt circa istum passum,cum quæritur,an in protestatione requiratur partis cõsensus. Vnde pro clara doctrina & intelligentia infra dicendorum quæro primo.

32 †An vbi requiritur consensus ad protestationem, debeat ille cõsensus formaliter adhiberi,an vero sufficiat taciturnitas eius cui fit? Bar.in dicto §.morte.(ut patet ex eius uerbis. supra relatis requirit, quod sit expressus,& ita etiam interpretatur Imola eum velle. Ipse uero Imola dicit contrarium; quia ex quo loquimur in protestatione declaratoria voluntatis, quæ fit parti, eius taciturnitas habebitur pro consensu,& erit ei imputandum, ex quo non contradicit,per l.si filiusfamil.absente. ff.ad Maced.

Et pro eo videtur gloss.in l.si fideiussor.in principio. ff. qui satisdare cogantur,& in capitulo primo.vigesimaseptima distinctione. vbi de materia per Archid.Ego vero teneo cum Barto.cuius opinionem primo probabo authoritatibus secunda exemplis. tertia ratione:quia secundum Aristotelem libro secundo. Rethoricorum.capitu.secundo.oportet manifestis signis,& testimoniis uti.

Et in libro tertio capit.nono.dicit, quòd exempla sunt magis conditionalia.enthymemata autem magis iudicialia, & in libro primo capitulo secundo.dicit, quod omnes persuasiones facimus per ostendere,aut exempla dicentes,aut enthymemata.Et subijcit quod præter hæc nihil.Et eodem lib.c.j.dicit,quòd tunc credimus maximè,quando ostensum esse existimamus.

Probo igitur opinionem Barto.per author.magni luminarij no 33
stri,videlicet Innocen. in capitulo † Cumana. de electioni. ubi expresse vult, quod in protestatione non sufficiat taciturnitas eius, cui fit,ad hoc vt sibi præiudicet,sed requiritur quod expresse consentiat. Et idem tenet ibi Host. & uidetur etiam sequi Ioan. Andr. & Archid.in c.diaconi.28.dist.

Item hoc vult Panormitan.in capitulo cum M.Ferrariensis. de constitu.vt patet ex eius uerbis, præsertim dum dicit, quòd in dicto capi.cum M.protestatio non iuuat; quia canonici recepti non receperunt, & tamen constat ex tex. quod eis præsentibus fuit facta protestatio, & tacuerunt, ita quod ab hac sententia, tanquam communi non est recedendum.

34 Probo etiam exemplis pluribus.Nam sicut videmus,† ℣ quando requiritur aliquid expresse fieri,non sufficit,quòd comprehendatur sub generalitate verborum secundum Ioan.Andr. in c. quia periculosum,de sententia excommunica. libro sexto. in Nouella, de quo habes gl.in clem.per litteras.de pręben.uidelicet gl.fi. & est bonus tex.in l.j.§.de pupillo.ff.de consti. pecu. ita in proposito qũ requiritur consensus,non videtur sufficere,℣ comprehẽdatur sub uelamine taciturnitatis.Tolle aliud exemplum in c.beneficium. de reg.iu.li 6.vbi in colla.beneficij,quæ fit).annum probationis exigitur consensus ingressi religionem,ideo non sufficeret tacitus,ſm Io.An.in regula,is qui tacet.in Nouella.aliud exẽplũ hẽs in l.si cum dotem.§.1.in gl.j.ff.solu.matri.aliud in c.j. extra de loca.ubi tex.re-

Source : BIU Cujas

quirit consensum inquilini in 2. locatione: ideo dicunt ibi Doct. ꝙ non sufficeret tacitus. Aliud exemplum habes in l.fi.§.necessita-
35 te.C.de bonis,quæ libe. † ubi exigitur consensus patris,quando filius inter uenit in iudicio. Ideo secundum Doct. exigitur, ꝙ sit expressus ita Specul.in titu.de actore.§ j versi.sed quid si prætente patre,& est gl.in d.l.si cum dotem.§.j.

Probo 3.ratione,quia certum est, ꝙ tacere propriè loquendo, non est consentire uel dissentire, vt habetur per Barto. in l.2.§.voluntatem.ff.soluto mat.sed tenet medium inter vtrumque, vt est casus,& ibi glo.in regula,is, qui tacet.de re.iu.lib.6. & Bar.in l.quæ dotis,sol ma.est firma regula secundum Ia. de Ra. & Cy. in l.inuitus.C.de procu Si autem reperiatur casus,quòd habeatur pro cõ-
36 sentiẽte,vel dissentiente,est fallentia à regula.addo,Hinc est † quòd iura,quæ dicunt,quòd tacens dicatur consentire,vel dissentire,sem per vtuntur verbis fictionis, quæ denotat improprietatem l. lege Cornelia.ibi.licèt minus propriè. ff. de testamen. Cùm ergo taciturnitas propriè non arguat consensum, vel dissensum, sed teneat medium,consequenter necessariò concludendum est, quòd ubicunque lex in actu exigit consensum, debeat in dubio intelligi de expresso:& sic de proprio potius,quàm improprio, per l.non aliter.ff. d.l.3. nisi quatenus in iure reperitur expressum, ꝙ habeatur pro consentiente,vel dissentiente,Et istud est,quod sentit glo.in l.fi. §.item si prædixerit.ff. nau. cau. stab. Nam ibi text. exigit consensum:& glo.subaudit maximè, quasi velit,quòd propriè consensus est ille,qui est expressus.Sed quia videtur ibi gl.quòd sufficiat in illo casu tacitus,subaudit maxime, & male; quia in illocasu etiam requiritur expressus, vt patet ex ijs quæ supra dixi.

Item etiam premitto ad intelligentiam infrà dicendorum,quòd quædam habemus, quæ sunt de substantialibus contractus, sine quibus contractus esse non potest,vt pote pretium in venditione. §.pretium Instit. de emp.& vendi.l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptio.

Item quòd emphyteuta soluat canonem secundùm Bart.in l.2. C.de iure.emphyt.

Item ꝙ precarium possit reuocari ad beneplacitum concedentis l.cum precario.ff. de precario. Et exemplifica etiam ut in capi. fina. extra de condi. appos.Et an pactum, vel protestatio contra substantiam contractus valeat, vel non, videbitis. infra quædam verò sunt naturalia,seu accidentalia contractus,vt quòd vendens teneatur de euictione.Hoc exemplum dat gl.in dicta l. pacta conuenta.

Item quòd venditor teneatur de morbo seu vitio animalis venditi Hoc exemplum dat Bar. in le. vbi ita donatur.ff.de dona. cau. mor.& in d.l.2.C.de iure emphy.& ibi Cy.qui Cyn.dicit,idem generaliter in quocunque iure dat illi contractui non tamen formaliter; quia tunc esset de substãtialibus.Et exemplificat in iure,quod habet dominus ad expellendum emphyteutam propter non solutum canonem.Et idem exemplum dat ibi Bar.& contra hæc naturalia,aut accidentalia contractus bene potest pacisci validè secũdùm Cy.& Barto.in d.l.2.& de protestatione videbis infrà. Quæ-
38 dam verò sunt de natura rei conuentione deductæ, vt † quòd ille, qui habet usumfructum,habeat & vsum l.per seruum §.j.ff.de vsu. & hoc exemplum dat Cyn.in d.l.2.& Bar.in d.l. ubi ita donatur.Et consequenter volunt præfati Doctores, quòd ille tex non loquatur de substantialibus contractus,cuius cõtrarium voluit Butrius in capitulo cùm M.Ferrariensis. de consti. & contra hoc si fiat pactio ab initio,vitiatur tota dispositio.d.§.j. aut ex post facto, & tũc valet principalis contractus, seu dispositio,reiecta illa pactione,seu conuentione, vt ibidem in fine, ita dicit Bar.in d.l.vbii ita donatur. Et est de mente Cy.in d.l.2.quod no. dum illum text. loquentem in legato trahunt ad contractus.

Quædam autem sunt de accidentalibus ipsius rei in conuentione deductæ, ut quòd usufructuarius habeat aditum, seu viam ad vsumfructum consequendum l.j.§.j.ff.si usufruc. peta.quo casu,si fiat pactio in ꝓrium,non vitiaꝫ dispositio,sed reijcitur ipsa pactio,vt dicit Cyn.post Pet.& Iac.de Are.in dicta l. 2 & Bart. in d.l. ubi ita. Quod etiam no.dum illum rextum loquentem in legato, trahunt ad contractus.Pro quibus facit l.seruum filij.§.cum qui chirographum.ff.de lega.j.His sic præmissis,propius deueniens ad quæstionem principalem,in qua multa singularia,& difficilia sunt dicenda; & ideo audi,& inclina aurem tuam, quia, ut legitur in Ecclesiastico,si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam & dilexeris audire,sapiens eris.Et(ut inquit Tullius in li.1.Rethoricorum artis veteris) maximè docilis est qui attentissime paratus est audire. Et vt dicit Hugo de sancto Victore, principium à magistro,sed perfectio ab ingenio,& exercitatione esse debet. Vnde licèt principium huius profundissimæ materiæ proficiscatur à magistro rudis, & crassi ingenij,tamen spero, ꝙ ipsius materiæ perfectionem consequi uobis fas erit,mediante illustri ingenio & exercitatione uestra.
39 Cùm quæritur igitur,† An ad validitatem protestationis requiratur consensus eius,cui fit protestatio,facio duo membra principalia: quia aut protestatio simultancè geritur cum actu, aut separatim primo casu in dependentibus à mera voluntate protestantis, clarum est,quòd non requiratur consensus eius,cui fit. De quo dic ut dixi in §.præcedenti.

Si verò loquimur in dependentibus à uoluntate protestantis, & eius cui fit protestatio; tunc aut habita relatione protestationis ad factum,quod simul geritur,resultat repugnantia:quòd quando fit suprà declarauit:& tunc siue pars consentiat, siue non,vitiatur dispositio.l.ubi repugnantia.ff.de regu.iuris, cùm similibus suprà allegatis:vt quando dico, respondeo cum protestatione, quòd non sit responsum,uel uolo quod contractus sit purus, cum protestatione,ꝙ habeat locum eueniente tali conditione. Nam ipsa prolatio uerborum tunc docet repugnantiam. Cessãte verò repugnãtia,tunc aut talis protestatio adijcitur actui, qui fit ex necessitate alterius actus præambuli.& tunc requiritur expressus consensus partis l.fin.§.item si prædixerit.ff. nau. cau. stabu.declara vt supra dixi.

Et ideo dico,& infero ex hoc, quòd si traditioni, quæ fit ex necessitate alicuius præambuli contractus,fiat aliqua protestatio:nõ iuuabit, nisi aduersarius expræsse consentiat, nec sufficit taciturnitas.Et hoc est de mente Bart.in d.§.morte.dum dicit,quòd si protestatio fiat ad limitandam, seu tollendam obligationem iam contractam,non valet,nisi pars expresse consentiat, ut supra dixi Plus dico,quòd etiam si expresse consentiat, non tamẽ ualebit,nisi in vim pacti nudi. Nec dixeris, nonne istud pactum est uestitum rei interuentu:Respondeo, quòd non:quia illa traditio rei fit ex necessitate præambuli contractus, ideo ex ea non potest vestiri pactum nudum,vt est gl.singulariter notanda,& ibi Bar.& Ange.in l.in traditionibus.ff.de pactis. quod declara, ut dixi in tract.de dote.in §.2.Si verò ista protestatio adijcitur actui, qui geritur liberè, non ex aliqua necessitate, tunc si fiat protestatio super aliquo actu, ex quo non inducitur propriè obligatio, sed aliud præiudicium generaliter,sufficit quòd fiat parti, non tamen requiritur eius consensus,secundùm Bart.in d.§.morte.per iura quæ supra allegaui.

Sed si fiat super actum,ex quo inducitur obligatio; tunc si protestatio tendit ad declarationem dispositionis ambiguæ,multipliciter intelligibilis, quæ simul geritur, dico ꝙ non requiritur apertus consensus sed sufficit,quòd non contradicat.

Probo euidenter:quia talis protestatio potest fieri etiam secretè extra præsentiam partis, ut dixi in §.præcedenti.vbi vide,quo casu tenet conclusio,ergo multo fortius si fiat in præsentia partis tacentis.Si verò non tendit ad declarationem actus ambigui; tunc si fit super obligatione, quæ re contrahitur, de qua in to. tit.Institu. quibus mo.re contrahi.obli.& tunc pariter dico,quòd non requiritur partis eius,cui fit protestatio, consensus, sed sufficit,quòd taceat,& non contradicat l.j.cum gl.ff.de solutio. Et istud bene vult Bar.in d.§.morte.

40 † Sed si fiat protestatio super obligatione. quæ uerbis aut consensu perficitur; tunc si tendit ad eneruandum naturam rei,in cõuentione deductæ, credo quòd requiratur expressus consensus
41 partis. † Ratio;quia conuentio talis, quę ab initio fuit apposita, vitiat totam dispositionem.l.per seruum.§.j.suprà de vsu & habita.& suprà dixi.Si ergo taceat ille,cui fit protestatio, debemus interpretari, ut sustineatur dispositio potius, quòd non consentiat:quàm quòd consentiat illi pactioni, ex qua vitiaretur actus,argu.l.quotiens in stipulationibus.j.de verbo.obliga. Et pro hoc etiam addu co,quod voluerunt Inno.Io. An.& Canonistæ in c.fin.de condit. appo.circa substantialia contractus:& statim dicam.

Sed si fiat protestatio super accidentalibus ipsius rei in conuentione deductæ,quod quando sit suprà vidistis:tunc quia ipsa protestatio non valet,sed reijcitur,remanente actu valido.Etiam si pars, cui fit,consenserit expresse protestationi,consequenter non expedit quærere de eius consensu:quia siue consenserit, siue non, est nullius momenti.

Si vero protestatio tendit ad eneruandum naturalia,seu accidẽtalia contractus,non dico rei conuentæ,si contractus, quibus accidentibus contractus potest derogari per pactum, ut suprà dixi: ideo tunc non credo,ꝙ requiratur expressus consensus partis, sed sufficit,ꝙ taceat.Et istud est,quod vult Butrius in sæpe allegat.cap.
42 cùm M. Ferrariensis. dum dicit † quòd in dependentibus à potestate protestantis,& eius,cui fit protestatio,non requiritur expressus consensus, sed sufficit,quod non contradicat, seu taceat, licèt protestatio ordinetur ad detractionem alicuius consequutiui ad factum,allegat.c.diaconi. 28. di. vbi taciturnitas Episcopi quando diaconus in ipsa ordinatione protestabatur, quod volebat accipere vxorem,sufficit,& haberetur pro consensu.Et sic sentit Butrius duo.Primo,quod protestatio ibi non sit contra substantialia dispositionis,cuius contrarium sentit in c.fi.& ibi Panor.de condi appositis.Secdo sentit,ꝙ in d.c.diaconi,tenuerit matrimonium:cuius cõtrarium sentit Archi.in d.c.diaconi, & Panor.in d.c.cum M. quia sequeretur absurdum,ꝙ Episcopus posset dare licentiam constitutis in sacris contrahendi matrimonium, quod est falsum.Nec obstat c.diaconi.quia ibi ponderatur protestatio, & cõsensus Episcopi solùm quo ad hoc, ut diaconus non deponatur propter delictum.Ex quo infero, † quod licentia habita à superiore non habente protestatem licèt non conualidet dispositionem, excusat tñ
43

à pœna

Source : BIU Cujas

à pœna Cuius contrarium reperio tenuisse Gandin. in titu. de re. veti. versi. hic tamen quæro, & refert, ac sequitur Alberi. in 2. parte suorum statutorum, quæstione vndecima. dicens per hoc, quòd si officialis det licentiam alicui faciendi aliquid contra statuta loci, iste faciens non ob hoc euitabit pœnam statuti. Pro quo optimè facit l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Subijcit tamen Alberi. ꝙ mitius debet puniri propter licentiam. Pro quo vltimo adduco tibi tex. notabilem cum Barto. ff. de adulter. De his tamen dixi latè in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verborum obligat. vbi omnino vide: quia articulus est quotidianus, & adde his quæ ibi dixi, authoritatem Archid. & Panorm. in locis prædallegatis. Sed id quod dixi, quòd non sufficiat taciturnitas, videtur expressum in dicto capitu. cum M. Ferrarien. vbi illa protestatio nō releuat, quia canonici non uiter recepti tacuerunt, & non expressè consenserunt, secundum Panorm. ibi Soc. potes dicere, quòd tenendo opinionem Butr. ibi, quòd illa protestatio fieret super dependentibus à potestate iuris, non autem contrahentium, tunc non obstat. Sed quia Panor. hoc ibi reprehendit per bonas rationes, potes 2. loco respondere tenendo secundum intellectum, quem ibi dat Panorm. secūdum quem non obstabit, & dic: vt ibi.

44 †Si autem protestatio ordinatur ad detrahendum partem substantialem facti, quo casu parte consentiente protestatio iuuat, & vitiatur totus contractus c. fi. extra de condi. appositis: Ideo requiritur ibi expressus consensus, nec sufficit tacitus secundum Innoc. & Ioan. Andr. ibi ac etiam Butrium in dicto c. cum M. Ferrarien. & hoc fauore matrimonij, secundum Innocen. Ego verò dico, quòd imo fauore dispositionis: quia si interpretaremur taciturnitatem ꝑ consensu, vitiaret dispositio: ergo potius debemus interpretari pro dissensu, vt sustineatur contractus, per l. quoties in stipulationibus. ff. de verborum obliga. & per consequens non erit necesse restringere ad fauorem matrimonij. Pro hoc etiam facit, quod supra dixi circa protestationem, quæ est contra naturam rei in conuentionem deductæ.

45 Et sic ex præmissis patet † quòd pactū, siue protestatio, cui pars consensit, tendens contra substantialia contractus, reddit contractum nullum, dicto cap. fin. qui text. secundum Panorm. ibi multo fortius procederet in alijs contractibus, quod verum credo per illum text. in fine, quem bene pondera, qui videtur cōtrariari l. cum precario, & ibi Bar. ff. de precario, & idem Bar. in l. vbi ita donatur. & ibi Do. ff. de don. cau. mortis, & per Cyn. in l. secunda. C. de iure emphyt. vbi omnes concludunt, pactum contra substantiam contractus non inualidare contractum, sed potius reijcitur ipsum pactum, per dictam l. cum precario. quod est contra dictū capi. fina. Sed reperio, quòd Panor. in c. insinuante. extra qui cleric. vel vo. dicit, quod in l. cum precario constituitur precarium non tam ex verbis, quàm ex concessione reipsa facta, quasi dicat, quòd in contractibus, qui re contrahuntur, si apponatur aliquod pactum contra substantiam contractus: tunc reijcitur pactum, remanente contractu valido: secus in contractibus, qui verbis aut consensu cōtrahūtur, quia tunc vitiaretur contractus, dicto capi. fina. quod est bene notandum. Imola verò in l. vbi ita donatur, de donatio. causa. mor
46 tis ait, † quòd quando conditionaliter adijcitur aliquid contra substantiam contractus, vitiatur dispositio propter repugnantiam, per dictum capitulum fina. secus si non adijcitur per viam cōditionis, sed pacti, vel modi. Ita loquitur d. l. cum precario. Ex quo infert duo correllaria, primum, quòd si in l. cū precario. dixisset, concedo precario, si mihi non liceat reuocare, tunc vitiaretur actus repugnantiam continens; quia nunquam actus fuit purus: & econtra, si in capitu. fina. non fuisset locutus conditionaliter, sed dixisset contraho matrimonium tecum hoc pacto, quòd generationem prolis euites, tunc teneret matrimonium, nec procederet illud c. fi. Et pro hac distinctione adduco Bar. & Salyc post Marti. Sili. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. in illo articulo, de ingrediente monasterium cum retentione proprij, quo casu distinguunt præfati Doctores, an dicatur, ingredior monasterium si mihi dominiū talis rei remaneat, & tunc vitiatur ingressus: quia talis cōditio facit deficere voluntatem ingredientis. Et est gloss. in capit. secundo. extra de statu mona. & in dicto capi. fin. Secus si retineret proprium per viam pacti, vel modi: quia tunc non uitiaretur ingressus. Ita intelligatur gloss. in dicta authenti. ingressi. Pro hac etiam distinctio. adduco, quod etiam voluit Innocen. in cap. scripturæ. extra de uoto, & facit capit. vltimum. vigesimasecunda quæstione ultima. Sed hæc distinctio videtur confundi per illud cap. fina. in quantum loquitur de conditione resolutiua. ibi donec inueniam &c. Et ibi hoc ponderat Pan. & adde pro eo: quia illud aduerbium videtur limitatiuum potius quàm suspensiuum dispositionis, per l. fœminæ. ff. de senatori. Tamen sustinendo præmissam opinionem potes dicere, quòd illud aduerbium etiam importet conditionem: & facit dispositionem conditionalem. Tex. est cum gloss. in capitu. ex literis. extra de matrimonio contracto contra interdictum eccle. de quo tamen dic. ut per Bar. in l. 2. ff. de cond. & demonst.

Pro euitandis tamen præmissis difficultatibus cogitabam dicere ad dicta l. cum precario. uel quòd debeat intelligi, quando illi pacto non expressè consensit pars, sed tacuit, iuxta præmissa, vel melius dic, quòd loquitur, quando pactum tendit ad derogandum liberæ facultati concessæ ex natura contractus super re mea, & quæ durat mea, & si ponderabis, nihil aliud vult ratio, quæ ibi exprimitur. Et pro hac solutione adduco tex. optimum in l. 2. §. penultimo. ff. depositi. Et etiam pro hoc adduco vobis glossam notabilem. in cap. fi. de procur. libro sexto in uerbo, reuocatus. vel aliter dico, ꝙ non mirum, si ibi pactum contra substantiam non inualidat contractum, sed reijcitur, quia etiam remanente contractu valido nō propterea magis præiudicatur concedenti precario, quàm si esset nullus: quia quemadmodum si esset nullus, posset ad beneplacitū
47 rem petere, ita etiam eo remanente valido: † quia ista est natura precarij, ut reuocetur ad beneplacitum concedentis. Et istæ erunt meliores solutiones, quàm aliæ solutiones præmissæ, per quas nimis restringitur, & limitatur dictum ca. fi. Adde etiam quòd sicut in p̄missis casibus pactum, seu protestatio tendens contra substantialia non uitiat dispositionem, ita etiam dico, quòd pactum, quod est p̄ substantiam non originalem, sed accidentialem, non uitiat dispositionem. Ita determinat Butri. & Panor. in c. fin. de condi. appositis.
48 per c. diaconi. 28. dist. vbi † valet ordinatio eius qui protestatus est, se velle habere vxorem: quia hoc olim licebat, licèt Ecclesia postea contrarium statuerit, quod est bene notandum: quam varijs dispositionibus reperies multa substantialia, quæ originaliter non fuerūt sed postea accidentaliter accesserunt, seu addita sunt. An autem in dicto ca. diaconi. tenuerit matrimonium propter protestationem dixi supra. Adde etiam ꝙ licet protestatio quantū ad primam frontem verborum videatur contra substantialia, si tamē per interpretationem potest reduci ad formam alterius contractus, sine læsione significationis uerborum, tunc ad id reducitur, & sustinetur dispositio. Et iste est casus notabilis in l. ubi ita donatur. ff. de donatio. cau. mor. & ibi Bart. Nam ibi statim ualuit donatio tanquam inter viuos: quia licèt dicam dono causa mortis, ita ut non liceat mihi reuocare, certè ex quo nolo posse reuocare, est donatio simplex inter viuos. Et illa verba, causa mortis, sunt significatiua causæ contractus, non autem significant nomen contractus, hoc est, quòd velit esse donationem causa mortis, sed significatur, quòd propter causam mortis mouetur ex nunc ad donandū inter viuos, ut vult ille textus expresse ibi dum dicit, causa donandi magis, quàm mortis causa donatio est. Et ita etiam declarat ibi Bar. Et per hæc sustineo gl. quæ est in l. fi. C. de pact. in uerbo, accommodauerit in fine quæ præsupponit, quòd possit donari post mortem, Ita & taliter, vt sit donatio inter viuos. Et potes exemplificare, quando dicens, dono bona mea inter viuos post mortem meam, quo casu prima fronte videtur repugnantia: quia si est dilata post mortem, ergo non est inter viuos.

49 Sed hoc non obstante, dico illam glo. posse saluari: quia uerborum significatio patitur dissolutionem istius repugnantiæ, quæ est prima facie: & est sensus, quòd donat ex nunc inter uiuos, ita quod tamen, ut effectum, & exequutionem sortiatur donatio post mortem suam, & sic donatio est simplex, & pura, sed exequutio differtur post mortem, quæ dies mortis omnino est extitura, ut infra dicam. Ita quòd tunc substantia obligationis non est in pendenti: ꝙ statim cedit dies obligationis, sed nondum venit. l. cedere diem. ff. de uerbor. sign. & sic statim debetur, licèt peti non possit usque ad aduētum diei, videlicet post mortem. §. omnis. uer. id autem quod in die Insti. de uerbor. oblig. sicut vidimus in eo, qui stipulatur post mortem, ue promittit post mortem. Nam statim ualet stipulatio quoad substantiam, licèt non quoad effectum exactionis, ut est tex. cum gl. in §. post mortem. in fine. Insti. de inutil. stipul. Sed pone ꝙ adiecerit conditionem, quæ non potest euenire, nisi per mortē, ut in donatione illa, quam habui de facto, & de qua supra tetigi, illius, qui dixit, dono purè, & inter viuos, cum protestatione, ꝙ habeat locum post mortem meam, si decesserò sine liberis, an tunc erit id quod s̄. Dico breuiter quod non, Moueor primò propter illam repugnantiam, quia dixit, pure: & deinde adiecit conditionē, ut est de mente Bar. in sæpe allegato §. morte. secundum quod supra declaraui. Et addo etiam, quòd est de mente Imolæ in d. l. ubi
50 ita donatur, & aliorum, quos supra allegaui, uolentium † quòd ubi conditionaliter adijcitur aliquid repugnans dispositioni, quę simul geritur, tunc uitiatur dispositio, & hoc propter repugnantiam, secundum Imo. Et sic nota rationem Imolæ. Nec ista repugnantia potest dissolui sine læsione uerborum sicut precedens, & facit etiā quod sequitur.

Item moueor: quia dicit, inter uiuos, & simul adiecit conditionem, si decesserit sine liberis, quam conditionem non est possibile existere in vita, ēt in vltimo vitæ momento: tū quia dixit, post mortem si decesserit sine liberis, adhuc idem, cum illa conditio respiciat ipsum decessum, & per futurum subiunctiui, quod denotat perfectionem, ſm Bar. in l. si cui. & ibi dixi s̄. de le. j. Et adde mirabilē cōsiderationem glo. de trib. temporib. in l. sed & partus. in fine. ff. quod metus causa, per quàm apparet, quòd ante decessum, nec in ipso

Source : BIU Cujas

actu decedendi,potest dici verificata cõditio illa, si decesserit sine liberis.Et illam glo.Iacob.Butri.& Alber.ibi,& idem Alber.in 2 parte statut orum suorum, quæstione secunda. inferunt ad statutum Bononien.quo cauetur,quòd si capitaneus aliquid proposuerat ꝙ statuta Bononiæ,sit priuatus officio suo. Nam dicunt præfati Doctores per illã gl.quòd licèt proposuerit contra statuta, non tamen vnquam intelligitur priuatus; quia ante propositionem nõ est priuatus,nec tempore propositionis etiam debet priuari: quia propositio nondum est perfecta:post autem ipsam propositionem nihil facit,propter quod sit priuandus. Vnde debet dicere statutum,si Capitaneus ad aliquem actum propositionis contra statuta deuenerit,sit priuatus etiam.Et dicit Albericus hoc esset mirabiliter notandum; quia facit ad multa,licèt tamen authoritas istorum sit magna,non credo quòd bene dicatur: quia inspiciunt potius subtilitatem verborum,quàm mentem statuti contra c. in his. aliàs incipit, innotuit.extra de verborum significat.Et sic per præmissa patet, ꝙ non obstat l.fi.ff.de condi.institu.quia loquitur non de conditione si decesserit,sed de alia extrinseca respiciente factum debentis adimplere,quæ bene adimpletur in ipso actu moriendi.

51 †Si ergo conditio præmissa nunquam potest in vita purificari, sequitur necessariò, quòd per illam conditionem suspendatur nedum effectus donationis,sed etiam substantia vsque post mortem quia pendente conditione non potest cedere, nec venire dies l.cedere diem,versi.vbi sub conditione.ff.de verborum signific.Ergo non potest esse donatio inter viuos.si dies non potest cedere, nec venire in vita.Et est conditio, quæ potest se habere ad esse, & non esse,vt illa,si decesserit sine liberis.Hæc dico propter illam conditionem,quando dicit simpliciter post mortem, quo casu certum est, eam esse venturam,quia Paulus Apostolus ad Hebr.ca.9.dicit,statutum esse omnibus semel mori.Et Iob.c.trigesimo quarto,Deficiet omnis caro simul,& homo reuerteretur in cinerem, & Salomon in Ecclesiast.c.9.Nemo est,qui semper viuat.Et philo. in libro Sapientiæ c.7.Vnus est hominis introitus ad vitam,simul & exitus Et Seneca in libro epistolarum.Fiuit dies,& irreparabilis vita decurrit.Et Lucanus.Capit omnia tellus,quæ gerunt.

52 †Cum ergo conditio illa sit omnino certa an, licèt incerta quando,non suspendit substantiam,sed solum effectum,vt supra, dixi. Et per illam viam potest dissolui repugnantia, nõ sic in casu nostro per præmissa,& per hoc dico Salyc.in l.fin. C.de pact.malè dixisse, dum dicit,quòd quando quis donat sub conditione, si decesserit sine liberis,si adijciat clausulam istam, ita vt non possit reuocari,erit donatio inter viuos,quòd erit impossibile per præmissa. Nec obstant leges,quas allegat,videlicet l.vbi ita donatur.quia ex præmissis patet de responsione. Nec obstat l.senatus.§.mortis,in fine.ff.de donatione causa mortis; quia etiam intelligitur secundum l.vbi ita donatur.

Et hinc est,quòd Bar.allegat in dicta l.vbi ita donatur.illũ §. mortis,in fine,pro concordanti.In illis enim iuribus non erat aliqua cõditio suspendens substantiam obligationis vsque post mortem, vnde non erat repugnantia,quæ non possit dissolui, secundùm quòd supra declaraui.Erit ergo prædicta donatio causa mortis, & reijcietur illa clam,vt non possit reuocari : eadem ratione, quia reijcitur in l.cum precario.pactum de quo ibi,& sunt plures rationes, quas supra dixi,circa intellectum illius l.cum precario.vel etiam dic vt statim dicam.

Et posito,quòd verum esset dictum Salyc.non tamen obstaret
53 decisioni quæstio.præmissæ:† quia ista donatio dono, si decessero sine liberis,ita vt non possim reuocare, quantum ad prolationem verborum non habet repugnantiam,licèt quò ad sensum, qui virtualiter inest,possit in aliqua parte notari repugnantia.

Cæterum quando dico, dono inter viuos cum protestatione, quòd habeat locum post mortem meam, si decessero sine liberis, certè prolatio ipsa ostendit repugnantiam euidentem. Sed contra præmissa oppono; quia omnis conditio in contractibus retrotrahitur ad tempus contractus l.si filius sub conditione. infra de verborum obligatio.cum similibus.Et sic fingitur obligatio fuisse à tẽpore contractus,ergo licet conditio extiterit post mortem donatoris,seu promissoris nihilominus fingitur extitisse in vita, & sic potest esse donatio inter viuos.

54 Solu.† Dico,quòd ista retrotractio,seu fictio, ita demum habet locum,si tempore euenientis conditionis ambo contrahentes sint superstites.Cæterum altero deficiente præsertim promissore, impeditur retrotractio.Casus est in l.quoties.in fine infra de nouatione.Et ratio,quia tunc deficit habilitas extremi a quo. Et declara,ut per Bart.ibi,& plenius per eundem Bart.in l.si is, qui pro emptore. ff.de vsucap.Illud tamen credo, quòd si fuisset talis conditio, quæ potuisset euenire in vita donatoris,puta,si Titius consul factus fuerit,vel si nauis ex Asia venerit: tunc licet eueniat post mortem donatoris, quo casu non fit retrotractio; tamen quia potuit euenire in vita,non minus erit donatio inter viuos. Secus quando est talis, quæ nunquam potuit euenire in vita per prædicta.Sed nunc,antequàm veniam ad secũdum membrum principale distinctionis nostræ,quæro pro intelligentia præmissorum de aliqua doctrina, per quam possimus intelligere,quæ sint substãtialia alicuius dispositionis, vt per consequens intelligamus etiam quæ sint naturalia, seu accidentalia l.j.in princip.de his,qui sunt sui vel alien.iuris:quia licet supra visum fuerit de aliquibus substantialibus,naturalibus, & accidentalibus,non tamen vidimus aliquam certam doctrinam, per ꝙ
55 generaliter possit hoc cognosci.†Ideo attende hic diligenter:& credo primò,quòd substantialia summãtur ex defitione. Vnde quoties reperies aliquam dispositionem peccare in aliquo ex comprehensis in definitione, audacter dicas, quòd peccat in substantialib. Hoc probatur in l.5.§.stipulatio,coniuncta l. prima. §. si quis simpliciter.ff.de verborum obligat. Et istud est de mente Doctorum in l.j.ff.de re iud.vbi ponitur diffinitio rei iudicatæ.

Et ideo ille tex.non summatur per Doctores: quia dicũt, quòd velle breuius summare, quàm contineatur in diffinitione,esset reprehendere iurisconsultum,quum omnia verba sunt substantialia.
56 Et ideo Barto.in l.omnes populi. ff.de iustitia & iur.dicit † quòd ex diffinitione sumitur propria significatio vocabulorum. Et tamen dicit Bar.quia diffinitio nihil aliud est,quàm terminus iustè demõstrans quid esse,Et ex ijs soleo inferre, quòd oportet omnia uerba diffinitionis propriè intelligi,nec vnquam possunt impropriari. Per quod soleo reprehendere Bar.in Rubrica.ff.solu.matrimon.Dum sustinendo definitionem Azon. circa dotem impropriat verbum datur,in diffinitione positum pro traditur. Soleo etiam inferre ex præmissis,quòd licèt in alijs dispositionibus verba soleant interpretari secundum consuetudinem loquendi,tamen non sic in verbis definitionis.Per quod soleo reprehendere Angelum in d.rubr.dũ diffinitionem Azonis defendit per communem vsum loquendi.
57 Et scire debes,†quòd per diffinitionem nedum traduntur nobis quiditates rerum,hoc est,prout in esse productæ, & prout est terminus iustè demonstrans quid est, sed etiam solet per diffinitionẽ demonstrari,qualiter dispositio producatur in esse,dicto §. stipulatio.Et ideo si diffinitio vtrunque comprehenderet,longe præstantior esset.Et ideo soleo inferre, quòd Dyn.Bart. & Doctores non debuerunt eo respectu reprehendere definitionẽ Azonis de possessione in l.j.in princip.de acq.poss.ff.ut ibi dixi latè.

58 †Similiter dico,quòd quæcunque solennitas formalis tradita aliter quàm per definitionem,est de substãtia: quia forma dat esse rei, de quo per Bar.in l.si quis pro eo.in 8.combinatione.ff. de fideiuss.quod verum limita,nisi illa solennitas esset introducta accidẽtaliter de consuetudine:quia tunc non est de substantia dispositionis,vide text.cum glo. & ibi clarius Panorm.in c.cum desideres.de senten.excommuni. Et idem velle videtur Butrius in ca. super literis.de rescrip.dum dicit,quòd non vitiatur dispositio,si deficiat solennitas accidentalis,ad voluntatem hominis inducta. Et istud est, quod voluerunt But.Io.Panorm.in cap.fin. de condit. apposi.per c.diaconi.28.dist.ut supra declaraui:Et idem dicit glo. in dicto cap. cum desideres.in quacunque solennitate introducta ad cautelam. Et idem dico in solennitate,quæ est leuis præiudicij, vt omissio crucis in inuentario.De quo dic,vt dixi in rubri.ff. de ope. noui nunc. Et sic quatuor sunt solennitates,quæ non sunt de substantia, videlicet illa,quæ non est originalis,sed accidentalis,vt dicto ca. dyaconi,Item illa,quæ est inducta ex consuetudine, Et istud satis depẽdet à præcedenti dicto.Item solennitas introducta ad cautelam. Item & leuis solennitas.

59 †Dico etiam,quòd substantialia sumuntur ex allusione, seu etymologia vocabuli,dummodo non repugnet diffinitioni,vel alteri cuicunque limitationi factæ à iure,per ea quæ dixi in tractatu statutorum,in titulo de declaratiua expositione.§. primo.in septima columna.Et declara vt ibi dixi.Et si vis scire, quomodo necessarium sit argumentum ab allusione,vide omnino quod dixi post Cyn.in l.prima.in princip.ff.de acquirenda poss.

Similiter videtur,quòd id propter quod principaliter est inuenta dispositio,sit de substantia, licèt in verbis diffinitionis non comprehendatur,probo per capitulũ fina. extra de conditione appos. ibi:si generationem prolis &c.coniuncto §.primo.Institut.de pat. po.Nam matrimonium fit ad finem sobolis procreandæ l.prima. ff.soluto matrimonio,& tamen non fit mentio in definitione,quę ponitur in dicto §.primo.& tamen hoc dicitur esse substãtia,ut est casus in dicto ca.fi.

60 Et est ratio; quia tria debent esse bona matrimonij, saltem quo ad propositum,videlicet proles,fides,& sacramentum capi. omne itaque.vigesimaseptima quęstione secunda. Et licèt de sacramento,quod significat indiuiduitatem materiæ,dicto capit.omne. fiat mentio in diffinitione,ibi:indiuiduam vitæ consuetudinem, & tamen de fide, & prole nihil in ipsa diffinitione. Sed quia quantum ad propositum & finem, ista tria debent concurrere, consequenter dicuntur hęc tria de substantia,vt est casus in dicto capitu. fina. Et ratio potest esse, quia in vna quaque dispositione maximum bonum est finis, secundum Aristotelem.in libro tertio.Polyticorum cap.septimo. vnde Socrates in exhortationibus capit.3.dicit, quòd in omnibus operibus non ita principium, ut finem perpendimus.

Source : BIU Cujas

dimus. Nimirum ergo si finis dispositionis indicatur de substantialibus. Contra tamen ista facit, quod no. per glo. & Panorm. in c. cõ missum. extra de sponsa. Sed vos remitto ad ibi notata.

6 Item dico, † quòd vbicunque reuocatio dispositionis relinquitur in mera voluntate exercentis liberalitatem, tunc videtur id esse de substantialibus. per l. cum præcario. ff. de precario, & per nota. p glos. in c. fin. de procura. libro sexto, licet id non comprahendatur sub diffinitione, vt sentiunt Barto. & Doctores in l. vbi ita donatur. de dona. caus. mor. iungendo definitionem, causa mortis, quæ ponitur per Azonem in summa eiusdem titu.

Ego vero cogitabam dicere, quòd id non sit de substantialibus, quia hoc non est iure cautum. Nec hoc dicit illa l. cum precario. Et si dixeris, quare ergo reijcitur ibi pactum in contrarium? Respõ deo, quòd non ea ratione, quia sit contra substantiam: quia tũc potius vitiaretur dispositio, quam reijceretur pactum, dicto c. fin. Sed reijcitur, quasi sit contra bonos mores, tollendo illam libertatem, vt patet ex ratione dictæ legis, cum precario. Et ad hoc etiam optimè faciunt notata in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. j. Et per glo. in dicto c. fi. de procur. libro sexto. & in l. si quis. in princi. testamenti. ff. de leg. 3. Et sic ex hoc habes alium præclarum intellectum ad dictam l. cum precario. vltra alios intellectus, quos supra dedi. eodem §.

62 Dico etiam, † quòd substantialia contractus possunt sumi ab effectibus originalibus. Nam licet aliqua videantur esse eadem, tamen ex diuersitate effectuum, seu iuris inde resultantis constituuntur diuersæ species in substantia. Istud videtur velle Bartol. in l. 1. in prin. ff. de acquiren. possessio.

Sed contra hoc opponitur, quòd omnis effectus, seu ius datum contractui, vel alteri dispositioni, dummodo non formaliter, dicit esse potius de naturalibus, vel accidentalibus quàm substantialibus vt vult Cy. in l. 2. C. de iure emphy. & tetigi eo. §. Solu. Ego dicerẽ, quòd vbi effectus diuersi oriuntur ex eadem causa, & à qua res denominatur, tunc constituuntur diuersę species in substantia, exemplum ex possessione naturali & ciuili oriuntur diuersi effectus, vt
63 declaraui in l. 1. in princ. ff. de acquiren. posses. † Nam ex ciuili quæritur aptitudo præscribendi verum dominium, non sic ex naturali, licèt alia iura, seu effectus oriantur ex ea. Et isti diuersi effectus oriũtur ex ipso iure insistendi, ex quo denominatur possessio, dic. l. j. in princ. Et patet etiam ex diffinitionibus Bar. quas ibi dat ad ciuilem, naturalem & corporalem per se, quam opinionem Bar. ibi defensa ui, licèt totus mundus repræhendat. Nimirum ergo si ista diuersitas effectuum constituit diuersas species in substantia, quod declara: ut ibi latè dixi.

Cęterum, si isti diuersi effectus insurgunt non immediatè à causa denominatiua dispositionis, sed aliunde ex diuersitate accidẽtiũ; tunc non proprie constituuntur diuersæ species in substantia: vt ecce propter venditionem aliquando agitur de euictione, aliquando ex ædilitio edicto. Isti diuersi effectus non oriuntur immediatè ex ipso consensu, ex quo contrahitur venditio, sed vel propter morbum patefactum postea, uel quia res fuit euicta, vnde non diuersificant substantiam contractus, quin semper sit uenditio. Ideo ista, & similia sunt naturalia, & accidentalia contractus, non de substantialibus. Venio nunc ad secundum membrum principale distinctionis, videlicet quando protestatio non simultaneè, sed separatim geritur ab actu, quo casu si quæritur, an requiratur consensus eius,
64 cui fit: quo casu vidistis distinctionem Bart. supra † quòd in obligationibus, quæ re contrahuntur, non requiritur cõsensus expressus eius, cum quo contrahitur, per l. prima. cum ibi not. ff. de sol. Et idẽ si fiat super aliquo actu, ex quo non inducatur propriè obligatio, sed aliud præiudicium. l. codicillis. §. j. ff. de lega. 2. l. si debitor. §. 1. ff. quibus modis pig. vel hypo. solui.

Si verò loquimur in alijs obligationibus, tunc aut protestatio fit ad tollendam, seu limitandam obligationem contrahendã: & tunc aut obligatio contrahitur ex necessitate alicuius actus præcedentis, & tunc requiritur consensus. l fi. §. item si prædixerit. ff. nau. cau. stab. Aut obligatio contrahitur libere, & protestatio tendit ad futuram obligationem tollendam. Et iterum requiritur consensus, vt no. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Aut protestatio fit ad obligationem limitandam: & tunc in obligationibus, quæ contrahuntur verbis, sine consensu, si limitatio inducit diuersitatem in qualitate obligationis secundùm quòd supra eo. §. declaraui, tunc est idem, ac si fieret ad obligationem tollendam. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obliga. Si vero non inducit talem diuersitatem in qualitate sed aliter: tunc non requiritur expressus consensus, secundùm Bar. quæ tamen vltima differentia displicet Imolæ, ut ẽ. dixi.

65 Sed ego dico, quòd etiam in isto † membro est multum defectuosus Bartolus. Vnde adde tunc, quòd distinguẽdum est etiam, sicut quãdo protestatio fit simultaneè cum actu, secundum quòd dixi in præcedenti membro principali, videlicet vtrum protestatio tendat ad declarationem dispositionis ambiguæ, multipliciter intelligibilis: & tunc non requiritur consensus partis. Si verò nõ tendit ad declarationem actus ambigui, tunc etiam distinguendum. An ordinetur ad detrahendum partem substantialem facti, & tunc requiritur expressus consensus eius, cui fit, ne alias tacitus habeat vitiare dispositionem c. fi. & ibi Inno. & Io. And. de condi. appos. Et istud vult Butrius in c. cum M. Ferrariensis. de constitu. Si verò tendit ad eneruandam naturam rei in conuentione deductæ, adhuc requiritur expressus consensus eadem ratione: quia aliàs & in hoc casu tacitus vitiaret dispositionem l. per seruum. §. 1. ff. de vsu & ha
66 bita. † Et per tacitos intellectus non debemus inducere nullitatem dispositionis, vt suprà declaraui: sed si tendit ad eneruãda naturalia, seu accidentalia contractus, non requiritur expressus cõsensus partis, sed sufficit quòd taceat. c. diaconi. 23. distinc. & est de mente Butrij in dicto c. cum M. & latè supra declaraui.

Si uerò protestatur contra accidentalia ipsius rei in conuentionem deductæ: tunc quia protestatio non valet, sed reijcitur, etiam si pars expressè consenserit, non expedit quærere de eius consensu vt supra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio coram vicinis quando sufficiat.*
2 *Metus quando iustus dicatur, vt impediat protestationem.*
3 *Metus iustus quando ex minis esse dicatur.*
Minæ quando sufficiant ad causandum iustum metum.
4 *Accusator deficiens in probatione quo casu non puniatur.*
5 *Appellare non audens ob metum iudicis, protestari debet coram vicinis.*
6 *Timens sæuitiam iudicis an appellare debeat coram honestis personis, an vero protestari.*
7 *Appellans coram honestis personis quos apostolos petere debeat.*
8 *Iudex ecclesiasticus quando adiri possit, omisso seculari.*
9 *Protestatio coram quo fieri debeat, vbi actus cum iudice extra iudicium est explicandus. & nu seq.*
11 *Protestatio propter absentiam alicuius coram quo fieri debeat.*
12 *Protestatio quo casu non sufficiat fieri coram honestis personis.*
13 *Iudex vbi quæri debent.*
13 *Protestatio quo casu deseri dicatur.*
15 *Euictio per uenditorem debetur, etiam sine stipulatione.*
16 *Litigans iusta causa non tenetur expensas resarcire.*
17 *Protestatio an & quando in scriptis fieri debeat.*

Quartò principaliter pollicitus sum dicere ð protestatione, quæ fit ad obuiandum, nè potentia aut absentia alterius nobis noceat, quo
1 casu dicit Bar. in sæpe allegato §. morte. ver. circa. 3. † quòd quando cunq; potestas deficit propter aduersarij potentiam; & tunc aut actus erat explicandus coram eo, tanquam coram iudice, & sufficit protestari coram vicinis. l. fi. C. de his, qui propter metum iud. non appella. aut erat explican. coram ipso, tanquam coram parte in iudicio, & tũc protestatio debet fieri coram aliquo iudice, & per eũ alij notificari. l. si præses. C. de episco. audien. l. in contractibus. in fi. C. de non num. pecu. Si extra iudicium, tunc sufficit protestari coram vicinis. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de oper. no. nunc. quandocunque vero impedior propter absentiam alterius, non autem propter potentiam: & tunc aut erat explicandus actus cum eo, tanquã cum parte, & tunc sufficit fieri coram alio iudice, uel apud locum, vbi habet domicilium secundum formam. l. vt perfectius. C. de annali excep. Aut erat explicandus cum eo, tanquàm cum iudice, & tunc debeo protestari ante tribunal eius, nec debeo quærere eum per alia loca l. j. §. adeundi. ff. quando appellandum sit. Ista sunt verba formalia Bartoli. Sed attende, quia Bar. non plenè loquitur. Vnde facio duo membra principalia in hac materia; quia aut fit protestatio propter potentiam aduersarij, aut propter absentiam: primo casu subdistinguo, quia aut actus venit explicãdus extra iudicium, aut in iudicio. Si extra iudicium, tunc aut venit explicandus cum iudice tanquam cum iudice, aut cum iudice tanquàm cum parte. Si cum iudice, tãquam cum iudice, vt in oppositione vidistis, id quod dicit Barto. uidelicet, quòd debet fieri coram vicinis: tũc dic, quòd hoc verum, si cum ista potentia concurrat iustus metus, iuxta ea quæ dixi in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de ope. noui nunc.

Et ideo pro eius declaratione oportet uidere quando dicatur iu
2 stus † metus, ita quòd possit protestatio fieri coram uicinis, uel honestis personis. Barto. in dicto §. si quis ipsi. dicit, quòd iustus est timor, quando consueuit protestantes, & appellantes incarcerare. Et sufficit quòd probetur, eum semel feciſſe, argum. l. quis sit fugitiuus ff. de ædili. edic. non tamen sufficeret, quòd prętor existens in alio officio probaretur hoc feciſſe, quia oportet probare, quòd in illo officio existens hoc fecit, secundum Bar. arg. l. 3. §. quæri potest. ff. de suspec. tuto. cum sua gl. Nec sufficeret probare, quòd aliquos incarcerauerit, nisi probaret, ꝙ iniustè incarcerauerit: quia potuisset iustè incarceraſſe, & sufficeret etiam probare, ſm Barto. ubi ẽ ꝙ consueuit laboratores, uel consanguineos appellantium, uel protestantium incarcerare, ar. l. isti quidem. §. fi. ff. quod met. cau. & alleg. Bar. ad hoc pro casu expresſe cle. 1. de excess. pręla. Tu adde ad hoc casum notabilem in c. sciant cuncti, de elect. li. 6. ibi consanguineos eorum. Et sufficit probare secundum Barto. quòd eius famuli hoc

Source : BIU Cujas

fecerint,quos potuit corrigere,& non fecit,arg.l.fluminum.§.quã quam.ff.de damno infecto,& est expressum in c.constitutionem. extra de testi.Et aduerte, quia est aliud capit.præcedens,quod incipit constitutus.

3 †Quid autem sit,si minatus est iudex, vel alius hoc se facturum, nunquid dicetur iustus metus.Bart.in dicto §.si quis ipsi. dicit simpliciter quòd sic, & quòd solæ minæ sufficiunt ad causandum iustum metum,idem voluit ipse Bar.in l.j.§.quæ onerandæ. ff. quar. rer.ac.non datur.Sed contrarium videtur voluisse & ibi etiam Salyc.in l.metum.C.quod metus causã.dicens, quòd minæ non sufficiunt,nisi sit talis persona, quæ consueuit minas effectui demandare.Et ita etiam determinant Ioan.Andr.Butr.& Panorm. in c.fi. ex.qui cleri.vel vouen.& Bar.in tract.de tyranno,versicu.septimò quæro in 2 colum.Pro quibus facit illud Senecæ in prouerbijs .loquax inimicus minus,quàm taciturnus,offendit. Et illud Horatij in petria.Nec semper feriet,quicunq; minabitur arcus.Sed cogitaui concordare opiniones; quia ille,qui minatur,est talis,cui animato debeatur reuerẽtia, puta eius epis.vel Princeps,vel iudex,vel pater:tunc sufficiunt solæ minæ:& ita loquitur Bar.in d.§. quæ onerãdæ.Et sentit Io.Fab.in l.quæ ad inuidiam.C.quod me.cau.Et ita intelligatur gl.in d.l.metum.quæ nihil dicit de consuet.faciendi.Si vero non est talis cui debeatur reuerentia tunc non esse iustus metus,nisi data consuetudine faciendi.Ita intelligantur præfati Doctores in d.l.metum.& in dicto c.fi.quod tene menti, vt scias quando minæ inducant iustum metum.

An autem sufficiat præmissa probare per famam. Bart. dicit sub dubio fortè quòd sic,quia quod dicitur a fide dignis, est iusta causa credulitatis. Et istud dicit in dicto §. si quis ipsi. & adde eundem Bar.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir.hęredi.vbi dicit,

4 † ꝙ si quis accusauit aliquem de eo,de quo erat publica vox, & fama,quamuis defecerit in probatione,non punietur.Quod videtur mirabile,quia talis condemnatur in expen.c.accedens.in fine.extra de accus.vbi casus notabilis.Et contra Bart. do tibi glossam ad literam in c.qualiter & quando.secundo.in princ.in eo.tit.in glo. magna.in uersi.& si actor.vbi glo.loquitur in casu,quo infamatus publicè fuit nuntiatus,& tamen vult,ꝙ deficiens in probatione puniatur,quod tene menti propter eius authoritatem.Et miror,quia dicit Bar.pur se obtinuisse millies quòd supra dixi. Sed potes concordare distinguendo,a quo orta sit infamia,an ab ipso accusante,seu inhabilibus personis:& tunc procedat gl.præmissa.An à fidedignis & tunc procedat,quod dicit Bar.per text. valde notabilem in l.miles.§.pen.vbi etiam Bar.ff.de adulte.Pro qua etiam distinctione uide dominum Anto.de Butrio in c.secundo.ex.de calumnia.

5 Item limito etiam,quod dicit Bar. dum dicit † quòd quando ꝓpter timorem,seu metum prædictum non audet appellare, debet fieri protestatio coram vicinis; quia hoc verum, si non potest habere copiam iudicis, ad quem aliàs appellandum esset coram ipso iudice ad quem.l.j.§.si quis ipsius.ff.quando appellan.sit.

6 †Sed quæro, quando timetur de iudice, an coram illis honestis personis sit necesse appellare,vel an sufficiat protestari? Videtur ꝙ debeat appellare,vt est casus in l.cum quidam.ff.de appel. Sed ego dico,quòd poterit appellare,si voluerit, & tamen si maluerit,sufficiet protestari intra tempus, intra quod est appellandum & causas appellationis & exprimere, & talis protestatio habet vim appellationis,c.fi.de appellatio. & vult Spec.in ti. de appella.in quarta parte.§.primo,versic.porrò.& Angelus, & Imola in dicta l. cum quidam.vbi plus dicit Imola,quòd plus operatur talis protestatio,quã appellatio ; quia post talem protestationem comparendo coram iudice à quo,non intelligitur renunciare suę appellationi,quia post talem protestationem comparendo coram iudice à quo, non intelligitur renunciare suæ appellationi, prout si appellasset. Ita tenet Specu.in dicto versi.porrò & Inn.& Io.And.in dicto c.fi.Et quod dicit de expressione grauaminis procedit, quando appellatum est ab interlocutoria,quia si a diffinitiua, non est opus exprimere causas,de quo dic:vt per gl.& Doct.in d.c.fi.

7 Et cautela est, † quando appellatur coram honestis personis, ꝙ petantur apostoli non dimissorij seu refutatorij vel reuerentiales, sed testimoniales,de quo in Spe.in d.ti.§.sequitur. versi. hoc etiam scias.Sed quæro,quid sit fiendum his peractis.Solutio. Dicit Bart. in l.de pupillo.§.si quis ipsi.ff.de nou.oper.nunc. quòd hac protestatione facta eundum est ad superiorem, vel per viam appellationis,vel per viam simplicis querelæ in casibus,in quibus appellari nõ potest,quam simplicem querelam secundum Bart. poterit facere, vel coram superiore,vel etiam coram episcopo cõtra iudicem denegantem iustitiam,& episcopus coget ipsum iudicem secularem ad faciendum iustitiam.Casus est valde notabilis secundum Bar.in Auth,vt differen.iud.in prin.

8 †Sed contra hoc ego oppono; quia iudex ecclesiasticus nõ potest adiri,nisi in defectum omnium iudicum secularium, mediatorum,& immediatorum,vt habetur in ca.licet ex suscepto. de foro comp.nisi essent miserabiles personæ oppressæ, vel pauperes, quia tunc immediatè bene possunt adire iudicem ecclesiasticum, vt de causa cognoscat,propter defectum iudicis secularis denegantis iustitiam,vt habetur per Innoc.in c.significantibus.de offic. deleg.& ibi Docto.& tamen Bar.præsupponit,quòd vbi etiam est superior secularis,possit tamen, si velit, adire Ecclesiasticum iudicem, licèt non sit miserabilis persona.

So.dicerem,quòd si vellet adire iudicem Ecclesiasticum, vt de causa cognoscat propter defectum iudicis secularis denegantis iustitiam,hoc non potest,si potest habere recursum ad iudicem secularem superiorem.Ita loquitur d.c.licet.Sed si vellet adire ecclesiasticum ad finem,ut iudicem secularem cogat facere iustitiam,hoc posset facere,etiam vbi adesse superior secularis. Et hoc est,quod vult dicere Bar.vbi supra per dictam Authen. vt differen. iudi. Ita mihi videtur dicendum,& est bene menti tenendum. Adde 24.casus valde notabiles,in quib. potest iudex Ecclesiasticus adiri, quos posui in tractatu statutorum,in ti.qui statu.facere possunt.

9 Videamus nũc quid iuris,quando actus est explicandus cum iudice,tanquam cum parte ex.iudicium, quo casu dicit Bar. in dicto §.morte.quòd tunc sufficit protestari coram vicinis. Tu dic, quòd immo coram eo,cessante timore,est protestãdum,vt ipsemet notat Bar.in dicto §.si quis ipsi.signans ad hoc singulariter illum text. Et hoc sentit etiam ibi gl.declarando vt ibi dixi. Et quando dicatur probabilis metus supra declaraui.Et hæc procedunt, quãdo actus venit exemplificandus cum iudice extra iudicium. Quid si in iudicio,tunc etiam puto subdistinguendum,quia si actus est explicandus cum iudice tanquam cum iudice, cessante timore, debet fieri protestatio coram eo:sed insistente timore,sufficit protestari corã vicinis,argu.l.fina.C.de his qui per me.iudi.non appell.

10 † Si verò est actus explicandus in iudicio cum iudice tanquam cum parte,tũc debet protestatio fieri coram aliquo iudice, seu magistratu,& per eum ipsi notificari, vt est casus notabilis in l. si præsens.C.de epi.audien.& in l.in contractibus. in fine. C. de non numer.pecu.Et hoc etiam tenent Bar.Ange. & Cumanus in dicto §. si quis ipsi.Et hęc procedunt,quando fit protestatio propter potẽtiam,uel metum alicuius.Sed nunc videamus circa secundum mẽbrum principale distinctionis,videlicet quando fit protestatio pro

11 pter absentiam alicuius: quo casu distinguo: † quia aut iste absens est iudex,aut est priuata persona.primo casu, si actus extraiudicialis erat explicandus coram ipso iudice,puta appellatio, & ipse est absens,tunc Bar.in dicto §.morte.simpliciter dicit, quòd debet protestari ante eius tribunal,nec alibi tenetur eum quærere, per l.j.§.adeundi.ff.quando appel.sit.

Et sic sentit,quòd sicut quando timetur de iudice, non est opus appellare,sed sufficit protestari,ut supra dixi.Idem sit, quando non est eius copia,cuius contrariũ determinasse reperio dominos Ange.& Imolam vbi supra,videlicet in dicta l.cum quidam.de appell. dicentes,quòd tunc non sufficit protestari, sed necesse est appellare.Et idem reperio determinasse Cardinalem,& Imolam in c.fina. de appella. Et subijciunt Ang. & Imola vbi supra, quòd quàm primum potest,debet hanc appellationem innotescere iudici, & aduersario,de quo in Specu.vbi supra in dicto §. primo.versicu. illud quoque.

Ego verò dico sic,quòd aut habetur copia iudicis ad quem, & tunc coram eo est appellandum.l.prima.§.si quis.ff.quando appellan.sit.& dixi in prędicti membro principali.Et est glossa pro hoc in clemen.prima.in verbo maiori,de appella. nec tunc procederet, quod dicit Bar.in d.§.morte.

12 †Aut non habetur copia iudicis à quo,aut iudicis ad quem, & tũc credo,quòd non sufficeret protestari coram honestis personis,sed oportet coram ipsis illum actum gerere, quem erat explicaturus apud absentem ordinarium, casus est notandus in capitulo pastoralis.in fine.extra de officio ordi. Et consequenter sicut apud ordinarium debebat formaliter appellari,ita debebit apud honestas personas propter ipsius absentiam,per illum textum.

13 Sed quia supra vidistis,quòd Bart.in dicto §.morte.dicit † quòd quis tenetur iudicem quærere solum ante eius tribunal, vbi consueuit ius reddere,non alibi.Quæro,an bene dicat indistinctè. Et uidetur,quòd sic per textũ notabilem in l.prima.§.dies. in fine.ff.quãdo appella.sit.vbi dicitur, quòd non imputabitur debenti appellare,si ad domum eius non iuit,vel in eius hortos, quia sufficit, si in publico se non exhibuerit.

Sed Imol. in dicto §.si quis ipsi.limitat hoc verbũ notabiliter,nisi alibi,puta in camera sua,consueuisset etiam reddere ius: quia tũc etiam ibi esset quærendus,& ibidem fienda protestatio. De quo habes gloss.singularem in cap.cupientes.§.quòd si per 20.de elec. libro sexto,quæ dicit,quòd tunc protestatio est faciẽda coram hostiarijs,& alijs personis occurrentibus.Et ista puto etiam procedere,quando actus iudiciarius est explicandus coram ipso iudice absente,ut uidetur uelle gloss.in dicto §. quòd si per uiginti. quando uero fit protestatio propter absentiam priuatæ personæ,tunc dicerem sic,ꝙ aut ista absentia,seu aliud impedimentum,prouenit propter cõtumaciam,uel uitium ipsius absentis, aut sine eius uitio. primo casu sufficit semel protestari corã honestis personis,ꝙ per eum

non

Source : BIU Cujas

non stat,quominus actus fiat,sed propter eius absentiam,cõtumaciam,vel moram,ar.l. Titia.2.§.vsuras.ff.de le.2.& notatur in l.mora.in princ.ff.de vsuris.& vult Bar.in d.§.si quis ipsi. in 2. uero casu quando ista absentia causat,vt sine vitio eius,cui facienda est protestatio:tunc attende,quia si fit protestatio pro aliquo iure de nouo acquirendo,non sufficeret protestationem fieri tempore absentię seu alterius impedimenti. Sed opus est, ꝙ postea cessante impedimento fiat ille actus, qui tempore impedimenti erat faciendus: ut est casus valde notabilis in sæpe allegato §.si quis ipsi.& ibi dixi.

14 Ex quo infert ibi Bar.eleganter,† quòd si emptor,cui mouetur lis,non possit litem motam denuntiare venditori propter eius absentiam,& sit impedimentum sine eius vitio, quòd licèt tunc fuerit protestatus tempore absentiæ,tamen reuertente venditore,nisi ei nunciaretur,videretur a protestatione recessum, quòd est bene menti tenendum.

Sed attende:quia quidam nouissimi ibi tenẽt,quòd ibi committatur euictio propter absentiam sine alia protestatione, aut denunciatione,& ita tenet Cumanus ibi.Et pro Cumano videtur esse casus in l.si dictum.§.si præsente.in fine.ff. de euictio. Sed sustinendo Bar.cogitabam dicere,ꝙ ibi committitur, licèt absenti non fuerit. nuntiatum.Intellige tamen secundum alia iura, dummodo protestatio sit facta coram alijs vicinis,vel in domo absentis. Et si in absentia lis sit finita,erit ex illa sola protestatione commissa euictio,vt ibi.Et pro hac solutione vide tex.in l.aut qui aliter.§.j.versi. & si forte.ff.quod vi aut clam.vel melius cõcordarem opiniones, quia de
15 bes scire,† quòd etiam sine stipulatione debetur euictio per venditorem ex edicto de euictione:quinimmo etiam sic conuẽtum sit, vt non teneatur de euictione,nihilominus tenebitur ad pretij restitutionem re euicta,casus est notabilis in l.emptorem.§.qui autem ff.de action.empt. & in his casibus non loquitur contrarium, sed loquitur,quando intercessit stipulatio, quo casu fateor, quod ipsa stipulatio committitur propter absentiam venditoris.

Cæterum euictio,quæ debetur ex edicto,non committitur,nisi fiat,quod dicit Bar.Nec videatur tibi mirum,quòd plus succurratur stipulanti,quàm ex edicto in materia stipulationis,quia casus est in l.si fratres. C. communia vtriusque iudicij. & declara ut dixi in l.qui Romæ.§.fi.ff.de verborum oblig. Et do optimum simile. Nam certum est, ꝙ litigans non tenetur resarcire expensas quan-
16 do habuit iustam † causam litigandi.l.qui solidum.§. etiam ff.de le. 2. Et hoc ex edicto:& tamen si petantur ex stipulatione, veniunt ẽt illæ,in quibus habuit iustam causam litigandi.Ita est gl.singularis in §.oportet.in Auth.de iud.Et addo bonam gl.cum Bar.in l.3.§.si rẽ, ff.de lega.3.Et ita sustineo Bar.cum quo transit Imola in dicto §.si quis ipsi.licèt Angel. aliquid innouauerit. Et ꝙ propter absentiam, etiam non dolosam venditoris debeat fieri denuntiatio, saltem in dominio,firmat gl.in uersic.& si fortè,præalleg. & sequitur Ange. Aret.in §.actionum.Insti.de actio.

17 Postremo quæro, † an istæ protestationes debeant fieri in scriptis.Et reperio,ꝙ glo.in dicto cap.cupientes.§. quod si per viginti. de elect.libro sexto.tenet ꝙ sic,sed Dy.tenet contrarium,& sequitur Imola in dicto §.si quis ipsi. quia regulariter,nisi in casibus expressis in iure non requiritur scriptura.Ad quod vide gloss.enumerantem casus,in quibus exigitur scriptura in ca.j.de centibus. lib.6. Ego uero concordo opiniones,quia aut fit protestatio talis, quæ succedit in locum actionis,& tunc debet fieri inscriptis,vt est casus in l.ut perfectius.C.de anna.excep.in §.sinautem fuerit.& Barto.in sæpe allegato §.morte.Et idem dico in protestatione,quæ fit propter exceptionem non numeratæ pecuniæ,vel non numeratę dotis,quia exigit scripturam,authen.hanc autem querelam.C.de non nume.pecu.& ibi Cy.& his casibus bene dicit gl.præmissa,alias regulariter debet fieri protestatio sine scriptis,& ita loquantur Dyn. & sequaces.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio voluntatis declaratiua quando & ubi debeat fieri, & cui. numero 2.*
3 *Protestatio grauans alios fieri non debet alij,quàm domino, aut ipsius procuratori.*
4 *Mandans aliquem percuti cum protestatione,ne occidatur, non minus tenetur de occiso,si occidatur.*
5 *Protestatio non semper necessariò fit in partis præsentia.*

Quintò loco principaliter in hoc titulo pollicitus sũ dicere de protestatione declaratiua voluntatis circa maleficia,quo
1 casu dicit Bar.in sæpe allegato §.morte,† quandoque quis vult facere protestationem ad sui excusationem, ne incidat in delictum, quandoque ne incidat in maius delictum,vltra suum propositum Primo casu,aut non est literata persona,quæ ex illo facto possit lędi:& tunc sufficit,ꝙ protestatio fiat loco,& tempore,quibus illud factum celebratur.l.qui foueas.& l.si putator.ff.ad legem Aquiliã. Et formam,& effectum huius protestationis habes ex illis legibus. Si uero habet certum aduersarium,ei debet fieri talis protestatio.l. qui aliter.§.j.ff.quod ui aut clam.& ibi apparet forma, qualiter debet fieri hęc protestatio.

2 †Item apparet,cui sit fienda,quia si non reperitur principalis,sufficit,ꝙ fiat procuratori,vel amicis.aut viro pro vxore,aut syndico vt ibi.Et aduerte secundum Bart. in dicto §. morte. quia ita est hic in isto genere protestationis, ꝙ non in alijs, quæ requirunt quod alicui fiat:Cum enim aliquis ad hoc protestetur,vt se exoneret,vel vt alium grauet,potest fieri amicis,vel viro,& similibus.

3 †Cæterum in alijs generibus protestationis,quæ fiunt ad grauãdum alios,nisi domino,aut procuratori, aut legitimis administratoribus fiunt.l.si ex legati causa.ff.de verborum oblig.& facit l.nõ potest dolo carere.cum ibi notatis.ff.de reg.iur.In ij.vero casu, qñ fit protestatio,ne incidat in maius delictum,tunc dicit Barto.ubi supra,ꝙ quædam sunt, in quibus per voluntatem non potest regulari,& modificari factum.Exemplum,aliquis habet animum vulnerandi Titium,non autem occidendi:certè iste animus non potest regulare factum,quia potest esse, ꝙ percussio vltra propositũ excedet,& tunc si protestetur,ꝙ non percutit animo occidendi, ꝓtestatio nihil operatur,argu.l.qui multa. C. ad legem Iuliam de vi. Et ego addo rationem,quia quotiescunque delictum, quod quis principaliter proposuit facere,tendit ad illum finem, qui sequutus est,tunc inspicimus euentum,non autem protestationem, uel animum.l.fi.C.de crim.expi.hęre. & voluit Bar.in l.diuus.ff.ad legem Corn.de Sicar.Et probatur optimè in dicta l.quoniam multa facinora.vbi ponitur casus quotidie occurrens,quem bene tenemenți.Et istud est,quod voluit Papa.in c.fi.de homicid.li.6.vbi ponitur
4 ratio prędmissorum.† Nam dicit ibi textus, ꝙ si quis mandat,vel iubet aliquem vulnerari cum protestatione,ꝙ non occidat, vel mẽbrum aliquod ei mutilet,tamen si mandatarius fines mandati excedens occidet,vel mutilet, mandans efficit irregularis. Et subiicit tex.rõnem,quia mandans fuit in culpa,& debuit considerare hoc euenire posse.Ad quod vide omnino quod dixi in l.si quis ab alio. in prin.ff.de re iud.vnde est quid sibi imputetur,ex quo non considerauit finem,qui finis semper cõsiderari debet: quia est maximũ bonum in quacunq; dispositione ſm philosophum li.3.Politicorum c.7.& ſm Isidorum li.2.soliloquiotum.ca.42.summa miseria est,nescire quo tendas.Et Socrates in exortationib. c.3. in omnib. operibus non ita principium,vt finem perpendimus.Et author libelli,qui incipit,Astrolibi.De casu sapiens,stultus considerat ortũ. Finem quippe rei cantica laudis habet. Nunc prosequendo doctr. Bar.dicit ipse,ꝙ quædam sunt,quæ regulare & modificari possunt facta de necessitate,vt in acquiren.possessio.quæ acquiriť animo.l.
5 licet.C.de acq.pos.vnde tunc pone,† ꝙ ego expuli te de fundo, tũ ante,vel tunc protestatus sum,ꝙ non faciebam hoc,nisi animo acquirendi possessionem naturalem tantum,vt fructuarius, vel ciuilem tantum,vt dominus proprietatis: certè hæc protestatio operatur,vt circa illam ciuilem, vel naturalem possessionem solũ videat deliquisse,vt no.in l.vnica.C.vti posside.super verbo, nec vi. & nõ requiritur,ꝙ ista protestatio fiat in prędsentia partis.Et de istarum ꝓtestationum modo,& effectu satis liquet ex prædictis legib. allega. Addo,& in his casibus potest verificari illud Cicero. Rhethoricorum artis veteris c.3.lib.2.quo animo quisquis faciat, nõ quo casu vtať,ad rem pertinet.Et idem Cicero li.2.Rhetor.artis nouæ. c.4. veritatem in omnibus sectari conuenit rebus, quæ consulto facta non sunt,ea fraudi esse non oportet.Et Cassodorus li.8.epistolarũ epistola 3.Omnis attentio in qualitate proponendi est. Et Isidorus Soliloquirum li.3.c.58.tale erit opus tuũ,qualis fuit intentio tua.Et in prędmissis si vis circa legalem sapiẽtiam habere optimam doctrinam,qualiter,& quando in iure nostro attendať intentio delinquẽtis potius,quàm factum,vel econtra,factum potius,quàm intẽtio, vide Bar.in l.diuus.ff. ad legem Corne.de sicar.aliàs est l.j.§. diuus. Sed ego pleniſſimè tetigi in l.qui se pupillum.ff.de acquirẽ.hæredi. vbi recurre.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio voluntatis declaratoria quid operetur.*
2 *Donans decip.meretur,qui,dum daret,de recipiendo cogitauit.*
3 *Protestatio,quòd liceat minuere,uel addere libello,non releuat.*
4 *Libellum,etiam lite contestata,ex partium tacitè consensu immutari potest. & num seq.*
6 *Reus qua cautela actori tollat facultatem libelli mutandi.*
7 *Confessio acceptata per partem non potest amplius reuocari.*
8 *Dispositа per leges quomodo cognoscatur dependere a iure, non autem à partibus.*
9 *Debitor pacisci nequit,quòd capi possit authoritate propria creditoris.*
10 *Pactum an valeat, quòd instrumentum executionem sortiatur citra libellum.*
11 *Iuramentum de calumnia non potest expressè per partes remitti.*
12 *Pactum partium super prorogatione instantiæ quare non valeat.*
13 *Præscriptio, seu iuri præscribendi quare non possit ulla protestatione derogari.*
14 *Præscriptio qua ratione introducta fuerit.*

Source : BIU Cujas

Constantij Rogerij. De protestatione.

15 *Solemnitati probatoriæ quare renuntiari non possit.*
16 *Pauper vel auarus quare Reipublica non sit præficiendus.*
17 *Consensus partium nil operatur contra iuris dispositionem factam ad morum tuorum obseruantiam.*
18 *Fictio quo differat à præsumptione.*
19 *Fictio quid propriè dicatur.*
20 *Vitia quæ hominibus sint maximè vitanda.*
21 *Præsumptio quotuplex, & quando contra eam admittatur probatio.*
22 *Præsumptio quid sit.*
23 *Protestatio contra legem fingendo procedentem quid operretur.*
24 *Exceptioni simulationis non potest renuntiari.*
25 *Iuramentum doli vel fraudis præsumptionem tollere non potest.*
26 *Præsumptio consuetudine tollitur, quandoque vel personarum qualitate.*
27 *Patri de bene meritis filij protestanti quare non credatur.*
28 *Protestatio contrahentium quando tollatur præsumptione contraria.*
29 *Matrimonium uerbis de futuro contractum, an præsumatur habere vim de præsenti per copulam subsequentem.*
30 *Confessio quo casu præsumptioni contrariæ non præiudicet.*
31 *Protestatio facta secretè in absentia partis quando ualeat & releuet.*

Sextò dicturus sum, principaliter in hoc titulo de protestatione declaratoria voluntatis in his, quæ non dependent à voluntate protestantis, sed à voluntate alterius, seu a voluntate iuris: quo casu
1 Bartol. in sæpe allegato §. morte. dicit sine dubio † quòd ista protestatio declaratoria voluntatis nihil operatur. Et ponit exemplum quando quis expendit pro alio, quod habet necesse facere. Nam tunc licèt protestetur, quòd facit animo repetendi, non releuat, protestatio, vt dicit notari in l. alimenta. C. de neg. gestis. Addo, & huic
2 congruit illud Senecæ de beneficijs. lib. j. Dignus † est decipi, qui de recipiendo cogitauit, dum daret. Et præcipuè hoc procederet in his, quæ quis habet necesse facere, secundùm quòd loquitur Bart. Cui etiam congruit illud Cassiodori libro 41. epistolarum, epistola 4. Debitum si quidem, quod non potest euitari, prona debet mẽte semper offerri, vt fiat beneficium, quod sine compulsione constat illatum. Addo etiam, quòd cessante necessitate quis debet celeri manu porrigere, iuxta illud Socratis in exhortationibus: Eleganter vtere amicis, sed minime præstoleris eorum præces, sed vltro eis cum tempus exigit, auxilieris. Et istud est, quod voluit Salomon, p uerb. c. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi: cum statim possis dare. Et idem Prouerbiorum. c. 13. Spes, quæ differtur, affligit animam. Et Tullius Philippicorum lib. 6. Expectatio quidem quantum afferat languoris animo, quis non uidet. Et Cassiodorus lib. 3. epistolarum. Non possumus existimare secundum quod ingrata fecerit dilatorem suspensum.

Prosequor vlterius ad dicta Bartoli, qui circa id, quod supra di-
3 xi, † dat aliud exemplum in eo, qui in libello suo protestatur, quòd sibi liceat minere, & addere ad libellum vsque ad sententiam: certè talis protestatio nihil releuat, secundum Bart. quia solum poterit secundum iuris permissionem. l. edita. cum ibi notatis. C. de edẽdo. Addo etiam hic, quòd ex hoc in consequentiam infertur, ꝙ clausula illa, quæ quotidie apponitur in fine libellorum, saluo iure addẽdi, mutandi, corrigendi &c. est superflua, quia sine illa clausula potest mutari libellus vsque ad litem contestatam, postea non, quantumcunque protestatus sit. l. qui familiæ, & ibi glo. ff. famil. ercis. qđ verum singulariter limitat Bald. in repetitione d. l. ædita. quam fecit Paduæ, procedere, quando simpliciter protestatus est, quòd sibi esset saluum ius addendi, mutandi, corrigendi &c. Secus dicit Bald. si dixisset, saluo mihi arbitrio addendi, corrigendi &c. quia tunc si pars non opponeret, videtur acceptare talem protestationem tacitè, & consequenter etiam post litem contestatam poterit immutare libellum suum, per l. 3. in fui ratione. C. de hæred. instituen.

4 Ex quibus verbis Bal. colligo † ꝙ ex tacito consensu partium potest libellus immutari, etiam post litem contestatam. Sed contrariũ sentit, iudicio meo, Bar. in d. §. morte. vt patet ex his, quæ supra dixi quasi hoc non reslideat in potestate partium, sed a potestate iuris, si ponderabis eius verba. Præterea Bar. vult, quod etiam vbi expressè protestatus est, quòd sibi liceat immutare libellum vsque ad sentẽtiam, ista protestatio indistinctè non releuet, quæ tamen releuaret attenta ratione Baldi, saltem parte non opponente, ego vero dicerem in hac difficultate sic, quòd si vult immutare detrahendo de re petita, & renuntiando, hoc potest, etiam post litem contestatam quia sicut posset toti liti renuntiare. l. postquam liti. C. de pact. ita ẽt parti, arg. l. quæ de tota. ff. de rei uend. Si vero vult addere circa principalia, uel circa qualitates, ex quibus cõtingeret mutatio actionis propositæ, iuxta declarationem Bartoli in d. l. edita. tunc si non præcessit protestatio aliqua, absque dubio non potest addere post litẽ contestatam, ut supra dixi. Et uolunt Bar. & Doct. in d. l. edita.

Si vero fuit protestatus, tunc si usus est uerbis Baldi, dicendo, saluo mihi arbitrio addendi &c. res nõ est sine scrupulo, licet pars nihil opposuerit, quia illa uerba videntur debere intelligi de arbitrio freno iuris suppositio, & bene organizato, iuxta ea quæ plene dixi. in l. si sic. supra de leg. j. & faciunt notata per Bar. in l. filiusfam. ff. de donat. & in extrauaganti, ad reprimẽdam, super verbo, videbitur. Et uide ad hoc tex. optimum in l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. tertiò.

5 † Si vero expressè protestatus esset, quòd sibi liceret addere &c. vsque ad sententiam, & pars non opposuerit, tunc propter talem cõsensum partium valde dubito, an possit addi, vel immutari libellus post litem contestatam, & arguo quòd sic: quia ꝙ non possit fieri post litem contest. uidetur introductum fauore partium. Sed certum est, ꝙ iuri introducto in fauorem partiũ possunt ipse partes renuntiare. Text. est cum gl. notabili in c. cum causam. extra de offi. dele. Sed in contrarium facit, quia istud uidetur potius ad iuris rigorem seruandum introductum, quia ex quo quasi cõtractum est per litis contestat. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. consequenter ab isto quasi contractu non potest recedi, sed opus est noua petitione. l. non potest. ff. de iud. quia alias propter illam mutationem libelli oporteret denuo litem contestari, & sic in eodem iudicio fieret duplex litis contestatio, quod videretur absurdum. Et ideo forte huius timore Bar. motus est ad dicendum, quòd istud depẽdeat potius a iuris potestate, quàm à potestate partium: cogitabitis.

6 † Insuper addo etiam dictis Bart. singularem cautelam, per quã reus poterit tollere actori facultatem mutandi libellum, etiam ante litem contestatam, quia debes scire, quòd quicquid asserit quis in libello, habet contra eum vim tacitæ confessionis. l. cum precum.
7 & ibi gl. C. de libe. cau. † & confessio per partem aduersam accepta ta, non potest postea reuocari: quia tunc ex tali confessione acceptata per partem inducitur quidam quasi contractus, iuxta notata per Bal. in dicta l. cum precum. & habetur etiam in l. iura. C. de omni agro deserto. lib. 11. & consequenter a tali quasi contractu non potest recedi: unde cautela erit, & hic attende diligenter, quòd qñ offertur libellus, uel alia cedula contra te, quòd semper dicas, ꝙ acceptas illum libellum, vel schedulam in passibus & punctis pro te facientibus tantum, & non aliter, nec alio modo. Et si esset aliquis punctus, vel articulus, qui in specie pro te faceret, laudo ꝙ ipsum specificè acceptes, per notata per Bal. Imol. & Cumanum in l. Gal. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. Et facta hac acceptatione cõsequenter post, etiam ante litem contestatam non potest mutare libellum suum. Nec tunc procederet dicta l. qui familiæ. ff. fam. erc.

8 Sed pro clara doctrina huius §. quæro † qualiter cognoscemus in dubio, quòd disposita per leges dependeant a potestate iuris potius, quàm partium, ita quòd protestatio partium nihil operetur. Et hoc non tangit Bar. in dicto §. morte. & erit pulchrum & ualde vtile uidere. unde ego dicerem sic, quòd aliquãdo ius incedit disponendo, aliquando fingendo, aliquando præsumendo, aliquando interpretando. primo casu dico, quòd ubi ius aliquid disposuit propter rigorem iuris seruandum, tunc partes non possunt protestando renuntiare illi iuri.

Exemplum habes in clem. 1. & ibi gloss. extra de rescriptis. & in ca. ut quis duas. de elect. lib. 6. & aliquid dixi supra. §. 3. Et ita potest intelligi. l. nemo potest. ff. de leg. j. per quam dicunt ibi Bal. & Imo-
9 la, † quòd debitor non potest pacisci, quòd possit capi propria authoritate, uel authoritate curiæ sine citatione, uel etiã cum citatione in casu, ubi non licet de iure communi, quod est notandum secundum Imo. ibi, quia quotidie apponitur in instrumentis. Et sic partes non possunt per aliquam conuentionem, seu protestationẽ derogare ordinariæ cognitioni. Ideo non possunt pacisci, vel protestari, ꝙ procedatur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu. & figura iudicij, secundum Bal. & Imolam in dicta l. nemo. per notata in dicta cle. sæpe. de uerborum signific. Addo ad hoc optimam gloss. in ca. fi. de hæretic. lib. 6. quæ vult, quòd nullus inferior supremo principe, uel Papa, potest in suo rescripto apponere, ut p cedatur summariè, simpliciter & de plano &c. etiam si sit legatus de latere.

10 Et ista nota, † quia quotidie partes pacisc untur, quòd instrumentum habeat executionem sine aliquo libello, vel sententia, quod non possunt facere, per præmissa. Bar. tamen in l. 2. ff. de iureiuran. dedit modum faciendi, quòd instrumenta habeant executionem paratam, uidelicet quòd in fine instrumenti dicatur, quòd debitor detulit iuramentum creditori, & quòd creditor iurauit se esse creditorem, quod esset ualde notand um, si uerum. Sed an sit uerum, dixi in l. ait prætor. §. j. ff. de re iud.

11 Et ideo per premissa patet, † ꝙ non est mirum, si partes non possunt expressè remittere iuramẽtum de calumnia. l. 2. §. sed quia vetemur. C. de iura. calum. quia respicit ordinem iudiciarium, ut notatur in l. prolatam. C. de senten. & interlocu. omnium iud. attende tamen, quia potest omitti tacitè à partibus, nec propterea uitiaretur processus. Casus est in c. j. de iuram. calum. lib. 6.

12 † Similiter nec possunt partes pacisci super prorogatione instantiæ causæ, quasi ob publicam vtilitatem hæc sint introducta. l. properandum. §. & si quidem. cum ibi notatis. C. de iud. Nec tunc etiã iuramentum aliquid prodesset, secundum Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Et idem dico in quocunque introducto fauore publicæ utilitatis principaliter, quia tunc protestatio nihil operatur, p l. ius publicum. ff. de pact. ca. si diligenti. in fine de foro compet. &

per

Source : BIU Cujas

per nota.in l.secunda.& in l.quemadmodum.de agric. & sensi.lib. 11.Et pone etiam exemplum in l.cætera.ff.de leg.1.& in l.senatus. ff.de contrahen.emptio.

13 Et ideo dicit Bart.in dicta l.nemo.† quòd cum præscriptio sit introducta ob fauorem publicum principaliter l.2.ff.de vsucapio.cõ sequenter nulla renuntiatio, vel protestatio potest derogare huic iuri præscribendi. Et ideo stante statuto, quòd debitor præscribat decennio,non poterit debitor huic statuto renuntiare, secundum Bar.ubi supra.Sed Dy.tenet contrarium,ut refert Ange. in dicta l. nemo.Et cum ipso Dyno transit Bal. ibi in præscriptione fauorabili,vel iniusta,aut currẽte suo iure,secus in odiosa, quia iuri introducto in odium alicuius non potest renuntiari, vt videmus in Macedoniano.l.tametsi non opposita,& ibi gl.ff.ad Macedon.Et reperio,quòd eandem distinctionem inter præscriptionem fauorabilẽ & odiosam in proprijs terminis facit ipse Bart.in l.j. ff. de vsucapio. & tandem subijcit Bald.ubi s.q̃ cum Dyn.transeunt communiter Doctores,quia pacto contrahentium poterit impediri quò ad effectum cursus præscriptionis ope exceptionis, licèt non ipso iure, per dictam.l.nemo.cum sua glos.quod est verius secundum Imol. ibi:quia licet præscriptio sit inducta ex mero odio,tamen potest ei renuntiari,vt ipse Bar.sentit in dicta l.nemo. in responsione ad l. cũ notissimi.§.sed si quis.secundum Imo. licèt secus sit in exceptione Macedoniani,& rationem differentiæ posuit ibi. Sed tunc quid respondebimus ad rationem Bar.quòd præscriptio est introducta fa

14 uore publico principaliter d.l.1.Sol.dicit Ang. in d.l.nemo.† quòd non fuit introducta fauore publico principaliter,sed secundario.Et sic sentit,coniunctis quæ dixi in præcedentibus,quòd licet nõ possit renuntiari iuri introducto fauore publico secundariò, ut ualeat renuntiatio ipso iure.l.1.ff.sol.matrim.cum ibi notatis, tamen saltẽ ope replicationis valebit.Et sic singulariter limitabis notata in d.l.j. cum similibus.Et latius dixi in dicta l.nemo. super quo tamen cogitetis.

15 Similiter per præmissa dico,† quòd cum solennitates probatoriæ sint introductæ ob publicam vtilitatem, ut notat. in d.l.nemo potest.& per Bar.in d.l.si quis pro eo.in 7.cõbinatione, consequẽter protestatio contraria, vel renuntiatio nihil operabitur cessante dicta solennitate, quia talia non sunt in potestate contrahentium, sed in potestate iuris.Ratio rationis potest esse,quia in his,quę sunt introducta ob fauorem publicum, non attenditur aliquod commodum priuatorum,iuxta illud Platonicum dictum. Qui reipublicæ præfecturi sunt,duo præcepta teneant, unum, vt vtilitatem ciuium tueantur,& quodcunque agunt,ad eam referant, obliti cõmodorum suorum.Alterum,ut totum corpus reipublicæ curent ne dum partem tuentur,totum deserant.

16 Addo circa primum præceptum,† quòd cum pauperẽ,vel auarum,difficile sit super commodo proprio non cogitare,consequẽter non est tutum tales reipublicæ prędicere.Et ideo Scipio Romanorum consul:cum duo Romæ apud senatum cõtenderent mittiin Hispaniam ad opus Reipublicæ (vt narrat Veralerius) omniũ consulum sententia fuit,ut is mitteretur,in quem Scipionis sententia inclinaret,respondit, neminem istorum mitti mihi placet, quia alter nihil habet,alteri nihil satis esse potest. An autem solennitates formales introductæ a iure dependeant a potestate contrahẽtium & alia quæ sunt de substantia dispositionis alicuius, & quid operetẽ protestatio in his substantialibus,vel naturalibus, aut accidẽtalibus contractus,dixi plenissime in §.3.supra eodem.

17 Postremò dico generaliter,† q̃ vbicunque ius aliquid disponit ad obseruantiam bonorum morum,consensus partium nihil operatur ad oppositum:quia illud non est in potestate contrahẽtium, sed iuris.Et exemplifica in casu l.fina.C.de pact.&c.in l.stipula.hoc modo,& in l.generaliter.& in l.si plagij.ff.de verborum obligat.& in l.Titia.in princ.eodem tit.Viso quando lex procedit disponẽdo, videamus quando procedit fingendo,vel præsumendo.Ad quorum declarationem præmitto ad euidentiam id,quod dicit gl. no-

18 tabilis in l.j.§.accedit.C.de rei vxor.act. quæ dicit,† quòd fictio est super certo,pręsumptio uero super dubio. Et intelligo super certo id est super eo,cuius contrarium est certum.Nam fingũt leges captum fuisse.Similiter fingunt mortuum apud hostes decessisse ante captiuitatem:ut in §.si ab hostibus. Institu.quibus modis.ius pa. po.sol.& tamen in his constat,ueritatem esse in contrarium, & iõ

19 si quæratur,quid est fictio,dic breuiter,† quòd fictio est contra veritatem rei,quæ fuit,vel est possibilis a iure,vel à natura, ut patet ex dictis la.de Are.& Saly.in l.siue possidetis.C.de probat. Et istæ fictiones iuris sunt introductæ ex magna æquitate. l. postliminium. ff.de cap.& post.reuer.Et ideo tales fictiones sunt approbatissimę, licèt fictiones horninum in plus,vel minus apud philosophos morales reprobentur,in medio quarum sunt quædam præclaræ vir-

20 tutes,ut grauitas,comitas,& similes.Nam debes scire,† quòd in cõuersatione hominũ sunt tergemina vitia euitanda, videlicet ut non fingamus ostentando,nimium de nobis præsumendo, nec etiam minus quàm deceat præsumendo,ironia utamur,sed teneatur medium,& erit uirtus grauitatis.Sunt etiam quidam adulatores placẽdi studio omnia fingentes,& assentantes:& econtra, quidam contentiosi, displicentes, duri, difficiles, inhumani, quos aduersatores odiosos appellamus, & inter hęc est media uirtus amicitiæ similis procul ab assentatione,& procul a contentiosa asperitate. Sunt ẽt quidam procul ab omni iucunditate,id est, omnem iucunditatem fugientes,quos rusticos appellamus: & econtra, sunt quidam homines iucundi,occasionem arripiẽtes,ita quòd nec honestati, nec dignitati parcunt (quos scurras appellamus) & inter hęc est quædam uirtus moderatiua,quæ comitas appellatur. Sed viso quid sifictio,uideamus nunc quid sit præsumptio.

21 Et breuiter dic † quòd præsumptio legis est duplex:una iuris tantum:& contra istam admittitur probatio in contrarium, dicta l.siue possidetis.& ibi notatur. Alia est præsumptio iuris, & de iure. Præsumptio iuris est,quando super præsumpto lex nihil statuit. Præsumptio vero iuris & de iure est, quando super præsumpto aliquid statuit,ut dicit gl.in d.l.siue possidetis.Et declara hoc, ut ibi p Iacobum de Are.Cy.& Saly.qui dicunt, q̃ dicitur super præsumpto statutum,quando statuit lex,quòd probatio in contrariũ non admittatur,vel q̃ is,contra quem præsumit,non audiatur,licet dicat rem aliter se habere,vt habes exemplum in l.antiquæ.C.ad Velleia.& in l.fi.C.arbi.tute.& in c.is,qui fidem.extra de sponsali. Et iõ

22 hæc pręsumptio diffinitur sic:† Est enim applicatio ueri animi legislatoris super uerisimili,transferens in aduersarium onus probandi. An autem saltem per confessionem partis admittatur probatio q̃ præsumptionem iuris & de iure, aliquid infra tangam. his sic præ-

23 missis cum quæritur,an † quando lex procedit fingendo,protestatio,seu attestatio de contrario aliquid operetur. Et breuiter dico, q̃ non; quia bene certum est,omnem fictionem esse contra ueritatem,ut supra dixi,ergo frustratoriè circa hoc fit protestatio. Si verò lex p̃cedit præsumendo, dico sic,quòd aut præsumit simulationem,ut in casu c.illo vos.de pignori.& ca.ad nostram.de empt. & vend.& habetur in c.conquestus.vbi glos.extra de vsuris.

Et tunc dico,quòd licet millies partes attestarentur cõtractum esse uerum,& non simulatum,nihil operaretur protestatio, quinimo ex hoc contractus redditur magis suspectus, secundum Bald. & Salycetum in l.3.C.plus ualere quod agitur. Ad quod vide in argumentum optimam glossam in l.si quis sub conditione.ff.de cõ-

24 di.insti. Quinimo plus dico,† quòd nec huic exceptioni simulationis potest etiam cum iuramento renuntiari,secundùm Bar.in l.nemo potest.ff.de leg.j. De quo habes glo.& ibi Doctores,maximè Bal.& Saly.in dicta l.3.& transeunt communiter legistæ, ut refert Imola in ca.cum contingat. extra de iureiuran. Et rationem sensit gl.in d.l.3.quia quemadmodum contractus est simulatus, præsumitur etiam iuramentum simulatum.

Si vero lex aliud præsumit,tunc si præsumptio tendit in odium contrahentium,uel alterius ipsorum,ut quando contractus prę sumitur fœneratitius,protestatio in contrarium non iuuaret,per prędicta,etiam si iuratum est.Et adde huic membro,quod voluit Bal.

25 in l.non dubium.C.de legibus.qui dicit,† quòd iuramentum qualitercunque interponatur,non tollit præsumptionem doli,uel fraudis.Idem Saly.tenet in authen.si qua mulier.C.ad Velleia. Et idem dico in casu,quo præsumitur dolus, uel fraus in eis, super quo tamen fac regulam,q̃ quando actus gestus potest interpretari in bonam partem,& malam,si de se regulariter factum est malum,ut vẽdere res ecclesiæ, & accipere res naufragij, & similia, præsumitur in dubio in malum:quia tunc pro parte sinistra est vehementior p̃ sumptio,uide textum,& ibi Panor.in c.2.de regu.iuris.

26 Hæc tamen præsumptio posset tolli ex consuetudine,& qualitate personarum:quinimo & aliquando per protestationem, ut pote quando uirtus protestationis tolleret illã fraudem.Et exemplifica quando in casu,quo prę sumitur animus furandi, protestaretur coram testibus de contrario, puta quòd res naufragij non accipit, ut subtrahat,sed ut custodiat.Nam si malo animo uoluisset facere totis viribus procurasset hoc nemini propalari. Ex quo ergo per suam protestationem propalauit,tolletur suscipio fraudis. Si verò protestatio tendit ad inducendum capacitatem in contrahentibus qui alias sunt incapaces, exemplifica,vt dixi in tractatu de dote.§.5. versic.Item pro hac parte. Nam in illis exemplis ius præsumit confessionem emanasse in fraudem legis,nec protestatio de contrario

27 iuuabit. Verbi gratia,† Pater est incapax ad donandum filio in potestate,nisi præcesserint bene merita filij.l.si donatione.C. de colla. cum ibi notatis.

Pone ergo,quòd attestetur in donatione de meritis filij,nunqd stabitur huiusmodi protestationi,seu attestationi parti. Dico quòd non,per l.qui testamentum.ff.de proba.Et hoc dixi in dicto tractatu de dote,in loco.vbi supra.Et adde,quod voluit notabiliter Bar. in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de legat.3. qui ex hoc generaliter concludit,quòd confessio,seu attestatio facta ad vtilitatem non capacis,quæ in dubio prę sumitur simulata,dicta l.qui testamentum. & notatur in dicto §.Titia.etiam si sit iurata,præsumetur simulata & fraudulenta,Quod perpetuò tene mẽti ad infinita.Nam si principale est simulatum,idem in accessorio. Si uero præsumptio iuris est fundata super fraude alicuius tertij,vt quia præsumit aliquid fieri in fraudem tertij non contrahentis,ut in casu authẽticæ,sed iam

necesse.

Source : BIU Cujas

necesse.C.de donat.ante nup. Et declara vt dixi in tractatu de dote §.5.versi.videamus nunc,certe etiam attestatio, seu protestatio in contrarium nihil operaretur. Adde nec tunc per præmissa, puto ẽt iuramentum aliquid operari. Idem dico,vbicunq; lex præsumit ꝓpter rigorem iuris seruandum, ita quod præsumptio illa est fundata propter obseruantiam iuris communis, tunc parentes non possunt derogare,ut est casus in cle.gratiæ. cum gl. extra de rescriptis, & in c.vt quis duas,extra de electio.libro 6.de quo dic ut dixi.ſ.eo. titu.§.3.

28 †Si vero iuris præsumptio tendit ad fauorem contrahẽtium,vel alterius ipsorum,certè eorum protestatio tolletur per tex. cum gl. in c.de causis. extra de offic.delegati.vbi dicitur, quòd etiam solennitatibus iuris introductis fauore partium possunt ipsę partes renũtiare. Et puto,quod prædixi,procedere, etiam si sit præsumptio iuris & de iure,dummodo protestatio præcedat,vel fiat in ipsa dispositione,idem si post,dummodo protestatio tendat ad merum fauorem ipsorum non ad fauorem alicuius consecutiui ex actu ipsorum:ut in casu c.is,qui fidem.extra de sponsalibus.

29 †Declaro,duo contraxerunt matrimonium per verba de futuro,pone quod postea subsequatur copula inter eos,certè presumitur voluisse matrimonium habere uim de præsenti,ut ibi. Pone ergo,quòd in ipso actu,seu ante,vir protestetur, quòd eam non cognoscit,vel cognoscere intendit eo animo, ut transeat in matrimonium de præsenti,nũquid ista protestatio valebit & tollet præsumptionem iuris & de iure. Respondeo quòd sic per premissa. Et hoc reperio determinasse canonistas,maxime Panor.in c.cum M.Ferrariensis extra de constitu.

30 †Cæterum si est post facto confiterentur ambo cõiuges,se carnaliter non cognouisse eo animo ut transiret in matrimonium de præsenti,talis confessio non præiudicaret illi præsumptioni,quia tẽdit ad fauorem matrimonij,quod est cõsecutiuum illius actus,cui ipsi non possunt derogare,secundùm Panor. in dicto c. is qui fidẽ.

Et addo,quòd hinc videmus, quòd si duo contraxerũt publicè matrimonium,certè licèt postea ambo confiteantur se prius alibi contraxisse,per hanc solam confessionem nõ præiudicaretur matrimonio publicè contracto. Ita reperio determinasse Canonistas maximè Butrium,& Panor.in c.2.de clandestina desponsa. Quod tamen primo dixi,puto verum, quando illud consecutiuum non potest dissolui consensu partium,ut matrimonium,alias per talem protestationem partium,saltem ut ex nũc, resolueretur dispositio in vim pacti,non ipso iure:quia protestatio non est modus tollendæ obligationis,quæ non tollitur,nisi modis contentis, Inſti.quib. modis tollitur obliga.per totum.super quo tamen cogitetis.

31 †Postremò videndum,quando ius procedit interpretando, ut pote interpretando actum ambiguum in vnam partem: quo casu breuiter dico,quòd protestatio,etiam secretè facta in absentia partis ualet,& iuuat,ut dixi in §.secundo.ſ.prope finem. An autem in alijs præmissis requiratur præsentia partis, dic vt dixi supra eodem titu.§.3. Sequitur nunc titulus secundus, seu Rubrica de certificatoria entis,uel non entis,facti,uel faciendi protestatione.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio quæ excuset à vitio clandestinitatis.*
2 *Denuntiatio quæ tollat effectus ignorantiæ.*
3 *Protestatio quandoquæ facit,ne interrumpatur cursus præscriptionis.*

Circa istum titulum dic breuiter, ꝙ hæc protestatio consistit in duobus. Nam quandoque ego protestor, quòd intendo aliquid facere in futurum, quandoque verò denuntio tibi, quòd aliquid deest de præterito,uel præsenti.

1 Circa primum dico, †quòd talis protestatio potest fieri, & hẽt hunc effectum,quia excusat à vitio clandestinitatis, secũdum Bar. in sępe allegato.§.morte.per l.aut qui aliter.ff.quòd ui aut clam. Et hæc protestatio,seu denuntiatio per quem fieri debeat,cui & qualiter,dic vt in dicta l.aut qui aliter.§.j.& §. sequenti. ubi optime declaratur in textu.

2 Circa secundum,†quando denuntio tibi, quòd aliquid deest de præterito,uel presenti,dicit Barto.ubi supra,quod talis denuntiatio potest fieri,& habet primo hunc effectum, quòd tollit omnes effectus ignorantiæ,vt l.si fideiussor.ff.mandati.& l.j.in fin.ff. de act. emp. Et quò ad hunc effectum habet locum regula, quæ dicit, ꝙ qui certus est,amplius certificari non debet.ca.eum, qui certus.de regu.iur.lib.6. Et isto casu an requiratur alia certificatio,quàm uerbo,satis. ℣.dicam in ti.proxime sequenti,de inhibitoriæ protestationis uiribus.§.congruum.

Item talis protestatio producit effectus, qui producitur ex scięntia,secundum Bar.ubi supra,ut in casibus, in quibus ex sciẽtia cum patientia inducitur consensus.l.j.§.j.de libe.agnoſ.& ideo ut talis effectus impediatur est necesse,quòd illi protestationi cõtradicatur, vt d.l.j §.j. Idem dicit Bar.in omnibus casibus,in quibus scientia cũ patientia inducit consensum,ut in l.sępe.cum similibus.ff.de re iud. Item talis protestatio habet quandoque alium effectum mirabilẽ secundum Bar.quia impedit cursum præscriptionis interrumpi.l.si ancillam.ff.pro suo. Sequitur Rubrica de inhibitoriæ protestationis uiribus.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio alicui facta,ne faciat id,quod facere tenetur,quid operetur.*
2 *Mora creditoris in recipiendo commissa quid operetur.*
3 *Oblatio debiti omnem moræ extinguit effectum.*
4 *Mora creditoris meritò culpæ adscribitur.*
5 *Mora debitoris quo differat a mora creditoris.*
6 *Protestatio quibus casibus non releuet.*
7 *Lex ciuilis quando non seruetur iure Canonico.*
8 *Legatum rei alienæ non debetur iure Canonico,licèt iure ciuili debeatur æstimatio.*
9 *Protestationi quando non sit parendum.& nu.12.*
10 *Protestatio quem habeat effectum,& quando.*
11 *Denuntians debitori debitoris sui ne soluat, instrumentum debiti ostendere debet.*
13 *Causa an sit necessario exprimenda in noui operis nuntiatione.*
14 *Protestatio an,& quando per procuratorem fieri possit.*
15 *Protestans tanquam procurator aduersarium de mandato certiorem facere debet.*
16 *Protestatio quibus casibus procuratori possit fieri.*
17 *Protestatio quando dicatur personalis,& finiatur morte, & quando non.*
18 *Interpellato finitur tam interpellantis,quàm interpellati obitu.*

Congruit videre primò de protestatione, quæ fit alicui, ut non faciat id,ad quod faciendum est obligatus, sciendum est secũ-
1 dum Bar.in sæpe alleg.§.morte,† quòd istam protestationem quãdoque facit ille,cui quis est obligatus,ut puta creditor debitoris, & tunc ex hoc uel mora debitoris,si præcesserit,purgatur, uel creditor in mora constituitur,ut l.mora.ff.de vsuris.& l.rõ.§. si per ven-
2 ditorem.ff.de actio.emp. Et addo ad Bar.†quòd ista mora creditoris habet pulchrum effectum;quia alleuiat debitorem offerentem creditori,vt teneatur in aliquo minus, quàm prius ex natura contractus teneatur, quia vbi ex natura contractus tenebatur de leui culpa,certè facta oblatione statim tenebitur de dolo duntaxat: ut est casus in l.si mora.& ibi dixi.ff.sol.matri.adde secundum glo.ibi, & etiam de lata culpa.

Si uerò tenebatur de leuissima culpa, tunc post oblationem tenebitur tantum de leui. Si verò de casu fortuito tenebatur,non ex natura contractus,sed propter moram pręcedentem,tũc facta oblatione non tenetur nisi ad id, ad quod tenebatur ante moram ex
3 natura contractus:quia omnem effectum moræ † extinguit oblatio,& ultra constituit creditorem in ultima mora,in tantum,vt debitor in aliquo nunquam teneatur,quàm ex natura contractus,ut supra dixi. Et ita dicit gl.in dicta l.si mora,dum intelligit, quòd mora mariti ibi pręcesserat. Et sequuntur Bar.& Doctores ibi.

4 Adde etiam,† quòd mora ex parte creditoris censetur culpa,vt in dicta l.si mora,& ibi dixi. Ex parte verò debitoris est plusquam culpa,& minus,quàm dolus.l.si vehenda.§.idem iuris. supra ad legem Rhodiam de iactu.& sic tenet medium inter culpam & dolũ
5 †Et ratio differentiæ inter moram debitoris, & creditoris est: quia debitor de lucro tractat,creditor de damno. Et ita dicunt Bald. & Imola in dicta l.si mora.

6 Prosequor ulterius in dictis Bar.†quandoque uero istam protestationem facit alius quàm cui quis est obligatus,ut puta,ego protestor tibi,ne soluas creditori tuo,vel ne facias quod debes. Certè hæc protestatio secũdum Bar.si fiat sine aliqua iusta causa, est nullius effectus.l.si quis prohibuerit.ff.de publicia.l.utrum.ff.de constit.pecu. quia non potest præiudicari alteri. l. Stichum.ff.de nouatio. Et addo,quòd etiam potes hoc exemplificare,quando principalis protestatur fideiussori, vt non soluat, sed opponat exceptionem procuratoriam:quia licet scienter omiserit talem exceptionẽ non tamen iuuabit protestatio.l.si fideiussor.§.quædam.ff. mandati.vbi dicit iurisconsultus, quòd de bona fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare. Et adde quòd de istis apicibus nõ
7 curat lex canonica:†Ideo vbicunque lex ciuilis fouet lucrum proximo odiosum, uel rigorem quendam; tunc talis de iure canonico non est seruanda,licèt expresse non reprobetur,vt est casus secundum Panor.in c.filius.de testamentis, secundum uerum intellectũ reiectis alijs,secundùm quos non esset differentia inter ius ciuile &
8 canonicum, quòd expresè vult ille tex. Ideo secundum hoc †& si re aliena legata de iure ciuili debeat ẽstimatio,secus de iure canonico. Quod firmauit gl.in l.cum alienam.C.de legatis. Et ꝙ rigor iuris ciuilis non sit seruandus de iure canonico,vide tex.& gl.in c.sępe.de resti.spolia.& præsertim in negotijs, & personis ecclesiasticis c.j.de dolo,& contumacia.

9 Prosequor vlterius ad dicta Bartoli. Et dicit Bar.†quòd quando que fit protestatio,de qua suprà,ex aliqua iusta causa,non tamẽ uera,nec verisimili:& tunc non est ei parendum: vt l.hoc aũt.in principio.ff.si cui plusquam per legem Falci.quandoque causa,licèt nõ sit vera,tamen est verisimilis:& tunc. Aut protestatio fit, ne detur, vel fiat debitum ex ultima voluntate: & tũc ista protestatio habet effectum,

Source : BIU Cujas

effectum,vt ab eo,cui soluendum est,debeat exigi cautio, vt dicta l.hoc autem.& l.fi.C.de peti.hæred.

10 †Aut erat debitum ex contractu,& tunc ista protestatio non habet effectum quò ad impediendum ius competens ei,cui debebatur:ut dicta l.fi.de petit.hæred.Aut debitum erat ex contractu: & tunc ista protestatio non habet effectum quò ad impediẽdum ius competens ei,cui debebatur.Vt dicta l.fi.de petit.hæred.sed ipse ꝓtestans tenetur ei,cui fecit protestationem,ad interesse.l.j.§. primo. ff.de eo,per quem factum erit,nisi ille nuntians esset non soluẽdo. l.fin.eodem titu. Quod intellige,ut infra dicam. Quandoque vero fit ex causa iusta,& uera:& tunc si veritas illius causæ ostenditur illi debitori,cui fit protestatio,debet illi protestationi parere.l.nomẽ. ibi:certior de obligatione factus.C.quæ res pign. obli. Et ideo pra-

11 ctica est secundùm Barto.in dicto § morte.†quod quando aliquis denuntiat debitori debitoris ne soluat, quòd ei legat instrumẽtum debiti,vel copiam dimittat,per text.ad hoc notabilem in clem.causam.de electio.& in dicta l.nomen. Quandoque talis protestatio fit ex causa iusta,& vera,sed veritas eius non ostenditur debitori, cui fit talis protestatio:& tunc si sit authoritate iudicis, debet quis protestationi parere,& excusatur.Ita intelligit Bar.in dicto §. morte.l.fina.ff.de lege commissor.quod Imo.in dicto §.morte.dicit bene notandum.

12 †Si vero fiat à priuato,tũc si quidem illud,quod prohibetur fieri,principaliter respiciebat protestantem,vtputa,debitor denuntiat fideiussori,ne soluat; quia ipse tutus est exceptione:tunc nõ est necesse,quòd tempore protestationis veritas illius causæ manifestet, sed sufficit ita fieri notum,quòd tempore quo conuenitur fideiussor se possit defendere.l.si fideiussor.in princ.ff.mand.Si vero illud, quod prohibetur,non respicit principaliter ipsum protestãtem, & causam protestationis notam non facit; tunc non tenetur ei parere,nec sibi credere,quia requiritur certioratio,vt dictum est, & argumento.ff.quod fal.tut. authore.l.1.§.fin. & l.sequenti.nisi fieret in defectum iudicis,secundùm formam l.de pupillo.§.si quis ipsi.& ibi per Bart.ff.de ope.no.nunt.Subaudi,inquantum Barto.ibi dicit de protestatione rusticorum.

13 Et prædicta vera,nisi sit in alijs nuntiationibus.† In nunciatione vero noui operis,an sit necessaria causa,vide per Bar.plene in l.j.in prin.& ibi dixi.ff.de ope.noui nunc.& id quod supra dixi,ꝙ quando ille,qui facit protestationem,non est soluendo ibi, excusatur ille,cui fuit facta protesta.quamuis causa non esset vera. Intellige qñ tot verisimilia fuerunt ei ostensa,ꝙ verisimiliter debuit ei credere. Vnde ista est causa concedendi restitutionem,ut dicta l. fin. de eo, per quem fac.erit.Ista sunt verba Bartoli in dicto §.morte. & transit Imola.

14 †Sed quæro vlterius post Bar.in dicto §.morte. an protestatio, de qua suprà,possit fieri per procuratorem.Et respondet Bar.intrepide quòd sic. Sed an possit fieri per negotiorum gestorem,dicit ipse Bar.quòd ista quæstio pendet ex eo, an requiratur certioratio facta per ipsum,ad cuius commodum fit protestatio, vel non, an vero sufficiat simplex scientia,de quo per glos.in dicta l. neminem, & plenè per Bar.in l.facta.§.hæres.ff.ad Trebell. Nam si debet certiorari ab eo,non sufficit fieri per alium,qui non sit procurator.

15 Et ideo est animaduertendum secundum Barto.quia† quando quis protestaretur vt procur.debet facere aduersarium certum de mandato,ostendendo ei instrumentum,sicut supra dictum fuit de debito,argum.l.si quis inficiat.ff.depositi. Nec obstat l. prohibere. ff.quod vi,aut clam.quia respondet ut per Bar in d.§.morte.

16 Sed quæro,† an possit fieri talis protestatio procurato. Et putat Bar.in dicto §.morte.quòd sic,in casibus, in quibus factum procuratoris nocet domino:vt l.procuratoris.in princi.ff.de tributo.& l. apud Celsum.§.quæsitum.ff.de doli excep. Et debet fieri secundũ Bar.ante actum celebratum l.si pecuniam.§.item si quis.ff. de condi.ob causam.aliàs frustra prohiberetur,ne fieret.

17 †Et hæc protestatio si fiat respectu cærtæ causæ,secundum ꝙ dictum est,putat Bar.in dicto §.morte.quòd non sit personalis,nec finiatur morte,argum.l.si intra.C.de non numer.pecun. Et istud dictum Bar.esset summo opere notandum,si verum:sed non credo verum; quia morte extinguitur omnis protestatio, & nunciatio existens in mera voluntate protestantis, vt est casus in sæpe allegato.§.morte.& ibi glo.& Barto.vt latius ibi declaraui.Et hinc infert

18 ibi Cumanus† quòd per mortem & interpellantis,& interpellati finitur interpellatio,vt ibi latius declaraui.Et contra Bar.multum põdero rationem illius §.morte.ibi quia his modis finitur ius prohibẽdi.Et hic pur sumus in protestatione prohibitoria,& quæ pendet à voluntate protestantis, vnde succedant etiam quæ dixi in dicto §. morte. Nec obstat dicta lex,si intra, quia dicta protestatio sortita fuerat effectum prorsus in uita,& sic effectus iam erat cõsumatus, vnde bene transit tunc ad hæredes. Nam ibi statim per querelam fuit perpetuata exceptio.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio,ne fiat,quod prohibitus tenetur non facere,qualiter fiat.*
2 *Protestatio causam in se continens à quouis fieri potest.*
3 *Bannito protestanti se de banno exemplum an sit credendum.*
4 *Fuga facit,ut contra fugientem præsumatur.*
5 *Hæres agendo incidens in pœnam conuentionalem defuncti,an restitutionem petere possit.*

Nunc videamus quãdo sit protestatio, ne fiat id scilicet quod prohibitus tenebatur nõ facere,quo casu dicit Bar.

1 in dicto §.morte,quòd quandoque† ille,cui fit prohibitio,seu protestatio talis,nullam iustam causam habet credendi se posse facere,

2 & tunc sufficit simplex prohibitio,nec requiritur causa.† quandoque vero causam habet in se ipsa protestatio: & tunc potest fieri à quocunque.l.prohibere.in prin.ff.quod vi aut clam. & habet effectum quandoque,quia quod ante prohibitionem diceretur effectum clam,post prohibitionem dicitur factum vi: ut l.1.§. quid sit vi.& dicta l.prohibere.ff.quod vi, aut clam. quandoque præcedit aliqua causa,propter quam credebat se posse facere. Exemplum

3 †aliquis fuit exbannitus,propter quod ego credebam me posse impune offendere eum,ipse denuntiat, & protestatur mihi, ne eum offendam,quia est debannitus,& restitutus:certè nõ teneor ei credere,nisi causam protestationis mihi notam faciat,ostendendo instrumentum,argum.eorum,quæ dicta sunt,& l. non omnis.§. fin. ff de re mil.Faciat ergo mihi denunciari per iudicem, & sufficit,per ea,quæ sunt dicta in §.præcedenti,vel in publico loco l.sed & si pupillus.§.proscribere.ff.de instito.aliàs non tenetur sibi credere. Qđ verum,secundum Imolam in dicto §. morte. quando iste bannitus non permitteret se capi,& uellet aufugere:quia præsumptio esset,quòd causa fugiendi,& discedendi ita diceret. Ideo non debet ei credi,argum.l.satis apertè.C.de fal.& eius,quod notauit gl.in §.si vero.etiam iuret in Authen.de exhibi.& introdu.reis.collati.5. ubi

4 glos.dicit,†quòd ex fuga præsumitur contra fugientem. Secus si posset capi,& non occidi:quia tunc in dubio non debet occidi, argum,no.per Paulum in clem.1.de re iud.vbi dicit, quòd licèt exceptio nullitatis non debeat admitti contra petentem executionem in casu illius cle.ut quia habebat tres sententias conformes,illud uerum,nisi executio esset irretractabilis,sicut est in executione pœnæ personalis.Et sic habes unam exceptionem ad dictum Bartoli,quę habet summam æquitatem.Adde aliam:quia licet offendens in casu præmisso non debeat eo prætextu puniri: quia non credidit tali assertioni,& denuntiationi,tamen alio ex capite punietur,quia debuit ante omnia diligenter inuestigare,anne licuerit eum offendere,vt dicit Barto.in dicto §.morte.licet non bene firmet,adducendo pro hoc argum.in l.qui cum alio.& in l.qui in alterius.ff. de regu.iur.quæ leges optimè faciunt secundum eum,quia iste,qui uult offendere,partes actoris uidetur sustinere.

Et sic nota diligenter,quòd Barto.extendit dictam l. qui in alterius.in secundo responso, ad actus etiam extraiudiciales, & etiam glo.trahit in dicta l.qui in alterius.etiam ad actum iudicialem,vt est in casu præmisso.uide ibi glo.sed incontrarium fortiter facit. cap.si uasallus feudũ.si de feudo fuer.controuer.& ea, quæ ibi notat Bal. & quod dixi in tract.contractuum ueti.§.uidere.uersicu.quid si hęres,ubi uide omnino.

Sed cogitabam respondere sustinendo Bar.hic,quòd in dicto c. si uasallus.factum erat regulariter permissum: ideo non mirum si facienti magis succurritur quàm hic, ubi erat regulariter prohibitũ quia occidere,uel offendere hominem,est sub lege prohibitionis, uel aliter cogitabam etiam dicere, quòd ibi præsumptio possendi facere erat ex causa naturali,qua omnis res præsumit libera. Ideo non mirum si magis sibi succurritur,hic autem erat ex causa impositiua,quæ præsumebatur durare,per notata,in ca. cum in iure.extra de officio delegati.uel cogitabam distinguere hoc modo; quia aut potuit eum capere,quo casu habuit tempus ad inuestigãdum, & implorandum,& tunc procedat dictum Bart. Secus si non potuit,quia tunc cessat ratio Bartoli. Et ita etiam distinguit Imola circa membrum præcedens in d.§.morte.ut ibi dixi.Et eandem distinctionem posses facere iudicio meo circa istud membrum.

5 Sed hic quæro,† an in casu illius.l.qui in alterius.in fine hęres,qui agendo incidit in pœnam conuentionalem defuncti,possit saltem petere restitutionem ex clausula generali. Et breuiter dic quòd nõ, quasi tunc non dicatur habere iustam causam:cum antequam ageret,potuit se informare,ut dicit illa l.qui in alterius.in fine. ubi tamẽ glo.etiam hoc casu tenet,dari restitutionem.Sed quod dicit,firmauit Dyn.in c.cum quis.de regu.iur.libro sexto.& Doctores in l.cũ filius.§.in hac.ff.de uerborum oblig.Sed contra hoc facit, quod dicimus de hęre.emphyteutæ alienante,qui etiam habuit facultatem se informandi,antequam alienaret,& tamen sibi succurritur, iuxta ea,quæ plenè dixi in tract.contractuum ueti.1.§.uidere,uersi.quid si hæres.Sed posses dicere,quòd id, quod prius dixi,procedit,quando hęres molestaret alium possidentem: quia propter eius possessionem debuit se informare,& esset certus,ut dicitur in dicta l. qui in alterius.quia pur est præsumptio pro eius possessione. Sed si uenit contra factum defuncti circa rem, quam hares penes se reperit ignorans eius conditionẽ,tunc procedet quod secundario dixi,

argu-

Source : BIU Cujas

argumentum optimum in l.fi.in fine.vbi casus singulatis.ff.de leg. 2.cum ibi notatis. Nec tunc si pęna esset legalis incideretur in eam cum factum quoquo modo nō sit culpabile, vt plenè declaraui in dicto versi.quid si hæres,& potissimum in feudatario, vel emphyteuta alienantibus,cum habeant pro se præsumptionem quādam legis præsumentis in dubio omnem rem esse liberam.l.altius.& l.si in ædibus.C.de seruituti.& ibi no.Et per hoc habes solutum contrarium supra formatum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio sola sine causæ vllius expressione quando valeat.*
2 *Iudicium in curia mercatorum æquitate,omissis iuris apicibus, fieri debet.*
3 *Protestatio quando nullius momenti efficiatur,& nu.4.& 6.*
5 *Denuntiatio an & quando scienti debeat fieri.*
7 *Asserens rem emptam esse suam,non constituit eum in mala fide.*
8 *Præsumptio doli seu mala fides non inducitur per assertionem simplicem.*
9 *Denuntias consanguinitatem inter contracturos matrimonium citra ullam demonstrationem auditur.*
10 *Instrumentum extra iudicium ostendi non sufficit.*

Congruum est: vt videamus, quādo per ꝓtestationem prohibetur id,quod prohibito erat permissum,non tamen erat obligatus ad faciendum,vel non faciendum, quo casu di
1 cit Bart.in dicto §. morte. † quòd aliquando prohibetur tale quid, quod sola voluntate prohibentis sit illicitū,& tunc sufficit sola prohibitio sine alterius causæ expressione,vt l fi.C.de neg.gest.& l.diuus.de seruit.rustii.prædio.& l.3.in prin.ff.de acquiren.rerum dom. Aliquando verò non fit illicitū sola voluntate prohibentis,& tunc si prohibitus nō potest illi protestationi parere salua honestate sua, talis protestatio nihil operatur,secundum Bart.o.per l. Quintus.ff. mand.Et intelligit Imola in dicto §.morte. hoc, etiam si aliàs de iure poterat parere,vt sentit etiam glo.prima.in dicta l.Quintus.dum intelligit,ꝙ esset pactum nudum,quòd est bene notandum secundùm Imolam.

Et ego addo ad hoc meliorem textum.in l.si fideiussor. §. quæ-
2 dam.in eodem titu.per quem tex.dicit etiam ibi Bar. † quòd in curia mercatorum debet iudicari de bona æquitate, omissis apicib. iuris,quæ veritatem negotij non tangunt.Et in dicta l.Quintus.dicit, quòd in curia mercatorum non potest opponi exceptio pacti nudi,quòd non interuenit stipulatio,eo quia glo.ibi relata ad textū vult,ꝙ verecundia sit nō adimplere,quod promissum est,licèt pacto nudo. Et ista pōt esse ratio,quare de iure Canonico ex pacto nudo agitur c.primo.extra de pactis.quia canonistæ non respiciūt apices,& subtilitates iuris ciuilis,vt dixi supra eodem ti.§.j. Et per p̄missa dicit Bar.vbi supra,posse determinari quæstionem de fideiussore,qui denūtiauit creditori,ne numeret debitori,quam quęstionem tangit gl.in l.antepenult.ff.de procuratoribus.Nam dicit ipse, si creditor erat obligatus numerare, quia fortè promissio erat ex causa dotis,protestatio nihil releuat,quia non allegatur aliqua iusta causa,vt suprà dixi.

Si verò non erat obligatus soluere, quia erat fortè ex causa mutui,tunc si poterat salua honestate sua non soluere, protestatio valet,dicta l.antepenul. Si vero salua honestate non poterat, tunc secus,puta si in debitore nulla mutatio contingit.dicta l.Quintus. & argum.l.si creditores.ff.de priuileg.credito. Prosequor vlterius ad dicta Bar.quandoque vero,dicit Bar. ille prohibitus poterat protestationi salua honestate parere. Et tunc aut in protestatione nulla iusta causa concludens inseritur,& protestatio nullius est effectus l.si maior.C.de rescinden.vendi.l.prima.C.debito.vendi.pig.impedi.non posse.& l.tutor. ff. de minori. Aut causa inserta in protestatione est iusta,& concludens,& tunc aut est causa de futuro, pendens ex facto protestātis,aut de præterito. Primo casu protestatio est valida,& operatur simpliciter effectum suum,vt inducat doli p̄sumptionem.Et exemplificat Bar.in l.denunciasse.in princip.& §.j. ff.de adulte.& in l.virilis.§.sed si adiecit.ff.de leg.præstand.Idem dicit,si nuntio tibi,ne alienes:quia pro illa re intendo te cōuenire, certè si alienaueris,dolo desijsti possidere,argum.l.Fulcinius.& quod ibi not.in simili.ff.ex qui.cau.in pos.eat. Vtrum autem in hac nūciatione debeat exprimi causa generaliter? Dic ut in d.l. denuntiasse.
4 Secundo casu,† quando est de pręterito,tunc aut ille,qui protestatur,non est ille,cuius principaliter interest, & talis protestatio nullius est effectus,nec quò ad alium inducit doli præsumptionem, a simili sicut dicimus de interruptione ciuili,l.cum notissimi. §. si aliquis.de præscrip.30.anno.Et de hoc est casus,si bene inspiciatur, secundum Bar.in l.2.ff.quod fal.tu.authore. Sed quærit Bart.vbi suprà,quid si ille,qui talem protestationem fecit,licèt sua non interfit non solum causam expressit,sed etiam causam notam & manifestam ostendit,an sufficiat quò ad alios.Videtur quòd sic, secūdum Bar.per dictam l.2.quod falso.tu.autho.ibi:bona fide non credit. Nam in causa manifesta non potest bona fide non credere.Finaliter putat ipse Bar.quòd in casibus,in quibus esset necessaria prohibitio,non sufficeret ostendere,vt supra:quia non habet ius prohibendi,vt supra dictum est, & quantum ad te liberas ædes habeo.l. loci corpus.§ competit.ff.si serui.vendi.Sed in casibus,in quibus so la scientia sufficit,& tunc sufficiat etiam quocunque modo fiat,vt tangitur per Bar.in dicta l.denuntiasse. Posset ergo habere effectū simplicis scientiæ,non prohibitionis effectum.Et addo,quod dicit
5 Bart.in dicta l.denuntiasse. videlicet,† quòd vbi denuntiatio solum fit pro scientia habenda,non oportet,quòd fiat sciēti, secus vbi fit ad aliquid faciendum,vt in ea, quæ fit per emptorem, vt venditor defendat,ideo etiam scienti debet fieri. Et idem reperio dixisse Panorm in capi.fin.de empt.& vendi. & ibi volunt Cardi.Florent.& Petr.de Anchar.& Specu.in eodem tit.§.fin.in fine.& ibi Io. And. in addit.

Addo etiam præmissis,quòd posset esse homo tantæ authoritatis,quod ei sine alia demonstratione esset credendum, & inducere tur doli præsumptio,per c.nobilissimus.91.distin.de quo ℨ.aliquid tangam.Redeo ad dicta Bartoli.

6 †Si verò dicit Bar.ille denuntians erat is,cuius principaliter interat,tunc aut ille,qui per metum celebrauit illum contractum prohibitum, vult vti illa protestatione: & quo ad eum nullius est effectus, subaudi ex quo etiam ipse non credidit protestationi secundùm Imolam in dicto §.morte.ut dicta l.secunda.quod falso tuto. authore.secundum intellectum,quem sibi dat glo.in l. si fundum. C.de rei vendic.Aut est alius:& tunc aut de lucro certat, & talis ꝓtestatio nihil operatur.l.2.præalleg.quod fal.tuto.authore. secundum ꝙ Dyn intelligit,& quilibet intellectus satis placet. Bar.& eos etiam loquitur Imola in dicto §.morte.Quod tamen intellige secūdum Bar.si solum fuit causa expressa:secus si fuit manifestè ostensa,articul.eiusdem l.2.ibi:bona fide non credidit.

Si vero tractat de damno,non debet protestationi parere,secūdùm Bar.aliàs inducit doli præsumptionem expressio causæ, licet non sit manifestè ostēsa:vt l.ait prætor.§.si quis particeps.ff. de his, quæ in fraud.cred.& l.si fundum.ff.de rei vendicatione.

Sed contra illam l.si fundum.oppono de l.penult.ff.pro empto.
7 †vbi adsertio dicentis rem emptam ab aliquo esse suam no constituit eum esse in mala fide,nisi aliter ostendatur.Solu.Ante factum re integra tenetur credere,aliàs constituitur in mala fide,& inducitur doli præsumptio:ita intelligatur Bar.in dicto §.morte. Et ita loquitur illa l. si fundum.

8 Cęterum post contractum celebratum per simplicem assertionem non inducitur mala fides, seu doli pręsumptio, dicta l. penul. & ibi notatur per glo.& Doctores, & etiam notatur in dicta l.si fundum.quòd est menti tenendum.Sed contra hanc doctrinā adhuc oppone de c.per tuas.extra de simo.vbi Papa vult non esse credendum simplici relationi aliquorum asserentium aliquid esse, nisi aliter ostendatur. Et hoc quò ad ordines acquirendos.Et si re integra,& in terminis dictæ l.si fundum.appellat etiā ibi Papa scrupulosam conscientiam eius,qui asserenti credidit,etiam quo ad acquirendos ordines.Vnde debet talem conscientiam, seu credulitatem corrigere & reuocare,vt ibi: & tamen secundùm præmissam doctrinam debent credere quò ad ordines acquirendos,licèt quo ad iam acquisitos non constituatur ob hoc in mala fide.Sol.cogitabam dicere,ꝙ illa l.si fundum. loquitur in assertione, quæ fit sup̄ re propria,vt quando tibi volenti emere denuntio esse meam: sed c.per tuas. loquitur in relatione, quæ non attingit rem, seu factum referentis,videlicet in eo,qui refert ordinatorem fuisse simoniatū. Vnde forte non procederet ille tex.si credidisset relatori illorum,ꝙ asserebant secum fuisse simoniam cōmissam.Et hoc,iudicio meo, est de mente glo.j.ibidem.

9 Sed adhuc insto,quia videmus,† ꝙ denuntiati cōsanguinitatem inter volentes contrahere matrimonium credendum est sine alia demonstratione,vt est tex.cum gloss.in c.penul.de desponsa.impube.& gl.ibi mouetur per dictam l.si fundum.& tamen ibi non erat super re propria.Sol.dico quòd illud verum, quando talis denuntians est persona grauis,cui est fides adhibenda, vt est tex.in c.cum in tua.de sponsa.Et istud est bene generale,quia authenticæ personæ est credendum,vt est tex.cum gl.in c.nobilissimus.91.distin.Et facit optimè quod voluit notabiliter Ange.in l.non ignoret.C.de fruct.& lit.expen.Et ita debet limitari,quòd habetur in dicto c. per tuas.Et prēmissa tene mēti ad multa,maxime tu Canonista,ad materiam.cap.si beneficia.de præben.libro sexto.vbi dicitur,ꝙ si quis ignorans recipiat ab ordinario beneficium prius reseruatum, vel alteri collatum per Papam,& per hoc beneficiū, quod primus habebat,dimiserit,si postea certus factus sit de collatione,seu reseruatione,illud adeptum sine difficultate dimittat, recuperabit suū primum beneficium,non obstante ꝙ alteri iam sit collatum.Secus si certior statim factus statim sine difficultate non remiserit:quia tūc carebit vtroque:& est tex.valde æquus, & fundatus super magna æquitate.

Vnde per præmissa poteritis intelligere,quando in casu illius de cretalis dicatur certior factus; quia dico,ꝙ non cuicunque referenti dictam collationem,& reseruationem tenebitur credere: vt ibi etiam dicit glo.Et ratio patet ex præmissis,præsertim per ea, quæ dixi per dictam l.penul.Et adde etiam ꝙ illa l.si fundum.de rei uend. secundum Ang.ibi non procederet,si procurator illam denūtiam

feciſſet,

Source : BIU Cujas

fecisset,nisi ostendisset instrumentum mandati, per l.si quis inficiatus.ff.depositi. Et dico,quòd est de mente Barto.in dicto §.morte. vt statim videbitis.

Et ego plus dico,quòd non sufficeret, ita simpliciter extra iudicium ostendere instrumentum mandati:quia possunt multa contra instrumentum opponi, quæ tunc extra iudicium non possunt examinari.Ita Bar.in l.de pupillo.§.qui procur.ff.de ope.noui nun. quod dicit ibi Imola bene notandum.

10 Ex quo colligo, † ꝙ ostensio instrumenti extraiudicialiter facta regulariter non sufficit.Et Bar.allegans l.si quis inficiatus.ff. depositi.dicit tamen Imola vbi s.quòd si ostenso instrumẽto in publicam formam dimitteret sibi copiam,& postea ipse non allegaret aliquã causam contra instrumentum:certè tunc bene sufficeret. Allegat notata in l.nomen.C.quæ res pigno.oblig.poss. Ego allego casum in clem.causam.de elect.Cautela ergo est, quando ostenduntur instrumenta extra iudicium, ꝙ semper aliquid obijciatur contra instrumentum Et prædicta vera secundum Bar.in dicto §.morte.,prosequendo,& redeundo ad dicta Bar.quando aliquis facit alicui aliquam protestationem prohibitoriam eius,quod ei erat licitum iure suo.Si vero prohibet id,quod prohibitus ipse facere poterat iure alieno,vt tanquam procurator,seu mandatarius; tunc si ipse dominus prohiberet,non esset dubium,quia sola voluntate fit illicitum. Idem si prohibet procurator ad hoc specialiter constitutus. putat tamen,quòd tunc talis procurator habeat necesse ostendere mandatum,per l.si quis inficiatus.ff.depositi.& adde quæ supra dixi, & dicam in tit.seq.in §.j. Si vero prohibet procurator generalis,tunc aut procurator generalis prohibens allegat aliquam iustã causam quam dominus ignorauit:& tunc valet protestatio. aliàs secus l.si hominem.ff.mãd.Nec putat Bar.quòd istam causam procurator prohibẽs habeat necesse facere manifestam,per ea quæ dicta sunt. Ex prædictis patet secundum Bar.qualiter debeat fieri dicta protestatio,& quis sit eius effectus,& quando debeat fieri. Nam debet fieri ante ipsum actum celebratum: quia frustra fieret post,vt s.dixi per l.pen.ff.pro empto. An autem possit fieri per negotiorum gestorem,dictum est suprà.

Sequitur Rubr.de incitatoria protestatione.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio quæ fieri debeat cum expressione causæ,& quæ non.*
2 *Hæres hæreditate adita testamenti vires non ignorare præsumitur.*
3 *Protestatio quando fieri debeat cum expressione facti.*
4 *Euictio quæ committatur,& quæ non.*
5 *Mors alicuius qualiter alicui debeat notificari.*
6 *Interpellatio venditoris quibus verbis fieri soleat per emptorem.*
7 *Venditori litem motam scienti non minus debet denuntiari.*
8 *Venditore absente cui denuntiari debeat, litem motam esse.*
9 *Debitor quo loco sit conueniendus.*
10 *Debitor non cogitur soluere in loco inhonesto.*
11 *Dies quando interpellet pro homine.*
12 *Locus loci an debeat in denunciatione adiici.*
13 *Tempus ad soluendum quod dicatur congruum,& quod incongruum. & numero 16.*
14 *Feriato tempore qui actus explicari possint.*
15 *Interpellare potest quandoque is,cui agere permittitur.*
17 *Interpellatio ad soluendum cui fieri debeat.*
18 *Debitor,si minor sit,an debeat in persona propria interpellari.*
19 *Minor annis vigintiquinque non potest interpellari sine curatoris authoritate.*
20 *Pupillus an possit interpellari sine tutoris authoritate.*
21 *Adultus debitor ex causa hæreditaria potest interpellari & soluere sine curatoris authoritate.*

Nunc videndum iuxta seriem ordinis p̃missi de protestatione,quæ fit alicui, vt faciat id ad quod de iure erat obligatus.Super quo dicit Bartolus in l.non solum.§.morte. ff.
1 de oper.no.nunc.† quòd erat obligatus facto alieno,tunc talis protestatio debet fieri cum expressione causæ, & notificatione tali, ꝙ reddatur certus ostendendo instrumenta, & legendo vel copiam dimittendo,secundum quòd dicitur in clem.causam.de elec. & in l.nomen,C.quæ res pign.oblig.poss.Et est casus secundum Bart.in l.qui in alterius,& ibi notatur in glo.ff.de reg.iur.Et adde ad Bart.ꝙ tex.cum glo.in dicta cle.causam.vult,quòd si copia petatur,debeat dari in forma authentica,vt patet ibi:Copia modo consimili,coniuncta glossa in verbo,consimili.Et ex præmissis patet,qualiter debeat intelligi illa clausula generalis ibi in fine posita,dum dicit,ꝙ idẽ in quacunque alia intimatione; quia sensit Bar.quòd debeat intelligi de intimatione incitatoria, vt aliquid fiat, ad quod est obligatus facto alieno.Adde ad Bar.ꝙ non sufficeret ita simpliciter ostendere instrumentum extra iudicium,quia multa possunt opponi,quæ tunc extra iudicium non possunt examinari,ut dixi in ti.præceden ti.§.fina.

Item addo, quod etiam ostenso instrumento in publicam formam,& dimissa copia ut supra hoc non sufficeret, si allegaretur aliquid contra instrumentum,vt dixi in d.§.fin. Si vero dicit Bar. talis notifica.non fieret vt s. certè protestatio simpliciter facta non valeret:nisi probaretur scientia,ut no.in d.l.qui in alterius.Et no. Bar. l.si ex legati causa.ff.de verborum obligatio.

2 †Addo,quòd ista scientia in hærede,qui est obligatus facto alieno,poterit probari de facili quantum ad legata, & alia contenta in testamento; quia post aditam hæreditatem præsumitur hæres scire vires testamenti,gl.singularis in l.cum hæres.ff.de liberatione le. & hoc in extraneo hærede,secus in suo,per l.eius qui. in fine. & ibi Bar.Ange.& Doctores.ff.si certum peta.& idem Bar.in dicta l. cũ hæres.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.& ibi dixi.ff. de verbor. obligationibus. Attende tamen: quia si hæres fateatur se hæredem ex testamento,vel probaretur aliquid fecisse tanquam hæres testamẽtarius,tunc præsumitur sciuisse vires testamenti, sicut extraneus,secundum Bar.in dicto §.duo fratres. in tertia quæst.princ. quod est bene menti tenendum.Ideo esto cautus in practica.

3 †Si vero fit protestatio,vt quis faciat ea,ad quæ est obligatus facto suo,tunc dicit Bart.in dicto §.morte. quòd si obligatio debeat committi ex euentu alicuius conditionis,uel alterius facti extrinseci,debet fieri protestatio cum expressione & notificatione illius facti,scilicet quòd ille,cui fit protestatio,reddatur certus. Verbi gratia,venditori promisit lite mota suscipere in se iudicium, nunc mouetur lis,emptor denuntiat uẽditori,ꝙ lis est mota,vnde veniat ad suscipiendum iudicium,certè debet secundum Bart.ipsi uenditori ostendere libellum,& citationem,per dictas leges, & maxime per dictam l.qui in alterius,ista sunt verba formalia Bartoli. Et adde ꝙ Imola in dicto §.morte.interpretatur ex his verbis Bar.uelle,quòd non sufficiat,si emptor denuntiet venditori litem motam, sed debet denuntiare,quòd ueniat ad suscipiendum iudicium in se. Sed domin,iut uidetis,Bar.hoc non uult,quia loquitur in casu, quo uẽditor expresse promisit in se suscipere iudicium: Non autem dicit, quòd ad hoc teneatur ex natura edicti de euictione. Reperio tamen,ꝙ id,quod dicit Imola,vult ipse Bart.in l. emptor.C. de euict. vbi per hoc dicit,ꝙ etiam si uenditor, vel alius, qui tenetur de euictione,sciret litem motam,non tamen deberetur euictio, nisi fuisset requisitus,ut supra.

Sed attende,quia glo.in dicta l.emptor.uult,ꝙ sufficiat simpliciter denuntiare litem motam.Idem tenet Dyn.ut refert Imola in §. morte.vbi etiam idem Imola hoc tenet per l.si cum quẽs.C.de euictio.& est etiam de mente Cumani in l.de pupillo.§. si quis ipsi. ff. de ope.noui nunc.& in l.uenditores.ff.de uerborum obli. & vtrobique dixi.Et mouetur Cumanus per l.si dictum.§.pen & fi.ff. de euictio.Quia domini,credo opinionem Bar.ueriorem, & tutiorẽ pro qua primo do tibi glossam iuris canonici in cle.causam. de ele. & ibi etiam tex.probat,si iungas principium cum fine.Secundo dico,quod de hoc habes casum expressum de iure Canonico in c.fi. extra de emp.& uend.Do etiam tibi casum de iure ciuili in l.si plus. §.mota.ff.de euictio.& probatur in l.in executione.§.insolidum.& ibi dixi.ff.de uerborum obligat. Ad l.si cum quæstio.respondeo,ꝙ debet intelligi secundum iura prædicta,per quæ suppletur.

4 Ad dicto §.pen.& fi.præal.respondeo † ꝙ euictio, quæ debetur ex edicto,non committitur,nisi fiat,quod dicit Bart. Sed euictio q̃ debetur ex stipulatione duplæ committitur,licet non fuerit requisitus,quòd veniat ad defendendum.Et ita loquitur dictus §. pen. & fi.& latius declarani in d.§.si quis ipsi.vbi posui rationem, vbi posui rationẽ,uel aliter potes dicere,ut ibi dixi. Et sic probabiliter potes concordare opiniones. Adde etiam quod dicit Bar. in l.empt.C. de euict. ꝙ non sufficerent præmissa ad hoc ut committatur euictio,sed requiritur,quòd conuentus faciat fidem de libello contra eum porrecto in publicam formam,& dimissa copia illi, qui tenetur de euictione.Circa quod etiã adde quæ supra dixi. Prosequor ulterius in dictis Bartoli.Si uero,dicit Bar.in dicto §.morte esset tale factum,quod non posset de facili reduci ad notitiam eius, cui fit
5 protestatio,uerbi gratia,† tu teneris mihi ad centum post mortem Titij,certè mortem Titij non possum tibi facere notam per instrumentum, unde faciam tibi dici per tales personas, quibus credere debebis:alias talis nuntiatio non constitueret te in mora,quia tunc mora contrahitur,cum quis scit,uel scire debet, &c.l. quod te.s. si certum pet.& ibi tex.hoc innuit, si ei probabiliter non credit, non est ei imputãdum,donec certioretur,per dictas leges.Et facit optimè ad hoc secundum Bar.l.si quis inficiatus.ff.depositi.

Si vero quis esset obligatus suo facto merè,& purè; tunc sufficit sola protestatio,ut factum impleat,seu det,alias constituetur in mora,d.l.quod te.& l.mora.de usuris.& l.si ex legati causa.de uerborum oblig.dumtamen secundum Bar.fiat congruo loco,& tẽpore:ut l.si soluturus.ff.de solutio.& l.mora.ff.de usuris.Hinc sum
6 pta occasione Bar.in sæpe alle.§.morte.† examinat, quæ sint uerba congrua,& tempus congruum, ac locus congruus ad interpellationem:& breuiter dicit,quòd uerba congrua sunt,quæ continentur in citatione ad ipsum factum,puta emptor,cui est mota lis, denuntiat uenditori, qualiter est sibi mota lis per talem, unde ueniat ad defendendum l.1.C. de peri. & com.rei uen.l.si rem.§.fin.ff.de euict.

Source : BIU Cujas

euict. Non enim sufficeret, si denuntiaret simpliciter litem motam secundum Bar. vt in iuribus ſ. alleg. quia tunc non esset protestatio incitatoria, sed potius certificatoria. Et ex prædictis patet, secũdum
7 Bar. ꝙ vana est dubitatio gl. & aliorum, qui dubitant † an venditori scienti litem motam debeat denuntiari, quia clarum est. ꝙ sic. Non enim exigitur sola notificatio, & certioratio, sed etiam requiritur denuntiatio præmissa, vt etiam supra late dixi. Et addo hic ad Bart. quòd si res vendita transiret ad plures manus ex vẽditione, & moueatur quæstio vltimo emptori, ad hoc vt primus uenditor teneatur de euictione, non tantum vltimus emptor tenetur denuntiare suo authori immediatè, sed gradatim vsq; ad primum, alias ille, cũ non esset denuntiatum, non tenetur, licèt alijs fuerit denuntiatum gl. singularis in l. si pro re pupil. §. j. in verbo agere. ff. de euict. quod est notandum.

Addo etiam ad Bartol. quòd prædicta procedunt, quando denuntiatur viuo uenditore. Cæterum eo mortuo pluribus hæredibus relictis, tunc vnicuique est insolidum denuntiandum l. in executione. §. insolidum. ff. de verborum oblig. nec sufficeret, ꝙ vnusquisque defenderet partem suam, si omnes non defendant. Immo vno non defendente committitur stipulatio de dupla contra omnes, vide tex. cum gl. & ibi Doctores. ff. de uerborum oblig. in l. cũ ex causa. nisi vnus pro alio defensionem subiret, iuxta nota. in l. 5. §. fi. ff. de uerb. obligat.

8 Item addo ad Bar. † ꝙ si uenditor sine dolo est absens, denuntiãdum est domi, uel familiæ, aut procuratori suo, si habet, vel saltem amicis, vt emptor de euictione agere possit, vt est gl. sumopere notanda in l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff. quod vi aut clam. Prosequor in dictis Bartoli, qui dicit vlterius, quòd debitor, vt constituatur in mora, debet interpellari, vt soluat, & sic debet incitari ad aliquid l. mora. ff. de vsuris. l. si ex legati causa. de verborum obliga. Sed quærit Bar. quid si non incitaretur expresse, sed tacite sic dicendo, Ego indigeo illa pecunia: & similia verba. Cyn. tangit in l. in minorum, C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. & idem Bar. in l. etiam ff. de leg. 1. ad quam l. se remittit. Ego uero hoc tetigi in l. si quis mihi bona. §. pater. ff. de acquir. hæred. ubi etiam aliam consimilem q̃stionem tetigi. vide ibi.

9 †Quærit vlterius Bar. quis erit locus congruus ad interpellandũ. Et dicit ꝙ gl. in l. mora. circa prin. ff. de vsuris. dicit, quòd locus congruus est, vbi debitor potest conueniri. Ipse autem dicit, quòd aut ego creditor protestor tibi debitori existenti in loco, ubi nõ potes conueniri, vt soluas ibi: & non valet, vt in d. gloss. Aut protestor, ut soluas alibi in loco congruo: & ualet, ut l. fi. ff. de offic. præfecti urb. Aut protestor simpliciter dicendo, soluas: & nõ ualet, quia uideor protestari, vt soluas in loco, vbi fit protestatio, argu. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. Et ita secundum eum debet intelligi, quod no. per Cyn. circa locum in d. l. in minorum. in 4. q. Et reperio, ꝙ tandẽ hoc etiam sequitur Imola in d. §. morte. licet arguat in contrarium & respondet, dic ut ibi per eum.

10 †Sed quærit Bar. ubi suprà, quid si interpellatio fiat in loco inhonesto? Respondeo, dicit ipse, si fieret vt ibi soluatur non valet, ut d. §. si arbiter. & esset distinguendum, ut ſ. proximè dictum est. Quærit vlterius, an sit necesse, ꝙ talis appellatio, seu protestatio fiat corã iudice? Et dicit ꝙ non: quia siue in iudicio, siue extra, tenet. Allega. gl. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in uer. testato. & ibi dixi. ff. de uerb. obl. & l. fideiussor obligari. §. fi. super uerbo, reus. ff. de fideiuss. & l. amplius. §. j. ff. rem rat. hab. in gl. magna. Addo ad Bart. hoc uerum in eo, quod debetur iure actionis: Cæterum in eo, quod per officium iudicis debetur, exigitur interpellatio iudicialis. Casus est singularis in l. cum postulassem. in princ. ff. de dam. infecto. Addo etiã, quòd ubi imponitur a lege, vel statuto, propter aliquod non factũ, tunc nunquam committitur pœna, nisi præcedat monitio iudicis, secus si affirmatiuè propter aliquod factum imponatur pœna. Ita sing. Inn. in c. exturpandæ. de pœnis. Mouetur per l. si ex legati causa. ff. de uerb. oblig.

11 Ex hoc infero, † ꝙ sicuti illa lex, per quam mouetur, limitatur ꝓcedere solum in debito puro, vt ibi dicit gl. quia si esset in diem, tunc dies interpellaret pro homine, nec exigeretur hominis interpellatio. l. magnam. C. de contrah. & commit. stipul. ita etiam videtur esse limitandum, iudicio meo, dictum Innoc. quod tene menti. Quę
12 rit vlterius Bar. in d. §. morte. † an si fiat denunciatio in uno loco, ut soluas in alio, debeat adijci locus loci, puta dicat ipse, si existens Florẽtiæ protestor, ut mihi soluas Petusij. An debeam dicere in tali loco. Respondet Bar. ꝙ si actor ibi domicilium non habet, debet exprimere locum loci, & comparere in termino, argu. l. item illa. ff. de consti. pecu. cum ibi notatis. Et l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. debet tamen fieri protestatio certa, & clara, ut l. aut qui aliter. §. j. ff. quod ui aut clam. Nunc uideamus de tempore congruo ad hanc interpellationem. Et dicit Bart. ꝙ Cyn. videtur innuere post Pet. in
13 d. l. in minorum. † ꝙ tempus feriatum non sit tempus congruum, quod probatur secundum Bart. quia sicut locus, in quo nõ potest conueniri, non est congruus, ut ſ. dictum est, sic nec tempus incõgruum: sed ꝙ sit, facit; quia solutio cum non sit actus iudiciarius p̃t fieri quolibet tempore l. dies festos. C. de ferijs. Ipse Bar. tandem distinguit, ꝙ aut ille actus, ad quem quis incitatur per talem protestationem, est explicandus in iudicio; & tunc dies feriata non est tempus congruum, nisi dicamus, ꝙ protestatio fieret die feriata, vt fieret, quod faciendum est die non feriata, ut supra dictum est de loco. De quo dic vt dixi plene in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. Si vero talis actus venerit explicandus extra iudiciũ, tunc dicit Bar.
14 † quòd quidam sunt actus, qui tempore feriato non possunt explicari secundum bonos mores: ut quòd faber operetur diebus festiuis, & tunc idem ꝙ supra. Si vero honestè potest fieri die feriata, ut soluam pecuniam, & similia: tunc talis protestatio valet, argumento ff. de adulte. l. miles. §. quinquaginta, & in dicto §. nunciatio. & l. fi. C. de appel. Ex quibus uerbis Bar. colligo, ꝙ solutio honestę potest fieri die feriata. Subijcit Barto. vlterius, quòd est tempus incongruum, quando quis protestatur antequam ueniat dies solutionis l. cum filius. §. fin. ff. de uerborum oblig.

15 Attende tamen: quia dico † quòd quandoque ille, qui non põt agere, potest tamen interpellare, & constituere in mora l. si quis solutionis. ff. de usuris. & dixi in l. si pupillus. ff. de uerborum oblig. Esset tamen tempus incongruum secundum Bart. si interpellaretur quis, quando ducit uxorem, uel quãdo mortuum sequitur, uel cũ missam audit, de quibus se refert ad l. 2. ff. de in ius vocan. Et ego addo, quòd nedum prohibetur citari ille, qui funus agit, seu mortuũ sequitur, vel associat, sed etiam generaliter dico, quod parentes, liberi, coniuges, agnati, vel cognati, aut alij affines ipsius defuncti, aut eius fideiussores, non possunt citari, aut quoquo modo inquietari, aut aliqua admonitio eis fieri, siue ex debito, quod ex defuncto ꝓ uenit, siue aliter qualitercunque intra tempus nouem dierum post mortem, quo tempore uidentur lugere. iste est tex. singularis in §. in ciuibus. in Authen. ut cùm de appellat. cogno. subijcit etiam ille tex. quòd nec aliqua cautio, uel fideiussio, intra dictum tempus potest ab eis exigi: & si secus fiat, omnia præmissa annullat. Et no. quia est text. fundatus super magna pietate, qua pietate nulla vis maior est secundùm Senecam in Horeste. ideo Tullius li. 2. Rhetoricorũ artis ueteris inquit, pietas est, per quam sanguine coniunctis prius quam beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus. Prosequor
16 Bar. & dicit † quòd etiam est tempus incongruum, quando fieret interpellatio ista repente, quòd uideretur ire quasi cum sacco paratus l. quod dicimus. ff. de solutio. idem de similibus temporibus, in quibus actus ille non posset celebrari secundum bonos mores, ut quãdo aliquis comedit, uel dormit. Nam secundum bonos mores ciuitatis nostræ quis non debet accedere ad faciendum tales actus, secundùm Bar. Intellige tamen præmissa secundum eundẽ Bar. quòd si fieret interpellatio tempore incongruo, & conferre-
17 tur in tempus congruum, bene ualeret. Quærit ulterius Bar. † cui debet talis protestatio fieri? Respondet quòd ipsi principali, si potest haberi, dic ut in l. si dictum. §. fin. ff. de euict. Potest enim fieri eius procuratori, vel curat. ut ibi. ꝙ intelligit Bar. in procurato. generali, per l. apud Celsum. §. quæsitum. ff. de doli excep. Sed ego quęro ultra Bart. pone ꝙ ipse debitor sit minor, quomodo fiet ista in-
18 terpellatio, seu protestatio. Dic breuiter † ꝙ si est pupillus, debet fieri cum tutoris authoritate, aliàs non ualeret, casus est in l. si ex stipulatu. ff. de uer. obli. & præfat argumentum secũdum Bal. ibi, quòd nec possit citari sine tutore, & sequitur ibi Imola, & si non habet tutorem, potest solus pupillus interpellari, sed non constituitur in mora, nisi citentur consanguinei pupilli, uel amici, uel alij, qui uerisimiliter essent defensuri, saltem per proclama generale l. hoc autem. §. j. ff. qui. ex cau. in posse. eat. Sed ego dico, ꝙ istud dictum Imolæ est periculosissimum: quia Bar. ibi restringit illum tex. ad eius terminos, uidelicet ut procedat, quãdo citatur, respectu missionis in possessionem ex primo decreto, aliàs secundum Bar. ibi sufficeret citare tutorem, uel pupillum authoritate tutoris, si tutorem habet. Sed ut patet ex præmissis, Imola illum tex. intelligit generaliter in quocunque casu, quando pupillus non habet tutorem, ut tunc debeant citari amici, uel consanguinei, de quibus ibi. quod nota, tamen tutius credo esse, ꝙ creditor petat sibi prouideri de tutore: qa
19 quòd dicit Imo. non reperio lege cautum. † Sed quid si est minor 25. annis habens curatorem? Dic quòd etiam non potest interpellari sine curatoris authoritate. Et ita firmauit glo. quam sequuntur Doctores in d. l. si ex stipulatu. Sed si non habet curatorem, dic secundum Iac. Bar. & Doctores in d. l. si ex stipulatu. quòd in his, quę possunt explicari per eum sine curatore, ut quando est debitor alicuius rei, quæ seruando seruari non potest l. lex quæ tutores. in fine. C. de administra. tu. tunc potest interpellari solus, & soluere in alijs: secus quæ seruando seruari possunt l. is cui. §. cessatum. ff. ut in pos. leg. Et sic si est debitor pecuniæ; quia illa non conseruatur, ut notatur in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. poterit tunc solus interpellari, & soluere. Item & constituere procuratorem, ut notatur in l. 2. ff. qui perãt tu. Et ita dicit Bar. in d. l. sed si ex stipulatu. Ex quo infero, ꝙ illa solennitas personarum quæ requiritur à iure uel statuto in aliquo actu, requiritur etiam in interpellatione, seu ꝓtesta. Et idem sentiunt Bar. & Cumanus in l. qui Romæ. §. cohæredes, & & ibi dixi. ff. de uerb. obliga. quod est bene menti tenendũ ad multa. Et ex præmissis infert Cumanus in d. l. si ex stipulatu, quòd hodie

die non procederet ille tex.inquantum vult sufficere interpellationem pupilli cum tutoris auctoritate, pro homine debito: quia cum homo sit res, quæ seruando seruari potest,non potest alienari sine decreto iudicis,& consequenter non poterit interpellari sine decreto, attenta doctrina Barto.quòd est contra l.magis puto. § si pupillus stipulanti.ff.de rebus eorum.

Sed ego pro concordia ita distinguerem, quia aut loquimur in pupillo,aut in adulto,† in pupillò indistinctè, quod
20 dicitur in l.si ex stipulatu.per illum textum, scilicet, quòd non poterit interpellari sine tutoris authorita. Idem dico in adulto habente curatorem,scilicet vt etiam sentiũt Bartol.& Doctores.in dicta l.si ex stipulatu.dum solum distinguunt in eo,qui non habet curatorem.

Ergo ille,qui habet,indistinctè debet cum eius authoritate interpellari. Si uerò loquimur in adulto non habente curatorem, tunc si est debitor rei, quæ seruando non potest seruari,puta pecuniæ,ut supra dixi, potest per se soluere & interpellari,vt prædixi Si verò est debitor rei, quæ potest seruari,tunc attende,quia secundum Bartolum & Doctores. vbi supra non potest per se soluere, nec interpellari.

21 †Sed ego dico,quòd si est debitor ex causa hæreditaria, potest soluere,& interpellari sine decreto iudicis.Casus est in dicto § si pupillus. in secundo responso. dico tamen, ꝙ licèt non exigatur decretum, exigitur tamen alicuius administratoris authoritas. Et ita potest intelligi, quod dicit Bar.ubi suprà.Ideo cautus sit creditor, ut petat sibi prouideri de administratore.

Si uerò est debitor ex proprio contractu inhibito solẽni ter cum decreto,adhuc idem credo, quòd exigatur autho ritas administratoris, licèt non decretum iudicis. Et ita ẽt potest intelligi Barto ubi supra. Sed si contraxisset sine decreto indicis,contractus esset nullus, & consequenter frustratoriè quæreretur de interpellatione,vel solutione, quia absque dubio tunc sine decreto non poterit soluere, nec interpellari dicto §.si pupillus.primo responso.

Finaliter vnum non omitto, quòd per secundam interpellationem extinguitur prima.Ita Bar. in l. Aemilius Largianus.ff.de minori.Sed Imola l. cum procurato.§.primo. ff.de operis noui nunciat. tenet contrarium, de quo dic ut ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio,vt quis faciat id quod facere non tenetur,quando ualeat.*
2 *Oblatio creditori facta per debitorem quid operetur,& nu seq.*
4 *Oblatio uerbis an aliquid operetur.*
5 *Oblatio simplex operatur,ut pœna euitetur.*
6 *Pecunia qualiter offerri debeat.*
7 *Fideiussor non verbaliter solum,sed realiter offerendus est.*
8 *Protestatio quando in iudicio fieri debeat.*
9 *Protestatio quo casu nullum sortiatur effectum.*
10 *Mater non petens tutorem filijs intra annum an perdat hæreditatem.*

Tempestiuũ est vt videamus de protestatione,vt quis faciat id,ad quod non est obligatus, quo
1 casu dicit Barto.in sæpe allegato §. morte,†quòd quandoque ille,cui fit talis protestatio,nõ est obligatus, sed alium tenet obligatum,ut quando debitor protestatur creditori vt recipiat suum debitum,& hoc potest fieri,& habet effectum,vt constituatur creditor in mora, & purgetur mora debitoris præcedens,vt l.ratio.§. cum per uenditorem. de actionib. empti. & de periculo & commodo rei vendi.l.illud.& l.si seruus §.sequitur & §.de illo.ff. de verborum obligatione.

2 Et addo ad Barto. † quòd ista protestatio alleuiat debitorem offerentem creditori, vt teneatur in aliquo minus, quàm prius ex natura contractus teneretur,quia vbi ex natura contractus tenetur de leui culpa, facta oblatione tenetur tantum de dolo: vt l.si mora. cum ibi notatis.ff. soluto matrimonio.Et etiam de lata culpa.ut ibi dicit glo.Si verò tenebatur de leuissima,tunc post oblationem tenebit tantum de leui.Si verò tenebatur de casu fortuito, non ex natura contractus,sed propter moram præcedentem,tunc facta obla.nõ tenetur nisi ad id,ad quod tenebatur ante moram ex natura contractus,vt dictum est.Et ita tenet glo. in dicta l.si mora.dum intelligit,quòd mora mariti præcesserat.Et sequuntur Bartol.& Doctores.

Nunc prosequor vlterius in dictis Barto. & subijcit Bar.
3 †quòd oblatio præmissa habet etiam quandoque alium effectum,de quo in l.prima.§.primo.ff.de periculo & commodo rei vendi. Et subijcit,quòd in hac protestatione non requiritur, quòd creditor certus reddatur per ostẽsionem instrumenti; quia ipse per se debet instruere de hoc, ut dicta l qui in alterius.ff.de regulis iuris Requiritur tamen rei oblat.in rebus quæ offerri possunt.Allegat l.prætor §. si qs paratus.ff.de operis noui nuncia.& vlti. non dicit. Tu dic secundùm aliquos, quòd in speciebus non cadit consignatio,& depositio,vt colligit Bald ex quadam glo.in l.si mora.ff.soluto matrimonio Idem videtur notari per glo. in l. acceptam.C.de vsuris.Angel. verò dicit in dicta l. si mora. quòd in pecunia cadit oblatio, & consignatio in sacculo, ac etiam depositio:In equo verò non cadit consign. in sac culo,sed obla.& depositi sic.

Sed Barto.in dicta l.si mora.videtur intellexisse glos. ibi velle,quòd in animalibus non cadat nisi sola oblatio. Et re ctè secundum Imol.ibi,si ponderabis illam gl. & est etiam
4 de mente glo.prima in dicta l.acceptam.Sed pro breui do ctrina ego concludo sic faciendo regulam, † quòd verbalis obla.nihil operatur l.Prætor.§.si quis paratus. præalleg. & ibi Bar.Fallit primo.in re immobili l.secunda.C.quando & quibus quarta pars lib.10.

Item fallit secundo, quando fit ad impediendum venditionem pignoris; quia tunc obl.facit,quòd rescinditur venditio officio iudicis. Casus est singularis secundum Doct. in l.fundus qui.ff.de rescinden. vendi. secundum vnum intellectum,iuncto eo quod no.in l.si residuum. C. de distra. pig.Item fallit,quando oblat.uerbalis fit in iudicio, de quo dic ut in l.si rem.§.finali. supra de pig.actione.Addo aliam
5 quartam fallentiam, † quia ad euitandum pœnam sufficit simplex obla.l.Celsus.in fi.ff.de arbi. & est glo. & ibi Salyc. in l.acceptam. C. de vsuris. plus dico, quòd ad euitandum pœnam lex facit compensationem ipso iure de alia quanti tate debita gloss.est notabilis in l.si constat.C. de compensatio.quam reputo valde notabilem pro emphyteutis non soluentibus canonem,si dominis erat debitor tantæ quantitatis.

Addo etiam quintam fallentiam; quia impedit etiã cursum vsurarum simplex obla.

Item addo & sextam; quia facit periculum interitus trãsire in creditorem.Et de his duabus habetur per glo. in dicta l.acceptam.Item fallit etiam septimò in animalibus, in quibus sufficit oblatio secundùm gl.& Bar.in dicta l. si mora.Addo glo.singularem.in §.fi.in Authen.vt exact. instari
6 dotis.quæ sentit,† quòd quando realiter offertur pecunia, sufficit offerre in sacculo.Et ibi videtur sequi Bar.in dicta l. si mora.quòd verum est secundum eum, si prius fuit numerata coram testibus,& deinde in sacculo posita: aliàs secus quia posset esse,quòd non est tanta quanta est debita.Et ita etiam reperio dixisse Bar.eleganter in l.cum seruus.de conditio.& demonstra.Sis ergo cautus in practica, vt quando offers pecuniam cum burſa,vel sacculo,facias numerari coram testibus,aliàs non sufficeret.

Item attende,quia quando debitum non est liquidum, fortè ratione administrationis, tunc sufficit, quòd offeras te paratum reddere rationem. Et si pars debiti est liquida, tunc tantum partem illam realiter debes offerre.Et de resi duo poteris offerre fideiussorem non verbotenus,sed realiter adducendo ipsum tecum per manum. Tex. est notandus in l.seruus si hæredi.ad fi.ff.de statulibe.

7 Ex quo colligunt Ange.& Imo.†quòd in omni casu, vbi quis tenetur præstare fideiussorem, non sufficit protestari, separatum præstare fideiussorem, nisi illum tunc haberet tecum,& realiter offerret,quod est bene notandum in practica.Et adde quæ dixi in lege interdum. §. Stichi promissor.& in l.qui Romæ.in principio. ff. de verborum obliga. vbi aliqua bona dixi in hac materia.

8 Prosequor vlterius ad d.Bar.† quandoque,dicit ipse, ille cui fit talis protestatio, nec est obligatus, nec habet alium obligatum,& tunc aut ad id poterat compelli officio iudicis:& debet illa protestatio fieri in iudicio, aliàs non haberet effectum l.cum postulassem.in princ.ff.de damno infec. vbi est casus singularis de hoc secundùm Barto.Imolam & Doctores ibi. Aut nullo modo poterat compelli, & tunc aut vult quis facere protestationem ad sui commodum tãtùm,& ad eius excusationem,non ad damnum, uel incommodum eius,cui fit: & tunc potest fieri protestatio, & habet effectum.Aliter Bar.l.prima.§.de inspiciendo ff. de vẽ. inspici.& l.si Titius statuas.ff.de cond.& demon.intelligendo,quòd municipes fuerunt interpellati, vt locum concederent l.qui Romæ.§.cohæredes. ff. de verborum obliga.l.
9 fi.C.de iure emphy.sicut dicit ipse † ista interpellatio sit ad damnum,seu in commodum eius,cui fit,& tũc aut ille,cui fit,ad illud nec præcisè,nec causatiuè tenebatur,& tunc talis

Source : BIU Cujas

lis proteſtatio nullius eſt effectus, vt l. fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſſo.

Aut ille, cui fit ſaltim cauſatiuè tenebatur, ſed tenetur iure actionis, vel iudicis officio, verbi gratia, dicit ipſe, erat aliquid in conditione, ſi non fecerit, patiatur damnum, vel pdat lucrum, poteſt ne, quærit ipſe, fieri proteſtatio ibi, vt illud faciat, ſuper quo dicit aduertendum; quia aliquando hoc pendet ex diſpoſitione contrahentium, & talis proteſtatio nihil releuaret, ſed dēt expectari, donec deſinat poſſe dari, vel fieri, vt l. ita ſtipulatus. ff. de verborum obliga. de quo dic vt ibi. Aliquando hoc dependet ex diſpoſitione teſtatoris, & tunc aut fit talis interpellatio, vt ille, cui fit, incurrat damnum, ſi proteſtationi non paruerit, & poteſt fieri: vt l. ſi pœnam. ff. quando dies leg. cedat. Aut vt perdat lucrum & tunc aut illud lucrum eſt per modum legati, uel fideicōmiſſi, & poteſt fieri, ut eo non parente proteſtationi perdat lucrum l. hæc conditio, ſi in Capitolum. ff. de condi. & demon. Aut illud lucrum eſt hæredis, & non poteſt fieri, niſi iudicis authoritate, ut l. ſi quis inſtituatur. & ibi no. per glo. in verbo, tempus. ff. de hęred. inſtitu. aliquando pendet hoc ex diſpoſitione legis.

10 Exemplum, † ſi mulier non peteret tutorem filijs infra annum, perdit hæreditatem, certè de hoc poteſt ſibi fieri proteſtatio, cui ſi non paruerit incidit in legem, ſecundùm Bartolum allega. l. ſecunda. ff. qui pet. tu. & l. ſecunda. §. ſi mater. uer. quid ergo. ff. ad Tert. quod eſt menti tenendum ſecundùm Bar. ad multa ſtatuta; quia non eſt neceſſe vt expectetur, quòd deſinat poſſe dari, vel fieri. Sed attende, quia oppono contra Bar. non ne habet mater annum ad petēdum tutorem, vt eſt caſus in l. ſciant. C. ad Tertul. Ergo pendente dilatione legali non debet interpellari, nec conſequenter incidere in pœnam, per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

Solu poteſt dici, quòd illud tempus ex cauſa poterit abbreuiari, & per iudicem ſtatui tempus, ut vult Bart. in l. matris. C. ad Tertul. Sed attende, quia Bar. in dicto §. morte ſentit, vt patet ex præmiſſis, quòd etiam extra iudicium poterit hoc fieri ſine iudice. vnde poteſt reſponderi, ut dicunt Richar. & Bar. in dicta l. ſciant. Et ſubijcit vlterius Barto. vbi ſupra, quòd in prædictis caſibus non ſufficeret ſimplex proteſtatio, ſed requiritur quòd certificetur, vel quòd aliàs probetur ſcientia ſecundum ea, quæ ſupra dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Proteſtans vt quis faciat, quod non facere tenetur, incitator eſt, & vt mandator tenetur.*

1 Poſtremò videndum eſt, †quando fit alicui proteſtatio, ſeu nunciatio, vt faciat id, ad quod non faciendum de iure tenetur, hoc eſt vt delinquat. Et iſto caſu talis incitator tenetur, ut mandator, ſecundum Bart. in ſæpe allegato. §. morte. allegat. l prima. §. incidit. ff. ad Turpil. deinde ſe remittit ad l. non ſolum. §. ſi mandatum. ff. de iniurijs. Et ſic ſum expeditus de iſto aureo tractatu.

D. ODOFREDI.
De curatore bonis dando.

S V M M A R I V M.

1 *Curatorem bonis prætor, & præſes conſtituere poteſt.*
Curatores dare ppoſſunt, qui tutores dare poſſunt.
2 *Curatorem is dare poteſt, cui lex, Senatuſconſul. vel princeps dat.*
Proconſul, prefectus, vel præſes curato. dant.
3 *Curator quando per decuriones dari poſſit.*
4 *Creditor conſtituere curatorem poteſt.*
Fratres qui adinuicem de conferendo non cauent, curatorem dare poſſunt.
5 *Teſtator, vel teſtatrix, vel donator, vel donatrix, curatorem conſtituere poſſunt.*
6 *Curator cum inquiſitione conſtituitur.*
Curator ad poſtulationem creditorum conſtituitur.
7 *Curator ad poſtulationem filiæfamil. cui hæreditas delata eſt, conſtituitur, patre eam, & eius gubernationem recuſante.*
8 *Mulier ſi ventri curatorem dari non petierit, eius ſucceſſionem amittit.*
9 *Curator conſtituitur poſtulantibus agnatis vel alijs proprinquis affinibus.*
10 *Curator bonis omni tempore datur, omni die feriato, & omni loco idoneo tamen.*
11 *Curator poteſt dari maſculus & fœmina.*
Curator volens & non inuitus niſi ex magna cauſa datur.
12 *Mater & auia ſi volunt, tutrices eſſe poſſunt.*
13 *Curator alius a iudice dandus eſt, ſi conſtitutus curam ſuſcipere nolit.*
14 *Curator ex quibus eligi debeat.*
15 *Curator idoneus quis dicatur.*
16 *Cauere idoneæ quis dicatur.*
17 *Curator non eſt dandus ſubſtitutus ſi minor, vel venter ſit in cauſa propter ſpem ſucceſſionis.*
18 *Curatoris electio facienda eſt, quando partes in diſcordia ſunt.*
19 *Curator vtrum idoneus ſit, ſi ſit quæſt. eius electio iudicis arbitrio committitur.*
Curator a iudice comprobatus pro idoneo, & locuplete habetur.
20 *Creditor an poſſit eſſe curator.*
Tutor per vetera iura creditor eſſe poterat.
21 *Hæreditas & patrimonium loco domini habetur.*
22 *Curator an poſſit eſſe, qui res defuncti obligatas habet.*
23 *Curator a nuptijs eius cuius bona adminiſtrat abſtinere debet.*
24 *Curator talem curam adipiſcitur, qualem tutor habet.*
25 *Curator talis dari debet, qui ſit iuriſdictionis eius qui eum dat.*
26 *Curator vnus & plures bonis conſtitui poteſt.*
27 *Curator vnus ſi datus fuerit, alius adhuc dari poteſt ex cauſa.*
28 *Curator certus & non incertus dari debet.*
Curator priuatus, & qui in officio eſt dari poteſt.
29 *Curator paterfam. & filiumfam. dari poteſt.*
Curator dari debet qui audiat, & loquatur, & non mutus, nec ſurdus.
30 *Curator qui mentis ſit compos, & non furioſus dari debet.*
31 *Curator debet dari qui maior & non minor ſit.*
32 *Curator qui ſit paganus, & non miles dari debet.*
Maritus, ſponſus, & ſocius tutor eſſe non poteſt.
33 *Curator eſſe non poteſt, qui luminibus orbatus ſit.*
34 *Curator, qui colonus patrimonialis ſit, eſſe non poteſt.*
35 *Curator in teſtamento dari poteſt, & ad certa tempora, & vſque ad certum tempus, ſed ſub conditioue a præſide, uel iudice dari non poteſt.*
36 *Curator certæ rei, ad vnam litem, & ad plures dari poteſt.*
37 *Curator ſimpliciter datus ad omnes lites datus cenſetur.*
38 *Adoleſcentes curatores ad litem ſuſcipiunt.*
Curator pupillo ſed non infanti datur.
Curator pupillo niſi ſit præſens, & curatorem poſcat, non datur.
39 *Curatorem abſenti dari petens rem ratam dominum habiturum cauere debet.*
Geſta intelliguntur lites & iudicia.
40 *Curator bonis & ad geſta, acta, & facta conſtitui poteſt.*
Curator bonis datus alienare non poteſt, vide infra nu. 42.
41 *Curator bonis ad lites non conſonat, ſed ad omnia alia.*
42 *Bonorum appellatione quæ veniant.*
Curator ſiue detur bonis, ſiue hæreditati, ſiue ſubſtantiæ, ſiue patrimonio idem eſt.
43 *Curator bonis datus ſe excuſare non poteſt.*
44 *Curarum voluntaria ſuſceptio vacationem non præſtat.*
Curator quando curam affectaſſe dicatur.
Curator priuilegium non amittit, ſi per vim coactus ſit.
Curator an a cura ob numerum liberorum excuſetur.
45 *Cura in bonis data an in numero aliarum curarum numeretur.*
46 *Curator bonis datur defuncto debitore, & deliberante hærede.*
Curator & non tutor datur, ſi venter in poſſeſſione ſit.
Curator datur, ſi hæres condutioni, ſub qua inſtitutus eſt, parere non poteſt nec reſpondeat ſe nod aditurum.
47 *Diu quantum tempus ſignificet.*
48 *Curator datur bonis clarium perſonarum, vel eorum vxorum, ſi bona diſtrahenda ſunt.*
Curator datur ex cauſa captiuitatis alicuius, de cuius bonis agitur.
Curator bonis filiofam. datur, quando eſt maior ann. 14.
50 *Curator bonis filij patre abſente datur.*
51 *Curator bonis filiæfam. datur eo caſu, quo filiusfam. maior agere per ſe, vel per procuratorem poteſt.*
52 *Curator bonis an filiofam. detur, ſi pater iuſta de cauſa abſens procuratorem reliquit.*
53 *Procurator nolle intelligitur, cum expreſſe velle non inuenitur.*
54 *Expectare tantiſper melius eſt, quàm bona alterius nouiter alij committere.*
Periculum magnum non eſt in mora modici temporis.
55 *Curator bonis datur, ſi bonorum dominus foro ceſſerit.*
56 *Curator bonis datur, ſi filius emancipatus volens habere bonorum poſſeſſionem nolit fratri conferre in poteſtate conſtituto.*
57 *Curator bonis datus vir bonus dicitur.*
58 *Tutor vel curator dari an poſſit filiofam. minori contra patris voluntatem hæreditatem adeunti.*
59 *Pater nunquid admittatur ad gubernandum bona filij, ſi auus conſentire non vult, uel detur curator bonis.*
60 *Curator bonis datur, vbi res filio relinquitur, cum hoc, vt pater in eis non participet.*
61 *Curator bonis datur valetudinarijs, qui non defenduntur.*
Curator bonis conſtitui poteſt, quando creditor in poſſeſſionem bonorum debitoris miſſus eſt, ſi actiones perituræ ſunt.
Curator bonis datur in vſucapionibus implendis.
62 *Curator bonis cuſtodiendis datur, quando nullus ſucceſſerit defuncto.*

Source : BIU Cujas

63 *Curator bonis tutoris datur, qui poterit distrahere, quæ mora deteriora fiu tura sunt.*
64 *Curatoris bonis dati officium personale est.*
Curator bonis in principio inuentarium facere debet.
65 *Curator bonis datus curare debet omnia rectè agere.*
66 *In curatore bonis dato obseruatur, quod in alio curatore seruatur.*
67 *Creditor an curator bonis dari possit.*
Curator bonis datus quando satisdare debeat.
68 *Fideiussores quales esse debeant.*
Coniuncti sanguine pro locupletibus habentur licet non sint.
69 *Satisdatio per curatorem danda cum fideiussoribus fieri debet, & non cum pignoribus.*
70 *Fideiussionem præstare non omnibus facile est.*
71 *Curatori satisdatio remitti potest, & si persona est idonea & honesta, & substantia modica.*
72 *Curator bonis datus seruo publico satisdare debet.*
73 *Curator in testamento datus non satisdat.*
74 *Curator an de iudicato soluendo satisdare teneatur.*
75 *Curatori bonorum administratio & custodia mandata est.*
76 *Curator res quæ mora deteriores futuræ sunt, distrahere potest.*
77 *Curatoris officium est pecuniam collocare, & bona salua facere.*
Curator fructus vendere potest.
78 *Curator ea quæ vrgent distrahere potest.*
Curator ob familiæ cibaria vendere.
79 *Curator æs alienum soluere potest.*
80 *Vsuræ pœnæ appellantur.*
81 *Curator bonis datus actiones bonis competentes exercere potest, & pro re bus alienatis in integrum restitutionem petere.*
82 *Curator bonis datus iudicio tutelæ tutores conuenire potest.*
Curator a quibus debitoribus exigere possit.
83 *Curator prouidere debet, ne debitores liberentur, & vsucapionem im pleant.*
84 *Curatori quæ actiones debentur & contra eum.*
85 *Curatores bonis dati per se vel per procuratores agere possunt.*
Curator quando procuratorem constituere possit.
86 *Curator bonis datus, vbi agit vel conuenitur, rem ratam habere, vel iu dicatum solui satisdare non debet, nisi dubitetur, an curator sit, & infra nu sequen.*
88 *Curator vnus vel plures constitui possunt.*
Curatores plures bonorum si constituti sunt, vnus insolidum agere potest, & contra vnum insolidum agi potest.
89 *Curator bonis datus durante officio a nuptijs eius cuius bona administrat abstinere debet.*
90 *Curator bonis datus ad rationem reddendam conueniri potest.*
91 *Curator bonis datus sicut tutor rationem reddere debet, & quod habet re stituere debet.*
92 *Actio contra curatorem & eius hæredes datur.*
93 *Curatoris gesta rata haberi debent.*
94 *Curator bonis datus, si filij minoris, cuius bonis datus est curator, hæredita tem adierit, restitutionem aduersus aditionem petere poterit.*
95 *Curator bonis datus nomine filijfamilias minoris restitutionem petere po test.*
96 *Curator bonis datus de solo dato tenetur, & etiam de lata culpa, & num. sequen.*
98 *In curatore bonis dato id considerari debet, quod in tutore.*
Curator bonis datus talem curam in administratione habere debet, qualem tutor vel curator habet.
99 *Curatores bonis dati an diuidendarum siue cedendarum actionum auxiliũ habeant.*
100 *Curatori bonis dato de eo quod sine dolo malo impendit, datur actio in fa ctum non negotiorum gestorum.*
101 *Curatoris officium durat, donec filius ad ætatem perfectam peruene rit.*
102 *Curatoris officium finitur patre deportato reuerso, cuius filio curator da tus fuerat.*
103 *Curatoris officium dati per Carbon. finitur lata sententia.*
Curatoris officium cessat, si impuberi satisdetur a curatore impuberis, vel ab alio.
104 *Satisdatio licet a principio præstita non fuerit, postea interueniente ius pristinum recipit.*
105 *Curatoris officium dati portioni eius fratris qui conferre debuit, & no luit satisdare de conferendo, finitur, si contulerit, vel de conferendo ca uerit.*
106 *Curatoris bonis dati officium, quia venter est in possessione, finitur, dum uẽ ter in possessione esse desierit.*
107 *Curator & non tutor ventri datur.*
Curator ventris tutor postea dari potest.
108 *Curator bonis datus filio minori ratione captiuitatis filij, patre a captiui tate reuerso cessat.*
109 *Curator datus bonis debitoris, quia ab hostibus captus est, eo reuerso desi nit esse.*
110 *Curator bonis ob aliquam causam datus ea finita cessat.*
111 *L. j C. quando tut. vel cur. es. desie. l. curator. ff. de tuto. & curat. dat. ab his qu omodo oquantur, & nu. seq.*
113 *Curator bonis datus ante pubertatem desinit esse, si causa finia tur.*
114 *Curator desinit esse conditione finita.*
115 *Curator datus filio, quia pater in eius bonis non participat, desinit quan do filius ad ætatem perfectam peruenerit.*
116 *Curator an desinit esse ob capitis diminutionem, etiam minimam filij, & infra nu. 118.*
117 *Filius fam. si decessit ante 25. ann. nunquid cura duret vsque quo ad legiti mam ætatem peruenisset, si viueret.*
119 *Curator his de causis remoueri potest, quibus tutor.*
120 *Curator bonis datus in quo ab alio differat.*
121 *Curatores bonorum si plures sint, quilibet insolidum tenetur.*



Vpientibus plene habere notitiam de curatore bonis dando, congruum est videre, & diligenter inquirere, quis possit dare curatorem bonis, & qualiter detur, & constituatur, & quando detur, & quis dari possit, & si datus excusetur, & quibus ex causis, & quod sit eius officium in principio, medio, & fine, & quando finiatur, & quando valeat remoueri, & in quo differat curator bonis datus ab alio curatore, & de alijs quibusdam casibus.

Quis potest dari curator bonis. Capit. I.

1 Curatorem bonis †constituere potest prætor, præses prouinciæ, si bona vendenda in prouincia sint, vt ff. eodem l. secunda. in prin. & §. quæ. & C. de offi. præsid. l. j. & ff. de curato. fur. l. curator. & potest forte non inepte dici, quòd omnes illi qui possunt dare tutores, & alios curatores, possunt dare & curatores bonorum, puta magistratus iussu præsidum, si non sint magnæ facultates, vel vsque ad 500. solidos non expectata iussione, & defensores ciuitatum vna cum eiusdem ciuitatis Antistite, vel magistratus, vel iuridic. Alexandriæ, vt Instit. de Attili. tut. §. sed hæc. & §. nos autem. & ff. de tutor. & curato. da. ab his. l. ius dandi. & l. secunda. § magistratus. & l. ventri. & l nec mandante. §. finali. & ad Tertull. l. secun-
2 da. §. si mater. †vel omnis ille dare potest, cui hoc dedit lex, vel senatusconsultum, uel princeps, vt ff. de tute. l. muto. §. tutoris. Item proconsul, præfectus Egypti, vel qui vicem præsidis obtinet, vel legatus proconsulis, vt ff. de tute. & curat. da. ab his. l. prima. & de officio proconsl. l. placet. Item iudex competens, vt in Auth. vt lic. mat & auiæ. §. primo. & C. de bonis quæ lib. l. fi. §. finautem. in secunda.

3 Item si prædicti non sint præsentes, tunc decuriones possunt dare, vt ff. de tuto. & curator. dat. ab his l. vbi, & qui pe. tuto. vel cura. l. decreto. & tunc suprascripti dant curatores bonis, quum neque a testatore, neque a donatore ordinatus est, vel ordinatus non vult susscipere curam, vel susscepit sed inutilis est, vel moritur, vt in Auth. vt lic. mater & auiç. §. primo. primo responso. & in Authen. de eccle. ti. §. si quis ędificationem. in fi.

4 † Item forte possunt constituere priuato consilio creditores, vt ff. eodem l. fina. & de cur. fur. l eius. & de bon. auth. iud. posl. l. fi.

Item fratres qui non cauent ad inuicem de conferendo, vt ff. de colla. bono. l. j. §. iubet. & vt leg. vel fideicom. no. ca. l. postquam. §. princeps.

5 †Itẽ testator, vel donator, vel testatrix, vel donatrix, vel mater, vt in Authen. vt lic. mat. & auiæ. primo respon. & ff. de testa. tute. l. mater.

Qualiter detur & constituatur curator bonis. Capit. II.

6 Datur & constituitur curator hoc modo, scilicet cum inquisitione, vt ff. de curat. furio. l. bonorum.

Item constituitur ad postulationem creditorum, vel creditoris vnius ex consensu maioris partis eorum, vel ad postulationem mulieris prægnantis, vel etiam alterius, qui nõ edito partu successionem speret, vt ff. de hære. insti. l. si quis instit de ventre in possessionem mitten. l. prima. §. quoties. & eodem titu. l. & ad Tertul. l. secunda §. quid si curator. & rem rat. hab. l. actor. in fi. & de bo. auth. iud. possi. l. si seruus. & l. creditore. & ex quib. cau. in pos. ea. l. in possessione miss. §. j. & l. si diu. & est bonum vt constituatur ad postulationẽ creditorũ. s. quũ missi sunt in possessionẽ cau. rei seruandæ,

Source : BIU Cujas

& deſiderant, vt bona vendantur, vt eis ſatisfactio fiat, vt in dictis legibus.

7 Item conſtituitur ad petitionem filijſamil. cui delata eſt hæreditas,patre recuſante eam, & eius gubernationem, vt C.de bonis quæ liberis.l.finali.§.ſinautem in ſecunda. Idem puto quando dictum eſt, quòd pater non habeat vſumfructum,vel aliquod participium,vt in Authentica.vt lic. mat. & auiæ.§.ſecundo.

8 †Vbi enim mulier ventris nomine curatorem bonis non competierit,amittit eius ſucceſſionem, quantum ad ſummam legitimę,vt ff.ad Senatuſconſultum Tertul.l.2.§.quid ſi curator.

9 †Poteſt enim commode dici,quòd curator conſtituatur poſtulantibus agnatis,vel alijs propinquis,affinibus,vel creditoribus,vel matre,vel alijs,quorum intereſt, argumen. C. de adminiſtra.tuto.l.fina.§.ne autem.& §.primo.& ff. de tutor.& curator.bo.da.ab his.l.his qui.§.primo. & ad ſenatuſconſultum Tertul.l.ſecunda.§.quid ſi curator. verſicu. nam & ſi apud.& C.de legit.hæredi.l.ſciant.& qui pet.tut l. nepotibus.& qui da.tut.vel curat. po.l.quod dicis.& ff. qui pe.tut. l.ſi minores.

Quid enim ſi neque creditores aliqui ſint, neq; vxor prægnans,neque qui non edito partu ſucceſſionem ſperet,puta quòd curator dandus eſt nouo, vel nouiſſimo iure inductũ fortè.C.de bonis quæ liberis.l.fina.§. ſecundo. & in Auth.vt lice.mat.& auiæ.primo reſponſo. qui caſus veteri iure non comprehenduntur,nunquid iniquum eſſet curatorem non dari,cum lex dicat dandum,& ſic commoda minorum differentur & damnificarentur.

Quando detur curator bonis. Cap. III.

10 Datur autem omni tempore, & omni die feriato,& in omni locd,idoneo tamen,vt ff.de tute.l.qui habet.§.quolibet.& de tuto.& curato.da.ab his.l.nec mandante.§.dari.C.de pœna tuto.uel curato.l.2.

Qui poſſint dari curatores bonis. Cap. IIII.

11 Dari curator poteſt † maſculus & fœmina, vtin Auth. vt lic.mat.& auiæ,primo reſpon.Item volens,& non inuitus,niſi ex magna cauſa, & Imperatoris ar-
12 bitrio hoc procedat,vt ff.eodem.l.ſecunda.§.quæ. † ſimiliter hoc idem in matre & auia tutricæ, quæ demum volentes tutelam ſuſcipiunt,vt in Auth.ut lic.matri, & auiæ, primo reſponſo,& in Authentica.de hæred.ab inteſta.venien. §.ſancimus enim.Idem in clerico, ut de epiſcopis & cleric. C.authent.presbyteros. Idem fortè in patretamil. qui non vult gubernare bona filij ſui,vt C.de bonis quæ liberis.l.finali.§ ſinautem in ſecunda.vnum tamen ibi dicitur, quòd noluit gubernare propter cauſæ neceſſitatem.

Sed videtur non inepte poſſe dici, quòd quando curator bonis datus eſt in teſtamento,quod cogatur ſubire, quia videtur ſpeciale,quòd mater & auia non cogantur,ſed volentes demum,vnde videtur aliud in alijs,vt in Authenti. vt lic. mat.& auiæ.primo reſponſo.Immo idem eſt in alijs curatoribus bonorum.

13 †Nam ſi ille qui conſtitutus eſt nolit ſuſcipere curã, alius dandus eſt a iudice,vt eodem titulo.§ primo.item poteſt dari creditor,& alius,ut ff.eodem l.ſecunda.§.quæ. & ex quib.
14 cauſis in poſſeſſione eat.l.ſi om.& l.vnus.† & videtur, quòd debeat eligi curator, aut ex his qui dati ſunt tutores poſthumo,aut ex neceſſarijs affinibusque, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus is qui idoneus videbitur, vel ſi de perſonis eorum quæſtio moueatur, vir bonus eligetur, vt ff. de ven.in poſſeſſio.mitten.l.prima.§.eligitur. & ex quibus cau. in poſſeſſione eatur.l.ſi diui.in fine.& l.vnus.& l. Fulcinius.§.
15 adeo.†ad quod dicit idoneus,intelligit Azo, facultate & facilitate contrahendi,ac fide, vt argument. ff. de verborum obligatio.l.ſi quis ſtipulatus.§.finali. & qui ſatisdare cogantur.l.2.in princ.& in Authen.vt lic.mat.& auiæ.§.ſi vero.facultate dicit inſpecta magnitudine rerum,vt ff.de verb. ſig. l.quod nos.§.primo.

16 †Nam & idoneæ dicitur quis cauere, qui cauet de ſoluendo,vel ſub pignoribus,vel fideiuſſoribus, vt ff. de fideicommiſſ.libert.l.tertia.§.adduci.ſed videtur,quòd ſufficiat,ſi idoneus facultatibus ſit datus, vt ff. ad ſenatuſconſultum Tertul.l.ſecunda.§.ergo. electio autem videtur facienda a ſub-
17 ſtituto,vt in prædicto §.eligitur.cauetur,† non autem ſubſtitutus eſt dandus curator,ſi venter, vel minor ſit in cauſa propter ſpem ſucceſſionis,vt argumentum.C.de nupt.l.viduæ. & C.vbi pupil.educ.debe.l.finali.& argumentum.ff vbi pupil.& edu.l.prima.primo reſponſo. & argumentum. ff. de adoptio.l.cum adoptio.

Sed potius videtur, quòd propter hanc ſpem debeat admitti ad gubernationem bonorum, ne bona dilapidentur, vt ff.de legit.tuto.l.prima.primo reſponſo. argumentum.ff. de libero homi. exhiben.l. tertia.§.planè. & §. ſi tamen pltres.& ff.de vent.in poſſeſſionē mitten.l.prima.§. eligitur. licèt tamen non admittatur ad gubernationem perſonæ: vt in contrarijs legib ne periculum perſonæ inſtituto immineat,vt Inſti.de pupil.ſubſtitu.§.ſinautem.

18 Vel fortè electio facienda eſt a partibus, inter quas eſt diſcordia.,vt ff. vt legati uel fideicom.no. caue.l.poſtquam. §. princeps,vel ſorte a iudice,vt C.de ſuſpec.tutor.l. eum. immo videtur, quòd ſit facienda a creditoribus, vel a maiori parte eorum,vt ff.eodem.l.2.

19 †Si verò quæſtio ſit,vtrum ſit perſona idonea,vel non ſecundum Azo.electio iudicis arbitrio committitur,vt ff. eodem l.ſecunda.in principio & de adminiſtratione tut.l. tertia.§.ſi non erit.

Et qui a iudice comprobatus erit, & pro idoneo & locuplete habebitur, vt ff. qui ſatisdare cogantur. l. ſi ab arbitro. & is potius eligendus erit,ad quem maxime res pertinet gubernare,vel is qui amore facit,vel is qui idoneus eſt, & hoc poterit iudex cognoſcere ex coniunctione perſonarum, ex dignitate,ærate,moribus,vel alia iuſta cauſa, vt argumen ff. de libe.homine exhiben.l.ſecunda.§.placet.& de accuſa.l.ſi plures.

20 †Quod de creditore dictum eſt, quòd poſſit eſſe curator bonorum,ſolet a quibuſdam quæri,an hodie ſit mutatum, per id quod legitur in Authentica,vt hi qui ob.per res min. §.hæc omnia.nam per vetera iura tutor creditor eſſe poterat,licèt hodie ſit mutatum,vt C.qui poſſunt dari tutor. vel cura.l creditorem.

Reſpondeo,forte & in curatore bonorom erit hodie mu
21 tatum: † cum hæreditas & patrimonium loco domini habeatur,vt Inſtituta de ſtipula ſeruo.primo reſponſo, & ff.de hæredib. inſtituen.l. non minus.§.primo. & de vſur.l. hæreditas.& de nouatio.l.nouatio.in fine. & de fideiuſſor.l.mortuo.& de vſur.l.ſi is qui.in fine.primo reſponſo.& ad legem Aquiliam.l.liber homo.§.penultimo.& ſi quis teſta. liber.eſſe iuſ.fuer.l.j.& quod vi aut clam.l.demum.§. quæſitum. in titu.C.depo.l.cum hæreditas.

22 † Item quia authent. videtur dicere, quòd nullus eorum qui habent res obligatas defuncti,vel minorem, vel eius res ad curationem eius minoris,vel rerum accedat, neque habeat licentiam tale quid agere, & hunc omnino ad curationem eius non accedere, quid enim non agat pro ſe dominus exiſtens eiuſdem aduerſarii,rerum deceptor effectus,vt in prædicto §.hæc omnia. ipſius authent. in principio & in fine.§. nec ex hoc ipſo obſtent & non curatorem præbeamus.vt d.auct.§.vt autem. & hoc notatur in omni curatore, vt d.auct.§.& hoc dicimus.

23 † Nam & a nuptijs eius cuius bona adminiſtrat debet abſtinere,tamen non quia ſit eius curator,ſed quia res eius adminiſtrat,vt ff.de ritu nuptia.l.pen.§.& ſi quidem, ita in creditore dicendum eſt,licèt non ſit conſtitutus curator puberi,ſed bonis,vt ab adminiſtratione abſtineat.

24 †Item quia talem curam adipiſcitur,qualem habet tutor vt ff.de ventre in poſſeſſionē mitten.l.prima. §. item ſi periculum,& idem in curatore intelligitur bonorum quantum ad ſummam,quod in alijs curatoribus, vt ff. ad ſenatuſconſultum Tertul.l.2.§.quid ſi creditores.

Vel fortè diſtingue inter curatorem ventri, vel bonis dãdum,vult hoc dicere, & non ventri, licèt & lex dicat ſimiliter bonis,cum fortè ſolummodo velit notare differentiam inter ius nouum,& vetus,circa hoc veteri iure, qui pro maiori parte gratia creditorum datur, vt detur etiam creditor, cum expreſſim de illo dictum reperiatur, & inter curatorem dandum bonis nouo iure propter impedimentum patriæ poteſtatis,vt tunc non detur,cum eius cura extendatur vſque ad maiorem ætatem, vt infra dicetur, niſi ſit mater, vel alia,vt in Authentica,vt lic.mater & auiæ,primo reſponſo,& in Authentica,vt ſine proba.maior.debit. & credi.primo reſponſo,& §.primo.vel dicas, quòd vtrobique detur, cum in iſtis curatoribus nulla interuenerit expreſſim mutatio,vt argumentum C.de teſtam. l.ſancimus. & C. de appellatio.l.præcipimus.in fine.& de cadu.tollen.§.ſi verò nemo.in fin.

25 †Item debet dari talis,qui ſit ſuæ iuriſdictionis, & pro rebus poſitis in ſuo territorio, quid ſi non inuenerit in ſua iuriſdictione,ſed in alia ciuitate,dare poterit cum, ſed poterit excuſari

Source : BIU Cujas

excusari hac de causa,vel poterit restituere alii iudici,sub cu ius iurisdictione est, ut eum det, sic in tutore dicatur, ut ff. de tutor.et curator.dat.ab his l.prima.in fine et l. ius dandi. et l.diuus Marcus.et l.pupillo. et C. qui dari tutor.possiunt. l. neque a præside.C.vbi pet. tutor.l.primaC.de testament.tut. l.quæro.in principio.ff.de excusatione tutor. l. scire.§. finali. & l. propter.§.vltimo. & l.penultima.& l.finali.in fine, argumentum.ff.de bonis auctoritate iudic.possiden.l. cum vnus. C.de his qui pro sua iurisiur. dare poss.l.prima.ff. de iurisdictione omnium iudicum l.finali. & quod quisque iur. in ali. l.prima.in fine,& de iniusto & irri. testamento.l. si quis filio. § hi autem.¦circa finem, & ad senatusconsultum Tertullia. l. prima.in fine,& argumentum C. de officio præsi.l. secunda. & de episcopis & clericis.l. in ecclesijs. & in Authentica. de episcop.& cler.ascriptitios.

26 †Item si vnus curator bonis cõstitui potest, possunt & plures,vt ff.eodem l.secunda.in principio.& §.primo.& §.finali. & l.si plures, & hoc si simul dati fuerint, vel in diuersus vltimis voluntatibus,vt argumentum.C.de testamen.tute.l.& si a patre.& ff.de tutor. & curat.da.ab his.l. si similis.

27 †Sed si primò datus est vnus curator,alius adhuc dari potest,scilicet ex causa,vt ff.de tuto.& curato. da. ab his.le.uentri. §. primo.& C.qui tutorem uel curato.da. poss.le.curatorem.

28 † Item dicit, debet dari certus & non incertus,argumen. ff.de testamen.tute.l.si dico.& l.tutor incertus.in princi.Item dari potest priuatus,& etiam qui in officio est, vt ff.de testamen.tute l.tutor.incertus.§ primo.

29 † Item paterfamil. & filiusfa. & vt Insti.qui da. tut. pos.in prin.Item liber & non seruus,ut C.qui da.tuto.pos l.in seruili.Item qui loquatur & audiat, & non mutus vel surdus, nisi sit surdaster,idest minus audiens,ut ff de tute.l.prima. §. primo.& §.secundo.& de legit.tutor.l.penultima.in fi.& l.fi.

30 †Item qui sit compos mentis non furiosus, nam non potest esse curator, dum in furore est, sed eo compote mentis facto erit curator,vt ff.de testam. tute.l.hæreditas.§.furiosus. & Insti.qui da.tu.pos.§.furiosus.

31 †Item qui sit maior,& non minor,ut ff.eodem. l.secunda. circa princip.in gloss.aliàs curatores,quia cum minor negotijs suis interesse non possit,non poterit alienis,nisi quum factus fuerit maior,vt Insti.qui da.tuto.poss.§.furiosus. & C.de legi.tutor.l.finali.vel nisi creditores priuato consilio ei man dauerit administrationem hanc,argumentum Instit.quibus ex causis ma.l.prima. §. qui manumittitur. & ff. de minori.l. cum mandato.

32 †Item qui sit paganus & non miles, argumentum. C.qui da.tuto.poss.l.militem.Item qui non sit coniunctus maritali affectione,vel sponsali,vel sociali, nam maritus, sponsus, & socius,tutor esse non potest.C.qui da.tuto.poss.l.maritus. C. de excusatio.tuto.l.amplissimi.& l.licet.& Instituta. de excusat.tuto.§.penulti.& ff.de excusat.tutor.l.prima. in fine.& de suspec.tut.l.virum.

33 †Item qui non sit orbatus luminibus, nam & luminibus orbatus repellitur:vt C. qui dari tut. poss.l.luminibus.scilicet quòd sit orbatus vtroque lumine,non altero tantum, & argumentum.C.de excusat.tuto.l.sciant.& C.qui mor.l.prima. lib.11.& C.de decu.l.infamia.lib.10.

34 †Item qui non sit patrimonialis colonus, qui a patrimonialibus repellitur,vt C.qui da.tuto.poss.l.fina. secus in fiscali vt C.de excusat.tuto.l.coloni.

35 †Item dari potest in testamento, & ad certa tempora, ut vsque ad certum tempus, sed sub conditione a præside, vel iudice non potest dari, vt ff.de tutel.l. muto.§. primo. & de testament.tutel.l. tutor datur.in principio.& §. primo. & Institu.qui tuto.dare poss §.ad certum.vel potest dici, quòd illæ leges loquantur in tutore,aliud forte in curatore, dominus tamen Azo idem videtur intelligere in curatore, quod in tutore,ad hoc est argumentum.ff.de excusatio. tutor.l.scire.primo responso,& ad senatusconsultum Tertull. l. secunda.§.quòd si curator.& de contrahenda emptione l.si in emptione.§.finali.& de fur.l.tutor.in fine,& de nego.gest.l. ex facto,& de administr.tuto.l.vulgo.in fine.

36 †Item fortè dari potest certæ rei, & ad vnam litem, & ad plures,vt Instituta.de curato.§.curator. & ff. de tutel.l. quod dicitur.§ finali.vt finitis litibus curator esse desinat, vt Insti-
37 tuta. de auctoritate tutor.§. finali. † & si simpliciter curator datus sit, ad omnes lites datus videtur, & ad agendum, & contrahendum, vt ff. de tutel.l. qui habet. §. finali.& l.quod dicit.

38 †Item notabis,quòd adulescentes ad lites curatorem suscipiunt,vt Instituta de curato.§.inuiti. item pupilli sed non infantes.

Item non datur curator pupillo, nisi sit præsens, & curato: cm poscat,tam si agere velit,quàm si conueniatur, sed si dum conueniri vult, poscere non vult, prætor eum cogere poterit,vt ff.de tutel.l.qui habet.§.pupillis.& de tutor. & curato.da.ab his l.si impuberi. in fine. & qui pe.tutor.l. curatorem.in principio.& de testament.tute.l.si plures.& de liberis agnoscen.l.si quis ali.§.si quis ex his. & de ventre inspi. l. prima.§.primo.& de re iudicata l.debitoribus. & C. qui pe.tutor.l. prima. & l. admone. captis pignoribus, argumentum Instit.de satisda.tuto.§.penul.

39 †Et qui absenti petit curatorem dari,debet cauere,rem ratam dominium habitutum, vt ff.de procuratori.l. mutus.§. is qui.nam gesta intelliguntur lites & iudicia, vt infra titulo
40 proximo.l.prima.§.vltimo.& l.tertia.§.gesta † & curator bonis potest constitui ad ista gesta & facta,vt ff.eodem l. secunda.primo responso.

Sed ad hoc opponitur,curator bonis datus non potest alienare,& ei interdicta est alienatio,vt dicemus infra, ergo, & litis susceptio,vt argumentum.ff.de iure deliber.l. ait prætor.meritò ad litem dari non poterit.

41 †Item verbum illud curator bonis,non consonat ad lites, sed ad bona alia, vt ff.de auro & argento legato. l. Quintus Mutius.§.secundo.& de legatis tertio.l.si ita.et l prædijs.§.ex his.& l.si mihi.& l.Offidius.& l.qui habet.§. peto. & de fund. instruc.instrumentoque lega.l.quæsitum. §. Pomponius. & de legatis tertio.l.vxorem.§.legauerat.& l. quæsitum.§. primo.& l.si fundus.C.de fideicommiss.l.instrumento. ff. familiæ erciscundæ.l.cæte.& de actione emptio.l.Titius. et l. creditor.de legatis secundo.l.Caius.in principio. et de supellec. lega.l.legata.§.finali.& de rei uxor.actione.l.unica. §. exactio autem.

42 †Istis potest responderi,q̃ curator bonis nõ potest alienare omnia & quandocunq;,potest tamen quædam,& res immobiles quãdoque,ut infra dicemus.Item appellatione bonorum obligationes,iura, & actiones continentut, ut ff.de uer.signi.l.princeps.& l.bonorum.& l.meorum.& de usufru. lega.l.uxori.nam idem est,siue dicatur, q̃ datus sit bonis, siue hæreditati,siue substantiæ, siue patrimonio,& tũc actiones continebuntur,scilicet ut eas possit exercere,& eis rñdere,ut argumento ff.ad Trebellia.l.cogi.in principio.& l.si legati.§.primo,& de bonorum possessione l. 3.primo responso.& de ac qui.rerum domi.l.rem in bonis.

An curator datus bonis possit se excusare. Cap. V.

43 Curator autem bonis † Datus non potest se excusare;quia uolens demum suscipit,& non cogi potest, nisi ex magna causa,ut ff.eodem l.2.§.quæ.& in Authen. ut lic.mat.& auiæ,primo responso.& §.j. unde postquam suscepit ad ea nõ potest prætendere excusationem,ut C.de his qui spon.mu.sub.l.j.& 2.nec ex tali officio uoluntarie suscepto priuilegium adimitur,uel in alijs excusatio non admittitur, ut C.de excusatio. tuto. l.uoluntarie,si apud iudicem declaret in scriptis se spontanea uoluntate suscepisse talem administrationem, ut argum.in Authen.de episcopis & cleri. presbyteros. & hoc
44 infra quatuor menses. † Nam uoluntaria curarum susceptio non præstat uacationem nec in alijs curis connumeratur affectasse si modici patrimonij curator sit factus,ut argumen. Insti.de excusa.tuto. §. item onera.& ff.de excusa.tuto.l spadonem.§.fi.sed si per uim coactus est, nõ amittit priuilegiũ, ut ff.de mune.& hono.l.4. lex tamen dicit eum excusandum numero liberorum,ut ff.de excusa. tut.l. Titius.§.si a prætore.Sed forte hoc est uerum in curatore uentris, licèt aliud in curatore bonorũ, uel hoc quum a prętore datur,aliud si pri
45 uato consilio creditorum.† Si quæratur, nunquid hæc cura numeretur in numero aliarum,quantum ad excusationem, ut dicitur C.qui nu.tut.l.j.uidetur q̃ non ff.ex quib.cau.ma.l. & qui data.& l.& reipu.& Insti.de excus.tut.§.item tria.& ff. de excusa.tuto.l.spadonem.§.fina.

Ex quibus causis datur curator bonis. Cap. VI.

46 His uerò de causis † Datur curator bonis, puta defuncto debitore & deliberante hærede.Item si uenter sit in possessione, & tunc curator tantum dari potest,sed non tutor,ut ff.de tuto.& curato.l.uentri.item si pupillus hæres tutorem non habeat, ut probatur hoc ff.eo.l.j.& de curato.furio.l.quũ deliberauerit. & de hæredi.instituen.l. si quis.§.j. & 3. de priuile. credito. l. idem.& de mune.& hono.lege prima.§.fin.& de uent.in possessio.mitten.lege prima.§.quotiens. & §.mulier.Item si hæ-

Source : BIU Cujas

res conditioni ſub qua inſtitutus eſt, parere non poteſt, uel reſpondeat, etiam ſi conditio extitit, ſe non aditurum, ut ff. eod. lege prima. & de hæred. inſtitu. le. ſi quis inſtitutus. § primo. & ſecundo de bon. autho. iudi. poſſi. l. quarta. idem putat Azo, ſi poſſit, ſed nolit: & idem ſi incertum ſit ex teſtamẽto ſi inſtitutus hæres necne, ut ff. ex quibus cauſis in poſſeſ.
47 ea. le. ſi diu. † & diu quidam intelligunt biennium, ut argumen. ff. loca. l. domini horreorum, quidam decennium, ut argumen. ff. qui & a quibus ma. li. l. ſi eum. §. Ariſto. ſed melius tamen uidetur dicendum, tempus diffiniendum eſſe iudicis arbitrio, ut ff. de iure deliberan. lege prima. in fi. & de hære. inſtitu. lege ſi quis inſtitutus. & de bon. aut. iudi. poſſeſſid. lege quarta. item bonis clarium perſonarum, uel eorum uxorum datur curator, ſi bona ſunt diſtrahenda, ut ff. de curato. furio. l. curator, & lege cuius. item cauſa captiuitatis alicuius, de cuius bonis agitur: & etiam ſi ſit impubes, ut ff. ad Tertul. lege ſecũda §. quid ſi curator. & ex quibus cauſis manum. le. ab hoſtibus, primo reſponſo, & ex quibus cau. in poſſeſſio. ea. lege in poſſeſſione. & de priuile. credito. le quod §. primo. & de mune. & hono. lege prima §. fina. & de tute. & ra. diſtr. l. ſi pupillus §. primo. & C. de captiuis & poſtli. reuer. lege tertia.

48 † Item ex cauſa captiuitatis illius minoris, de cuius bonis agitur, ut ff. de tut. leg. prima §. fina. Item ex cauſa damnationis, ſeu deportationis patris illius minoris, de cuius bonis agitur, licèt uideatur, quòd poſſit dari tutor, ut C. de ſen. paſ. l. fina. & ff. de curato. furio. l ſi furioſo impuberi, & uidetur, quòd detur filiofamil. curator bonis demum, quum eſt in ſecunda ætate ſcilicet maior decimoquarto anno. ut C. de bonis quæ lib. lege fina. §. cum autem in ſecunda. nam ſi in prima, tunc detur tutor, ut prædicta l. §. ubi puerilis. & C. de ſen. paſ. l. fina. Sed contra hoc eſt ff. de tutel. l. muto. §. fina. & ad Trebel. le. ſecunda §. quid ſi curator. poteſt ita intelligi, ut ſi puer eſt in uentre, de cuius bonis agitur, quòd tunc detur curator bonis, ut ff. ad Trebel. lege ſecũda §. quid ſi curator, & de uen. in poſſ mitten. lege prima §. quotiens. ſi uerò in ſecunda eſt ætate ſcilicet maior decimoquarto anno, ſimiliter detur curator bonis, ut C. de honis quæ lib. lege finali §. primo. ſi autem eſt in ætate prima, & apud hoſtes detur curator bonis, ut ff. ad Trebel. lege ſecunda § quòd ſi curator. ſi eſt præſens detur curator bonis, ut C. de bonis quæ libe. lege finali. §. ubi. C. de ſen paſ. lege finali & ita corrigitur l. ff. de tute. l. muto. §. fina. uel dicas, quòd non corrigitur, ſed ubi dicit tutoris, reſoluatur, ideſt curatoris bonis, & uidetur, quòd idem poſſit dici, ubicunque patet iuſta de cauſa abeſt; quia idem ius uidetur inſtitui ĩ alijs quod in ſuperioribus, ut ff. ex quibus cauſis ma. l. prima & per totum, aliud forte ſi uoluntarie abeſſet, ut ff. de tuto. & curato. da ab his. lege curator. & ex quib. cau. ma. lege non uidetur. in prin.

50 † Item & alia ratione poteſt dari curator bonis filijsfami. patre abſente, & iuſta de cauſa; quia pater legitimam habet adminiſtrationem, & curam in bonis filij, ut C de bo ma. lege prima. & de ſecun. nup. l. generaliter. §. negotia. C. de ſenten. paſ. lege finali. Vnde patre abſente dabitur curator bonis filij ad exemplum abſente curatore alterius, ut ff. de tutor. & curat. da. ab his l. uenter. §. primo. C. qui da. tut. poſſ. le. curatorem.

51 † Item poteſt tradi quædam regula generalis, ubi filiusfamil. maior agere per ſe, uel per procuratorem poſſet, quòd eo minore detur curator bonis, ut C. de bonis quæ lib l. fin. j. reſpon. & §. j. & C. de ſenten. paſ. l. fi. & in Authen. ut lic. ma. & auiæ. j. reſpon. & §. j.

52 † Sed pone, quòd pater abſens iuſta de cauſa reliquit procuratorem, nunquid filijfamil. dabitur curator bonis. & uidetur, quòd non: quia maior filius non ageret; quia tunc demum poteſt agere maior filius per ſe, uel procuratorem, cum procurator non ſit patris, uel non vult experiri, uel negligens ſit, uel non ſufficiat; quia tunc credendum eſt pa-
53 trem ſi præſens fuiſſet acturum. † & intelligitur procurator nolle, quum non inuenitur expreſſim uelle, ut ff. de procurat. le. filiusfamil in princip. & §. inuitus. & de iudic. l. ſi longius. §. primo. & de iniuriis. lege ſi unus. §. ait prætor. & lege ſi ei. §. filioſa. & §. procurator. & §. idẽ Iulianus. Itẽ ex cã abſentiæ alicuius, ut ff. de priuil. credit. lege idem. & de mun. & hon. lege prima. §. fin. & de hęred. inſtit. l. ſi quis inſtitutus. §. primo & ſecundo. Abſentiam non intelligo longam, argum. C. de bonis quæ libe. lege fina. §. non autem. ff. de iudi. le. ſi longius. in prin. & de diuor. & re. lege tertia. debet enim conſiderari quam longe ſit pater, uel ipſe, & quando reuerſurus eſt, ut ff. de iniur. l. ſed ſi unus. §. quod autem ait. & ff. de ann. lega. leg. Meuia. in fi. & de oper. liber. lege. quòd non.
54 † Nam melius eſt tantiſper expectare, quàm negotium uel bona alterius alicui nouiter cõmittere, ut ff. de uar. & extra. co. l. penul. quia in mora modici temporis non eſt magnum periculum, ut ff. de iudic. lege ſi debitori, ut tunc expectet, donec reuertatur, argum. in feud. de conſuet. re. capitulo primo §. quòd autem. & ibi intelligitur quando non longe aberant partes, ut tollatur contra in feud. ſi de inueſt. int. do. & uaſ. lis. or. ca. 1. §. ſi inter dominum.

55 † Item ſi bonorum dominus ceſſerit foro, ut ff. eod. le. fin. Item ſi locum habet Carbonia, & nec pupillus nec hæres ſatis offerat, ut ff. de Carbon. edic. l. ſi is qui. primo reſpon. & §. quotiens. & §. fi. & de mun. & hono. l. j. §. fi.

56 † Item ſi filius emancipatus uolens habere bonorum poſſeſſionem nolit conferre fratri in poteſtate conſtituto, uel non poſsit, curator portioni eius conſtitui debet, ut ff. de colla. bon. lege prima §. iubet. & §. ſicut duobus. & hoc uerum eſt, quum & alius frater non uult ſe cauere reſtituturũ, quod ex portione fratris conſequutus fuerit, quum bona cõtulerit, uel cauerit de conferendo, ut ff. de colla. bon. l. prima §. iubet. in fi. ut leg. ſeu fideicom. no. cau. l. poſtquam. §. princeps. nam cauente fratre non daretur curator bonis, ſed mitteretur in poſſeſsionem portionis fratris. aut dabitur actor pro his quæ mora deteriora futura eſſent, ut ff. de colla. bon. lege ſi emancipati. §. ſi.

57 Et no. quòd in illo §. Princeps appellatur uir bonus curator bonis datus, per ſupra dictum §. iubet. & §. ſicut duobus aliàs autem uidetur lex appellare uirum bonum, ideſt iudicem, ut ff. de uerb. oblig. l. continuus. §. 2.

58 † Item filiusfamil. minor hæreditatem contra patris uolũtatem adiuit, cum his qui ſint in poteſtate dari tutor uel curator non poſsit, ut C. de bonis quæ lib. leg. fina. §. ſin autem in ſecunda. & de curat. fur. leg. fin. in prin. ff. de milit. teſtam. l. miles ita hæredem. §. nec tutorem. Et hoc puto uerum fore, quum pater noluit adire hæreditatem, uel conſentire filio adeũti, nec uoluit gubernare. Sed uidetur, quòd iſta duo ſint neceſſaria, ut curator bonis detur, ut C. de bonis quæ li. lege fina. §. ſin autem in ſecunda. unde altero deficiente ſcilicet quia uult gubernare, licèt nolit conſentire adeunti hæreditati, ne curator bonis detur, ut ff de iti. actuque priuat. l. 3. §. hoc autem.

59 Sed pone, quòd auus, in cuius eſt poteſtate, non vult conſentire, nec gubernare, nunquid admittetur pater uolens cõſentire & gubernare aut dabitur curator bonis. Reſpendendum uidetur, quòd pater admittatur; quia ad eius officium pertinet, filium ſuum in bonis tueri, etiam uiuente auo, ut ff. de iniur l. ſed ſi unus. §. quod inde ait. & §. idem Iulian. & argu. de ri. nupt. ſi nepos. j. reſpon.

60 † Item ubi res filiofamil. datur, uel relinquitur, vt pater in ea nullum habeat participium, vt in Authent. vt lic. mat. & auiæ. j. reſpon.

61 † Item egris valitudinarijs, qui non defenduntur, vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis inſtitutus. §. fina. Idem in creditore, in poſſeſſione miſſo bonorum debitoris, ſi actiones ei quædã perituræ ſint, curator bonis conſtitu debet, vt ff. de bon. authori. iudic. poſſ. l. creditores. in princip. Idem videtur in vſucapionibus implendis, ut ff. de muner. & honor. l. prima. §. finali.

62 † Item datur curator cuſtodiẽdis bonis ab eo relictis, quũ nondum quisquàm uel honorario iure ſucceſſerit, ut ff. de muner. & hono. l. j. §. fi. uel ſimpliciter incertus ſit hæres extiturus, vt ff. de fer. l. 2.

Item ſi tutor, ne alimenta pupillo decernantur, ſui copiam non facere perſeueret, minor mittetur in poſſeſſio-
63 nem bonorum eius tutoris, † & dabitur curator bonis tutoris, qui poterit diſtrahere. quæ mora deteriora futura ſunt, Inſti. de ſuſp. tut. §. ſi quis tutor. & ff. de ſuſpec. tut. l. impuberibus. §. primo.

Quod ſit officium curatoris bonis dati. Cap. VII.

64 **Officium curatoris** bonis dati perſonale eſt munus, ut ff. de mun. & honor. l. prima. Item in principio ſui officij debet facere inuentarium, ſic nota. ff. eodem l. prima. in fine. uel quaſi mox, quam fuerit ordinatus, in quo debet conſcribere omnia bona mobilia & immobilia quantitates, & inſtrumenta, non ipſa corpora, ſed quot ſunt, & de qua re ſunt, ſubnotet ſibi, & tempus ſuſceptionis, & ſub præſentia publicarum perſonarum, cum uenerabili ſigno crucis, ut ff. de bonis authori. iudic. poſſ. l. fina primo reſponſo. de uent. in poſſ. mitt. l. prima. §. penultimo. in fine. C. de epiſcopis & clericis. l. nulli primo reſponſo. in Authent. vt ſine prohib. ma. §. finali. C. de adminiſtra. tutor. l. tutores. C. de epiſcopis & clerisicis. l. orphanotrophos. in Authent. de eccle. ti. §. orphano. C. de curato.

Source : BIU Cujas

rato.fur.l.finalj. §. sed cum antiquitas.in fine. & §.tali itaque. C.de episcopali audien. l. de creationibus. ff. de administratio.tuto.l tutor & C. administ. tuto. l. finali. C. de iure deliberan.l.finali.§.si n autem dubium. C.de bonis. proscript.l.si contra.in principio.

65 †Item debet iurare omnia se recte, & cum utilitate agere,neque admittere quæ inutilia existimauerit, licèt non inueniatur expressum in isto curatore bonis, quia dicũt unum & aliud intellexerunt in omni curatore,argumen.C. de episcop.audi.l.de creationibus.C.de curat.fur.l.finali.§.sed cum antiquitas.& in Authent.ut qui ob. se perhi.res min.§.sed & si quis iam . & §. cum & in nouell. ne facile excusetur qui se
66 creditorem dicit § finali . † Et quod obseruatur in curatore alio, seruatur in curatore bonis dato,argumen.ff.ad Tertul. l.secunda.§.quid si curator.& adde argumen.quæ supra not.
67 sed † de creditore,an possit dari curator bonis. Item si datus sine inquisitione fuerit,debet satisdare, si uerò cum inquisitione,refert sit idoneus facultatibus, an non,si idoneus non satisdabit, si non est idoneus, licèt cum inquisitione datus sit, satisdabit, ut ff.de uent.in poss mitt.l prima l. quotiens. de curat.fur.l.bonorum.C. de captiu.& postlim. reuer. l. tertia.in Authent.ut lic. mat.& auiæ . §. si uerò non talis. & §. si autem non talis.& ff. de administ.re.ad ciuita.pertin.l.finali. §. item reseripserunt a curatore,secundum quòd modus rerum, ac personarum perceperit, ut in Authen.de hæredi.& Falcid.§.sin autem non.in princi. ut saltem fideiussores non minus habeant in bonis, quàm sint res hæreditariæ, uel tales,argumen.in Lombar.de debi.& idon.l.anterioris edicti.
68 † debent esse enim fideiussores locupletes non tantum ex facultatibus,sed ex contrahendi facilitate,& eius fide,ut ff.qui satisdare cogan.l.secunda in princip.& de uerborum obligation.l.si quis stipulatus.§.finali.nisi sint ex necessitate sanguinis coniuncti,qui pro locupletioribus reputantur, licèt non
69 sint, ut in ius uocand.eat.aut satisda. l. secunda & tertia. † & talis satisdatio debet fieri cum fideiussoribus, & non cum pignoribus,ut ff.de prætor.stipulat.l.prætorem. Sed econtra uidetur, quòd possit satisdare etiam cum pignoribus, ut ff. de collat. bon.l.prima.§.iubet.Veruntamen dare omnino fi
70 deiussorem idoneum,non est passim facile,sed possibile;†nã non est facile omnibus fideiussorem præstare, ut in Authen. ut spon.in fin.unde si non potest dare, præstabit iuratoriam cautionem,ut in Authen.de litig.§.sancimus . & in Authen. ut nulli iu. §.necessarium.& §.si uero . ff. qui satisdare cogan. l.de die.§ finali.in Authen.de nupt.§. quapropter. in uersicu. si uerò non ualde.C.de proxim.sacr.scri.l.in sacris. primo respon. C.de præpo.agen.in reb.l fi.
71 †Vel poterit remitti satisdatio,si persona est idonea,& honesta, & modica substantia,ut ff.de legit.tuto.l. legitimos.in principio. Veruntamen ubi non potest ei opponi iuste propter paupertatem,quòd Prætor debeat esse contentus, ut iubeat eum nil minuere, ut ff.de priuileg.creditor.l.si creditores.in fine. & quod dicitur. ff.de uentre.in pos.mittend.l.prima.§.quoties.ubi ex inquisitione dandum idoneum.oportet creditores curare. Dicit Azo, non importare necessitatem, sicut ff. de iustitia & iure.l. prima . & uidetur similiter obstare,ut in Authen.ut lic.mat.& auiæ.§.j.ibi iubemus iudicem competentem curatorem fidedignum, cum legitima fideiussione talibus rebus ordinari.

Respondetur, fide dignum dicit, non dicit facultatibus idoneum,licèt possint importare illa uerba, quòd sit datus cum inquisitione, tamen cum non sit idoneus facultatibus licèt idoneus fideiussore satisdet,ut supra dixi .

72 † Vbi curator bonis satisdat, uidetur quòd debeat satisdare seruo publico, ut C. de capt.& postlim.reuer.l.tertia.& argumen.C.de adoptio.l.secunda.& Instituta.de adopt.§.cum autem .

Si uerò datus sit in testamento,non satisdat, ut Insti.de satisda. tuto. §. primo. nisi defierit esse soluendo uiuente testatore,ut ff.de adimen.lega.l.liberto.§.largius.

73 † Item uidetur obstare.ff.rem ratam habe. l. actor. ubi dicitur indistincte curatorem bonis non debere satisdare. Respondeo, ibi loquitur, quando datus est consensu creditorum, aliud in alijs,vel licèt ibi simpliciter loquatur,intelligẽda est illa lex secundum distinctionem superiorem; quia nõ est nouum. &c.ut ff.de leg.& consti.l.non est nouum.& l.sed & post. uel melius, ibi non loquitur de satisdatione pupilli, ut superiores faciunt: sed de satisdatione rem ratam.

74 † Sed quero,an curator debeat satisdare de iudicato soluen.uidetur quòd non; quia similis est alijs tutoribus & curatoribus.ut ff.de uentre inspi.l.prima.§. diminutio. ibi,sibi curam ita &c.sed alij tutores & curatores, non satisdant, ut C. de administrat.tuto.l.finali.§.defensionem. item uidetur generale de curatoribus omnium personarum, & sic de curatore uentris,& de curatore bonis dato, per illam gl. item uidetur lex expressa. C. de cura.bonor.l.secunda.& hoc credo uerum, sed contra potest allegari; nam differentia est inter istos curatores & alios,& quia sunt dissimiles,non uidentur eodem priuilegio gaudere.ut ff.eodem.l.secũda. §. quia. ff.de administratio.tut.l. item bonorum,& de tut.& rat.dist. l.si pupillus, de cura.furio.l. bonorum.& rerum amota.l.penul.Marti.de Fano.

Quod sit officium prædicti curatoris in medio. Cap. VIII.

75 **In medio eius officium est,** † bona gubernare, curare, & custodire, & administrare, gubernatio namque, cura, administratio, atque custodia demandata est.

76 † Item res,quę mora deteriores futuræ sunt, potest distrahere,ut in Authen. ut lic.mat.& auiæ. primo responso . & §. primo.& ff.de susp.tuto.l. impuberibus. §. primo. & Institu. de suspe.tuto.§. si quis tuto.& ff.de administratio.tut.l.item bonorum,& de Carbo. edi.l.si is qui.§.primo. & §. quoties. §.finali.C.de bonis quæ liberis.l.finali.§.sinautem.ff. de petitione hæreditatis.l.diuus. primo responso.

77 †Item eius officium est,refectam pecuniam collocare, & bona salua facere, ut ff. de collatio. bonorum l.prima . §. iubet & §.si cum duobus .

Item fructus ei dandi sunt & uendere eos potest, & pensiones biennales, non excedentes quantitates centum, fructus percipere potest, & prędia locare potest, siue ius percipiendi fructus & mercedes seruorum, & iumentorum percipere,& domum ad ea reponenda conducere, si domus in bonis non est:ut argumen.ff.de uentre in pos.mitt.§. primo. §. quoties . & l. habitatio . & de bonis authoritate iudicis . pos.l.prætor.in princip.& §.his uerbis,& §.in causa. & l.uendicatione.§.primo.C.de administratione tut.l....§. primo.& & l.constitutionem,ut lega.nom.ca.l. postquàm.§.princeps. & ff.ut in pos.lega.l.is cui.§. qui legatorum . & de collatione bonorum.l.si emancipato.§.finali . item ea quæ urgent, potest distrahere,ut ff.de hære.insti.l.si quis institutus.§.penult. in princip.

78 † Item alia bona poterit uendere causa cognita, puta si urgeat ęs alienum,ut ff.ex quibus causis in possessionẽ eatur l.Fulcinius.§.adeo.circa finem.& ff. eodem l.prima.item propter cibaria familiæ,argumen.in lombard.de prohibi. alien. min.l.finali. C. de pat. qui fi.dis.l.secunda. ff ut in poss.lega.l. penultima.& de carbonian.edic.l.sed & si.§. an autem . & de iure deliberan.l.ait prætor . & l.filius . & de inofficioso testamen l.si instituta.§.penult.& arg.ff.de pet.hæredi.l. diuus.C. de ordi. cog.l.fi.

79 †Item potest soluere semper graue æs alienum, & ex pęna crescens,& maxime si publicum debitum immineat, uel sub pignoribus preciosis debeatur,ut ff.eodem . l.prima . & de hæredita.institu.si quis institutus.§.finali . & de ventre in pos.mit.l. curator. §.primo.& de petitione hæreditatis. l.diuus.primo responso,& de iure delibe.l ait prætor .

80 Item dicit Azo si sub usura debet; † quia usuræ appellantur pœnæ,ut argumen.C de bonis quæ liberis l. finali. §.sinautem æs alienum.in fine §.ff.de rebus eorum. qui sub tute. uel cu.l.puto. §. non passim . C. de episcopis & clericis.l. orphanotrophi.ff.de rebus creditis. l. lecta. circa princip. aliàs non putat curatorem posse soluere,nisi prius ꝙuentus sit .

81 †Itembonis actiones competentes exercere potest,& mouere,ut ff.eodem l.secunda.circa princ.ff. de Carbonia.edic. l.si is.primo responso, & §.ex his.& ff. ut in poss.lega.l.postquàm.§.princeps. & rebus in fraudem alienatis, agere infra annum,in integrum restitutione petere, ut ff.ex quibus causis man.l.ab hostibus.circa prin.

82 † Et curator bonis tutores potest conuenire iudicio tutelæ,ut ff de tuto.& rat.distra.l.si pupillus.§.primo.Item exigere potest secundum Azo.a debitoribus qui liberantur tempore,& ab eis qui usucapiunt, ut ff. de uent.in pos mit.l.prima.§.si periculum.& de carbon. edic.l. sed & si is. primo responso.& §.primo.quotiens, & §.an autem,usque in fin.l.& de bonis.§.qui pupillo.§.non solum,& l.penultim.& fi.& de bonis authorita. iudi. pos.l. creditores. in prin. & de mune. & hono.l.j.in fi.

83 †Videtur tamen per leges prædictas quòd curator debeat prouidere,ne debitores ipsi liberentur,uel usucapionem impleant,unde uidetur, quòd non debeat exigere, sed tantum litem contestari,ut præscriptio interrumpatur, & debitores non liberentur,ut in tuto reponentur, uel pro eis satisdabit, argu.ff.de offic.p̃si.l.senatus, & de iudi.l. sed & si restituat.§. ædium.& §.sed & si dies,& de fer.l.j.§.fin. & de procurato.l.
84 sed etiam. de ordi.cogni.l.fin.†Et qđ dictum est, ꝙ satisdat, ei,& in eum uidetur,ꝙ dentur utiles,ut ff.eo.l.2.a prætore,&

Source : BIU Cujas

vt leg. seu fi.no.ca.l.postquam.§.princeps.& si non priuilegio, vt ff.de priuile.credi.l.idemque. quod dicit B.V.ideo esse,qa legitimam habet administrationem,vel dices vtiles,idest efficaces,quæ defuncto,& in defunctum competebant l.debi
85 torum. † possunt inquam, idest certe agere curatores per se, & per procuratorem, quem constituere poterunt, qui agat vel defendat,vti iuris est,vt ff.eo.l.2. 1.responso. quod verbū intelligit Azo, vt constituat procuratorem litis contestatæ, vel litis non contestatæ actorem, argu. C.de procu.l.neque. vel dicas secundum not.vt iuris est, idest dum tamen mittat legitimam personam,& neque ab eo curatore,vel actore satisdatio de ratu,vel iudicato soluēdo nomine eius,cuius bona veniāt exigetur, sed nomine ipsius curatoris qui eum mi
86 sit,vt ff.eo.l.2 in fi.j.responso.† Verum vbi curator bonis agit vel conuenitur,non debet satisdare rem ratam habere,vel iudicatum solui, vt ff. rem ra.habe.l.actor.& argu. C.de admi.
87 tut.l.tutores debita & l.sancimus.§.defensorem.† nisi dubitetur,an sit curator,vt tunc si agat,satisdet de rato,& si conueniatur de iudicato soluēdo,vt ff.de admi.tut.l.vulgo.& ff.eo. l.2.1.responso.& de Carbo.edic.l.sed si is.in fi.Aget & conuenietur expensis bonorum, vt arg.ff.de tut.& rat. distr.l.j.§. si pupillus.in fi.aliud in patre, qui expensis proprijs facit, vt C.
88 de bonis quæ li.l.fi.§.vbi.† Item sciendum est,q̄ potuit constitui vnus curator,vel plures,vt ff.eo.l.2.& si quidem constituti sunt curatores plures bonorum, & vnus in solidum ageret,& contra vnū insolidum agi potest,nisi per regiones cōstituti fuerint,vt ff.eo.l.2.§.si plures.& l si plures,& tñ conuenietur ille qui gessit prius,quàm ille qui non gessit;quia actori modus constitui non debet,nisi curator qui non gessit in-
89 uitus datus sit,vt ff.eo.l.2.§. fin. † Item durante officio debet a nuptijs abstinere eius cuius bona administrat.Item & post officiū depositum ante rationem redditam,vel etiam, post. 25.an.eius cuius bona administrat, & ante annum vtilem infra quem petitur restitutio,vel quadriennium hodie,vt ff.de ritu nup.l.pe.§.& si quis.C.de int.ma.l.si patris tui.C.de tem. in integ.rest.l.superuacuum.

Quod sit eius officium in fine. Cap.IX.

90 Eius officium † In fine vertitur, vt mandati possit conueniri ad rationem reddēdam,vt ff.man.l si mandauero.§.si curator. vel actione in factum,vt ff.de bo. aut. iud.posl.prætor.j.rñso.& §.ex his.& §. in eum uel actione tutelę,arg.ff.de tu.& rat.dist.l.si pupillus.
91 §.j. † debet.n.reddere rationem sicut tutor vel curator, vt ff. de ritu nup.l.pe.§.si quis,& quod habet, debet restituere, & si æs non habet,dēt præstare actiones,vt ff. de carboni. edic. l.sed & si is.§. fi. & de bo aut.iud.posl.si creditore §.j.& l.præ
92 tor.j.respon.& §.ex his. † & tunc actio perpetua & non temporalis, & tam hæredibus quàm in hæredes,& cæteros successores dabitur, vt ff.de bo.aut. iud.posl.prætor.§.hæ actiones.& debet manifestare ea,quæ de bonis expendidit, vt C. de epis.& cleri.l.nulli licere.in fi.j.rñso.forte suo sacramento, arg.C.de don.l.penul.j.responso. C. de iu.delib.l.fi.§.licentia.
93 † & omnia quæ gesta sunt per eum dēt haberi rata,vt li.eo.l. 2.1.rñso,& quæ dicuntur gesta,dic vt ff.quæ in frau.cre.l.prima.§.fi.& l.2.& de eo quod gessit hæreditate nō adita,si minor postea adeat non poterit petere restitutionem, vt ff.de
94 mino.l.in integrum. † veruntamen si adierit hīditatem filijfa.minoris,cui datus sit curator bonis, poterit petere restitutionem ꝯ aditionem, licet aliqua gesta sint per curatorem,
95 vt C.de bonis quæ lib.l.fi.§.sinautem in secunda.in fi.§.† Nā & curator bonis datus noīe eius pōt petere restitutionem, vt ff.ex quib.cau.man.l ab hostibus.item poterit q̄ri de mala administratione, tam ille qui non gessit, q̄ qui gessit,nisi qui non gessit,inutiliter creatus esset, vel inuitus,vt ff.eo.l.2.§.fi.
96 †& tenebitur quidem de solo dolo sicut creditor qui missus est in possessionem cā rei seruandæ,vel si fraudulenter versatus est ī cura,vt ff.de susp.tuto.l.3. §.si curator. & de bo. aut. iud.posl.prætor. vel ēt de tali culpa,arg ff.de pe.l.qđ Nerua. & si men.fal.mo.dixe.l.j.§.hoc aūt,& tunc in eo actio est annalis,nam nō dabitur post annum,nec in hęredes,cæterosq; successores, nisi quatenus ad eum peruenit, vel ad hæredes; quia tunc pp ea est:hæredi aūt dabitur, qa & rei continet prosequtionem,arg.ff.de bo. aut. iud.posl.3.§.fi.& l.vbi & l.hæredi.& de do.l.in hæredem.& l.itaque.& arg.ff. vnde vi.l.j.in
97 prin. † Sed posset dici secundū Col. q̄ curator bonis teneat de dolo & culpa,sicut creditor,qui hēt pignus conuentionale, qui tenet de dolo & culpa similiter ff. de bo.aut.iud.posl. prętor.& commod.l si vt certo.§.sed vnumcumq;.& de pig. act.l.si cum vendere.§.venit.& Institu.quib.mod.re ꝯ.oblig.
98 §. fi. C. de pi.l.sicut. † Nam illud dēt considerari in curatore bonis,qđ considerat in tutore,vt ff.de ritu nupt.l.penul.§.sed & [illegible] pris.item talem curam dēt habere in administratione, qualem tutor,vel curator hēt,vt ff.de ven.in pos.mit.l.j. §. itē [illegible] & maxime hēt non q̄tum ad verba, sed q̄tū ad sñiam,vt ff.ad Tertul.l.2 §.quid si curator. qui tenetur de do
99 lo & lata culpa & leui, vt C.arb.tut. l. quidquid. † Vnde etiā q̄situm est an isti curatores dati bonis habeant auxilium diuidendarum, siue cedendarum actionum,vel vtilium,& rñdet Col.forte non, cum ex dolo forte & lata culpa tñ teneā tur isti curatores,vt ꝯ.probatum est, vñ hñt auxilium, arg.ff.
100 de tut.& ra.dist.l.j. §. nunc tractemus. † Curatori autem bonis,de eo quod sine dolo malo impendit,dabitur actio in factum negotiorum gesto. vel actio mandati, siue in fructibus recipiendis erogauit,siue in familia alenda, curandaue,vel prædijs faciēdis vel restituendis,vel alijs iustis de causis, vt supra de bo. au.iu. pos. l.prætor in prin.& §.ex his verbis.& ff.manda.l.si mandauero.§.si curator.

Quando finitur officium curatoris. Cap. X.

101 Officium autem eius † Cutatoris finitur, vt si datus sit bonis filiofam.delatis.f.filio minori, vt pater non habeat vsumfructum,nec aliquod participium,durat aūt eius officiū,donec filius ad ætatem perfectam peruenerit vt ea ætate perfecta eius cura finiatur,vt in Aut.vt li.ma.& auiæ.j. rñ. & §. j.idem dici pōt,vbi pater non vult consentire filio adeunti,& recusat eius gubernationem, vt C.de bonis quę lib.l.fi.§.sinautē
102 in secunda.†Item si deportatus sit pater,& datus sit curator filiofam.minori, finitur eius cura eo reuerso, dummodo sit integræ famæ, alioquin duraret cura, puta si est luxuriosus,
103 demens,vel prodigus,ut C.de sen.pas.l.fi.† Item officium curatoris dati bonis pp carbon.quia impubes, & eius aduersarius cessat in satisdatione finitur lata sñia inter eos, vt ff.de Carbo.edic.l. sed & si is.§. fi.Idem puto q̄ finiatur,si impuberi satisdet a curatore impuberis vel ab alio;qa rōne satisdationis solus esse dēt in possessione ex Carbon.& ubi satisdat
104 impubes nō reperit,q̄ tunc det curator bonis.† Vñ licèt ab initio satisdatio nō fuerit p̄stita,tñ satisdatione postea interueniente,recipit ius pristinū,vt ff.vt in pos. le.l. prima. §.fi.& de Carbo. edic.l.j.§.j.& l.si is.§.fi.& de colla.bono.l.j.§.iubet.
105 & l.p̄tor.§. emancipatus.†Item officiū curatoris dati portioni ci⁹ fratris,q̄ debuit ꝓferre,& noluit satisdare de ꝓferendo, finit si ꝓtulerit,vel de ꝓferendo cauerit,vt ff.de colla.bono.l.
106 j.§.iubet.& arg.dictarū ll.& ff.ut in pos.le.l.prima.§.j.† Itē officiū curatoris bonis dati, qa venter est in possessione, finit sine p̄iudicio,dū venter in possessione esse desierit; qa eius gratia datus est,& tandiu venter esse dēt,q̄diu mulier pariat, uel abortū faciat, seu certū sit eam non esse p̄gnantem,arg.
107 ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.quotiens.& §.fi.† Nā curator ventri dat,sed nō tutor,vt ff.de tut.& cur.da.ab his l.ventri.in prin.& ventris curator pōt postea dari tutor, vt ff.de susp.tut.l.3. §.si curator.& sic vī,q̄ sit datus tutor ventre iam nato,& ei⁹ cura esse desierit, cū ꝓueniri possit de eo qđ fraudulēter gessit in cura,vt in p̄dicto §.si curator.& ar.ff.de leg.tut. l.legiti-
108 mos.in fi. † Itē si rōne captiuitatis patris datus sit filiofa minori,durat.n.durāte patre in captiuitate curator,& eo reuer
109 so finit,vt ff.de tutel.l.muto.§.fi.ibi, ne in medio pereat.†Itē si datus sit bonis debitoris;qa captus est ab hostibus, eo reuerso finit ei⁹ cura,ar.ff.ex q̄b.cau.in pos.ea.l.in possessione.in
110 fi.ibi,interim dandus est.†Itē si alia quacunq; de cā sit datus finita cā finit cura,ar.ff.de ap.l.cū in vna.§ j.Insti.de aut.tuto.
111 §.fin. ff. de tut.l.si qs tutor. C.in quib.cau.da.pos.l.j.licet † uideat obstare,qđ legit,curatorē īpuberi quacunq; ex cā datū p̄seuerare in diē pubertatis in eadē cura, vt ff.de tut.& cura. da.ab his l.curator.C.qñ tut.vel. cu.esse desi. l.j. C.in qui.cau. ha.tu.l.2.Rñdeo, illæ ll.C. loquunt qñ curator adiunctus est
112 tutori,vel qñ datus est in locū excusati,vel substituti,†lex verò q̄ est ff.de tut.& cura.da.ab his l.curator.intelligit curatorē ex quacūq;cā datū p̄seuerare usq; ī diē pubertatis in eadē cura,vt ff.de tut.& cura.da.ab his. l.curator,& p̄seuerare in ꝯ. dictis duabus de causis, vel alijs de causis p̄seuerare.f.posse,si
113 tñ cā extendat,vt nō vltra.†Sed si ante pubertatē finiat cā,finit & cura, arg.p̄dictarū ll.2.ff.de tutel.l.q̄situ.Itē finita ꝓdōne,vel existente finit & cura,vt Instit.qui.mod.fi.tut.§.sed & si is qui.Itē finito tpe ad qđ datus est finit eius cura,Insti.qui.
114 mod.tute.fi.§.penul †Sed q̄rit, nunqđ p̄se deportato,vel capto,finiet cura curatoris bonis filijfam.minoris mortuo p̄se in absentia,Vī q̄ non sit finita, sed duret,vsq; ad legitimam ętatē,ar.ff.de tut.l. q̄situ. qa ēt p̄se reuerso, quū non hī p reuerso,nō finit cura,vt C.de sen.pas.l.fin.†similiter quū datus
115 est filiosfa.aliàs:qa p̄ non pōt habere aliqđ participiū in bonis,durat eius officiū, donec filius ad p̄fectā ętatē puenerit,
116 vt in Aut.vt li.mat.& auię.j.rñ.& §.j.†Econtra vī,q̄ sit finita: nā capitis diminutione,& minima finit, & ita in emancipatione filijfa. vt arg. Instit. de cap.dimi.§.minima.& Insti.qui. mod.tut.fi.§.si pupilli.ff.ad Mace.l.si filius.§.j meritò idē erit, si filius efficiat sūi iuris emācipatione,vel morte patris, arg. ff.ad Mace.l.4. in fi.C. de Inst.& substi. sub ꝓdi. fac.l.si mater. Itē qa nil interest,pater reuertat,vel ibi moriat,arg.ff.ex q̄b.

cau.

Source : BIU Cujas

cau.ma.l.ab hostibus.Item quia cessat causa curatorum,arg.
117 prædictarum ll. † Sed pone,ꝙ filiusfa.decessit. ante 25.annum,nunquid durabit curatio usque quo peruenisset ad legitimam ætatem,si uiueret.Videtur ꝙ sic,ar.C.quando dies legat.ced.l.ex his uerbis.C. de le.l.j. puto tamē ꝙ firmatur eius cura morte illius cuius gratia datus est morte illius curatoris;ut tunc in locum eius alius detur, ut ff.de cura.furio.l.cu-
118 ius bonis,& Insti.quib.mo.tu.fi.§.simili modo.†Item finitur capitis dimi.filij minima,media,& maxima,& capitis diminu.curatoris,sed non minima,ut Insti.qui. mod.tut. fi. §.2.& 3.& §.sed & si capitis.

Quando ualeat remoueri curator. Cap. XI.

119 **Remoueri potest** † Curator his de causis,quibus tutor & curator posset remoueri,& eos casus non prosequor,ut ff.de suspec.tut.l.tutor quoque.§.non tantum autem, & §. si curator uentri.

In quo differat curator datus bonis ab alio cura. Ca. XIII.

120 **Differt autem iste** † Curator bonis ab alio, nam curator bonis tenetur tantum de dolo,ut supra de bo.au.iu.posl.in uenditione §.j.in fi.sed alius curator de dolo & omni culpa, ut arg. C.ar.
121 tut.l.quidquid.de hoc not.ff. eo.l.2. † Item si plures sunt curatores bonorum, quilibet tenetur insolidum, & a quo uoluerit solidum poterit consequi, ut ff.eo.l.si plures. Sed ego puto si ab uno solidum fuerit consequutus, ꝙ cedere debet actionem aduersus alios concuratores, ut C.de diui.tut.l.2. sine cessione non uidetur quòd agere possit aduersus curatores; quia non tenebatur,nisi de dolo,ut supra dixi,unde si ex dolo suo præstiterit aliquid,nō habebit actionem aduersus concuratores sine cessione, ut ff. de tut.& rat.distra.l.j.§. nunc tractemus. uel fugias istam diuersitatem, & prædicta fuerunt scripta per me.Odofre.Benedictus Deus amen.

QVAE RES FRVCTVS APPELLAtione continentur. Titu.j.

SVMMARIVM.

1 *Fructus quid & unde dicatur.*
2 *Fructus nomine quæ contineantur.*
3 *Feræ bestiæ quando ciuili,& quando gentium iure occupentur.*
Arbores quando in fructum computentur,& quando non.
4 *Fructuario fundi non licet frugiferas arbores excidere.*
5 *Arbores non cæduæ ui tempestatis deiectæ,an efficiantur usuarij.*
Lapides in fundo reperti,an sunt usuarij, an uerò ad proprietarium spectent.
6 *Fructus appellatio latior est quam frugis.*

De propria fructus significatione. Cap. I.

1 **Fructus** †à **ferendo** Dictus(ut Marcus Varro quarto de lingua latina libro scribit) omnes res quas fert fundus & quæ in fundo ferūtur,comprehendit, quam descriptionem Celsus approbans fructum esse ait, quicquid in fundo nascitur. quicquid inde percipi potest l.item si fundi, de usufruc.& ita Paulus quoq;
2 definit l.arbores.de usufruc.adeo † ut si lapidicinæ,cretifodinæ,auri,argenti,fodinæ, uel cuiuslibet alterius fuerit,in fructu habeantur, idque Vlpianus lib. 35. ad Sabinum respondit l.diuortio.§. si uis.solu. mat. Aucupia quoq; uenationes, & pisca.in fructu recte esse dñr, ꝙ ubique intelligēdum est, cum fructus ex his potissimum constat, alioqui uenationē,
3 Labeo l.uenationem.de usu.fructum fundi negauit esse,† nā si alia est maior fundi utilitas,q̄ uenatio, feræ bestiæ,non iure ciuili,ut fructus,sed iuregentium primo occupanti acquiruntur l.usufructuarium.de usufru.sed & arbores cęduas,uel cremales in fructum cedere,Vlpianus.li 35. ad Sabinum scribit l.itē si fundi.§.fi.& l.seq.de usuf.quod Celsus, Trebatius, & Pomponius probant d. l. diuortio. §. si fundum.Grandes aūt uel frugiferas arbores in fructum non computari,idem Vlpianus ait l.æquissimum. de usufruc. his enim excisis substantia fundi salua non temanet, funduslq; deterior efficitur
4 d.l.æquissimum l.sed & grandes.de usufru.† quare fructuariū arbores frugiferas excidere nō posse,Iulianus,Celsus,& Paulus putant le.arboribus. de usufr. Huc pertinet, quod Vlpia. libro 27.ad edictum scribit d.§.si fundum,arboribus euulsis, uel ui uentorum deiectis, usque ad usum suum,& uillæ, posse usufructuarium ferre, nec materia eum pro ligno usurum, si habet uñ ligno utatur,alioqui, & si totus ager hunc casum passus sit,oēs arbores auferet fructuarius,ꝙ ei non ꝯcedit,neq;.n.in fructu sunt.Idem Vlpia d.l. diuortio. §.si uis.
5 † Si arbores(inquit)non cæduæ ui tēpestatis ceciderint, dici oportet p̄cium earū restituendum mulieri, nec in fructum cedere, nō magis,q̄ si thesaurus fuerit inuentus,in fructum. n.non computabit, sed pars eius dimidia restituet, quasi in alieno inuenti.Idem ēt rñdit l. ex lapidicinis. de iu.dot.lapides in fructu nō esse,nisi talis sit fundus,ut lapis ibi renascat. unde si ex lapidicinis dotalis fundi lapides uel arbores,q̄ fructus non essent,siue superficiē ædificij dotalis,mulieris uolūtate maritus uendiderit,Pomponius scripsit,nummos ex ea
6 uēditione receptos datis esse.Ex suprascriptis apparet, †pauo altiorē esse fructus appellationem, q̄ frugis,neq;.n.omnia quæ fert fundus,fruges recte dicunt, nam & Iulianus scribit l.frugē.de ver.signi.falsum esse,fruges oēs esse,quibus homo uescat,non.n.carnes,aut aues,ferasue, aut poma fruges dici. Ceterum frugem pro reditu appellari Vlpianus rñdit d.l.frugē,non solū qđ ex frumētis,aut leguminibus, verū ēt qđ ex uino uel ex syluis cęduis,-cretifotidinis, lapidicinis capitur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in genere sumptus quid significet.*
2 *Fructus a fruendo quare dicatur.*

De generali fructus significatione. Cap. II.

1 **Generaliter tamen** † Et non ea tantum, quæ in fundo ferūtur, sed oīa lucra,oīa emolumenta,oēs deniq;commoditates,quæ ex re
2 qualibet percipi p̄nt,appellatione fructus ꝓtinent, † unde a fruēdo,fructum q̄dam dictum putant, qđ oīa q̄bus fruimur cōprehendat,nā & qui ex pecudibus nascunt fętus,in fructu sunt,sicut lac,& pilus,& lana,ut Caius lib.2.rerū quotidianarum rñdit l. in pecudum. de usuris. quam sententiam diuus Iustinianus probat.§.in pecudum.Insti.de rerum diui.

SVMMARIVM.

1 *Partus ancillæ,an inter fructus numeretur.*
2 *Partus ante diem fideicommissi cedentem editus non continetur fideicommisso.*
3 *Rogatus restituere hæreditatem ancillarum partus non retinebit.*
4 *Pugnantia inter iurisconsultos etiam antiquos non modica.*
5 *Iurisconsultorum duæ sectæ a quibus inductæ.*
6 *Contrarietas nulla inter leges reperitur,licèt bene inter iurisconsultorum responsa sit repugnantia.*
7 *Pandectarum compilatores memoria lapsi.*
8 *Distinctiones Accursii rediculæ & ineptæ.*
9 *Partus ancillarum an reditus appellatione contineatur.*
10 *Partus ancillarum retinere non potest, qui hæreditatem restituere rogatus est.*
11 *Ancillæ hæreditariæ dicuntur,quæ fuerunt ipsius testatoris.*
12 *Accursius falsi accusatur.*
13 *Partus ancillarum à quibus inter fructus nominentur,& a quibus non.*
14 *Fructus in sacris literis quandoque pro operibus capitur.*

An partus ancillæ in fructu sit. Cap. III.

Sed an partibus Ancillæ in fructu esset, uetus qō fuit,idq; uel Cicerone teste, cuius primo de finibus bonorum & malorum libro, uerba
1 hæc sunt.† An partus ancillæ in fructu sit habendus,differetur inter principes ciuitatis P. Sceuolam, Marcumq; Manilium,ab hisq;. M.Brutus dissentit,quod & acutum genus est, & ad usus ciuium non inutile, hactenus Cicero.Manilius & Sceuola ancillæ partum in fructu esse rñderunt, ea de causa, ꝙ sicut in cęteris animantibus illorū fætus in fructu est, ita ancillæ partum in fructu esse uoluerunt,pluresq; iurisconsulti in hanc sñam concessere. Nam & Iulius Paulus li 14.Rñsorum,hæredem, qui rogatus erat,post mortem suam hr̄ditatem sine reditu restituere,rñdit l.Paulus.de usu.l.Paulus ad
2 legem Fal.† Partus ante diem fideicommissi cedentem editos fideicommisso non ꝓtineri, sed ad hæredes eius qui rogatus est pertinere,eosq; in quartam,& quartæ fructus computandos,si de lege Falcidia qō intercedat.Idem apud Neratium esse refert, eum qui similiter rogatus esset, ut mulierē restitueret,partum eius restituere cogendū non esse,nisi tūc editus esset,cum restituēdo fideicommisso moram feciisset. Sed Papinianus ꝫ sensit,ait enim l.deducta §.hæc hæreditatem.ad Trebel.† rogatum post mortem suam, exceptis redi
3 tibus hæreditatem restituere,ancillarum partus retinere nō posse, quam sñam Vlpianus probās,si quis(inquit) l.mulier. §.sed enim. ad Trebel.rogetur hæreditatem restituere, placere eum cogi redere partus, si extant; quia hi in fructibus non habentur. Non enim, sicut pecudum fętus,ita ancillarum partus in fructu esse M.Brutus respondit, cuius sententiam obtinuisse,Vlpianus lib.18.ad Sabinum refert.Nam(ut eleganter Caius d.l. in pecudum. de usur. scribit) absurdum uidebatur,hominem in fructu esse,cum omnes fructus rerū natura gratia hominum procreauerit,& hanc rōnem diuus quoque Iustinianus lib.2.Institutionum probat.§.in pecudū.
4 de rerum diui.† Neque porrò cuiquam mirum uideat quod dicimus,a Papiniano & Vlpiano Iulium Paulum dissensisse, quasi verò fieri non potuerit,ut ueteres illi Iurisperiti, dum consultoribus de iure responderent, in ꝫrias sententias irēt, sed omnes ex composito,uno ore,unoque ꝫsensu,proposita qualibet facti specie, eadem responsa darent,naturalique illa dissentiendum facilitate carerent. Neminem arbitror

Source : BIU Cujas

tam temerarium futurum, qui M. Ciceronem falsi arguere ausit, quod scripserit, primores illos ciuitatis Romanæ iurisconsultos. P. Sceuolam M. que Manilium, in supra scripta quæstione dirimenda a.M.Bruto dissensisse, nosque eũ non feremus, qui Paulum Sceuolæ & Manilij. Papinianum uerò Vlpianum, & Caium.M.Btuti sententiam secutos esse probauerit. Sed quis, nisi ciuilis historiæ imperitissimus, asseruerit, Antistio Labeoni, & dissoluendis huius disciplinæ
5 nodis, cum Atteio Captione bene semper conueniisse? † cũ hi duo ꝓtradicendi studio(ut Pomponius refert)l.2.de orig. iur.diuersas iurisc ōsultorum sectas fecerint, quas Massurius Sabinus & Nerua longe lateque auxerunt. Quid quòd Cassius & Proculus has easdem dissensiones in dies magis ac magis promouendo,eo usque processerunt,ut alij Cassiani, Proculiani appellarentur,ex quorum omnium responsis,cũ a Iustiniano quinquaginta Digestorum libros compositos esse constet,qua tandem ratione defendemus,nulla in his libris iurisconsultorum inter se pugnantium contrarias sentẽ tias reperiri? Sed audio Iustinianum,ex immensa illa & confusa ueteris iurisprudentię librorum multitudine,ea tantum in hos quinquaginta libros digessisse,quæ ad usum quotidianum necessaria, firmissimique iuris & æquitatis rationibus niti uiderentur,queq; inter se optime conuenirent, nullam-
6 que in eisdem libris antinomiam reliquisse. † quod equidẽ uerum esse fatemur; non tamen ad iurisconsultorum respõsa,sed ad leges illas, quas nomothetæ promulgarunt,referri oportere dicimus.Sed concedamus supra scriptum Iustiniani edictum in his etiam iurisconsultorum responsis, quæ in quinquaginta libros redacta sunt,expressum esse,non continuo ulla in ijsdem libris contraria responsa deprehendi posse negabimus.Ii enim,quos ad componendum † Pandectarum opus Imperator Iustinianus delegit, & si iuris in primis periti fuerint, tamen ut homines errant, memoria labi potuerunt,contrariaque iurisconsultorum responsa alijs,atque alijs titulis interserere, quod ipsemet Iustinianus ingenue fatetur; cum ait, omnium meminisse,& in nullo prorsus peccare, diuinitatis magis esse,quàm humanitatis. Idem in ea quam pro Codicis & Pandectarum libris confirmandis ad Tribonianum misit epistola,nullam(inquit) secũdùm quod possibile est, discordiam derelictam esse, nimirum id probe sciens,uix fieri posse,quin in tanto opere aliqua discordia relinqueretur. Nouum igitur aut absurdum nemo existimet, quod in hoc iuris articulo Iulius Paulus & Papiniano,Caio,
8 & Vlpiano dissentiat. † Omnes enim distinctiones quas adducit Accursius,ut illum cum his conuenire cogat,facile quis ineptas esse, & ridiculas intellexerit.Et primum quidem in hunc modum distinguit Accursius d.l. Paulus. de usu. & in d.l.deducta.§.hæreditatem. ad sena. Trebelli.ut Paulum, de partu ante diem fideicommissi cedentem edito,Papinianum uerò,de eo qui postea editus est, sensisse dicamus,quasi uerò in dubium uocaret Papinianus,an editi post moram partus fideicommissario restituendi essent,an non,& de iure apud omnes certo & indubitato responderet, ac non potius controuersia in eo esset, an appellatione redituum ancillarum partus continerentur.Cum enim hæreditatem,exceptis reditibus, restituere quis rogatus esset, dubium erat,
9 † an partus ancillarum ut reditus retinere posset, respondit Papinianus non posse,neque enim testatorem,qui a restitutione fideicommissi reditus excepit, ancillarum partus excepisse uideri,cum inter reditus non connumerentur. Quare non sine causa hæreditatem exceptis reditibus restituere rogatum ancillarum partus retinere non posse absolute dixit Papinianus, quasi ita diceret.Is qui hæreditatem,exceptis reditibus post tempus restituere rogatus est, omnes qdem fructus, obuentiones, reditus,quos ante diem fideicõmissi cedentem percepit,retinere potest,at partus ancillarũ. non potest,cum in fructibus, reditibus, uel obuentionibus non habeãtur,& ita interpretandum esse,Vlpianus in s.scri-
10 pto rño apertissime ostendit,inquiens. † Si quis rogetur hæreditatem restituere,cogi reddere partus,si qui extãt,& partuum partus;quia hi in fructibus non habentur.Ex his appareret,primam hanc Azonis distinctionem plane ineptam esse Cum enim dixit Vlpianus, Hæredem cogi reddere partus, & partuum partus,non subiunxit,qui post moram uel diem fideicommissi cedentem percepti sunt,sed quia hi in fructibus non habentur.Alioquin non specialiter partus tantum, sed generaliter omnes fructus hæredem cogi reddere Vlpianus dixisset & Papinianus,nõ tantum ancillarum partus,sed nullos fructus hæredem retinere posse dicere debuisset Sed ut s.diximus,ideo Vlpianus cogi hæredem partus ancillarũ restituere,specialiter dixit; quia omnes fructus medio tempore perceptos retinet partus ancillarum eodem tempore editos,restituere debet,quia in fructu non sunt. Altero modo Accursius distinguit, ut de partu ancillæ alienæ, quæ testatoris non erat, opinio Pauli procedat,at Papiniani Vlpianique responsum in partu ancillæ,quæ propria testatoris erat locum habeat,quæ distinctio, æque ac superior,improbanda uenit,cum Paulus in neutro ex s. scriptis responsis uel unũ uerbum expresserit,ex quo conijcere debeamus,eum de partu ancillæ alienæ loqui, imo uerò de partu ancillæ quæ testatoris fuit,eadem rñsa intelligenda esse,ipsius uerba declarãt,
11 † quæ de partu ancillarum hæreditariarũ expressa sunt, nisi forte eas tantum ancillas hæreditarias dici putemus, quæ non ipsius testatoris, sed alterius fuerunt. Postremò tradit Accursius apud Papinianum de partu ancillæ agi quæ exceptis reditibus, uel sine redditu per fideicommissum relicta est,apud Paulum uerò, de partu eius ancillæ tractari, q̃ simpliciter,& absolute non addita hac clausula, sine reditu per
12 fideicommissum relicta est. † Esset hoc insimulandus falsi Accursius,qui expressam ad uerbum clausulam,responso iurisconsulti detrahere audeat, nisi detracta hæc clausula postremam hanc eius distinctionem infirmaret, tantum abest ut adiuuet.Si enim is, qui, exceptis, sibique retentis reditibus hęreditatem restituere rogatus est,ancillarum partus retinere non possit, sed eos fideicom. restituere cogatur multomagis nulla retentionis fructuum mentione facta,hęredi tatem restituere iussus, partus ancillarum restituere cogendus.Sed & hanc distinctionem,oblitus fuit Accursius,eo in loco refellit,ubi hęreditatis quæ sine redditu uel simpliciter non adiecta hac uel simili particula, fidei alicuius restituenda committitur,eandem causam esse recte putat d.l.Paulus. de usu.His ergo friuolis & nullius momenti distinguentib⁹
13 reiectis(ut rei ueritas habet)dicendũ esse arbitramur.† Pau. cum Manilio & Sceuola existimasse in fructibus ancillarum partus haberi,Papi.uerò Caium & Vlpia.Bruti opi. secutos, id negasse, quorum sententia tanquam humanior recepta est.Nonnunquam tamen fructum metaphoricos pro partu usurpari uel sacræ literæ nos docent, nam ut diuus Lucas, Lucæ c.2.scriptum nobis reliquit, archangelus ille Gabriel salutis nostræ assertorem Iesum Christum sacrosan.uirginis Mariæ partum beneficium fructum appellare non dubita-
14 uit.† Iliud etiam notissimum,est fructum pro operibus in sacris literis frequentissime usurpari: quoties.n.uel Christus ip se, uel apostoli nos ad peragenda bona opera exhortantur, ferè super uerbo fructus uti solent, ut apud Mattheum ca.2. Facite fructus dignos pęnitentiæ,& innumeris alijs locis.

SVMMARIVM.

1 *Fœtus animalium,prædiorum rusticorum redditus, prædiorum urbanorum pensiones pro fructibus capiuntur.*
Fructus nomine quæ comprehendantur.
2 *Vsuræ uicem fructus obtinent.*
3 *Vestimenta & scyphus in fructibus computantur.*
4 *Fructus rerum omnium mobilium,immobilium, corporalium, & incorporalium esse possunt.*
5 *Terra ferarum ne,an hominum causa potius gignere dicatur.*
6 *Hominis causa rerum copiæ omnium comparatæ.*
7 *Animalia omnia hominis gratia in esse producta.*
8 *Sus in escam homini datur,ad nil aliud utilis.*
9 *Homini cuncta & mari,& terra homini seruient.*
10 *Fructus dicitur quid hominis usui accommodum est.*
11 *Instrumentorum & rationum nomine quæ ueniant.*

Quòd omnium rerum sint fructus ad usum hominum procreati. Cap. IIII.

Sed ut unde digressa est eo Nostra redeat oratio

1 † non solùm animalium fętus,aut prędiorum rusticorum reditus, sed & prædiorum urbanorum pensiones pro fructib. accipi Vlpianus libro primo ad edictum respondit l.prædiorum. de usñ.Mercedes quoque a colonis acceptas loco fructuum esse, operas quoque seruorum, item uecturas nauium & iumentorum in eadem esse causa, qua sunt pensiones,idem Vlpianus scripsit l.mercedes. de peti.hæred. Idem
2 libro undecimo ad edictum ait l.usuræ.de usu. † Vsuras uices fructuum obtinere, & meritò non debere à fructibus separari, & ita in legatis, & fideicommissis, & in tutelæ actione, & in cæteris bonæfidei iudiciis seruari. Denique (ut Iabolenus ait lege in fructu. de usufruc. lega.) in fructu esse intelligitur, quicquid ad usum hominis inductum est. Secundùm quàm definitionem, omnium rerum fructum aliquem esse, Caius libro sexto ad leges duodecim tabularum exactissime declarat, quærit enim lege uideamus. de usuris. An omnibus rebus petitis, in fructibus quoque possessor condemnetur. Quid enim si argentum aut uestimentum,aliamve similem rem? quid præterea si usumfructũ aut nudam proprietatem,cum in alienis ususfructus sit petierit? neq;.n.nudæ proprietatis, quò ad ꝓpriætatis nomẽ attinet,

fructus

Source : BIU Cujas

fructus vllus intelligi potest, neq; vsusfructus, rursus fructus eleganter computabitur. Quid igitur si nuda proprietas petita sit? ex quo perdiderit fructuarius vsumfructum, æstimabuntur in petitione fructus. Item si vsusfructus petitus sit.
3 † Præterea Gallus Aelius putat, si vestimenta aut sphyphus petita sint, in fructu hæc enumerandæ esse, ꝙ locata ea re, mercedis nomine capi potuerit Iter quoque & actus si petitus sit, vix est, vt fructus vlli possint æstimari, nisi quis commodum in fructibus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petisset ire, agere non prohiberetur, quod admittendum est. Fructus etiam rei secundū
4 Iabolenum l.fin. de vsu. est, vel pignori dare licere. † Ex his perspicuum est, non tantum fundi, sed & omnium rerum, mobilium, immobilium, corporaliū, incorporalium aliquos fructus esse, atque ad vsum hominum procreatos, quā rem M.Cicero libro de legibus. primo eleganter describit in hęc ferè verba. Ad hominum commoditates & vsus tantā vbertatem rerum natura largita est, vt ea quæ gignuntur consultò nobis non fortuito nata videantur, nec solum ea quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partim esse ad vsum hominū, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. Idem lib. secundo, de natura Deorum, hac eadem de re copiosius differit, quem locum, memoratu sanè dignum, non alienū esse existimaui hic interserere, ipsius Ciceronis verba refer-
5 re. † Tertia (inquit) fęta frugibus & vario leguminum genere, cum maxima largitate fundit ea, ferarum ne an hominum causa gignere videtur? Quid de vitibus, oliuetisq; dicā? quarū vberrimi letissimiq; fructus, nihil omnino ad bestias pertinent, neque enim ferendi, neque colendi, nec tempestiuè demetendi percipiendiq; fructus, neque condendi ac reponendi, vlla pecudum scientia est, earumq; omnium rerū hominum est & vsus & cura. Vt fides igitur & tibias eorum causa factas dicendum est, qui illis vti possunt, sic ea quæ diximus, solis confitendum est, esse parata, qui vtuntur, nec si bestiæ furantur aliquid ex his aut rapiunt, illarum quoq; causa ea nata esse dicimus: neque enim homines muriū aut formicarum causa frumentum condunt, sed coniugum & liberorum & familiarum suarum. Itaque bestiæ furtim, vt dixi,
6 fruuntur, domini libere & palam. † Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas fatendum est, ni forte tanta vbertas & varietas pomorum, eorumq; iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem adfert, quin hominibus solis ea natura donauerit, tantumque abest, vt hæc bestiarum etiam causa parata sint, vt ipsas bestias hominum gratia cōparatas esse videamus. Quid enim oues aliud adferunt, nisi vt earum villis confectis atque contextis, homines vestiantur? quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque vllum fructum edere ex se, sine cultu hominum & curatione potuissent. † Canum verò tam fida custo
7 dia, tamq; amans dominorum adulatio, tantumque odium in extraneos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in uenando, quid significat aliud, nisi ad hominum cōmoditates esse generatos? Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant, nō esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda, quibus cum terræ subigerentur, fissione glebarum, ab illo aureo genere (vt poetæ loquuntur) vis nulla vnquam adferebatur. Ferrea tum verò proles exorta repente est, Ausaq; funestum primaq; est fabricarier ensem, Et gestare manu vinctū domitumque iuuencum. Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum visceribus vesci scelus haberetur. Longum est mulorum persequi vtilitates & asinorum, quę certè ad hominum
8 vsum paratæ sunt. † Sus verò quid habet præter escam? cui quidem, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus. Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fęcundius. Quid multitudinem suauitatemq; piscium dicam? Quid auium, ex quibus tanta percipitur voluptas, vt interdum pronea nostra epicurea esse videantur Atque hæ ne caperentur quidem, nisi hominum ratione atque solertia, quanquam aues quasdam & alites, vt nostri augures appellant, rerum augurandarū causa natas eē putamus. Iamuero immanes & feras belluas nanciscimur venando, vt & vescamur his & exerceamur in venando, ad similitudinem bellicæ disciplinę, & vtamur domitis & condocefactis, vt Elephantis, multaq; ex earum corporibus, morbis & vulneribus eligamus, sicut ex quibusdā stirpibus & herbis quarum vtilitates, longinqui temporis vsu
9 & periclitatione percepimus. † Totam licèt animis tanquā oculis lustrare terram, mariaq; omnia cernere iam spacia frugifera atque immensa camporum, vestituſque densissimos montium, pecudū pastus, tum incredibili cursus maritimos celeritate, nec verò tātum supra terram, sed etiam in intimis eius tenebris plurimarum rerum latet vtilitas, quæ ad vsum hominum orta, ab hominibus solis inuenitur. Ex his Ciceronis verbis apparet verissimū esse quod Iabolenus in d.l. fi.
10 de vsufruct. leg. ait, † in fructu esse, quicquid ad vsum hominis inductum est, & vt Caius scribit d.l. videamus de vsuris. omnium rerum fructum aliquem esse. Et hanc sententiam nostri interpretes secuti, munerum, honorum, & dignitatū fructus esse tradiderunt. Vnde actuarij & tabellionis salaria in fructu esse Bar. respon. l. quædam, §. nihil. de eden. Idē mulctas, quæ cōdemnatis infligi solent, bonorum item publicationes, quæ ad principis ærarium referuntur, in fructu iurisdictionis haberi censet l.fin. solu. matr. Quare si mulier territorium marito in dotem dederit, omnia bona subditorum etiam immobilia constante matrimonio publicata dotem minimè augere, idem Bar rectè putat d.l. fin. nec mulieri soluto matrimonio restituēda esse, sed vt cęteros dotis fructꝰ mariti lucro cędere, quæ sententia Bal. l. diuortio. §. si vir. soluto matrimo. quoque & Corn. cons. 243 incipi circa. vol. 4.
11 placuit. † Sed & si quis instrumenta sua, vel rationes legauerit, idem Bar. d.l. quædam §. nihil. de eden. respondit, hæredē, quicquid ex his emolumētis post aditam hæreditatem perceperit, id omne legatario restituere debere. Præsentationē quoque in fructu iurispatronatus esse Innoc. & Pan. tradunt c. consultationibus. de iure pat. sicut & conferendi eligendique potestas fructibus sacerdotiorum annumeratur. Quicquid igitur emolumenti quacunque ex re percipi potest, id omne fructus nomine comprehendi satis demonstratū est.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus specialiter sumitur pro ijs, quæ ex arboribus nascuntur. Glandis appellatione continentur omnes fructus.*
2 *Edictum prætoris de glande legenda, in quibuslibet fructibus locum habet.*

De stricta fructus significatione. Cap. V.

1 Sed secundum † strictiorem significationē fructus dicuntur, qui ex arboribus nascuntur, & sic accipiendum est, quod Vlpianus ad prætoris edictum ait l. vnica, de glan. legen. Glandis nomine omnes fructus contineri, quod Caius exemplo Gręci sermonis confirmat l. qui venenum. § glandis, de verbo. signific. apud quos omnes arborum species acrodrua nimirum apodruos idest a quercu cuius appellatione omne arboris genus intelligitur. † Ideo edictum prætoris, quod de glande quæ in vicini fundum cadit, tertio quoque de legenda propositum est
2 d.l. vnica, de glan. legen. in fructibus qui ex qualibet arbore proueniunt locum habet.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus ciuiliter sunt, qui deductis impensis supersunt.*
2 *Hærens indignus quos fisco tenea tur reddere fructus.*
3 *Fructuum certam quantitatem annis singulis collaturum se pollicitus, nulla impensarum deductione facta præscribit.*
4 *Decimæ fructuum absque ulla impensarum deductione solui debent.*
5 *Decimæ de negotiationis lucro debitæ, deductis impensis præstantur.*

De ciuili fructus significatione. Cap. VI.

1 Nouissimè sciendum est † fructus ciuiliter eos demum dici, qui supersunt, deductis impensis, quæ quærendorum, colligendorum, & conseruandorum eorum gratia fiunt, & ita Vlpianus, & Paulus definiunt l. fructus, solu. matrim. l. si a domino. §. vlt. de pet. hær. l. quod in fructus. de vsuris. quæ definitio Imperatorum Dioclitiani, & Maximiniani rescripto confirmatur l. 1. C. de fru. & liti. impen. Vnde qui quacunq; ex causa fructus ex re aliqua perceptos alteri restituere & pręstare iure debet, eos fructus reddere cogendus est, qui deductis impensis supersunt, licèt prędo, & malæfidei possessor sit, vt Imperator Gordianus Muniano militi Aphricæ rescripsit l. domum. C. de rei vendi.
2 † Hoc amplius etsi lex expresse dicat d.l. 1. C. de his quib. vt indign. integros fructus hæredem indignum fisco restituere debere, adhuc tamen 2. duntaxat fructus in restitutionē venient, qui sumptibus deductis supererunt, idq; a Bald. & Sal. responsum est d.l. 1. C. de fruc. & liti. impen. Pari ratione si summus Pontifex alicui sacerdotium proximè vacaturum conferri mandauerit, ex quo cētum modia frumenti annua percipiantur, licèt messium tempore, ipso facto plusquàm centum modia ex eo sacerdotio quod primo vacare contingit percipiantur, poterit tamen ei qui sub hac forma mandatum a summo Pontifice obtinuit, hoc beneficium conferri, si deductis sumptibus centum modia tantum supersint, quā sententiam Bal. d.l. 1. C. de fruc. & liti. impen. Raphael Cumanus l. fructus. soluto matrimo. Pau. Castren. l. non amplius. de
3 leg. 1. & Ias. d.l. fructus. solu. matr. probant. † Si tamen certam & determinatam fructuum quantitatem singulis annis aut

mensibus

mensibus præstare quis debeat, verbi gratia, colonus, q fundum ea lege à domino colendum accepit, & quotannis decem modia tritici domino præstaret, ea integra vt conuentum est, domino dare debet, nec vllam impensarum nomine deductionem facere potest, & hoc a plerisque respõsum est. Bar. & alij Doctor. in l. fructus. soluto matri. Sed etsi certa pars pretij, frumenti, vini, olei venditi, aut cuiuscunque alterius rei, tributi nomine principi debeatur, totius pretij quod ipso facto emptor soluerit præscripta per legem portio, fisco præstanda erit, nullaq; ob impensas in proxenetas vel ipsarũ rerum venalium proscriptionem factas, de pretio deductio fiet, sed nec impensæ, quæ pro quærendis fructibus venditis
4 factæ sunt deducentur, & hoc iure vtimur. † Simili modo si quis decimam, vicesimam, tricesimam, aut aliam quamlibet partem fructuum quos collegerit soluere teneatur, nullis deductis sumptibus omnium fructuum ipso facto præceptorũ decimam aut aliam quam debet partem præstabit, nam vt in superiore, ita in hoc quoque articulo, non iuris, sed facti, non ciuilis, sed naturalis fructuum significatio spectãda est: & ita rescripto summi Pontificis Celestini tertij declaratur c. non est. de deci. cuius verba sunt hęc. Volumus & districtè præcipimus, quatenus antequàm vllas deducatis, de vino, grano, fructibus arborũ, pecoribus, hortis, venatione, & omnibus alijs bonis expẽsas, decimas ecclesijs ad quas pertinẽt, cum integritate debita persoluatis. Idemq; Innoc. III. nõ semel sed iterum atque iterum & sępius rescripsit c. tua. c. pa-
5 storalis. c. cum non sit. eod. tit. † Verum quæ de negotiationis lucro decimæ solui debent, deductis sumptibus, qui in negotiationem facti sunt, soluendas esse eiusdem Inno. III. rescripto constitutum est, in hæc ferè verba, respõdemus circa res acquisitas vel factas de pecunia decimata cũ ipse venduntur deducendas esse expensas, & de residuo, quasi de lucro decimas persoluẽdas, vt si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces; cũ enim lucri ex negotiatione & artificio quæsti decimæ sint soluendæ, impensas prius deduci oportere manifestum est, cum lucrum nisi omnibus deductis impensis, ne esse quidem, sed nec dici vllo modo possit.

DE NATVRALIBVS FRVCTIBVS & ijs qui cura humana proueniunt. Tit. 2.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum omnium in mundi exordio species vna fuit.*
2 *Fructus in origine sponte sua nascebantur.*

Quòd omnes fructus primo illo nascentis orbis exordio naturales fuerint. Cap. I.

Expositis ijs quæ ad fructus definitionem attinent, deinceps ad diuisionem transgrediamur,
1 & primum quidem illud satis constat, a † prima illa mundi origine non plures, sed vnam atque eandem omnium fructuum speciem fuisse, omnes enim fructus ab ipso summo rerum omnium opificè Deo, soloq; eius verbo sine cultura cuiusque & cura, sed sua spontè & nullo cogente nascebantur, vt Moses Geneseos primo testatẽ his verbis, & vidit Deus quod esset bonum & ait. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, lignumq; pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terrã, & factum est ita, & protulit terra herbam virentẽ & facientẽ semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructũ & habens vnumquoq; semen secundùm speciem suam. Idem secundo capite scribit. Produxitq; dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, quod ipsum & Ouidius quamuis poeta ethnicus non ignorauit tamen, sed prima illa & vere aurea ætate omnes fructus naturales fuisset aptissimè describit hisce carminibus.
2 Ipsa † quoque immunis rastroq; intacta, nec vllis.
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus,
Contentiq; cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fętus, montanaq; fraga legebant,
Cornaq; & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris.
Mulcebant zephiri, natos sine semine flores,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis carebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaq; de viridi stillabant ilice mella.
Idem Vergilius j. Georgicon lib. ita scribit,
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.
Nec signare quidem aut partiri limite campum.
Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Idem egloga quarta, auream illam ætatem aliquando redituram fingens, sic ait,
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus vua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.
Martialis quoque, dum insulas fortunatas describit, vel ob id potissimum eas beatas esse prædicat, quòd in eis omnes fructus sua spontè nascantur, ita inquiens,
Reddit vbi Cererem tellus iurata quotannis,
Et imputata floret vsque vinea.

SVMMARIVM.

1 *Terra quo tempore fructis suos sponte sua produceere desierit.*

Quo tempore cęperint fructus cura hominum & cultura prouenire. Cap. II.

1 Sed posteaquam † callidi serpentis astutia, circumuẽtæ vxoris suasioni primus hominum parens adquieuit, & neglecto Dei præcepto decerptum ex arbore scientiæ boni & mali pomum comedit, tum demum fructus suos, vt antea solebat, terra sua sponte pruducere desijt, assiduumq; laborem hominum, & cultum postulare cępit, nam & Moses Geneseos capite tertio refert, Dominum Deum ipsi Adam sic comminatum fuisse. Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti, de ligno, de quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, & laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ suæ, spinas & tribulos terminabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore vultus tui vesceris pane. Ad hoc ipsum pulchrè & eleganter allusit Ouidius lib. Metamorphoseor. j. in hunc modum.
Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso
Sub Ioue mundus erat,
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt, pressiq; iugo gemuere iuuenci.
Idem Virgil. lib. j. Georgicon scribit in hæc verba.
Mellaq; decussit folijs, ignemq; remouit,
Et passim riuis currentia vina repressit,
Vt varias vsus meditando extunderet artes.
Paulatim & sulcis frumenti quæreret herbam.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum omnium species duæ a iureconsultis ostensæ.*
2 *Fructus ciuiles qui a Bartolo dicantur.*
Fructus misti, qui.
3 *Quæstiunculæ Doctorum iuris inæptæ contemnendæ.*

Quòd inter naturales fructus, & eos qui humana cura proueniunt species media non sit, & quàm grauiter Bartolus alijq; interpretes tertiam speciem merasq; nugas huic diuisioni adijciendo hallucinati fuerint. Cap. III.

1 Hinc summam † fructuum in duas species diuisionem Pomp. li. 12. ad Quintũ Mutium tradit l. fructus. de vsu. Alios enim ex facto & operis hominum proueniunt.
Alij verò non ex facto hominum, sed natura & spontè proueniunt, & hãc diuisionem lib. Georgico. secundo, probat Virgilius hisce versibus.
Principio arboribus varia est natura creandis.
Namque aliæ nullis hominum cogentibus ipse.
Spontè sua veniunt
Pars autem posito surgunt de semine.
Sed huic diuisioni Bartolus tertiã speciem addit l. ex diuer-
2 so. de rei vendi. † fructuum quos ciuiles appellat, & hos definit esse, qui neq; spontè nascuntur, neque ex facto hominũ, sed iure proueniunt, vt mercedes ex locatione ædium, & vectura nauium. Alij Bal. in l. 1. C. de fru. & liti. impen. Pau. Cin. Petr. in l. certam. C. de rei vendic. Pan. & alij in c. grauis. de restit. spol. mixtos adijciunt, qui partim natura, partim hominum industria obueniunt. Atqui verius est, vt supra ex Pomponio retulimus, duas tantum species fructuum, & inter eas nullam mediam esse, cum vtique omnes fructus, qui non sola natura & spontè nascuntur, quique sine cultu & curatione hominum percipi non possunt, industria hominum prouenire dicantur, vt mercedes ex locatione ædium, & vectura nauium, nam ex facto eorum qui locant aut vehendum
3 aliquid accipiunt, percipiuntur. † Taceo frigidas & inæptas nostrorum interpretum circa hanc diuisionem quæstiones. An oliua naturalis sit fructus, & quid de oleo dicendũ. Quales sunt fructus, lac, pilus, & alia huiusmodi, indignaque vel pueri tractent, inter quæ etiam de lana caprina rixantur, alijs industria prouenire contendentibus, iandemque post

longas

Source : BIU Cujas

longas altercationes ita conueniunt, vt ad iudicem hanc de lana caprina rixam deferre nō dubitent, qui eam diffinitiua sententia dirimat, sed de hac diuisione satis, nunc aliam proponamus.

DE FRVCTIBVS FVTVRIS pendentibus, perceptis, & ijs qui percipi potuerunt. Titu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in quatuor species diuisi, & quæ earum quælibet.*
2 *Fructus futuri qui dicantur.*
3 *Legari potest quod in rerum natura adhuc non est, sed futurum speratur.*
4 *Fructus & partus futuri rectè possunt emi.*

Qui dicantur fructus futuri, & an in commercio hominum sint. Cap. I.

1 Sequitur alia † fructuum in quatuor species diuisio, nam alij sunt futuri, alij pendentes, alij percepti, alij qui percipi potuerunt, quam distinctionem diligenter, & acurrate obseruandum esse, innumera iu-
2 risconsultorum responsa passim ostendunt. † Futuri autem (vt Pomponius scribit l. quod in rerum. de leg. 1.) dicuntur, qui necdum producti formatiue, sequentibus annis nascituri sperantur, quam descriptionem diuus quoque Iustinianus lib. secundo Institutionū probat §. ea quoque. de lega & hos perinde atque iam natos in commercio hominum esse in-
3 dubitati iuris est, nam & idem Pomponius † quod in rerum natura adhuc non sit legari posse scribit d. l. quod in rerum. veluti quicquid illam ancillam peperisse constiterit, vel ita, ex vino quod in fundo meo nasciturum est, vel fenus tantū dato, idemq; Imperator lib. secundo Institutionum tradit d.
4 §. ea quoque. Idem Pomponius, & † fructus (inquit l. nec emptio. de ℨhen. empt. & vend.) & partus futuri rectè emuntur, vt cum editus esset partus, iam tunc cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur. Paulus quod id quod in vtero est, & futuros fructus in stipulationem deduci posse respondit l. interdum. de verbo. oblig. Hæc autem stipulatio pura ex re ipsa dilationem capit; tunc enim incipit actio, cum per rerum naturam fructus promissi præstari possunt d. l. interdum. Similiter & legatis conditio inest, cum ita legamus, quod ex Arethusa natum fuerit, aut fructus ex eo fundo percepti fuerint, hæres dato, quod & Vlpianus probat l. 1. de condit. & demonstra.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio fructuum futurorum indefinita quatenus liget.*
2 *Debens iactum tesseræ, aut retis liberatur, etiam si nihil capi contingat.*
3 *Incertum fructuum futurorum quando æstimari debeat.*
4 *Debitor fructuum futurorum tenetur, si fecerit, ne nascerentur.*
5 *Fructuum futurorum obligatio de primis anni fructibus intelligitur.*
6 *Rescriptum Pontificis de sacerdotio vacante alicui conferendo, intelligi debet de primo vacaturo.*

Quatenus fructus futuri in obligationem ducti accipiendi sint. Cap. II.

1 Quare † fructibus futuris indefinitè, neque mēsura, neque temporis circunstantia adiecta, legatis, vēditis, in stipulationem aut alium quemuis contractum deductis, si nihil eo anno natum perceptumve fuerit, nihil debetur; conditione enim quæ tacitè inerat, deficiente, debitor li-
2 beratus est, nec sequentium annorum fructus debet. † Sicut enim qui aleam, captum piscium, auium, vel missilium dēt, etiam si nihil inciderit, liberatur, ita qui futuros debet, si nulli fructus nati fuerint. quia spei tantum debitor erat, d. l. nec emptio. de contrahen. empt. & vendi. Sed si id egerit debitor, ne nascantur fructus, aduersus eam agi poterit, & quemadmodum si iactum retis emero, & iactare rete piscator noluerit, incertum huius rei æstimandum esse. Celsus ait l. si iactum retis. de actio. empt. † ita incertum fructuum qui nascituri sperabantur æstimari debet. Sed etsi omnem casum futurorum fructuum debitor in se susceperit, & vel vredine, vel pruina, vel alio casu spes fructuum adempta fuerit, incertum huius rei æstimandum est. Vnde Labeo lib. quarto. posteriorum à Iaboleno epitomatorum scribit l. fistulas. §. frumenta de contrahen. empt. & vend. Frumenta quę in herbis erant; cum vendidisses, dixisti te, si quid vi aut tempestate factum esset, præstaturum, ea frumenta niues corruperunt, si immoderatæ fuerunt, & contra consuetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit. † Cęterum si neque id egerit debitor, ne fructus nascerentur, neque casum se præstaturum promiserit, fructibus primo anno non natis, vt supra dixi, liberatur, nec sequentis anni fructus præstare tenet. Quòd si bis in anno fructus nascantur, de primis tantum fructibus obligatio concepta esse intelligitur. Quod enim in anno dicitur Vlpianus ait l. diuortio. §. quod in anno. solu. matrim. posse dici & in sex mēsibus, si bis in anno fructus capiantur, vt est in locis irriguis. Econtrario, si semel tantum pluribus annis, triennio fortè, vel quinquennio, vt ex sylua cędua fructus capiantur, de triennij vel quinquennij totius fructus obligatio futurorum fructuum præstandorum intelligi debet d. §. quod in anno.

5 † Quòd autem indefinita futurorum fructuum obligatio de primis fructibus intelligi debeat, multis similibus exemplis comprobatur; nam & qui calendis Ianuarijs dari sibi stipulatur, si non addat, quibus calendis Ianuarijs, neque appareat de quibus calendis sit actum, dicendum esse Sabinus ait l. eum qui calendis. de verbo. oblig. primas calendas Ianuarias spectādas. Item Pomponius scribit l. boues. §. hoc sermone. de verbo. signific. hoc sermone, dum nupta erit, primas
6 nuptias significari. † Similiter cum vacans sacerdotium alicui cōferri summus Pontifex mandat, de eo quod primum vacabit, mandatum intelligendum esse, Bonifacius Octauus constituit. capi. non potest. capit. si clericus. de præben. in 6. non abs re igitur & futurorum fructuum obligationem ad primi anni fructus referri oportere, receptū est. Aliter enim interpretantibus eueniet, vt neq; de primo, neque de secundo, nec de reliquis consequenter annis, actum esse videatur, omnisque futurorum fructuum obligatio propter temporis incertitudinem inutilis, & nullius momenti sit, quod defendi nulla ratione potest.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debiti sub pondere, numero, uel mensura quatenus persolui possint.*
2 *Pecunia ex fructibus futuris redigenda quando solui debeat.*
3 *Fructus futuri debentur, etiam si nihil eo anno natum sit.*

Quomodo fructus futuri certa quantitate adicta in obligationem deducti accipiendi sint. Cap. III.

1 Si verò † non simpliciter, sed adiecto pondere, numero, vel mensura fructus futuri in obligatione sint, si primo post contractam obligationem anno nihil natum fuerit, in sequētes annos, donec fructus nati fuerint, obligatio differtur. Hoc enim casu, non sub conditione, sed in diem est obligatio, neque incertæ spei, sed quantitatis certę, quæ tunc demum præstari debet, cum fructus quandocunq; nati fuerint. Vnde Pedius scribit, Eum qui stipulatus est, ex fundo centum amphoras vini, expectare debere, donec nascatur, & si natum sine culpa promissoris consumptum sit, rursus expectare debere, donec iterum nascatur, darive possit, & per has vices aut valituram aut cessaturam obligationem, quam sententiam Vlpianus quoque probat l. inter stipulantem. §. pro quo illud. de verbo. oblig. † Multo magis si
2 non ipsi fructus, sed certa pecuniæ quantitas ex futuris fructibus redigenda in obligatione sit, sequentium annorum fructus expectantur, vt in hac specie, Firmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni. Papinianus respondit l. Firmio. quan. di. leg. cędit non conditionem additam, sed tempus soluendæ pecuniæ prolatum videri, & fructibus fundi relictæ pecuniæ non perceptis necessariā esse vbertatem secundi anni, quod & Iulio Paulo visum est l. Lucius. de adimen. leg. nam hoc casu, præter quàm quòd conditio addita non est, non ipsam summam legatam minuere vel augere testator voluit, sed vnde commodius solui posset demonstrare, quæ ratio Pauli & Vlpiano placuit d. l. Lucius. & l. Paulo Callimacho. de leg. 3. Amplius & si non vno anno neque semel, sed plurimis annis & sępius certa quantitas fructuum futurorū præstari debeat, si aliquo anno natum nihil fuerit, ex sequentium annorum quod prioribus defuit, suppliendum erit. † Itaque si te-
3 stator viui Falerni, quod domi nasceretur, quotannis in annos singulos binos culeos hæredem suum Titio dare damnauerit, etiam pro eo anno quo nihil vini natum esset, debere duos culeos Ivbolenus respondit l. ex eo vino, de tri. vino, & oleo leg. si modo ex vindemia cęterorum annorum dari possit, nam hoc casu, quamuis plura legata sint singulorū annorum, vnum tamen legatum omnium annorum esse videtur, & nō separatim sed simul ad omnes annos velut ad vnū, & idem tempus verba cōditionalia referuntur, quare quod vno anno deest, ex superiorib. vel sequentibus annis supplętur, quasi plures anni essent vnus, vnumq; & idem tempus quantum ad hanc speciem attinet. Quæ sententia non est sine ratione, præsertim si cum præfinitione annorum legatū fuerit, nam re vera (vt Martianus ait l. si cum præfinitione. quādo di. lega. ced.) vnum omnium annorum legatum est, quod & Papiniano placet d. l. Firmio. §. fin.

SVM-

Source : BIU Cujas

Ioan. Copi. De naturalibus fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Vendens fructum oliuæ pendentis quatenus teneatur.*
2 *Obligatio fructuum hac adiectione, quod natum erit, qualiter intelligatur.*
3 *Conditio ineſſe dicitur in uerbis, quod natum erit, qui meus erit, & ſimilib.*

De taxatione adiecta obligationi certæ quantitatis futurorum fructuum. Cap. IIII.

Iulianus tamen li. 13. Digeſtorum ſcribit l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. emp. & vend. Veriſi
1 mile eſſe, eum † qui fructum oliuæ pendentis vendidiſſet, & ſtipulatus eſſet, pro decem pondo olei, quod natum eſſet, pretium conſtituiſſe, ex eo quod natum eſſet vſque ad decẽ pondo olei, idcirco ſolis quinque collectis, non amplius emptor petere poteſt, quàm quinque pondo olei, quæ collecta eſſent. Idem Iulianus ſcribit. Cum certus numerus amphorarum vini legatus eſſet, ex eo quod in fundo Semproniano natum eſſet, & minus natum eſſet, non amplius deberi placuit, & quaſi taxationis vicem obtinere hæc verba, quod natum erit. Quæ Iuliani ſententia ſupraſcriptis Pedij Vlpianiq; reſponſis minimè contraria eſt, nam in his nulla taxationis
2 verborum mentio fit. † Apud Iulianum verò hæc verba, qđ natum erit, taxationis loco inſerta ſunt, quæ conditionem faciunt, & perinde accipienda ſunt, atq; ſi ita expreſſa eſſent, ſi quid ex eo fundo natum fuerit; nam & ſi quis in hunc modum legauerit, Stichum qui meus erit, cum moriar, hæres meus dato, idem Iulianus reſpondit, patremfamilias magis conditionem iniecisſe legato, quàm demonſtrare voluiſſe. Item Pomponius ſcribit, in mortis tempus collatum hunc ſermonem, veſtem, quę mea erit, ſine dubio pro conditione accipiendam. Sed & Stichum qui meus erit, putat pro conditione accipiendum, nec intereſſe vtrum ita, qui meus erit,
3 an ita ſi meus erit, vtrobiq; enim conditionem eam eſſe. † Sicut ergo hæc verba, qui meus erit, ita hæc quoque, quod natum erit, conditionem faciunt, qua nullis fructibus natis, deficiente, debitor (vt ante dixi) liberatur, nec diſſoluta ſemel obligatio reſtituitur, licèt ſequentibus annis vberes fructus naſcantur.

SVMMARIVM.

1 *Frumenta in herbis emere, nemini licèt, ex conſtitutione regia.*
2 *Vſura ſub ſegetum emptione qualiter lateat.*
3 *Venditio fructuum futurorum quando non fœneratitia præſumatur.*
4 *Fructus futuri in quemlibet contractum deduci poſſunt.*

An fructuum futurorum emptio & venditio tanquam fęneratitia iure prohibita ſit. Cap. V.

Sciendum tamẽ eſt, optimũ principem Ludouicũ
1 vndecimũ conſtituiſſe, † cui frumenta, quæ in herbis ſunt, emere liceat, eumq; qui aduerſus hanc legem commiſerit, arbitrio iudicis mulctandum eſſe, quæ ſanè conſtitutio non eſt ſine ratione. Primum, ne ſi frumenta, quæ in herbis ſunt, emere liceret, hac occaſione oneraretur annona, cariorq; redderetur ab ijs, qui frumenta ſic empta ſupprimerent, & æquis pretijs vendere nolent; nam & multa alia conſtituta ſunt, tot. titu. ad leg. Iuli. de anno. quibus auaritiæ eorum obuiam itum eſt, qui anno nam attentare & vexare, coemptasq; merces ſupprimere ſolent. Deinde ne domini profuſi inopes agricolæ contenti modico præſenti, ſpẽ letiſſimarum ſegetum amitterent, ad extremamq; inopiam redigerentur, cum frumentis in herba venditis, nihil habe-
2 rẽt vnde ſeipſos, vxorẽ, liberos, & familiã alerẽt. † Poſtremò, vt fęneratorũ calliditati obuiã eat, qui modica pecunia data, maximam frumenti quantitatem acciperent, atq; ita vſuras diuino & Pontificio iure vetitas exercerent cum enim certum eſt, maiorem eſſe frumenti naſcituri, quàm pecuniæ datæ æſtimationem, tunc legi, quæ vſuras vetat, fraudem fieri, ipſumq; emptionis, & venditionis contractum fœneratitium eſſe à plerisq;. Bal. in l. cum non frumentum. C. de vſu. Panorm. in c. in ciuitate. de vſu. in antiquis. receptum eſt, &
3 nos quoque probamus. † Sed ſi omnino incertum ſit, quanti meſſis tempore frumentum naſciturum æſtimabitur, idq; nulla prorſus coniectura colligi poſſit; tunc venditionem fęneratitiam non eſſe, nec emptores in pœnam fœneratorib. impoſitam incidere. Alexander Tertius Genuenſi Archiepiſcopo reſcripſit d. c. in ciuitate, quod apertius ſummi Pontificis Gregorij noni reſcripto declaratur, cuius verba ſunt hęc c. nauiganti. de vſu. in antiq. Ille qui dat decẽ ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini, olei menſuræ reddantur, quæ licèt tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tpe fuerint valiturę, veriſimiliter dubitabat, non dẽt ex hoc
4 vſurarius reputari. † Qua rõne, excepto regia ꝑſtõne, vt ſ. dixi, frumento, fructus futuri cuiuſcunq; generis ſint, donari, legari, vendi, & in quemlibet contractũ deduci iure poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pendentes qui propriè dicantur.*
2 *Fundus cum fructibus non duæ res, ſed vna dicitur.*
3 *Fructus pendentes tempore mortis teſtatoris veniunt in legato fundo, in quo pendent.*
4 *Fructus pendentes in commercio ſunt noſtro, quemadmodum & futuri.*
5 *Fructus pendentis nomine an veniant etiam fructus ſtantes.*

De fructibus pendentibus. Cap. VI.

Secunda huiuſce diuiſionis ſpecies eſt fructuũ pen-
1 dentium, † ſunt autem pendentes fructus, qui iam nati quidem & formati ſunt, ſed nondum collecti ex arboribus pendent, fundoq; & ſolo adhuc cohærent. Pro qua definitione illud eſt, quod Caius ſcribit l. fructus pendentes. de rei vendica. fructus pendentes quaſi partem fundi eſ-
2 ſe, nam † & cum fundus alienatur, quod ad eum, fructusque eius attinet, Venuleius ſcripſit l. fin. §. fin. de his quæ in frau. credi. vnam quandam rem eſſe, ideſt fundum, nec eum qui tempore hyberno habuerit fundum centum, ſi ſub tempus meſſis vindemiæve, fructus eius vendere poſſit decem, idcirco duas res, ideſt fundum centum & fructus decem eum habere intelligẽdum, ſed vnam rem habere, ideſt fundum centum & decem, ſicut is quoque vnam rem habent, qui ſeparatim ſolum ædiũ vendere poſſit, idemq; Papiniano, & Aphricano placuit l. in lege Falcidia placuit. ad leg. Falci. l. ſi ſeruus
3 communis. §. locaui. de furtis. † Vnde in legato bonorũ immobilium fructus mortis tempore pendentes, contra verò mobilibus legatis, eos minimè legatos eſſe Durandus & Bartolus reſpõderunt. Spec. in tit. de fructib. & intereſſe. §. 1. verſ. ſed pone, Bart. in d. l. in lege Falcidia placuit. quæ ſententia in venditione, donatione, permutatione mobilium rerum, vel immobilium, alijsq; ſimilibus iuris articulis locum habet: nã cum fructus pendentes res immobiles ſint, mobilibus adnumerari nõ poſſunt, neque enim, vt Iabolenus ait, poteſt vna
4 & eadem res tanquam ſoli, & mobilis cenſeri. † Cum autem futuri fructus, vt ſupradiximus, in commercio hominũ ſint, ſanè multo magis fructus pendentes, quare & vendi & emi poſſunt, eorumq; traditio ita fieri debet, vt venditor, empto rem venditos fructus pẽdentes legere, & colligere patiatur, quòd ſi prohibeat, aduerſus eum petentem pretiũ exceptio datur, ſi ea pecunia, de qua agitur, non pro ea repetatur, quæ venit, neque tradita eſt, & ita Iulianus ſcribit l. qui pendentem. de actio. emp. Item fructus pendentes pignoris vel hypothecæ nomine obligari poſſe Caius l. & quo nondum. de pigno. rectè putat, eos etiam donari & legari poſſe, pluſquã manifeſtum eſt. Sed & inter res hæreditarias connumerari fructus pendentes tempore mortis, & ex his precioſiorem hæreditatem fieri Papinianus ſcribit d. l. in lege Falcidia placuit. Nouiſſimè ſciendum eſt, a quibuſdam reſponſum eſſe.
5 Accurſius in l. ſi pendentes. de vſufruct. † fructus pendentes eos tantum appellari, qui ſuſpenſi ramis arborum hærent, vt poma, alios ſtantes, qui recti ſunt, vt ſegetes. Sed verius eſt fructus ſtantes, & pendentes eoſdem eſſe, quod ſatis colligitur ex eo, quod Vlpianus ſcribit l. diuortio. §. interdum. ſolu. matrimo. maritum nihil retinere, ſi mulier ſtantibus fructib. fundum recipiat. Item ex eo quod dicit l. ſi apes. de furt. Paulus, colonum qui nummis colit, acturum furti cum eo qui fructus ſtantes ſurripuit.

SVMMARIVM.

1 *Oliuam decerpens, vel ſegetem immaturam deſecans Aquilia tenetur.*
2 *Syluam cęduam cędens immaturam tenetur Aquilia.*
3 *Fructus immutari an ſint in fructu cenſendi.*

De maturis & immaturis fructibus. Cap. VII.

Pendentium verò fructuum alij ſunt maturi, alij immaturi, quæ diuiſio & ſi prima fronte ab inſtituto iuriſconſulti aliena eſſe videatur, tamen cognitu neceſſaria eſt, cũ in multis caſibus aliud ius de maturis fructibus aliud de immaturis fructibus cõſtitutum ſit,
1 verbi gratia. † Si oliuam immaturam decerpſerit, vel ſegetẽ deſecuerit immaturam, vel vineas crudas, Aquilia eum tenetur, Vlpianus ſcribit l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuã. ad leg. Aquil. quod ſi iam maturas, ceſſare Aquiliam, nulla enim iniuria eſt, cum tibi etiam impenſas donauerit, quæ in collectione huiuſmodi fructuum impenduntur. Sed ſi collecta hæc interceperit, furti tenebitur, niſi in terram vuas proiecerit, vt
2 effunderentur. Idem Vlpianus, & Octauianus † in ſylua cędua ſcribunt d. §. ſi oliuam. vt ſi immaturam, Aquilia teneatur, quòd ſi maturam interceperit, furti teneri eum & arborum furti cæſarum. Iidem etiam ſcribunt, d. §. ſi oliuam. Si ſalictum immaturum ita ne ſtirpes læderentur tuleris, ceſſare Aquiliam & furti actioni locum eſſe. Item ſi immaturam

ſyluam

Source : BIU Cujas

syluam cęduam cecidit quis, Celsus l. si immaturam. quod vi aut clam. ait, cum interdicto quod vi aut clam teneri, si maturam similiter cæduam neque damno dominus adfectus est, nihil eum præstaturum. Item si stuprum serua passa sit iniuriarum, at si cęlauerit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecerit, etiam furti, vel si virginem immaturam stuprauerit, etiam legis Aquiliæ actionem domino competere Vlpianus respondit l. si stuprum. de iniuri. † Et cum dubitaretur, an fructus immaturi in fructu essent, consultus Iabolenus respondit l. penul. de vsufruct. lega. naturalem maturitatem spectandam non esse, sed id tempus quo magis domino, colonove fructuum tollere expedit. Itaque cum oliua immatura plus habeat reditus, quàm si matura legatur, non potest videri, si immatura legata est, in fructu nō esse. Simili Modo Paulus ait l. si absente. de vsufruct. syluam cęduam ēt, si intempestiuè cęsa sit, item fœnum immaturum cęsum, in fructu esse, ex quo consequens est, vt fructuarius non solum maturos, sed etiam immaturos fructus suos faciat, quibus collectis & perceptis, licèt ante naturalis maturitatis tēpus fructuarius decesserit, eos tamen proprietario restituere hæredes eius non tenentur, quod & Accursius probat d. l. si absente. Satis de pendentibus fructibus maturis dictum est, nunc de perceptis disseramus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui dicantur percepti.*
2 *Possessorem bonæfidei fructus ex re aliena perceptos facere suos, qualiter intelligendum.*
3 *Fructus quidam honestè percipiuntur, & quidam inhonestè.*
Fructus qui extantes & qui consumpti censeantur.
4 *Fructus quando in rem verti dicantur, & quando perperam consumi.*

Quando fructus dicuntur percepti. Cap. VIII.

1 Percepti † dicuntur fructus simulatq; collecti, & a solo separati sunt, licèt adhuc humi & sub dio iacent, necdum in horreo vel cella reconditi sint, quam diffinitionē Labeo probans ait l. si vsufructuarius messem. quib. mod. vsusfruct. amit. Perceptionem fructuum nos accipere debere, non si perfecte collecti sunt, sed etiam ita percepti, vt terra continere se desierint, veluti si oliuæ, vel vuæ collectæ sint, nondum autem vinum vel oleum ab aliquo sit factum, statim enim ipse accepisse fructus existimandus est, idemq; & Iulio Paulo videtur. lege qui scit. de vsu. Itaq; quod
2 vulgo dicitur, † bonæfidei possessorem fructus ex re aliena perceptos suos interim facere, intelligendum esse quoquo modo a solo separati fuerint, Vlpianus respondit, dicta lege qui scit. §. præterea. Idem tamen ait, fructuarium non aliter percepisse videri, quàm si ipse, vel alius nomine eius perceperit, quòd si a fure forte colligantur, & a solo separentur, Iulianus dicit l. si fur. de vsufruc. fructuarium non percepisse, ideo fur non fructuario, sed proprietario condictione tenetur. Sed & si a nullo collecti fuerint, sed vltro & per se deciderint, a fructuario perceptos non esse Paulus notat d. l. vsu-
3 fructuarius messem. † Perceptorum autem alij honestè, vt ex cura & cultura agrorum, alij inhonestè, vt ex prostitutione ancillarum percepti sunt, & hi, cum de restitutione fructuū agitur, in considerationem veniunt, quam rem diffusius suo loco explicabimus. Præterea perceptorum alij extantes dicuntur, qui integri adhuc in horreis asseruantur. Alij verò
4 consumpti, qui in rerum natura esse desierunt. Item † consumptorum alij in rem versi sunt, ita vt is qui consumpsit ex eis locupletior factus sit, vt si familiam aluerit, vel pretium acceperit, vel in aliam rem sibi vtilem fructus perceptos conuerterit. Alij malè & perperam consumpti sunt, vt si furto sublati fuerint, incendiove, aut alio casu fortuito perditi, vel a iuuene luxurioso in scorta, & lusus erogati fuerint. Cęterū has differentias magnopere ad nostrum institutum pertinere ex sequentibus apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui percipi potuerunt, qui dicantur. & nu. seq.*
3 *Fructus qui veniant in restitutionem petitore in iudicio obtinente.*
4 *Seruo occiso non æstimatur ipsius domini affectio.*
5 *Æstimare res suas in immensum nemini permittitur.*

Quod Accursius alijque interpretes, fructus, qui percipi potuerunt, non rectè definierint Cap. IX.

Supereſt explicāda huiusce diuisionis postrema species, quæ est fructuum non perceptorum, sed qui percipi potuerunt, in qua specie definienda nostri interpretes in diuersas sententias ierunt. Nam Perticus in l. cer
1 tum. C. de rei vend. eiusq; sequaces, ita definierunt, † Fructus qui percipi potuerunt, eos esse, quos percipere ante moram possessor, post morā verò quos petitor percipere potuisset, quæ distinctio Imperatoris Alexandri rescripto infirmatur, quo constitutum est l. domum. C. eo. tit. cum qui iniuria domum alienam occupauit, eam cum pensionibus quas percepit, aut percipere potuit restituere cogēdum esse, nemo est enim qui ignoret malæfide possessorem, de quo hic agitur, in mora semper esse, vt Triphonius & Vlpianus scribunt l. in re. la vltima, de condi. fur. qua ratione hanc Pertici definitionem Bartolus improbat, aliterq; definit in l. ex diuerso. de
2 rei vend. Fructus † qui percipi potuerunt eos esse, quos actor petere voluerit, ait enim, eius optioni relictū esse, vt eligat, & petat fructus, vel quos ipsemet, si ei possidere licuisset, vel quos possessor, qui fortè diligentior est, percipere potuisset, exemplo eius cui ex eodem facto plures competunt actiones, eum enim Vlpianus putat l. quod in heredem. §. eligere. de tribu. eligere debere, qua actione experiatur, quæ sententia nulla ratione defendi potest. Absurdum est enim dicere, in hanc speciem cadere electionem, cum omnino sint ijdē fructus, & quos petitor, & quos possessor percipere potuisset, quòd paulò post apertè ostēdemus. Eq; improbanda venit alia Bartoli distinctio, qui sic distinguendum esse arbitratus est in d. l. ex diuerso, vt si is qui dominus non est, rem petat, ratio fructuum quos possessor percipere potuisset, habea
3 tur, si † verò petitor sit dominus, tunc si fructus iure veteri Digestorum in restitutionem veniant, quos ipse percipere potuisset, & eo amplius nouo iure etiam ij quos possessor percipere potuisset, si hoc ipsi petitori vtilius & cōmodius, quæ distinctio nullo iure probatur, eademq; ratione qua superior confutatur. Postremò sententia plurium obtinuit, vt fructus qui percipi potuerunt ij dicerentur, non quos possessor ex sua singulari cura & industria, sed quos petitor vel quilibet alius secundùm communem æstimationem percipere potuit, quemadmodum in simili casu Paulus respondit l. si seruum. ad leg. Aquil. l. pretia rerum. ad leg. Falci. Si seruum
4 meum † occidisti, non affectionem æstimandam esse, veluti si filium tuum naturalem quis occiderit, quē tu magno pretio emptum velles, sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait l. si seruum. non ex affectione neque vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Itaque eum qui filium naturalem possidet, non eo locupletiorem esse, quod eum plurimi, si alius possideret, redempturus esset, nec eum qui filium alienum possideat, tantum habere, quanti eum patri
5 vendere posset. † Atque hæc Pedij Pauliq; sententia meritò recepta est, ne licentia esset cuiq;, pro arbitrio in immensum res suas æstimare, si secundùm singularem affectionem, quę a solo animo dependet, res æstimarentur, quæ ratio in proposito casu cessat, in quo facilè conuinceretur mendatij, qui causaretur, se plures fructus pcipere potuisse, quàm re uera percepturus fuisset, cum huius asseuerationis veritas ex solo animo non pendeat, reiectis igitur suprascriptis descriptionibus veriorem subijciamus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui percipi potuerunt, qui sint.*
2 *Gestor negotiorum quando teneatur de his, quæ gerere debuit.*
3 *Fructus qui percipi potuerunt sunt ijdem cum his qui percipi debuerunt.*
4 *Incuria cuiusque in rebus suis sine pœna esse non debet.*

Quæ sit vera & propria fructuum, qui percipi potuerunt definitio. Cap. X.

1 Fructus itaque † qui percipi potuerunt, ij propriè & verè dicuntur, quos diligentissimus quisque paterfamilias, quo alius diligentior non est, percepisset, sed lata aut leui culpa percepti non sunt. Quæ definitio, responso l. si sine. §. Modestinus. de admi tuto. Herennij Modestini Imperatorumq; Dioclitiani, & Maximiani rescripto l. quicquid. C. arb. tute. confirmatur. Cum enim, vt idē Modestinus scribit d. §. Modestinus. tutores teneantur, etiam eorum nomine quæ non perceperunt, sed percipere potuerunt, consulti Diocletianus, & Maximianus Imperatores rescripserūt d. l. quicquid. Quicquid tutoris, vel dolo, vel lata culpa, vel leui, siue curatoris minores amiserint, vel cum possent non ad quisierint, hoc etiam in tutelæ, siue negotiorum gestorum
2 vtile iudicium venire. † Deinde quod dicitur, negotiorum gestorem teneri eorum nomine, quæ gerere debuit, & non gessit, procedit, cum alius eo diligentior paterfamilias ea gesturus fuisset l. si pupilli. §. videamus. de neg. gest. Huc etiam pertinet, quod vulgò receptum est, commodatarium in custodienda re commodata l. si vt certo §. 1. commo. l. creditorem §. fi. qui. mo. re contra. obliga. in conseruando pignore, venditorem l. custodiam. de peri. & commo. rei vend. in custodienda re vendita, conductorem l. si merces. §. conductor. locati. in re sibi locata, maritum l. in rebus. C. de iu. doti. in dote, socium in re communi, eam diligentiam præstare debere,

Source : BIU Cujas

debere, quam diligentissimus quisque paterfamilias curandis,& conseruandis rebus suis adhibere solet, multo magis igitur & malæfidei possessores eandem curam adhibere debent, ne (quod iniquissimum esset)melioris cõditionis sint, improbi possessores,quàm ij qui pietatis,& amicitiæ, aliave iusta, & necessaria causa in rebus alienis versantur.

3 † Postremò fructus,qui percipi potuerunt,eosdẽ esse, qui & percipi debuerunt, multis constitutionibus declaratur. Nam & senatusconsulto,quod sub Adriano de petitione hę reditatis factum est, constitutum fuit,vt prædones, qui alienam hæreditatem inuaserunt,fructus,non solum qui percepti sunt,sed & qui percipi debuerunt,restituant. Diuus quoque Alexander rescripsit,eum qui solennibus omissis, rem a fisco emit, condemnandum ad eandem restituendam cum fructibus quos constiterit ad eum peruenisse vel peruenire debuisse.Alijs præterea multis, & iurisconsultorum responsis,& imperatorum constitutionibus,quas referre superfluũ esset, satis probatur,fructus qui percipi potuerunt,non alios esse quàm qui percipi debuerunt, quæ verba ad diligentissimum patremfamilias referenda esse nemo ambigit.Id enim vnicuique ex officio incumbit, vt in curandis & conseruandis rebus suis sese diligentissimum patremfamilias præstet.

4 † Qui enim per incuriam, & negligentiam res suas perire sinunt,non facere id,quod debent, dicuntur,quod(vt Gellius libro quarto noctium Atticarum elegantissimè describit) satis mores institutaq; maiorum nobis declarant, a quibus inter cętera id obseruabatur, vt si quis agrum suum passus esset sordescere,cumq; indiligenter curaret,neque araret,siue quis arborem suam vineamq; haberet derelictui,is non sine pœna esset. Ergo nõ aliter fructus qui percipi potuerunt,vel debuerunt metiri possumus,quàm si diligentissimi patrisfamilias rationem habeamus, qui ex diligente tempestatiuaque cultura,& cura amplissimos vberrimosque fructus percipere potuisset,possesioris tamen negligẽtia,& incuria percepti non sunt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qualiter sint æstimandi.*
2 *Possessor quos fructus percipere potuit.*
4 *Fructus qui percipi potuerunt, sint ij,quos diligentissimus paterfamilias percipere potuisset.*
4 *Impensæ non necessariæ in re aliena fieri non debent.*

Quòd ijdem sint fructus, qui a diligentissimo patrefamilias, vel a petitore, vel a possessore percipi potuerunt. Cap. XI.

Sed hæc nostra diffinitio Imperatoris Gordiani rescripto subuerti videtur, cuius verba hæc sunt l. domum.C. de rei vendica. Domum quam ex matris successione ad te pertinere dicis, & ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostenderis, præses prouinciæ, cum pensionibus, quas percepit,aut percipere poterat, restitui iubebit,ex quibus verbis apparet,fructus qui percipi potuerũt,eos esse, nõ quos diligentissimus paterfamilias, sed quos possessor percipere potuisset.Papinianus tamen contra scribit l. si nauis. §.
1 generaliter.de rei vend. Generaliter † cum de fructibus æstimandis quæritur,animaduerti debere,nõ an malæfidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, quam sententiam Iulianus quoque d. § generaliter. probat.Ex hoc Papiniani Iulianiq; responso,fructus, qui percipi potuerunt,definiendi esse videntur, quos petitor percipere potuit,quod & nostræ definitioni & suprascripto Gordiani rescripto contrarium esse videtur, nos tamen id planè neganus,cum ijdẽ sint fructus, & quos diligentissimus paterfamilias, & quos possessor, & quos petitor percipere potuit
2 :nam si quis interroget, † Qui sunt fructus, quos possessor percipere potuit,ij nimirum quos,si fuisset diligens, percepisset,sed lata aut leui culpa non percepit. Qui etiam sunt fructus,quos petitor percipere potuit,nonne ij sunt quos ex diligenti cultura & cura,vt bonũ patremfamilias decet percepturus erat.At dixerit aliquis. Non multos fructus percepisset petitor,quamuis ei libere possidere licuisset,& paucos admodum vel nullos solitus erat percipere,cum possideret, vt qui negligenter res suas curaret.Sit ita,petitorem incuriũ esse, & in omnibus suis rebus administrandis negligentem, & ob id non perinde multos fructus percipere solitum, non continuo sequitur,eum percipere non potuisse,neque enim fructus quos petitor percepisset, neque quos percipere solitus erat,lex considerat,sed quos percipere potuit. Est ne impossibile inertem, & nullam suarum rerum curam gerentẽ petitorem,prouidum magis,& diligentiorem fieri? Quãuis igitur si possedisset, re vera non fuisset percepturus, fieri tamen per rerum naturam potuit, vt diligentior factus perciperet. Nam vt eleganter diuus Augustinus capite primo de spiritu & litera scribit, Sexcenta possunt occurrere, quæ fieri vel potuisse, vel posse fateamur, eorum tamen exempla,
3 quòd facta sint, proferre nequeamus. † Consequens est igitur verissimum esse,quòd asserimus, eosdem esse fructus qui a diligentissimo patrefamilias,& petitore, & possessore percipi potuerunt.Sed Paulus lib.21.ad edictum scribit l.certũ. de rei vendi.Cum de fructibus serui petiti quæritur,non tantum pubertatem eius spectandam esse; quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt. Improbe tamen desideraturũ petitorem,fructus æstimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt,quod artificium sumptibus possessoris didicit. Quo Pauli responso tantum abest,vt nostra infirmetur sententia, vt immo magis confirmetur, cum enim eorũ duntaxat fructuum ratio habeatur,qui a possessore tanquam diligentissimo patrefamilias percipi potuerunt,optima ratione, qui secundùm propositam speciẽ ex artificio serui percipi potuerunt fructus, in considerationem non veniunt. Plus enim q̃ a diligentissimo patrefamilias exigatur,feci possessor,qui rudem alienum seruum sumptibus suis artificio erudiendum
4 curauit, † neque enim (vt idem Paulus ait l.plane.de peti.hære.) debuit in rem alienam impensas non necessarias facere. Deinde sicut impensarum quas in erudiẽdum seruum fecit nullam (vt idem Paulus l.sinautem.§.fin.de rei vend.scribit) repetitionem habet, sic fructus operarum, qui ex artificio serui percepti quidem non sunt,sed percipi potuerunt, restituere non cogitur,cum satis abundè fecerit petitori, qui impensas in eruditionem serui factas ei douauerit.§.certe.de rerum diuisi.Planè fructus qui ex operis serui quamuis nullam artem edoctus fuisset, percipi potuerunt, in restitutionẽ venire Accursius & Bartolus rectè existimant.in d.l. certum.

DE ARIDIS ET LIQVIDIS fructibus. Titu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fructus qui aridi, & qui liquidi dicantur.*
2 *Fructus liquidi confusi manent eorum,ad quos prius pertinuerunt.*
3 *Fructus aridi confusione non efficiunt commune corpus.*

De definitione liquidorum,& aridorum fructuũ, quodq; illi confundi,hi verò commisceri dicantur. Cap. I.

Transeamus ad aliam diuisionem fructuum,nam fructuum alij aridi, alij verò liquidi dicuntur,quæ diuisio licèt in specie ad medicos pertinere videatur,a nobis tamen negligenda non est, alio tamen respectu nobis aliaque ratione, quàm medicis consideranda venit. † Alij autem fructus dicuntur sicci natura,& duri, quiq;
1 humore carent,nec liquefieri possunt, vt frumentum, hordeum,siligo,fabæ,& omnia legumina. Liquidi verò dicuntur molles,& natura humidi,qui in stillantem, & defluentẽ humorem resoluti sunt,vt vinum,oleum,& his similes. Quã diuisionem Accursius enarrans in Auth. nul.creden.agrico. colla.quarta,hos confundi, illos verò commisceri notat.
2 † Vnde si duorum dominorum liquidi fructus casu fortuito simul confusi fuerint, vt si aliquorum vina confusa fuerint, vel si cuius vinum cum alterius melle casu fortuito similiter confusum fuerit, totum id corpus, quod ex confusione fit, vtriusque commune esse. Caius respõdit l.adeo. §.voluntas. de acq.rerum domi. Quam sententiam diuus quoque Iustinianus probat.§.si duorum.de rerum diuisi.nam post confusionem singulorum fructus minimè in sua substantia durãt, sed vicissim alterius fructus in substãtiam fructuum alterius conuertuntur,vt separari nulla ratione possint.Sed si duorũ,
3 vel plurium dominorũ aridi fructus commixti,fuerint, † vt si Titij frumentum tuo frumento mixtum fuerit,non videri commune esse corpus, quod ex commistione constat,Iustinianus §.quod si frumentum.de rerum diuisi.tradit,quia singula grana in sua substantia durant.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non potest retinere agrum debitoris,etiam si pactum de eo retinendo interuenerit, non soluto debito.*
2 *Vsuræ, quæ exigi possint ob non solutum fructum liquidi generis.*
3 *Vsuræ minores permissæ ex his,quibus humana vita toleratur.*
4 *Rusticitas in multis iure singulari subleuatur.*
5 *Rusticitas excusat a pœna edicti, quod punit vocatos in ius,si non compareant.*
6 *Constitutio sub titulo plus quàm titulus comprehendit aliquando.*

Quod

Source : BIU Cujas

Quod non idem sit effectus mutui liquidorum, & aridorum fructuum. Cap. II.

Alia inter aridos & liquidos fructus iuris differē
1 tia est. † Si quis enim hordei, frumenti, aliorumve aridorum fructuum speciem crediderit, quamuis conuenerit, ut si ad præstitutum diem mutuum redditum non fuerit, debitoris agrum sibi habeat, non tamen eum retinere, sed eam, quam quam credidit fructuum quantitatem, octauamq; in singulos annos, quibus cessatum est, eiusdem quantitatis partem vsurarum nomine exigere posse, diuus Iustinianus cōstituit d. auth. nullum creden. agrico. Quòd si in vetitum, vel maiores vsuras exigere, vel ipsius debitoris agrum, vel pignus ab eo datum retinere contenderit, eundem in suæ temeritatis pœnam actione & causa cadere idem imperator Iustinianus
2 constituit. † Si verò vinum, oleum, vel alios liquidos fructus quis crediderit, non idem cōstitutum esse, sed veteres super vsuris promulgatas leges obseruandas esse, Imperatoris Philippi constitutio. l. oleo. C. de vsu. satis ostendit. Ideo fructib. liquidis mutuò datis, vel centesimæ, vel semisses, vel triētes vsuræ exigi poterunt, secundùm præscriptum diui Iustiniani cōstitutione. § fi. d auth. nullum creden. agrico. modum. Quæ constitutio, cum generalis esset, & omnes omnino fructus comprehēderet, Iustinianus eam ad fructus aridos porrigendam non esse declarauit d auth. nul. creden. agrico. cū
3 †enim ex his fructibus frumento, hordeo, & similibus vita hominis potissimum constet, non absre minores istorum fructuum vsuras Iustinianus introduxit, ne maioribus vsuris oppressis debitoribus nihil reliquum esset, vnde se suamque familiam alerent, quam rationem in liquidis fructibus non procedere, Accursius Bar. Bal. & alii plerique responderunt Accur. in d. auth. nul. creden. Bar. Bal Pau. de Cast in auth ad hæc. C. de vsu. vt qui ad quotidianum victum non ita necessarij sint. Idem etiam tradiderunt, hanc distinctionem in agricolis tantum locum habere, idque ipsius tituli argumento, quia a Iustiniano ita inscribitur, Nullum credentem agricolæ tenere ipsius terram, & quantam vsuram debeat dare.
4 †Deinde adijciunt, multa esse in rusticitatis fauorem iure singulari introducta, verbi gratia, ne sationibus, vel colligendis fructibus occupati agricolæ, ad extraordinaria munera vocentur; vt imperator Constantinus sanxit. d l j. C de agrico. & censi Item in pœnam quingentorum aureorum incidāt, qui per rusticitatem prætoris album corruperunt l. si quis id
5 quod. de iurisdi. omnium iudi. Item † qui in ius vocatus per rusticitatem venire neglexerit, similiter pœna edicti nō afficiatur. Alia præterea multa, quæ nunc commemorandi locus non est, inter quæ, hoc quoque de maioribus vsuris ab agricolis non exigendis, vel eorum agris retinendis, specialiter in rusticitatis, & culturæ agrorum fauorem constitutum esse putant. Sed nos ad omnes personas huius legis beneficium porrigendum esse arbitramur. Primum, quòd quamuis in tituli inscriptione Iustinianus verbo agricolæ vtatur, tamen postremo suæ constitutionis responso omnibus egenis se consulere testatur. Deinde initio eiusdem constitutionis rationem hanc esse præfatur, ne homines famę necentur Ex quibus apparet suprascriptam distinctionem nō ad agricolas tantum, sed ad omnes personas extendi, ne cōsumptis grauiores vsuras frumento, hordeo, vel alijs fructibus aridis, famæ pereant, & ad extremam egestatem redigantur.
6 Postremo, nouum non est, vt constitutio, q̄ sub titulo est, plus quàm ipse titulus comprehendat, vt ecce Titulus est li. 8. Codicis inscriptus hoc modo. Etiam ob chyrographariam pecuniam pignus teneri posse. Constitutio tamen imperatoris Gordiani, quæ sub eodem titulo est, ob pecuniā quomodocunque sine chyrographo & pignore creditam, pignus retineri posse euidenter ostendit l. j. C. etiam ob chy. pecu. pigno. reti. pos. Nunc respondendum est ijs, qui dicunt in hoc articulo, idem iuris in liquidis fructibus esse, quod in aridis a Iustiniano nominatim expressum est, ea potissimum ratione quòd vinum, oleum, & alij liquidi fructus ad hominum victum necessarij magis sint, quàm fabæ, per multiq̄e alij aridiores fructus. Verum quod de aridis fructibus constitutum est, præsertim de frumento, hordeo, siligine, & omni tritici specie, accessoriè verò de fabis, alijsque leguminibus intelligitur. Sed & illud imperator Alexander constituit l. frumenti. C. de vsu. frumenti, vel hordei mutuo dati, accessio ex nudo pacto præstetur.

S V M M A R I V M.

1 *Prædia si cui a fisco addicantur, fructus medij temporis fisci creduntur.*
2 *Vinum, oleum, & similia quare ad Barbarios prohibeantur transportari.*

In quibus liquidi, & aridi fructus conueniant. Cap. III.

Interdum tamen, quod in aridis, idem quoq; in liquidis ius seruādum est,
1 † Quemadmodum enim, si cui intra vindemiarum tempus prædia a fisco addicta fuerint, fructus medio tempore in primam licitationem & sequentem addictionem percepti ad fiscum pertinent. Post vtrāque verò addictionem percepti emptoris sunt, nisi sub colono sint p̄dia, quo casu fructus ad colonum, pensiones vero ad emptorem pertinent, Papinianus respondit l. fi. de iure fisci. Idem de aridis fructibus, qui ante percepti in prædijs fuissent, Paulus respondit d. l. fi. §. Tryphonio. eosq; emptorem accepturum, si nondum dies p̄sionis venisset. Imperatores quoq; Valens, & Grat. rescripserunt. l.
2 j. C. quæ res expori. non debe. † ad Barbaros transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quenquam facultatem habere, ne gustus quidem causa, aut vsus commerciorum, quam cō stitutionem in aridis quoque locum habere Accursius rectè putat. d. l. j. Sed & exceptis ijs quas supra exposuimus differentijs, in omnibus ferè iuris articulis eadem de aridis, & liquidis fructibus constituta sunt.

DE VETER. ET NOVIS.
Titulus V.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus qui recentes sint, & qui noui.*
2 *Vinum nouum pro veteri creditor recipere non cogitur.*
3 *Vinum nouum quando militibus dari possit.*

De veteribus, & nouis fructibus. Cap. vnicum.

Est & alia apud iurisconsultos obseruata fructuum diui-
1 sio, nam alij recentes seu noui, alij veteres sunt. † Recentes dicuntur fructus, qui præsenti anno percepti sunt, veteres verò prioris anni fructus appellari. Vlpianus rñdit l vetus. de trit. vino, & ole. lega. Si igitur vinum vetus legatum sit omne quod non est nouum, sed proximo anno alijsque superioribus perceptum legatum esse, idem Vlpianus scribit d. l. vetus, nisi ex vsu testatoris id vetus appellatū fuisse appareat, quod duorum vel trium vel quatuor, & sic deinceps annorū sit, tunc enim id tantum legato contineri, Neratius scribit l. ex vsu. de triti. vi. oleo lega. quo pro vetere testator vtebatur. Nam aliter obseruantibus quis finis (vt Paulus ait l. nam aliter. eo. ti.) aut initium veterum fructuum sumeretur. † Proin-
2 de si quis vinum vetus mutuum dederit, debitori nouum restituere non licere Pomponius scribit l. cum quid. si cer. pet. cum enim eiusdem bonitatis rē, non deteriorem, reddere liceat, deterius autem fit vinū nouum veteri, non absre nouū pro veteri creditor recipere non tenetur. Quam rationem & dñs noster Iesus Christus, apud Lucam confirmare videtur, cum ait, & nemo bibēs vetus, statim vult nouum, dicit enim, vetus melius est. Sed hoc ex consuetudine regionū accipiendum puto, in quib. vina plurib. annis integra durant, non in ijs in quibus annua sunt, & post annum insipida, vel certè lō-
3 ge deteriora sunt. † Cum aūt vinum vetus sit carius nouo, ne respublica nimis oneraretur, si de veteri vino militib. l. iubemus. C. de eroga. mili. anno. annonam daret, Imperatores Arcadius & Honorius iusserunt, per omnes prouincias cunctis numeris, & militibus a Nouēbri mense de nouello vino annonam dari, quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.

DE CRASSIORIBVS
Titulus vj.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ de fructibus etiam minutioribus, & crassioribus solui debent.*
2 *Fructus crassiores in iure pontificio qui dicantur.*

De crassioribus & minutioribus fructibus. Cap. vnicum.

Non est prætermittenda a nobis illa crassiorum, & minutiorum fructuum pōtificio iure introducta diuisio, ex qua & crassiores & minutiores decimæ denominantur. Nemini
1 †enim dubium est, & crassiorum, vt frumenti, & vini, & minutiorum, vt fabarum, pisorum, lini, & aliorum similium fructuum decimas soluendas esse, ut summus pontifex Alexander tertius constituit capi. peruenit. de decimis, quod antea veteri, per Moysem promulgata lege, Deus ipse præceperat num. 18 Deute. 14. eum tamen qui frumenti, vini, & aliorum crassiorum fructuum decimas soluere tenetur, interdum a minutioribus decimis, uel ex consuetudine, uel ex pacto, uel ex priuilegio immunem esse, summi pontificis Adriani constitutio declarat, cap. ex multiplici. de deci. Porrò sciendum
2 est alio modo crassiores fructus in eodem iure pōtificio accipi,

Source : BIU Cujas

cipi, nempe pro omnibus reditibus, commodis, & emolumentis sacerdotiorum, vel (vt aiunt) præbēdarum, exceptis ijs, qui in singulos dies celebrandis sacris adsistentibus distribuūtur, qua ratione si cui studiorum causa absenti summus Pontifex concesserit, vt sui sacerdotij reditus perinde atque si præsens esset, percipiat, nullam eorum fructuum partem, qui quotidie præsentibus distribui consueuerunt eum petere possit. Alexander tertius constituit c. de cætero. de cleric. non residen. quod & Honorius tertius confirmauit ca. licet. de præben. nisi nominatim etiam hos reditus, præsentibus quotidie distribui solitos absenti præstari voluerit. Hoc eũ casu voluntatem eius pro lege obseruandam esse, Innocentius tertius edixit. c. olim. de verborum signifi.

LIBER SECVNDVS.

De fructibus. Titu. j.

SVMMARIVM.

1 *Fructus suos qui faciant, qui restituere, & quibus restitui debeant, Nata ex nostris animalibus iure naturali nostra fiunt.*
2 *Animalia ex animaliaus nostris masculis concepta non sunt nostra.*
3 *Fructus prædiorum nostrorum iure dominij soli nostri efficiuntur.*
4 *Fructuarius in fructibus percipiendis loco domini habetur.*

De his, qui fructus suos faciunt. Cap. vnicum.

Superiore libro quid fructus, & quã latèhu ius vocabuli pateret significatio quæque res, & quàm varie fructus appellatione continerentur, breuiter & dilucide exposuimus, Deinde, quàm multiplex esset fructuum diuisio, aperuimus, eorumq; singulas species ordine diffiniuimus. Nunc qui fructus suos faciant, qui restituere, & quibus restitui fructus debent, discutiendum nobis est. Quod ciuilis disputationis genus longe latèq; in omnes iuris partes dispersum est. In quo, licèt multa nostri interpretes scripserint non vno tamen contextu, nec eo, quo par erat ordine, sed indigestam, inordinatam, & varijs passim locis errantem hanc materiam nobis reliquerunt, quam nos in congruum ordinem & locum hoc opere redigere instituimus. Primum igitur ponenda est certissima iuris regula, ad quam totus hic de retinendis, vel restituendis fructibus tractatus referri debet, quam si secuti semper fuerimus, a veritate nunquam aberra
1 bimus. † Cum ergo quæritur, qui fructus suos faciunt, qui restituere, & quibus restitui debent, respondendum ita est. Singularum rerum fructus dominorum esse, vel eorum qui pro dominis habentur, ab alijsque perceptos retineri non posse, sed his restitui debere. Quam regulam æquissimam esse, vel ipsa naturalis ratio satis nos docet. Quis enim ignorat ea, q̃ ex rebus nostris nascũtur, & proueniunt naturali iure nostra statim fieri? vt ea quæ serui nostri, vel ancillæ acquirũt, quod ab omnibus gentibus receptum esse, iuris authores passim tradunt l. acquiritur. de acq. rer. domin. l. 2. de his qui sunt sui vel alie. iu. toto tit. per quas per. nob. acqui. lib. 2. Instit. Item quæ ex animalibus nostris nata sunt, nostra esse Florentinus scribit l. 2. l. item quæ. de acqui. rer. domi. quod & lib. 2. Institutionum diuus Iustinianus probat §. item quæ. de re. diuisi.
2 † Sed tamen, quæ ex animalibus nostris masculis concepta sunt, non ideo nostra fieri. Pomponius respondit, vt si equã tuam equus meus prægnantem fecerit, non esse meum sed tuum quod natum est, eundem Pomponium scribere Vlpianus refert l. idem Pomponius. §. idem scribit. de rei vendic. Pari ratione, & fructus, qui ex prædijs nostris proueniunt, nostros esse, nemini dubium est.
3 † Omnis enim fructus, secundùm Iuliani sententiam l. qui scit. de vsu. iure dominij soli percipitur. Idcirco ex qua quisque parte dñs prædij est, ex eadem parte eum fructus suos facere, idem Iulianus respõdit d. l. qui scit Quod autem de dominis dicimus, idem de ijs, qui dominorum loco habentur, secundùm suprascriptam regulam dici debet, exempli causa
4 de vsufructuario. † Cum enim pro domino fructuarius habeatur (vt apud Caium & Paulum scriptum est l. 4. de vsufr. l. in vẽditione. de bo. auth. iud. possi.) quicquid ex re, in qua vsusfructus cõstitutus est nascitur, quicquid inde percipi potest, ad fructuarium pertinere, certi & indubitati iuris est, toto tit. de vsufr. & hoc quod de vsufructuario dicimus, & in omnibus alijs qui vicem dominorum obtinẽt, locum habere, multis responsis declaratur d. l. qui scit. l. bonæ fidei. de acqui. rer. dom. Ex his apparet, verissimam esse propositam supra a nobis regulam, quæ in omnibus iuris articulis diligenter obseruanda est. Primo in actionibus, quæ de vniuersitate proposite sunt, vt de hæreditatibus & bonorum possessionibus. Deinde in legatis & fideicommissis. Tũ postea in singularum rerum petitione. Postremò in contractibus. Itaque in omnibus his partibus, quẽnam sit habenda fructuum ratio, consideremus & primò de fructibus, qui in actionem de vniuersitate & petitione hæreditatis veniunt.

De fructibus qui in petitionem hæreditatis veniunt. Titu. ij.

1 *Hæreditas dicitur vniuersum ius quod defunctus habuit.*
2 *Fructus omnes hæreditatem augent.*
3 *Partus ancillarum hæreditatem angent.*
4 *Mercedes quæ a colonis accipiuntur, loco fructuum habentur.*

Quòd fructus rerum hæreditariarum tanquam incrementum hæreditatis ad hæredem pertineant. Cap. j.

1 Cum hæreditas secundum † Iuliani, & Caij definitionem l. hæreditas. de regulis iuris. l. nihil. de verb. signi. nihil aliud sit, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, omnium rerum, quæ fuerunt defuncti, hæredẽ dominum esse, & ab ipso defuncto in eum continuari dominium Iabolenus rectè putat l. cum hæredes. de acq. possessione. Quare omnes fructus, qui ex hæreditate proueniunt, hæredis esse cõstat. Nam & apud Vlpianum relatum est l. item
2 veniunt. §. non solum. eod. tit. fructus † omnes hæreditatem augere, siue ante aditam, siue post aditam hæreditatem acceperint, idemq; diui Seuerus & Antoninus rescripserunt l. si post motam. §. fructibus. C. eodem tit. sed & gregum & pecorum partus sine dubio augent hereditatem, quòd si oues natæ sunt, deinde ex his aliæ, hæ quoque quasi augmentum restitui debent l. quod oues. eod. ti. non solum enim fructus, sed & fructuum fructus, & fœtuum fœtus hæreditatem augere idem Vlpianus respondit l. ancillarum. eodem tit. Simili modo vsuras fructuum ante actionem hereditatis illatam perceptorum hæreditatem augere Papinianus scripsit l. hæres furiosi. eod. tit sed post petitam hæreditatem perceptorum fructuum vsuras non præstari: cum enim post litem cõtestatam fructus etiam quos non percepit, sed percipere debuit, possessor restituere teneatur, in eoq; onerari videatur, in alio succurri ei debet, vt a fructuum vsuris præstandis ex-
3 cusetur. † Ancillarum etiam partus & partuum partus quam quam fructus esse non existimatur (quia non temere ancillæ eius rei causa comparantur vt pariant) augere tamen hæreditatem, idem Vlpianus tradit d. l. ancillarum. Sed & pensiones, quæ ex locationibus prædiorum vrbanorum perceptæ sunt, venient, licèt a lupanario perceptæ sint, nam & in multorum honestorum virorum prædijs lupanaria exercentur.
4 † Mercedes plane a colonis acceptæ loco sunt fructuum, operæ quoque seruorum, in eadem erunt causa, qua sunt pẽsiones, item vecturæ nauium, & iumẽtorum, & ita Vlpianus scripsit d. l. ancillarum l. mercedes. eo. tit. Vsqueadeo fructus hæreditatem augere. Pau. not. l. & non tantum. §. seruitutes. eod. tit. vt is etiam petitione hæreditatis teneatur, qui solos fructus ex hæreditate retinet: cum igitur omnium rerũ, quæ fuerunt defuncti, hæredes sint domini, hæreditasq; fructibus augeatur, æquissimũ est, vt alienæ hæreditatis possessor, fructus ex ea perceptos cuiuscunque generis fuerint, hæredi quandocunque petitione hæreditatis agenti restituat.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæfidei fructus omnes perceptos hæredi restituere tenetur.*
2 *Prædo quos fructus percipit, suos non facit.*
3 *Hæreditatem distrahens, quam scit ad se non pertinere, arbitrio petitoris satisfacere cogitur.*
4 *Hæres vtrum petere possit hæreditatem detentam cum fructibus, an pretiũ & usuras.*

De fructibus hæreditatis a malæfidei possessore restituendis. Cap. ij.

1 Sed hoc distinctionẽ recipit. † Aut enim malæfidei possessor erat, qui percepit, & hunc ad omnes fructus hæredi sine vlla exceptione restituẽdos teneri receptũ est. Vnde imperatores Seuerus & Antoninus Marcello cuidam militi, qui aduersus malæfidei possessorem in petitione hæreditatis obtinuerat, in hęc verba rescripserunt l. si post motam. C. de petitio. hæred. Si post motam controuersiam Menecratis bonorum, partem dimidiam Museus ab hærede scripto, quæstionis illatæ non ignarus, comparauit, tam ipse, quasi malæfidei possessor, quàm heredes eius fructus restituere coguntur. Paulus quoque ita scribit l. illud. §. prædo.
2 de peti. hære. † Prædo fructus suos non facit, sed augent hæreditatem.

Source : BIU Cujas

reditatem. Ideoq; eorum quoque fructus præstabit,quę sententia vera est,etiam si hæres eos percepturus nō fuerat. Cū enim hæreditas petita sit,eos fructus,quos possessor accepe rit,omnino restituendos, & petitor eos percepturus nō fuerat,Aphricanus respondit l.cum hæreditas.de peti.hęre.Sed & si possessor, ex hęreditate inhonestos habuerit q̄stus: eos etiam restituere cogetur, ne (vt Hermogenianus ait l.si possessor.eo. tit.) honesta interpretatio non honesto quęstu lu-
3 crum possessori adferat. Hoc amplius † & si quis sciens hæreditatem ad se non pertinere distraxit,Imperator Seuerus rescripsit l.item veniunt.§.cęterùm.eo.tit. in arbitrio petitoris esse qualem computationem faciat aduersus malęfidei possessorem,vtrum ne ipsius rei & fructuum, an pretij & vsurarum.Idemq; Iulio Paulo visum est l.si & rem & pretium.eo. titu. nisi forte tales res distraxerit, quas distrahi expediebat, quę onerabant magis hęreditatem,quàm fructui essent,steriles fortè vel tempore perituręs; tunc enim pretium & vsuras posse petere hęredem Papinianus respōdit l. si possessor.
4 §.ꝙ si post.de peti hęred.† alioqui eligere, vt ante dixi,petitor potest,vtrum ne ipsam rem & fructus, an pretium & vsuras, petere velit; nam non solùm fructus quos perceperunt, sed & quos percipere debuerūt,prędones & malæfidei possessores præstare debere senatusconsulto cautum est l.sed & si lege.§.quod autem.eod.tit.& ita Vlpianus refert d.§.quod autem.Si tamen pecuniam in hęreditate inuentam malæfidei possessor non attingat, eum omnino non esse in vsuras conueniendum,Papinianus ait l.si possessor.eod.titu. neque enim possessorem pecuniæ hæreditariæ eum rectè dici puto,qui eam non attingit.

S V M M A R I V M.

1 *Possessor bonæfidei quos fructus restituere teneatur.*
2 *Possessor bonæfidei distrahens rem hæreditatis & redimens.an teneatur ad rem & ad pretium.& num.seq.*
4 *Possessor hæreditatis quæsita per seruum hæreditarium restituere tenetur.*

De fructibus hęreditatis a bonęfidei possessore ante litem contestatam perceptis. Cap.III.

1 Si verò † bonæfidei possessor fuerit, neq; quos percipere potuit, aut debuit, neq; omnes quos percepit fructus,sed eos tm̄,ex quibus locupletior factus est, hæredi restituere debere, Imperatores Titus Aelius & Antonius rescripserunt l.1.C.de peti.hær.Sed & senatusconsulto,quod petitione hæreditatis authore diuo Adriano factum est,cautum fuit l.item veniunt.§.eos.eo.ti. Eos qui iustas causas habuissent,quare bona ad se pertinere existimassent,vsq; adeo duntaxat,quo locupletiores ex ea re facti essent,cōdemnan-
2 dos esse. † Quare si bonæfidei possessor rem hæreditariā distraxerit,deinde eandem rem redemerit,& ita rem & pretiū habeat, an tantum rem ipsam, an verò rem & quod ex pretio amplius habet, restituere deberet, apud veteres quæsitū fuit, & diuus Adrianus in oratione sua,quam apud senatum habuit,ita decreuit l.si & rem & pretium. eod. tit. Dispiciet patres conscripti,nunquid sit æquum,possessorem non facere lucrum,& pretium,quod ex aliena re perceperit,reddere; quia potest existimari,in locum rei hæreditariæ venditę pretium eius succesisse, & quodammodo ipsum hæreditarium factum.
3 † Vnde Paulus colligit d.l. si & rem. oportere bonæfidei possessorem, & rem restituere petitori,& quod ex venditione eius rei lucratus est.Proinde si non solùm pretium,sed ēt pœna tardius pretio soluto peruenerit, hanc quoq; in restitutionem venire,Vlpianus ait l.vtrum.§.fin. eod.tit. Nam in fructu pœnam esse non absurde dicitur.Idem scribit l. sed & si lege.j.respon.eod.tit. si lege commissoria rem hæreditariā vendidit bonæfidei possessor, lucrum quod sensit,lege commissoria præstaturum. Sed & si pretium non exegerit bonæfidei possessor,actionem quam contra emptorem habet,hæredi præstaturum, cum periculo scilicet ipsius hæredis, Pa-
4 pinianus respondit l. si possessor. §. ait senatus. eod.tit. † Per seruum quoque hæreditarium res acquisitas restituere debet l.per seruum.eod.tit.Denique omne lucrum, tam malæ quàm bonęfidei possessori extorquendum esse,diuus Adrianus in ea,quam supra retulimus,oratione constituit l.post senatusconsultum.eod.tit.

S V M M A R I V M.

1 *Possessorem bonæfidei ad fructus restituendos teneri, qualiter intelligendū.*
2 *Possessor bonæfidei post motam controuersiam statim fit malæfidei.*
3 *Possessor usuras debet de pecunia ex venditione rei hæreditariæ redacta, ex quo scit hęreditatem a se peti.*

De fructibus hæreditatis post motam controuersiam a bonæfidei possessore perceptis. Cap.IIII.

1 Hoc autem quod dicimus, † eatenus ad restituendos fructus bonæfidei possessorem teneri,quatenus locupletior factus est, de fructibus ante litem super petitione hæreditatis contestatam, intelligendum est. Post litem enim contestatam fructus non solùm quos perceperit,sed etiam quos percipere potuit, compelli possessorem omnimodo reddere,vsuras quoq; rerum ante litis contestationem venditarum ex die contestationis computandas,senatus diuo Adriano authore constituit,quod senatusconsultum Imperatorem Titi Aelij Antonij rescripto cōfir-
2 matum est l.1.C.de pet.hære.Nam vt Vlpianus † ad idem senatusconsultum scribit l.sed & si lege.§.si ante litem.eod.tit. post litem contestatam omnes incipiunt malæfidei possessores esse, quinimmo post controuersiam motam;quanquā enim litis contestatæ mentio fiat in senatusconsulto, tamen & post motam controuersiā omnes possessores pares fiunt,
3 & quasi prædones tenentur. † Ex quo idem Vlpianus scribit l.item veniunt.§.petitam.eod.tit. cum qui scit a se peti hæreditatem,quamuis nemo ei denuntiauerit,statim tamen incipere vsuras pecuniæ ex venditione rerum hæreditariarum redactæ, debere, salua tamen electione hæredi,vtrum rem cum fructibus, an pretium cum vsuris petere velit, secundū suprascriptam c.2.distinctionem.

S V M M A R I V M.

1 *Fructuum hæredi reddendorum ratio ad quos suis hæredes pertinet.*
2 *Restitutio fructuum maximè fieri debet,hæreditate ad fiscum pertinente.*
3 *Hæres defuncti vindictam negligens functus hæreditate perceptos restituere cogitur.*
4 *Fideicommissum tantum in fraudem legis suscipiens fructus perceptos restituere cogetur.*

Quòd fructus hæreditatis omnibus quauis ex causa hæredibus restituendi sint. Cap. V.

1 Exposita † fructuum hæredi restituendorum rō, ad oēs,quocūq; iure hæredes sunt,quive qualibet ex causa hæreditatem ad se pertinentem euicerint,porrigitur,siue ab intestato, ꝙ sui hæredes,vel proximiores defuncto sint,vel ex testō, per se vel per alios hæredes instituti fuerint,quam sententiam Caius quoq; & Vlpianus probant l.1.2.3.eo.tit.Sed & ei qui de inofficioso egit,& obtinuit,fructus restitui debere non est incognitum.Nam scriptum hæredē perinde teneri diui Seuerus & Antonius rescripserunt, ac si pro hærede vel possessore possideret d.l.1. C. de inoffic. testa. Idem agnatione posthumi rupto testō probandū erit.
2 † Tunc aūt maximè hæc fructuum restitutio fieri dēt, cum ad fiscum hæreditas pertinet;nam senatusconsultum de petitione hæreditatis sub diuo Adriano factum,etiam si ad hęreditates priuato cuiq; delatas extēdatur, nominatim tm̄ de ea tm̄ hæreditate,quæ ad fiscum pertinet,loquitur, idq; Vlpianus refert l.item veniunt.§.præter.de pet.hære.& Imperatorum Titi,Elij,Antonini rescripto significatur l.1.C. eo.tit. cum aūt variæ (vt Calliistratus ait l.1.de iure fisci.) causę sint, ex quibus bona fisco deferri solent, sanè quacunque ex causa fisco delatę hæreditatis fructus in restitutionem veniunt
3 l.hæredem. de his qui. vt indig. † Vnde Pomponius scribit, hæredem qui sciens defuncti vindictam omisit, insuper habuit fructus,oēs restituere cogendum, deceptum aūt ignorantia facti,bonæfidei possessores defensionem habiturum, ante motam.s.controuersiam,si rō fructuum subducatur.Diui quoq; Seuerus & Antoni.rescripserunt l.1.C.de his qui.vt indi.hęredes, quos necesse testatoris inultam omisisse constiterit,fructus integros cogi reddere; neq; enim bonæfidei possessores ante controuersiam illatam fuisse videntur, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hæreditate aūt rerum distractarum, vel a debitoribus acceptæ pecuniæ,post motam litem bonorum,vsuras inferant, ꝙ in fructibus quoq; locū habere; quos in prędijs hęreditarijs inuētos
4 aut exinde perceptos vendiderunt,proculdubio est. † Simili modo eum qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit,eos quoq; fructus,quos ante motam litē percepit,restituere cogendū Papinianus respōdit l.eū qui. de his quib. vt indi.quia bonęfidei possessor fuisse nō vr̄,exemplo bonorum fisco vendicatorū. Post motā verò de tacito fideicommisso ꝙtrouersiā, ante pretia fructuū percepta,cū vsuris esse restituenda idē Papinianus scripsit d.l. eum qui. Paulus etiā refert l.cum quidam. §. in tacito. de vsu.diuum Pium rescripsisse,in tacito fideicommisso omne emolumentum hęredi auferendum,& fisco præstandum, ergo, vt idem Paulus ait d.§.in tacito. & vsurarum emolumētum fideicommissarius percepit, sed fructus in vsu habuit, eorum tm̄ pretia deberi non etiam vsuras, diuus Seuerus benigne decreuit. In summa,si qualibet alia ex causa hęreditas fisco vendicetur,eadē, vt supra diximus,fructuum ratio habebitur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessoria hæreditatis petitione quantum bonorum quis consequatur.*
2 *Pater filij militis præmortui peculium petens, fructus quoq; consequetur.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Copi. De naturalibus fructibus.

De fructibus qui in bonorum possessionis, aut cuiuslibet alterius vniuersitatis petitionē veniunt. Cap. VI.

Non solùm autem in hæreditate, sed in qualibet alia vniuersitate hac fructuum distinctione vtendum esse Vlpianus rectè putat l. item veniunt. §.
1 ait senatus. de pet. hær. vt in bonorum possessione, † nam per possessoriam hæreditatis petitionem tm̄ consequi bonorū possessorē Caius l. 1. de possi. hæred. pet. not. quantum ciuilib. actionibus hæres consequitur. Idem fit in restituta ex fideicommisso hæreditate, nam quisquis susceperit restitutā hæditatem, ex senatusconsulto, ex quo actiones transeunt, fidei commissaria hæreditatis petitione eū vti posse. Vlp. scribit l. 1. de fideicom. hære. pet. quæ actio secundū Pau. l. 2. eod. tit. de fideicom. hære. pet. sententiam, eadem recipit, quæ hæreditatis petitio ciuilis, sed de fructibus qui ab hærede rogato hæreditatem restituere fideicōmissario præstari debent vel non, proximè sequenti titulo differemus. In castrensi quoq; peculio putat Vlp. d. §. ait senatus. hanc fructuum distinctio-
2 nem locū habere, † vt si fortè intestatus filiusfamilias miles decesserit pater non hæreditatē, vt rectè Vlp. loquitur l. 2. de cast. pecul. sed peculium premortui filij petens fructus simul consequitur, perinde atq; si hæreditatem peteret. Illud prætermittendum non est, quæ de totius vniuersitatis fructibus dicuntur, eadē de fructibus partis intelligenda esse l. 1. si pars hære. peta. Idem enim iuris in parte, q̄ in toto obseruandū esse, vulgo receptum est l. quæ de tota. de rei vendi. l. an pars. pro derelic.

DE FRVCTIBVS LEGATORVM & fideicommissorum. Tit. 3.

SVMMARIVM.

1 *Fructus hæreditatis per fideicommissum relictæ, percepti ante aditam hæreditatem restituuntur fideicommissario.*
2 *Hæreditas per seruum hæreditariarum quæsita, an veniat in restitutionem.*
3 *Fructus ante aditam hæreditatem percepti, hæreditatis nomine cōtinentur.*
4 *Rogatus restituere hæreditatem ad quid teneatur.*
5 *Hæres fructus post aditam hæreditatem perceptos lucratur, negligentia non petentis fideicommissum.*
6 *Hæres quo casu fructus post aditam hæreditatem perceptos fideicommissario præstare debeat.*

De fructibus hæreditatis per fideicommissum purum relictæ. Cap. I.

Post enarrationem fructuū qui in petitionē hæreditatis veniūt, de fructibus q̄ in singularū rerū petitionē deducunt, statim discutiendū esse videbat, sed cū hæreditati summa cū legatis & fideicōmissis affinitas intercedat, nō sine cā de legatorū & fideicōmissorū fructibus prius dicendū nobis esse existimauimus. Per fideicōmissum aūt aut hæreditates, aut singulæ res relinquunt: idq; vel pure, vel in diē, vel sub condōne. Primum igit de fructibus hæreditatis per fideicōmissum purū relictæ despiciamus. Et Iul. respōdit l. ita tm̄. §. si seruū. ad Tre-
1 bel. † fructus ante aditā hr̄ditatē perceptos fideicōmissario restituendos esse. Vñ si quid ante aditā hr̄ditatē seruus stipulatus fuerit, aut per traditionē acceperit, id ei restitui dēt, pr̄eteriti quoq; ante aditā hereditatē tpis vsuras in restōnem venire, Papi. scribit l. deducta j. respon. ad Treb. Post aditā verò hæreditatē perceptos fructus in fideicommissariam hæreditatis restōnem non venire constat l. in fideicōmissariā. l. po-
2 stulante. §. sane. §. fi. eo. tit. † Itaq; si quid seruus hæreditarius post aditā hæreditatē stipulatus fuerit, aut per traditionē acceperit, minimè restituendū esse Iul. scribit d. l. ita tm̄. §. si seruum. Sed etsi seruū hæreditariū hæres rogatus restituere hæreditatē iusserit adire hæreditatē, ab alio eidem seruo relictam, & tunc hæreditatē restituerit, idem Iul. d. §. si seruū. & Caius l. facta. §. si hæres. eo. tit. eam hæreditatē quæ per seruū acquisita est, restitui debere, negant. Pari rōne, si hæres nummos hæreditarios fenerauerit, nihil eo nomine præstabit ei,
3 cui hæreditas per fideicōmissum relicta est, q̄ & Marcello placuit l. postulante. §. fi. eo. tit. Rō dr̄iæ hæc est † q̄ ante aditā hæreditatē percepti fructus iacenti hereditati accepto ferun tur, deq; natura & substantia hr̄ditatis participāt, vnde & appellatione hæreditatis continent. Cui ꝯns est, vt hæreditatē restituere rogatus, fructus ante aditā hæreditatē perceptos, vt s̄. expositū est, restituere cogatur, perinde, atq; si de his restituendis nominatim rogatus esset. Sed cū adita hæreditas nomen hæreditatis amittat, patrimoniumq; hæredis appellari incipiat, meritò fructus postea perceptos nō hr̄ditati, sed ipsis rebus accepto ferri Vlp. rñdit d. l. in fideicommissariā. sicq; non ex hæreditate, sed ex rebus & bonis ipsius hæredis perceptos videri. Quare institutum hæredē de his restituen-
4 dis rogatū esse Caius negat l. facta. §. hæres. eo. ti. † quoties. n. quis rogatur hæreditatem restituere, id vr̄ rogatus restituere, quod hæreditatis fuit, id quoq; Vlpi. no. d. l. in fideicommissariā. Cum igitur post aditam hæreditatem percepti fructus hereditatis non fuerint, non debere eos in restōnem venire manifestum est. Ad hæc cum in colendis fundis & colligendis fructibus hæres operam cōsumpserit, non esse equū Marcel. scribit d. l. postulante. §. fin. eo. tit. cogi eum reddere fructus, & alterius (vt ita dixerim) procuratorem constituit.
5 † Præterea hæredem fructus post aditā hæreditatē perceptos ex negligentia non petentis fideicommissum, lucrari Vlpi. existimat l. mulier. §. si hæres. eo. tit. Quid ergo si in petendo fideicommisso nulla fideicōmissario negligentia imputari possit, sed ꝯ hæres in eo restituendo morā cōmittat? an ēt post cōmissam in restituendo fideicōmisso morā perceptos fructus hæres suos faciat? & hoc casu fructus in restōnem venire Iulianus, Marcel. Papin. & Vlp. responderunt eo. l. in fideicōmissariam. l. ita tm̄. §. 1. l. postulante. §. fin. l. deducta. eo. tit. neminē. n. ex mora lucrū consequi, quin potius pœnā
6 persoluere debere, indubitati iuris est. Est & alius casus † quo post aditam hæreditatē perceptos fructus hæres fideicommissario præstare tenetur, cum. s. specialiter fuerit rogatus, vt hæreditatē simul cum fructibus restituat, quę sententia Vlp. placuit d. l. in fideicommissariā. Apud Caium quoq; scriptū memini, Si hęres cum incremento rogatus sit restituere hæreditatem, & priusq; eam restitueret, seruum hæreditārium hæredem ab aliquo institutum iusserit adire hæreditatem hanc etiam hæreditatem restituere cogi, nisi euidentissimis probationibus fuerit ab hęrede probatum, contemplatione sui seruum esse hæredem institutum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres fructus suos facit post aditam hæreditatem, qui medio tempore quo dies vel conditio pendet percepti sunt.*
2 *Legatū his uerbis relictū, quicquid ex hæreditate &c. qualiter intelligatur.*
3 *Rogatus restituere, quod supercesset cum moreretur, an debeat restituere fructus superfluos.*
4 *Hæres rogatus restituere, si sine liberis morietur, an restituet fructus quos ex hæreditate percipit.*
5 *Mulier non cogetur restituere id quod pro dote ei maritus reliquit.*
6 *Hæres quo casu fructus medij tēporis fideicommissario restituere teneatur.*
7 *Fideicommissum in diem dilatum qualiter intelligi debeat.*
8 *Hæres rogatus post aliquot annos restituere, an liberetur ante tempus præfixum restituens.*
9 *Hæres rogatus hæreditatem restituere quando ad fructus medij temporis teneatur & quando non. & num. sequen.*

De fructibus hęreditatis per fideicommissum in diē vel sub conditione relictæ. Cap. II.

De fructibus hæreditatis per fideicōmissum purum relictę satis dictū esse arbitror, deinceps de fructibus fideicōmissi in diem vel sub conditione relicti differamus. Et quidem quantū ad fructus ante aditam hæreditatem perceptos attinet, eadē per oīa obseruari debent, quæ s̄. de fructibus relicti pure fideicōmissi a nobis
1 dicta sunt: post † aditam verò hæreditatē oēs fructus medio tpe, quo dies vel conditio pendet, perceptos hæres suos facit, dieq; vel conditione fideicommissi aduenientę eos restituere non debebit: vt si hæreditatem post mortem suā alteri restituere rogatus sit, fructus quos viuus percepit fideicōmisso non contineri, Pau. l. Paulus. de vsu. respondit. Et Papi. eum qui post tps hæreditatem restituere rogatus est, vsuras a debitoribus hęreditarijs perceptas, quarum dies post mortem creditoris cessit, restituere non cogi, respondit l. deducta. §. qui post. ad Treb. & hæc sententia tū maximè vera est, cum nominatim sine fructibus vel deductis exceptisve reditibus hęreditatem restituere rogatus fuerit. Sed etsi testator expresę rogauerit hęredē, vt quicquid vel quanta pecunia ad eum ex hęreditate eius peruenerit, vel quicquid supererit ex bonis eius, restituat: fructus tm̄ medio tempore perceptos restituere non cogitur. Vnde Mod. scribit l. quod his verbis.
2 de lega. 3. † quod his verbis relictum est, quicquid ex hæreditate bonisve meis ad te peruenerit, cum morieris, restituas. fructus, quos hæres viuus percepit, item queque fructuum vice sunt non venire; nec enim quicquàm proponi, ex quo de his quoque restituendis testatorem rogasse probari pōt. Martian. etiam refert l. scribit. ad Trebel. Celsum scribere, *Si* is qui quadringenta in bonis habebat, petijt ab hærede suo, vt si sine liberis morēretur, quāta pecunia ex hæreditate sua ad eum peruenisset, Męuio restitueretur: si ex fructibus medio tempore quadringenta perceperit, & sine liberis decesserit, hæredem eius Męuio quadringenta debiturum. Apud Papin. l. hęredes mei. eo. tit. quoque similis species proponitur in hūc ferè modū, hęredes mei, q̄cquid ad eos ex hęreditate

Source : BIU Cujas

tate bonisve meis peruenerit, id omne post mortem suã restituat patriæ meæ Coloniæ Beneuentanorum, nihil de fructibus pendente cõditione perceptis petitum videri cõstat.
3 Idem Papi.scribit l.deducta.§.quod ex hereditate.eo.tit.†qđ ex hæreditate superfuisset, cum moreretur,restituere rogatus,fructus superfluos restituere non vr rogatus,cum ea verba diminutionem quidem hæreditatis admittant:fructuum autem additamentum non percipiant.Sed Vlpia.l.2.§. nonnunquàm.de vsu.ꝫ.sentire vr,cum ait, nonnunquàm euenire,vt quanq; fructus hæreditatis, aut pecuniæ vsura nominatim relicta non sit;nihilominus debeatur,vtpote siquis roget post mortẽ suam,quicquid ex bonis supererit,Titio restituere;vt.n.ea quæ bonafide diminuta sunt, in fideicommissi cã non comprehenduntur, si pro modo cæterorum quoq; bonorum diminuanr,ita ꝙ ex fructibus supererit iure voluntatis restitui oportebit,quæ snia tunc demum obtinet,cũ ex his quæ procedunt,vel sequunr, apparet testatorẽ de fructibus quoq; restituẽdis sensisse, vt perinde in restõnem veniãt fructus,atq; si specialiter eos restitui iussisset.Quod & respõ-
4 so quodam Celsus l.Balista.eo.ti.significare vr,†apud quem, cum ex facto propositum esset, filiumfamilias hæredem instituturn ita Trebellianus,si cauerit Coloniæ Philipensium, si sine liberis moreretur,quãtacunq; pecunia ad eum ex hæreditate bonisve meis peruenerit, eam pecuniam omnẽ ad Coloniam Philipensium peruenturam respondit, ex his verbis se existimare,ẽt fructus quos ex hæreditate perceperit restituere eum debere, perinde quasi specialiter testator hoc expressisset.In eandem snĩam Vlpia.ita scribit l.cum quis §. mulier.de dote præleg. Mulier dotem promisit quadringentorum,& dedit fundos duos in ducenta, & propterea nomina debitorũ in residua ducenta, mox maritus eius decedẽs, pro dote fundos ei duos,non eos quos in dotẽ acceperat reliquit,& præterea duos illos dotales,quos æstimatos acceperat,reliquit,fideiq; eius commisit,vt quicquid ex hereditate eius peruenisset,id restitueret Seio cũ moreretr, quærebatur quantũ esset in fideicõmisso muliere defuncta. Dicebã,mulierẽ hanc,quæ rogata est,quicquid ad se peruenerit ex testõ restituere in ea esse condõne, vt id demũ restituere cogatr, quod deducta dotis quantitate ad eã peruenit: dotẽ.n.recepisse eam magis q̃ accepisse, saluo eo quod ex commodo re
5 presentationis ab ea fideicõmitti potuit.† Proinde in quod maritus pro dote ei reliquit,nõ cogetr restituere,nisi plus fuerit in eo,q̃ in quantitate dotis,residuũ verò quod præterea illi relictũ est,cũ fructib. cogetr restituere, habebit igitur præcipuam dotẽ cũ fructib. suis, id verò extrinsecus relictũ est, cũ fructibus qui ad eã peruenerint restituet.Euidens.n.coniectura est,voluisse testatorẽ ẽt fructus restitui, ex eo, ꝙ pro dote legaret,quæ quasi quædã taxatio esset:ita vt q̃quid vltra eã haberet mulier, id omne iure fideicõmissi restituere, ꝙ non sine rõne ab Accursio quoq; responsum est d. §. mu-
6 lier.Idem probandũ erit; cũ † apparet testatorẽ solius fideicommissarij gratia restõnem fideicõmissi in diei vel ꝯdõnis euentũ detulisse,hoc.n.casu fructus medij tpis ab hærede pcepti fideicõmissario pstari debent,ne in fauorẽ eius & vtilitatẽ dies vel condõ apposita duriore interpretatione ꝫ eius cõmodum producat ad seueritatem,quod verissimè Mode. l.nulla.de legi.& senatusc.scribit,nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur.Vnde Pomponius refert l.si ita.§.Pe-
7 gasus.de leg.2.Pegasum ita solitum distinguere, † si in diem fideicõmissum relictũ sit,veluti post annos decem, interesse cuius cã tps dilatũ sit,vtrum ne hr̃dis, quo casu fructus hr̃dẽ retinere debere,an legatarij, veluti si in tps pubertati, ei qui impubes sit fideicõmissum relictũ sit; tunc.n.& fructus præstandos ẽt antecedentis tpis, & hæc ita intelligenda sunt, si non nominatim adiectũ est; vt cũ incremento hæres fideicõmissum præstet.Vlpia.l.2.§.cũ Pollidius.de vsu. ẽt respondisse inuenio. Cum Pollidius à propinqua sua hæres institutus rogatus fuisset filię mulieris quicquid ex bonis eius ad se peruenisset,cũ certã ætatem puella cõplesset,restituere,idq; sibi mater ideo placuisset,testõ comprehendisset,ne filiæ, tutoribus,sed potius propinquorũ necessitudine res cõmitteretur: eundemq; Pollidiũ fundũ retinere iussisset, præfectis prætorio suasi fructus, qui bonafide a Pollidio ex bonis defunctæ percepti essent, restitui debere,siue ꝙ fundũ ei tm̃ plegauerat, siue quod lubrico tutelæ fideicõmissi remedium mater prætulerat.Cui sententiæ consentaneũ est,quod Iabo-
8 lenus scribit l.eũ qui. de annu.leg.cũ † rogatus post decẽ annos restituere pecuniam, ante diem restituit,si ꝑ capientis personam,ꝙ rem familiarẽ tueri non posset,in diem relictũ fideicõmissum probetur,& perdituro ei id hęres ante diem restituisset,nullo modo liberatum esse, ꝙ si tps hæredis causa prorogatum esset,vt cõmodum medij tpis ipse sentiret,liberatum eũ intelligi: nã & plus eum præstitisse q̃ debuisset. Apud Serbidium quoq; Scęuolam proposita est species talis
9 l.liberto.§.filiũ.de annu.leg.filium ex † dodrante,vxorem ex quadrante instituit hæredes, & filij fideicõmisit,vt nouercæ restitueret hæreditatem, ab ea aũt petijt, vt infirmitatẽ filij commendatã haberet, eiq; menstruos aureos denos præstaret,donec ad 25.annum ætatis peruenerit; cũ aũt implesset eam ætatem, partẽ dimidiã hæreditatis ei restitueret filius deducta dodrãtis parte quarta,ex qua institutus erat,nouercæ hæreditatẽ restituit, & postea adimpleuit 25. annum ætatis. Quæsitũ & cũ nouerca vniuersæ hæreditatis habeat dodrantẽ,semiunciã & sicilicum,& an eius partẽ dimidiam priuigno suo restitueret? Rñdit secundũ ea quæ proponeretur,tm̃ restituendũ,quantũ cũ eo quod Falcidiæ nomine filius deduxisset,semissem faceret.Idem quęsiuit,an ꝙ infirmitati filij pater cõsulere voluerit,fructus quoq; medij tpis nouerca ei restituere deberet? Respondit secundũ ea quæ proponerentur debere. Fxceptis aũt his casibus fructus medij
10 temporis hæres suos † facit,adeo vt Aphric.scribat l.ex asse. ad Trebel. ex asse hæredem institutum, partem hæreditatis mihi pure, partem tibi sub conditione restituere rogatum, cum suspectam diceret hæreditatẽ, postulante me adijsse & mihi totam ex senatusconsulto restituisse,qñcunq; conditio extiterit,an fructus partis suæ tibi restituere debeã,non inuenio dubitatum fuisse,& plerisque placuisse, non esse eos præstandos, quia nec ab hærede præstarentur, si sua spõtè adijsset.Cæterum an partus ancillæ ante diem fideicommissi cedentem editi sint restituendi, vetus (vt superiore libro exposuimus) quæstio fuit, cuius decisio ex his quæ ibidem diximus requirenda est.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus rei legatæ quando hæreditatem augere dicantur, & quando non.*
2 *Seruus hæreditarius hæreditati non aditæ acquirit.*
3 *Legatum post mortem domini seruo relictum an efficiatur hæredis.*
Fructus ex re legata ante aditam hæreditatem percepti an spectent ad legatarium.
4 *Legatum fundi instructi,an comprehendat instrumentum,cuius mentio facta non est.*
Peculij legati nomine quæ veniant.
5 *Peculium seruo manumisso legatum quid comprehendat.*
6 *Nomen debitoris legatum his verbis, Titio decem aureos dari volo &c. qualiter intelligatur.*
7 *Legatum partis bonorum an sit cum fructibus restituendum.*
8 *Legato partis bonorum relicto an debeatur pars ipsa bonorũ,an æstimatio.*
9 *Legatum partis bonorum non est certi corporis.*
10 *Aditio hæreditatis tardior neque hæredi lucrosa, neque legatarijs damnosa esse debet.*
11 *Fructus percepti ante additionem hæreditatis quo casu fiant legatarij.*
12 *Legatarius adiectum legatum per testatorem petere potest.*

De fructibus legatorum ante aditam hæreditatem perceptis. Cap. III.

Quod ad fructus cęterorum legatorum & fideicommissorum attinet, est quædam similis obseruatio,sed non omnino eadẽ.† Sanè enim rei legatæ ante aditã
1 hæreditatem percepti fructus hæreditatem augent, hi præsertim qui maturi mortis testatoris tempore erant l. in l.Falcidia placuit.ad l.Falc.quam sententiã puto veram,licèt Bal. ꝫ senserit, neq; partem rei legatæ facere intelliguntur: cum ante aditam hæreditatem a solo separati fuerint,multo magis hi,qui post testm̃, sed viuo adhuc testatore percepti sunt l.quæsitum.§.penul.de leg.1.Sed & si post tps mortis, tñ ante aditam hæreditatem nati & percepti fuerint,quamuis nõ sic æstimationem hæreditatis augeant, vt hæres eos sibi in quartam imputare debeat,tamen hæreditati accepta feruntur,& in numero rerum hæreditatiarum habentur,eidemq; futuro hæredi cum cęteris rebus hæreditarijs acquiruntur.
2 † Itaque quod seruus ante aditam hæreditatem acquirit.hæreditatem eum acquirere Sabi.scribit l.quod seruus. de leg. 2.Sed an adita hæreditate legatario sit restituendum? & putat Accur.d.l.quod seruus.restitui debere, quæ sententia vera non est;cum enim hæreditati acquiratur,quæ futuri hæredis personam representat, in dñium eiusdem cum reliquis, vt ſ.diximus,rebus hæreditarijs transfertur, alioqui hæreditati acquiri dicendum non esset,quod non in hæredis,sed legatarij dñio futurum esset.Eadem rõne si aliquo casu possessio rei legatæ ante aditam hæreditatem ad legatarium peruenerit,cum fructus omnes quos ante aditam hæreditatem percepit restituere debere Vlp. rectè putat l.nihil.§.fructus. de leg.1.Nam & Iulia.scribit l.quæsitum.§.pen.de lega.1.l. si mihi seruus a te hærede legatus fuerit, & eidẽ seruo aliquis legauerit,& viuo eo qui mihi seruum legauerat, dies legati seruo dati cesserit,confestim id legatum hæreditati acquiri, & ideo quamuis postea moriatur is,qui mihi seruum legauerat,ad me id quod seruo legatum est,non pertinebit.Similiter & Caius respondit l.si post mortem. de lega. 1.

Source : BIU Cujas

3 † Si ſeruo poſt mortem dñi relictum eſt legatum, ſi quidem in ea cã durauerit, ad hæredem dñi pertinet, vſq; adeo vt idẽ iuris ſit, & ſi teſtõ dñi liber eſſe iuſſus fuerit; ante enim cędit dies legati, quàm aliquis hæres dño extiterit, quo fit, vt hæreditati acquiſitum legatũ, poſtea hærede aliquo exiſtente ad eum pertineat. Nonnunquàm tñ ex die mortis teſtatoris & ante aditam hæreditatem percepti fructus ad legatariũ pertinent, veluti cũ legatũ vniuerſitatis corporiſve, quod ex diſtantibus conſtat, relictũ eſt: tunc.n. fructus nõ vt fructus, ſed vt augmentũ & pars legat. corporis legatariũ ex die mortis ſequunt̃ v.g. equitio legato, ẽt ſi mora hæredis non intercedat, Mode. ait l. equis. j. de vſu. incremento gregis fętus accedere. Sed & quarumcunq; pecudũ grege vel armento legato, & quæ poſtea accedunt ad legatariũ pertinere Vlpia. reſpondit l. grege. de leg. 1. Apud Pau. quoq; ita relatũ eſt l. fun-
4 dum. de fun. inſtruc. Fundum † inſtructum libertis patronus legauit, poſtea codicillis petijt, vt morientes partes ſuas fundi ſuperſtitibus reſtituerent, nec inſtr̃i mẽtionem habuit, talem in fideicommiſſi cã deductum videri placuit, qualis fuerat legatus, ſed medij tpis augmenta fętuum & partuum, itẽ detrimenta fatalium fideicommiſſo contineri. Item peculio legato Vlpi. quærit l. deniq;. de pecul. lega. vtrum id demum peculiũ accipimus, quod mortis tpe fuerit, an verò & quod poſtea acceſſerit applicamus, vel qđ deceſſerit detrahimus, & refert Iulianum reſpondiſſe, ſiquidem non ipſi ſeruo ſed extraneo legatum ſit peculiũ, tp̃s mortis ſpectandum, quare illud quidem, quod ex operis ſuis, vel alia cã poſt mortẽ teſtatoris ante aditam hæreditatem acquirit, ſeruus cuius legatum eſt peculium, cum id legati peculij nomine non contineatur, legatario non acquirit, tñ incrementa rerum peculiarum ad eum peruenire debẽt, vt partus ancillarum, fœtus pe-
5 corum, quæ in peculio mortis tpe fuerunt. † Diuerſum eſt, cũ ipſi ſeruo manumiſſo peculiũ legatũ eſt, nam nõ ſolũ quod die mortis fuerit, ſed & quod poſtea acquiſierit (cum vnũ & idem ſit peculiũ & patrimonium eidem manumiſſo futurũ) legato adſcribendum Iul. & Vlp. reſponderunt d. l. denique. Pau. quoq; peculium legatũ augeri poſſe & minui ait l. peculium. de leg. 1. & cũ quidam ita legiſſet. Fundum Cornelianũ & mancipia quæ in eo fundo cum moriar mea erunt, hæres meus Titio dato, an partus eius legato cedat, reſpondit Iul. l.
6 huiuſmodi. §. legatum. de leg. 1. cedere. † Item cũ teſtator nomen debitoris ad hęc verba legaſſet. Titio hoc amplius dari volo, decem aureos quos mihi hæredes Caij Sęij debent, aduerſus quos actionẽ ei mandari volo, eiq; eorundẽ pignora tradi. quærereturq;, vtrum hæredes tm̃ decem dare debeãt, an in omne debitum, hoc eſt in vſuras deberẽt mandare. Reſpond. Sceuola l. nomen. de leg. 3. videri vniuerſam eius nominis obligationem legatam. Item cum ignorante teſtatore actores in prouincia adiectis ſorti vſuris decem ſtipulati eſſent, an ex cauſa fideicommiſſi ſupraſcripti etiã incrementum huius debiti ad Titium pertineret, quæſitũ fuit. Reſpondit Sceuola pertinere. Proinde his quæ fructibus vniuerſitatis legatæ ex die mortis legatario præſtandis dicimus, contrarium non eſt, quod Paul. ſcribit l. ſi quis bonorũ. de leg. 1.
7 † Si quis bonorum partem legauerit, ſine fructibus legatum reſtituendum, & licèt fideicommiſſum hæreditatis partiſve eius vniuerſitatis fideicommiſſum rectè appelletur; non tñ partis bonorum legatum vniuerſitatis dr̃. Nam in hoc legato partis bonorum nulla onera & incommoda cõtinentur, cum deductis omnibus oneribus pars bonorum definiatur, & ita Modeſt. ſcribit l. cum aũt, de lega. 2. Ad hæreditatis & cuiuſuis alterius vniuerſitatis nomen, nõ commoda tm̃, ſed & onera continet. Præterea hoc legatum, certi corporis vel vniuerſitatis non eſſe ex eo ſatis apparet, qp hæres non res ipſas, neq; partes rerum pręſtare cogitur, ſed prout elegerit, vel forte iudici æquum viſum fuerit, vel partes rerum vel vnam
8 pro pluribus, vel æſtimationem earum præſtare põt. † Nam & Pomponius refert l. non amplius. §. cum bonorũ. de leg. 1. cum bonorum parte legata dubium eſſet, vtrum rerum partes an æſtimatio deberentur, Sabinum quidem & Caſſium reſpondiſſe, æſtimationem deberi, Proculum verò, & Neruã exiſtimaſſe rerũ partes eſſe legatas, ſed oportere hæredi ſuccurri, vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem rerum dare maluerit; in his tñ rebus concedi, hæredi partem dare, quæ ſine damno diuidi poſſunt, ſi autẽ vel naturaliter indiuiſę ſunt, vel ſine damno diuiſio eorum fieri non poteſt, æſtimatio ab hærede omnino præſtanda eſt. Poteſt autẽ (vt Pau. ait l. poteſt. de leg. 1.) hęres vel in paucioribus, vel in vna re relictam partem legatario dare, in quã vel legatarius con-
9 ſenſerit, vel iudex æſtimauerit. † Ex his igitur ſatis conſtat, neque certi corporis, neque vniuerſitatis, ſed planè incertę rei, legatum partis bonorum eſſe, cum ante ſolutionem ignoretur, quid præſtandum veniat, & tunc demum res fiant legatarij, cum earum præſtatio facta eſt, ex quo tempore fructus ei deberi incipiunt. Nõ ſolùm aũt hoc caſu cum vniuerſitas legata eſt ante aditam hæreditatem percepti fructus legatarium ſequuntur, ſed & alio caſu, cum hęres additioni moram fecit. Nam poſt moram in adeundo cõmiſſam percepti fructus, quamuis ante aditam hęreditatem percepti fuerint, ad legatariũ pertinere explorati iuris eſt, quod in s̃. ſcripto partis bonorum legato Paulus d. l. ſi quis bonorum. de leg. 1. reſpondit: inquiens, partis bonorum legatæ fructus nõ reſtitui, niſi mora hæredis interceſſerit, & Modeſtinus ait l. equis. 2. de vſu. equis per fideicommiſſum legatis, poſt moram hæredis fœtus quoq; deberi: ſed & fœtũ ſecundum in præſtatio-
10 nem venire Vlpianus tradit l. equis. j. de vſu. neq; † enim tardior hæreditatis aditio hæredibus lucroſa, aut legatarijs dãnoſa eſſe debet, alioqui in legatariorum fraudem hæredes paſſim tardius hæreditatem adirent, vt interim legatorum fructus hæreditati acquirerentur, quod ferri non debet. Cũ autem plerumque per litem ſuper aditione conteſtatam hæredes in mora conſtituantur, Imperator Gordianus ſcripſit l. fi. C. de vſu. & fructi. lega. & fideicom. in legatis & fideicõmiſſis, fructus poſt litis conteſtationem non ex die mortis ſequi, ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur, quod reſcriptum non de mora poſt aditam hæreditatem commiſſa, ſed de ea quæ in adeundo commiſſa eſt intelligendum, illa verba (nõ ex die mortis) demonſtrant, diem enim mortis opponit litis conteſtationi, per quam hæres in mora conſtituitur, quod ſi de ea quæ poſt aditam hæreditatem committitur locutus fuiſſet, non diem mortis, ſed potius aditæ hæreditatis litis
11 conteſtationi opponere debuiſſet. † Eſt & alius caſus, quo ante aditam hęreditatem percepti fructus legatarij fiunt, cũ teſtator ipſe rem legatam tradidit; tunc enim quaſi donatione facta ſtatim ex die traditionis fructus ad legatarium pertinent. Idem dicendum erit, cum nominatim teſtator rem legatam cum fructibus, qui ex ea percepti fuerint, præſtari iuſſit, vt ſi affini ſuo ita legauerit, Fundum Cornelianum Titio vt eſt inſtructus cũ omnibus rebus & municipijs, & reliquis colonorum dari volo. reſpondit Scęuola l. fundum. de fun. inſtruc. fructus eiuſdem fundi, qui ibi in diem mortis coacti manſerint, fideicommiſſo cędere, cum pleniſſima erga affinem teſtatoris voluntas, ab eo quoq; manifeſtetur, quod reliqua colonorum eiuſdem poſſeſſionis ad eum pertinere voluerit. Nouiſſimè ſciendũ eſt, licèt poſt teſtm̃ ſe viuo adhuc teſtatore, vel etiam mortuo eo, ſed ante aditam hæreditatẽ, fructus nati exceptis ſupraſcriptis caſibus hæreditati acquirantur, nec præſtandi cum re legata veniant, tñ ſi teſtator rei legatæ aliquid adiecerit, id ad legatarium pertinere pleriq; reſponderunt, nam & Iabolenus l. cum fundus. de legatis 2. ſcribit. cum fundus nominatim legatus ſit, ſi quid ei poſt teſtamentum factum adiectum eſt, id quoq; legato cedere, ẽt ſi illa verba adiecta non ſint (qui meus erit) ſi modò teſtator eam partem non ſeparatim poſſedit, ſed vniuerſitati prioris fundi adiunxit. Item ſi ex toto fundo partem alienaſſet teſtator, reliquam duntaxat partem deberi, Pomponius l. ſi ex toto. de lega. primo. exiſtimat; quia etiam ſi aliquid adieciſſet ei fundo, argumentum legatario accederet.

12 † Idem Pomponius ſcribit l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. de lega. primo. ſi quis poſt teſtamentum factum fundum Titiano deſtinaret, id quod adiectum eſt, exigi a legatario poſſe, & ſimilem eſſe cauſam alluuionis, & maximè ſi ex alio agro, qui fuit eius, cum teſtamentum faceret, eam partem adierit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei legatæ poſt aditam hæreditatem ſunt legatarij. & num. 3.*
2 *Legatum rei legatæ dominium in legatarium transfert.*
3 *Seruo legato ſi quid legetur, etiam id ei debetur, cui ſeruus legatus eſt.*
4 *Legata pure ſtatim ex die aditæ hæreditatis præſtari debent.*
5 *Fructus qui in legati petitionem deducantur.*
6 *Hæredem ex die hæreditatis aditæ legata non præſtantem in mora eſſe, quæ liter intelligendum.*
7 *Vſuras legatorum a tempore litis conteſtatæ exigi an uerum ſit.*
8 *Hæres qua actione ad fructus rei legatæ ante litem conteſtatam perceptos conueniatur.*
9 *Fideicommiſſum reſtituere qui cogitur, ad fructus poſt litis conteſtationem perceptos eadem ſententia tenetur.*

De fructibus legatorum pure relictorum poſt aditam hæreditatem perceptis. Cap. III.

Sequitur vt de fructibus legatorum poſt aditam hæreditatem perceptis differamus. Et regulariter fructus rei pure legatæ ante aditam hæreditatem per-
1 ceptos hæreditati, vt ſupra diximus, acquiri, qui verò poſt aditam hæreditatem prouenerunt eos demum ad legatarium pertinere, certi & indubitati iuris eſt; nam etſi Martianus

tianus l. a Titio. de furt. rectè dicat, ea quę legantur recta via ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt transire; non tñ significat statim ex die mortis testatoris, & ante aditam hæreditatem rei legatæ dominium in legatarium transferri, Sed hoc sibi vult, dominium rei legatæ ne momento quidem pœnes hæredem, sed interim vacante hæreditate dominium ipsius hæreditatis esse, & ab adita hæreditate, quasi ab eo qui legauit, cuius personam hæreditas vacans repræsentabat recta via dominium ad legatarium transire, qđ & Iuli. l si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1. in persona serui legati respondit, vt ex die aditæ hæreditatis legatarij fuisse intelligatur, si eum non repulerit, ante aditam verò hæreditatem in suspēso sit, an legatarij, an verò hæredis futurus sit. Hoc ipsum & Papin. apertissimè declarat, ait enim l. legatũ
2 ita. de leg. 2. † legatum ita dominium rei legatarij facere: vt hæreditas hæredis res singulas, quod eo, vt idem dicit, pertinet, vt si pure res relicta sit: & legatarius non repudiauerit defuncti voluntatem, recta via dominium, quod hæreditatis fuit ad legatarium transeat, non facto hæredis, quæ sanè verissima interpretatio, nostrorum glossulariorum distinctionem Accur. & alij in d. l. a Titio. quã fictionem a rei veritate distinguunt, fictam & ineptam esse conuincit. Ergo cum ex die aditæ hæreditatis quæsitũ sit ex causa legati vel fideicommissi dominium, fructus qui postea percipiuntur ad legatarium vel fideicommissarium pertinere, Modestinus scripsit l. Herennius. de vsu. idemq; & Vlpiano placuit l. nihil. §. fru-
3 ctus. de leg. 1. † Vsqueadeo autem fructus, qui post aditã hæreditatem peruenerunt, legatario debentur, vt quamuis maior pars anni ante diem legati cedentem præterierit: nihilominus omnes fructus totius anni, qui post aditam hæreditatem prouenerunt, ad legatarium pertineant, vt Modestinus respondit l. Herennius. Et secundùm hanc regulã, qua ex die aditę hæreditatis dominiũ legati acquiri legatario dicimus, & de iure eorum quæ per traditionem seruus legatus acceperit, aut stipulatus fuerit, deq; his legata vel donata ei fuerint, statuendũ esse Iulianus ait l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. 1. vt si quidem non repudiauerit legatarius, hæc omnia post aditam hæreditatem per seruum acquisita ad eum pertineant, si verò repulerit seruum non legatarij sed hære-
4 dis negotium gessisse existimetur. † Sed & si seruo legato ante aditam hæreditatẽ aliquid legatum fuerit, hoc quoq; ad eum, cui legatus est seruus, pertinere: nam diem eius legati, quod seruo datum est, non mortis tpe, sed adita hæreditate cedere, idem Iulianus respondit l. cũ legato. qñ dies lega. cedit. Item cum legato seruo antequã hæreditas eius qui legauerãt adiretur, vsusfructus ab alio legatus fuerit, & prior hæreditas eius qui vsumfructũ legauerit adita fuerit, postea adita hæreditate eius qui seruum legauerat, Iulianus existimat l. cum ita. §. cum legato. qñ dies vsufruc. lega. cedit. vsumfructum ad eum cui legatus est seruus pertinere. Nam tunc demum dies vsusfructus seruo legati cessit, cũ hæreditas eius, qui seruum legauerat, adita est, quæ priusquã adiretur, dies vsusfructus seruo legati cedere non potuit; nec interim eidẽ hæreditati aliquod emolumentũ acquiri, idemq; Caius Hermogenianus & Pau. probant l. si post mortẽ. de leg. 1. l. hære-
5 ditas. de acq. re. dom. l. vsusfructus. de stipula. seruo. † His ꝑñs est, legata omnia, quæ pure sine die vel conditione adscribuntur (vt Modestinus refert l. omnia. de leg. 2.) ex die aditæ hæreditatis præstari debere hæredem, qui ipso aditionis die eadem non præstiterit sine vlla interpellatione, sed solo diei lapsu, cum eorum præstandorum potestatẽ habuerit, in moram incidere, omnesq; fructus post aditam hæreditatem ex re legata perceptos legatario restituere debere. Itaque cum res legata est, si quidem propria fuerit testatoris, & copiam eius habet hæres, moram facere non debet, sed eam secundùm Vlpiani opinionem l cum res. de leg. 1 absq; mora præstare, quia intercedente vsuras & omnium vtilitatem præstandam, Sabinus ait d. l. cum res. Quare si quis seruo suo fideicommissariam libertatem adscripserit, si mora fiat præstandæ libertatis etiam fideicommissio moram factam videri, & vsurarũ onus accedere, nam & cętera quæ medio tempore acquisiuit seruus, dum hæres moratur, præstare libertatem, eidem restitui oporteret, rectissimè responsum est l. si quis seruo. de leg. 2. Scribit etiam Aphricanus l. apud Iulia-
6 num. de leg. 1. † fructus in petitionem legati deduci, nõ eos tñ, quos hæres percepit, sed quos legatarius percipere potuit, & idem in operis seruorum, vecturis iumentorum, naulis nauium, pensionibus vrbanorum prædiorum, vsuris quãtitatis intelligendum esse: cum hæc omnia, vt primo libro exposuimus, in fructibus habeantur. Idem de partu ancillarũ etsi in fructu non sint, dicendum erit. Et si seruus legatus fuerit, & hæreditas, vel legatum, vel quid aliud per eum acquisitum fuerit, hæredem debere præstare, idem Aphricanus respondit l. apud Iulianum. Similiter & Pau. scribit l. is qui fidei commissum. de leg. 3. cum qui fideicõmissum dẽt post moram non tm̃ fructus, sed ẽt omne damnũ, quo affectus est fideicommissarius restituere cogi. Apud Scęuolã l. patronus. de leg. 3. quoq; proposita est species hmõi. Patronus liberto statim tribũ emi petierat, libertus diu moram ab hęrede patroni passus est, & decedens hæredem reliquit clarissimum virum, quæsitum est, an tribus æstimatio hæredi eius debeatur, respondi deberi. Item quæsitũ est an & cõmoda & principales libertates, quas libertus ex eadẽ tribu vlq; in diẽ mortis suę consequutus fuisset, si ei ea tribus secundũ voluntatẽ Patroni sui tunc comparata esset, an verò vsuræ æstimationis hæredi eius debeantur. Respondit Scęuola, quicquid ipse cõsequutus esset, id ad hæredẽ suũ transmittere. Amplius & rempublicã post moram fideicõmissi vsuras præstare cogendam esse, Papiniano visum est l. qui solidum. §. ẽt. de leg. 2. Hoc aũt quod s̃. diximus, hęredẽ ex ipso aditę hæreditatis die, si legatum non præstiterit, morã cõmittere, ita accipiendum est, cũ rei legatæ copiã hẽt: & sine cã restitutionẽ eius moratur; nam vt elegãter Aphrica. scribit l. quæsitũ. de acq. rerum domi. si fundum suum quis legauerit. hæres qui etiã legatũ esse sciat, proculdubio fructus ex eo perceptos suos non faciet, & multo magis si testator alienum bonafide emptum possideat, & circa seruorum igitur operam ac ministerium eandem rationem sequendam, & siue proprij, siue alieni, vel legati, vel manumissi testamento fuerint, nihil per eos hæredibus, qui modo eorũ id non ignorant, acquirat. Quòd si hæredes ignorantes rem esse legatã, aut iusta de cã, puta Falcidię legis rõne, restõnem eius morati fuerint, fructus interim vlq; ad litem super legato vel fideicommisso contestatam perceptos suos faciunt. Post litem verò contestatã oẽm causam actori representari debere, fructusque fundorum & ancillarum partus in iudicium deduci, deniq; quod seruo legato pendente lite, vel legatorum vel hæreditatis nomine obuenerit, præstandum esse legatario Iulian. respondit l. quę situm § fin. de leg. 1. In hunc quoq; modum intelligi debet, quod diui Seuerus & Antonius rescripserunt l. 1. C. de vsu.
7 & fruct. lega. & fideicom. † Legatorum seu fideicommissorum vsuras ex eo tempore quo lis contestata est exigi posse, sed & fructus rerum & mercedes seruorum qui ex testõ debentur, similiter præstari debere. Extat ẽt Imperatoris Antonini rescriptum l. 2. C. de vsu. & fruc. leg. & fideicom. quo cautum est, hæredes, qui Falcidiæ legis ratione legata morãtur, ostendere debere, hæreditatem solidis legatis soluendis nõ sufficere: & si constiterit, Falcidiæ locum non esse, & vsuras & fructus post litem contestatã legatarios percepturos. Sed etsi hæres, qui ignorabat, aliamve retinendæ rei legatæ iustã causam habebat, antequam ad iudicem perueniretur, in mora fuerit, rectissimè Vlpianus respondit l. in fideicommissi. de vsu. exinde fructuum præstandorum necessitate adstrictũ
8 eum esse. Illud etiam non abs re dici possit, † hæredẽ ea actione per quam petitur legatum, ad fructus ante litem contestatam perceptos conueniri non posse, sed condictione si mala fide consumpti fuerint, si verò extent, rei vẽdicatione, quod diffusius proximè sequenti titulo explicabimus. Et hoc quoque modo interpretandum est diui Pij rescriptum, d. l. in fideicommissi. quo declaratur, fructus fideicommissi ex die litis contestatæ vel præcedentis moræ ad sententiam vsq; hęredem restituere teneri, cęterum tempus, quod post rem iudicatam est, a dependendis fructibus immune esse. Nam re-
9 scriptum sic accipere debemus, vt † is qui ad fideicommissi restitutionem condemnatus est, eiusdem condemnationis ratione fructus ex tempore litis contestatæ vsq; ad rem iudicatam perceptos restituere debeat: sed ad eos quos post rẽ iudicatam percepit restituendos condemnationem nõ porrigi, neq; enim iudex sua sententia tempus illud, quod post rem iudicatam est, comprehendere, iudiciumq; ad futurum tempus trahere potest, sed ad ees persequendos nouã actionem instituere, vel cõdictionem, vel rei vendicationẽ, prout causæ qualitas tulerit. Illud nullam habet dubitationem sub tempore quod est vsq; ad rem iudicatam illud tempus comprehendi quod condemnatis datum est, cum secundùm Vlpiani sententiam d. l. in fideicommissi. illa temporis intercapedo iudicato dilationem dare, non lucrum adferre debeat. Cęterùm manifestiorem esse puto nostrorum interpretum errorem, quàm vt vlla reprehensione indigeat, vt qui tẽpus post rem iudicatam immune a fructibus dependendis, hoc est percipiendis exposuerint, quasi verò condemnatus fructus tantùm, quos ex facto percepit post sententiam restituere teneatur, non eos quos percipere potuit, ac nõ potius malæfidei possessor sit, sed bonæfidei qui rem detinet, quam alteri restituere condemnatus est.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei legatæ quando hæreditati & quando legatario acquirantur.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Copi. De naturalibus fructibus.

Legatum mancipiorum filiæ, cum in familia nupserit, relictum qualiter intelligendum.
Fructus legati vniuersitatis quando legatario restitui debeant.
Legatarius an teneatur stare locationi factæ colono de fundo legato.
Emptor fundi non tenetur stare colono, cui prior dominus locauit.

De fructibus legatorum in diem vel sub conditione relictorum. Cap. V.

Non solum in legatis puris: sed & in diem vel sub conditione relictis supradicta fructuũ
1 distinctio locum habet.† Nam & ab ipso legati relicti tẽpore ad hæreditatis aditæ tempus prouenientes fructus hæreditati acquiruntur, secundum ea quæ de puris legatis diximus, ab adita verò hæreditate vsque ad diei vel conditionis euentum, eadem ferè omnia obseruantur, quæ de fructibus hæreditatis per fideicommissum in diem vel sub conditione relictæ exposuimus. Quemadmodum igitur hæreditatẽ post tempus, vel sub conditione restituere rogatus, medio tempore fructus perceptos suos facit, nec fideicommissario eos restituere tenetur, ita rei singularis in diem vel sub conditione legatæ, fructus medio tempore percepti ad hæredẽ pertinent, nec post diei vel conditionis euentũ in fideicommissi vel legati restitutionem veniunt, quod & Scęuola in
2 eiusmodi specie respondit l. filium. de optio. lega.† Filium & vxorem hæredes scripsit, filiam exhęredauit, & ei legatũ dedit, cum in familia nuberet centũ, & cum in familia nupserit, insuper his verbis arbitratu Sempronię matris eius mancipia decem, quæ confestim post aditam hæreditatẽ meam a Sempronia vxore mea eligi volo, quæ mancipia cũ in familia nupserit dari volo, quęsitum est, an id quod medio tpe ancillæ enixæ sunt, ad filiam pertineret. Respondit Scęuola nõ pertinere. Item quæsitum est, eorundem mancipiorum fructus & vsus an ad Semproniam matrem pertineant. Idem Scęuola respondit, nihil proponi, cur ad matrem pro solido pertineant, sed pro sua tm̃ portione ad eam, pro alia verò ad filium cohęredẽ pertinent. Item Iulianus scribit l. mulier. de leg. 3. si seruus mihi legatus sit, eumq; manumittere rogatus sim, fideicommissum a me relinqui posse, s. si in diem vel sub conditione roger; nam pp fructus medij tpis, qui ad me pertinent, posse me obligari. Econtrario his casibus quibus hæredem fructus ex fideicõmissaria hæreditate medio tpe perceptos restituere debere diximus, hisdem & legati in diẽ vel
3 sub conditione relicti fructũ restituere debebit.† Hoc amplius & si legatum vniuersitatis in diem vel sub conditione relictum fuerit, vt si legatus grex fuerit, oẽs fętus gregis medio tpe nati tanquam augmentum & pars rei legatæ restitui legatario debent. Diuersa cã est hæreditatis, quæ post diẽ restitui dẽt, nam (vt s̃. diximus) hæreditas adita nomen hæreditatis amittit, fructusq; postea ante diem fideicõmissi cedentem percepti non hæreditati, sed rebus hæredis accepto feruntur, post diei verò vel cõditionis, sub qua legatũ est, euentum oẽs fructus, non solùm quos percipit, sed & quos percipere debuit, vel potuit, in restõnem veniunt, & vt paucis absoluamus, qũæ ex die aditæ hæreditatis, ei cui pure legatum est sunt ab hęrede præstãda, eadẽ ei cui in diẽ vel sub ꝺõne legatũ est, post dici vel conditionis euentũ præstari debent. Paulus tm̃ ait l. Paulus. ad legem Fal. ex re quæ ipsius hæredis est, etiam post diem fideicommissi cedentem perceptos fructus non teneri hæredem restituere. Cuius rõnem hanc esse crediderim, ꝙ cum res legata propria testatoris non fuerit, dominium non est legatario ante traditionem acquisitum. Circa hæc, quæ de fructibus legatario præstandis dicuntur,
4 incidit quæstio huiusmodi, † An legatarius cui legatus est fundus, colono cui in certum tempus idem fundus locatus est, stare teneatur, ita vt colonus quandiu præstitum locationi tps durauerit, tandiu fructus percipiat, pensionemq; legatario præstet, an verò colonum expellere legatari⁹ possit, & fructus percipere, & Vlpianus respondit l. nihil. §. fi. de leg. 1. non ad colonum, sed ad legatarium fructus ex fundo pure legato, post aditam hæreditatem perceptos pertinere. Colonum tm̃ in id quod sua interest cum hærede ex conducto habere actionem, quæ sententia Imperatoris Alexandri rescripto confirmatur l. emptorem. C. de actio. empt. quo cautum
5 est,† nõ esse necesse emptorem fundi stare colono, cui prior dñs locauit. Adeo aũt fructus rei legatæ ad legatariũ pertinent, vt hęres in traditione nullos fructus excipere possit. vnde si fundum mihi vẽdere certo pretio damnatus es, nullos fructus eius rei ea venditione excipere tibi liberum esse Labeo l. qui cõcubinam. §. si fundum. de leg. 1. scribit; quia legatum ad totam causam fundi pertinet. Si tm̃ testator exceperit fructus pensionibusq; legatarium contentum esse iusserit, quin colono stare hoc casu teneatur nulla dubitatio est, quẽ admodum & emptor, si probetur aliquo pacto consensisse, vt in eadẽ cõductione maneat, Imperator Alexander rescripsit l. emptorem. cogendum cum parere ei, quod placuit.

SVMMARIVM.

Hæres rogatus totam hæreditatem restituere, quartam partem totius iure institutionis retinere potest.
Pater cuius fidei filius miles peculium commisit, quatenus restituere teneatur.
Dos quando detrahi ex hæreditate marito relicta possit.
Institutio facta filiorum cum hoc, vt qui prior sine liberis decesserit, portionem suam superstiti restituat, qualiter intelligi debeat.
Fructus medij temporis quo casu hæredi in quartam non imputentur.
Fructus prædiorum relicti sub conditione, an sint hæredis.
Fructus legatorum qui & quando in quartam imputentur.
Legata si citra legatarij culpam ante præstationem pereant hæredi peribũt.

An & quando fructus legatorum & fideicommissorum in quartam ex lege Falcidia vel senatusc. Trebelliano debitam imputentur, vel non. Cap. VI.

Superest vt videamus, an & quando fructus legatorum & fideicommissorum ab hærede percepti eidem in quartam & quartæ fructus imputentur, & primum quidẽ de fructibus fideicõmissariæ hęreditatis hęredi in quartã ex senatusconsulto Trebelliano debitã imputãdis
1 videamus. Nemo est. n. qui nesciat † hęredem rogatũ totam hæreditatẽ, vel plusquã dodrantem hæreditatis ex senatusconsulto Trebelliano quartam partẽ potius hęreditatis & quartæ fructus institutionis iure retinere posse, tantumq; dodrantem bonorũ fideicommissario restituendũ esse. Itaq; si quis hęreditatem alteri restituere rogatus priusq̃ restitueret tam multos ex ea fructus perceperit, vt quartã hæreditatis & quartæ fructus faciant, distinguendũ vtrum pure, an verò in diem vel sub conditione rogatus fuerit. Si. n. pure fructus post aditã hæreditatẽ ab eo perceptos minimè in quartam imputandos Vlpia. ait l. mulier. §. si hæres. ad Trebel. Hi. n. fructus negligentia non petentis, nõ iudicio defuncti percepti videntur. Si verò in diẽ vel sub cõditione fructus medio tpe, quo dies vel conditio pendet perceptos, in quartã & quartę fructus sibi imputare dẽt. Eos. n. ex iudicio testatoris ꝓcepisse vr̃, & ita Vlpianus scribit l. filiusfamilias. ad leg. Falc.† Si filiusfamilias, qui militauerat, decedens patri suo fideicommisserit, vt peculiũ suum castrense Titio per mortẽ suã restitueret, & ex fructibus medio tpe quartã, & quartæ fructus habuerit pr̃, peculium quasi hęreditatẽ ex senatusconsulto Trebelliano restitui debere. Sed & in quamlibet quantitatẽ eidẽ hæredi debitam imputantur. Vnde Papinianus respondit l. cũ pr̃. §. Titio. de leg 2. Si Męuius Titio fratri suo hæreditatem Sęij, a quo institutus erat, post mortẽ suam restituere rogatus, eodẽ Titio hęrede scripto, metierit, vt moriens Titius tam suã q̃ Sęij hęreditatẽ Sempronio restitueret, cũ ex fructibus medio tpe perceptis fideicõmissi debitã quantitatem Titius percepisset, æris alieni loco non esse deducendum fideicommissum qm̃ ratione compensationis debitũ percepisse videbatur. In dotem quoq; debitam fructus medio tẽpore perceptos imputari Vlpianus declarat l. mulier.
3 §. cum proponeretur. ad senatusc. Trebel. imputari.† Cum. n. proponeretur, quidam filiam suam hęredem instituisse & rogasse eam, vt si sine liberis decessisset, hęreditatem Titio restitueret, eamq; dotẽ marito dedisse certæ quantitatis. mox decedens sine liberis hæredem instituisse maritum suum, & quęreretur an dos detrahi possit, idem Vlpianus respondit d §. cum proponeretur. non posse dici in euersionem fideicommissi factum, ꝙ & mulieris pudicitiæ, & patris voto cõgruebat, quare dotem detrahere idem respondit, ac si quod superfuisset rogata esset restituere, quòd si tantos fructus mulier ex hæreditate perceperit, vt inde possit doti satisfieri potius fructibus hoc expensum ferendum, quàm fideicommisso. Denique in quantitatem quauis ex causa defuncto hęredi instituto debitam fructus medio tẽpore percepti imputari debent, ꝙ etiam in debito ex causa tutelę procedere rectè a Pomponio respõsum est l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Falcid. apud quem cum propositum esset auum eundemq; tutorem nepotem hæredem instituisse, eumq; rogasse, vt si sine liberis ante certam ętatem decederet, tam hęreditaria bona quàm propria restitueret, conditio fideicommissi fuerit impleta, fructus hæreditatis post mortẽ aui perceptos, pari pecunia debito tutelæ copensandos esse respondit. Item si hæres institutus & hæreditatem post tempus restituere rogatus legata soluerit, fructus medio tempore perceptos cum legatis solutis compẽsandos esse Bar. tradit l. in fideicommissariam. ad Treb.
4 † Sed tum quoties pater vel mater, filio filięve, seu filijs filiabusve ex æquis partibus vel iniquis, hæredibus institutis, inuicẽ seu simpliciter quosdã ex his, aut quendã rogauerit, q̃ prior sine liberis decesserit portionẽ hæreditatis sue superstiti, seu supstitibus restituere, Impatoris Zenonis rescripto

consti-

Source : BIU Cujas

constitutum est l.iubemus. C.ad Trebel. vt modis omnibus retenta quarta pro authoritate Trebelliani senatusconsulti, non per imputationem redituum,licèt hoc testator rogauerit, vel iusserit, sed in ipsius rebus hæreditatis dodrans restituatur,quę constitutio liberos primi gradus tm̃ cōprehēdit, ad extraneos autem hæredes institutos & hęreditatem restituere rogatos minimè extenditur,& ita rescripto eiusdē Imperatoris expressum est d.l.iubemus.§.illud. sed nec ad nepotes neptesve, ꝓnepotes vel proneptes, aliosve vlterioris gradus liberos eandē constōnem porrigi plerique respōderunt.

5 Bar.& alij in d.l.iubemus.† Est & alius casus,quo fructus medio tpe percepti hæredi in quartā minimè imputant: cū.s.testator eos imputari expresse vetuit. Præterea si filio a patre aliquid minus legitima donatū vel relictū est, diuus Iustinianus l.scimus.§.repletionē.C.de inoffic.test.constituit,exigere eum posse vt id quod deest,legitime suppleatur. Id aūt ex ipsa substantia supplendum esse, nō aūt ex fructibus quos ex re donata, vel relicta a patre filius percepit. Quam Iustiniani constōnem tanquam humaniorem sequi debemus, licèt Papinianus ꝺ senserit l.Papinianus.§.vnde.de inoffic. test.cuius opinio hac eadem Iustiniani constitutione explosa est. Cęterùm quæ de fructibus in quartam ex senatusconsulto Trebelliano debitam imputandis dicta sunt, eadē de fructibus in quartā, quæ ex lege Falcidia debetur imputandis dicenda sunt.

6 †Fructus igitur prædiorū sub ꝺditione verbis fideicommissi relictos in cām fideicōmissi non deductos,hæres in rōne Falcidiæ sic accepto facere sibi cogit, vt quartā, & quartæ fructus ex die mortis bonorū quæ mortis tpe fuerunt habeat l.quōd de bonis.ad legem Falc.Sed & ancillarū partus quamuis fructus non sint,in quartū,& quartę fructus cōputandos,Paulus rndit l.filiusfamilias.ad l.Fal.si de l.Falcidia qō intercedat. Item si is qui ducenta in bonis relinquebat,legauit mihi centum,præsenti die tibi ęque centum sub condōne,si aliquantū post tpis extiterit ꝺdō, ita tm̃ vt ex reditu eius summæ,quæ tibi relicta est,non amplius quā 25.ac ciperet,Aphricanus l.qui quadringenta.§.qui ducēta.ad leg. Fal.legis Falcidiæ rōnem ita habendam esse existimat,vt 25. hæredi conferre debeamus & amplius fructus.L.medij tem

7 poris,qui v.g.efficient quinq;. Sed hæc vt s̃.diximus, procedunt in fructibus legatorū, quæ in diē vel sub condōne relicta sunt; fructus.n.corū quæ pure relicta sunt, nullo mō imputari possunt,nam,aut post aditā hæreditatē percepti sunt, & legatario scđm s̃.scriptam distinctionē restitui debēt, aut ante aditā hęreditatē,quo casu lucro hęredis cędunt,nec in quartā imputantur.Qua de cā si quis cētum in bonis habuerit,& ea tota legauerit,Caius nihil legatarijs prodesse scribit l.in quantitate.eo.tit.si ante aditā hæreditatē per suos hæreditarios aut ex partu ancillarum hæreditariarū, aut ex fœtu pecorū tm̃ accesserit hæreditati, vt centū legatorū nomine erogatis habiturus sit hæres quartā partē, sed necesse est, vt nihilominus quarta pars legati detrahat̃, quam snīam diuus Iustinianus lib.2.Institutionū confirmat.§.quantitas.eod.tit.

8 † Nam econtrario (vt Martinianus ait)mortes seruorū cęterorumq; animalia,furta,rapinæ,incendia, ruinæ, naufragia, vis hostium,prędonum, latronum, debitorum facta peiora nomina,in summa qūcunque damnum,si modò culpa legatarij careant,hęredi pereunt,nec ꝑꝑ hos casus quartam legatis detrahere potest,sed ea solida & integra soluere tenetur, perinde atq; si nihil aduersi contigisset,ita si quod augmentum,vel lucrum ex fructibus obuenerit non ob id integra legata soluere cogitur. Nisi fortè fructus maturi mortis tēpore fuerint;nam licèt postea percepti fuerint,auget tamen hę reditatis æstimationem fundi nomine,qui videtur illū tempore fuisse pretiosior, & ita Papin.visum est in lege Falcidia placuit.ad leg.Falci. Proinde si a liberis hæredibus institutis legata vltra dodrantem relicta fuerint,Imperator Zeno.l.iubemus.C.ad senatusc.Trebel.idem in restituenda legis Falcidiæ portione,quo in quarta ex senatusconsulto Trebelliano debita constituit, vt medio tempore percepti reditus, liberis in quartam non imputentur,sed de ipsis rebus hæreditarijs quarta deducatur.Sed & ex propria re hæredis,quæ lega ta est, post diem fideicommissi cedētem perceptos fructus, si non sint restituendi fideicommissario, hæredi tamen in quartam imputari non solere.

DE FRVCTIBVS QVI IN SINGVLArum rerum petitionem veniunt. Titu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ex re aliena percipiens eosdem cum re ipsa restituere tenetur.*
2 *Possessor malæfidei quatenus fructibus restituendis teneatur.*
Possessores malæfidei quare fructus suos ex re aliena facere prohibitū sit.
3 *Possidens rem alienam malafide,cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, eam restituere cogi debet.*
4 *Fructus qui restitui debeant ei, qui vi deiectus est.*
5 *Restitutio qualiter fieri debeat ei, qui vi deiectus fuit.*
6 *Possessor malæfidei nō lucratur fructus perceptos ante diem editi interdicti.*
7 *Possidens malafide qua actione ad fructus & qua ad proprietatem conueniatur.*

De fructibus a malæfidei possessore restituendis. Cap. I.

Nunc ad enarrationem fructuum,qui singularum rerum vendicationi accedunt,trāseamus Earum aūt dños, fructus quoque iure dominij percipere, satis a nobis comprobatū

1 est. † Si quis igitur ex re aliena fructus perceperit, sicut rem ipsam,ita fructus ex ea perceptos restituere dēt,quæ sententia distinctionem recipit.Nam aut malæfidei,aut bonæfidei possessor fuit is qui restituere iussus est.Et si quidem malæfidei possessor fuerit, omnes fructus rei alienæ non solū quos percepit,vel etiam quos percipere debuit, sed culpa nō percepit,vero domino,quandocunq; rem suā euicerit,restituere tenetur.Malæ autem fidei possessorem accipimus, nō tm̃ furem,vel prædonem, sed omnem omnino qui prudens & sciens rem alienam detinet, vt qui rem aliquā ab eo qui dns non erat emit,quem dn̄m non esse sciebat;quia fortè denuntiatum erat ei,ne emeret,illeq; spreta denuntiatione, quā iustam esse non ignorabat,emerit,malęfidei possessorem eum esse quibusdam rescriptis significatur l.si fundum. C. de rei

2 vend.l.si maior.C.de rescin.ven.† Adeo aūt restituendis fructibus obnoxius est malæfidei possessor,vt quāuis maximos sumptus in colenda re aliena fecerit, summamq; & exactissimam, qualem diligentissimus quisq; patersamilias suis reb. solet,curam adhibuerit,non ideo magis fructus assiduo suo labore & singulari industria quæsitos lucretur,ne ꝺmodum cum aliena iactura & quasi malitiæ præmium sed pęnā potius improbus possessor ferat. Quid enim si cura & industria sua perceptos ex re aliena fructus malęfidei possessores suos facerent furtis,latrociniis,populationibus, passim feruerent omnia,ad depopulandasq; res alienas improbissimi quique homines inuitarentur,occasionemq;,nō solum impune,sed & cum maximo lucro suas prædas exercendi oblatam sibi esse non sine causa arbitrarentur, hinc̄q; grauissimę orirentur iniuriæ, vnde iura nasci debent. Magno igitur omnium iuris authorum consensu receptum est, possessorem malafide perceptos ex re aliena fructus suos non facere, sed ad eos vnà cum his qui percipi potuissent dño qui in rei vendicatione obtinuerit,restituēdos compelli.Vnde diuus Gordianus Herosiano in hæc verba rescripsit l.domū. C.de rei ven.

3 †Domum quam ex matris successione ad te pertinere dicis, & ab aduersa parte iniuria occupatam esse ostenderis, præses prouinciæ, cū pensionib. quas percepit aut percipere poterat restitui iubebit.Papinianus l.si nauis. §. generaliter de rei vendi. etiam cum de fructibus a malæfidei possessore restituendis quæreretur,respondit, animaduerti debere non, an malæfidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit,si ei possidere licuisset. Quæ snīa procedit,non solum cū ciuili actione in rem,sed quacunq; alia actione,aduersus ma

4 læfidei possessorē agit̃.† Nam & si interdicto vnde vi actum fuerit,tum maximè fructus in restitutionē venire constat,ex eo enim die, quo quis deiectus est fructuum rōnem haberi Vlpianus scribit l.1.§.ex die.de vi & arma.idemq; esse ait, & in rebus mobilibus,quæ ibi erant·nam & earū fructus computandos esse,ex quo quis vi deiectus est.Idem Vlpianus dicit d.§.ex die.Non solum autem fructuum perceptorum,sed & omnium quæcunq; habiturus vel assecuturus is erat, qui vi deiectus est,si vi deiectus non esset,ratio habenda est, qđ & Iulio Paulo videtur l.videamus.§.& ideo. de vsū. Eorum autem item a iudice æstimari debere,eumq; tantum consequuturum quāti sua interesset,si vi deiectus non esset. idem

5 Vlpia.no.d.§. ex die. † Idem & in interdicto, quo præter id, quod vi aut clam factum est,restitui iubet,obseruatur. In eo enim restitutionem ita oportere fieri idem Vlpia.ait l. semper.§.in hoc interdicto,quod vi aut clam, vt in omni causa eadem sit cōditio actoris,quæ futura esset,si id opus,de quo actum est, neque vi, neque clam factum esset. In cęteris tamen interdictis exinde rationem haberi fructuum ab eodē Vlp. responsum est l.in interdictis. de interdic. ex quo edita sunt, non retro veluti in interdicto quo prætor precarium, quod quis ab alio habet restitui iubet; fructus enim ex die editi interdicti non retro prędabuntur,& ita idem Vlpia. re

6 spondit l.quæsitum. §. ex hoc interdicto.de preca. † Non tm̃ ante diem editi interdicti perceptos fructus malæfidei possessor lucratur:nam & in rei vendicatione aliave actione ciuili vel prætoria,aduersus malæfidei possessorē instituta, ante litem contestatā percepti fructus non veniunt, non ideo tm̃ eos improbus possessor retinet,sed alijs actionib.conuentus eos restituere cogitur,vt Imperatorū Diocletiani & Ma-

Source : BIU Cujas

ximiani reſcripto ſignificatur l. malafide. C. de condi. ex leg.
7 cuius verba ſunt hæc. † Malafide poſſidens de proprietate conuictus pro extantibus fructibus vendicatione, pro conſumptis verò condictione conuentus, eorum reſtitutioni parere compellitur. Quod reſcriptũ de fructibus ante inchoatum iudicium perceptis intelligendum eſſe nemo ambigit, ſi quidem poſtea perceptos officio iudicis in eandem actionem, qua res ipſa principalis, quæ petita eſt, venire certi & in dubitati iuris eſt. Ex his apparet, veram eſſe Bar. opi. in l. interdictis. de interdic. qui in omni interdicto fructus ante diem editi interdicti pceptos, in ipſo interdicto venire exiſtimat, adductamq; ſupra Vlpiani ſententiam in bonæfidei poſſeſſore tantum locum habere, quaſi verò is, qui repoſcenti precarium non reſtituit, bonæfidei poſſeſſor ſit, ſed & diuinatoriam eſſe hanc Bar. diſtinctionem manifeſtum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæfidei etiam ad fructus quos percipere potuit teneri, qualiter intelligatur.*
2 *Emptor ſeruorum adſcriptitiorum malafide eoſdem cum fructibus venditori reſtituet.*
3 *Fides mala poſſeſſoris nullo titulo purgari poteſt.*
4 *Poſſeſſor malæfidei tenetur ad fructus, quos, cũ poſſet, dolo percipere omiſit.*

Quòd malæfidei poſſeſſores quamuis titulum habeant, tamen fructus qui percipi potuerunt reſtituere teneantur. Cap. II.

1 Quod autem dicimus, malæfidei † poſſeſſorem, etiam quos percipere debuit fructus ſed dolo vel culpa non percepit reſtituere debere, non ſolum ad prædones qui nullo titulo poſſident, ſed generaliter ad omnes malæfidei poſſeſſores pertinet, etiam ſi pro emptore, pro donato, pro legato, p hærede, aliove quolibet titulo poſſideant. Nã & eum, qui non obſeruatis ſolennibus rem debitoris fiſci a procuratore eiuſdẽ fiſci malafide emit, Imperator Alex. conſtituit l. 1. C. de fide inſtr. & iure haſt. fiſca. ad rem ipſam, cum fructibus quos percipit vel percipere debuit reſtituendam condemnandũ eſſe. Item Imperatores Valentinianus & Va
2 lens reſcripſerunt l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. † cũ qui adſcriptios ſeruos abſque gleba malafide emit venditori eoſdem ſeruos cum fructibus quos ex eiſdẽ percipere potuit, reſtituere debere. Simili modo Vlpian. ad prætoris edictum ſcribit l. ait prætor. §. per hanc. quæ in fraud. credito. ſi quis in fraudem creditorum. res debitoris emit, non ſolùm fructus, quos percipit, ſed etiam quos percipere debuit, in reſtitutionem venire. Idem Vlp. ſcribit l. ſed & partus. de eo qđ met. cau. emptorem qui metu illato venditorem ad venden dam rem ſuam compulit, tam eos quos percipit, quàm eos quos nõ percepit, ſed percipere debuit, fructus reſtituere cogi. Ex his igitur manifeſte oſtenditur, malęfidei poſſeſſores licèt poſſeſſionis titulum exhibeant, nõ propterea ab his qui
3 percipi potuerunt fructibus præſtandis liberari. † Malam. n. poſſeſſoris improbi fidem, titulo purgari poſſe nulla iuris ratio admittit. Nec huic noſtræ ſententiæ contrarium eſt Imperatorum Diocletiani & Maximiani reſcriptum huiuſmodi l. ſi fundum. C. de rei vendi. Si fundum veſtrum vobis per denuntiationem admonentibus, volentem ad emptionem accedere, quod diſtrahentis non fuerit, non rectè is contra quẽ preces funditis, cõparauit, vel alio modo malafide contraxit, tam veſtrum fundum conſtitutum probãtibus, quàm fructus quos malafide eum percepiſſe probatum fuerit, aditus præſes prouinciæ reſtitui iubebit. Nam & ſi in poſtremis huius reſcripti verbis nominatim exprimatur in reſtitutionem venire fructus, poſſeſſorem malafide percepiſſe probatum fuerit, non tamen dicitur eos qui percipi debuerunt re-
4 ſtituendos non eſſe. † Præterea vt is qui dolo poſſidere deſiit, pro poſſeſſore habetur, & perinde atq; ſi poſſideret, condemnatur, ſic malæfide poſſeſſor, qui culpa de dolo cũ poſſet, fructus non percepit, iuris interpretatione percepiſſe vĩ, eosq; quaſi percepiſſe probatus eſſet, reſtituere tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæfidei incipiens bonafide poſſidere, an faciat fructus ſuos.*
2 *Hæres poſſeſſoris malæfidei minimè conſcius, an dicatur bonæfidei poſſeſſor.*
3 *Hæredem in vita defuncti ſuccedere qualiter intelligendum.*

Quòd malæfidei poſſeſſor ab initio, ex poſtfacto bonafide poſſidere poſſit fructusq; lucrari, quòd item malæfidei poſſeſſoris hæres fructus ſuos faciat. Cap. III.

1 Quid tamen ſi malæfidei poſſeſſor † bonafide poſſidere cęperit, an fructus faciat ſuos, quæritur, & vix eſt, vt ſemel cõcepta malafides aliquo caſu aboleri & ex poſſeſſoris animo euelli poſſit, præſertim cum nemo (vt vulgò dici ſolet) poſſeſſionis ſiue cauſam ſibiipſi mutare poſſit, niſi fortè hauſta ex Letheo flumine vnda, ſe veri domini oblitũ eſſe cauſetur, quem prius bene nouerat. Sed finge eum qui ſciens emit fundum ab eo, cuius non erat, iterum eundem fundum emiſſe, ab alio non domino cum exiſtimaret eum dominum eſſe, vel eum iuſtam cauſam habere exiſtimandi ſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorẽ domino extitiſſet, bonafide poſſidere incipiet, fructusq; faciet ſuos, hoc amplius & pro emptore, vel pro hærede vſucapiet, nec videbitur ipſe ſibi cauſam poſſeſſionis ſuæ mutaſſe, & ita Pomponio quo-
2 que viſum eſt l. non ſolùm. §. quòd vulgò. de vſucap. † Sed an poſſeſſoris hæres malæ eius fidei minimè conſcius, bonæfidei poſſeſſor ſit, an verò quia in defuncti vitia ſuccedit, vt malæfidei poſſeſſor damnari debeat, quod Bar. Bal. & plerique alij putant. Bar. in l. ex diuerſo. de rei vendi. Accur. Bal. in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. quorum ſententia mihi diſplicet. Nam cum quæritur, an quis fructus ſuos faciat, an verò reſtituere teneatur, Paulus reſpondit l. bonæfidei. de acquiren. rerum domi. non ius ſed factum duntaxat ſpectari oportere, an quis bona vel malafidei poſſideat. Quod autem dici-
3 tur, hæredem † in vitia defuncti ſuccedere, hoc non ad factum, ſed ad ius, hoc eſt vſucapionem pertinet, quæ ob vitium defuncti nulla eſſe poteſt. Præterea quod Imperatores Valentinianus & Valens conſtituerunt l. ſecunda. C. de fruc. & li. expen. hæredis ſuccedentis in vitium parem habendam eſſe fortunam, quæ malæfidei poſſeſſoris fuiſſet, non hanc habet ſignificationem, vt omnino teneatur hæres quaſi malæfidei poſſeſſor, ſed ita ſi in malamfidem ſucceſſerit. Nam de eo hęrede tantum Imperatores loquuntur, qui lite aduerſus defunctum malæfidei poſſeſſorem conteſtata, non potuit ignorare rem alienam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor malæfidei quando ex re aliena fructus ſuos faciat.*
2 *Fructus vel vſuras præteriti temporis petere non poſſunt, qui per exceptionem 30. anno. principali actione cęciderunt.*
3 *Præſcriptio quãdo in promiſſionibus, legatis & ſimilibus incipere dicatur.*
4 *Poſſeſſor malæfidei quo caſu fructus quos percipere potuit, non teneatur reſtituere.*
5 *Poſſeſſor malæfidei non niſi ad fructus tenetur, qui honeſtè percipi poterunt.*

Quibus caſibus fidei malæ poſſeſſor fructus quos percipere debuit, vel etiam percepit, reſtituere non cogatur. Cap. IIII.

Interdum tamen poſſeſſor quantũuis malæfidei,
1 fructus † tamen ex re aliena, quam etiam vi prædatus eſt, perceptos lucratur, cum ſcilicet negligentia domini rem ſuam non petentis, continua nec vllo modo interrupta triginta, vel quadraginta anno. poſſeſſione omnis omnino aduerſus malæfidei poſſeſſorem competens actio perempta eſt, hac enim temporis longiſſimi præſcriptione defenſus malæfide poſſeſſor omnes præteritorum annorum. fructus lucratur. Extat enim diui Iuſtiniani reſcriptum in hæc ver-
2 ba. l. eos. in princip. C. de vſu. † Eos qui principali actione, per exceptionem triginta, vel quadraginta anno. ſiue perſonali, ſiue hypothecaria ceciderunt, iubemus non poſſe ſuper vſuris, vel fructibus præteriti temporis aliquam mouere quæſtionem, dicendo ex hiſdem temporibus eas vel ſibi perſolui, quæ non ad triginta, vel quadraginta præteritos annos referuntur, aſſerendo ſingulis annis earum actiones naſci: principali enim actione non ſubſiſtente, ſatis ſuperuacuum eſt ſuper vſuris vel fructibus iudicem adhuc cognoſcere. Si tamen fructuum annuatim vel menſtruatim præſtandorum obligatio contracta fuerit, quæ alteri obligationi non accedat: ſed ſola per ſe & principaliter ſine alia vlla obligatione vel cauſa ſubſiſtat, & debitor continuis triginta, vel quadraginta annis ex die conceptæ obligationis numerandis nihil præſtiterit, nec vnquàm vt ſolueret a creditore interpellatus fuerit, & ſi fortè a fructibus primi, ſecundi, vel etiam tertij poſt natam obligationem anni triginta, vel quadraginta annorum præſcriptione liberatus ſit, fructus ſequentium annorum reſtituere tenetur. Habita enim ratione renaſcentis principio cuiuſq; fructuum, præſtationis definitum præſcriptioni perficiendæ tempus, quo ad ſingulorum annorum præſtationem completum non eſſe idem Iuſtin. quodam ad Matronianum perfectum prętorio reſcripto declarauit, cuius reſcripti verba hæc ſunt l. cum notiſſimi. §. in
3 his. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. † In promiſſionibus, legatis, uel alijs obligationibus, quæ donationem per ſingulos annos, vel menſes, aut aliquod ſingulare tempus continent, tempora memoratarum præſcriptionum non ab exordio talis obligationis, ſed ab initio cuiuſque anni vel menſis uel alterius ſingularis temporis computari. Atqui vt ſupra oſtẽdimus,

Source : BIU Cujas

dimus,cum prestatio fructuum per singulos annos aut mensis non principaliter, sed accessoriè est in obligatione; tunc sublata per prescriptionem principali actione,nulla ratione fructuum, licet a malefidei possessore & prædone percepti fuerint,actio competit.

4 Reperitur etiam casus,quo possessor malæ fidei eos quos percipere potuit fructus petitori præstare nō cogitur. Cum enim de fructibus serui petiti quæreretur,Paul.respondit le. certum.de rei vendi.improbe desideraturum petitorem fructus æstimari,qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit, sed quomodo hoc Pauli responsum accipiendum sit, primo libro abunde satis exposuimus. Sed & si cum inhoneste posset,ut ex ancillarū prostitutione vberrimos fructus perciperet possessor,non tamen perceperit, optimo iure horum rationem habendam
5 non esse Pau.respondit l.fructus.de rei vendi. † eosque tantū fructus qui percipi honeste potuerunt æstimandos esse. Sed si re ipsa percepti fuerint, quamuis percipi non debuerint, tum in restitutionem uenire Hermogenianus ait l. cum hæreditas. de pet. hære. ne honesta interpretatio non honestum lucrum possessori adferat, qua de re etiam primo libro disseruimus.

SVMMARIVM.

1 *Possidens rem alienam bona fide an teneatur restituere fructus ex ea perceptos.*
2 *Possessor ex ea re,quæ in lite est,lucrum facere non debet.*
3 *Possessor bonæ fidei post iudicium acceptum est eiusdem conditionis cum malefidei possessore.*
4 *Possessor desinit fructus suos facere, simul atque cognoscit rem alienam esse.*
5 *Emens ab eo quem dominum putat, an fructus suos faciat, ubi resciuit rem alienam esse.*
6 *Seruus alienus bonafide emptus quandiu acquirat tempori. & numero sequen.*
9 *Possessor mortalitatem præstare non tenetur.*
10 *Possidens rem alienam bona fide quo tempore desinat fructus suos facere.*
11 *Fidem bonam initio possessionis habere non sufficit.*
12 *Renuntiare liti putatur,qui tempus eidem peragendæ præscriptum labi patitur.*
13 *Præscriptione longissimi temporis non excluditur,qui rem semel in iudicium deduxit.*
14 *Possessor fructus tempore litis interuenisse perceptos non facit suos.*
15 *Fides mala semel concepta durat in perpetuum.*
16 *Possessor an possit aliquando in perceptione fructuum turbari lite pendente.*
17 *Fructus rei apud sequestrum depositæ apud eundem quoque deponi censentur.*

De fructibus a bonefidei possessore post litem contestatam vel motam controuersiam perceptis domino qui obtinuit restituendis. Caput. V.

Non idem iuris est, cum quis Probabili errore iustaque ignorantia deceptus, rem alienam suam esse
1 bonafide existimans, fructus ex ea percepit. † Plane post acceptum iudicium omnia quæ ex eadem re acquisiuit, restituere debet, veluti per seruū alienum bona fide possessum; nam hæreditates & legata, quæ post litem contestatam per eum seruum obuenerunt, restitui debere Caius respondit l. præterea.de rei vendica.nec enim sufficit corpus ipsum restituisse, sed opus est,ut & causa rei restituatur,idest,ut omne habeat petitor,quod habiturus foret, si eo tempore quo iudicium accipiebatur, homo illi restitutus fuisset,quam sententiā.& Paulus probat in l. si bonæ fidei. eo.titu.Idem scribit l. fructus.§.hac ratione. eo. titu.si nudæ proprietatis dominus petierit,& inter moras vsusfructus amissus sit, ex eo tempore quo ad proprietatem vsusfructus reuersus est, rationem fructuum haberi.Sed & fructus quos ab alio percepit, restituere eum oportere,Vlpianus lib.16.ad edictum scribit l.Iu-
2 lianus. §. quòd si dolo. de rei uendi. † lucrum enim ex ea re, quæ in lite esse ceperit,facere non debet,fructus eius temporis quo possessa est, ab eo qui eam euicerit restituere non debet. Cum autem res iudicata pro ueritate habeatur l. res iudicata.de reg.iur. si alienum fundū petierim,& iudex sententia declarauit meum esse, debere etiam de fructibus possessorem condemnare, eodem enim errore & de fructibus condemnaturum; non debere enim lucro possessoris cedere fructus,cum victus sit,alioqui(ut Martianus ait l.ex diuerso. de rei vendi.) nec rem arbitrabitur iudex mihi, & quare habeat possessor, quod habiturus non esset,si statim mihi rē
3 restituisset. † In summa sciendum est,eandem esse post acceptum iudicium bonæfidei possessoris conditionem,quæ est cuiuslibet malæ fidei possessoris. Nam & secundùm ea quæ de fructibus uniuersitatis a bonis tradita sunt c.4.de fruc.qui in peti. hære. post contestatam litem omnes possessores pares fiunt,quique priusquā interpellarentur bonæ fidei erant, nunc mota controuersia mala fide possidere incipiunt,Qua ratione litigatorem uictum, qui post conuentionem rei inincumbit alienæ,non in sola rei redhibitione teneri,nec tantum fructuum præstationem, quos ipse perceperit,agnoscere imperatores Valentinianus & Valens rescripserunt l. litigator.C.de fruc.& lit.expen.sed eos quos percipi oportuisse, non quos eum redegisse constabit, ex eo die,quo re in iudicium deducta, scientiam malæ possessionis accepit.

4 † Sed & si ante litem contestatam, uel etiam motam controuersiam possessor rem alienam esse cognouerit,ex eo tēpore fructus suos non faciet:nihil enim interest, siue simplici & extra iudicium facta interpellatione, siue litis contestatione,uel alio quolibet modo,aliquis rem ad se non pertinere cognoscat. Nam statim malæ fidei possessor esse incipit. Vnde & Aphricanus respondit in l.quæsitum.de acqu.re.domi.hæredem,qui rem possidet, sciens esse legatam, fructus suos non facere,qua de re copiosius supra a nobis tractatum est c.5.de fru. lega. & fideicom. Apud Paulum etiam quæri-
5 tur l.bonæ fidei.de acqui. re.domi. † Si eo tempore,quo res mihi traditur,putem uendentis esse,deinde cognouero alienam esse:quia perseuerat per longum tempus capio, an fructus meos faciam? & Paulus ueriorem putat Pomponij opinionem dicentis,me nō esse bonæ fidei possessorem,quamuis capere possim.Nam & contrario,qui capere non potest, tamen fructus suos facit. Vsucapio enim ad ius, facere uerò fructus suos vel non, ad factum pertinet. Item si is qui seruū alienum uel liberum hominem bona fide possidet, ceperit scire eum alienum esse, uel liberum, uidendum esse Vlpianus scribit l.qui mihi bona.de acqui. rerum.do. an ei acquirat, quæstionemque in eo esse, utrum initium in eo spectemus,an singula momenta,& magis esse respondit, vt singula momenta spectemus. Sed tamen cum ex facto proponeretur,bonæfidei emptorem sciuisse, & antequam fructus perciperet, cognouisse fundum alienum esse, an perceptione fructus suos faceret, Iulianus respondit l. qui scit.§. fi. de usu. bonæfidei emptorem quò ad percipiendos fructus intelligi debere,quamdiu euictus fundus non fuerit.

6 † Nam & seruus alienus quem bona fide emerò, tandiu mihi ex re mea uel operis suis acquirit,quādiu a me euictus non fuerit. Quam Iuliani sententiam suprascriptis Pauli,Vlpianique & Aphricani responsis minime aduersari plerique tradunt,sicque accipiendam esse, ut quamuis possessor rem alienam esse cognouerit,uel lis aduersus eum contestata fuerit, non protinus agenti domino sit ius colligendorum & percipiendorum fructuum, qui pendente lite ex re sua proueniunt;sed cum interim nil nouandum sit,possessor, ut ante litem inchoatam,ita etiam ea pendēte, fructus ipso facto percipere debeat, & quantum ad factum colligendorum & percipiendorum fructuum attinet, donec res euicta fuerit, loco domini habeatur,sed tunc demum dominum ex re fructus percipiendi ius habere;cum in rei uendicatione aduersus possessorem obtinuit,prius enim quam euicerit,sicut ipsius rei ita percipiendorum fructuum possessionem auferre a possessore nullo pacto potest. Sed si hæc interpretatio uera esset, qua ratione dixit Iulianus, seruum alienum tandiu mihi ex re mea, uel operis suis acquirere, quandiu euictus a me non fuerit,eadem debuisset dicere donationes,hæreditates,legata,quæ sine re mea, uel operis suis seruus acquirit, tandiu mihi acquirere,quandiu euictus a me non fuerit.

7 † Nam nec ante euictum iudicis sententia seruum,possessio harum rerum auferri mihi potest;quę tamen mihi acquiri nemo unquam dixerit, quin & ipse Iulianus hoc negat, alioqui & seruus ipse mihi acquiri diceretur,cum possessio eius, donec euictus fuerit, auferri mihi non possit. Non est igitur, quod existimare debeamus .Saluium Iulianum tam inepto & īproprio sermone vsum, aut de iure vetustissimis legibus,& omnium fere gentium consensu obseruatis,confirmato,tanquam dubio & incerto uoluisse respondere.

Quis enim queso in dubium aliquando uocauit, an possessor ante sententiam & rem iudicatam de sua possessione expelli posset,aut in perceptione fructuum eius turbari: nā & ipsos quantumuis malæ fidei possessores pendente controuersia in perceptione fructuum turbari non posse,exploratiuris est, non eb id tamen quò ad percipiendos fructus dominorum loco haberi dicendum est.

8 † Alio modo intelligendum esse hoc Iuliani responsum Accursius putat d.l.qui scit. vt quamuis pendente lite bonæ fidei possessor faciat fructus suos, eos tamen non lucretur, sed post sententiam officio iudicis restituere teneatur,quod quid aliud est, quàm uerbis & non rebus legem imponere,

& so-

Source : BIU Cujas

& ſophiſtarum more captiunculis uerborum hærere? Eque falſa eſt eiuſdem Accurſii alia diſtinctio eadem l.qui ſcit,qui opinatur Paulum quæſtionem tantum mouere,eamque dubiam relinquere, nec decidere, Iulianum uerò propoſitam apud Paulum controuerſiam dirimere, quaſi uerò claris, & apertis uerbis ad Vlpiano d.l.qui mihi bona.de acquiren.rerum. do. terminata non fuerit. Sed & ipſum Paulum eam quam mouet quæſtionem etiam diſſoluere omnes qui modo Latini ſermonis uim norunt,ſatis intelligunt,quo fit, ut non ſatis mirari queam.Barto.in l.bonę fidei. de acqui. rerũ do.& in l.ex diuerſo.de rei uendi. & alios pleroſque in hanc Accurſij opinationem deſcendiſſe. Illud quoque nulla ratione probari poteſt, quod dicit Accurſius d. l. qui ſcit. Iuliani ſententiam in iudicio ſingulari locum habere, Pauli verò reſponſum in petitione hereditatis intelligendum eſſe;nam in hoc eodem Pauli reſponſo nulla petitionis hæreditatis mentio fit. Quin potius de rei ſingularis cõtrouerſia agitur. Non deſunt etiam qui dicãt, Iulianum de eo bonęfidei poſſeſſore loqui,qui iuſtam litigandi cauſam habuit,quique nõ debuit temere indefenſum ius ſuum relinquere. Quod autẽ Paulus reſpondit,in eo procedere, qui ſtatim mota controuerſia,vel etiam ante cognouit,plane rem ad ſe non pertinere,quæ diſtinctio, cum de mortalitate ipſius rei petitæ præſtanda agitur,non iniqua uideri poteſt.

9 † Quid enim ſi poſt litem conteſtatam mancipia, aut iumenta, aut pecora deperierint? Damnandum non eſſe bonęfidei poſſeſſorem Caſſius l.illud.de petitio. hæredita.probat,nec enim debet poſſeſſor mortalitatem præſtare, aut propter metum huius periculi temere indefenſum ius ſuum relinquere. Sed quemadmodum poſſeſſor bonæfidei damna,quæ poſt litem conteſtatam fataliter contingerunt, reſarcire non tenetur, ita lucrum,quod per id tempus ex re petita obuenit, retinere non poteſt; ſibi enim abunde ſatisfactum,& conſultum eſſe intelligere debet,quod in dãno non uerſatur,nec ex ea re lucrum quærere, cuius periculum & detrimentum ad eum non pertinet, quamobrem & ſi res petita perierit, quamuis poſſeſſor ob iuſtam litigandi cauſam interitum prẽſtare non teneatur,tamen eiuſdem rei fructus reſtituere cogitur. Vnde ſi animal petitum demortuum ſit ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris, & ſi fatum præſtare poſſeſſor non teneatur, nec pretium animalis mortui petitori reſtituere, tamen propter fœtus, & fructus a poſſeſſore perceptos, ſententiam neceſſariam eſſe Paulus reſpondit l.item ſi uerberatum.§.fi.& l.ſeq.de rei uend.

Reiectis igitur hiſce friuolis diſtinctionibus,nobis rectius ita definiendum eſſe uidetur. Cum apud ueteres quærere-
10 tur,† Bonęfidei poſſeſſor,utrum ex die litis conteſtatæ, an ex die, quo ante motam cõtrouerſiam ſcire incipit rem alienam eſſe,an uerò ex die ſententiæ, quæ reſtituere iuſſus eſt, fructꝰ ſuos facere deſineret, & Iulianus libro ſeptimo Digeſtorum reſpondit d.l.qui ſcit.de uſu.bonęfidei poſſeſſorem, quò ad percipiendos fructus intelligi debere, quandiu euictus non fuerit,bonamque fidem initio poſſeſſionis,nõ ſingulis momentis ſpectandam eſſe, ut bonęfidei poſſeſſor q̃uis rem alienam eſſe cognouerit,tamen ſicut uſucapionem perficit,ita fructus ſuos faciat. Iulius Paulus(qui notas in Salu uium Iulianum ſcripſit) ꝯtra ſenſit,ait d.l. bonęfidei de acq. rerum domi. enim Pomponium putare, uerendum eſſe,ne non ſit bonęfidei poſſeſſor, qui licèt eo tempore, quo res traditur, exiſtimauerit uendentis eſſe, poſtea cognouerit alienam eſſe,nec huic contrarium eſſe, quòd longum tempus currit;nam econtrario is qui non poteſt capere propter rei uitium:quia pupilli eſt,aut ui poſſeſsa,uel præſidi contra legem repetundarum data,fructus ſuos facit,quod enim qs capiat,hoc ad ius, ideſt capionem, illud ad factum pertinere,ut quis bona uel mala fide poſſideat. Sed & Domitius Vl
11 pianus euidentiſſime declarat l.qui mihi bona.cod.titu.† bonam fidem initio poſſeſsionis non ſufficere,ſed ſingulis momentis deſiderari, ut poſſeſſor fructus ſuos faciat, & hanc Aphricani, Pomponij, Pauli, & Vlpiani ſententiam ueriorem eſſe putamus.Cum enim quæritur,an poſſeſſor fructus ſibi acquirat,an non,factum duntaxat (ut Paulus ait,dicta lege bonęfidei.) inſpici debet, hoc eſt, bona ne an malafide poſſideat.

Ex his illa quæſtio orta eſt,an peremptа lite ſemel inſtituta, & longo poſt tempore reuocata fructus ex tempore primum conteſtatæ litis, an uerò ex eo demum tempore,quo lis interrupta reuocata eſt, bonęfidei poſſeſſor præſtare teneatur, & Accurſius l.ſecunda.C.de fruc.& lit.expen.perceptos lite inrermiſsa fructus, petitori reſtituendos non eſſe exiſtimat,argumentoque utitur eius,quod Paulus ait l.cum lite mortua.iudi. ſol. lite mortua nullam rem eſſe,fideiuſoresque ex ſtipulatu iudicatum ſolui non teneri,quam ſententiam Bald. quoque probat d.l. 2. ea potiſſimum ratione, quod officium iudicis,quo poſſeſſor fructus reſtituere compellitur peremptа lite expirauerit, quæ reuocata nouum iudicis officium deſiderat,quod retro ad tempus peremptæ litis non trahitur.

12 † Præterea eum qui tempus peragendæ liti præſcriptum labi patitur, eidem renũtiare uideri, ſed magis eſt,ut ex die litis primum conteſtatæ, fructus in reſtitutionem ueniant: nam & qui debitorem ſuum in ius uocauit, deinde inceptã litem ad finem uſque proſecutus non eſt,ſed ſtatim ab ea deſtitit,ſiue potentia aduerſarij a perſequenda lite deterritus,ſine ob ſuam ignauiam,& imbecillitatem,uel alium quemcũque caſum, & ſi continuis triginta annis ex die litis intermiſsæ connumerandis tacuerit, nec ullo prorſus modo aduerſarium inquietauerit, quibus elapſis extinctam litem reuocet Diuus Iuſtinianus Demoſtheni præfecto prætorio re
13 ſcripſit l.fi.C.de præſcrip.30.uel 40.an. † non poſſe eum præſcriptione longiſſimi temporis triginta annorum a ſua intentione excludi, ob id quod ſemel rem in iudicium deduxerit.

Item Paulus ſcribit l.Titia. §. uſuras. de leg.2. ſufficere ſemel interueniſſe moram,ut perpetuò uſuræ debeantur. Poſtremò mala fides, quæ ſtatim poſt primam interpellationẽ ſuperuenit, taciturnitate petitoris aboleri non poteſt,& qui poſt litem conteſtatam mala fide poſſidere cępit, petitoris ſilentio malæ fidei poſſeſſor eſſe non deſinit, nam & ſi forte iuſtam litigandi cauſam habuerit, petitoremque cauſæ ſuæ diffiſum liti ceſſiſſe probabiliter exiſtimauerit, debuit tamen intelligere, fieri poſſe, ut lite poſtea reuocata res ab
14 eo euinceretur.His igitur rationibus apparet, † poſſeſſorẽ fructus tempore litis intermiſsę perceptos, ſuos non facere, eoſque petitori reſtituere debere. Vnde cum fiſcus in quæſtione falſi teſtamenti non obtinuiſſet,priuſquam autem ea quæſtio decideretur,alio nunciante bona poſtea uacare cõſtitiſſet, Papinianus reſpondit l. fiſcus in quæſtione.de iure fiſ. fructus poſt primam litem aſsumi non oportuiſſe,neque ad ſenatuſconſulti beneficium hæredem ſcriptum pertinere,controuerſia ſemel mota. Proinde hanc ſententiam adducta in contrarium ab Accurſio d.l.2.argumenta minime infirmant, quòd enim lite mortua fideiuſsores iudicatum ſolui non tenentur,hoc ideo eſt, quia ex futuro rei iudicandæ euentu obligatio eorum pendet,qui ſe quod in lite inſtituta iudicatum eſset,ſoluturos promiſerunt, ſicque obliga-
15 tio eorum nulla ex eadem lite ſecuta ſententia finitur, † at mala fides ſemel concepta in perpetuum, ut ſupra diximus c.ſup.eo.titulo.durat,multo minus obeſt, quòd peremptа lite officium iudicis expirare dicitur: nam & ſi eandem actionem cum re ipſa non ueniant, uendicari tamen uel condici poſſunt.Sed & illud facile dilui poteſt, quod Bal.ait d.l.2.eũ qui deſtituit a lite, renuntiare uideri; nam & ſi ab inſtituta actione receſserit;cauſæ tamen ſuæ pro qua actionem intẽderat, renuntiaſse non intelligitur, quid enim ſi iuſta cauſa inceptam litem perſequi non potuit, quin noua actione ex-
16 periri poſſit,nemini dubium eſt.Cęterùm † quod ſupra dixi mus, poſſeſsorem pendente lite in perceptione fructuum turbari non poſſe, neque percipiendorum & colligendorũ fructuum poſſeſſionem auferri ei debere,nonnunquam aliter ſe habet:nam ſi ab eo depopulentur fructus, ęquum ſibi uideri Papyrius ait l.imperatores § fi.de appel.fructus apud ſequeſtrum deponi, idque multis & imperatorum l. ab executione.C.quorum appel.non reci.& pontificum ca. 1.2.& 3.de ſequeſtra.poſſeſ.& fruc.reſcriptis comprobatur. Sed & ſi ſuſpectus ſit poſſeſsor, rem de qua eſt controuerſia apud officium deponi debere Vlpianus ſcribit l. ſi fideiuſsor. §.fi. qui ſatiſ cogan.Item ſi quis ex poſſeſſione ſeruitutis ſuper libera conditione litiget imperator Iuſtinianus iuſſit l.unica. §. j. de aſser.tollen. peculium eius aliaſque res quæ uendicatur in tuto pro diſpoſitione iudicis collocari.

17 † Denique quoties iuſta cauſa ſubeſt, propter quam res, de qua agitur,apud ſequeſtrum deponi debet,ex conſequenti fructus quoque deponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor bonæfidei non omnes fructus ſuos facit ante cognitam alienam rem perceptos.*

2 *Poſſeſſor bonæfidei reſtituit fructus, qui integri ſunt tempore litis conteſtatæ.*

3 *Poſſeſſor bonęfidei non tenetur reſtituere fructus conſumptos.*

4 *Poſſeſſor bonęfidei facit ſuos fructus naturales, & eos qui ab alio ſati ſunt.*

5 *Fructus qui ſponte naſcuntur,& qui per alium ſeruntur, poſſeſſoris bonęfidei efficiuntur.& nu.6.*
Fœtus ouium cum lana efficiuntur bonæfidei poſſeſſoris.

De

Source : BIU Cujas

De fructibus ante litem contestatam, uel motam controuersiam a bonęfidei possessore perceptis. Caput. VI.

1 Proinde † non omnes fructus, quos pcepit bonæfidei possessor, priusquam rem alienam esse cognosceret, suos facit. Qui enim sine facto & opera cuiusquam prouenium fructus, solaque natura & sponte nascuntur, eos fidei quantūuis bonæfidei possessor suas nō faciet, vt si pomū decerpserit, uel ex silua ceciderit, non fieri eius recte Pomponius lib. 12. ad quintum Mutium scripsit l. fructus. de usu. Eadem ratione placuit. §. idem placet. per quas perso. nob. ac qui. lib. 2. Instit. l. liber homo. l. qui bona. l. qui acquiruntur l. si seruus, de acqui. rer. do. ut quod serui, ut liberi homines a nobis bonafide possessi, non ex re nostra uel operis suis acquirunt, sed ex donatione, legato, hæreditate, uel alia iusta causa acquisierint, id tanquam fructum qui sponte & ultro prouenit, nobis non acquirant, uerum sibi ipsis, si liberi, uel domino, si serui sunt.

Hoc amplius nec eos fructus, quos cura sua & industria percepit bonæfidei possessor, omnino lucratur.

2 † Nam si qui adhuc litis contestatæ tempore integri extent, eos utique restituere tenetur, & ita imperatorum Diocletiani, & Maximiani rescripto cautū est, cuius uerba sunt hæc l. certum. C. de rei uendi. Certum est bonæfidei possessores omnes fructus tempore. quo lis contestatur extantes, solere cū ipsa re præstare. Tum demum igitur bonæfidei possessorem fructus lucrari dicendum est, cum eos sua cura & industria bonafide perceptos, ante litem contestatam consumpsit, naturali enim ratione hosce fructus eum quasi dominum pro cultura, & cura lucrari Paulus respondit l. bonæ fidei. de acqui. rerum domi. quod & Iustinianus lib. 11. Institutionum probat. §. si quis a non domino. de rerum diuisi.

8 † Quare si quis a non domino, quem dominum esse credi derit, bonafide fundum emerit, uel ex donatione, aliaue qua libet iusta causa, æque bona fide acceperit, & postea dominus superuenerit, fundumque uindicet, de fructibus ab eo consumptis (ut idem Iustinianus constituit d. §. si quis a non domino.) agere non poterit. Paulus quoque li. 23. ad edictū l. sed & loci. finium regun. scribit. Si quis ex eo loco quem uicini esse apparuerit, ante acceptum iudicium fructus bonafide percepit, lucrari eum oportere, si eos consumpsit, idque & Aphricano placuit l. quæsitum §. finali. de acquire. rerum domi.

Idem tamen Paulus respondit d. l. bonæfidei. j. responso. bonęfidei emptorem non dubie percipiendo fructus, etiam ex aliena re suos interim facere non tantum eos qui diligentia & opera eius peruenerunt, sed omnes, quia quòd ad fructus attinet, loco domini penè est.

4 † Ergo & naturales fructus, qui sponte & nullo cogente prouenerunt, bonæfidei possessor suos facit. Sed puto ueriorem esse Accursij in d. l. bonæfidei. interpretationem, qui existimauit propositam a Paulo antitesin ita accipiendam esse, ut bonæfidei possessor faciat fructus suos, non tantum eos qui diligentia & opera eius prouenerunt, sed omnes etiam qui ab alio sati sunt, quinque opera & diligentia alterius prouenerunt. Cum enim apud omnes constaret, cura & opera sua perceptos fructus, bonæfidei possessorem suos facere, dubium tamen esse cępit, an & qua diligentia, satione, & sumptib. alterius prouenerunt fructus, bonæ fidei possessor suos faceret; ut enim naturales, ita nec istos suos facere uidebatur. Paulus tamen contra sensit d. l. bonæfidei. † bonæ fidei possessorem facere fructus suos non tantum eos, qui diligentia & opera eius percepti sunt, sed omnes etiam, qui opera, & diligentia alterius prouenerunt, & ita se intel exisse subsequentibus exemplis declarauit, ait enim, & ouium fętus in fructu esse, & ideo ad bonæ fidei emptorem pertinere, etiā si prægnantes uænierit, quasi ita diceret, bonæ fidei emptorem fætus suos facere non tantum eos, qui opera, diligentia, & impensa eius, quam pascēdis & curādis ouibus adhibuit nati sunt, sed omnes, etiam qui alterius cura nati sunt, nempe uenditoris, qui priusquam uenderet, curam pascendo pecori adhibuit, & prægnantes oues uendidit. Idem deinde subijcit, & sanè quin lac suum faciat, quamuis plenis uberibus uenierint, dubitari non potest; eodem enim modo exēplum istud accipiendum est, ut dicamus, bonæfidei possessorem lac suum facere nō tantum quod percepit ex ouibus quibus pascendis pecuniam, uel operam impēdit, sed etiam, quod nulla eius sed potius uenditoris opera prouenit, uel etiam ueri domini, cui oues plena lactis ubera gestantes subręptę sunt. Postremò subdit Paulus idem de lana iuris esse, ut bonæfidei possessor lanam faciat suam, non solum eam quæ ex cura eius in alendis ouibus adhibita, sed & eā quæ si ne ulla eius opera & impensa excreuit, sed potius domini, cui lanatæ oues furto subtractæ sunt. Et hæc exempla uerbo sius forte prosecuti sumus, ut omnes intelligerent, non ineptam esse aut absurdam in hunc sensum Pauli antitensin, sed congruentissimam subsequentibusque fingulis exemplis maxime accommodam, ex quibus satis euidenter appa ret, ita sensisse Paulum, ut nos cum Accursio ītерpretamur. Præsertim cum hæc tantum humana cura prouenientium fructuum exempla subiunxerit, nullam eorum qui sponte nascuntur speciem proposuerit, quippe qui probe intelligeret, non idem iuris in his naturalibus fructibus esse. Sed & hanc interpretationem uerissimam esse Iulianus l. qui scit. §. j. de usuc. lib. 7. Digestorum apertissime demonstrat, dum di-
6 cit, † in bonæ fidei posseſore hoc est recipiendum, ut fructus ad eum pertineant a quolibet sati. Idem etiam Iulianus respondit, fructus ex fundo perceptos, qui bonæfidei possessoris fiunt, proprius ijs accedere, quæ serui operis sui acquirunt, idemque Aphricano placet l. quæsitum. de acqui. rerū dominio. Cui consequens est, fructus naturales, qui sine opera cuiusquam ex fundo percipiuntur, bonæ fidei possessoris non fieri; nam qua ratione eius fierent, eadem sanè & quæ seruus bona fide possessus neque ex operis suis, neque ex re ipsius acquirit, eidem bonæ fidei possessori acquireret. Cetera, ꝙ inter possidentem titulo & sine titulo Barto. distinguit in d. l. defendi nulla ratione potest, nam, & Pomponius scribit l. fructus. de usu. Si maritus uel uxor ex re sibi donata pomum decrepserit, uel ex silua ceciderit, non fieri eius, sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, ꝙbus uerbis omnes titulo uel sine titulo possidentes comprehendi, nulloſq; excludi manifestum.

SVMMARIVM.

1 *Fructuarius quo differat a bonæ fidei possessore.*
2 *Fructus quare non fiunt fructuarij simul atque a solo separati sunt.*
3 *Lana ouium furtiuarum efficitur bonæfidei possessoris.*
4 *Fructus quando absolute efficiantur bonæfidei possessoris.*
5 *Possessor bonæ fidei qua possessione fructus suos efficiat.*
6 *Possessores rerum singularum fructus extantes restituere debent, uelut hæreditatis possessores.*

Quomodo accipiendum sit, quod dicitur, bonæ fidei possessorem facere fructus suos. Caput. II.

At uerò quod diximus bonæ fidei possessorem fructus industria & cura humana perceptos, tum demum lucrari, cum eos ante litem contestatam consumpsit, multis iurisconsultorum responsis cōtrarium esse uidetur, Iulianus enim lib. 7. Digestorum scribit l. qui scit. §. pen. de
1 usu. plus iuris in percipiendis fructibus bonæ fidei possessorem habere, quàm fructuarium, cum huius non fiant, antequam ab eo percipiantur, ad bonæfidei autem possessorem pertineant, si quoquo modo a solo separati fuerint, idemq; Paulus lib. 3. ad Sabinum refert. Idem etiam Paulus scribit l. sequitur. §. lana. de usucap. lana furtiuarum ouium apud bonæfidei emptorem detonsam, usucapi non posse, sed statim emptoris fieri.

2 † Sed sciendum est, fructus ideo non fieri fructuarij, simul atque a solo separati sunt; quia si fur desecuerit, uel decerpserit fructus maturos pendentes, Vlpianus lib. 17. ad edictū scribit, eum non fructuario, sed proprietario condictione teneri. Diuersa causa est bonæfidei possessoris, cui aduersus furem condictio competit: nam (ut supra dictum est) fructus eius fiunt simulatque quoquo modo a solo separati sunt. Ex eo tamen non sequitur, nō debere bonæ fidei possessorem tempore litis contestatæ extantes fructus restituere, nam & hæres in diem uel sub conditione hæreditatem restituere rogatus, licèt die uel conditione pendente hæreditatis dominus sit, eam tamen post diei uel conditionis euentum restituere debet, & apud maritum dominum dotis recte esse dicitur, licèt soluto matrimonio eam mulieri, uel hæredibus eius restituere cogatur, sic & fructus simul atque a solo separati sunt, bonæfidei possessoris fiunt in eiusque dominio esse dicuntur. Verùm sub conditione restituere tenetur, si eos ante litem contestatam non consumpserit, & ita interpretandum esse Paulus suprascripto responso perspicue declarat.

3 † Nam posteaquam dixit, lanam furtiuarum ouium apud bonæfidei emptorem detonsam statim fieri eius, mox subiungit, idem & in magnis dicendum esse, si consumpti sint. Proinde multo plenius perceptorum fructum dominium habet bonæ fidei possessor, quàm maritus dotis, uel hæres hæreditatis, quam sub conditione alteri restituere tenetur: hi enim neque uendere, neque donare, neque alio quocunque

Source : BIU Cujas

que modo alienare possunt, ille uero omnes fructus uendere donare, alienare, consumeretur, uti, & abuti pro arbitrio, sibi, simul atque a solo separati sunt, potest. Non abs re igitur statim eius fieri dicuntur, sed si forte contingat casus, ut apud eum litis contestatę tempore salui extent, in restitutionem uenient, tamen nō ideo minus a solo separatos fructus suos facere dicitur. Poterat enim libere eos ante litem contestatam alienare, & pro arbitrio consumere, quod si non fecerit post litem contestatam in alium transferre, uel ipse consumere bona fide non poterit.

4 † Ergo (ut supra diximus) ita demum absolute & irreuocabiliter possessoris lucro cedunt fructus, non sola natura sed facto hominum & bona fide percepti, lite nondum contestata consumpti sunt. Interdum tamen contingit, ut bonę fidei possessor, quamuis perceptos fructus consumpserit, nihil tamen lucretur, ut si quærendorum & colligendorum fructuum gratia tantum impenderit, quanti fructus ab eo consumpti æstimantur; hos enim sumptos a petitore repetere eum non posse, sed cum fructibus perceptis compensandos esse Papinianus lib. 2. responsorum, & secundò definitionum scribit l. emptor l. sumptus. de rei uendica. Nihil igitur hoc casu lucrari bonafidei possessorem manifestum est: cum tantum impenderit, quantum percepit.

5 Sed an ciuilis possessionis ratione, an naturalis, an utriusq; simul, bonę fidei possessor perceptos fructus suos faciat, quęritur. & Bal. in l. 2. C. de fru. & lit. expen. naturali tantum possessione fructuū dominium acquiri negat. Fructuarius enim non possessionis quæ nulla est, sed iuris utendi, fruendi ratione, fructus suos facit, sed & eum qui naturaliter tantum possidet, bona fide non possidere certum est. Ergo possessionis ciuilis ratione fructuum dominium acquiri, idem Bald. existimat in dicta lege 2. cum res ab eo possidetur, qui non solo facto nec alieno nomine sed suo iure, suoque nomine rem alienā esse ignorans possidet. Atqui melius est, ut dicamus, neque ex naturali, neque ex ciuili possessione, acquisitionē fructuum pendere, licèt enim sine ciuili possessione subsistere bona fides non possit, hæc tamen sola efficit, ut possessor loco domini habeatur, & quasi iure dominij, non autem possessionis fructus suos faciat, quod & suprascriptis quibusdam responsis significatur l. qui scit. primo responso, de usu.

6 Sciendū tamen est moribus nostris receptum esse, ut † quemadmodum hæreditatis, ita rerum singularum possessores, omnes fructus siue extantes, siue etiam consumptos, ex quibus locupletiores facti sunt, restituere teneantur, quod & a pleriſque nostrorum interpretum responsum est. Barto. in l. ex diuerso. de rei uendicatio. Anto. de Butrio & Panormita. in capitu. grauis. de restitutione spoliato. nam ut Celsus lib. quinto Digestorum scribit l. si me, & Titium. si cer pe. quod ex re mea ad te peruenit, id a te mihi reddi, æquum, & bonū est, nec te cum mea iactura locupletiorem fieri, naturalis æquitatis ratio permittit: si tamen extantes fructus eos etiā qui sponte, & nullo cogente nascuntur, continuo triennio bona fide quis possederit, eorum plenum & irreuocabile dominium acquirit; nam ut cæteras res mobiles, ita etiam fructus a solo separatos continuo triennio usucapi Paulus responsit l. sequitur. §. fructus. de usucapionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus post litem contestatam percepti cum re ipsa sunt restituendi.*
1 *Corpus petitum restitui non sufficit, sed & id quod haberet petitor, si eo tempore &c.*
3 *Fructus percepti post litem contestatam non semper officio iudicis restitui iubentur.*
4 *Officio iudicis non semper incumbit possessorem cogere ad fructus restituendos.*
5 *Iudex in sententia non potest tractare de his, quæ post condemnationem contingere possunt.*
6 *Sententia iudicis quando ad fructus post rem iudicatam perceptos extendatur.*

Quòd ei, qui in rei uendicatione obtinuit fructus post litem contestatam percepti, officio iudicis, ante uerò condictione uel in rem actione restituendi sunt. Cap. VIII.

Nouissime admonendi sumus

1 † cum restitutione ipsius rei eos tantum officio iudicis uenire fructus, qui post litem contestatam percepti sunt, uel percipi debuerunt, secundùm quòd diuus Iustinianus cōstituit. §. & si rem. de officio iudicis libro quarto Institu. si in rem actum sit coram iudice, & contra possessorem iudicauerit, iubere debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus, & Vlpianus lib. 51. ad edictum scribit l. qui restituere. de rei uendi. Qui restituere iussus, iudici non paret contendens se non posse restituere, si quidem habet rem, manu militari officio iudicis possessionem ab eo transferri, & fructuum duntaxat omnisque causæ nomine condemnationem fieri. Apud Caium quoque lib. 7. ad edictum scriptum est l. præterea. de rei

2 uendi. † nō sufficere corpus ipsum petitum restitui, sed opus esse, ut & causa rei restituatur ideſt, ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore quo iudicium accipiebatur, res illi restituta fuisset, nam ut libro primo ad edictum ædilium curulium Vlpianus scribit l. ædiles. §. item sciendum. de ædil. edic. iudici statim atque iudex factus est omnium rerum officium incumbit quæcunque in iudicio uersantur, ea autem quæ ante iudicium contingunt, non ualde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta, quare fructus ante litem a possessore percepti, cum officio iudicis non contineantur, nominatim peti debent uel rei uendicatione, uel condictione ex lege, aut sine causa, uel alia competenti actione, secundùm ea quę supra de malę fidei possessore diximus.

3 † Reperitur tamen casus, quo officio iudicis non incumbit, iubere fructus post litem contestatam perceptos restituere; nam si petitor lite contestata usumfructum legauerit, ex eo tempore, ex quo discessit a proprietate, fructuum rationem non habendam Paulus lib. 21. ad edictum refert l. ex diuerso. §. j. de rei uen. Sed & si post litem de usufructu contestatam fuerit finitus ususfructus, Vlpianus lib. 18. ad Sabinū l. uti frui. §. si post. si ususfru. pet. ulterius desinere deberi fructus respondit; nam & si mortuus fuerit fructuarius, hæredi eius actionem præteritorum duntaxat fructuum dandam, sed non ideo fructus postea perceptos possessor lucratur, eos enim ei, ad quem pertinent, competenti actione conuentus, restituere debebit.

4 † Simili modo & fructus qui post rem iudicatam & quadrimestre tempus condemnatis præstituto a possessore rei, quam restituere iussus est, adhuc incumbente percepti sunt, ad officium iudicis, qui rem ipsam restituere iussit, non pertinent, sed ij tantum, qui usque ad rei iudicatæ tempus percepti sunt, ideo si moram fecerit in homine reddendo possessor, & homo mortuus sit, fructuum rationem usque ad rei iudicatæ tempus spectandam esse Vlpianus ex Iuliani sentētia lib. 16. ad edictum refert l. Iulianus. de rei uendi. & Pomponius ueriorem putat l. fructus non modo. de rei uendi. Trebatij opinionem, existimantis eousque fructuum rationem habendam, quousque haberetur, si non periisset, ideſt ad rei iudicandæ tempus. Vnde Papinianus lib. 3. responsorum scribit l. prima. de usu. † iudicem iudicij bonæfidei non

5 recte iubere interponi cautiones, ut si tardius sententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur usuræ. Quid enim, ut Paulus notat d. l. prima. pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractatus, nec est quòd petitor qui obtinuit, conqueratur, ad hoc usque tempus officium iudicis non extendi, cum in potestate eius sit iudicatum exigere. Et non immerito Iabolenus lib. 10. epistolon respondit l. quemadmodum. de iudi. iudicium in futurum concipi non posse de his rebus, quæ postea in obligationē aduenturæ sunt. Papinianus tī scribit d. l. j. §. fi. circa telæ restitutionē pro fauore pupillorū latiorem interpretationē factā esse, ut siue iudex accipiat siue sine iudice tutela restituatur, in eum diem quo restituit tutor usuras præstet.

6 † Item probandum in eo qui hæreditatem, aliamve uniuersitatem restituere iussus est: nam & ad fructus post rem iudicatam a possessore perceptos sententia iudicis porrigitur. Nam, ut supra tractatum est, fructus uniuersitatis ante uel post litem contestatam, necnon post condemnationem percepti ipsam uniuersitatem augent. Sed & alio casu ad futurum tempus sententiam trahi non est incognitum, cum ius præsenti tempore actori quæsitum, futurum tempus respicit, idque in pleriſque iuris articulis expressum est l. 1. C. de sen. quę sine cer. quant. profe. l. in lege Aquilia si deletum. ad legem Aquil. l. Atteius. §. fi. de aqua plu. arcen. l. quod in diem. §. j. de peti. hæredita.

QVAE IN CONTRACTIBVS, EX quibus dominium transfertur, fructuum ratio habenda sit. Titulus primus.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus rei uenditæ cuius post traditionem efficiuntur.*
2 *Emptionis contractus consensu mutuo perficitur.*
3 *Fructus rei uenditæ etiam ante traditionem sequuntur emptorem. & nume. sequenti.*
4 *Emptor moram faciens in pretio soluendo, ad usuras uenditori tenetur.*
5 *Fructus ante uenditionem perfectam ab emptore percepti debent uenditori restitui.*

Source : BIU Cujas

6 *Emens fundum lege commissoria fructus interim percipiet.*
7 *Fructus rei sub conditione uenditæ, ea pendente percepti sunt uenditoris, licèt emptori traditi sint.*

De fructibus rei emptæ & uenditæ. Caput.I.

Cum sit expositum superiore libro de fructibus, qui in petitionem hæreditatis ueniant, deinde de fructibus legatorum & fideicommissorum, Tum postea de ijs qui singularum rerum petitioni accedunt, cõsequens esse existimauimus, vt de fructibus rerum, quæ in uarios passim contractus deduci solent, pauca quædam breuiter, & dilucide tractaremus. Contractuum autem & quasi contractuum, exigente hominum necessitate, plurima esse tam gẽtium quàm ciuili iure introducta genera, nemo est qui nesciat. Alijs enim rerum dominia transferuntur. Alijs res cõmunicantur. Alijs possessio tantum uel usus cõceditur. Aliis rerum alienarum cura, & administratio suscipitur. Quam distinctionem licèt ante nos nemo obseruauerit, tamen ad rationem fructuum, quem in singulis contractibus habetur intelligendam, necessariam esse, & secundùm hanc ueluti tegulam, omnem quæ in contractibus habetur, fructuum rationem metiri oportere ostendemus.

Primum igitur exordiamur ab illo genere contractuum, ex quibus dominia rerum tranferri solent. Inter quos primus occurrit usitatissimus ille emptionis & uenditionis cõtractus. Quis enim nescit facta alicuius rei ex hac emptionis & uenditionis causa traditione a uenditore dominium rei traditæ in emptorem transferri. §. per traditionem. de re. diui. lib. 2. Institu.

1 †Ergo fructus, qui post traditionem ex re uendita prouenerunt, dominij iure ad emptorem pertinent, ni forte uenditor inter contrahendum nominatim uel omnes fructus, uel certam speciem fructuum ad certum tempus exceperit; nã huic conuentioni standum esse vulgò traditum est l. qui fundum. §. cum fundum. l. in lege l. cum manu. de contrahend. emptio. Sed & ante traditionem: perfecta tamen uenditione percepti fructus emptoris lucro cedunt, & si quidem pure emptio contracta fuerit, statim solo consensu perfectam. esse. §. j. de contrahen. empt. & uendi. lib. 2. Insti. l. j. eo. titu. dubitari non potest: licèt res nondum tradita, nec pretium solutum fuerit. Quare omnes fructus qui perfecta solo consensu emptione & uenditione proueniunt, ad emptorem pertinent, & a uenditore percepti, simul cum re ipsa restitui ei de
2 bent. † Nam & si emptor ante traditionem proprie dominus non sit; tamen quia perfectus est solo consensu contractus, loco domini habetur, qua ratione omne damum post consensum vtrinque præstitum, rei uenditæ contingens periculo & detrimento eius contingit. §. cum autem. de emp. & vendi. lib. 2. Insti. omnia quoque eiusdem rei onera solus sustinere & agnoscere debet.

3 †Non est igitur quod cuiquam nouum aut absurdum uideri debeat, si ante traditionem omnes fructus, qui ex re uendita prouenerunt, emptorem sequantur. Vnde diui Diocletianus & Maximianus rescripserunt lege post perfectam. C. de actio. empti. venditorum pecorum fętus post perfectam uẽditionem natos ad emptorem pertinere. Item uenditis iumentis aut nauibus, si quid ex uectura quæsitum est, emptori præstabitur. Seruo quoque distracto si quid donatum fuerit ante traditionem, hoc restitui debere Vlpianus li. 22. ad edictum scribit. l. Iulianus. §. si quid seruo. de actio. empti. hæreditates etiam per seruum acquisitæ, & legata omnia æque restitui debent, nec distinguendum cuius respectu ita relicta sint. Item quod ex operis seruus præstitit uenditori, emptori restituendum idem Vlpianus respondit d. §. si quid seruo. Denique omne emolumentum & cõmodum, quod post perfectam uenditionem ex re uendita prouenit, ad emptorem pertinere sępissime rescriptum est l. prima. C. de peri. & commo. rei uendi. l. fructus. C. de actio. empti.

4 † Vsque adeo autem fructus post perfectam uenditionẽ percepti emptoris fiunt, ut si moram in tradenda re uendita commiserit uenditor, non eos tantum quos percepit, sed etiam quos potuisset percipere, si diligentior fuisset, præstare teneatur. Cum enim per uenditorem steterit, quo minus rem tradat. Paulus lib. 33. ad edictum scribit l. si sterilis. §. cũ per uenditorem. de actio. empti. omnem utilitatem emptoris in ęstimationem uenire. Neratius quoque lib. 4. Membranarum putat l. si ea res. eod. titu. Si per uenditorem steterit, quo minus emptor seruum sibi uenditum in tempore haberet, non solum id, quod ipse uẽditor per eum acquisiuit, præstandum esse, sed & id quod emptor, iam tunc sibi tradito seruo acquisiturus fuisset, idemque Iuliano placet d. l. si ea res. Econtrario emptor, qui in soluendo pretio moram fecit, usuras pretij uenditori præstare debet, & ita Hermogenianus lib. 2. iuris epithomon respondit d. l. ultima. de peri. & commo. rei uendi. Quinimmo statim post diem traditionis usuræ pretij sine ulla interpellatione debentur. Nam cum re emptor fruatur, æquissimum esse Vlpianus ait l. Iulianus. §. ex uendito. de act. emp. eum usuras prętij dependere, ꝙ & imperatorum Diocletiani & Maximiani rescripto declaratur l. curabit. C. de actio. emp.

Non solum autem fructus post perfectam uenditionem nati ad emptorem pertinent, sed etiam ante nati, tamen uenditionis tempore adhuc pendentes, nedum a solo separati ad emptorem pertinent; fructus enim pendentes (ut primo libro exposuimus) tit. 2. c. de peden. fruc. pars rei esse uidentur, qua de causa si fructibus iam maturis ager distractus sit, etiã fructus emptori cedere Vlpianus refert, cui consequẽs est, quod Iulianus lib. 4. Digestorum ait l. qui pendentem. de act. emp. eum qui pendentem uineam emit, si unam legere prohibeatur a uenditore, aduersus eum petentem pretium exceptione uti posse, si ea pecunia, de qua agitur, non pro ea re petitur, quæ uenit, neque tradita est. Nisi forte pendentes fructus uenditor nominatim exceperit, tunc enim conuentioni (ut antea diximus) standum est l. Iulianus. §. si fructibus de act. emp.

5 † Planè fructus ab emptore ante perfectam uenditionem percepti, licèt postea pfecta fuerit uenditio, uenditori tñ restitui debent. Imperatores enim Valerianus, Gallienus, & Valens Domitiano ita rescripserũt l. 2. §. fructus. C. de actio. empt. fructus perceptos ante cõtractam uenditionem, quos emptorem inuasisse proponis, actione ex uendito reposces. Si quis tamen cum fundum uenderet, in lege dixisset, ꝙ mercedis nomine a conductore exegisset, id emptori accessurum est, Proculus lib. 6. epistolon putat l. si cum fundum. de contrahen. emptio. & uendi. conuentionem ualere, ipsumque uenditorem in exigendo, non solum bonam fidem, sed etiam diligentiam præstare debere Vnde Vlpia. lib. 43 ad Sabinum scribit l. quoties. de contrahenda empt. & uend. Quoties seruus uenit non cum peculio distrahitur, & ideo siue non sit exceptum, siue exceptum sit, non cum peculio distractus uidetur.

6 † Postremò sciendum est, eum qui lege commissoria fundum emit, interim fructus percepturum, & ita Vlpiano & Neratio uisum est l. si fundus l. lege. de leg. commis. Emptorem quoque cui pure fundus in diem addictus est, fructus interim lucrari, a plerisque responsum est leg. quoties l. eum qui. l. item quod. de in diem addic. sed hunc articulum proximo libro exactius tractabimus.

Hæc autem, quæ de fructibus rei pure uenditæ exposuimus in uenditione in diem, uel sub conditione concepta, locum habent, quæ diei uel conditionis euentu perfecta est; tunc enim licèt res nondum tradita fuerit, fructus percepti emptorem sequuntur, & a uenditore percepti restitui ei debent, qui uerò pendente die, uel conditione percepti sunt,
7 uenditoris fiunt. † Quamobrem si res sub conditione uendita ea pendente emptori tradita fuerit, fructus medij temporis non ipsius, sed uenditoris esse Vlpianus & Paulus responderunt l. necessario. §. quòd si pendente. de peri. & commo. rei uendi.

S V M M A R I V M.

1 *Permutatio rei dominium transfert, sicut & uenditio.*
2 *Fructus rei permutatæ cuius sint ante traditionem & post.*
3 *Permutatio non solo consensu, sed etiam traditionem perficitur.*

De fructibus rerum permutarum. Cap.II.

Permutatio, ut paulus ait l. Aristo. de re. permu. uicina est emptioni & uenditioni, idque uel ex eo satis intelligitur, ꝙ Sabinus & Cassius emptionem & uenditionem nihil a permutatione differre asseruerunt l. j. de contrahen. emp. & uen. sed licèt re uera differant, permutationem tamen uicẽ emptionis obtinere certum est, & ita imperatores Dioclе-
1 tianus & Maximianus rescripserunt l. 2. C. de re. permu. † quare sicut emptionis, ita permutationis causa alicuius rei facta traditione, dominium in accipientem transfertur, iure igitur dominij rei ex causa permutationis traditæ fructus ad eum, qui accepit, pertinent. Ita tamen pertinent, ut ipse uicissim permutationi satisfacere, & pro ea re, quam accepit, aliam, ut conuentum est, statim tradere teneatur.

2 † Alioqui cum permutatio sit bonæfidei, re ipsa in morã incidit, & ex eo tempore fructus ex re sua perceptos, in qua tradenda moram fecit, debet cum omni accessione præstare, uel rem quam accepit, cum fructibus ex ea perceptis restituere, ut plerisque prudentum responsis & imperatorum constitutionibus continetur, toto titu. de re. permuta. & tit.

de

Source : BIU Cujas

de præſcriptis uerb. Cæterùm ſi placitum uel pactum permutationis tantum interuenerit, ſed nec hic, nec ille ex pacto rem tradiderit, neutri actionem competere imperatores Diocletianus & Maximianus conſtituerunt l. ex placito.
3 C. de re. permu. non † enim ſolus conſenſus, ſed res ab altero tradita initium, (ut Paulus ſcribit.) l. j. de re. permu. obligationi ex cauſa permutationis præbet, cui conſequens eſt, ut fructus rerum, quæ in permutationis placitũ deductæ ſunt, nulla adhuc re ſecuta percepti eorũ ſint, quorum prius nulla permutationis conuentione facta erant.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuum rei traditæ transfert dominium.*
2 *Fructus rei mutuò datæ ad quem ſpectet.*

De fructibus rei mutuę. Cap. III.

1 Ex dontractu quoque mutui † dominiũ rei traditæ in accipientem transferri, uel ipſa nominis ratio ſatis indicat, nam (ut Paulus lib. 38. ad edictum ſcribit) l. 2. §. appellata. ſi cer. peta. appellata eſt mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit.

2 † Omnes igitur fructus, omnia emolumenta, omnes denique commoditates, quæ ex re mutuò data percipi poſſunt, ac eum, qui accepit, dominij iure pertinent. Si tamen, cum in reſtituendo mutuo moram faceret, lis contra eum conteſtata fuerit, ex eo tempore omnem cauſam actori reſtituendam eſſe palam eſt l. vinum. eo. tit. ideſt, ut omne habeat creditor, quod habiturus eſſet, ſi ſtatim litis conteſtatæ tempore debitor mutuum ei reſtituiſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio rem dari quando transferat dominium.*
2 *Stipulatio eſt contractus ſtricti iuris.*
3 *Promiſſore in rem tradendo moram faciente, an fructus poſtea nati ueniant in obligationem.*
4 *Emptor agens ad poſſeſſionem, quam uacuam ſibi dari ſtipulatus eſt, non obtinebit fructus ante litis conteſtationem perceptos.*
5 *Partus ancillæ an ueniat in ſtipulationem, ancillam dari.*
6 *Stipulatio rem dari, uacuamque poſſeſſionem tradi, quid operetur.*
7 *Promiſſor non reddens in tempore tenetur ad intereſſe.*

De fructibus rei in ſtipulatum deductæ. Cap. IIII.

1 Pręterea ex cauſa ſtipulationis † rem dari, traditionem factam, dominium in accipientem transferre, vulgò notum eſt. Ergo ſecundum certiſſimam illam & iam ſæpius repetitam regulam, fructus rei ex cauſa ſtipulationis traditæ, dominij iure ſtipulatoris ſtatim fiunt. Sed ante traditionem, quamuis poſt perfectam ſtipulationem percepti, promiſſorem ſequuntur, nec ſtipulatori reſtitui debent. Sed & ſi (ut ſupra diximus) fructus pendentes pars rei eſſe uideãtur, tamen cum fundum ſtipulatur quis, non uenire fructus, qui ſtipulationis tempore pendentes fuerunt, Paulus ſcribit
2 l. ſi filiusfamilias. de uerbo. obliga. † nam ſtipulationem ſtricti iuris eſſe, nemo ignorat, ideo uerba in hoc contractu expreſſa, ſecundùm ſtrictã ſignificationem accipienda ſunt l. quidquid aſtringendæ. de uerbo. obli. in ſtipulatione fundi pendentes fructus non continentur; quia hic ſtricte accipiẽdo fundum, pars eius dici non poſſunt. Diuerſum eſt in emptione, uenditione, permutatione, aliiſque bonæ fidei contractibus, in quibus, cum propter exuberantem bonam fidem, plenior ex æquo & bono interpretatio fieri ſoleat, fructus tempore contractus pendentes, in obligationem ueniunt.

3 † Sed ſi in tradendo moram fecerit promiſſor, num fructus poſtea nati in obligationem ueniant, quæritur, & Paulus lib. 5. ad Plautium reſpondit l. uideamus. §. ſi actionem. de uſu. Si actionem habeam ad conſequendum id quod meum non fuit, ueluti ex ſtipulatu fructus, me non conſecuturum, etiam ſi mora facta ſit. Quòd ſi acceptum ſit iudicium, idem Paulus, ueriorem putat d. § ſi actionem. Sabini & Caſſij ſententiam, exiſtimantium tunc demum fructus omni cauſa reſtituendos eſſe. Cui ſententiæ conuenit illud, quod Papinianus lib. 20. quæſtionum reſpondit l. in fideicõmiſſi. §. in his. de uſu. In his iudiciis, quæ nec ſunt arbitraria, nec bonæfidei, poſt litem conteſtatam actori cauſam præſtandam eſſe in eum diem, quo ſententia dicitur. Quod generaliter, cum in perſonam agitur, tenendum eſſe idem Papinianus ait l. 2. de uſu. poſt litem conteſtatam cauſa præſtetur, cuius opinionis ratio redditur; quoniam quale quidque eſt, cum petitur, tale dari debet, ac propterea poſtea captos fructus partumque editum reſtitui oportet. Vſuras etiam lite ꝓteſtata currere, Pau. li. 11. ad edictum rñdit l. lite. de uſu.

4 † Sed & ſi emptor uacuam poſſeſſionem dari ſtipulatus fuerit, & ex ſtipulatu agat, fructus ante litis conteſtationem perceptos in eam actionem non uenire Pomponius lib. 9. ad Sabinum refert l. ratio. §. ſi emptor. de act. emp. quia & qui fundum tradi ſtipulatur, uacuam quoque poſſeſſionem tradi oportere, ſtipulari intelligitur, nec tamen fructuum præſtatio ea ſtipulatione continetur, neque rurſus plus debet in eſſe ſtipulatione, ſed ex empto ſupereſſe ad fructuum præſtationem.

Papinianus tamen li. 26. quæſtionum reſpondit l. ſi ſtipulatus. de uſu. Si ſtipulatus ſis rem dari, vacuamque poſſeſſione tradi, fructus poſtea captos, actione ex ſtipulatu conſecuturum te, rationem ſuadere. An idem de partu ancillæ reſponderi poſſit, conſiderandum eſſe idem Papinianus dicit:
5 † nam quod ad uerba ſuperiora pertinet, ſiue factum rei promittendi, ſiue effectum per traditionem dominij transferendi continent, partum non contineri, uerum ſi emptor a uenditore nouandi animo ita ſtipulatus eſt, factum tradendi eum ſtipulatum intelligi; quia non eſt ueriſimile, plus uendi torem permiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compellere tur: ſed tamen propter illa uerba, uacuamque poſſeſſionem tradi, poſſe dici idem Paninianus ſcribit d. l. ſi ſtipulatus. partus quoque ratione committi ſtipulationem; etenim ancilla tradita partum poſtea editum, in bonis ſuis reus ſtipulandi habere potuiſſet. Verum ex his quæ ſupra diximus, potio rẽ eſſe Põponij opinionem facile quiuis intelligere poteſt. Proinde diſtinctiones pro conciliandis his Pomponij Papinianique reſponſis ab Accurſio traditæ, falſæ ſimul & friuolæ ſunt Quid enim ineptius dici poteſt, quàm ideo uenire fructus; quia copulatiue & coniunctim quis rem dari, & uacuam poſſeſſionem tradi ſtipulatus ſit, at ubi alterum tantum expreſſerit, nempe uacuam poſſeſſionem tradi, tunc non uenire?

6 † Primum enim hæc apud ueteres ſtipulationis formula plerunque obſeruabatur, rem dari, uacuamque poſſeſſionem tradi, atque hoc poſterior clauſula ſiue priori nunquã adijciebatur, prior uerò ſola per ſe ut plurimum ſine adiectione iſtius exprimebatur, ſed nec Pomponius dicit, hanc tantum particulam (uacuam poſſeſſionem tradi) ſtipulationi inſertam fuiſſe, ſed hoc dicit, quamuis ſtipulationi rem dari, adijciatur hæc clauſula (uacuamque poſſeſſionem tradi) non ob id fructus poſtea captos ex hac ſtipulatione deberi: cum in hac ſtipulatione rem dari uacuamque poſſeſſionem tradi, non plus contineatur, quàm in hac ſimplici abſoluta ſtipulatione rem dari. Præterea dum dicit Papinianus, ſtipulatorem fructus poſtea captos conſecuturum, non ſubdit hanc rationem; quia coniunctim & copulatiue rem dari & uacuã poſſeſſionem tradi ſtipulatus eſt, ſed propter illa uerba tantum, uacuamque poſſeſſionem tradi. Quare Accur. planè cæcutire, & frigidas nugas afferre perſpicuum
7 eſt. At uerò Vlpia. ſcribit. † Si fundum certo die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quominus ea die prẽſtetur, conſecuturum me quanti mea inſit, moram factam nõ eſſe, cum autem in eo quod intereſt, fructus quoque ueniant, apparet me conſecuturum eos fructus, quos conſecutus fuiſſem, ſi mihi mora facta non eſſet. Sed ſciendum eſt, moram, in quam diei lapſu promiſſor incidit, litis conteſtationi æquiparari, argu. l. magnam. C. de cõmit. ſtip. Quod aũt dictum eſt poſt moram captos fructus ſtipulatori reſtituendos non eſſe, de uulgari mora intelligendum eſt, in qua promiſſor per ſimplicem, & extra iudicium factam interpellationem conſtituitur. Prætera plerunque accidit, ut ſtipulatoris, quod ad fructus attinet, nihil interſit; quia forte ita negligẽs eſt, ut nullos ex re promiſſa percepiſſet fructus, liceat eam ſtatim habuiſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Donatione inter uiuos etiam dominium tranfertur.*
2 *Donare promittens non tenetur ad uſuras, ſi in mora fuerit ſolutionis.*
3 *Donator non cogitur, niſi ad fructus extantes donatario præſtare.*
4 *Iuriſdictio contempta qualiter uindicetur.*
5 *Fructus rei donatæ quando ueniant in rationem donationis.*

De fructibus rei donatæ inter uiuos. Cap. V.

1 Non eſt prætereundus donationis † inter uiuos contractus nam & hunc ad transferendum dominium maxime idoneum eſſe notiſſimum eſt; licèt enim is qui donat, nullo iure cogente, ſed ex mera liberalitate id faciat l. hoc iure. de dona. tamen ſimulatque tradidit, nihil iuris in re donata retinet, ſed omne ius, omnemque utilitatem, & cauſam eiuſdẽ rei in accipientem transfert. Planè ante traditionem, perfecta tamen ſola donatoris uoluntate donatione, perceptos fructus in rationem dona. minime computari, Pomponio recte

recte uidetur l.in ędibus. §.j. de dona. nam & Caius respondit l.cum de donatione. de dona. cum de donatione quæritur, neque partus nomine, neque fructuum, neque pensionum, neque mercedis, ullam donationem uideri factam, sed & liberalitatis in rempublicam factæ usuras exigi non posse
2 Paulus lib.j. decretorum scribit l.liberalitatis. de usu. † Eum quoque, qui donationis causa pecuniam uel quid aliud promisit, Modestinus respon. l. eum qui. de dona. de mora solutionis, usuras præstare non debere, idque summæ æquitatis esse, maxime cum in bonæfidei contractibus donationis species non deputetur. Quare eos demum fructus donator restituere compellitur, quos post litem contestatam percepit, & nec dum consumpsit, & ita accipitur, quod Paulus scribit l. Nesennius. §. fundum. de re iudi. eum qui donauit fundum, & postea condemnatus restituit, fructuum nomine, si eos non consumpserit, insolidum condemnandum; quamuis enim quantum ad rem ipsm donatam attinet, non teneatur, nisi inquantum facere potest l.cum ex causa. de re iudi. tamen quod attinet ad fructus, adhuc extantes, quos post litem contestatam percepit, hoc beneficio non utitur, ne de his aliquid deducitur, sed insolidum restituuntur, hoc
3 †tamen singulare priuilegium donator habet, ꝙ ex alijs omnibus causis ad aliquam rem restituendam damnati, omnes fructus post litem contestatam perceptos siue extantes siue consumptos restituere tenentur l. 2. C. de fruc. & lit.expen. l. certum. C. de rei uendi. donator uerò extantes tantum, non etiam consumptos, & hoc priuilegium habet, cum condemnandus iudici paret, remque donatam secundùm eius sententiam donatario restituit. Si uerò rem donatam restituere iussus, ius dicenti nō obtemperet, contendens se non posse restituere, si quidem habet rem, manu militari officio iudicis possessio ab eo transfertur, & fructuum duntaxat omnisque causę nomine condemnatio fit, & priuilegium (ne in plus teneatur, quàm facere possit) ob suam contumaciam perdit, nec est, quòd conqueratur donator, si iniuste beneficio cōstitutionis priuari; cum potuerit non periclitari, si statim restituisset, iusque dicenti obtemperasset.

4 Vt ergo contempta iurisdictio uindicetur, insolidum tanquam quiuis alius possessor, & rei ipsius nomine & fructuū ex ea post litem contestatam perceptorum sine ulla deductione condemnatur. Quòd si non possit restituere: quia forte dolo possidere desijt, in litem iurabitur, & tanti sequetur condemnatio. Porrò ij mihi longe lateque aberrare uidentur, qui suprascriptum Pauli responsum sic accipiendum esse existimant, ut in eo donatore procedat, qui rem donatario tradidit, cuius possessionem aliquo casu bona uel mala fide postea recepit, ut is insolidum condemnari debeat, & ad fructuum consumptorum æstimationem, si malæ fidei possessor fuerit, teneatur, si uerò bonæ fidei, consumptos ante litem contestatam fructus lucretur, extantes uerò, & eos quos post litem contestatam percepit, restituere debeat, quæ sanè interpretatio nullam rationem habet, neque enim traditionis rei donatæ, neque possessionis per donatorem iterum receptæ ullo modo Paulus meminit, ꝙ utique non tacuisset, si cum gl. nostris sensisset. Deinde quis dubitat, eum qui olim donauit, recepta possessione insolidum condemnandum esse? neque enim donator amplius appellari potest. Postremò, ut supra ostendimus, non ipsius rei nomine, sed fructuum post litem contestatam perceptorum & extantium donatorem insolidum condemnandum Paulus ait d. §. fun-
5 dum. † Interdum tamen statim ex ipso donationis die fructus percepti, in rationem donationis ueniunt, & donatario restitui debent, ꝙ tunc accidere Pōponius scribit d.l. in ædibus. §.j. de dona. cum quis non fundum, sed fructuum perceptionem donat, hoc enim casu fructus esse ipsam rem, quæ donatur, nemo non uidet. Cęterùm si is qui donationem accepit, erga donatorem ingratus fuerit, ex eo die quo reuocationis controuersiam donator mouit, fructus perceptos eū tanquam indignum restituere cogendum esse, imperatores Constantinus & Constantius decreuerunt l. his solis. C. de reuo. dona.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis quæ dicatur.*
2 *Fructus rei donatæ a quo tempore efficiantur donatarij.*
3 *Donans causa mortis repetere donata potest, si conualuerit.*

De fructibus rei donatæ causa mortis. Cap. VI.

1 **Est & alla species** donationis, † quæ appellatur mortis causa: cum quis imminente mortis periculo, uel eius cogitatione commotus, ita donat, ut se magis uelit habere, quàm eum, cui donat, magisque eum cui donat, quàm hæredem suum: quam definitionē Martianus & Iustinianus tradunt in l.j. de dona.
3 cau. mor. §.j. eo. tit. lib. 2. Insti. & † si quidem ita quis donet, ut statim rem tradat, eamque accipientis faciat, fructus dominij iure ad donatarium pertinere dicendum est, quòd si uiuus donator eam non tradiderit, tunc dici recte potest, eandem in hac re fructuum habendam esse rationem, q̄ in legatis supra exposuimus, mortis enim causa factas donationes per omnia ferè legatis comparari, sępissime responsum est l.
3 illud. de dona. mor. cau. l. fin. C. eod. tit. §.j. eo. tit. li. 2. Insti. † Si tamen conualuerit donator, Paulus lib. 6. ad legem Iuliā & Papiam l. cum quis. de condic. cau. da. cau. non secu. & lib. 5. ad Plautium l. uideamus. §. idemque. de usu. respondit, eum fructus & partus donatarum rerum, & quod eis accreuit repetere posse, nisi forte donatio sic concepta fuerit, ut nullo casu reuocari posset; tunc enim perinde habendam esse atq; aliam, quamuis inter uiuos, donationem, Martianus scribit l. ubi autem. de dona. cau. mor.

SVMMARIVM.

1 *Feudum qualiter difiniatur.*
2 *Fructus rerum feudalium ad clientes spectant.*
3 *Cliens non præstans obsequium debitum domino priuatur feudo.*
4 *Feudum quando ad dominum reuertatur, uasallo sine hærede defuncto.*

De fructibus rerum, quæ iure clientelæ, hoc est feudi, possidentur. Cap. VII.

Illud notissimum est, non iure scripto sed moribus receptam esse quandam donationis speciem, quæ feudum appellari
1 uulgò solet. † Definitur autē, in §. fin. in quib. cau. feu. amit. li. 2. feudo. esse beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem, & dominium directum rei immobilis donatæ penes dantem remaneat, dominium uerò utile & usus fructus illius rei, ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos siue fęminas, si noīatim de his dictum sit, in perpetuum pertineat, ea lege & cōditione, ut cliens omnesque in infinitum hæredes eius, patrono qui beneficium contulit, hæredibusque eius debitam clientelaris officij sponsionem agnitionemque præstent, in eorum fidem sese conferant, & ut patronos obseruent ac reue
2 reantur. Ex qua descriptione apparet euidentissime, † fructus rerum, quæ hoc iure censentnr, ac clientes pertinere, & ita Bal. quoq; respondit. in §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fed. lib. 2. feudo. nam ut supra dictū est, utile dominium habent, cuius ratione rei quoque uendicatio aduersus quemcunq; possessorem eius competit, per q̄ collatum sibi feudum cum fructibus recuperant. §. rei autem. de inuesti. de re alie. fac. lib. 2. feudo. Sed si post donationem eidem feudo aliquod incrementum accesserit, hoc omne ad clientem eodem iure pertinebit. §. fi. & pe. si de inuesti. feu. contro. fue. nisi pacto ex presso patronos dum beneficium conferret, incrementum, quod postea obuenerit, partemve ei⁹ sibi retinuerit. Sed hęc non nunq̄ aliter se habent; nā ex constitutione Federici imperatoris, firmiter. de prohibi. feu. alie. per Fede. lib. 2. feudo. clientes qui in Italia & Germania sunt domino in publicam expeditionem eunti, dimidiam partem redituum unius an-
3 ni præstare tenētur, alioqui beneficio priuantur. † Sed & moribus nostris introductum est, ut si in pręstando obsequio & persoluenda fide patrono debita cliens moram faciat, liceat patrono manum prædio clientelario inijcere, & interim fructus suos facere, donec cliens iusta obsequia ei exhibeat, detque manus supplices, osculum obsequiose porrigat, & in uerba eius iuret, quibus præstitis clientem in suam fidem patronus recipit, manum iniectam tollit, fructusq; suos facere desinit, & liberam utendi & fruendi potestatem eidem restituit. Sed & si in exhibendo rerum clientelarium subclientelariumque catalogo, cliens moram admittat, patronus etiā hoc casu manum subijcit, fructusque earum suos facit, illud quoque commodum patronus capit; cum a defuncto in hæredem per lineam transuersam coniunctum prædium cliētelare transfertur, uel quoquo modo alienatur, ꝙ reditum unius anni aut quintum quemque sub quintumque nummum pretij ipsius rei consequitur. † Sed & secundum usum
4 Mediolanensium constitutum est §. his consequenter. titu. hic fini. lex dein. consue. reg. inc. si uasallus decedat sine hærede masculo, & contingat feudum ad dominum reuerti, sic distinguendum esse, ut si ante Martium uasallus decesserit, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinent, si uerò post calendas Martij usque ad Angustum, omnes fructus qui interim percipiantur hæredum uasalli esse, si uerò post Angustum omnes fructus anni dominum percepturum. Sunt tñ qui dicant quocunque tpe anni decedat uasallus oēs fructus pendentes ad dñium ptinere.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis quid sit.*

2 Em-

Source : BIU Cujas

2 *Emphyteuta pensionem triennium totum non soluens, emphyteusi potest priuari.*

De fructibus rerum quæ in emphyteusim conceduntur. Cap. VIII.

Quæ de fructibus prædiorum clientelarum diximus, eadem fere de fructibus prædiorum, quæ in contractum emphyteuticum deducuntur, dicenda sunt.
1 † Est autem emphyteusis. §. adeo. de loca. & condu. lib. 2. Inst. contractus, quo quis fundum suum utendum & fruendum concedit alicui, & hæredibus eius in infinitum, ut quotannis certam quandam pensionem ab eis ipse hæredesque sui accipiant. Quæ descriptio ostendit, maximam intercedere clientelarijs cum emphyteuticis prædijs affinitatem, quare sicut clientes ita etiam emphyteutæ fructus suos faciunt; nã & utile dominium habent & aduersus quemcunque possessorem actio in rem ad repetendum fundum emphyteuticũ
2 eis datur. tit. si ager uectig. uel emphy. pet. † Verùm pensionem quotannis (ut cõuentum est) domino præstare debent quam si toto triennio non soluerint, expelli possunt l. 2. C. de iure emphy. Sed & aliam ex fundo emphyteutico directus dominus utilitatem consequitur, ut quoties fundum in emphyteusim sibi concessum emphyteuta uendit, quinquagesimam partem pretij ei præstare debeat d. l. 2. §. fi. & hos fundos, quos ueteres emphyteuticos appellabant, nos hodie censuales dicimus.

DE FRVCTIBVS DOTIS. Titulus. II.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei transfertur traditione facta dotis causa.*
2 *Dotis nomine quæ contineantur.*
3 *Fructus dotis percepti ante nuptias cuius sint.*
4 *Maritus quando fructus rei dotalis suos faciat.*
5 *Matrimonium ante ætatem legitimam esse nequit, sicut nec dos.*

De fructibus dotis ante nuptias perceptis Cap. I.

1 Superest ut de fructibus dotis discutiamus † Nam ex causa dotis traditione facta dominium in maritum transferri constat. §. j. quib. alie. lic. uel non. lib. 2. Insti. huncque contractum inter omnes, in quibus de fructibus agitur, præcipuum esse, quemque, ut reipublicæ magnopere necessariũ ueteres legum authores plurimo fauore dignum esse dixe-
2 runt, multisque priuilegijs firmarunt. † Dotis autem appellatione omnes res quas uxor dat marito pro sustinendis oneribus matrimonij continentur. Ergo fructuum, qui ex omnibus rebus ab uxore marito dotis proueniunt, ratio explicanda nobis est, quam ut totam certa quadam & perspicua methodo complectamur, in tres partes distribuendam esse mihi uidetur, quarum prima erit de fructibus ante nuptias ex dote perceptis. Altera de ijs qui constante matrimonio prouenerunt. Postrema de ijs qui soluto matrimonio perce
3 pti sunt. † Et primum, quidem, quoad fructus ante nuptias perceptos attinet, distinguendum ita est, aut nuptiæ, quę sperabantur, secutæ non sunt, quo casu Paulus lib. 10. ad Plautium refert l. uideamus. de usu. fructus quoque restituendos esse, utique si qui percepti sunt eo tempore, quo sperabatur affinitas, sed & posteriores, si in re mora fiat, ab illo, qui reddere debet, omnimodo restituendos esse, sed & si per mulierem stet, quominus nuptiæ contrahantur, idem ait magis esse, ut debeat fructus recipere. Ratio autem hęc est, quòd si sponsus nõ ꝙueniebatur ad reddẽdos fructus licuerat ei negligere fundum: aut matrimonium subsecutum est, quo casu ueriorem esse arbitramus Pauli opinionem, existimantis
4 l. si ante nuptias. fol. mat. † Si ante nuptias traditus sit in dotem marito fundus, fructus exinde ad nuptiarũ diem a marito perceptos dotis fieri, & in dotem ꝙuerti eiusque augmentum esse. Iulianus quoque lib. 16. Digestorum scribit l. si seruo. de iu. do. Si seruo in dotem ante nuptias dato donatum aliquid uel legatum ante nuptias fuerit, ampliari dotem sicut ex fructibus fundi, qui ante nuptias traditus est. Ideoque ante nuptias percepti fructus mariti lucro non cedunt, sed mulieri uel hæredibus eius restitui debent. Ex his dirimi facile potest illa quæstio apud glos. nostros agitata, an is qui nondum nubilem, nouem uel decem annorum sponsam acceperit, in eaque & familia eius alenda impẽsas fecit, fructus ex dote, priusquam puella ad legitimam ætatem peruenisset, perceptos lucretur, & Accur. in l. si ante nuptias. fol. mat. eiusque sequaces lucrari eum censent. Sed uerius dicendum esse arbitramur, ut hi fructus in dotem conuertantur; neque enim potest dici sponsum fructus dotis pro oneribus matri-
5 monij suos facere; † cum ante completam sponsæ ligitimã ætatem, neque dos, neque matrimonium fuerit, impensas tamen in eam, familiamque eius factas actione negotiorum gestorum repetet, nisi donandi animo eas fecerit. Et tamen casus, quo maritus ante nuptias perceptos ex dote fructus lucratur, cum scilicet inter destinatam uxorem & futurum maritum nominatim conuenit, ut fructus, qui ante nuptias prouenerint, ipse sponsus suos faciat; tunc enim quasi donatione facta eos non reddi, Vlpianus lib. 31. ad Sabinum respondit l. dotis fructus. de iu. dot.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis post nuptias percepti quando mariti & quando sint uxoris.*
2 *Dotem promittens, si intra triennium a matrimonio contracto non soluerit, ad usuras tenetur.*
3 *Maritus quo tempore dotem petere possit.*
4 *Dos ante traditionem non dicitur, nec in maritum transfertur eius dominium.*
5 *Dotis promissio causam lucratiuam non efficit.*

De fructibus qui constante matrimonio ex dote constituta, sed nondum tradita prouenerunt. Cap. II.

1 In fructibus quoque post nuptias † perceptis distinguendum est, utrum ante traditionem, an uerò postea percepti fuerint: nam si mulier dotem quidem marito constituerit, sed non statim tradiderit, omnes fructus, quos ex dote constituta, sed non tradita percepit, tanquam ex re sua lucratur, nec uiro petenti dotem restituere cogitur: nam in fructibus a uiro restituendis, neque diem constitutæ dotis, neque diem nuptiarum obseruari Vlpianus respondit l. de diuisione. solu. matri. sed quò primum dotale prædium constitutum est, idest tradita possessione, nisi tunc eos perceperit mulier, cum per biennij lapsum, uel interpellationem ipsius mariti, in mora soluendæ dotis constituta est; ex eo enim tẽpore mulierem uel alium qui pro ea dotem promisit, debere fructus perceptos simul cum ipsa dote præstare, Iustinia-
2 nus in hęc uerba constituit l. fi. §. fi. C. de iure do. † Sancimus, si quis in dotem uel prædia, uel certum reditum, uel ædes, uel panes ciuiles spopondit, uel promisit, si ex tpe matrimonij biennium transactum sit, illico reditum uel pensionem necnon panis ciuilis quęstum eum præstare, etiam si nõ fuerint adhuc res principales traditæ, & si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras usque ad tertiam centesimæ præstari. Sinautem aliæ res, præter immobiles, uel aurũ, fuerint in dotem datæ, siue in argento, siue in muliebribus ornamẽtis, siue ueste, siue alijs quibuscunque rebus, si quidem æstimatæ fuerint, simili modo post biennium, & earum usuras ex tertia centesimæ currere. Sed æstimationem earum, quia & hoc apertius declarare oportet, eam intelligendam, quæ pro singulis speciebus facta est, uel pro unoquoque genere dotalium specierum, ideſt, pro argento, uel ornamẽto, uel ueste, uel alijs speciebus, & non esse expectandam post singulas æstimationes unam coadunationem totius calculi, quod satis scrupulosum & per nimiam subtilitatem pernitiosum est. Sinautem minime res mobiles fuerint æstimatæ, ea post biennium obseruari, quę leges post litem contestatã pro oĩbus hmõi rebus definiunt. Si uerò res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in alijs rebus mobilibus uel
3 immobilibus, pro iam facta diuisione oĩa procedere. † Licẽtia minime deneganda marito, quando uoluerit dotem petere, nec is qui dẽt, putet sibi licentiam esse, reditus uel pensiones uel usuras uel accessiones soluenti dotis solutionem protelare, sed siue ante biennium, siue postea uoluerit dotẽ pars mariti petere queat, & secundùm leges eam exigere, ex cuius ꝙstitutionis uerbis facile intelligere est, mulierem, nisi per interpellationem, uel biennij lapsum in mora non constituti fructusque ante biennium uel interpellationem marito restituere non debere, quamuis statim ex die ꝺcti mrimonij onera sustinuerit, nec est, ꝙ causetur aliquis suprascriptã ꝙstitutionem in extraneo, qui pro muliere dotem promisit, expressam esse, neque enim mulieribus ipsis, quæ dotem cõstituerunt minus fauendum est, quàm extraneis, qui pro mulieribus spoponderunt, sicut ergo extraneus re ipsa in moram soluendæ dotis minime incidit, sed per interpellationem uel biennij lapsum, sic nec mulier. Maritus verò sibi imputet, qui cum non deberet, ante acceptam dotem onera matrimonij sustinuit. Ad hæc illud quoque conuenire põt, ut onera matrimonij sustineat maritus, & tamen dos nõ statim, sed post tempus tradatur. Nec obest, quod dici solet, donationes inter uirum & uxorem prohibitas esse, maritumq;

fructus

Source : BIU Cujas

fructus dotis vxori donare non posse, sed mulierem in quan
4 tum locupletior facta est teneri,†nam ante traditionem dos non dicitur,nec dominium in maritum trāsfertur,quare donare non dicitur,qui quod poterat non acquirit,vt vxor sibi habeat.Nam & Vlp.lib.32. ad Sabinum scribit l. si sponsus.§. si maritus.de do.inter virum & vxo.Si maritus hæres institutus repudiat hæreditatem donationis causa, donationem valere,neq; enim pauperiorem fieri,qui nō acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuerit,quòd si quis dixerit, pauperiorē fieri maritum;quia onera matrimonij sustinuit,huic respondendum erit,plerunq; accidere, vt impensæ pro sustinendis oneribus matrimonij factæ,multo minores sint, quā fructus ab vxore percepti, & ideo si quid ab vxore maritus repetere posset,non fructus,sed quatenus expendit repeteret. Verum vt Paulus lib.7.ad Sabinum rectè scribit l.si vir.§.fi.de donat. inter virum & vxo. Quæ vir in cibaria vxori, suæ familiæ iumentisve præstitit,quæ in vsu communi erant,non condicētur,quòd si familiam domesticam vxoris, aut venalitatē pauit, contra puto obseruari debere, sed hoc casu non fructus dotis sed impensas vir a muliere condicere poterit.Præterea non obest,quod Iulianus scribit l.ex promissione.de actio.&
5 oblig.†Ex promissione dotis lucratiuam causam nō esse, sed quodammodo creditorem aut emptorem intelligi qui dotem petit,nam & si contractus dotis sit bonę fidei,vt emptionis & venditionis,non tamen per omnia equiparantur,ideo dicit Iulianus,quodammodo emptorem intelligi, quod improprie locutionis notam esse,palam est, sed & inter emptorem & maritum illa differentia est,quòd emptor inuito venditore a venditione recedere non potest l.sicut.C. de acti. & obli.sed maritus mulierem non soluentem dotem repudiare potest.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis post nuptias & traditionem percepti cedunt lucro mariti.*
2 *Maritus suos facit fructus ex fundo dotali perceptos.*
3 *Maritus suum facit marmor ex fundo dotali extractum.*
4 *Vsuræ ex calendario dotali singulis mensibus renatæ ad maritum spectant.*
5 *Fructus percepti ex qualibet re dotali matrimonio constante efficiuntur mariti.*
6 *Fructus dotis matrimonio constante percepti ad maritum pertinent non obstante in contrarium conuentione.*
7 *Dos semel promissa nunquam reuocari potest.*

De fructibus ex dote constituta & tradita constante matrimonio perceptis, & a viro retinendis. Cap. III.

Fructuum autem qui post traditionē constante matrimonio percipiuntur,longe alia ratio est, quam eorum
1 qui ante nuptias,vel traditionem percepti sunt,†illi enim dotis non sunt,sed mariti lucro cedūt, nec soluto matrimonio in restitutionem veniunt.Itaq; ęp serui vel ancillæ dotales ex operis suis vel ex re mariti acquirunt, id omne eidem acquiri imperator Iustinianus constituit l. vnica.§. cum ex stipulatu.C.de rei vxo.act.Pompon.quoque lib.11.ad quintum Mutium refert.l.fi.sol.ma.fructus ex peculio serui dotalis percepros ad maritum pertinere.Et si pecora vel iumenta doti assignata erunt,lac,lana,pilus,fętus,omnes denique qui ex animalibus percipiuntur fructus,ad maritū pertinent, & ita idē
2 imperator rescripsit d.§.cum ex stipulatu.† Sed & si fundus dotalis fuerit,frumentum,vinum, oleum,aliosq; fructus percipiendo,maritus suos facit.Sed & si arbores cęduæ, vel geminales in eo fundo fuerint,Vlpi.li.35.ad Sabinum rectè putat l.diuortio.§.si fundū.sol. ma. eas marito in fructū cedere. Sed & si cretifodinæ,argētifodinę vel auri, vel arenæ, vel cuiuslibet alterius materia fuerint,aurum,argentū, arena &c.q̄ inde eximi poterunt,maritus in fructus sibi habebit..Paulus etiam lib.7.ad Sabinum scripsit.l.si fundus.sol mat.Si fundus in dotem datus sit,in quo lapis cędi tur & renascitur,lapidici
3 narum commodum ad maritum pertinere. † Quare si vir in fundo dotali lapidicinas marmoreas aperuerit, marmor qđ constante matrimonio cęsum est, quamuis soluto matrimonio nondum exportatum sit, tamen mariti lucro cedere Iabolenus lib.6.ex posterioribus Labeonis scribit l.fin. de fun. dot.si tales sint lapidicinæ in quibus lapis crescere possit. Itē si pecunia in dotem data fuerit, vsuras eius maritus suas faciet. Vnde si mulier debitori suo,qui sub vsuris debebat nuptura,in dotem promisisset,ęp is sibi deberet, post cōtractas nuptias secuti temporis vsuras, non fieri dotis sed ad maritū pertinere, Tryphonius lib.10. disputationum scribit l. si mulier debitori. de iure do. perinde ac si solutum debitum mu-
4 lieri in dotem ab ea datum esset. † Pari ratione si mulier calendarium in dotem dederit, usuræ, quæ singulis mensibus renascuntur,lucro mariti cedere debent,perinde est enim ac si omnem pecuniam sibi debitam in calendarium redactam in dotem dedisset. Nam & vsufructu buscorū legato fructū calendarij legatario deberi Sceuola l.vxori meæ. de vsufr.le. sentit.Ad hæc si vsusfructus tantum in dotem datus sit, fructus tamen a marito percepti,dotales non erūt,sed eius fiēt, perinde atq; si ipsa proprietas doti destinata esset,nam & Vlpianus lib.31.ad Sabinum veriorem putat l.dotis fructus.§.si vsusfruct.de iure dot.sententiam Celsi existimātis, ius ipsum in dotem esse,non etiam fructus qui percipiunt.Sed etsi mulier in dotem dederit ditionem, aut territorium,cuius ratione ius præsentandi clericum in ecclesia sui territorij habeat, constante matrimonio maritus ius præsentandi habet; nam & in fructu iurispatronatus esse ius præsentandi a plerisq; responsum est.Inno.Panorm.in capitulo consultationis. de iu. patro.in antiq. nam vt alij fructus,sępius renascitur.Idem de mulctis quæcondemnatis infliguntur, dicendum est,secun-
5 dum ea quæ primo libro expositimus 1.titu.c.4. † In summa quotquot fructus ex qualibet re dotali constante matrimonio percipi possunt ad maritum pertinent. Quod suggerente summa æquitate receptum esse, Vlpianus lib. 31. ad Sabinum & 34.ad edictum scribit.le. dotis fructus.de iu.dot.l.cū pater dotem.de pact.dota.cum enim ipsa onera matrimonij subeat maritus,equum est,eum etiam fructus percipere,quā rationem Paulus lib.5.quęstionum & Tryphonius li.6.disputationum probant l.quamuis.de iu.dot.l.quæris.de pact. dota.eandem etiam Imperatores Diocletianus & Maximianus confirmant l.pro oneribus.C.de iure do. Deinde dominium dotis cōstante matrimonio apud maritum esse,Tryphonius respōdit l.quamuis.de iu.do.eam enim simulatq; tradita est, in bonis mariti fieri,Vlpianus probat l.dotis fructus.§. si res. de iu.do.idemq; diuus Iustinianus declarat §.j.quibus aliena.
6 lic.vel non.†Ex his rationibus fructus dotis constante matrimonio percepti,ita ad maritum pertinent,vt etiam si in ipso dotis contractu conuenerit,ne eos lucretur,sed in dotem cō uertat, Vlpianus & Marcellus adfirment conuentionem nō valere l.si conuenerit.de pac.dota.Idem Vlpia lib.34 ad edictum,Cum pater dotem pollicitus fuerit, & paciscatur ne a se viuo,ne ve constante matrimonio petatur,scribit l. cū pater.de pac.dota.diuum Seuerum constituisse, ita pactum interpretādum,quasi denuo adiectum esset,se viuo, hoc enim ita accipiendum contemplatione pietatis paternæ, & cōtrahentium voluntatis,vt posterior quoq; pars, ad vitam patris relata videatur,ne diuersa sententia fructus dotis ab oneribus matrimonij separet.Sed cum matrimonium sine vlla dote ꝯ hi iure possit.§ fi.de nup.lib.j.Inst.l.fin. C.de dona.prop.nup. quare non similiter poterit paciscimulier,vt fructus sibi retineat? Ratio differentiæ hæc est, quòd licèt ab initio nullam
7 dotem dare permissum sit,† dos tamen semel constituta reuocari non potest,quæ sanè reuocaretur, si ex pacto mulier omnes fructus dotis sibi retinere posset,nam (vt Tryphonius lib.9.quæstionum ait l.si pater.de iu.dot.) dos quæ oneribus matrimonij non seruiat,nulla est.Deniq; etiam si nullum matrimonium fuerit,quod tamen,bona fide, iusta ignorantia, & probabili errore deceptus maritus, iustū esse & legitimū existimabat,adhuc tamen fructus rerum dotaliū suos faciet, fructus enim ex prædijs,quæ in dotem data esse videbantur, bona fide perceptos,& in mulieris oneribus ante causam liberalem absumptos,quamuis seruam fuisse postea constiterit,Papinianus lib 12. responsorum peti non posse declarat. l.in insulam.§.fructus.solu.matri.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis an ex conuentione in dotem conuerti possint.*
2 *Fructus prædiorum dotalium quando repeti nequeant.*
3 *Pactum super fructibus quando inter virum & vxorem valeat.*
4 *Fructus gregis in dotem dati quando sint dotis, & quando mariti.*
5 *Serui dotales quando marito adquirant, & quando non.*
6 *Maritus tenetur de arboribus frugiferis, quas cecidit in fundo dotali.*
7 *Maritus emolumentum suum ex rebus dotalib. æstimatis facit, quòd & eius sit periculum.*
8 *Maritus non lucratur fructus dotis ex inceptis nuptijs.*
9 *Satisdatio de soluendo qualiter fiat mulieri.*

Quibus casibus fructus dotis constante matrimonio percepti mariti non fiunt. Cap. IIII.

1 Interdum tamen aliter accidit,†nam si tale pactum interue nit, vt maritus fructus in dotem conuerteret, & mulier se suosque aleret,tueretur ve,& vniuersa sua onera expediret, conuentionem valere Vlpianus libro 31.ad Sabinum respōdit l.si conuenerit.§.virimo.de pactis dota.sed etsi conuentū nihil fuerit, si tamen in onera vxoris familiæque eius maritus nihil impenderit, fructus dotis suos non faciet. itaque

Source : BIU Cujas

in domum abſentis vxore deducta, nullis in eam interea ex bonis viri viſum ſumptibus factis, ad exhibitionem vxoris, p miſſas vſuras, reuerſum virum improbe petere, Papinianus libro ſecundo reſponſorum ſcribit. l. cum poſt. §. in domum. de iu. dotiũ. & imperator Antoninus reſcripſit l. 2. C. de pac.
2 cõuen. tam ſup. do. † fructus prædiorum in dotem datorum ita demum repeti non poſſe, ſi ſumptibus vxoris, liberorum, familæque eius ſeruierint, ergo ſi non ſeruierint, dicendum erit eos repeti poſſe. Item ſi mulier ante nuptias pacta ſit, vt ex fructibus tundi quem dedit in dotem, creditor mulieris di mittatur, Paulus libro 5. quæſtionum reſpondit l. quæris. de pac. dota. valere pactum, eoque modo minorem dotem con ſtitutam eſſe, nam & ſi pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur, ne a ſe viuo petatur, huiuſmodi quoque pactum (vt ſu pra expoſuimus) valet, licèt ex eo ſequatur viuo ſocero tempore fructus dotis mariti lucro non cedere, in hanc ſententiam Sceuola libro 3. quæſtionum inclinat, ait enim l. ſi inter. de pac. dota.

3 † Si inter virum & vxorem cõuenerit, vt extremi anni matrimonij fructus nondum percepti, mulieris lucro fiant, huiuſmodi pactum valere. Amplius ſi conuenerit, nõ vt fundus vel fructus fieret dotalis, ſed vt fructus perciperet dotis futuros, Vlpiano placet l. ſi conuenerit. de pactis dot. cogendum maritum de dote actione fructus reddere, quo caſu in dotem fructus eſſe ait, maritumq; fruiturum vſuris, ex fructibus col lectis & in ſortem redactis. Quin etiam ſi fundus ipſe in dotẽ datus ſit, poteſt ex conuentione fieri, vt fructus ſint dotis, qd enim ſi maiorẽ dotem dederit, quia fructus volebat eſſe dotis, contento marito ea pecunia, quæ ex vſuris redituum col ligeretur? nec enim videbitur ſterilis eſſe dos, finge quadraginta annua reditus eſſe apud eum, qui non acciperet in dotem niſi hoc conueniſſet, plus trecentis, & boni conſuleret,
4 ſi tam vberem dotem conſecutus eſſet. † Præterea ſi grex in dotem datus fuerit, fœtus, ex quibus ſuppleri proprietatem oportet, quique in locum demortuorum capitum ſummittuntur, maritus non facit ſuos, neque enim inſunt, ſed ij tantum qui deductis ſuplẽdo gregi neceſſarijs ſuperſunt, & ita Vlpianus libro 34 ad Sabinum ſcribit l. plerunque. §. ſi ſerui. de iu. do. Eadem ratione ſi ſerui ſobolem ediderint, mariti lucrum non eſſe, idem Vlpianus rectè putat d. §. ſi ſerui. quod & imperatoris Iuſtiniani conſtitutione expreſſum eſt l. vni. §. cum ex ſtipulatu. C. de rei vxor. act. Papinianus quoque lib. 10. quæſtionum ait, conuenire partus dotalium ancillarum dotis eſſe portionem, ideoque fruſtra paciſci virum, vt inter vxorem & ſe partus communis ſit. Simili modo Iuſtinianus
5 conſtituit d. §. cum ex ſtipulatu. † non acquiri marito, quæ ſerui dotales, neque ex operis ſuis, neque ex re ipſius, ſed exlegato, donatione, hereditate, aliave iuſta cauſa acquiſierunt, hæc enim in fructu non ſunt, ſed in dotem conuertuntur, niſi cõtẽplatione mariti relicta, donatave ſeruo dotali fuerint, hoc enim caſu marito acquiri, nec mulieri ſoluto matrimonio reddenda eſſe Pomponius libro 5. ad Mutium notat l. ſi ex legato. de iure dot. l. hinc quæritur. §. poteſt. de peculio. Deniq; omnes illas principales acceſſiones quæ renaſci non ſolent, & ideo in fructu non habentur, mariti lucro non cedere, certiſſimi iuris eſt, vt ſi per alluuionem dotali fundo aliquid acceſſerit, vel ſi theſaurum in eo maritus inuenerit, partẽ eius dimidiam ſoluto matrimonio reſtituet, quaſi in alieno inuẽti l. diuortio. §. ſi fundum. ſoluto matrimon. Sed etſi proprietati nudæ in dotem datæ vſusfructus acceſſerit, incremẽtum dotis eſſe Paulus ait, quemadmodum ſiquid alluuione acceſ
6 ſerit. † Idem probandum erit, ſi grandes vel frugiferas arbores maritus exciderit: nam quaſi dotem diminuerit, tenebitur, ſed etſi vi tempeſtatis deciderint, pretium earum mulieri reſtituendum Vlpianus ſcribit d. l. diuortio. §. ſi fundum. ſolu. matrimo. neque enim in fructu eſſe. Itẽ ſi marmor cæſum a marito non renaſcatur, hoc vtique in fructu nõ habebitur, ſed in dotem conuertetur, finitoque matrimonio reſtituendum erit, & ita Vlpianus ſcribit dicta l. ſi ex diuortio. §. ſi vir. Pomponius etiam libro 14. ad Sabinum dicta l. ſi ex lapidicinis. de iu. doti. Si ex lapidicinis dotalis fundi, lapides qui fructus non eſſent, vir mulieris voluntate vendiderit, nummos
7 ex ea venditione receptos dotis eſſe reſpondit. † Si tamẽ res æſtimatas in dotem maritus acceperit, quia periculum earũ ad eum pertinet, omne quoque emolumentum omniſque acceſſio ad eum pertinebit. Ideoque ſi mancipia in dotem æſtimata acceperit, & pactum conuentum factum erit, vt tãdem æſtimata diuortio facto redderet, apud ipſum manere partum eorum Pomponius ait. l. ſi mancipia. de iu. dot. qa mancipia periculo eius fuerunt, quæ ſententia Labeoni quoque, Iaboleno, & Iuliano placuit. Verum ſi res æſtimata in dotem data euicta fuerit, & vir ex empto cõtra vxorem egerit, quicquid eo nomine fuerit conſecutus, dotis actione, ſoluto matrimonio ei præſtari oportere Vlp. l. 5. ad Sabinum refert l. quoties. de iu. do. quare & ſi duplum forte ad maritũ peruenerit, id quoque ad mulierem redigetur. Quæ ſententia habet æquitatem, non enim ſimplex venditio fit, ſed dotis cauſa, nec debet maritus lucrari ex damno mulieris, ſufficit enim maritum indemnem præſtari, nõ etiam lucrum ſentire, idem libro 3. regularum Martianus reſpondit l. non ſolũ
8 de iu. do. Poſtremò † ſi inceſtæ nuptiæ ſcienter a marito contractæ fuerint, quod cõſtante hoc nephario matrimonio nomine fructuum percepit, mulieri, ſi ignorans fuerit, reſtituet, ſi verò ipſa quoq; inceſti conſcia fuerit, quicquid nomine fructuum perceptum eſt, auferetur, & in ærarium fiſci rediget l. inceſtæ. de ritu nupt. Sed an ijs caſibus, quibus conſtante matrimonio maritus vel inuitus, vel volens dotem reddit, mulier fructus ſuos faciat, & magis puto dicendum eſſe perceptionem ipſam fructuum ad vxorem ſpectare ea lege, vt ijs vtatur ad ſuſtentationem tam ſui, quam mariti & filiorum, quòd ſi qui prẽterea ſuperſint, & ex eis mulier locupletior ſit facta, marito reſtitui debere diui Alexandri reſcriptum oſtẽdit, cuius verba hæc ſunt l. ſi fructus. C. de don. inter vir & vx. ſi fructus eorum prædiorum, quæ in dotem accepiſti matrimonij tempore vxorem tuã percipere paſsus es, eosq; vxor tua abſumpſit, reſtitui tibi poſt diuortium oportere nulla ratione contendis, ſinautem ab ijs locupletior facta eſt, in tantum poteſt conueniri. Vnde apud Vlpianum libro 35. ad Sabinum relatum eſt l. ſi conſtante. §. quoties. ſol. matrim. quo-
9 ties † mulieri ſatisdãdum eſt, de ſolutione dotis poſt certum tempus, ſi maritus ſatisdare non poſſit, tunc deducto cõmodo medii temporis condemnatio reſidui repræſentatur, ſed ſi cum maritus ſatisdare poſſet, nollet, inſolidum eum condẽnandum non habita ratione commodi temporis, iudicis igitur officio conuenit, vt aut ſatisdatione interpoſita abſoluat marjtum, aut habita ratione compenſationis eum condemnet, quod quidem hodie magis vſitatum eſt, nec ferenda eſt mulier, ſi dicat, magis ſe velle dilationem pati, quàm in repręſantatione deductionem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus matrimonio ſoluto percepti, ſicut & ante nuptias, cum dote debent reſtitui.*
2 *Mora in dote reſtituenda aut recipienda qualiter puniatur.*
3 *Maritus matrimonio ſoluto fructus perceptos reſtituere tenetur, nulla in contrarium obſtante conuentione.*
4 *Dos ex pacto apud maritum remanere poteſt matrimonio vxoris morte ſoluto.*

De fructibus dotis ſoluto matrimonio perceptis vxori reſtituendis. Capit. V.

Supereſt vt de fructibus ſoluto matri-
1 monio perceptis diſſeramus † & ſicut ante nuptias, ita etiam poſt diſſolutum matrimonium percepti fructus dotem augent, & ſimul cum dote reſtitui debent, & ita imperatoris Iuſtiniani reſcripto cautum eſt, quod eſt huiuſmodi l. vni. §. ſinautem C. de rei vxo. act. Si ſuperſederit maritus res mobiles, vel ſe mouentes vel incorporales, poſt annale tempus ex die diſſoluti matrimonii connumerandum, reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium etiam æſtimationis omnium rerum, quæ extra immobiles ſunt, vſuras vſque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet fructib. videlicet immobilium rerum patri mulieris ex tempote diſſoluti matrimonii præſtandis, ſimiliq; modo penſionibus vel vecturis nauium, ſiue iumentorum, vel operis ſeruorum, vel quæſtu ciuilium annonarũ, &
2 alijs quæ ſunt eis ſimilia, patri mulieris reſtituendis. † Sed & ſi mora per mulierem cõmiſsa fuerit, quo minus dotem reciperet, fructus tamen qui ſoluto matrimonio ad virum perue nerunt, reſtitui debere Pomponius lib. 15. ad Sabinum ſcribit l. ſi mora. ſol. matri. Quòd ſi moram in reſtituenda dote maritus fecerit, non ſolum perceptos fructus, ſed & eos qui percipi potuerunt, & omne detrimentum præſtaturum, eum Paulus libro 7. ad Sabinum declarat l. ſi filiofamilias. §. ſi poſt di-
3 uortium. ſolu. matri. † Adeo autem fructus ex die ſoluti matrimonii percepti in reſtitutionẽ veniunt, vt licèt conuentũ fuerit, ne dotẽ maritus reddat, nihilominus perinde teneat, dotem ipſam cũ fructibus reſtituere, ac ſi nihil conueniſset. Nam, vt Paulus libro 7. ad Sabinũ tractat, ſicut illud conueni re non poteſt, vt maritus pluſquã accepit exigatur, ita etiã ne minus ſoluat conuenire non poteſt, ſed nec illud quidẽ conuenire poteſt l. vt autem. de pac. dot. vt longiore die dos reddat. Imperator quoq; Gordianus hanc Pauli ſententiam confirmauit reſcripto huiuſmodi l. quãuis. C. de pac. dot. Quãuis pater tuus, cum te nuptui collocaret, pactus ſit, vt ſi maritus tuus ſuperſtitib liberis communib. in matrimonio deceſſiſſet, pars dotis liberorũ nomine retineatur, eiuſmodi tñ conuentio,

Source : BIU Cujas

uentio,quominus actionem integræ dotis habeas, proficere.† Sed tamen Paulus scribit l.si pater dotem.de pact.dota. si pater dotem dederit,& pactus sit, vt mortua in matrimonio filia dos apud virum maneret,seruandum pactum esse,et si liberi non interueniant. Item diui Diocletianus & Maximianus rescripserunt l.si conuenit.C.de pact.dotali.si conuenit,vt in matrimonio vxore defuncta dos penes maritum remaneret,profectitiæ dotis repetitionem huiusmodi pactum inhibuisse iuris explorati esse,cum deteriorem causam dotis (in quem casum soli patri repetitio competit) fieri posse authoritate iuris sępissimè sit responsum. Sed & eo casu quo maritus soluendo non est sicut dos ipsa ita fructus ex ea percepti exigi nõ possunt.in summa quibus casibus maritus dotem lucratur eisdem casibus fructus qui soluto matrimonio ex dote prouenerunt ad eum pertinere plusquam manifestum est.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an lucretur fructus totius anni,si matrimonium ante anni finem soluatur.*
2 *Fundus dotalis quando fructum marito debeat.*
3 *Mulieri rem alienam in dotem danti,licèt scieerit alienam,debet reddi.*
4 *Maritus fundum dotalem fructibus maturis restituere, debet si matrimoniũ soluatur.*
5 *Vendens fundum fructibus maturis,eosdem colligere nequibit.*
6 *Mulier stantibus fructibus fundum recipiens dotalem,de portione debita marito restituenda cauere debet.*

De fructibus dotis soluto matrimonio inter virum & vxorem diuidendis. Cap. VI.

1 **Cæterum si maritus totius** † anni fructus collegerit,& integro anno in matrimonio non steterit, fructus non maiore ex parte suos faciet,quàm pro rata temporis,quo in matrimonio fuit.Vnde Vlpian.li.35.ad Sabinum ex sententia Labeonis refert.l.diuortio.§.j.2.3. & sequentibus, soluto matrim.Si mulier pridie vindemias doti dederit,mox sublatis a marito vindemijs diuertit, vndecim ei mẽsium fructus restitui oportere putat.Idem apud Papinianum lib.11. quæstionum scriptum esse tradit.dicta l diuortio. fructus diuidi, non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis temporis,quo mulier in matrimonio fuit, neque enim si vindemiæ tempore fundus in dotem datus sit, eumque ex Calendis Nouembribus primis fruendum locauerit, mensis Ianuarij suprema die diuortio facto, retinere virum & vindemiæ fructus & eius anni quo diuortium factum est, quartam partem mercedis,æquũ est,alioqui si collectis vindemijs altera die diuortium intercedat,fructus integros retinebit, itaque si in fine mensis Ianuarij diuortium fiat,& 4.mensibus matrimonium steterit,vindemiæ fructus, & quarta portio instantis anni confundi debebunt,vt ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur.

2 †Ex contrario quoque idem obseruandum esse eidem Vlpiano videtur,nam si mulier percepta vindemia statim fundum viro in dotem dederit,& vir ex Calendis Martijs eundẽ locauerit,& Calendis Aprilibus primis diuortium secutum fuerit,non solum partem duodecim mercedis: sed pro modo temporis omnium mensium, quo dotale prædium fuit, ex mercede quæ debebatur,portionem retinebit.Itẽ si messes eius anni,quo diuortium factum est, colonum ex forma locationis sequantur, ante vindemiam soluto matrimonio nihilominus pecunia messium in computationem cum spe futuræ vindemiæ veniet.Idem Vlpianus scribit, quod in anno dicitur,posse dici & in sex mẽsibus, si bis in anno fructus capiatur,vt est in locis irriguis,sed & in pluribus annis idem dici posse,vt in sylua cædua.Idem ait, si locatio agri talis sit, vt super annuam mercedem quinquennio quoque aliquid amplius præstaretur,in eo enim quòd amplius est tempus ad quinquennium computamus, non solum autem de fundo, sed & de pecore idem dicemus,vt lana ouium, fœtusque pecorum præstetur,quare enim si maritus prope partum oues doti acceperit,item proximas tonsuræ,post partum, & tonsas oues protinus diuortio facto nihil reddat,nam & hic fructuum, toto tempore quo curantur, non quo percipiuntur rationem accipere debemus.In seruo quoque anni ratio habetur,vt si in annum forte operæ eius locatæ sint, præteriti temporis ad maritum,post diuortium autem operæ ad mulierem pertineant. De pensionibus quoque prædiorum vrbanorum idem est quod in fructibus rusticorum.

3 † Sed & si rem alienam sciens mulier in dotem dederit, reddendum ei esse Pomponius ait l.si alienam.soluto matrimo.quasi suam dedisset & fructus pro portione anni,quo diuortium factum est.Adeo autem pro portione anni,quo matrimonium non fuit,maritus fructus restituere cogitur, vt si mulier fundum dotalem receperit, non habita ratione fructuum pro portione anni, quo nupta non fuisset, nihilominus de dote agere possit; quia minorẽ dotem receperit, hoc enim ad dotis augmentum pertinet,quemadmodum si partum ancillarum nõ receperit,aut legata vel hæreditates,quę diuortium per seruos dotales acquisitæ marito fuerũt, & ita Iulianus libro 17.Digestorum respondit.Et hæc quæ de fructibus pro portione anni a marito restituendis dicuntur, locum habent,etiam si cum socero,vel hæredibus mariti agatur,quod & Vlpiano visum est.Nã quod Bartolus & alij plerique dicunt,hæredes mariti intra annum a tempore dissoluti matrimonij lucrari fructus nullam rationem habet.Per cõtrarium, si post diuortium mortua muliere hæres eius cum viro parenteve eius agat,Pomponio placet l.si post. solu.matri.eadem de restituenda dote interuenire,quæ ipsa muliere agente obseruari solent.

4 †Illud prætereundum non est, si fructibus maturis adhuc pendentibus matrimonium soluatur, maritum debere fundum mulieri statim ex die dissoluti matrimonij restituere,& licèt portio fructuum pendentium pro tempore matrimonij eius sit,nihil tamen retenturum eum Vlpian. scribit, præsertim nouo iure,quo diuus Iustinianus res immobiles,vt supra dictum est, statim ex die soluti matrimonij restituendas esse omnemque retentionem cessare constituit l. vnic. C. de rei vxor.actio. vnde perspicuum est, veram non esse eorum opinionem,qui putant,maritum post diuortium posse retinere fundum, si fructus proxime colligendi sunt, ea potissimum ratione,quòd fructus proxime colligendi pro iam collectis habeantur.Vlpianus enim simpliciter & sine vlla distinctione dicit l.diuortio.§. interdum. fructibus stantibus fundum restitui debere.

5 †Deinde si fructibus maturis & ad colligendum paratis, aliquis fundum vendiderit,nò poterit eos colligere,quia emptoris sunt.Similiter si maturis & ad colligẽdum paratis fructibus decedat fructuarius, perceptionem tamen eorum ad hæredes suos minime transmittit. Quamuis igitur omnino maturis & proxime colligendis fructibus diuortium fiat,maritus tamen fundum dotalem retinere non potest,nisi in fructibus stantibus non plus sit, quàm pro portione anni eum retinere oporteret: tunc enim ex æquitate dici poterit, maritum non prius debere fundum dotalem mulieri restituere, quàm fructus collegerit.

6 †Proinde cum mulier stantibus fructibus fundum recipit, cauere debet, se restituturam marito portionem fructuum pro rata temporis, quo in matrimonio fuit, & ita Vlpianus respondit.Sed an fideiussores dabit, an verò nudæ eius promissioni standũ erit,& magis est,vt fideiussores dare debeat, cum enim lex verbo cautionis vtatur,apparet eam de fideiussoribus non nuda promissione sentire, idque vulgo receptũ est,nam & Vlpianus libro 31.ad Sabinum cautionem nudæ promissioni opponit l.verum.§.videndum.pro socio. in contractibus tamen verbum cautionis pro nuda promissione accipi,Iustinianus constituit l.sancimus.C.de verborum signi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rerum paraphernalium non spectant ad virum,inuita vxore.*
2 *Mulier dominium rerum suarum non dotalium non transfert in maritum.*
3 *Fructus rerum mulieris,quam in dotem non dedit,non cedit lucro mariti.*
4 *Parapherna si marito sic dentur,vt eius fiat, in eundem transfertur dominium.*
5 *Actiones de rebus paraphernalibus an possit maritus intentare.*

De fructibus ton paraphernon. Tit. VII.

Cum non omnes res mulieris nuptæ,dotis appellatione contineantur,& plerunque contingat,vt mulier plurimas res præter dotem habeat, consequẽs est,vt quæ inter fructus dotis & harum rerum differentia sit,

1 ostendamus.†In primis illud extra controuersiam est,earundem rerum (quas Græci dicunt parapherna,Galli ueteres peculium appellabant)fructus inuita & contradicente muliere ad maritum non pertinere.Diui enim Theodosius & Valentinianus rescripserunt l.hac lege.C.de pact.conuent. tam sudo.quan.virum in his rebus quas extra dotem mulier habet nullam vxore prohibente habere communionem, nec aliquam ei necessitatem imponere,nec vllo modo eisdem paraphernis se immiscere.Sed & si eadem res vxor marito custodiendas committat,adhuc hoc casu maritus rerum quas præter dotem vxor ei tradidit,suos non faciet,nam & Vlpianus libro 31.ad Sabinum ita scribit l.cog.§.dotis. de iure do.

2 † Si rerum libellus marito detur, vt Romæ vulgò fieri videmus,nam mulier res quas solet in vsu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum solet conferre, eumque libellum marito offerre, vt is subscribat, quasi res acceperit, & velut chirographum eius vxor retinet, res quæ

Source : BIU Cujas

libello continentur,in domum eius se intulisse, hæ igitur res an mariti fiant,videamus,& non puto, non quod ei non tradantur,sed quia non putem hoc agi inter virum & vxorem, vt dominium ad eum transferatur,sed magis vt certum sit in eius domum illata,ne si quandoq; separatio fiat & negetur. His conueniens est,quod Papinianus scribit. Species extra dotem a matre filiæ nomine viro traditas filiæ, quæ præsens fuit donatas & ab ea traditas videri,nec matrem offensam repetitionem habere, vel rectè eas res vendicare, eo quòd vir cauisset extra dotem vsibus puellæ sibi traditas cum ea significatione non modus donationis declaretur, nec ab vsu proprietas separetur,sed peculium a dote puellæ distinguatur.

3 † Cum ergo dominium rerum, quas extra dotem mulier marito tradidit,in eius dominium non transferatur, consequens est earundem rerum fructus ipsius lucro non cedere. Vnde soluto matrimonio maritus administrationis istarum rerum rationem reddere debet, quæque ad eum ex eisdem rebus peruenerunt,mulieri vel hæredibus eius restituere, qđ & Sceuola in huiusmodi specie probat l.penulti.ad leg. Falc. Maritus vxoris res extra dotem constitutas administrauit,eaque decedens ante rationem sibi redditam administrationis ex asse eundem maritum hæredem reliquit,eiusque fidei cõmisit,vt decem vncias filio communi,cum moreretur,restitueret,duas autem vncias nepoti, quæsitum est, an id quoq; quod ex administratione rerum apud maritum resedisse cõstiterit,cum cæteris pro rata 10.vnciarũ filio restitui debeat, respondi,id quod debuisset hæreditati, in rationem venire debere.

4 †Si verò parapherna sic dentur marito, vt eius fiant, rectè Vlpianus putat,statim in eius dominium transferri,ob idque fructus ad maritum pertinere,sed ita pertinẽt,vt in suos mulierisque vsus conuertere debeat,quod diui quoque Iustiniani rescripto confirmatur,cuius verba sunt hæc l.fi.C.de pact. conuen.tam su.do.quàm an. nup.dona.si mulier marito suo nomina,idest,fœneratitias cautiones quæ extra dotem sunt dederit,vt loco parafernon apud maritum maneant, & hoc dotali instrumento fuerit adscriptum, vtrum ne habeat aliquas ex his actiones maritus siue directas,siue vtiles,an penes vxorem omnes remanent, & in quem euentum dandæ sint marito actiones quærebatur.

5 † Sancimus itaque si quid tale euenerit, actiones quidem omnimodo apud vxorem remanere,licentiam autem marito dari,easdem actiones mouere apud competentes iudices nulla ratihabitione ab eo exigenda, & vsuras quidem earum circa se & vxorem dependere, pecunias autem sortis quas exegerit,seruare,mulieri,vel in causas ad quas ipsa voluerit,distribuere.Quod autem inter naturales & eos qui hominum industria proueniunt fructus,Bart.distinguit in dicta l.penul. ad leg.Fal.Item inter extantes,perceptos & consumptos,mihi nulla ratione probari potest. Multo minus placet Accursij & Baldi opinio,qui inter intrinsecos & extrinsecos fructus distinguendum esse sine ratione putant dicta l.fin.C.de pact. conuen.

S V M M A R I V M.

1 *Antipherna quæ dicantur,& ad quem spectant.*
2 *Maritus pignori obligare aut alienare nequit rem, quam propter nuptias donauit.*
3 *Fructus rei donatæ propter nuptias ad maritum pertinent.*
4 *Donata propter nuptias qua ratione alienari nequeant.*
5 *Donatio propter nuptias quam vtilitatem afferat mulieri.*
6 *Dos in immobilibus, donatio propter nuptias in mobilibus consistere potest,& econtra.*

De fructibus antifernon & sponsalitiorum. Cap.VIII.

Iure quoque ciuili introducta sunt anti-
1 ferna,hoc est,†contrariæ dotes,quas mariti in compensationem,remunerationem,vel quãdam potius dotis soluto matrimonio recuperandæ securitatem assignant, quarum fructus non vxoris sed mariti lucro cedunt.Nam constante matrimonio eædem res in dominio mariti manent, nec in dominium vxoris transferuntur,sed ei tantum obligatæ, & pignoris vel hypothecæ nomine suppositæ sunt, ita vt non liceat marito easdem alteri obligare,pignori dare,vel quoquo modo alienare.Nam ab imperatore Iustiniano ita rescriptũ est §.j.Auth.vt immo quæ dan.prop.nupt.

2 †Si quis donationem propter nuptias cõscripserit,in quares aliqua immobilis sit, interdicimus ei, ne in donationem propter nuptias transcriptam rem,vel pignori opponat, vel omnino alienetur:nam quod semel propter nuptias donationis vinculis illigatum est, inconueniens sane fuerit denuo alienare,vt mulierem aliquando obueniente lucro, quod illi donationem propter nuptias confert,male habeat,si eam rẽ non in bonis mariti,sed vel alijs potentibus fortè personis alienatam vel pignori oppositam inueniat,vt illis de causis vẽdicatio illi vel penitus intercluſa,vel perdifficilis existat,& iudicijs indigeat,ex quibus sibi ipsis auxilium quærat, & paulo post idem Iustinianus subdit. Neque alienum a bonis moribus feciſſe nobis videntur quidam vestrorum iudicum, qui & ipsi mulieribus soluto matrimonio ad petendam donationem propter nuptias,actionem dederunt.

3 †Ex qua constitutione apparet,ad maritum rei propter nuptias donatæ fructus pertinere,cum enim mulieri soluto demum matrimonio ad petendam propter nuptias donationẽ actio competat,constante matrimonio eam petere non poterit,sed apud maritum cum fructibus, qui ex ea proueniunt manebit.Deinde quod dicit Iustinianus,id quod semel donationis propter nuptias vinculis illigatum est, denuo alienari non posse,manifestè declarat, mulierem non esse dominam rei donatæ propter nuptias,sed ei vinculo pignoris & hypothecæ obligatam esse, vnde fructus donatæ rei propter nuptias non magis ad mulierem pertinent, quam pignoris fructus ad creditorem,qui illud accepit.

4 †Postremò huius rei fortissimum argumentum ex eo sumitur,quòd idem Iustinianus dicit, rẽ donatam propter nuptias non posse alienari, ne soluto matrimonio mulier eam in bonis alicuius potentioris,sed potius in bonis mariti inueniat: cum enim res donationis propter nuptias vinculo illigata,in bonis mariti inueniatur, consequens est eum dominij iure fructus suos facere.Et certe iniquum esset, & ab omni iuris ratione alienũ,si rei propter nuptias donatæ fructus, mulieris lucro cederent,nam hoc modo omnino indotata esset mulier, cum fructus dotis oneribus matrimonij minime seruirent:quam enim cõmoditatem pro grauissimis matrimonij oneribus percipiet maritus, si quantum fructuum
5 ipse ex dote,tantundem ex donatione propter nuptias mulier consequatur.†Plane donatio propter nuptias hanc mulieri vtilitatem adfert, quòd pro rebus dotalibus, quæ forte soluto matrimonio non extant,eam retinet. Deinde quibus casibus vir dotem partemve eius vel vsumfructum lucratur, eisdem & mulier donationis propter nuptias partisve eius ꝓprietatem vel vsumfructum habet, & ita diuus Iustinianus rescripsit in Auth.de æqua.do.Auth.ne lucrum ex do.vel ante nup.don.Quod autem idem Iustinianus sanxit, dotem & donationem propter nuptias passibus æquis ambulare, non ita accipiendum est,vt dicamus vxorem perinde lucrari fructus donationis propter nuptias,atque maritus fructus dotis constante matrimonio suos facit,sed ita, vt eadem sit dotis, & donationis propter nuptias quantitas, simulque & augeri & diminui debeãt,& vt supra diximus, quibus casibus lucrũ dotis ad maritum,eiusdẽ donationis propter nuptias ad mulierem pertinet, neque enim per omnia hæc similitudo ob-
6 seruatur.Nam dotem in immobilibus,donationem verò ꝓpter nuptias in mobilibus,& econtra consistere posse ab eodem Iustiniano rescriptum est d.Auth.de æqua.do. Proinde quod attinet ad fructus sponsalitiorum,hoc est, eorum quæ ex mera liberalitate sponsi & sponsæ inuicem donant, dicendum est,ea quæ sic donantur,statim accipientis fieri, nisi per eum,eamve,parentem ve eius steterit,quo minus matrimonium contrahatur,vel is qui donauit osculo non interueniẽte obierit,quibus casibus omnem donationem cum fructibus eius donatori restituendam imperator Constantinus decreuit l.cum veterum.i.si a sponso.C.de dona.ante nup.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor vsuras ex pecunia a marito sibi donata perceptas lucratur.*
2 *Fructus dotis ab vxore percepti debent marito, aut eius hæredibus restitui.*
3 *Maritus moriens si donationem vxori factam non reuocauerit,non poterunt hæredes fructus repetere,*

De fructibus donationis inter virum & vxorem.Cap.IX.

Reliquum est, vt de fructibus rerũ, quas
iam perfecto & constante matrimonio cõiuges vicissim donant,videamus,has autem donationes prohibitas esse nemini dubium est,toto tit.de dona.inter virum & vxo.

1 †Si tamen maritus vxori donauerit pecuniam, eaque vsuras ex donata pecunia perceperit,lucrabitur,& ita Vlpianus libro vigesimosecundo. ad Sabinum scribit l. quid ergo. de donationib. inter virum & vxorem.Vnde si ex centum,quæ vir vxori donauit,quinquaginta apud debitorem perierint, & ex his alia quinquaginta duplicata vxor habeat, Tryphonius li.10.disputationum putat, non plus quinquaginta eius donationis nomine maritum ab ea consecuturum,& hoc ꝓ de vsuris dicimus,generaliter de omnibus fructibus & rebus q̃ vicem fructuum obtinent,dicendum est.Quare si ex fructi-

bus

Source : BIU Cujas

bus prædiorum,quæ donata sunt locupletata sit vxor,Vlpianus libro 32.ad Sabinum refert l.de fructibus.eodem titu.Iulianum scribere,cęteros quoque fructus vt vsuras licitam habere donationem,neque enim pauperior fieri vel patrimonium suum diminuere videtur vir,qui fructus quos diligēter
2 colendo rem suam percipere potuisset,non acquirit.†Diuersa causa est fructuum dotis,quos si vxor donationis causa pceperit,inquantum locupletior facta est restituere debet:extat enim Imperatoris Alexandri rescriptum in hæc verba l.si fructus.C.de dona.inter virum & vxor Si fructus eorum prę diorum,quæ in dotem accepisti,matrimonij tempore vxorem tuam percipere passus es,eosque vxor tua absumpsit, restitui tibi post diuortium oportere nulla ratione contendis, sinautem ab his locupletior facta est,in tantum potest conueniri,idemque rescripto imperatorum Diocletiani & Maximiani expressum est l.pro oneribus.C.de iu.do.alioqui,vt supra diximus,dos quę oneribus matrimonij non seruiret,nulla esset,quod de dotis fructibus dicimus, idem de fructibus per se & principaliter non accessoriè donatis,qui iam coniugis erant,dicendum est,idem etiam probandum erit, in fructib.qui sponte & nullo cogente,sed sua sponte proueniunt nam si pomum ex arbore fundi sibi donati mulier decerpserit, aut ex sylua cederit, non fieri eius, Pomponius scribit l. fructus.de vsu.sicuti nec cuiuslibet bonę fidei possessoris:sed & si quid seruus donatus non ex operis suis,nec ex re mulieris,sed ex legato, donatione,aliave iusta causa acquisierit,ad maritum qui donauit pertinere,Vlpianus respondit. Eadem per contrarium de fructibus rerum,quę marito ab vxore cō stante matrimonio donatæ sunt,dici debent.

3 †Verùm si is qui donauit moriens donationem abs se factam non reuocauerit,sed eam silentio confirmauerit,hæredes eius fructus præteriti tēporis reuocare minimè possunt, hanc enim confirmationem, quæ ex silentio morientis, & donationem non reuocantis inducitur, Diuus Iustinianus constituit,ad illud tempus referri, quo donatio conscripta est,sicut & alias ratihabitiones negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Coniunx ergo superstes,qui quæve a præmortuo, præmortua ve coniuge donationem accepit,omnes fructus ex tempore donationis collatæ perceptos lucrabitur, nec eos præmortui coniugis hæredibus restituere tenebitur,quamuis eos viuente adhuc donatore necdum confirmata donatione percepe rit,perinde enim suos facit,atque si statim eo tempore, quo facta est donatio iure firma fuisset, nam (vt supra ostensum est)ad illud tempus confirmatio refertur:sed tamen donatio legitimam quantitatem excedēs actis minime insinuata specialiter a moriente coniuge confirmata fuerit confirmatio nem ex eo demum tempore quo facta est,vim habere, non retrotrahi idem Iustinianus sanxit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus omnium prædiorum vxoris fructus suos facit.*
2 *Maritus prædia vxori propria alienare non potest,ea inuita.*
3 *Vxor quid capiat ex bonis mariti prædefuncti.*
4 *Donationes inter virum & vxorem quatenus prohibitæ sint.*

Quòd in suprascriptis causis fructuum alia ratio moribus nostris recepta sit. Cap. X.

Sed hæc quæ de dotis Paraphernon antifernon,& rerum inter virum & vxorem donatarum fructib. exposuimus, apud nos in vsu esse desierunt.

1 †Siquidem moribus nostris receptum est, vt non solum dotis, sed omnium prædiorum vxoris maritus omnes fructus suos faciat,eosque vendere, donare & quomodocunq; alienare vel consumere pro arbitrio inuita vxore potest. Cū enim ipsa mulier dominio & potestati viri subdita sit, conueniens est,omnes res eius in eiusdem mariti dominio & potestate esse,neque enim nouum est,neque ab antiqui iuris ratione alienum,vt cum quis in alterius potestatem transfertur,omnia quoque eius bona tacito iure transeant l.si patersfamilias.de adoptionib.auth.ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs.

2 †Prædia tamen vxori propria maritus ea inuita vel non consentiente alienare nullo modo potest, vt olim mariti, licèt dotalis fundi domini essent,eum tamen alienare lege Iulia prohibebantur.§.primo.qui.aliena.li.vel non.libro secundo Institu.& parentes licet peculio aduentitio filiorum tanquam domini vterentur,& fruerentur, illud tamen alienare non poterant.Mobilium verò rerum,quæ ante matrimonū vxoris erant,vel ei postea obuenerunt, non tantum fructus ad maritum pertinent,sed & proprietas earum ipsius est, ita vt liberè quomodocūq; voluerit, eas in alium trāsferre possit soluto tamen matrimonio omnes res mobiles, quæ constante matrimonio viri erant, communes fiunt, & inter superstitem maritum & hæredes vxoris præmortuæ,vel superstitem vxorem & hæredes præmortui viri,æqualiter diuidū tur,nisi inter contrahendum matrimonium aliud conuenerit.Idem de prædis constante matrimonio non ex successione parentum per alterutrum quæsitis dicendum erit, quòd de rebus mobilibus earumque fructibus declarauimus.

3 †Quod autem ad donationem propter nuptias attinet, hoc iure vtimur', vt dimidiæ partis omnium prædiorum, quæ fuerunt mariti ante matrimonium,vel postea ex successione parentum eidem obuenerūt,'vxor superstes post mortem eiusdem mariti vsumfructum habeat,nisi in ipso matrimonij contractu conuentum fuerit, vt mulier præmortuo marito pecuniam vel aliam rem vice donationis propter nuptias habeat,quo casu pecunia vel alia res in donationem pter nuptias assignata post mortem ipsius mulieris hæredibus mariti est restituenda,nisi aliud conuenerit.

4 †Postremò sciendum est,vt iure scripto ita & moribus nostris donationes inter virum & vxorem prohibitas esse, non solum inter viuos,sed nec mortis quidem causa donare, nec legatum,nec hæreditatem inuicem relinquere possunt.Hoc tantum concessum est,vt constante matrimonio vir & vxor incolumes omnes res suas mobiles quandocunque & vndecunque quæsitas,omnia item prædia sua non ex successione parentum constante matrimonio acquisita sibi inuicem & mutuò donent, ea lege & conditione, vt coniux superstes his præmortui præmortuę ve coniugis bonis,boni viri arbitrio vtatur,& fruatur,hæredibusque eius de restituenda finito vsufructu proprietate, idoneè caueat. Verum si coniugi prę mortuo præmortuæ ve superstites sint liberi, eorū fauor huiusmodi donationem infirmat.

De fructibus rerum communium. Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Bona quibus modis fiant communia.*
2 *Fructus fundi communis quatenus alterutri dominorum competant.*
3 *Fructus non iure seminis,sed iure soli percipiuntur.*

De fructibus rerum, quæ in societatis contractum deductæ sunt. Cap. I.

De fructibus rerum, quæ in contractus, ex quibus dominium transfertur,deducuntur,satis(vt arbitror) dictum est,nunc videamus de fructibus rerum, quæ in illos contractus,vel quasi contractus deductæ sunt, ex quibus cō munes fiunt.

1 †Societate autem vel rem certam,vel negotiationem,vel vniuersa bona communicari notissimum est,& hęc solo cōsensu contrahentium perficitur,qui simulatque prestitus est vt omnes res,de quibus cōuentum est,ita fructus earum postea perceptos communicari, Paulus libro quinto ad Plautium scripsit l.videamus.§.ex causa.de vsu.idem libro sexto ad Sabinum ait l.pro socio.§.si tecum. pro socio. Si tecum mihi societas sit,& res ex societate communes,quòs fructus ex his rebus perceperis, actione pro socio me consecuturum,Iulianus quoq; lib. septimo. Digestorum scribit l.eum qui scit.de vsu.

2 †Eum qui scit fundum sibi cum alio communem esse, nō maiore ex parte suos facturum, quàm ex qua dominus prædij est,nec refert,ipse,an socius, an vterque eos seuerit, quia omnis fructus non iure seminis,sed iure soli percipit,& quēadmodum si totum fundum alienum sciens quis possideat, nulla ex parte suos facit, quoquomodo sati fuerint, ita qui communem fundum possidet,non faciet fructus suos pro ea parte,qua fundus ad socium eius pertinebit.

SVMMARIVM.

1 *Seruus communis quatenus dominus suis acquirat.*
2 *Seruus ei domino acquirit,cuius iussu stipulatus fuit.*
3 *Seruus alienus duobus seruiens vtri eorum acquirere dicatur.*
4 *Seruus communis ex re alterius dominorum acquirens, commune erit id, quod quæsitum est.*
5 *Seruus pluribus dominis nominatim stipulatus, quatenus eisdem acquirere dicatur.*
6 *Fructus percepti ex fundo communi communes sunt.*

De fructibus rerum sine vllo societatis contractu communium. Cap. II.

Sed & si nulla intercedente societatis adfectione, nulloque tractatu inter se habito, duo pluresve in communionem inciderint, vt euenit in re duobus

Source : BIU Cujas

legata, aut duobus simul empta, vel donata, hoc quoque casu fructus inter dominos communicantur.

1 †Ideoque si seruus communis ex operis suis, vel ex legato, donatione, hæreditate aut alia qualibet iusta causa acquirat, omnibus dominis pro parte, qua in eo dominium habēt acquirit l. seruus communis. de stip. ser. Si tamen vni ex dominis seruus communis stipulatus fuerit, aut nomine vnius rem emerit, aut pecuniā crediderit, vt vni soluatur vel quodlibet aliud negotium expresso nomine vnius gesserit, ei soli acquirere Caius & Vlpianus scribunt dicta l. seruus communis l. si ex re. §. sicut. eodem titu.

2 Simili modo si iussu vnius dominorum stipulatus fuerit, aut alio modo acquisierit, Vlpianus ait dicta l. seruus communis ei soli acqrere, cuius iussu stipulatus est, & si quatuor forte dominos habens seruus duorum iussu stipuletur, idem Vlpianus putat l. proinde. codem tit. his solis acquirere eum qui iusserūt. Pomponius etiam Offilium scribere refert l. Offilius. eodem tit. & per traditionem accipiendo vel deponēdo commodandoque posse ei soli acquiri, qui iussisset. Item si seruus communis meus & tuus ex peculio, quod ad te solum pertinebat, mutuā pecuniam dederit, obligationem tibi acquiret, quæ sententia Iuliano placet. † Vnde si alienus
3 seruus duobus bona fide seruiens ex vnius eorum re acquirat, Sceuola ait l. si alienus. eodem tit. rationem facere, vt ei ex cuius re acquisijt, id totum acquirat, siue ei soli, siue quasi duobus seruiat, nam & in veris dominis quoties vtrique acquiritur, toties partes acquiri, cæterum si alij non acquiratur alium solidum habiturum, igitur eadem ratio erit, & in proposito, vt hic seruus alienus, qui mihi & tibi bona fide seruit, mihi in solidum ex re mea acquirat, quia tibi non potest acquiri: quia non sit ex re tua. Nec huic sententiæ obest, quod Paulus scribit l. seruus communis. eodem titu. Seruum communem siue emat, siue vendat, siue stipuletur, quamuis pecunia ex peculio detur, quod alterum ex dominis sequitur, vtrique tamen acquirere; hoc enim sic accipiendum est, vt licet ipso iure acquiratur, is tamen, cuius ex re facta est stipulatio, vel emptio, cum socio communi diuidundo, aut societatis iudicio de parte recuperanda rectè aget, & ita Caio placuit. Sed & Iulianus libro 8. Digestorum scribit l. communis seruus. commu. diui.

4 †Communem seruum si ex re alterius dominorum acquisierit, nihilominus commune id esse, sed is ex cuius re acquisitum fuerit, communi diuidundo iudicio eam summam pcipere potest, quia bonæfidei conuenit, vt vnusquisque præcipuū habeat, quod ex re eius seruus acquisierit. Postremò si quid forte stipuletur seruus communis, quod vtrique acqri non potest, ei soli acquirit, cui acquirere potest, veluti si seruitutem ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronij erat, ideſt alterius ex dominis, ei soli acquirit. Itē si alter ex dominis vxorem ducturus sit, & huic seruo dos ꝑmittatur. Item si seruus duorum Titij & Męuij hominem, qui Titij erat, stipulatus fuerit, ei soli acquiret, cuius non fuit: sed si stipulatus sit Stichum sic, & Męuio & Titio dare spondes, totum eum Męuio acquiret, quod enim alteri ex dominis acquirere non potest, id ad eum qui ad obligationem admittitur, pertinet, & ita Pomponio, Caio & Vlpiano visum est l. proinde. §. fin. & duabus ll. sequen. l. si communis seruus.

5 eodem titu. Illud præterundum non est, si † pluribus dominis nominatim stipuletur, siquidem ita stipuletur, dominis meis dare spondes, omnibus pro parte qua domini essent, ex stipulatione deberi, Pomponius ait dicta l. si communis seruus. si vero ita Lucio, Titio, & Caio Seio dominis meis dare spondes: cum ad nomina prius decursum sit, rationabilius esse videtur pro virili parte stipulationem eis acquiri, quòd dominorum vocabula pro demonstratione habeantur, quam sententiam idem Pomponius probat dicta l. si communis seruus. Illud æquè notandum est, quòd Vlpianus dicit l. si seruus communis. eo. tit. Si seruus communis sibi & vni ex dominis nominatim stipuletur, perinde esse, ac si omnibus dominis, & vni ex his stipuletur, veluti Titio, & Męuio & Titio & probabile est vt Titio dodrans, Męuio quadrans debeatur Exceptis autem his casibus, quicquid per seruum communē acquiritur, hoc omnibus dominis tanquam fructus rei communis pro portionibus dominicis, vt antea diximus, acquiri-

6 tur. †Ex fundo etiam communi percepti fructus communicantur, quare si vnus ex dominis fructus, pensiones, vel mercedes solus ex fundo communi perceperit, Caius lib. 4. & 7. ad edictum prouinciale iudicio communi diuidundo eum teneri ait l. quibus. pro soc. l. in summa. commu. diuid. vt partem fructum ei qui cum ipso fundum communem habet restituat, ꝙ & multis rescriptis significatur. Plane fructus ante perceptos quàm res cōis esset, in commu. diuidundo iudiciū non venire Vlpi. lib. 19. ad edictum scribit l. per hoc. §. sicut. com. diui. Sed & si quis putans sibi cum Titio fundum communem esse fructus perceperit, cum esset cum alio communis, cōi diuidundo agi idem Vlpia. respondit l. si quis putans. communi diuidundo: neq; enim opinio, sed rei veritas spectari debet. Idem scribit d. l. si quis putant. §. si quid post acceptum. fructus qui post acceptum communi diuidundo iudicium ab vno percepti sunt, etiam in præstationem venire.

SVMMARIVM.

1 *Fructus communis hæreditatis inter cohæredes sunt communes.*
2 *Cohæres absens non obstante inter cohæredes facta diuisione suam portionē obtinebit.*
3 *Hæres quatenus præstare debeat fructus ante aditam hæreditatē perceptos.*
4 *Filia soluto matrimonio moram collationi dotis faciēs ad vsuras tenebitur.*
5 *Maritus emancipatus non tenetur fratribus conferre fructus constante matrimonio perceptos.*

De fructibus hæreditatis communis. Cap. III.

Proinde non solum rei singularis, sed & hæreditatis inter duos pluresve communis fructus omnibus pro portionibus
1 hæreditarijs acquiruntur † & si vnus cohæredum solus ex hæreditarijs rebus fructus perceperit, eos non maiore ex parte suos faciet, quàm ex qua hæres est, ad officiumque iudicis familiæ erciscundæ iudicio cognoscentis pertinet, vt omnia commoda cum cęteris communicet, nam & Caius lib. 7. ad edictum prouinciale scribit l. item ex diuerso. fam. erciscun. iudicem prospicere debere, vt quod vnus ex hæredibus ex hæreditaria re percepit, stipulatusve est, non ad eius solius lucrum pertineat, quæ ita scilicet consequetur iudex, si aut reputationes fecerit, aut curauerit cautiones interponi, quibus inter eos commoda communicentur. Imperator quoq; Gordianus Verino ita rescripsit l. non est ambiguum. C. eodem ti. famil. erciscundæ. Non est ambiguum, cum familiæ erciscundæ titulus inter bonæfidei iudicia numeretur, portionē hæreditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum auge
2 ri. † Item Diui Diocletianus & Maximianus rescripserunt l. cohæredibus. C. eodem tit. cohæredem quo absente & ignorante cæteri hæreditatem diuiserunt, nullum ex facta inter cohæredes diuisione præiudicium timētem, portionem suā cum reditibus iudicio familiæ erciscundæ percipere posse. Veniunt autem in hoc iudicium fructus, & post litem contestatam percepti, & ita Vlpianus libro 19. Digestorum scripsit l. & post famil. erciscundæ præteriti etiam ante litem contestatam temporis fructus venire Paulus libro 20. ad edictum respōdit l. non solum. eodem tit. siue ante aditam, siue etiam post aditam hæreditatem percepti fuerint l. partum. familiæ erciscundæ. Idem tamen li. 7. ad Sabinum notat l. inter. §. fru-
3 ctus. eodem titulo. † hæredem fructus quos ante aditam hæreditatem ex fundo hæreditario percepit, non aliter familiæ erciscundæ iudicio præstaturum eum, quàm si cum sciret hęreditarium fundum esse, ceperit, nam si ignorauerit, vt quis alius bonæfidei possessor suos facit, qua de re copiosè satis secundo libro dictum est. Adeo autem fructus ab vno percepti in hoc iudicium veniunt, vt post moram, qui rem hæreditariam detinuit, non solum quos percepit, sed etiam quos pcipere debuit, fructus cohæredi præstare teneatur, sed & vsuras ex die moræ præstandas esse Vlpianus libro 19. ad edictū respondit l. his consequenter. §. sumptum. eod. tit.

4 †Ea propter Papinianus ait l. filius. §. finali. de collat. do. filiam quæ soluto matrimonio dotem conferre debuit, si moram collationi fecerit, boni viri arbitratu cogi vsuras & omnes fructus dotis conferre: nam & emancipatus similiter fructus confert, nec iniquum debet arbitrari filia, quæ post moram fructus conferre cogitur; nam & ipsa fructus portionis suæ hæreditariæ percipit Cæterum fructus constante matrimonio & ante moram perceptos conferre non cogitur, nec enim potest, cum non ipsius, sed mariti lucro cedant.

5 †Proinde nec eos maritus a patre suo emancipatus fratribus suis conferre tenebitur: neque enim in bonis eius esse videntur, cum onera matrimonij sustinuerit, nihil autem interest, vtrum ex stipulatu actione, an officio iudicis collatio fieri debeat; nam vtroque casu fructus in collationem venient licet Accursius & Baldus dissentiant, quorum sententia vel ex eo falsa esse conuincitur, quòd quacunque actione inter cohæredes agatur, iudicium familiæ erciscundæ bonæfidei est d. l. non est ambiguum. C. fam. erciscun.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in confinio nati efficiuntur vtriusque domini.*
2 *Interesse etiam venit in iudicium finium regundorum.*

De fructibus ex confinio perceptis. Cap. IIII.

1 Prętera† si in confinio nascantur fructus, vtriusque domini

domini sunt,qui agros confines habent, & arbor prope confinium posita si etiam in fundum vicinū radices egerit, eam communem esse Caius respondit l.adeo.§.fi. de acquirendo rerum dominium.Sed & si in confinio lapis nascatur, Marcellus putat l. pro regione. eodem titu. lapidem terra exemptum communem esse,quòd si vnus ex confinio solus percepit,fructus siquidem constet ex confinio eum percepisse, idque ipsemet fateatur communi diuidundo actione cum vicino fructus perceptos communicare cogitur, si verò confinij locum & terminum ad se pertinere contendat, tunc iudicio finium regun. si apparuerit eum locum, terminum & confinium esse condemnandus erit.

2 In iudicio enim finium regun.etiam eius quod interest rationem fieri Paulus lib. 13. ad edictum respondit d.l. quarta. §.primo.fi.regun.Idem ait d.§.primo.post litem contest. fructus etiam non perceptos, sed qui percipi debuerunt, in hoc eodem iudicio venire:nam & dolus & culpa exinde præstantur,sed ante iudicium percepti,non omnimodo in hoc iudicium venient:nam aut bona fide percepit,& lucrari eū oportet,si consumpserit,aut malafide, & condici oportet, quam distinctionem copiosius secundo libro exposuimus.

De ratione fructuum, quæ habetur in contractibus, ex quibus possessio tantum, vel vsus extenditur. Titu. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Pignoris possessio in creditorem transfertur, dominio penes debitorem manente.*
2 *Creditor prædium pignori nexum detinens,fructus eiusdem in exonerationē debiti computare debet.*
3 *Emptor pignoris quando ipsum cum fructibus debitori restituere cogatur.*
4 *Prædo qui rem pignori dedit,actionem pignoratitiam intentare poterit.*
5 *Legatarius quæ percepit ex rebus hæreditarijs in vsuras primum, deinde in sortem imputare debet.*

De fructibus pignoris. Cap. I.

Non solum In contractibus ex quibus dominiū transfertur,vel res communicantur, sed etiam in contractibus,ex quibus vsus vel possessio tantum conceditur, fructus
1 in considerationem veniunt,†vt in contractu pignoris, nam pignoris dominium penes debitorem manere,solam autem possessionem in creditorem transferri exploratum est l. pignus.de pigno.actio.l.pignoris C.de pigno.cum sim.Qua ratione omnes fructus qui ex pignore proueniunt,dominij iure debitoris lucro cedunt,& si a creditore pignori incumbēte percepti fuerint,soluto debito eidem debitori simul cum ipso pignore restitui debent,& quia creditor partim sua causa,nempe vt securior sit,pignus accipit,exactissimam conseruandæ & curandæ rei sibi pignoratæ diligentiam adhibere tenetur,quam nisi præstiterit,& per culpam fructus non perceperit,quos alius eo diligentior percepisset, eos vtique restituere tenebitur,vel in debitum imputare,& ita imperatoris Alexandri rescripto cautum est,cuius verba sunt l.2.de pignora.actio.

2 †Creditor,qui prædium pignori nexum detinuit, fructus quos percepit,vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet. Idem etiam Demetrio in hunc modum rescripsit l.j.C.eodem titu. Quod ex operis ancillæ,vel ex pensionibus domus,quam pignori detineri dicis,perceptum est, debiti quantitatem releuabit. Diui quoque Diocletianus & Maximianus Annoso & Antonio ita rescripserunt l.secunda.C.de par.pign. Cum pignoris titulo mancipia obligasse,vos pro mutua quam accepistis pecunia proponatis,horum mancipiorum operis quas creditor accepit,vel quas percipere debuit in vsuras computatis,& post in sortem extenuato debito residuum offerentibus, vel si non accipiat consignatum deponentibus,mancipia vobis præses prouinciæ restituere iubebit, quod & a Tryphonio responsum l.rescriptum.§.si aliena.qui poti. in pignore habeantur. & ab Imperatore Antonio rescriptum est l.ex prædijs. C.de
3 vsur.† Sed etsi creditor dolo malo rem sibi in pignus datam vendiderit,non obseruatis his quæ in distrahendis pignoribus celebrari consueuerunt,Imperator Alexander rescripsit l.prima.C.si ven.pign.aga.offerente debitore pecuniam, emptorem pignus,quod a creditore emit cum fructibus mala fide perceptis restituere debere,quod & Diui Gordiani rescripto significatur l cum contra.C.eodem titulo. Simili modo Paulus respondit,fideiussorem qui rem pignoris iure obligatam a creditore emit,mandati iudicio conuentum ab hærede debitoris oblato omni debito restituere cum fructib. cogendum,nec habendum similem extraneo emptori,cum in omni contractu bonam fidem præstare debeat. Idemque Imperatorum Seueri & Antonini rescripto continetur l. prima.C.de dolo.Quinetiam,si pignore sublato furti egerit creditor,totum quicquid percepit,restituturum Vlpian. lib. 28. ad edictum ex sententia Papiniani refert l.si pignore.de pig. act.etiam si culpa creditoris furtum sit factum, multomagis hoc erit dicendum in eo,quod ex conditione cōsecutus est.

4 †Amplius etsi prædo rem pignori dederit, competere ei & de fructibus pignoratitiam actionem idem Vlpianus ait dicta l.si pignore.§.si prædo quamuis ipse fructus suos non faciat:a prædone enim fructus,& vendicari extantes possunt & consumpti condici.Proderit igitur ei, quòd creditor bonafide possessor fuit.Proinde si creditor ex fundi sibi pignori obligati debitum sit consecutus,ipso iure pignus ab obligatione liberatum esse, imperator Alexander constituit.l. prima. C.de distract.pign.ipsumque creditorem pignus cum fructibus,qui deductis vsuris & sorte principali restituere debere, idemque & summus Pontifex Inn. tertius decreuit in cap. illo.de pigno.in antiq.Quod autem de fructibus pignoris dicimus, idem de fructibus rerum, in quarum possessionem rei seruan.gratia missio fit,dicēdum est, in his enim exemplum pignorum nos sequi, Vlpianus ait l.is cui.§. quæri. vt in poss. lega.vel fideicom.

5 †Vnde quod ex fructibus rerum hæreditariarum percepe rit,legatarius,primum in vsuras,mox si quid superfluum est, in sortem debet imputare. Quinimmo & si amplius quàm sibi debetur,perceperit legatarius, exemplo pignoratitiæ actionis etiam vtilis actio,ad id reddendum,dari debet. Sed pignora quidem quis distrahere potest, hic autem frui tantum constitutio ei permisit,vt festinetur ad sentētiam, idem l.is cui.§.qui legatorum.Vlpianus ait, qui legatorum seruandorum causa in possessionem mittitur, & fructus custodire & cætera debebit,& pati hæredē colere agros, ac posse fructus redigere. Sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab hærede consumantur, quod si hæres fructus nolit cogere,permittēdum erit legatario cogere fructus, & coactos seruare.Quinimmo & si tales sint fructus, quos primo quoque tempore venire expediat,vendere legatario permittendum est,& pretium seruare.

SVMMARIVM.

1 *Creditor quo casu fructus pignoris suos faciat.*
2 *Creditor ex conuentione potest pignoris fructus loco vsurarum percipere.*
3 *Debitor non imputabit debito quod creditori præstitit actione furti.*

Quibus casibus fructus pignoris creditoris lucro cedunt. Cap. II.

1 Nonnunquam tamen fructus †pignoris creditor suos facit,eosque nec in pecuniam sibi debitam imputare,nec debitor soluta pecunia quandoque pignoratitia actione agenti restituere compellitur, vt si gener pro dote a socero sibi promissa numerata, fundum pignori acceperit,fructus ex eo tanquam ex fundo dotali percepto pro oneribus matrimonij suos faciet,nec eos in sortem imputare debebit, & ita summus Pontifex Innocentius tertius constituit dicto capitu.salubriter.de vsu. in antiq. Idem etiam sanxit capitulū primū.de feud.in antiq.directum dominum,qui a cliente seu feudum vel agrum vectigalem seu emphyteuticarium in pignus accepit, fructus quos ex eo percepit, in sortem non debere imputari, cum ex re propria eos percepisse videatur,& ita Alexander quoque tertius decreuit c.cō questus.de vsu in antiq.

2 †Item si conuenerit, vt pro vsuris fructus accipiat creditor, quamuis multo maiores æstimatione vsurarum legitimarum fructus perceperit, id tamen, quod deductis vsuris fructuum supersit,in sortem imputare eum non cogi imperator Philippus rescripsit l.si ea lege.C.de vsu. cuius rescripti verba hæc sunt.

Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligauit,vt fructus in vicem vsurarum consequeretur, obtentu maioris percepti emolumenti propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt. Multo magis si conuenerit,vt creditor in domo debitoris habitaret,mercedes,quæ redigi potuissent,si domus locata fuisset,sed redactæ non sunt,nec in vsuras,nec in sortem impūtabuntur. Extat enim imperatoris Antonini rescriptum huiusmodi l. si ea pactione.C.de vsu.

Si ea pactione vxor tua mutuam pecuniā dedit vice vsurarum domum inhabitaret,pactoq;, ita vt conuenit,vsa est,nō ēt locando domum pensionem redegit,referri qōnem quasi plus domus redigeret,si locaretur q̄ vsurarum legitimarū ratio colligit,minime oportet, licet. n. maiore sorte ꝯhi po-

Source : BIU Cujas

tuerit locatio, non ideo tamen illicitum fœnus esse contra-
3 ctum, sed vilius conducta habitatio esse videtur † Nouissime sciendum est, quid ipse debitor furti actione præstiterit creditori, vel condictione id ei restitui non oportere, nec debito imputari, a Papiniano responsum esse l. si pignore. §. j. de pig. act. quod & Vlp. probat d. §. j. Sed etsi metus causa seruum pignoratum debitori tradiderit, quem bona fide pignori acceperat, nam si egerit, quod metus causa factum est, & quadruplum sit consecutus, neque restituet ex eo, quod consecutus est, nec debito imputabit, & ita idem Vlpian. scribit, nam id quod pene nomine a debitore exactum est, lucro debere creditoris cedere Modesti respondit. Sed dubium est, si quis mutua pecunia accepta fundum dederit ea lege, vt si intra biennium nō soluerit, is fundus creditori emptus esset, an fructus interim percepti in sortem imputent, & Inn. III. imputandos esse censuit. c. illo uos. de pig. in anti. maxime cum hæ simulatæ venditiones plerunque in fraudem vsurarum contrahantur, quòd & Baldo visum est l. j. C. de pig. act.

SVMMARIVM.

1 *Commodati contractus, vsum rei tantum in accipientem transfert.*
2 *Commodatarius ex mora ad vsuras & omnem vtilitatem tenetur commodati.*
3 *Commodatarius, quod furti actione consequitur, non cogitur domino restituere.*
4 *Fructus rei commmodatæ & rei depositæ eiusdem sunt actionis.*

De fructibus rei commodatæ & depositæ. Cap. III.

1 Commodati quoque contractus † vsum dumtaxat in accipientem transfert: commodatum enim definitur, quod gratis & sine mercede vtendum conceditur: dominium verò & proprietatem rei commodatæ, penes commodantem remanere, Pomponius lib. 5. ad Sabinum scribit l. rei commodatæ. commodati. ergo si quis ex re commodata fructus puenerit, non ad commodatarium, sed ad commodantem pertinebit, & si a commodatario percepti fuerint, simul cum re ipsa in restitutionem venire, Paul. li. 5. ad Plautium respondit
2 l. videamus. §. si possessionem. de vsu. † Ex mora quoque vsuraſque omnem vtilitatem & causam præstari debere indubitatum est, sicut in cæteris bonæfidei iudicijs. Sed si quis rem commodatam habuerit, quam alius furto subtraxerit, & litepulsatus fur condemnationem passus fuerit, non tantum in rem furtiuam, sed etiam in pœnam furti, & postea dominus rei venerit, omnem condemnationem accipere desiderans, vtpote ex suæ rei occasione ortam, dubitationem veteribus incidisse Iusti, refert. l. manifestissimi. §. sed cum in secundam. C. de fur. vtrum ne rem tantum suam vel eius æstimationem dominus cōsequatur, an etiam summam pœnalem, & diuus Iustinianus secundum Papiniani sentētiam rescripsit d. §. sed cum in secundam. lucrum minime ad dominum rei pertinere, vbi enim periculum ibi & lucrum collocetur, nec sit damno tantum deditus, qui rem commodatam accepit, sed etiā
3 liceat ei lucrum sperare. † Multomagis quod ab ipso domino actione furti consecutus fuerit, lucratur, nam & contra ipsum dominum posse commodatarium furti agere; quia forte retentionem ob impensas habebat, Pau. respōdit l. creditoris. §. dominus de fur. Aliud quoque lucrum commodatarius percipit, eo ipso quòd gratis re cōmodata vtitur, nec priusquam vsus fuerit ab eo intempestiue auferri potest, vt Paul. lib. 39. ad edictum respondit l. in commodato. §. sicut.
4 commodati. † Hæc autem fructuum rei commodatæ ratio, eadem ferè & in deposito obseruatur; nam & deponens dominium rei depositæ retinet, quare fructus, qui ex ea percipiuntur, ei restitui debent; hanc enim actionem bonæfidei esse Vlp. lib. 30. ad edictum tradit l. j. §. est autem. depo. & ideo dicendum esse, fructus in hanc actionem venire, & omnem causam & partum, ne nuda res veniat, quam sentētiam Pau. quoque li. 5. ad Plautium probat l. videamus. §. si possessionē. de vsu. in fructibus autem connumerabimus duplum, quod secundum edictum prætoris consequatur ab eo, qui rem ex causa incendij, ruinæ, tumultus, vel naufragij depositam restituere non vult. l. j. depo.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei locatæ manent locatoris.*
2 *Conductor moram faciens in soluenda mercede ad vsuras tenetur.*
3 *Conductor non restituit locatori quod consequitur actione furti.*
4 *Coloni partiarij fructuum partem conuentam suam faciunt.*
5 *Colonus mercenarius mercede accepta fructus facit locatoris.*

De fructibus rei locatæ & conductæ. Cap. IIII.

Non solet, inquit Vlpianus l. nō solet. loca. loca-

1 tio dominium rei mutare, † quo fit, vt locator, qui dominus rei locatæ manet, fructus qui ex ea proueniunt suos faciat, & quidem, aut operæ, aut res locantur. Si operæ locatæ fuerint artifex, vel alius, qui eam locauit, mercedes ex suis operis cō sequitur, quas loco fructuum esse supra traditum est l. j. tit. j c. 4. conductor verò perfecti & consummati operis dominus efficitur, omnemque fructum, qui ex eodem opere completo percipi potest, dominij iure suum facit. Sed & hic lucrator si forte is qui suas operas locauit, intra præfinitum tempus opus non perfecerit, & per eum steterit, quominus perficeret, vt id omne ab eo qui suas operas locauit consequatur, q habitus foret, si suo tempore, secundum contractus legem, opus perfectum esset, sed & pœnam appositam, si opus completum non esset, lucrabitur l. cum ita stipulatus. de verbo-
2 rum obliga. † Econtrario si in soluenda mercede conductor moram faciat, ex die moræ vsuras mercedis præstari iudicio bonæfidei compellitur. Rerum verò quę locari solent, aliæ sunt mobiles, alię immobiles, & si quidem mobiles locatę fuerint, vt iumenta, naues, vestimenta, vasa, vel alię res, locator, mercedes, quas loco fructuum esse sępius repetitum est, & vsuras ex mora lucratur, conductor vero his rebus secundum conuentionem vtitur & fruitur, locatorem enim hic conductori præstare debere notissimum est, ei vti & frui re locata liceat l. ex conducto. loca Eum quoque qui rem conduxit Caius li. 10. ad edictum prouinciale scribit d. l. ex conducto. loca. † quod rei nomine furti actione consecutus est, nec locatori restituere compelli. Si verò res immobiles locatę fuerint, interest, vtrum prędia vrbana an rustica locata fuerint, nam si vrbana, locator pensiones consequitur, adeo vt si prędo sit qui locauit, nihilominus mercedes ei debeantur, & solutę repeti vt indebitę non possint l. si vrbana de condi. indeb. Illud enim satis perspicuum est, tres eorum, qui rustica prędia conducūt, colonorum species esse. Alij enim sunt coloni partiarij. Alij mercenarij. Alii verò sunt qui nummis colunt.

4 † Quod ad colonos partiarios attinet, certum est, partem fructuum, secundum conuentionem, pro opera & cura colē do agro adhibita, eos lucrari, aliam verò partem dominis, a quibus conduxerunt, prestare debere, & si nihil prouenerit, ipsorum colonorum simul dominorum commune damnū esse. At qui nummis colunt, ij fructus omnes suos faciūt, domini vero prescriptis temporibus pēsionem ab eis recipiūt, nisi per ipsum stet, quominus colonus frui possit, vel insolito & fortuito casu fructus prędiorum corrupti fuerint, tunc enim remissio pensionis fieri debet d. l. ex conducto. §. si vis tempestatis. loca. sed si sterilitatem superioris anni, quo remissio facta est, sequentis anni vbertas compenset, merces remissa soluenda est; neque enim colonus de damno quæri debet, cui immodicum lucrum nō aufertur l. si vno. eodem ti. Quòd si labes, vel credo, vel aliud solitum vitium fructus corruperit, hoc damno coloni contingit, qui nihilominus
5 pensionem soluere cogitur. d. §. si vis tempestatis. † Postremo colonus mercenarius, qui mercede accepta alterius prędiū colit, prout supra diximus, mercedem lucratur, omnes verò fructus vel lucro locatoris proueniunt, vel damno eius corrumpuntur, nisi dolo, vel culpa & negligentia coloni omnino corrupti fuerint, vel non ita vberes puenerint; tunc enim dominum a colono quanti sua interest, consecuturum indubitati iuris est.

Quæ in contractibus ex quibus rerum alienarum cura & administratio suscipitur, fructuum ratio habenda est. Titulus. v.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum est bonæfidei, atque consensu solo perficitur.*
2 *Procurator qui pecuniam domini dedit fœnori, restituet domino, quod lucratus est.*
3 *Procurator pecuniam suam impendens pro perficiendo domini mandato, ad vsuras etiam aget contra dominum.*
4 *Procurator domino actiones acquirere potest.*

De fructibus rerum quę in mandatum cadunt. Capit. I.

Postremò nostræ diuisionis species est eorum cō tractum, quibus alienarum rerum cura & administratio suscipitur, in quibus fructus quoque veniunt, vt in mandato.
1 † Cum enim mandatum sit bonę fidei, soloque consensu perficiatur, consequens, vt simulatque quis sola voluntate mandatum alterius suscepit, ad illud perficiendum obligatus sit, quòd si non perfecerit, omnem vtilitatē, omne emolumentum, quod perfecto mandato consequi potuisset, præstare

tene-

Source : BIU Cujas

tenebitur, & ita Vlpian. lib. 31. ad edictum scribit l. si procurator em. §. mandati actio. manda. Sed si mandatarius, vt susceperat mandatum perfecerit, verbi gratia, fundum emerit, omnes fructus quos ex eodem fundo consecutus est, manda
2 tori officio iudicis prestare eum oportere, idem Vlpianus ait l. idem. §. si ex fundo. §. idem Labeo. mandat. † Simili modo si procurator meus pecuniam meam fœnori dedit, vsurasque consecutus est, consequenter idem Vlp. tradit l. idemque. §. si procurator. debere eum præstare, quantumcunque emolumenti sensit, etiam si ei vt fœneraret minimè mandauerim, nam bonæfidei hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiant, quòd si non exercuit pecuniam, sed ad vsus suos conuertit, in vsuras conuenietur, quæ legitimo modo regionibus frequentantur. Denique Papinianus ait, si vsuras exegit procurator, & in vsus suos conuertit, ex mora vtique vsuras mihi pendet, quod & Vlpiano videtur dicto §. si procurator. Adeo autem vsuras quas procurator meus ex pecunia mea consecutus est, mihi restituere tenetur, vt etiam si mandauerim, vt Titio pecuniam meam gratuitam daret, & sine vsuris crederet, isque non sine vsuris crediderit, eas tamen restituere debeat, quamuis si periculo suo credidisset, cessaret in vsuris mãdati actio, idque Vlpianus & Labeo probant, dicta l. idem. §.
3 si mandauero † Ecõtrario si procurator pro perficiendo mãdato pecuniam suam impenderit, idem Vlpianus scribit, nõ id tantum quod impendit, sed etiam vsuras eum consecuturum. Vsuras autem non tantum ex mora admittẽdas esse dicit, verum iudicẽ æstimare debere, si exegerit a debitore suo quis, & soluit, cum vberrimas vsuras consequeretur, æquissimum enim erit, eius rationem haberi. Præterea vt in cæteris negotijs gerendis, ita & in litibus, bona fide qui mandatum suscepit, rationem reddere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit, siue principaliter ipsius rei nomine, siue extrinsecus ob eam rem, Caius libro 3. ad edictum prouinciale scribit lege qui proprio. §. procurator. de procu. debere eum, mãdati iudicio restituere, vsque adeo ut si per errorem, aut iniuriam iudicis non debitum consecutus sit, id quoque reddere, debeat. Item Papinianus lib. 2. responsorum ait lege quod p-
4 curator. eodem titu † quod procurator ex re domini mandato nõ refragante stipulatur, inuito procuratore dominus petere potest, per procuratorem quoque nos non solum retinere, sed & acquirere actiones, Paulus libro primo Manualium respondit. Postremò non solum fructus quos percepit, sed ẽt quos percipere potuit, mandatarius præstare debet, procuratorem enim non tantum dolum, sed etiam omnem culpam præstare debere, Imperatores Diocletianus & Maximianus rescripserunt, lege procuratorem. & l. a procurato. de procu.

SVMMARIVM.

1 *Amicus amici negotia gerens ad fructus omnes perceptos tenetur.*
2 *Negotia gerens aliena indebitum, quod exegit, restituere cogetur.*
3 *Gestor negotiorum pecuniam suam in negotia aliena impendens vsuras repetere potest.*

De fructibus negotiorum gestorum. Cap. II.

1 **Eadem fructuum ratio** habenda est, † cũ quis sine mandato amicitia ductus absentis negotia gessit, hic enim omnes fructus, omnia emolumenta, omnia denique, quæcunque ex his negotijs retinet, negotiorum gestorum actione restituere tenetur, & ita Caius lib. 3. ad edictum prouinciale respondit l. si quis absentis de negot. gest. Apud Vlp. quoque lib. 10. ad edictum scriptum est l. ait prætor. §. hæc verba. de negot. gest. si quis negotia, quæ cuius cum is moreretur fuerint gesserit, & quid post mortem accesserit, vt puta partus, & fœtus, & fructus, & quod serui acquisierunt, in iudicium negotior. gestorum venire. Amplius si quis pecuniæ negotium gerat, vsuras eum præstare cogi, Paulus lib. j. sententiarum respondit l. litis. e. tit. Præterea si fundum tuum, vel ciuitatis petiero, negotium tuũ, vel ciuitatis gerens, & ampliores, quàm oportuerit, fructus consecutus fuero, hoc ipsum tibi vel reipublicæ præstare me debere, Vlp. lib. 10. ad edictum refert, licet petere non potuerim. Item Pau. lib. 20. ad edictum ait l. si quis
2 negotia. de nego. gest. † Si quis negotia aliena gerens, indebitum exegerit, restituere eum cogi. Non solum autem fructus quos percepit, sed etiam quos percipere potuit negotiorum gestor restituere tenetur, nec tantum sortem, verumetiam vsuras ex pecunia aliena perceptas eum præstaturum. Paulus lib. 2. ad Neratium notat. l. atqui natura. de nego. gest. vel etiã eas quas percipere potuit, quam sententiam Papinia lib. 2. responsorum probat l. qui aliena. de negot. gest. nam negotiorum gestor culpam præstare debet, & talem diligentiam, & curam rebus alienis gerendis adhibere, qualem diligentissimus quisque paterfamilias rebus suis adhibere solet, quod & ab Vlpia. libro 10. ad edictum responsum est l. si pupilli. §. fin. de negot. gest.
3 † Contra negotiorum gestor, si pecuniam suam in aliena negotia gerenda impenderit, vsuras quas ex ea percipere potuisset secundum Pauli sententiam l at qui natura. § non tantum. de nego. gest. a domino negotiorum repetet.

SVMMARIVM.

1 *Tutor & Curator quicquid ex rebus pupilli & adulti perceperunt, restituere tenentur.*
2 *Tutores & curatores vsuras præstabunt de pecunijs pupilli & adulti, quas in suos vsus verterunt.*
3 *Tutor vsuras pecuniæ suæ petere potest, quam in vtilitatem pupilli impendit.*

De fructibus qui in rationem tutelæ veniunt. Capitu. III.

Hęc autem quæ de procuratore & negotiorum gesto. dicimus, in tutore quoque & curatore
1 obseruanda erunt, † tutor enim quicquid ex rebus pupillarib. vel curator ex rebus adulti, furiosi, aut alterius, cuius curam gesserit, consecutus est, iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum actione restituere eum debere, exploratum est, tot. ti. de tute. & ratio. distrahen. hoc amplius cum culpam etiam præstare tutores & curato. debeant, fructus non solum quos perceperunt, sed etiam quos percipere bona fide potuerunt, eos restituturos. Modesti libro 2. responsorum scribit l. si sine. §. Modestinus. de administ. tuto. Imperatores quoque Dioclet. & Maximia. ita rescripserunt in l. quicquid. C. arbit. tut. Quicquid tutoris dolo vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minores amiserint, vel cum possent, non quæsierint, hic in tutelæ, seu negotiorum gesto. iudicium venire, non est incerti iuris.
2 † Pecuniæ etiam quam in vsus suos tutores vel cura. verterũt, vsuras præstabunt. Item si vsuras exactas tutor vel curator vsibus suis retinuerit, earum vsuras agnoscere eum oportet, sane enim parui referre Vlpia. ait, vtrum sortem pupillarem an vsuras in vsus suos conuerterit. Item si tutor pro contutore condemnatus fuerit, eas vsuras præstabit, quas ex sola administratione præstare cogeretur, idque in eum diem quo tutelam restituit. Sed etsi in emptionem prædiorum pecunia deposita fuerit, & post depositionem tutores comparare prædia neglexerint, incipient, & si moram fecerint depositioni pecuniæ eos similiter præstaturos vsuras, Vlpian. respondit l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. de admi. tuto.
3 † Econtrario si pecuniam suam in vtilitatem pupilli, vel adulti tutores, vel cura. impenderint, earum vsuras consequentur idque tandiu quandiu tutor est, & post finitam tutelam quo ad ei pecunia reddatur, nec debet ei sterilis esse pecunia, nisi in substantia pupilli fuerit pecunia, vnde quod sibi debitum erat consequi posset, tunc enim non deberi vsuras, idem Vlpia. respondit l. quid ergo. de contra. & vti. tute. act.

LIBER QVARTVS.

De fructibus qui in integrum restitutionem, reuocationem, rescissionem, vel redhibitionem veniunt. Titu. j.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum quibus ex causis concedetur.*
2 *Minor prędium emens pluris quam oporteat, pecuniam suam cum vsuris recuperat.*
3 *Minor dominium prædiorum suorum alienare non potest.*

De fructibus qui in restitutionem in integrum, ex causa ætatis veniunt. Cap. I.

Et si emptio, venditio, permutatio, stipulatio, donatio, dos cæteri denique contractus, de quibus supra dictum est, item legata, hæredum institutiones, alijque actus legitimi firmissimo & gentium, & ciuili iure stabilitãtur, interdum tamen iustis de causis vel reuocantur, vel rescinduntur, vel per in integrum restitutionem infirmantur. Quare cum superioribus libris tractatum fuerit de ratione fructuum, quæ in omni legitimo actu passim obseruatur, necessariũ esse existimauimus, de ratione fructuum, quæ in eorum reuocatione redhibitione, rescissione, vel per in integrum restitutionem infirmatione habetur differere.
1 † In integrum autem restitutio multis de causis conceditur, in primis ex causa ætatis minoribus 25. annis, nam cum inter omnes constet fragile esse, & infirmum huiusmodi ętatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorũq; insi-

Source : BIU Cujas

insidijs expositum auxilium eis prætor l.j. de minor.25.ann. pollicitus est,& aduersus captiones opitulationem. Itaq; ver bi gratia,si in vendendo fundo circunscriptus sit, minor restituetur,iubebitque prætor fundum cum fructibus reddere & ita Paulus libro j.sententiarum scribit l.quod si minor. §. restitutio.de mino.Item si in dãda libertate minor læsus fue rit,vtilis de dolo actio dabitur in id,quod eius interfuit,non manumitti,& quicquid haberet,si non manumisisset.Vlpia. libro 11.ad edictum probat l.verum.§.j. eodem titulo. id ei præstandum esse.

2 †Sed etsi minor ex sua pecunia,vel aliena,quam mutuam accepit prædium pluris, quàm oportet emerit, Caius libro 3. ad edictum prouinciale respondit l patti. §. si pecuniam. eodem titu.venditorem,non solùm prædium,sed etiam vsu ras,quas ex ea pecunia pcepit,vel percipere potuit, restituere debere. Vlpianus etiam libro 6.opinionum l.minor 25. ann.cui fideicommissum. eodem titu. Cum quidam minor vigintiquinque annis prædia patris sui ob debita rationis tu telæ aliorum,quam pater administrauerat,insolutum incon sulte dedisset,respõdit,ad suam æquitatem per in integrum restitutionem reuocandam rem esse vsuris pecuniæ, quam constiterit ex tutela deberi,reputatis,& cum quantitate fructuum perceptorum compẽsatis.Sed & Imperatorum Dio cletiani & Maximiani extat rescriptum huiusmodi l. si prædium.C.de prædi.mino.sine decret.non alienan.†Si prædiũ

3 rusticum,vel suburbanũ,quod ab vrbanis non loco, sed qua litate secernitur,in pupillari ætate constituta tutore authore vel adulta sine decreto præsidis prouinciæ, in qua situm est, vendidisti,secundùm sententiam senatusc̃o sulti dominium eius,siue ius a te discedere non potuit, sed vendicationem eius & fructuum,vel ijs non existentibus cõdictionem com petere constitit.Et hæc vera sunt,nisi emptor, qui a minore emit,eum minorem esse ignorauerit,nã rescripto diui Gordiani ita expressum est l.si contra.C.si quis igno. rem minor. es.sine decret.compara. Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conueni earum possessorem,vt si ita probaueris,gestum & possessio retrahatur, & fructus vniuersi reuocentur,si non bona fide emptorem fuisse,qui emit,constiterit.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio sic fieri debet,vt quilibet integrum ius suum recipiat.*
2 *Restitutus in integrum sicut non moratur in damno,ita nec in lucro.*
3 *Restitutus ad rem quam vendidit, lucrum restituere debet, quod ex pretio percepit.*

De fructibus à minore ei aduersus quem in integrum restitutionem obtinuit reddendis. Cap.II.

Sicut autem minor per in integrum restitutionem, rem suam cum fructibus recipit, ita ei aduersus quem in integrum restitutus,quicquid ex re illius percepit bona fide & locupletior factus est restituere tenetur. Nam & eũ qui post aditam hæreditatem restituitur,Vlpianus ait l.prętor.§.non solum. de minori.præstare debere, si quid ex hæreditate in rem eius peruenit,nec petijt per imbecillitatem ætatis.

1 †Restitutionem enim ita faciendam esse,vt vnusquisque integrum ius suum recipiat,Paulus libro primo sententiarum l.quòd si minor.§.restitutio.eodem titu.respondit,quare eũ qui a minore emit,iubebit prætor pretium recipere,nisi tũc dederit,cum eum perditurum non ignoraret, sicuti facit in ea pecunia,quæ ei consumpturo crederetur.Item ait l.si fundus.§.quamquã.de rebus eorum, qui sub tute. vel cura sunt. quamuis neque distrahere, neque obligare tutor pupillare prædium possit,si tamen errore lapsus vendiderit, & pretiũ acceptum creditoribus paternis pueri soluerit, quandoque prædium domino cum fructibus vindicanti doli exceptio non inutiliter opponitur pretium,ac medij temporis vsuras quæ creditoribus debentur non offerenti, si ex cæteris facultatibus eius solui æs alienum non potuerit. Diuus quoque Antonius rescripsit l.vnica.C.de repu.quæ fiãn iudi. in inte-

2 grum restitutio.†eum qui restituitur,sicut in damno nõ mo ratur,ita nec in lucro morari debere,& ideo quicquid ad eũ peruenit,vel ex emptione,vel ex venditione, vel ex alio con tractu hoc debet restituere.Sed & cum minor adijt hæreditatem & restituitur,mox quicquid ad eum ex hæreditate peuenerit,hoc eum præstare conuenit. Similiter diui Diocletianus & Maximianus rescripserũt l.si prædium C.de præd. mino.sine decreto non alienan.eum qui a minore emit,si p bare potuerit ad vtilitates minoris cessisse pecuniam, quam pretij loco numerauit, doli exceptionis auxilio pretium cũ vsuris seruare posse.Idem Phorminio ita rescripserunt l. vtere.C.de præd.mino.sine decre.non alien. Vtere viri prudentissimi Papiniani responso,cæterorumq;, quorum precibus mentionem fecisti, sententijs ac doli mali exceptionem oppone pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum vsuris,quę fisco deberentur,pupilli non offerentes fundos prouinciales,citra decretum præsidis venũdatos cũ fructibus petant.Huic consentaneum est, imperatorum Valentiniani & Gallieni rescriptum huiusmodi l.non solum.C. de præd min.sine decre.non alienan.

3 †Si tu fratribus tuis fundum per transactionem dedisti,vẽ dicare eum potes,sed & si quid inuicem ab eis ex eodem pacto consecutus es,id mutuo restituere debebis. Diuus quoque Gordianus in eandem sententiam ita rescripsit l. j. C. si ma fac.ven.ra.habue.Cum proponas curatorem patris tui si ne interposito prætoris decreto,prædium rusticum hæredi creditoris, seu curatori eius destinasse venundare, eamque venditionem deceptum patrem tuum ratam habuisse,si minore pretio distractum est prædium, & inconsulto errore la psum patrem tuum perperam venditioni consensum dedisse constiterit,non absre erit,superfluum pretij in compensationem deduci,quod præsidis prouisione fieri conuenit,cuius solertiæ congruum est,si diuersa pars bonam fidem non amplectatur, in arbitrio eius ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita vt fœnebris pecunia cum comperentibus vsuris restituatur.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio ei conceditur,qui metu quid fecerit.*
2 *Metu impeditus percipere fructus, ad eosdem restitui debet.*
3 *Possessionem non sui fundi tradens qualiter puniatur.*

De fructibus qui in restitutionem ex causa metus veniunt. Cap. III.

1 Metus etiam causa †restitutionem in integrum prætor pollicetur ait enim l.prima.quod met causa. Quod met. causa gestum erit,ratum non habebo. Si quis igitur metu compulsus, ancillas,pecudes,fundos,aliasve res alienauerit, non solum ipsas res metu extortas,sed & partus ancillarum, & fœtus pecorum,& fructus,& omnem causam restitui oportere, Vlp.

2 libro 11.ad edictum scribit.†Nec solũ eos,qui percepti sunt, verum si plus ego percipere potui,& per metum impeditus sum,hæc quoque me consecuturum, idem Vlpianus tradit. Si quis autem, quod metu extorsit non restituat in quadruplum iudicium in eum prætor pollicetur, quadruplari autẽ quanti eas res erit cum fructibus,& omni causa, idem Vlpianus l.si cum exceptione.§.quadruplabitur. quod met. causa respondit.Pau item libro 5.ad Plautium ait l.videamus.§.itẽ si vi.de vsu. Si vi metusve causa rem tradam non aliter mihi restituisse videtur, quàm si fructus restituat, nec mora mea mihi aliquid aufert.Idem libro 11.ad edictum ait l.si mulier.

4 §.si possessionem.quod met. causa. † Qui possessionem non sui fundi tradit, non quanti fundus est, sed quanti possessio eius quadruplum vel simplum consequetur,estimatur enim quod restitui oportet,idest quod abest,abest autẽ nuda possessio.cum suis fructibus,quod Pomponio placet.

S V M M A R I V M.

1 *Dolum passus restitui debet.*
2 *Dolum committens restituere debet quicquid ex re alterius percepit.*

De fructibus qui in restitutionem ex causa doli veniunt. Cap. IIII.

1 Dolus quoque restitutioni in integrũ locũ facit, prętor enim l.prima.de dolo aduersus varios, & dolosos qui alijs obfuerunt,calliditate quadam subuenit, ne vel illis mali

2 tia sua sit lucrosa,vel istis simplicitas damnosa.† Quamobrẽ qui dolum commisit,quicquid ad eum ex re alterius peruenit,restituere debet, vt Caius libro 4. ad edictum prouinciale respondit l.itaque.eodem titu.& nisi restitutio fiat, Paulus libro 11.ad edictum ait l.arbitrio.eodem titu.quãti ea res est condemnationem sequi. In hæredem quoq; dolosi eatenus daturum se eam actionem prętor.l.in hæredem. eodem tit. pollicetur quatenus ad eum peruenit.

S V M M A R I V M.

1 *Absens causa rei publicæ restituitur in integrum si læsus fuerit.*
2 *Miles in actione rescissoria læsus restituitur.*

De fructibus qui in restitutionem ex causa absentiæ, vel alia quauis iusta causa veniunt. Capit. V.

Alia est in integrum restitutio ex causa absentiæ l.prima. ex qui-

1 bus caus.maio. † Prętor enim lęsum ius per id tempus, quo quis

Source : BIU Cujas

quis reipublicæ operam dabat, vel aduerso casu laborabat, restituit, necnon & aduersus eos, qui vel absentes reipublicæ causa fuerant, vel apud hostes detenti, in integrum restitutionem concedit, ne vel obsit, vel prosit, quod euenit. Quare eũ qui per captiuitatem fundi possessionem vel vsusfructus qua si possessionem amisit restituendum esse, Vlpianus libro 12. ad edictum respondit l. ait prætor. §. item ei, ex quibus causis maior. & fructus quoque medio tempore ab alio ex vsufructu perceptos restitui, æquum putat, idque & Papiniano placet, idem Vlpianus eodem libro ait l. necnon. §. fina. eo. titu.

2 †In actione rescissoria, quæ aduersus militem competit, æquissimum esse, eius quoque temporis, quo absens defensus non est, fructus eum præstare, ergo & militi debebũt restitui, & vtrique actio erit, videlicet ne cui officium publicum, vel damno vel compendio sit, quam sententiam Põponius quoque & Africanus probant dicto §. fina. non solum autem in restitutione, quæ ex causa absentiæ datur, hæc obseruanda erunt, sed in omni prorsus restitutione, quæ a prætore conceditur ex generali illa clausula l. prima. §. finali. l. sed etsi. §. finali. eodem ti. Si qua mihi iusta causa videbitur, in integrum restituam.

SVMMARIVM.

1 *Alienata in fraudem credi. reuocari debent, & fructus restitui.*
2 *Fructus rei alienatæ in fraudem credi qua actione restituantur.*
3 *Fructus terræ cohærentes tempore alienationis in fraudem factæ restitui debent.*
4 *Fundus vna res censetur cum fructibus suis, & non duæ.*
5 *Alienata a liberto in fraudem patroni qua actione reuocentur.*

De fructibus rerum, quæ in fraudem creditorum alienatæ reuocantur. Cap. VI.

1 In Fauiana etiam actione, † & Pauliana, per quam quæ in fraudem creditorum alienata sunt, reuocantur, fructus restituuntur, nam prætor id agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset, quod non est iniquum: nam & verbum, restituas, quod in hac re prætor dicit, plenam habet significationem, vt fructus quoque restituantur, & ita Paulus libro 5. ad Plautium scripsit. l. videamus. §. in Fauiana. de vsu. Eodem modo Vlpianus ait l. ait prætor. §. per hãc. de his quæ in frau. cred.

2 †Per hãc actionem res restitui debet cum sua causa, & fructus non tantum qui percepti sunt, verum hi quoque qui percipi a fraudatore potuerunt, veniunt. Partum quoque in hãc actionem venire verius esse puto. Præterea generaliter sciendum est, in hac actione restitutionem fieri oportere in pristinum statũ, siue res fuerint, siue obligationes, vt perinde omnia reuocentur, ac si liberatio facta non esset, propter quod etiam medij temporis commodum, quod quis consequeretur liberatione non facta, præstandum erit, dum vsuræ non præstentur, si in stipulatum deductæ non fuerint, aut si talis contractus fuerit, in quo vsuræ deberi potuerunt, etiam non deductæ. In eandem sententiam Venuleius respondit l. fi. §. finali. eodem titu. † non solum rem ipsam alienatam restitui oportere, sed etiam fructus, qui alienationis tempore terræ cohærent; quia in bonis fraudatoris fuerunt

Item eos qui post inchoatum iudicium recepti sunt, medio autem tempore perceptos in restitutionem non venire. Item partum ancillæ per fraudem alienatæ, medio tempore editum, in restitutionem non venire; quia in bonis fraudatoris non fuerit, Proculus ait dicto §. finali. si mulier post alienationem conceperit, & antequam ageretur, pepererit, nullam esse dubitationem, quin partus restitui non debeat, si verò cũ alienaretur, prægnans fuerit, posse dici partum quoque restitui oportere, fructus autem fundo cohæsisse non satis se intellige, Labeo ait dicto §. fina. utrum duntaxat qui maturi, an etiam qui immaturi fuerint, prætor significet, cæterum etiã si de his senserit qui maturi fuerint, nihilo magis possessionẽ

4 restitui oportere; † nam cum fundus alienaretur, quod ad eũ eiusque fructus attineret, vnam quãdam fuisse, id est fundum cuius omnis generis alienationem fructus sequantur, nec eũ qui tempore hyberno habuit fundum centum, si sub tempore missis, vindemiæ ve fructus eius possit vendere decem, idcirco duas res, id est fundum centum & fructus decem habere eum intelligendum, sed vnam rem habere, id fundum centum, sicut is quoque vnam rem haberet, qui separatim solum ædium vendere possit.

5 †In Fauianam etiam & Caluisianam actionem, per quam quæ in fraudem patroni a liberto alienata sunt, reuocantur. Vlpianus ait l. prima. §. 1. si quid in fraud. patro. etiam fructus venire qui sunt post litem contesta. percepti, & Martianus li. 3. regularum scribit. In Fauiana & Caluisiana actione rectè dici etiam præteritos fructus venire, quatenus prætor omnẽ fraudem libertorum vult rescindere. Multo magis in fraudẽ fisci res alienatæ non ipsæ nudæ, sed cum fructibus restitui debent, nam & res fisco debitas cum fructibus restitui oportere supra ostendimus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in restitutionem veniunt, cum res contra legum præcepta alienatæ reuocantur.*
2 *Emens rem ecclesiasticam pretio cadit, & fructus restituit.*
3 *Emens seruos rusticos aut censitos, eosdem restituet cum his, quæ per eos acquisiuit.*

De fructibus, qui in restitutionem ex causa solennium omissorum veniunt. Cap. VII.

1 Proinde cum res aduersus † præcepta legum alienatæ reuocantur, fructus etiam in restitutionem veniunt. Si quis enim prætermissis solennibus, & non seruato iuris ordine ecclesiastica prædia donationis, vel emptionis, seu cõmutationis titulo, vel cuiuscunque contractus, alterius nomine acquirere, vel habere tentarit, omnem huiusmodi fructum proprie temeritatis amittat, & pretia quidem, & munera q̃ eius rei gratia data fuerint æconomis siue alijs quibuscũque personis, Imperatores Leo & Anthemius constituerunt l. iubemus. §. sanè. de sacrosanctis eccles. ecclesiæ lucris & commodis acquiri, prædia autem, & in his omnia constituta ab ipsis clericis, & temporalibus æconomis, cum fructibus, seu pensionibus & accessionibus medij temporis vendicanda esse, vt tanquam penitus a nullo empta vel vendita teneantur. Simili modo diuus Iustinianus constituit, authen. qui res. C. sacrosanct. eccle. §. quia vero, Authen. de non alienan. re. eccle. colla. secunda †eum qui rem ecclesiasticam, aut ptochicham emere præsumpserit, pretio cadere, & rem quam acceperit, cum omni incremento medij temporis restituere debere. Item si quis rem debitoris fisci solennibus similiter non seruatis emeret, fructus quoque restituere tenetur, vt rescripto Diui Alexandri continetur l. prima. C. de fide instrum. & iu. hast. fisc. quod est huiusmodi. Quod in libellum contulisti procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega, cui si probaueris non authore procuratore, vel eo cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto, venditas res esse, & id quod ex causa iudicati debes exolueris, rescissa venditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus, quos ad emptorem mala fide peruenisse vel peruenire debuisse constiterit.

3 †Eadem ratione si quis rusticos censitosque seruos absq; gleba comparauerit, Diui Valentinianus, & Valens constituerunt l. quemadmodum. C. de agri. & censi. non solum seruos, sed etiam ea quæ per ipsos acquisiuit, vel acquirere potuit, restituere debere. Sed & si testamentum nullius momẽti esse declaretur, irritumve fiat, vel infirmetur, fructus quoq; a scripto hærede simul cum hæreditate reuocari supra demonstratum est.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres pro alijs intercedere nequeunt.*
2 *Creditor a marito fundum mulieris in solutum accipiens, non potest eam dominio spoliare.*

De fructibus qui in restitutione ex causa sexus veniunt. Cap. VIII.

Illud notissimum est, senatusconsulto Velleiano l. prima. & to-
1 to. titu. ad senatusconsul. Velleia. † imbecillitati fœminarum subueniri, ne pro alijs intercedant, & si re ipsa interceserint, ipsam intercessionem vt irritam, & nullius momenti reuocari, in qua reuocatione etiam fructus veniunt. Vnde Pomponius libro primo senatusconsultorum scribit l. si mulier. §. si mulier. ad Velle. Si mulier rem a se pignori datam per intercessionem recipere velit, fructus etiam liberos eam recepturam. Huc pertinet imperatoris Gordiani rescriptum tale l. si sciens. C. ad Velle.

2 †Si sciens creditor a marito propter debitum fundum mulieris, licet ea consentiente pignori accepit, propter senatusconsulti auxilium vendendo eum, dominium mulieri auferre nequiuit, tibique si matri hæres extitisti, eundem fundum cum fructibus vendicanti, pretium restituere necesse est. Per contrarium creditori in veterem debitorem actionem restitutoriam dari æquum visum est, per quam debitum, vsuras, & omnem accessionem, causamque consequitur l. si mulier. C. ad Velleia.

SVMMARIVM.

1 *Error siue ignorantia iustam causam restitutioni præbet.*
2 *Indebitum solutum cum eo quòd accessit per conditionem repetitur.*

De

Ioan. Copi. De fructibus.

De fructibus qui veniunt in restitutionem ex causa erroris. Cap. IX.

1 Proinde iustum errorem, †probabilemque ignorantiam, inter cæteras ex quibus reuocatio conceditur causas enumerari nemini est incognitum, vt ecce si quis indebitū per errorem soluerit repetere & reuocare id quòd soluit potest, nec solum id ipsum, quòd per errorem inconsultè soluit sed etiam fructus eius repetit, vt Paulus libro 5. ad Plautium scribit l. videamus. §. item si indebitum. de vsu. Idem libro 10.
2 † ad Sabinum indebiti soluti condictionem naturalem esse recte putat. l. indebiti. de condi. indeb. & ideo etiam quòd rei solutę accessit venire in condictionem, vt puta partus qui ex ancilla nati sunt, vel quòd alluuione accessit, imo & fructus quos is cui solutum est bona fide perceperit in condictionē venient.

Sed in hoc Pauli responso obiter animaduertendum est percepisse bona fide eum dici, non qui opinione domini percepit, sed qui sciens se dominum non esse vt diligens administrator rei alienę, ex re ipsa iuste & honeste percepit.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei ob causam datę, causa non secuta repetuntur cum ipsa re.*
2 *Fundus causa dotis datus, affinitate renunciata repetitur cum fructibus.*
3 *Fructus rei donatę causa mortis, restituuntur cum re, causa cessante.*

De fructibus qui in restitutionem ex causa non secuta veniunt. Cap. X.

Præterea datum ob causam ea non secuta, re-
1 uocari potest, † & non solum res ipsa quæ data est, sed etiam fructus eius in restitutionem veniunt, veluti si fundus dotis nomine traditus sit, & nuptiæ secutæ non fuerint, condictione cum fructibus repeti posse Iulianus libro 16. Digestorum respondit l. qui se debere. de condictio. ob cau. idemque iuris esse ait de ancilla, & partu eius. Eodem modo Paulus lib. quinto ad Plautium probat l. videamus. primo responso. de
2 vsu. † si dotis causa fundus datus sit renunciata affinitate fructus quoque restituendos esse, vtique si qui percepti sunt eo tempore quo sperabatur affinitas, sed & posteriores si in re mora fiat, ab illo qui reddere debet omnimodos restituendi sunt, sed etsi per mulierem stet quominus nuptię contrahantur, magis est, vt debeat fructus recipere, ratio autem hæc est quòd si sponsus non conueniebatur ad reddendos fructus, licuerat ei negligere fundum.

3 Item si fundus causa mortis donatus sit, & causa defecerit, quia conualit donator fructus restituendos esse supra exposuimus. Idem probandum erit de ijs quæ sine causa data reuocantur. Idem etiam dicemus de ijs quæ ob turpem ex persona accipientis causam reuocantur, nam & fructus restituendi sunt, dum tamen memineramus pecuniā ipsam, non etiam vsuras, peti posse, & ita imperatorum Diocletiani & Maximiani rescripto continetur l. quoties. C. de condictio. ob turp. cau.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditę restituuntur resoluta venditione.*
2 *Fundi in diem addicti commodum & incommodum ad emptorem spectat.*

De fructibus qui in redhibitionem ex causa pacti veniunt. Capitu. XI.

Illud nullam habet dubitationē,
1 posse inter emptorem & venditorem conuenire, † vt si intra præstitutum diem alius meliorem conditionem attulerit venditio resoluatur, quo casu fructus quoque restitui debēt. Nam quod supra dictum est, fructus interea captos priorem emptorem sequi, Vlpianus libro vigesimooctauo. ad Sabinum ait l. item quod. de addi. in diem. toties verum esse quoties nullus emptor existit, qui meliorem conditionem adferat, vel falsus existat. Si vero extitit emptor posterior, fructus refundere priorem debere constat venditori, idque a Iuliano responsum est, dicta l. item quod. eod. tit.

Idem Vlpianus l. eum qui. eodem titulo eodem loco ait,
2 † fundo in diem addicto, & commodum, & incommodum omne ad emptorem pertinere, antequam venditio transferatur, & ideo si quid tūc vt aut clam factum est, quamuis melior conditio allata fuerit, ipse vtile interdictum habebit, sed eam actionem, sicut fructus, inquit, quos percepit, venditi, iudicio præstaturus est Idem Vlpianus libro trigesimosecūdo. ad edictum refert l. imperator. eodem titulo imperatorem. Se verum rescripsisse, fructus in diem addictæ domus cum melior conditio fuerit allata venditori restitui necesse esse.

Sed etsi emptor alium non idoneum subiecerit, Paulus libro quinto ad Sabinum scribit l. si venditor. primo responso eodem titulo. se nō videre quemadmodum prior sit emptus cum alia venditio & vera postea subsecuta sit, sed verum esse venditorem deceptum ex vendito, actionem habere cum priore emptore, quanti sua interfit id non esse factum, per quam actionem & fructus quos prior emptor perceperat, & quod deterior res culpa vel dolo malo eius facta sit, recipiet venditor, & ita Labeoni & Nerue placuit, dicta l. si venditor.

Verum si quis extiterit qui meliorem conditionem adferat, deinde prior emptor aduersus eum licitatus sit, & penes eum emptorem manserit, Vlpianus libro vigesimooctauo ad Sabinum dubitari posse ait dicta l. item quod. §. finali. eodem titu. vtrum fructus ipse habeat, quasi nulla meliore conditione allata, an vero venditoris sint, licet sit persona quæ meliorem conditionem attulerit, & putat venditoris esse, ni si aliud actum sit, in quam sententiam Pomponius quoque inclinat. dicto §. finali. Illud notandum est quod Paulus ait dicta l. si venditor. §. finali. eodem titulo. ideo meliorem conditionem allatam videri, si tantundem pretium alius det, hoc ipso, quòd fructus eum non sequuntur, qui secuturi essent priorem emptorem, quia id nō agitur inter emptorem & venditorem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditæ restituuntur venditione resoluta ex pacto legis commissorię.*
2 *Venditio quando per legem commissoriam rescindatur.*

De fructibus qui in redhibitione ex pacto legis commissorię veniunt. Cap. XII.

Pari ratione resoluta ex pacto legis com-
1 missorię venditione fructus † etiam restitui debere exploratum est, nam vt Neratius libro quinto Membranarum respōdit l. leg. de leg. commis. Lege fundo vendito dicta, vt si intra certum tempus pretium solutum non sit, res inempta esset, de fructibus quoque quos interim emptor percepisset hoc agi intelligendum est, vt emptor interim eos sibi suoque iure percipiat, sed si fundus reuenisset, Aristo existimat, dicta l. lege. venditori. de his iudicium in emptorem dandum esse, quia nihil penes eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset.

Scęuola quoque de lege commissoria interrogatus ita re-
2 spondit l. lege. eodem titu. † si per emptorem factum sit quominus legi pareretur, & ea lege vti venditor velit, fundos inemptos fore, & id quod arrę, vel alio nomine datum esset, apud venditorem remansurum, nec id quod accessurum dictum est emptori deberi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei venditę sub conditione restituentur, si venditio reuocetur.*
2 *Venditio facta contemplatione aliqua reuocari potest, non impleto eo cuius contemplatione facta fuit.*

De fructibus qui in rescissionem ex causa pacti de retrouendendo veniunt. Cap. XIII.

Solet etiam interdum conuenire,
1 † vt venditori sub conditione vel modo rem suam venditam ab emptore repetere, & in suum dominium reuocare liceat, quo casu si conditio impleta fuerit, fructus restituendi sunt. Nam imperator Alexander l. secunda. C. de pact. in. empt. & vendi. ita rescripsit. Si fundum parentes tui a lege vendiderunt, vt siue ipsi siue hæredes eorum, emptori pretium quandocunque, vel intra certa tempora, obtulissent, restitueretur teque parato satisfacere conditioni dictæ hæres emptoris non paret, vt contractus fides seruetur, actio præscriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduersarium peruenerunt. Cui sententiæ congruit illud quod imperatores Carus, Carinus, & Numerianus ita rescripserunt. l. cū te fundum. de pac. inter emp. & vend.

2 † Cum te tuum certę rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemoras, poterit tibi ea res non esse fraudi. quando non impleta promissi fide dominij tui ius in suam causam reuerti cōueniat, & ideo aditus competens iudex, fundum cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructib. suis sine vlla ludificatione, sua authoritate

Source : BIU Cujas

ritate perficiet,præcipue cum & aduersa pars receptis nummis suis,nullam passa possit videri iniuriam.

SVMMARIVM.

1 *Venditor vitia rei nota facere debet emptori.*
2 *Mancipium cum redhibetur,restituere debet emptor, quicquid ex illo ad se peruenit.*
3 *Emptor redhibens mancipium,restituere debet, quicquid per seruum acquisitum est.*
4 *Iudici facto quæ incumbere dicantur.*
5 *Redhibitoria actio tam venditorem quàm emptorem restituere debet.*

De fructibus qui in redhibitionem ex causa morbi, vitij ve veniunt. Cap. XIIII.

Adhæc propter morbum, vitiũ ve rei alienatę, redhibitio ædilium edicto datur. Aiunt enim ędiles l.prima.de ædilitio edicto.

1 †Qui mancipia vendunt,certiores faciant emptores quid morbi,vitij ve cuique sit, quis fugitiuus,erro ve sit, noxa ve solutus non sit,eaque omnia cum ea mancipia venierint,palam ac rectè pronuncianto,quòd si mancipium aduersus ea venierit,siue aduersus quàm dictum,promissum ve fuit cum venierit,fuerit,quod eius præstari oportere dicetur,emptori omnibusque ad quos ea res pertinet iudicium dabimus, vt id mancipium redhibeatur. Si quid autem post vẽditionem, traditionem deterius opera emptoris familiæ procuratorisve eius factum erit,siue quid ex eo post venditionem natum acquisitum fuerit, & si quid ei in venditione accesserit, siue quis ex ea re fructus ad emptorem peruenerit, vt ea omnia venditori restituat. Hoc autem edictum Vlpianus libro primo ad edictum ædilium curulium ita interpretatur l. cum autem §.cum redhibetur.de ædil.edic.

2 †Cum redhibetur mancipium,si quid ad emptorem peruenit,vel culpa eius nõ peruenit,restitui oportet, nec solum si ipse fructus percepit mercedesve a seruo vel conductore serui,sed etiam si a venditore fuerit idcirco cõsecutus, quòd tardius ei hominem præstitit,sed etsi a quouis alio possessore fructus accepit,emptor restituere eos debebit, sed & si qd fructuum nomine consecutus est,id præstabit. Item si legatum,vel hæreditas seruo obuenerit,neq; refert potuerit hæc consequi venditor,an non potuerit,si seruum nõ vẽdidisset: ponamus enim tale esse, qui capere ex testamento non potuerit,nihil nocebit hæc res. Pedius quidem etiam illud non putat,dicto §.cum redhibetur.esse spectandum, cuius contẽplatione testator seruum hæredem scripserit,vel ei legauerit quia etsi venditoris mansisset,nihil hæc res emptori proderat,& per contrarium, inquit, si contemplatione venditoris institutus proponeretur,tamen diceremus restituere emptorem non debere venditori,si nollet eum redhibere,& generaliter dicendum Caius libro primo ad edictum ædilium curulium scribit l.& generaliter.de ædili.edic.† quicquid extra
3 rem emptoris per eum seruum acquisitum est, id iustum videri reddi oportere. Sed etsi forte post venditionem vsusfructus proprietati adcreuerit,indubitatę hoc quoque venditori restituendum Vlpianus probat l.quod si nolit.§.primo. eodem titu. Item si peculium quæsijt apud emptorem,si quidẽ ex re emptoris accessit,dicendum esse idem Vlpianus existimat dicto §.primo.apud ipsum relinquendum,si aliunde creuit venditori restituendum. Idem ait, dicta l.quod si nolit.§. si plures.eodem tit.si plures hæredes emptoris pro suis portionibus singulos rectè agere, sed fructus & accessiones ab ipsis pro parte præstandos esse. Sed hæc omnia quæ exprimuntur edicto ædilium,Vlpianus ibidem ait l.ædiles.§.item sciendum.eodem tit.præstare emptorem debere, si ante iudicium acceptum facta sint,idcirco enim necesse fuisse ea enumerari,vt si quid eorum ante litem contestatam contigisset,præstaretur,cæterum post acceptum iudicium tota ea ad hominem restituendum in iudicio versatur,& tam fructus,
4 quàm id quòd deterior factus est,cæteraque† veniunt: iudici enim statim atque iudex factus est,omnium rerum officium incumbit,quæcunque in iudicio versantur,ea autem quæ ante iudicium contingunt,nõ valde ad eum pertinent,nisi fuerint nominatim ei iniuncta.

Econtrario emptor a venditore debet recipere pretium, quod pro eo homine dedit,qui redhibetur, & vsuras eius cõsequi,vel si quid accessionis nomine dedit,& ita Vlpian. scribit l.debet.eodem titu. Quòd si venditor neque pretium, neque accessionem soluat,dupli pretij, & accessionis condemnari iubetur,idque Caius libro secundo ad edictum ædilium respondit l.redhibitoria eodem titu. Sed etsi serui redhibendi nomine emptor iudicium accepit,cauendum esse ex vtraque parte Paulus ait l.item si serui.eodem titulo. vt si quid ex eo quod agitur, ad eum peruenit,dolo ve malo eius factum sit,quo minus peruenirent,id reddat, & generaliter Vlpianus refert l.cum autem.§.Iulianus.eodem titulo. Iulianum dice-
5 re† iudicium redhibitoriæ actionis vtrunque & emptorem & venditorẽ quodãmodo restituere debere, & Paulus facta redhibitione omnia in integrum restitutio. censetur.l. facta. eodem titul. perinde ac si neque emptio, neque venditio intercessisset.

Quomodo fructuum condemnatio exequenda sit. Titu. II.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum quantitas restituenda per iudicem taxari debet.*
2 *Possessor quando ad fructus consumptos teneatur,& quando non.*
3 *Vsusfructus in biennium continuum debitus si non præstiterit hæres nihilominus in postremum præstare tenetur.*

Quomodo fructuum condemnatio exequenda sit. Capi. vnicum.

Cum autem quis secundum ea quę s. diximus fructus restituere iussus est.

1 †Primum in exequenda sua sententia obseruare iudex debet,vt si incerta restituendorum fructuum quantitas sit,eam declaret,vt ecce si quis fundum cum fructibus 10.anno.quibus possedit restituere iussus sit, nec appareat quantum singulis quibusque annis fructuum ex eodem fundo percipi potuerit,secũdum arbitrium rusticorum & vicinorum qui fundi qualitatem & vbertatem cognitam habent, & quanti idẽ fundus locari solitus fuerit,alijsque prout causæ qualitas exegerit probationibus adhibitis, quantitatem fructuum qui restituui debent taxabit,& si quidem fructuum species adhuc extendent,ad eas ipsas restituendas condemnatum compellet.

2 †Si verò non extent: sed dolo ipsius possessoris extare desierunt, quanti aduersarius in litem si vlla taxatione iurauerit damnandum. Quòd si sine dolo eos consumpserit, quia forte tales erant fructus,qui facile corrumpi, nec diutius seruari poterant,& ob id eos primo quoque tempore venire expediebat, æstimationem eorum præstaturum eum Vlpianus scribit l.is cui.§ quæri.vt in poss.lega.seu fideicommis.

3 †Vnde si vsusfructus mihi in biennium continuum a morte testatoris legatus sit, & per hæredem steterit, quo minus eum mihi daret, præterito biennio nihilominus teneri eum Pomponius ait l.si vsusfructus mihi.de vsufruct. lega. quemadmodum teneretur,si res legata in rerum natura esse desisset,quam quis deberet,moratusque esset in ea danda, vt peti quidẽ iam vsusfructus,qui legatus fuerit, sed æstimatio eius dumtaxat facienda sit, idemque & Aphricanus respondit l. qui vsumfructum.§.finali.cum l.sequenti.de vsufruct. est autem æstimatio facienda eius temporis, quo post moram vsque ad restitutionem fructus pluris fuerunt in ea regione,in qua restitui debent: sed cum fructus vno anno pluris,alio minoris æstimentur,æquum videtur, ut habita ratione æstimationis vniuscuiusque anni restitutio fiat,quod plerisque senatusconsultis declaratum est.

De fructibus Sacerdotiorum & beneficiorum. Titu. III.

SVMMARIVM.

1 *Fructus sacerdotiorum ad eos spectant,quibus iure collata sunt.*
2 *Clerici si ecclesiæ seruierint,de patrimonio Christi viuere debent.*
3 *Decimæ fructuum iure debentur ecclesiarum Rectoribus.*
4 *Canonicis ritè institutis qui fructus & distributiones debeantur.*

De fructibus Sacerdotiorum & beneficiorum. Capitu I.

Expositis omnibus quæ de ratione fructuum ciuili iure constituta sunt, superest vt de ijs quæ Pontificio iure ad hanc eandem fructuum rationem pertinentia introducta sunt,disseramus. Multa enim de sacerdotiorum, & beneficiorum fructibus Pontificij iuris authores constituerunt, quæ ciuilis iuris conditoribus incognita fuisse palam est, & primum quidem illud generaliter tenendum est.

1 † Omnium sacerdotiorum fructus, reditus, obuentiones eorum esse,quibus iure collata sunt,quique ritè & solenniter sacra peragunt,seduloq; & fideliter omnia sibi iniuncta munia obeunt,quod & Innocentij tertij constitutione exprimitur,cuius verba hæc sunt capitu.cum secundùm.de præben. in antiq. Cum secundùm Apostolum qui altari seruit, viuere debeat

Source : BIU Cujas

debeat de altari,, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, patet a simili. vt †Clerici viuere debeant de patrimonio IesuChristi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet: cum enim a cleros, quod est sors, vel hæreditas, clerici appellẽtur; quia in sui ordinatione vel assumũtur in hæreditatem domini, vel assequuntur hæreditatem, in ipso, vt vere possint psallere cum propheta dicẽte, Dominus pars hæreditatis meæ, dignum est, vt ecclesiæ stipendiis sustẽtetur, in qua & per quam diuinis officijs adscribuntur.

Idem diuus Gregorius ita scribit Canon. ecclesiasticis. 12. quæstio. secunda. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, vt qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subijciunt, digne nostris prouisionibus consolentur.

3 †Quamobrem & decimæ, quæ sunt parythion, fructus earum Rectoribus deberi exploratum est, capitu. cum contingat. capitu. cum in tua. de deci. in antiq. cum similibus nisi aliis vel ex priuilegio, vel ex antiqua consuetudine debeantur.

Sed etsi ex priuilegio decimæ Rectoribus debentur. Sunt item episcopatus fructus quarta decimarum & mortuariorum duo solidi synodatici, seu cathedratici nomine, pensio pro annua visitatione, alijque similes reditus quos episcopis deberi Honorius tertius decreuit capitu. conquerenre. de offic. ordina. in antiq. quarta tamen decimarum & mortuariorum in vsu esse desijt.

4 †Præterea canonicis rectè institutis quotidianas distributiones, cæterosque & crassiores, vt aiunt, & minutiores præbendarum fructus deberi nemini est incognitum. In summa singulorum beneficiorum fructus ei debentur, quibus legitime collata sunt, quique, vt supra diximus, munera ecclesiastica diligenter exequũtur. Quis enim, vt diui Pauli verbis vtar. i. ad Corinth. capitu. 9. militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregẽ & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundùm hominem hæc dico, An & lex hæc nõ dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt; quoniam debet in spe qui arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalis vestra metamus?

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum, etiam cum vacarent percepti, debentur ijs, quibus rite collata fuerint.*
2 *Episcoporum decedentium bona sunt diripienda, sed successori futuro reseruanda.*
3 *Fructus beneficiorum vacantium futuris seruari debent successoribus.*
4 *Prælati bona ecclesiarum vacantium diripientes, qua pœna plectendi. & numero seq.*
6 *Ecclesiæ cathedrales, regulares, & collegiatæ, quo differant a reliquis ecclesiis.*

De fructibus beneficiorum vacantium futuris successo. reseruandis. Cap. II.

A deo autem fructus beneficiorũ

1 †ad eos quibus rite collata sunt pertinent, vt non tantum ex collationis, sed etiam ex ipso vacationis tempore percepti fructus eiusdem debeantur; nam & fructus a defuncto prælato percepti, qui in bonis eius esse ceperunt, & mortis tempore extant, eisdem debentur, nam & Calcedonensis synodus decreuit. c. quoniam quidam. 81. dis. viduatæ ecclesiæ reditus apud æconomum eiusdem ecclesiæ reseruari debere. In sexta quoque sinodo constitutum est. cap. non licet. 12. quæst. 2. non licere alicui metropolitano, moriente episcopo, qui sub eo est, aut res suas, aut ecclesiæ suæ auferre, sed sint sub custodia clericorum ecclesiæ defuncti episcopi, vsque dum alius ordinetur episcopus, si verò clerici in ecclesia non fuerint, metropolitanus illibata omnia episcopo, qui ibi ordinabit, reddat. Idem ab Innocent. II. vetitum esse scio. can. illud 12.
2 quæst. 2. †Ne quisquam hominum decedẽtium bona episcoporum diripiat, sed ad opus ecclesiæ & successoris sui in libera æconomi & clericorum potestate permaneant: cum igitur fructus a defuncto prælato iam percepti, & nec dum ab eo consumpti futuris successoribus reseruari debeant, multo magis ij, qui post mortem eius vacationis tempore prouenerunt, reseruandi erunt, idque cautum est Bonifacij octaui constitutione huiusmodi ca. quia sæpe de electio. in 6. Quia sæpe contingit, quòd cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis ecclesijs vacantibus, capitula, conuentus, collegia, & singulares earundem personæ, bona a prælatis ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obuenientia, quę in vtilitatem dictarum ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari, occupant, inter se diuidunt, subripiũt dilapidant, dissipant, & consumunt in earum graue dispendium & iacturam. Nos ipsorum ausus reprimere, ac ecclesiarum indemnitatibus præcauere volentes, decernimus, vt hi qui præmissã decætero præsumpserint, eo ipso sint & tandiu maneant ab officio & beneficijs quibuscunque suspensi, donec plenè restituerint, quicquid de bonis perceperint supra dictis. Non obst. quibuslibet priuilegijs, vel indulgentijs, aut contrarijs consuetudinibus, constitutionibus vel statutis iuramento, confirmatione sedis Apost. aut alia quacunque firmitate vallatis, quæ omnia quò ad hoc authoritate Apostolica reuocamus, cassamus, irritamus, ac nullius deinceps volumus esse firmitatis. Quam Bonifacij constitutionem Clemens quintus in omni genere fructuum locum habere declarauit in hunc modum. c. statutum. de eclec. in cle.

3 †Statutum super bonis a prælatis cathedralium, regulariũ & collegiatarum ecclesiarum dimissis, aut obuenientibus, tẽpore vacationis earum futuris successoribus fideliter reseruãdis, edictum locum declaramus habere in omni emolumento, quod prouenit ex iurisdictione & sigillo curiæ ecclesiasticæ, vel secularis aut alias vndecunque, quod ad prælatos ecclesiis non vacantibus pertineret, consuetudine qualibet cõtraria non obstante, ita tamen quòd in istis & similibus rationabiles deducantur expensæ.

Quod autem de fructibus ecclesiarum cathedralium, regularium, & collegiatarum decretum est, idem ferè de fructibus cæterarum ecclesiarum vacantium dicẽdum erit, de his enim idem Bonifacius octauus ita constituit ca. præsenti. de offic. ordin. in 6.

4 †Præsenti prohibemus edicto, ne episcopi, vel eorum superiores, aut Abbates, seu quiuis alij regulares, vel seculares prælati, aut ecclesiasticę quæcunque personæ vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel ecclesijs quibuscunque sibi subiectis, seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam pertinentibus, eorũdem bona morientibus eorum Rectoribus, vel ministris in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tempore obuenientia, quæ in vtilitate eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari, occupare, aut in alios vsus suos cõuertere quo quomodo præsumant. Nisi de speciali priuilegio, vel consuetudine iã præscripta legitime, seu alia causa irrationabili hoc eisdem competere dignoscantur.

5 †Alioqui episcopi, & eorum superiores ab ingressu ecclesiæ, cæteri verò ab officio, & beneficio, tandiu eo ipso nouerint se suspensos, quousque restitutionem fecerint de prædictis. Porrò vbi ex priuilegio, vel cõsuetudine, seu alia de causa rationabili sibi aliqeis prædictorum asserit bona competere supradicta, hoc de illis bonis solum debet intelligi, quæ solutis debitis, si quæ fuerint necessaria pro seruitutibus & ministris, ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos reditus supportandis congrue reseruatis, ex ipsis reperta fuerint superesse.

6 †Ex cuius constitutionis verbis manifestè apparet, cathedrales, regulares, & collegiatas ecclesias, ab alijs ecclesijs differre. Istarum enim vacantium fructus superioribus prelatis, vel alijs ecclesiasticis personis ex priuilegio speciali, vel consuetudine, aliaue iusta causa competere possunt, illarum verò nulla ratione possunt, sce omnimodo sine vlla exceptione futuris successoribus reseruari debent, quod & ipsum idẽ Bonifacius declarauit, cum ait dicto ca. præsenti. Sane constitutionem quam superius specialiter edidimus, contra capitula, collegia, conuẽtus, seu singulares personas, bona cathedralium, vel regularium, aut collegiatarum ecclesiarum vacantium occupantes, per constitutionem præsentem, quam in dignitatibus, personatibus, prioratibus, & ecclesijs alijs locum habere censemus, nolumus in aliquo derogari. Vno tamen casu derogatur, cum ad singulas personas ratione dignitatum quas obtinent, vacantis ecclesiæ iurisdictio, cum eius emolumento, consuetudine, priuilegio, vel iure alio speciali deuoluitur, & ita Clemens quintus in Vienensi concilio censuit d. c. statutum. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus primi anni beneficiorum vacantium restitui debent ijs, quibus iure singulari concessit summus Pontifex.*
2 *Fructus beneficiorum a summo Pontifice quibuslibet concedi possunt.*
3 *Fructus ecclesiarum percipientes onera etiam earundem subire debent.*
4 *Beneficium primum an statim vacare dicatur secundo accepto.*
5 *Fructus ecclesiæ recens alicui collatæ qualiter distribuendi. & numero sequenti.*
8 *Pontifex Romanus potest sibi reseruare ius fructuum percipiendorum in aliis ecclesiis. & nu. seq.*
11 *Fructus ecclesiarum vacantium an debeantur ecclesiæ Romanæ.*

Source : BIU Cujas

12 *Distributiones quotidianæ quæ dici debeant.*
13 *Beneficium secundum adeptus non debet primi fructus percipere.*
14 *Fructus ecclesiarum percipiendi priuilegium habens, an possit percipere fructus ecclesiarum exemptarum.*
15 *Episcopus cui concessi sunt suarum ecclesiarum fructus, non habet ius in exẽptis.*
16 *Fructus ecclesiarum vacantium qui ad quinquennium percipere potest, an ius habeat in his quæ vacant vltimo quinquennij die.*
17 *Beneficia ecclesiastica sine diminutione sunt conferenda.*

De annalibus ex priuilegio concessis. Cap. III.

Vt adhuc vacantium iam collatorũ beneficiorũ fructus priuilegij, consuetudinis, aliove speciali iure, alijs personis quàm ijs, quibus collata sunt, debentur.

1 †Illud enim notissimum est, summum Pontificem solere plerunque reditus beneficiorum primi anni, ex quo vacare cœperunt, episcopis, vel alijs concedere, vt declarat Bonifacius in quodam rescripto, quod tale est c. si propter. de rescriptis. in sexto. Si propter tua debita persoluenda fructus beneficiorum primi anni, quę in tua vacabunt diœcesi, tibi nõ obstantibus quibuslibet consuetudinibus, priuilegijs, vel statutis, per quæ nostra posset impediri concessio, vsque ad quinquennium de speciali gratia concedimus, intentionis nostrę nequaquam existit, si fructus huiusmodi ecclesiæ tuæ fabricæ, vel alteri vsui, sed cuicunque singulari personæ de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto forsitan debeantur, quod eis per cõcessionem ipsam, nisi hoc expresse caueatur in ea, aliquod præiudicium generetur.

2 †Constat igitur fructus beneficiorum episcopis, fabricæ, vel alijs personis a summo Pontifice concedi posse. Cum autem conceduntur fructus beneficiorum, quæ in aliqua vacabunt diœcesi, omnia beneficia comprehendi Honorius tertius declarauit decreto huiusmodi c. tua. de verborum signi. in antiq. Tua nobis fraternitas intimauit, quod cum tibi pro releuatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in diœcesi tua vacare cõtigerit, tibi licet biennio retinere, quidam apostolicæ gratiæ priuilegium sinistra interpretatione restringere molientes, asserunt præbendas, & maiora beneficia nequaquam beneficiorum nomine contineri, nos igitur authoritate præsentiũ declaramus, quòd in hoc casu præbẽdæ, ac alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.

3 †Sed & is onus sustineat, ad quem commodum pertinet, episcopus, vel alius qui fructus primi, secundi, vel aliorum deinceps annorum fructus percipiunt, curare debent, vt diuina obsequia peragantur, & ministrum constituere, cui necessaria subministrent.

Vnde & is cui beneficium huiusmodi collatum est, quam uis curam animarum annexam habens, quandiu tamen eorundem fructus non percipit, aliud simile, quod prius obtinebat, nõ vacat, quod & Bonifacij octaui rescripto cautum est, his ferè verbis. c. si tibi concessio. de præbendis in sexto. Si tibi concessio a nobis, vt fructus beneficiorum quæ vsque ad certum tempus in tua vacabunt diocœsi percipere valeas, pro soluẽdis debitis, quibus est tua ecclesia onerata, beneficium vacans curam habens animarum annexam, alicui simile beneficium obtinenti, te conferre contingat, æquũ est vt quandiu fructus ipsius perceperis primum non debeat reputari vacare.

4 †Sed hodie crediderim dicendum potius esse, vt primum beneficium, cum hoc casu, quo iure singulari episcopus, vel alius, fructus primi anni percipit, is cui collatum est beneficium definitum Ioannis. XXII. constitutione modum, quæ constitutio ita scripta est. Suscepti regiminis nos cura solicitat, vt quę in ecclesiis non absque dispendio ministrorum, & cultus detrimento diuini, seruari viderimus, per appositionẽ congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis ecclesijs obseruetur, & a longis retro temporibus fuerit obseruatum, quòd fructus primi, vel secundi, aut alterius cuiuscunque sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem defuncto vel fabricæ, aut ecclesijs, vel personis habentibus annalia, de consuetudine, priuilegio, vel statuto applicantur in totum, ita quòd illi qui huiusmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos aliàs de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud inconueniens sequitur, quòd commode nequeunt ad impendendum seruitium debitum residere in ecclesijs, in quibus beneficiati existunt

5 †Nos de illo super his remedio prouidere volẽtes, per qđ hi & illi in fructuum prædictorum perceptione participent, & ecclesiæ debitis seruitijs non fraudentur, præsenti decreto statuimus de fratrum nostrorũ consilio, quòd illi qui fructus prædictos sibi hactenus integre vendicabant, ex priuilegio, consuetudine, vel statuto, nihil exinde vltra summam p quã vnumquodque beneficiorum ipsorum consueuit in solutione decimæ taxari, prætextu cuiusuis consuetudinis, priuilegij, vel statuti, quouis modo percipiant, sed ipsius summæ perceptione duntaxat sint omnino contenti, totali residuo prædicta obtinentibus beneficia remãsuro, nisi forsan illi qui fructus eosdem soliti fuerant, vt præfertur, cum integritate percipere, pro se mallent ipsum habere residuum, & obtinentibus ipsa beneficia summam dimittere memoratam, quo casu percipiendi quod maluerint illis relinquimus optionem, sic quod infra decem dies postquam sciuerint beneficia ipsa vacare, his quibus annalia ipsa debentur ex priuilegio, cõsuetudine, vel statuto, vel ipsorum annalium collectores, quam partem habere voluerint, an scilicet decimæ taxationẽ, vel illa dimissa residuum nulla subhastatione pręmissa eligere teneantur.

6 † Quam electionem si infra dictos decem dies non fecerint, vt dictum est, ex tũc ad eum, cuius est beneficium, huius optio, vel electio transeat ipso iure. Et hoc in ecclesijs, & partibus illis, in quibus beneficia maiora, & alia quæ ad solutionem decimæ sunt taxata, volumus obseruari. In illis vero ecclesiis, & partibus, in quibus decimarum taxatio nõ est facta, seruetur, quòd fructus, & obuentiones beneficij tunc vacãtis quòd decimam soluere consueuit, per medium diuidantur, quorum medietatem habeat is cui annaliũ per alterum de prædictis modis perceptio est concessa. Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficium est concessum pro sustentatione sua, & aliis ecclesiæ oneribus supportãdis. Quòd si alter de prædictis præfata medietate noluerit esse contentus, altero contentari volente, pars nolentis transeat ad volẽtem, & volens, fructus & obuentiones illius beneficij percipiet vniuersos, eidem beneficio cõgrue faciens deseruiri, ac eius supportans onera consueta.

7 †Et si quicquam aliquis prædictorum vltra præmissa perceperit, illudque his ad quos pertinebit, intra mensem nõ restituerit cum effectu, eo ipso si episcopus, vel superior prælatus fuerit, a pontificalibus, & ingressu ecclesiæ sit suspensus. Si autem capitulum, vniuersitas, vel collegium interdicto se nouerint, donec prædicta cum integritate restituerint, subiacere. Si verò aliqua singularis persona ecclesiastica, vel mundana id fecerit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto, a qua sine restitutione præmissa, pręterquam in mortis articulo, minime absoluatur. Non obstantibus quibuscũque priuilegijs, vel indulgentiis, aut contrarijs consuetudinibus, & statutis iuramento confirmatione sedis Apostolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis, quę omnia quo ad hoc authoritate apostolica reuocamus, & nullius deinceps esse volumus firmitatis.

8 †Proinde vt alijs annalium percipiendarum priuilegium summus Pontifex concedit, ita ipsemet sibi hoc ius percipiẽdi fructus primi, secũdi, vel aliorum deinceps annorum, pro ecclesiæ Rom. necessitatib. reseruat, quæ reseruatio quomodo accipienda sit, idem Io. XXII. tribus constitutionibus declarat, quarum prima sic habet c. postulasti. de præb. in extrauag. commu. Postulasti per Apostolicæ declarationis euidẽtiam edoceri, quid tibi super dubijs infrascriptis circa commissam tuæ industriæ recollectionem fructuum prædictorũ aliàs præbendarum, aut beneficiorum imminentibus sit agẽdum. Tuæ itaque consultationi breuiter respondentes, te scire volumus, beneplaciti nostri esse, super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ iuxta verum taxata valorem, quod illum nequaquam excedunt cum obtinentibus huiusmodi beneficia, prout melius, & vtilius diocœsanis locorum, in quibus huiusmodi beneficia fuerit, quorum consilia in hac parte requiras, & tibi videbitur, valeas conuenire Nos enim ipsorum diocœsanorum, & tuam conscientiam super his oneramus. Licèt autem quotidianæ distributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prędictorum exclusæ, hoc tamen volumus de distributionibus ipsis intelligi, quæ dantur ijs, qui horis intersunt, sic quòd illæ quæ soluuntur his, qui sunt in ciuitate, vel loco præsentes, quamuis horis non interfint eisdem, non sint ab onere dictæ recollectionis immunes.

9 †Porrò declarationem illam factam per nos in deputatione, seu reseruatione fructuum prædictorum, vt videlicet non extendantur ad vicarias, seu capellanias, vt plurimũ a descendentibus celebrandas certis cõstitutis reditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus, in altaribus dotatis certis feudis vsuaticis, seu censibus, vt capellanus inibi celebrare debeat, pro dotantium animabus, certis vicibus, singulis septimanis & in ecclesia cathedrali horis interesse diuinis dummodo valor annuus ipsorum aliarum summã 20. libra-

rum

Source : BIU Cujas

rum Turonenſium non excedat. Alioqui includantur in deputatione, ſeu reſeruatione prædictis. Vbi verò præbẽda fuerit in decima, pro tanto taxata, quod parum poſſet canonico hebdomadario, cui certum pro illa ſeruitium imminet in ecclesia faciendum, poſt perceptionem taxationis huiuſmodi remanere volumus, quod de taxatione ipſa pro huiuſmodi ſeruitij onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta noſtra camera reſiduum
10 percepturus. † Cæterum præbendas illorum, qui taxationem decimæ ſoluere recuſantes, abeſſe velle ſe ſimulant, vt taxationem ipſam diminuere compellantur, ne per illorum abſentiam huiuſmodi perceptione taxationis frauderis, quaſi nihil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco, vel in ciuitate præſentes: cum tñ eccleſiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dinoſcatur, declaramus ſub deputatione, ſeu reſeruatione comprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis noſtræ modũ percipere valeas, canonicorum ipſorum abſentia non obſtante. Ridiculum enim eſſet, vt eadem fabrica potiori, quàm nos, priuilegio in talibus vteretur. De illis deniq; qui licèt per multos menſes tenuerint eccleſias, vel præbendas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerunt, ex eiſdem cum iuxta conſuetudinem patriæ prædeceſſores eorum teſtati fuerunt, de bonis illarum, propter quod ipſi obtinentes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeunt de fructibus antedictis, nihilominus offerentes, quòd tandiu fructus eccleſiarum ipſarum percipias, donec tibi fuerit inde plenariè ſatisfactum, placet nobis & volumus, vt ſi eſt ita, oblationi huiuſmodi condeſcendas, per hoc tamen non intendimus conſuetudinem approbare prædictam. Alterius conſtitutionis verba hæc ſunt cap. cum nonnullæ. j. eod. tit.

11 †Cum nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ in cathedralib. eccleſijs canonicatus, præbendas, dignitates, perſonatus, & offi cia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes reuocare conẽ tur in dubium, an fructus, reditus, & prouentus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis orbis partibus vſque ad triennium vacare contingeret, quos pro eccleſiæ Romanæ neceſſitatib. per noſtras ſub certa forma literas duximus reſeruandos, iuxta tenorem literarum ipſarum, cameræ noſtræ ſoluere teneantur, preſertim cum Archiepiſcopales, & Epiſcopales eccleſiæ, ac regulares abbatiæ ab huiuſmodi ſolutione fructuum (vt dicunt) in dictis literis eximantur. Nos dubitationem huiuſmodi amputare volentes, authoritate apoſtolica declaramus, quòd cum ſub appellatione archiepiſcopalis, vel epiſcopalis eccleſiæ, aut regularis abbatiæ huiuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus, & officia nequaquam intelligantur, vel etiam inclu dantur, prædictos necnon, & præbendarum, & officiorum, monachorum, monaſteriorum, regularium, ac redditus abbatiarum, ſeu abbatum earundem, quæ in beneficijs eccleſia ſticis aſſignantur, diſtinctos fructus, reditus, & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ, iuxta dictarum literarum tenorem debere perſolui, ac idem ſuper ſolutione omnium fructuum, redituum, & prouentuum cõmendatariarum curtuum, ſeu grangiarum monaſteriorum domorum, & locorum conuentualium, quæ pro beneficijs eccleſiaſticis (vt prædicitur) conceduntur, niſi duntaxat in fructibus illorum quæ ſunt forſan excepta declaramus, & præci
12 pimus obſeruari. † Præterea cum in aliquibus eccleſijs, tam cathedralibus, quàm alijs, panis, & potus pro quotidianis diſtributionibus ipſarum eccleſiarum canonicis, & perſonis, de præbendarum ipſarum corporibus, pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero, pro ſingulis menſibus, vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorum cauſa, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum ab eccleſijs eiſdem abſentib. exhibeantur, & etiam perſoluantur, declaramus authoritate prædicta, illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſummam, quę pro quolibet menſe, vel hebdomada dictis canonicis (vt prædicitur) miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur ſine
13 fraude. Adijcimus inſuper declarationi p̃dictæ, † quòd ſi obtinenti curatum beneficium aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel etiam in poſterum conferatur, poſt ſecundi beneficij pacificam poſſeſſionem adeptam, & fructuum perceptionem ipſius, nihil de fructibus, eiuſdẽ primi beneficii, niſi forſan ſuper hoc diſpenſatione canonica ſit munitus, percipere poſſit, ſed pro dicta camera noſtra, iuxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigãtur. Vbi verò fructuum, reditum, & prouentuum beneficiorum eccleſiaſticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus authoritate prædicta, quòd fructus, reditus, & prouentus beneficiorum huiuſmodi, cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam verò medietatem ille pro ſua ſuſtentatione percipiat, qui beneficium huiuſmodi dignoſcitur obtinere. Grangias autem, & alia loca Ciſtercienſis ordinis, & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores, ſeu cuſtodes, vel adminiſtratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem ſuperiorum ſuorum, eorumque fructus, reditus, & prouentus authoritate declaramus eadem in deputatione prædicta, ac literis noſtris ſuper illa confectis aliquatenus non includi.

14 †Proinde an is cui ſummus Pontifex annalium huiuſmodi priuilegium conceſſit, habeat ius percipiẽdi fructus eccleſiarum exemptarum dubium fuit, & Geminia. veriorem putat c. ſi propter. de reſcri. in 6 Io. And. ſententiam. qui ita diſtinguendum eſſe cenſuit, vt ſi quidem ſummus Põtifex epiſcopo conceſſerit ius percipiendi fructus omnium ſacerdotiorum ſuæ dioceſis, & tunc etiam exemptarum eccleſiarũ fructus eum percepturum. Nam licèt exemptæ ſint, in eius tamen dioceſi ſitæ ſunt. Quid enim ſi extraneo, qui nullam in dioceſi iuriſdictionem habet, hoc priuilegium conceſſum eſſet? nunquid & exemptarum eccleſiarum fructus percipere nihil enim cum exemptione, vel ſubiectione hoc priuilegiũ commune habet, neq; hoc priuilegio ius exemptionis lædi-tur. Aliud dicendum eſſet, cum ſummus Pontifex epiſcopo aliquod priuilegium concedit, quod ad confirmãdam ſuam iuriſdictionem pertinet, tunc enim exemptas eccleſias non
15 contineri, certiſſimum eſt. † Si verò epiſcopo fructus ſuarum eccleſiarum ſint conceſſi, exemptas minime comprehendi i;dem reſponderunt: neq; enim exemptas a ſua iuriſdictione eccleſias Eps ſuas appellare poteſt. Iidem rectè putãt hoc priuilegium locum non habere in eccleſijs, in quibus certus p̃bendarum numerus conſtitutus non eſt, eas enim nunquam vacare explorati iuris eſt. Iidem ſcribunt non procedere in beneficijs, quę ſunt de menſa, quæ mortuo clerico cum menſa conſolidantur, vt vſusfructus mortuo fructuario. Itẽ ſciendum eſt, hoc priuilegium ad beneficia ipſius conceſſionis tẽpore vacantia non extendi, cum ſit generale, priuilegia ad futura tantũ extendi, qua ratione & beneficia poſt conceſſum
16 huiuſmodi priuilegium creata continebuntur. † Sed ſi ſummus Pontifex alicui conceſſerit, vt percipiat fructus beneficiorum vacantium vſque ad quinquennium, & vltima quinquennij die vacauerint beneficia, an fructus eorum habere debeat, quæſitum eſt? Dominicus ex ſententia Io. And. ita diſtinguendum eſſe refert, vt ſi quidem vacationi adiectum tẽpus fuerit, vtiq; hoc procedat: cum ſit verum intra quinquennium ea vacaſſe, ſi verò tempus ad fructus referat, tunc aliud dicendum ſit, cum finito quinquennio perceptio quoq; fructuum finiatur, ſed ſi dubiũ ſit, vtrum vacationi, an verò fructuum perceptionis tps ſit adiectum, tunc cum in dubijs, maximè in beneficijs benigniorem interpretationẽ ſequi debeamus, ad vacationem referri Dñi. & Io. de Imo reſponderunt. Illud præterea apud eoſdem quęſitum eſt, an eps cum capitulo ſui conſenſu hoc priuilegium alteri concedere, vel ipſe eo vti poſſit. Et putant poſſe ad refectionem, & inſtaurationem eccleſiarum, quarum reditus non ſufficiunt. Sed ꝙ puto id in ſolius ſummi Põtificis poteſtate eſſe, adeo vt nec Legatus q-
17 dem hoc concedere poſſit. † Nam Inn. II. conſtituit. c. vnico. vt eccl. benefi. ſine vlla dimi. confe. vt liberè, & abſque vlla diminutione eccleſiaſtica beneficia conferantur, & in concilio Lateranen. conſtitutum eſt, ne Archidiac. vel decani, exactiones, ſiue tallias in clericos, vel presbyteros exercere p̃ſumant c. cum apoſtolis. §. prohibemus. de cenſi. in antiq. Item Inno. III. Mediolan. Archiepiſcopo reſcripſit, Lateranenſi concilio prohibitum eſſe, ne quis conferendo beneficiũ eccleſiaſticũ partem prouentuum ſuis vſibus retinere præſumat. In ſumma notandum eſt, priuilegium huiuſmodi annalium locum habere ſiue morte, ſiue renunciatione, ſiue ab alio quocunq; modo beneficia vacauerint, niſi de vacantib. per mortẽ ſpecialiter dictum eſſet. Omnia deniq; beneficia ẽt epiſcopatus, vt ſ̃. diximus c. 3. ſ̃. eodem tit. comprehendi verius eſt.

SVMMARIVM.

1 *Fructus eccleſiarum non abſentibus, ſed earum miniſterium diligenter adimplentibus debentur.*
2 *Conſuetudo contra rationem naturalem introducta euelli debet non confirmari.*
3 *Diſtributiones quotidianæ quibus fieri debent in eccleſiis.*
4 *Canonicus exiſtens in ſeruitio ſummi Pontificis non priuatur fructibus præbendæ ſuæ.*
5 *Fructus beneficiorum abſentibus ſtudij gratia non denegantur.*
6 *Canonicus ſine cauſa abſens perdit fructus præbendæ, ei, qui loco ipſius deſeruit, conferendos.*
7 *Paſtores ſeipſos paſcentes, & oues deuorantes taxantur a propheta.*

Quòd

Source : BIU Cujas

Quòd absentes fructus suorum beneficiorum non lucrentur Ca.IIII.

Sunt & alij casus, quibus sacerdotiorum fructus eorum lucro nō cedunt, quibus collata sunt, inter quos prima, & præcipua est absentiæ causa.

1 † Commodum enim fructuum ad eos tantum pertinet qui ecclesię ministerium diligenter adimplent, eique sine ulla intermissione assident, & sibi commissum gregem attentissime pascunt. Absentibus uerò, qui sacris interesse negligunt, atque ab ecclesiæ ministerio se subtrahunt, commodum quoque fructuum auferri debere naturalis ratio suadet.

2 † Vnde, cum aduersus naturalem rationem consuetudo introducta, non ad consequentiam trahi, sed quàm citissime fieri potest, euelli debeat, consuetudo qua longissimo usu receptum est, ut absentes clerici fructus suorum beneficiorum percipiant penitus improbandam esse rescripto Bonifacij octaui declaratur, cuius uerba hæc sunt. capitulo primo.de cleri.non resid.in 6.Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inoleuit, qua canonici, & alij beneficiati, seu clerici cathedralium, & aliarum collegiatarum ecclesiarum distributiones quotidianas, quæ aliàs manualia beneficia, seu uictualia nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur, qualitercunque in ciuitatibus, seu alijs locis, in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ, sint præsentes, licèt diuinis officijs non intersint, ex integro percipiunt, ac si continue ipsis ecclesijs in eisdem officijs deseruirent, penitus improbantes.

3 † Statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ in quibuscunque rebus consistant canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officijs in ipsis ecclesijs adfuerint tribuantur, iuxta cuiuslibet ecclesiæ ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam Qui verò aliter de distributionibus ipsis quicquam receperit, exceptis illis, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesiæ utilitas excusaret, rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, immo ad omnium restitutionem quæ contra huiusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniuersarijs largiendis idem decernimus obseruandum.

4 † Si tamen quis in seruitio summi Ponti. commoretur, Honorius.III.rescripsit.capitulo cum dilectus.de cle.nō resi. in antiq. ei perinde atque si præsens esset, integros fructus præbendæ suæ assignari debere. Eadem ratione quamdiu quis in seruitio episcopi commoratur, tandiu ei quicquam auferri uel subtrahi, Alexander III. uetuit. capitulo decętero.de cle.non resi.in antiq.nisi forte sint uictualia, quæ nō consueuerunt absentibus exhiberi.Honorius quoq;.III.omnibus episcopis duos canonicos in suo seruitio habere permisit.capitulo ad audientiam. eod. titu.in antiq. qui fructus suarum præbendarum integre percipiant, cum absentes dici non debeant, sed præsentes, qui cum episcopo pro ipsius ecclesiæ seruitio commorantur.

5 † Præterea studiorum, uel alia iusta, & necessaria causa absentibus, qui uel a summo Pontifice, uel a suo prælato & capitulo commeatum acceperunt, suorum beneficiorum fructus debere multis constitutionibus declaratur. capitulo licèt.de præb.in anti.cap.olim.de uer.sig. in antiq. cap.cum ex eo. de elect. in 6. cum autem alicui clerico hoc concessum, ut studiorum causa absit, fructusque sui sacerdotij percipiat, idem Honorius III.constituit. d.c.licet ut quotidianæ distributiones, quæ tantum residentibus in ecclesijs, & his qui intersunt horis canonicis exhibentur, ei minime tribuantur, sed tantum maiores fructus qui non singulis diebus, sed annuatim, uel sexto quoque mense, secundum uniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem conferri solent.

6 † Si quis autem sine causa a sua ecclesia absit, nec in ea resideat, sui sacerdotij fructus perdit, eosque episcopus præstare debet ei, qui absentis loco ecclesiæ deseruiet, & ita Gregorius IX.rescripsit.d.capitulo cum ad hoc.de cleri.non residē. in antiq. ęt si absens ipso facto sui sacerdotij fructus ęperit, eos vtique restituere tenetur. Nam, ut eleganter Accur.Bar. Bal.& alij plerique scribunt in l. .C.de his quibus, ut indi.fructus ab ijs qui sine causa absunt percepti tanquam ab indignis auferri debent, & sane hi sunt, de quibus Ezechiel propheta condolens ait.34.ca.

7 † Veh pastoribus qui pascebant semetipsos, gregem autem meum non pascebant, lac consumitis, & lana uos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatum est non confortatis, & quod ægrotabat non corroborastis, & quod contribulatum est non colligastis, & quod errabat non reuocastis, & quod periit non inquisistis, & quod forte fuit confecistis, & dispersæ sunt oues meæ, eo ęt non fuit pastor.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati non possunt suorum beneficiorum fructus percipere.*
2 *Absolutus ab excommunicatione an recuperet fructus, qui medio tempore excommunicationis prouenerunt.*
3 *Clericus iuste excommunicatus nunquam recuperat amissos fructus.*

Quòd excommunicati fructibus suorum beneficiorum priuentur. Cap.V.

Vt absentes, ita excommunicati suorum beneficiorum fructibus priuantur, nam ut elegantet Innocen.III.scribit.capitulo pastoralis.§.uerum.de appel. in antiq. illi meritò prouentus ecclesiastici denegantur, cui ecclesiæ communio denegatur. Qui enim extra ecclesiam est, quid nomine ecclesiæ possidere poterit? Sed, & si ab excommunicationis sententia appellauerit excommunicatus adhuc tamen pendente appellatione sui beneficij fructus nō percipiet, excommunicatio enim non obstante quacunque appellatione executionem secum trahit, & ita idem Innoc. III.decreuit.

† Sed an absolutus fructus qui medio excommunicationis tempore prouenerunt recuperabit? Et si quidem eum in iuste excommnnicatum fuisse constiterit, nulla dubitatio est, quin omnes excommunicationis tempore percepti ei restitui debeant. Extat enim uetus Alexandri I. decretum huiusmodi, can.super causa.2.q.5.Super causa Gillandi præsbyteri tui de morte episcopi sui, prædecessoris tui infamati in medium contulimus. Itaque circunstantium fratrum vnanimi assensu tuæ dilectioni referimus, præfatum Gillandum presbyterum ante te præsentandum, ubi si certi accusatores defuerint, tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter quæcunque ob hoc iniuste amiserit, ac sacerdotium accipiat & integra beneficia. Diuersa causa est eius quem iuste excommunicatum fuisse constat.

3 † Hic enim ob suum delictum amissos fructus nunquam recuperabit: nam & diuus Gordianus rescripsit l.cum allegatis.C.de re mili.lib.10.Desertorem militiæ, quamuis a principe restitutus fuerit, tamen stipendia eius temporis quo in desertione fuit exigere non posse, & hanc distinctionem Bernar.Panor.& plerique alij probant.dicto capitulo pastoralis. Cęterum, quod ijdem opinantur clerico excommunicato ex fructibus sui beneficij necessarium uictum præstandum esse, mihi non probatur, sibi enim imputare debet, qui absolutionem impetrare negligit, Deumque & ecclesiam contemnit. Quod autem de excommunicato dicimus, idem de suspenso quoque dici debet.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ecclesiarum commendatarum ad quos spectent.*
2 *Sacerdotio comendato fungens non facit fructus suos.*

De fructibus commendatarum ecclesiarum. Cap. VI.

1 Illud prætereundum non † est fructus ecclesiarum commendatarum ad eos non pertinere quibus commendatæ sunt. Hos non prælatos, sed custodes appellari, uulgò notum est, quare sicut is, qui rei depositæ custodiam suscepit,
2 fructus suos non facit, † ita qui sacerdotio ad tempus sibi commendato fungitur, fructus suos non faciet, sed cum finita fuerit commenda, rationem suæ administrationis tanquam procurator reddere debebit. Sed hodie cum sit receptum, ut commendę sint perpetuę, non ab re dixerit quisquam eas pro iusto titulo haberi, & consequenter commendatarios fructus suos facere, & hoc iure utimur.

IOAN. GARSIAE GALLECI HISPANI.
De expensis & molierationibus.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio olim inter exteros, Primus omnium contractus.*
2 *Donatio inter coniunctos primum omnium contractus.*
3 *Diomedis & Glauci permutatio qualis contra Accursium.*
4 *Emptionis & uenditionis æqualitas permutationem, & donationē expulit.*
5 *Testamentum per æs & libram unde cœperit, & quomodo.*
6 *Adoptio quoque per æs, & libram fieri cœpit, sicuti testamentum.*
7 *Expensa inde deriuata, idem impendia, & impensum.*

Source : BIU Cujas

8 *Melioratio uerbum latinum est, & Iureconsultis cognitum, & quid sit melioratio.*
9 *Qui de expensis & meliorationibus scripserint ex nostris, & exteris.*
10 *Expensarum diuisio quatuor continet membra.*
11 *Expensas quæ fiunt gratia colligendorum fructuum quilibet possessor potest deducere.*
12 *Nomine expensarum, quæ fiunt gratia fructuum, quid contineatur.*
13 *Vniuersa traditio Iuliani in l. fundus qui. ff. famil. erciscun conciliatur cum Vlpiano in l. si seruus seruum. § oliuam ff. ad leg. Aquili.*
14 *Colonus qui ipse idem seuit, coluit, sepsit, operis proprij æstimationem deducit.*
15 *Bonæ fidei possessor uniuersalis integros hos sumptus deducit, etiam si fructus excedant expensæ.*
16 *Pro expensis quæ fiunt gratia fructuum competit retentio.*
17 *In solutione decimæ prædialis non fit deductio expensarum gratia fructuum.*
18 *In solutione decimæ non deducitur tributum, collecta, nec merces, aut pensio.*
19 *Ex fructibus semel decimatis non est iterum decima soluenda.*
20 *Tributum debitum fisco an soluendum sit ante deductionem expensarum gratia fructuum contra communem.*
21 *Decima fructuum debita tutori iure Hispano, an soluenda sit ante deductionem expensarum gratia fructuum contra Gasparem Baezium Hispanum.*
22 *In partiario Colono an diuisio fructuum fiat deductis expensis gratia fructuum, contra communem.*
23 *Fructus est quicquid à terra percipitur, quod renasci soleat.*
24 *Bonæ fidei possessor semper necessarias expensas deducit.*
25 *Bonæ fidei possessor quomodo utiles expensas deducat, & numero uigesimoseptimo. nostro iure Hispano bonæ fidei possessorem utiles expensas deducere.*
27 *Arbitrium de quo in l. in fundo. ff. de rei uendicat. iure Hispano admittendum.*
28 *Aquitas captiosa & sine iure temeraria iniquitas est.*
29 *Iam olim ista quæstio de æquitate uetus fuit, Ciceronis locus.*
30 *Vtilitas expensarum unde accipienda sit, an ex domino, an ex possessore.*
31 *Non est onerandus dominus excogitatis expensis.*
32 *Expensas uoluptatis siue uoluntarias bonæ fidei possessor abradit, & nume.*
33 *. abradere quatenus liceat.*
34 *Appositio pacto ut abradere omnino liceat, offerente domino cessat abrasio.*
35 *Offerente domino abrasio indiferenter sublata est in utroque fundo rustico & Vrbano.*
36 *Deformitas urbis non fuit causa prohibendæ abrasionis.*

Expensæ, & meliorationis Etymon, definitio, diuisio, de fructuum expensis, & de bonæ fidei possessore expendente, uel meliorante. Caput primum.

1 HOc † uerbum Expensum, siue expensa, utrumque Latinum est antiquissimũ, rerum ratione deductum, vt autem innotescat, vnde deriuatum sit reuocare in mentem oportet. Permutationem primum & antiquissimum omnium fuisse contractuum quæ vt fere reliqui contractus omnes necessitate cogente inuentus & excogitatus est. Omnes enim gentes, & regna, vt fluminibus, & altissimis rupibus, ita cęli quoque temperie, & indulgentia diuisæ & separatæ: gentium quandam diuisionem, & separationem fecerunt. Ferebat Aegyptus triticum, Græcia vinum. Hispania aurum, hinc lanæ, illhinc ferrum, inde argentum, aliunde autem aliud adsportabatur, neque vlla regio erat quæ simul omnia ad vitam tuendam necessaria ferret. Cumque humana natura fragilis, & malo quodam suo fato debilis omnibus indigeret. Fiebat cogente indigentia, vt passim homines rudi illo seculo, mutuo acceptis redditisque rebus: opem sibi ferrent, & mutuo auxiliarentur. Hoc fuit initium permutationis vetus & antiquissimum, inter eos, qui solo, cœlo, lingua, moribus, patriaque diuisi liberalitate vti nequiuerant. Nam que inter eos qui moribus, lingua, & patria coniuncti vi-
2 uebant, gratuita & amica donatio orta est: & † profecti sunt reliqui contractus: qui donationis speciem habent, vt mutuum, commodatum, depositum, & his similes: in quibus mera liberalitas versatur, Propter mutuam officiorum vicissitudinem: qua se natura ducente humanum genus mutuò prosequebatur. Atqui inter exteros, & ignotos permutatio magis obtinnit, etsi qui contractus sunt qui per mutationis vim & naturam antiquam obtineant; ut sunt emptio, locatio, & reliqui, quos nos nostro nomine innominatos dicimus, alieni prorsus à liberalitate & in mutua quadam officiorum præstatione constituti. Vnde consuedinis humanæ hinc inde permutatio, & donatio, initium cœpisse noscuntur: à quibus veluti à duobus seminarijs ad reliquos omnes contractus paulatim deuentum est. De quo in lege prima. ff. de contrah. emp. origo emendi uendendique (inquit Paulus) à permutationibus cœpit, vnusquisque enim secundùm necessitatem temporum ac rerum utilibus inutilia permutabat; quoniam plerumque euenit, vt quod alteri supereſt, alteri desit, vnde idem Paulus in l. fi. ff. de rerum permutatione. vicinam dixit permutationem emptioni & similem utriusque rationem existimauit in l. 1. ff. eod.

1 † Permutatio autem in eo inutilis esse cœpit, quod sæpe inæqualitate quadam' rationes omnes humanæ vitæ confundebat, ærea, & ænea non semel compertum est aureis fuisse commutata, vnde celebris illa emanauit ab Homero vsque Iliados Sexto, Diomedis & Glauci permutatio, de qua frequens apud antiquiores recordatio est, apud Platonem in Phædro, apud Aristotelem quinto libro Moralium, capite de iustitia, apud Ciceronem ad Atticum. libro sexto. apud Plinium Iuniorem in epistola ad Flaccum, apud Gellium. libro secundo. Noctium Atticarum, fit mentio in proœmio Digestorum à Iustiniano. in §. incipite. prope finem. Vbi Acursius non infestiuè nescio quid de cadis & vino comminiscitur ridiculus: inducuntur ab Homero Glaucus & Diomedes singulari certamine congredientes, inita vero pace, & renouato veteris amicitiæ, & hospitij iure arma commutantes, accepit Diomedes Glauci aurea, præstitit ærea, Iustinianus gloriatur pro æreis legibus dedisse aureas, non credunt Iustiniano viri sapientiores, qui mallent integras veterum Iureconsultorum leges, quam à Iustiniano concisas, & crudeliter dilaniatas. Hæc erat rudi illo seculo permutatio inæqualitate molesta & grauis. Procedente verò tempore excusa pecunia est, quæ æqualitate quadam quantitatis rerum omnium veram æstimationem pensabat.

4 Inde emptio & venditio iniri cœperunt † subortis autem emptione, & venditione, cognitaque utilitate quæ ex hoc contractu rebus hominum accedebat cum absolutam cuiusdam permutationis, cui homines assueti erant, æqualitatem afferret, permutatio & donatio ueluti internetione quadam desierunt ab hominum vsu; equissimam enim conditionem afferre uidebatur emptio ex æqualitate, quam beneficium inuentæ pecuniæ secum adduxit. Itaque in omni hominum commercio emptio recepta est, nec quicquam rectè gestum antiquiores arbitrati sunt quod sine uenditione ficta uel uera reperiretur. Idque ut efficerent: pro pecunia, cuius adhuc nouus & rarus vsus erat: grauis ære utebantur, appenso tamen, & ita sæpe libripens appendebatur, qui quod dabatur æris vel pecuniæ appenderet.

5 Quod † vsque adeo inoleuit, ut in nuptijs, & testamentis receptum sit, quę testamenta antiquiores ex hoc ere appenso, ut cuiusdam ueluti emptionis equalitas & firmitas adesset, per æs & libram vocabant. Fiebat autem per imaginariam quandam emptionem & venditionem. Quinque testibus, & libripende ciuibus Romanis puberibus prętente, & eo qui emebat hęreditatem: quem familię emptorem uocabant: Idque lege duodecim tabularum constitutum fuerat, cum fecuritas testamentorum requireretur, de quo pauca Iustinianus in §. primo. de testam. Institu. libro secundo. cuius legis authoritate bona testatoris emancipabantur, hoc est ab emptore emebantur, de quo emptore plura Theophilus in dicto §. primo. de testamentis. erat autem hic emptor similis hęredi, à quo reliqui tanquam hodie fideicommissarij reciperent: ita Suetonius in Nerone, ex hoc Domitius nascitur quem emptorem familię, pecunięque in testamento Augusti fuisse mox vulgò notatum est: & sępe ne periculum immineret testatori, nihil omnino relinquebatur emptori huic, & ne quicquam comperiretur, quod vltima uoluntate esset relictum, quicquid emptor hic iubebatur, restituere secretò asseruabatur, atque ita uitę testatoris consulebatur, proditę enim sępe tabulę ultimę necem testatori attulerunt. Vnde illud Papiniani, qui vetera præceteris iureconsultis obseruauit, in l. cum pater. ff. de legat. 2. Mando (inquit) filię meę, pro salute ipsius solicitus, ut quò ad liberos tollat, testamentum non faciat, ita enim poterit sine periculo uiuere.

6 Idem † quoque receptũ est in adoptionibus, quę fiebant per prętorem: cum à parente, in cuius potestate filius est, cedetur iure, atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vẽdicatur, istud autem genus adoptionis anti-

quissimę

Source : BIU Cujas

quissimę illis prioribus seculis fiebat terna uenditione apud magistratum, cui venditioni pro numis ęs appensum ueterum more interueniebat, idque erat libripens, idcirco genus hoc adoptionis dicebatur per æs & libram, de quo Suetonius in Augusto Caium & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agripa, Cicero pro A. Cecinna, paulò ante finem. Si pater (inquit) uendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit iam populus, cum eum uendidit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum. Aliqua Franciscus Conanus uir mihi doctissimus & elegantissimus Commentariorum iuris lib.2.ca.5.num.3.& lib.9.cap.1.

7 Ex † quibus expensa dicta sunt in rationibus ab expendendo, idemque impendia, & impensa, quod antiquitus propter rarum usum pecuniæ, vel propter euitandum molestiam pecuniæ, quod hodie quoque fit, omnia appenderentur, expensæ igitur nomine retento ueterum usu obtentum est, ut pecunia quæ consumpta est significetur, unde ratio accepti & expensi emanauit, & nobis hoc nomine id intelligitur, quicquid consumptum est, id autem à sumptibus nihil distat, de eo igitur quod consumitur, uel expenditur siue circa res, siue circa personas, quocunque modo expendatur, nomine expensi significamus, uocauimus autem indifferenter sumptus uel expensas, maluimusque uocari expensas, non impensas, quoniam magis forense uerbum est.

8 Melioratio † quoque Latinum est, idemque meliorare, unde melioratio deriuata, utitur hoc uerbo Vlpianus in lege æquissimum §.inde quæsitum, ff.de usufruct. ibi, & si forte in hoc quod instituit plus redditus sit quam in uinetis, uel arbustis, uel oliuetis quæ fuerunt, forsan hæc deijcere poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem, alia ad hoc notat iurisconsultorum responsa Aluarus Vazquez Lusitanus uir egregia eruditione, elegans. & diligentissimus iuris emphiteutici. quæstio.secunda numero octauo. post Tiraquellum in lege si unquam. C. de reuocandis donationibus. uerbo reuertamur. numero 234. unde apud nos non inepte dicitur filius melioratus, quem pater bonis prælegatis inter cęteros meliorem fecit. Atque meliorationem factam fuisse filio, quod eo adnotatum est; quia non semel audierim uiros non vulgariter eruditos contendentes, uerba ea inepte de filijs dici, esseque potius Hispana ex Hispanis legibus desumpta, ego autem à candore Latini sermonis non abhorrere contendo, etiam si nobis à nostris legibus illa dicendi ratio desumpta esse uideatur. Hæc autem melioratio plerisque dicitur, quando qualitas bonorum est mutata, & bonitas eorum mutata, & adaucta. ita definiunt meliorationem, ut sit augmentum bonorum mutata eorundem qualitate. Beroius consilio 88.libro primo. numero 35. Natta. consilio 601. argumen. deducto à decisio.capitulo primo. de in integ. rest quod quidem sustineri non potest: cum melioret usufructuarius, qui regulariter mutare qualitatem rei fruendæ non possit, ut latè tradimus infra capitulo undecimo numero 38. & 40. & 44. Præterea Pau.de Cast.consilio 270.libro secundo. & eum secutus Antonius de Fano, de pignoribus & hypothecis. part. quinta membr.4.numero undecimo.plantationem uinearum non extimant meliorationes, licèt qualitas rei mutetur, & res melior fiat: quod nos in emphiteuta recipimus infra. capitulo decimoquarto.ubi agimus de imboscatione & plantatione & monte redacto ad culturam denique. lege 41.& le. 44.titulo vigesimooctauo part.tertia augmentum illud quo res melior fit siue de nouo ædificando, siue uetusta reficiendo, uel mutetur rei qualitas, uel non mutetur, dummodo res melior sit effecta, vocant meliorationem, ut argumentum quodcunque contineat, quod rebus accedat, idque contingit in omni genere rerum & conrractuum emptionis,locationis,emphiteusis, societatis,in uasallo, curatore, administratore,hærede,possessore,de quibus omnibns actum sumus,& quoniam istud augmentum modò contingit sine sumptu, opera, & industria, frequenter autem nostra opera & industria, de utroque augmento acturi quoque sumus. Quæ est inuentio nostri laboris, cętera ad dispositionem pertinent, quam sequemur secuti propositam dispositionem.

9 Quoniam † autem ingenuus pudor est fateri, per quos proficias: quoniamque eorum ingenium abhorremus, qui malunt in futuro deprehendi,quam acceptum fateri.Breuiter eos dicemus, qui nobis ad scribendum materiam & legetem subministrarunt, quam quidem ita accepimus, uel libere iudicemus, neque enim est iurandum in verba magistri: sicubi verò quicquè reperiatur, quod ab alio prius dictum fuisse noscatur, ita existiment lectores volo,non suisse nos rapinam arbitratos; nouimus enim sortem fieri ex usuris, sed sæpe studiosioribus contingere multa inter scribendum, quæ eos ita ab institutis amoueant, vt plerunque nesciant, vnde id, quod scripserint, acceperint, quod cum aliis frequens sit, mihi non potuit non fuisse frequentissimum, homini forensibus causis uehementer impedito. De his igitur expensis & meliorationibus, quæ fiunt à rerum possessoribus multi multa scripserunt, omnes tamen aliud agendo, nullus ex proposito rem hanc aggressus est, cum in foro quotidiana & assidua de illis sit disputatio: tam longe enim earundem tractatio patet, quam longe ipsum ius extenditur. Et sæpe compertum est, uiros clarissimos in decisione quæstionum quæ de expensis intercedebant hæsitasse. Cumque sicuti alij hominum actus certis legibus, hæc ipsa expensarum tractatio definita esset: ex certis legibus certa esset causarum definitio: sed fit in hac re, ut causæ de expensis & meliorationibus partim lege, partim authoritate, nonnulla etiam vsu forensi decidantur, quapropter operepreciumme facturum existimaui, si quæ uarie & diffuse apud uarios authores dicerentur obseruata aliqua methodi ratione in vnum congererem: quod quidem eo consilio à me gestum est: vt me ipsum instituerem, non vt ex hoc quicquid laboris sit, gloriam expectarem, noui enim ego, qui mihi bene conscius sum, ingenioli mei exiguitatem: agnosco item in alijs absolutam earum rerum, quæ ad hanc inuestigationem pertinent, cognitionem, præterea forensibus causis impediti non possumus diffusius uagari, scimus tamen Doctores pro ea in qua versantur humanitate rationem, & consilium animi mei boni æquique consulturos, stultorum autem, & imprudentium, nisi mauis impudentium iudicia non curamus, quibus illa vna virtus est, Doctoribus oblatrare: de his igitur expensis scriptores Itali post Accursium omnium magistrum in lege.in fundo ff. de rei uendi. idem Accursius, Bart. Paul. Alex. & Ias.in lege diuortio.§.impendia. ff. solu.matrimo.Antonius de Fano de pignoribus & hypothe. membro. quarto part. tertia. Afflictus in §.vasallus, hic finit lex, in usibus feudorum.Cagnolus in in lege secunda. de rescind. vendi.per plures numeros, inter Gallos Boer.decisio.44.& 47.Franciscus Conanus,Iacobus Cuiaceus nobis suis locis referendi.Tiraq.item in secundo retract.§. septimo. glo. prima. Mod. etiam fœliciter receptus, doctè & arroganter in consuetudinibus Parisiensibus part. prima titulo primo. glos. quinta. ex Lusitanis duo mei prœceptores, quos reuerenter nomino, Emanuel Costa doctissimus & eloquentissimus, & Arins Pinel. diligentissimus varijs in locis, de quibus nobis agendum est. Aluarus Vazquez varia eruditione, & eloquentia non vulgari, in quæstione iuris emphiteutici. vigemoquinto & alijs in locis nobis adducendis, ex nostris eruditissimè vt solet omnia illustrissimus. Didacus Couar. in omni genere disciplinarum adeò versatus, ut de vnaquaque tanquam si nullam aliam vnquam edidisset abundè & copiosè disserere possit: hodie Episcopus Conchensis & propter eximiam virtutem & varias animi dotes supremi Senatus apud Philippum Maximum Præses meritissimus. Idque pluribus in locis, de quibus nobis agendum est: plura tradit dominus Antonius Menesius præceptor olim meus hodie nobilitatis Hispaniæ, & militantium ordinum iudex supremus, & præfectus maximus, idque varijs in locis eorum commentariorum, quæ in lucem edidit. Multa quoque Petrus Peralta in Comment.super leges, in titulo. ff. de lega.secundo. Optimus omnium,qui sua ætate iura interpretati sunt præceptor, & scriptor celeberrimus. Nonnulla Antoni. Gomez vir & literis & pietate præclarus in Commentarijs super Taurianas leges, quarum plures in hoc tractatu difficiliores reperiuntur. Multa quoque accepimus ab antiquioribus, inter quos Ioannes Lupus est de Palatios Rubios diligentia & eruditione clarissimis æqualis, Rodericus item Xuarez, mihi certè nemini ingenij claritate inferior. Ille in sua repetitio. rubricæ, & capituli per vestras. de donationibus inter virum & vxorem, hic multis in locis, quorum allegatio nobis frequens est: Auendanius quoque vir eruditione vtili & quotidiana in eo tractatu qui est, de exequendis mandatis regum Hispaniæ, multa præstitit: Menchaca quoque laborem, & operam nostram iuuit, vir & eruditione & fortuna uaria in quęstionibus suis, & in tracta.de succession creatione. Gregor. Lopez fœliciter receptus in Commentarijs super leges nostras Partitę multa cumulauit, quę pertinent ad expensas & meliorationes, aliqua quoque Didacus de Simancas Pacensis Episcopus īgenij pspicuitate & iudicij optima publica & vera probatione illustris in institutionibus catholicis, & in eleganti tractatu de primogenio,aliqua quoq; nō min' subtiliter & ingeniosè quā eloquēter dns Franciscus Sarmiēto

Source : BIU Cujas

hodie Episcopus Astoricensis in suis Selectis quęstionibus, & in tractatu de redditibus ecclesiasticis uir ueterum iureconsultorum egregius admirator & Sectator optimus, interpretum uerò iuris æstimator non iniquus. Nauarrus quo que magister omnium multa tradit obiter, quæ a nobis ad ducentur. Doctor Redinus iudex omnium quos hucusque uiderim incorruptissimus, nostri huius Senatus Galleci olim Præses hodie supremi Senatus Hispaniæ apud Philippum maximum Senator meritissimus, designatus Illiberitani uulgo Granatensis Senatus Præses, aliqua in suo tractatu de maiestate Principum. Postremò multa cumulauit Ludo uicus Molina supremi quoque. Senatus Hispaniæ Senator, ex suis Comment. satis laudatus, quæ scripsit utiliter & non sine magna gloria de Hispanorum primo genijs, aliquando etiam adducimus fratrem Alfonsum de Castro uirum eruditione ciarum Franciscanum, sacrum Oratorem, facun dia Hispana clarissimum, cui inuida mors designatum Com postellanum Archiepiscopatum ademit: fratrem quoq; Dominicum de Soto uirum & literis & pietate eximium. Alij quoque alia scripserunt, quos adducimus inferius, sed hi fe re sunt qui copiosius hactenus hanc de expensis & melioratione disputationem aggressi sunt cum laude. Multa quoque nobis de hac ipsa re iura constituta sunt, cum autem adeo diffusse sparsa sint, & secretioribus in locis collocata, cumque multis ocium non sit euoluendorum authorum, plurimis uerò in hac nostra Gallecia nec ea librorum copia, non est inutilis futurus noster labor, in unum uolumen coniecisse, quod si hoc argumentum à præclarissimis uiris tractatum est, cum tamen aliud agerent, multa pronunciarunt, quæ uel ambigua interpretatione subobscura reperiuntur, uel ut ingenue & uerè loquar longè aliter accipienda sunt. Constat enim inter uiros eruditos, in quibus obiter uersantur, facilem esse errorem, quo nomine etiam iurisconsulti subnotati sunt, quod latè tradimus infra capitulo octauo numero 50. hactenus de inuentione & dispositione nostri tractatus, de explicatione nominum, & definitione egimus. Adductis authoribus per quos profecimus, diuisio restat, si cui uerò hæc ipsa autorum relatio superuacua esse uideatur, putetque nos aliud egisse, huic facilè condonamus, dum meminerit hoc iam olim ab Aristotele, & Plinio factum fuisse.

10 † Quadruplices autem reperiuntur expensæ necessariæ, utiles, uoluntariæ, quartum genus earum est quæ fiunt colligendorum fructuum gratia. De his sunt iura. lege impensæ. ff. de uerbo. significa. 79. impensæ (inquit Paulus) necessariæ sunt, quæ si factæ non sunt, res aut peritura, aut deterior futura sit, utiles impensas esse Fulcinius ait, quæ melio rem dotem faciant, deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus melior acquiratur, sicuti arbusti, pastinationes ultra quam necesse fuerat, idem doctrinam puerorum, quarum nomine onerari mulierem ignorantem uel inuitam non oportet, ne cogatur fundo uel mancipijs carere, in his expensis & pistrinum, & horreum insulæ dotali adiectum, plerunque dicemus. Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent. Vt sunt uiridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. Hactenus Paulus, qui rem optime depictam, & distinctam suis partibus & membris distribuit: ipsasque partes explicat: facit lege utiles. ff. de petitio. hæred. lege prima. & secunda. & lege sequen. ff. de impensis in reb. dotalibus factis agnouit ne cessarias, utiles, & uoluptatis expensas. lege quadragesimaquarta. titulo uigesimooctauo parte tertia. ibi. Dezimos, que si el fizo despensas prouechosas, & ibi. Ottosi dezimos, quæ si aquellos que son tenedotes de casas, o heredamientos agenos fazen despensas en ellas que no son muy prouechosas, mas son a postura dela casa, o dela heredad, assi como las pinturas, & ibi. Dezimos que aquel que las despensas fiziere que seam menester, ubi nouus & antiquior interpres & ante eos omnes hanc distinctionem admittunt.

11 † Sequitur modò quædam huius distinctionis explicatio, antequam ad particulares expensas, quæ fiunt à particularibus rerum possessoribus, deueniamus; quoniam ex uniuersis regulis particularia rectius intelliguntur, at primum de his expensis agemus, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum. Continet hæc inuestigatio quæstiones quotidianas & utiles, totaque disputatio uersatur in interpretatione. lege fundus. qui. ff. famil. erciscund. atque in his expensis quæ fiunt gratia fructuum colligendorum, uniuersè traditum est, impensas has quemlibet possessorem posse deducere, ac subinde fructus ipsos retinere, quousque soluantur le. fund. qui ff. famil. erciſc. ibi, quia nullus casus interuenire potest: qui hoc genus deductionis impediat lege si à patre uel domino. §. fin. ff. de peti. hæredita. ubi Paul. more suo latè exponit, quid ueniat nomine sumptus, qui fit gratia colligendorum fructuum. atque id censet.

12 † Contineri hoc nomine quicquid quærendi, colligendi, conseruandique fructus gratia irrogatur, idque non solum in possessore bonæ fidei naturalis ratio postulat. Verum etiam in prædonibus, sicuti Sabino placuit. l. fructus ff. soluto matrim. fructus (inquit Vlpianus) eos esse constat, qui deducta impensa supererunt, Speculator explicat in titu. de expensis. §. expensæ. in princ. l. quod in fructus. ff. de usuris, Loriotus de fructibus, axiomate. 4. l. 4. titulo 14. part. sexto. Vbi uterque interpres ibi. E este que era tenedor dela heredad, deue sacar delos fructos en quãto ouiesse la heredad las despensas que ouiere fecho en labrarla, o en razon de coger los fructos della lege quarta titulo uigesimooctauo, part. 3. Vbi idem interpretes ibi. Mas las despensas que fiziere por razon de los fructos en quãto ouiesse la heredad, bien las puede descontar, quæ iure nostro declarationem recipiunt ex Paulo in d. §. fi. ut expensæ in colendis & colligendis fructibus, non solum minuant fructus, uerùm etiam id efficiant impensæ in conseruandis, de quibus nihil constitutum erat nostro iure Hispano, & tenuerat contrarium Bart. in le. cum quærerentur. §. prædijs. ff. de lega. tertio. quem refert & reprobat ad hoc Ludouicus Romanus singulari. 332. ex lege si ita. §. fi. ff. de fundo instructo. & ex. dicto §. fin. in his autem expensis aptè connumerauimus specus, qui fiunt à rusticis circa segetes, ut a ferarum incursu defendantur, sæpes item maceries & cumuli ex congesto cespite, quibus uineas & agros frumentarios occludimus & nascentes fruges conseruamus, in hac uerò specie sępe in hoc nostro Senatu illud animaduertitur, an ex ea causa duntaxat fiant, ut fructus cõ seruent, nullaque alia in re possessori utilitati esse possint, ac tunc quidem admissam Pauli sententiam fuisse non semel animaduertit, quòd si sępes, specus, maceries, ex congesto cespite cumuli, adhuc collectis fructibus usui esse possunt, tanto minus reputatur, quanto utiliores reperiuntur: quod Paulus ad prædonem extendit, nec solum in possessore bonæ fidei admittit in d. §. fi.

13 † In hoc tamen Paulus iure repugnat cum Vlpiano in l. si seruus seruum. §. si oliuam ff. ad legem Aquiliam. ibi, quòd si iam maturas cessat Aquilia: nulla enim iniuria est, cum tibi etiam impensas donauerit, quæ in collectione huiusmodi fructuum impenduntur, ex quo generalis illa decisio. lege fundus qui. Vbi uniuersę decisum est, nullum casum interuenire posse, qui hoc genus deductionis impediat, difficilis est, & ægre sustinebitur, cum contrarius casus positus sit in dicto §. si oliuam. Vbi Vlpianus de eo agit, qui fructus omnino alienos subripit, non autem de malæ fidei, uel bonæ fidei possessore, qui delinquendo, & rapiendo & populando aliena furtim per uim, & iniuriam, expensas donasse intelligitur ex Vlpiano, quæ solutio vera est cum glo. in dicto §. si oliuam. & Iulianus in dicta lege fundus qui. & Paulus in d. §. fin. de eo agunt, qui rem possidet bona, uel mala fide, nihil interest, quem si mala fide possideat prædonem vocant. Idque obseruata ratione dicendi à iurisconsulits. lege sed & si lege. §. scire. ff. de petitio. hæredita. secundùm communem & receptam sententiam ibi, & non puto hũc esse prædonem qui dolo caret.

Quanuis in iure errauit, de quo nos alibi contra Pinellũ capitulo penultimo. & aliqua attingimus capitulo sequen. ad legẽ primã. C. de Infantibus expositis. quod attinet ad nostrum institutum ueriſſimum est dicta lege fundus qui. & dicto §. finali habere locum in bonæ, vel malæ fidei possessore, qui rem fundumve possidet, euicto enim fundo cum fructibus, sumptus deducit, in colligendis & conseruandis & colendis fructibus irrogatos, & dicto §. si oliuam. vbi huiusmodi sumptus non deducuntur, restituta omnium integra fructuum quantitate, habet locum in eo qui pendentes fructus alieno prorsus in fundo vi, dolove per vim, & iniuriam furtim delinquendo rapuit. Qui cum delictum & scelus committat, rationi conuenit, vt illæ expensæ sibi non deducantur: multum enim interest inter malam fidem, malę fidei possessoris, & furis. Quod pertinet ad iuris effectus, etiam si vterque malę fidei sit, singularis Baldi tradi tio in lege mala fide. C. de condictione ex lege. vbi triplicem constituit malę fidei possessorem improbum, improbiorem, & improbissimum, hunc autem eum esse ait, quem ob delictum & facinus iura expensis priuant, quicunque ergo pendentes fructus alienę rei inuasit impensas in colligendis donasse visus est, ex dicto §. si oliuam. quod in nostro Senatu admittendum est in casus summarijs, quas violentię vocamus, vt si quis vim se intulisse probetur, quòd aliena cum fructibus prędia inuaserit, vel vineam, uel syluam cęduam, expensis careat etiam his, quas in colligendis fructibus expenderit, ex dicto §. si oliuam restricta decisione. dicta

Source : BIU Cujas

cta lege fundus qui.quoniam illa summaria causa uiolentię, & uis, quam hoc nomine uocamus,crimini proprius accedit, quàm ulli ciuili actioni, ideo summarie expeditur,præmissa citatione,Guido Papa decis.1. Hypolitus singulari 70. Est enim quædam extraiudicialis defensio, Lucas de Penna in l.si coloni.C de agricolis & censitis.lib.11.Afflict.decis.2. & decis.85.

14 † Quin & illud obseruandum est, ut si colonus suis manibus coluerit, ipse idem seuerit, sepserit, & collegerit, quo casu nullas expensas fecisse uideri poterat ex regula, de qua supra, & nominis etymo: adhuc tamen laboris proprij æstimationem recipiat Abb. in capitulo. ad nostram, numero octauo.in fi.de reb.eccles.nõ alienandis. Bald. in lege si quis sciens. C de rei uendi.Paul.in l.diuortio. §. impendia. ff. solu.matr.ubi reliquit Boer.decis.quadragesimaquarta.numero undecimo. Etiam si fructus adhuc sint extantes, quo casu fundi pars uideri poterant, non fructus,lege fructus pendentes.ff.de rei uendi.lege Iulianus.§.si fructibus.ff.de actio. emp.lege qui fundum. §. cum fundum.lege cum manu fata.ff.de contrahen.emp.lege undecima titulo 15. part. quinta ubi uterque interpres Ang. in lege fructus.ff.solut. matri. quia non dicitur quis fructibus uti,nisi deductis expensis lege prima. C. de fructi. & litium exp. hoc inquit imperator fructuum nomine continetur, quod iustis expensis deductis supersit. Tum etiam quia in hoc fundo exculto, cuius pendentes fructus pars sunt, reperitur labor,cura,& diligentia mea, meaque impensa, quem cum accipis excultum, pendentibus fructibus meam operam,& meam industriam accipis,& meam substantiam cum meo damno.Quod contra naturalem æquitatem est,de qua in l. si me & Titium. ff. si cert.peta.

15 †In iudicio autem uniuersali etiam pauciores fructus proueniant bonæ fidei possessori integri hi sumptus debentur lege quòd si sumptus.ff.de peti.hæred. quòd si sumptus quidem fecit, inquit Vlpianus,nihil autem percepit fructuum, æquissimum erit rationem horum quoque in bonæ fidei possessoribus haberi.Speculator.d.§.1.uers.quid si excedunt. qui cum Accursio in d.l.quòd si sumptus,in bonæ fidei possessore uniuersali loquitur.

16 Inde † qui expensas facit in colendis fructibus & colligendis & seruandis causam habet retentionis cohærentem ipsi rei, quæ causa retentionem inducit: nam licèt regulariter res quæ pignori non est tradita non possit pro debito retineri lege fin. C. cõmodati, prætextu debiti, inquit Imperator, restitutio commodati non probabiliter recusatur le. si non inducta. C. in quibus causis tacite pignus uel hypotheca.glo.Bart.Paul.& Ias in lege si non sortem. §. si centum.ff. de condictio. indebiti. lege quinta titulo octauo parti. 5.si tamen reperitur expensum in ipsa re; tunc habet qui expendit causam retentionis cohærentem ipsi rei, licèt res ipsa nõ sit in pignus tradita. le. colonus. iuncta glo. uers.propter.ff. de & ui arma. lege si necessarias. ff.de pignorati. actione. Si necessarias expensas fecerim, inquit Pomponius, in seruum, uel in fundum, quem pignoris causa acceperim,non tantum retentionem, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem habeo l.quod dicitur.ff.de impens.in reb.dotalib. fact.quod ad pistores, sartores, & pictores extendunt Bald. in dicta lege finali. Angel. in lege quædam. §. numularios. ff.de edendo. Salicetus utrobique, Bart. Paul.Iason,& Alexand.in dicto §.si centum. ut calceos, tabulas pictas, deuectaque.uulgò fardelos retinere possint. Quod eadem ratio postulat in scriptore, & tabellione, ut acta processus pro non soluta mercede retinere possint: quia hi habent iuxta iuris fundatam rationem causas retinendi cohærentes ipsi rei, in hoc nostro senatu, aduocatis, procuratoribus, scribis, & relatoribus prohibita est ista retentio, consulitur tamen sibi datis mandatis de soluendo: quod ego in tabellionibus durum iudico ex fundata iuris ratione, sustinetur tamen, ut facilius causæ expediantur,sed fit plerunque,ut hoc quæsito colore scribæ sua mercede defraudentur, ideo attentius aduertendum est, ex qua causa acta petantur, & ita fit quotidie.

17 † Neque solum ex his quæ diximus interpretamur. dictã legẽfundus qui.sed ex Pontificia decisione in capitulo tua nos. de decimis. ubi particulari decisione constitutum est in decima prædiali,debita ecclesiæ & parocho,ut in facienda eius computatione non deducantur expensæ,quæ sunt gratia fructuũ capitulo pastoralis. capi. non est in potestate. capitulo cum homines, de decimis. gl. in lege si à patre uel domino.§.fin.ff.de pet. hæred.uerbo impensis, ubi Albericus.Bald.& alij. Petrus Rebuffus de decimis. quæstio.undecima numero tertio. Aluarus Vazquez iuris emphi. quæst. decimaseptima numero decimo. ad fin. Gaspar Baeza de decima tutori præstanda. capitulo uigesimonono. in prin. rationem ipsi non addunt, frater Dominicus de Soto in suo eleganti tracta. de Iustit. & iure.libro nono quæstio. quarta art.secundo.ante responsa ad argumentum,ad fin.rationem eam esse ait, cur non deducantur expensæ seminis, laboris, & operæ, in seminandis, seruandis, colendis, & colligendis fructibus; quoniam ita existimandum sit, coitam esse societatem inter agricolam, & Deum Optimum Maximũ, ut ille semen, laborem, operam, & diligentiam ponat,confisusque Dei largitati & beneficio terræ mandat operam suã & impensam, periculo expositus, ne nihil suscipiat. Deus autem immortalis cumulato beneficio frugem conferat:ni mirum igitur si pro suo periculo agricola nouem partes retinens, Deo largitori partem unam integram relinquat,qui iura societatis remittens beneficus esse & uideri cupit. Et cum soleat de hominibus in omni uitæ ratione optimè mereri, in hoc plurimum sibi debere hominem, non obscuro testimonio profitetur, cum quo non leoninam, ut adsolent homines,sed diuinam quandam societatem coierit,plenam beneficio & largitate:ut decet Deum Optimum Maximum cum ergo iure societatis quatuor sibi debitas partes remittat, æquum fuit:ut ex illa una, quam sibi retinuit in recognitionem beneficij præstiti, nullæ expensæ deducerentur: Sotus nihil ad hoc allegat, eam autem rationem agnouit concilium Triburiense sub Arnoldo Imperatore, anno è salute Christiana. D CCCXCV. capite 13. de decimis. Decimæ (inquit) ex debito requiruntur, quod si diceret Deus meus es, ò homo, mea est terra, quam colis, mea semina, quæ spargis, mea animalia, quæ fatigas, meus est solis ardor, & cum omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solam decimam merebaris, sed seruo tibi nouem, da mihi decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergo quærat aliquis,cur decimæ dentur,sciat quòd ideo dandæ sunt, ut hac deuotione Deus placatus largius præstet, quæ necessaria sunt,hactenus concilium, quod est addendum his quæ tradit Sotus ubi supra.

18 † Ex quo genere largitatis illud descendit, quod tradit idem Soto in responsione ad quartum argumentum ubi supra, quod cum Deus Optimus Maximus erga nos liberalitatem exerceat; quia relictis societatis hamanæ legibus è decem partibus unam retineat Deo domino, & largitori, cum posset iure optimo omnium dominus omnia habere, ut hæc decima Deo largitori debita nulli subdatur tributo, nulli collectæ,nulli mercedi, nulli pensitationi, omnia hæc post decimam soluenda sunt. Quod Sotus colligit ex D. Thoma quem refert. uigesimasecunda quæstio.87.Constitutum tamen fuit in concilio Lateranensi sub Innocentio tertio capitulo 54. de decimis,& est in capitulo cum non sit in homine.de decimis. Siue igitur ager uectigalis, siue emphiteuticarius, siue censuarius sit, ante meredem, pensionem,uectigal, & censum decima Deo soluenda est,ante tributum & collectam, de quibus dicemus inferius capitulo undecimo anno 45.& est interpretatio ad dicta lege fundus qui.quam interpretamur, vt in decimis non habeat locum quæ Deo dantur, ex qua ratione an habeat locum in decimis,quæ nobilibus præstantur in hoc regno iure præscripto

19 tu cogita. de his inferius c. 9.à nu.90.† postquam autem semel fructus sunt decimati, demari amplius non debent.Sotus vbi supra.

20 †Hinc nonnullis placuit id quoque esse recipiendum in fisco, vt si pars quota debeatur fisco, prius soluatur, quàm expensa deducatur, quod est notabile pro tertijs, quę regibus Hispanię soluuntur authores huius opinionis sunt, inter nostros Auendanius par secunda capitulo decimoquarto numero decimoquinto de exeq. mand.inter Gallos.Tiraq.libro primo. retract.§.decimoquinto glo.prima numero 12. inter Italos Afflictus decisio. 252. Post Bald. Angel. Imo.Cuma.Roma.Alex.Aretin. Socin.Iasonem in lege fructus.ff.solut.matrim.& quos refert inter Lusitanos Aluarus Vazquez quęstione 17. numero 20. & inter nostros Gaspar Baeza ubi supra capitulo vigesimonono.numero primo rationem eam esse aiunt.

Quòd fauor decimarum scilicet prius,extendendus sit ad fauorem publicum, quę ratio diluitur ex ea, quàm adduximus ex concilio Triburiensi, quę in fisco habere locum nõ potest, odioso, & cui iura inimica sunt l.una.§.fi.C.de caducis tollendis. ideo nos ab hac recepta sententia decedimus, & inferius capitulo undecimo numero 60. habebit ergo locum dicta lege fundus, qui. in tributario prędio contra communem hanc sententiam. Ex diuersa ratione quę in fisco,& in Deo reperitur, præstat hic,accipit ille:unde immerito Gaspar Baeza ubi supra cum agnosceret eam senten

21 tiam † scilicet non rectè argumentari à decimis ad tributa, quia non subsit eadem ratio; quoniam alterum sit fauore

Source : BIU Cujas

pleniſſimum alterum uerò nimis odioſum, cumque id fundarit numero ſecundo tertio & quarto cumque ex hoc principio deriuarit illam concluſionem, ſcilicet decimam fructuum tutori debitam (de qua nos agimus infra. capitulo 20. numero undecimo & decimotertio.) Ita demum deberi deductis prius his expenſis fructuum, ex multis ſed maximè ex regula dictę legis fundus qui. & alijs, tandem à numero ſeptimo tenet contrarium, mouetur leuiſſimis argumentis, quæ non debuerunt hominem foro aſſuetum ſcholarum delicijs egreſſum in eam ſententiam adducere: idque ut teneat mouetur triplici argumento, cui facilis eſt reſponſio.

22 † Adſtruit ptimum in partiario Colono (& hæc eſt alia declaratio ad dictã legẽ fundus qui.) receptum eſſe, ut diuiſio fiat fructuum non deductis expenſis fructuum, quæ quidem ſententia cum fatear communem & receptam eſſe, non difiteor eſſe falſiſſimam; cum neque ius, neque legem habeat, ratioque aliud poſtulat. Authores huius opinionis ipſe refert. Bald. & Iſern. in l. 1. de fructibus & litium exp. Bald in l. 1. C. pro ſocio q. 7 Bart. Bald. poſt Alber. in lege fructibus. ff. ſolut. mat. Afflict. dicta deciſio. 252. Bertran. conſilio 255. libro primo numero quarto, Innoc. Hoſtien. Abb. & reliquos in d. cap. tua nos. Franciſcum Marcum deciſio. 888. & 890 numero 12. & 2. hanc opinionem dixit receptam Aluar. Vazquez, q. 30. ubi ſupra, numero 9. modò ita argumentatur Baeza, cum in partiario Colono iſtud receptum ſit, meritò recipiendum eſt in tutore cum ſubſit eadem ratio iuris conſtituti, hoc uerò argumentum deductum à partiario Colono præſupponit ueritatem receptæ ſententiæ in partiario Colono, quę tamen falſiſſima eſt, nam primùm eſt contra expreſſa iuris principia, quæ adduximus ex dicta lege fundus qui. & quæ tradimus infra capitulo 14. numero uigeſimotertio. tum etiam quia receptę ſententiæ authores non omnes eam probant, etiam ſi authores eiuſdem referant, aliqui ſine iure eſſe non diffitentur, plerique ad conſuetudinem referunt, quæ uirum de iure ſolicitum nulla in re recreat. Vide Bart. & Ias. in dicta lege fructus. & Franciſcum d. deciſio. 888. & 890. & Aluar. Vazquez, qui ab ea decedit, & meritò, ubi ſupra. Quia quæ iura ſunt de decimis non poſſunt applicari Colono partiario, & domino, ex ratione Dominici de Soto. Deus author naturæ fruges dat, fructus efficit, procreat, & conſeruat. Dominus non item, quare in Colono quoque partiario recipienda eſt regula d. l. fundus qui. ff. famil. erciſ. quam interpretamur idẽ in tutore, idque repetimus d. c. 14. nu. 23.

Secundò argumentatur Baetius, idque numero octauo & id argumentum ſecundum reincidit in primum; quia licèt uerum ſit (inquit ille) quòd fructus dicuntur deductis expenſis illud (ait ille) uerum eſſe, quando non debetur quota pars fructum, ut puta dimidia, decima, quarta, allegat. capitulũ tua nos. & c. paſtoralis, ſuprà adductis, & ita exiſtimat nullam eſſe iuris rationem particularem in decimis, quaſi illud recipiendum ſit uniuerſe, ubicunque fructus debeantur per quotam, quod notant Hoſtien. & Abb. ibi. Illa autem Doctorum traditio falſa eſt extra cauſam decimarum. In decimis uere recipitur propter largitatem Dei optim. max. quam adduximus, ex cap. tua, & capitulo paſtoralis. non poteſt deduci argumentum extra decimas Deo debitas, itaque hoc ſecundum argumentum eſt idem cum primo.

Tertium argumentum, quo mouetur eſt deductum ex uſu loquendi; quoniam (inquit) agricolæ omnesque ita ſoliti ſumus loqui, ut cum dicimus ex uinea noſtra tot uuarum corbes, deductos intelligam nullis deductis expenſis, unde exiſtimat uerba legis Hiſpanæ in lege ſecunda titu. ſeptimo libro tertio foro leg. & le. Si el padre, titulo delos herederos, libro quarto legum Gotorum ibi mantengales delos fructos, y tome pera ſi el diezmo. Ita intelligenda eſſe nullis deductis expenſis fructuum, idque ex quadam æquitatis conguentia (uti ipſe ait.) Ego primum nullam hic uideo æquitatis congruentiam, & quotidie fugio iſtas æquitates non ſcriptas, infra hoc capite, numero uigeſimooctauo. tum uideo ſcriptum ius, quod conſtituit iſtas expenſas omnino deducendas, tum rem ipſam pleniſſimam iniquitate cenſerem erga pupillum, ſi expenſæ ſibi computentur in ratione tutelæ & decima fructuum ſine expenſis ſoluatur: tum Bart. & Ias. in dicta lege fructus. ff. ſolut. matri. ſine iure eſſe aiunt, quod de partiario Colono receptum eſt, ego addo eſſe contra expreſſa iura dicta lege fundus qui.

23 quod uerò attinet ad uſum loquendi† non ſolum uulgus ita loqui conſueuit, ſed & iuriſconſulti eam locutionem agnoſcunt, quidquid enim à terra percipitur, ſi renaſcatur, fructus uocant lege diuortio. §. ſi uir. ſecundum communem & receptam allegationem. ff. ſolu. mat. cæterum in uera ratione iuris ſi ſumptus intercedat ratio: id ſolum nomine fructus intelligit ius, quod ſupereſt deductis expenſis factis propter fructus. dicta lege ſi patre uel domino. §. finali dicta lege fructus. dicta lege fundus qui. dicta lege prima. quarum regula recipit declarationem ex dicto §. ſi oliuam, ſecundò ex dicto capitulo tua nos. & capitulo paſtoralis. & capitu. non eſt in poteſtate, & capitulo cum homines, in cæteris autem ſcilicet fiſco colono partiario, & tutore uiget regula dicta lege fundus qui hæc autem pertinuerunt ad expenſas quæ fiunt gratia fructuum. Nunc reliquas aggrediemur neceſſarias, utiles, & uoluptatis in bonæ & malæ fidei poſſeſſore, reliqua generalia attingentes, quæ pertinent ad expenſas antequam ad particulares rerum poſſeſſeſſores deueniamus. In quibus propter naturam contractus ſæpe decedimus à regulis uniuerſalibus: poſtremò de computatione ipſarum cum fructibus, & de æſtimatione, & probatione cum nonnulla dixerimus, noſter labor finietur: quem propter me ipſum, & mei ſimiles ſuſcepi non propter doctiores, qui omnia hæc abundè callent & ſciunt.

24 † Quod uerò pertinet ad reliquas impenſas in bonæ fidei poſſeſſore longe alia conſideratio eſt, quàm in malæ fidei poſſeſſore: namque neceſſarias expenſas, quas iam ſuperius expoſuimus, quæ ſint, bonæ fidei poſſeſſor ſemper deducit lege Paulus. in fin. ff. de doli exceptione. lege ſi in area. ff. de cond. indebiti. lege adeo. §. certè. ff. de acquiren. rerum domi. idque non ſolum excipiendo de dolo & retinendo iure conſulti omnes exiſtimarunt. dictã legẽ ſi in area, ibi. nullo alio modo quàm per retentionem impenſas ſeruari poſſe, de qua lege nos ſæpe acturi ſumus, & agimus late infra capitulo ſeptimo. per plures numeros, & dicta lege Paulus. dicto §. certè. ibi per exceptionem doli mali repelli: & ibi oppoſita doli mali exceptione, ſed nouiore iure Codicis actione quoque & petitione lege domum. C. de rei uendic. ibi. nullam habent repetitionem, niſi neceſſarios ſumptus fecerint. quod ius in hoc nouum eſt, & iura omnia illa antiqua inducta noua actione extendit, ut hic poſſeſſor propter neceſſarias expenſas excipiat, retineat, & agat, petatque: nobis Hiſpanis eſt lex quadraginta titulo uigeſimooctauo part. tertia. quæ exceptionem & retentionem potius quàm actionem præſtare uideri poterit attentius intuenti, ibi. Que aquel que las deſpenſas ficiere que ſean meneſter, que las puede y deue cobrar, & ibi. e mager el ſeñor dela coſa, o dela heredad lo uencieſſe en juyzio non gela deue ante entregar: de qua concluſione nulla diceptatio, nec dubitatio Doctorum eſt, & ſunt iura expreſſa, ideo referre ſcriptores uolumus, quod nobis erit obſeruandum in his ſententijs quæ iuribus comprobentur, nullumque habeat contradictorem.

25 † Sequens concluſio ſit bonæ fidei poſſeſſor utiles expenſas deducit tribus caſibus obſeruata Doctorum explicatione, primus, ſi dominus aliàs erat facturus huiuſmodi utiles expenſas: ſecundus, ſi illico erat rem ipſam utiliter meliorata uenditurus, ne commodum cum aliena ſubſtantia ſine cauſa diteſcat.

Tertius caſus, ſi ſit diues, & habeat unde has utiles expenſas ſoluere poſſit. hos tres caſus, aiunt quidam, Celſum ueterem iuriſconſultum poſuiſſe in l. fundo. ff. de rei uendica. ibi finge dominum, eadem facturum fuiſſe reddet impenſas: & ibi finge pauperem, cui ſi reddere id cogatur laribus ſepulchriſque auitis carendum ſit, ſufficiet tibi tollere, & ibi eam eſſe perſonam domini, quæ receptum fundum mox uenditura ſit, hactenus Celſus, & iuxta hanc interpretationem hanc trimembrem diſtinctionem deducũt ex dicta lege in fundo. Barto. Bald. & alij, quos huius diſtinctionis authores refert & ſequitur Anton. Gomez in lege quadrageſimaſexta. Tauri. numero ſecundo uerſi. ſi uero. qui allegat legem quadraginta titulo uigeſimooctauo part. tertia. iſta autem partitio non eſt ſine difficultate, tum ex ipſa lege noſtra Hiſpana, cui plurimum concedendum eſt; quia nobis facit ius, non uerò Celſi reſponſum in dicta lege in fundo. etiam ſi ipſum intelligamus iuxta Antonij Gomez interpretationem in illis tribus duntaxat caſibus. Et in triplici illa ſpecie, quàm iuriſconſultus. Celſus tractauit. Præterea augetur difficultas ex lege quadrageſimaquarta eodem titulo. & part. quæ, ut ad oculum patet, nihil requirunt in domino eorum, quæ animaduertit Antonius Gomez ex dicta lege in fundo. & quos ipſe refert & ſequitur, tum etiam quia iure communi regula uidetur firmanda in contrarium, ut ſcilicet ſemper utiles bonę fidei poſſeſſori deducendę eſſe uideantur, idque tradendumſit regulariter, niſi æquitas aliud ſuadeat, ex dicta lege in fundo. quæ bene probat hanc regulam, exempla autem illa tria neque ampliant, aut extendunt, neque conſtrin-

Source : BIU Cujas

ſtringunt regulam, & magis ſuadente deducendas eſſe expenſas utiles, quam non deducendas, apertior ad hoc deciſio in lege planè. & in lege utiles. ff. de petitione hęreditatis, ubi indiſtincte doli exceptione oppoſita utiles expenſę deducuntur: quoniam autem poterant aliquando etiam ab hoc bonæfidei poſſeſſore non deduci ęquitate ſuadente, ut erat ſecundo caſu d.l. in fundo. retento ſcilicet ſi dominus qui ſoluturus eſſet expenſas pauper ſit, & res meliorata auita, qua carendum omnino ſit. Niſi ſoluat dominus pauper expenſas, qui unde ſoluat nihil habet, nec decet carere re auita, ac ſubinde ſepulchris & laribus auitis iuxta textus in l. quæ tutores. ff. de adminiſtra. tutorum. & in l. ſi emptione. ff. de minoribus. adde in hac ſpecie propoſita ubi difficultas ſolutionis eſt ex parte domini, ad recuperandam rē auitam, utiles illas expenſas abradi non poſſe à bonæ fidei poſſeſſore ſine rei interitu. Quo quidem caſu aperte æquitas uidebatur ſuadere, ne deducerentur expenſæ illæ à bonæ fidei poſſeſſore, immo uidebatur dicendum, omnino tradendam rem cum expenſis domino pauperi; quia ſolue re expenſas non poteſt, ne re auita careat, neque abraſionē concedendam eſſe bonæ fidei poſſeſſori; quoniam conſtituimus, abraſionē ſine læſione rei ꝓtingere non poſſe, itaq; inopia, auitus fauor, difficultas abradendi, uidebantur adimere utilium expenſarum deductionem. Aequitasque id uidebatur poſtulare, ne deducerentur, quæ ſcripta eſt in l. utilium. ff. de impenſ. in reb. dotali. factis, utilium (inquit Paulus) nomine ita faciendam eſſe deductionem, quidam aiunt, ſi uoluntate mulieris factæ ſunt: iniquum enim eſſe compelli mulierem rem uendere, ut impenſas in eam factas ſoluat, ſi aliunde ſoluere non poteſt, quod ſummam habet æquitatem. Quid autem in hac ſpecie ſoleat pronuncia re. Quid autem in hac ſpecie ſoleat pronunciare Senatus noſter dicimus capitulo ſexto numero undecimo. Sat ſit ergo moſtraſſe, poſſe id fieri, ut bonæ fidei poſſeſſor utiles impenſas iure quidem debitas deducere & conſeruare non poſſit. Itaque procliuius multo eſt in hac utilium expenſarum deducendarum tractatione regulam affirmatiuam firmare, ut regulariter deducantur, quàm negatiuam, at uerò quoniam ut dicebamus ex rebus cauſisque ęquitas aut iniquitas inſurgere poteſt, ſi aliquando deducantur, uel non deducantur, ideo Celſus conſultiſſime in d.l. in fundo. ex perſonis cauſisque bono uiro conſtituendum reliquit, idem fecit Paulus, qui eiuſdem temporis fuerunt iureconſulti Papiniani auditores in d. l. utilium. idem Pomponius Celſo & Paulo æqualis Papiniani quoque auditor, in l. niſi uenalem. ff. de rei uend. exempla autem illa tria à Celſo adducta, addita ſunt, ut rem magis exponerent exemplis, quibus res, de quibus ſermo eſt, fiunt clariores, quàm ut ad illa tria exempla uniuerſas regulas utilium expenſarum reduceret. Paulus enim in dicta lege planè. omnino & indiſtinctè cenſet

26 † ꝓſeruandas eſſe utiles expenſas bonæ fidei poſſeſſori, idem nobis noſtra lege Hiſpana deciſum eſt, ex quibus regula ſumenda eſt. Verba noſtræ legis hæc ſunt. Otroſi dezimos, que ſi el fizo deſpenſas que fueſſen prouechoſas, ſi las fizo en buena fe, que la deuecobrar maguer no fueſſen meneſter.

27 Neque † noſtrum ius ſumouet boni uiri illud arbitrium, de quo in dicta lege in fundo. & in dicta lege utilium, quoniam arbitrium illud proficiſcitur ex æquitate ſcripta, quam non ius ciuile, ſed naturalis ratio induxit. Quo cuique ſuum reddendum eſt, naturalia autem iura nullibi excluſa reperiuntur, ſed perpetua & uniuerſa ſunt legeque ciuili comprobata, etiam ſi iuris ciuilis inſtituta meritò dicantur. Et rectè nominentur, non ideo minus ęquа & iuſta uideri poſſunt, ex ipſius naturæ ductu.

Quamuis enim iure Cæſarum, aut Hiſpano ſcripta ſit illa ęquitas, qua cuique ſuum reddendum eſſe arbitramur; quia tamen illa iura nihil aliud effecerunt, quàm naturali huic iuri uim quoque & poteſtatem ciuilem addere, qua ciues in rebus gerendis arctius uincerentur: meritò leges illas, quæ naturalem æquitatem continent, naturalis iuris inſtituta eſſe cenſemus. Ideo que ex hac naturali æquitate temperari ciuiles omnes leges conſtat, quod non eſt admittendum in alijs legibus, quæ mere ciuiles diſpoſitiones continent Immo leges ciuiles Hiſpanæ ad literam accipiendæ ſunt, neq; licet ab eis decedere ullo quæſito colore, nec ulla fictitia æquitate admiſſo tamen arbitrio Celſi in dicta lege in fundo. ad illa tria genera aut exempla uniuerſa utilium expenſarum tractatio non eſt reſtringenda. Quia iniquitas ſubeſt, ſi reſtringas, finge enim me in fundo, qui petitur & euincitur domum utiliter erexiſſe, qualem uicinus in uicino fundo habet, an dices: quia dominus omnino non fuiſſet factu rus, neque uenditurus, non conſeruari mihi has expenſas utiliter factas? quin ſi dominus pauper ſit, cur meas expenſas, quas donare, legare, & uendere poſſum? quia iure proprio poſſideo ut infra dicemus, capitulo ſexto numero 20. non uendam, ut ſubſtantiam conſeruem meam, poſtquam dominus pauper eſt? Certè quanuis nullus ex illis tribus caſibus occurrat, ſi alius ſit, idem quoque decidendum eſt, ita ut utiles expenſæ deducantur omnino, poſſint tamen non deduci ſuadente æquitate ex dicta lege planè & dicta lege 40. quæ deducendas omnino conſtituit, admittet ergo dicta lege 40. boni uiri arbitrium, de quo Celſus in dicta lege in fundo, & ita quotidie animaduerto noſtrum Senatum cenſere, cum arbitrium illud Celſi habeat naturalem æquitatem ſcriptam, quæ in tractandis cauſis præcipuum ſemper locum obtinet.

28 Aduertimus † tamen non eſſe hanc æquitatem in omni genere cauſarum arripiendam, neque ſubuertendas eſse leges, & reipublicæ inſtituta conculcanda temere ſub ſpecie æquitatis: nam quæ æquitas ſine iure, ſine lege, quæ ſcripta non eſt, ſed captioſe arrepta, peſtilentiſſimum uirus eſt. Et uiro de re & uita ciuium agenti diralues. Bart. Bald. & reliqui in lege prima. C. de legibus. lege placuit. C. de iudicijs. Abb. in capitulo finali. de tranſact. niſi enim ab hac cauerint cordati iudices, nil erit uel certum, uel perpetuum in iure, quibuſlibet cauſarum ſtatum ad imaginariam & temerariam æquitatem, aut (ut rectius dicam) iniquitatem detorquentibus. Quam iudicium iniuriam ut effugerent Allobroges uulgò Delphinates, uel Sabaudenſes, regno Galliæ addicti à Rege Franciſco poſtularunt, per legatos certis de rebus ad ipſum miſsos inter cętera, ne iudicibus & Senatui quos apud ipſos creauerat Frāciſcus, liceret ex ęquo & bono iudicare: innuentes ſcilicet non obſcurè, cupere eos & poſtulare, ne cui iudici fas ſit, æquitatis ſpecie uim au thoritatemque iuris, & legum conſtitutarum temere euertere, uidebant in his quæſtionibus de æquo & bono pernicioſos contingere errores ſub authotitate iuris ſcientiæ, ex Paulo in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerbo. oblig. Allobrogum petitio primùm barbara uiſa, attentius uiro perſpecta oportuniſſima & prudens uiſa eſt. Refert Franciſcus Conanus comment. iuris ciuilis libro primo capitulo undecimo numero ſeptimo. ubi latiſſimè & elegantiſſimè de æquitate & quatenus ſit accipienda, Cicero pro Aulo Cecinna cùm in hanc incideret quæſtionem, quæ iam illis temporibus fo

29 ro irrepſerat, & bonam fori partem contaminarat. Ita † contra imaginariam (inquit) æquitatem, dum authoritatem iuris ſcripti tuetur & defendet, atque illud (inquit) in tota defenſione tua mihi maximè mirum uidebatur, te dicere iurisconſultorum authoritati obtemperari non oportere, quòd ego tametſi non nunc primum nec in hac cauſa ſolùm audio; tamen admodum mirabar abs te quamobrem diceretur; nam cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant habere æquum & bonum, quod defendant, ſi contra uerbis & literis, (& ut dici ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquati & æqui & boni nomen dignitatemque opponere. Tum illud, quod dicitur ſic ueniat irrident, tum aucupio uerborum, & literarum tendiculas in inuidiam uocant. Tum uociferantur ex æquo & bono, non ex calido uerſutoque iure rem iudicari oportere, ſcriptum ſequi calumniatoris eſſe, bonique iudicis uoluntatem ſcriptoris authoritatemque defendere. Hæc Cicero, qui cum aduerſarium his ueluti acubus pungat, contendentem deferendum eſse ius ſcriptum propter ęquitatem: ita paulò poſt authoritatem iuris ſcripti defendit. Nam (inquit) qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modo iudiciorum, ſed etiam utilitatis uitęque communis, qui autem interpretes iuris uituperat, ſi imperitos iuris eſse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit, ſin peritis non putat eſse obtemperandum, non homines lędit, ſed leges ac iura labefactat, quod uobis uenire in mentem profectò neceſse eſt: nihil eſse in ciuitate tam diligenter, quàm ius ciuile retinendum, & cum hoc ſublato nihil eſt, quare exploratum cuiquam poſſit eſse, quid ſuum, quid alienum ſit, nihil eſt, quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus eſse poſſit. Hæc Cicero, uide quàm periculoſum ſit, quamque plenum iniuria ſemper fuerit, propter imaginariam quandam ęquitatem, quę nullibi ſcripta ſit, authoritatem iuris ſcripti conculcare. Leſſis legibus, uiolato iure, perturbato iudiciorum ordine, & miſerrimi ciuis qui iuſtitiam ſibi expectabat ablatis bonis, utilitate reiecta, honoreque neglecto. Vigeat ergo ius, abeat æquitas non ſcripta, naturalis autem ęquitas ſcripta. Omnia moderetur inſtituta ciuitatis. Omnes temperet ex iure ſcripto leges hactenus de l. in fundo & l. utilium, & de ęquitate quatenus ſit recipienda.

30 † Cum aũt de utilibus impenſis agamus, illud ſolet queri, ut impenſa utilis dicatur, an utilitas ex domino, an ex poſ-

Source : BIU Cujas

sessore expendenda sit, in qua quæstione nõ aliunde utilitas expectanda est, q̃ ex persona domini, non uerò ex persona possessoris, sæpè.n.ditiores pauperum breuiores ædes ꝺductas lateritijs pauimentis, & tabulis sumarijs eductis totam decennij mercedem cõsumunt, at tunc quidem dñi nihil sibi utile recipiunt, quia nihil istis rebus indigebat: magis ergo est, ut perspecta qualitate dñi hac ipsa inutilia esse censeamus. Etiam si utilia possessori sunt lege Titius. ff de actionibus empt. & uendit. ibi, iniquum uidetur in magnam quantitatem obligari uenditorem l. si seruos. ff. de pi. actione. ibi, sicut enim negligere creditorem dolus & culpa quam præstat non patitur, ita neque talem efficere rem pignoratam, ut grauis sit debitori ad recipiẽdum. Puta saltum grandem pignori datũ excoluisti, sic ut magni pretij faceres, alioquin non esset æquum, & quærere me alios creditores, aut cogi distrahere, quod uelim receptum, aut penuria coactum derelinquere me tibi l. sed an ultro. §. 1. de negotijs gest. ibi, quid enim si eam insulam fulsit, quam dominus quasi impar sumptui dereliquit, uel quam tibi necessam non putauit: Onerauit (inquit) dominum secundum Labeonis sententiã, & hęc
31 sunt optima iura, cùm † itaque constituerimus regulam, ut utiles impensæ deducantur bonæ fidei possessori, illud ita accipiendum est, si utilitas dominum respiciat, ne oneretur à possessore excogitatis impensis, multiplicatis sumptibus, quibus impar dominus rem suam derelinquere cogatur. Vtilissimum igitur possessori meliorationes has utiles inchoanti consentum domini requirere, aut iudicis cum cognitione causæ, ne uideatur consultò dominum onerasse expensis: quòd si domino fuerint utiles, tunc nec ipsius, neque iudicis requiro consensum, quod ex causis personisq; iudex animaduertat, infra cap. 12. nu. 52.

32 † Tertia regula est de expensis, quæ fiunt uoluptatis causa, ut has expensas bonæ fidei possessor non deducat, abradat autem sine læsione prioris status l. utiles. ff. de petitio. hæredit. l. in fundo. ff. de rei uendicat. ibi, neque enim malitijs indulgendum est, si tectorium puta quod induxerit, picturasque corradere uelit, nihil laturus, nisi ut officiat l. 44. titu. 28. partit. 3. ibi. Otrosi, dezimos que si aquellos que son tenedores de casas, o de heredamientos agenos, fazen despensas en ellas que non son muy prouechosas, mas son postura dela casa: o de la heredad, assi comolas pinturas quæ fazen en ellas, o los canonesque fazen por que nazca ay agua, o las utras cosas semeiantes destas que fazen ay como por auer deleyte ponellas mas quæ pro, si ouo buena fe en teniendo aquello en quæ las fizo cuydando quæ era suyo: que enton ces puede tomar loque ouiere fecho y lle uarlo, quo iure nostro uerissimum est, bonæ fidei possessorem abradere solùm istas expensas sine læsione rei, iure autem communi uerius est deduci posse exceptione de dolo, itẽ & abradi d. l. utiles.

33 † Neque existimes indistinctè, & omnino esse concessam abrasionem, abradere enim uolenti, si dominus paratus sit tantum soluere, quantum abradẽdo possessor habiturus sit, cessat abrasio ex d. l. in fundo. Barto. & alij, & Bald. in l. sed &
34 si quid. ff. de usufructu, quod quidem habet locum † etiam si appositum sit pactũ, ut omnino abradere liceat, nihil obstante pacto offerente domino cessat abrasio. Bal. per d. l. in fundo. ibi, censuimus uerò, ut si paratus sit dominus tantùm dare, quãtum habiturus esset possessor his rebus ablatis, fiat ei potestas, neque enim malitijs indulgendum est, sequitur Iaſ. in l. 1. C. de iure emphiteutico. nu. 31.

35 † Hęc autem abrasio eoque impediatur in fundo rustico & urbano offerente domino meliorationis æstimationem. Ex d. l. in fundo. cuius ratio (hoc est) ut obuiã catur malitijs, militat in utroque fundo offerente domino, & apertè loquitur in utroque, ibi, si ædificasti uel conseuisti. Deformitas autem urbis alijs iuribus ex prohibita l. 2. C. de ædificijs priuatis. & ita tenendum est contra Moder. in consuetudinibus Parisiensibus. tit. 1. parti. 1. glo. 5. nu. 75. & Isern. in l. 1. C. de iure emphit. nu. 30. prohibitam fuisse abrasionem in utroque fundo propter malitiam non propter deformitatem, quæ non est in prædio rustico.

S V M M A R I V M.

1 *Malæfidei possessor necessariò impendens deducit expensas, & repetit, nec abrasio indiget.*
2 *Abrasio sola malæfidei possessori in utilibus & uoluptarijs expensis concessa.*
3 *Exceptio de dolo nunquam malæfidei possessori, bonæ autem fidei semper conceditur.*
4 *Declaratur l. planè ff. de petitione hæreditatis.*
5 *Desiderare est petere, & desiderium petitio est in iure.*
6 *Prohibitus exceptionem opponere, non prohibetur officium iudicis implorare.*
7 *Ratio quare pinguius succurratur malæ fidei possessori in necessarijs quàm in utilibus & uoluptarijs expensis, & quid nostro iure Hispano.*
8 *Agitur de l. 1. C. de infantibus expositis.*
9 *Impensa alimentorum tam necessaria dicitur, quàm reparatio domus.*
10 *Abrasio singularem & particularem rationem habet in utilibus & uoluptarijs expensis non in necessarijs, & abradit etiam, qui necessariò expendit.*
11 *Fur condictione furtiua tenetur ad æstimationem, qua res unquam plurimi fuit.*
12 *Vtilitas condictionis furtiuæ tum demum locum habet, quando res non extat, quæ sublata est.*
13 *Vegetatio infantis non ex alimentis solum procedit, sed ex facultate naturæ, & de declaratione domini Francisci Sarmiento ad d. l. 1.*
14 *Vegetatio infantis opus naturæ.*
15 *Natura instar patrisfamilias est, qui alimenta alijs præstat.*
16 *Alimentum alit, nutrit, uegetat, & uegetatum conseruat.*
17 *In hac materia expensarum longe alia ratio est furis, & malæfidei possessoris, & de nomine, fur quomodo in iure accipiatur.*
18 *Qui infantem expositum nutrit instar eius qui de nouo ex suo, in alieno ædificat alimenta donasse uidetur.*

De malæfidei possessore necessariò expendente. Caput secundum.

1 In malæfidei possessore longe aliter disputãdum est; sunt enim iura plura, quę iam uiris doctissimis uisa sunt sine pace pugnare, ea tamen omnia distribuenda sunt in partes, ut clarius eluceseãt. Omnia enim simul confuse admodum tractabuntur, itaque in malæ fidei possessore, quod attinet ad expensas necessarias, regula indubitata est ex l. domum. C. de rei uendica. ubi malæ fidei (inquit Imperator) possessores eius quod in rem alienam impendunt non eorum negocium gerentes, quorum res est, nullam habent repetitionẽ, nisi necessarios sumptus fecerint, sin autem utiles licentia eis permittitur, sine læsione prioris status eos auferre, & est expressa iuris decisio, ex quo abrasione non indiget malæ fidei possessor ad necessarias expensas recuperãdas, quinimmo semel traditas has meliorationes necessarias repetere potest, quod pertinet ad l. si in area. ff. de condictione indebiti, de qua infra multa, facit ad nostram conclusionem l. planè. ff. de peti. hæred. Vbi utiles & necessariæ impensæ coniũguntur, sed longe & aliam harum & illarum constituitur ratio. Planè in cæteris necessarijs inquit Paulus, & utilibus expensis possunt separari, ut bonæ fidei quidem possessores has quoque imputent, prædo autem de se queri debeat, qui sciens in rem alienam impendit, sed benignius est in huius quoque persona haberi rationem impensarum: non enim debet petitos ex aliena iactura lucrũ facere, & id ipsum officio iudicis cõtinebitur: nam nec exceptio doli desideratur, hæc Paulus, ex quo responso iuncta dicta l. domum. ad necessarias & utiles impensas recuperandas, malæfidei possessor, de quo nobis sermo est, officium hẽt iudicis, hoc autem officium iudicis in eo uersabitur, vt scilicet in necessarijs malæ fidei possessori succurrat uberius, quã in utilibus, in illis non solùm abrasionem concedet, sed permittet petitionẽ, repetitionem, & retentionem, ex uberrima dispositione d. l. domum. At uerò in his beneficium præstabit abrasionis & separationis sine læsione, hoc est officium iudicis ex d. l. domum. & licèt de hac quæstione, quando abrasio competat, uel exceptio de dolo, uel uendicatio ad conseruandas &
2 recuperandas expensas factas inferius multa dicimus † tñ hic distinguendum est breuiter inter abrasionem, quæ uelut sacra anchora unicum & postremum remedium est malæ fidei possessori circa utiles, & uoluptatis expensas. d. l. domũ. ibi, sin autem utiles l. idemque. §. idem Labeo. uersi. idemq; ait. ff. mandati, ibi. permittendũ est ei auferre, quod sine damno domini fiat l. utiles. ff. de petitione hæreditatis. ibi, ut tñ potestas ei fiat tollendorum eorum, quæ sine detrimento rei tolli possunt. Et circa repetionem, quæ in necessarijs expensis malæ fidei possessori conceditur, itaque licèt Iurecõsultus indistinctè officio iudicis possessori in utilibus & necessarijs expensis, qui malam fidem habeat, succcurri posse fateatur, officium tamen hoc hodie post dictam l. domum. in utriusque uariè præstabitur, in necessarij pinguius, inutilibus parcius, qui necessarias expensas fecerit, quanuis malæ fidei possessor, retinebit, repetet, abradet, qui uerò utiles duntaxat, officio iudicis iuuabitur, ut separatione sibi consultat; quia in utilibus hoc solum repertum est remedium, quo sibi malæ fidei possessor consultat, scilicet abrasione, & separatione sine læsione prioris status ex supra adductis.

3 † Verque aũt indistinctè exceptionem de dolo non habebit: namque exceptio de dolo pessimè applicabit ei, qui dolo fecit: exceptio enim de dolo bonæ fidei possessori, qui expensas facit, non malæ fidei competit l. utiles. ff. de pet. hæredit.

Source : BIU Cujas

redit.ibi.videamus tamen,ne ad picturarum quoque & mar morum, & cæterarum voluptariarũ rerum impensas æque proficiat nobis doli exceptio, & vtique proficiet, si modò bonæfidei possessores sumus l.Iulianus. lib. 7. Digestorum. ff.de rei vend.ibi. videamus, an nihil mihi exceptio prosit, putò autem exceptionem huic non prodesse, nec enim debuit iam in alienã aream certus ædificium ponere, sed hoc ei concedendum est,vt tollat l.adeo.§.certè.ff.de acquir. rerum domin. ibi. poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique si nesciuerit,qui ædificauerit,alienum esse solum, sit igitur regula, vt exceptio de dolo in hac re, quam agimus, negata sit perpetuò malæfidei possessori, ex qua declaratio est ad d.l. planè. vt quoniam exceptio de dolo non competat malæfidei possessori, qui dolum habuerit, cui dolum & fraudem prodesse iniquum sit,verba Iureconsulti in d.l.planè.ibi,nam neque exceptio doli desideratur,esse intelligen-
4 da necessariò negatiuè † ita vt huic de quo agimus malæfidei possessori in omni genere expensarum vtilium, necessarium, & voluptatis nunquam succurri possit exceptione de dolo:cum dolo expenderit,idq; innuunt verba illa, ac si clarius dixisset Paulus, nec enim exceptio doli petitur, vel intentatur,vel opponitur, idq; præterea quòd coacta ratione intelligendum est. Ex iuris regula, quæ dolosõ exceptionẽ
5 doli negat,conueniunt ipsa verba † namque desiderare postulare est, & desiderium postulatio l. professio & desideriũ tuũ.C.de muneribus patrimonialibus.lib.10.l. cũ te transegisse.ibi,frustra desideras. l.si aduersa pars.ibi hoc desideras. l.Ianũ.ibi,improbo desiderio.C.de transac.l.ex duob. fratribus.ff.de neg.gest.ibi,sumptus sibi quasi re meliore facta desiderabat,q̃ loquendi rõ latinis vsitatissima est:vtit Corn.Tacitus in vita Augusti:Tiberiũ(inquit)olim noïe Augusti desideria militũ & legionũ frustari solitũ,& paulò ante, Blessus multa dicendi arte nõ per seditionẽ & turbas desideria militum ad Cæsarem ferenda ait.Itaque verba illa:nec enim doli mali exceptio desideratur,propriè & iuridice interpretanda sunt negatiuè, & est verus & receptus intellectus Bartolo,& alijs post Accursium, qui inferunt ex d. l. planè. quòd
6 † prohibiti exceptionem opponere non prohibentur officium iudicis implorare, quod quidem in hoc casu verissimum est non ex hoc iure,etiam si illud fatendum sit officio iudicis longè aliud cõsequi nos, quàm consequeremur exceptione;hãc enim æstimationem expensarum consequeremur,illo verò abrasionem duntaxat,idque sine læsione,q̃ si læsio omnino futura sit,nihil cõsequemur,vt videas, quàm parum fidendum sit his generalibus Doctorum traditionibus, quas nos vulgari verbo Brochardicos vocamus, q̃ aut nullo iure innituntur,aut ex iure longè & cõfusè petuntur, debemus enim ꝯcedi ibi officiũ iudicis,denegari exceptionem,sed ad diuersa,& imparia; cum enim exceptionem de dolo non habeat hic malæfidei possessor,benigna tamen interpretatione receptum est,vt cum rem possideat;quia possessor existit,illud saltem obtineat,vt per abrasionem sine lę sione possit sibi consulere ex dispositione d.l.domum. & d. §.certè.& ex d.l.Iulianus.idq; ne dominus, inquantum fieri possit,ditescat cum aliena iactura,quod fieri quidem potest si malæ hic fidei possessor cum adhuc rem possideat sine læsione rei abradere possit suas expensas; plurimum enim in hac re prodest ad hanc ipsam rem possessio rei, ex l.Paulus respondit.ff.de exceptio.doli mali ibi,nõ aliàs sumptus consequi posse,quàm si possideat.

7 †Quin & illud maximè effecit,vt pinguius succurratur in necessarijs quàm in vtilibus,& voluptatis repetitione, scilicet non abrasione duntaxat:quia in necessarijs inest periculum,si non fiant,non item in cæteris, necessarias namq; expensas denegãs duplici damno punitur: si enim necessarias recuperaret,factas amitteret,non factis autem damnum resarciret l.ei qui.§.fin.ff.de petit.hęred.ibi,Iu ianus ait:cũ prędia vrbana & rustica negligentia possessorum peiora sunt facta,veluti quia vineæ,pomaria,horti-, extra consuetudinẽ patrisfamilias defuncti culta sunt, litis æstimationem earũ rerum quanto peiores factę sunt possessores pati debent. Tiraquellus de retract.linagier.in fin.num.68. & num. 70. facit l.quòd si nolit §.si mancipium.versic. culpam.ibi,& prętantur omnia quæ præstarentur si viueret.& ibi,culpam autem accipimus omnem non vtique latam: & in l.cum autem. §. cum redhibetur.ff.de ædilitio ædicto,vbi gl.recepta,de quibus infra nobis latissimè agendum est: cum de damnis egerimus. Cum igitur damna & deteriorationem resarciat ex suo in necessarijs expensis non præstitis, nimirum si alia ratio in his atque in illis reperiatur,vt hæ repetantur,illę verò abradantur solum sine læsione prioris status, nostro autem iure Hispano tales expensæ necessariò factæ etiam à malæfidei possessore repetuntur, & conseruantur indistinctè l 44. tit.28.par.3.ibi. E en tal caso como este dezimos, que aquel que las despensas fiziere que sean manester de fazerlas, que las deue, e las puede cobrar, demientra que fuere tenedor de la casa, o de la heredad en que las fizo, quier aya buena fe, quier mala en teniendola, quæ lex repetitionem concedere minimè videtur,semper enim præsupponit,quòd possessor,qui expendit rem ipsam melioratam possideat,ibi,demientta que fuere tenedor, & ibi,en teniendola,& ibi, non gela deue ante entregar,ex quo pronum est, vt arbitremur nouam decisionem l.domum. C. de rei vendic.nostro iure non esse receptam, atque adeò malæfidei possessori in necessarijs succurri retentione ibi, non ge la deue ante entregar,vel abrasione,quæ ex his quæ diximus malęfidei possessori conceditur in vtilibus, ac proinde multo fortius in necessarijs. Valet enim argumentũ à minori ad maius,authentica multo magis.C.de sacrosan. eccles. Vnde nostro iure si malæfidei hic possessor rem necessarijs expensis traderet reparatam,nostra lege vix repeteret, cum illa possessori quandiu rem possidet retentionis beneficium ad conseruandas has expensas concedat,re verò tradita nihil constituit.

8 † Hæc autem omnia quæ diximus de malæfidei possessore circa necessarias expensas difficultatem habent ex l.1. C. de infantibus expositis. vbi in possessore malæfidei contrarium decisum est expressè, mireq̃ lex illa pugnat cum d.l. domum. alimenta enim ibi præstita infanti,quæ necessariæ expensæ aptè tribuimus, vt infra probabimus,non recuperantur à malæfidei possessore. Immo penitus amittuntur, cumq; decisio illius tex. clara & aperta sit, & communis itẽ conclusio deducatur est tex. in d.l. domum. quæ clara item & aperta est.tota difficultas versabitur in intellectu d. l. 1. & in conciliatione istius legis cum d.l.domum. Concordia autem difficilis visa est viris apprime doctis,cum in d l.1.malę fidei possessor expensas necessarias, idest alimenta data infanti non recuperet.verba d.l.1.hæc sunt.Si inuito vel ignorante te partus ancillæ vel adscriptitiæ tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis, sed restitutio eius si non à fure vendicaueris, ita fiet, vt si qua in alendo eo, vel forte ad discendum artificium iustè consumpta fuerunt,restituas,hæc Imperator, duas habet hæc lex partes, in priori necessarias impensas,nempè alimẽta præstita infanti denegat huic malæfidei possessori, contra proximè resolutam cõclusionem, & pugnat in hac priori parte decisio tex. cum d.l. domum. secunda verò pars, quæ de artificio edocto est, pertinet ad vtiles expensas,de quibus modo nihil agimus.Accursius ibi sensit difficultatem, & dupliciter soluit: neutra tamen solu-
9 tio re vera difficultatem diluit, namque † discrimen & separationem inter necessarias impensas,quæ fiunt in cæteris rebus,atque in nutriendo infante, si quis cordate & rectè cogitet,planè nullam inueniet,vterque enim expendit,& quidem necessariò, tamq; necessaria impensa alimentorum est ad tuendam vitam,quàm parietis,tecti, pauimenti,triclinij, & cubiculi reparatio ad tuẽdas ædes, quod præterea; qđ re ipsa patet,probat mihi egregius tex. qui vtrumq; coniungit in l.sed an vltro.§.is autem.ff.de negotijs gestis.ibi,non autẽ vtiliter negotia gerit,qui non necessariam rem,vel quę oneratura est patremfamilias aggreditur, iuxta hoc est,quod Iulianus scribit,cum qui insulam fulsit, vel seruum ægrum curauit,habere negotiorum gestorum actionem. Hæc Vlpianus,qui apte hæc duo genera expensarum connectit reparationem insulæ, & serui ægrotantis medicamina, quæ inter alimenta verissimè referuntur l.verbo victus.ff.de verb.sign. ac ambo eidem iuris dispositioni sine vllo discrimine subiecit,contra Accursium,secundò soluit Accursius, vt aliud sit constituendum in expensis, quæ abradi possint, aliud in his quæ abradi non possunt,contra rei interitum, ex l.sin autẽ. §.sed si puerum meum.ff.de rei vend.hęc tamen,vt diximus
10 supra † in expensis vtilibus particularem considerationem habet,non verò in necessarijs,in quibus ex d.l.domum.intelligimus repeti posse, at verò ex hac l.1.C. de infantibus expositis,contrarium colligimus, de abrasione verò sine læsione nihil modo disputam: in necessarijs enim vel abradi possint,vel omnino abradi non possint,illud inquirimus, an repeti possint,& conseruentur,quemadmodum ex d.l.domũ. ita ex hac l. prima. in vtilibus autem & voluptatis expensis illud maximum momentum est,an abradi possint, vel non, quia sola abrasio in vtilibus & voluptatis expẽsis locum habet præcipuum,& præterea nihil,d.l.domum.d.§. idem Labeo.d.l.vtiles.l.in fundo.ff.de rei vendic.Ibi.si tectorium puta induxerit,picturasq; corradere velit.Ideoque hæc inuestigatio pertinet ad secundam partem d.l.1. vbi agitur de artificio edocto,in quo quæritur,cur saltem expensæ in docendo puero non deducantur,in quo illud respondemus, scilicet, quia illa expensa vtilis est, à malæfidei possessore facta. cui succurritur abrasione,quæ abrasio cum fieri nequeat in disciplina edocta puero sine pueri interitu, meritò talis vti-

lis

Source : BIU Cujas

lis impensa amittitur, de quo proximè dicendum est. Nunc verò ꝑ Accursium sat sit intelligere, distinctionē inter impensas quæ abradi possunt, vel non abradi, perperam applicari posse nostræ quæstioni, in qua dubitamus, cur malæfidei possessor non repetat necessarias expensas præstitas infanti, ex d.l. domum.

Tertiò soluit glos. vt quia in casu d.l. 1. fur puerum furto abstulerit, teneatur quanti res vnquam fuerit, idque propter naturam condictionis furtiuæ, qua fur tenetur ad æstimationem rei furto sublatæ, quæ res vnquā plurimi fuit l.in re furtiua.ff.de cōdictione furtiua, vnde pocula preciosæ cęlaturæ, quæ fuerant mihi in argento rudi adhuc subrepta, queq;
11 fur † ex argento mihi rudi ablato confecit, & egregiè cælauit, condici mihi quidem possunt, in ea autem furtiua condictione æstimatio quoquæ cælaturæ continetur, hoc est impensarum, quæ fecerit fur l.ex argento subrepto.ff.de cōdictio.furtiua.l.si quis vxori. §.si quis mensam.ff.de fur.l.pe. fi.rerum amotat. Vbi in actione rerum amotarum æstimatio rei amotæ fit ea quæ vnquā plurimi fuit, & ita vxor amoueris, sicut fur contrectans impensas quoque amittit, cū condictione furtiua teneatur ad æstimationem rei, quæ vnquā plurimi fuerit ex supra adductis, sed neq; hic intellectus omnino difficultatē tollit, & quamuis proximè accedat ad ve-
12 ritatem, sua tamen difficultate laborat † namque condictionis furtiuæ vtilitas in eo consistit, vt non reddita re furtiua æstimatio eius fiat, quæ vnquā plurimi fuerit, quod quidem euenire nō potest, nisi perempta re furtiua, & è medio sublata, ast cum d.l.infans.ipse vendicetur, & restituatur, cessat inuestigatio illa furtiuæ condictionis, ac subinde semper rediuiua subnascitur dubitatio, cur in restitutione illa & vēdicatione infantis impensæ necessariæ alimentorum non conseruentur, vnde intelligendum est, in d.l.ex argento.nec pocula ibi extitisse, postquam de æstimatione condictione agitur, idem in d.l.pen.res amotæ inuentæ nec sunt, nec oblatæ, idq; patet ex d.l.in re furtiua. ibi, & siquidē obtulit fur, sine dubio nulla erit condictio, sin non obtulit, durat condictio, æstimationis eius, corpus enim ipsum præstari nō posse constat. Vnde meritò nihil consequitur nomine expensarum fur; quia neque extant impensæ, quando cōdictione furtiua agitur, idq; longè aliud est ab specie d.l.1.vbi infans subreptus idem restituitur, & vendicatur cum impensis necessarijs, scilicet adultus, & vegetatus alienis alimentis.

13 † Doctissimus Dominus Franciscus Sarmiento egregius Iureconsultorum Sectator, hodie meritissimus Episcopus Astoricensis, vt est præclaro ingenio, & vtiliter & liberaliter erudito Selectarum interpretationum lib 1.c.10.nu.5.versi. videamus ergo, noue, & vt ingenue fateat acutissimè interpretatur d.l. 1.vt scilicet melioratio, de qua ibi, nō sit melioratio effecta à fure, sed a natura ipsa, nec sit opus alimentorum quæ grandiorem efficere infantem & robustiorem vix possint, nisi adsit natura, veluti artifex, quod ipse vno verbo ait, ego autem sic interpretor & extendo, ideo scilicet in d.l. 1.non seruari furi expensas illas necessarias; quia scilicet conseruatio, & vegetatio infantis non ex alimentis duntaxat dependeat, vis enim & potestas insitæ naturæ (facultatem vocant medici) vegetandi tacita quadā ratione membra protrahit, neruos dilatat, venas extendit, ossa profert, carnes nutrit, egregijq; artificis instar, parua & tenera adhuc membra ad ingentis & robusti corporis magnitudinem & firmitatē paulatim deducit, quod quidem efficere vel fur, vel alimentum non possunt, itaque non secus ac artifex, qui statuā efficit quamuis alius lignum ad statuam instrumentaq; ad artē necessaria præstiterit, effectæ statuæ pretium nanciscitur. ita naturæ quoque egregiæ artifici vegetationem & conseruationem infantis expositi deberi, condigna, scilicet similitudine putat: non verò ei qui naturæ artifici alimenta subministrauit: quæ quidem alimenta sine naturæ ductu, & dispositione frustra præstantur: natura enim excoquit, natura digerit, natura diuidit, & in omnes corporis partes æqua portione
14 distribuit † vnde vegetatio euenit, itaque quemadmodum eum submoueres, qui à te depictæ tabellæ pretium & mercedem expectaret, ac id quidem ex eo solū postularet, quod pingenti tibi colores præstitisset, ita eum submouendum existimat vir ingeniosus Dominus Franciscus, qui infantis vegetationem, & incrementum sibi tribuerit ex eo solum, quod alimenta dederit, opus enim illud non alimenti nec alimentum præstantis est, sed naturæ, quod expresse mihi probat Aristotiles libro de Spiritu, his verbis, porrò de his tribus motibus ambigi rectè pōt, an sint coęui, etsi non sint, quis horum primus sit, & an sit rationabile pulsum respiratione priorem statui Nam alitio priusquam totum animal sit perfectum est. Et posi quam perfectū est animal, atractio enim menstrui humoris ad formationem fœtus, & partium delianatarum auctio nutricis facultatis opus est, quę-

admodum designatio partium ex semine formatricis. Hactenus Aristoteles, qui locus apertissimus est pro hac noua opinione.et expositione ad d.l.1. idemmet Aristoteles li.2. de partibus animantium, c. 14. naturam authorem facit rei melioris, quæ in homine reperitur, quò ad eius fieri possit, rursum de generatione animantium lib.2.c.4. paulò ante finem ita ait, Ceterarum partium vnaquæque ex alimento gignitur, nobilissima quęq; & potissimi principij particeps ex concocto sinceriss imoq; & primo alimento, reliquæ necessariæ ac illarum gratia instituendæ, ex deteriore, & reliquis
15 excrementis, perinde† enim natura atque paterfamilias prudens, nihil amittere solet, ex quo fieri aliquid cōmodi possit: Dispensatur autem in cura rei familiaris: ita vt cibus optimus detur liberis, deterior seruis, vilissimus socijs animalib. hactenus Aristoteles, qui naturam in vegetādo homine patremfamilias facit. Ex his autem videbis naturam digerere, alimentum facere, factum distribuere, ac id quidem prudenter veluti patremfamilias prouidum & industrium. Hæc est interpretatio, acuta me hercule & ingenio plena, sed mihi cui non ea mētis acies est, ad quantulamcumq; enim splendoris aciem & speciem obcæcor, neque probatur, nec improbatur. Nam quod attinet ad philosophiæ regulas ipse-
16 met Aristoteles incrementum † viuentium animantiū alimento tribuit lib.de Spiritu, in principio dicens, sic alimentum his appositum, quæ animam habent conseruat ipsa & maiora reddit, rursus alimenta necessaria ad tuendam vitam esse, Polyticorum lib.1.c.5.ait, præterea ex alimentorum qualitate corpus quoque, decor, habitudo, & ingeniū ipsum formatur qualisq; cibus est, talis est corporis habitudo, vnde est Martialis Epigramma trigesimum, lib.5. ad Gel liam.

Si quando leporem mitis mihi Gellia, dicis
Formosus septem Marce diebus eris
Si non derides, si verum lux mea narras
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Inde est apud Aelium Lampridium in vita Alexandri Seueri Imperatoris, qui Vlpianum pro tutore habuit, Epigramma illud.

Pulchrum quod vides esse nostrorum regem
Quem Sirum sua detulit propago
Venatus facit, & lepus comessus
Ex quo continuum capit leporem.

Atque ipsemet Alexander cum ex amicis quidam hos versus obtulisset, idem Lampridius refert, quòd hæc carmina quoque rescripsit.

Pulchrum quod putas esse vestrum regem
Vulgari miserande de fauella
Si verum putas esse non iraſior
Tantum tu comedas velim lepusculos
Vt fias, animi malis repulsis.
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Cum igitur alimenta præcipuam habeant nutriendi facultatem, alimentis tribuenda est alimentatio, præterea nos nostras expensas quærimus, quæ in re meliore effecta reperiuntur. Nec dubitandum est, impendisse eum necessariò, qui alimenta præstiterit, nanque si hæc ipsa negasses, necasse videri potuisses. Fx iuris nostri dispositione instar eius qui ꝑdia vrbana vel rustica negligentia sua peiora effecit. Quanto peiora facta sunt æstimatione facta damnatur d.l. ei qui. §.fin.ff.de peti.hæred l.quòd si nolit.§.si mancipium. versic. culpam l.cum autem.versic. redhibetur.ff.de ædilit. edicto. vbi glo.& Albericus, Tiraq.de retract.linagier, in fin.nu.68. & num.70.Cagnolus in l.2.C de pact.inter empto. & vendi. q.84.nu.2; 9.Pinel.in l.2.C.de rescind.vend.par.2.c.3. nu.34. Ludouicus Molina in tract.de Hispano. primog.lib.1. c.27. nu.1.post Gregor.Lopez in l.7.tit.9.par.6.& Pet. Peralt.in l. 3.§.qui fideicom.nu.43.& 44.ff.de hære.insti. De quo nobis agendum est, adde ꝙ in iure æquiparatur reparatio domus & alimentatio serui.d.l.sed an vltro, versic.non autem negotia.§.1 ff.de negotijs gestis. Nec tam subtilem & philophicā inuestigationem forensis vsus recipere solet, pessimeq; alimenta præstita repetenti obijcies de natura tam longam, tam deficilem, tamq; subtilem disputationem: planius forenses causæ agendæ sunt, quamuis subtilissimè indagari debeant.

17 † Aliter aliud agens soluit doctissimus Couarru. in regula peccatum 2.par.§.6.nu.3.vbi fere tenet tertiam solutionē, de qua agimus, cum glo.in d.l.1.& in d.l. domum. scilicet d. l.1.habere locum in fure, in quo diuersa ratio est, & in alijs malæfidei possessoribus, additq; rationem, scilicet quòd in pœnam delicti priuentur impensis necessariò factis, idque efficere iniuriosam rei alienæ occupationem, in alijs autem malæfidei possessoribus, in quibus non reperitur violenta illa & iniuriosa contrectatio rei alienæ, conseruari impensas

necessa-

Source : BIU Cujas

necessarias;quia etiam si malafides reperiatur, absit tamen violenta inuasio.Quæ solutio præter glo prædictam est Bal. in d.l.1.& sequitur præter eum Gregorius Lopez in l.44. tit. 28. par. 3. & adiuuabatur ex eo quod adduximus ad l si seruus seruum.§.si oliuam.ff.ad leg.Aquil.c.1.supra num.13.& ad d.l. si seruus seruum. sensit & tenuit hanc distinctionem idem dominus Frãciscus Sarmiento d.lib.1.c.10. nu.15. vbi in fine testatur, quòd necessariæ expensæ seruantur prædoni,& adducit d.l. planè.ff.de petit.hæred. & est solutio tolerabilis & iuri consona · mala enim fides prædatoris & furis longè alios effectus habet in iure,quàm eius malæfidei possessoris, qui vel à fure causam habet l.etiam si putauit.§.sed si quis sciens.ff.de pet.hæred.sed si quis sciens(inquit Vlpianus) alienam emerit hæreditatem, quasi pro possessore possidet, & sic peti. ab eo hæreditatem quidam putant, quam sententiam non puto veram,nemo enim prædo est,qui pretium numerauit,sed vt emptor hæreditatis vtili tenetur, vides igitur hic apertam differentiam,namque hic etiã si malæfidei possessor sit : quia sciens hæreditatem alienam emerit. Tamen hæc malafides quia eandem emit,multũ differt à malafide authoris,vel ab ea quam ipsemet haberet, si non emisset,& causam ab alio haberet,& tamen vtraque malafides, ideo contra hunc emptorem malæfidei non conceditur petitio hæreditatis,& contra authorẽ proculdubio concederetur ex regula tex.in l.regulariter.ff.de petit.hæred In quo singularis est traditio Bal.in l.malafide. C.de condictione ex lege. ibi triplicem constituit malæfidei possessorem, improbum qui à non domino scienter emit, improbiorem qui à fure,quem furem nouit,improbissimum ipsum furem constituit,mala enim fides, quæ in his reperitur, circa iuris effectus variè operatur.Vt patet ex d.§.sed si quis sciens : nõ enim negamus,non esse malæfidei prædatorem,sed illud fatemur abundare in eo malamfidem,propter inuasionẽ violentam & iniuriosam, dolum & rapinam. Ex quo facilis est responsio ad ea quæ adduxit ipsemet dominus Franciscus, vt nulla differentia sit inter furem, prædonẽ & reliquos malæfidei possessores;fatemur enim omnes esse in malafide,cæterùm contendimus, cum malamfidem potentiorem esse, & latius abundare in prædone;, quàm in reliquis possessoribus,idq; patet ex d. § sed & si quis sciens. vnde propter hanc abundantiam malæfidei iuris effectus latius vel strictius impartimur.Vnde nimirum quòd in furc expensæ necessariæ non conseruentur,ex d.l.1.in reliquis verò possessoribus malæfidei conseruentur;quia non est inuasio,nec violenta occupatio, & ita iureconsulti si rectè inspiciantur ex abundantia malæfidei,quam variè inspiciunt,secundùm varias causarum circunstantias hos vel illos malęfidei effectus cõcedunt,vel negant,nihil in hoc soliciti de nominis Ethymo.& propria significatione; cum enim prædo à præda dicatur, vt notat Platea in l.ab his. C. de nauicularijs lib. 2. in principio,& in l.nec casu.C.de discussoribus,lib.10.qui verã significationem huius nominis Præda,non est assecutus, ea autem est,quam tradit Gellius noctium Acticarum, lib.13. c. 24. ex Cicerone in oratione quam dixit de lege Agraria, vt nomine prædę intelligamus corpora ipsa,quę capta sunt in prælio, & nomine manubiarum pecunia redacta ex præda,vnde prędo est is qui in bello aliquid cepit.Inde trahitur ad quemcunque inuasorem, postremò ad simplicem malæ fidei possessorem:& ita promiscue iureconsulti vtunt,quod probo manifestissimo argumento, repetito eo quod adduximus proximo capit.num.13.scilicet, quòd fur & violẽtus prædo propter delictum amittat expensas factas in colligendis fructibus,quod probauimus ex l.si seruus seruum.§.si oliuã.ff.ad leg.Aquil.Ibi enim fructus ipsi furto subrepti a prædone vendicantur,& ratio nulla habetur de expẽsis,qui fructus licèt ibi vendicentur vt corpus, scilicet vas aureum vel argenteum subreptum vendicaretur, adhuc tamen nisi ibi intercessisset iniuriosa illa occupatio,expensæ recuperarentur;cum enim iureconsultus ibi expensarum factam esse donationem asseueret, meritò colligendum est deducendas aliàs fore, nisi furti qualitas & inuasionis obstaret, aliàs frustra & otiosè facta esset mentio de expensis à iureconsulto in d.§.si oliuam. Igitur ibi non deducuntur : quia factæ fuerunt à fure inuadente & delictum commitente:quod si hoc nomen prædo, propriè reciperetur, pugnaret ex diametro cum d.§.si oliuam.tex.in l.si à patre.§.fin.ff.de petit.hæredit. vbi Paulus iureconsultus prædoni concedit expensas, quas furi negat in d.§.si oliuam.Vlpianus igitur verbum illud prędo, variè accipitur à iureconsultis, aliquando pro simplici malæfidei possessore,vt in d.§.fi.d.l.si à patre,vbi Paulus fructus (inquit) intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum colligendorum, conseruandorumq; eorum gratia fiunt,quod non solum in bonæfidei possessoribus naturalis ratio postulat,verùm etiã in prædonibus,sicut Sabino quoque placuit,coacta igitur ratione intelligendum est,prædonem hic esse malæfidei quemlibet possessorem,non furem, qui expensas illas non deducit ex d.§.si oliuam.ex quo ita intelligendum est in d.l.sed & si lege.§.scire.ff.de pet.hæredit. verbum prædonem ibi,& nõ puto eum prædonem,qui dolo caret,quamuis in iure errauerit : accipiendũ esse pro possessore malæfidei,& non pro violento inuasore, & fure doloso.Et ita intelligunt ibi Bar.& alij.Abb.& reliqui in cap.ad nostram.de rebus eccles.non alienan.Imola in c. si quis presbyterorum.eodem nu.30.Ias.in l.1.§. si vir vxori.ff.de acqu. poss.& in l.3.§.ex contrario.eo.tit. nu.37. Couarru.lib.1.Variar.resolut.c.3.nu.8. Quem receptum intellectum defendimus inferius contra Pinellum in l.2.par.2.c.4.nu.35. qui tex. illum intelligit in prædone,qui verè prædo sit & fur, ex nominis ethymo.cum varie accipiatur à iurecõsultis. Ita quoque intelligendum est in l.planè.ff de pet.hæred.ibi, prædo autem de se queri debet,qui sciens in rem alienam impẽdit, vt verbum illud prædo,pro malæfidei possessore simpliciter accipiatur,non pro fure,& violento raptore,qui furando delinquit,aliàs non subiungeret Paulus iureconsultus ibi. Sed benignius est in huius quoque persona haberi rationem impensarum. Nam si de fure criminoso intelligas, quæ benignitas intercedere potest,vt de impensis ratio habeatur:cõtra d.§.si oliuam,idem dicẽdum est ad l.vtiles.ff.eodem. Vt verbum ibi,nam prædoni probe dicetur,nõ debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere,vt tamen potestas ei fiat tollendorum eorum quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt,postquam enim abrasio conceditur, facilè est intelligere,prædonem eum de quo ibi multum distare à fure, cui nec abrasio conceditur ex generali decisione tex.in d.§. si oliuam.postquam enim impẽsas donat, nihil habet quod abradat Rursum intelligendum est prædonem magis apud iureconsultos significare interdum, quàm malæfidei possessorem,vt in d. l. etiam si putauit. §. si quis sciens.vbi verè emptor,qui sciens alienam esse rem emit,malæfidei est emptor,cæterum quia emit,excusatur à nomine prædonis, ita l.nemo prædo.ff.de regul. iur. vbi Decius,cui hæc addenda sunt.rursum in l.pro hærede.§.fin.ff.de petit.hæred. verbum prædo,ibi.pro possessore verò possidet prædo, in vero prædone sunt intelligenda illa verba, quod ne dubium videri posset ex varia acceptione vocis proximè idemmet iureconsultus Vlpianus explicat in l.nec vllam.ff.eod.ibi,& ideo fur & raptor petitione hæreditatis tenẽtur: ex quibus patet manifestissimè prædonis verbum à iureconsulis variè accipi, longeq; aliquando differre à malæfidei possessore, aliquando verò idem esse. Vnde meritò glo. in d.l.1. C.de infantib. exposit.& Bal.& Gregorius,& Couarru.intelligunt d.l.1. in fure, contra quos nihil faciunt quæ adducit dominus Franciscus Sarmiento,vbi supra num. 3. quia illa iura planè sunt accipienda iuxta ea quæ diximus, aliàs si accipiantur vbiq; propriè,neque id efficient, quod expectatur : cùm pugnent mutuò,sine pace. Præterea quod propriè prædo nõ est fur, vt diximus, sed verbum translatum est à prælio,ob idq; variè accipitur, quod sensit Cicero de Oratore perfecto.lib.3. vbi de verbis translatis agit, cuius verba ad hoc sunt mihi fol.197.tom.1.translata (inquit ille) verba primum propter necessitatem accepta sunt, inde verò propter delectationẽ repetita,quæ à proprio verbo differre ait.

18 Aliter adhuc responderi poterit,impensas has necessariò effectas non conseruari furi huic,siue fur sit,siue tantum malæfidei possessor in d l.1.C.de infantibus expositis. quia scilicet denuò fuerunt factæ in re aliena,hoc est infante recèns nato,expositoq;,quo casu,qui de nouo in alieno solo ædificat malafide & scienter, atque ex propria materia donasse ædificium intelligitur l.adeo.§.ex diuerso.ff.de acqu.rerum domin.qui tex.vt probet nostram conclusionem repetẽdus est,à §.cum in suo solo d.l.adeo.Vbi verba Caij hæc sunt.cũ in alieno solo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipse dominus intelligitur esse ædificij: quia omne quod inædificatur solo cedit,nec tamen ideo qui dominus materiæ fuerit, desijt dominus eius esse, sed tantisper nec vendicare eã potest,nec ad exhibendum de ea re agere propter legem 12.tabularum,qua cauetur, nequis tignum alienis in ædibus suis iniunctum eximere cogatur,sed duplum pro eo præstet, tigni autem appellatione omnis materia significatur, ex qua ædificia sunt.Ergo si ex aliqua causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus tunc eam vendicare, & ad exhibendum agere,immo (vt ipse ait)vsucapto à bonęfidei possessore ædificio,si postea diruatur,habet tamen materiæ dominus vendicationem;quia singulæ istæ res non vsucapiuntur cum toto ædificio,hactenus Caius. Alienam materiam additam in alieno solo semper reseruat pristino & antiquo domino,nec vnquam præscribitur cum ædificio, vel vsucapitur. Addit autem postea, ex diuerso si quis in alieno solo

sua

Source : BIU Cujas

sua materia ædificauerit, illius fit ædificium cuius & solutũ est, & si scit alienum solutũ esse, sua voluntate amississe proprietatem materiæ intelligitur, itaque nec diruto quidem ædificio vendicatio eius materiæ competit. Hæc Caius, ex quo responso semper aliena materia iniuncta solo alieno, vel proprio manet antiquo domino, at verò si propriam ad dideris sciens prudensq;, magis est, vt intelligamus donare voluisse, hæc perpetuò ad hanc materiam notanda sunt, plurimum enim refert, alienam materiam vel propriam addas. Propria enim addita solo alieno & scienter, donationẽ inducit: & mire quadrat Caius cum decisione tex. in l. 2. C. de rei vendicatione, si quis cum Accursio rectè animaduertat, qualiter Caius iureconsultus inducit animum donandi, in d. §. ex diuerso, scilicet cum quis malafide, ideſt sciens solum esse alienum, in alieno solo ex materia sua ædificat, vt contrarium intelligendum sit, vbi quis licèt malafide in alieno solo ædificet, si ædificat ex aliena materia, neque enim inducí potest donatio, cum repugnet iuris regula ex d. §. cum in suo. Ex qua dominium alienæ materiæ semper reseruatur antiquo domino, quam d. l. 2. latius retento hoc sensu cum Caio & Accursio interpretamur contra aliquos, qui nescio quas antinomias suscitant, reiecto sæpe vero sensu, ne dicã ignoto sæpe vero & recepto sensu. Quod attinet ad d. l. 1 C. de infantibus expositis, sat sit intellexisse d. l. 1. procedere in eo qui instar eius qui de nouo in alieno ex sua materia ædificat, materiam donasse videtur, vt alimenta amittat quoq;, qui infantem recèns natum cœperit de suo alere, præsertim ipsum infantem subripiendo adhuc tenerum & paruulum. Donasse intelligendus est, atque ex voluntate alimẽta amisisse est censendus. Quam quidem solutionem propter teneram ætatem subrepti infantis facilè quis probauit, admissa similitudine ædificij erecti in alieno solo de nouo malafide: hancq; vno verbo quoque verè & cum iudicio attingit doctissimus Couarru. d. §. 6. nume. 3. in regula peccatum. par. 2. ait enim & optimè, vt solet omnia, quoniam regula iuris est vt malæfidei possessor conseruet necessarias impẽsas ex d. l. domum. atque hæc necessaria expensa in d. l. 1. furi denegatur. Rationem diuersitatis quærendam & expectandam, vel ex præsumpta malæfidei possessoris voluntate, qua donare voluisse videtur, iuxta iura supra dicta, vel quærendam esse à legali pœna ob contrectationem iniuriosam rei alienę: paucioribus verbis nihil potuit dici elegantius, idq; sensit Accursius, Bart. & reliqui in d l. domum. Atque idem in d. l. ex argento. ff. de condi. furtiua. restat igitur Accursij duplex solutio vera, atque nulla in re pugnare d. l. domum. & d. l. 1.

Ex quibus fur, qui verè fur sit, nec necessarias impensas deducit, ex d. l. 1. quas aliàs deducit malæfidei possessor ex d. l. domum secundum Paulum & Isern. in l. fin. §. fin. C. communia de leg. Cynus & Salyc. in d. l. domum. Faber, Platea, & Angelus in §. certè. Instit de rerum diuisione. Boerius decisione 44. num. 7. Pinellus in l. 2. par. 2. c. 3. nu. 1. ad fin. ac ne eas quidem quas expendit in colligendis & cõseruandis fructibus ex d. l. si seruus seruum. §. si oliuã. ff ad leg. Aquil. quas iureconsultus dicebat omnino deducendas in d. l. fundus, qui. ff. famil. ercisc. & tenebat Bald. in l. si quis. C. de rei ven. Paulus in l. diuortio. §. fin. num. 4. ff. solu. matri. & ibi Aretin. quoque Io. Andreas in c. conquestus. de vsuris, Boerius decisione 44. num. 24. Moder. in consuetudinibus par. 1. §. 1. gl. 5. num. 76. qui Angelum refert, Pinellus d. c. 3. num. 4. atq; hæc pertinent ad malæfidei possessorem necessariò expendentem.

S V M M A R I V M.

1 *Parentes iure naturæ alere tenentur filios suos & educare.*
2 *Iure ciuili id quoque statutum est.*
3 *Natura quare educationem post creationem inuenit.*
4 *Homo omnium animantium miserrimè nascitur.*
5 *Infirmitatem hominis nascentis fortiorem esse fortitudine reliquorum animantium.*
6 *Amor erga filios educationis causa.*
7 *Legitima portio quò ad alimenta & in genera diminui potest, tolli non potest.*
8 *Filij spurij, naturales, & legitimi alendi sunt.*
9 *Declaratio ad legem decimam Tauri.*
10 *Alimenta an debeantur iure naturæ, an verè instinctu naturæ* 11. 12. 13.
14 *Isidorus & Vlpianus variè ius naturale exponunt.*
15 *Ius gentium quid sit.*
16 *Explicatur §. ius autem ciuile. Institu. lib. 1. de iure natu. gent. & ciuil.*
17 *Nomine iuris gentium sæpe ius naturale intelligimus & contra.*
18 *Distinctio iuris gentium in primæuum & secundarium, merùm figmentum est.*
19 *Explicatur noue c. ius naturale l. distinct. contra hucusque receptam allegationem.*
20 *Canonicum ius, & Hispanum non recipiunt decisionem, auth. ex complexu C. de incest. nup & quod non abhorreat à naturali iure. num. 21. & de spurijs.*
22 *Viri & fœminæ coniunctio longè distat à pecudum coniunctione.*
23 *Nuptiarum solennia licèt de iure ciuili sint, nuptiæ verò habent fundamentum naturale.*
24 *Simplicem fornicationem esse contra naturam, & peccatum mortale.*
25 *Ponitur ratio ad authenticam ex complexu C. de incest. nuptijs.*
26 *Filij colere debent parentes tanquam rem sacram & religiosam.*
27 *Lex decima Tauri explicatur. num. 28.*
29 *Mater quoque intra triennium filium alere debet.*
30 *Quàm deceat matres proprios filios lactare.*
31 *Et an nobilis lactare teneatur, & si paupercula intra triennium lactauerit, an expensas à patre repetat,*
32 *Mater aliquando etiam si velit intra triennium alere filium non potest.*
33 *Aut, proaui, ataui, paterni & materni quomodo alere teneantur.*
34 *Fratres quatenus alere teneantur, & quatenus sobrinos. nu. 35.*
36 *Frater clericus an ex redditibus ecclesiasticis alere sororem teneatur.*
37 *Ab his omnibus alimenta sunt præstanda pro modo facultatum. Atque nomine alimentorum quid veniat. nu. 38. 39.*
40 *Aulæa non continentur nomine alimentorum & tapetæ.*
41 *Stragula quid, & quid sit stragula conuoluta habere.*
42 *Medicamenta an contineantur uerbo alimentorum.*
43 *In alimentis quando habeat locum magna, vel parua expensa, &* 44.
45 *Expensæ pro disciplinis addiscendis, an ueniant nomine alimentorum, & quid in tutore expendente ad disciplinam* 46. 47.
48 *Pater tenetur expendere cum filio, vt artes liberas ediscat.*
49 *Lex quæ pater. ff familiæ erciscundæ, explicatur.*
50 *Pater inuitus tenetur expensas filio præstare, ut liberas artes addiscat.*
51 *Tutor qui has artes pupillum non docuerit meritò priuatur decima fructuũ.*
52 *Pater si semel cœperit expendere cum filio in maioribus disciplinis, an perficere teneatur.*
53 *Et quid de fratribus, & patre, si bona habeant filij vel fratres an teneantur. & utrum spurij grauari possint in alimentis relictis* 54.

De expensis, quæ contingunt respectu alimentorum, & de alimentis quatenus ad expensas pertinent. Cap. III.

Hæc autem alimenta de quibus proximo capite egimus (vt iam inde ab huiusmodi expensis ordiamur sequuti naturæ rationem) non semper de-
1 ducuntur, † quia præstantur ab his sæpe qui alere tenentur natura, lege, vel consuetudine, & in primis parentes liberos alere & educare oportet. Idq; iure naturæ nobis cum cæteris animantibus communi l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. c. ius naturale 1. distin. ita enim perspicimus bruta ipsa animantia rationis expertia naturæ gubernatricis suaui quodã motu, pullos, catulosq; suos anxie, solicite, opipareq; pascere, & indefesse in eo elaborare: vt vegetatis artubus coalescant: quod ab his principijs & naturæ seminarijs ius ciuile
2 accepit. † Varijsq; legibus latis confirmauit l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscẽdis. ibi, denique D. Pius rescripsit ad Titianum competentes Iudices alite à patre tuo pro modo facultatum eius iubebunt, & in §. si vel parens. vers. siquis ex alere detrectet, pro modo facultatem alimenta, & constituentur. Quæ si non præstet pignoribus captis & distractis cogetur sententiæ satisfacere l. fin. C. de alend. liberis, quę iura repetita lege naturæ & paterna pietate, ciuiles vires adiungunt, vt quod natura præcipit, cogente quoque ciuili iure adimpleamus, ibi. quod si sponte non fecerit, aditus competens iudex alimenta pro modo facultatum præstari tibi iubebit. Cum enim regulariter alimenta hæc officio iudicis petantur, & præstentur ex prædictis iuribus, tenet Bart. post glo. in d. l. si quis à liberis. glo. Abb. & reliqui in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrimoni. quam polluit per adul. l. 1. tit. 19. par. 4. Si parens renuat alimenta necessaria præstare, sę pe enim huiusmodi parentes odio filios suos alimenta petentes prosecuntur, ac sæpe conuicti, malunt bona sua capi, nonnunquam alijs creditoribus consultò addicta, vt filij difficultate percipiendi alimenta compulsi, modico aut nihilo contenti, vt rediuiuas lites effugiant, quibus misere esurientes interim cruciantur, desperatis alimentis vniuersam causam alimenti præstandi omittant. solet Senatus noster præuia aliqua causæ cognitione, eaq; summaria, ex qua constet de malignitate parentum prædium aut fundum parentis assignare filio alendo, vnde ipse sua manu, capiat alimenta: cogunturq; coloni & inquilini filio præstare, quæ erant pro fundo aut prædio aliàs patri præstaturi. Bald. in l. defuncto. C. si in fraud. patron. nu. 3. versi sed pone. Bar. & Ioan. de Imol. in l. si constante. ff. solu. matrim. num. 62. & ibi Ias. nu. 198. Roma. in l. 2. §. quòd si in patris. ff. solu. matrimo. idem Bal. in l. non potest. ff. de adoptionibus. idem Roma. & Paulus de Castro in l. Imperator. ff. ad Treb nu. 13. Alex. ibi. latè, ibidem Segura num. 118 alios allegat Ludoui. Molin. lib. 2. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. nume. 72.

Natura

Source : BIU Cujas

3 Natura † namque parẽs vt humanum genus propagaret, ne ipsum sua imbecillitate deficeret,procreatione adinuenta proximum fuit,vt educationem instituret: nec enim homo conseruari potuisset mortalis,fragilis, debilis,cęli,soliq; iniurijs expositus,nisi post ꝓcreationem nostris animis educationem prolis tacita quadam lege indidisset.Quibus duobus præsidijs humanum genus conseruatur : sicuti animan-
4 tium genus omne. † Cum enim miserrime omnium quæ nascuntur nascatur homo,aliena eget ope, alieno præsidio vt viuat, vt enim inquit Plinius lib. 7. Historiæ naturalis in prooemio. ante omnia vnum animantium cunctorum alienis natura velat opibus, cæteris variè tegumenta tribuit, testas,cortices,coria,spinas,villos, setas, pilos, plumam, pennas,squamas,vellera,truncos etiam arboresq; cortice interdum gemino à frigoribus & calore tutata est. Hominẽ tantum nudum,& in nuda humo natali die abijcit, ad vagitus statim,& ploratũ, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas,& has protinus vitæ principio, at hercule risus præcox ille & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur:ab hoc lucis rucimento,quæ ne feras inter nos genitas,vincula excipiunt:& omnium membrorum nexus, itaque fœliciter natus iacet,manibus pedibusq; deuinctis flens,animal cæteris imperaturum,& à supplicijs vitam auspicatur, vnam tantum ob culpam quia natum est. Heu dementiam ab his initijs existimantium ad superbiam se genitos, prima roboris spes,proximumq; temporis munus, quadrupedi similem facit,quando homini incessus?quando vox ? quando firmum cibis os ? quandiu palpitans vertex ? Summæ inter cuncta animalia imbecillitatis iudicium : iam morbi, totque medicinæ contra mala excogitatæ & hæ quoque subinde nouitatibus victæ.Cætera sentire naturam suam, alia pernicitatem vsurpare,alia præpetes volatus, alia vires, alia nare, hominem scire nihil,sine doctrina,non fari,nõ ingredi, nõ vesci,breuiterq; non aliud naturæ sponte quam flere. Hactenus Plinius, quæ pertinent ad miserrimam illam conditionem,qua mortales nascimur, quæ ille accepit ab Aristotele de generatione animalium,lib.5.c.1.ad medium ibi. Imperfectissimi enim omnium perfectorum partuum nascuntur, & melius problemmat.sectione 10.problemat.45. ibi. Indicium verò cætera perfecta, hominum imperfectum prodire, quod illa statim inde ab ortu naturæ viuere sua opera queunt, pueri curam desiderant,nec seruari, nisi alieno beneficio possunt, à quibus l.7. tit.1. par.2. hoc ipsum accepit ibi.E vna de las razones porque mostraron que cõuino que fuesse Rey, es esta, que todas las cosas que son viuas traen consigno naturalmente todo lo que han menester, que no conuiene que otro gelo acarree de otra parte, ca si son de vestir, ellas son vestidas de suyo, las vnas de pendolas, las otras de cabellos,e otras de cueros,e las otras de escamus,e de conchas,cada vna dellas se gunsu natura,porque no han menester que texan para fazer vestidos. Otrosi, para defenderse, las vnas traen picos, e las otras dientes, e las otras vñas,e las otras cauernos,o aguijones,o espinas, porque no les conuiene de buscar otras armas con que se defiendan. Otrosi,lo que comen y beben, cada vna lo falla, segun que le es menester, de guisa que non ha de buscar quien gelo adoue,ni cosa con que le sepa bien,ni lo han de compar, ni yr a labrar por ello : Mas el home de toto esto non ha nada para si,a menos de ayuda de muchos que le busquen, e le alleguen aquellas cosas que le conuienen. Hæc nostra lex: vt obiter aduertas,quàm varia sapientia sint refertæ leges Partitarum.Hæc hominis infirmitas,hæc indigentia,hæc misera conditio naturam impulit,vt suo iure parentes ad educationem compelleret, Aristoteles autẽ ingeniosius, & altius de partibus animantium & earum causis. lib. 4.c.10.ad me-
5 dium † ex hac humana infirmitate perfectionem hominis commendat,ait anim non rectè eos sentire, qui hominem non bene,sed deterrime omnium animalium cõstare aiunt, rationes quas ipse connectit ad nostrum institutũ non pertinent,poteris per te legere, eleganter enim ille hanc ipsam imbecillitatem,maximam fortitudinem esse comprobat in eodem argumento versatur Seneca de beneficijs.lib 4.c.18. nobis autem qui in iure versamur non licet Achademicos excessus sectari,sed planius ac vtilius,veram & vtilem philosophiam profiteri, nec ipsa disputatio sua ipsius acutie euanescat,illud igitur naturam mouit,vt post creationem, educationẽ institueret, ne humana proles alieno auxilio, quo maximè eget,destituta periret,idq; vt efficacius fieret,amorem indidit,quo animantium genus omne fœtus suos prosequitur,vnde fit,vt is ipse amor,quo nos ipsos tuemur,libe-
6 ros quoque nostros tueatur † eorum namque conseruatione conseruamur,& eorum propagatione propagamur.attigit l.1.tit.19.par.4.ibi. Esta crianca ha muy gran fuerca,e señaladamente la que faze el padre a su fijo, ca como quier que le ama naturalmente,porque le engendro,mucho mas le cresce el amor por razon dela crianca que faze enel. Nota amorem ex procreatione ortum, crescere ex educatione filiorum erga ipsos filios l.2.eod.tit.& par.vbi quòd natura, amor,& iura cogant parentes alimenta præstare filijs,quod quidem ex Cicerone accepit lex nostra Hispana, lib.3. de finibus bonor.& malor.Sic apparet (inquit Cicero) à natura ipsa vt eos quos genuerimus,amemus impelli: quod autem ait lex,iura id præcipere, intelligit naturalia, qua lex ciuilis accepit, ipsaq; lex nostra id præcipit ibi. E si alguno contra esto fiziere el juzgador de aquel logar, lo deue apremiar, prendandolo,o de otra guisa,de manera que lo cumpla assi como sobredicho es. Igitur omnia hæc iura id efficiunt, vt cogente & imperante natura parentes liberos suos educare teneantur,idq; pro modo facultatum,idq; tenẽt aliud agendo Gregorius Lopez in l.8.tit.13.par.6.in gl.vero menester. D.Didacus de Couarru.de sponsali.3.par.c.8.§.6. nu.8. Palatios Rub.in Rub.de donationibus inter vir.& vxo.§. 24.nu. 17.Rodericus Xuarez in l.1.tit.6.lib.3.foreleg.Molin. de Hispano.Primog.lib.2 c.15. nu. 52 qui omnes maximi & clarissimi nominis viri id tenent, scilicet ius alendi ex iure naturali descendere impetrante id natura,quæ nulla lege ciui-
7 li abrogari potest. Eandem † opinionem re ipsa tenent qui asseuerant,legitimam portionem quamuis quò ad quotam legitimæ,vel quantitatem de iure ciuili sit;& positiuo;tamẽ quò ad legitimam in genere, & quoad alimenta, pro quib. illa est,ex iure naturali procedere; quoniã natura cogat nos nostram prolem nostro modo alere, vt faciunt pecudes & cætera animantia, quæ fœtus suos suo quoque modo pascunt,& nutriunt, quam opinionem tenent Xuarez noster in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testa. linea 2.num.1. D.Didacus de Couarru.vbi supra,num.4.& 5.Gregorius Lopez in l.32.tit.19.par.6.Antonius Gomez in l 40. Tauri. nu. 57.Ludouicus Molin.lib.2.c.1.num.14. qui alios plures allegat,Additio ad Capel.Tolosa.337. Ioan. de Garron. in rub. de secund.nupt.2.par. num.20. vnde iura ciuilia diminuere quidem vel extendere possunt legitimam portionem, omnino autem tollere non possunt.quia iura naturalia, quibus prolem alere tenemur,destruere non possumus,etiam si ve-
8 limus.Ex † quo filios nostros quos genuimus natura quidẽ alere tenemur,quod latè probant etiam quoad spurios, incestuosos,& naturales, legum Taurinarum interpretes in l. 9.& 10.D.Didacus de Couarru.vbi supra,nume.6. & in cap. Quamuis pactum.de pactis.lib.6.par.2.§.6.nume.7. quod in Hispania ita accipiendum est. Si modò quintam partem bonorum non excedant huiusmodi alimẽta l.10.Tauri,de qua proximè agemus,istud tamen intellige cum Roderico Xuarez in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam. limit.12. ad leg.fori.num.1.& 2.& in l.1.tit.6.lib.3.foro le. versic. viso
9 qui dicantur filij spurij † Tellio Fernandez in l.10. Tauri.nu. 5.Ludouicus Molin lib.2.de Hispan.Primog. c.15. num.51. dum pater filios duos, tres, vel quatuor legitimos habeat, tunc enim quintam partem bonorum nomine alimentorũ relinquere potest spurio,vel naturali, si verò quinque filios, sex, septemve, aut eo amplius habeat, tunc quidem spurio non quintam partem relinquit,quia iam plus acciperet spurius,quàm legitimus, sed tantum quantum filius percipiat, qui minus ex fratribus de bonis patris percepit,quod est vtilissimum,& rationi conuenientissimum.

10 † Sed non desunt qui ingeniosius existiment, hæc ipsa alimenta, quæ respectu legitimorum filiorum vocamus portionem legitimam,respectu verò spurij solo nomine alimentorum significamus nulla lege naturali deberi; sed quodam duntaxat instinctu,& motu naturæ,volunt hi,rapi nos suaui naturæ impulsu, & benigno quodam motu, sicuti reliqua omnia animantia ad eadem curam,& sollicitudinem, vt liberos nostros educemus,& alamus,quod faciunt feræ:cæterùm compelli iure aliquo naturæ vix posse, cum sint plura animantia,quæ prolem relinquant suam, ob idque nullam esse naturæ necessitatem, qua compellamur legitimam omnino in genere,vel alimenta filijs relinquere.Sed totas vires accessisse alimentis ex iure ciuili, quam opinionem tenent Alex.in l.quod de bonis.ff.ad leg.Falc.§.fin. nume.3. Alciat. qui plures refert,regu.1.præsump.8.Ludouicus Molin.alios
11 refert lib.2.c.1.num.15.Tellius in l.10.Tauri † qui obnixe id tuetur, vt necessitas alendi proueniat ex iure ciuili, non ex naturali aliquo iure, quamuis instinctu naturæ ad id rapiamur,quas opiniones inuicem pugnantes putant plures egregię se diluere,ita distinguendo,quòd legitima portio.quatenus ad alimenta necessaria est.Sit de iure naturali,& ita procedat prior opinio, sed quatenus ad alimenta necessaria nõ est,sit de iure ciuili,quam conciliationem tenent addent.ad Decium in l.iura sanguinis.ff.de regu. iur. additio ad Alciatum d.reg.& præsump.num.6.& quæ placet Ludouico Molin.

Source : BIU Cujas

lin. vbi sup. num. 16. qui alios allegat. Verè tamen hæc concordia nõ diluit pugnam dissidentium authorum: nã prior opinio id agit, vt nec ipsa necessitas alendi quatenus respicit alimenta in genere, insit aliquo iure naturæ, sed instinctu quodam quo libentes & volentes ducimur, repugnantes autem trahi nequeamus: mouentur illi & authoritate & ratione.

12 † Adducunt c. ius naturale 1. dist. vbi ius naturale est commune omnium nationum, & addit Isidorus, eo quòd vbiq; instinctu naturæ, non cõstitutione habetur aliqua, nota verbum iustinctu naturæ. Nostri autem expendunt verba l. 2. ti. 1. par. 1. ius naturale en Latin, tanto quiere dezir en Romance como derecho natural que han en si los homes naturalmente, y aũ las otras alimañas que han sentido: ca segun el mouimiento de ste derecho, el masculo se ayunta con la fembra, a que nos llamamos casamiento. Distingnnt igitur hi inter hunc instinctum & motum naturæ, & ius illud naturæ, ad quod ducimur & trahimur eo instinctu & motu. Hæc duo loca pertinent ad authoritatem, ratione ita agũt:

13 † quia si alimenta deberentur (intelligo in genere, vt legitimam portionem comprehendam) naturaliter, cum iura naturalia perpetua sint, tolli non possent: at videmus alimenta sæpe à iure ciuili sublata omnino, & portionem legitimam sæpe adimi in totum, quò ergo fieri potest, vt iure naturali hæc ipsa debeantur, collectionem probant; quia alimenta non debentur si filius commodè habeat, vnde se alat l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agnos & filius ex quibus causis exhæredatur, de quibus in Auth. vt cum de appell. cogno. §. aliud quoque capitulum. ex eisdem alimenta amittit. Bar. in d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agnos. & in l. diuus. ff de parricidijs. & in l. si patrem C. de alend. lib. & videmus omnino & in totum adimi alimenta, in authentico ex complexu. C. de incest. nup. & nostro iure est nobis l. 5. tit. 19 part. 4.

14 † Ad quæ duo argumenta vt probe satisfacias, aduerte illud in primis, scilicet, illud, quod de instinctu legitur in d. c. ius naturale. non legi, nec reperiri in l. 1. §. huius studij. versi. ius naturale. ff. de iust. & iure. Vlpianus enim lureconsultissimus longè aliter ius naturale explicat, quàm Isidorus. Hic enim verè cum eo iure, quòd nos ius gentium appellamus, cõfundit & commiscet, Vlpianus ius naturale esse ait, quod natura omnia animantia docuit, & istud ius nõ humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ terra mariq; nascuntur, auium quoque commune esse fatetur. Vnde coniugatio maris & fœminę, & procreatio liberorum: atq; paulò inferius hoc ius naturale, à iure illo quod nos gentium dicimus distinguit, quòd hoc iure gentium soli homines, vniuersique homines vtantur, at verò iure naturę vtuntur hominum & pecudum genera omnia simul. Itaque ius gentium solis hominibus & vniuersis hominibus tribuimus, at verò ius naturæ hominibus ipsis, insuper & animãtium vniuerso generi.

15 † Ius gentium id definimus quod ratione duce non vera natura apud omnes gentes receptum est. In quo omniũ gentium, non singularum consensum requirimus, ius naturale naturam habet authorem. Ius gẽtium rationem, Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 5. arti. 4. ius gentium esse ait, quicquid mortales ex principijs naturalibus ratiocinando & per modum conclusionis elicimus: vt puta cum quærimus de libello, licere dicimus bellum, si pacem aliter habere non possumus. Hæc ratio, hæc argumẽtatio, hæc ratiocinatio, siue collectio ex naturalibus principijs necessariò educta ius efficit gentium, quam hoc modo concipimus: pax natura ipsa cõstat, sine bello pax obtineri non potest, ergo licèt bellum gere, atque hæc ratio naturalis, idest ratio educta ex principijs naturalibus bellum apud omnes nationes induxit, rursum sic, iniuriam & vim propellere licèt, hoc iure gentium receptum est, quod ex hac ratione vel argumentatione deducta à principijs naturalibus recepit vniuersum hominum genus: ita ratiocinando, natura quidem licèt seipsum tueri, ergo defendere, seipsum autem tueri non potest quisquam, nisi propellat vim illatam, ergo licèt propellere vim & iniuriam, & vniuersum hominum genus vim vi cœpit propelle re, ecce quomodo constituatur ius gentium: vt omne illud, quod ratione & syllogysmo ex principijs naturalibus elicitur id sit ius gentium, ab omnibus hominibus vniuerse ac-

16 ceptum. Vnde † verba illa apud Iustinianum Institutionum lib. 1. tit. 2. de iure naturali, gentiũ & ciuili. §. ius autem ciuile. versic. quod vero naturalis ratio inter omnes gentes constituit id apud omnes populos peræque custoditur, vocaturq; ius gentium, verba hæc ita sunt interpretanda, scilicet, vt illud æquè custodiatur apud omnes gentes, & sit ius gentiũ, quod ratio naturalis inter omnes constituit, idest quod ratio, idest ratiocinatio, naturalis, idest ex principijs naturalib. elicit, & educit, & constitutis. Nec enim intelligendum est, quòd ratio naturalis, idest ius naturale constituit quod ferè sensit Accursius ibidem, vide circa interpretationem illorũ verborum Pinellum in commen. ad rub. C. de rescin. vend. 1 par. num. 7. Franciscum Conanum doctissimum lib. 1. cõment. iuris c. 5. ad finem Aluarum Vascium iuris emphyt. q. 3. num. 2. Ludouicum Charond. lib. 1 verosimilium. c. 5. & sensit Soto, vbi supra lib. 4. q. 3. versic. Dicitur autem.

17 † Vnde quia hoc ius gentium deducitur ex principijs naturalibus per necessariam consequentiam vti diximus, sæpè reperimus vtrumque ius confusum, vt sæpe nomine iuris gentium intelligamus ius naturale: vt in §. singulorum Insti. de rerum diuisione. atque eo modo locuti sunt veteres, non tam verborum, quàm rerum veræ cognitionis soliciti. Ex eo enim, quia istud ius gentium ex necessaria consequentia trahitur à iure naturali. Scientissimi quique sæpe vnius nomine alterum significant, quod fecit Imperator in d. §. singulorum, secutus Ciceronem lib. 3 de officijs, paulò post principium detrahere (inquit Cicero) aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere cõmodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm pauperras, quàm dolor, quàm cętera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis; nam principio tollit conuictum humanum, & societatem; si enim sic erimus affecti, vt quisque propter suũ emolumentum spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maximè est secundùm naturam humani generis societatem, vt si vnum quodque membrum sensum hũc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset: debilitari & interire vniuersum corpus necessum esset. Sic si vnusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatque, quod cuique possit emolumenti sui gratia, societas hominum communitasq; euertatur necesse est. Nam vt si quisq; malit, quod ad vsum vitæ pertineat, quod alteri acquirere necessum est non repugnante natura, illud quidem natura non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, operas augeamus. Nec hoc solum natura, idest iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis ciuitatibus respublicæ continentur. Hæc Cicero, qui paulò inferiùs, hoc ius gẽtium, quod cum naturali confuderat, diuinum vocat. ibi, atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex diuina & humana, cui parere qui velit (omnes autem parebunt qui secundùm naturam viuere volent,) nunquam cõmitteret, vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit sibi assumat. Hoc igitur est ius gentium, quod humanum vocat Cicero & naturale; quia ex naturæ iure deriuatur.

18 † Vnde diuisio illa iuris gentium in primęuum & secundarium meritò displicebit Docto & erudito viro & primęuum enim ius gentium & secundarium vnicum est, scilicet id quod ex iure naturæ deriuatum est per necessariam consequentiam, quam diuisionem reprobant plures, & excusat Pinellus in rub. C. de rescin. vend. 1 parte num. 13. qui dicit, communem diuisionem illam posse recipi gratia doctrinæ clarioris, plures refert, qui hanc contra diuisionem communiter receptam tenet Aluarus Vascius Iuris emphyt. quæst. 3 num. 5. & 6.

Ex quibus si rectè aduertas ad nostram quæstionem, quã tractamus, nullum negotium faceret nobis Isidorus in d. c. ius naturale, vere enim ille pro definitione, aut explicatione iuris naturalis ius gentium definiuit, & explicauit, dum ait. ius naturale esse cõmune omnium nationum, eo quod vbique instinctu naturæ non constitutione habetur aliqua; hæc enim omnia pertinent vere ad ius gentium, quod est commune omnibus hominibus & nationibus, & vbiq; instinctu naturæ habetur, idest ratione naturali: nempè ratiocinatione & argumentatione desumpta à iure naturali: na-

19 tura enim ipsa in nobis instituit ius gentium † cum ab eius legibus, & principijs naturalibus, quasi quoddam instinctu, & motu naturæ trahatur. Illudq; vocat & meritò instinctũ naturæ, idest, institutionem naturæ, qua nos ipsa natura instituit, quod ius gentium est. Et verè si percurras omnia capita Isidori in 1. dist. Nusquam inuenies iuris naturalis definitionem, quam posuit Vlpianus in d. §. huius studij. At verò l. 2. tit. 1. par. 1. etiam si magis sequatur Vlpianum, vsa est eo verbo, Mouimiento deste derecho, quod verbum ita accipiendum est, quos nos mouet ius naturæ, itaque iure naturæ mouemur ad procreandum, & educandum prolem nostram. Vnde verba illa nihil faciunt contra receptam sententiam, nec pro noua quæ inter ius naturæ, & instinctum distinguit, Immo d. c. ius naturale, magis confirmat receptam sententiam; quia cum verissimum sit d. c. ius naturale, loqui de iure gentium, verè & aptè instinctum naturæ interpretamur legem naturę, vnde ius gentiũ procedit. Et ita hęc recepta sunt pro se ius in d. c. ius naturale, ita vt instinctus naturæ &

Source : BIU Cujas

ræ & ius naturæ idem sint,ad quod non aduertit Tullius, & alij quos ipse refert in d.l.10.num.4.

Immo ex his quę diximus constat,quam indifferenter,& antiquiores, & nouiores ius gentium naturale ius vocent: quia alterum nobis solum proprium sit ius,quod ex naturæ instinctu,idest iure naturali proficiscatur. Alterum verò cũ reliquis animantibus nobis commune est, & est ipsemet instinctus naturæ,hæc autẽ duo iura præter Vlpianum & antiquiores,& d.l.2.tit.1.par.1. agnoscunt Soto doctissimus vbi sup.lib.1.q.4.quem viuentem coluimus,& mortuum epithaphio celebrauimus, quod cum alijs lib.1.meorum carminũ leges agnouit Franciscus Conanus vbi supra lib.1.c 4.Ludouicus Molina lib.2.c.1.nume. 19. non aduertentes ad verba illa Isidori.

Rursum non obstat ratio illa, qua argumentantur contra veram & receptam sententiam, scilicet deducto argumento ad inconueniens; quia si alimenta iure naturæ deberentur,nulla lege tolli possent,contra dict.auth.ex complexu,& receptam sententiam, qua exhæredatis alimenta negamus. Et his qui aliunde habeãt vnde se alant alimenta negamus.
20 Hæc enim exempla alia responsione egent,ac † primum,ex authen.ex complexu,nec nos Hispani recipimus, nec recepit ius canonum in c.cum haberet. de eo qui duxit in matrimo. quam poluit per adult. Nec nobis Hispanis negotium facessit vllum,quod etiam si admittamus non abhorret plu-
21 rimum à naturali iure:si quidem † de filijs spurijs procreandis nunquam ius ciuile certitudinem patris suspicatur, vnde spurios vocauit,idest sine patre.At verò l.3. tit.14. part.4. interpretatur spurium,fornecino.Nam lex partitæ sicuti ius commune agnouit filios legitimos,naturales, & spurios,scilicet ex iustis nuptijs concepti,quæ est vera, & naturalis proles,naturales,qui procreati sunt ex concubina, quæ solenniter recipiebatur,ex l. 2. titu.& part.eadem.ibi.Deuelo fazer quando la racibiere por barragana ante buenos homes, diziendo manifestamente ante ellos, como la rescibe por su barragana.Item debet esse vnica, & in eadem domo retenta,& agnitata vt concubina, ex hac genitos vocabant antiqua iura naturales, & leges Partitæ cum de naturalibus loquuntur,de his sunt intelligendæ,vt filius enim naturalis dicatur, debet adesse quoddam veluti ementitum matrimonium d.l.2.& ibi glo.noua & vetus. Spurios autem iura partitæ & ciuilia vocant vulgò quæsitos sine patre, vel de fornicio,vt inquit lex nostra, licèt hoc iure Canonum, & Hispano immutatum sit,de quo proximè agemus. Hos itaq; spurios ius ciuile non agnoscit, & debilitata in eisdem iura naturæ arbitratur respectu patris,ideoq; à patre ali nõ patitur; quia paterna iura nulla in hac sobole esse arbitratur d.l.3. ti. 14.par.4.an fin.ibi.E demas tal fijo como este non deue partir los bienes del padre, ni es el padre tenudo de criarle, si non quisiere l.5.tit.19.par.4.At verò à matre, quam certam esse nouit, quamuis spurium more pecudum tamen ali ius ciuile patitur,idq; statutum est in d.auth.ex complexu.C.de incest.nupt.Ob idq; talis spurius reputatur legibus odiosus, in Authen.de triente & semiss §.sinautem.Bar.in l.2.nu.4.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris,nec est de domo,nec de familia,nec de agnatione,neque de cognatione patris. Barto. per tex.ibi in l.pronuntiatio.§.familiæ.nu.1.ff.de verb. signi. Bal.in l ex libera.in principio.C.de suis & legitimis hæredibus.§.vulgò.Inst de successione cognatorum.Auth. quibus modis naturales efficiunt sui. §. si verò effusa. Ob idq; rectè concludit Ludouicus Molin.lib.1.c.4. num. 45. ad maiorarum,& fideicommissum non admitti spurios.Alciat.in d.§. familiæ.Ias.in l.fin.C.de verbo.sign.nu 13.& 14.Tiraquellus de Nobilitat.c.15.nu.12.Ang & Alexã. in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebellia. Immo nec arma, nec insignia portant parentum.Bar. in tract.de insignibus & armis. Guilielmus Benedictus in c.Raynutius verbo Raynutius de Clera. nu.35.Guido Papa decisione 580. idque relatis alijs resoluit Molina vbi supra,nu.46.& 47 atq; odium hoc procedit à iure naturæ,vt statim videbimus, interim illud admonemus, spurios hodie verissimè dici comprehensos in d.auth.ex cõplexu, antiquo enim iure partitarum & ciuili nemo præsumebatur legitimus,nec naturalis; quia in vtriusque intercedit plurimum facti,in illis solennitas nuptiarum,in his acceptatio concubinæ & retentio ipsius, in forma quadam efficti matrimonij, ideoq; qui se dicit legitimum probare debet.Alcia.regula 3.præsumpt.1.nu.12. Ias.in l.nec professio. C.de testam.Dec.cons.54.D.Didacus de Couar. in 4.decre. par.2.§.3 nu.1.neque item præsumebatur naturalis; quia debebat probare, matrem suam acceptam pro concubina, & solam domi à patre retentam publicè,iuxta d.l.1.tit.14.par. 4.solennitas enim requisita,vt filius diceretur naturalis,prolixior est, quàm vt legitimus dici possit l.3.ff.de concubinis & ita tenet Speculator in tit.de successione ab intestato.§.j. versic.nunc de naturalium.Ioannes Andreas in rub. qui filij sint legitimi,in additione ad Speculum, in principio. Abb. in c.per venerabilem.qui filij sint legiti. Ioannes Baptista de sancto Seuerino in auth.si qua illustris C.ad Orficia. in principio.Bal.in l.fin.C.de naturalibus lib. Nicolaus de Vbaldis in tract.de successione abintestato.colum.2. versic.secundũ membrum Ang.in §.fin.Insti. de nuptijs.Præpositi.in c.lator. filij sint legitimi.Stephanus Bertrandus cons.26. nu. 5. vnde filij quos isti domini quotidie suscipiunt ex seruitricib. suis sunt spurij.Bal.in l.eam quam.C.de fideicom.Alberi de Rosatis in rub.C.de naturalibus liberis.Vide Oldr.cons.196 vbi in nobili qui cognouerat pauperculam mulierem,quæ solebat portare aquam de fonte in domum nobilis,& conducebat operas suas ad menses, & viuebat de laboribus manuũ suarum,concludit, quòd filius ex ea est spurius & non naturalis,vnde in dubio prę sumitur filius spurius.Alciatus reg.2. præsumpt.5.in fin.nec obstat l. si quis ingenuam.ff.de capit. & postliminio reuers.quia verè & necessariò intelligendum ibi est, seruam illam fuisse retentam domi pro concubina, postquam filium ex eadem gemitum vocat naturalem Iure consultus, idque ex fundata iuris ratione necessariò intelligendum est:ita tenet Aret.cons.48.& Baptista de sancto Seuerino in d.l.si qua illustris,paulò post principium,contra gl. in d.l.si quis ingenuam,quæ non est vera,& ita intelligit Alciatus dicta præsump.ad finem.

Hæc de iure ciuili,& nostro iure partitarũ recepta erant, iure autem canonum filius naturalis dicitur, qui olim spurius dicebatur, scilicet ille qui natus est ex soluto, & soluta, inter quos matrimonium contrahi posset.cap. innotuit. de electione. cap. tanta. qui filij sint legitimi,quod de generali consuetudine receptum est in terris imperij. Abb.in ca. per venerabilem.qui filij sint legitimi, & ita fuisse iudicatum in Senatu Pintiano asserit Xuarez noster in l.1.tit. 6. forolegũ. lib.3. quæ canonum decisio iure nouo Hispaniæ recepta est in l.11.Tauri. Ob idq; immutato hodie iure, immutabitur præsumptio,& stante d.l.11.Tauri.hodie quilibet præsumetur naturalis: non verò spurius, quia naturalis est hodie ex soluto & soluta,inter quos matrimonium licet,omnes autẽ nascimur soluti & solutæ, & qualitates cũ quibus nascimur perpetuò præsumuntur.glo.communiter recepta,& elegantissima in c.si fortè.de electione. lib.6. & secundùm hoc ius intelligendus est D.Didacus de Couarr. d.§.3. in principio. nu.1.c.8.par.2.de sponsalibus. vbi ait, potius quẽquam esse præsumendum naturalem, quàm legitimum:& authentica ex complexu,procedit in his nostris spurijs,quos nos Bastardos dicimus conceptis ab his inter quos matrimonium cõstare non poterat.

22 † Immo si rectè inspiciamus,hi omnes,siue naturales, siue spurij sint, nihil refert, cum legitimi ex legitimis nuptijs procreati non sint.Verè nõ sunt iuxta naturæ leges procreati:nam licèt maris & fœminæ coniunctio, & procreatio liberorum de iure naturali sit,in nobis, tamẽ perfectissimum est hoc ius naturale,multoq; nobilius, quàm in cæteris animantibus;illa enim promiscuè coniunguntur, nos iure ipso naturæ,nullam huiusmodi coniunctionem admittimus,immo nec admittit in nobis natura quicquam, quod turpitudinem secum habeat coniunctam. Bonum enim amat, nihilq; vult,quod à bono, & honesto decedat, ideoq; in coniunctione maris & fœminæ honestatem, & bonitatem inuenit,ne ipsamet natura, quæ procreationẽ inuenit,rei turpis reperiretur inuentrix, cuius leges, & iura, honestissima & optima esse oportuit. Vnde in nobis procreatio illa solũ liberorum secundùm naturã est, quæ procedit ex iustis nuptijs,& verò matrimonio; licèt enim nuptiarum solẽnia ius ciuile inuenerit,naturale tamen habent nuptiæ ius, cui inni-
23 tuntur non enim vaga, & libera, aut potiùs effrenata libido & procreatio liberorum de iure naturali procedit. Sed illa tantùm,quæ matrimonio coniungitur.Vaga enim & libera procreatio liberorum, sine lege, sine honestate absque matrimonio,quam nos simplicem fornicationẽ dicimus con-
24 tra naturam est † & nati ex ea contra naturæ leges nati censendi sunt,ita & rectè sentiunt viri doctissimi, & Clarissimi nominis Tho.2.2.quæst.154 artic.4.& in 4.Sententiarũ,dist. 33.quæst. 1. art.3. eleganter Lactantius Firmianus lib.6.c.3. Alfonsus de Castro Hispanus inter sacros Oratores ætate sua celeberrimus lib.de Hæresibus,dictione coitus D. Didacus de Couar.in 4.decre.par.1.c.4. num.8. qui reprehendit, & meritò Bar.in l.penul.ff.de concubinis. & Alex.in l. ex facto.§.si quis rogatus.nu.13.ff.ad Trebel.qui asserebant contra rationem,de qua egimus,simplicem concubinatum iure naturali legitimum coitum esse ad differentiam adulterij,& incestus,sed re vera licèt in adulterio,incestu,concubinatu,& nefario crimine magis,& minus naturæ iura violentur,solùm de excessu est quęstio,omnes autem hi coitus naturæ

turæ iura lædunt: & ferino more concipiuntur siqui ex huiusmodi coniunctione nascuntur, quæ aberret à matrimonio, quo fit, vt Solonis illa lex, quam in Christiana ac benè constituta republica minimè recipiendam ait D. Didacus Couar. de sponsalib. par. 2. c. 8. §. 6. num. 5. quam refert Plutarchus in vita Solonis, vt scilicet geniti ex meretricibus parentes alere non teneantur, non multum distat à naturæ legibus, cum in his non sint vincula vlla naturalia, quæ natura ipsa, immo ipse naturæ author perfectissima esse voluit, nec enim vagam & liberam voluit esse mortalibus maris & fœminæ coniunctionem sed honestam, & quæ bonitate splenderet sua, nulla autem est in meretricia coniunctione honestas, ob idque non immeritò recepta Romanis Solonis lex fuit, & in duodecim tabulis reposita, nec multū diuersa est à l. fin. tit. 14. par. 4. in fin. quinimmo vincunt hi coitus ferinas & pecudum cōiunctiones, cum in feris reperiamus aliquot huius naturalis honestatis vestigia, in columbis, & turturibus, & d. l. 1. §. huius studij. versic. ius naturale. non qualemcumque coitum naturalem dicit, sed quod honestatem habet coniunctam, quæ in solo matrimonio reperitur diuinitus instituto. Deus naturæ author voluit hanc esse naturalē maris & fœminæ coniunctionem, idq; statim initio nascentis hominis eas leges indidit.

25 † Ex quibus ad authentica ex complexu, facilis est responsio, ideo ibi negata alimenta; quia deficit proles naturalis, & secundùm leges naturæ susceptа, idq; etiam respōdebimus ad l. 5. tit. 19. par. 4. quod vt magis & fortius tibi persuadeas, reuocabis in mentem, nobilitatem parentis non solùm nō descendere in spurios, verùm neque in naturales, in quibus minus læsas leges naturę arbitrati sumus, tenent quos supra citauimus de spurijs, & Cifuentes in l. 2. Tauri, licèt in hoc ius nostrum Hispaniæ l. 1. tit. 2. par. 7. & l. fin. tit. 22 lib. 4. Foro leg. naturalibus tribuerint nobilitatem parentis, cum verò ea iura fuerint ante leges Tauri, quibus immutatum est ius illud, meritò dubitari potest, an quos hodie vocamus naturales filios, qui non sunt procreati ex concubina vnica, & in domo retenta publicè, de quibus lex Fori, & Partitarum intelligebat. Sint nobiles notabilitate parentum, quod dubium magis auget l. fin. tit. 14. par 4. & l. 3. tit. 15. ead. Partita. & an nobilitas concessa à lege olim illo casu, cōcedenda sit hodie hoc nouo casu. Quicquid sit in hoc Senatu lex Partitæ recipitur in naturali filio ex dispositione l. 2. Tauri. audio idem obseruari Pintiano in Senatu.

26 †De exhæredatis alia autem ratio est, qui facit contra leges naturæ parentem lacessendo æquissimum est, vt naturæ quoque legibus destituatur l. 6. tit. 9 par. 4. filij enim parentes veluti rem sacrosanctam colere debent, & venerari, sunt. n. filijs veluti Deus alter, vt hoc verbo vtar. Cicero pro Gneo Plantio, nam meo iudicio pietas fundamentum est omniū virtutum, quem veretur vt Deum, nec enim multo secus parens liberis. Rursum quod adducitur non deberi alimenta, si filius habeat vnde se alat, illud ex eo est; quia cessat obligatio naturalis, quo casu ius ciuile adimere potuit: ita tenet Ludouicus Molina d. c. 1. lib. 2. num. 23. & dicemus inferius, debentur igitur alimenta legitimis iuræ naturæ, nec quicquam differt instinctus naturæ à iure naturæ.

27 † Hodie verò nostra lege 10. Tauri statutum est, vt si filios legitimos, quos verè naturales vocamus, pater habeat, quanuis velit naturalibus, vel spurijs vltra quintam partem bonorum relinquere, nō possit: habent enim necessariò legitimi legitimam, alij quintum, vt assem vtrique expleant, si legitimos non habeat, relinquere naturalibus pater vel totum assem potest. Spurijs certè non potest vltra quintum: incapaces enim sunt eius quod quintum excedit d l. 10. Tauri. quæ magis tribuit naturalibus, quàm spurijs; quia minus in eorū procreatione læditur ius naturæ, vtrosq; autem respectu legitimorum tanquam prolem contra naturam odio prosequitur. Ideò verissimum est, contra Antonium Gomez posse in eo, quod sibi dat, grauari vel restitutione, vel summissione; multum enim differunt à legitimis, quibus debetur legitima, ita iudicatum vidi, vide infra nu. 54.

28 † Ob idque cum quæritur, an si quintum non sit satis ad alendum spurium, supplenda sint alimenta vltra quintā partem bonorum stante d. l. 10. in quo partem affirmatiuam tenet Gregorius Lopez in l. 8. tit. 13. partita. 6. verb. menester. Rodericus Xuarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. Foro leg. versic. notandū est igitur, Couar. de sponsalibus 2. par. c. 8. §. 6. nu. 8. Palatios Rub. in Repetitio. rubricæ. §. 24. num. 17. licèt citra hos omnes teneat Tellius Ferñandez in d. l. 10. nu. 3. Et mouetur ipse primùm. quia alimenta (vt ipse ait) non debentur iure naturæ, sed instinctu naturæ, quòd latè è nobis disputatum est: tum quia, etiam si debeantur de iure naturæ, istud ius naturæ, licèt tolli omnino non possit, taxari tamen potest, & in d. l. 10. taxata reperiuntur alimenta, & redacta ad quintā partem bonorum, sed contra Tellium est; quia lex Tauri voluit alimenta posse relinqui spurijs, vt autem lex illa vtiliter constituatur, intelligendum est, legem præsumpsisse, quintum quidem sufficere ad alimenta, quod si non sufficiat ad alendū, meritò dici posse suppleri debere; quia aliàs lex loqueus de alimentis intelligeretur in non alimentis. tu dic, quòd in naturalibus & spurijs, si habeant legitimos fratres, suppleri alimenta non posse, ita tenet Gregorius Lopex in l. 8. tit. 13. par. 6. verbo, menester, immo si plures legitimi sint quàm quinque, minuendum est quintum ex his, quæ diximus nu. 9. Si non sint legitimi, certè licèt lex 10. taxauerit alimenta ad quintum: cum tamen quintum non sufficiat. si constet de voluntate alimenta relinquere volentis, vltra quintum supplenda sunt; quia non sunt alimenta, quibus conseruare vitā non possis, Ludouicus Molina lib. 2. c. 15. nu. 53. Si verò pater filios habeat legitimos, vel non habeat, certè compelli non potest, vt vltra quintum præstet, immo si filius naturalis agat, vel spurius pater satisfaciet, qui alimenta præstiterit secundùm vitæ necessitatem; quia debentur commiseratione naturali, legitimis verò iure fortissimo naturæ, ideò pro modo facultatum. De quo inferius, vide tamen Antonium Cordubæ de Lara in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. nume. 59. & sequentibus.

29 † Quæ iura cum de parentibus loquantur, vt in d. l. 2. titu. 19. partita. 4. meritò extenduntur etiam ad matrem, idq; intra triennium duntaxat, quod tenent glo. in l. nec filium. C. de patria potestate, verbo trimo, vbi text. ibi, & remedium alimentorum maiori trimo. Bar. in tract. de alimētis. nu. 13. glo. & Abb. num. 9. in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adul. glo. in l. alimenta. C. de negotijs gestis glo. in l. 1. versic. & ex tempore. ff. vbi pupillus educari valeat, latè Ripa in l. 1. ff. solu. matr. Greg. Lopez in l. 3. tit. 19. par. 5. Molina vbi supra, par. 1. lib. 2. c. 15. nu. 2. est nobis l. 3. tit. 19. par. 4. no dreſcer, & criar deuen las madres a sus ſijos que fueren menores de tres años, e los padres a los que fueren mayores desta edad, quæ quidem assertio ex eo descendit,

30 quòd † iure naturæ mater pietatis officio tenetur lactare filium, glo. & Abbas dicto num. 8. in c. cum haberet. supra textus in c. ab eius 5. distin. vbi Augustini hæc verba referuntur. Parua autem consuetudo in coniugatorum moribus irrepsit, vt filios suos quos gignunt, nutrire mulieres contemnant, eosq; ad nutriendum alijs mulieribus tradunt. Quod videlicet ex sola carnis incontinentia videtur fuisse inuentum; quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quos genuerunt. Præpositus Alexandrinus ibi adducit causam; quia nihil magis nutriat infantem recèns natum, quàm maternum lac ex philosophorum sententia, quos ipse non adducit, expresè tamen id fatetur Plinius naturalis Historiæ author lib. 28. c. 9. elegans de hac ipsa re Phauorini Philosophi apud Gellium oratio, Noctium Atticarum. lib. 12. ca. 1. vbi solertiam naturæ admiratur, quæ postquam sanguine illo opifice in penetralibus suis totum corpus hominis effinxit, aduentāte iam partus tempore in superas partes sanguinem illum profert, qui ad fouenda vitæ atq; lucis rudimenta præsto est, & recèns natis notum & familiarem victū sese offert, quamobrem non frustra creditum putat, sicuti valet ad fingendas animi atque corporis similitudines vis, & natura seminis, non secus ad eandem rem lactis ingenia valere, nec in hominibus in solum sed in pecudibus ait animaduersum: nam si ouium (inquit) lacte hœdi, aut caprarū agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis pilos gigni teneriores. Hęc & alia multa ibi Philosophus ille, multa Macrobius lib. 5. Saturnalium c. 11. multa Tiraquellus in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. nu. 173. melius in tracta. de Nobilitat. c. 20. nu. 76. alios citat D. Didacus Couarru. de sponsalib. 2. par. c 8. §. 6. nu. 13. vt ex his colligere possis, quàm malè faciant matres, quæ fontes illos lacteos quæsitis medicamentis obturant, impiæ, eferæ, asperæ, & immites, & in nulla alia re quàm in oblectamētis & voluptatibus matres.

31 † Quod tamen intellige, vt mater triennio lactare debeat filium, & nutrire officio quodam pietatis iuxta ea, quæ tradunt Bar. dict. tract. de alimentis. & Bal. in d. l. alimenta. C. de neg. gest. Præpositus in d. c. ab eius. & Grego. Lopez vbi supra, & alios quos adduximus, scilicet nisi mater sit nobilis, & magna domina, nec deceat ipsam pollui his sordib. quib. polluntur istæ infantium conductitiæ nutrices. Præpositus vbi supra, quod quidem nec authoritatem, nec rationem habet vllam, ipsam enim Reginam Hispaniæ, qua nihil maius videt Oriens, & Occidens Sol, filios suos nutrire decet, idque obseruata ratione naturæ, quæ reginis, & reliquis communis est. Illa verò honestior exceptio est, si mater sit pauper, quę sibi quęsitura sit alimenta; ordine enim charitatis prius sibi consulere debet mater, quàm filio, vnde dicit Bal. in d. l. alimenta, quòd istæ fantesche, contra legem qua nutrire tentur

tentur

nentur triennio filios, propter paupertatem, qua coguntur, sibi alimenta quærere, possunt filium scolastico ēt intra trien nium reddere, quod dictum Baldi egregium est, & quotidiè versatur in nostro Senatu, quo tota die commeant pauperculæ mulieres ab his, ex quibus filios sustulerūt, alimenta po stulantes præstita paruulis ēt intra triennium, quibus iam semel, ac bis succursum est ex dicta decisione Bal. facit, quod resoluit Abbas in d.c.cum haberet. de spurijs enutritis, ēt si mater locuples sit, quem sequitur Gregorius Lopez in d.l.3. versi. De tres años ad finem. ita vt regula de matre omnino in spurijs locum non habet, ex qua hodie indistinctè à sacerdotibus exigere alimenta possunt mulierculæ, & nutrices.

32 † Vlteriùs nota, q̄ illa regula, s.q̄ mater omnino teneatur alere intra triennium, necessitatem non inducit, admittit. n. arbitrium, de quo Bar. in l. si quis. §. si mater. ff. de lib. agno. vt scilicet ēt si ipsa velit, & teneatur alere intra triennium; si tñ infanti nutriendo vtile sit apud ipsam non ali, aliò traducatur iudicis arbitrio l. 5. ff. vbi pupill⁹ educari debeat. l. 1. ff. eo. ibi & solet ex persona & ex cōditione, & ex tpe statuere, vbi potius alendus sit l. 1. C. eod. ibi, qñ aūt inter eam & cognatos & tutores suborta fuerit dubitatio, aditus præses prouinciæ inspecta qualitate personarum & coniunctione perpendet, vbi puer educari debeat l. 19. tit. 16. par. 6. ibi. Pero si tu tuiesse madre que fuesse muger de buena fama, bienla puede dar el fijo que lo crie, e ella puede lo tener mientras man tuuiere viudez e non casare, mas luego que casare &c. Vnde si vidua intra luctus tempora turpiter se gerat, etiam si velit alere filium, auferretur sibi, & alijs tradetur, tutius enim est de suo infantem ali securè, quàm apud turpem matrem cū vitæ periculo permanere, ad hæc faciunt d.l.3. tit. 19. par. 4. & l. lex quæ tutores. ff. de administ. tutorum. facit, quod tradit Gregorius Lopez in d.l.3. de diuortio facto ĩter virū & vxorem, penes quem remanebunt filij, vide apud ipsum, nihil pertinet ad nostrum institutum.

33 † Nec hæc necessitas alendi restringenda est solùm ad ipsos parentes, qui procrearunt, quamuis in ipsis naturalis illa rō fortissima esse videatur, sed ad auos proauosq́;, & cęteros virilis sexus parentes extendenda est, quin & à matre ad cæteros maiores per illum fęmineū sexum infantem cōtingentes, necessitatem illam alendi deducimus & dilatamus: qm̃ hos quoq; ipsa rō naturalis inuenit procreationis infantis authores proximos eos quidem, ita Vlpianus in d.l. si quis à liberis. ff. de lib. agnos. vtrum aūt (inquit) tm̃ patrem, auumve paternum, proauumve paterni aui, patrem, cæterosq́; virilis sexus parentes, an verò ēt matrem cæterosq́; parentes, per illum sexum contingentes cogamur alere videndū est, & magis est vtrobiq; si iudex interponat, quorundam necessitatibus facilius succursus, quorundam ægritudini, & cū ex æquitate hæc res descendat, charitateq́; sanguinis, singulorū desiderija perpendere iudicem oportet, hæc Vlpianus tex. egregius in Authētico vt liceat matri & auiæ. §. illud. ibi, qđ aūt de alenda matre, & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus ascendentibus, descendentibusq́; personis, vtriusq; naturæ valere præcipimus, quod refertur in auth. si pater. C. de diuortio fact. In quo tñ id obseruandū est, vt non oēs confusè quidem alere teneantur, sed pr̃ in primis, mater verò deinde illo triennio, q̄ si hi egeant, aui proauive paterni alant, in subsidium verò requirendi sunt materni, ita definijt Marcellus in l. non quemadmodum. ff. de lib. agno. non quemadmodum (inquit ille) masculorum liberorū nostrorum liberi ad onus nostrum pertinent, ita & in fœminis est; nam manifestum est id quod filia parit, nō auo sed patri suo esse oneri; nisi pater aut non sit superstes, aut egens sit. hunc ordinem agnouit Gregorius Lopez in l.2. tit. 19. part.4. versicul. Padres.

34 † Quin & ipse frater ditior fratres inopes alere tenetur ipsasq́; sorores l. mutus. ff. de iure dotium. ibi, manente (inquit Paulus) matrimonio, non perdituræ vxori ob has causas dos reddi pōt, vt se suosq́; alat, vt fundum idoneum emat: vt in exilium, vel in insulam relegato parenti præstet alimoniam, aut egentē virum, fratrem, sororemve sustineat l. quamuis. ff. sol. matr. vbi idem Paulus ait, quamuis mulier non in hoc recipiat constante matrimonio dotem, vt æs alienū soluat, aut prædia idonea emat, sed vt liberis ex alio viro egētibus, aut fratribus, aut parentibus consuleret, vel vt eos ex hostibus redimat; quia iusta & honesta cā est, non vī male accipere l. tutor secundùm dignitatem. §. fi. ff. de admin. tut. aliud est (inquit Caius) si matri fortè, aut sorori pupilli tutor ea quæ ad victum necessaria sunt præstiterit, cum semetipsas sustinere non possent, nam ratum id habendum est, nec enim eadem causa est eius, quod in eam rem impenditur, & quod muneris legatorumve nomine irrogatur l. qui filium. ff. vbi pupillus educari vel morari debeat. existimo (inquit Iulianus) & si citra magistratuum decretū tutor sororem pupilli sui alue rit, & liberalibus artibus instituerit, cum hoc ei aliter contingere non posset, nihil eo nomine tutelæ iudicio, pupillo, aut substitutis pupilli præstare debere. vbi gl. versi. aliter l 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & rationib. distrah. sed nōnullos casus posse existere (inquit Vlpianus) q̄bus sine reprehēsione tutor author sit pupillo ad diminuēdū, decreto. s. interueniēte, veluti si matri aut sorori, quæ aliter se tueri non pñt, alimenta tutor præstiterit, tenent glo. & Bart. in d. l. si quis a liberis. in prin. Sal. in l. 1. C. de alend. liberis. Ioan. de Imol in l. 1. ff. solu.

35 matr. Quin & illud videbatur dicendum † fratrem debere fratris & sororis filios alere, cum eadē ferè ratio reperiatur, efficiente ciuili & legitima representatione fratrem & eius filiū vnam & eandem personam, tum etiam quia fratrum nomine filij fratrum intelliguntur §. cum filius. Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferunt̃. c. quæritur. 22. q. 2. ibi, soror enim dr: quia filia fratris erat, sed verius & receptius est nō teneri fratrem filios fratris alere, nullibi enim scriptum est, idq́ue post Ang. & Alex. & Ripam, Imolam in l. 1. ff. sol. matr. tenet Affli ctus in constitutionib. Reg. Sicil. lib. 3. rub. 68. num. 14. Emanuel Costa suo tempore iurisperitorum omnium iurisprudentissimus olim præceptor meus lib. 2. selectarum interpre. c. 20. nu. 2. à quo sæpè ea reddebatur ratio, q̄ nulla lege id reperiretur decisum. Præterea leges naturæ iam in transuersum euntes debilitari, & degenerare multum à fratribus ad fratrum filios. Postremò hanc tenent Ludouicus Molina de Primogenijs Hispanis lib. 2. par. 1. c. 15. num. 67. vbi pro c. frater 22. q. legendum est c. quæritur. & nu. 58. vbi allegatur l. 1. §. sed nonnullos. ff. de lib. agnosc. legendum est, de tutelis & rationibus. distrah. ff. & num. 70. pro l. 8. tit. 3. partit. 6. legendum puto. tit. 13.

36 † Frater quoque sacerdos tenetur alere sororem inopem. Antonius & Abb. in cap. peruenit. de arbitris. quod de redditibus Ecclesiæ salua conscientia posse fieri tenet ibidem Abbas; dominus enim fructuum est, & dummodo absit abusus de eisdem tanquam de patrimonio disponere potest. Aegidius de Bellamera in cap. venerabilis. de exceptionibus. num. 46. & seq. Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 4. art. 3. Couarru. in cap. cum in officijs. de testamen. num. 3. Præpositus Alexandrinus in cap. 1. 44. distinct. post Diuum Thomam. 2.2.q.185.art.7. cui opinioni proximè accedit illa opinio Zabarellæ Cardinalis in Clem. quia contingit. de religios. domibus. & in Clem. gratiæ. de rescriptis. vbi licèt clericum dominum non faciat, sed administratorem, liberam tamen administrationem relinquit, licèt de abusu teneri dicat, de quibus duabus opinionibus contra Archidiaconum, qui terriā aliam opinionem tenebat nimis rigorosam. Vide elegantissimè dominum Franciscum Sarmiento in suo docto & eleganti tract. de redditibus Ecclesiasticis. part 2 per totum, hæc enim solum ad nostrum institutum pertinent.

37 † At verò inter has obligationes matris & patris, & fratris erga filios, sorores, & fratres, aliquod discrimen reperitur, ex fortiori, vel debiliori necessitate & obligatione, quæ in his reperitur. Hæc aūt cum fortissima sit in patre, & matre, eo quod diximus modo postea aui, & proaui, quos omnes tāquam authores generis & procreationis natura agnoscit, hi ex hac naturali & fortissima necessitate coguntur nō qualiacumque alimenta præstare, scilicet quæ duntaxat necessaria sunt ad vitam conseruandam, sed alimenta pro sua dignitate præstabunt, & pro modo facultatum l. si quis à liberis. §. si vel parens. versi. non tantum alimenta præstare, scilicet, quæ duntaxat necessaria sint ad vitam conseruandam, sed alimenta pro sua dignitate præstabunt, & pro modo facultatum l. legatis. ff. de alimentis legat. Legatis alimentis, inquit Iabolenus, cibaria & vestitus, & habitatio debebitur; quia sine his ali corpus non potest l. verbo victus. ff. de verb. signifi. l. quos nos. eod. verbum viuere, inquit Paulus, quidam putāt ad cibum pertinere, sed Ofilius ad Atticum ait his verbis, & vestimenta, & stramenta contineri; sine his enim viuere neminem posse, & ne in ambiguo laborandū sit, siue quis educandus sit, siue sint sibi alimenta præbenda, siue victus præstandus, omnia hæc exęquata sunt, vt ad victum necessaria præstentur l. fin. ff. de alimentis legatis. Rogatus es (inquit Labeo) vt quendam educes, ad victū necessaria ei prę̃stare cogendus es, cur plenius est rogo alimentorum legatum, vbi dictum est, & vestiarium, & habitationem contineri, immo ambo exæquata sunt. Ex quibus constat, victum, vestitum, & habitationem, contineri verbo alimentorum, ex hoc autem

38 Labeonis responso. Videbatur † plenius legatū alimentorū esse, vt pote q̄ non victum solum, sed vestitum, & habitationem contineat, quod aperte pugnare videtur cum l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transactionibus qui transigit, inquit Vlpianus, de alimentis, non videbitur, neque de habitatione, nec de vestiarijs transegisse, cum Diuus Marcus etiam specialiter de istis transigi voluerit, quod in eodem §. prosequi-

Source : BIU Cujas

tur, ex quo responso vides apertè, alimẽtorum nomine, nec vestitum, nec habitationem contineri, sed breuiter recepta sententia est, vt propter odium trãsactionis super alimentis, quo casu transactio liceat, strictissimè fiat alimentorum interpretatio, vt id quod nominis ethimo, & propria significatione continetur, id nomine alimentorum intelligamus, s. ꝙ re vera alit, non cætera: habitatio enim, & vestis, verè non alunt, licèt ad alendum vtilia sint, cibus autem alit, ex d. §. verbum viuere l. quos nos. ideoq; solus cibus in transactione continebitur, at verò vbi agitur de alimentis præstandis, nõ auferendis, latior interpretatio fit, vt omnia hæc contineantur, & tunc victus, educatio, & alimenta exequantur. ex d. l. fi. & d. l. legatis. & d. l. verbo victus, & d. §. viuere. & ita resoluit Iason post reliquos in d. §. qui transigit. num. 1. ver. in ea glo. vbi infert post Bartolum de legato alimentorũ relicto vxori, vel de transactione inter hæredes, & vxorem super legato alimentorum. idem Bar. tract. de alimentis. num. 1. & 2. denique nobis est l. 8. tit. 8. part. 6. ibi. Entonces los herederos del son tenudos de le dar lo que fuere menester para su gouierno, & para su vestir, e calcar, segun aluedrio de homes buenos. Elegans text. in l. 2. tit. 19. par. 4. E la manera que deuen criar los padres sus fijos, e darles lo que los fuere menestes, magnauer no quieran es esta, que les deuen dar que coman, e que beban, que vistan, e que calcen, e lugar donde moren.

39 Quin † ꝙ cubile etiam & stragula conuolutoria verbo alimentorum continentur, vulgò, Vnà cama. d. l. quos nos. ibi, & stramenta, & vestimenta contineri, sine his enim viuere neminem posse. Tenet Ange. & post eum Iason in d. §. qui transigit. num. 3. ad finem. Aulęa autem ferica, vel lanea præstare non tenetur pater, cum hæc ad ornatum domus non ad alimenta pertineant; sine his enim egregie veteres viue-

40 bant, nos autem eò deuenimus † vt nisi parietes exquisito luxu cooperiamus, egregie viuere nos minimè putemus. Insanit humanum genus, & liberè sibi non dicam impudenter, regum & principum mores arripit, vix ad subeundas expensas aduersæ valetudinis opes habemus, & auratis parietibus vniuersum censum tribuimus. Optimè cum republica nostra actum esset, si lege lata his quoque sumptibus modus imponeretur. Hæc autem cũ inuenerit luxus, & regum opulentia, non necessitas, alimentorum nomine minimè continentur. glo. in d. l. quos nos. versic. neminem. ff. de verborum signific. vbi Alciatus post alios l. in strato ff. eo. stragula enim de quo verbo in d. l. in strato. vt Marc. Varro ait, de lingua latina lib. 4 quicquid sternitur significatur, à sternendo, vnde

41 † pro veste, & pro aulęis, & tapetibus accipitur, item pro eo quo dormientes cooperimur, vnde dimanauit verbũ illud latinis receptum, stragula semper conuoluta habeto, quod vrbanitatem cõtinet, vt scilicet stragula lecti componamus excubantes, tametsi verius multo sit hoc verbo commendatam fuisse verecundiam, vt etiam in his, quibus cogimur, & compellimur necessitati naturæ satisfacere, verecũdisimus, stragula conuoluta habeamus & ita tenet Ang. & post eum Iason in d. §. qui transigit, num. 3.

42 Item † & medicamenta ægrotanti debentur & nomine victus, & alimentorum continentur. Bar. in l. si cum dotem. §. sin autem in fœuissimo. ff. solu matrim. num. 9. versic. vlt. ex isto. tenet Ang. & Ias. in d. §. qui transigit. idem Bart. in d. l. legatis. ff. de alimentis legat. glo. Abb. & Canonistæ in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. Dominicus de sancto Geminiano in c. omnino 31. distinctione. Ancharan. & Imol. in c. si aliquem. de præbendis, in 6. text. elegantissimus quem Bar. dicit à nemine allegari in l. sicut impendia. ff. de vsufruc. Sicut impendia cibariorum (inquit Caius) in seruũ, cuius vsusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum respicere natura manifestum est, quod autem dicitur de medicamentis paruæ vel magnæ quantitatis in hoc nostro casu, quibus simpliciter alimenta debentur, sine quibus viuere non possumus, non curamus; siue enim magna, siue parua sint, omnino sunt præstanda; quia ad vitam necessaria sunt, verbo autem victus intelligimus quod ad viuendum necessarium est. Parui autem & magni in alimentis inuestigatio singularem considerationem habet in casu l. in rebus. §. possunt. ff. commodati.

43 † Possunt (inquit Caius) iustæ causæ esse, ex quibus cum eo qui commodasset agi deberet, veluti de impensis in valetudinem serui factis, quæve post fugam requirendi, reducendi que eius causa factæ essent: nam cum cibariorum impensæ naturali ratione ad eum pertinent, qui vtendum accepisset, sed id quod de impẽsis valetudinis aut fugæ diximus ad maiores impensas pertinere debet, modica autem impẽdia verius est, vt sicuti cibariorum ad eundem pertineant. Hæc Caius, ibi. maiores impensæ ad dominum non ad eum cui cõmodatur pertinent, cum enim is cui commodatur rem recipiat ad commoditatem alimenta præstabit respectu commoditatis, quæ autem commoditatis expensæ rationem superant, eæ ad dñm spectant. Cõmodasti equum, vt Compostellam irem Compostellã veni, ægrotauit equus, curaui, grauis morbus fuit, expensæ rõnem cõmoditatis superant. Pro culdubio ea expensa ad dñm pertinet, parua aũt ad me, idẽ dicendum est in omni specie, in qua alimenta debeantur respectiue, vt in viro, qui tenetur alere vxorẽ, ac ob id medica-

44 menta præstat. Sed † cum hæc medicamenta debeant respectiue, id est, rõne dotis, si morbus grauissimus sit, & maximę impensę fiant, in vxorem ægrotantẽ, quæ dotis vsuras excedant, ea quæ excedũt dotem computabitur vir in dotẽ; quia licèt teneatur alere, ac subinde mederi, id tñ est respectu dotis: & ita tradit Paulus elegantissimè in l. quod in vxorem. ff. de neg. gest. qui videndus. & tenuit Bal. ibidem nu. 4. qui existimauit, aliqñ hanc expensam medendi nõ pertinere ad maritum: & allegat Cynũ, & Raynerium, qđ deniq; resoluit Palatius Rub. in reper. c. per vestras post adnotationes ad tex. §. 1. per totum, folio mihi 85. & ita respectiuè hr̃ ratio paruę & magnæ quantitatis, quod addendum est ad explicationem eorum quæ tradit Antonius Cordubæ de Lara in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 26. ff. de lib. agno. In nostro verò casu vbi de alimentis filijs præstandis à parentibus agimus, cũ simpliciter debeantur authore natura, & cogente lege, siue magnæ, siue paruæ quantitatis sint præstari oportet, nec locum habet separatio illa, magnæ & paruæ quãtitatis, de qua Caius in d. l. in rebus. §. possunt.

45 † Tandem hmõi parentes præstare quoq; tenentur expensas pro disciplina addiscenda, si fortè filius vult ire ad scholã Salmantinam, in quo animaduertendũ est, nos nihil agere de legato alimentorũ, in quo verissimum est, non contineri, nisi ea quæ diximus, victum, s. vestitum, habitationem, & medicamenta. gl. verbo victus in c Eps 10 q 2. Decius in l. de alimentis. C. de transactionibus. Bar. in tract. de alimentis. num. 1. 5. & 6. denique in legato veniunt ea quæ pertinent ad vitã tuendam, expensa aũt ad disciplinam addiscendam non cõtinetur in legato alimentorum, quod tenet Bar. d. tract. de aliment. nu. 3. idem in d. l. legatis. idem in l. de bonis. §. pen. ff. ad Carbonian. post glo. ibi, Ias. in §. qui transigit. nu. 4. pro quib. est tex. in d. l. legatis. ff. de alimen. legat. Legatis alimentis (inquit Iabolenus) cibaria, & vestitus, & habitatio debebit; qa sine his ali corpus non põt. cætera quæ ad disciplinam pertinent, legato non continent. In nostro verò casu vbi obligatio alimentorũ descendit à naturæ & legis dispõne, non verò hominis, proculdubio hæ expensæ veniunt quoq; appellatione alimentorum l. bonis. §. qui pupillo. vers. non solũ. ff.

46 de Carboniano edicto † nõ solùm alimenta, inquit Paulus, præstari debent pupillo, sed & in studio, & cæteras necessarias expensas dẽt impendi pro modo facultatum, quod & in tutore quoq; receptũ est l. cũ plures. §. fi. ff. de admin. tut. Cũ tutor, inquit Paulus, non rebus duntaxat, sed morib. pupilli proponatur, in primis mercedes p̃ceptoribus non quantitas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet, tex. in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat. ibi. iussus es à magistratu alimenta pupillæ & mercedes, vt liberalibus artibus instituere, pupillæ noĩe præceptoribus dare, quęsitũ est, an tutelę iudicio ꝑsequi possit, exi-

47 stimo † & si citra magistratũ decreta tutor sororẽ pupilli sui aluerit, vt liberalibus artibus institueret, nihil eo nomine tutelæ iudicio pupillo, aut substitutis pupilli præstari debere, cum aliter ei contingere non possit, i. cũ etiã si magistratum adierit, cogendus omnino esset, præstare has impensas, q̃ ad disciplinam irrogantur, addiscendam pueris. puellisque.

Nec cum hanc quæstionem tractamus, id attingimus, an scilicet filius teneatur conferre expensas, quas pater secum fecit in studijs; aliud enim est, an pater teneatur, aliud an filius debeat conferre, cum vtrumque concurrere possit, & ꝙ pater teneatur præstare impensas filio in scholis, & ꝙ filius teneatur conferre fratribus, rursus potest quidem fieri, vt pater teneatur præstare, & filius minimè conferre, vnde resultat perspicuitas quæstionis nostræ, an scilicet ita instituendus sit, vt est alendus, & sicuti alimenta necessaria filius non confert, ita nec expensas pro disciplina addiscenda. & licèt Bart. in dict. tractat. de alimentis, & Paul. & Iason, & reliqui, de quibus supra, ita ex d. l. bonis. §. qui pupillæ. & ex dicta l. cum plures. §. fina. & ex dicta l. qui filium. id indistinctè colligant, & tradant secure, aduertendum tamen est, quòd pater tenetur mercedes præceptoribus, & magistris numerare, & filium erudire, non tamen maioribus facultatibus, iure ciuili scilicet, aut Pontificio, vel Theologia, vel medendi ar-

48 te. Sed eo vsque duntaxat † vt filius discat Latinam linguã; parum enim homo videri solet, qui humaniores disciplinas non nouit, quantumuis reliquis maioribus disciplinis eruditus & instructus esse videatur: miserrimi enim ingenij est, quæ rectè senseris, non nisi barbarè promere, & turpi-

ter

Source : BIU Cujas

ter explicare. Vnde hanc prerogatiuam vsurpauit sibi in iure latina lingua, vt expensas in ea factas pater teneatur præstare,& filius minimè conferre, atque id quod de latina lingua dicimus,de humanioribus studijs intelligimus,sine quibus hodie nullus satis peritus,& doctus est, idemq; de Græca lingua, quæ ingenuis hominibus post latinam apprime necessaria est,& doctissimo cuique ornamentum splendidissimum. Existimo ergo in hoc habendam esse rationem personarum, & patrimonij, idq; arbitrio iudicis definiendum esse,ita vt omnino hæc impendenda sint nobili parenti:quę filius in his consumpserit, has minimè collaturus expensas, tenet Bart.in l.bonis.§. non solùm.ff.de Carboniano, idque significat illis verbis,dum ait, sed respondeo textus iste hoc declarat,quòd hic loquitur in studijs necessarijs, sine quibus homo secundùm consuetudinem,& conditionem suæ personæ viuere nō potest,vt addiscat grammaticam, & similia, & tunc dicitur impensa necessaria,hæc Bartolus, qui cum dicit grammaticam,& similia,intelligit artes liberales, quæ liberaliter erudiunt,& ingenue instituunt, veraq; hominum diuitiæ sunt,quas qui norunt ita reliquos homines excellūt, sicuti ipsi mutas pecudes, tenet Ludouicus Romanus in l. si donatione.C.de collationibus. Ang. in authen. res quæ. C. communia de legat. Ias. in l.quidam cum filium. num.33.ff. de verb.oblig.vbi refert Solonis legem, qua filius non tenebatur alimenta præstare patri, quem pater liberis studijs nō erudisset,ex Plutarco in vita Solonis,tenet Ripa in l.in quartam.num.174.ff.ad leg.Falci. Gregorius Lopez in l.5. tit.15. par.6 verbo Las despensas. versiculo aduerte tamen, tenet doctissimus Antonius Menesses præceptor olim meus in authen.res quæ.communia. de legat. C. nume.92.qui adducit Rebuffum de priuilegijs scholasticorum,num.53. in quo arbitrium iudicis desideratur, vt diximus perspecta qualitate, & dignitate personarum,& patrimonij facultatibus, ex qua vera resolutione cauebis à glo.verbo, solebat, in l.sed Iulianus.§ proinde.ff.ad Macedonianum,vbi longa & prolixa distinctio est, & rursum cauebis à Bartolo in d. l. quidam cum filium.num.11.vbi indistinctè tenet, quòd pater tenetur ad
49 impensas, & † quamuis Ludouicus Romanus vbi supra pro sua,& Bartoli opinione adducat l. quæ pater.ff famil.erciſc. illa tamen lex verè non loquitur in expensis omnino debitis; quia in his minimè indagamus animum credendi, vel non credendi;ille autem textus melius applicabitur in casu, quo pater expendit cum filio in maioribus studijs, ad quod minimè tenetur, an donasse visus sit, si non reposuerit in libro rationum,vel si non explicauerit animū, quòd crediturus fecerit non daturus,vt quadret cum l.Nesennius.ff de negotijs gest. facit pro recepta opinione d. l. qui filium ff.vbi
50 pupillus educari debeat & d.l.cum plures.§.fin.putamus†tamen inuito patre posse filium his humanioribus studijs operam dare: cum enim omnino pater teneatur ijsdem eundē erudire,non potest filius impediri,quo minus addiscat, si velit.Bald.in l.Macedoniani.C.ad Macedonian.Felv.in c.2. de magistris.Nouellus de dote 6.parte,priuilegio.46. Rebuffus dicto priuilegio 53.

51 † Ex quibus cum pater ad hæc omnia teneatur, proculdubio tutores & curatores, qui huiusmodi expensas fecerint, in rem pupilli expendisse videbuntur, meritoque in ratione tutelæ has expensas deducent,idemque obseruabitur generaliter in omni eo, cui pupillus curæ sit, si pupillum legere, & characteres literarum apte formare docuerit, ferè enim nullus casus interuenire potest,nulla personæ qualitas,nulla patrimonij adeò exigua summa,quæ harum expensarum deductionem impediat, etiam si expensas in humanioribus disciplinis faciendas arbitrio iudicis relinquamus. Perspecta qualitate & dignitate personæ, & patrimonij l.qui filium.ff. vbi pupil.educari deb.l.6.tit.16.par.6. vbi Greg. Lop. immo arbitramur, si tutor tales expensas omiserit, teneri eum ex dispositione tex.in l.quicquid.C.arbitrium tutelæ,quia multo grauior est iactura pupilli,quàm rei pupilli,meritoque talis tutor priuabitur decima parte fructuum,quam consequitur ex iuris nostri dispositione vtiliter pupillum & pupilli rem gerens, non gessit qui pupillum nō erudiēdo perdidit, quamuis rem auxerit d.l.16.tit.16.par.6.

52 † Cæteras autem expensas in maioribus studijs, quas pater facit cum filio,an omnino teneatur facere,& si semel prę stiterit expensas perseuerare teneatur, quousq; perficiat studiorum suorum tempora,& si pater sit mortuus, qui semel expensas subministrarat,an fratres teneantur,& in omnibus his decisio est negatiua, quam resoluit Antonius Gomez in l.29.Tauri.nu.17.post Bar.in l.de bonis.§.nō solùm.ff.de Carbonia.edict. idem Bar.in l.1.§.nec castrense.ff.de collat bonorum.nu.12.idem in tract.de duobus fratribus q.3.Bal. in l.filiæ cuius.C.famerciſc.glo & DD.in l.Macedoniani.C.ad Macedonianum.Ias.in l. quidam cum filium.ff.de verb.obligat. nu.33.pro fratribus est tex expressus in l.etsi filium.ff.de muneribus & honoribus.l.si vni.§.1.ff.fam.erciscun.

53 † Et quamuis hoc generaliter traditum sit, fratres si cōia habeant bona ex ea parte facultatis, quæ ad filium studentē pertinet, proculdubio in hoc Senatu cōpelluntur necessaria mittere ad studia perficiēda.pro quo facit d.l.etsi filium. ibi, cum eidē decurioni sufficiētes facultates reliquerit pr,quasi iureconsultus dicat,non teneri fratres;quia decurio hēt suas facultates,igit voluit,q; ex facultatib. suis alatur,ēt si hæ sint apud fratres cū reliqs bonis prnis, quas quidē expēsas sibi faciet,& ex suo,nō verò ex ea portione, q̄ ad fratres pertineat.

Ex quo iam semel ex facto agitatū vidi in hoc Senatu, si pr semel miserit filiū Salmanticā, qui maternā hrditatem habeat,cuius tn vsusfructus apud patrē sit,nolitq; expensas prę stare,vt filius perficiat studia, an sit cōpellendus,& coactum fuisse noui,idq; in eo casu,quo pr locuplex erat, & facilè poterat pstare necessaria sine distractione rerū maternarū,& diminutione vsusfructus,argumēto gl.cōiter receptæ in l. Macedoniani.C.ad Macedonianū. quā ibi sequit Bar.aliàs si esset ad id rē maternā distracturus,vnde diminutio fieres,vsus fructus non teneret, ob id iudicū prudens arbitriū animaduertitur, filius aūt postea expensas computabit secū factas.

54 †Hæc sunt necessariò expendenda cū filijs legitimis,quos rectè genitos esse cēsemus,& in quib.fortissima naturę iura esse arbitramur, nā in spurijs & naturalibus magis minusve lęsa iura naturalia constituimus, ideoq; in his cōmiserationē,in illis naturæ vim & ptātem inuenimus Vnde illud animaduersione dignum est, quod tradit Antonius Gomez in l.10.Tauri.nu.43.existimans adeò deberi spurijs alimenta,vt sicuti legitima portio grauari onere vel fideicōmissio nō pōt pp naturalem obligationē,ita quoque alimenta.fundatur in l.10.Tauri,quæ mihi nihil hmōi probat, nō enim video,cur sacerdos,qui centū nomine alimentorū filio, filiæve donat, vel relinquit, non possit fidei cōmittere filij, filiæve,vt post mortem suam fideicommissi nomine restituat alij, pro quo præterea quod ipsa rō facit, à qua decedit ipse,s.quia ius alimentorum personale est,& non transitoriū ad hæredes l.cū hi.§.modus.ff.de transactionibus. lex decima Tauri. Etiam si dicat,posse filium huiusmodi alimenta trāsmittere ad posteros, & relinquere quibus velit,id quidem intelligendum esset,si libere relinquantur,nulla addita conditione, cum verò ex superiùs traditis constet, spurio, & naturali nō deberi, quemadmodū legitima portio filijs legitimis, necessariò fatendum est, posse istos filios fideicommisso grauari,præsertim q̄ morte eorum incipiat,quo tpe alimenta desinunt deberi. Et ita iudicauit Senatus noster in causa dotis cōstitutę filiæ sacerdotis,addita conditione, vt si filia sine liberis moreretur,dos ad consanguineos quondam sacerdotis reuerteretur, marito ex voluntate vxoris bona desiderante, ex qua prolem nullā susceperat. Alimenta.n.eam naturam obtinebant,vt finita vita ad donantem reuerterentur,Palatios Rubios & alij quos refert & sequit post Abbatē cons.115.& Baldum in l. eam quam. C. de fideicommissis nu.41.Antonius Gomez in d.l.10.Tauri.nu.42. & contra Antonium Gomez sunt hi qui tenent,alimenta deberi instinctu naturæ, non lege naturæ, de quibus nume.10.isto. & quia caret Antonius Gomez iure,& licèt ipsi in fundamento errent, verè tamen tenent contra Gometium,& tenet Palat.Rub. in repet.capituli per vestras.folio.99.num.9.colum.1.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ factæ in maioribus studijs cum filio an conferantur.*
2 *Si pater habeat bona filij & expendat, in dubio censetur expendisse ad maiores disciplinas de patrimonio filij.*
3 *Quid si filius nihil profecerit in studijs,& operam perdiderit.*
4 *Quid si pater expendat animo donandi,& quo probabitur ille animus.*
5 *Necessariæ expensæ nunquam conferuntur,idq; generale est.*
6 *De liberis an conferantur,& quid iure nostro Hispano.nu.7.& quod Bart. pessimè cōparet scolasticos cū arcarijs et muscarijs.nu.8. cōtra Tellīū.n.9.*
10 *Quid de expensis in nuptijs filiæ vel filij, & vestimentis pretiosioribus, uel uilioribus.*
11 *In materia donationum conferendarum,uel imputandarum cautè præcedendum, subtilis est.*
12 *Expensas factas pro redemptione filij capti ab hostibus an filius conferat, quid si hostis sit Christianus, quid si pyrata.*
13 *Expensas factas in solutione cōdēnationis factæ filio an faciat pater de suo.*
14 *Expensas factas à patre pro militia comparanda filio an filius imputet, & de æstimatione militiæ facienda.*
15 *Militia decurionatus, tabellionatus, & officia acquisita constante matrimonio sunt communia uiro & uxori ex iuris nostri dispositione.*
16 *Theseræ frumentariæ & militia differunt, & quid antiquis fuerint.*
17 *Alimenta sunt præstanda pro modo facultatum, & facultas debet æstimari pro modo redditus.num.18.*
19 *Idem pretium est duorum modiorum vini, & fundi, qui duos duntaxat modios reddat vini quotannis.*

Source : BIU Cujas

20 *Alendus non cogitur manere in eadem domo cum eo à quo est alendus, & quòd præstentur iudicis arbitrio alimenta.*
21 *Modus constituendorum alimentorum vt iurgia vitentur.*
22 *Filius si habeat aliunde, vnde se alat, non est alendus, & de artificio honesto, vel turpi, & de hospitali domo quæsita filio a patre.*
23 *Filius exhæredatus quatenus alendus sit ab hærede scripto.*
24 *Expensæ factæ cum eo, cum quo affectio est charitatis, affinitatis, sanguinis, vel amicitiæ, quando repetantur, & limitationes num. 25.*
26 *In tutore, uel curatore quid statuendum, an præsumatur pupillus vixisse de suo, & de equo, & boue capto, quòd alimenta præstentur. nu. 27.*
28 *Animal repertum in alieno agro; quomodo retineatur, an pro damno, an uerò pro alimentis.*
29 *Athenienſium lege puniebatur, qui bouem repertum in alieno agro interficiebat. & causa.*
30 *An si alimenta relinquantur, præstanda ex certo fundo quotannis, an fundus sit hypothecatus pro alimentis, & quid in annua præstatione, vniuersè traditur.*
31 *An per expressam hypothecam contrahentes recessisse videantur à tacita & legali, remissiue.*
32 *Alimenta relicta in aliquo fundo habent fundum obligatum.*
33 *Vera in hoc resolutio, & ratio eius resolutionis.*
34 *Rursus hæc ipsa resolutio latius resoluitur alia quæstione adducta, an assignatio loci. unde alimenta præstentur, inducat conditionem, an verò demonstrationem.*
35 *Doctores alijs verbis hanc ipsam quæstionem proponunt.*
36 *Communis & recepta sententia in quæstione traditur.*
37 *Hæc ipsa communis & recepta sententia obscurè à Doctoribus tradita latius & apertius explicatur.*
38 *Vera ratio ex mente Iureconsultorum agnoscendi duplicem orationem.*
49 *Optima & quotidiana exempla ad hanc resolutionem traduntur nume. 40. & 41.*
42 *Quod dicitur, obligationem personalem ad annui reditus solutionem esse principalem & principaliter attendendam, limitatur ex hac resolutione. & num. 43.*
44 *In constitutione annui reditus, vel alimenti quando excussio non sit necessaria, & quòd extra hunc casum sit necessaria, contra Couarru. ita iudicasse Senatum Gallecum.*
45 *Duplex oratio quomodo intelligatur in legato vel donatione, uel emptione annui reditus uel alimenti annui, & affectus huius duplicis orationis. num. 46. & 47.*
48 *Licèt à principio hypotheca non reperiatur sine actione personali, ex post facto bene reperitur.*
49 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione facit euidentiam rei.*
50 *Fundus demonstratus ad solutionem annuam est hypothecatus in causa alimentorum solum ex Accursio.*
51 *Contra eundem Accursium verum esse extra causam quoque alimentorum in omni demonstratione fundi ad annuam solutionem induci hypothecam expressam.*
52 *Parentes quoque alendi sunt à liberis iure nostro & naturali reciproco.*
53 *Ciconiæ pietate insignes genitores senecta confectos enutriunt.*
54 *Regium sceptrum olim in imo hypopotamum, in summo ciconiam habebat.*
55 *Legitima respectu parentum tolli non potest.*
56 *Difficillima ratio est ad decisionem Iureconsulti, qua mater per substitutionem pupillarem legitima portione priuatur.*

De expensis ad maiores disciplinas addiscendas, & quomodo alimenta constituantur. Caput quartum.

1 Sed † & illas expensas, quas pater libens, ac volens præstat filio, vt maiores disciplinas addiscat, filius non confert, neque facit de suo, idq; pro regula constituendum est. Cuius ea ratio est; quia Bartolus in l. 1. §. nec castrense. nume. 3. ff. de collatione bonorum. & in l. filiæ cuius. C. famil. erciscun. censeat donationem factam à patre filio studiorũ causa non valere mero iure, nisi præcedente traditione, & secuta confirmatione post mortem, quam opinionem communem dixit Ripa in l. 1. numero 153. ff. soluto matrimon. & Alexan. de Imol. in l. in quartam. numero 22. ad leg. Falc. & plures refert Tellius in l. 17. nume. 114. Contraria tamen opinio verior est, & receptior, quam receptiorem dixit Ias. in d. l. 1. ff. soluto matrimonio. & Alexan. de Imola in dicta l. in quartam. dicto numero 22. & plures relati per Duenas in regula 87. pro qua est nobis nostro iure l. tertia. titu. 4 partita. 5. ibi. Mas si el padre diesse algo delo suyo a alguno de los fijos non valdria, ca el fijo aquien lo diesse si ouiesse otros hermanos, tenudo seria despues de la muerte de su padre de adducirla, e meterla en particion con ellos, o de recebirla en su parte entregandose cada vno de los otros hermanos de otro tanto como valiesse la donacion que le dio el padre, fueras ende si el padre fiziesse cauallero a su fijo, e le diesse cauallo e armas, o le fiziesse aprender alguna sciencia, o le diesse libros en que la aprendiesse, ca el donadio que fuesse fecho en alguna de las maneras sobredichas valdria, e non saria tenudo de adducirla en particion entre los otros hermanos, Hactenus lex nostra. Tum etiam hæc opinio probatur in l. quæ pater. ff. famil. erciscun. quæ pater (inquit Vlpianus) emancipato studiorum causa peregrè agenti subministrauit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus in rationem portionis quę ex defuncti bonis ad eundem filium pertinent, computari æquitas non patitur, hæc Vlpianus, qui pro regula tradit omnino, regulariter non esse computandos eos sumptus & expensas, & huius legis argumento. Bartol. ibi & reliqui hanc regulam tradunt, & licèt Vlpianus loquatur in emancipato, à fortiori idem intelligendum est de filio in potestate secundùm Corsetum in l. filium quem habentem. numero 224. C. famil. erciscun. pro qua regula est nobis nostro iure l. quinta. titu. quinto. par. 6. ibi. Otro si dezimos, que los libros e las despensas que el padre diesse alguno de sus fijos para aprender alguna sciencia en escuelas non gelas pueden contar los otros hermanos en su parte en la particion, & hæc regula constituenda est.

2 † Recipit autem aliquot declarationes, quæ in materia optimæ sunt, atque in primis ea est summè aduertenda, nisi pater aliqua bona filij habeat. Bartol. in dicto §. nec castrense. nume. octauo. Antonius Gomez in l. vigesimanona. Tauri. numero decimosexto. Iason in authen. quod locum. C. de collationibus. numero tertio. Palatios Rubios in Repetitione cap. per vestras. §. decimoquarto. numero quarto. fol. nonagesimoprimo. Corrasius in Repet. l. filium quem habentem. numero 226. vbi expresse sequitur Bartol. pro qua opinione est textus in l. fin. ff. de petit. hæredit. filius (inquit Scæuola) à patre emancipatus, secundùm conditionem testamenti matris adijt hæreditatem, quam pater antequam filium emanciparet possedit. Fructusque ex ea percepit, sed erogationes in honorem filij cum esset Senator fecit, quæsitum est, cum paratus sit pater restituere hæreditatem habita ratione eorum, quæ in eum erogauit, an filius nihilominus perseuerans petere hæreditatem doli mali exceptione submoueri possit, respondi, & si non excipiretur, satis per officium iudicis consului: quod est verum, etiam si bona illa non consistant in pecunia, quod tenent contra Bart. Antonius Gomez in dicta l. vigesimanona. numero decimo sexto. & Gregorius Lopez in l. quinta. tit. decimoquinto. par. 6. verbo, Las expensas, idque recipiendum est in dubio; nam si expresse donet, statuendum est, vt supra diximus numero proximo.

3 † Secundo limitatur, si modò filius ea quæ pater sibi in studio præstitit in malos erogauerit vsus, ita tenet Bartol. in dicta authent. quod locum. per text. ibi. C. de collationibus. sequitur ibi Iason numero tertio. Decius numero octauo. qui dicit communiter receptam. idem Baldus ibi versic notat Platea in l. licet. C. de decurionibus. libro decimo. Angelus in l. filiæ licèt. C. de collationibus. Gregorius Lopez in l. quinta. tit. decimoquinto. part. 5. verbo Las expensas, quæ sententia recepta eam habet rationem; quia hæc ipsa donatio ad studia eam habet tacitam conditionem, si filius huiusmodi expensas in bonos conuertat vsus, quòd si filius se sumptusque & expensas perdat, tunc repetitioni locus est, quasi non secuta causa.

4 † Limitatur tertiò, si pater, quo tempore expensas submi nistrat, non faciat animo donandi, sed potius credendi. textus in dicta lege. quæ pater. ff. familiæ erciscundæ. ibi. si non credendi animo pater feciſſe fuerit comprobatus, vbi Bart. tenet Antonius Gomez dicto numero decimosexto. versic. secundò limita, ille tamen animus credendi, & non donandi interuenire debet tempore ipso, quo expensæ præstantur non ex interuallo l. illud. C. de collationibus. ibi. nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentiæ imposuerit. ubi Bartolus. & Paulus l. perfecta donatio. C. de donationib. quæ sub modo fiunt. exemplum est, vt intelligamus, quando pater præstat necessaria ad studium animo credendi, non verò donandi. Illud in primis adducitur, si pater subministrans sumptus testetur, vel in rationem sumptuum, & expensarum redigat huiusmodi expensas. Ripa in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. numero 175. Crottus in repetitio. l. frater à fratre. ff. de condict. indebiti. numero 124. Christophorus Porcius in §. primo. Institutio. per quas personas nobis acquiritur. Antonius Gomez dicto numero decimosexto. probatur in dicta l. Nesennius. in fine. ff. de negotijs gestis. qui est vnicus in iure secundùm Bartol. in l. nuda. C. de donationibus. & licèt hæc limitatio communiter recepta sit in patre: tamen difficultatem habet, quia dicta lex Nesennius. non loquitur in patre: sed nihilominus eadem ratio est in patre, cum ad has expensas minimè teneatur.

Illud

Source : BIU Cujas

5 † Illud tamen aduertendum est, quòd in omnibus casibus, quibus filius conferre tenetur expensàs secum factas à patre in studio, debent deduci ante omnia, & taxari expensæ illæ, quas pater aliàs necessarò facturus erat cum filio, si apud eum moraretur; hæ enim cum natura ipsa debeantur, nec computantur, nec conferuntur. Portius in dicto §.1.Instit. per quas personas nob. acquir. Antonius Gomez dicto numero 16. faciunt iura quæ allegat Antonius Gomez l. sed etsi lege. §. quod autem.ff.de petit. hæredit. & l. ex parte.ff.famil.erciscun. Sed etiam si nihil probent hæc iura, tamen illud fortissimum est argumentum, quòd pater aliàs erat consumpturus, idque necessariò, nec illa obligatio naturalis extincta reperitur, & re vera repetitionem impedit: quia saltem naturaliter debebatur, omitto, quod lege ciuili, vt diximus, pater compelli poterat.

6 † Huc quoque pertinet expensa facta à patre in comparandis libris filio, an filius conferre teneatur, & eos sumptus pater de suo, an verò de patrimonio filij feciſſe videatur. In qua quæstione Bart. in d.§. nec castrense. numero 2. & 3. distinguit, & recipitur communiter eius distinctio. idem Bartolus in l. filiæ. C. famil. erciscun. & in tractatu de duobus fratribus, numero 15. Paulus in l. illud. C. de collationibus. Iason in l. filiæ licet. C. de collationibus. numero. 3. Alexan. in l. si donatione. numero 19. C. de collationibus. Decius ibi communiter nu. 40 Ripa in l. in quartam. nu. 169. ad legem Falcid. ex qua distinctione colligitur, quòd nunquam libri sunt conferendi, nisi pater aliud dixerit, itaque ex distinctione Bartoli aliquando conferuntur, aliquando verò minimè, sed indistinctè tenendum est, libros nunquam esse conferendos donatos à patre filio, in quo ea ratio quoque Bartoli militat; quia cedunt in peculium filij, instar peculij castrensis. glo. in l. quæ pater. ff. famil. erciscun. glo. in l. filiæ cuius. C. eodem. facit l. si filius familias. C. famil. erciscun. vbi datum à patre filio eunti in militiam castrense dicitur, ergo idem dicendum est in eo, quod datur filio eunti in studiũ, cum par sit ratio: vt notat Baldus in l. 1. in fin. ff. soluto matrimonio. Tandem hæc opinio probatur apertè in l. 5. titul. 15. partita 6. & ibi Gregor. Lopez, verbo Los libros. Ex qua nostri iuris decisione cessat dubitatio illa, quam mouet Iason in dicta l. filiæ licèt. C. de collationibus. post alios. & Baldus in dicta l. 1. ff. soluto matrimonio. & Palatios Rubios in repetit. rubricæ. §. 42. an collatio illa, quæ negatur filio circa libros habeat locum in filio Doctore, vel Licenciato: indistinctè enim seruanda est in Doctore, Licentiato, & Bachalaureo, hæ enim verborum conceptiones parum à doctis æstimantur, iuris & rerum cognitio, itemque cordata verborum copia hominem commendat apud doctum non inanis titulus Doctoris, cum passim reperiamus plures Doctores, qui docendi sint, & scholasticos qui docere possunt. Nec hanc quæstionem tanquam inanem & nullius frugis attigit lex nostra Hispana, quæ nihil intactum relinquere solet.

7 † Immo si rectè inspiciantur iura Hispana hanc donationem factam filio causa studij, ad scholasticum, qui actu discit, non ad eum qui desijt audire extenduntur, ita vt donatio facta à patre filio scholastico adhuc audienti valeat iure irreuocabili, & in primis est textus expressus in l. 3. tit. 4. partit. 5. ibi. O le diesse libros en que la aprendiesse. Nota verbum illud, En que la aprendiesse. Quæ nisi in scholastico audiente adhuc verificari non potest, & ibi. O le fiziesse deprender alguna sciencia. Nota verbum, Deprender. Rursum est textus in l. 5. tit. 5. partita 6. ibi. Otrosi dezimos, que los libros, e las despensas que el padre diesse a algunos de sus hijos para aprender alguna sciencia en escuelas non gelas podrien contar los otros hermanos en la particion. Nota verbum, Diesse, & verbum, Aprender. Iure communi est textus expressus in l. quæ pater. ff. famil. erciscun. qui est expressus, vt donata à patre studiorum causa valeat, neque filius teneatur conferre, neque quicquam Iureconsultus distinguit inter huiusmodi Doctores, Licentiatos, vel Aduocatos, vel Bachalaureos. Hæc enim ordinum, & titulorum discrimina ignota fuere priscis illis sæculis, quos scientia non inanis titulus commendabat, & interpretandi ius negotium solebat à principe concedi, non verò exigebatur, à quoquàm, idque Adrianus princeps respondit, vt est in l. 2. ff. de origine iuris, & Alexander Seuerus dicere solebat, inuitum nõ ambientem esse ad rem publicam assumendum, refert Aelius Lampridius in eius vita; multa enim sunt, quæ cum honestè concedantur, ambitiosè tamen petuntur l. 1. §. est enim. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. c. de Eulogijs 18. distinct. l. 1. ff. ad legẽ Iuliam de ambit. glo. versi. præstari, in d. l. 2. ff. de origi. iuris. nostra autem ætate iudicandi facultas non petitur. Sed exigitur iure proprio. Præterea l. 3. tit. 4. & l. 5. tit. 15. de quibus supra, coniungunt donationẽ factam scholastico, & militi, donatio autem facta militi de armis valida est, quasi in peculium, igitur & ea quæ fit scholastico, qui adhuc aduocatus non est, nec Doctor, & ita Angelus & Imola in l. 1. in fin. ff. sol. matrim. tenent, quòd scholaris sicuti Doctor postquam reuera militat, possit habere peculium castrense, cõtra Bar. in d. l. 1. §. nec castrense, nu. 2. ad fin. ff. de collatione bonorum. vbi ait, nusquam scriptum esse scholasticum habere posse peculium castrense: cum de illo non loquatur l. 1. C. de excusationibus artificum. lib. 10. egregia allegatio, & risu digniſſima, verè enim nihil facit ad propositum, vt patet ad literam, loquitur enim in artificibus, quorum nulla similitudo, aut conuenientia est cũ scholasticis, qui literis insudamus, & miror quidem Bartolus nos

8 † cum arcarijs, marmorarijs clauicularijs, immo cum bracharijs, & demum cum muscarijs de quibus in d. l. 2. C. de excusationibus artifi. comparauit, oblitus se scholasticum, quicquid sit, nostro iure & communi donatio facta scholastico causa studij valet irreuocabiliter; quia iura in hoc, quid quid sit de peculio, non distinguunt inter Doctorem, & addiscentẽ, immo si rectè perpendantur, loquuntur in scholastico apertè. Et ita tenent nostri Gomez Arias in l. 17. nu. 34. Palatios Rub. num. 77. Cifuentes limit. 3. Segura in l. vnũ ex familia § sed etsi fundum. ff. de leg. 2. Castillo in versi. semejante. Antonius Gomez in l. 29. nu. 16. Iason & Crotus in l. frater à fratre. nu. 47. ff. de condi. indebi. pro quibus sunt iura, de quibus supra, quod libentius aduerti: quia Tellius in. d. l. 17. nume. 113. & 114. leuissimo argumento decedit ab hac vera opinione, nihil aduertens ad iura secutus communem opinionem a ueriori deceſſit. Quod plerumq; fit ab his, qui potius scriptorum numerosam recitationem, quàm Iurecõsultorum vera responsa quæritantes totas membranas con-

9 sumunt. Et † certè licèt iure communi aliqua difficultas sit nostro tamen iure expedita res est, quosque refert Tellius confusè admodum loquuntur, & diuersos casus coniungunt, scilicet quando pater emit nomine filij ex pecunia ppria, qui casus longè distat à nostro, quin & ipsa opinio, quã ipse destruit, ex relatis per Duenas in dicta regul. 87. receptior videtur, & hæc quoque addenda sunt ad Antonium Gomez in l. 29. numero. 17.

10 † Quin & expensæ, quas pater facit in nuptijs filij, vel filiæ, & vestes quas nubentibus dat ad patrem pertinent: in quo tamen Bartol. in dict. §. ne. castrense. numero. 9. Salycetus in l. omnimodo. §. imputari. numero. 8. C. de inofficios. testamento. Baldus in l. filiæ cuius. C. familiæ erciscend. numero. 14 Ripa post antiquiores in l. in quartam. numero. 152. ff. ad legem Falci. Antonius Gomez in dicta. l. 29. numero. 15. intelligunt, si vestes viles sint, & quotidianæ: nã pretiosiores confert filius filia ve, atque expensas eas in huiusmodi vestibus de suo faciunt l. id vestimentum. ff. de peculio. l. peculium nascitur. eodem. l. mortis causa. de donationib. causa mortis, quod quidem adhuc intelligendum est, iuxta. l. fina. ff. de pet. hæredit. nisi pater habeat in potestate bona filij, vel filiæ: quia si bona horum habeat, de his expendisse videbitur ex regula dictæ l. fin. ita tenet Romanus in authen. ex testamento. nu. 16. C. de collationibus.

11 † In cæteris autem donationibus, quas pater facit filio, cum non pertineant ad expensas, nihil nobis attingendum est, vnum aduerto, non esse multum fidendum Tellio in l. 17. Tauri, in his, quæ de collationibus, seu imputationibus refert; quoniam apertè confundit veram collationum, & imputationum rationem, item in eo quod adducit de donationibus validis, & reuocabilibus, præsertim numero 82. vbi contra Fabrum vult ex eius verbis contra ipsum concludere, & rursum quod damnationes, quæ morte confirmãtur, valeant in vim prælegati, de quibus ne confundaris, & vt iura quæ varia sunt quadrem. Aduerte diuersis temporibus diuersa iura fuisse instituta. Bartolus in l. pater filium. ff. de collat. dotis. considerat septem iura, melius hoc tractauit Paulus in rubrica de collationibus. C. qui considerat nouem iura, rursum habenda tibi ratio est, donationis simplicis, & donationis ob causam, rursum earum quæ valent, & earum quæ morte confirmantur. Atque in his quæ valent à principio, quo reuocari possint ex causis, ex quibus perfectas donationes reuocamus. Deinde quomodo in his fiant collatio, computatio, vel imputatio, vide cordatius & attentius dominum Couarruu. in capitulo Raynaldus. §. 2. numero. 6. & 7. vsque ad finem. vbi l. 29. Tauri, & 26. declaratæ concordantur, item l. 4. titulo 15. partita. 6. & l. 3. tit. 4. p. 5. apertè desidentes exponuntur, & conciliantur, dilucidè, eruditè, & clarè, quæ tibi ad Telliũ vbi suprà necessaria sunt, & sine his passim in materia collationis hallucinaberis.

12 † Expensas quoque à patre factas, vt filium captum ab hostibus redimat, ipsumque redemptionis pretium pater

Source : BIU Cujas

de suo expendit l. liber captus. ff. de captiu. & postliminio reuers. authent. si captiui. C. de Episcopis & clericis. ibi eadem pœna est parentum, si redemptionem neglexerint liberorum, in quo vide elegantem decisionem, & hanc ipsam latissimè extendentem in l. tertia. titul. vigesimono. partita. 2. & in l. sexta. tit. septimo. partita 6. & tenet Bartol. in l. Stichus. in fin. ff. de peculio legat. Bald. in authent. ex testamento. numero duodecimo. C. de collationibus. Fabianus de Monte vbi alios refert numero 107. in authentica nouissima. C. de inoffic. testamento. Antonius Gomez in l. vigesimanona. numero vigesimono. Dominus, & præceptor meus Antonius de Menses in authentica res quæ. C. communia de legat. numero nonagesimoquinto. vbi numero nonagesimosexto, & nonagesimoseptimo. extēdit, etiam si filius captus sit à Christianis, attingens nobilem illam difficultatem, an capti in bello gesto inter Christianos efficiantur captiui, vide apud eum resoluentem, idem tenendum esse, vbi ex l. secunda. ff. de libero homine exhib. tenet & verè. Etiam si capti à Christianis bella gerentibus non efficiantur serui, nihil tamen differre eos a specie seruitutis, ex quibus ad Pyratas quoque hanc conclusionem extendit; quia militat in his quoque ratio dictæ l. 2. ff. de libero homin. exhib. prædicta semper intellige addito eo, quod deduximus ex sæpius allegata l. fin. ff. de petit. hæred.

13 † Item & ea expensa, quam pater facit, dum condemnationem pro filio pecuniariā soluit, an sit filio imputāda, quę ri solet, in quo est Bartoli distinctio recepta in l. Stichus. ff. de peculio legato. numero secundo. quòd aut pater soluit ex necessitate; vt quin volens fideiussit pro filio, vel quòd statuto compellebatur soluere, & hoc casu filio debet imputari, ipsęque filius de suo expendat, & conferre teneatur, at verò si sponte soluat, pietate paterna feciſſe videatur, ita vt de suo eroget, sequitur Baldus distinctionem Bartoli in authentica, nisi rogatus. num. octauo. C. ad Trebell. & in auth. ex testamento. nu. decimotertio. C de collat. sequitur communiter Alexan. in l. in quartam. nume. 23. ff. ad leg. Falcid. Ioannes Crotus in repetitione l. frater à fratre. num. 95. ff. de condict: indebit. Antonius Gomez in l. 29. Tauri. nume. 20. contra quos Ripa in d. l. in quartam. indistinctè tenet nume. 175. hanc expensam omnino filio esse imputandam. Quod quidem ita accipiendum est, si causa condemnationis turpis filio sit. De quo vide Speculatorem titu. de executione sententiæ §. sequitur, versic. quid si filius. Abb. in cap. 2. de delictis puerorum. Paulus in l. filiusfamilias. ff. de iudicijs. Baldus in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testam. plures allegat Gregorius Lopez in l. 2. tit. 19. par. 4. verbo, De les pagar. vide apud eum.

14 † De expensis quoque factis ad comparandam militiam filio videndum est, an pater expendet de suo, an verò filio imputandum sit, & in primis militiæ nomine hi nostro casu accipimus dignitatem officiumve, ex quo annui reditus proueniunt l. Lucius. la primera. ff. de legat. 2. l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de legat. 3. l. his verbis. § si alumno. ff. eod. l. fin. C. de pignoribus. Bartolus ergo in dicto §. nec castrense. nume. 4. & 6. ita distinguit, quòd aut militia hæc vendi solet, & potest aut transmitti, quo casu planè asserit filium ęstimationem militiæ omnino conferre teneri, & expensas illas factas à patre in cōparanda militia sibi nō verò patri necessariò esse imputandas, æstimationem autem hoc casu faciendam esse quæ erat tempore mortis paternæ, ex l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testam. vbi Paulus. num. fin. l. illud. C. de collationibus. vbi Ias. num. 5. & 6. id explicat, at verò si neque vendi possit, aut soleat, neq; transmitti tunc minimè expensas eas pertinere ad filium, sed ad patrem. Bart. in dicto §. nec castrense. versic. sed an id. glos. Gregoriana in l. 3. tit. 15. parti. 6. verbo, Contar. Ripa in dicta l. in quartam. nu. 163. Antonius Gomez in l. 29. nu. 22. quod quidē habet locum, etiam si officium precibus patris non pecunia comparatum sit. glo. in l. sed si plures. §. si in arrogato. ff. de vulga. & pupil. Paulus in d. l. omnimodo. §. imputari. ff. de inofficio. testament. Antonius Gomez, vbi supra.

Quod verò diximus de æstimatione facienda, quæ erat tempore mortis paternæ, ex dicta l. omnimodo. §. imputari, & dicta l. illud. vbi glos. verbo, Lucrum, id quidem verum est, verum si æstimatio creauerit à tempore mortis patris, vel testatoris, non melioratione filij, vel opera & industria hæredis, sed fortassis temporis iniuria, cuius vicissitudine omnia pluris æstimantur, tum quidem augmentū æstimationis consideratur iuxta tempus præsens, & tale augmentum cędit lucro cohæredum: ita tenet Alexander, & vere in dicta l. illud. nume. 3. contra Fulgosium ibi, quod quidem rationem habet, & secundùm Alexandri opinionem iudicatum est in hoc Senatu cum ageretur de æstimatione tabellionatus vnius ex quatuor qui sunt in hoc Senatu nostro, cū tempore mortis paternæ æstimaretur ad mille & septingentos ducatos, & postea creuerat ad quinq; millia Gregorius Lopez in l. 3. tit. 14. part. 6. verbo, Contar.

15 † Ex quo descendit. vt huiusmodi officia publica acquisita constante matrimonio, vtcumq; acquirantur, siue precibus, siue pecunia numerata, censeantur lucra quæsita constante matrimonio inter virum & vxorem, ob idq; communicanda, contrarium tenebat Guilielmus Benedictus in ca. Raynutius. verbo, vxorem nomine Adalasiam, de testamentis. nu. 787. & Cassaneus in cōsuetudinibus Burgundiæ, rub. 4. versic. 4. idem tenet Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato, col. 10. qui existimabāt hanc militiam mortuo patre non communicari cum fratribus, cōtra quos resoluit doctissimus Couarr. Variarum resolutionum, lib. 3. c. 29. nu.
16 4. 5. & 6. quia † militia facilè vendi solet, princepsq; facilè id concedit, tum quia æstimatio conferri pōt & debet. Ideoq; ait æstimationem cedere viro, & vxori, & verè esse bona lucrata censenda, quæ communicata sint, cuius opinio tenenda est contra Cassaneum & Guilielmum, de quibus vide latè Tellium in l. 26. Tauri. nu. 9. 10. & sequen. quantum venalia sint hæc officia. Nec existimes cum eo militiam, & thesseram esse idem, neque enim thessera à principio aliquod officium fuit, sed signum duntaxat, quo ciuis Romanus largitionibus principum fruerentur; principes enim in fauorem populi sæpè solebant frumenta & præmias elargiri, acceptu rus verò huiusmodi donum, thesseram accipiebat, idest signum, (id enim propriè est thessera, vnde à militantib. thessera quoque, idest signū dicitur, quod à Duce accipiunt ingredientes castra, atque his egressi, vt ab excubijs admittantur, vel dimittantur, vulgò el sancto.) Vide Couarr. Variarū. lib. 4. c. 1. nu. 9. quoniam verò hæ largitiones, & donaria nisi ciuibus minimè præstabuntur, atque ciues pro tribus erant dispositi, & censiti, fiebat venditio tribus, vel thesseræ, sed thessera illud signum erat, propter quod distributores elargitionum donaria præstabant: ista apertè colliges præter ea quæ Couar. adducit, ex Dione in vita Adriani Imperatoris, fol. mihi 37. vbi de Adriano. dona (inquit) per thesserulas, seorsim viris, & seorsim mulieribus in theatro, & in circo dedit, idem Dion Casius in cōflagratione montis Vesciuij fol. mihi 53. exhibuit deinde quædam (inquit) ad vtilitatem & lucrum, thesserulas ligneas supernè in theatrum sparsit, in quibus signum erat, aut esculenti, aut vestis, argētei preterea vasis, & aurei, equorum domitorum, pecorum seruorū, quæ qui excepissent, oportebat ad distributores afferre, atque ab eis quod inscriptum erat accipere Hæc erat veteribus thessera, signum longè diuersum à militia, inde acceptum est à iurecōsultis paululum deriuato nomine pro iure percipiendi huiusmodi legationes.

Militia autem quam Græci suo nomine στρατεὶαν appellant, redditus erat diurnus, qui singulis diebus militanti præstabatur, inde deriuatum est per tranflationem à iureconsultis, vt nomine militiæ publica officia, & salaria intelligantur, & quamuis de militia multi, pauci verò exempla adduxerunt, exemplum autem elegantissimum est apud Flauium Vopiscum Syracusanum in vita Probi Imperatoris, qui refert ad verbum epistolam Valeriani Augusti ad Gallicanum Muluium Præfectum Prætorio, Miraris (inquit) fortassis, ꝙ ego imberbem Tribunum fecerim ꝰ constitutum Diui Adriani, sed non multum miraberis, si probum cogitas adolescentem verè probum, nunquam enim aliud mihi cum cognito nomen occurrit, quod nisi nomen haberet potuit habere cognomen, huic igitur dari iubebis; quoniā mediocris fortunæ est, vt eius dignitas incrementis iubetur, tunicas refulas duas, pallia Gallica duo fibulata, interulas para gaudias duas, patinam argenteam librarum decem specillatam, aureos Antonianos centum, argenteos Aurelianos, mille, æreos Philippeos decem millia, item in salario diurno, bubulæ pondo, porcinæ pondo sex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per viduum, olei per viduum sextarium vnum, vini veteris diurnos sextarios decem, cum larido, bubalino, salis, olerum, lignorum quantum satis est. Hospitia præterea eidē vt tribunis legionum præberi iubebis, hactenus Flauius Vopiscus. hæc fuit antiquis militia, idest salarium diurnū, quod militantibus dabatur, postea verò etiam non militantibus concedi cęperunt. Vnde panes ciuiles d. l. fi. §. fin. C. de iure dotium. aliquando annonæ ciuiles, in Auth. de non alienandis. §. hæc ergo. & cum à principio militantibus dari consueuissent, postea retento militiæ nomine in certum redditum abierunt, vnde non malè censent, qui panes hos ciuiles existimant donatos Virgilio Maroni Poetæ omnium illustrissimo, ab Augusto Cæsare quos ille non admodum faciebat: quoniam opulentum fundum parenti suo abreptum ciuili bello, & concessum militibus ex liberalitate Augusti expectabat.

Hæc

Source : BIU Cujas

† Hæc omnia pertinent ad expēnsas respectu alimentorum, vt pater alere teneatur filios iure quidem naturæ, nomine autem alimentorum continentur victus, vestitus, habitatio, medicamenta, insuper & disciplina, cæteras autem impensas facit pater quo diximus modo. In patre autem, in quo fortior hæc ipsa obligatio est, ita accipiendum est, vt filium alere debeat pro modo facultatum & dignitate personæ l. si quis à liberis. §. sed si filius. versic. deinde. & §. de alimentis. ff. de liberis agnoscendis. Tiraquel. de Primogenio. quæstio. 4. num. 33. vbi ad fratres extendit, Gregorius Lopez in l. secunda. tit. 19. par. 4. vbi textus expressus ibi. E esto deue cada vno fazer, segun la riqueza e el poder que ouiere, catando tota via la persona de aquel que lo ouere de auer. Ad uertimus autem hæc omnia intelligere nos de filijs legitimis, nam in spurijs semper existimamus debilitata hæc ipsa iura naturæ.

18 † Immo istæ facultates sunt æstimandæ pro modo reddituum, itaque si pater habeat splendidissima ædificia, & magni valoris, sed quæ vilissimos annuos redditus ferant, iuxta annuos redditus alet, neque cogendus est vendere ędificia, hanc resoluit Antonius Gomez in l. 10. Tauri. num. 40. Gregorius Lopez in l. secunda tit. 19. par. 4. verbo, La riqueza, tenet Tellius Fernandez in d. l. 10. num. 14. quamuis in spurio alendo dubitet, & meritò, de quo modo non disputamus, facit l. Imperator. ff ad Trebell. & vltra omnes facit elegans ratio; quia qui centum habet in redditibus, centum videtur tantum habere in proprietate, nec amplius, & si bona ipsa ampla sint, nec existimandum est, fundum qui reddit decē annua preciosiorem esse, quàm ipsa annua decem; verum enim pretium, & vera æstimatio fundi, & cuiusque rei ex redditibus accipitur, atque adeò etiam si ampla & magna ædificia sint, si nihil reddunt, si nullos redditus fuerunt, nullius pretij sunt.

19 Namque † ex redditibus veram æstimationem cuiusque rei iudicamus l. si fundum. ff. de rebus eorum. ibi, cum vtique pro modo fructuum pretium inuenturus sit l. si fundum per fideicommissum. ff. de legat. primo. ibi, excusso pretio secundum redditum. & ibi Iaſ. in l. si quos. C. de resc. vend. ibi rei qualitas & reddituum qualitas æstimetur, tenent ex redditibus & fructibus æstimandum esse verum pretium cuiusque rei ex his iuribus Moder. de contractibus quæstio. 35. num. 267 Itaque verè ille pauper est, qui nullos redditus habet, aut fructus eius rei, licèt res ampla & magnifica sit, nec cogendus est pater vendere fundum, cum fundus minimè pretium inuenturus sit pro modo redditu um & fructuum, qui fructus nullus est ferè. Et hæc ipsa ratio facit in quæstione de spurio alendo, quam mouet Tellius dict. nume. 14. vt vendere rem ipsam non teneatur; quia vendendo nihil amplius habet, quàm antea habebat, immo diminuit patrimonium in præiudicium eius, cui alimenta præstanda sunt. Ad quæ iura nunquam aduertunt, qui inter hæc duo differentiam & discrimen constituunt, scilicet quòd aliud sit pretium, scilicet duorum modiorum vini & prædij, qui duos duntaxat modios ferat vini. Adde hæc his quæ notat & tradit Antonius Cordub. de Lara in l. si quis à liberis. in princ. numero 40. & sequen. & latiùs in §. sed si filius. à num. 17. vbi latè hoc tradit.

20 † Hæc autem alimenta cum omnino debeantur à parentibus & fratribus, atque omnino prestanda sint, non sunt cogendi filij aut fratres recepturi, eadem recipere in domo patris, tenet Gregorius Lopez in l. secunda. tit 19. parte quarta. verbo. Do morem. cum Baldo in l. prima. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. qui tamen non id distinctione fatetur, sed in eo casu, quo dissidium futurum sit inter filium & patrem, aut inter fratres, aliàs censet alendum esse filium in domo patris, aut fratris cum Angelo & Paulo in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligatio. idem tenet ibi Iaſ. numero sexto. per text. ibi, domum eum propulerit, & ita intelligi debet iuxta tradita à Gregorio Lopez Ludouicus Molina lib. secundo. de Primogenijs Hispanis, cap. decimoquinto. nume. 74. ita enim loquitur Arias Pinelus in l. prima. parte 1. num. 54. De bonis maternis. & Boerius cæteriqúe quos ipse allegat, sed vt dissidium hoc vitetur, arbitrio iudicis taxantur hæc ipsa alimenta, & reducuntur in pecuniam, resoluit idem Molina ibidem num. 72. & d. num. 74. & 73. quòd talia alimenta sic taxata & redacta in pecuniam debeant solui in principio cuiusque quadrimestri, vel quolibet anno in principio, & licèt id ita à nostris decidatur, ego autem existimo, quantitatem alimentorum, & qualitatem, modumque & tempus, totum hoc relinqui iudicis officio, qui latè ex tempore, loco, & personarum qualitate, itemque ex viribus patrimonij & facultatibus iustis decretis rem omnem temperabit, argumento l. quinta. tit. septimo. par. sexta. ibi. E segun que per tenencie se a ella, e aquel. & est l secunda. tit. decimonono. parti. 4. ibi. E esto deue. &c. vel etiam fundum constituet filio, vel in pecunia præstanda certis diebus alimenta, latissimam enim in hoc potestatem habet, egregia declaratio ad Bartol. in l. libertis. §. Lucius. numero secundo. ff. de alimentis & cibarijs legatis. Vide quæ diximus capite proximo, num. 2. ad finem, vbi tradimus modū constituendi alimenta.

21 † Immo potest pater vel frater qui præstaturus est alimenta libens ac volens assignare filio vel fratri alendo annua alimenta in vsufructu eo adiecto pacto, vt peracto tempore alimentorum vsusfructus ad patrem, vel fratrem reuertatur l. cum hi §. si vni. ff. de transactionibus l. dominus. §. fin. ff. de vsufructu. Palatios Rubios in repet. cap. per vestras. §. vigesimoquarto. nume. secundo. de donationibus inter virum & vxor. & cogitur alendus hoc modo alimenta recipere, quod quidem consultissimè faciunt, qui alimenta debent: hoc pacto enim dissidia & contentiones fugiunt & alendis quiete consulunt.

22 † Hæc autem omnia recipiunt illam receptissimam interpretationem, scilicet, quòd filius non sit alendus à patre, si habeat vnde se alat, aut eius artificij sit, vnde possit sibi alimenta præbere, dominus Couarru. in quæstio. secunda parte. capit. octauo. §. sexto. nume. sexto dominus Antonius de Padilla in authen. res quæ. C. communia de legat. numero septuagesimoquarto. Gregorius Lopez in l. sexta. titu. decimonono parte quarta. verbo de lo suyo, & verbo tal menester l. si quis a liberis. §. sed si filius ff. de lib. agnosc. l. sexta. tit. decimonono. parte quarta. ibi. Otrosi quando el fijo ouiesse delo suyo en que pudiesse viuir, o ouiesse tal manester porque pudiesse guarescer, vsando del sin mal estancia de si, enton ces non e tenudo el padre de pensar del. Omnes tamen quos adduxi huius opinionis authores, & præterea Ludouicus Molina vbi supra. capitu. decimoquinto. nume. quadragesimoseptimo. intelligunt legem partitæ, & receptam sententiam, nisi tale artificium sit, vt dedecus sit id exercere, quod priùs tenuerat Barto. in tracta. de alimentis, numero vigesimosecundo. ex qua dedecoris ratione & turpitudinis idem dicendum est, si pater, vel frater curent & dent operam, vt ab ipsis alendus recipiatur in aliqua domo hospitali, resoluit dominus Couarru. vbi supra dicto numero nono. & Palat. Rub. dicto §. vigesimotertio. numero nono. post Baldum in l. vna. §. sed scimus. C. de latina libertat. tollenda, alios ipsi referunt, & est opinio honestatis amicissima.

23 † Adde, quòd etiam si filius exhæredatus sit a patre, quo casu meritò sibi negari poterant alimenta: tamen heres scriptus si filius plurimum egeat, & magna egestate laboret, alere ipsum tenebitur, tenet Albericus in dicta l. si quis à liberis. §. parens. ff. de lib. agnoscend. idque tenet Gregorius Lopez in dicta l. sexta. tit. decimonono. par. quarta. verbo, Padre, contra glo. in Authen. vt cum de appellat. cognoscit. §. siue igitur. ego addo, quòd cum in hoc casu alimenta præstentur commiserationis causa, non pro modo & facultate hæreditatis præstabuntur, sed quantum ad tuendam vitam pane & aqua necessum sit: tenet Baldus in l. si maritus. ff soluto matrimo. Palat. Rub. in Repet. cap per vestras. notabili. 3. §. vigesimoquarto. numero tertio. Chassaneus consilio trigesimonono. numero quinquagesimoquinto. Nec in hoc casu admittendum censeo illud, quod de spurio disputant Doctores, scilicet, an sibi danda sint alimenta perfecta qualitate & dignitate personarum, & quantitate patrimonij; quicquid enim sit de spurijs quod modo non disputo, in hac specie verissimum est, alimenta præstari commiserationis causa, ob idque ex necessitate vitæ accipienda esse, quid quod hæres scriptus, nec hæc quidem præstat, si filius exhæredatus auos, proauosve habeat, aut fratres locupletes; quia ad hos naturali ratione iure sanguinis pertinet hæc necessitas alendi, non ad hæredem scriptum, quod cum Bartolo in dicta l. si quis à liberis. §. item rescriptum. & Albericum in dicto §. parens. tenet Gregorius Lopez in dicta l. sexta. tit. decimonono. partit. 4. qui licèt loquantur in patre, eadem-met ratio est in filio, cum in hoc iura mutua sint, & reciproca, ex dicta lege. si quis à liberis. & dicta l. sexta. iuncta l. 2. ti. 19. part. 4.

24 † Denique illud semper aduertendum est, nullam vnquā repetitionem esse earum expensarum, quæ fiunt in alendo, vbicunque inter expendentem, & eum cui expenditur affectio est aliqua sanguinis, vel charitatis, text. in l. si paterno affectu. C. de nego. gestis. vbi glos. verbo repeturus. Bald. Bart. post reliquos ibi eius erogationis tibi nulla repetitio est l. quod in vxorem. C. eodem. ibi. sed affectioni tuæ debes expendere, vbi priuignis & vxori præstita alimenta, atque expensæ in eam rem factæ non repetuntur. tex. qui loquitur in matre in l. alimenta. C. eodem, ibi, quæ filijs

Source : BIU Cujas

tuis præstitisti non iusta ratione reddi tibi postulas, cum id exigente materna pietate feceris in filia sororis. text. in l. ex duobus. § fin. ff. eodem ibi. Titium si pietatis respectu, sororis aluit filiam actionem hoc nomine contra eam nō habere respondi, vbi glo. verbo, habere, hanc præsumptionē fundat ex charitate, & affectione: & tenet glo. & Bald. Barto. & Paulus ibi l. is qui. ff. eodem. vbi Paulus habendam quoque rationem esse censet sumptuum & expensarum, itaq; si magnus sit sumptus, magnaque expensa ex qualitate personarum, sola affectio non sufficit ad impediendam repetitionem. Sed tum demum affectio & charitas impediunt repetitionem expensarum, si modicè expensum sit, idem tenet idem Paulus, & Bar. & Bald. in l. ex duobus. §. fi. cum glo. ibi, verbo, habere. ff. eod. quæ glo. est in eo notabilis: quia non facilè præsumimus donationem l. cum de indebito. ff. de probat. itaque cum magnus sumptus est, concurrunt duæ præsumptiones contrariæ, quæ mutuò concursu sese elidunt & destruunt, scilicet affectio, qua præsumimus donatum, & magnitudo expensæ, quæ tollit donationis præsumptionem, ideoque mutuò eliduntur l. diuus. ff. de in integr. restitutione, quando autem modicè expensum est, prævalet affectio, & ita donatum præsumitur ex eisdem iuribus, & hæc est ratio, & ita debent intelligi iura, qua ex affectione, & charitate, amicitia, & affinitate donationem expensarum præsumunt, scilicet l. si paterno affectu, qui loquitur in priuignis d. l. quod in vxorem. quæ loquitur in expensis factis cū vxore l. alimenta. quę loquitur in matre expendente l. 1. C. eodē. quæ loquitur in expensis factis affectione materna, vel domestica l. 2. C. eodem. in eo qui libens, ac volens nulla necessitate cogente expendit: & d. l. ex duobus. §. fin. ff. eod. in expensis factis erga sororis filias, & d. l. is qui. ff. eod. in eo qui amice expendit, habes igitur ad omnia hæc iura optimam declarationem, scilicet vt ex dictis iuribus donationem præsumamus huiusmodi expensarum, nisi expensarum quantitas perfecta personarum qualitate aliud suadeat. † Hæc autem omnia recipiunt duplicem illam declarationem, nisi hi omnes testentur, se velle seruare sibi has impensas, & repetere, animumque explicēt suum, se quasi repetituros expendere, d. l. Nesennius. ff. de neg. gest. item si habeant bona horum quos alunt in potestate d. l. fin. ff. de petit. hæredit. & est nobis egregius tex. in l. vltima, & penultima titu. 12. parte 5. vbi nouus glossator verb. Faziendo affrentas. Hoc tenet & probat nostram conclusionem, scilicet quòd pro affectione sit semper præsumendum, nisi expēsa sit magna, in quo tamē: quia paruum & magnum arbitrio iudicis deducitur, plurimum poterit prudens iudicis consilium.

26 † In tutore autem nullam huiusmodi affectionem intelligimus, vnde liberalitatem præsumamus: quia non ex pietate, vel affectione aliqua, sed officio expendit, vnde regula est, quòd pupillus præsumatur alimentatus à tutore, nisi probet se aliunde alimenta habuisse, ex l. fi. de alimentis pupill.

27 præstand. C. Alciatus regu. 1 præsumptione 50. Nec † enim pupillus præsumitur vixisse de vento. Ex quo Bar. Imol. Alexand. & Ias. & communiter Doctores in l. cum seruus. ff de verbo. oblig. inferunt ad multa, vt si creditor repetat expensas in alendo equo pignorato, ei teneatur equi dominus restituere, præsumitur enim suis expensis equus vixisse, non ve-

28 rò de vento, ex d. l. fin. Item † licèt alienum pecus reperiatur in agro tuo, & damnum dederit: dominus agri non potest retinere, nisi vt cognoscat cuius est, illicoque restituere debet saltem acceptis pignoribus, & posteà agere de damno illato l. quintus & l. seq. ff. ad leg. Aquil. Speculator titu. de actore. versic. sed nunquid pecudem. Bald. in l. 2. C. de seruis fugit. Bar. & Doctores in l. hoc amplius. §. de his autem ff. de damno infecto. At verò propter alimenta præstita retineri potest, donec de ipsis sibi satisfiat l. in summa. & ibi Salic. C.

29 de pignoribus certè occidere boues repertos in alieno fundo, graue delictum est, extat apud Aelianum de Varia historia, lib. 5. c. 14. lex Athenienſium qua grauissimè puniebatur, qui bouem occidisset; quia (vt illi dicebant) Agricola est, & humani laboris socius.

30 † Vnum in hac materia alimentorum adnotandum est, quod mihi est difficillimum; quoniam video & antiquiores & nouiores viros eruditionis non vulgaris in eo variasse, scilicet an si alimenta alicui relinquantur soluenda ex certo prædio quotannis, an prædium illud sit hypothecatum pro ipsis alimentis, quæstio dependet ex ea, an annua præstatio soluenda ex certo prædio habeat prædium illud hypothecatum. In qua quæstione Antonius de Negusan. de pignorib. & hypothecis, par. 2. memb. 4. num. 164. versic. 23. casus, latè disputando tenet, non solùm in alimentis, sed in omni annua præstatione, si annua præstatio, vel alimenta soluenda sint ex certo fundo, vel prædio, quod prædium, vel fundus sunt obligati pro alimentis & præstationibus annuis, ita q̄ hæc regula sit generalis, tàm in alimentis, quàm in reliquis præstationibus, quod censet tanto fortius procedere, quanto diutius hæc sit quotannis soluenda, allegat Bart. in l. Lucius. ff. de alimentis & cibarijs legat. per tex. in l. 2. ff. eodem. ibi, & licèt ad fiscū bona fuerint deuoluta ex quibus alimenta debeantur, præstanda sunt, sicuti si ad quemlibet successorem transissent, allegat etiam Bar. in l. fundus quem. ff. de annuis legat. vbi q̄ si testator relinquit centum annua super aliquo fundo, q̄ ex hoc ex fundus ille obligatus pro annua præstatione, allegat Bart. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. interim tamē aduerte, q̄ nihil horum probatur in d. l. Lucius. nec in d. l. fundus quem. quia vtrobiq; adest expressa obligatio adiecta à testatore, quo casu non est locus coniecturis, nec argumētationi, patet in d. l. Lucius. ibi, obligatus eis ob hanc causam fideicommissi esse fundos meos, illum, & illū, vt ex redditu eorum alimenta suprascripta percipiant volo, idem expressum est in d. l. fundus, quem. ibi, legatorum nomine quæ in annos singulos reliquit, pignori esse voluit, itaque ex his iuribus argumentari in hac disputatione non licet, & hactenus Bartolus author est, & præter eum Hostiensis tit. de locato. §. quæ actio. versf. antepe. Guido Papa q. 432. Ioannes Faber Instit. de actionib. §. item Seruiana. & Corn. cons. 296. post quos omnes idem in annua præstatione citra causam alimentorum tenet doctissimus Couarr. Variarum resolutionum, lib. 3. c. 7. nu. 5. versf. 4. si contractum istum, cuius authoritas apud doctos & prudentes grauissima esse debet, qui allegat d. l. fundus quem, sed re vera, illa nil probat in nostra quæstione, vt diximus, fuit enim ibi apposita expressa hypotheca à testatore, ex quo ille text. aliam decidit quæstionem, quæ ad nos nihil pertinet, an per expressam hypothecam additam in dispositione censeantur disponentes recensisse ab ea hypotheca, quæ iure & lege tacitè inducta

31 est, † vt si locator domus specialem sibi & expressam hypothecam acquesierit ex contractu, videatur renuntiasse legali hypothecæ; de qua quæstione vide optimè & eruditissimè D. Didacum Couarr. in c. Raynutius. §. 10. nu. 7. de testamentis. Ibiq; ad hanc quæstionem explicat d. l. fundus, quē. quod attinet ad nostram quæstionem ille tex. nihil facit, præter hos Ias. in l. 2. nu. 45. C. de iure emphy. idem censet, s. generaliter annuam præstationem soluendam ex fundo aliquo habere fundum illum obligatum. Curt. iun. in l. vlt. §. vlt. ff. de contrahen. emptio. vbi aliqui censent, esse decisionem pro hac opinione iuncta gl. ibi, obligatum non esse. vbi Accursius ait, emptorem illum non esse obligatum actione personali, sed de hypothecaria dubitat, sed idemmet Accursius nec hypothecaria cēsset teneri, ibiq; est in alia opinione, de qua proximè dicemus, s. q̄ hypotheca inducatur respectu alimentorum, siue singulis annis præstanda sunt, idq; fanore alimentorum, cuius opinionis authores proximè referemus, denique in omni præstatione annua soluēda ex aliquo fundo induci hypothecam respectu fundi designati, idque generaliter, non solum in casu alimentorum, tenet Petrus Rebuffus ad constitutiones Regias 2. tomo, de constit. redditu. art. 1. glo. 14. nu. 38. At verò hanc generalem decisionē

32 plures referunt solùm ad causam alimentorū † vt in alimentis annuis soluendis ex aliquo fundo fauore ipsorum alimētorum inducta iure videatur hypotheca fundi designati, cuius opinionis authores refert doctissimus Couar. in c. Raynutius. de testamentis. §. 10. nu. 8. ad finem, vt hanc disputat quęstionē, & nihil ferè decidit ex Bar. in d. l. Lucius. & in d. l. Caius. ff. de annuis legat. Rom. cons. 388. Fel. in c. ad audiendam. in 2. nu. 6. de rescriptis. Baptista de Sancto Seuerino in tractatu de pensionibus q. 9. Paulus de Castro cōs. 338. lib. 1. Guido Papa q. 576. Gigas de pensionibus q. 44. mouētur hi: quia vident omnia iura, quæ ad hanc quæstionem citantur, quæque hypothecam inducunt, versari in causa alimentorum, d. l. 2. ff. de alimentis & cib. lega. l. hactenus. ff. de vsufr. l. cum hi. §. si vni. ff. de transactionibus. hæc sunt duæ in hac re opiniones, tertiam tenet Aluarus Vascius Lusitanus vir sęlectæ eruditionis quæstio. 4. iuris emphyteutici, num. 7. vt scilicet inducatur indifferenter & generaliter obligatio fundi, si ex testamento annua præstatio vel alimenta relinquantur, scilicet quia iuris beneficio legata hypothecam habēt, quod quidem nouo iure post l. primā. C. communia de leg. & §. sed nostra. Instit. de legatis. nullam difficultatem continet, quæ quidem hypotheca generalis est ad omnia bona testatoris, nec de hac ambigimus, sed vtrum antiquo iure omnino & generaliter inducta videatur, tam in legatis, quàm in cæteris dispositionibus ex sola fundi assignatione ad solutionem annuæ præstationis, vel alimenti: sed latius quæstio. 32. numę. 13. aliud tenet, nos aliter definiendam quæstionem existimamus, ni fallimur. Aduerto verum quidem esse, omnia iura, quæ ad hanc quæstionem adducuntur, procedere in alimentis, vnde cōstantissimū, & sine difficultate

cultate esse reor, in alimentis relictis in aliquo fundo,uel cõ stitutis induci obligationem fundi, ut hic casus sit citra con trouersiam.

Tum etiam omnem annuam præstationem relictam in testamento habere quidem hypothecam,de qua in d.l.1.C. communia de legat.& in d.§.sed nostra,quæ hypotheca om nia bona testatoris pariter afficit,nõ solùm designatum fundum,sed non est de hac hypotheca nostra quæstio, sed particularem inquirimus & expressam, quæ ex assignatione fundi nascatur.

33 †Tertiò existimo opinionem Bartoli, & aliorum,qui in omni dispositione generaliter ex suppositione fundi induci existimant hypothecam uerissimam quidem esse,cuius ratio ea est:quia postquam conuenimus me tibi daturum centum annua assignato fundo,unde percipiantur,certè suppositio fundi nihil aliud uidetur effecisse, quam obligationem fundi;nihil enim aliud operari possunt uerba illa,& planè in obligationibus & hypothecis inducendis magis animum & uoluntatem agentium & contrahentium, quàm uerborum conceptionem inspicimus l.fin.C.quæ res pignori obligari possint. Præterea illa uerba (ex tali fundo percipienda) planè uerè habent fundum suppositum solutioni, ea autem suppositio nihil aliud est,quàm obligatio,idque patet ex significatione uerbi hypothecæ, quæ est suppositio,& hypothecare est supponere,ex rubri. C. de prædijs, & alijs rebus minorum non alienandis,uel supponendis,& ex rubri.ff.eo. Budeus doctissimus Gallorum in l.penultim. uersicu. idemque esse.ff.de pignoribus. Brisonius de uerb. signific. uerbo, hypotheca,quod si ea uerba propriè inducunt suppositionẽ fundi, cum ipsum supponant apertè, ipsaque suppositio est hypotheca,quid obsecro obstat,cur nõ intelligamus ex assignatione huiusmodi inductam hypothecam: itaque ex hac ratione iuncta d.l.fina.C.quæ res pig.oblig. poss.generaliter inducta uideri potest hypotheca non solum in causa alimẽtorum, sed generaliter in omni dispositione: sed quoniam Bartolus in d.l.Lucius.ff.de alimen.& cibarijs legatis. immò & Couarruuias doctissimus in d.cap.Raynutius.§. 10.nume. 8.Dum hanc ipsam quæstionem tractat his uerbis ait.Secus tamen erit,si promittens aut legans diuersa oratione utatur in hunc modum, lego,aut promitto centum ex fundo Semproniano; non enim uidetur pignus ex hoc constitutum,licèt ad solutionem illius quantitatis fuerit designatus ille fundus,allegat Barto.in d.le.Caius. & in d.l.Lucius.quæ decisio breuissimis uerbis totam prædictam quæstionem destruere
34 uidetur,sed † ne torquearis in intellectu illorum uerborum, meminisse oportet eius quæstionis, quam nostri Doctores tractant, an scilicet assignatio & adiectio loci uel personæ, ubi solutio fiat, demonstrationem faciat,an uerò conditionem.Exemplum ad hanc quæstionem habes ex Vlpiano in l.quidam testamento.ff.de legatis.1.

Quidam testamento.inquit;Vlpianus,uel Codicillis ita cauit, aureos quadringentos Pamphilæ dari uolo, ita ut infra scriptum est,à Tullio actore aureos tot,& in castris quos habeo tot, & in numerato quos habeo tot,post multos annos eadem uoluntate manente decessit, cum omnes summæ in alios usus conuersæ essent, quæro,an debeatur fideicommissum ? Respondit uerosimilius esse,patremfamiliàs demonstrare potius hæredibus uoluisse, unde aureos quadringentos sine incommodo rei familiaris contrahere possint, quã conditionem fideicommisso iniecisse, quod initio purè datum esset:& ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur, hactenus Vlpianus.idem in l.Firmio. ff. quando dies legati cedar,Frmio(inquit) Heliodoro fratri meo dari uolo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni, posteà non uideri conditionem additam,sed tempus soluendæ pecuniæ additum & prolatum uideri,respõdi,& fructibus fundi relictæ pecuniæ non perceptis, ubertatem esse necessariã secundi anni,alia exempla uide in l.si sic.§.1.ff. de legat. 1.& in l. ex his uerbis. ff. quando dies legat. uel fideicommiss.cedat, ex quibus iuribus sunt aperta iura ad hanc quæstionem effectus huius quæstionis est; quia si adiectio conditionem facit,tunc quidem expectatur conditionis ad implementũ. Itaque si mihi centum relinquis annua colligenda ex fundo Semproniano,si uerba hæc conditionem faciant,fundo Sẽproniano alienato,uel si in illo fundo nihil habeas,nihil cen sebitur relictum, quòd si demonstrationem faciet,omnino debebitur legatum,& aliunde soluetur, exemplum alio elegans est in proposito in l. Paulo Chalimacho.§.Tullius.ff.de legat. 3. Tullius Seuerus (inquit Paulus) decedens institutis quibusdam hæredibus alumno suo quinquaginta legauerat,eaq; a Tullio Mauro colono suo expensionibus fundi ab eo debitis præstari uoluit, eidemque Mauro quædam legauerat, cum de hæreditate fiscus quæstionem mouisset iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco soluerat, postea hæres scriptus obtinuerat aduersus fiscum, alumno autem mortuo hæres eius fideicommissum ab hærede Mauri petebat, placuit Imperatori non uideri eius fideicommissum, sed demonstratum, unde accipere posset,& ideo hæredem Seueri hoc præstare debere. Hæc Paulus,quæstio igitur ex Iureconsultorum uerbis in eo est,an ea uerba,scilicet quæ assignationem iuducunt, conditionem efficiant, an uerò demonstrationem, etiam si Doctores aliter quæstionem proponant, scilicet an assignatio loci, uel personæ ad solutionem faciendam inducat taxationem uel demonstrationem, ut effectus taxationis sit idem,quod de conditione diximus ex responso Iureconsultorum:ita proponebat hanc quæstionem Alexander del Neuo Vicentinus qui interpretatus est publicè ius Canonicum in Gymnasio Patauino tempore Alexandri de Imola in quodam consilio, quod ad literam refert Gigas de Pensionibus q.62.n.19.& posuerat Paulus de Castro cõs. 338.uolu. 1. & ante Paulum Bart.usus fuerat his uerbis in le. Lucius.numero 3.ff.de aliment. & cibari. legat.Iureconsulti autem proprius locuti,de conditione & demonstratione inducenda agunt, Cacialupus in tractat.de Pensionibus q.16. in prædicta quæstione ait, recurrendum esse ad decisionem Rotæ in antiquis,titulo de testamentis,incipit,Lego pro anniuersatio annali, & perpetuo faciendo pro anima mea, & parentum meorum in ecclesia Murmurienſi duas formatas annonæ ad magnam mensuram,quas mihi soluunt Gulielmus, & Raynerius fratres in quodam prędio quod habent in tali loco, & dicit Cacialupus, quòd illa Rotę decisio est fons totius huius disputationis, in qua decisione quęsitum fuit, an hęredes liberentur cedendo actiones contra dictos Guillelmum,& Raynerium,uel an omnino hęredes teneantur soluere,& re uera in proposito est elegans decisio ad nostram quęstionem in qua receptior sententia est, quòd si legatum,donatio,uel concessio,& assignatio personę uel loci sint in duplici & diuersa oratione, & sub diuersis uerborum conceptionibus, quòd talis assignatio inducit demonstrationem, ac subinde quòd legatum omnino debeatur,si uerò unica uerborum conceptione, & unica oratione utrumque contineatur, quòd est taxatio,uel conditio,ita determinat prędicta Rotę decisio. Gigas de Pensionibus dict. q.62. Bart.in l.inter stipulantem.§. sacram.ff. de uerbo.obliga.Paulus, & Alexand.in l.Stichũ qui meus erit.ff.de legatis 1.Petrus,Cinus,Salycetus,& Baldus in l.si quis argentum §.1.ibi, iuxta quęro.C.de donationib.Bart.in l.Paulo Calimacho.§. fin.ff.de leg.3.Bart.& Paulus in l.Lucius.§.ciuibus.ff. de lega. 2.Romanus singulari.430.Ripa in dict. l.Stichum qui meus erit.nu.12.Paulus in l.si uenditor.ad fi.ff.de actionibus.emp. Decius consi.437 columna 1.& consi.500.in fin.Ludouicus Gozadinus,qui receptimam dicit, consi. 83. numero 7.Felinus in cap.super literis. de rescriptis.nu. 4. Ioannes Andreas in additione ad Speculum,titulo de fructibus. uers.3 practica Papiensis in libello pro legato rei singul.uer.nunc his peractis Mod.Parisbreuiter in consuetudinibus, tit.1.§.2.num. 20.denique ex hac recepta sententia,& distinctione illud cõstat,si redditus annuus legatur uel donatur,cum adiectione fundi, uel personę in diuersa oratione, & conceptione uerborum, tunc fundus additus censetur gratia demonstrationis,itaque tenebũtur hęredes soluere,si uerò in una eademque oratione donatus sit,uel legatus,& adiectus fundus,tũc conditionem & taxationem, siue limitationem inducit, & hęredes non tenentur,sed liberantur cedendo actiones;tũc enim fundus limitatè & taxatiue additus est & adiectus.Probat mihi text.egregius in l.si sic §. 1.de leg.1.ibi,namque inter fallam demonstrationem & fallam conditionem, siue causam, multum interest,proinde etsi Titio decem,quę mihi Seius debet,legauero, nullum erit legatum, esse enim debitor debet; nam etsi viuus exegissem,extingueretur legatum, & si debitor maneret, actiones aduerius eum hęres meus dumtaxat prestare cogeretur, ex quo Iureconsulti responso uides hęredes in nihilo teneri, immo liberari cessis actionibus, textus egregius in l. Lucius.§ ciuibus.ff.de lega. 2.ciuibus meis do lego chirographum Caij Seij,postea codicillis uetuit à Seio exigi,& ab hęrede petijt,ut alterius debitoris debito,quem codicillis nominauit, eandem summã reipublicę daret, quęsitum est, si posterior idoneus non esset, an integram quantitatem hęres prestare debeat,respondit hęredem reipublicę aduersus eum dumtaxat debitorem qui nouissimis codicillis (ut proponitur) designatus est, actionem prestare debere, in quo Iureconsulti responso unica uerborum conceptione assignatio & legatum continentur.

34 † Et quamuis Doctores,de quibus supra mentionem fecimus,illa ipsa distinctione hanc quęstionem definiant, illa tamen distinctione unius, uel diuersarum orationum plane non est ex Iureconsultorum,nec uerbis,nec sententia, nam

que

que Iureconsulti ipsi sæpè ex una eademque oratione demõ strationem inducunt, sæpè etiam ex duplici taxationem & conditionem, idque patet ex iuribus supra adductis: nam ptimum in d. l. quidam testamento, ubi demonstratio inducta est, planè unica oratio est, scilicet, Pamphilæ quadringentos aureos dari uolo, à Sempronio centum, à Titio ducentos, à Caio centum, quæ uerè unica oratio est. Item id patet apertius in d. l. Firmio. ibi. Heliodoro fratri meo dari uolo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni, hic enim à Iureconsulto inducitur demonstratio, cum uerè unica sit oratio. Præterea in l. si sic. §. 1. si uerum amamus, duplex oratio taxationem & limitationem non autem conditionem facit, item in l. Paulo Calimacho. §. Tullius. ff. de lega. 3. duplex oratio est, & taxatio inducitur, quin ipsemet doctissimus Couarruuias decus Hispanum quem nunquam ociosè loquutum suspicor in d. c. Raynutius. §. 10. num. 8. ad medium, inquit his uerbis. (Secus tamen erit, si promittens aut legans diuersa oratione utatur, in hunc modum lego, uel promitto centum ex fundo Semproniano, non enim uidetur pignus ex hoc constitutum, licèt ad solutionem illius quantitatis fuerit designatus ille fundus,) hæc dominus Couarruuias, qui positurus exemplum de publici oratione more Iureconsultorum obseruata recta ratione dicendi, unicam duntaxat addit orationem loco exempli in hunc modum, lego centum ex fundo Semproniano, ut uideas, quàm miserum sit, Doctorum sententias neglectis Iureconsultorum responsis sectari, doctissimus enim Couarru. quanuis de publici oratione methodum tradiderit, tamen non potuit exemplificaturus à Iureconsultorum propria ratione diuelli.

38 † Vnde ex mente Iureconsultorum, & Doctorum, de quibus supra, quanuis ita distinxerint, nihil addendendum est adduplicem uel unicam orationem, sed ad id duntaxat, scilicet ad dispositionem, & executionem, hoc est, an post legatum perfectum addatur executio legati, idest unde legatum sit soluendum, atque ita siue in una, siue duplici oratione adiectio loci, uel personæ ad executionem & consecutionem legati iam perfecti inducit demonstrationem, ueluti si dicas, lego Titio centum annua ex fundo meo Semproniano percipienda, hic quoniam legatum perfectum est, & post legatum perfectum adijcitur locus, unde soluantur centum annua ad executionem & implementum legati, etiam si in una oratione utrumque contineatur, demonstratio planè inducitur. Rursum etiam si in diuersa & duplici oratione duplex illa oratio necessaria sit ad perfectionem legati, nihilque de executione agatur, erit taxatio & limitatio, aut conditio, ut est, lego Sempronio centum annua quæ mihi Caius pro fundo Seiano soluit, hic duplex ista oratio nihil continet, nisi dispositionem, ideo taxationem inducit assignatio loci, contrarium esset dicendum, si hoc modo prolatum esset lego Sempronio centum annua soluenda sibi ex fundo Seiano, hic licèt sit unica oratio: quoniam continet dispositionem, eamque perfectam, & deinde executionem legati demonstrationem facit, idque sentiunt Iurisconsulti: itaque si in concessione, uel legato, uel donatione redditus, annui, uel in uenditione nihil refert, post dispositionem addita fuerit persona, uel locus adiectus ad solutionem & executionem, dispositio illa habebit demonstrationem, si dumtaxat legatum habet perfectum sine uerbis executiuis dispositionis erit taxatum legatum, uel conditionale, ita melius explicat Albericus in d. l. quidam testamento, Bart. in di. le. Lucius Paulus. dicto cons. 338. lib. 1. Decius consi. 324. Iacobinus de sancto Georgio in l. si fideicommissum §. tractamus. nume. 7. ff. de iudicijs. Ias. in l. quæ dotis. numero 42. ff. solut. matrimon. agens de donatione causa mortis, & in hoc proposito D. Couarru. in rubrica de testamentis. parte 2. nume. 13. uers. secunda conclusio, ad fin. ex Deci. consil. 305. & in l. fin. de pactis. num. 21. & in l. non omnis. ff. si certum petatur, uide simile ex Baldo in lege secunda. C. de falsa causa adiecta legato. numero quarto. ubi declarat dictã legẽ quidam testamento. horum autem uarius effectus est, & quotidianus & utilissimus in hoc nostro Prætorio, quorum aliquot referam.

39 † Primus erit, quòd hæ duæ conceptiones, scilicet, Dexo a fulano por uia de alimentos los fructos de tal fundo o predio, aut si ita concipiatur, Dexo a fulano para sus alimentos diez cargas de pan que me pagua fulano de tal lugar fundo, o prædio. Hęc enim legata præter dispositionem nihil aliud continent: nulla enim reperiuntur uerba dispositionis executiua, ideò adiectio loci, uel personæ taxationem & limitationem inducit, & ita erit dispositio limitata & definita ad locum & personam, ita ut hæredes omnino liberentur cedendo actiones legatario, quò si fundus minus reddat, minus erit in legato, si nihil, nihil itidem: quoniam enim limita ta est ad fundum, ipsum fundum quærit, hęredes autem obligatos non habet.

Vnde si is qui hoc modo legauerit, eundem fundum aut prædium prælegauerit o mejorare, iuxta nostra iura aliquẽ ex filijs in eo prædio filius melioratus in prædio solus ex fundi reditu subibit legatum pro fundi uiribus & facultate, reliqui fratres in nihilo tenebuntur, si nihil habuerint in fundo, licèt aliàs hæredes patris sit legantis ea ratione; quia limitata dispositio est, & cõditionalis designata, & definita ad certum fundum.

40 † Rursum si uendas annua centum, quæ tibi habes Compostellæ empta, uel tot modios uini, uel corbes frumenti, quos habes quotannis in tali prædio, uel quos emisti à Sempronio, certè hæc uenditio limitata est ad locum, unde si ibi reditus non sit uenditori, hæredes de euictione quidem tenebuntur actione personali ex contractu, at uerò redere singulis annis reditus non tenebuntur: quia limitata uenditio est, tanquam si corpus esset uenditum

41 † Rursum si uendideris decem annua, quæ habes quotannis ex tali fundo, uel decem modios uini, uel cargas de pan, quæ habes quotannis in tali prædio empta à Sempronio, atque in hunc modum emeris, emptio limitata est & definita, & taxata ad fundum, unde prius emptor requiret fundi possessorem, quàm uendentem, quòd in fundo emptio conseruari non possit: tunc quidem contra uenditorem ages, non quidem ad solutionem redditus, sed ad euictionem ratione contractus.

42 † Quia licèt aliàs uerum sit, quòd obligatio ad solutionẽ annui redditus sit personalis, & quòd fundi adiectio aditur pro certiori, & firmiore solutione, atque ad id duntaxat accessoriè fundi nominatio, ideoque semper expectatur id, quod principalius est, scilicet, obligatio personalis, & ideò quamuis fundus adiectus obligatus sit in solutione annui reditus hæredes uendiroris tenentur pro rata, etiam si fundus assignatus ad solutionem prelegatus sit primogenito, uel alicui ex filijs: quia semper attendimus personalem obligationem, quæ principalior est, quàm hypothecariam, quæ est accessoria, quod ex fundata iuris ratione tradunt Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensibus, parte. 1. tit. 1. 11. nume. 12. & D. D. Couarruu. Variarum Resolutionum, lib 3. cap. 7. nu. 5. uers. quartò. si contractum, hæc tamen omnia uera sunt, nisi limitata & designata sit dispositio, donatio, legatum, uel uenditio; tunc enim fundus, ad quem limitatur, quærendus est directò, & ita iam semel uidi iudicatum in hoc Senatu in uenditione sex modiorum uini, qui limitatè fuerant uenditi: petebat emptor executionem pro redditu unius anni contra uenditorem, dicebat ille se non teneri, fundique possessorem esse requirendum; tunc secum agendum, ac tunc quidem non de redditu annuo sed de euictione, & ita iudicatum est; quia limitata reperta est uenditio, & redditur tanquam corpus uenditus.

43 † Rursum constituto annuo reditu ubi actioni personali est accessoria hypothecaria, si res perimatur, quæ obligata est ad solutionem, durat obligatio personalis ad consequendos reditus annuos. l. creditor qui non idoneum. ff. si certũ pet. & in l. aduersus. ubi Bar. & Bal. C. de acti. & obli. at uerò si taxata & limitata sit cõcessio reditus: tunc quidem perempta re nulla est obligatio personalis ad annum redditum.

44 † Rursum & illud est aduertendum in hoc casu, ubi limitata est constitutio census, uel fructuum, uel reditus annui, titulo uenditionis, donationis, uel legati: nihil enim refert, cũ Doctores omnes, de quibus supra, immo ratio ipsa iuris uniuersę id in omni genere dispositionis recipiant. Nulla excussio est necessaria, cum nulla subsit obligatio personalis ad censum uel reditum, uel fructum annuum, atque in hunc sensum existimo intelligendum, quod refert D. Didac. Couarr. Variarum resol. lib. 3. cap. 7. num. 6. in principio: namque ubi reditus, uel census annus constituitur actione personali, & deinceps additur fundus iure pignoris pro firmiori & certiori solutione, quanuis D. D. Couarruu. dicat, quòd excussio non est necessaria, ut fundi conuenias possessorem hypothecati pro consequendo reditu, quem ille tenetur soluere, aut fundo supposito cedere, tamen hoc de reiecta excussione in hoc Senatu uidi receptissimum, hodie receptum non uideo, expectatur enim excussio in censu annuo, sicuti in reliquis contractibus, qui præter personalem obligationem hypothecariam continẽt, ex regula iuris in authentica hoc si debitor. C. de pignoribus. & in l. 14. tit. 13. part. 5. & illa exceptio de non requirendo principali actione personali in contractu census annui nusquam scripta sit nostro iure, at uerò si uenditio limitata sit, tunc ad possessorem necessariò directò eundem est pro reditu consequendo, nec conuenitur principalis ullo modo pro reditu, sed nec actione ex cõtractu ad euictionem, nisi conuerso facta excussione in

fundi

fundi possessore ratione fundi, quod genus excussionis est mirabile & uerissimum, si modo excussio proprie dici possit.

45 †Contrarium omnino dicendum est, ubi reditus, census, annua præstatio, uel fructus conceditur, legatur, uel donatur duplici oratione, quarum altera dispositionis continetur in hunc modum, dexo a Titio diez cargas de pan por uia de alimentos, las quales quiero aya y llieue enel mi lugar yhere dad, o fundo de tal, hic etenim quoniam sunt uerba dispositiua & dispositionis executiua, non est adiectio fundi ad taxationem, sed ad demonstrationem, rursum si dicat, dono Titio centum annua, quæ uolo Titium consequi à Sempronio colono meo, hic quoque demonstratio est, rursum si uendas centum modios uini, uel corbes frumenti, & addas: Los quales aya y cobre del mi lugar, o fundo de tal parte. Certè demonstratio est in illa adiectione fundi, ideoque hæredes tenentur, etiam si in loco adiecto nihil habeat testator, aut donator; sunt enim uerba inducentia dispositionem, & post dispositionem perfectam adijciuntur uerba dispositionis executiua, quo casu intelligimus demonstrationem, non verò taxationem, idque etiam intelligendum est in exemplo quod adducebat D.D. Couarruu. d. §. 10. numero 8. scilicet, lego, uel promitto centum ex fundo Semproniano: quia
46 †uerbum illud ex fundo, est executiuum, ex l. Firmio. ff. quando dies legat. cedat. ibi Heliodoro fratri meo dari uolo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni, non uideri conditionem additam respondi. In hoc ergo secundo casu intelligo omnia supra adducta longè aliter, namque primùm hæredes omnino tenentur pro portionibus hæreditarijs soluere reditum annuum, etiam si fundum, qui ad solutionem destinatus est, & assignatus, aut demonstratus, prælegatus sit primogenito, uel alicui ex filijs; quia prudens consilium patrisfamilias animaduertimus, qui faciliorem solutionis rationem ostendisse hæredibus intelligitur ex d. l. quidam testamento.

Inde etiam si testator alienet fundum demonstratum ad solutionem, legatum nihilominus debetur, idem obseruandum est, si chasmate pereat: quia demonstratus est hæredibus ad solutionem.

47 †Immo si fundus hic demonstratus ad solutionem & prę legatus uni ex fratribus euincatur, ab omnibus defenditur, & si euincatur cum condemnatione expensarum pro portionibus hæreditarijs expensę soluuntur; quia expensæ actione personali debentur, non uerò pro portione & parte quā quisque facit in fundo, ita in simili si dicebant Mod. Paris. par. 1. titulo 1. § 11. in consuetudinibus Parisiensibus. numero 27.

Denique in quæstione illa, quam tractabamus, an ex suppositione fundi, unde annua præstatio soluatur, resultet hypotheca fundi assignati, in qua quæstione opiniones retulimus, de quibus superius, si uera est opinio D.D. Couar. d. §. 10. num. 8. nunquam contingere potest casus, in quo uerificetur quæstio proposita
48 † namque si fundus assignatur limitatè, uel taxatiuè, uerissimum est, cum desit obligatio personalis ad reditum, nec uenditor ulterius teneatur, quàm de euictione, immò neque hæredes ipsius, cum fundi illius reditus, uel fructus legatus uenditusve sit ueluti corpus, non potest induci hypotheca; quia ea sine actione personali consistere non potest, saltem à principio, nam ex post facto bene reperitur hypotheca sine actione personali perempta actione personali tempore. Tempus enim plus operatur, & maiores uires habet contra actionem personalem, ut pote debiliorem, quàm contra hypothecariam utpote realem, & ideo fortiorem l. intelligere debes. C. de luitione pignoris (intelligere debes, inquit Imperator, uincula pignoris durare personali actione submota: cum igitur à principio consistere non possit, cumque assignatio fundi taxatè & limitatè non inducat actionem illam personalem, quæ fundamentū sit hypothecariæ, ut diximus, coacta ratione intelligendum est eo casu, quo fundus adijcitur taxatè non induci hypothecam fundi, cum magis fundus ipse assignetur tanquam corpus, non ut obligatus in subsidium, qui est effectus hypothecæ.

Rursum si fundus adijciatur demonstratiuè duplici illa oratione, quæ dispositionem, & executionem dispositionis contineat, tunc quidem adhuc idem dicendum uidetur, authoritate D.Didaci de Couarru. d. §. 10. num. 8. ad medium, qui allegat gloss. & Barto. in d. l. Caius. ff. de annuis legat. & est glo. uerb. Nec in rem, quæ gloss. nō difitetur fundum fuisse suppositum, sed non inducit obligationem ex hac suppositione, nisi in causa alimentorum, itaque Accursius bene fatetur fundum esse suppositum, quando demonstratur ad reditum, sed quia uidet iura solum inducere obligationem hypothecariam in causa alimentorum: ut di. le. hactenus. ff. de usufructu. non ex defectu suppositionis, sed ex defectu iuris, quo hæc suppositio obligatio dicatur, ad solam alimentorum causam refert hypothecam, ex qua Accursij sententia saltem obtinebimus illud, scilicet, fundum demonstratum ad solutionem diuersa oratione supponi quidem, ex illa autem suppositione non induci hypothecam; quia id nullo iure constiturum sit, unde si nec in priori casu, ubi taxatè ponitur fundus, neque in secundo, ubi demonstratiue inducitur hypotheca, benè colligi potest, nunquam induci hypo
49 thecam ex assignatione, & suppositione fundi. Est † enim argumentum à sufficienti partium enumeratione, scilicet, nec hoc, nec illud, nec est tertium, ut aiunt dialectici, quod argumentum facit euidentiam rei l. arbor. §. aquarum. ff. communi diuidundo. facit glossa in l. rogasti. § si tibi. ff. si cert. petat. ubi Iureconsultus, & Accursius hoc genere argumentationis utuntur. Hæc omnia adde his quæ breuiter scripsit Antonius Cordubæ de Lara in l. si quis à liberis. §. sed utrum. ff. de liberis agnoscendis. nume. 33. his enim egent interpretationibus.

50 †Vt tamen dicebamus, Accursius non negat in casu quo fundus adijciatur demonstratiue suppositionem fundi, sed illam suppositionem non extendit ad pignus uel hypothecam, scilicet, quia uidet ex iuribus quæ allegat in dicta lege Lucius, & in d. l. Caius. id solum dispositum esse à Iureconsultis in alimentis, in alijs autem annuis reditibus cum non uideat inductam hypothecam ex suppositione huiusmodi ex defectu iuris id dumtaxat recipit in causa alimentorum, nec quicquam in hac re facit, uti dicebamus. l. fina. §. fina. ff. de contrahen. emptio ubi Iureconsultus de hypotheca nec uerbum. & sensit Accursius ibidem, dum de hypotheca mouet quæstionem.

51 †Vnde cui placebit opinio eorum, qui tenent pignus nuda conuentione contrahi posse, ac subinde suppositionem fundi esse uerè hypothecam; cum uerbum hypotheca, nihil aliud sit, quàm suppositio, uereque fundus demonstratus supponatur, ac subinde obligetur, ex demonstratione fundi inducent hypothecam, quod mihi uerissimum est; quanuis enim in fauorem hæredis assignatus fundus fuisse uideatur, ut facilior sit hæredi solutio ex d. l. quidam testamento. Nihil tamen uetat, quod ad firmitatem quoque legati intelligamus demonstratum: cum æque uelit testator dispositionem suam adimpleri, immò cum ab hærede suo reliquerit, magis relicto prospexit, quàm hæredi, inde uidebis, quod tibi asserendum sit cum doctissimo Couarru. qui Iureconsultis assuetus sæpè obseruata methodo Iureconsultorum uno uerbo difficillimas sententias & prolixè disputatas complectitur, rursum dubitationem Curtij Iunioris in le. fina. ff. de contrah. emptione, explicabis, uarietatem Bartoli in di. l. Caius. & in d. l. Lucius. & in d. l. fundus quem. uitabis, intelligesque latissimam disputationem Gigantis tract. de pensionibus. q. 51. & Pauli de Castro consilio 338. & Romani cons. 388. de quibus supra, idque obseruatis regulis de quibus egimus.

52 †Quæ autem diximus de alimentis locum quoque obtinent respectu filiorum erga parentes; est enim in hoc ius reciprocum & mutuum, eodem enim iure naturali, quo parētes filios suos alunt, eodem quoque filij parentes alere tenētur l. si quis à liberis. §. parens. ff. de liberis agnoscend. Parens (inquit) Vlpianus) quanuis ali à filio ratione naturali debeat, tamen æs alienum eius non esse cogendum filium exoluere receptum est. ubi glos. quod alimenta, hoc ius naturæ recipit doctissimus Alfonsus de Castro de iusta hæretico. punitione capit. ultim. contra Barto. qui in d. §. parens. arbitratur alendos quidem parentes à liberis non natura aliquo iure, sed ratione naturali, quam rationem naturalem ille ius gentium. uocat, fundatur; quia Iureconsultus utitur eo uerbo, scilicet, ratione naturali, in d. §. parens. in hoc autem ut dixi parum fidēdum est uerbis, cum nomine rationis naturalis sæpè ius naturale, sæpè gentium intelligamus, & differentiam inter utrumque ius aliunde, quàm ex uerbis tenemur, scilicet an illud ius receptum sit cæteris animantibus, an nobis hominibus & solis commune: unde cum uideamus hoc ipsum ius nobis, & animantibus, commune dicendum est, uerbis illis, scilicet, ratione naturali intelligendum esse ius natura-
53 le diximus capit. primo, num. 15. & 16. receptum † enim est Cyconiæ pietate præclaris, ut genitores senecta confectos inuicem educent, & alant, quod tradit Plinius lib. 10. ca. 23. unde est illud, quod tradit Suidas antiquitus in Regum summo ceptro Cyconiam figuram apponi solere, in imo uero Hippopotamum, quo symbolo admonebant Reges pietatem plurimi facere oportere, uiolentiam uerò cohibere. Si-
54 cuti † enim Cyconia defessos ætate parentes alit, ita Hyppopotamus animal eferum ac uiolentum enecat, quod adeò impietatem præcellit, ut interfecto patre matrem ineat, te-

ste

Source : BIU Cujas

ste Plutarcho in Libello illo, cui titulus, vtra animantia sint prudentiora terrestria an aquatilia, unde Græcis dictum est vulgari verbo, Αντιπελαργεῖν, idest mutuum officium redere, πελάργος, enim Cyconia est, ex qua Cyconiæ insigni pietate rectius existimandum est pietatem illam erga parentes naturalem esse, ut iure naturæ nobis cum animantibus communi alendi sint parentes. l. 6. titulo 15. partita 4. ibi. Esto mesmo dezimos que el fijo deue fazer contra su padre. Vnde dubitandum est de ea sententia, quam vt receptam refert Franciscus de Ripa libro 1. Responsorum. capitu. 7 scilicet, quòd
55 † legitima debita parentibus tolli omnino possit, verè enim impia opinio est, & malè de parentum rebus commerita ex his, quæ diximus capite proximo. Cum enim ius alendi parentes à natura sit, cognitum brutis animantibus rationis expertibus, quæ præter sensum nulla alia ratione reguntur, quomodo fieri potest, vt tolli possit omnino hoc ius lege ciuili. Præsertim quoad alimenta necessaria ad tuendam uitã, an uiuet in ocio filius lautus & pinguius, parens uerò qui eũ dem genuit, aluit, & educauit, egebit? Vigeat apud barbaros ea lex, nostra uerò sentẽtia pijs & cordatis hominibus com probetur.

56 † Ex quo fit, vt mater impuberis cui à patre facta est substitutio pupillaris expressa, mortuo impubere habeat quidem alimenta à substituto, etiam si ab hæreditate filij impuberis iuris potestate eijciatur: ita tenent Ripa in l. 2. ff. de vulgari & pupillari. à nume. 45. Zasius in tractatu substitut. titulo de pupillari. num. 22. Couarr. de testamentis. c. cum esses. de testamentis. num. 2. Gregorius Lopez in l. 7. titulo, 5. partita 6. uerbo, El moco. De quo est textus in l. si quis à liberis. §. idem rescriptum. ff. de liber. agnoscendis. item rescriptum est, inquit Vlpianus, hæredes filij ad ea præstanda, quæ viuus filius ex officio pietatis suæ dabat, inuitos cogi non oportere, nisi in summam egestatem pater coniectus sit, hoc enim descendit ex necessitate iuris illius naturalis, filijs natura ipsa inditi, vt egentes genitores alant, & mutuam gratiam referant: cumque uerum sit, & iure Ciuili, & Canonico, & Regio constitutiss. mum per expressam pupillarem substitutionem matrem excludi à portione legitima filij, non solum in bonis parẽtis, sed in bonis ipsius pupilli l. Papinianus. §. 1. ff. de inoffic. testamento. c. si pater. de testament. lib. 6. l. 7. titulo 5. part. 6. Bartol. & Doctores in l. 2. ff. de vulg. & pupillari. quia testamentum illud, testamentum patris intelligitur, à quo matri pupilli nulla portio legitima debetur: vt in dicto §. sed neq; impuberis. hæc tamen ratio non tollit seminaria naturæ, & vincula fortissima filij erga genitricem, quæ filium gestauit, peperit, lactauit, aluit, misereque & anxiè educauit, pernox sæpè toto mense, vt inhumanum satis videatur matrem perempto filio amantissimo propter odium sæpe coniugis, & animi malignitatem à luctuosa hæreditate impuberis iuris quodam mero figmento propelli, quem ipsa volens nolensque omnino habitura erat hæredem: cum etiam si ex voto filijs nostra cuncta paremus l. nihil interest. ff. de bonis liber. cumque ratio naturalis quasi lex quædam tacita parentum hæreditatem liberis adijciat, ad debitam successionem iure quodam naturæ eosdem uocando, unde sui hęredes parentibus nuncupantur l. cum ratio. ff. bonis damnatorum, adeoque hæc ipsa liberorum successio iucunda parentibus est, vt pater instituens filios dulci fungatur officio leg. 1. ff. de his qui sibi in testamento adscribunt. cumque verum sit, esse quidem fortiorem successionem filiorum in bonis parentum, quàm patrum in bonis filiorum, ex hoc voto quod natura indidit vniuersis parentibus, qui filios suos cupiunt sibi successores l. nam etsi parentibus. ff. de inoffici. testamento l. scripto. ff. unde liberi, miserè tamen matrem ab hæreditate filij excludi miserum est, & impietate pleniſſimum. Vnde iura illa impia multis visa sunt, neque tamen cum hæc scribimus eam opinionem probamus, qua viris doctissimis receptum est, eam decisionem, qua mater ab hæreditate impuberis excluditur, propter pupillarem expressam substitutionem, non esse propter impietatem, quam habere videtur, ob seruandam in foro, quod conscientiæ appellatur, cuius author Archidiaconus refertur in capit. si pater. de testamentis. lib. 6. ubi Dominicus post ipsum, & post hos Philippus Decius in l. precibus. C. de impuber. & alijs. & ibi Corasius numero 29. faciunt quæ tradit Baldus ibidem. verſicu. circa tertium. & quod notat Innocentius in cap. quia plerique. de immunitate Ecclesiarum, quòd ubi lex ciuilis repugnat naturali æquitati in foro interiori non sit seruanda: vnde volebant substitutum pupillarem bono animo non posse obtinere hanc pupilli hæreditatem exclusa matre, ideoque posse per denuntiationam Euangelicam compelli, ipsam matri restituere ex his quæ notat Bart. in extrauaganti ad reprimẽ dum. in uerbo per denuntiationẽ, quodque notabat Gregorius Lopez in dicta l. 7. titulo 5. partit. 6. uerissima enim opinio est cõtra Archidiaconum, & qui eum sequuntur. Quod quidem latissimè resoluit Dominus Didacus Couarruuias in dicto capitulo cum esses. numero 2. & in capi. Raynutius. §. 5. ad finem, & Gregorius Lopez in dicta l. 7. titu. 5. partita. 6. cum enim lex ita scripta sit, nequeunt homines contra ipsam, sed secundùm ipsam iudicare. c. in istis. 4. distinc. in istis temporalibus legibus, inquit Augustinus, quamquam de his homines iudicent: cum eas instituunt, tamẽ cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas, non igitur opinionem Archidiaconi sequimur, sed cupimus emendationem eius iuris, quod naturali rationi contrarium est, ideoque existimamus obseruandam legem, & expectandam emendationem, neque cum Corasio existimamus iniquam esse decisionem, parum tamen piam esse fatemur, cum ut alia omnia omittam, tollat remuneratoriam illam gratiam, qua erga matres benefici esse debemus.

SVMMARIVM.

1 *Vtiles expensas malæ fidei possessor non deducit, sicuti necessarias, sed abradit.*
2 *Idem quoque iure nostro Hispano decisum est lege Partitæ*
3 *Hæc abrasio intelligenda est sine damno & interitu rei, aliàs non conceditur, & ibi intellectus ad l. 1. C. de infantibus expositis, & ad l. sin autem. § sed si seruum meum. ff. de rei uendicat.*
4 *Agitur de l. planè. ff. de petit. hæreditatis, q̃ pugnet cum l. domum. C. de rei uendicatione.*
5 *Conciliantur hæc duo iura adducta differentia inter rei uendicationem & petitionem hæreditatis.*
6 *Aliqua esse particularia in petitione hæreditatis, & defenditur solutio contra nouiores, & distinguntur aliquot iura. nu. 7.*
8 *Iure nostro Hispano distinctio Bartoli antiquata, in petitione hæreditatis et in rei uendicatione abrasio concessa.*
Voluptatis expensas malæ fidei possessor ex Accursii sententia amittit, ex Iureconsultorum uerò abradit, adducitur notabilis l. ex duobus fratribus. ff. de negotijs gestis. ut ædificia ampla plerumque ad uoluptatem pertineant.
10 *Iure nostro Hispano lege Partitæ Accursii sententia probatur contra Iureconsultorum aperta responsa.*
11 *Distinctio inter ædificantem de nouo in alieno, & reficientem aliena cognita Iureconsultis, & de l. utiles, & §. ex diuerso, quod ex hac differentia conciliantur contra nouiores. nu. 12.*
13 *Nostro iure Hispano lege Partitæ hæc distinctio comprobatę iuris dispositionem diuersam facit.*
14 *Noua conciliatio ad illa iura ex sententia domini Francisci Sarmiento, & ratio conciliationis ab ipso adducta.*
15 *Impugnatur hæc ipsa conciliatio ex iuribus quæ pro se adducit.*
16 *Separatio & abrasio concessa est semper malæ fidei possessoribus meliorationum utilium & uoluptatis sine læsione rei.*
17 *Exceptio doli, de qua in l. Paulus respondi, nunquam conceditur malæ fidei possessori, unde d. l. Paulus respond. semper in bonæ fidei possessore uenit intelligenda. nu. 18.*
19 *Vendicatio materiæ separata quando competat, & quomodo ædificatori, uel reædificatori mala fide, & de l. 2. C. de rei uendi. & § ex diuerso, defenditur glos. contra nouiores, & de solo & superficie.*
20 *Ædificium constructum in solo alieno quantumuis bona fide regulariter eius est cuius & solum, idque iuris potestate uoluntatem interpretantis, defenditur Accursius, & an idem censendum sit de meliorationibus, & quomodo in utrisque animum donandi materiam intelligamus, & nu. 21. & 22. & 23.*
24 *Quàm uerum sit dominium rei legatæ transire recta uia in legatarium iuris potestate. ad l. à Titio. ff. de furtis.*
25 *Ædificans in publico soluit uectigal, quod à solo solarium est dictum, egregia declaratio ad pragmaticam Regiam, qua conferenti uineas in publico uectigal imponitur.*
26 *Aliquando uoluptatis, & utiles meliorationes à malæ fidei possessore factæ recuperantur, non per abrasionem solum.*
27 *Contra Moder. intellectus ad l. si pupilli §. sed & si quis negotia. ff. de neg. gestis.*
28 *Declaratio ad leges Partitæ ex superioribus traditur.*
29 *Traditur declaratio quoque ex his ad cap. 1. de in integrum restitutione, quodque uarie sit decisio illa intelligenda.*
30 *Quod leges concisæ sint, & ex alijs legibus recipiant interpretationem.*

De malæ fidei possessore vtiliter vel voluptarie expendente.

Caput quintum.

1 Sequitur † nunc vtilis impensa, quod attinet ad malæ fidei possessorem, vt talis malæ fidei possessor non conseruet vtiles expensas, nec deducat, aut consequatur aliqua actione, sed duntaxat abradat, huic enim abrasio permissa est, text. in l. domum. C. de rei uendicatione, ubi scriptum est, malę fidei possessores eius quod in rem alienam

Source : BIU Cujas

nam impendunt,non eorum negocium gerentes, quorum res est,nullam habēt repetitionem,nisi necessarios sumptus fecerint, sin autem utiles, licentia eis permittitur sine læsione prioris status rei eos auferre.ubi Paulus nu.3.id ipsum tra
2 dit.Cui † conuenit l.4.tit.28.parti.3.ibi.Otrosi dezimos,que si el fizo despensas que fuessen prouechosas al heredamiento, o ala casa agena de que era tenedor, que si las fizo en buena fe,cuydando fazer en lo suyo que las deue cobrar,maguer non ouiesse menester de las fazer:mas si las fizo auiendo mala fe, sabiendo que el hæredamiento o la casa que era agena,si el señor que la uencio en juyzio non gelas quisiere fazer pechar,puede en de el otro leuar la labor que fizo y fazer.Atque ut rem istam perficiamus,intelligendum est,hāc abrasionem cōcedi sine damno & interitu ipsius rei,d l.domum,ex qua recipit declarationem d. l. 44. & probatur ele-
3 gantissimè in l.1.C.de infant.exposit.In † secundo casu artificij edocti, ideo enim ibi possessor malæ fidei expensas eas utiles artificij edocti non deducit; quia etiam si abradere artificium ab infante uelit, non potest,ob idque ibi non fit deductio expensarum utilium, scilicet doctrinæ edoctæ; quia utilis expensa est,quæ repeti à malæ fidei possessore non potest, nec abradi & separari ab infante sine interitu ipsius infantis,elegans ad hoc textus,qui ex hac ipsa declaratione explicatur in l.sin autem.§.sed si seruum.ff.de rei uendicat.Sed si puerum meum (inquit Paulus) cum possideres erudisses, non idem obseruandum Proculus existimat: quia nec carere seruo meo debeam, nec potest remedium idem adhiberi,quod in area dicimus.hęc Paulus,cuius responsum ex Proculi sententia elegans est, quod in puero edocto non potest remedium idem adhiberi, quod in area meliorata admittitur,scilicet abrasio meliorationis;disciplina enim serui abradi non potest, quæ addenda sunt his quæ diximus ad d.l.1. C.de infantibus exposit. ex his enim illa in utroque casu alimentorum & doctrinæ remanet exposita.

4 †Nec quicquam contra hęc,quæ de abrasione scribimus, facit l.planè. ff.de petitione hæreditatis, ibi.planè sic potest in eo differentia esse,ut bonæ fidei quidem possessor omnino quidem licèt res non extet in quam fecit, sicut tutor uel curator consequitur, prædo autem non aliter quàm si res melior sit facta,hęc Paulus,quę difficultatem habet premissa priori parte dictæ l.planè.ubi de utilibus non solum de necessarijs expensis agit Paulus. ibi. planè in cæteris necessarijs & utilibus impensis possunt separari, Paulus enim possessori malæ fidei conseruasse uidetur utiles expensas,nec quicquam de abrasione curat,contra d.l. domum. C.de rei uendi.ibi, cum malæ fidei possessori eius, quod in rem alienam impenderat,& contra omnia quæ diximus.cap. 2. nu. 10. in utilibus solam abrasionem superesse malæ fidei possessori, conciliatio petenda est ex glo.in §.certè.Instit. de rerum diuisione. quam allegat & approbat Bart. in l.in fundo.nume. 2.ff.de rei uendi. considerant distinctionem inter petitionē hæreditatis, & rei uendicationem, ut scilicet in petitione hæreditatis malæ fidei quicumque possessor utiles conseruet expensas,cum in eo respectu eius qui hæreditatem petit æquitas uersetur,ne cum aliena iactura petitor ditescat,nam que petitio hæreditatis plerumque competit ei qui uerè dominus non est,ad petitionem hæreditatis sufficit titulus hæreditarius, unde respectu eius qui hæreditatem petit, cum dominus uerè non sit rei melioratæ utiliter: malæ fidei possessor integrum habet ius suarum utilium expensarum, & liberas quoad petitorem hęreditatis habet ædes respectu meliorationum utiliter factarum.Ob idque merito ab eo deducuntur,& retinentur,& petuntur,ne petitor ditescat cum iactura meliorationum earum,in quibus adhuc integrum ius habet rei possessor, quamuis malæ fidei. Ideo huiusmodi possessori conceditur abrasio, retentio,& separatio, in petitore enim hæreditatis solum titulum hæreditarium ius considerat,non dominium l.& non tantum.ff.de petit.hæreditatis,ibi,sicut illæ,quarum nomine publiciana competit.

6 † Quæ competit cum à non domino testator emit, contra uerò in rei uendicatione,quæ domino conceditur, longe aliud statuendum fuit, scilicet, posse eas expensas quæ cūre,& in ipsa re reperiuntur domino quæri, nisi abradi malæ fidei possessori possint sine læsione rei ipsius: & ita procedit l.domum. & l. in fundo. C. & ff.de rei uendicat.nec est solutio diuinatoria:cum educatur ex iuris principijs, suntque aliqua particularia in petitione hæreditatis,quæ non reperiuntur in domino uendicante, d.l.planè.ubi perempta re melio rata melioratio recuperatur contra notissimas iuris regulas propter naturam & particularem rationem eius actionis, ibi,ut bonæ fidei possessor expensas omnino deducat, licèt res non extet, nec contra hanc conciliationem quicquam facit l.2.C.de rei uendi.& §.ex diuerso. de quibus numero 2. & seq.agemus.Illę enim leges singularem considerationem habent in eo,qui ędificat de nouo,in quo longè alia iuris ratio stabilita est, quàm eius qui reficit, ut dicemus. Nec rursum cum dicta l.domum. concordat l.utiles.ff.de petit.hæreditata.namque d.l.domum, primo loco de necessarijs agit expensis, de quibus modo nulla controuersia est,postremo loco uoluptarijs expensis nihil agit,sed de utilibus, at uerò d.l. utiles.solum de uoluptarijs agit,ideo ambo ea iura ne temerè misceantur nulla conuenientia quadrant, nec pugna aliqua discrepant, nec rursum cum ipsis pugnant d.l. 2. &§. ex diuerso .:quia hæ in ædificatore,illæ in reficiente intelliguntur, de qua ratione diuersitatis mox pauca dicemus, nunc tantum iura ipsa distinguimus,

7 †Patet ergo, utiles expensas amitti malæ fidei possessori, nisi abradi possint sine læsione,in petitione autem hæreditatis,ubi dominus non est petitor retineri à malæ fidei possessore
8 † quia quò ad illum integrum ius retinet possessor quātumuis malæ fidei, at uerò iure nostro Hispano hæc distinctio antiquata est ex d.l.44. tit.28 part.3.quæ confundit utrū que iudicium, uendicationis & petitionis hereditatis. ibi. Mas si las fizo auiendo mala fe,sabiendo que el heredamiento,o la cosa que era agena, si el señor que la uēcio en juyzio non gelas quisiere fazer pechar, puede el otro dende leuar la labor que fizo y fazer. Nota uerba illa Heredamiento, & uerbum,Casa.Alterum enim hæreditatem significat, & ad petitionem hæreditatis referendum est, alterum autem uerbum,scilicet,Casa, ad iudicium particulare, scilicet, uendicationis, unde non perperam in antiquis libris non casa,sed cosa legitur, quod uerbum significantius est, hodie tamen casa legitur, utrumque autem uerbum conueniens est ad tollendam eam distinctionem, quæ quidem addenda sunt ad ea quæ tradit Tiraquellus ad l. planè. de retractu.2.parte. §.7. nu. 1. gl. 5. & ad Mod.Paris.1.parte.consuetudinis Parisiensis.tit 1.glos.5.nume. 87. & ad Gregorium Lopez in d.l. 44.tit.28.par.3.uerbo.Ante entegar.& ad Antonium Gomecium in l.46.numero 2.in legibus Tauri, omitto quos ipsi allegant,quibus ex his non parum lucis adhibetur circa utiles expensas à malæ fidei possessore factas.

9 †Voluptarias expensas malæ fidei possessor nec deducit, nec abradit.gl.fina.in fin.in d.l.in fundo.ubi Bartol anxiè distinguit,& subdistinguit multa cumulando, cum glos.tenet Angelus in §. certè. Institu.de rerum diuisione,de iure autē uerior opinio est, ut sicuti in utilibus, ita & in uoluptarijs abrasio concedatur,de quo glos.uerbo, Non habere,in l.ex duobus.ff. de negocijs gestis.similis glo.in l.si pupilli,uerbo, Locupletior. ff. eodem. pro quibus est text. in l. idemque.§. idem Labeo uers.idemque ait.ff.mandati, idemque(ait Vlpianus) si quid procurator citra mandatum ad uoluptatem fecit,permittendum ei auferre, quod sine damno domini fiat. idem Caius in l. utiles. ff. de petitione hæreditatis, qui textus loquitur de uoluptatis expēsis. ibi:nam prædoni probe dicitur non debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere, ut tamen potestas ei fiat tollēdorum eorum,quæ sine detrimento rei tolli possint, cui edendus est uerficulus ibi.uideamus ne ad picturam quoque marmorum, & cæterarum uoluptariarum rerum impensas æquè proficiet nobis doli exceptio, & utique proficiet, si modo bonæ fidei possessores sumus:nam prædoni &c.facit generalis illa decisio d.l.in fundo.textus expressus in l.una.§. taceat.uers.quòd si uoluptariæ.C.de rei uxorię actione, quæ iura aperta sunt, secundùm quę intelligenda est l. ex duobus fratribus. ff. de negocijs gestis.quę quoniam elegans est & in proposito utilis,ut ampla ędificia plerumque ad uoluptatem pertineant, ex duobus fratribus (inquit Modestinus) uno quidem suę ętatis, alio uerò minore ętatis cum haberent communia rustica prędia,maior frater in saltu communia habente habitationes paternas ampla ędificia ędificauerat, cumque eundē saltum cum fratre diuideret, sumptus sibi quasi re meliore ab eo facta desiderabat, fratre minore iam legitimę ętatis constituto. Herennius Modestinus respondi, ob sumptus nulla re urgēte,sed uoluptatis causa factos eum de quo quęritur actionem non habere.Hęc Modestini responsio egregia est,ut scilicet ędificia augmentata sine causa ad uoluptatem pertineant, soletque in hoc Senatu adduci, ut lateritia pauimenta, & lapideę fenestrę, aliaque id genus in rusticis ædibus in emphyteusim acceptis ad uoluptatem erecta uideantur: & non semel in hoc Senatu huiusmodi ędificia uoluptaria iudicata sunt.Illa tamen lex, etiam si actionem neget,intelligenda est,abrasionem admittere,si modò abrasio sine lęsione rei esse, & fieri possit:quod in hoc genere meliorationum rarò euenire potest.

10 †Ex quibus mirum est,quòd lex nostra Hispana 44.tit.28. part. 3. in fin. apertè negauerit abrasionem huic malę fidei possessori contra Iureconsultorum aperta responsa approbata Accursij contra seipsum sententia ubi supra, ibi Mas si

el que

el que fizieſſe tales deſpenſas como eſtas ouieſſe mala fe en teniendo la caſa, o la heredad, pierde todo quanto y fizo, e non puede ende leuar ninguna coſa. Ex qua iuncta di. le. ex duobus fratribus. ædificia iſta non auferuntur in Hiſpania.

11 †Et quanuis Bartolus in d. l. in fundo. opponat ad d. l. utiles, quæ loquitur in eo qui expenſas facit uoluptarias mala fide conceſſa ſibi ablatione ſine detrimento rei l. adeò. §. ex diuerſo ff. de acqui. rer. dominio. ubi ſi quis mala fide in alieno ſolo ædificium erexerit, amittit, quod impendit, adeò ut neque diruto quidem ædificio materiæ ablatæ dominus intelligatur: idem tamen Bartolus in d. l. in fundo. nu. 2. diſtinguit inter ędificantem de nouo, & reparantem, ſiue ædificia erigentem & expenſas facientem in re, quam poſſidet: quæ ſolutio non ſolum non eſt diuinatoria, ut iam ſemel uiſa eſt domino Frãciſco Sarmiento ſelectarum quæſtionum. lib. 1. cap. 10 num. 6. Sed eſt neceſſaria, & ad literam ipſarum legũ uerba addere libet, ut ad oculum ſolutio ipſa Bartoli conſtet, quæ eo mihi libentius adducitur, quod ad leges noſtras neceſſaria ſit, quæ eam Bartoli diſtinctionem admittunt. uerba Caij in d. l. utiles. ſuperius adduximus nume. 9. quæ lex ſine dubio de impenſis agit in reficiendo factis, ut patet ibi. utiles autem neceſſariæque ſunt, ueluti quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia, aut in nouale, aut cum ſeruorum gratia litis æſtimatio ſoluitur, & rurſum ibi. uideamus tamẽ, ne ad picturarum quoque & marmorum, & cæterarum &c. in quibus expenſis malæ fidei poſſeſſori abraſio permittitur ſine lęſione rei, & magis id patet: quia cum dicat Caius abradi poſſe ſine læſione rei, neceſſariò intelligendum eſt, reędificationem fuiſſe, cum res ſuperſit, quæ meliorata eſt illis uoluptarijs expenſis. Nunc uenio ad eundem Caium in dicta l. adeò. §. ex diuerſo. ubi idem Caius longè aliud agit; nõ enim ibi agit de repetitione uel abraſione meliorationum, ſed de acquiſitione dominij, & quomodo iniecta in alieno cuiuſque fiant, obidque inde incipit, ut hominum dominia quærantur, inde de alluuione agit, à quo ad inſulas deuectus ad flumina & alueos peruenit, deinde ad uaſa & ex aliena materia confecta. Poſtremò id tractat, cum in ſolo ſuo quis ex aliena materia ædificat, illud perpetuò inueſtigando, quomodo rerum dominia acquirantur, cumque in hoc caſu aſſerat dominum materiæ quandiu ædificium extat, nec uendicare poſſe, nec ad exhibendum agere propter legem duodecim tabularum, diruto tamen ædificio, ſeparataque materia poſſe ipſum dominum materiam uendicare; quia dominium nunquam perijt, etiam ſi conſopitum extiterit, quandiu ædificium extitit propter legem duodecim tabularum, quæ prohibebat uendicationes materiæ, quæ ædibus eſſet iniuncta propter deformitatem urbis uitandam: uerba autem legis duodecim tabularum hæc fuerunt, Tignum iniunctum ædibus meis uendicato, non ſoluito, refert Feſtus, & adducit Conanus Commentariorum iuris lib. 3. c. 6. nume. 7. uendicare enim tignum ſuum domino licebat, tollere nõ concedebatur, ſed eius duplum conſequebatur ab ædificatore, ne Italia ruinis deformaretur, quo nomine contra apertas iuris regulãs multa admiſſere Iureconſulti: ut in l. quod ſi uir uxori. ff. de donat. inter uirum & uxorem. iuncta l. præcedenti. in fin. Fauor enim publicus in eo uerſatur, ne reſpublica ruinis deformetur, & propter eum à regulis iuris deceditur, licèt gloſſ. ibi eam exiſtimet cauſam: quia nõ fiat coniux accipiens locupletior, & aliam cauſam gloſſ. adduxat in cap. fin. eod. ubi Abbas eam ſequitur num. 15. ſimilem diſpenſationem cum iuris quadam regula facit hic fauor publicus in l. penult. §. eandem. C. de donationib. de donatione ad refectionem ſine inſinuatione. Denique Caius in d. l. adeò. dominium inquirit earum rerum, quæ rebus noſtris accedunt, quantum quomodoque acceſſione earundem dominium acquiratur: de quo tamen uide eleganter Conanum Commentariorum iuris lib. 3. ca. 6. ubi optimè de acceſſione materiæ ad ſpeciem diſſerit, & copioſè tractat, & Iurecõſultos conciliat, quod noſtrum inſtitutum non eſt. Illud proſequimur, recipiendam fore Bartoli diſtinctionem inter ædificantem de nouo, & reficientem, quæ diſtinctio ex uerbis Iure-

12 conſultorum aptè colligitur † quoniam d. l. planè, & l. utiles. eodem, de expenſis in reficiendo agunt, at uerò in d. §. ex diuerſo, de erigente nouum ædificium intelligendus eſt De hisquè, ſcilicet de nouo ædificatore, & de reficiente & collapſa reparante, diuerſæ iuris regulæ proditæ ſunt; quoniam qui de nouo ædificat, dominium quærit ipſa ſua ædificatione, quod non intelligitur facere, qui rem collapſam reparat, quę diſtinctio Bartoli cum colligatur ex Iureconſultis, occaſionem dedit conditoribus legum Partitarum, ut hanc ipſam diſtinctionem admitterent, & lege lata conſtituerent, & ſunt nobis iura expreſſa in l. 43. tit. 28. partit. 3. & l. 41. eod. titulo. & partit. quę conciliari debent iuxta hanc diſtinctio-

13 nem: ut † dict. l. 41. procedat in eo, qui de nouo ędificat, ac cum mala fide, qui donaſſe uidetur, & patet ibi, En razon de aquello que y labro de nueuo d. l. 43. procedat in eo qui reparat, ibi, Nõ faziendo de nueuo, mas refaziendo, quodque diſtinctio Bartoli ſit recipienda maximum argumentum præſtant nobis duę leges Partitarum.

14 Quanuis † tamen leges Partiarum eam diſtinctionem uideantur admittere, quod eo notauimus, ne ſolutio illa uideatur diuinatoria: tamen mihi qui nunquam niſi uerecunde, & cum pudore ab eruditiſſimorum hominum ſententia decedo, adhuc illa ſolutio non ſatisfacit, etiam ſi noſtris legibus comprobata eſſe uideatur, liberè enim philoſophanti eadem difficultas integra eſt, ſiue enim reędifices, ſiue de nouo facias, ſemper illud inquirendum eſt, cur in caſu d. l. utiles per abraſionem conſulatur malę fidei poſſeſſori in uoluptarijs, denegata exceptione doli, at uerò in d. l. adeò. §. ex diuerſo. omnino rei uendicatio denegatur, etiam diruto ędificio & ſeparata materia, quęſtio in eo eſt, cur uendicatio non cõcedatur materię ſeparatę, & ędificij diruti, cum d. l. utiles. ſeparatio concedatur, quid potuit contrarium ſuadere, ut ſeparatio in uno caſu concedatur, in altero uerò & ſimili ſeparatę materię uędicatio denegetur: quia etiam ſi de utilibus expenſis intelligas, in ipſis nunquam denegatur abraſio ſine lęſione rei l. domum. C. de rei uendicatione, ibi. ſin autem utiles, licentia eis permittitur ſine lęſione prioris ſtatus rei eos auferre.

Vir doctiſſimus D. Franciſcus Sarmiento meritiſſimus Epiſcopus Aſtoricenſis d. cap. 10. nu. 10. libro 1. Selectarum quęſtionum, poſt uarias ſoluciones, quarum aliquot leuiſſimis argumẽtis reijcit, noue conciliat hęc iura, ut leges quę prędoni conſulunt per ablationem, uel abraſionem expenſarum, quas fecerunt, quando ſine rei deterioratione auferri poſſunt, uel quia reperiuntur ſeparatę, ut inquam hę leges, ſcilicet l. utiles, & l. domum, loquantur, quando ipſe met fur adhuc poſſidet, & ita quòd iſta ablatio fiat per retentionem leges autem quę mala fide ędificanti ſeparata materia negant uędicationem expenſarum: ut in d. §. ex diuerſo l. adeò. ff. de acquirend. rerum dominio, loquantur per uiam actionis, rationem huius idemmet D. Franciſcus eam exiſtimat, quòd is, qui poſſidet, bonę fidei credatur, ex l. Paulus reſpondi. ff. de doli exceptione l. fin. C. de rei uend. hęc dominus Franciſcus dicto nu. 10 inde ſe ſe confert ad l. 2. C. de rei uendicatione, de qua agimus nu. 19 quæ tamen ſolutio, quæ uti ipſe ait colorem habere uidetur, iudicio meo non diluit difficultatem, immo ſi proprius inſpiciatur, magis deſtruitur ex ipſa ratione, cui innittitur, ex d. l. Paulus. namque etiam ſi uerum ſit, quòd iura, quæ concedunt furi, nempe malæ fidei poſſeſſori abraſionem ſine damno rei, loquantur, quando fur adhuc poſſidet, & quæ negant uendicationem procedãt per uiam actionis, adhuc tamen integra eſt difficultas, cur tam uariè deciſum ſit in eodem malæ fidei poſſeſſore, ut alter abradat, alter uendicare ſeparatam & abraſam materiam non poſſit, cum etiam bona uel mala fides hanc ipſam rem dirimat, non poſſeſſio. Hæc difficultas coegit ipſum, ut excogitaret illam rationem ex d. l. Paulus. quia poſſeſſor præſumitur bonæ fidei, ob idque inducatur abraſio in ipſo, cum uerò non poſſideat, ceſſat hæc præſumptio, & ideo actio quoque ceſſat. Hæc autem ratio id demum obtinet, ut abraſio admittenda ſit, quandiu quis bonæ fidei poſſeſſor præſumitur: quod ſi aperte de mala fide ipſius conſtet. Tunc quidem ipſa ratio Domin. Franciſci abraſionem non admittit cõtra diſpoſitionem d. l. utiles. & d. l. domum. Vbi ei qui aperte malæ fidei poſſeſſor eſt, abraſio permittitur, ut patet ad oculum. igitur hæc conciliatio eſt contra ipſamet iura, quæ

15 pro ſe adducit † exceptio enim doli malæ fidei poſſeſſori nunquam conceditur, abraſio autem conceditur, text. elegans ad hoc in l. Iulianus, lib. 7. ff. de rei uendicatione. ubi mala fide ædificatum eſt de nouo, & poſſeſſor reperitur is, qui ædificauit, atque cum exceptio denegetur doli, conceditur abraſio ibi, eo autem tempore ædificaui, quo iam ſciebam alienam, uideamus, an nihil mihi exceptio proſit, puto autem huic exceptionem non prodeſſe; neque enim debuit in alienam aream certus ædificium ponere, ſed hoc ei concedendum eſt, ut ſine diſpẽdio domini areæ tollat ædificium, quod poſuit, idem in l. idemque & l. in fundo. §. idem Labeo uerſi. idemque ait. ff. mandati. ibi, idemque ait Vlpianus, ſi quid procurator citra mandatum ad uoluptatem fecit, permittendum ei auferre, quod ſine damno domini fiat. Denique in hoc malæ fidei poſſeſſore, qui rem melioratam à ſe mala fide tenet, perpetuò admiſſa eſt abraſio, nunquam uerò conceſſa exceptio doli, & meritò, quo pacto enim de dolo impenſas facit, item in l. domum. C. de rei uendi. conceditur abraſio malæ fidei poſſeſſori in utilibus expenſis, atque

16 ut uniuerſalem regulam tradamus. Intelligendum † eſt ſeparationem & abraſionem conceſſam ſemper fuiſſe malæ fidei

Source : BIU Cujas

dei possessoribus melioratiõnum vtilium & voluptatis sine læsione,si malæ fidei possessores huiusmodi res melioratas possideant. In hoc casu oĩa iura conueniunt,d.l.vtiles.d.l.Iulianus. d.l.idemq;. §.idem Labeo.d l. domum.In quibus tñ iura nostra distinxerunt inter vtiles expensas & voluptarias, vt in illis abrasio permittatur,in his denegetur, ex dict. l. 43. ibi.Pue de el orro ende leuar.ibi,E nõ puede ende leuar ninguna cosa, & in hoc lex nostra partitæ quæ abrasionem negat malæ fidei possessori in voluptarijs secuta est Accursij sententiam in dict.l.in fundo.in fine,in glo.vltima,contra expressa iura, de quibus supra. In necessarijs autem de abrasione non curamus; quia pinguius remedium est ad consecutionem ipsarum,ex dict.l.domum.& dict. l. 43. ibi. Que las puede e deue cobrar,& ibi, Quier aya buena fe,quier mala,
17 & hoc pertinet ad abrasionem † quod attinet ad doli exceptionem, video nunquam concessam fuisse malæ fidei possessori. Quomodo enim fieri potest: vt doli exceptione iuuetur, qui dolo fecerit,& cõmiserit, quo minus iuuaretur? l.vtiles.ibi,& vtiq; proficiet, si modo bonæ fidei possessores sumus,nam prędoni probe dicetur &c.d.l.Iulianus.ibi.Puto autem huic exceptionem non prodesse,nec enim debuit in alienam aream certus ædificium ponere. l.adeò. §.certè. ff. de acquiren.rer.dom.& §.certè. Instituti. de rerum diuisione lib.2. ibi poterit per exceptionem doli mali repelli,vtique si nesciuerit qui ædificauerit alienum esse solum,& tanquam in suo bona fide ædificauerit,nam scienti alienum esse solum potest culpa obijci,quod temere ædificauerit in eo solo,quod intelligeret alienũ esse.hæc Caius, ex quibus malæ fidei possessori mala fide ædificanti vel reædificanti denegatur exceptio doli,etiam si possideat, & merito:quia cũ dolo fecerit expensas expceptione doli iuuari non potest. At verò iure optimo conceditur abrasio; quia scilicet mala fides non eo extenditur, vt ex aliena mala fide tu ditescas cum aliena iactura,præsertim cum ad huc malæ fidei possessor abradare possit sine iactura,in hoc enim semper æquitas in promptu est, de qua in dict.l.in fundo. ex quibus necessario intelligenda est l.Paulus respondi.ff.de exceptionibus.in possessore bonæ fidei, qui bona fide in alieno ædificat, vel
18 reficit; nam † in malæ fidei possessore ædificante ex iuris principijs repugnãtibus intelligi non potest,ex dict.l.vtiles. & dict.l.Iulianus.&.§.certè.quæ sunt aperta iura:bonæ fidei autem possessor, qui in alieno solo ædificat, quandiu est in possessione,recte exceptione doli iuuatur,quòd si semel tradiderit rem melioratam,exceptio cessat,quæ possessori conceditur,nec quicquam refert,quòd Iulianus in dict.l.Paulus respondi. vtatur illis verbis,in alieno solo,namque frequens dicendi ratio est Iureconsultis etiam in bonæ fidei possessore,vt patet in dict.l.Iulianus.& in dict.l. si in area.ff. de cond. indebiti.& in dict.§.ex diuerso.&.§.certe,ex sola enim ædificatione in alieno non resultat mala fides,nisi etiam scientiã alieni proponamus,dict.§.ex diuerso.ibi.& si scit alienum esse,dict.§.certè,utique si nesciuerit,vt ex his videas,quàm immerito Franciscus Hotomanus hæc iura tanquam pugnantia coniunxerit lib 2. feudorum, hic finitur lex.§.3.fol.mihi. 264.ad fin.l.Paulus.&.l Iulianus,dum pugnantes adducit.

19 †De rei vendicatione verò an & quando competat huiusmodi ædificatori,vel reædificatori, duo sunt iura, quæ sine pace pugnare plerisque visa sunt,scilicet,l.adeo.§.ex diuerso ff. de acquirenda rerum domin. & l.2. C. de rei vendicatione, pugna in eo est; quia hactenus egimus de malæ fidei possessore possidente rem, quam vtiliter vel ad voluptatem refecit, idque malafide,vt is abradere possit sine læsione, excipere verò de dolo non possit,de hoc autem malę fidei possessore,qui rem ędificatam,vel melioratam non possidet,qa tradiderit, difficultas est, an vendicare materiam saltem separaram possit,si causa,aliave ratione vlla ædificium destructum sit.Itaque in domo quam colebas in supremo tecto solarium extruxi,vel cum superficiem solumque possideres,tecta & tabulata superiora imposui,quam tu possides, an ipse saltem destructo ædificio separatam materiam vendicare possim. In quo textus in dict.§.ex diuerso.apertus est,vbi Caius Iureconsultus inquit, itaque nec diruto ædificio vendicatio eius materiæ competit,qui text.in priori parte id agit, vt ædificium cedat solo,intelligemus autem iuxta prædicta si quis de nouo faciat de quo.l.fin.ff.de superficiebus. Superficiarias ædes,inquit Caius,appellamus,quæ in conducto solo posita sunt,quarum proprietas iure ciuili & naturali eius est,cuius & solum.l.obligationum ferè.§.placet .ff. de actionib.& oblig. vbi elegantia verba ad propositum ponit Paulus.ibi, sic & in tradendo si quis dixerit,sed solum sine superficie tradere nihil proficit,quominus & superficies transeat, quę natura solo cohæret.l.eum qui.ff. de vsucapionibus ibi, vt pura cum ędes ex duabus rebus constent ex solo & superficie.l solum.ff.de rei vẽdicatione. Solum partem esse ędiũ existimat Celsus, nec alioqui subiacere vti mare nauibus.
20 Quod eo adduximus,ut perspicuum sit † ędificium constructum in solo alieno quãtumuis bona fide,iure quidem eius esse,cuius & solum est.At uerò si mala fide ędificet,sciens alienum esse solum,& ex materia propria,tunc quidem & iure & uoluntate sua materiam superimpositam amisisse intelligitur.Iurisque potestas tunc ex voluntate magis confirmatur Idque resultat ex vtroque,scilicet ex iuris potestate, & voluntate,vt diruto ædificio vẽdicatio materiæ eius,quæ mala fide imposita est in alieno solo, si ppria fuerit eius qui superimposuit non cõpetat. Hæc est dispositio tex in d. §.ex diuerso.in quo si cum iudicio legas,tria sunt.mala fides,ædificatio in alieno, & proprietas materiæ superimpositæ, quæ tria simul donationem materiæ inducunt, vt separata & diruta vendicari non possit. In quo apte animaduertit Dominus Franciscus Sarmiento vbi supra, hunc malæ fidei ædificatorem non possidere,& nos agnoscimus;nam si possideat ædificatoris, frustra de vendicando ageretur, quæ possessorem alterum desiderat.l.officium.ff.de rei vendicatione. ob idque neque abrasione, nec de exceptione doli quicquam attingit iureconsultus, quæ ædificatori malæ uel bonæ fidei secundùm prædicta conceduntur,malæ fidei possessori abrasio, bonæ fidei autem de dolo exceptio.d.l.Inlianus.d.l.Paulus respondi.d.l.vtiles.d.§.certè.d l.domum.d.l.idemque.§. idem Labeo. Exceptio enim illa & abrasio nisi ei qui possidet competere non possunt, in quo tamen aperte cum d.§. ex diuerso. pugnat l.2.C.de rei vendicati. vbi in priori parte
21 illud etiam probatur † ædificium cedere solo,quod receptissimum fuit antiquis,de quo præter iura supra adducta extãt veterum testimonia.l.2. titu. de rei vendica. in Codice Gregoriano,ita Marco & Valerio rescriptum est, ædificium in alieno agro extructum solo cedere,sumptusque eius nomine factos non nisi bonæ fidei emptorem retentione posse seruare certissimi iuris est. Item in l.1. tit. eod. vineas in alieno agro institutas solo cedere, & si à malæ fidei possessore id factum sit, sumptus eius nomine, qui erogatur,per retentionem seruari non posse,incognitum non est. Idem obseruauit Caius lib.2.tit.1. inter ipsius Caij institutiones,ita scripsit.item regulariter constitutum est, vt superposita inferioribus cedãt,ut si quis in solo nostro sine nostro permissu domum ædificauerit ad eum, cuius terra est domus ædificata pertineat,hęc Caius,ex quibus ędificium semper solo cessit, idque in priori parte.d.l.2.constitutum est. In posteriori verò id constituitur,diruto & separato ædificio à solo,materiã iam separatam ad pristinum dominum redire,idque siue bona, siue mala fide ædificium extructum sit.Quod patet ad literam,sitaque ex hac iuris decisione quandiu ædificium manet constructum cedit ei,cuius est solum,idque semper obseruatum est, & antiquiores animaduerterunt. Si verò separetur à solo ædificium, tunc ad antiquum dominum redire ædificij materiam cõstat,ex dicta l.2. in quo mire hæc secunda pars pugnat cum d. §.ex diuerso. in quo diruto & destructo ædificio vendicatio quæ ex dominio procedit negatur materiæ pristino D.Dominus Franciscus Sarmiento ubi supra intelligit d.§. ex diuerso.in actore vt ibi malæ fidei possessor ædificans actor sit, quod colligit & bene ex eo quod ibi agitur de vendicando,ut scilicet ibi vendicatio concedatur ædificatori, quæ contra possessorem dirigitur:rursum in d.l.2.ædificatorem fuisse reum,quod quidem difficile est ex litera ipsius legis extorquere:cum ibi eadem uerba sint,quæ in d.§.ex diuerso.quin etiam si reus ibi sit ędificator,cum imperator non distinguat inter bonam & malam fidem ibi,siue bona, siue mala fide, cumque text. in d.§.ex diuerso.malam fidem habenti & ædificanti id tribuat, vt materiam etiam separatam amittat, adeo vt neque diruto ædificio rei vendicare possit, quò fieri potest,ut in dicta l.2.mala fide ædificans, atque ob id amittens materiam, iterum eiusdem fiat dominus? Quid obsecro interuenit inter illos actus amissionis materiæ mala fide superpositę & recuperationem ipsius destructo ædificio, ut postquam amiserim, rursum sine aliquo alio facto recuperem separatam siue actor sim, siue reus? & vt verum fatear ruina vel separatio id efficere nõ potuit.

22 † Conciliatio mihi petenda est ex glosin d.l. 2. verbo extructum,quam Paulus de Castro sequitur, & iudicio meo verissima est & necessaria,quam ut intelligas pręmitte ad dictũ §.ex diuerso, aliud esse in hoc consilium iuris, aliud hominis, quamuis enim iuris intellectu materia superposita cedat solo, superponentis verò consilium aliud est, scilicet magis ut solum occupet, quàm ut materiam donet. Non enim qui ædificat in alieno solo uidetur eo animo ædificasse,vt donet, neque facile præsumimus donationem l. cum de indebito.ff. de probat.l.qui vas.§. furere. ff. de furtis. quinimo contraria præsumptio de iure sustineri potest, vt ædificans

Source : BIU Cujas

ficans in alieno præsumatur eo animo ædificasse, vt occuparet potius aliena, quàm vt propria donaret l. si pupilli. §. sed si quis. ff. de negotijs gestis, sed si quis (inquit Vlpianus) negotia mea gessit non mei contemplatione, sed sui lucri causa, Labeo scribit suum eum potius quàm meum negocium gessisse: qui enim depredandi causa accedit, suo lucro non meo commodo studet. Hæc Vlpianus, quod quidem in proposito aliud agens agnouit Aluarus Vazquez prima parte. quæst. Emphit. quæstio. secunda numero uigesimo. & Moder. in consuetudinibus, prima part. titu. primo. glos. quinta numero 87. Vnde in hac nostra tractatione etiam si nihil præsumamus, ut colligamus animum donandi ędificium superpositum alieno in solo. Atque adeo ut donatio inducatur, ita ut diruto & separato ædificio uendicare non possimus, utque duæ illæ leges concilientur, aduertenda sunt uerba iureconsulti Caij, ad quæ parum aduertentes sæpe uiri non leuiter eruditi in miseras abeunt opiniones. Ex hoc itaque principio iuris, quòd rarò præsumimus donationem, nisi in eo casu, quo à iure hæc ipsa donatio sit inducta, præsumenda non est, ex quo pendet necessaria declaratio ad nostrum text. in dicto §. ex diuerso. ad literam donatio intelligitur ibi, & si scit alienum esse solum sua uoluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur, atque ea donationis præsumptio ibi tradita, cum sit exorbitans à regulis iuris, intelligenda semper est iuxta dictũ §. ex diuerso. scilicet concurrentibus omnibus his, quæ ibi reperiuntur, scilicet cum quis mala fide in alieno ædificat, & de sua materia. Namque ex mala fide, & scientia alieni, & dominio eius materiæ, quam sciens, & prudens superponis solo alieno. uideris donasse superposita ex sententia Caij in dicto §. ex diuerso. Itaque materiæ nostræ his concurrentibus dominium amittimus. Verba Caij hæc sunt. Ex diuerso si quis sua materia in alieno solo ædificet, illius fit ædificium, cuius & solum est. Etsi scit alienum solum, sua uoluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur, itaque nec diruto quidem ædificio uendicatio eius materiæ competit: uides igitur ibi donationem non induci à sola mala fide, nec à sola scientia rei alienæ, sed ex eo etiam quòd ex propria materia ædificasti, hæc tria ex sententia Caij donationem inducunt. Et ita ex dicto §. ex diuerso. intelligendum est eum habuisse animum donandi, qui non solum mala fide in alieno solo ædificauit, sed qui præter malam fidem & scientiam soli alieni sua materia extruxit. Ita ut hæ duæ orationes conuertantur, scilicet, habuit animum donandi, ergo mala fide, & in alieno ædificauit sua materia non aliena, non igitur sufficit ad inducendam donationis præsumptionem mala fides, & scientia soli alieni, nisi accedat quoque proprietas materiæ. Vnde ex hac fundata iuris ratione non rectè colliges ædificasti in alieno, cum scires alienum, ergo materiam donasse uideris; quia cum sit coniuncta oratio, omnes partes suas adesse cupit, nequitque consistere, nisi omnes partes simul copulate consistant l. si is qui ducenta §. primo. ff. de rebus dub. quæ igitur dispositio continuerit aliquem ædificasse in alieno, & mala fide, nequeo inde colligere eum animum donandi habuisse: quia deficit illud tertium, propria materia ædificatum fuisse, & nisi hoc tertium additum sit, rectè colligam non esse materiam donatam, rursum si dicam, quempiam materiam superpositam donare uoluisse, necessario intelligam, cum ædificasse de suo in alieno scienter. Id enim postulat iuris ratio, quam Caius insequutus est in dicto § ex diuerso. Ex quibus plana est interpretatio ad dictã legẽ secundã. C. de rei uendicat. Eam autem diuido in tres partes, in priori constituitur ædificiũ solo cedere. In secũda parte, ędificiũ in solo alieno mala fide extructũ si corruat, ita ut materia dissoluat, ad huc dominium materiæ ad antiquum dominum redire. Idque merito; quia ex his duobus, scilicet, mala fide, & scientia alieni soli non inducitur donatio, in tertia parte additur illud, scilicet, id demum habere locum, nisi donandi animo ædificia in alieno solo posita sint. Quibus uerbis nihil aliud significatum est, quàm si apertius dixisset Imperator recordatus Caij decisionem, nisi ex propria materia ædifices præcedente hac mala fide ædificatoris in alieno, namque si ex propria materia ædificasti, quod est dictu, si animum habuisti donandi, tunc dominium ad te non redit. Hæc est solutio Accursij in dicta lege secunda. & in dicto §. ex diuerso. obscurè & breuiter paucissimis uerbis significata; quæ cum ingeniosa sit & uera, facilè percipi non potuit, unde occasio data est uiris doctissimis nouas interpretationes inuestigandi. Ex quibus restat intellectus ad dictũ § ex diuerso. ad). certè, ad dictam legem utiles, ad dictã legẽ domum, ad legẽ Paulus. ad dictã legẽ Iulianus, & ad dictam legẽ secundam. Isque ad literam, nec explicant uiri doctissimi omisso Accursio, inter quos Moder. Pari. ubi supra dicta glos. quinta nu. 75. Ex quibus patet, quid dicendum sit ad legẽ sed & si quid. ff. de usufructu. scilicet, usufructuarium ibi bona fide ædificasse, habebat enim ius in re, neque re uera habebat malam fidem.

23 Ex † quibus patet quid dicendum sit in ea quæstione, quam mouent nostri in dicta lege secunda. ut intelligant, quando quis dicetur ædificasse in alieno animo donandi materiam superpositam, in qua Bartol. Paulus, Angel. & Salycet. ibi ex mala fide id duntaxat colligunt, allegant §. ex diuerso. non aduertentes ibi præter malam fidem ædificantem in alieno ædificium fecisse ex materia propria scienter. & loquuntur contra dispositionem dictę legis secundę. quæ malam fidem admittit in ædificatore in solo alieno, atque ex his duntaxat animus donandi non colligitur, quasi necessarium adhuc aliud sit, scilicet materiæ superpositæ dominium, ut id ex uoluntate transferatur, alijs rursum colligentibus contrarium animum, scilicet non donandi ex bona fide, cum id quoque perpetuum non sit, namque ex dicta lege poteris quidem in alieno mala fide ædificare, & minimè habuisse animum donandi, nisi ex materia propria ædificium erectum est. Namque etiam si in alieno imponas, si alienam materiam imponas, non ita uideri poteris donasse, quàm si propriam superponas, cuius dominium uerè obtines §. cum in suo, legis adeò. ff. de acquirendo rerum dominio. id enim efficit illa iuris præsumptio, qua nemo donare præsumitur l. si cum aurum. ff. de solutionib. ut contraria præsumptio donandi in eo duntaxat casu, & in ea solum specie admittatur, quæ à iure proponitur in dicto §. ex diuerso.

24 † Simile huic est, quod dicitur, dominium rei legatæ recta uia à testatore ad legatarium transire lege. à Titio. ff. de furtis. ibi, quia ea quæ legantur recta uia ab eo qui legauit ad eum cui legata sunt transeunt Quod quidem intelligimus, si is qui legauit proprietatem & dominium obtinebat rei legatæ; namque si rem alienam legauerit, ueluti rem hæredis, iuxta legem cum à matre. C. de rei uendicatione. Tunc quidem quia rem alienam legauit, cuius uerè dominium non obtinebat. rei legatæ dominium non transit in legatarium contra regulas. dictę legis à Titio. ff. de furtis. ita notat ibi glossa, Bartolus & alij, & est text. in lege si quis inquilinos. §. cum seruum. ff. de legatis primo. ubi ualet alienatio facta de seruo, qui hæredis erat, qui legatus fuerat à testatore. Ita ut in nostra hac tractatione plurimum iuuet, an materia iniecta in alieno sit propria necne, ut dominium eius cẽseatur translatum.

25 †Illud aduertendum est ad dictã legem secundã. ut si quis in publico ædificet, adhuc non uideatur fecisse animo donandi, sed occupandi, quantumuis id faciat mala fide, & ex proprio. Imponitur tamen uectigal, quod à solo solarium dicitur Iureconsultis, nos uocamus Pensionem à pendendo, uel censum annuum, singulis annis reipublicæ soluendum. lege secunda. §. si quis nemine. ff. ne quid in loco publico. ibi. Si tamen ædificium obstet publico usui, utique is qui operibus publicis procurat, debebit id deponere, aut si non obstat, solarium ei imponere; uectigal enim hoc sic appellatur solarium ex eo quòd pro solo pendatur. De quo textu uide Paul. in lege fluminum. numero secundo. ff. de damno infecto. Alexand. & Imol. in lege prima. §. nunc uideamus. ff. de noui operis nuntiat. à qua lege in dicto §. si quis nemine. traxit originem Regia pragmatica, quæ conferenti uineas in publico imponitur uectigal: quem ego uidi iam semel obseruatam in hoc prætorio, scilicet, si nihil usui publico obstet.

Nam si obsit usui publico, extirpandæ sunt uineæ, sunt enim ferè loca aliqua eius naturæ & qualitatis, ut cum publica sint, nullius tamen sint usus, uini tamen sunt feraciſſima, quòd sæpè in locis sterilibus & saxosis prouenit.

26 † Postremò notandum est, in omnibus casibus, de quibus supra egimus, quibus expensis uoluptariæ uel utiles amittuntur, posse retineri, nec quicquam obest malafides, si dominus uoluptarias, uel utiles expensas aliàs erat facturus, uel si non erat facturus, restitutas fuisset uenditurus illico, uel si quid aliud subeat, quod iustè mouere iudicem possit, ut retentionem concedat. In hoc enim iudex uariè pronuntiabit, semper enim illud arbitrium superest, de quo in d. l. in fundo, & l. nisi uenalem. ff. de rei uẽdicatione Dum modo huiusmodi arbitrium monoculum non sit, hoc est, quòd utilitatem alterius tantum respiciat, arbitrium enim biceps esse debet, & utriusque partis utilitatem ex iure scripto metietur.

27 †Atque ex his omnibus, quę diximus, si liberè & uerè philoso-

Source : BIU Cujas

losophandum sit,videas Moder.virum eruditissimum, post longam de hac re disputationē nihil efficere:nam dicto titu. primo.glos. 5.numero 87.cum de l.secunda . C. de rei vendicatione.agat,atque illud attingat ex proposito , an in alieno ædificans animo id videatur donandi efficere, existimat quidem , non esse animum donandi præsumendum , difficultatem tamen dictę l.secundę. cum dicto §. ex diuerso . prætermittit,multumque moratur in intellectu l.si pupilli.§. sed & si quis negotia.ff.de negotijs gestis.Atque vt sibi ipsi laboret, relicto glo.ibi intellectu verissimo eo , quidem quem tenuit Bartol.Bald. Paul. & reliqui,ipsi sibi scopum suæ disputationis fingit,vt tela sua aliquo feciſſe videatur.

Quod vir ille facere consueuit , difficultas eius legis in eo versatur,cur ille qui sui lucri causa,non verò mei contemplatione aliquid impendit,idque mala fide, cum prædo sit, qui occupandi animo id fecerit, negotiorum gestorum actionē habeat contra me in eo, saltem quo ex negociatione huiusmodi factus fuerim locupletior,glos.ibi (vt dicebam) & post eam Bart.Pau.& alij plane respondent,prædonem illum gessisse nomine meo,quod colligūt ex litera ibi,quòd si quis negotia mea gesserit,quo apertius nihil dici potuit,nec ibi illū qui gessit, verè fuisse prædonem constat:nec id voluit Vlpianus,nam quod ipse ait , qui enim deprædandi causa accedit suo lucro, non meo commodo studet , id Vlpianus aliunde ad decisionem quæstionis propositæ adduxit, quod frequentissimum est lureconsultis:Accursij igitur,& qui eum sequūtur verus sensus est:quispiam negotia mea gessit , qui quamuis specie quidem , ipsaque facie mea negotia gerebat, ea tamen verè non mei contemplatione,sed sui lucri causa, quod ipsum principaliter coegit,vt gereret , fecit.

In ea subdola & improba negotiorum meorum gestione circa reas meas quas gessit impendit, petebat ipse à me expēsas eas,idque vt impetraret à iudice dicebat , se gessisse meo nomine , ob idque teneri me putabat actione illa negotiorum gestorum , obiiciebam in nihilo me teneri ; quia scilicet,is verè nihil gessisset meum;quia re vera sua negotia gessisset,& suo lucro non meo commodo studuisset . Atque vt id obtinerem adducebam illud ; quia prædo , qui prædandi causa accedit,suo lucro studet non meo cōmodo,hæc erant hinc inde argumenta quæ facti speciem constituebant , Vlpianus in ea specie id sentit , nec hunc quidem prædoni similem esse, nec item meritò comparari posse negotiorum verò gestori , quia sub prætextu meorum negociorum sua potius gessisset,ac ne omnino prædo videri posset , occurrebat illud, scilicet,quòd tandem meo nomine gessisset,atque huius facti anceps & dubia ratio Vlpianum mouit , vt mediam eligeret viam,eam scilicet,vt hic subdolus negotiorū gestor , si fortè damnum passus esset , bono id animo patereturr, & boni consuleret,quòd maius non sit perpessus, quia subdola negotiatione sese implicuerit , sin verò profecisset domino, quia tamen gessisset,non potuit denegare actionē Vlpianus quatenus locupletior factus est, cuius negotia gesta sunt,hæc est gloss.Bartol.& Pauli , vera , plana , & ad literam expositio , à qua decessit nullo fundamento Moder. ad l.planè. sese confert. ff. de petitione hæreditatis. de qua egimus, circa quam plurimum laborat, deinde ad l.secundā. C. de rei vendicatione ieiune admodum.

Postremò ad §.certè.& §.ex diuerso . peruenit , veram autem difficultatem earum legum non attingit, vt facilè videre est : quæ enim ipse cumulat , inde initium capiunt ab intellectu dicti §.sed si quis negotia.. omnia autem illa iura dupliciter conciliat,primò diuinando , vt ipsemet dicit numero 88. deinde numero 89.confugit ad quandam , quam ipse vocat æquitatem , quam fundat in dicta l. planè in cæteris . ibi,sed benignius est, & censet lureconsultum recessisse à iuris rigore ad æquitatem, quod quidem quantum attinet ad dictā l.planè.ff.de petitione hæreditatis.verius est,vt iuris rigor subsit in illis verbis:nam prædoni,& cætera , æquitas autem in illis,sed benignius , quam æquitatem vult ad alia iura deriuare contra notissimas iuris regulas,quibus ęquitates in iure non multiplicamus .

Coegit tamen Carolum abire in hanc æquitatem , quòd existimat in dicto §.sed & si quis, nihil nomine meo gestum esse,& constat illum gessisse mea negotia , namque verba illa,sed si quis mea negotia gessit,in dicto §.sed si quis.in hoc nullum dubium relinquunt , nec ibi adfuit æquitas,nec aberat iniquitas,sed potuerat ille negotiorum gestor videri similis prædoni, quia tamen mea negotia gessit , vtcumque gesserit,iniquum visum est Vlpiano , censeri eum omnino prædonem , qui meo nomine gesserat.

Causamque temperato consilio diremit , nec quicquam facit textum in l.item si cum putaui.ff de negotijs gestis.Primum:quia semper sumus in hac opinione , vt hic gestum sit negotium , sed etiam si non gestum esset , hic dolus inerat , ibi error , patet ibi , dum puto , quæ duæ species plurimum differunt,ideo ibi sustinetur iudicium & negotiorum gestorum actio , cætera vero quæ Carolus adducit ea omnia descendunt ex difficultate , quam ipsemet sibi facit reiecto glos. & communi intellectu ad §. sed si quis negotia . & tamen illa iura intelligenda sunt,vt diximus à numero 26. & 27.vsque ad numerum 33.quod verò ipse connectit ad l.si in area.ff.de condictione indebiti.vt is qui rem melioratam tradit,nec quicquam egit de melioratione, possit sibi succurrere æquitate illa , quam ille excogitat , id longè aliam habet interpretationem , quam ipse opinatus est, de quo proximo capite agendum nobis abunde est.

28 †Tandem ex his patet intellectus ad l. 52. titulo vigesimooctauo.part.3.vt lex illa in priori parte intelligatur iuxta prędicta de eo qui ædificat in solo alieno,vt si tigna imposuisset in alieno ædificio , sicut vites in alieno solo , adhuc illa tigna si propria imponentis non sint,diruto ædificio si separata reperiantur,ab antiquo domino vendicari possint.

In vtilibus vero longe alia ratio est,quæ in plantis animad uertitur , radicatæ enim consolidatione quadam pars fundi fiunt. Deinde renascendo aliæ atque aliæ fiunt,vnde est, vt ne diruta quidem vinea,vites ad pristinum dominum reuertantur,non enim illæ vites sunt, quæ à te subreptæ sunt & radicatę.textus in l.adeo.§.si alienam.ff. de acquirendo rerum dominio . Si alienam plantam, (inquit Caius) in meo solo posuero,mea erit , & ex diuerso,si meam plantam in alieno solo posuero,illius erit,si modo vtroque casu radices egerit, ante enim quàm radices egerit illius permanet,cuius & fuit & facit §.his conueniens.eadem lege.facit. §. cum quis ex aliena materia.dicta l.adeo.in media illa sententia rectè existimantium,si species ad eandem materiam reuerti possit , veram esse sententiam Casij & Sabini existimantium naturali ratione effici , vt qui materiæ dominus est , is eius operis quod ex ea factum est dominus sit , quod si species ad eandem materiam reuerti non possit , Neruæ & Proculi veriorem esse sententiam eum dominum esse qui fecit , & vide ibi elegantia exempla de naui facta ex alienis tabulis , & vestimento ex aliena lana,& subsellijs ex alieno tigno , emplastum & collyrium ex alieno medicamento , & vase ex alieno argento,vt in his omnibus obseruanda sit illa media sententia inter sententiam Neruæ & Proculi alterum . & Casij & Sabini alterum sentientium.

De quo modò non agimus,illud constitutum sit,quod antiquus dominus separatam suam materiam vendicare possit , cui decisio illa Caij in dicto §.cum quis ex aliena,non repugnat , immo magis conuenit , si rectè perpendatur , & cum iudicio , & est textus apertior in l. in omnibus.ff. de acquirendo rerum dominio.& in l.sed si ex meis. eodem . & in l.Iulianus.§.primo.ff.ad exhibendum, quæ quadrant & conueniunt,minimeque pugnant , vt iam viris doctissimis visæ sunt impugnare .

In hoc enim inspicienda est forma , an mutetur ex eo , quòd accedit in dicta l.Iulianus.§.primo.ibi.nam mutata forma prope interim substantiam rei . Vnde de plantis quod diximus sustinetur; quia radicatæ ex nouo alimento nouam formam accipiunt.l.sed si ex meis. versiculo arbor radicitus . ff. de acquirendo rerum dominio , quæ elegans est ad propositum .

29 †Ex quibus omnibus in ordinem redactis inferes habendam esse rationem de sumptibus necessarijs vtilibus & voluptatis in bonæ fidei & malæfidei possessore, immo in omni casu deducendos esse sumptus qui fiunt gratia colligendorum & conseruandorum fructuum, ac non solum sumptus, verum æstimatio proprij laboris deducenda est , vt notauimus , & scripsit Tiraquel.libro primo . de retract. §. 15.glos. 1.ad fin.Roman.singu.536.doctissimus Couarruu. libro primo.Variarum.capitu.3.numero 3. vnde in capitu.primo. de restitutione in integrum verba illa,prouidendum est tamen ne si forte coloni possessiones illas expensis ac labore suo rediderint meliores , sumptibus , quos bona fide fecerunt debeant defraudari, intelligenda sunt iuxta has distinctiones , & reducenda sunt ad ius commune ; nam si ad literam accipias,confusè admodum acceperis,nec enim sunt ad literam iura accipienda,alia enim ex alijs dependent, & legem ad li-
30 teram accipiendo sæpe errabis † concisæ sunt leges,& Pontificum responsa ad pauca verba redacta, paucissimis autem verbis sæpe secretius quid & occultius continent, quod ex alijs iuris regulis accipiendum sit , ex quibus facilè Socraticos quosdam nostri temporis legum petitos irridemus , qui sibi lureconsultorum nomen superbe admodum vsurpant , literam legum mordicus tenentes , veterem interpretationem ex alijs legibus petitam reijcientes in miseras quasdam antimonias abeunt . Quos nisi cum risu eo coniectos eripere valeas, lex ex lege interpretatur , & sibi mutuò leges

Source : BIU Cujas

auxilium præstant, vereque de legibus dici potest, quod de homine ille dixit, Homo homini Deus. Contra hos est ratio l. scire leges. ff. de legibus. c. Marchion. 1. quæst. 1. l. in omnibus. ff. de regulis iuris. plura contra eos qui literæ legum adhærent temere, notant Mod. in consuet. Parisienſi. titu. 1. §. 22. nume. 43.

SVMMARIVM.

1 *Qui a principio fuit bonæfidei possessor, posteà vero malæfidei, qualiter expensas deducat.*
2 *Contestatio litis litem & denuntiatio quatenus habeant effectus malæfidei, & de melioratiobus factis post protestationem, & denuntiationem ne fiant,*
3 *Bona fides quid sit, & quod inter bonam & malam fidem sit medium. num. 4 & quod sit mala fides practica, item & speculatiua nu. 5.*
6 *Aliquando publicatio attestationum habet effectum fortiorem quàm litis contestatio, quantum ad inducendam malam fidem. Vide latissimè infra c. 23. num. 13.*
7 *Meliorationes factæ post commissum, quatenus conseruentur, & quid censeat Senatus noster.*
8 *Contra Boerium & Tiraquellum expensas factas intra tempus retractus etiam nimias aliquando conseruari.*
9 *Agitur de l. si fundum. C. de rei vendicat. & de melioration ib. factis post denuntiationem. & nu. 10.*
11 *Quid faciendum censendumve sit, si meliorationes factæ sint non malignè in re omnino restituenda, si dominus non sit soluendo, an sit sibi carendum re sua.*
12 *Si in contractu appositum sit, quòd possessor rem melioret, & melioratam relinquat, quid censendum sit de meliorationibus, an debeantur, & de verbo Emponema, & nume. 21.*
13 *Meliorationes quæ fiunt ex natura & necessitate pacti conuenti nemo deducit.*
14 *Perempta re meliorata quomodo succuratur expensas facienti in iudicio vniuersali.*
15 *Qui in iudicio de expensis non egit, an in exequutione opponere possit.*
16 *In executione sententiæ potest opponi exceptio, quæ non impugnat directò sententiam, sed eam vel moderatur, vel limitat.*
17 *Extenditur etiam, si in iudicio de expensis actum sit, si tamen non sit quicquam de his a iudice pronunciatum.*
18 *Executor, qui exequitur sententiam in addicendis expensis, & traditione rei, ordinem sententiæ sequitur.*
19 *Meliorationes si non sint certæ & liquidæ in causis executiuis & summarijs, an inducant retentionem, & quid iudicauerit noster Senatus.*
20 *Meliorationes iure proprio fiunt facientis, & potest legare & donare, & vendere, contra dominum Franciscum Sarmiento.*
21 *Emphyteuta quas meliorationes conseruet sibi, quasque teneatur facere ex natura contractus 21. & quas amittat ob commissum 22.*
23 *Traditur regula distinguendi emphyteusim à locatione, ad multa.*

De eo qui a principio fuit bonæfidei possessor, deinde malæfidei quò ad expensas conseruandas. Caput sextum.

1 In eo autem qui a principio fuit possessor bonæfidei, deinde malæfidei idem obseruandum est, quod superius tradidimus iuxta distinctionem de necessarijs, vtilib. & voluptatis, de quo l. Iulianus. ff. de rei vendi. vbi Vlpianus ait, si in aliena area ædificassem, cuius bonę fidei quidem emptor fui, eo autem tempore ædificaui, quo iam sciebam alienam, videamus, an nihil mihi exceptio prosit, nisi fortè quis dicat prodesse de damno solicito, puto autē huic exceptionem non prodesse, nec enim debuit iam in alienam aream certum ædificium ponere.

Sed hoc ei concedendum est, ut sine dispēdio domini tollat ædificium, quod posuit, hæc Vlpianus, qui ei qui à principio fuerat bonæfidei superueniente mala fide, pro expensis abrasionem non exceptionem de dolo concedit l. sed & si lege. §. etiam si ante litem contestatam. ff. de petitione hæreta. ibi, qui vero prædo est, & ante litem contestatam doli mali nomine tenetur, hic est enim dolus præteritus, Vlpianus ibi vocat dolum præteritum ante litem contestatam, nam-
2 que † ex eodem textu litis contestatio habet effectus malæfidei, & æquiparatur malæfidei, & non solum litis contestatio, verum ipsa denuntiatio patet in dicto §. etiam si ante litem. ibi, quoniam post litem contestatam omnes incipiunt malæfidei possessores esse, quinimmo post controuersiam motam, & denuntiationem l. si fundum. C. de rei vendicatione. quæ quidem opportuna sunt ad eum, qui cœpit ædificare bona fide in alieno, demum mala fide perfecit, vt in eo regula de malæ & bonæfidei possessore seruetur, vide inferius capite 23. numero 4. & 5. vbi de bona fide & litis contestatione, quòd autem de litis contestatione & denūtiatione, quòd habeat effectus malæfidei, cautè accipiendum est: namque re vera litis contestatio, & controuersia, siue denuntiatio & protestatio non sunt mala fides, neque necessariò concluditur, controuersia mihi de domo mota est, ergo domū mala fide possideo; quia litis contestatio, & denuntiatio fictè mala fides censentur, non verè.

Vnde verba illa dicti §. etiam si ante litem. ibi, quoniam post litem contestatam omnes incipiunt malæfidei possesores esse, quinimmo post controuersiam motam, Iureconsultus ibi ex his quæ frequenter fiūt traxit regulam, bona enim & mala fides verè non dependet ex controuersia mota, vel ex contestatione, cum hi actus non dependeant ex scientia rei alienæ, est namque bona fides iudicium priuatum, quo quisque secum de rebus suis diiudicat in animo suo, in quo fides iudicium est, quo lego iudico rem petitam, vel nōdum petitam ad me pertinere, vel non pertinere, tacitus quidem ex quo iudicio si conscientia dictat, rem ad me non pertinere, malæfidei possesor sum, sin contra bonæfidei sum possessor, quicquid denuncies, vel petas, vnde ad diiudicādum bonam vel malam fidem alicuius inquirenda est ex circunstantijs eius conscientia, si verè habuit conscientiam rei alienæ, malæfidei possesor est, sin contra bonæfidei censetur l. prima. §. Iulianus scribit. ff. de itinere actuque priuato. ibi, non enim opinio tua, sed mea quærenda est.

4 †Cum tamen inter bonam & malam fidem mèdium reperiatur, bona autem fides pendet ex conscientia mea, non ex conscientia aduersarij, qui dicit rem ad se pertinere, & quanuis dubitans, nec malam, nec bonam fidem habeat l. prima. §. scientiam. ff. de tributoria. glos prima. C. de acquiren. pos. in l. tertia. §. generaliter. ff. eodem. glo. in l. secunda. ff. pro soluto. quas communiter recipiunt nostri ibi post Iason. & Alex.
5 tamen † dubitans speculatiuè non statim tenetur rem restituere, quamuis dubitet speculatiuè, qui enim rem possidet iure dominij, quamuis cogitet rem illam furtiuam esse, potuisse tamen, quia practicè non est dubius, cum adhuc non appareat probabiliter, quòd aliena sit, interim dū speculatiue dubitat, iustè rem illam possidet titulo dominij, cum verò practicè innotescat dominium alienum, tunc quidem dubitatio illa fortis est, & proprius accedit malæ quàm bonæfidei, ita probat vt solet optimè Ioan. de Medina lib. de Restit. quæstione 17. Adrianus quodlibeto 2. versic. ad primam confirmationem, ex quibus sola petitio aduersarij, vel denuntiatio eius qui dicit rem quā ego iure dominij bona fide possideo ad se modis omnibus pertinere, non vero ad me, nihilo alio adducto, non statim adeo me dubitantem facit, vt malæ fidei reddat, quando enim alias circunstantias, argumenta & indi tia non adduxerit, adhuc illa dubitatio speculatiua est, non practica, possumque rem retinere iure dominij; quia verè adhuc conscientiam non habeo rei alienæ, vt patet ad oculum
6 ex † quibus quantum arbitror iam semel in hoc Regio Senatu animaduerti, condemnationem fructuum rei petitæ factam fuisse à tempore attestationum publicatarum, non vero a tempore litis contestatæ: quia tunc videri potuit possessor, practicè quidem propter attestationes dubitare potuisse quod attinet verò ad nostram tractationem, in qua agimus de meliorationibus factis a possessore malæfidei, & bonæfidei plurimum intererit, animaduertere, qualis illa mala fides sit, an ficta, vtpote per litis contestationem, vel protestationem, an vera, quod tenent Moder. Paris. dicto §. 22. num. 50. qui nihil adducit, quòd si is semel incœpit, posteà verò superueniente mala fide ædificium perfecit, & re vera malam fidē habuit cum opus perfecit, iudicandum erit secundum regulas, quæ de bonæfidei, & malæ possessore traditæ sunt, si verò denuntiatio & petitio sequuta sit, & demum litis cōtestatio, quoniam hæ omnino verè malam fidem non inducunt, sed fictam, locus erit arbitrio iudicis, an conseruari possint huiusmodi meliorationes necne, idque ex causis, eæ autem in eo versabuntur, an causas habuerit faciendi, an verò adeò fortè ius præstiterit actor, vt reus qui conuenitur iustè ædificasse non potuerit, atque ex hoc arbitrio sæpe conseruatas post litem contestatam vidi, sępe non conseruatas variè ex causis iudicante Senatu, latissimè de hac litis contestatione quatenus malam fidem inducat agimus infra c. 23. num. 11. 12. 13. & sequen.

7 †Vnde effectum est, vt in hoc Senatu quotidie expensæ facte post commissum, ex quo apertissimè res emphyteutica à vero domino euinci potest, vtpote post pensionem non solutam tempore legitimo, scilicet triennio, vel biennio, vel post venditionem factam, aut aliam alienationem vniuersæ emphyteusis irrequisito domino contra ius & formam instrumenti emphyteuticarij, & contra pacta conuenta, aliquando conseruentur, aliquando verò non, variè iudicante Senatu, vt diximus, ex varijs circunstantiis personarum, & causarum, & ex moribus item in patria inueterata

Source : BIU Cujas

ta consuetudine receptis, qui plurimum possunt circa leges emphyteuticarias, omnia hæc varie mouent iudicem cordatum & prudentem, atque ea decisio quæstionis an meliorationes factæ post commissum sint soluendæ, pertinet ad arbitrium iudicis prudentis, an scilicet factæ sint ex malignitate animi, vel vtrum illa melioratio ipsum dominum potius grauet, quàm rei de qua agitur prosit, & singularem decisionem iuris habent ex l. sed an vltro. § primo. ff. de negotiis gestis. ibi, quid enim si insulam fulsit, quam dominus quasi impar, sumptui dereliquerit, vel quam sibi necessariam non putauerit, onerauit, inquit, dominum secundùm Labeonis sententiam, sed istam sentētiam elegāter Celsus deridet, is enim negotiorum gestorum (inquit) habet actionem, qui vtiliter negotia gessit, non autem vtiliter negotia gerit, qui non necessariam rem, vel quæ oneratura est patremfamilias aggreditur, hæc Vlpianus.

Ex quo arbitrium pendet, an proficere rei, vel domino voluerit meliorādo, an magis ipsum sumptibus onerare l. si seruos. ff. de pignoribus. quam adduximus supra capitu. primo. numero 22. text. elegans in l. duo fratres. ff. de negotijs gestis. aliàs, ex duobus fratribus 28. quæ Modestini est, cuius verba pulchra sunt, Ex duobus fratribus, inquit Modestinus, vno quidem suæ ætatis, alio verò minore annis cum haberent communia rustica prædia maior frater in saltu communi habente habitationes paternas ampla ædificia ædificauerat, cumque eundem saltum cum fratre diuideret, sumptus sibi quasi re meliore ab eo facta desiderabat, fratre minore iam legitimæ ætatis constituto. Herennius Modestinus respondi ob sumptus nulla re vrgente, sed voluptatis causa factos, eum de quo quæritur actionem non habere. Hæc Modestinus, quæ decisio opportuna est, ad lateritias & ex lapide quadrato erectas ædes ruri, nulla vrgente necessitate, vt ad voluptatem pertinere videantur, & addenda sunt ad Moder. Parisien. in feudis. §. 30. numero 103. titulo. 1. qui generaliter decidit periculosè.

8 † Atque ita tenet Boerius decisione 47. numero 10. decidendum esse ex coniecturis & circunstantijs temporis & loci, & personarum, item ex quantitate, an malignè factæ sint meliorationes, inde infert ad casum satis quotidianū, vt emptor rei auitæ, quam tamen intra tempus legitimum possit proximus retrahere, si expensas intra illud tempus nimias fecerit, videatur fecisse malignè, vt conseruari sibi non possint quod est notabile ad leges nostras, quæ de retractu scriptæ sunt, & Tiraquellus de Retract. conuentionali. §. septimo. numero 5. qui volunt huiusmodi expensas & meliorationes factas esse malignè, & ferè tota Gallia est in illa opinione, quod voluit Iacobinus in authen. qui rem. C. de sacrosanctis ecclesijs, vt factæ meliorationes post commissum, atque ita eo tēpore quo planè cognosco rē à me planè euinci posse in fraudem domini factæ videri possint, melius tamen id ex circunstantijs, & ex quantitate expensarum diiudicabitur, iuxta ea quæ diximus, vide latissimè & copiosè Aluarum Vascium, qui hæc, vt solet reliqua locupletissimè prosequitur dicta quæstione 25. numero 4. & infra capitu. 18. vbi de emptore agimus.

9 †Proximum huic est, quod de protestatione comminiscūtur Doctores, vt si quis ante denunciauerit, ne fiant meliorationes, inducta videatur mala fides, de quo multa Boerius dicta decisione 47. per totam, quam rem si altius & cordatius litem inspicias, cōperies multos protestationis effectus multiplicasse Doctores, quam ius cognouerit, in quæstione verò ita existimo ex his, quæ diximus, intelligendum esse, siue dominus protestetur, qui fundum euicturus est, siue non protestetur, totam rationem deducendarum meliorationum, & expensarum dependere non ex protestatione, sed ex iure: nāque si legitimè fiant, ius quod in inuitum redditur cogit, vt soluantur, solutio enim ipsarum pendet ex iure non ex volūtate domini prohibentis, si vero pendeant omnino ex voluntate domini, tum plurimum poterit huiusmodi protestatio, quam tamen rectius prohibitionem eius qui prohibere potest nuncupabis, non vero protestationem, de quo est singularis textus in l. finali. C. de negotijs gestis, vbi dominus rectè prohibendo expensarum nomine nihil soluit, de quo textu vide Corsetum, verbo expensa, el primo, in singularibus suis, addit enim quinque declarationes. Itaque ea lex finalis rectè & propriè applicabitur domino, qui ab initio prohibet meliorationes fieri, quod plurimum differt à protestatione, vbi autem possessori, qui expensas facit, ius quæsitum est in ipsa re, quam meliorat suis sumptibus, vel ex lege, vel ex contractu: tunc quia confectio meliorationum non dependet ex voluntate domini, prohibitio vel protestatio hoc tempore parum efficiunt, aliunde enim tunc dependet ratio soluendi expensas, quàm ex protestatione, scilicet ex arbitrio iudicis: de quo in dicta l. in fundo. & in dicta l. si seruos. & dicta l. sed an vltro.

Ex quibus quotidie expensæ, vel conseruantur, vel non cō seruantur, ratio de quantitate, & circunstantijs habetur, nec quicquam facit l. aut si ante denuntiatum. ff. de rei vendicatione. ibi enim longè alia est denuntiatio, quam ea de qua agimus, soluuntur enim ibi expensæ, quæ aliàs non erant soluendę propter dissimulationem, hic verò agimus de non soluendis expensis propter denuntiationem factam, qui casus pugnat ex diametro cum dispositione dictæ l. aut si ante denuntiatum, licèt ille tex. in argumento allegetur ad illud, scilicet, quòd protestatio excusēt a solutione expensarum allegat Boerius, decisione 44. numero 8. & Aluarus Vascius dicta quæstione 25. numero 10. ille tamen text. fundat se in dissimulatione actoris, quæ par fuit dolo ex gloss. ibi, si enim seruum suum esse dixisset, cum requisitus fuit, possessor eūdem non erudisset, postquam autem institutus est seruus; tunc actor dominum se eius serui professus est, meritò ergo eius simulatio & dolus sibi nocet, vt expensas soluat; tum etiam quia pronum est magis interpretari, vt expensæ soluantur, quàm vt non soluantur, si nihil aliud obstet, quia ille, qui expensas facit, de damno agit vitando, contra vero de lucro ille accipiendo, qui expensas se nō soluturum esse ait, quę causa non solet fauorem commereri ex l. si me & Titium. ff. si certum petatur. igitur in dicta l. aut si ante denuntiatum æquius fuit, vt expensæ soluerentur. In nostro autem casu agimus de non soluendis expensis post denuntiationem, vbi fauor nullus est, ob id iustis decretis res temperanda est, vti diximus, non verò ita indistinctè censendum, vt omnino non soluantur.

10 †Nec quicquam etiam facit l. si fundum. C. de rei vendicatione. quia si rectè inspiciatur, quicquid ex ea colligant Bar. & Baldus, tamen verius Paulus de Castro ibi verum sensum assequutus, longè aliam speciem constituit eius legis, quam eam de qua nos agimus, ait enim ex l. si quis inficiatus. ff. depositi. quod non teneor credere tibi, qui dicis fundum, quem ego illico empturus sum, ad te pertinere, nisi aliquid ostendas, quod id mihi verisimile fiat, ait tamen, quoniam illa denūtiatio fuit facta re integra, antequam acquireretur res emptori, debebam tibi credere, & perquirere veritatem, antequam emerem; quia de facili poteram abstinere ab emendo deinde ait, postquam autem emisses, per illam simplicem denuntiationem non constituerem te in mala fide, si non ostēderem me esse dominum, ex dicta l. si quis inficiatus. Denique ex Pauli interpretatione ideo ibi denuntiatio operatur effectus malæ fidei: quia emptori nullum ius erat adhuc in re emenda, qui diuersum ius constituit.

In casu contrario, vbi alicui ius quæsitum sit, vt denuntiatio illa possessori nihil noceat, cum expensæ autem fiant à possessore, qui ius habet in re, & qui contendit se dominum respectu expensarum, illa protestatio parum efficiet. Et re vera interpretatio Pauli est rationi conuenientissima, sed præter illum difficile colligis ex dicta l. si fundum. solam illam denuntiationem induxisse malam fidem, quia verba illius legis sub conditione sunt, scilicet, si non rectè is, contra quem preces funditis, comparauit fundum vestrum admonētibus vobis per denuntiationem volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, vel alio modo mala fide contraxit. Rursum etiam si ex denuntiatione voluerit deducere malam fidem, ex natura verbi (vel alio modo) quod verbum aliud, similitudinis est: tamen imperator fundum restitui iubet cum fructibus, qui cum mala fide percepti sunt, nō vero inquit cum fructibus, qui post denuntiationem percepti sunt: quasi velit posse fieri, vt denuntiatio illa malam fidē non inducat, vt in arbitrio iudicis sit. Ex circunstantijs, & probationibus constituere malam fidem à tempore denūtiationis vel post.

Et adhuc lex illa singularem considerationem habet circa fructus, qui naturali quadam ratione rem ipsam sequuntur, & cum re abeunt. Ob idque cum denuntiatio illa sequuta causa, & vera probatione ipsius sufficiens fuerit ad inducendam malam fidem, quātum ad rei restitutionem, necessariò id quoque recipiendum fuit circa fructuum acquisitionem, qui rem sequuntur l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. l. verum. §. 1. l. patri. §. si pecuniam. l. minor vigintiquinq; annis cui fideicommissum. ff. eo. l. 1. tit. 19. par. 6. l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsuris. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vend. Quod attinet ad expensas illa lege nihil deciditur, nec bonum argumentum præstat, ex doctrina Pauli, quam adduximus supra. Præterea omnes fatentur, denuntiationem illam per se nec bonam nec malam fidem inducere, sed adiuuari probatione sequuta, ꝙ fere commune est omni protestationi, vt iustificetur probatione, vel instrumento, ex l. fi. ff. de leg. commiss. notant Doct. in l. qui alienam. §. Celsus. ff. de acq. hæred. vbi Iaſ. & in l. non solum. §. morte. ff. de noui operis nunciatione.

Source : BIU Cujas

Cum igitur dependeat ex sui iustificatione, necessariò dicendum est, solam denuntiationem illam non producere malam fidem, postquam desiderat iustificationem, quæ iudici arbitraria erit.

Itaque sola denuntiatio non erit sufficiens, vt expensæ nõ soluant, sed ipsius iustificatio ex circunstantijs, quas diximus in quo quoque iudex quantitatem considerauit, si probabilem modum faciendi excesserit l. hæreditas. ff. de petitione hæreditatis. ibi. Si probabilem modum faciendi monumenti sumptus, vel quantum testator iussit non excedat, elegans textus in l. Titius. ff. de actionib. empti & venditi. vbi de sumptibus planè inquit Paulus.

Si in tantum pretium excessisse proponas, vt non sit cogitatum a venditore de tanta summa, veluti si proponas agitatorem postea factum, vel panthomimum euictum esse, eum qui minimo venit pretio, iniquum videtur in magnam quãtitatem obligari venditorem. Denique in hoc arbitrio quod tractamus versatur ratio dictę l. sed an vltro. & d.l. si seruos. & dictę l. in fundo. licèt Boerius decisionem dictę l. si fundũ. adducat ad impensas minimè soluendas propter protestationem. Idque decisione 47. numero 2. & adducit alia iura de protestatione, quæ nihil ad nostram hãc de meliorationibus materiam pertinẽt, proinde in hoc parum aut nihil protestatio valet, sed tota res arbitrio iudicis commissa est. Duplici ergo ex capite constituendum est in hac re, vt si dominus, qui plenum adhuc habet ius rei suæ, & ex eius volũtate ante traditionem dependet tota ratio conficiendarum meliorationum ab initio prohibuerit huiusmodi meliorationes fieri, minimè factæ soluantur. Hæc enim non est protestatio, sed prohibitio prohibere potentis, ex dicta l. fina. C. de negotijs gestis. & ea quę notat Barto. in l. non solum. §. morte. ff de nouis operis nuntiatione. numero 42. quæ plurimum faciũt ad eam clausulam, quę apponi consueuit in contractibus, vt nullæ meliorationes fiant, quæ cum ex conuentione partium ius accipiant & apponantur eo tempore, quo domino plenum ius est prohibendi. Rectè huiusmodi impensę factę nõ debentur.

Quòd tamen sanè intelligendum est, nisi tales impensę necessarię sint. Hę enim ex his, quę diximus, omnino debentur, & semper deducuntur non obstante hac clausula dicta l. domum. C. de rei vend. l. planè. ff. de petitione hæred. ex ea ratione: quia non factis necessarijs expensis damnum resarcit l. ei qui. §. fina. ff. de petit. hæred.

Quòd si post contractum, atq; ita post acquisitum ius possessori ex ipso contractu expensæ fiant, siue lite mota, siue non mota, siue extra iudicium, siue in iudicio fiat nuntiatio, vel protestatio, tota ratio soluendarum expensarum dependebit iam tunc, non ex prohibitione domini, nec ex denuntiatione facta, sed ex iure & arbitrio iudicis. Tiraquellus in 2. retractu nu. 5. pagina mihi. 752.

11 †Quòd si expensas fecerit possessor, quę sine detrimento abradi non possint, atq; eas sine dolo, nec malignè; quia nec mota lis est, neque commissum aderat, nec aliud suberat, vnde mala fides conijceretur, obtineri poterit. Idque nõ semel attentatum animaduerti, si dominus pauper sit, & qui soluẽdo non sit meliorationes has, vt res quidẽ restituatur, de qua agitur: ne omnino dominus re sua careat, verum ipsum dominum saltem ex redditib. annuis persoluturum, donec meliorationum huiusmodi factarum expleat quantitatem, vel ad rationem vnius pro quatuordecim respectu totius summæ meliorationum, quousque integram persoluat ex eo, q̃ iniquum sit cum mea iactura dominum locupletari, simulque vt domino pauperi succurratur, vt hoc modo & domino egenti, & possessori bonæ fidei expensas vtiliter & necessariò facienti bona fide, & sine dolo æquè succurratur, ex dicta l. in fundo. iuncta l. si me & Titium. ff. si certum petatur. in vtroque enim æquitas reperitur, vt & ille rẽ suam habeat, & possessor expensas suas recuperet. Ita tenet Aluarus Vascius dicta quæstione 25. numero 10. Quam ego sententiam duriusculam esse existimo, cum non teneatur possessor istas suas expensas minutatim accipere, sed integras, argumento l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. & quæ ibi notantur.

12 †Quod si in contractu ipso dominus pactum apposuerit, quòd possessor rem meliorem efficiat, seu quòd res meliorata restituatur: tunc quidem arbitrium iudicis in eo versabitur, vt res meliorata restituatur ex forma pacti conuẽti, quod tenet Gregorius Lopez in l. 24. titu. 8. part. 5. Afflictus in §. si vasallus. hic finitur lex. in vsibus feudorum, numero 6. nobis est l. 24. tit. 8. part. 5. vbi textus expressus quem tamen intellige in casu in quo loquitur, scilicet in conductore, qui ad nullas expensas tenetur, ideo vt pactum aliquod operetur, tenendum est, teneri eum relinquere rem melioratam ex forma pacti conuenti, in emphyteusi autem, cum detur ad meliorãdum ex natura contractus, & verbi emphyteusis propria acceptione difficultatem habebat: ex eo quia verba illa non videbantur, mutare iuris dispositionem, cum exprimant illud, quod iam inerat ex natura contractus, atq; ea quę tacitæ insunt, etiam si exprimantur, nihil operantur, sed expressio ex iuris dispositione formam accipit, quo iure quia emphyteuta meliorare tenetur, melioramenta quoque relinquet domino, argumento l. non rectè. C. de fideiussoribus. adde, quod tradit Paulus de Castro in l. penultima. ff. locati. l. si conuenerit. ff. pro socio. ex quibus Pinellus in l. secunda. de rescinden. vendi. parte 2. capit. 3. numero 10 tenet, quòd in emphyteusi propter illam clausulam, quòd res meliorata restituatur, nihil addatur præter id, quod iure cautum erat, expressum autem erat, vt expensas, quæ venirent ex natura emphyteusis, emphyteuta amitteret, vt insitio, cultura, plantatio & alia id genus, maiores vero meliorationes & pretiosas vtiliter factas, quæ non venirent ex natura verbi Emponematos, vt erectio ædium, & molæ frumentariæ, & alia id genus obtineri posse: quia hæc non continentur verbo illo Emponematos, de quo in Authentico de alienatione & emphyteusi. §. si quis verò. atque id notauit Mod. Paris. consuetu. Paris. §. 1. gl. 5. numero 73. & cum eo tenet Pinellus vbi supra, scilicet, vt verba illa, relinques rem melioratam, vel cum melioramentis, habeant hanc iuris interpretationem. in quo tamen variè aduertendum est ad verba contractus, de his infra agimus hoc ipso capite. numero 21. ex quibus manifestè dominus Franciscus Sarmiento nimis generaliter constituit, omnes meliorationes finita emphyteusi pertinere ad dominum, idque indistinctè siue commisso, vel ob culpam res emphyteuticaria ad dominum reuertatur, siue finito tempore reuertatur, tum etiam sine distinctione harum meliorationum quæ fiunt ab emphyteuta ex natura contractus, vt est insitio, plantatio, & cultura, & earum quæ non fiunt, nec veniunt ex natura contractus, vt est erectio domus, parietum, deductio riuorum, ductus aquæ, & alia id genus, idque tenet ille libro 3. Selectarum quæstio. cap. 4. vbi numero 4. id tenet, tota ratio ipsius est: quia emphyteusis datur ad meliorandum, quod quidem verissimum est, non tamen pretiosè, & magnificis sumptibus & expensis, sed rusticis, qui conueniant contractui emphyteusis, ipsiusque rationi, vnde hi sumptus rustici, scilicet, insitio, plantatio, & cultura, reductio nempe montis & syluę ad culturam, remanent domino, vt cumque finiatur Emphyteusis, non illi maiores & pretiosi dicemus infra nu. 21.

13 †Si quæ vero meliorationes fiant ex necessitate pacti conuenti, nemo repetit, sunt enim pars contractus l. fundi partẽ. ff. de contrahen. emp. Iaf. in l. 1. nume. 26. & in l. 2. nu. 32. C. de iure emphyt. Pinellus in l. 2. c. 3. num. 10. C. de rescin. vend. facit l. colonus. ff. locati. l dominus horreorum. §. in conducto. ff. eod. ibi, cum id non conueniset.

14 †Quoniam vero diximus supra, ex l. si in area. quòd non iure actionis, sed exceptionis ope, aut retẽtionis beneficio deducimus sumptus, reliquum est, vt perempta re, nihil nomine sumptuum & expensarum habeamus; in re enim, quæ nõ est, retentio esse nequit: quia eius, quod nõ est, nullæ sunt qualitates, quod in iudicio vniuersali locum non habet, in quo perempta re impensas in ea factas adipiscimur ope exceptionis, vel retentionis retinendo aliud, quod hæreditarium sit l. planè. ff de petitio. hæredita. ibi. vt bonæ fidei quidem possessor omnino impensas deducat, licet res non extet, ex decisione Pauli, ibi tradit Anton. Gomez in l. 46. Tauri, & quos ipse allegat.

Hinc est, quòd quandiu rem possidemus, ipsammet rem retinere possumus pro impensis, vnde condemnatus ad rei restitutionem, qui in ipso iudicio de sumptibus nihil egit in e-
15 xequutione adhuc agere potest †quia hæc ipsa de sumptibus exceptio, non impugnat directò ipsam sententiam, nec ipsam principaliter labefactat, sed potius exequutionem ipsius respicit, nam qui retinet, non dicit non esse exequutioni mãdandam sententiam, nec ait non esse consequendum, quod re iudicata conceditur, sed aliud agit, scilicet, rem illam penes se esse debere, donec de meliorationibus satisfiat, & ita cessare dispositionem textum in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. & habere locum, quod tradit Bart. pro regula in l. prima. C. de iuris & facti ignorant. quòd omnis exceptio licèt peremptoria, quæ non venit directò ad impugnandam sententiam, sed eam limitat, & moderatur in exequutione, possit opponi post sententiam, quam regulam tenent post Bartolum omnes, & resoluit ibi Iason. numero 15. & Baldus latissimè in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse l. ex diuerso. §. finali. ff. soluto matrimonio. l. Nesennius. §. finali. ff. de re iudicata. l. si fideiussores. §. idem respondit. ff. de fideiussoribus. tradit etiam Dominus Antonius Padilla, & Meneses in l. prima. C. de iuris & facti ignorantia. numero 36. Ex quo Iason. vbi supra ad multa infert & quotidiana, scilicet, ad exceptionem compensationis

vt

Source : BIU Cujas

vt possit opponi in exequutione sententiæ, cum non sit directo contra ipsam sententiam l.etiam. C. de compensationibus.l.si cum militi.§.primo ff.eodem.Imola in ca. cum Ioannes Heremita.numero 15.de fide instrumentorum,idem tenet in exceptione,ne quis vltra teneatur,quàm facere possit, dicta l.ex diuerso.§.fina.ff.soluto matrimonio.idem in hypothecaria,& in exceptione inuentarij non confecti. Bald.in l. peremptorias.sæpius allega.& Iason in dicta l.prima. numero 17.de qua vide Domin. Antonium de Menescs vbi supra nume. 40.& sequen.idem in exceptione impensarum tenet Iason in dicta l.prima.numero 16.Bart.in l.in fundo. numero 16.ff.de rei vendicat.idem in l.Paulus.ff. de doli exceptione, idem tenet Alexan.in dicta l.in fundo.idem Ias.in dicta l.si in area.Paulus consilio 17.& consilio 326 quem allegat, & idē tenet Antonius de Fano de pignoribus.& hypotheca. par.5. memb.4.ex quibus declarabis l.9.tit.3.part.3. & magis extenditur decisio Hispana, quæ in exequutione sententiæ opponere licet exceptionem solutionis, aut liberationis, aut aliā exceptionem legitimam, vt scilicet omnes hæ exceptiones sint legitimæ,quoniam sunt à lege cognitæ & comprobatæ & legis beneficio possunt reseruari ad exequutionem sentētiæ,tenet Dominus Antonius Menescs vbi supra nu.39.

17 †Quod extendere poteris, etiam si de talibus sumptibus, & meliorationibus ante sentētiam actum sit, dummodo de his nihil sit pronunciatum a iudice, quia casus contrarius sine difficultate est,scilicet,si super his esset pronūtiatum, nec hæc nostra conclusio quicquam pertinet ad ea,quæ notat Iason in dicta l.prima.scilicet,si à iudice & parte ante sententiā de huiusmodi expensis actum sit, sed illud agimus,quādo statim apertè de his meliorationibus actum est, nihil autem pnuntiatur à iudice,quæstio in eo est,an fuerit iudicis omissio an verò videatur iudex absoluisse, ita vtamplius in exequutione opponi non possit ex Iaso.in dicta l.prima.numero 19. & in hoc aduertendum est,quòd meliorationes iuxta ea,quę diximus,aut petuntur actione ex l.domum.C. de rei vendic. l.qui exceptionem.§.primo.ff.de cond.indebiti. l. dominus. §.j.ff.locati.aut excipiendo.l.Paulus.ff.de doli exceptione.l.si in area.ff.de condictio.indebiti,si petātur meliorationes per viam actionis,debet iudex expresse de illis pronunciare,alias omissio est,Imola,Antonius, & Felyn.in ca. significauerunt. de exceptionibus.de quo gloss.in l.prima.C.si aduers. rem iudicat.& ibi Albericus contra Abbat.in dicto cap.significauerunt,qui censebat ex illa omissione induci absolutionem, de quo vide Couarru.Practicarum q.c.25.numero 6.vers. Nam vbi petitæ sunt,in hoc ergo casu licèt petantur in priori instātia,si in sententia nihil de illis sit iudicatum, in posteriori agi poterit,quòd si & in secunda nihil pronūcietur,in executione agendum erit,atque si in secunda demum pronuncietur deberi,aut non deberi,prima in hoc sententia erit,& ex quā titate ipsarum appellabitur, vel supplicabitur, quia in priori nihil de illis iudicatum est.facit ad hoc Cornel. consil.49.lib. 2.lit.f.& Aymonis 320.de petitione decem & condemnatione facta in 5. an sit absolutio, vel omissio in alijs 5. at verò si opponantur meliorationes per viam exceptionis,adhuc possunt in executione deduci: quia qui exceptione succumbit, non prohibetur illud idem in alio iudicio per viam exceptionis aut actionis proponere,maxime quando super illa exceptione non fuit iudicatū,& talis erat exceptio, quæ non erat ex diametro contraria,nec incompatibilis cum actione,Barto.in l.fundum.ff.de exceptionibus.numero 1.& in l. qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum obl.l.si autem.§.fi.ff.de negotijs gestis,vbi Paulus de Castro,& in l. quod in diem. §. rationem.numero 3.ff.de compensationibus. cum igitur exceptio de meliorationibus non sit ex diametro cōtraria,nec incompatibilis cum rei vendicatione,potest quidē stare condemnatio ad restitutionem rei, neque ideo sequitur absolutio à meliorationibus:nisi id expresse pronunciatum sit,quia vtrumque simul potest esse,vnde ad l.primā.C.de ordine cognition.dicendum est,ex condemnatione in principali, deduci absolutionem in incidenti,quando incidens, & principalis causa,non se compatiūtur,ita quòd vno necessario tollendum sit alterum,in nostro casu secus est,ita Bar.ibi,& Paulus vbi supra.Felyn.in c.suborta.numero 3.& 4. de re iudicata.& in c.aduersario.de exceptionibus.

18 †In executione autem sententiæ verba sententiæ attendēda sunt,ita vt si in sententia de meliorationibus prius soluendis mentio fiat,prius soluantur,iuxta sententię ordinem,Antonius de Fano vbi supra quinta parte. membro 4. numero 10.Paulus consilio 270 libro secundo.argumen.tex.in l.statu liber rationem.§.finali.ff.de statulibe.l promissor.§.constituto. ff. de constituta pecunia. l.quoties.ff de vsufructu. l. si alij fundum.ff. de vsufructu legato. ordo enim literæ seruandus est,& à forma sententiæ non est recedendum l.cum post sententiam.l.ex stipulatione. C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum.

19 †Ille casus indifficilis est, quoties simpliciter de meliorationibus soluendis in sententia actum est, de prioritate verò nec verbum,quod frequentissimum est, petente filio bonorum possessionem in bonis paternis ex testamēto, vel ex causa intestati,bonorum possessore de meliorationibus opponente,expensisque & sumptibus factis.

In quo quotidie itur ad decisionem Capicij, & ad ea quæ tradit Tiraquellus de Retract.conuentionali.§.7. gloss. 1.numero 13.vt scilicet,retentio concedatur,quæ ex hoc iure scripto concedenda videbatur, id tamen vbi meliorationes nec liquidæ fiunt,aut expensæ, nec facilè liquidari possint, quod ex qualitate expensarum, quæ allegantur, animaduertit iudex,certè noster Senatus temperat aliquando, si de vniuersitate bonorum agatur,& melioratum vnicum dumtaxat prędium proponatur.Cætera bona tradit dato meliorato prædio ad retentionem, ex Paulo in dicto consilio 270. quòd si expensæ & sumptus sint eius generis,qui totam hęreditatem inficiant,vt sunt expensæ litium vtiliter factæ,quæ tamen neque liquidę sunt,nec breuiter possunt liquidari,tunc quidem præstita cautione de soluendo cum liquidabūtur, præsertim in causis summarijs & exequutiuis res ipsæ traduntur, quod præcipuè obtinet,cum hæres scriptus hæreditatis possessionem petit,vel vniuersale fideicommissum beneficio l.fin. C. de edicto diui Adriani toll.atque hoc videtur tenere Alexā. in l.4.§.ait prætor.ff.de re iudicata.Ias in l.prima. ff. qui satisdare cogan.numero 2. Non est enim impedienda restitutio rei liquidæ propter expensas nō liquidas l.statuliber.ff.de statuliberis.ita tenet Baldus in cap.quoniam frequenter.§.in alijs.numero 20.vt lite non cōtestata. Si verò exigui sumptus sint,licèt non liquidi,& tunc vel eadem satisdatione, vel depositā,pecunia apud sequestrum publicum res iubetur restitui.Antonius de Fano.5.parte,membro 4.numero 10. Aluarus Vasquius dicta quæstione 25.numero 23.& 24.in marito cessant omnia,qui propter sumptus & meliorationes retentionem nullam habet rerum dotalium §.sed neque ob impēsas.l.vn.C.de rei vxoriæ actione l.fin.tit.11.par.4.

20 †Adde huic tractationi,quòd meliorationes,quæ ex iuris potestate,vel ex conuentione partium ad dominum nō pertinent,ipsius conficiētis sunt iure proprio & ad hæredes eius sicuti reliqua bona omnia deferuntur, etiam si emphyteuta sit,feudatarius,vel vsufructuarius: nam in colono minor ratio est dubitandi,qui ex natura contractus nullas melioratio nes tenetur conficere.Paulus de Castro consil. 270.volumine 2.Barto.Bald.Pau.in l.penultima.ff.locati. Ias. in authent. qui rem.C.de sacrosanctis ecclesijs.Iaso.in l.2.C. de iure emphyt.numero 27.Bald.& Ang.in l.Senatus.§.Marcellus.ff.de leg.1.Albert.Brun.tract.de augmento & diminutione. conclusio.20.quod obtinet in meliorationibus factis per vasallū in feudo,ex capit.primo.§.si vasallus.hic finit.lex. secundum intellectum gloss.de quo Bald.& Isern. text. in l. Senatus.§.1. ff.de legat.primo.ibi, ergo si non est ei obfuturum, quo minus detrahat,dici oportebit legare eum posse, quod detrahere potest,& notauit Moder.Paris.vbi supra, quod vniuersum est in emphyteuta,vasallo, & conductore etiam ad longum tempus,in emphyteuta sano modo quo diximus cum Moder.Paris.in §.primo.gloss.5.numero 73.consuetud.Parisien. & cum Pinello in l.secunda.part.secunda.cap 3.numero 9.& Balduino in §.adeo.Institut.de locati.receptum esse, vt scilicet,meliorationes quas ex natura contractus emphyteuta tenetur conficere,quia ad meliorandum rem in emphyteusim accipit,suas non efficit,vt est deductio riuorum,maceries,lucus plantatus,vinea insita,cætera autem quæ ex natura contractus non veniunt,sua efficit, & conseruat, & ad hæredes transmittit,scilicet,domum erectam, molas frumentarias,aliaque id genus pretiosiora, & quæ nomine Emponematos non continentur.

Dum tamen in his maioribus illæ obseruationes admittātur,de quibus supra,ita temperanda arbitror quæ tradit Dominus Franciscus Sarmiento quæstionum select.libro 3.cap. 4 quod superius diximus. In colono autem & inquilino, aut cōductore,siue ejecto finita locatione, siue non finita diuersum ius est:quia ex his quæ diximus meliorationes suas efficit,& ad hæredes transmittit iure proprio,de quo in l.penultima. ff. locati. Tiraquellus de Retractu conuentionali.§.7. numero 16. Iason in §. actionum. numero 183.Instituta.de actionibus.Paul.in auth.qui rem.numero sexto. C. de sacrosanctis ecclesijs.

Namque in emphyteuta si tempore emphyteusis finitur meliorationes suas efficit maiores illas:de quibus supra,si ob culpam ejectus sit,illas amittit,ita Mod.Par.vbi s.§.j.gl.5 nu. 69.Alex.in l.Senatus.§.j.ff.de leg.1.Beroius in capi. potuit.de locato.nume.146.De quo tex. in Authent. de alienatione & emphyteusi.§.si quis vero.auth.qui rem. C. de sacrof.eccles.

Source : BIU Cujas

ita iudicatur ex Guidonis decisio. 169. lex autem penultima. ff. locati. intelligenda est in casu, in quo loquitur: ita notauit Barto. Bald. Paulus ibi, & Iason in l. secunda. C. de iure emph. numero 27. contra Salycetum & glos. in dicta l. penultima. quæ malè distinguebat inter emphyteutam ecclesiæ, & priuatum, sed inter hos nulla differentia est, par enim ratio est nō soluti canonis, in vtroque vide Pinellum in dicta l. secunda. parte secunda capitu. 3. numero 8. & 7. Ex quibus patet, quo modo meliorationes ad efficientem pertineant, & statuendum est pertinere ad ipsum † particularem autem rationem
21 esse in emphyteuta respectu earum melioration um, quas ipse ex natura contractus tenetur facere, vt has omni casu amittat, minimeque transmittat ad hæredes. In quo elegans est decisio textus. in l. fin. C. de iure emphyteu. vbi emphyteutæ licèt expectata domini voluntate tempore ibi definito meliorationes suas vendere. & est l. 29. titu. 8. part. 5. quæ tamen loquitur expresse de vendenda vel hypothecanda re emphyteutica requisito domino.

Nihil verò attingit de melioration ibus, præstat verò maximum argumentum, quòd à fortiori illud recipiendum sit in melioration ibus, quæ iure proprio possidentur, postquam in re emphyteutica alienatio illa admissa est. Ex quibus quotidie videmus rusticos meliorationes suas obligare quas fecerint in re emphyteutica; quia ipsarum veri domini sunt, & omnino a domino sunt easdem habituri, & iure proprio obtinentur: quod eo notauimus, quòd Dominus Frãciscus Sarmiento inter meliorationes, & ius emphyteuticum nullum discrimen constituit, libro 3. capit. secundo. numero 8. Quoad alienationem, mihi probabilis differentia est, vt fortior sit ratio in expensis, quàm in re emphyteutica. Nec quicquam facit l. Senatus. ff. de legatis 1. quia decisio illius tex. particularem habet rationem deformitatem vrbis, & ædificiorũ, qua ratione aliqua in iure contra notissimas iuris regulas reperiũtur, quod adduximus capite primo. numero 28 & est l. sed si mortis. iuncta l. quòd si vir vxori. ff. de donationibus inter virum & vxorem.

Ex quibus emphyteuta secundùm veriorem intellectum
22 Moder. dicta glos. numero 73. siue † finita emphyteusi tempore, siue culpa sua, & commisso maiores expensas quas fecerit semper obtinebit ex vi verbi, quod tenet Balduinus in §. adeo. Insti. de locato. & Pinellus in dicta l. secunda. parte secunda. capi. 3. numero 9. quam latè quoque & doctissimè defendit Aluarus Vascius iuris emphyteutici. dicta quæstione 25. numero 3. qui asserit ita fuisse iudicatum secundùm hanc æquam sententiam, atque idemmet numero 6. latissimè probat, meliorationes pertinere ad emphyteutam & eius hæredes vti rem propriam.

Et adducit Moder. Paris. dicentem, quòd hæc est veritas. Faciunt enim fortissimè duo, vt emphyteuta non soluto canone, vel aliàs amittente emphyteuticam rem, etiam ob cõmissum. Primum quia lex solum id statuit, vt Emponemata amittat sua, quod verbum maiores expensas puta molas frumentarias & ædes erectas, ex propria significatione nõ comprehendit: vt tradũt Pinellus, Aluarus Vascius, Balduinus, & Mod. Pari. vbi supra, tum etiam facit: quia iniquum videri potest, dominum locupletari cum rustici iactura, & cum rusticus deliquerit, quia non soluerit triennio decem annua, cetum in melioration ibus persoluat. Contra communem sententiam qua dicimus, pœnam esse commensurandam delicto, igitur has maiores expensas semper habebunt & iure q-dem proprio.

23 † Quòd autem diximus de colono, vt expensas omnino suas faciat, & ad hæredes transmittat, illud extendit Iason. & bene in auth. qui rem. numero 1. C. de sacrosan. eccles. iis, ad conductorem longi temporis, vt etiam hic expensas repetat etiam ob culpam eiectus, pessimæque in hoc æquabitur conductor ad longum tempus, & emphyteuta, si quidem dispar vtriusque ratio est, & quamuis multa comminiscantur Doctores communia, inter emphyteutam, & locationem ad lõgum tempus, de quibus Boerius decisio. 234. & Tiraquel. de Retractu linagier §. primo. glos. 14. numero 79. tamen ea aut sunt sine lege, quæ modo non prosequor, aut nihil faciunt ad impensas, de quibus nos agimus. Planè ex contractu locationis licèt ad mille annos nunquam insurgit necessitas faciendi meliorationes, quantum est ex natura cõtractus, vnde semper meliorationes habebit, nec quicquam facit, quòd locatio sit ad annos mille, vel ad vitas & generationes, hæc enim non est ratio distinguendi locationem ab emphyteusi, sed pensio quoque, & translatio dominij vtilis, itaque si res locetur ad vitas & generationes, cum modica pensione ad recognitionem dominij directi emphyteusis censenda est, licèt nomine locationis concepta sit, ex l. 1. C. de iure emphyteu. in colono enim plerunque par fructibus pensio constituitur ob idq; etiam si ad vitas & sub nomine emphyteusis res concedatur sub pensione, quæ par sit fructibus locatio potius cẽsenda est, quod notat Beroius in dicto capit. potuit. numero 150. de locato. Iaso. in l. 2. C. de iure emphyt. numero 27. Cagnolus in l. si quis maior. numero 34. & infra. C. de transact. & ita quotidie ad remissionem mercedis ob casus fortuitos solitos vel insolitos, item ad impensas, & alia quæ occurrũt, & solent decidi ex natura contractus locationis, vel emphyteusis, si dubitatio sit, non ex vna re duntaxat, sed ex pluribus perquirit senatus noster, atque in primis id inquirit, an ad vitas, an parua pensio, an in recognitionem dominij pensio cõstituta sit, ex quibus si simul concurrant, emphyteusim iudicat, etiam si locationis nomine concepta sit. Sola enim modicitas pensionis nec locationem, nec emphyteusim facit, item nec concessio ad vitas, cum possit locari quoque res ad vitas, in dubio autem hæc duo simul fortissime persuadent emphyteusis contractum esse, quæ ad vitas sub modica pensione concessa est. Rursum concessio sub pensione, quæ par sit fructibus, in dubio locatio censetur, ex Barto. in l. j. C. de iure emphyteu. & sequen. ibi. reliqui, sed vere singula hæc non distingunt contractus hos, quod ferè plerique arbitrantur, sed ferè omnia illa tria iuncta, quod enim traditur, quòd in emphyteusi pensio modica esse debeat, ferè sine iure est, nec item sequitur per necessariam consequentiam, par pensio est fructibus, ergo locatio est. Potest enim par fructibus pensio in emphyteusi constitui, atqui si in recognitionem dominij constituatur, emphyteusis erit, itaque in hoc Senatu sæpe video ex contractus serie, animum contrahentium perquiri, in dubio autem pensio exigua & concessio ad vitas emphyteusim persuadet ex Baldi doctrina, quæ quotidie allegatur in c. literæ. nu. 5. de dilationibus. Ias. in l. 1. numero 35. C. de iure emphyt. & facit ad multa, namque ex quantitate iudicium accipitur ad cognoscendum contractum. gl. in l. 1. versi culo agendo. ff. de superficiebus. Hyppolitus singulari. 105. Palatios Rub. in repet. cap. per vestras. §. 21. numero 4. Franciscus de Aretio consi. 6. numero 9. Ias. in l. ex conuentione. de pactis. numero 2. Tiraq. in l. si vnquam. versi. donationem. 2. C. de reuocandis donationib. & in hoc nostro casu pensio æqualis fructibus in dubio semper persuadet contractum locationis ex vsu communi in contrahendo obseruato· & tenent glo. in authen. perpetua. versi. sextam. C. de sacrosantis ecclesijs. Socinus in l. Gallus. §. etiam si parente. numero 6. ff. lib. & post. Aretinus consi. 55. latissimè Aluarus Vascius. q. de iure emphyteuti. 27. numero 9. & 11. & ij qui tenet exiguitatem pensionis vel magnitudinem maximum præstare argumentum ad cognoscendum contractum iuxta hæc, quæ a nobis dicta sunt, quæ attingit adhanc quæstionem Gregorius Lopez in l. 28. titul. 8. partit. 5. & est optima declaratio ad ipsam met. l. 28. & ad ea quæ scripsit Pinellus in dict. l. 2. part. 2. ca. 3. num. 8. vt sola concessio ad vitas induceret naturam emphyteusis, quod perpetuum non est, nisi quoque aliunde iuuetur ex his, quę diximus, ex quibus vt cumque emphyteusis à locatione cognoscetur, conductor ergo indistinctè impensas suas facit, emphyteuta non item, nam quæ ex natura contractus impensæ fiunt domino relinquuntur, cæteras iure proprio suas facit, & nullo casu amittit etiam ob commissum secundum mihi veriorem opinionem, at verò conductor indistinctè meliorationes suas facit: quia nullo casu tenetur conficere.

SVMMARIVM.

1 *Qui rem melioratam tradidit, nec quicquam egit de melioration ibus, an possit eadem consequi, & de l. si in area. ff. de cond. indebiti.*

2 *Difficilis redditur decisio text. in dict. l. si in area, ex alijs iuribus, quæ actionem concedunt ad recuperandas expensas traditas.*

3 *Verus intellectus ad l. si in area, & conciliatur cum l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de cond. indeb. & cum l. domos. & l quòd si nulla, & l. si modo nulla. ff. de leg 1. & cum alijs iuribus.*

4 *Confunditur de iuris rigore Pauli opinio, sed ea æquitatem habet & ample ctenda videtur.*

5 *Emphyteutam, conductorem, inquilinum, fideicommissarium posse agere ad recuperandas expensas contra dispositionem d l. si in area.*

6 *Quæ sit condictio incerti, de qua in d l qui exceptionem. §. si pars. & in d. l. domos. & in l. si modo nulla. & in d. l. quòd si nulla.*

7 *Per condictionem indebiti, ob causam, & sine causa, quid consequamur.*

8 *Verbum quasi, aliquando exprimit veritatem, non verò similitudinem.*

9 *Obtineri potest, vt incerti condictio, de qua in d. l. domos. applicetur ad d. l. si in area, & quòd indebiti condictio, de qua in d. l. si in area. applicetur ad d. l. domos. & ad similes leges.*

10 *Traditur ex his noua declaratio ad l. fin. §. emptor. C. communia de legat. vt emptori competat hæc incerti condictio.*

11 *Mod. Paris. in casu d l si in area. attentabat posse dari actionem negociorum gestorum ad recuperandas expensas traditas, & male.*

12 *Declaratio ad l. in hoc iudicium. ff. communi diuidundo ex hac incerti condictione.*

13 *Qui*

Source : BIU Cujas

13 *Qui expensas non facit, expensarum nomine agere potest, & ipsas consequi.*

14 *Agens de euictione aduersus venditorem an agat ad impensas, quas tradidit in venditatione. & intelligitur l. si controuersia. C. de euiction. numero 15.*

16 *In causa euictionis venit etiam id quod rei accessit, vtcumque cedat.*

17 *Sciens me aliena vendere, atque emens impensas à me ex causa euictionis non consequitur.*

18 *Si sciens alienam rem vendideris, omnino de impensis traditis teneris.*

19 *Vt competat actio negotiorum gestorum ad consequendas expensas, necessarium est, quod negotium gestum sit nomine alterius, nec quicquam nocet error.*

20 *Is qui secum duntaxat negotium gessit, sola retentione vtitur, quia neminem alium obligat.*

21 *Necessariæ expensæ semper deducuntur, vtiles ita demum, si negotium gesseris, & alium obligare volueris.*

22 *Explicatur l. ex parte. ff. famil. ercisc. & conciliatur cum l. qui aliena. §. fi. ff. de nego. gest.*

23 *Explicatur l. hereditas. ff. de petit. hæredit. ex d. l. si cum putaui. & ex d. l. in hoc iudicium.*

24 *Hæres compelli potest non solum Pontificali, sed et principali potestate adimplere voluntatem defuncti.*

25 *Explicatur l. at si quis. §. si quis. de relig. & sumptib. funerum.*

26 *Quæ sit natura funerariæ actionis, & declaratur magis d. l. at si quis. §. si quis. de relig. & sumptib.*

27 *Explicatur l si possessor. ff. eodem, ex eodem iuris principio.*

Quomodo meliorationes traditas quis consequi possit, & l. si in area. ff. de condictione indebi. intell. Caput septimum.

1 Ex his quæ notauimus †ad l. si in area. ff. de condictione indebiti. ibi, si insulam fulcisset, nullo alio modo quàm per retentionem seruare posse, scilicet ad recuperandas impensas nullam aliam actionem competere, sed exceptionem de dolo, aut retentionem prodesse, ex qua iuris dispositione, ex facto sæpè agitatur, an si rem melioratã imprudenter restituas nulla opposita nec in iudicio exceptione, nec in executione retentione proposita, an remedio vllo seruari tibi possint expẽsæ, an verò iterum rem consequi possis, vt retineas, difficultatem facit d. l. si in area. quæ exceptionem aut retentionẽ duntaxat concedit, & amplius nihil, quam in hoc nimis restringit Cynus in l. si quis sciens. C de rei vendic. Iason in dicta l. si in area. in principio. Paulus in l. dominus horreorum. §. 1. nu. 3. ff. locati & consi. sæpius allegato 270. libro 2. Omnes enim hi post Accursium Bald. & Salyce. in dicta l. si quis sciens. tenent hunc omnino excluſum esse, & in hac sententia breuiter est Antoni. Gornez. in l. 46. Tauri. num. 2. Paulus in dicta l. si in area. omnes hi mouentur ex verbis Iuliani ibi, & ideo si quis cum existimaret se hæredem esse insulam fulcisset, nullo alio modo, quàm per retentionem impensas seruare posse.

2 †Paulus verò in dicta l. si in area. in fin. putabat posse huic succurri beneficio l. si me & Titium. ff. si certum petat. actione in factum ex æquitate illius legis; quia iniquum sit, & satis contra naturalem æquitatem, vt diteſcat quispiam cum aliena iactura, & quòd videat bonæ fidei possessor substantiam suam penes alium sine facto suo, & licet Antonius Gomez decedat ab hac Pauli sententia in d. l. 46. numero 2. propter receptam sententiam, & propter iuris rigorem, in illis verbis scilicet, nullo alio modo quam per retentionem impẽsas seruare posse. sed tamen videri poterat expensas has seruari posse actione, ex l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condict. indeb. vbi Martianus domum melioratam sine deductione impensarum restitutam ex causa fideicommissi proponit atque in ea specie condictionem incerti competere ait, quasi plus debito datum sit, similis tex. in l. domos. & in l. si modo nulla. & l. quòd si nulla. ff. de lega. Vbi Iulian. consultus, quòd si nulla (ait) retentione facta domum tradiderit, incerti condictionẽ ei competere, quasi plus debito soluerit, hæc Iulian. sunt igitur hæc iura ex diametro pugnantia cum dispositione dictę l. si in area, vt facta traditione possis meliorationes tuas consequi, & iam viris doctissimis hæc iura visa sunt sine pace pugnare, vt ex his antinomiam fecerint, sed hi pessimam de Triboniano opinionem conceperunt, quasi in compilandis Pãdectarum libris multa iureconsultorum veterum responsa crudeliter delaniarit, aiunt enim, Iulianum in dicta l. si in area aliud, aliud verò in dicta l. quòd si nulla respondisse, Martianum autem in dicto §. si pars. pugnare cum Iuliano in dicta l. si in area. quod in hac ipsa specie Iulianus nullum remedium inuenerit, Martia. autem immo ipsemet Iulianus condictionem incerti competere asseuerent, immo si proprius hanc ipsam rem inuestigando quæsierimus inueniemus meliorationes, quæ fiunt, actione posse nos consequi, non solum cõseruaturos sola retentione, tex. in l. dominus horreorum. §. j. ff. locati. vbi Paulus. in conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessariò, vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel instituerit: cum id non conueniisset, ad recipienda ea quæ impenderit ex conducto cum domino fundi experiri poterit, Vlpianus quoque ad consequendas expensas actionem præstat in l. si seruos. ff. de pignoratitia actione ibi, erit contraria actio, & rursum ibi, erit contraria actio. Similis tex. in l. diuortio. §. impendi. versicul. planè. ff. soluto matrimo. ibi, erit eius impensæ petitio, vides igitur, quàm egregiè periclitetur Iuliani responsum in dicta l. si in area. quòd sola retentione, vel exceptione consulat ad recuperandas expensas, cum hæc ipsa iura condictionem incerti, & actionem aperte præstent.

3 †Quod attinet ad hæc iura animaduertendum est, iurecõsultorum responsa minime pugnare, namque si rectè inspiciamus dictã l. si in area. longè alia ratio est, quàm earum legum, quæ aduersari videntur, ibi enim hæres, qui hæreditatem omnino ad se pertinere censebat, seque verè dominum & irreuocabilem existimabat, impensas fecit, faciẽdo autem huiusmodi impensas secum dumtaxat negotium gessit; se enim solum dominum credebat, neminemque alium, cum quo negotium gereret, intercedere putabat, quod oportunè mouit Iulianum, vt sola retentione tueatur & defendat hunc qui secum duntaxat meliorando egit; alium enim quem meliorãdo obliget neminem in animo habebat, quam seipsum quem dominum verè crediderat.

Patet ibi, si quis cum existimaret se hæredem esse, animus enim alium obligandi plurimum potest in hac ipsa re, quod patet in eodem tex. ibi, quia nullum negotium inter nos cõtraheretur, & ibi, hoc ipso aliquid negotij gessit, & est textus in l. si cum putaui. ff. de negotijs gesti. & in l. in hoc iudicium. ff. communi diuidundo. de quibus latius nobis dicendum est, ex qua declaratione, & textus in dicta l. si in area. & glos. ibi, ad repetendas meliorationes & impensas plurimum facit inuestigatio illa Iuliani, an scilicet negotium cum aliquo gessisse videare, an verò tecum duntaxat, ita si nullum negotium gessisse videaris, neminem obliges nomine impensarum, si cum aliquo negotium gessisse intelligaris, ipsum videare obligasse, itaque si tibi soli laboraueris, tibi refeceris, quoniam præsumi nulla ex re potest animus, quo negotium gessisse videris, neminem obliges, vt aduersus eundem agere possis, textus in proposito optimus in l. si pupilli. §. sed si quis. ff. de negotijs gestis.

Sed si quis (inquit Vlpianus) negotia mea gesserit, nõ mei contemplatione sed sui lucri causa, Labeo scribit, suum eum potius quàm meum negotium gerere.

Vnde meritò Iulianus in dicta l. si in area. ei, qui secum dũtaxat agit, & cum nemine alio negotium gerit, retentionem præstat, eaque prætermissa, re scilicet tradita, nullum aliud remedium tribuit. Quia actione agere non potest, vnde dic. l. si in area. procedit in possessore bonæfidei, qui rem modis omnibus ad se pertinere existimat iure perpetuo & irreuocabili, nec vnquam resoluendo.

Et ita intellexit Antonius Gomez noster in dicta l. 46. numero 2. etiam si subobscure Gregorius Lopez in l. 44. titul. 28. partita 3. Id sensit, sed breuissimè & obscurissimè, idem clarius tradit Aluarus Vascius quæstione 25. numero 25. agens de dicta l. si in area. & fuit Accursij, qui nihil ignorauit in dicta l. si in area. & in dicto §. si quis. in alijs autem responsis is qui expensas fecit dominum se perpetuum non existimabat, nec irreuocabilem, planè enim rem sciebat restituendam aliquando, ideoque videri potuit & meritò cum obligasse meliorando, ad quem res erat omninò peruentura, & quasi negotium cum eo gessit; ex scientia enim eius, qui scit rem omnino restituendam, ex bona fide etiam eius, qui meliorat, colligunt iureconsulti animum obligandi eius, qui meliorauit, & ita huic actionem, petitionem incerti condictionem præstant, item negotiorum gestorum actionem, ita procedunt iura de quibus supra l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condictio. indebi. l. domos. l. quod si nulla. l. si modo nulla. ff. de legatis primo. vbi fideicommissum inerat, ex quo domus erat restituenda ab eo, qui bona fide meliorauit, item in l. dominus horreorum. §. primo. ex natura conductionis res erat restituenda finito tempore conductionis, item in dicto §. impendi. inerat restitutio rei dotalis, quod cessat in dicta l. si in area vnde merito in illa negatur actio, quia nemo est, cum quo intelligatur negotium gestum, in istis autem conceditur, scilicet, quia interueniunt, cum quibus negotium gestum videri potest, scilicet domini, quibus tandem restitutio facienda est & quos tandem dominos futuros rei possessor existimare potuit.

4 †Ex qua declaratione hæc iura minimè adduci possunt, p

Source : BIU Cujas

Paulo contra communem & receptam sententiam, Paulus enim in d.l.si in area, verebat succurri posse melioranti tradita re meliorata, beneficio l.si me & Titium.ff.si cert.petat.ex æquitate illius legis, actione scilicet in factum, quia videbat cum nemine gestum fuisse negotium, ex quo ex authoritate iuris scientiæ stricta disputatione actio concedi non poterat sed sola retentio, vel exceptio, cumque in proposita specie iuxta d.l.qui exceptionem.§ si pars.& d.l.domos.& reliqua iura actio concedatur; quia negotium gestum videri poterat, non possunt ea iura pro Paulo adduci. Aequitas tamen illa adiecta à Paulo cum scripta sit, recipi poterit, & cessebat idem cum Paulo Mod.Paris.vbi supra, de quo nobis infra hoc cap. Quamuis enim d.l.si me & Titiũ.pro Gigis annulo sæpè sit, & variè ad multa allegetur, quod proprium est earum legũ, quæ æquitatem aliquam continere videntur, in quarum intellectu sæpe occasione ipsius æquitatis perniciosè erratur. In hoc tamen casu iuris ratio, & ipsa æquitas suadent, vt admittatur, vnde meritò Antonius Gomez stricta iuris disputatione negabat Pauli sententiam esse admittendam, sequutus Iuliani responsum, censentis huic nullo alio modo quàm per retentionem posse succurri.

5 Vnde ex his necessario inferendum est, eum qui iure proprij dominij rem possidet, quia rem suam omnino existimabat, nec meliorando negotium cum aliquo gesisse videtur, si rem tradat melioratam, actionem quidem minime habere ad recuperandas meliorationes, ex d.l.si in area, sed expectandam esse æquitatem, ex d.l.si me & Titium, quam iudex ex æquo & bono temperabit, multa contemplatus, quia sæpe iudices dum æquitatem inquirunt, perniciosè errant l. si seruum.§.sequitur. ff. de verborum obl. Diuersum vero dicendum est in eo, qui licèt dominus sit, restituturum omnino se nouerat rem quam meliorabat, hic enim negotiũ, quia gessisse videtur cum alio, actio ei & petitio, & incerti condictio præstatur, ex dictis legibus elegans declaratio ad emphyteutam, qui scit rem tandem à se restituendam, ad colonum, cõductorem, inquilinum, maritum, fideicõmissarium, omnes enim isti meliorando habuerunt cum quo contraxisse videri poterunt. Ac proinde restituta re meliorata pro melioration ibus & expensis actio, petitio, & incerti condictio concedi tũr, vide Mod.Paris.d.gl.5.num.93.& 94.& 90.

6 Hæc verò difficultatem habent, atque ea versatur in ea inuestigatione, scilicet, quæ sit illa incerti condictio, quã Martianus concedit circa expensas traditas in d.l. qui exceptionem.§ si pars.ff.de condit. indebiti. & Iulianus in dicta l.domos.& l.si modo nulla.& l.quòd si nulla.verba ipsa Iureconsultorum ita habent, si pars domus (inquit Martianus) quæ in diem per fideicommissum relicta est, arserit, ante diem fideicommisso cedentem, & eandem hæres sua impensa refecerit: deducendam esse impensam ex fideicommisso constat & si sine deductione domum tradiderit, posse condici incerti, quasi plus debito dederit, Iulianus quoque in dic.l. quòd si nulla.idem scriptum reliquit, quòd si nulla retentione facta domum tradidisset, incerti condictio ei competit, quasi plus debito soluerit, quæ quidem præter ea quæ adduximus adhuc nihil pugnant cum d.l.si in area.vbi cõdictio denegatur, scilicet indebiti, cum enim ibi nihil actum sit meritò condictio indebiti denegatur, quæ personali actioni cedit, cum igitur inter illos negotium non est gestum, actio nõ datur, nec condictio indebiti, neq; item in d.l. domos, & in d.l. quòd si nulla.& in d.§.si pars.condictio indebiti conceditur, sed incerti quæ longè aliud est, per hanc enim incerti condictionẽ non recuperantur ipsæ expensæ factæ directò, nec eo tendit principaliter hæc incerti condictio, quantum est ex natura eius condictionis incerti, quod quidem principaliter agebatur per condictionem indebiti, per quam, & per condictionem ob causam, & sine causa: vt dicit Bartolus receptus in l. sed & si me putem.§ cum inter.ff.de condi.indebiti. & in l si in area.post gl.ibi.ff.de cond.indebiti.nihil consequimur, nisi negotium gestum sit inter partes, ac nec negotio quidẽ gesto oriuntur huiusmodi condictiones secundum id quod gestum est, sed extra id quod geritur, ita Bar. vbi supra nume.6. versi.declaro hoc, & seq.Paul.& Iason, hæc autem incerti cõdictio eo tendit, vt retraditio fiat nuda; quia traditio facta est pinguius, quam oportebat, quæ Paulus de Cast. in d.§.cum iter.ita explicat, vt quia res tradita sit, aliter tamẽ & pinguius quàm debebatur, tradenti sola condictione incerti succurritur, ne damnum patiatur, ea tamen incerti condictio in eo versatur, vt retradatur res retinenda iterum ab eo, qui tradiderat pinguius, quousq; quid fieri debeat iudicetur. adducit Paulus l.si binarum.ff.de seruitutibus vrban.prædiorum.vbi si binarum domorum domnus dixisset, eas ædes, quas vendaret, seruas fore, neque in traditione mentionem faceret seruitutis impositæ, vel imponendæ, habere actionem ex empto, vel incerti condictionem, vt seruitus constituatur, cõdictio autem illa incerti ex Paulo non est ad indebitũ; quia emptor rem sibi debitam, scilicet, emptione accepit, nec sine causa: quia habuit eandem empti causam, vt acciperet, nec condictio est, vt tradas dominium, aut possessionem, quæ iam non esset incerti condictio, sed certi l.indebiti.§.sed si nummi. ff. de cond.indeb.vbi Bar.& in dicto §.cum iter.num.5.vers.sed cõtra.præterea dominium & possessionem rectè accipit emptor, quid ergo continet incerti illa condictio? Aliud quærẽdum est & inuestigandum, continet ergo nudam retraditionem eius rei, quam pinguius tradidi quàm debebam, quę cũ factum nudum contineat retradendi, quod omnino incertum est, meritò Iureconsultus vocauit condictionem incerti, igitur condictione illa incerti, neque consequor seruitutem, neque dominium, neque possessionem, sed nudam detentationem rei (vt ita loquar) quam tradideram pinguius, quam oportebat, vt retradita denuo agamus de seruitute constituenda, vel non, in hunc modum dicendum arbitror in dicto §.si pars.& in d.l.quòd si nulla, condictionem incerti non ad impensas directò dari; esset enim condictio certi: quia veniebant certificandæ per sententiam, ex traditis Bar. in d.§.cum iter, & pessimè loqueretur Iurecõsultus, si ad has consequendas incerti condictionem competere dixisset: nõ enim est incertũ, quod certificari potest vt interesse, ex Bart. vbi supra, sed dari ad nudam retraditionem eius rei, quæ tradita fuit pinguius, scilicet cum meliorationibus, quæ nõ fuerant tradendæ, vt de nouo re mihi de facto retradita cõstituamus, an sit de nouo retinenda propter impensas, exemplo ędium, quæ liberæ traditæ fuerunt, cum venderentur seruæ, quæ condictione incerti retraduntur, vt posteà constituatur de seruitute imponenda, vel non, & conueniunt verba Iureconsulti in d.§.si pars.& in dicta l.quòd si nulla, ibi, quasi plus debito soluerit, nota verbum quasi, quod quidem similitudinarium est, planè enim si condictio illa incerti daretur ad impensas, non esset dictum, quasi plus debito dederit, sed dixisset Iureconsultus: quia verè plus debito dedit, innuit igitur Iureconsultus, quòd in illo casu datur condictio incerti, qua si, ideſt ad similitudinem indebiti, vt quemadmodum condictione indebiti si ea daretur hoc casu, consequeremur directò impensas indebitè traditas, ita cõdictione hac incerti retraditionem nudam rei melioratæ consequamur, vt retradita postea de impensis constituamus quid agẽdum sit, qui sensus ex Paulo videtur verissimus, & licet verbum quasi, in iure nostro similitudinarium semper non sit, aliquando enim expressiuum est veritatis: vt in l.in eum.ff.de relig.& sumptibus funerum.ibi, æquissimum enim videtur, & visum est ueteri-
8 bus † mulieres quasi de patrimonijs suis ita de dotibus funerari, & est apud Ioan.cap.1.quasi vnigeniti a patre plen. & in c.parochianos.de decimis. In nostra specie incerti condictio est ad similitudinem indebiti; quia factum merum continet scilicet, nullam aliam rem quam retraditionem, decisio autem Iureconsulti elegans & subtilis est, ex ratione & æquitate quam secum habet, quam sibi nouam dixit Aluarus Vascius & notabilem d.quæst.25.nume.25.ad finem. Et non explicuit Francis.Hotomanus libro secundo feudo. hic finitur lex §.3.ante fin. Habet enim fundamentum in restitutione facta pinguius quàm oportebat, cum enim res ibi restituenda esset, prout relicta fuit à testatore meliorata, restituta est, vnde incerti illa condictio nata est. Atque cum hæc ratio vbiq; militet, tam in bonis subiectis restitutioni, quàm non subiectis, obtineri potest, vt possit applicari ad d.l.si in area. vt scilicet, quamuis ibi condictio indebiti non competat; quia nullum negotium gestum sit, vnde illa condictio indebiti oriri possit, adhuc tamen possit competere hæc incerti condictio ex ratione illa: de qua supra, scilicet, quia pinguius res tradita est, quàm oportebat, tum ex eo magis videtur applicanda ad d.l.si in area, quo minus ordinaria actio ibi competit, certũ enim est, incerti conditionem competere, vbi alia ordinaria actio prodita non est, ex Barto. recepro in dicto §. cum iter. nu.6. rursus obtineri potest, ut in casu d.l. quòd si nulla. & in dicto §.si pars. Quoniam negotium gestum videri potest, cũ sciuerit rem, quam meliorabat, restituendam sibi omnino esse, vnde potuit colligi animus alium obligandi, quòd ibi nõ solum competat actio negotiorum gestorum sed condictio indebiti, quòd si in actione negotiorum gestorum duriusculum sit, in condictione indebiti ex ratione Iureconsulti in d. l.si in area. recipiendum videtur. Certè condictio certi ad recuperandam possessionem dari in hoc casu non potest, tam in casu dicti §.si pars. & l. quòd si nulla. quàm in casu d.l. si in area. quia vtrobique possessio rectè tradita est, quod contra practicam Pap. in forma responsi. rei conuen. super verbo expensarum. in fin. notauit Mod.Paris.vbi supra, & eum sequutus Aluarus Vascius. dicta q.25.nume.25. versicu. ut interim caueas.

9 †Ex quibus elegans est declaratio ad l.fi.§.fi. aliàs emptor. ff.comm.

Source : BIU Cujas

ff.comm. de lega.quę denegat emptori scienter ementi rem subiectam restitutioni, recuperationem sumptuum & meliorationum,vt lex illa planè. intelligenda sit, vt iacet secundùm ipsius literam,scilicet,si aduersus venditorē agat de eui ctione,quoniam enim sciuerat rem alienam aliquando futuram ex dispositione vltima,& tamen eandem emit sciens & prudens duplam quidem & expensas a uenditore minimè consequatur,verba legis hæc sunt. Emptor autem sciens rei grauamen aduersus venditorem actionem habet tantum ad restitutionem pretij,nec duplæ stipulatione,nec melioratione locum habente,cum sufficiat ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re,sibi satisfieri,hactenus Imperator, quæ lex habet ęquam interpretationem,vt scilicet assumpta ratione a fideicommisso, de quo in dicto §. si pars. & l. quòd si nulla,quæ generalis esse videtur,contra venditorem quidē agere non possit,sed tamen cōtra eum, qui rem euincit aget primò quidem retinendo,& excipiendo,postremò re tradita aget condictione hac incerti ad retraditionem, lex enim illa in d.§. emptor.nihil disposuit,& is in vendicatione aduersus vendicantem ad conseruadas sibi suas expensas vti poterit remedijs a iure sibi præstitis, nec in hoc difficilem existimo illius legis decisionem,difficilima tamen est in principali decisione ad l.si fundum sciens.C.de euictionibus.vide cōsilium Grati mihi 22.volum.1.Mod.Paris.in consuet.Paris.§. 22.nu.116.& §.1.gl.5.nu.76.

11 †Et quamuis ipse Mod.vbi supra,scilicet tit.1.glos.5. num. 93.reprobet prædictam practicam Pap.quæ dabat certi condictionem ad recuperandam possessionem in casu d.l. quòd si nulla,& dicat dādam esse incerti condictionem, cum Iure consulto ibi,quid tamen illa incerti condictio sit, non attingit,quinimmo ipsemet Moder.numero 91.apertè decipitur, qui in casu d.l.si in area. existimat concedi actionem negotiorum gestorum,quod (vt probet) adducit rationem egregie concludentem contra seipsum,ait enim & verè,quòd Iu reconsultus in d.l.si in area.in principio,medio, & fine,semper in eo est,quòd ibi inter bonæfidei possessorem melioratem,atque ipsum verè dominum, nullum gestum est negotium,nullus intercessit quasi contractus, quod quidem concedendum est ipse Mod.vnde ait, nullam, neque actionem, nec exceptionem,nec obligationem oriri potuisse, ac ne actionem quidem negotiorum gestorum, dicit tamen ipse Mod.more suo,verbosa quadam dicendi ratione, nullo plerumque aut leui subiecto sensu,quod ex varijs figuris,& aliis causis,vel speciali aliqua æquitate habere poterit, quod quidem ego ita accipio,licet ipse non dicat, vt habere possit ex his quæ diximus, hanc scilicet incerti condictionem bonæ ille fidei possessor,cum condictio illa incerti solum innitatur in eo,scilicet quia est facta traditio pinguius quàm oportebat.Neque incerti illa condictio obtinet naturam condictionis indebiti,quæ negotium gestum desiderat. Namque mero iure (vt dicebamus) æquitas l.si me & Titium.ff.si certum petatur extranea est & longe petita ad nostrum casum,& Iu reconsultus,vt dicebat,& notabat Antonius Gomez vbi supra,sola retētione aut exceptione succurri posse putabat bonæfidei possessori,qui tradidisset rem melioratam.

Sed neq; æquitas illa,quam late & diffusè quærit ipse Moder.ex l.planè.ff.de petit.hærædita.extendi potest, vt malæfidei possessor expendens agat rei vendicatione, nec repetitione,nec exceptione doli,sed duntaxat vt officio iudicis benigne sibi succurratur abrasione & separatione,si adhuc possideat,quam benignitatem in malęfidei possessore pessime extendes ad bonæfidei possessorem,cui alijs remedijs iure succursum est.

12 †Idem dici oportet ad l.in hoc iudicium. ff. communi diuidundo,qui est ad propositum elegans tex.in hoc iudicium inquit Paulus,venit,quod communi nomine actum est, aut agi debuit ab eo,qui scit se socium habere.Impendia autem, quæ dum proprium meum fundum existimo fieri, quæ scilicet,si vendicaretur fundi pars,per exceptionem doli mali retinere possem,an etiam si communi diuidundo iudicio mecum,agatur æquitate ipsius iudicij retinere possim considerandum est.Quod quidem magis puto;quia bonæfidei iudicium est communi diuidundo:sed hoc ita si mecum agatur, cæterum si partem meam alienavero, non erit, vnde retinere possim,hactenus Paulus,in priori parte conuenit cum d.l. si in area.namque expensas quandiu rem possideo ob bonā fidem exceptione doli opposita conseruo retinendo,Quòd si alienauero,non est quomodo retinere possim,in hoc autē proderit cōdictio illa incerti,vt res retradatur,quoniam pinguius tradita fuit.

13 In secunda † autem parte d.l.in hoc iudicium.Paulus connectit,vt is qui rem melioratam tradidit nihil de expensis curans faciat eam traditionem ad vtilitatem eius cui tradidit,q quidem expensas illas sibi vltrǫ traditas, quas non soluerit, conseruet tamen sibi,si res quoque ab eo euincatur,sed & is inquit Paulus,qui à me emit,an retinere possit,videndum est nam si vendicatur ab eo pars impendiorū nomine, quæ ego feciſsem,ita vt ego poterat ipse retētionem facere, & verius est,vt in hac specie retineantur:itaque ex Paulo,qui expensas non facit,neque soluit,de expensis retinendis agit Neq; prodest obiectio,scilicet,quòd neque ipse fecerim,nec soluerim qui expensas retineo,quod enim ad te attinet, melioratum certè fundum sine refusione expensarum habiturus non es. Quam decisionem Pauli iam semel vidi adductam & oppositam in iudicio in specie,scilicet cum emphyteuta,qui fundū emphyteuticum locauerat agricolæ,qui melioratus reperiebatur,condemnatus esset ad restitutionem,ipse verò aiebat, refundendas esse sibi melioriationes, quæ in fundo factæ reperirentur,replicabat dominus directus ad rusticum,qui me lioraſset eam rem pertinere,non ad emphyteutam, pro emphyteuta facere videtur d.l.in hoc iudicium.adducebatur ēt Mod.Paris.tit.1.in consuetudinibus Parisiensibus.glos.5.numero 95.qui id tenere videtur iuncto numero 87.aiebantq; nullam hic esse necessariam cessionem rustici: quia ex Baldo,Cyno,& Barto.in l.3.C.quod metus causa,hoc ius transit sine cessione,cum enim ius retentionis sapiat defensionem, merito sicuti ius defensionis transit in particularem successorem,sine vlla cessione.Dynus in l.fluminum. §. additur. ff. de damno infecto. Salycet.in d.l.3. Romanus singulari 176. Ludouicus de Bolog.in l.& si quis.§ iudex.ff. de religiosis & sumptibus funerum.allegant nostram legem,s.l. in hoc iudicium,& facit l.fin.ff.de exceptione rei vend. Sed tamen hæc & quæ tradit Mod.Paris.sunt intelligenda,quando particularis hic successor,& qui opponere vult de expensis à se non factis,reperitur rei melioratæ possessor,tunc enim nihil perspicimus fecerit,nec ne: quicquid enim sit de expensis, tu certè rem melioratam accipere non debes sine refusione expensarum, cæterum si non possideat, tunc verius existimamus, quod tradit Paulus de Castro in consilio 270.numero 4.ut sine cessione expensas non consequantur: quod etiam si non possideam,si meo nomine,aut omnino mihi factæ sint, aut ad me pertineant pacto,tunc nulla cessio necessaria est: quia rustico nunquam soluendæ sunt.Tunc etiam si de vera & iusta mercede & pensione remissi, vt melioraret, nulla cessio necessaria est,argumento l.penultimæ. C. de omni agro deserto.libro 11.Ex quibus patet conciliatio ad ipsum Mod.cū Paulo non adducto ab eo,& quid in hac specie si se offert,inuestigandum sit.

14 † Contrarium quoque in casu contrario respondendum est, si cum rem emeris, & meliorem feceris tuis sumptibus, deinde a te euicta sit,& tradita,si in traditione nihil de expēsis egeris,reuersus ad venditorem tuum ex empto agere quidem contra ipsum non poteris, si cum possideres & retinere poteras,nihil tamen nomine expensarum egisti, extat Pauli responsum elegantissimum in l.idque Iulianum.ff.de action. empti & venditi.cuius verba hæc sunt.Illud expeditius videbatur,si mihi alienam aream vendicaris, & in ea ego ædificauero,atque ita eam dominus euincat, nam cum possim petē tem nisi impensam ædificiorum soluat doli mali exceptione submouere,magis est,vt ea res ad periculum venditoris non pertineat,liberat igitur Paulus venditorem ab expēsis, quas possidet emptor in causa cum domino vendicante sibi conseruare retinendo ad eamque rem excipiendo, debuit enim possidens excipere Secus si non possidebat, vt puta quia res vendita erat, sed ipse a possessione sua ceciderat sine culpa; tunc enim,quia non possidet,ac subinde excipere de melioratione non potest,reuersus ad venditorom agere potest ad id quod interest.In ea autem actione,s.ex empto in eo qđ interest.Impensa quoque & melioratio continetur d.l.idq;. ibi,quòd si emptor non possideat ædificium vel seruum, ex empto habebit actionem. & ita Barto.Bald.Salyce. & reliqui intelligunt l.si controuersia.C.de euictionibus, vt scilicet ibi emptor non possideat rem melioratam quando ab eo euincitur.

15 †Vnde competat emptori aduersus venditorem actio ex empto ad omne id quod interest. Hoc est etiam ad expensas vltra pretium, denique regula in hoc videtur sumenda ex d. l.idque.& ex eadē exceptione,ut habeat locum actio ex empto aduersus venditorem,si emptor,cum fundus melioratus euincitur,non possidendo excipere non potuit ad retinēdas expensas illas,quòd si possidebat,exceptionemque neglexit. Tunc quidem ad venditorem reuerti non potuit, d. §. quòd si emptor.d.l.si controuersia.potest enim fieri, vt melioret rē venditoris,quæ adhuc tradita non sit,vel cum sit tradita, potest sine culpa aut dolo a possessione sua cadere.gl.in l.si rem quam.§.1.versi.amissa fuerit.ff.de euictionibus. vbi similis legis decisio,ibi enim idem Pomponius constituit,si dupla,inquit,stipuletur, ex possessore petitor factus victus sit, quam

rem

Source : BIU Cujas

rem si possideret, retinere potuerat, petere cum vtiliter non potuerit, vel ipso iure, pmissor duplæ tutus erit, vel certè exceptione doli mali se tueri poterit, sed ita si culpa, vel sponte duplæ stipulatoris possessio amissa fuerit, hæc Pomponius, q clarius hanc rem distinguere non potuit ad intellectum l. cõ trouersia. vbi & gl. vide infra c. 18. nu. 12.

16 † Namque alias si a vendicante sumptus conseruare non possum, planè a venditore consequor, qui ex natura & ratione actionis ex empto in eo tenetur, vt expensas quoque mihi restituat: quas alias à vendicante seruare mihi non potui. tex. in l. Titius. versi. de sumptibus. ff. de actionib. empti & venditi. ibi, nam empti iudicium ad eam quoq; speciem sufficere existimo, non enim pretium continet tantum, sed omne quod interest emptoris, seruum non emi, itaque si seruum erudissem, quem mihi vendideras, isque manumiti iussus ad libertatem proclamasset, non solum pretium, sed impensas quoq; eas restituas actione ex empto: quia alium quem hoc nomine conueniam habeo neminem l. euicta. ff. de euictionibus, Euicta re vendita, inquit Pomponius, ex empto erit agendum de eo quod accessit. In quo tamen vt supra notauimus, ille tex. est singularis, vt si istius modi expẽsæ nimiæ sint quòd seruum philosophiam medendive artem docuisses, agitatoremve feceris, vel panthomimum, iniquum sit in magnam quantitatem obligari venditorem, iustis decretis temperanda isthæc res est; in promptu enim esse debet inuestigatio Iureconsultorum in dicta l. in fundo. an omnino facturus esset, an venditurus illico, & d. l. sed an vltro. vt vtilitas meliorationum expendatur ex persona domini, non expendentis, licèt hæc inuestigatio in bonæfidei possessore, qui sibi solum expendit, non contemplatione alterius difficile est in negotiorũ gestore, emphyteuta, & reliquis, vt dicebamus, admittendum erit, itaque cum ex d. l. Titius. illud sit constitutum, vt in causa illa ti euincatur res vendita ad venditorem fiat recursus, ad pretium & omnem causam quæ accedit, cuius nomine meliorationem intellexit iureconsultus, id fallit in eo, qui rem possidet melioratam, & retentione vti potuit aduersus vendicantem, quam cum prætermittat, magis est, vt ea res ad periculum venditoris non pertineat, ex d. l. idque rursum hæc exceptio ipsa procedit, si is ipse qui prætermisit exceptionem de dolo ad retinendam rem melioratam aduersus vendicantem possidebat, namque si non possidebat, agere potest ad pretium & expensas in re vtiliter vel necessariò factas, eo enim ipso quòd rem ipsam non possidebat, cum retentio possessionem sequatur, constat neque retinere potuisse d. l. idque. d. versi. quòd si emptor. d. l. si controuersia. & gl.

17 & Bart. rursum † si sciens emi aliena, ab eo qui sciens prudẽsque aliena quoque vendidit, dicendum est non solum non deberi expẽsas, quas fecerim, sed neque pretium l. si fundum. C. de euictionibus. cum gl. ibi & concordatis, facit l. fi. §. emptor autem sciens. C. commu. de legat. & fideicommiss. Vbi, quod attinet ad impensas, non recuperant a venditore actione ex empto, qui venditor tamẽ soluit pretium, ibi enim res non erat aliena, sed propria venditoris, restituenda tamẽ, quę restitutio non impedit dominium l. non ideo minus. ff. de rei vendi. ob idque pretium duntaxat soluit venditor, non cætera omnia, quæ accesserunt rei.

18 †Si verò bonam emptor habeat fidẽ, venditor verò sciens & prudens rem omnino alienam vendiderit, dicendum est, emptorem etiam si possessor sit, & negligat exceptionem de dolo ad retinendas impensas in restitutione rei ex causa euictionis contra venditorem, qui sciens rem vendidit alienam agere vtiliter posse ex empto. in dicta l. idque. versi. in omnibus. inquit Paulus, his casibus, si sciens quis alienum vendiderit, omnimodo teneri debet, ad quod vide Alciat. de eo qđ interest capitu. 5. columna 3. Atque hæ regulæ traditæ sunt de eo, qui aduersus venditorem reuertitur recuperaturus impensas, quas vel non potuit retinere, vel cum posset noluit, & pertinent ad d. l. in hoc iudicium. in secunda parte, vbi is qui expensas non fecit, quas tamen ipsi vendicanti rem cum ipsa re tradidit emptor, nihil retentione vsus, potest ipse quanuis non fecerit eadem expensas retinere aduersus verum dominum vendicantem, nec proderit domino, si dicat, cum nõ fecisse, namque quod attinet ad dominum, certè rem non aliter consequitur, quàm si impensas soluat.

19 †Eadem lex in tertia parte egregia est ad dictã l. si in area. & ad d. l. domos. & ad l. quòd si nulla. vbi iureconsultus Paulus in dicta l. in hoc iudicium, ait. si ita ego eo animo gero negotia, vt alium mihi obligem, licèt errem in corpore, tamen ex animo & voluntate mea, qui alium obligare volui, nascitur negotiorum gestorum vtilis actio: itaque si Titij putem me gerere negotia, q̃ tamen Seij reuera sint, ex animo meo restat mihi Seius obligatus actione negotiorum gestorum non Titius: quia in hoc voluntas & animus mihi prosunt ad actionem, qui non mihi sed alij gesserim, ex hoc expensas in hoc casu consequor actione, verba Pauli hæc sunt. At cùm puto rem Titij esse, quæ sit Meuij, aut esse mihi communem cum alio quàm est, id ago vt alium mihi obligem, & sicut negotiorum gestorum actio datur aduersus eum, cuius negotia curaui: cum putarem alterius ea esse, ita & in proposito, similis tex. in l. item si cum putaui. versic. sed etsi putaui. ff. de nego. gest. sed etsi putaui (inquit Vlpianus) Titij negotia esse, cum essent Sempronij, eaque gessi solus, Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenebitur, sufficit igitur solus animus alium obligare volẽtis, qui inde colligitur, quòd alienum gessero, vt competat mihi illa actio, & ita iureconsulti, vbi negotium gestum non est, actionem non tribuunt. Tribuunt autem retentionem, qui sibi soli agit.

20 Vnde mero iure is qui alium noluit obligare, sola retentione, & exceptione de dolo sibi consulit, nisi incerti illam condictionem desiderauerit, qui verò aliena gesserit animo aliũ obligandi, etiam si erret in corpore, quòd huius negotia gesserit, dum illius putabat gerenda, habet negotiorum gestorum actionem, quæ ex animo initium capit, æquitatem autẽ illam Mod. quam ipse de nouo post tot secula excogitauit, totas has iuris ciuilis regulas destruit: & efficit inanes, ob idque nec passim, neque vbique, nec in omni negotio admittenda est, conditio autem illa incerti in promptu esse poterit, quæ habet fundatam iuris rationem, & militat ea ratio in eo, qui rem melioratam suis expensis nihil retinẽdo tradiderit, quem iustum est, iuuare aliqua iuris ratione contra eum, qui alienam substantiam recipit ferè sine causa.

21 † In necessarijs autem expensis arbitramur cessare hodie incerti hanc condictionem; quia actione putamus posse recuperari, idque iure nouiore, per l. domum. C. de rei vend. ni si quis breuius illud & vtilius remedium amplecti velit, vt scilicet res retradatur obtinenda, quousque de meliorationjb. agamus, an causam retinendi præstent vel non, ad hoc enim incerti condictio pertinet, actio autem, vel condictio ex lege ad consequendas ipsas expensas.

Vnde quia ad diuersa sunt, actio ipsa ex d. l. domum. quæ est directo ad expensas, non tollit remedium pinguius & vtilius ad aliud longè diuersum inuẽtum & excogitatum, nempe ad retraditionem, quæ vel ex ipso facto vberius est, argumento tex. in l. ordinarij. ff. de rei vend.

In utilibus autem illud obseruãdum est, quod diximus, vt si negotium alterius videaris gessisse, competat actio, nec necesse sit, q̃ sciat is, cuius negotia gesseris, sufficit voluntas tua quæ ex eo colligitur, quòd aliena gesseris, ex d. l. in hoc iudicium. & d. l. item si cum putaui.

22 † Ex quibus cõciliatio est opportuna ad duo iura difficillima, quæ frequentissima sunt, & quotidiana in hac expensarũ tractatione, alterum est responsum Scæuolæ in l. ex parte. ff. familiæ erciscundæ. cuius verba sunt, ex parte hæres institutus causam de totis bonis, quam omnes hæredes patiebantur, ob inultam mortem succepit & obtinuit, cohæres partẽ suam ab eo petebat, nec partem sumptuum in litem factorũ præstare volebat, quæsitum est, an doli exceptio noceret. Respondi, si idcirco amplius erogatum esset, quòd ipsius quoq; causa defensa esset, habendam rationem sumptuum, sed & si omiserit doli exceptione, agere posse de recipienda portione sumptuum. hæc Scæuola. Cuius decisio dependet ex eo, quod diximus, scilicet, quòd is qui sibi ipsi agit, qui sibi ipsi laborat, nec cum quoquam negotium gerit, sola retentione & exceptione sibi consulit, est ille qui cum alio agit, qui eo est animo, vt alium sibi obliget, etiam si erret, habet actionem negotiorum gestorum, hi duo casus applicantur ad hanc legem a Sceuola, vt scilicet hic, qui cohæres, qui litem suscepit ob inultam mortem testatoris, si nihil amplius erogauit, quã quod alias pro se erat erogaturus, si tota hæreditas ad se pertineret, tum quia nullum iudicium est, aut signum voluntatis, quòd voluerit alium sibi obligare, & cum alio negotium gerere, neminem habet obligatum, expensasque petere non potest, quia secũ dumtaxat egit, nihil amplius erogando quã quod propria causa postulabat, contra verò si amplius erogauit, quàm sua causa postulabat: tunc quidem rectè intelligimus alterius negotium gestum esse, pro quo amplius erogauit. Gregor. Lopez in l. 41. titu. 28. par. 3. l. creditor. §. 1. ff. mandati. Roman. singul. 653. in capit. impensa. vbi additio. Atque ita cohæredes voluisse obligare ad ampliores illos sumptus, vnde non solum in dicta l. ex parte, exceptione de dolo eosdem consequitur sed actione, quia amplius consumendo cohæredis negotium visus est gessisse. vnde verba d. l. ex parte. in illis verbis. vnde si omiserit exceptionem doli, agere posse de recipienda portione sumptuum, intelligenda est de actione negotiorum gestorum: quoniam plus consumendo quàm pro se consumpturus erat, visus est alterius gerere negotia, ex animo & voluntate præsumpto ex ampliori erogatione.

Prædi-

Source : BIU Cujas

Prædicta autem l.ex parte.videbatur pugnare cum l.qui aliena.§.vno desendente.ff. de negotijs gestis. vbi ex eo quòd Papinianus dat ei qui defendet causam communis prædij actionem negotiorum gestorum,necessariò intelligẽdum est ibi causam defensam fuisse communi nomine, qui casus planus est,vel amplius ibi illum qui defendit consumpsisse quã poscebat sua causa,idque necessarium est ex iuris fundata ratione,deniq; hæc duo iura concordant & declarationem recipiunt ex dicta l.in hoc iudicium.ff. communi diuidũdo. & ex l.si cum putaui.ff.de negotijs gestis.iuncta dicta l.si in area.vt is qui sibi solum agit,sola retentione vtatur, is qui verò cum alio negotium gessisse possit videri, actionẽ habeat negotiorum gestorum,vnde in dicto §.vno defendente.post quam datur actio,negotium gestum est nomine communi, & in dicta l.ex parte.si amplius erogatur, negotium quoque geritur, si non erogatur amplius, negotium non geritur, & idcirco ratio sumptuum non habetur:quia pro sua parte gessisse visus est,pro ea enim parte,qua quisque hæres est, sumptus debentur l.sorori.ff.si pars hæreditatis petatur. vide amplius.c.19.nu.6.& 8.

23 †Ex quibus ad l hæreditas.ff.de petitione hæredita.planus sensus est petita interpretatione ex dicta l. item si cum putaui.versic.sed etsi putaui,& ex dicta l.in hoc iudicium.ff. communi diuidundo.vbi ex eo solum,quòd aliena negotia gessi, etiam si ignorauerim,cuius negotia gesserim, competit mihi actio negotiorum gestorum,vt scilicet ibi, quoniam possessor hereditatis monumentum fecerit,secutus defuncti voluntatem,qui monumentum sibi fieri iusserat,si hæreditas sibi auferatur,aut retentione,vel exceptione de dolo sibi conseruet expensas,aut si tradiderit actione negotiorum gestorum consequatur,verba Papiniani sunt,si defuncto conditionis implendæ gratia bonæfidei possessor fecerit, potest dici; quia uoluntas defuncti in hoc seruanda est,vtique si probabilem modum faciendi monumenti sumptus, vel quantum testator iusserit,non excedat eum,cui aufertur hæreditas,impẽsas,aut doli exceptione retenturum, aut actione negotiorũ gestorum repetiturũ,veluti hæreditario negotio gesto, hęc Papinianus,qui planè intelligendus est,vt scilicet is,qui secutus defuncti voluntatem monimentum fecerit: quia defuncti secutus est vltimum eulogium,atque ideo aliena gesserit: quia defuncti voluntatem exequitur, & alienum non proprium opus fecerit, possit quidem agere aduersus eum, qui hæreditatem eripuit ad repetendos sumptus factos in ipsa hæreditate actione negotiorum gestorum,idq; etiam si hæreditatem euictam tradiderit sine deductione expensarum, quandiu enim hæreditas euicta non est, retentione agere potest,vt expensas conseruet sibi,cæterum cum semel tradiderit,negotiorum gestorum actione agere poterit,monumentum enim non sibi fecit,sed hęreditati ex dispositione defuncti,ciusque secutus voluntatem, quæ decisio Papiniani ex dicta l.in hoc iudicium.& ex dicta l.item si cum putaui.descendit ex eo nempe,quòd ille qui aliena gerit sibi soli minimè agens habet hanc ipsam negotiorum gestorum actionem, vnde meritò actio negotiorum gestorum datur hæreditatis bonę fidei possessori,& interpretatio sumitur ex ipsa lege ibi conditionis implendæ gratia,& ibi, quòd voluntas defuncti in hoc seruanda est,& planius ibi,veluti hæreditario negotio gesto,vbi verbum illud veluti,exprimit veritatem, qui enim monumentum fecit,quod sibi testator faciendum curauit, & præcepit,non proprium sed hæreditarium negotium gerit,atq; ob id solum quod aliena gerit rectè ex dicta l. in hoc iudicium.& ex dicta l.si cum putaui.competit actio negotiorum gestorum ad consequendas impensas factas & traditas, & is est verus & planus sensus ad dictã l.hæreditas.quam quidem nouè alio retorquẽt Moder. Paris. vt æquitatem aliquã inquirãt,idque dicta glo.5 titulo 1.parte prima. numero 94. atque obnixe contendit in dicta l.hęreditas.nullum fuisse negotium gestum alienum à bonæ fidei possessore, quod non fecisset hæredis nomine,sed suo, in quo tamen decipitur vir eruditissimus;quia nihil necesse est,me alicuius negotia gerere,Titij scilicet vel Sempronij,sufficit enim vt hæc ipsa competat aliena me negotia gerere,ex dicta l.in hoc iudicium,& ex dicta l.item si cum putaui. cum ergo in casu dictę l. hæreditas.possessor bonæfidei non fecerit sibi monumẽtum, sed quòd testator sibi fieri iusserat, planè hæreditarium negotiũ gessit,& sic alienum,vnde meritò actio illa negotiorum gestorum competit,idque insinuat Papinianus in dicta l.hæreditas.ibi,actione negotiorum gestorum repetiturum,veluti hæreditario negotio gesto, vt verbum illud veluti, expressiuum sit veritatis, neque quicquam facit versiculus ille ibi, quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum:tamen principali, vel pontificali authoritate compelluntur ad obsequium supremæ uoluntatis,is enim versiculus ad superiora nullam habet appendicem,nec ex superiori parte descendit,quamuis Moder. ille inde deducat,& perperam,(ni fallor) superius enim in prima parte legis egerat de impensis factis à bonæfidei possessore, quas tamen testator fieri iusserat, quas cum bonæ fidei possessor facit,non sibi laborat,nec sibi facit,nec sibi locum prospicit sed hæreditati, secutus voluntatem defuncti, qui monumentum sibi fieri iusserat,ob idque quia vere aliena gerit nempe hæreditatis, negotiorum gestorum actionem habet mero & stricto iure ex iuribus supra adductis, id cum constituisset Papinianus,subiunxit illud scilicet,quamuis enim stricto iure nulla tenerentur actione hęredes ad monumentum faciendum,tamen principali vel põtificali authoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis, quasi dicat Papinianus; quia etiam si bonęfidei possessor is ille non fuisset qui monumentum fecit, obsequens supremæ voluntati, tamen is ipse posset hæredem compellere ad faciendum si nõ actione & stricto iure,nulla enim ad hoc erat prodita actio, saltem pontificali vel principali officio implorato.

Vnde vel ex hoc capite:quia hæres omnino erat facturus, officioque Pontificis vel principis compelli poterat, quo casu impensæ debentur ex l.in fundo.ff.de rei vendicatione.ibi finge & dominum eadem facturum fuisse,reddet impensas, quæ ratio est elegantissima ad dictã l. hæreditas. nihil enim aliud illis verbis voluit Papinianus,quam ex duplici capite ostendere,esse eas impensas omnino bonæfidei possessori soluendas,tum ex eo quia hæreditatis nõ proprium negotium gessit,quo casu meritò competit actio negotiorum gestorũ, tum ex eo quia,etiam si fecisset inique, cum tandem id effecerit,quod hæres omnino erat facturus, vel saltem compulsus Pontificali,vel principali authoritate,omnino eum teneri,quod quidem Moder.Paris.præterijt,vt est videre dicto numero 49.

Indeque prætermisso uero sensu legis, nescio quas æquitates inquirit,quas ego si iure scriptæ non sunt,semper suspectas habui, semper istos nouos intellectus tanquam Africana mõstra exosus, in quos passim videmus elapsos viros doctissimos non vulgariter eruditos,nescio quo malo fato, vix quòd ingenue & verè fatear, receptas & communes assertiones assecutos,in luce sæpè apertissima ad radios veræ, & communis opinionis calligantes,itaque dicta l hæreditas.de qua nobis sensus nunc quæsitus est contra Mod.Par.planam habet interpretationem, vt scilicet in priori casu bonæfidei possessor habeat negotiorium gestorum actionem,quia hæreditarium negotium non proprium gestum est,quo casu intelligunt Iureconsulti me eo animo gessisse, vt te ad quem vere negotium pertinebat obligarem, etiam si nomine alterius geram,ex dicta l.in hoc iudicium.& ex dicta l. item si cũ putaui. & ex dicta l.ex parte. secundum eum sensum quem tradidimus,qui necessarius est,dicto §.vno. in secũda autem parte d.l.hæreditas.easdem impensas consequatur;quia etiã si nomine hæreditario non fecisset, tamen eas impensas fecit,quas hæres omnino facturus erat,quia licèt mero iure adstruendum monumentum non teneretur, saltem pontificali vel principali authoritate compelli poterat, ad exequendam vltimam dispositionem,vnde est, vt verus hæres huiusmodi expensas debeat,& ab eo seruari possint, ex dicta l. in fundo. vbi impensas,quas aliàs dominus erat facturus,diluere tenetur:& dicta l.hæreditas. est elegãs,quatenus in posteriori parte constituit † posse hæredem compelli non solum Pontificali,sed etiam principali authoritate ad exequendam vltimã voluntatem testatoris. 24

Vide Speculatorem titu.de testamentis.§.in primis. vbi adijt,quòd nemine id petente possit ex officio fieri,nempe per inquisitionem, quod adde ad ea quæ notat doctissimus Couarruu. latè in capitulo tertio. de testamentis.per totum, vt etiam apud principem de exequutione vltimæ volũtatis agi possit.

25 †Nec quicquam facit l.at si quis.§.si quis.ff. de religiosis & sumptibus funerum.vbi ei qui non fecit impensam animo alium obligandi,datur tamen contra ipsum actio, quem text. ipsemet Mod.Paris.adducit pro sua noua excogitata æquitate,& quòd miremur, vir doctissimus non perlecta tota lege minimè potuit aduertere ad equitatem inibi scriptam,& particulari ratione ibi admissam à Iureconsulto, propter pietatem,quæ versatur in sepeliendo vita functum, quem sensum intellexit Accursius ex Iureconsulto ibi, & tamen Mod. ille errasse Accursium inquit, cum habeat Accursius Iureconsulti responsum apertum in eo casu admittentis expressè æquitatis particularem illam rationem, connectere libet verba Vlpiani,si quis (inquit Vlpianus) dum se hæredem putat, patremfamilias funerauit,funeraria actione vti non putauit; quia non hoc animo fecit,quasi alienum negotium gerens, & ita Trebatius & Proculus putant.

Puto tamen etiam ei ex causa dandam actionem funeraria,

Source : BIU Cujas

riam, hactenus Mod. ille verba Vlpiani iureconsulti expendit & ponderauit.

Ex quibus ita ille argumentatur, vt eius sententiam in formam & speciem argumenti redigamus, ecce habes hic hęredem qui funerauit testatorem rem propriam agens, dum ad se tanquam hæredem existimabat pertinere hęreditatem, ac subinde munus illud & officium sepeliendi, vnde neminem alium obligare voluisse, ex his iuribus, quæ a nobis adducta sunt facili negotio colligi potest, & tamen (inquit ille) datur funeraria actio, non igitur sola retentione succurritur ei, qui secum dumtaxat egit, neque cum quoquam alio visus est gessisse negotium, cum videamus autem concedi actionem, necessariò dicendum est, procedere id quidem ex æquitate, scilicet, ne sumptus meos lucri facias, & demum substantiam meam habeas cum mea iactura, ex dicta l. si me & Titium. ff. si certum petatur. dicendum igitur est secundùm Moder. ipsum dicto nu. 94. versari in his expensis aliquam æquitatem, propter quam is ille qui sibi expendit & cum nemine negotium gerit, consulere sibi potest, etiam post traditionem, si in ipsa traditione retentionem omiserit, vel exceptionē non opposuerit, hæc est ratio Mod. ex qua ipse propter æquitatē illam suam ex l. planè. actionem tribuit, licet non ita connectat rationem, cui tamen facilis est responsio in hoc ipso Vlpiani responso, quæ verissima est ex Accursio ibi, scilicet esse quidem verum, quòd versatur ibi æquitas, sed ea non est petenda ex dicta l. planè. nec ex dicta l. si me & Titium. sed expetenda est ex ipsamet l. at si quis. ad quam Moder. ille nihil aduertit, ait enim ibi ipsemet Vlpianus paulò post inferius, in eo genere expensarum generaliter statuendum esse, vt non mera negotiorum gestorum actio, eiusdemq; structa ratio consideranda sit, sed locus quoque sit futurus æquitati, quæ in ea specie versatur. verba Vlpiani hæc sunt, Et generaliter puto iudicium iustum non meram negotiorum gestorum actionem imitari, sed solicitus æquitatem sequi, cum hoc ei actionis natura indulgeat. hæc Vlpian. Ex quibus verbis quæ generaliter adduntur in hac funerariæ actionis tractatione, nostra quoque quæstio de qua agimus deciditur, & terminatur. Generalis enim regula tradita est ab Vlpiano, vt scilicet, quamuis mero iure actio non competat ei, qui impensas facit nomine suo, qui animum minime habuerit alium obligā di, vtpote qui fuerit hæres, non possessor rei hæreditariæ, qui rem omnem hæreditariam ad se pertinere arbitrabatur, atque ob id cum nemine negotium gerebat, sed sibi solum faciebat, tamen bonum & iustum iudicem solicitè æquitatem secuturum in hac re, vt funeraria cōcedatur: cum natura huius funerariæ actionis iudici indulgeat, vt in hoc quoque casu etiam si cum nemine negotium gestum sit, funerariam cō cedere possit, & antequam hæc ipsa verba explicentur contra Moder. ipsum concludendum est, subesse hic quidem particularem æquitatem, quam ipse dum Accursium reprehendit, non aduertit, ibi autem scripta æquitas est, non est ea aliū de veluti ostiatim (quod aiunt) postulanda, scilicet ex Celso in dicta l. si me & Titium. & ex dicta l planè. nec item æquitas hoc casu scripta, & particulari ratione applicata in hac specie, rectè applicabitur Celso in dicta l. si in area. ff. de condict. indebiti. cum dispar ratio sit in vtraque specie, igitur hæredi, qui testatorem funerauit, licèt videbatur deneganda actio mero iure: quia funerando sibi solum fecerat, & cum nemine negotium gesserat: tamen iurecōsultus generaliter definit in hoc casu, vbi de impensis funeris agitur, nō esse adhærendum verbis legis & iuris rigori, sed amplectendam esse à bono iudice & iusto equitatem, vt funeraria competat, addit Vlpianus: quia præter æquitatem & pietatem, quæ in sepeliē do defuncto versatur, natura quoque ipsius funerariæ actionis id concedere videtur, natura autem funerarię actionis est ex l. prima. eodem, vt qui propter funus aliquid impendit cū
26 defuncto contraxisse videatur †cum igitur cum defuncto cō traxisse visus sit, etiam si nulla alia æquitas in hoc versaretur, mero iure dicendum esset, posse eum impensas hac funeraria actione consequi: quia creditor est, qui cum defuncto iuris intellectu contraxit, igitur particularis in hoc casu, & iuris & pietatis & æquitatis ratio versatur, quæ fecit, vt etiam si proprio nomine & non alieno gesseris.

Funeraria tamen actio tibi concedatur, siue exigente id equitate scripta in dicto §. & generaliter. siue pietate, de qua ibidem, siue faciente id natura funerariæ actionis, quæ fingit me qui in funus impendo, cum defuncto cōtraxisse, postquā funus mea impensa curaui.

27 †Ex quibus singularis declaratio est ad l. si possessor. ff. de religiosis & sumptibus funerum, vbi ex hac ipsa ratione, quia ius præsumit eum qui funus impensa sua & sumptu fecerit, cum defuncto contraxisse, bonæfidei possessor rei hæreditariæ, qui bonæ fidei possessor ab hærede aliquando differt, ēt si ipse hæres is sit, à quo postea hæreditas euincitur l. contra quoque. ff. de religios. & sumptibus funerum, ibi collaturos hæredes, bonorumque possessores. Hæres enim omnino ad se existimat pertinere hęreditatem, etiam si postea vario euē tu ab eo hæreditas auferatur ex causis iure expressis, quia indignus vel alias, possessor verò hæreditatis scriptus hæres nō est, sed plerumque is est à quo scriptus hęres hęreditarias res euincit, quicquid sit, hic bonæ fidei possessor qui funus fecit, deinde victus in restitutione hæreditatis impensas non deducit, vtilem habet funerarię actionis vim & potestatem, quod quidem intelligendum est, vel ex dicto §. & generaliter. in dicta l. at si quis. obseruata illa æquitate, de qua ibi, quę versatur in hac specie funerariæ actionis funerando defunctum, vel ex eo, quia quantumcunque quis funus suo nomine fecerit, semper ex dicta l. prima. ff. eo. videtur & creditur cum defuncto contraxisse, quæ solutio non est aliunde petita, quam ex ipsismet legibus, quare commodè applicari ad cæteras iuris regulas non potest; quia particularem iuris pietatis, & æquitatis scriptæ rationem habent, vnde perperam ad l. si in areā. applicari potest, nec hæc iura de funere, & funeris sumptibus indigent noua illa Modern. æquitate, quam secum familiarē habent & domesticam.

Igitur quis funus fecerit, vel possessor hęreditatis, vel hęres si hæreditatem restituat sine deductione expensarum, cum defuncto contraxisse videtur, iuris intellectu, si funus fecit, & ideo agere potest ex dicto §. & generaliter. & dicta l. prima.

SVMMARIVM.

1 *Inquiritur quid contineatur nomine sumptus, qui fit ad funerandum.*
2 *Aliud est impensa funeris, aliud sumptus ad monumentum, & qualis debeat esse.*
3 *Necessaria ad sepulturam educenda sunt de legatis, si tota substantia legatis consumpta sit, ex præsumpta voluntate testatoris.*
4 *Ei qui sepulchrum habet maiorum suorum non est nouum sepulchrum comparandum, & de iure sepulchrorum.*
5 *Anaxagoras barbarè sepulchrum negligebat, & redditur causa ex Cicerone.*
6 *Qui modus fuerit Græcis sepeliendi, & de sepulchro facto Mausolo Regi Cariæ, & de sepulchro Clusii Ciuis Romani. nu. 7.*
8 *Referuntur leges Græcorum, quæ de sepulchris latè traduntur apud antiquiores.*
9 *Tybon quam nos nostro vulgari verbo vocamus Tumba, vnde originem traxerit.*
10 *De sumptibus funerum lege duodecim tabularum quid constitutum fuerit, atque ea explicatur, & verbum (Situs est) vnde, nu. 11.*
12 *Conuiuia olim in funeribus lege duodecim tabularum permissæ, item & concio in laudem defuncti, sacris Canonibus conuiuia prohibita.*
13 *Conuiuia quæ fiunt in funeribus pauperibus amore charitatis hodie permissa clericis.*
14 *Verbum charitas, pro pensione annua, quæ soluitur loco pio, aut religioso, vnde deriuatum sit.*
15 *Hodie apud nos ricinijs, ideſt vestibus lugubribus, vulgo Luctos, modus est impositus.*
16 *Sumptus non solum funeris necessarius est, sed qui repetitur septimo, nono, vel alio die pro regionis consuetudine, & de anniuersario, & nouendiali.*
17 *Vestes lugubres quatenus pertineant ad expensas funeris.*
18 *Quæ funeris impensa sit, quæ præfertur æri alieno, ad l. 12. titulo 13. parte prima.*
19 *Funus non potest detineri propter creditores, nec cadaueris inhumati fieri sequestationem.*
20 *Existentibus creditoribus & filijs quomodo impensa funeris necessaria deducenda sit.*
21 *Executor testamenti quomodo sumptus funeris deducat, & expensas suas propter funus.*
22 *Filius ad quem pertinet quintum bonorum ex iuris nostri decisione an præsiet vestes lugubres cohæredibus, & anseruis.*
23 *An expensæ funeris præferantur æri alieno, quod habet tacitam vel expressam hypothecam.*
24 *Vir vxorem pauperem de suo funerat, & pertinet ad ipsius dignitatem.*
25 *Iureconsulti voluerunt tacitas, & legales hypothecas omnino esse similes expressis contra Antonium de Fano.*
26 *Stabularius non restituit bona hospitis emortui, quousque de expensis satisfiat, nec in hoc præsumimus pro stabulario, quòd expenderit contra Bartolum 27.*
28 *Præsumptio iuris quare sit dicta, & qui sine lege præsumit, præsumptuosè & stulte præsumit.*
29 *Viduæ an sit danda vestis luctuosa, & quod dependeat ab alia opinione recepta, & eius veritate, scilicet an hæredes viri lucrentur fructus rerum mobilium tempore annuæ dilationis ad soluendum.*
30 *Dos restituenda est viduæ res soli illico cum fructibus à morte viri, at verò mobilia intra annum.*

31 *Ve-*

Source : BIU Cujas

31 *Verior opinio contra communem, vt fructus rerum mobilium ad hæredes uiri non pertineant.*

32 *Fructus rerum dotalium pertinent ad maritũ, vel quia est dominus, vel quia sustinet onera matrimonij.*

33 *Rerum mobilium quæ fructuosæ non sunt, est aliqua commoditas, & vtilitas, quam agnoscunt Iureconsulti.*

34 *Antonij Gomesij media opinio inter receptam, & Zasii opinionem, & vera.*

35 *Ex Pauli & Zasii opinione vxor toto anno non est alenda, & vestes lugubres de suo habebit. nu. 36. & quomodo succurrendum sit de alimentis & vestibus eo tempore numero 37.*

38 *Maritus vestes viles præsumitur donasse vxori, pretiosas non item, & quid in hærede viri.*

39 *Consuetudo obseruanda est quò ad vestes viduales, & vidua probat consuetudinem, & quid si nupserit intra annum num. 40.*

41 *Vidua an habeat lectulum mariti, & de quo lectulo intelligendum sit, & de legato lectuli facto viduæ.*

42 *Si vxor sit mortua, ad quem expensa funeris pertineat.*

43 *Conueniri debet is, penes quem dos est, etiam si restituturus sit dotem, & de Bartoli opinione. nu. 44. & quid si apponatur pactum, ne maritus de expẽsis funeris teneatur. nu. 45.*

46 *Quid si mulier præter dotem habeat parapherna, quomodo funeretur, et cuius expensis.*

47 *Quo casu maritus teneatur ad funus vxoris, & quod pertineat ad eius dignitatem, & de l. cum in fundo. ff. de iure doti. nu. 48.*

49 *Funus filij, quatenus pertineat ad patrem, & de l. sexta. Tauri an ex tertio sicuti ex quinto deducendum sit. numero 50. & de religione sepulchrorum nume. 51.*

51 *Summus Pontifex, & Episcopi quibus expensis sunt sepeliendi & funerandi.*

De expensis & sumptibus funerum. Caput octauum.

1 Quid autem contineat nomine sumptus, qui fit propter funus, explicat Macer Iurecõsultus in l. funeris sumptus. ff. de religiosis & sumptibus funerum. Funeris sumptus (inqt ille) accipitur, quicquid corporis causa erogatum est, veluti vnguentum, & pretium loci, in quo defunctus humatus est, & si qua vestiaria sunt, vel sacrophagi, & vestura, & quicquid corporis causa antequam sepeliatur consumptum est, funeris impensam esse existimo, quod quidem moderatum erit, & quantum necessum sit pro rei & personæ qualitate, nec quantum testator voluerit, si damnum alteri immineat l. prima. §. de impensa. ff. ad legem Falcid. ibi. Et Sabinus ita deducendam putat, si necessarium fuerit monumentum extruere & ibi rursum, neque enim ita monumenti ædificationem necessariam esse, vt sit funus & sepultura.

Idem Marcellus sensit in hinec amplius. ff. eodem. nec amplius (inquit) concedendum erit, quàm quod sufficiat ad speciem modicam monumenti. Quæ iura omnia duplicem cõtinent expensam, scilicet monumenti & corporis, vtrumq; autem agnouit lex nostra. 12. tit. 13. p. 1. vbi Gregorius omnia committit arbitrio iudicis. At verò dicto §. de impensa quadrat & conuenit cum dicta l. neque amplius. idq; ibi sentit Accursius, & Scribentes omnes. Licèt solus Albericus inter antiquiores correctionem quandam inducat, sed nulla correctio est, vtrumque ius moderatam impensam exigit, si de alicuius agatur præiudicio & damno, & ita intelligẽdum est, aliud esse expensam funeris, aliud monumenti construendi. 2 Impensa † namque funeris, quæ fit, dum efertur cadauer, necessaria semper est, impensa verò monumenti non aliter necessaria est, quàm si moderata sit.

In vtraque autem semper moderatio admittenda est, excessus verò vitandus, ea autem moderatio in eo versatur, vt impensa funeris sit secundùm qualitatem personæ, & facultates, & bonorum quantitatem, & consuetudinem ciuitatis, in qua quis moritur, vtque in sepulchro maiorum suorum sepeliatur, si maiores sepulchrum habeant, aliàs sepulchrum cõparetur quale vicinus, amicus, & consanguineus habere consueuit. Qua distinctione admissa, quę est Pauli de Castro in dicto §. de impensa. cessant maximè difficultates Doctorum: cum enim in præiudicium alicuius agitur, ita intelligendum est voluisse testatorem. Testator enim, qui substantiam suam legatis consumpsit, neque necessaria reliquit ad sepulturam, sui oblitus, visus profecto est, necessarium illud ad funus & sepulturam suam voluisse ex legatis deduci. l. at si quis. §. sed & si res. ff. hoc tit. Sed & si res, inquit Vlpianus, legatæ sint a testatore, de cuius funere agitur, neque vnde funeretur, ad eas 3 quoque manum mittere oportet † satius est enim de suo testatorem funerari, quã alios legata consequi. Rursum si quippiam immoderatum iusserit testator, id quidem coercendũ est intra modum, si subsit damnum, ad quod facit l. seruo alie no. §. fina. ff. de legatis primo. Ineptas voluntates, inquit Martianus, defunctorum circa sepulturã, veluti vt vestes, aut quæ alia superuacua ei in funus impendantur non valere. Papinianus libro tertio Digestorum scribit, ex quibus hi qui in restitutione hæreditatis agunt de impensis funerum, accipient quidem sumptus, sed eos moderatos quantum personæ dignitas, facultas, & quantitas bonorum, consuetudoq; patriæ ferat & indulgeat.

Denique ea impensa veniet soluenda, quam vicino & consanguineo æquali genere & patrimonio vicinus, & consanguineus facit in sepultura. Nostro autem iure etiam si amplæ facultates sint, funeralibus & lugubri vestimẽto positus modus est anno.

4 †Neque nouum quærendum est ei sepulchrum, qui maiorum suorum sepulchrum habeat, item in oblationibus & sacrificijs id obseruabitur. Quæ omnia Paulus de Castro optimè in dicto §. de impensa. & ibi Angel. & in l. hæreditas. §. primo. ff. de petitione hæreditatis. Ioannes de Imola in dicto §. de impẽsa. & in l. si ex re. §. illud. ff. de stipulatione seruorum. dicens quòd quatenus expenditur vltra necessitatem, dicitur impensum ad vanam gloriam, facit capit. animæ defunctorum. 13. quæstione secunda. & in cap. Ebron. eadem caus. & quæstione, vbi quòd in sepulchro maiorum suorum sepulti sunt Abraham, Isaac, Iacob, cum Sara, Rebeca, & Lya, & ante ipsos Adamus cum vxore Eua, frequensque dicendi modus est in sacris literis de Regibus Israel, obijt Rex, & sepultus est cum patribus suis, Dicebatque Tobias filio suo. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meũ sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius, & cum ipsa compleuerit tempus suum, sepelies eam iuxta me in vno sepulchro. Tob. 14. capit. Aeneasque, si prophana miscere sacris liceat, id optauerat illis verbis. O terque quaterque beati queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis contigit oppetere. Est enim iucundum cum moriendum sit cum maioribus sepeliri.

Ex quibus suborta sæpè quæstio est, an liceat vniuersis in sepulchro maiorum suorum sepeliri. Et ex facto in nostro hoc Senatu agitatum est, quòd sepulchrum maiores maximis sibi sumptibus magnificè construxerint. Hãc quæstionem nouissimè attingit Ludouicus Molina de Primogenijs Hispanis, libro primo. capitu. 24. numero 41. Quatenus pertinet ad successores maioratus, ego autem, licèt ipse, vt reliqua omnia, ita hoc copiosè & cum ingenio tractauerit, aliqua præter ipsum dicturus, distinguo inter monumentum & sepulchrum, illud enim est res memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum si verò nihil eorum erit monumentum, memoriæ causa factum, quod Græci ξενοτάφιον vocant l. monumentum. ff. hoc titu. l. secunda eodem. vbi Vlpianus sepulchrum inquit est, vbi corpus ossave hominis condita sunt, monumẽtum est, quod memoriæ seruandæ gratia existit. Itaque si capellam construxeris, quandiu corpus illatum non sit, meritò sepulchri nomine non continetur, vnde dispositio iuris, quæ de sepulchro est, capellam non continebit, in qua adhuc corpus non sit illatum.

Ex quo in diuisione bonorum, si capella cum bonis cedat vni ex hæredibus, proprio iure habebit, & quandiu ipse corpus non intulerit, sepulchrum non est, immo cohæres inferre non poterit: quia non est sepulchrum effectum, diuersa enim sunt monumentum & sepulchrum, & diuerso iure censentur. Elegans cõsideratio ad l. si sepulchrum. C. eodem ibi. ius eius ad omnes hæredes pertinere, neque diuisione ad vnum hæredem redigi potuisse, postquam autem corpus illatum est, monumentum esse desijt, & sepulchrum factum est, tunc quidem rectè quæritur, an omnes agnati & cognati, & de familia, an verò soli hæredes in eo sepeliri possint. In quo solet distingui, iuxta sepulchrorum rationem ab ipsis Iurecõsultis traditam, Alia enim sepulchra (aiunt ipsi) sunt hæreditaria, alia familiaria, hæc sunt quæ sibi quis familiæque suæ constituit, illa verò sunt quæ sibi & hæredibus, vel quæ pater familias iure hæreditario quæsiuit l. familiaria. cum l. sequen. ff. eod. l. ius sepulchri. & l. ius familiarium. C. eodem. Quibus præmissis sit vniuersa traditio, & sine dubitatione vlla, quòd siue sepulchrum familiare sit sibi hęreditarium, omnes liberi, cuiuscunque sexus vel gradus sint possunt sepeliri in paterno, auitove sepulchro, siue hęredes sint, siue nõ sint hęredes. Intelligimus autem liberorum nomine nepotes & pronepotes, cęterosq; qui ex his descendunt, iuxta l. liberorum. ff. de verborum & rerum significatio. probat mihi id apertissimè tex. in l. vel quę pater. ff. de religiosis & sumptibus funerum, quod quidem est Vlpiani responsum, qui cum ibi distinguat inter sepulchrum familiare & hæreditarium, statim post distinctionem subdit his verbis.

Sed in vtroque hęredibus quidem cęterisque succcesoribus

Source : BIU Cujas

ribus qualescunque fuerint licet sepelire & mortuum inferre, etiam si ex minima parte hęredes ex testamento, vel ab intestato sint, licèt non consentiant alij. Liberis etiam cuiuscũque sexus, vel gradus, & filijsfamilias & emãcipatis idem ius concessum est, siue extiterint hæredes, siue se abstineãt. Hæc Vlpianus.

Ex quo responso successor maioratus, qui hæres non est, si sit ex liberis eius, qui sepulchrum constituit, vel sit sepulchrum hæreditarium, vel familiare, sepeliri in eodem sepulchro poterit, si velit. Quod existimo verum ex Vlpiano, licèt Ludouicus Molina, vbi supra, videatur contrarium tenere, sed intelligendum est, sensisse de successore maioratus non hærede eius, qui sepulchrũ constituit, qui non erat de liberis eius. In his verò qui ex liberis non sunt, an possint sepeliri, ob seruanda est distinctio sepulchri familiaris & hæreditarij. In quo sunt duo iura, quæ licèt specie pugnare videantur, re vera conueniunt l. ius sepulchri. & l. ius familiarium. C. eodem. Ex quibus illud indistinctè verum est, quod in vtroq; possunt sepeliri hæredes, licèt extranei l. ius sepulchri, tam familiaris, quàm hæreditarij ad extraneos etiam hæredes pertinent. C. eodem.

In necessarijs autem hæredibus nulla difficultas est, in hæreditario sepulchro certũ est, quòd hæredes solum possunt in eo sepeliri, in familiari omnes de familia, etiam si hæredes non sint, dicta l. ius sepulchri. Qui autem in hoc intelligãtur de familia explicat dicta l. ius familiarium, vbi quod affines & cognati non sunt de familia, quãtum ad hoc ius sepulchri vt agnati solum de familia intelligantur quò ad hoc ius sepulchri. Nota est enim differentia inter agnatos & cognatos. Ex § sunt autem agnati. Institutio. de legitima agnatorum tutela Sed hoc Accursius existimat correctum, vt in hoc nulla sit differentia inter agnatos & cognatos in eadem l. ius familiarium. verbo, Cognatos. per Authent. de hæred. ab intestato. §. nullam. collatione 9. quod quidem reprehensorem non habet, & est rationi conuenientissimum.

Ex qua Accursij opinione omnes agnati & cognati in familia esse intelliguntur, quantum attinet ad ius sepulchri familiaris, In liberis igitur & descendentibus, tam masculis, quàm fœminis, tam hæredibus, quàm non hæredibus nihil distinguimus inter sepulchrum familiare, & hæreditarium: in familiari verò sepulchro omnes de familia admittuntur, nec distinguimus inter agnatos, & cognatos, in alijs casibus distinctio erit obseruanda. Illud quoque aduertendum est, esse generale in omni sepulchro, siue familiare sit, siue hæreditarium, quòd nemini licet in eo inferre, nisi cum qui de familia & posteritate sit eius, qui sepulchrum cõstituit, dicta l. vel quæ pater. ibi, non etiam alios præter suam posteritatem inferre licet. Vnde ad dictã l. monumenta. C. de legatis. intelligendum est ius sepulchri, idest inferendi mortuum posse legari, vt scilicet testator possit tibi legare suum sepulchrum, idest ius vt in suo sepulchro inferri & sepelri possis, quod ipse habebat, vel sibi constituerat, aut ab alio legitimo modo quæsierat.

Si verò cohæres sis cum alijs fratribus, quo casu habes ius sepulchri hæreditarij, quod sibi pater omnium construxit, si non fratrem, aut aliquem ex liberis patris instituas hęredem sed extraneum: tunc quidem vtiliter intelligendum est, ius illud inferendi non transire cum sua hæreditate ex dicta l. vel quæ pater. quia non alios præter suam posteritatem inferri licet. Vnde dicta l. monumenta. intelligenda est, cum quis solũ sepulchrum sine communicatione obtinet, vel si commune est, habet cum extraneis cohæredibus, extraneus quoque ipse. Nam si cum familiaribus habeat, vel cum successoribus eisdemque liberis eius qui sepulchrum construxit, non licet sibi ullo modo inferre, nisi posteritatem. Ex quibus superest hæc de sepulchri iure quæstio exposita. Itaque moderatos volumus sumptus, sed ita vt in contumeliam non cedant, iudex enim qui de hac re cognoscet, interdum sumptum omnino non debet admittere modicum factum, si forte in contumeliam hominis locupletis modicus factus sit. Nam non debet huius habere rationem, cum contumeliam defuncto feciſſe videatur, ita eum funerando, ita Vlpian. in l. at si quis. versi. iudex. ff. eo. Hæc adde domino Couar. in c. Raynutius. §. 9. numero 11.

5 †Habenda ergo est ratio funeris & sepulchri, nec barbare cum Anaxagora omnino sepulchrum negligamus, qui cum Lampasci moreretur, quærentibus amicis vellet ne Clazomenas in patriam, vbi maiores eius sepulti erant, si quid ei accidisset aferri, nihil necesse est, inquit, vndique enim ad inferos tantundem viæ est, facilemque (dicebat ille) iacturam sepulchri. Cuius quidem rationem Cicero illam esse dicebat Tuscul. quæstio. libro primo, quòd scilicet tota ratio humationis ad corpus pertineat, in quo elapso spiritu nullus sensus supersit, ob idque facile contemni possit, quod non intelligeretur ab eo, cui impenderetur.

6 † Olim enim iam tum à Cecrope receptus fuit modus in sepultura, terra enim humabantur mortui, quæ terra obducta nostra fugib. obserebatur, vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur, terra autem ipsa frugibus censebatur expiata, vt viuis deinceps redderetur, postquam autẽ terra humabantur, sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati, apud quas de mortui laude agebatur, vbi nisi verũ nihil prædicabatur: nam mentiri de mortuo laudes, nephas habebatur, hæc erant prima funera humatio in terra, cum epulis & laude, postea verò adeo creuit, vt prope miracula de
7 sepulchris referantur, notissimum †est sepulchrum ab Arthemisia factum Mausolo coniungi Cariæ Regi, qui obijt olympiadis centesimæ anno secũdo, opus id vt esset inter septem miracula optimi quos sua ætate habuit Græcia artifices Scopas, Briaxis, Timothæus, Leochares, referuntur, patebat ab Austro & Septentrione sexagenos ternos pedes, breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos vndenos, in altitudinem attollebatur cubitis vigintiquinque, cingebatur columnis triginta sex, ab Oriente cœlauit Scopas, à Septentrione Briaxis, à Meridie Timothæos, ab occasu Leachores, nobilissimi sua ætate pictores, & priusquam peragerent, Regina Arthemisia obijt, quæ mariti memoriæ Mausoli opus id extrui iusserat.

Non tamen recesserunt nisi absoluto iam, id gloriæ ipsorum artisque monumentum iudicantes, hodieque certant manus, præter quæ accessit quintus artifex, namque supra cacumen pyramis altitudine inferiorem æquauit, vigintiquatuor gradibus in metę cacumen se contrahens, in summo est quadriga marmorea, quam fecit Pahis, hæc adiecta centum quadraginta pedum altitudine totũ opus includit, hoc est illud sepulchrum quod effectum est à Regina Arthemisia Mausolo regi coniugi, à quo Mausoleum dictum est, refert Plinius Naturalis historiæ libro 3. capit. 5. sed vt hæc quæ fabulosa videri poterant superet veritas, immo vt viri Romani admiremur diuitias & luxum, sepultus est Clusio sub vrbe, in quo loco monumentum fecit lapide quadrato, singula latera, pedum lata tricenum, alta quinquagenum, quinque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilẽ, quo si quis impropere sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio verò vna, in immo latæ pedum septuagenum quinum, altæ centum quinquagenum, ita fastigiatæ, vt in summo Aeneus orbis, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta cathenis tintinnabula ex ære campano, quæ vento agitata longe sonitus referant, vt Dodone olim factum est, vnde Dodoneum æs, supra hunc orbem quatuor pyramides insuper singulæ extant altæ pedum centenũ, supra quas aliæ in solo quinque pyramides positæ, quarum altitudinem adijcere puduit Varronum, hæc Plinius. lib. 36. capi. 13. qui de pyramidib. Aegyptijs capite 12. egerat, adeo tunc insaniebant iam mortales, cum enim se omnino morituros pernoscerent, ex lapidibus recordationem, & immortalitatem expectabant, nihil eius memores, quod regna palã moriantur, & vrbes.

8 † Huiusmodi atque alios id genus sumptus in construendis monumentis exosa antiquitas leges plures tulit, quibus hos sumptus coherceret, nec enim hoc à sapientissimis legũ scriptoribus neglectum est, scilicet sepulchrorum magnificentiam esse minuendam, post Solonem enim, qui nihil de hac re attigerat, quod moderatè admodum sepulchra sua ætate construebantur, humatis hominibus, & terra coopertis propter nouas sepulchrorum amplitudines, lege sancitũ est, ne quis sepulchrum faceret operosius quàm quòd decẽ homines efficerent triduo, nec id operæ tectorio exornari, nec Hermas eos, quos vocãt, licebat imponi, Hermæ statuę sunt truncæ, quales in columnis quotidie videmus, hoc Athenis de sepulchris sancitum fuit, posteà verò angustior de hac ipsa re pręceptio, sepulchris enim nouis finitus modus est: nam super terræ cumulum noluerunt Areopagitæ quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut mensam, aut labellum, atque huic rei certum magistratum, qui de sepulchris cognosceret, pręfecerunt, Plato quoque vetat ex agro culto, eove, qui colli possit, vllam partem summi sepulchro. Sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum recipiant. Ea potissimum vt compleatur, quæ autem terra fruges fert, & vt mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, nec viuus, nec mortuus, extrui autem vetat sepulchrum altius, quam quod quinque diebus absoluerint, nec ex lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat laudem emortui in cisam, nec plus quàm quatuor heroicis versibus, quos lõgos appellant, de columella illa, quæ ex Areopagitarum decreto sepulchro superim poni permittebat, extat recordatio apud

Dioge-

Source : BIU Cujas

Diogenem Laertium in vita Diogenis Cynici, ad finem. Ait enim, Diogenem sepultum esse Corinthij ad portam, quæ in Isthmum ducit, subditq́ue Corinthios erexisse illi tumulum, & super tumulum columnam, & canem desuper sculpsisse.

9 †Ex qua, columella antiqua quæ superponebatur sepulturæ videri potest, traxisse originem Tybon, quam nos nostro nomine Tumba vocamus.

De qua Cicero qui hæc omnia de legibus. secundo libro ad finem. quæ quidem opportuna sunt ad l. nec amplius. ff. ad legem Falcidiam. vbi Marcellus non amplius concedẽdum esse existimat ad monumẽtum, quàm quod necessarium sit, atque id contineri ibi nomine expensæ funerariæ censet Accursius, & post eum Bar. Imo. Alex. & tenent Scriptores in l. 30. Tauri. inter Taurinas leges.

10 †De sumptibus quoque funeris lege duodecim tabularũ, tabula decima lex refertur, quę iam à Solone profecta credi tur, ea verò ad funus potius, quàm ad sepulchrum pertinet, cuius verba refert Cicero vbi supra in hunc modum. Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neuè vrito, rogum ne faci to, ascia ne pollito, mulieres genas ne radunto, neuè læsum funeris ergò habento, tribus ricinijs & vinculis purpureæ, & decem tibicinibus funera fiant. Hactenus lex duodecim ta bularum, tabula decima de sumptibus funeris constituit.

Quod autem ait lex in vrbe ne sepelito, neuè vrito, Cicero de sepultura in vrbe nihil dicit.

Nos tamen ita explicamus, quòd scilicet ab hac lege duodecim tabularum non licebat quẽq́ue in vrbe sepelire, idq; perpetuo tenore fuit obseruatum l. prætor ait. §. diuus Adria nus ff. de sepulchro violato, Diuus Adrianus (inquit Vlpianus) rescripsit, & pœnam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepulchrum faciunt, quam fisco inferri iuſ sit, & in magistratus eandem statuit pęnam, qui passi sunt, & locum publicari iussit, & inde corpus trãsferri. Causam eius prohibitionis refert Iulius Paulus vetus iureconsultus libro primo. receptarum sententiarum, titulo de sepulchris, & lugendis. §. secundo. his verbis, corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis, & qui cõtra ea fecerit, extra ordinem punitur, eandem causam refert l. mortuorum. C. de religiosis & sumptib. his verbis, Mortuorum reliquias ne sanctum municipiorum ius polluatur intra ciuitatem cõdi iam pridem vetitum est.

Vbi verba illa, Iam pridem non sunt referenda ad dictũ §. Diuus Adrianus. vt censet. Accursius, sed potius ad hanc legem duodecim tabularum, quam interpretamur: & quanuis hoc ita constitutum erat, præclaro tamen viro triumphali, & qui de patria bene esset commeritus, licebat in vrbe condi, ita refert Plutarchus in Romanis quæstionibus, atque eã fuisse quoque legem Athenienſibus refert ex Lyparei autho ritate Valeri. & Caij Fabricij, ob præclara gesta in foro sepulti sunt. Cicero quoque Tubertum recensẽt in foro sepultum propter eximiam virtutem: Reges quoque Romani in foro monumenta sua habuere refert Apianus Alexandrinus de Bello ciuili, libro secundo. cum de morte Cæsaris, & eius funere ordinem & pompam narrat, qui eo quoque authore in media vrbe exustus est.

Hæc fuit antiqua obseruatio, ne quis in vrbe sepeliretur, subdit lex illa vetus duodecim tabularum, neuè in vrbe vrito, Cicero propter ignis periculum dictum fuisse existimat, quodq́ue lex geminat dicens mortuum ne sepelito, neuè vri to, indicat non sepeliri qui vritur, sed qui humatur, antiquiſsimum enim sepulturæ genus quo Cyrus vtitur apud Xenophontem illud fuit, quo corpus terrę redditur, & ita locatum ac situm est, quasi matris terræ cooperimento obducatur, hoc sepulchri genere vsi sunt antiquiores.

Exemplũ est, quod à Sylla Marij ossa dissipata sunt, quod fatum sibi quoque timens Sylla, primus inter Cornelios cre-
11 mari voluit † atque hos ita humatos sitos vocabant. Non igi tur qui vritur sepellitur, sed qui humatur, quod autem ait lex de tribus ricinijs, vestimentum hoc erat lugubre & funeſtum, ita interpretabatur Sextus Aelius, & Lucius Accilius veteres legum interpretes non enim decebat funus alba vestis & festiua, vnde Iulius Paulus dicto libro primo. receptarum sententiarum, titulo vigesimoprimo. de sepulchris & lugendis. §. tertio. ita inquit. qui luget abstinere debet à conuiuijs, ornamentis & alba veste.

Nostra autem lege Hispaniæ finitus quoq; & taxatus modus est his ricinijs, ideſt vestibus lugubribus, vestibusq́ue lu-
ctuosis, deducto modo iam pridem à lege hac duodecim tabularum, qua tribus ricinijs totum funus complebatur, sub dit lex, neuè læsum funeris ergo habento, læsum Lelius vetus interpres, quasi lugubrem eiulationem interpretatur, expendenda autem sunt verba Lelij interpretis, ait enim, lęsum hoc est lugubrem eiulationem, non verò fletum fuisse lege duodecim tabularum prohibitam, humanum erit, propter amicorum mortem, & propinquorum flere, eiulare verò ferinum, nihil enim, vel immoderatè casu aliquo commoueri, aut pecudis, aut stulti est, aliorum verò casum condolere humanum, ideoq́ue lex duodecim tabularum prohibet eiulationem non fletum, æneus esto, aut mortem amicorum con dolebis.

Nam & Iacob Patriarcham tota fleuit Aegyptus septuaginta diebus, & Ioseph & fratres eius cum patrem deferrent in terram Chanaam ad sepeliendum celebrantes exequias ad aream Azael quæsita est trans Iordanem, planctu magno atque vehementi impleuerunt septem dies, & nomen à plan ctu inditum loco est. Geneseos capit. 50 & de Beato Stephano legimus, quòd sepelierunt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum, ideo in Concilio Arelatenẽ. tertio circa tempora Leonis Papæ, Sessio est his verbis, Laici qui excubias funeris obseruant cum timore & terrore & reuerentia hoc faciant, nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec iocos, nec saltationes facere, quæ Pagani docen te diabolo adinuenerunt.

Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum à religio ne Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & chachinis ora dissolui & omni pietate, & affectu charitatis postposito quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerit resonare pro amissione chari fratris. Hactenus Concilium, & Iulius Paulus receptarum sententiarum titulum fecit de sepulchris & lugendis. & §. tertio. qui luget (inquit) abstinere debet à conuiuijs & ornamentis & alba veste Multa quoque lex duodecim tabularum de vnctura, de pota tione, deq́ue accerra, fiebat enim potatio, & epulas inibant propinqui coronati, & de laude mortui agebatur, ex Cicero ne dicto lib. 2. de legibus, ad finem.

12 †Quod quidem nostri sanctissime prohibuerunt sacris Ca nonibus de his constitutis capit. nullus. 44. distinctio. Quo in loco conuiuia turpia in mortuorum funere prohibẽtur, nullus presbyterorum (inquit Concilium) quando ad anniuersarium diem, trigesimum, aut septimum, vel tertiũ alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, vel alios ad bibendum coge re, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes, ibi referre, aut cantare præsumat. Veteres enim Græci & Romani ex Cicerone vbi supra potationes, & epulas admiserunt, & cãtus & carmina, quod lege duodecim tabularum diminutum fuerat.

Lege autem Pontificia omnino prohibitum, ne in defun ctorum funere conuiuia fiant, nec his assideant viri religiosi & pij, quod in hoc Regno apud Gallecos perpetuò prohibitum, & perpetuò retentum est, & prohibebitur semper, & apud rusticos perpetuò retinebitur.

13 †Ex his autem non est intelligendum conuiuia omnino prohibita esse clericis & religiosis: conuiuia enim quæ fiũt pauperibus, religionis amore, & charitate etiam clericis per mittuntur in funere. Dum tamen hæc conuiuia non fiant in templis sacris capit. conuiua. 44. distinctio. capit. non oportet. secunda distinctio. capit. qui Can. 42. distinctio. quæ conuiuia, quæ pauperibus exhibebantur amoris & charitatis vi charitatem vocarunt veteres, & significarunt hoc verbo ἀγά πη, quod est charitas, Iudas in epistola inquit Hi sunt inter charitates vestras maculæ, mutuo conuiuiantes, absq; timore, & verbũ illud inter charitates, ideſt, inter comeſſationes interpretatur, quæ fiebant charitatis gratia. Vnde charitates dictæ sunt, quo verbo vtitur Hieronymus in epistola ad Eustochium. Cyprianus libro tertio ad Quintum. capit. 3. Videplura adducentem D. Dida. Couarru. in capitu. fina. de testament. in principio, quod eo notaui, quòd in nostro Præto rio Galleco nomine charitatis significamus pẽsionem, quæ quotannis soluitur ab aduocatis ad comparandum cæreas candelas, & funeralia, quibus sacra fiant, & corpora mortuo-
14 rum sepeliantur † cum enim vulgò Annalia vocentur, nobis charitas nuncupatur, sicuti conuiuia & commeſſationes pię dicebantur agapę, ideſt dilectio, vel charitas, scilicet quòd fiebant charitatis & dilectionis causa, ita pensio illa dicitur agape nobis, ideſt dilectio, vel charitas, quòd feruentiori amore, & charitatis quodam veluti voto; persoluatur, deducto verbo à Hieronymo Cypriano, & Iuda in hystoria sacra. Deniqne id dictum volumus, semper funeris sumptus iuraq́ue ipsa sepulchrorum legibus moderatos fuisse, vt non miremur, si nostri quoque hodie modum in his quærant, cũ ricinijs, ideſt vestibus lugubribus, quas nos nostro nomine vocamus Lutos, & funeralibus sit constitutus modus lege lata.

15 †Itaque funeris sumptus necessarios eos intelligimus, qui ad sepeliendum corpus fiunt in ipso funere & in ipsa dumta-

xat

xat sepultura, nihilque amplius obseruata personæ quæ sepelitur qualitate & bonorum facultate l. 12. titulo. 13. part. 1. ibi. Quo aquestas despensas se an fechas mesuradamente, catando la persona de aquel por quien son fechas. Quin sicubi consuetudo recepta inoleuit, vt nouendiale fiat. Solet enim funus repeti septimo sæpe, non nunquam nono die, passim vero anno expleto.

De quo in dicto ca. nullus. 44 distinct. cap. quia alij 13. quæstione secunda. quia alij, inquit Ambrosius, tertium diem, alij trigesimum, alij septimum, alij quadragesimũ obseruare consueuerunt, quid doceat lectio consideremus. Defuncto inquit Iacob præcepit Ioseph pueris sepultoribus, vt sepelirent eum, & sepelierũt sepultores Israel, & completi sunt quadraginta dies. Sic enim dinumerabantur dies sepulturę, & luxit eum Aegyptius septuaginta diebus.

16 †Hæc ergo sequenda solennitas, quam præscribit lectio, nouendialis autem mentionem fecit Horatius in Epodo, & Cœlius Rhodiginus lectionum antiquarum. c. 45. lib. 9. de septimo die apud Ecclesiasticum. capi. 22. Luctus mortui septem dies, de anniuersarijs meminit Tertullianus, de Monogamia, quòd anniuersaria pro defunctis celebrari consueuerant Dion Casius de Adriano Cæsare ita inquit, quare minimè mirandum est, si Plotinam mortuam, cuius potissimũ opera Imperium adeptus fuerat, eumque amauerat excellẽtissimè coluerit & ornauerit, per nouem enim funeris dies pullatus incessit, templumque erexit, & hymnos in eam fecit. Quæ quidem aduertenda sunt, vt horum quoque dierum ratio habeatur in expensa funeris facta, in quo plurimũ valebit consuetudo, & bonorum facultas, personæque qualitas.

Quod enim ait l. funeris sumptus. ff. de religiosis & sumptibus tun. Si qua vestiaria sunt non ita accipiendum est, vt nomine huius vestis intelligamus vestes lugubres, quæ domemus, vel consanguineis fieri solent vel hæredibus.

17 Hæ† enim vestes vulgò Lutos, nisi emortuus dandas censuerit, necessariæ ad funus non sunt: sed in dicta l. funeris. nomine illo vestiaria illa intelligimus quibus cadauer inuoluisticis vulgo Mortaja. Atque panum illum quo Tybon vocabant Græci, vt est apud Ciceronem, supra nos Tumba vulgari verbo vocamus, contegitur, & cooperitur. Hæc ferè sumptus nomine funerarij intelligimus. Vide Cassaneum in consuetudinibus Burgundię. Rubr. 4. §. 9. & ne sunt. pagina mihi. 173. quæ est egregia declaratio ad glo. verb. funesta, in l. si exre. §. finali. ff. de stipulat. seruorum. quam sequitur, præter cæteros Angelus ibi, & Ioannes de Imola, & sequutus est Didacus de Castillo in l. 30. Tauri. verb Gastos. Vere enim tenẽdum est vestiarijs, de quibus in dicta l. funeris. id solum contineri, quod cadauer contegitur, vestes verò lugubres qui fieri sibi velit de suo soluat.

18 †Vnde intelligendum est, quod hæc ipsa necessaria impẽsa funeris ad sepulturam & nouendiale, vel annale ex consuetudine. Denique id quod impenditur in sepultura corporis necessariæ expensæ nomine contineri: ex dicta l. funeris. Atque hæc ipsa expensa est illa quæ præfertur æri alieno, iuxta l. impensa. ff. eodem. & l. secunda. titu. 13. par. 1. quod dicimus de nouendiali, annali, vel anniuersario cautè accipiendum est. Non enim adeò necessarium arbitramur, sicuti est ipsa corporis sepultura, ob idque si facultates emortui creditoribus non sufficiant, melius est anniuersarium omitti, vel nouendiale negligi, quàm impie æs alienum deglutiri. Si verò facultates mortui suppetant, sine iniuria & damno creditorum non existimo omittenda esse, ob idque in ratione hæreditaria, cui sumptus funeris necessarij erunt persoluendi, rectè quoque soluentur funeris nouẽdiales, vel annales sumptus obseruata consuetudine, quam honestè omittere non potuit ille, qui funus fecit.

Est enim ea consuetudo laudabilis ex dictis legibus, & Pontificalibus constitutus. Sic itaque accipiendum est, quod dicitur in dicta l. impensa. & in dicta l. 12. impensam funeris deducendam esse prius, quàm æs alienum. vt id intelligamus iuxta prædicta de impensa funeris ad sepulturam dumtaxat emortui, in quo non continebitur, nisi vestiarium, quo indutum cadauer sepelitur, vel quod Tybon cooperit, non verò vestes lugubres continebuntur, funeralia autem cerea & alia id genus quoque pro personæ & facultatibus eiusdem, & loci consuetudine, d. l. 12. ibi. Ca fazen las en cumplir los monumẽtos. Et pertinet ad ea quæ diximus de sepulchris. Y aun en fazerlos leuar a sotterar, e mayormente quando mueren fuera de sus lugares, e los hã delleuar alla, y para guardar los de no che e de dia quando non los pueden soterrar, e en candelas, e en mortajas, e en todas las otras despensas que fazen por razon del cuerpo antes que sea soterrado. Hæc est necessaria expẽsa, & subdit. Deue gelas dar de los bienes del muerto ante que paguen ninguna cosa delas mandas que fiziesse en su testamento, ni a un delas deudas que deuia en qualquiera manera que las deuia, e ante que partan ninguna cosa de su auer los herederos que lo ouieren de auer, solo que estas despensas se an fechas mesuradamente, catando la persona de aquel por quien son fechas. Quæ verba vltimo posita cõfirmant ea quæ ex Paulo adduximus in dicta l. 1. §. de impensa. ff. ad legem Falcid. Itaque ius nostrum impẽsam illam omnino necessariam ad sepulturam æri alieno præponit non alia, quæ ad honorem fieri consueuerunt. Si igitur ære alieno quis adeo grauatus fuerit, vt deductis ex patrimonio funeris necessarijs expensis creditoribus præ iudicium fiat, patiẽter illi ferent.

19 †Nec enim funus detineri potest propter creditores, nec corpus inhumatum infletumque detinebitur, ob id ipsum glo. in cap. ex parte. el primo de sepulturis. Abb. ibi, & Francus in capitu. qua fronte. de appellationibus. Humani enim corporis sequestratio fieri non potest etiam ob instrumentum executiuum. Xuarez in repeti. l. regni. post legem, post rem iudicatam. ff. de re iudica. 6. ampliat. Hyppolitus singul. 199. Felyn. in cap. quàm sit. de Iudæis. Couarru. in capit. Raynaldus. de testament. §. 3 numero 3. regia l. finali. tit. 13. par. 1. contra Seguram in l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. & Ang. in Auth. vt defuncti seu funera eorum, quæ inuestigatio eo pertinet, si cum creditoribus lis sit.

20 †At verò si creditores sint & filij, quibus respectiuè debita & legitimæ portiones sint debitæ, tunc quidem alia considerario est, deducetur enim istiusmodi impensa ante æs alienũ tum vero creditoribus satisfiet, demum de residuo portiones legitimæ fient, quòd si impensa hæc necessaria respectu portionum quintum excesserit, cum tamen necessaria sit, filijs deuoranda est isthæc molestia, non verò creditoribus: filij enim boni consulant, quòd aliquid supersit in hæreditate qui patrem sine vllis bonis emortuum aliàs erant funeraturi suis expensis: si verò filiis nihil remaneat, atque ære alieno soluto impensa necessaria seruari non possit, creditoribus oberit, tenet Couarruuias vbi supra dicto §. 3. nume. 2. Inter filios vero ex quinto paternæ hæreditatis huiusmodi impensæ soluuntur. l. 6. inter Taurinas leges. Quòd si quintum relinquat pater filio naturali pro alimentis, & deductis expẽsis funeris, non sit quintum illud sufficiens ad alimenta, adhuc existimo, quòd ad portiones legitimas filiorum non sit deueniẽdum, sed recurrendum est ad ea quæ diximus supra.

21 †Si vero quispiam veluti executor testamenti has fecerit impensas, & quintam bonorum partem necessariè expensæ excesserint, filii quidem patienter ferent, intra quintum autem expendet, ex Paulo in d. §. de impensa. & ex d. l. 12. tit. 13. par. 1. pro loci & personæ qualitate. Dummodo in funeralib. & vestibus luctuosis modum lege nostra Regia taxatum & definitum non excedat, ipse autem executor, qui huiusmodi necessarias impensas facit, in exactione rerum hæreditariarum, & fructuum, si quas quoq; expensas fecerit ex bonis defuncti, poterit deducere, Ioannes Andreas, Archidiaconus, Dominicus, in capitu. fin. de test. lib. 6. Paulus Paris. cons. 26. numero 18. volum. 4.

22 †Illud quoque huc pertinet, quod ait Abb. in c. vt præteritæ. de elec & Dec. cons. 157. & Abb. in disputatione, Sempronius. primo dubio, q͗p succeſſor in ecclesia tenẽ necessarias expensas in funus Rectoris & parochi emortui erogare, alia verò, quę pertinent ad magnificum sepulturæ ornatum, hęredes tenentur subministrare. Afflic. decis. 84. Igitur necessariæ impensæ alia vbiq; ratio est. Alia vero eius quæ fit ad magnificentiam & honorem, vnde succeſſor vestes lugubres non præstabit, nec item filius, etiam si quinta ei pars bonorum relinquatur, quia hę vestes lugubres non continentur plerumq; nomine necessariæ expensę, sed filij istiusmodi vestes lugubres, vel ex tota hæreditate accipient, vel quisq; de suo faciet sibi, in seruis quoq; quod iustum bonumq; videbitur fiet pro personæ qualitate, & bonorum facultate, ex d. l. 12. Certè filia dotata, quæ patris emortui vel matris omnino hæres futura non est, de suo vestem illam lugubrem faciet, sufficietq; illam esse dotatam ad hoc, interim dum animũ non explicat consumat de suo, si pullata & luctuosa ꝑ parente videri velit.

23 †Ex his omnib. quæ dicta sunt facilè componitur difficultas illa, an expãsa funeris præferatur sicuti æri alieno. Ita quoque ęri alieno, qui habeat tacitã, vel expressam hypothecam vt puta fisco, vel vxori in reb. dotalib. quã quidem difficultatem, vt verum fatear, ita accipio, vt verbis quidẽ speciosa sit re vera tñ nihil solidum contineat. Nos. n. ẽt in hac quæstione agimus de funeris expẽsis necessariis, quas omnes ęri alieno præferunt. Itaq; ex decisione Iureconsultorum nullã subesse difficultatẽ intelligere poteramus: quia ipsi planè cũ constituãt quid necessariæ impensę noĩe contineat. De quo in d. l. sumptus funeris. & in l. at si quis. §. funeris cã sumptus. ff. de relig. & sump. fune. & d. l. 12 ti. 13. par. j. Deinde cũ dicãt, hãc

neces-

Source : BIU Cujas

necessariam impensam omnino præferendam esse omni æri alieno : ut in dicta lege at si quis. §. primo. & l. penultima. ff.de relig. & sumpt. planũ uidebatur cessare, istiusmodi difficultatem; qui enim dicit funeris impensam necessariam præferri omni æri alieno, plane nisi stolidus sit intelligere uidetur, de dote, & fiscali debito, in quibus æris alieni prior uox ipsa uerificatur, ut patet ad oculum, atque hæc quantum attinet ad ipsam impensam, quod uerò attinet ad differentiam inter expressam & tacitam hyppothecam, sicuti in hac parte, ita in cæteris iuris partibus passim uideo discrimina & differentias huiusmodi inter expressas & tacitas hyppothecas labefactari & à doctis longius propelli & eijci: quod nunc non prosequor, ubicunque enim ius hyppothecam subijcit, quam nos tacitam uocamus nostro nomine.

Video eidem omne ius omnem prærogatiuam concedere, sed ut cumque sit, licèt hæc difficultas Docto & egregie erudito nullum negotium faceret. omnibus tamen, quod ait Paulus, satisfaciendum est. Igitur Antonius de Fano de pignoribus. & hyppothe. quinta part. membro. secundo. numero uigesimooctauo. hoc ipsum attingit, qui tamen recitat opinionem Bart. in lege prima. ff.soluto matrimonio quarta oppositione, qui tenet, quòd huiusmodi impensa præfertur doti, quod sequitur Angel. de Aret. Instit.de lege Falcid.§.fina.in secundo.notabili: quorum assertio eo extenditur, ut quatenus de dote loquuntur, intelligamus huiusmodi prælationem in hyppotheca tacita, ex altera autem parte ponderat dictum Baldi in tractat. de dote. in secunda parte. nona limitat. qui tenet & admittit distinctionem & separationem inter expressam. & tacitam hyppothecam, & in hac opinione Antonius de Fano conquiescit, ut scilicet præferatur funeris impensa (nos de necessaria intelligimus:nam de alia nulla dubitatio iusta esse potest,) tacitæ hypothecæ, non uerò expressæ. Denique uult post Baldum, ut mulier, quæ instrumentum publicum habeat receptæ dotis cum hyppotheca dotis, hoc est obligatione bonorum ad solutionem dotis, consequatur dotem integram, insepulto, & inhumano uiro, nihilque de dote amittat ad sepulturam uiri necessariam, etiam si maritus inhumatus remaneat,quæ quidem opinio, etiam si nihil aliud pro se haberet,satis ex ipsa facti specie dura & inhumana uideri poterat.

24 Quid † enim est, quòd uir uxorem pauperem ex suo funeret, ex dicta lege quòd si nulla. ff. de relig. & sumptibus. ibi, quòd si nec hæredes habeat, nec pater soluendo sit, maritum in quantum facere potest pro hoc conueniri, ne iniuria eius uideatur, quondam uxorem eius insepultam relinqui; quia ex dignitate mariti sit, uxorem eius insepultam minimè relinqui, at uerò mulieri prærogatiua sit excogitanda, qua dotem consequatur insepulto uiro & inhumato.

Illa tamen distinctio inter hyppothecam expressam & tacitam minimè iure probatur lege finali. §. in computatio. C. de iure deliberan. lege impensa. ff. de relig. & sumptib. ubi Matianus inquit, impensa funeris semper ex hæreditate dẽducitur, quæ etiam omne creditum solet præcedere, cum bona soluendo non sint.Ponderando uerbum Omne,& uerbum Semper.

Nihil enim excludunt lege à procuratore. C. mandati. cap.si Romanorum. decimanona distinctione.Immo cum præcedat tacitam hypothecam: ut in lege at si quis. §. primo. ff.de relig. & sumpt.fun. ubi si colonus, inquit Vlpianus, uel inquilinus, sit is qui mortuus est, nec sit unde funeretur, ex inuectis & illatis eum funerandum Pomponius scribit, & si quid superfluum remanserit hoc pro debita pensione teneri, necessariò intelligendum est: expressæ quoque hyppothecæ esse præferendam, cum enim Imperatores tacitas hypothecas inuenerunt, id effecerunt, ut legibus subueniretur, quemadmodum sibi quisque aditis & consultis doctis & peritis in iure subuenire expresse posset.

25 † Omninoque tacitas hyppothecas expressis similes esse uoluerunt, probat mihi text. elegans & expressus in lege una. §. & ut plenius. C. de rei uxoriæ actione, ibi, sicut enim & stipulationes & hyppothecæ inesse dotibus intelliguntur, & inutiles stipulationes emendantur, sic & in posterum causa inueniatur ualida & perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumentis à prudentissimis uiris confectis, quod quidem Imperator uniuersum esse uoluit in omni tacita hyppotheca de lege inducta, in eod. §. & ut plenius, ibi, quemadmodum in administratione pupillarium rerum, & in alijs multis iuris articulis. facit l.pro officio C.de administra.tutor.ibi, bona tanquam titulo pignoris obligata, ubi quemadmodum si ipse tutor expressè obligasset bona sua pro administratione tutelæ, ita lex ipsa obligat, habes plura iura per totum C. in quibus causis tacitè pignus uel hyppot. contrahat. per totum, elegans tex. ad hoc in lege prima. C.communia de legatis, quæ ad prosequutionem legati hyppothecariam concedens, ita ait, cum iam hoc iure nostro increbuit iure testatori hyppothecam rerum suarum in testamento quibus uoluerit dari,etiam nos in præsenti casu hyppothecariam donare actionem, quæ etiam nullo uerbo præcedente possit ab ipsa lege indulci, & infra in eadem lege, per totam, cum igitur in hoc expressis hyppothecis per omnia exæquata sint tacite, cessat Baldi,& Antonij de Fano consideratio illa,quia in tacita & expressa eadem in hoc consideratio est.

26 † Adde in hac materia, quòd is qui publicè hospitatur, uocamus nos nostro nomine Mesoneros, si in hospitis emortui funus fecerit impensas, uel in infirmitate, non tenetur restituere bona hospitis emortui, nisi refusis expensis morbi & funeris, ita Paulus de Castro in lege in restituenda.C.de petitione hæredit. & ante eum Baldus & Bart. Et tenet Paulus & Baldus ibidem, quòd non præsumemus sumptus huiusmodi factos ab ipso stabulario; quia in hoc nulla præsumptio iuris est, contra Bart. qui in hoc & alijs id genus negotijs præsumptionem excogitauit, de qua Iaſ. in l. cum seruus. ff. de uerborum oblig. numero quarto. & Alexand.Ang.& Franciscus de Aretio ibi,existimabat enim Bartolus, quòd ubi factum requirit sumptum, præsumatur factum ab illo, qui suis expensis facere tenebatur, per text. in lege finali. C. de alimentis præstandis.

Vnde infert Barto. quòd si testator mandauit sibi fieri sepulchrum, & reperiatur factum, quòd præsumemus factum ab eo, qui facere tenebatur, per text. in dicta lege
27 finali.quod quidem bene ipse Iason explicat, ut † quod attinet ad hos sumptus recuperandos nihil præsumamus, cum agatur de obligatione inferenda & inducenda, sed is qui recuperare sumptus uoluerit probare tenetur, illos à se factos esse, quod probauit ex Paulo, & Baldo in dicta leg. in restituenda, idem probauit ille à quo hæreditas restituitur ex Barto. & Paulo, Baldo, secundùm hanc magis ueram opinionem in dicta le. in restituenda, iuris enim præsumptiones non sunt cumulandæ, nec aliæ admittendæ, quàm quas ius ipsum inducit, præsumimus enim ea, quæ ius uoluit præsumi, id est quia ius antequam aliquid con-
28 stet, † & absque alijs probationibus habet aliquid pro uero ex præpositione, præ, & uerbo summo. Ita Alciatus in principio de præsumptionibus, unde qui sine iure præsumit, præsumptuosè agit, temerariè & superbe. glo. in §. sic itaque, in Authentico de nuptijs. glos. & Felinus in capitulo. Iudæi. de testibus, cum ibi adductis.

Vnde in hoc casu, ubi agitur de sumptibus recuperandis, nulla est inducta à iure præsumptio, ac proinde sunt ab eo, qui se fecisse sumptus asseuerat probandi, nec quicquam facit l.fin. C. de alimentis pupillo præstandis. quia ibi fortasse contra Bart. nulla præsumptio est. Vere enim tutor ibi non excusatur a probatione,etiam si contraria probatio requiratur à pupillo: & si qua est, quam ego nullam esse arbitror in casu d.l.fina.alia adhuc ratio est tutoris, & stabularij. Tutor enim alere tenetur pupillum, quem domi in potestate habet,stabularius non item.Vnde quia à principio inest tutori obligatio alendi pupillum, quem domi suæ secum habet,ad hoc ipsum. ut eum alat, meritò cum pupillus reperiatur adultus, & domi tutoris alitus, præsumit ius abeo alimenta præstita, nisi pupillus aliunde se alitum ostendat, cum ex necessitate tutor teneatur alere,ita intelligit Paulus, & post eum reliqui in dicta l. cum seruus. ff. de uerbo.oblig.In quo Bart.doctrina saluari poterit: quem tamen indistinctè Iaſ.re prehendit ubi supra.

29 † Quod attinet ad uxorem uiduam,alia traditio est,si quidem an eidem dandæ sint uestes lugubres,necne.Quod qui dem faciendum existimauit gl.in l.4.ti.11.par.4.præter alios, de quibus inferius,& uetus illa glo.ex eo id colligebat; quia cum mulier uidua alimentanda esset, pronum quoque erat eandem inducere lugubri illo uestimento funeris,ex rõne l. uerbo uictus.ff.de uerbo.significat.Illa tamen quęstio,etiam si leuiter attingatur à nouioribus interpretibus legum Taurinarum.Altius tamen inuestiganda est, & multa in eam incidunt, maximè controuersa inter uiros egregie eruditos. Siquidem iam inde repetenda est,ab illa ueriſſima opinione contra communem & receptam sententiam,qua receptum est communiter, hæredes mariti sicuti ipsum maritum lucrari fructus rerum mobilium toto tempore annuæ dilationis, quæ datur marito ad mobilia restituenda, quam communem opinionem cum glo.in l.una.§.exactio. uersic.restituendis.C.de rei uxori.action.Bart.& communis Schola tenet in l.diuortio. ff. soluto matrimonio. Vbi expresse Paulus,

lus,Alexand.& Iason hanc receptissimam esse dicunt idem Zasius communem dicit libro secundo singu.responsorum capitulo tertio numero primo. Idem Couar. in quarta part. 2.capitulo tertio §.nono nume.9.notissimum enim est iuris
30 illud principium † dotem restituendam esse uxori relictæ, immobilia quidem cũ fructibus illico:at uerò mobilia intra annum,d.§.exactio.& l.penultima.tit. de las dotes.part.quarta tenet igitur communis opinio, quòd intra annuam illam dilationem hæredes uiri omnino lucrentur fructus rerum mobilium, quæ quidem communis iam olim Paulo de Castro,& post eum Alexandro suspecta fuit, tandem Zasius refutat aperte,& fortissimè; cum enim immobilia statim cum fructibus restitui iubeantur; cum bona ratio diuersitatis reperiri non possit, vtcumque enim à principio dos fuit in utroque par uiro & uiro uxori ius soluto matrimonio. Tũ quia ueriss imum est, soluto matrimonio dotem datam uxori, quæ tradita est viro, ad uxorem ipso iure reuerti, ita ut statim singulari iuris beneficio sublato è medio viri impedimento dotis domina fiat, siue dos in rebus immobilibus,siue mobilibus consistat l.in rebus.C.de iure doti.l. fina.C.soluto matrimonio.Bald.in l.dotis actione.C.soluto matrimonio. Cum igitur dos pleno iure reuertatur ad uxorem,dilatio illa annua ius circa fructus extinguere non uidetur. Ex
31 eo † enim tempore hæredes mariti uere rem alienam possident,quam sciunt ad se iam non pertinere, & omnino restituendam, fructus igitur non facient suos l.bonæ fidei emptor.ff.de acquiren. rerum domin. facit text. in l. diuortio.§. non solum.ff.solut.matrimonio.Vbi fructus fundi & rei mobilis æquiparantur, uerba eius sunt,quia de illo text.dicit Zasius, quòd mortalis anima sine diuinatione uel suppletione respondere nunquam poterit. Non solùm, inquit Papinianus, de fundo, sed etiam de pecore idem dicemus, ut lanarum ouium fœtusque pecorum præstatur, quare enim si maritus prope partum oues doti acceperit, item proximas tonsuræ,post partum & tonsas oues protinus diuortio facto nihil reddatur, nam & hic fructuum toto tempore quo curantur non quo percipiuntur, rationem accipere debemus,hactenus Papinianus,qui text.est apertissimus.

32 †Item illa ratio facit, vt uir fructus dotis lucretur, necessum est intelligere,uel quia dominus est rei dotalis,ad quem iure dominij fructus pertinere dinoscuntur l. doce ancillam C.de rei uendicat.iuncta l.bonæ fidei emptor. ff.de acqui.rerum dominio, uel quia onera sustinet matrimonij l. pro oneribus. ff. de iure dotium. Soluto autem matrimonio, nec dominus est, nec item onera sustinet matrimonij, cur igitur fructus rerum mobilium consequetur? facit text.in l. prima.§.itaque.C.de rei uxoriæ actione,qui text.est apertus, uerba autem eius hæc sunt. Fœtus autem iumentorum omniaque quæ fructuum nomine continentur ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonij, siue æstimata sint, siue non,sed & nouissimi anni in quo matrimonium fructus pro rata temporis portione, qui text. bene facit pro Zasio contra communem, quatenus de fœtu iumentorum agit, sed fortius pro opinione Antonij Gomesij, de qua infra agendum est, ibi omniaque quæ fructuum nomine continentur. Ecce igitur pro Zasio quomodo fructus mobilium pro portione anni diuidantur, nec retenta hac opinione tollitur utilitas annuæ dilationis; proderit enim annua dilatio hæredibus mariti, ne ad solutionem præcipitentur; conceditur enim uiro ob humanitatem istiusmodi annua dilatio.

33 †Interim tamen uir, dum mobilia non auferuntur, eorundem commoditatibus utetur, nempe ad pompam, luxum, honorem, & ornamentum domus, quæ commoditas agnita est Iureconsultis in l.sed mihi.in fin.cum l.sequenti lege si ut certo. §. si de me. ff. commodati, non potest commodari, inquit Vlpianus, id quod usu consumitur, nisi fortè ad pompam, uel ostentationem quis accipiat, & Caius sæpè inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia, numerationis loco intercedant. Ex qua ratione,quod intra annuam dilationem mobilia ad honorem & pompam quorum hæc commoditas est marito esse poterunt,cessat obiectio illa.

Tum etiam quia dilatio annua euitat properam & præcipitem solutionem, qua maritus aliàs grauari poterat, & in hunc sensum accipit Zasius l.si constante. §. quoties. ff. solu. matri.ut uerbum illud (commodo,) de quo ibi, hoc importet idem in l.si cum mulier.§.rerum.ff.de actione rer.amota. ut quidem maritus habeat commodum hoc rerum mobilium,non uerò fructus.

Tum etiam ad dictũ §. quoties. distinguit inter tempus certum, de quo ibi, & tempus legitimum, quasi dicat ibi ex conuentione contrahentium fuisse tempus certum & constitutum, non uerò legitimum à lege positum, ad quod certum tempus dos restitueretur, quo casu ex uoluntate contrahentium toto illo certo tempore maritus fructus lucratus est.

Pro qua contra communem opinionem ponderatur tex. in dicta l.prima §.exactio.C.de rei uxoriæ actione.ibi,fructibus uidelicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore dissoluti matrimonij præstandis, similique modo pensionibus, uel uecturis nauium, siue iumentorum, uel operis seruorum, uel quæstu ciuilium annonarum & alijs, quæ sunt eis similia parti mulieris restituendis, pondera uerba illa ex tempore dissoluti matrimonij, & uerba illa, uel uecturis nauium, siue iumentorum, ex quibus intelligere facile est, fructus mobilium, quales uectura nauium, & iumentorum, parti mulieris restituendos à tempore soluti matrimonij, nec pendet uersiculus ille ex superiore, ubi de mora Imperator agit, sed seperatim legendus est uersiculus ex sententia Zasij contra Iasonem, qui dicebat uersiculum illum (Fructibus uidelicet) appendicem esse ex uersiculo superiori (sin autem) ubi de mora Imperator egerat, ut differente uiro post annum rerum mobilium restitutionem, ex mora fructus debeantur, ex qua contra receptam ueteribus sententiam fructus mobilium non pertinent ad uirum, nec ad hæredes uiri, sed ad uxorem uiduam à tempore soluti matrimonij; cum enim maritus ex hac opinione lucretur, ad uxorem pertinere debent, & hæc utilia sunt ad legẽ penultimam tit. delas dotes. partit. 4.

34 † Et quanuis Zasius fortissimè argumentetur contra communem; tamen nec Zasius indistinctè, nec uetus & recepta sententia uerum attigere. Meliusque Hispanus Antonius Gometius, etiam si difficultatem non attigerit, mediam uiam eamque iuridicam constituit in l. 51. Tauri.numero quadragesimoseptimo. ut scilicet, nec hæredes, aut uir lucrentur fructus mobilium cum communi, nec omnino restituant cum Zasio, Paulo, & Alex. sed ita temperetur res sicuti ab Imperatore temperatum est in dicta lege prima.§.fructibus. C. de rei uxo. actione. ubi Imperator constituit aperte, quòd si dos constituatur in rebus mobilibus, quæ fructuosæ sint, ut in iumentis, nauibus, & alijs his similibus re ipsa fructuosis huiusmodi res mobiles restituantur post dilationem cum fructibus, scilicet uecturis, & iumentis enatis, sin uerò res sua natura fructuosæ non sint, ut serui, & pecuniæ; tunc quidem res duntaxat ueniat in restitutione, quod respectu pecuniæ, quæ fructuosa non est de sui natura, & interim ampliores reditus habet quàm fructuosæ res,utilissimum est.

Toto enim anno usuras pecuniæ lege permissas,uel quæstum retinet, pecunia dumtaxat numerata & soluta post dilationem, pro hac faciunt uerba illa in dicto §.fructibus. Fructus uidelicet immobilium rerum patri mulieris ex tempore dissoluti matrimonij præstandis, similique modo pensionibus, uel uecturis nauium, siue iumentorum, uel operis seruorum, uel quæstu ciuilium annonarum, & alijs quæ sunt eis similia parti mulieris restituendis, hæc Imperator, ubi uerba illa, & alijs quæ sunt eis similia non sunt ociosè posita ab Imperatore, posset enim unico uerbo dicere, & alijs mobilibus, quod non est dictum, ut de mobilibus fructuosis intelligeretur, & uterque Antonius Gomez noster & Zasius intelligunt uersiculum illum (fructibus uidelicet) non dependere ex uersiculo anteriori, ubi de mora actum erat contra Iasonem,& benè,& ita asserit tenere Bartolum & Doctores suo more in d. l. si constante. §. quoties.soluto matrimonio. nume.9. & Alexand.post alios in l.diuortio.eod.Hæc pro veritate eius disputationis cumulata nobis sunt, cum autem tres opiniones in hoc sint iuxta vnamquamque in nostra quæstione uariè respondendum est,ex opinione Zaij,Pauli,& Alex.consequenter tenendum est contra communem opinionem in d. l.diuortio. ff.soluto matrimonio.de qua communi idem Bar.Paulus. Alex.& Ia-
35 son † quòd hæredes mariti non tenentur toto illo anno dilationis uxorem viduam alere, quæ quidem noua assertio ex anteriori pendet; quia si vxor vidua integre bona omnia sua consequitur cum fructibus & vsuris, quomodo fieri potest,vt alimenta habeat,cum hæc ipsa debeantur ratione dotis,quam integre consequitur,porrò ipsa,uel ex fructibus rerum soli quæ statim restituuntur aletur, vel si totam dotem res mobiles fecerit, quam ipsa habere non potest propter annuam dilationem,implorare officium iudicis poterit,ut maritus,vel hæredes qui post annum ad fructus tenentur, anticipata aliqua solutione propter necessitatem tantum ei fructum præstet, quantum ad alimenta necessum sit,quod obtinebit ex regula,quod tibi non nocet, & alteri prodest, inuitus teneris ut facias lege secunda §. item Varus.ff.de aqua pluuia. arcen. & quia subest necessitas alimentorum: ita

tenet

Source : BIU Cujas

tenet Zaius ubi supra.

36 †Vnde consequenter ad nostram quæstionem, quam tractamus, retenta hac opinione: quoniam uidua integram dotem habitura est cum vsuris & fructibus secluſa consuetudine. dicēdum est, vestes lugubres in funere habituram de suo uxorem; nec enim aliter intelligi potest; cum enim iam separatum matrimonium sit, diuisioque facta patrimoniorū, quisque de suo incipit uiuere & ali. Atque adeo uestiri d.l. diuortio. l. de diuisione. ff. solut. matrimon. ita ut ex hac opinione gloss. uetus in d.l. 4 titulo undecimo. part. 4. sustineri non possit.

37 †Sustinebitur autem ad nostram quæstionem, quam tractamus retenta etiam opinione Zaij, ubi uxor alenda sit; uel quia non habet unde se alat intra annum præter mobilia, quo casu alenda est ab hæredibus uiri, penes quos est dos toto anno, quo casu postea hæc ipsa alimenta reputabit cum fructibus mobilium restituendorum, uel cum ipsis rebus mobilibus, ac tum quidem cum sic alitur uxor iuxta hanc opinionem uestes quoque lugubres habebit, quas reputabit postea, namque hæc uestimenta uerbo uictus continentur, siue autem alatur retenta communi opinione interim dum mobilia dotis non restituuntur, cum ipsa aliunde ali non possit, quo casu alenda est, iuxta communem glo. in l. diuortio. in principio. ff. solut. matrimonio. communiter recepta gloss. Barto. & communis in d.§. exactio. quam late Alexan. in d.l. diuortio. Cynus, & alij in l. fi. C. de bonis mat. Hoc quoque casu cū alimentis uestes lugubres habebit ex ratione l. uerbo uictus. ff. de uerbo. signific. nec quicquam postea reputabit retenta communi opinione; quia iuxta eam fructus mobilium habitura non est, quòd si opinionem illam Gometij teneas, quæ tenenda uidetur, si in pecunia dos sit, aletur uxor, & consequens uestes lugubres præstabuntur, si uerò consistat dos in rebus de sui natura fructuosis itidem uestes & alimenta præstabuntur, ipsa autem receptis rebus mobilibus cum fructibus alimenta, & uestes reputabit, & cum dicitur, teneri hęredes uiri dare uestes lugubres vxori uiduę, quod asserit gloss. & Ioan. de Imol. in l. si ex re. §. illud quæsitum. ff. de stipulat. seruorum. Angelus in §. fuerat. Instit. de actionibus. Bart. Bal. Angel. Innocentius, & Ancharan. quos refert & sequitur Ioannes Lupus de Palatios Rub. in repetit. Rub. de donationibus inter uirum & uxorem. §. 10. nume. 8. gloss. uetus in d.l. 4. tit. 11. part. quarta & glo. in l. 6. tit. 6. lib. 3. foro leg. Illud quidem intelligēdum est iuxta præmissa, aliàs confusè admodum tractabitur quæstio, & uaga illa & uniuersa assertio iniquitatem continebit.

38 †Vnde intelligi potest id quod ait Alexand. in l. is qui quadringenta. §. fin. ff. ad legem Falcidiam, ad finem: ut si hæredes uestes has uiduæ dederint, ad quod minimè tenerentur, quòd donasse uideri poterunt; quia uestes uiles & parui momenti sunt, quo casu maritus uidetur donasse ex his, quæ in uestibus quotidianis notat Ioannes Lupus de Palat. Rubios in Rubrica. §. undecimo. in principio. & latius gloss. in d.l. 6. titu. 6. libro 6. foro leg. Hæc enim conclusio iuxta præcedentia difficilis est; namque retenta opinione Pauli, & Alexand. & Zaij, uel ueriori Antonij Gometij intra annum hæredes uiri omnium mobilium, uel saltem fructuosorum nihil tenerentur dare: si tamen uiduæ uestes dederint uiduales, nihil aliud habenti quàm mobilia fructuosa, uel infructuosa, iuxta has duas opiniones, postea in exactione rerum dotalium cum fructibus reputabuntur.

Illa enim præsumpta donatio uestium quotidianarum in uiro singularem considerationem habet, eaque uera; quia re uera huiusmodi uestes uiles, & quotidianæ alimentorum sapiunt naturam, quas mulier ex hac causa tanquam alimentorum iure irreuocabili consequitur magis, quàm donationis aliqua præsumpta uoluntate, quæ rarò aut nunquam in marito præsumitur, in hæredibus uiri cessat ista ratio alendi; cum dissolutio matrimonij diuisionem fecerit patrimoniorum, cessatque charitas coniugalis', denique ex suo quisque uiuit dissoluta societate, quæ morte uiri extincta est.

39 †Si uerò indistinctè consuetudine receptum sit, quòd mulieri dentur uestes uiduales, consuetudo seruanda est, quæ in hoc plurimum potest, ex d. l. 4. tit. 11. part. 4. Vitalis in tract. clausula. clauſ. penulti. Campegius de dote. 2. p. q. 56. Palat. Rub. d. §. 11. num 7. singul. declaratio ad decisionem Capitij. 26. qui restringit probationem huiusmodi consuetudinis. Verè enim mulier probabit in hoc casu hanc ex omni parte consuetudinem.

40 †Immo etiam si uigore consuetudinis hæres huiusmodi uestes teneatur præstare, qua mulier lucratur ex consuetudine, si tamen intra annum luctus nubat, redere tenetur hæredi. Ioannes Lup. de Palat. Rub. d. §. 10. nu. 8. Campegius ubi supra. Alex. in d. l. is qui quadringenta. §. fi. in fin. Ioannes de Garrob in rubr. C. de secundis nuptijs. nu. 43. pęna. 18. Couar. in 4. par. 2. c. 3. num. 10.

41 †Rursum ex eo capite descendit, quòd mulier ex l. quinta titu. sexto libro tertio foro le. lectulum quoque uxorium donationis quoque quodam præsumpto titulo consequetur, in quo ipsa & uir cubuissent, quæ lex consuetudinem quoque desiderat receptam, & absque ea admittenda non est, neque intelligas cum Ioanne Lup. de Palat. Rub. eam legem de lectulo, in quo uxor seorsum cubabat; ita enim ille accipit, contra uerba expressa eius legis ibi, El lecho que auien quotidiano finque al uiuo. Lex enim de eo intelligit, in quo ambo dormiebant. Et ita intellexerit & bene gl. ibi. si uerò lectulum à uiro legatum sit uxori uiduæ, an extendatur ad lectulum precioſum & stramenta serica. gl. in d.l. quinta. tenet cum Baldo in l. uoluntas. C. de fideicommiss. Ang. in l. plenum. §. equitij. ff. de usu & habit. quòd tale legatum intelligatur de eo lectulo, qui conuenit uiduæ lugubri, tristi & luctuosæ, non autem de lectulo qui magis deceret sponsam quàm viduam, quòd tènet contra Bart. in l. librorum. § fi. ff. de legat. 3. sed Palatios Rub melius componit hanc quæstionem. d. §. 11. numero nono scilicet, quòd hoc relinquatur iudicis arbitrio, quod quidem arbitrium versabitur in circunspectione qualitatis viri emortui, & viduæ superstitis, inque patrimonio, & eiusdem facultate, ex eo enim iudicabitur lectulus precioſus, aut vilis, & stramenta item.

42 †Hactenus diximus de impensis funeris quid eo nomine contineatur, quasque vestes habitura sit uxor, quę summa in funere, quæ quantitas in sepulchro, tum legibus, tum moribus si uerò ipsa uxor mortua sit vetus Iureconsultorum quęstio est, ad quem pertineat funeris sumptus, in quo nostri quoque variarunt, siquidem Baldus in l. quod in vxorem. C. de negotijs gestis. & alij ipsum secuti ibi ex dote funerandam. esse aiunt. Frāciscus de Aretio aliud arbitratur ibidem, quorum perplexitas periculosa est inquirentibus veritatem, non ei qui id duntaxat inquirit, quod vtile cuiquam est.

Adeoque apertè in hoc Iureconsulti locuti sunt, vt nec vberius, nec expeditius quicquam tradi possit, Doctores nostri hoc attingere, sed melius Iurecōsulti, & in primis Vlpianus regulam tradit, scilicet, mulieres de dotibus suis esse funerandas, ac id onus funeris ad eum censet pertinere, qui dotem, vel iuris beneficio, uel pacto, vel consuetudine lucratur l. in eum. ff. de religio. & sumptib. funer. in eum, inquit Vlpianus, ad quem dotis nomine quid peruenit, dat Prætor funerariam actionem: æquissimum enim visum est veteribus, mulieres quasi de patrimonijs suis ita de dotibus funerari, & eum qui morte mulieris dotem lucratur in funus conferre debere, siue pater mulieris sit, siue maritus, hæc Vlpianus, cuius responso nihil est clarius, si quidem (vt Iulianus ait) impensa funeris æs alienum dotis est l. impensa. ff. de relig. & sumptib. funer. ideoque Vlpianus inquit, dos sentire hoc æs alienum debet l. ideoque. ff. eo. quod magistraliter tractat, vt solet omnia, Papinianus dicens † actionem funerariæ impensæ recta via dirigi in eum, penes quem dos sit, etiam si ex post facto restituenda sit ab eodem, ita tamen vt is qui restituit reputet id quod præstiterit ei, cui dotem restituit l. sed si nondum. ff. eod. sed si nondum, inquit, pater dotem recuperauit, vir solum conuenietur, reputaturus patri, quod eo nomine præstiterit, ex quo iure quod apertissimū est ad funus & funeris sumptus cogendus & conueniendus est, pœnes quem dos est, etiam si ipse restituturus sit, qui postea in restitutione reputauit huiusmodi sumptus, nec de hac clarius quicquam tradi potest, quam Iureconsulti tradunt, quibus cum si ex iure ageremus nihil Bartolo, nihil Iasone, nihil aliorum labore indigeremus, sed ita malo quodam fato animati sumus, vt prius ad alphabetarias tabellas oculos conijciamus, quàm ad Iureconsultorum responsa manus admoueantur. Tum demum ad Iureconsultos imus: cum perditæ & desperatæ res nostræ sunt, ex quo perplexitas, obscuritas, & quædam veluti cæcitas mentem obnubilat, & pluſquam Cymerijs tenebris obscurat.

Quodque vno verbo a Iureconsultis accipimus, ab interpretibus vix numerosis voluminibus peruolutis extorquemus: non tamen abhorremus iuris interpres; hoc enim nomine abhorrendi essent ipsimet Iureconsulti, nec reijciendos esse arbitramur, quod faciunt inique plures nostra ætate, eorum authoritatem in rebus dubijs, & obscuris inquirendam censemus, cordatè tamen & in omni quæstione quæ proponatur, eundem potius ad fontes esse, quàm istos riuuios sectandos rectius semper duxi, ac vtinam apud nos in instituenda iuuentute Iureconsulti duntaxat totos dies, totasque noctes nobis contererent, nihil aliud sæpè nobis audientibus toto mense nisi numerosa Doctorū multitudo refertur, q membranas totas implēt, postremò cum iuris scientissimi uideri poteramus, præter meras nugas nihil aliud domum reuersi afferimus, dira qui

Source : BIU Cujas

dem ingenio Hispano lues, & uirus pestilentissimum, quod utinam, ut sæpius prohibetur, semel seuere extinguatur.

44 † Papinianus igitur cum penas quem dos est cogendum censet ad funus, qui in restitutione reputabit, quod expenderit, contra Bart. in lege qui erāt hæredes. ff. famil. erciscundę. qui numero secundo ait, officio iudicis compelli posse eum, qui succedit in hæreditate, testatorem sepelire, ex d. l. q erat, quod quidem uniuersè intelligi non pōt, sed ex Papiniano, ita demum si is qui succedit bona habeat, licèt ex fideicōmisso, aut ex alia cā restituturus sit; quia in ipsa restitutione reputabit: & ita intelligitur d. l. qui erat, & patet in tex. quia ille qui cōpulsus fuit officio iudicis suū testatorē sepelire, bona testatoris possidebat: seruum enim uendidit hæreditarium, quem habebat: ut patet in dicta lege qui erat, & Vlpianus dictum Papiniani extendit, ut maritus, qui dotem adhuc tenet, sit conueniendus de sumptibus funeris, ut habeat locum, etiam si appositum sit pactum, ut maritus partem dotis lucretur, & minimè de dotis illa parte in aliquo impensæ funeris sufficiat.

45 † Vt adhuc non obstante pacto illo, utiliter conueniri possit, & compelli ad funus & pro expensis funeris; quia is maritus, qui soluit, potest postea in restitutione dotis reputare id quod iuste soluerit nomine impensę funerarię l. Neratius. ff. eod. ibi, si uerò alius funeraūit, posse eum maritum conuenire, quòd si maritus totam dotem lucretur, se sumptibus conuenietur insolidum non uerò pater uxoris emortuæ. d. l. Neratius. §. si maritus. ff. eod.

46 † Rursum alia species prodita est à Iureconsultis, & eleganter tradita, quæ utilitatem continet, si maritus dotem lucratur, præter, dotem autem mulier opulentam hæreditatem reliquerit παραφερνα nempe, pro rata dotis, & hæreditatis mulieris fiet sumptus funeris. l. ueluti. ff. eod. ita pro rata conferre maritum & hæredem oportet in funus emortuæ, aliàs si nulla dos est mulieri, quæ indotata traducta sit, tum quidem omnem impensam pater præstat, aut eius hæres, etiam si nulla bona sint; quia nomen hoc hæreditas, iuris nomen est, & iuris interpretationem recipit, at uerò si nec pater soluendo sit expēsas funeris, nec ipsa hæredes habeat, uel quia hęredes non scripserit, uel quia scripti hæredes nomen illud cum hæreditate repudient, maritus in quantum facere poterit ad funus compelli, & pro expensis funeris conueniri poterit, ne iniuria eius uideatur quondam uxor inhumata, & insepulta relinqui, impie, & contra uxorias leges l. quòd si nulla. ff. eodem. cuius uerba elegantia sunt, quòd

47 † si nulla, inquit Papinianus, fit dos, tum omnem impensam patrem præstare debet Attilicinus ait, aut hæredes eius mulieris, puta emancipatæ, quòd si neque hæredes habeat, neque pater soluendo sit, maritum in quantum facere potest pro hoc conueniri, ne iniuria eius uideatur quondā uxorem eius insepultam relinqui, contra uerò si pater impensam huiusmodi fecerit, & uir dotem lucratur, ex dote impensas reputabit l. contra. ff. eod. ibi, collaturos hæredes bonorumve possessores & patrem pro portione dotis quam lucratus est quæ sunt plurimum notanda ad l. cum in fundo. ff. de iure do

48 tium. ubi Tryphonius Iureconsultus † ex hoc iuris principio, scilicet, quòd impensa funeris sequatur eum, qui dotem mulieris lucratur, infert ad eam quæstionem, in qua fingimus, quòd mulier in fundo mariti habeat usumfructum, quem dotis nomine uiro suo dedit mortua uxore, cum uir toto tempore matrimonij usufructum iure dotali percepisset iure quodam consolidationis morte usufructuariæ uxoris pleno iure fundum habere cœpit, quæsitum est, an quia iuris quondam beneficio dos nempe usus fructus ad uirum peruenisset, is ad impensas funeris teneretur, & respondet Tryphonius non teneri eum; quia nihil nomine dotis lucratus est uir. Illa enim consolidatio aliàs facienda erat morte ipsius mulieris usufructuariæ, etiam si uir eam mulierem nunquam duxisset, uerba ipsius sunt, quòd si in matrimonio decessit uxor, nihil emolumenti ob dotem habere uidetur maritus: quia & si uxorem eam non duxisset, tamen fructuariæ morte finitus usus fructus ad proprietatem rediret, ideoque neque in funus conferet mulieris hæc Tryphonius quæ decisio alia quoque elegantia decidit, quorum inferius cum de computatione meliorationum & fructuum egerimus, in materia de fructibus computandis cum meliorationibus agendum nobis est. Adducitur enim dict. l. in fundo. ad eam quæstionem, quam primus & solus attigit Dominus Franciscus Sarmiento libro tertio. Selectarum interpret. capitulo 10. an maritus soluto matrimonio teneatur restituere annuos reditus, quos constante matrimonio percepit, quando dos in annuis reditibus constituta est. In qua quæstione d. l. in fundo egregia est, & facit ad nostram tractationem, & est in proposita quæstione elegans text. in l. filius fa-

milias togam. ff. de in rem uers. ibi, funus enim filij æs alienum patris est.

49 † Quod quidem sane intelligendum est secundum ea quæ superius diximus, ut scilicet, tum demum pater teneatur, si ad ipsum bona filij pertinuerint, ex supra adductis, quòd si pars bonorum patri cedat, pro parte funeris impensas eroga bit, æs alienum est enim funus ex his quæ diximus. Ex quibus omnibus est declaratio ad l. quod in uxorem. C. de neg. gest. in secunda parte, ubi de funeris impēsa erogata in uxorem à marito Imprator rogatus respondet, ad eam teneri patrem; quia ad eum dos peruenit ibi, in funus sane eius si quid eo nomine quasi receptutus erogasti, patrem ad quem dos redit iure cōuenis. Vbi Baldus expressè post Bart. & reliquos id tenet, neque quicquam facit ibi uerbum quasi, ex traditis Iureconsultorum regulis, quibus definitum est, quemque de suo sepeliendum, atque ea iuris regula est, nisi alius probet apertam uoluntatem huiusmodi expensas remittentis. Raro enim præsumimus huiusmodi donationes ex his quæ sæpius diximus, ex quibus hodie is ad quem perrinuerit dos uxoris funus efficiet, immo si ad plures omnes pro rata tenebuntur & pro portionibus. dicta lege Celsus. dicta lege ueluti. ff. eod.

50 † Ex quo si uxor patrem habeat hodie, & ex iuris nostri Hispani dispositionem marito tertiam bonorum partem relinquat, quod potest l. 6. Tauri secundùm iuris dispositionē, ad utrumque funeris impensa pro rata bonorum pertinebit pater duas partes, maritus tertiam præstabit ad funus; quia uerè in hoc casu, si quis cordate nostra iura expenderit, nihil cōtra ius antiquum dispositum reperiet, eum enim de quinta parte, quam parentes extraneis beneficio iuris nostri relinquere possunt sepeliendum parentem iura nostra constituerint l. 30. Tauri. Tamen de tertio, quod filius, uel pie, uel profane relinquere potest, & parentibus arripere, nihil tale constitutum est, unde recurrendum est ad iuris dispositionem Cæsarei, ut proportionibus teneantur, qui uxoris bona lucrantur. Lex enim Hispana qua ratione uberius consuluit filio, ut tertium relinqueret quibuslibet, parenti ut non nisi quintum, ea ratione quòque ex quinto funus deduci uoluit, ex tertio non item, quæ ratio desumenda est ex l. scripto. ff. unde liberi. & l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. testament. & quanuis doctissimus Conarru. in cap. Raynaldus. nu. 2. ad medium. §. 3. & Tellius in l. 30. Tauri. num. 6. de tertio dicant deducendum funus, sicuti de quinto. Id tamen obiter aliud agendo, difficultate credo prætermissa dixerunt, quos non dubito in contrariam sententiam ituros, si paulo morati ex professo rem illam tractassent, neque notum est Iureconsultos sępè in quibus obiter uersantur aliud agendo non semel a uerò aberrasse, quod ne notum uideatur tradit Alciatus libro 4. Parergero c. 17. & eo nomine excusatur Modestinus in l. nonnunquam. ff. de cond. & demonstr. Quin quod Castellus Hispanus sentiēs difficultatem in l. 30. tenet nostram sententiam, seipsum corrigens qui in l. 6 contrarium tenuerat, expendendo verba d. l. 6. ibi, O hazer qualquiera vltima uoluntad por su alma, quod erat debilissimum argumentum, vt patet ex ipsa litera & ex natura disiunctiuæ l. si hæredi plures. ff. de conditionib instit. l. illud. ff. de constit. pecunia. Denique Palat. Rub. qui adfuit legibus illis condendis, vt ipse se refert in Rubr. §. 44. nu. 3. certo tenet, non esse compensam nostram speciem in l. 30. Tauri, nec deducendum funus ex tertio, quærenti autem vnde subrogādum sit illud, visum est de toto patrimonio, atque adeo pro portionibus, portiit ad ducere d. l Celsus, & l. veluti, quæ in cæteris filijs quibus testamenti factio est obseruanda sunt, vt pater & extraneus expē sas præstent funeris, funus enim æs alienum est, ideoque in nihilo læditur pater, & cum minuat legitimas filiorum, vt diximus, quando quintum non sufficit, nimirum si portionē parentum minuat, quæ non debetur parentibus sicuti filijs. d. l. scripto. d. l nam & si parentibus. vbi supra.

51 † De religione autem sepulchrorum aliud hodie ius est; fiebat enim religiosum sepulchrum, ipsumque sepulchri opus & locus, simul atq; mortuus inferebatur. l. 2. C. isto. tit. l. 2. ff. eo. ita autem accipimus, ꝙ locus ille sit religiosus, id est separatus à communione populi, & quasi sequestratus à cōmercio plebis, & relectus, ita interpretatur Cicero libro 1. de Natura Deorum, qui inquit omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent diligenter pertractarent, & quasi relegerent, sunt dicti religiosi à relegendo, & ita locus ille, in quo sepultus mortuus est, qui est nobis propter quandam ueluti sanctitatem remotus, sepositus, & separatus, religiosum uocarunt veteres, quodque circa illa loca metus sit, vnde sicuti & religiosa loca, ita quoque & meticulosa loca quæ cadaueribus plena sunt uocamus, religio motum secum habet & timorem, Vergilius Aeneid. 8. Iam tum religio pauidos terrebat Agrestes dira loci, connexa suut timor

& re-

Source : BIU Cujas

& religio vnde veteres religiosos quoque fecerunt dies, id est timoris plenissimos, vocamus nos aziagos, Liuius libro sexto in principio. Hi (inquit) ex in terregno, cum ex templo magistratum inessent, nulla de re prius, quàm de religionibus Senatum consulere, in primis fœdera ac leges, erant autem æreæ duodecim tabulæ, & quædam regiæ leges conquiri & comparari iusserunt, alia ex eis edita etiam in vulgus, quæ autem ad sacra pertinebant à pontificibus maximis, ut religione obstricto haberent multitudinis animos, suppressa. Tum de diebus religiosis agitari cœptum, diem, à D.xv.Kalendas Septilis duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabij Cæsi, quo deinde ad aliam cum exitio urbis fœdere pugnatũ à posteriori clade alienssem appellarunt. Insignemque rei nulli publice uel priuatim agendæ fecerunt, & hi dies erant religiosi, & religiosa suberant loca, idest relicta, & sepositа, & quasi separata simul, atque mortuus inferebatur, & amplius in hominum commercio non erant.

Hodie tamen iure nostro Pontificali locus ille religiosus non sit, nisi Episcopi accedat authoritas, & locus destinatus sit, ut mortuus inferatur. ca. ad hæc. de relig. domibus. Innocentius, & Abbas, & deinde reliqui in cap. abolendæ. de sepulturis, Felinus, & post eum Decius in capitulo quanto. de iudicijs. unde nisi ab Episcopo sit destinatus locus uendi poterit, Felinus dicto capitulo. quanto, numero quarto contra Ioannem Fabrum in §. religiosum. Institut. de rerum diui sione. Gregorius Lopez in lege prima titu. decimotertio. part. prima. uerbo, Vender, & contra alios quos refert Ludo uicus Molina de Primog. Hispanor. libro primo capitulo uigesimoquarto. numero trigesimonono. qui numero 40. subdit, quòd post quam sepulchrum authoritate Episcopi constructum est, uendi, uel pignorari non potest. capitu. questa. cap. postquam decimatertia. quæstio. secunda dicta lege prima. titu. decimotertio. part. prima. ubi Gregor. meritò impudentissimum eorum consilium reprehendit, qui sepulturas numerata pecunia uendunt simoniacasque huiusmodi portiones ait, quod est uerissimum.

Quatenus autem de sepulturis & iure sepulchrorum iudex laicus cognoscere possit: quoniam ad nos nihil pertinet. Vide Felinum in dicto capitulo quanto. de iudicijs. numero 5.

Vnde laicus, nec dominium, nec possessionem habet sepulchri, sed usum. Doctor. in dicto capitulo quanto. Abb. in dicto capitulo abolendæ, Lambertinus libro tertio. de iure patronatus. quæstio. nona arti. nono. numero secundo. Vnde in sepulchro meo non potest alter me inuito sepeliri. Archidiac. in capitu. præcipienti. 12. quæstio. secunda. Ancharanus consilio 113. Lambertinus ubi supra. libro tertio quæstio. quinta. art. quarto numero primo. Rochus eod. uerbo. in Ecclesia. quæstio. sexta numero 17. Petrus de Perusio de quarta Canonica. uersicu. secundò quæritur lege secunda §. usumfructum. ff. isto tit. Antonius de Butrio in dicto capitulo abolendæ. nisi ex magna causa, puta pestis. Abb. & Decius dict. cap. quanto. Antonius dicto cap. abolendæ. Quod factum est apud nos his diebus, quibus tota Gallecia exitiali morbo epidemiæ laborat, ob multitudinem morientium, nulla ratio sepulchorum habita est, nec ulli auditi quęstus de sepulturis, molliter enim apud Grobes recepta, inuolucris lanarum à Cantabris ad nos adductis, adeò miserè ingruit, ut fere toto decennio Galleciam ad internetionem usque uastarit, & extinxerit misere, fugiente alio atque alio semper Senatu nostro. Coruna enim (quæ urbs quantum ex antiquioribus coniectari licet authoribus, antiquis ignota fuit, à Nerio enim promontorio, vulgò Finis terræ, ad Astures, uersus Septentionem, nulla urbs clarior apud Strabonẽ, Plinium, & Pomponium refertur. Dicta autem est Coruna, à columna marmorea, quæ est erecta ad postremum litus, uulgo, Castillo uiejo, antiqui enim turres speculatorias illas consueuerunt erigere ad litus, quas à forma columnæ columnas uocarunt, in quibus accenso noctu igne facilior esset appulsus nauigantibus, quales apud Rheginos ad Pelorum, & in Corinthiaco Isthmo, & ad Gades Strabo fuisse asserit libro tertio his uerbis. Veteribus enim hic mos fuit huius generis confinia ponere, quemadmodum Rhegini columnam, turrim quandam exilem, super freto locauerunt, & huic columnæ turris, quam Pelori nuncupant. Et rursum, in ipso Corinthiaco Isthmo columnam quandam locatam fuisse & rursum priores illos fabricatis manu finibus usos esse aut altaribus, aut turribus, aut columnis apud locos, ad quorum ultima uiri illustres peruenerunt, hæc Strabo, corrupto autem nomine, pro Columna, Curuna dici cœpit, creuitq; ex ruina ueteris oppiduli, uulgo dicti Burgo, quod fuit ad ostia fluminis, quod ab eo opidulo Burgo quoque dictum est Coruna igitur profectus Senatus noster anno sexagesimonono, quo iam malum illud irrepserat, quia Compostellam quoque inuaserat, Aurienssem urbem mense Augusto peruenit, ibiq; fere biennio commoratus, quo tẽpore nobiliores huius regni urbes ciuium internetione deuastatę sunt, Coruna, Compostella, & Ponteuedra patria mihi carissima, quam ego Helenem antiquam esse suspicor, satis enim constat duo Teucri socios, Helem, & Amphilocum in Galleciam venisse, duasque vrbes ex nominibus suis erexisse proximas & uicinas Tydæ (quam) Diomedes ad ostia Minij ex nomine Tydei patris sui erexerat, (uocat Strabo Castellum Tydei, uulgò Tui) has urbes (quantum coniector) hodie ex feminarum Græco adhuc capitis cooperimento Ponteuedram & Bayonam, uicinas, Tyde & solas moribus, lingua, cultuque persimiles, non leui coniectura esse aio. Inuasit quoque id malum Noiam, omnium quæ in Gallecia sunt, antiquissimam vrbem, (& si famæ credimus) tempore Noe erectam, Betancos eo morbo simulque. Incredibili quodam incendio consumptis igne fere quingentis ædibus, nocte intempesta fere euersa est. Ignobiliores pagi, obscurioraque oppidula, rusticæq ue villæ, mortuis ciuibus, alijs fuga (quæ vna salutare remedium erat) salutem quærentibus, relinquuntur, iacentibus per vias, per syluas, & montes, passim cadaueribus inhumatis. alio aliud prouidente Senatu nostro, sed dira illa lues nullo quantumuis salutari consilio extingui potuit, inuaserat iam Ripam Auiæ malum, Senatuique minitabatur vicino, quo tempore iam Coruna refrigescebat, ne præcluderetur via Senatum adituris. Corunam Senatus mense Iulio anno septuagesimo primo reuersus est, relicta Aurienssi vrbe, quæ vix Senatu nostro egresso, pestilenti morbo miserrimè laborauit, quo tempore quoque Lucus augusti (vulgò Lugo) id malum passa est. Durauit in his vrbibus ea lues anno fere, quo elapso cum sanitatem omnes sibi pollicerentur, ecce nihil minus sibi cauentem Senatum Corunæ, in media vrbe repertis glandulis exitialibus, atque ex his propere sureptis aliquot ciuibus, malum illud quasi cœlitus immissum nullo authore compulit Senatum secundò aufugere, qui Compostellam reuersus est mense Octobri, anno septuagesimotertio, una inter Gallecię omnes vrbes, Tydæ hodie adhuc incolumi, siue Dei singulari beneficio, siue soli cœlique indulgentia, & salutari temperamento, quo vna illa vrbs inter cæteras maximè commendatur. Euasimus quietè annum septuagesimumquartum, proximo verò qui secutus est anno, relicta Scilla, incidimus in vastam Carybdim. incredibili frumẽti charitate, miseraque fame laborauimus. Rustici relictis domibus gregatim ad vrbes confluunt. Compostellæ hodie pauperes ostiarij censi sunt, duo mille & ducenti diuiduntur inter ciues alendi, hic rerum nostrarum hodie status est miser, & calamitosus De sepulchris igitur nemo auditus propter pestem, ex Abba. & Decio, & Antonio ubi supra. Est igitur nobis ius sepeliendi, quod cedi, & legari potest quo diximus modo, ad leg. pulchrum. & ad leg. monumenta. C. de legatis. cum vniuersitate bonorum vsus hic sepeliendi titulo venditionis ad emptotem transit. Rochus vbi super quæst. 3. nume. 17. Lambertinus libr. 1. part. q. 5. art. 12. & 17.

Adeoque uerum est non possidere laicos sepulturas, etiam si earum habeant vsum, ut in eis inuitis Episcopis non possint ponere sedilia (vulgo Estrados) Lambertinus vbi supra, par. i. quęst. 11. art. 15. folio. 100. Abb. & alij in cap. abolenda. de sepolturis. Rochus vbi supra. quæst. 7. numero 17. non licet enim sedilia illa ponere sine facultate Episcopi, sedere verò in sepulturis suis ex illo vsu & iure vtendi prohiberi nõ possunt ex his quæ diximus.

Nec nobilis vir aut fœmina quenquam spoliauit hoc vsu sedendi super sepulturam suam, quod facere aflolent superbæ nobiles, vt honorabilius sedeant, permittendum autem ipsis non est, siquidem nobilis defenditur in honorabiliori loco, si ibi sedere consuecuit non aliter, Ioannes Fab. in §. aliam. Instit. de bonorum possess. super glos. verbo altiori loco. Gerardus de Petra sancta singul. trigesimotertio Iacob. de Guarineos notabili. 240. in quo officio succurritur iudicis, tam nobili quàm ei qui sepulturam habet; quia actionem non habent, ex glos. in dict. §. aliam. & Fabrum ibi, & potest uterque honorabiliorem locum suum defendere ab inuasore, quo occisso aut grauiter læso non puniuntur pœna ordinaria, ex eodem Gerardo vbi supra, Boerius in additione ad Benedictum de Plumbinis in l. iusta. ff. de manumissis vindicta. quia si pro re, vt eam defendas licet offendere, multò fortiùs licebit pro honore, argumentò d. l. iusta & glos. ibi. & l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testamenti. Plura in proposito scripsit Antonius Cordubæ de Lara in principio l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscendis. numero 23. ad numero 32. vbi plura eleganter & copio-

Source : BIU Cujas

se de nobiliori loco, & quantum debeantur nobiliori.

Summus autem Pontifex & Episcopi, prælatique quibus expensis sint sepeliendi, & funerandi uide semper elegantem quæstionem Abbatis tertiam, inter quæstiones Abbatis, cui si addideris Paulum de Castro in d.l.1.§.de impensa. ff.ad legem Falcid. nihil amplius deerit ad perfectam cognitionem.

SVMMARIVM.

1 *Luctuosa & Abbadia ex diuersa iuris ratione apud nos distinguuntur.*

2 *Luctuosa præstatio odiosa est, & semper præsumimus in ea metum & coactionem, & num.3.*

Decanus & Archidiaconus habent ordinariam iurisdictionem, & dicitur Archipresbyter Decanus. numero quinto. & plebanus, & Ruralis, & de eius officio & potestate. numero 6. & quòd in his luctuosis est duplex præsumptio ex qua odiose censeri possunt nu.7.

8 *Necessaria est dominis exercentibus iurisdictionem probatio possessionis immemorialis, ut pleno iure obtinere possint luctuosas, eaque debet probari exactissime.*

9 *Testis qui de immemoriali attestaturus est, cuius ætatis esse debeat, & quid attestaturi sint circa ea quæ audierint à maioribus suis nu.10. in materia quæ non est odiosa non requiritur exactissima probatio immemorialis. numero 11.*

12 *In antiquis fama probat, & opinio communis habetur pro ueritate. numero 13. & debent esse testes probi nu.14. & ubi lex requirit testes boni nominis probatio necessaria est nu.15.*

16 *Probata immemoriali cum circunstantijs suis non est necessaria tituli allegatio & immemorialis est titulus undequaque legitimus. numero 17. & habet vim legis. 18. & potest tantum quantum Imperator cum causa. nume.19. & habet uim priuilegij. nume. 20. & præsumptio quæ resultat ex immemoriali dicitur iuris & de iure nu. 21. nec curamus de bona vel mala fide. num.22. & probata immemoriali non præsumitur uis neque dolus. num.23.*

24 *Ad probationem immemorialis possessionis probandum est memoriam non extare contrarij facti, unde si memoria facti contrarij extet. corruit probatio, num.25.*

26 *Si luctuosa uel præstatio non fuerit semper uniformis, corruit probatio, adeo ut neque iuuet in possessione. numero 27. & tota corruit, numero uigesimooctauo.*

29 *Difficillime probatur immemorialis possessio, & magis creditur duobus assérentibus, quàm mille negantibus. nu.30.*

31 *Si contrarium reperiatur factum ultra centum annos corruit immemorialis, & potest testificari de his quæ uidit ante pubertatem. num.32. & cum requiritur probatio immemorialis non curamus de possessione centum annorum. nu.33. factum antiquum est, quod contingit ad hinc centum annos, & eo amplius. nu.34.*

35 *In hac materia possessio debet esse sine coactione ulla, & dominis incumbit onus probandi, quòd uasalli sponte soluerint. 36. si domini attestabant, conflat præsumptio uiolenta. 37.*

38 *Præscriptio stricti iuris est, & non extenditur, & quando præscribitur ius reale extenditur de persona ad personam. num. 39. & quando de uno actu ad alium possit extendi præscriptio. nu.40. ubi præscribitur ius personale. non extenditur præscriptio 41. & limitatur nu.42.*

43 *Consuetudo & præscriptio distinguuntur, & consuetudo requirit binum ille actum. 44. & an binus ille actus debeat esse iudicialis. 45. & de l.5. tit.2. part.1. nu.46.*

47 *Præscriptio vnico actu sustinetur, si actus sit permanens, quòd si actus sint momentanei, requiritur frequentia actorum. 48. & an præscriptio extendatur ab his, qui luctuosas præstarunt, ad eos qui no præstarunt. nu.49. & in hac præscriptione tot actus requirimus, qui possint inducere populi consensum. nu.50.*

51 *Vasalli censiti qui dicantur, & quòd nihil referat, quòd sint solariegui, & quis dicatur uasallus solariegus. nume 52. notant alij homines demansata. 53. quicquid acquirit homo de mansо domino cedit. 54. ab his dominus præter censum conuentum nihil expectare debet. & de le.2. titu 3. libro 6. Ordinationum. nume. 55. ad alia præter censum conuentum indigent immemoriali. 56. & clausula in fine posita determinet omnia in quibus eadem ratio. num.57.*

58 *Præstatio facta triginta annis præscriptionem inducit in hac luctuosarum materia, nihil distinguimus inter uasallos solariegos, & reliquos. 59. quomodo uasallus decedat à Manso. 60. acquisita uasallo quomodo cedant domino 61.*

62 *In traditione rei suæ potest quis apponere leges quas uelit, & pœna conuentionalis apud suprema tribunalia non exigitur. 63. agitur de lege. 68. Tauri, contra Couarruu. 64. quanta debeat esse pœna conuentionalis di ficilimum. num.65.*

66 *Si pœna adijciatur obligationi quantitatis facile præsumimus usurarum. & de l.34. tit.2. part.5. & l. fina. tit.2. part.6. suprema tribunalia rarò admittunt pœnam conuentionalem ultra id quod uere interest. num.67. suprema tribunalia debent accipere legem & iura in casu quo loquuntur, aut consulant principem. 68.*

69 *Rex Hispaniæ non recognoscit superiorem, et iam olim Goti nihil acciperunt à Romanis, adducitur lex Gotorum. 70. non licet apertum legem alio retorquere. 71.*

72 *Dicta lex 68. Tauri ex parte correcta. In censu frumentario, & potest lex reducere census frumentarios ad census pecuniarios, 73. ratio condendæ nouæ pragmaticæ delos censos in hoc regno Galleciæ. 74. noua pragmatica de los censos adducitur. 75. & agitur de ipsa. 76.*

77 *Si semel rusticus beneficio legis nouæ usus pecuniam pro fructu soluerit fructus iterum soluere inuito emptore census non potest, hodie lege illa iustum precium census frumentarij perpetui est ad rationem unius pro uiginti. 78. iustum precium fundi uidetur esse quantum uiginti annis fructus prædij deductis expensis effecerint. 79. & lege hac noua apud Gallecos constitutum est precium iustum census frumentarij redimibilis. 80. non uerò constituitur iustum pretium census pecuniarij. 81. & in actione legis huius non ueniunt fructus qui cesserunt ante litis contestationem. 82. in causis summarijs & executiuis quæ sit litis contestatio. 83.*

84 *Abbadia quid sit, & quod non habeat præsumptionem uiolentiæ 85. & ali quot quæstiones de Abbadia 86. in legato uestium ueniunt affixa et appensa uestibus. nu.87. & quando Abbadia sit odiosa 89.*

90 *Concilium Lareramense quo tempore fuerit, laici licèt ius decimarum habere non possint fructus habere possunt 91. nobiles Galleciæ iuste obtinent decimas ex concessione ante Lateranense Concilium 92. & dicuntur beneficia patrimonialia 92. anno millesimo tricentesimo nonagesimo fuit latum arrestrum pro nobilibus Gallecis 94. & rursum anno millesimo quadringentesimo nonagesimosecundo. 95. inducitur decisio Concilij Tridentini pro nobilibus. 95. ista beneficia patrimonialia uenduntur, & dantur in dotem, & diuiduntur cum hæreditate 97. Rex noster Philippus potest alienare tertias quas habet ex priuilegio 98. immo istæ decimæ non possunt collectari 99. & manus Episcopi non extenduntur ad has decimas 100.*

De sumptibus qui consequuntur funus, hoc est, de luctuosa, & Abbadia.

Caput nonum.

1 SVnt † autem alij sumptus, quos luunt hæredes ex hæreditate, qui licèt non sint sumptus funeris, funus tamen ipsum cõsequuntur, & rectius in ratione æris alieni numerantur.

De quibus in hoc nostro Senatu frequens disputatio est, & decisio ferè quotidiana. Inueterata enim consuetudine in hoc regno pluribus in locis receptum est, ut si alter ex coniugibus decedat, dominis locorum, qui iurisdictionem exercent, lectulus, uestis, bos, equusve, aut arca, quadrupes soluatur. Alibique receptum est, ut recto ri parochiali huiusmodi res quoque soluantur. Alibi etiam Episcopis, Decanis, & Archidiaconis è bonis parochorum, uel clericorum inferiorum emorientium istiusmodi res soluantur. Varia denique est in hoc regno in hoc consuetudo: hæc uerò omnia quæ soluuntur ex emortui bonis siue bos, siue equa, siue uestis, aut mala forensis usus, huiusmodi seruitia uel impositiones duplici nomine distinxit, ex duplici ratione iuris, quæ in his præstationibus inuenta est.

Onera enim huiusmodi aut luctuosas, aut Abbadias uocat, quæ duæ uoces plurimum apud nos distant: longeque alia ratio iuris in luctuosis, quàm in his quas Abbadias uocamus inuenta est, unde diuerso iure in hoc Se
2 natu censentur † luctuosa est onus illud luctuosum, quod soluitur dominis è bonis uasalli emortui inueterata consuetudine solutum, uestis scilicet, bos, aut muta, uel equus.

Quod quidem onus, quod nos nostro nomine uocamus luctuosam, frequentius soluitur dominis locorum in his locis iurisdictionem exercentibus.

Atque hæc odiosa est, satisque ipso suo nomine odium meretur, in quibus luctuosis tanquam odiosis seruitijs sicuti & in reliquis oneribus, quæ impositiones uocantur, semper in promptu est, præsumptio illa, de qua Panormitanus, Ioannes Andreas, Hostiensis & alij in cap. quod laten ter de regu. iuris.

3 In huiusmodi † enim præstationibus adeò insolitis potius præsumimus coactionem & metum, & tyrannidem, quàm uoluntariam liberalitatem, aut spontaneam sponsionem.

Quod tradunt Innocentius in capitulo bonæ. el secundo. de postulat. prælato. idem in capitulo si diligenti. de præscriptionibus. Ioannes Faber in §. æque si agat. Instituti. de de actionibus. quæstio. tertia. Bal. in capitulo primo. §. pactiones. de pace Constantiæ in usibus feudorum. Andreas de Isernia in capitu. primo. §. fin. de pace iuramento firmanda. Abbas in dict. capitu. si diligenti. Ioannes Andreas in capitulo primo. de præscriptionibus. libro 6. Iason in §. quadrupli. Instituit. de actionibus. Paris de Puteo in tractat. sindica-

Source : BIU Cujas

dicatus.part. officiales si concussionem. Guido Papa cons. 1. num.7.Greco. Lopez in l.6.titu.25. part. 4. Couarruu.in Regul.possessor.2.par.§.4.numero 1. & seq.Auendanius de exequendis mandatis Reg.Hispan.2 part. capitu.4. De qua præsumptione est text.in ca. nullus.ultimo.1.q.1.ibi,nullus episcopus granamen seu seruile seruitium ex usu contra ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat.tex.in cap. quia cognouimus. 10. q. 3. ibi, qui exactiones diœcesi suæ uel damna infligunt,& ibi,ideo censemus ut alia quæ illis hucusque præsumpta sunt denegentur. Facit tex. in l.fi.§. iusto.ff.de eo quod metus causa.alia duo iura allegantur l.1. C.ne liceat potentioribus l.1. & 3. ff. de alienat. iudicij mut. caus.fac. Ex quibus importunam præsumimus & tyrannicã potentiorum uim & potestatem in huiusmodi luctuosis & seruitijs, quæ præstantur dominis habentibus iurisdictionẽ in eodem loco,siue ecclesiasticis, siue secularibus, & d.cap. nullus.& c. quia cognouimus.ex dict.reg. quod latenter, & receptam ibi sententiam, semper si nihil aliud proponatur præsumitur coacta uoluntas uasallorum,magisque intelligimus metum & uim,quàm liberam & spontaneam uoluntatem, huiusmodi enim luctuosæ siue dominis soluantur laicis,siue ecclesiasticis,si iurisdictionem exerceant,qui eas percipiunt in eos, à quibus percipiuntut,odiosæ sunt,nullasque
4 retinet causas fauoris † Idque etiam de illis intelligendum est,quas Decani,uel Archidiaconi percipiunt à clericis suis, quales in Ecclesia Compostellana hodie percipiuntur à Decano,& Archidiaconis. Namque in his par præsumptio est; quia iurisdictionem exercent ordinariam.c.1.de officio Archidiaconi,ibi.& omnem curam in clero ad se pertinere,siue de eorum conuersatione, siue honore,& ibi,ut de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest,parochiam uniuersam circumueat, & cuncta quæ emendatione indigent ad uicem sui episcopi corrigat & emendet. Archidiaconus in omnibus est uicarius Episcopi, habet curam in clero,tam in urbe,quàm in parochijs.Denique ut dicit Innocentius in dicto ca. 1. semota alia præscriptione exercet omnia,de quibus in toto titulo de officio Archidiaconi.In quo tamen ex eodem Innocentio multum aduertendum est ad consuetudinem in his,quę Decani,uel Archidiaconi,& prępositi possunt facere. In officijs enim præualent consuetudines obseruatæ in Ecclesijs. cap.cum olim.de consuetudine. Quæ consuetudines ferè tot sunt,quot sunt Ecclesiæ.De iurisdictione Archidiaconi multa Ioannes Andras in Nouella in cap. officium. de officio Archidiaconi, audit iurgia clericorum.15. distinctione c.perlectis,pœnas infligit c.licet, de pœnis,priuat beneficijs.de præbendis. cap.referente.Item excommunicat,tenet Ioannes Andreas, & Innocentius in cap.Archidiaconus.de officio Archidiaconi, ubi dicunt, quòd ius cõmune est, ut ipse & alij prælati iurisdictionem habentes ab Episcopis, ex collatione uel confirmatione officiorum, uel dignitatum, ad quas assumuntur, sint iudices ordinarij, & quòd possint excommunicare 11.q.3.cap.nullus.Et quod dicitur in c.Archidiaconus.eod. quòd non possint excommunicare secundùm antiqua instituta intelligit: posteà uerò & iure & consuetudine præscripta facultas excommunicandi concessa quoque est, glos. Abb. & Docto.in cap.Archidiaconus.de officio Achidiaconi.

5 † Decani etiam qui Archipresbyteri dicuntur in cap. ad hæc.de officio Achidiaconi.ibi,Archipresbyteri uerò,qui à pluribus Decani nuncupantur,eius iurisdictioni se nouerint subiacere, hi iurisdictionem habent.Siue enim in plebe sint
6 & ciuitate † unde plebani quoque dicuntur in cap. cum ad ecclesiarum. de officio ordinarii. siue ruri, unde rurales dicuntur, non solum imperiti uulgi solicitudinem gerit, uerùm etiam presbyterorum, qui per minores ecclesias habitant:& uitam ipsorum iugi & continua circunspectione obseruant, & renunciat Episcopo, qua quisque industria officium suum exerceat cap. fin. de officio Archipresb.& ibi gl. quatenus dicit tex.quòd ad Episcopum referat,intelligit maiora referenda esse, nam de minoribus dicit,quòd ipse potest decidere:cum iurisdictionem habeat ordinariam. Quã glos.seq.omnes,& est text.in d.cap.cum ad Ecclesiarum.de officio ordinarij,in his ergo Decanis,& Archidiaconis, qui iurisdictionem exercẽt suam: quia eadem militat ratio,quæ in laicis dominis(omitto Episcopos,quia in his nulla est dubitandi ratio)ex regula c.quod latenter,& quæ ibi Docto.in huiusmodi seruitijs & oneribus, quæ sibi ab inferioribus,siue laicis, siue clericis soluuntur,nomine luctuosæ præsumptio est contra ipsos,& pro clericis, quòd huiusmodi luctuosas soluerint coacti non uerò animi liberalitate. Itaque respectu horum nullus ineat fauor, qui odium extinguat, aut remoueat, immo horum possessio in huiusmodi seruitijs & oneribus,seu luctuosis,quam domini allegant,& est,& præsumitur uiolenta & iniusta, ut refert Gregorius Lopez in d.
7 l.6. ex Abbat. Innocentio & Isernia. Denique † in hoc casu, & in alijs omnibus similibus duplex reperitur præsumptio, altera quę uasallos & inferiores ab his seruitijs liberos & exẽptos dictat:quæ pro uasallis est,altera uerò qua ius in istis dominis iurisdictionem exercẽtibus terrorem & metum,uim, & coactionem præsumit,ex his quæ diximus circa dictũ capitulũ quod latenter.Et ita receptum est ex his,quæ diximus supra.

8 †Ex quo cum ius ipsum resistat dominis in huiusmodi seruitijs & oneribus,necessaria est dominis exercẽtibus iurisdictionẽ immemorialis præscriptio,præcipuè ubi de titulo & causa non appareat l.8.tit.15.li.4.Ordination.Regiarum. Atque hæc immemorialis præscriptio probari debet, & articulus de ea concipi debet exactissimè iuxta formam legis nostræ,quam Carolus inter Reges Hispanię huius nominis Primus, inter Augustos uerò Quintus tulit Madriti (quæ antiquis fuit Mantua Carpentaneorum) anno millesimo quingentesimo uigesimooctauo in cap. 20. Cuius quidem immemorialis præscriptio necessaria est,ut domini possint perpetuò exigere has luctuosas firmo & perpetuo iure, dum tamen hæc ipsa immemorialis probatio contineat omnes circunstantias suas iuxta leges Regias, quæ de immemoriali probanda constitutæ sunt.l.1.titu.7.lib.5.Ordinationum Regiarum. In casu enim ubi ius resistit dominis & assisti uasallis, exactissima, & uerissima attestatio necessaria est,& quæ ex omni parte sibi constet,quam à bonis primogenij trahes
9 ad has luctuosas.Ex † cuius forma concludendum est per testes, qui ad minus memores esse possint eorum, quæ circa huiusmodi exactiones in eo loco,de quo agatur, gesta proximis quadraginta annis.De quo Franciscus,& Dominicus, & Lapus in capituio primo.de præscriptionib.lib.6.Aymon de antiquitate temporis.4.part.cap.absolutis.nume.3.Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ.Rub.1.§.2.ad fi.quod. d.l.1.tit.7.lib.5.Ordina.& l.41. Tauri constitutum est.Atque hi testes; quoniam attestaturi sunt de his,quæ uiderunt proximis quadraginta annis, necessùm est, ut attingant ad minus annum quinquagesimum & dimidium,uel quinquagin ta & unum, ut post decimum & dimidium,uel undecimum annum supersint quadraginta, de quibus deponat & attestetur quæcunque uiderit circa exactionem luctuosarum. glo. in cap.1.de præscriptionibus.lib.6.Quam ibi Francus,& reliqui tenent.Speculator titulo de probationib.§.ultimo.Balb. de præscriptionib. qui plures allegat.2.part. partis tertiæ.q.6. Alios refert doctissimus Couarru.in Regula possessor.2.par. §.3.nume. 6.Doctores nostri in l.41. Tauri.ubi Castrillo uerbo. Quarenta annos.Molina de Primogenijs Hispanis,lib.2. c.6.nume. 40. ubi uere concludit contra Parisium consi. 27. numero 97.libro 1.& contra Antonium Gabrielem. libro 2. communium opinion. tit. de præscriptione.conclusione.1. numero 83.quòd non sit necesse, ut testis,qui de immemoriali possessione sit attestatus, expleuerit annos quinquaginta quatuor. Sufficit enim,quòd attestetur de his,quæ perpetuo tenore uidit obseruari, iam inde ab illa ætate qua doli capax uideri potuit, scilicet à decimo anno cum dimidio. Tunc enim doli capacem puerum intelligimus. glo. in § in summa.uerbo proximus,Inst.ui bonorum raptorum.& in l. pupillus. ff. de regulis iuris. & in §.pupillus.Institut.de inutilib.stipula. & per l.9 titu.primo par.7.& l.17.titu.14.ead par. Vide latius per eundem Molinam ubi supra. Igitur deponent testes de possessione quadraginta annorum ad minus, uidisse se toto illo tempore, quo recordantur, solui luctuosas patienter, nunquamque uidisse contrarium fieri, factumque aut gestum fuisse, audisseque seniores ita quoque asserentes uidisse se, de quo auditu à maioribus est lege. in summa.§. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda, ibi. Neque utique necesse est supersse, qui meminerint,uerum esse,qui audierint eos qui memoria tenuerint,tandem concludent prædicti testes ita præterea esse famam publicam,& communem opinionem apud eos omnes, qui de ea re cognouerint. Hæc erat iure communi probatio immemorialis, atque ex hoc iure nihil necesse erat, quòd testes deponerent, præter ea quæ uidissent proximis quadraginta annis, quod attinet ad seniores, nisi de auditu, quod audissent maiores suos ita referentes gestum esse, nec unquam contrarium gestum actumue fuisse, quod ipsi scirent, nihil aliud exigebat ius. Sed iure nostro ex d.l. quadragesimaprima. requiritur exactissima probatio: ut scilicet testes deponant, se ita uidisse proximis quadraginta annis, & audisse maiores dicentes se quoque toto suo tempore ita uidisse geri fierive, & audisse antiquiores qui dicerent ita factum fuisse, idque accepisse à senioribus, & audisse, qui ita dicerent.

10 Deponet † ergo testis in huiusmodi probatione immemoriali,ut nos foresi uerbo dicim⁹, Delas ſegũdas oydas.Aliàs

Source : BIU Cujas

probatio in hoc casu nullius est momenti; quia iure nostro requiritur probatio exactissima, & undequaque perfecta cū omnibus circunstantijs, ne quid desit. Quod tenet Doctissi. Couarru. & Gregorius Lopez ubi supra, item & Ludouicus Molina ubi supra numero 32. & licèt ipse relinquat arbitrio iudicis hoc ipsum.

Tamen cum sumus in materia odiosa, ubi ius resistit, uideo in hoc Senatu Galleco omnes circunstantias immemorialis probationis requiri, & ob omissam illam circunstantiam de las segundas oydas. Iam uidi aliquando iudicatum, immemorialem possessionem non esse probatam. In casu
11 † autem ubi res de qua agitur non est odiosa, ut in pascuis, ubi etiam si non assistat ius, non tamen resistit, non ita exactam uideo requiri probationem; & tūc habet locum quod dicitur, quòd omissio modicæ solennitatis non uitiat actū, ex Bart. in l. 1. § quod autem. nu. 1. ff. de uent. inspiciend Iason in l. 2. § prius. nu. 10. ff. de uulgar. Emanuel Costa in l. Gallus. § & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. 3. part. num. 86 Menchaca de successionum creatione. §. 9. nu. 9. Couarru. & Ludouicus Molin ubi supra Hoc enim ita accipere solet Senatus noster, si probatio uertetur in materia fauorabili, uel non odiosa. Vbi autem odium est, & ius resistit, tunc quidem nulla circunstantia omittenda est, sed requiritur obseruatio formæ traditæ in d. l. 41. Taurinæ. Ideoque in huiusmodi seruitijs & præstationibus oneribus, & luctuosis, quæ præstantur à uasallis dominis exercentibus iurisdictionem in eo loco: quoniam odium est, & ius resistit, probatio requiritur perfectissima cum omnibus circunstantijs, iuxta leges nostras regias, de quibus supra. Et cum hæc circunstantia de las segundas oydas, posita sit in d. l. 41. meritò omitti non potest, ut bene aduertit doctissim. Couarru. ubi supra. §. 3. num. 7. Vnde si omittatur, ut solet omitti, imperitia scribarum, quibus hæ testium receptiones, unde receptores uulgò dicuntur, committuntur, totam probationem corruere necesse est. Vt uideas quàm sit in potestate scribæ ignorantissimi uniuersi iuris confusio.

12 † Quod autem additur de fama publica & communi opinione, ideo dictum est: quia in antiquis fama probat. Bald. in l. cum super. de rei uend. C. Abb. in c. ueniens. el secondo, de testibus, & in c. quid per nouale. de uerb. signifi. & in c. super eo. de paroch.

13 † Idem de opinione generali in antiquis habetur pro ueritate, & non est necessaria alia probatio, dum tamen talis opinio sit uniformis apud omnes, nec de ea sit controuersia & contradictio apud petitos. Facit quod nult Innocentius in c. cum causa. de iuramento calumniæ. & in c. ueniens. de uerbo. signifi.

14 † Item testes debent esse probi & boni nominis & integrę opinionis, ex d. l. 41. ibi. Por testigos de buena fama. Vnde consueuit fieri articulus ab aduocatis de fama & opinione laudabili eorum, quos in testes produxerunt ad probandū immemorialem, & est necessariam nostro iure in huiusmodi probatione, aliàs quoque hæc probatio omissa, utpote circunstantia posita à lege, corruet tota probatio. Quanuis enim nemo præsumatur malus, nemo item præsumitur bonus ad certum actum, qualis est ad testificandum in probatione immemoriali. Quare necesse est, ut is, qui testes produxerit, testes eosdem approbet, adductis alijs testibus, qui uitam, ipsorum mores, & famam noscant & approbent † In
15 quo est singularis doctrina Angeli in l. 2. §. idem autem. ff. quemadmodum testam. aperiantur, quòd si lex, vel statutum requirit testes optimæ opinionis, quod est præcisè articulandum & probandum, quod tradit Ludouicus Molina ubi supr. numero 30. & fuit Aymonis Crauetæ, ubi supra. 1. parte. §. quæritur. numero 38. Auendan. de exequendis mandatis Reg. Hispan. c. 6. nu. 6. & aliorum, quos ipsi adducunt, poteris uidere, ut uideas quanti momenti sit in his causis repulsa testium, ubi boni testes & boni nominis requirūtur. Hæc igitur est immemorialis, quæ tuetur dominos contra uasallos in his oneribus & seruitijs, &
16 † probata hac immemoriali possessione cum his circunstantijs, quas diximus, non est necessaria tituli allegatio secundùm communem & ueram sententiam, cum glo. uerb. non extat, in c. 1. de præscriptionib. lib. 6. & in ca. super quibusdam. de uerborum signifi. Iaso
17 in l. si certis annis. C. de pactis. Quia † ipsa immemorialis possessio est titulus undequaque legitimus. Aymon de antiquitate temporum. 4. parte. §. absoluris. nu. 49. Alexand. consi. 6. lib. 1. Iason cons. 156. lib. 1. Bald. de præscript. 5. part. q. 7. Ripa in c. 2. de iudicijs. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. c. super quibusdam. §. præterea. & ibi glos. de uerbor. significa. c. hoc quippe. 3. q. 6. c. conquestus. 9. q. 3. c. mos antiquus. 65. distinct. Auendanius li. 1. de exequend. mand. Reg.
18 Hispan. c 12. nu. 7. Immo † habet uim legis. le. 1. §. fina. & l. in summa. ff. de aqua pluuia arcenda, ibi, si tamen agri lex non inueniatur, uetustatem uicem legis tenere. Sanè enim & in seruitutibus hoc idem sequimur, ut ubi seruitus non inueniatur imposita, qui diu usus est seruitute, nec ui, nec clam, nec precario habuisse longa consuetudine uelut iure impositam seruitutem uideatur.

19 † Et hæc immemorialis potest tantum quantum imperator cum causa. Andreas de Isernia in ca. 1. uerb. fiumina, quæ sint regalia, in usibus feudorum. Vbi Baldus dicit, quòd habet uim priuilegii. Iason in l. quominus. ff. de fluminibus. &
20 præsumptio † resultans ex tali immemoriali legitime proba
21 ta dicitur iuris & de iure, adeò † quòd non recipit probationem in contrarium. Felinus in cap. cum nobis. de præscrip. & in hac probatione immemoriali non curamus de bona uel
22 mala fide. Salycet. in l. 2. C. de seruitutibus & aqua † præsumitur enim ex ea titulus, & bona fides. Angel. Pau. & Ias. in l. si certis annis. C. de pactis. Barto. in lege cum de in rem uersn. ff. de usuris. & in l. Celsus. ff. de usucap. Quodque immemoriali tempore possessum est, præsumitur ab authoribus eius iustè & legitimè, & rectè possessum. Innocentius, & Bald. in cap. si diligenti. de præscriptionib. Baldus de præscript. 2. parte, partis tertiæ. q. 6. principali, hæc atque alia id genus potest immemomorialis hæc probatio, de qua agimus, in his oneribus & seruitijs, & in reliquis casibus, ubi legitimè probata sit, si talis probatio necessaria sit.

23 † Vnde probata hac immemoriali possessione aduersus uasallos & subditos, non est præsumenda uis, nec coactio, aut tyrannis, cessatque penitus præsumptio illa, de qua Doc. in d. regula, quod latenter. Tanti enim temporis usus & reiterata tot seculis solutio omnem penitus præsumptionem uiolentiæ & coactionis excludit. Idque probatur apertè ex his quę de immemorialis possessionis ui & potestate cumulauimus, & colligitur apertè ex dict. regu. l. 41. Tauri, & tradit Guido cons. 1. & 65. in princip. & nu. 10 & Gregorius Lopez in d. l. 6. tit. 25. part. 4. ubi optimè.

24 † Cum enim ad immemorialis præscriptionis probationem deducendum sit, memoriam hominum non extare facti alicuius, quod in contrarium gestum actumve sit, de quo in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqua pluuia arcenda, ubi idem Labeo (inquit Paulus) ait, cum quæritur, an memoria extet ex facto opere non diem & Consulem ad liquidum exquirē dum sed sufficere, si quis sciat factum esse, hoc est, si factum esse nō ambiguitur, nec utique necesse est supersse, qui meminerint, uerum esse, qui audierint eos, qui memoria tenuerint. Idem in §. idem Labeo si in agro tuo eadem lege. ibi, planè si fossa iure facta sit, cuius memoria non extat, agi te-
25 cum posse aquæ pluuiæ arcendæ, ut reficias. Si † igitur memoria in contrarium extat, corruit immemorialis, quæ in hac nostra specie constare sibi debet ex omni parte. Quod tenet Ioan. Andr. & reliqui in cap. quid per nouale. de uerborum significatio. Innocentius uerbo, memoriam. & Ioannes Andreæ in cap. ueniens. de uerborum significat. libr. 6. Cum ergo in d. l. 41. Tauri hanc circunstantiam addiderit ad probationem immemorialis probationis, scilicet q̄ cōtrarium, nec uisum, nec auditum sit ibi. Y que nunca uieron, ni oyerō dezir lo contrario. In hac odiosa luctuosarum præstatione precisè obseruanda est: nec curamus legem illam aliter, & ciuiliter interpretari, uel humanè. Quod quidem, an fieri debeat in materia fauorabili, uel saltem non odiosa, modo non disputo, ut in materia primogenij, uel pascuorum fortasse aliunde excogitanda est interpretatio, ex contraria præscriptione inducta cum legitimo tempore ex contrario actu, certè in nostro casu necessum est, quòd memoria non extet in contrarium Vnde etiam si initium non prodas immemorialis, quo casu nulla est difficultas, sed tantum contrarium actum probes, qui memoriam in contrarium extare demonstret in nostra materia odiosa, & cui ius aduersatur, sustineri non poterit immemorialis præscriptio, quæ uel ex ipso nomine absque memoria contrarij actus esse debet. Vide infra numero trigesimoquarto.

26 † Tum etiam corruit immemorialis, si id quod exigitur & soluitur non sit semper uniformiter solutum. Ex omnibus enim, quos superius citauimus, uniformis debet esse, & semper fuisse exactio & solutio luctuosæ, seu oneris. Namque si ab hinc quinquaginta annis bos duntaxat nomine luctuosæ solutus sit, deinde procedente tempore equa, aut equus, posteà uectis, aut mula, postremò uectis, & mula simul, aut si duo olim posteà unum soluta sint, huiusmodi uariatio & uicissitudo deformis diuerso tempore planè sine controuersia immemorialem destruit rediuiua præsumptione coactionis & metus. Et ita data uarietate hac oneris exacti & luctuosæ solutæ obtinere non potest dominus contra uasallos. Quod quidem est generale in omni onere & impositione in ratione immemorialis possessionis. Tenet

Couarru.

Source : BIU Cujas

Couarru.d.§.4. par.2. num.4. versiculo annua præstatio vniformis,nec in hoc casu quando est variatio habet locum im
27 memorialis † nec lex Regia lata à Carolo Imperatore etiam quoad possessionem probata prestatione deformi,vti in specie,& bene refert & tenet Auendianus de exequend. mand. Reg.Hispan.par.2.c.4.num.17.versic.Quod præmaximè verum est, si ita doni donatio vniformis non est vniuersaliter vniformis, sed diuersa in præstatione, qui allegat Baldum, Ang.& Iasonem,& quamuis ipsi nihil dixissent, fundata iuris ratio cogit sic intelligere. Concludere enim debet testis, & ita concipi articulus debet,quòd ea præstatio,de qua agitur tempore litis,soluta fuerit ab hinc quadraginta annis ad minus & vltra quadraginta annos toto tempore,cuius initij memoria hominum non extet, quòd si illa aut diuersa fuit, aut dissimilis,aut maior,aut grandior in suo genere, vicissitudine variante planè immemorialis esse nequit.& sicut illa quæ de nouo aucta,vel diminuta est,sustineri non potest: ita nec antiqua;quia vna & eadem res,quæ petita est,nequit diuerso iure censeri l.eum qui.ff.de vsucapionibus.cap. cum in tua.de decimis.Bal.in l.humanitatis.C.de impuberū & alijs,
28 † & ratione partis de toto iudicamus l.3.in princ. & ibi glos. & Docto ff.de acquiren.poss. immemorialis enim perpetua vniformis vna eadem esse debet,verissimum enim est, requiri ad hanc probationem possessionem,vel quasi eius temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, & cuius actus contrarius memoriam non habeat. Alexan.consil.16. num.16. lib.5.

29 † Obseruandum tamen summe est : quia vtilissimum & quotidianum in hac materia,quòd ista probatio, etiā si vulgò aliter receptum sit,est difficillima. Namque etiam si plures testes deponant se vidisse luctuosas solui è bonis morientis:quia viderit è bonis Titij & Sempronij solutas, audisseq; eos qui viderant solutas suis temporibus & audierant maiores suos,qui viderant,& memoria tenuerant,nec vnquā contrarium vidisse audisseve, atque id esse publicam famam, & constantem opinionem apud omnes,qui id nossent: tamen adhuc hæc ipsa probatio difficillima est : quia habet aliquid negatiuum, scilicet contrarium minimè vidisse fieri gerivè. Quæ pars cum negatiua sit (vt apparet) fallacem habere potest attestationem,aut certè debilem, cum minimè destruere possit probationem contrariam,si testes contrarij contrarium se vidisse planè & verè asserant.Tunc enim si contrariū appareat,maius adhuc periculum est; quia fides testis deponentis de immemoriali magis debilitatur. Vnde ex duobus testibus qui viderint & attestentur contrarium actum sciente & patiente domino memoria inducitur facti contrarij,& infringitur probatio;quia hi de affirmatiua,illi verò de negatiua ferè deponunt.Quid enim obstat, si mille nunquam viderint negatas luctuosas,si tamen duo testes meminerint petitas aliquando nec fuisse,nec solutas,idq; tacente & consen
30 tiente domino?Certè † magis creditur his duobus asserentibus,quàm mille negantibus.glo. in l.diem proferre §. si plures.ff.de arbitris.quæ recepta est communiter.Itaque si contrarium meminerint homines, iam immemorialis dici nequit,quod in hoc genere probationis facilius admittent iudices propter facti acerbitatem, & violentam præsumptionem,qua præsumptio adiuuatur, quæ liberos ait vasallos.

31 † Vnde dicendum est ex Alex.d.cons.16. lib.5. non solum intra centum annos posse destrui immemorialem probationem, si testes ex aduerso producti intra id tempus dicant se vidisse contrarium,verum si vltra centum annos asserant vidisse eos contrarium fieri agive: vtcunq; enim siue cis, siue citra centum annos memoria extet in contrarium, procul dubio corruet immemorialis.Quid enim si vltra centum annos deponant testes luctuosas non exigi solere, quod viderint mortuos Titium,& Seium, vidente domino neque luctuosas petitas,nec postulatas,quòd si petitæ minimè solutę sint, certè hæc verè est memoria in contrarium, etiam si id
32 gestum sit vltra centum annos. Potest † namque reperiri testis,qui deponat de his,quæ vidit vltra centum annos, & in hoc Senatu quotidiè referunt testes huiusmodi.Tenet Alex., d.cons.16.& Ioan.Andreas in d.c.1.de præscrip.lib.6.ad finē, quod quidem facilè fieri potest retenta communi opinione.De qua glo.in c.relatum 37.distinct. gl. in l.3.§.lege Iulia. ff.de testibus.& in l.ad testium.§.1.de testam.alia in §.testes. Instit.de testam.communem dixit Aretin.in d.l. ad testium. §.1.Fely.in c.vlt.de sententia excom. Decius in l.2.§.vlt.ff.de reg iuris, vbi omnes asserunt posse testem testificari de his, quæ ante pubertatem vidit,& valet eius testimonium, cum eo tempore,quo testificatur,iam pubes sit,licèt actus, cuius testimonium perhibet,ante pubertatem contigerit,quę cōmunis opinio verissima est,& habet l.9.titu.16. par.3. pro se, vbi Greg.Lop.qui verb. Que ouiessen ante visto,optimè exponit,scilicet eo tempore,etiam si in pupillari ætate, si tamē memores esse possint, atque tempus illud proximum puber tati esse debet,vt ipse optimè declarat & bene, scilicet decē anni cum dimidio,vel saltem vndecim,ex d glo.in d.c. 1. de præscrip lib 6.& ita debet intelligi prædict.l.9.tit.16. part.3. Itaque ex his siue citra, siue cis centesi mum annum constet memoria hominum,quòd scilicet luctuosę in loco minimè soluebantur,nec petebantur, morientibus ciuibus, vidente & patiente domino, certè destruitur immemorialis in hoc nostro casu & speciale luctuosarum,quæ odiosæ sunt. Vnde in hoc non est curandum de quasi possessione centum annorum,hoc est,quòd intra centum annos non extet memo
33 ria contrarij actus.Fxistimabat † enim Guido Papa q.573.& ante eum Cynus in l.2.C.de seruitutibus & aqua q. 10. & ibi Bal. nu.22. Cępola de seruitutibus vrbanorū prædiorū c.19. Balbus de præscriptionibus 2.parte,partis 3. q.6. & alij quos refert Ludouicus Molina vbi sup.nu.61.& Speculator tit.de probationib.§.1.num.28.Antonius de Butrio in ca. quid per nouale.de verb.signifi.Ioan.Andreas in d.c.veniens.de verb. sign.lib.6.Aymon vbi sup.4.parte,cap.materia ista singularitatis testium.nu.40.Existimabant fere immemorialem temporis esse recordationem centum annorum : ita vt etiam si cōtrarium reperiretur factum ab hinc centum & vnum, vel centum & duos annos, etiam si id constet per testes, qui id viderint,adhuc immemorialis dicatur,vel sustineatur , cum intra centum annos contrarij actus memoria nō extet. Quā opinionem communem dicūt Mod.Pari. in consuetudinib. Parisienſib.tit.1.§.5.num.63.quem pro hac opinione allegat doctissimus Couarr.in d.reg.possessor.par.2.§.3.nu.6.ad fin. etiam si Mod.ille aliud agat. Verè enim ille (vt patet ad literam) nihil agit de immemoriali, sed inquirit,qā dicatur factum antiquum, & relatis aliorum opinionibus refert etiā
34 illam, quæ communis est,vt † factum antiquum dicatur illud quod ab hinc centum annis contingit. Cuius opinionis authores refert plures, de immemoriali verò nihil,aliud factū antiquū est,aliud sine memoria & recordatione.Ideo Mod. ille non est in illa opinione & statuendum ēst nihil,aduertendum esse ad centum annos, vtcumq; enim siue citra siue cis centum annos facti contrarij memoria reperiatur, immemorialis esse nequit.Et optimè concludit contra communē doctissimus Couar.vbi sup.d.§.3.num.7. & licèt Ludouicus Molina.d.lib.2.c.6.nu.60.& 61.& seq.ad resolutionem huius quæstionis,distinguat plenè,tota eius distinctio in eo est, vt si reperiatur contrarium actum gestumve contra immemorialem,siue cis,siue citra centum annos,immemorialis minimè consistat : nam si actus non sit contrarius, & consistere possit cum immemoriali;tunc quidem non est nostra dubitatio.Quod cum ipse recipiat in materia primogenij, certè multo fortiùs est admittēdum in nostro casu odioso:vbi lex requirit immemorialem cum circunstantijs suis,vnde quaq; perfectissimam.Vnde, licèt dominus probet immemorialē possessionē, & vasalli adducant testes oculatos qui attestentur vidisse se ab hinc centum & duos,vel decē annos,luctuosas nullas solui, vel intra centū annos, morientibus ciuibus minimè postulatis luctuosis, etiā si initium non prodant & principium,quando primum cœperint præstari, certè tunc immemorialis corruet extante memoria contrarij actus ex superius adductis.

Secus dicendum est, si cum dominus semper habuerit luctuosas,semperq; præstitæ sint,tamen vnus,& item alter desierit soluere luctuosas,negligente domino,vel nolente, vel cum non posset exigere nihil refert. Hæc enim non est memoria contrarij actus;quia semper præstitæ sunt,si nō ab his qui reuelarunt,certè ab alijs,est tamen interruptio ab eius q soluere non vult,cū debeat soluere, quem etiam si negligat dominus,vel nolit,non statim destruit immemorialem suā. Aliud est enim interruptio contrarij actus, quæ præsupponit immemorialē possessionē,aliud memoriam non extare, quod nullam talē possessionem præsupponit,rursum non est idem memoriam non extare,vel dari principium immemorialis; potest enim testis vidisse non solutas, nec exactas luctuosas in loco, sed ignorare quando primum solutæ sint. Itaque maximè aduertendū est in hac materia ad hæc tria, scilicet ad memoriā contrariam,initium immemorialis, & interruptionem . Interruptio enim non vitiat immemorialem,Oldradi cons.254.nu.18.Corn.cons.22.nu.5. lib.1.Parisius cōs.27.nu.28. lib.1. quos allegat Ludouicus Molina vbi supra nu.47. Cuius ea ratio; quia cum immemorialis contineat tempus infinitum,adempto aliquantulo tempore semper remanet infinitum, ob idq; interruptione non lædit̄r, nec destruitur immemorialis.Quæ ratio tam militat siue interruptio hæc contingat intra quadraginta annos, de quib. in l.41.Tauri.vel vltra quadraginta annos.Namque si dominus possessionem quadragenariam non probauerit,non est probata immemorialis,si ipsam probet cum alijs circunstan

tijs

tijs d.l.41.probata est ab ipso immemorialis. Atq; tunc quidem etiam vasallus probet interruptionem, etiam intra quadraginta annos, interruptio illa ex his quæ diximus non destruit immemorialem. Et ita intelligenda est d.l.41. Tauri. & Ludouicus Molin. vbi sup. d. nu.47 qui nisi ita intelligatur, difficilè sustineri poterit, & habes hæc bene explicita ad probationem immemorialis.

35 † Tum etiam illud aduertendum est, quòd ista præstatio luctuosarū debet esse sine coactione vlla. Requiritur enim ad hoc vt domini obtinere possint, quòd toto tempore illo immemoriali liberè domini habuerint ex bonis emortui huiusmodi luctuosas, quodq; vasalli patienter tulerint hoc onus, nec restiterint vnquam cōtradicendo, immo propter præsumptionem vehementem, quæ est contra ipsos ipsis in
36 cumbit onus probandi huiusmodi patientiam. Quòd † si vasalli probauerint nolentibus ipsis soluere has luctuosas pignora fuisse sibi capta, eosq; pignora data & numerata pecunia redemisse, ne rebus suis carerent, denique si domini arrestabant, fortior efficitur præsumptio coactionis & violentiæ
37 de qua in d.reg quod latenter Hi † enim actus arrestatio, pignoratio, incarceratio violentiæ & coactionis indices sunt, non merè voluntatis, ex quibus immemorialis corruit.

Hoc notat Gregor. Lopez in d.l.6. & benè (vt ipse asserit) cum enim patientia requiratur vasallorum toto illo tempore in prestatione harum luctuosarum, quantum est ex se coactionem secum affert, & violentiā. Quis enim nisi planè stultus ita cogitauit voluisse quenquam tantum tamque miserū onus subire, vt morienti sibi & filijs parente destitutis bona ipsa auferantur. Ex quibus satis piè Gregorius Lopez in d.l. 6 admonet locorum dominos, vt ab his exactionibus abstineant, operepretium facturos sibi & animabus suis oportu-
38 nè consulturos Notandum † tamen est in hac materia, quòd licèt præscriptio stricti iuris sit, & strictissimam recipiat interpretationem, nec extendantur de persona ad personam, nec de re ad rem. Innocentius in cap. tua. de decimis. Doctores in c.cum olim. de præscriptionibus. Baldus in l.nō dubiū. C. de legibus l.1. vbi glo. & Bar. ff. de itinere actuque priuato c.auditis. de præscrip. Socyn. cons.272. 2. par. incipit in causa sancti Andreæ. glo. in reg odia. de reg. iur. lib.6. Innoc. in c.auditis. & ibi Fely. nu.10. Bald. in l. de quibus. ff. de legi. vnde dictum est, quantum possessum, tātum præscriptum, in hoc tñ casu non est necessum, quòd præscriptum sit præscriptione immemoriali contra omnes particulariter. Sufficit enim, q̄ luctuosa sit percepta ab aliquibus, vt contra omnes intelliga
39 mus præscriptum, cum † enim præscribatur ius reale in gene re, scilicet ius exigendi luctuosam illam præstationem, præscripto iure illo reali exigendi, præscriptū intelligimus contra omnes personas territorij, quibus ius illud applicari potest, ex singulari doctrina Baldi in l.si quis diuturno 2. notabili. ff. si seruitus vendicetur, vbi inquit, quòd præscriptio iuris realis porrigitur ad omnes, etiā si aduersus eos specificè nō fuerit præscriptum. Vnde qui præscribit iurisdictionem in territorio, poterit illam exercere aduersus aduenas, quāuis aduersus illos nō præscripserit. Vnde præscriptio in illa specie, quæ præscripta est, extendi potest de persona ad personam, sequitur Bald. in additione ad Speculum tit. de iurisdictione omnium iudic. versic. antepen. Fel. vbi supra nu.20. Iason in l.3. nu.39. de acquir. poss. Aymon de antiquitate temporum par.4. in prin c.nu.29. Balbus de præscrip. 2. par. principali. q. 2. nu.28. Ludouicus Molina post hos vbi sup. c.6. nu. 27. qui refert Bartolum authorem huius opinionis in d.l. si
40 diuturno, ille tamen nihil de hoc † vide latissimè quando de vna specie, & de vno actu ad alium possit extendi eleganter Zasium lib.2. cons.16. nu.59. & eundem Aymon. Crauetam vbi supra nu. 58. & 60. & ex illis intelliges melius quæ tradit idem Ludouicus Molina vbi supra nu. 18. ad extensionem præscriptionis de vno actu & de vna specie ad aliam, quod nunc non est nostrum propositum, nobis illud sufficiet attigisse, scilicet non requiri in hoc præscriptionis genere, quòd ab omnib. de territorio sit exacta luctuosa. Sufficit enim, q̄ à quibusdam præstita sit: cum sese casus obtulit, iuxta veram rationem & naturam eius actus & iuris realis, quod præscribitur; quia tunc contra omnes præscriptum esse intelligendum est.

41 † Vnde si quemadmodum hæc ipsa præscriptio dirigitur ad exigendum ius reale dirigeretur ad seruitiū aliquod personale, scilicet, vt arcem carceremve custodirent vasalli, vel dominum comitarentur. Tunc verè non extenderetur de persona ad personam: sed penes illos versaretur illa præscriptio, penes quos actus reperirentur exercitati ex eisdem Baldo, & alijs quos adduximus, qui id suscipiunt duntaxat in iure reali acquisito & præscriptione; non possunt enim domini compellere subditos ad custodiam nocturnam faciendā in castro, vel fortalicio, vt tenet Ias. in l. diuortio. §. impēdia. versic. item aduerte. ff. soluto matri. vbi dicit ita consuluisse, allegat Ang. in l. tutores. C. de operibus publicis, Angel. tamen id non asserit, sed tenet Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. tit. de feudo. nu.25. Iacobinus de sancto Georgio titulo de homagijs. ad fin. Boerius ubi latè allegat, deci-
42 sione 212. lib. 1. quod † tamen limita, nisi tale seruitium ratione loci, hoc est nisi sit Focagium, vt dicunt Galli, quia tūc transit ad omnes, qui habitauerint locum illum, pro quo debetur seruitium, & si pater habuerit plures filios, qui locum incoluerint, illum omnes præstabunt, singuli singula illa seruitia, de quo vide semper Boerium vbi supra nu. 4. vbi benè & latè hoc disputat. Sed tamen etiam si Doctores abierint in hanc sententiam secuti Baldum. Baldus tamen locutus est in casu d.l si quis diuturno. §. 1. supra, quòd ius reale, de quo ibi, multum differt ab hoc iure reali, de quo nos. Demus id Doctoribus & recipiatur eorum sententia, nos autē ad nostram quæstionē, scilicet, an ius hoc luctuosarum percipiendarum extendatur de vna persona ad aliam, hoc est an ex duobus tribusve actibus luctuosæ perceptæ ab aliquibus, inducatur perfecta præscriptio cum tempore legitimo cōtra omnes de territorio, in quo aliqua nobis adducēda sunt de consuetudine, vt ex ea constet, quid de præscriptione sit in-
43 telligendum, & † cum verissimum sit, distingui consuetudinem à præscriptione; quia consuetudo est quædam firma introducta ex consensu populi, sine vsurpatione iuris, aut rei alienæ, at verò præscriptio est vsurpatio iuris vel rei alienæ l. vsucapio. ff. de vsucap. Vsucapio, inquit Modestinus, est acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti, vbi verbum illud adiectio, positū est propter dominium, quod quis habet reuocabile, quod tamen vsucapionis adiectione quadam fit irreuocabile, de quo l. cum in bello. §. si quis capiatur. versic. si quis seruum. ff. de captiuis, & postli. reuers. & hanc differentiam colligimus ex natura præscriptionis & cōsuetudinis, & agnouit Aymō Crauetta de antiq. temporum 4. par. in princ. nu.3. & licèt ipse adducat contra hanc differentiam l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum, vbi agitur de cōsuetudine fodendi lapides in alieno territorio: & c. cōstitutus. de religios. domibus, vbi refertur consuetudo, quòd quis possit cogi vendere alteri rem suam, tamen vt inferius à nobis attingendū est, hæc duo sæpè confunduntur, & promiscue his vocibus vtimur. Vera tamē ratio vsucapionis est acquisitio iuris, vel dominij, consuetudinis non, item illud separat consuetudinem à prę scriptione; quia præscriptio requirit titulum & bonam fidem, consuetudo non item: cum inducatur aduersus omnem populum ex tacito quodam eius consensu, cu quoque malafides esse non potest. Item differunt: quia per præscriptionem acquiritur ius particulari, & particulari ratione, & agitur de damno vel commodo, vel fauore particulaii, & certarum personarum, quibus acquiritur, vel adimitur ius, in consuetudine contra acquiritur ius in communi omnibus & contra omnes de populo, & agitur de præiudicio, & vtilitate incertarum personarum, & versatur in consuetudine quoddam veluti ius publicum respectu omnium. Abb. in c.fi. de consuetud. Bellamera cons. 10. versi. sed prout aliàs legendo. lib.4. Alex. cons.6. lib.1. Bal. l. imperium. versic. circa octauam. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Aymon Crauetta vbi supra nu. 21. apud quem videre poteris alios, item illud separat præscriptionem à cōsuetudine; quia præscriptio est, cum vni acquiritur, alteri aufertur. In consuetudine nemini aufertur, plures differentias inter vtranque ponit Ioā. Faber in §. ex non scripto. Instit. de iure naturali, gent. & ciuil. Aymon vbi supra per plures numeros. Cynus in l.2. quæ sit longa consuetudo. Bar. in repet. l. de quibus. ff. de legibus. Coua. in Reg possessor. 2. par. §.3. nu. 2. Menchaca in suis controuersijs illustribus. lib.1. c.85. num.31. Ex his autem quę tradit Aymon vbi supra nu.41. post Innocentium & alios in c. diie cto. de officio ordinarij, præscriptio est stricti iuris, consuetudo verò fauorabilis, & in nostro casu ex his omnibus hanc ipsam rem, de qua agimus, aptius nomine præscriptionis, quàm consuetudinis significauimus, nec ideo minus extenda est de persona ad personam, vel quia ius reale acquiritur ex traditione Doctorum, de quibus supra.

44 † Vel ex alio extendenda erit præscriptio ista ad vicinos etiam, qui nunquam præstiterint luctuosas; quia licèt verum sit, quòd consuetudo requirat binum actum l.3. C. de Episcopali audientia c. ex parte. de consuetudine. Bart. & reliqui in
45 l. de quibus. ff. de legib. nu.12. l.5. tit.2. par.1. & † adeò requirit binum actum, vt adhuc necessum sit, quòd binus ille actus obtentus sit in iudicio, saltem vbi consuetudo inducitur cōtra ius, tenent Calderinus, Ancharanus, Ang. & Curt. iunior, quos refert Aymon Crauetta d.4. par. num.32. etiam si omnis opinio ad probationem consuetudinis actus extraiudiciales admittat, de qua Bar. in d.l. de quibus. & ibi Ias. in vers. in se-

Source : BIU Cujas

in secunda par.glo.septimæ.Bald.in cons.210.lib.1.dicit communem.Corn.cons.293.lib.1.& cons.179.lib.3.Abbas cons. 37.lib.2.idem in c.fin.de consuetudine, num.16.Rochus de Curte de consuetudine. nu.362. Aymon Crauetta vbi supra 4.par.in principio.nu.33.Burgos de Pace in l.1.Tauri.nume. 148.Ludouicus Molina de Primogenijs Hispanis, lib.2.c.6. nu.27.& 28.Gregorius Lopez in d.l.5.tit.2.par.1.verbo.Fueren dados.Contra hanc communem fortissimè facit prædicta l.5.tit.2.par.1.ibi. Si eneste tiempo mismo fueren dados concejeramente dos juyzios por ella. Nostri namque intelligunt illam legem, vt scilicet in nihilo resistat receptæ opinioni,vt scilicet necessarius sit duplex actus.isq; iudicialis, si quis se ad istud probationis genus restrinxerit,quasi lex,quę vnum genus probationis admiserit, alterum nō excluserit, itaque verius putant admittendos quoque esse actus extraiudiciales,non obstante lege illa Partitæ,quod mihi,qui decedere à doctissimorum virorum sensu leuiter non soleo, durissimum est,propter verba d.l.5.quæ mihi in Hispania ius facit, non Doctorum opinio, & ita censebat Burgos de Pace vbi supra cogita, & facit fortissimè illa ratio; quia ideo requiritur actus binus, isq; iudicialis in probatione consuetudinis;quia ex probatione duplicis illius actus iudicialis intelligimus quoddam notorium,& tacitum populi consensum; postquam enim in iudicium deducimus illam consuetudinem,& secundùm eam obtinemus,iam tunc in promptu est sic existimare vniuersum populum id voluisse, quæ est ratio exigendi duos illos actus iudiciales, quæ ratio cogit intelligere debiliores esse & infirmiores actus extraiudiciales,q̃ vt ex illis notorium illud inducatur. Vnde ex duobus actibus extraiudicialibus non ita intelligimus notorium illud,& vniuersi populi consensum,quod sensit Bar.in d.l. de quibus, in prima & secunda lectura, & notat idem Aymon Crauetta vbi sup.nu.35. & est ipsa veritas vnde ad nostram legem Par
46 titæ dicendum est. † Legitimè probari consuetudinem duplici actu iudiciali; quia scilicet ex illo inducitur notorium, non autem probari ex duplici extraiudiciali actu; quia ex illo non intelligo notorium eductum ex consensu populi.Vnde si quis hodie velit in Hispania probare consuetudinem, & nullum actum adducat,aut vnum, duosve tantum, eosq; extraiudiciales, nunquam existimabo consuetudinem probatam, non enim mihi possum ex vno actu etiam iudiciali, vel ex duplici extraiudiciali consensum populi notorium & publicum persuadere.Nisi cum duplici actu illo esset probata vniuersi populi comprobatio eius consuetudinis,& ferè expressa,qđ rarò fit. Si verò plures actus & frequentia actuũ deducantur,ex quibus verosimile sit populum vniuersum id cognouisse & consensisse,quamuis hi plures actus extraiudiciales.Tunc tamen: quia frequentia & pluralitas actuum inducit notorium illud idem, quod resultabat ex duobus actibus iudicialibus. Et reperitur obseruata ratio d.l.5.bene admittimus interpretationem nostrorum & communem sententiam, vt tales actus licèt extraiudiciales: quia plures sunt & frequentes,& quia inducunt notorium, admittantur. Et hoc casu hoc probationis genus erit admittendum.Duo verò actus extraiudiciales rarò aut nunquam probabunt consuetudinem;quia non ita facilè eis deducimus notoriũ. Obidque plurimum in hoc poterit iudicis arbitrium, qui de ea re cognoscet:cuius arbitrium in eo versabitur,an tales actus extraiudiciales sint,ex quibus possit notorius ille populi cõsensus educi,perspecta re, & rei qualitate, & circunstantijs, quod existimamus obtinendum,siue consuetudo probanda sit probatione ordinaria,siue ea,cuius initij memoria nõ extet,semper enim habenda est ratio actuum,an hi sint,qui inducere,& suadere possint populi vniuersi notorium consensum,qualem ex actibus iudicialibus colligeret doctus & pru
50 dens iudex. Idque contra Ludouicum Molinam, vbi supra num.28.versic.quicquid.vbi ait, in hoc probationis genere nihil esse curandum de actibus iudicialibus, constareq; probationem ex actibus extraiudicialibus, quod ego ita intelligerem, si frequentia actuum extraiudicialium deducatur. Namque (vt diximus) ex duplici actu eoque extraiudiciali rarò aut nunquam admittitur probatio cõsuetudinis ex his quæ diximus supra.

47 † Quæ diximus autem de consuetudine maximè faciunt ad ea quæ dicturi sumus de præscriptione,quę vt plurimum vnico duntaxat actu sustinet, præsertim vbi actus ille habet secum tractum futuri temporis & continuationem successiuam,& permanentem, vt est electio, præsentatio, nominatio, & successio. Namque continuatio successiua eius actus per tempus lege definitum præscriptionem constituit,& ita quòd sufficiat in præscriptione vnicus actus,tenet Abb.in c. fi.num.17.de consuetudini.Tiraquellus de Primogeni. q.38. num.2.Isernia in c.Imperialem.§.præterea ducatus. nu.3. de prohibita feudi alienatione per Federicum.Palatios Rubios in repet.c.per vestras.§.28.nume.37.qui quamuis loquantur in consuetudine,idem obseruandum à fortiori est in prescriptione,ad quam vnicus dumtaxat actus requiritur c.cum ecclesia.vbi scribẽtes,de causa possessionis & proprietatis.Hostiensis in c.Abbate sancti Syluani.de verb.signific. c.consultationibus.de iure patronatus.Bart. in l.1.§.hoc interdicto. num.1.& 6.de itinere actuque priuato.Rochus de Curte de iure patronatus, in ver.competens alicui q.14.Lambertinus eodem lib.2.par.1.q.3.art.11.num.5. Dominus Antonius de Meneses in l.1.C.de seruit.& aqua. num.22. Molina vbi sup. lib.2.c.6.num.23.versic.sed an sufficiat.

48 † Ex quibus in nostra quæstione dicendum videbatur sufficere vnicum actum, sed quamuis illud habeat locum in illis actibus, qui habent continuationem & tractum temporis,in actibus tamen momentaneis dicendum est requiri frequentiam actuum argum.tex. in l.1. versic.quod autem scriptum est.ff de aqua quoti. & æstiua. Item faciunt illa omnia quæ de consuetudine adduximus; quia si in consuetudine, quæ fauorabilis est,requirimus duplicem actum, atque iudicialem ad minus,& vbi iudicialis actus non interuenerit,requirimus frequentiam actuum.Multò magis id admittendũ est in præscriptione, quæ est odiosa,in nostro ergo casu: cũ actus sint momentanei, desideramus frequentiam eorũ. Ex quibus cum tempore possimus inducere ius præscriptũ percipiendi luctuosam, & vt tandem concludamus de actibus necessarijs ad expectandam præscriptionẽ ab his qui luctuosas præstarunt ad eos quibus adhuc non est præstita,& à quibus nõdum exacta est,hoc est de persona ad personam,pro-
49 ponimus hanc quæstionem. † Pone quòd in aliquo territorio,castro,oppido,vel alio loco dominus territorij,seu is qui iurisdictionem habet (nihil refert) percipit luctuosam à Titio primum,postea à Sempronio emortuis ob eam causam, quòd omnes de castro tenerentur.Habeatq; hos duos actus & tempus quale lege requiritur, an possit ex his contra reliquos de territorio vti hoc ipso iure præscripto,qui nondum luctuosam soluerunt, scilicet, quia nullus toto illo tempore mortuus est,aut quia casus non interuenit,vt luctuosa soluretur,scilicet intra quadraginta annos,quibus ex iuris nostri dispositione dominus in sua possessione harum luctuosarũ defenditur,quæstio in ea est,an ex his actibus,& tẽpore præscriptum sit contra hæredes eorum, qui soluerint luctuosas tantum,an verò contra omnes de castro, & territorio, propter quod exacta est luctuosa, in quo ex fundata iuris ratione,de qua supra, sic existimo definiendum,quòd si talis exactio deuenit ad notitiam totius populi aut maioris eius partis,cum scirent luctuosam à Titio exactam: quia moreretur in territorio,item posteà à Sempronio,& tamen nullus contradixit toto illo tempore requisito à lege ad præscribendũ, quòd isto casu acquiritur ius contra omnes de territorio, & directò præscribitur contra omnes de territorio, nullaq; in hoc casu est extensio, nec de extendenda præscriptione de persona ad personã in hoc casu agimus, aliàs si ista exactio, vel ex causa non fit, vel si fiat nõ deuenit ad notitiam totius populi,vel maioris partis.Tunc quidem existimandũ est eos actus latenter factos,minimeque esse contra omnes præscriptum,cum præscriptio sit strictissimi iuris l.1.§.Iulianus.ff.de itinere actuq; priuato.Innoc.in c.dilectus.de capel.monach. Bar.in l.cum de in rem verso.ff.de vsuris. Nec necesse est, q̃ luctuosa exacta sit à maiori parte populi, quod in simili existimabat Boerius decis.125.nu.5.ad medium. Sufficit enim, quòd sit exacta ab aliquibus ex prædicta causa,& quòd talis exactio peruenerit ad notitiam maioris partis de territorio vel castro,ita contra Boerium tenendum est,cũ Aymo.Crauetta,vbi supra 4.par.§.materia ista singularitatis testium.nu
50 me.86.fol.mihi 215.Ex† qua regula,quæ est educta ex ratione fundata iure,facilè est intelligere, quot actus in istiusmodi præscriptione necessarij sint, & secundùm eam dicendũ est sufficere tot, quot iudicem prudentem mouere possint, vt sibi persuadeat,populum, vel maiorem partem incolarũ, vel eorum à quibus exigenda est luctuosa ex notitia & tacito consensu luctuosarum exactarum voluisse huiusmodi luctuosas solui tacendo,siue hi actus duo sint, siue tres plures (nihil refert) dummodo ex his resultet tacitus ille cõsensus, & quædam veluti gratuita donatio,quam ex iuris principijs facere videtur,qui contra se præscriptionem expleri permittit,nihil renuendo,vel interpellando, quòd si hic consensus tacitus non resultet exactibus particularibus, licèt plures sint, adhuc intelligam non esse præscriptum: & hæc pertinet ad actus,ex quibus videbis,quàm apertè decipiantur,qui certum numerum actuum inquirunt ad complementum præscriptionis.

51 † Nec quicquam refert, quòd vasallus,à quo dominus luctuosam exigit,& in iurisdictionem exercet,sit censitus(censiti enim dicuntur vasalli,qui cũ ipsa gleba censentur,& sunt

veluti

Source : BIU Cujas

veluti glebæ pars. De quibus optimè Aluarus Vascius iuris emphyteutici q.32.num.5.) vel vt nos nostro nomine vocamus Solariego, vel vt dicunt Itali, & receperunt Galli, quòd sit de mansata, quia adhuc illa præsumptio, de qua Docto. in d.regula, quod latenter. contra dominos vrget, namque præter censum constitutum nihil aliud à vasallo expectare domino conuenit, text. expressus secundùm vnum sensum in l. domini. C. de agricolis & censit. lib. 11. tenet Bal in l. cũ mul tæ. in fin. C. de bonis quæ liberis. Alex. cons. 35. lib. 2. & cons. 124. lib. 4. & cons. 145. lib. 2. Guido Papa q. 407.

52 † Sunt enim vasallorũ genera plura, de quibus l. 3. tit. 25. par. 4. & l. 2. eod. vasallos verò Solariegos dicimus eos, qui à solo, quod colunt, quodq; à domino accipiũt Solariegi, vulgò dicti sunt, verba eius legis hæc sunt. Solariego tanto quie re dezir como home que es poblado en suelo de otro, e este e tal puede salir quando quisiere dela heredad con todas las cosas muebles que hy ouiere: mas no puede enagenar aquel solar, nin demandar la mejoria que hy ouiere fecha, deue fincar al señor cuyo es. Pero si el Solariego a la sazon que poblo aquel logar recibio algunos marauedis del señor, o fizieron algunas posturas de so vno deuen ser guardadas en tre ellos en la guisa que fueron puestas, e en tales Solariegos
53 como estos no ha el Rey otro derecho, sino † tan solamente moneda. Itali quoque agnoscunt hoc genus vasallorum, & vocant vulgari verbo Huom de Mansata, à mãsione quã accipiunt à domino, ita de his dicit Speculator titulo de feudis. lib. 4. par. 3. §. quoniam super homagijs. num. 38. cuius verba sunt. Est autẽ mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diuersis possessionibus, & propter hoc ille facit se hominem domini, & ad certum seruitium tenetur, & talis dicitur homo de Mansata, qui est homo ratione possessionum, persona tamen eius libera erit, secundùm consuetudinem regni Franciæ, si dimissa Mãsata alibi se transferat. Hæc Speculator, qui & num. 37. de acquisitis ab homine de Mansata inquit. Homo de Mansata quicquid acquirit post acquisitam mansatam ipsi mansatæ acquirit, & quod acquirit eius naturæ est, cuius est ipsa mansata, & de ipsa mãsata efficitur. est autem conditio, seu natura mansatæ, vt alienari non possit, & si se homo de mansata alibi transfert. Hæc Speculator, ex quibus patet, quòd homo de mansata dicitur à manso, sicuti Solariego à solo, & quòd est homo domini, cui subiacet, & quòd tenetur ad certum seruitium, vocarunt iura feudorum mansum §. si quis de manso. in c. 1. qui feud. dare possint. vbi Iacobus Cuiaceus eruditè explicat, quodque liberè potest abire à solo, seu mansata, dum tamen mansatam relinquat domino cum acquisitis & meliorationibus, quicquid
54 enim † acquirit hic homo de mansata, vel solariegus mansatæ solo & mansatæ acquirit, vel domino cui legi conuenit d.l.3. ibi. Home que es poblado en suelo de otro, & ibi. Este tal puede salir quando quisiere, & ibi. Mas no puede enagenar aquel solar, ni demandar la mejoria. Quodque facit ad id quod egimus, pacta conuenta (ait lex) omnino esse seruanda inter dominum & vasallum modis omnibus, & quãuis lege Partitæ ita dispositum sit de vasallis de mansata, vel Solariegis. Tamen de his ipsis vberius dispositum fuit nouis subinde conditis legibus; cum enim lege Partitæ statutum id esset, vt homo de mansata libere decedere possit relictis meliorationibus, dubitatum postea fuit, an dominus quoq; eundem expellere possit liberè. Quòd si nec alter expellere, nec alter abire liberè posset, quid faciendum abire vel expellere volenti, quis modus in decessu, quæ ratio in expulsione, quid vasallo cum domino, quid domino cum vasallo agendum esset circa seruitium præstandum, an liceret domino onera super imponere, hæc postea lege lata constituta sunt l. 2. tit. 3. lib. 6. Ordinat. Regiar. quæ in his omnibus d. l. 3. explicat eleganter, & tandem nostram quæstionem decidit,
55 † vt scilicet etiam si vasallus solariegus sit, & de mansata, adhuc extra censum si quid aliud acceperit dominus per vim cepisse videatur, vt in hoc vasallo, quemadmodũ in reliquis, præsumptio metus, & coactionis vrgeat, ibi. E ningun gran señor que tuuiere la behetria no les pueda fazer tuerto, ni fuerca, mas de quanto son aforadas. Pondera verbum. Mas de quanto son aforadas, vt dominus accepto censu quiescat in exactiõe oneris, & rursum ibi. Pero si algunos solariegos ouieren o han otro vso y costumbre, o priuilegio, en qual. quiera manera deuen pasar con los señores, e los señores con ellos, que les sea guardado, addebat antiquata lex veteris ordinamenti post hæc verba. El vso costumbre, y priuilegio que ouiere en sta razon. Que verba non erant superflua, nec otiosa, etiam si à cõpilatoribus omissa sint. Multa enim in illa vna lege addita, aliqua omissa, quædam verò mutata sunt, quod proximè patebit, illud ex his reliquum sit ex vasallis censitis, vulgò solariegos, vel de mansata nihil aliud posse dominos expectare, quàm censum, ad quem soli & mansum cum prædijs cõcesserunt domini agricolis censitis nisi vsus, vel consuetudo, vel priuilegium aliud induxerit ex antiquitate temporis & longęua præstatione, at verò ne quis dubitaret. qualis illa consuetudo esse deberet, subdit lex illa
56 in fi. consuetudinẽ † illã immemorialẽ esse debere, ibi. E si nõ ouiere cartas o priuilegios q̃ les sea guardado el vso y costũbre q̃ ouieren enesta razon, de tãto tiẽpo aca, que memoria de hombres no sea en contrario. Ac ne fortè quis dubitaret, an ea clausula extenderetur ad vasallos solariegos: quia proximis verbis delas encartaciones loquebatur, pręterea quòd in vtrisque vna eademq; inerat ratio. Idem legislator nec de hoc dubitatio vlla esse posset. lib. 6. tit. 11. post leges eius tituli in appendice remissarum legum. verũ. 4. hanc ipsam legem ad id notat & refert, quomodo præscribi possit à dominis aduersus vasallos solariegos, vel de mansata, quod quidem in censu intelligi nõ potest, cum is ex cõuentione soluatur, vt cætera, de quibus conuentum non sit inter dominum & vasallum immemoriali sustinẽda veniant probatione, quod quidem necessarium est: quia ex fundata iuris ratione est efficax contraria illa violentiæ præsumptio, cũ isti domini exerceant iurisdictionem ciuilem & criminalem in his vasallis,
57 & est eo fortior: quia prædicti vasalli sunt sola riegi. † Et contra dominum est d. regul. quod latenter, & quod ibi Docto. ideo immemorialis requiritur. Et quamuis illa clausula ponatur in fine eius legis: tamen quia par ratio est in illa & in cæteris pariter determinat omnia capitula legis ex his, quæ notat & tradit Abb. Francus & reliqui in c. 2. requiris. nu. 4. & 10. de appellationibus optimè Decius ibidem. nu. 3. Bart. in l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. Bal. in l. 1. C. de lib. præt. vel exhæ. Alexan. cons. 213. lib. 2. Aretinus consi. 116 Bald. in l. in actionibus. notabili. 3. de his qui notant infam. Hæc enim regula ab omnibus agnoscitur, vt clausula generaliter ad omnia referatur, quãdo nulla ratio assignari potest, propter quã magis ad vnum capitulum, quàm ad aliud referatur. Itaque ex clausula illa, vt domini, contra quos est præsumptio violentiæ, & coactionis à vasallis etiam solariegis & de mansata vltra constitutum censum nihil aliud accipiant, necessaria est immemorialis præscriptio ex d. l. 2. tit. 3. lib. 6. Ordinationum Regiarum, & clausula inconsultissimè posita fuit
58 aliàs † autem forsan obtineri poterat à dominis, vt præstatio annua vltra censum constitutum iterata triginta annis continuis veram acquisitionem induceret, & tituli pręsumptionem; quia præstatio triginta annorum præscriptionem videtur inducere iure communi etiam in rebus maximi præiudicij. Bar. in l. solet. §. 1. ff. de officio proconsulis. Bal. in l. male agitur. C. de præscriptione trig. vel quadrag. annorum. Baldus de præscriptionib 4. parte quartæ partis q. 9. Mod. Paris. in consuetudi. Parisiensi. tit. 1. § 7. num. 21. l. sicut. l. cum notissimi. C. de præscrip. trig. vel quadrag. annorum. Alex. consil. 124. lib 4. ad decennium istiusmodi præscriptionem redigebat, sed nostra lex cum animaduerteret præsumptionẽ violentam, & repugnantiam iuris contra dominos tempus immemoriale requirit & merito. Ex his quæ tradunt Ioannes Andreas, Hostiensis, Henricus, Panormitanus, & reliqui in d. regula quod latenter, itaque ex his nihil distinguimus inter vasallos de mãsata, vel solariegos, & alios quo ad huiusmodi exactiones & onera: cum in vtrisque idem ius sit, atq; eadem reperiatur definitio, eaq; multo clarior in solariego; quia in his expresè decisum est, quòd sola immemoriali possessione defendantur, in his quę extra constitum censum ab eisdem percipiunt domini.

59 † Est igitur id obseruandum in vasallo solariego, quod in alijs, quod attinet ad luctuosas, vt nisi immemoriali præscriptione domini iuuentur, eas à vasallis exigere non possint, omniaq; superius tradita habent locum in vasallo de mansata, qui quidem vasallus etiam si lege Partitæ liberè decedere poterat à mansione & solo, tamen iure nouo ex d. l. 2. hęc decedendi facultas ablata est, & forma tradit a quo pacto vasallus decedere possit à solo & prædio. Namque si dominus vasallum grauauerit de mansata plus exigendo quàm conuentum sit; tunc decedere potest, in abscessu verò formam illam seruabit, de qua his verbis lex nostra. E si fuere vna dos, o tres vegadas tuerto, e non gelo quisiere emendar a la tercera vegada, el labrador saque la cabeca por vna finiestra de aquella casa en que mora, e trayga testigos, e diga que renuncia e se parte de señorio de aquel que le faze tuerto, e que se torna vasallo con todo lo que ha de otro señor, que sea natural de aquella behetria en que es aquel solar en que viue.
60 † Quæ lex in hac forma abeundi egregia est & antiquitate pleniſſima. Rursum nec dominus adimere mansum, vel solum, vel prædium vasallo, nec liberis eius, si vasallus eiusque liberi censum conuentum soluerint. In principio d. l. 2. nec vasalli quicquam de manso vendere possunt, ibi. E ningun solariego no puede vender ni enagenar, ni empeñar cosa alguna

Source : BIU Cujas

guna de aquello que fuere del solar. Quod indistinctè consti tuebat lex antiquata, hodie verò additum est in noua lege, saluo a otro solariego, que sea vasallo de aquel señor, cuyo es aquel solar. Itaque hodie cessat illa cõsideratio, quam adducebat Gregorius Lopez in d.l.3.tit.25.par.4. Vbi tenet, ꝙ si vasallus consueuerit vendere possessiones suas liberè, incumbat probatio domino, quòd illæ sint suæ propriæ, quam ipse inducit ex eo, quòd vasallus vendat liberè: quia vasallo solariego prohibita erat alienatio ex Speculatore vbi supra, ad quam adducit Herniam de controuersia inter masculum & fœminam, in principio. versic. quid tamen, qui tamen mihi ferè nihil dicit, at verò ex noua nostra lege Hispana, vt illa consideratio habeat locum, & inducamus præsumptionem pro vasallo vendente contra dominum, debet vasallus vendidisse non ei, qui vasallus item sit ipsius domini, sed libero homini, & in libero fundo habitãti, cum lege noua indistinctè venditio non sit prohibita, sed solùm homini libero: ob idq; si vendiderit vasallus vasallo, adhuc est præsumptio pro domino, quòd vasallus secutus leges constitutas mansum vasallo vendiderit, secùs si vendat libero homini: quia tunc dominus probare tenetur, quòd mansum venditum ad se pertineat: cum vasallus tanquam proprium vẽdiderit, quòd si qua est præsumptio, quæ onus probationis in alium transferat, hoc modo est accipienda.

61 † Postremò dispositum est prædicta lege, vt acquisita à vasallo de mansata, vel solariego fiant mansatæ, & soli & remaneant domino cum meliorationibus. Quod quidem intelligendum est, si emerit ab homine vasallo, item eiusdem domini mansum, item quod patet: quia empto in solo Regio, aut Ecclesiæ non cedunt domino ex dispositione eiusdem legis. Idemq; necessario fatendum est, si emerit ab homine vasallo alterius domini, namque ille ipse dominus in cuius quoque mansata emuntur prædia beneficio eiusdem legis tutus est, vt bona quoque de mansata sua vel solariega alienari item nõ possint. Postremò notabilis est lex illa, quatenus ait, pacta conuenta inter vasallum & dominũ esse seruanda; quia hodie frequenter ex conuentione forma prædictæ legis non seruatur: namque domini prædiorum sub certo censu possessiones suas concedunt vasallis, alio atq; alio censu sibi reseruato quotannis soluendo, denique ex d. l. 2.
62 talia † pacta & conditiones vtiliter apponuntur & conseruantur, & meritò: quia in traditione rei propriæ potest quisque rei suæ leges quas velit apponere l. in re mãdata. C. mandati. ideoque si dominus à principio pacto conuento de luctuosa agat, pactum seruabitur, atque ipsa luctuosa pars census erit l. fundi partem. ff. de cõtrah. emptio. qui casus in omni genere personarum receptissimus est, & sine difficultate: vt conuentio tollat omnem præsumptionẽ metus, coactionis & violentiæ: cum præsertim possit quisque in traditione rei suæ leges apponere, quas subire debet is, qui velit re mea vti. Postremò ex hac ratione, quòd in traditione rei suę quisque apponere possit leges, quas velit, & reseruare sibi ius in re sua, quod velit, atque adeo ex eo, quòd pacta conuenta in hac concessione soli & mansatæ sunt seruanda, si inter dominum & vasallum pactum sit, vt nisi vasallus singulis annis censum soluerit, prædium commissi lege ad dominum reuertatur. Proculdubio pactum illud efficaciter seruabitur,
63 † quamuis enim pœna conuentionalis ex vsu forensi apud suprema tribunalia non mandetur executioni, decisio Mat. de Afflict. 135. vnde stipulatio de dupla rarò, aut nunquam exigitur, quod notat Grego. Lopez in l. 32. tit. 5. par. 5. verbo doblo, vbi pœnam, de qua ibi, nõ exigi attestatur, cui addendus est Matth. de Afflict. d. decisione 135. & decisione 80. & Moder. de eo quod interest. num. 178. & Roman. cons. 510. num. 9. facit in nostro casu text. in l. 68. Tauri. quã in hoc sensu accipit doctis. Couarr. Varia. lib. 3. c. 7. num. 1. Ait enim, forensem vsum apud suprema regis tribunalia eam legem ita
64 interpretatum fuisse, scilicet † vt commissum, de quo in lege Tavrina, ita demum locum habeat, scilicet si res eius sit, qui censum sibi soluendum cauerit, reuera tamen ille sensus mihi nunquam placuit, nec scio an ita indistinctè apud suprema Regis tribunalia lex illa accipiatur.

Quid enim mouere potuerit legum illarum conditores ignoro, vt de re clarissima legẽ tulissent: cum Taurinæ omnes leges, maximè controuersas quæstiones deciderint, nulla autem dubitatio esse poterat, vt in traditione rei propriæ ipse mihi ius totum rei meæ reseruare possem; quæ enim iniquitas est? aut quæ iniuria fit, vt tradita re mea ex mea liberalitate conditio à me apponatur, vt totum redditum rei meæ singulis annis mihi soluas, quòd si renuas, res mea ad me integro iure reuertatur, cum à principio integrum tibi sit & liberum, rem meam ita non accipere, certè indigna hæc dubitatio erat, quæ Taurina lege decideretur, quod mihi fortius persuadeo, quòd Ioannes Lupus de Pala. Rubios vir erudi-

tissimus, & summæ apud nos authoritatis qui affuit his legibus Taurinis condendis, longè aliter eam legem accipit, scilicet cum quis retenta sibi re sua super eadem censum soluendum singulis annis vẽdidit, addita ea lege, vt scilicet nisi ad tempus certum soluatur census, res commissio ad eũ qui censum habiturus erat pertineat, in quo lex illa videri poterat, difficilimam iuris decidisse quæstionem, scilicet, qualis quantavè debeat esse pœna conuentionalis, in quo tex. in l. vna. de sententijs quæ pro eo quod interest, moderationem pœnæ conuentionalis requirebat. Hæc verò moderatio decrat, vbi læsio reperiretur vltra dimidiam, de qua lesione in d. l. 68. præterea Doctorum sententiæ adeò erant ambiguæ & dubiæ, vt in illa re illud vnum videretur certissimum, ni-
65 hil certi reperiri. glo. in l. vna. † distinguebat inter pœnam apposita per verba multiplicatiua, vel per verba simplicia, quam Rebuffus dicit communem in repetitione d. l vnicæ. num. 546. Alex. cons. 157. num 6. lib 6. quam tamen reprehendunt & Bar. in d. l. vna. num. 2. alij distinguebant, quòd aut pœna apponebatur rei certæ, aut rei incertæ. Sapia dicebat, hãc quoque communiter receptam, ibidem num. 83. & omnes in §. alteri. de inutilib. stipulationib. post Portium dicebant, quòd pœna non potest ascendere duplum & est communis per Imolam in l. stipulatio. §. alteri. de verborum obligat. & Curtius in d. l. 1. num. 32. ad quam opinionem videtur respexisse d. l. 63. ibi, Adunque sea mas dela metad. Alij distinguebant inter pœnam additam facto, vel quantitati, vel priori casu ascenderet in infinitum, secundo verò casu redigeretur ad legitimum modum vsurarum, hãc dicit communẽ Franciscus Curtius in d l. vna. num. 32. Balbus de præscriptionib. 2. parte tertiæ partis q. 13. num. 6. facit bona glo. verb. potest, in l. Lucius. ff. de actionib. empti, & venditio. & in l. cum allegas.
66 glo. 1. C. de vsuris Quibus dicitur, quòd si † pœna adijciatur quantitati, de facili præsumitur vsura, quod nõ est, si adijciatur facto, quæ opinio in hoc regno mihi verissima est. Ex qua desumptæ videri possunt duæ nostræ leges ex duplici membro huius distinctionis, altera est l. 34. tit. 11. part. 5. qua deciditur, quòd pœna apposita non adimplemento facti ex conuentione exequenda sit, ibi. Peche la pena, y cumpla el fecho. Ad quam respexisse videntur legum earum conditores, quas Taurinas dicimus in d. l. 63. iuncta opinione præcedenti: vt scilicet non soluto censu annuo vendito res commisso pereat, vt pœna illa, quia est apposita nõ ad implemento facti, sit exequenda. Altera verò lex est l. fin. tit. & part. ead. quæ videri poterat contraria, sed loquitur in pœna conuentionali, quæ apponitur obligationi numerãdæ pecuniæ, quæ pœna proximè accedit vsuræ. Cum verò tota ratio vsurarũ hodie ad id quod interest redacta sit. Quod longè lateq; patet ex qualitate personarum & circunstantijs rerum, locorũ, & temporum, non deerant qui iure decidi hanc quæstionẽ posse negarent, sed totum committi arbitrio iudicis, quod quidem ratione non carebat, & tenebant Mod. de eo quod interest. num. 33. & 173. Romanus ante eum cons. 510. nu. 9. in quo quoque non leuis ratio decidendi legem Taurinam videbatur, id scilicet, ꝙ suprema tribunalia rarò admitterent pœnam conuentionalem, vltra id quod cuiusque interesset
67 d. decisione 135. legum † illarum ergo conditores lege illa Taurina constituerunt, pœnam illam appositam non adimplemento facti esse exequendam, etiam si talis pœna excedat duplum: cum d. l. 34. tit. 11. part. 5. & contra penultimam opinionem quam retulimus. Cum autẽ ea planè scripta sit, & quadret. d. l. 34. & videatur in hac specie census non soluti apposita pœna commissi abstuliſſe difficultatem, quæ poterat insurgere, alio ipsam retorquere, ad casum sine dubio, nec potest, nec debet iudex, ipse enimmet Couarruuias apertè legem illam ita accipit, vt ad id decisa & lata sit, scilicet cum quis super re sua, quam retinet, censum alteri constituerit, etiam si dicat suprema tribunalia aliter recipere illam le-
68 gem. Suprema † autem tribunalia, aut principem consulant de re dubia, aut legem accipiant in casu quo loquitur necesse est; cum enim lata sit à principe non recognoscente superiorem, qualis Rex noster Hispaniæ. glo. in c. Adrianus. el 2. 63. distinctione. possidet enim Rex noster hoc regnum Hispaniæ, vt dicit Felynus in c. cum non liceat. de præscriptionibus tanquam rem captam in bello, idem dicebat Cardinalis in Clementina fin. de censibus q. 7. vbi appellat Regem
69 nostrum, Regem sui iuris, † quasi nihil acceperit ab Imperatore alia adducunt Auẽdanius, & Palatios Rubios in principio, hic in repet rubricæ de donationibus inter virum & vxorem, ille de exeq. mandat. Regum Hispaniæ. Gregorius Lopez in l. 1. tit. 18. par. 2. & licèt isti omnes intelligant, quòd Reges Hispaniæ vendicarunt Hispaniam à Mauris & verũ quidem illud sit, iamdiu tamen iure proprio Hispaniã possidebant bello iusto captam à Romanis, qui in Hispaniæ finibus, neglectis iuris humani, & diuini legibus, turpiter agebant,

Source : BIU Cujas

70 bant, † factique sunt Goti illa ætate veri domini, & iure successiuo posteris suis reliquerunt, quod non obscurè indicat mihi lex Gotorum antiquissima, quæ est l.8.lib.10.del Foro juzgo delos Godos.tit.delos partimientos, cuius verba hęc sunt. El departimiento que hy he fecho de las tierras e delos montes entre los Godos e los Romanos, en ninguna manera non deue ser quebrantada, nen los Romanos deuen contrariar, nen demandar nada de las duas partes delos Godos, nen los Godos dela tercia parte delos Romanos, si non quanto les nos diemos. E los partimientos que fizieren los padres sos fillos nen so linage lo deuen quebrar. Expendo
71 verba illa, Si non quanto les nos diemos. † Non licèt ergo iudici alio legem apertè retorquere, nec ab ea recedere, ita Diuus Augustinus lib.de vera religione, in istis (inquit) legibus temporalibus, quamuis de ipsis iudicent homines, cum eas constituunt, & faciunt, postquam tamen factæ & constitutæ sunt, non licèt iudici de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas, & habetur in c.in istis 4 distinctione, & peccat iudex, qui prætextu æquitatis, quæ scripta non est, à verbis & mente legis recedit; quia resistit potentiæ & maioritati, Regum primo. Et est in c.si quis.de maior. & obed.qui Principi nō obedierit morte moriatur. lex igitur 68. Tauri, quæ hodie est l.1. tit.15.lib.5. Ordinationum, ad hunc sensum accipienda est, quousque princeps aliter interpretetur, & ideo siue ex ratione huius legis, siue ex rationibus, de quibus supra: quia in traditione rei meæ possum mihi reseruare integrum ius, siue quia pacta conuenta inter vasallum, & dominū sunt seruanda. quia à principio liberè contrahitur, posteà verò necessariò conuentioni standum est, vasallus non soluto censu ex conuento pacto rem commisso amittet, sit igitur verus sensus d.l.68. vt loquatur in censu, quem quis constituit super rē suam, quam retinet alij soluendum, propter pretium census acceptum, non verò cum quis rem suam alteri tradit, & in traditione reseruat sibi censum singulis annis soluendū addita conditione, vt si in solutione is qui rem accepit cessauerit, rem iterum antiquo domino restituat; quia hic casus indignus est decisione Taurina, in priori autem specie versabatur maxima difficultas, de qua supra, quæ decisa videri poterat ex prædicta lege, retento autem illo sensu sic intelligendum est nouo iure Hispano illam legem Taurinam ex parte
72 correctam esse, † non enim ab anno millesimo quingentesimo trigesimoquarto licèt super re aliqua imponi censum, qui soluendus sit in frumento vino, butrio, melle, & alijs id genus rebus, cum pacto de redimendo, itaq; non licebat accepta pecunia vendere, neque emere annuum censum vini, olei, vel tritici cum pacto de redimendo, vt si ad certū tempus pecunia restituat, emptori res libera remaneat, nec amplius census soluatur: sed ex illa huiusmodi contractum emptionis ad pecuniam redigit, vt census non in fructibus soluatur, sed in pecunia, ad rationem vnius pro quatuordecim, qua numerasset emptor. Quæ lex legitimum pretium constituit censui redimibili soluendo in fructibus, vt non excedat in computatione facienda æstimationē vnius pro quatuordecim, itaque nō licebat lege illa lata pro quatuordecim aureis, quos nos ducatos vocamus, amplius accipere nomine annui census redimibilis soluendi in fructibus, quàm vnum aureum ducatum, aut vinum, oleum, triticumvè, quod vno ducato aureo cōparari in foro possit: & hoc fuit pretiū census annui redimibilis fructuarij. In quo casu lex illa illata & recepta est. Redegitq; huiusmodi contractus ad legitimas vsuras, & potuit redigere ex fructu ad pecuniam istam con-
73 stitutionem annui reditus fructuarij redimibilis; quia † non solum potest constitui census annuus in fructibus, quo casu nemo negat contractus huiusmodi validitatem, Ioannes de Medina Theologus, de Restitutione c. duenfibus. Ioannes Maior in 4.distin.15. q.42. & est extrauagans prima Martini Quinti, & extrauagans secunda Calixti Tertij, sub titulo de emptione & venditione inter cōmunes, & multa dominus Couarr. Variarum resolutionum c.7. & Rebuffus in tract.de constitutione redituum.in principio. Gregorius Lopez in l. 38.titu.8.par.5 sed potest constitui super certa re vt soluatur in pecunia, ita tenet doctissimus Couar.d.c.7. Gregorius Lopez d.l.38. Antonius Gomez & alij in d.l.68. Tauri. Et ita census ille, qui constitutus fuerat à principio in fructib. propter pactum appositum de redimendo, quod cū modicitate pretij suspitionem aliquam præbebat obscuratæ & obrectæ cuiusdam vsuræ redactus est lege nostra ad pecuniam intra certos limites & fines legitimarum vsurarum, ad rationē vnius pro quatuordecim, sicuti arrestis Parisiensem Senatum annuos reditus frumentarios cum pacto de redimendo constitutos scimus in pecuniarios commutasse ad æstimationē vnius pro quindecim refert Mod. Paris. de contractibus. q. 21. & Ruppellanus libro institutionum forensium 1.cap. 34.
74 † Atqui cum hoc dispositum esset in censu constituto cum pacto de redimendo, nequibat lex extendi ad casum longè diuersum, scilicet vbi census annuus soluendus in fructu venderetur perpetuò nullo adiecto pacto de reuendēdo, & quā uis aduocatorum pauci in hac quoque specie existimarent agendum condictione ex illa lege, eo quod ratio ipsius multò fortior inueniretur in contractu constituti census annui perpetuò, qui tamen etiam si pactum non haberet de reuendendo, in vera tamen computatione non ascendebat, ad rationem vnius pro singulis quatuordecim, quod videbatur ex illa lege legitimum pretium census annui fructuarij & redimilis, ob idque dicebant istos contractus perpetuos celebrari, vt reductio vitaretur: de qua in d.l. Regia ædita anno trigesimoquarto, & ideo videri poterat argumēto deducto à fortiori, auth.multò magis. C.de sacrosan. eccl. Cēsus istos annuos fructuarios licèt perpetuos & non redimibiles, posse condictione illius legis reduci ad rationem vnius pro quatuordecim, præsertim illos qui in vera computatione ad eā rationem non ascenderent, vt frequentissimum erat in modio vini annuo vendito perpetuò soluendo pro decem aut duodecim aureis ducatis, & constabat modium vini semel comparari & vendi pro duobus ducatis. Vnde in vera computatione emebat emptor annuum modium vini soluendū perpetuò, qui singulis annis veniebat pro duobus ducatis, id que pro pretio decem, aut duodecim ducatorum, & sic vnū
75 ducatum annuū pro singulis quinque, aut sex ducatis, † quæ ratio longè distabat à legitimo pretio census etiam redimibilis, scilicet ad rationem vnius pro quatuordecim, quod lege illa fuerat constitutum censui fructuario redimibili. Imò videbatur in huiusmodi contractibus inesse iniustitiam & iniquitatē maximam, quæ temperari deberet ex d. l. Regia, quæ lata fuerat anno trigesimo quarto, licèt ipsa expresse de censu redimibili non perpetuò loquetur, cum fortior in hoc esset ratio, quam in illo: cum non ascenderet ad rationem vnius pro quatuordecim, alijs hanc sententiam reijcientib. qui dicebant hanc quæstionem decidi posse ex iuris regulis, scilicet ex læsione vltra dimidiam ex l.2.de rescind.vend.vel ex læsione enormissima, vel ex dolo qui insurgeret ex ipsa re l.si superstitis.de dolo.C.quibus medelis existimabant plerique aduocatorū vberius posse succurri huic malo, & quia hæc remedia erant agnita à iure etiam Hispano, cumq; hæc reperirentur remedia ordinaria, non esse deueniendum ad eas cruces, vt nouam decisionem, quæ decideret casum census redimibilis, extenderent ad hos contractus perpetuos, quæ quidem ratio benè admittebatur, & erat quidem verbis speciosa, sed internam cōtinebat saniem: habebat enim tacitè secum difficillimam quæstionem, & fere impossibilē probationem læsionis, siue vltra dimidiam, siue enormissimam, quia ad probationem læsionis videbatur recurrendū ad commune pretium, commune autem pretium quod in ciuitate, & in regno, atque in foro publice communi omnium commercio reperiebatur non ascendebat ad eam rationem vnius pro singulis quatuordecim, itaque incipiebat dubitatio & quæstio de legitimo pretio & valore cuiusque rei, item de communi, & an distinguerentur in huiusmodi contractibus, & an ab illo, an verò ex hoc, an ex vtroq; probanda esset læsio, quæ in his contractibus reperiebatur: de fructibus quoque lucrandis, vel restituendis variè agitatum est, vt restituerentur, suadebat læsio, quæ videbatur enormissima dolo ferè par, & æqualis, ex aduerso bonafides & titulus, denegataq; læsio pugnabant, stultissimumque id genus hominum videri poterat, qui pluris census illos annuos, in fructibus soluendos emeret, quàm publicè & communiter in foro, & in ciuitate sua venderentur, caram emptionē stultam esse, cum vilis reperiretur, exprobareq; stultitiam mentis. Ex quibus excitatæ sunt in hoc Senatu maximæ lites, ex Senatoribus alijs in aliàs abeuntibus sententias, postremo consultus Senatus supremus Hispaniæ, re ad Philippum nostrum Regem inuictissimum delata, lis noua edita lege decisa est: quam quia typis adhuc excussa nō est addere libuit, vocant apud nos Gallecos vulgari verbo rustici la pramatica dela quatorcena.

76 DON Philippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, delas dos Cicilias de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallocras, de Seuilla, de Cordoua, de Cerdeña, de Corcega, de Murcia, de Iaem, Conde de Flandes, e de Tyrol. &c. Alos del nostro Consejo, Presidente, y Oydores dela nostra casa y corte y chancillerias, y al nuestro Regente, y Alcaldes mayores y ordinarios del reyno de Galizia, y otros juezes y justicias qualesquiera de todas las ciudades, villas, y lugares de los nostros reynos y señorios, y a cada vno y qualquiera de vos en vostros lugares y jurisdiciones aquien esta nostra carta fuere mostrada, o su traslado sinado con autoridad de juez, salud y gracia. Ya sabeys,

ſabeys, que entendidos los grandes daños y inconuenientes que ſe ſiguen a nueſtros ſubditos y naturales que con neceſſitades imponiam ſobre ſus heredades y otras haziendas cenſos al quitar para los pagar en pan, vino, azeyte, leña, carbon, miel, cera, xabon, lino, gallinas, tocino, y otro qualquiera genero de coſas, que no ſea dinero, por leyes de nueſtros reynos, eſpecialmente la que ſe hizo en las cortes que tuuimos en la villa de Madrid el año paſſado de mil y quinientos y treynta y quatro, eſta prohibido y mandado que no ſe pudieſſen fundar, ni inſtituyr ſemejantes cenſos y tributos al quitar, y que los que eſtuuieren pueſtos y fundados haſta el dicho año de quinientos y treynta y quatro, e ſe cõſtituyeſſen de ay adelante ſe pagaſſen en dinero, a reſpecto de mil marauedis por cada catorze mil de los que ouiere dado el comprador delos tales cẽſos por precio principal, y porque ſomos informados, que enel nueſtro reyno de Galicia por contrauenire e defraudar a lo proueydo por la dicha ley, algunas perſonas han otorgado y otorgan contractos y eſcrituras en que ſe obligan de pagar algunas quantidades, medidas, o peſos delas dichas coſas, cargandolo ſobre ſus heredades y haziendas para los pagar perpetuamẽte, como quiere que las palabras delos tales contratos ſuenã ſer perpetuos los precios que por ellos dizen auerſe dado y pagado ſon tã baxos, que conſiderado el valor que las dichas coſas tenian en el tiempo que ſe vendieron e impuſieron por cenſos y tributos, no ſolamente no llegan a lo que es juſto precio de cẽſos perpetuos, pero ſale mucho menos delos dichos catorze mil al millar, que las dichas nueſtas leyes ponen por precio juſto a los cenſos al quitar que ſe inſtituyen en las dichas coſas: lo qual redunda en mayor daño delos pobres, que cõ neceſſidades que ſe les offrecen toman los tales cenſos, y de lo dicho y de otros conjeturas ſe colige, que aunque ſuenan ſer cẽſos perpetuos, pero de intencion y voluntad delas partes ſon redimibles, y dello algunas vezes hazen eſcrituras a parte, pero por no conſtar dello e dela dicha intencion delos contrayentes los juezes ante quien han ocurrido pleytos tocantes a la execucion y cumplimiento delas dichas leyes han tenido ocaſion de dudar en la determinacion y deciſſion dellos, de que ſe ha ſeguido a los dichos nueſtros ſubditos y naturales coſtas y gaſtos, y otros daños, ſobre cuyo remedio platicado enel nueſtro conſejo, y con nos conſultado, fue acordado que deuiamos mandar, y mandamos que todos los cenſos y tributos que enel dicho reyno de Galicia ſe ouieren anſi pueſtos z fundados por qualquiera perſona, dende el dicho año de quinientos y treynta y quatro a eſta parte en pan, vino, y otras qualeſquiera coſas delas ſuſodichas, cuyo valor reduzido a ſu comun precio, que tenial al tiempo, y en los lugares que ſe fundo el dicho cenſo, ſalia a razon de catorze mil al millar, y dende a baxo, que los tales cẽſos que aſſi ſe ouieren fundado. y fundaren de aqui adelante, ſe paguen a razon de mil marauedis por cada catorze mil de los que ouiere dado el cõprador, y ſin embargo que en las dichas eſcrituras que dello ſe otorgaren, o ouieren otorgado ſuenen ſer cenſos perpetuos ſe ayan de juzgar, y tengan por redimibles, y como tales ſe puedan juzgar, pagando la ſuerte principal, y en todo ſe ſe juzguen por las leyes que hablan en los cenſos redimibles, y los que ſalieren a mas precio delos dichos catorze mil al millar, como no lleguen a veynte mil, queriendolos la parte del deudor reduzir y pagar por ellos a razon de catorze mil al millar, lo pueda hazer, y los tales cenſos ſe tengan y juzguen por redimibles, aunque la eſcritura los llame y nombre perpetuos, quedando ſu derecho a ſaluo al dicho deudor queſto no quiſiere para ſeguir ſu juſticia contra el ſeñor del cenſo ſobre el engaño e iniquidad del tal contrato como viere que le conuiene. Y en quanto a lo corrido delos dichos cenſos, mãdamos que los corridos deſde el dia de la cõteſtacion ſe reduzgan y paguen al dicho reſpecto de catorze mil al millar, condenando a los dueños en reſtitucion de lo que mas ouiere lleuado deſde el dicho dia, abſoluiendo los y dandolos por libres en lo de antes: lo qual mandamos ſe entienda en los dichos cenſos, que como dicho es ſuenan ſer perpetuos, ſin q̃ aya auido concierto, o contra eſcritura que los haga redimibles para ſiempre, o temporalmente, porque cõſtando auer auido tal concierto econtra eſcritura, los tales cenſos ſe han de tener y juzgar ſin diſtinction de precio, ni diſtinction de tiempo por redimibles, ſegun los demas que eſtan dichos, y los vnos, y los otros no hagades ende al, ſo pena de la mi merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada enel Pardo a diez y ocho dias del mes de Hebrero, de mil y quinientos y ſetenta y tres años. YO EL REY. Yo Antonio de Eraſſo ſecretario de ſu Mageſtrad Catholica la fize eſcriuer por ſu mandado D. Epiſcopus Segouienſis. El Licenciado Pero Gaſco, El Licenciado Iuan Thomas. El Licenciado Rodrigo Vazquez Arze. El Doctor Luys de Molina.

76 † Cuius legis tres partes dignoſcunt, in priori omnes contractus cenſus annui etiam perpetui ſoluendi in fructibus, reducuntur ad pecuniam ſoluendam ad rationem vnius pro quatuordecim, ſic facta computatione pecuniæ acceptę pro cenſu annuo cum pretio fructus, ratio ipſa computationis non excedat rationem vnius pro quatuordecim, talisq; cenſus velit nolit venditor in pecunia ſoluendus eſt ad eam rationem, quouſque omnino oblata integra pecunia redimatur, & hoc in priori parte, in ſecunda verò, ſi facta computatione ratio excedat vltra modum vnius pro quatuordecim vſque ad vnum de viginti, in facultate venditoris eſt reducere ad pecuniam, vel ſoluere fructus ſi velit, ſi verò ſemel reduxerit ad pecuniam, in poſterum in pecunia ſoluat neceſſe
77 eſt, quouſque redimat oblata integra pecunia † quia ſemel redimibilis cenſus perpetuò eſt redimibilis, quod ferè tenet in terminis doctiſſimus Couar. Variar. reſolut. lib 1. c. 9. nu. 8. verſic. ex vltima verò ratione, tertiam verò partem huius legis intelligimus ex præcedentibus, ſi facta computatione ratio ipſa attingat modum vnius pro viginti, non eſſe locum reductioni, ita vt intelligere poſſimus iuſtum & legitimum pretium in hoc regno Galleciæ cenſus fructuarij perpetui ex huius legis diſpoſitione eſſe, ſi ratio ipſa aſcendat ad modũ vnius pro viginti, ita enim videtur intelligendum: quia reductio inducta in duplici caſu priori, inducit contrariam firmitatem in hoc caſu tertio, argumento tex. in l. cum prætor. cũ vulgatis. ff. de iudicijs. itaq; ex hac legis nouæ deciſione conſtitutio cenſus annui ad rationem vnius pro quatuordecim & infra eſt beneficio huius legis redimibilis velit, nolit, venditor, conſtitutio verò eiuſdem cenſus fructuarij ad rationẽ vnius pro quindecim & eo amplius, vſq; ad vnum de viginti, eſt redimibilis, ſi velit venditor cenſus, ex his duobus intelligimus tertium caſum, vt cenſus qui conſtitutus reperiatur ad rationem vnius pro viginti firmus ſit ſine metu reductionis ad pecuniam.

78 † Ex quibus in hoc noſtro regno reſtat deciſum hodie iuſtum pretium cenſus perpetui & fructuarij cenſeri id quod æſtimetur ad rationẽ vnius pro viginti, vnde iam nobis Gallecis extante hac lege nullum negotium faceſſet inquiſitio iuſti pretij cenſus perpetui & redimibilis fructuarij, morib. lege & cõſuetudine apud exteros recepti: nec iam multum laborauimus circa conſ. 180. Guidonis Papæ & deciſionem Conradi de contractibus q. 84. & Moder. de contractib. q. 5. num. 117. qui exiſtimabant iniquum eſſe pretium annui redditus etiam redimibilis, quando id minus ſit quàm ad rationem vnius pro viginti, & ita dicebant obſeruari in Delphinatu, & apud Germanos, & Gallos, alibi autem conſtituebantur ad rationem vnius pro quindecim, idẽ Conradus q. 83. concluſione 2. & apud Gallos etiam alibi obſeruari tradit Moder. d. quæſt. 5. num. 125. aliam rationem tradebat Tiraquellus lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 6. num. 19. vt emptio annui cenſus redimibilis facta ad rationem vnius pro duodecim toleretur, ſi verò fiat ad rationem vnius pro decem vel vndecim reducatur ad rationem vnius pro quindecim, ſi verò cõſtituatur ad rationem vnius pro octo, & eo minus, tunc tanquam nequiſſimus cõtractus in quo deſit iuſtitiæ fundamentum, omnino non ſuſtinetur, ita obſeruari apud regia tribunalia teſtaẽ Tiraquel. vbi ſup. & alij quos refert doctiſſimus Couar. lib. Variarum reſolut. tertio, c. 10. quorum quæ ipſe adducit ad noſtram legem pleraq; neceſſaria ſunt, qui apud Hiſpanos in Bætica ait hos redditus annuos conſtitui ad rationẽ decimæ, at verò apud Carpentanos, & Vaſcæos quos nos noſtro nomine dicimus Caſtellanos conſtitui ad rationem vnius pro duodecim, vel quatuordecim, & cum hæc reperirentur diuerſarum gentium exempla, ſupremo Senatui placuit, vt huiuſmodi cenſus fructuarios, qui non attingerẽt rationem vnius pro viginti, ſoluerent venditores in pecunia ad rationem vnius pro quatuordecim, qua vna re illud certè obtinuerunt, vt ratio annui cenſus perpetui & fructuarij intelligatur, quæ in vera æſtimatione æquet, & attingit modum vnius pro viginti, argumento glo. in auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccl. quam approbat Salyc. q. 5. ibi, & Tiraquel. lib. 1. de Retractu. §. 1. glo. 6. num. 19. & Moder. de contract. q. 5. num. 118. per tex. in Auth. de alienatione & emph. §. ſi verò alicuius, idq; ea ratione exiſtimabãt: quia ex deciſione illius tex. iuſtum pretium fundi ſit, quantũ viginti annis fundi fructus effecerint deductis expenſis, ibi enim penſio illa emphyteuſis Eccleſia cenſetur iuſta & legitima, quæ viginti annis faciat æſtimationem rei, quo argumento Accurſius & alij exiſtimabant, pretium rei eſſe, fructus viginti annorũ, Moder. Conradus, & alij exiſtimabant pretium iuſtum & legitimum cenſus fructuarij & perpetui eſſe id, quod in vera computatione æſtimetur ad rationem vnius pro viginti,

quod

Source : BIU Cujas

quod quidem nostra lege ferè decisum est, quamuis alij aliter senserint, quorum opiniones vide apud doctissimū Conarru. Variarum, lib. 3. c. 9. nume. 5. Hodie enim nobis Gallecis iam lege lata nullum negotiū facessere videtur illas opiniones, de quibus Pinellus in l. 2. de rescind. vend. 3. parte. ad finem. num. 29.

80 † Item aduertendum est, quòd sicuti ex hac nostra lege videtur definitum legitimum & iustum pretium censui perpetuò fructuario, ita quoque definitum est iustum & legitimū pretium censui fructuario redimibili, scilicet ad rationem vnius pro quatuordecim, idem enim est, si receptis quatuor decim ducatis aureis, enumeres quotannis vnum ducatum aureū, vel fructus, qui in foro vno aureo ducato possint comparari. Itaque ex hac lege habemus iustum & legitimum pretium census fructuarij redimibilis.

81 † Nec existimes ex eadem lege constare iustum pretium census pecuniarij redimibilis, etiam si census in fructib. constitutus ad eam rationem reducatur, quod quidē ex d. l. edita. anno trigesimoquarto in specie concludit Couar. d. c. 10. lib. 3. Variarum nu. 3. adhuc enim integra difficultas est, qd̄ sit iustum pretium census pecuniarij redimibilis, in quo opiniones illæ, de quibus a nobis num. 78. & sequenti actum est, obseruandæ sunt & inter illas plurimum poterit cōsuetudo patriæ, in quibus fiunt istæ venditiones, argum. extrauagantis Calixti Tertij inter communes. de emptio. & vendit. quæ plurimum tribuit consuetudini loci, & ciuitatis, ibi, quòd à centum annis citra & supra, & à tanto tempore, & per tantū tempus, cuius contrarij memoria hominum non existit, in eisdem ciuitate & diœcesi ac partibus alijs vicinis quædam consuetudo rationabilis obseruata, præscripta ac moribus vtentium obseruata ad communem hominum vtilitatem introducta fuisset, idem repetitur in extrauaganti sequenti, & sentiūt superius adducti d. nu. 79. hoc capite, vnde in hoc regno fortassis hodie poteris emere censum pecuniarium ad rationem vnius pro duodecim, fructuarium non item.

82 † Item in actione illius nouæ legis non veniunt fructus, qui cesserunt ante litis contestationem, sed illi duntaxat, qui post litem contestatam cedunt, vnde in causis executiuis & summarijs, vbi non est litis contestatio, ipsa oppositio habet
83 vim & effectum litis contestationis: in † causis enim summarijs primus actus repugnans & contradicens sustinet vicem litis contestationis, & ob id effectum quoque. Bal. in l. nulla. & in l nihil. C. de procuratoribus. Cardinalis in Clem. constitutionem. §. fin. in fin. de electione. Abb. in c. insinuante. in fin. de offic. delegati. Felyn. in c. cum olim. de accusationibus. Paris de Puteo in tractatu sindicatus. in versic sententia. Maranta de ordine iudiciorum de positione, seu de articulorum productione, num. 3. & 4. & cum executio fiat plerumque de censu, qui iam cessit ante iudicium executionis, meritò ex dispositione legis nostræ præcipitur, vt soluatur census, qui cessit in fructibus, atque in posterum fit reductio eiusdem census fructuarij ad pecuniam ad rationem vnius pro singulis quatuordecim, quæ practica videtur de mente dictæ nostræ legis, licèt aliquibus aliud videatur, qui intra rationem vnius pro quatuordecim cessent census hos ipso iure esse factos redimibiles, ex hac lege, & verba illa absolui ideo intelligunt de consumptis & non malè, illi verò expendunt verba legis ibi, Y en quāto a lo corrido, sub oscura verba sunt, quæ interpretatione egent noua, quæ omnia fuerūt nobis adducenda, ad l. 68. Tauri, quæ est inter leges nouè cōpilatas, vt correcta ex hac nostra lege, in hoc regno sit, & pertinuerunt ad pacta contenta inter dominum & vasallum, hactenusq; de luctuosis quæ soluuntur dominis iurisdictionē exercentibus ex vsucapione, vel vsurpatione tēporis, cuius memoria non extet in contrarium.

84 † De luctuosis autem, quæ alio nomine Abbadiæ dicuntur vulgari verbo & proprio in hoc regno alia ratio est · est enim Abbadia præstatio, quæ datur è bonis emortui parochi rectori parochiali, lectulus videlicet, vestisvè, bos, vel qd aliud, & differt à luctuosa vsu forensi; quia hoc nomine propriè intelligimus in hoc regno præstationem illam, quæ datur domino habente iurisdictionem, at verò Abbadia datur rectori Ecclesiæ, de hac Abbadia meminere plures. Ias. in l. res obligata. ff. de legat. 1. Capella Tolosana q. 387. & q. 388. Innocentius & Hostiensis in c. ad Apostolicam. de simonia. Henricus & alij in c. Iacobus de simonia, Cassadorus decisione 1. Couarr. doctissimus lib. 1. Variarum resolutionum. cap. 27. Dynus in l. vestimentum. ff. de auro & argento legato. in qua re longè alia inuestigatio est; hæc enim præstatio cū nō habeat causas odij, nec percipiatur ab eo, qui aliàs compellere possit, longè habet à se violentiæ præsumptionem, immò
85 nulla hic reperitur ex his quæ de luctuosa diximus † & inde cassat præsumptio violentiæ, de qua Doct. in d. c. quod latenter. Immo habet causas fauoris apertè, postquam rectori Ecclesiæ soluuntur, vnde requirimus immemorialem probationem, sed sufficit ordinaria præscriptio decem annorum cum actibus, qui (vt diximus) hoc capite possunt inducere scientiam & tacitum consensum maioris partis parochianorum, ita tenet Couarr. vbi supra ex Cassadori decisione, & rationi conuenit: quoniam scilicet cessant omnes causæ, quæ in luctuosa immemorialem probationem requirunt, præsumptio metus, & coactionis.

86 † Et vtrum hoc casu rector, qui debet habere meliorem vestem parochiani sui decedentis, debeat habere vestē scissam necdum consutam, neque perfectam, & quæ adhuc sit penes sartorem, dic quòd sic, per tex. in l. & si nō sunt. §. quid ergo. & §. fin. & l. vestimentum. ff. de auro & argento legato, & ita concludit Capella Tolosana 387. Idemque de veste parochianæ habentis maritum, dum tamen sit quotidiana; nā pretiosiores vestes non sunt coniugis, vt diximus capite proximo, ita tenet Capella Tolosana 388. adde, quòd si vestes hæ, quas habiturus est rector vigore huius cōsuetudinis, habeat aliquid affixum, vel appensum, veluti clauos aureos, vel orbiculos aureos adstrictorios, vulgò Botones, vellaminam
87 auri, vel argenti, † quòd rector habebit cum veste illud, quod vesti est affixum, vel appensum; quia in legato vestium venit affixum vesti, quod in specie tenet Stephanus Aufrerius in additione ad Capellam Tolosanam d. q. 387. item si vestis, vel res quam habiturus est rector nomine Abbadiæ sit pignorata, hæres non tenetur luere, sed rector luet, si velit, ita tenet Ias. in l. si res obligata. ff. de leg. 1. nu. 25. Igitur hæc consuetudo continet fauorem, ob idque longè distat à regulis, quas de luctuosis tradidimus, ideoq; minori tempore acquiritur Abbadia, si modò actus reperiuntur, qui inducere possint tacitum populi, aut maioris partis cōsensum, vt diximus hoc capite; laudabilis est enim consuetudo, & compelli debent parochiani soluere has Abbadias, maximè hoc infelici tempore, in quo omnis deuotio perit circa Deum, & eius Ecclesias, vt in simili dicit Rebuf. in concordatis, sub titu. de publicis concubinarijs §. quia verò, in glo. fi. vbi ex hac consuetudine, quam vocat laudabilem, cum decisione tex. in c. ad Apostolicam, de simonia. ait, prolatum fuisse arrestum in curia Parlamenti Parisiensis contra quosdam laycos, qui appellarant ad curiam Parlamenti, tanquam ab abusu, & compellerentur à iudicibus Ecclesiasticis soluere aliquid parochiali rectori, iuxta consuetudinem obseruatam ibi pro sepulturis, & benedictionibus nubentium, & alijs spiritualib. alioquin (vt ipse ait) non possent curati viuere; cum nihil habeant certi, neque integræ decimæ soluantur, & cum ministrat spiritualia, iustum est, vt corporalia metant, hæc Rebuffus, quæ sustineri & permitti ait in Senatu Parisiensi ex hac ratione, quòd sit laudabilis hæc consuetudo, quo fit, vt inquè Burgos de Pace cōfuderit luctuosas cum his Abbadijs in l. Tau. num. 312.

89 † Has autem causas fauoris considerāmus respectu ipsius rectoris, vnde si Abbadia alteri soluatur, quàm rectori; tunc quidem cessat ratio fauoris, & inducitur odium, vt eo iure censeatur, quo luctuosas; nec tunc sufficit tempus ordinarij, sed immemorialis præscriptio erit necessaria cum qualitatibus, de quibus supra, istud autē in hoc regno receptum est, domini namque locorum in hoc regno Galleciæ ex consuetudine & priuilegio concesso ante Lateranense Concilium
90 † quod celebratum fuit tempore Alexandri Tertij, anno Domini millesimo centesimo septuagesimonono, vt bene aduertit doctissimus Couar. Variarum. lib. 1. c. 17. apud quem vide, quòd meritò nobiles possunt habere has decimas ex concessione Pontificia ante Concilium Lateranense, vltra quem ad quos ipse adducit. Aduerte quòd hæc quæstio est ferè nostri Senatus propria; quia in hoc regno ferè omnes nobiles habēt harum decimarum percipiendarum ius hoc, aut concessionem; licèt enim laici incapaces sunt earū, hoc
91 est iure decimandi, † decima verò ipsa, hoc est ipse fructus ad laicum pertinet, & pertinere potest ex hac cencessione, glo. in c. peruenit 1. q. 3. verb. laicalibus, similis glo. in c. quoniam 16. q. 1. verb. non licere, similis glo. in c. quamuis. de decimis. quæ optima est in proposito Abb. in c. ad hanc de decimis. Collectat. in c. querelam. ne prælati vices suas, D. Thomas quodlibet 2. artic. 8. Ob idque ex concessione ante Con
92 cilium Lateranense iustè obtinent laici has decimas. Capella Tolosana ita pronunciauit q. 439. vbi bona additio Stephani Aufrerij, Guid. Papa q. 278. Mod. Paris. in consuet. Parisiensibus. tit. 1. §. 46. num. 18. Balbus de præscript. quinta par
93 te principali q. 7. Couarru. Variar. d. lib. 1. c. 17. vnde † istæ decimæ concessæ laicis, quas possident ante Concilium illud, dicuntur beneficia patrimonialia. Guilielm. Benedict. in repetitione cap. Raynutius. verbo, duas habens filias. num. 58. Bartholomæus Cassan. in consuetudinibus Burgundiæ. §. 6. rubrica prima. verbo des iustices. nume. 35. dicuntur etiam

præsti-

Source : BIU Cujas

præstimonia patrimonialia. Ioānes Staphileus de literis gratiæ, in quinta forma. num. 3. & in hoc regno nobiles habent hæc beneficia patrimonialia ex concessione Pontificia iam
94 inde ante prædictum Concilium, † & iustè istas decimas percipiunt, annoq; millesimo trecentesimo nonagesimo apud Ioannem huius nominis Primum, Henrici item primi, qui Petrum Regem interfecit, filium, cum esset Guadalajariæ Episcopi conquesti sunt de nobilibus, quòd contra humana & diuina iura decimas percepissent, quæ sibi & sacerdotibus deberentur, qui spiritualia ministrarent, auditiq; sunt nobiles, qui asserebant se decimas illas possidere & percipere ex concessione Pontificia iam inde ante Concilium Lateranense, & ab eo tempore cuius contrarij memoria non extabat, neque esse modo post tantum tempus, adeoq; diuturnum perturbandos, qui Ecclesias fundassent, erexissent, & dotassent, terramq; vendicassent ab hostibus, res apud Senatores Regios agitata hinc inde est, qui tandem pronuntiarunt, non esse amplius de ea re agendum Episcopis, nobilesque iustè decimas percipere, nec esse amplius inquietandos, nec perturbandos, & est latissimè in chronica Ioannis Primi Regis Castellæ, & Legionis c. 10. quæ circumfertur cū chro
95 nica Petri Regis Hispani. Rursumque † illa quæstio excitata est anno millesimo quadringētesimo nonagesimo secundo apud Ferdinandum & Elisabeth Reges Hispaniæ, qui mandatis literis ad Senatores, qui erant in Galleciæ regno, rem iterum composuerunt eo modo, vt nobiles minimè in sua possessione percipiendi decimas perturbarentur, literarum hic tenor est.

Nuestro Gouernador y alcaldes mayores, nos auemos sabido (que vosotros, o alguno de vos con peticion de algunas personas ecclesiasticas y seglares, mieys consocido, y conosceys de algunos negocios y causas tocantes a los beneficios que en esse reyno han posseydo, y poseen algunos caualleros, y posseyeron sus antecessores y personas de quien ouieron y tinien causa, y pretenden,) les quitays las tales possessiones: delo qual algunos dellos se han quexado delante nos, y por el tiempo que nos mandamos entender en esto al Reuerendo in Christo padre, Obispo de Catania, solamente fue que ouiesse informacion dela manera que los tales caualleros y personas posseyan los tales beneficios, y ansi la embiasse, para que diessemos forma, de segurar sus consciencias, y con acuerdo de algunos perlados de nuestros reynos, y personas de nuestro Consejo, y entretanto mandamos no hiziesse nouedad alguna en la prouision y possession de los tales beneficios, y sobae ello le hemos escripto. Porende nos vos mandamos; que hasta tanto que assi mandaremos prouèer lo que cerca delos dichos beneficios en este dicho reyno se deue hazer a peticion de parte, ni por in nocacion del dicho Obispo, ni en otra manera no quiteys, ni despojeys de la possession delos dichos beneficios, ni de algunos dellos a los dichos caualleros y personas legas que los poseen, y los han posseydo, ellos y sus antecessores, y personas de quien ouieren causa. Y si hasta aqui lo ouieredes hecho, o han sido quitados algunos delas dichas possessiones, los torneys a restituyr a las personas que los tenian y posseyan, segun lo posseyan antes. Idemq; constitutum esse apud Gallos testatur Cassaneus vbi supra d. nume. 35. Quod
96 † quantum coniector sensit quoq; sacrosancta Synodus Tridentina, sessione 25. capite de reformatione 12. his verbis. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus cuiuscunque gradus & cōditionis sint, ad quos decimarum solutio. Spectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumque alijs Ecclesijs vel personis, quibus legitimè debentur. Ex quibus verbis non obscurè de nobilibus qui le
97 gitimè percipiunt has decimas intelligare poteris, † & quia ista beneficia sunt patrimonialia, instar patrimonij possunt vendi, permutari, in dotem dari, obligari, & veniunt in iudicio familiæ erciscundæ. Sotus de Iustitia & iure. libro nono. cap. quarto. artic. tertio. & cap. septimo. artic. primo. glos. verò & iudicem, in cap. Saluator prima quæstio. tertia. Greg. Lopez in l. 22. titu. 20. partita. 1. contra Abbatem in cap. prohibemus de decimis. & facit pro his quæ adduximus consilium Barbatiæ 35. & 45. Cassanei, & Zasius de feudis quarta par. numero 18. & infert Gregorius Lopez vbi supra, quòd
98 Rex † noster Philippus potest alienare tertias quas habet decimarum, ex priuilegio Sedis Apostolicæ, & Guilielmus Benedictus vbi supra, quòd id sustinetur in Francia, ego autem sæpius vidi in hoc Senatu Galleco sustineri venditiones, permutationes, locationes harum decimarum, & quotidiè deducuntur in iudicium familiæ erciscundæ, & retrahuntur iure retractus, sicuti auita reliqua bona, & vidi latas plures sentētias, & si nouis Senatoribus, qui a scholis quotidie ad nos veniunt, noua res semper visa sit, subdit Soto vbi supra lib.
99 decimo. quæstio. quarta. artic. tertio. ad finem. † Quòd ex hac ratione, scilicet, quòd hæc beneficia sint patrimonialia instar bonorum secularium, quòd tales decimæ concessæ laycis nō possunt collectari per episcopum eo casu, quo necessarium sit collectari decimas, pro Ecclesiæ necessitate, siue vt reparetur, siue ob aliam rem similem, vnde ait, quòd manus Episcopi non extenduntur ad has decimas laycorum, quæcunque igitur iusserit Episcopus fieri ex decimis, minimè deducentur ex istis decimis laycorum: quia sunt instar patrimonij, respectu cuius Episcopo nulla potestas est, & ita iam semel contra Episcopum Lucensem in hoc Senatu iudicatum est, in causa tanquam de vi & violentia nobilis de
100 eo conquestus est. † Hi igitur nobiles Galleciæ propter hoc ius decimarum, quas habent, sæpè Abbadias quoque percipiunt, sicuti & Rectores Ecclesiarum, in his igitur nobilibus nullæ sunt causæ fauoris, ideoque immemoriali egent possessione exactissimè probanda cum circunstantijs, de quibus supra egimus.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus uariè à Iureconsultis consideratur, & uarie de eo constitutum est, agitur de l. 4 ff. de usufruct. & de l. rectè. ff. de uerb. sign.*
2 *Pater in bonis filij, in quibus habet vsumfructum, est instar domini, & uendicationem habet.*
3 *Defenditur interpretatio Bartoli ad illa duo iura contra Franciscum Conanum, Alciatum, & Pinellum.*
4 *Fundus consideratur dupliciter, vt est res corporea & quatenus pertinet ad ius, & ita duplices habet partes.*
5 *Vsusfructus est pars substantialis fundi, & num. 6. seruitus est genus, ususfructus est species, & num. 7 pars propriè est species, & num. 8. Bartoli verus sensus ad illa duo iura.*
9 *Seruitutes nec consistunt ad tempus, neque ex tempore, vsusfructus contra, & diuiduus est contra naturam reliquarum seruitutum.*
10 *Vsusfructus est ius, vsusfructus est veluti res corporea, alibi pars fundi.*
11 *Agitur de l. 1. ff. de vsufructu legato. & numero 12. traditur declaratio noua ad literam contra Pinellum, & quos ipse refert, & num. 13. quòd nomine bonorum veniunt iura & actiones.*
14 *Quid sit seruitus personalis, & num 15. quid sit seruitus realis, & numero 16. Accursius parum edoctus mensuras antiquorum.*
17 *Legato pluribus vsufructu omnes concurrunt, & quomodo fruantur, & nu. 18. quòd non sit tradendum generaliter de vsufructu.*
19 *In materia vsusfructus receditur a verbis testatoris expressis propter iuris rationem.*
20 *Legato fundo vni, deinde alteri vsusfructu, diuiditur vsusfructus, & reperitur coniunctio.*
21 *Defenditur communis & recepta interpretatio ad l. Proculus. ff. de vsufructu. contra Pinellum. & nume. 22. rationes communis opinionis, & 23. quòd communis opinio probatur in d. l. Proculus. & nume. 24 ratio interpretationis.*
25 *Legato vsufructu cum facultate, vt vsusfructuarius de re disponere possit, res censetur legata etiam quoad proprietatem.*
26 *Decisio l. Proculus. habet locum tam in vltima uoluntate, quàm in contractu inter viuos.*
27 *Agitur quæstio illa, an vsusfructus possit vendi, & num. 28. referuntur scribentium opiniones, & num. 29. adducuntur iura, quæ in hac specie reperiuntur, & num. 30. referuntur Iureconsulti, qui de ea re constituerunt.*
31 *Adducitur ius Hispanum inter has opiniones, & num. 25. in quo differat à iure communi, in quo quadret. & num. 33. quæ opinio Doctorum quadret cum iure Hispano, & nume. 34. opinio Arij Pinelli, & Balduini traditur, nume. 35. exponitur litera. §. finalis l necessario. ff. de periculo & commodo rei vendit. & num. 36. refellitur intellectus Pinelli ad §. finitur, ex §. fin. d. l necessariò.*
37 *Quæ sunt iuris, ea perpetuò apud nos sunt, & nunquam à nobis amouentur, & nume. 38. traditur uerus intellectus ad dictū §. finitur. & num. 39. traditur resolutio vera ad quæstionem.*
40 *Iura quoque venduntur sicuti res aliæ corporeæ, & habemus iura sicuti res nostras.*
41 *Si quis vendat vsumfructum simpliciter, videbitur in dubio uendidisse ius et facultatem colligendi fructus, quam commoditatem vocamus. et nu. 42. si vendat vsumfructum adhuc conuenitur, vt vsufructuarius, & num 43. quod adhuc procuratorio nomine nuntiat nouum opus, & num. 44. adhuc de damno conuenitur.*
45 *Pater in bonis maioratus filij hēt vsumfructum, et nu. 46. an si is qui vsumfructum reliquit, prohibeat patri eius acquisitionem, pater adhuc habeat commoditatem.*
47 *An vsusfructus possit confiscari. & num. 48. quæ non possunt alienari per contractum vel vltimam voluntatem, non possunt confiscari.*
49 *Quod paciscendo quis efficere non potest, nec delinquendo. & num. 50. infertur ad casum vtilem & quotidianum.*
51 *Quæ non transeunt ad hæredes extraneos non confiscantur, & de feudo, & emphyteusi Ecclesiastica.*
52 *Meliorationes factæ in emphyteusi vel feudo Ecclesiastico confiscantur, licèt in feudo difficultas sit, & de iure patronatus, & fideicommisso, remissiuè.*
53 *Si quis vsumfructum leget, vel relinquat, ita tamen ne alienet, an delinquendo alienare possit.*

Source : BIU Cujas

Io. Garsię Hisp. De expen. & melioration ib.

De vsufructuario expendente traduntur aliqua de vsufructu vniuerse. Caput decimum.

1 VSufructuarius † quoque expendit itē & meliorationes facit, vt verò intelligas, quid quantumq́, ius in hoc sit, expensas conseruet suas, item & meliorationes, aliqua præiacenda sunt de vsufructu, quæ variè a scribentibus traduntur, in aliquibus enim vsusfructus pars est dominij, in aliquibus verò non, immo seruitus est, aliquando cū proprietate reperitur coniunctus, & instar rei corporeæ est, aliquando separatus à proprietate, aliquando cum proprietate coniunctus. Ob idque variè circa expensas, & meliorationes expenditur, & iudicatur, alia enim ratio in domino expendente est, alia in eo qui dominus non est, alia in eo, qui rem ad se modis omnibus pertinere censet: alia in eo qui cum vita extinctum quoque vsumfructum esse arbitratur, sunt autem in hoc iura, quæ videri poterunt l.quarta.ff. de vsufructu, vbi Paulus ait. Vsusfructus in multis pars est dominij, & extat, quòd vel præsens, vel ex die dari potest. & l.rectè dicimus. ff. de verborum significat. vbi idem Paulus. rectè dicimus (ait) eum fundum totum nostrum esse, cuius vsusfructus alienus est; quia vsusfructus non dominij pars' sed seruitutis, vt via & iter, quæ iura videntur contraria, cum alterum responsum vsumfructum faciat partem dominij, alterum vero non Arius Pinellus in l.prima C. de bonis maternis.part.tertia.in principio, cumulat intellectus ad duo illa iura, & tandem residet in illa opinione, quæ fuit Conani commentariorum iuris.libro quarto.cap.tertio.& cap. sexto. & ante eos fuit Azonis in summa de vsufructu.numero secundo. & Accursij in dicta l. quarta. & ibi post Bald. & Fulgo.& post hos Alciatus in dicta l.rectè.numero septimo. vt scilicet duo illa iura sint veluti regula & exceptio, itaque dicta l.rectè, contineat regulam, at verò dicta l.quarta. exceptionem,adeo vt verum sit,quòd vsusfructus non sit pars dominij, dari autem casus aliquot, in quo vsusfructus pars dominij censendus sit, quæ sit instar, & ad similitudinem dominij, vt est in patre vsumfructum habente in bonis filij, qui vsufructuarius cum sit dominus, nihilominus est, & habet vendicationem proprio nomine rerum earundem, in quibus habet vsumfructum l. prima. C. de bonis maternis, ibi.atque ita omnia agere,tanquam solidum perfectumque dominum, eorum eis acquisitum fuisset l. cum oportet. §. non autem. ibi, plenissimam potestatem. C.eodem l. fina.§.
2 fina. eodem. † & quamuis pater habeat plenissimam potestatem, & similis sit domino, adhuc tamen vsusfructuarius est, & formalem vsumfructū habet separatum (quod aiunt) à proprietate, quæ est penes filium, ita censet Ioannes Lupus de Palatios Rubios in repet. rubricæ dicti §. 42.numero decimotertio.Castillo.in l.48.TauriPinellus in dicta l.prima. part.tertia. numero vigesimoquinto. In aliquibus tamen similis est domino,& eius vsusfructus similis est dominio,vnde multa specialia in parte colligit Pinellus vbi supra numero 16. cum sequen. quæ non reperiuntur in alijs vsufructuarijs, quæ videre poteris, & aliqua sunt nobis attingenda capite sequenti.

Ex qua solutione glo & Azonis,Conani,Pinelli, & Alciati,& Bligij item, vt inferius videbimus,scilicet,ad d.l.1.& ad l.rectè dicimus, restat, quòd nisi expressè aliquid in iure expressum sit, quod vsumfructum faciat similem dominij,sem
3 per vsusfructus distinguitur à dominio, † & sunt diuersa & separata,& licèt Arius Pinellus in d.l.1.num.2.par.3.recedat ab opinione Bar. in l. qui vsumfructum.ff.de verborum obl. nume.3.& alij, tamen Bart. ibi si mature expendatur, rectè, ait vsumfructum non esse partem fundi corpoream, sed bene esse partem substantialem fundi,hoc est dominij,quod in fundo habemus.Possumus enim considerare fundum,vt res
4 corporea separatum à iure. Tunc † quidem vsusfructus non est pars fundi, sed sylua, ager,domus,hortus,campus,mons, & alia id genus corpora,hæc partes sunt fundi,sicuti domus sunt partes tabulata,parietes, tigna, & tectum. Si verò accipias fundum considerata ratione iuris pro toto dominio, quod in eo habemus, tunc quidē alia ratio est, partes enim substantiales huius dominij quod habemus in fundo, & sic huius fundi,sunt duæ partes substantiales,proprietas & vsusfructus,hæque integrales;integrè enim constituunt hoc totum,scilicet ius, vel dominium,quod habemus in fundo,vel ipsum fundum sub hac ratione iuris & dominij, quod ministerio iuris habemus,nec rectè dicemus tūc syluam esse partem fundi; cum in ipsa sylua proprietas & vsusfructus reperiatur, idemq́; de monte,horto,pascuis, & alijs id genus par
5 tibus † & hoc modo intelligit Bar.in d. l. qui vsumfructum, & bene esse eum partem dominij & fundi,repetit in l.1.ff.de rebus dubijs.seq.Paulus in l.si quis.§. differentia.ff.de acquir. poss.Ias.in l.1.§. fin.ff. de noui operis nuntiat. & quamuis Biglius in §.alienus seruus. Institu. de hæredibus. instituen. & Pinellus vbi supra recedant à Bartolo,quatenus ex hoc conciliat hæc duo iura,scilicet l.rectè & d.l.4. Tamen forsan opinio, & interpretatio Bartoli verissima est ad illa duo iura; nā quòd in se sit vera, non est dubium, & re vera si rectè expendamus verba Iureconsulti in dicta l. rectè. ibi. quia vsusfructus non dominij pars,sed seruitutis sit, vt via,& iter, planè necessariò intelligendum est, Iureconsultum intellexisse iuxta doctrinam Bartoli in dicta l.rectè, vsumfructum non esse partem prædicamentalem dominij, hoc est non esse speciem dominij;quia qua ratione vsusfructus est pars,ideſt species seruitutis,ea ratione non est pars, ideſt species dominij,
6 ex dicta l.rectè.† At verò satis constat,seruitutem esse genus quoddam vniuersum,viam, actus,iter, & vsumfructum esse speciem, qua ergo ratione vsusfructus est pars, ideſt species seruitutis, non est pars, ideſt species dominij. est ergo species seruitutis, ergo non dominij, quod benè colligitur ex d.l.rectè.in versiculo,quia vsusfructus,non dominij pars, sed seruitutis est,vt via,necessaria ergo & coacta ratione intelligendum est Iureconsultum, nomine partis, intellexisse species Dialecticas, & sensisse vsumfructum non esse partem, ideſt speciem prædicamentalem dominij, sicuti est species seruitutis,ob idq́; is fundus adhuc noster est.In quo quisquā habet vsumfructum; quia si interrogemus, an is qui habet vsumfructum habeat dominium, non rectè respondetur affirmatiuè, non enim vsusfructuarius est dominus, nec vsusfructus dominium, sed pars dominij,& vsufructuarius obtinet alteram partem substantialem fundi,& dominij quod in eo habemus. Et ita licèt Pinellus doctissimus, & Biglius, Alciatus.item & Conanus, Dialecticam dicant esse solutionē & interpretationem Bartoli. Proculdubio Iureconsultus necessariò intelligendus est Dialectice,aliàs malè intelligemus illa verba(sed seruitutis pars sit,vt via,actus)locutus est enim Iureconsultus Dialectice, significans non esse vsumfructum partem, ideſt speciem dominij, sicuti est pars, ideſt species seruitutis,& bene Bartolus ait,non esse partem prædicamentalem dominij vsumfructum, ideſt non esse speciem dominij, nec item esse partem fundi, vt intelligamus fundum separatum à iure, pro re corporea;quia tunc partes fundi sunt vti dicebamus campus,mons,ager,sylua, vinea,& alia id genus, esse autem partem vsumfructum substantialem fundi, quatenus consideramus secundùm ius, quod in eo habemus. Tunc enim ex iuris dispositione habemus in fundo vsumfructum & proprietatem, & sunt duæ partes substantiales integrantes fundum acceptum secundùm ius, itaque Iureconsultus ex interpretatione Bartoli, & rectè in d.l.rectè, intelligit Dialectice vsumfructum non esse partem,ideſt speciem dominij; quia vsusfructus est pars,ideſt species seruitutis, vt via, actus, & propriè locutus est Iureconsultus: cum species vocat partes, sic enim locuti sunt veteres elegantiores, Cicero de Oratore. lib. 1. folio mihi 136. tomo primo
7 † genus autem(inquit)id est,quod sui similes communi quadam, specie autem differentes duas aut plures complectitur partes. Partes autē sunt, quæ generibus his,ex quibus emanant, subijciuntur, hæc Cicero.rursum de inuentione,capite de confirmatione, genus (inquit) est,quod partes aliquas amplectitur, vt cupiditas pars est, quæ subest generi, vt cupiditati amor, auaritia, rursum capite de inuentione cum tractat controuersiam generis, ita ait,generis est controuersia,cum & quid factum sit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat constat, & tamen quantum & cuiusmodi,& omnino quale sit quæritur,hoc modo,iustum, aut iniustū,vtile,an inutile,& omnia in quibus quale sit id quod factum est quæritur,sine vlla nominis controuersia,huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam,iudicialem,negotialem, quod eius (vt nos putamus) non mediocre peccatum reprehendendum videtur, verum breui, ne aut si taciti præterierimus sine causa non secuti eum putemur,aut si diurius in hoc cōsisterimus moram atque impedimentum reliquis præceptis intulisse videamur, si deliberatio, & demonstratio genera sunt causarum, non possunt rectè partes alicuius generis causæ putari,eadem enim res alij genus esse alij pars potest, eidem genus esse & pars non potest. Hactenus Cicero. plura alia ex Cicerone adducere possem loca, sed hæc elegantiora mihi visa sunt pro Bartolo contra Biglium & Pinellum, vt Iureconsultus in dicta l.rectè. nomine partis rectissimè & obseruata proprietate dicendi species intellexerit. Idque vsitatissimum est Dialecticis, qui veram Dialecticam profitentur, & elegantiorē, non his qui barbarè & sophisticè ratiocinantur,quibus toto anno cum sua chimera, & suis brunellis lis
8 & contentio assidua est. Sit † ergo verus sensus ad literā tex. in d.l.rectè, scilicet rectè dici, ideſt propriè obseruata recta

ratione

8 ratione dicendi,fundum eum,nostrum esse,†licèt alius in eo habeat vsumfructum;quia vsusfructus non est pars dominij, sed seruitutis,vt via,actus,iter, quod etiam sensit ibi glos. ex Placentini opinione. At verò in d. l. 4. idem Iureconsultus ait, in multis casibus vsusfructus est pars dominij, & extat, quod vel præsens, vel ex die dari potest, vbi necessariò dicendum est, Iureconsultum sensisse, vsumfructum esse partem dominij,scilicet substantialem, non verò prædicamentalem,dominium enim,quod habemus in fundo,constat ex proprietate & vsufructu,sicuti fundus ipse, si sumatur vt corpus,habet partes corporeas,vineas,montes, lucos,& saltus, & alia id genus. Nec quicquam faciunt verba illa (in multis casus) quia cum in multis sit pars prædicamētalis,ideſt species seruitutis tanquam sui generis, vt in d.l.rectè, in multis pars tanquam corporea separata à iure:vt in l.1. §. si vsusfructus.ff.ad leg.Falcid.restat vt in multis nō in omnibus sit dominij pars substantialis, quæ ratio debuit Pinellum adducere in opinionem Bartoli,nō vero ab ipsa auertere, quæ si expenderetur,efficeret saltem, vt non ita ridicule Bartolus eijceretur:subdit Iureconsultus in d.l.4. (& extat quod vel præsens, vel ex die dari potest) quæ verba magis suadent Bartoli conciliationem,vt verissima sit censenda,& ad literam text. idem enim Paulus Iureconsultus non immemor eius quod tradiderat in d.l.rectè, repetensque idem argumentū; quoniam dixerat, vsumfructum esse speciem seruitutis quasi sui generis,subdit in d.l. 4. non esse id quidem perpetuum, nec semper vsumfructum esse speciem seruitutis; quia in multis casibus sit pars dominij substantialis, quod habemus in rebus, & varia consideratione varius sit quoad iuris effectus, nec possit de eo vniuersè & indefinitè constitui; quia diuersè & iure accipiatur,varietque iuris regulas, dum alibi aliter accipitur: quod Paulus probat ex eo:quia seruitutes nō consistunt ex die,vel ad præsens, nec extant per se, patet ex l. 4. ff. de seruitutibus. vbi, seruitutes (inquit Papinianus) ipso quidem iure, nec ex tempore, nec ad tempus, nec sub conditione, nec ad certam conditionem, verbi gratia,quandiu
9 volam, constitui possunt, at constat † vsumfructum constitui ad diem & ex die, d.l.4. & cum cæteræ seruitutes sint indiuiduæ,constat vsumfructum esse diuiduum l.1 §.si vsusfructus.ff.ad legem Falcidiam, ibi idem Paulus, Si vsusfructus (inquit) legatus sit,qui & diuidi potest,non sicut cæteræ seruitutes, quæ indiuiduæ sunt, veteres quidem æstimandum totum vsumfructum putabant, & ita constituendum quantum sit in legato,sed Aristo.à veterum opinione recessit, ait enim,posse quartam partem ex eo sicuti ex corporibus retineri,idque Iulianus rectè probat,hæc Paulus, qui semper in ea sententia est, vt vsusfructus multiplex in iure sit ex multiplici iuris acceptione,vt alibi,sit species seruitutis,sicuti via, actus, ideſt totus ad ius pertineat, alibi sit pars substantialis fundi,& dominij, quod in eo nobis est, vt cum proprietate totum fundum contineat,in alijs quoque casibus reperiatur vt corpus,& accedat cōmoditati:vt in d.l.1. §. si vsusfructus, vbi non ius, sed commoditas nomine vsusfructus diuiditur in partes,tanquam corpus, & omnia hæc responsa sunt Pauli: ad quæ oculos coniecit Barto. vbi supra, & cum eo communis interpretatio ad illa iura,nec enim dubitari potest de multiplici acceptiōe eius ex his, quæ infra hoc capite latius dicemus, licèt enim vbique vsusfructus sit, tamen alibi ius, alibi corpus, alibi pars est dominij, & ita promiscuè à Iureconsultis accipitur,ob idque licèt conciliatio Bartoli displiceat Biglio,Conano,Alciato,& Pinello, tamē ea necessaria est, & secundùm iuris rationem: & in se vera.

10 †Ex Paulo ergo restat,vt vsusfructus multipliciter accipiatur pro specie seruitutis,pro parte fundi,pro commoditate, & ita alibi est ius,alibi res corporea, vt in d.§. si vsusfructus. vnde in l.in venditione bonorum.ff.de bonis authorit. iudicis possid.rectè vsumfructuarium dominum appellamus: qa partem dominij habet, ideſt vsumfructum, qui est pars dominij, licèt enim stricta disputatione non habeat hominem qui partem hominis habet, nec fundū qui partem fundi habeat,tamē ex intellectu iuris, & acceptione nominis huius, quod dominium illud significat aliquando, quod versatur in perceptione fructuum,rectè dicimus vsumfructuariū dominū eius dominij, obseruata multiplici nominis acceptione, neque enim possumus,neque debemus de hoc nomine, quod adeo variè accipitur à Iureconsultis, vniuersè,& indefinite constituere, quòd si responsa Iureconsultorū velimus ad vnam duntaxat acceptionem referre, errauimus misere. Nemo enim est,qui non videat, quantum distet commoditas ipsa à iure fruendi,& tamen constat, vtrumq; significare Iureconsultos nomine vsusfructus,nimirum igitur,quod alibi sit ius,alibi corpus,alibi pars fundi,alibi dominium significet eius partis,quam in toto fundo faciat.Cum de his omnibus aperta sint responsa veterum Iureconsultorum, quæ eo dixerim, ne tibi mirum videatur,si dixerimus errasse,qui de vsufructu vniuersè tradiderint.

11 † Nec multum difficilis est interpretatio ad l. primā.ff.de vsufructu legat. quæ variè quoq; nouiorem interpretū mentem cruciat, verba eius hæc sunt, nec vsus, nec vsusfructus itineris, actus, viæ, aquæve ductus,legari potest: quia seruitus seruitutis esse non potest, nec erit vtile ex Senatusconsulto, quo cauetur, vt omnium quæ in bonis sunt vsusfructus legari possit; quia id neque ex bonis, nec extra bona sit, sed incerti actio erit cum hærede vt legatario, quandiu vixerit eundi,agendi, ducendi facultatem præstet. Aut ea seruitus constituatur sub hac cautione, vt si decesserit legatarius, vel capite minutus ex magna causa fuerit restituatur, hæc Paulus, difficultas est in intellectu illorum verborum (quia id neque ex bonis, nec extra bona sit) glos. Barto.ibi.& in l.rei appellatio.ff.de verborum significat. & in principio Instit. de rerum diuisione. intelligunt, vt seruitutes neque sint in bonis, nec extra bona, eamque opinionem & latius explicat & refutat Pinellus dicta l.prima. secunda parte, numero sexto.& subdit secundùm intellectum Lorioti in lege. non videtur.ff.de regulis iuris.vt ibi vsusfructus & seruitutes non dicantur in bonis, ideſt in dominio propriè sumpto, nec extra bona, ideſt extra bonorum appellationem, quæ in iure latè patet, hanc quoque refutat ibidem Pinellus,quòd Iureconsultus ibi non agat de dominio proprio vel improprio, nec possit omnino in vsufructu negari dominium, ad quam refutatiouem facit, quod tradidimus proximo numero decimo. Tertiò adducit solutionem Longoualij in l imperium.ff de iurisdict. omn. iudic. numero 232.qui appellat hanc difficultatem nodum Gordianum explicantis verba illa, non in vsufructu & seruitute, sed in vsu & vsufructu seruitutis, quam quoque interpretationem ipse reijcit, nescio quantum bene, & tandem ipse resoluit contra Bartolum, Accursium,communem, Loriotum, & Longoualium, vt verba illa (nec ex bonis, nec extra bona) posita sint ex iuris quadam subtilitate, quam subtilitatem ipse in eo esse ait, vt verba illa, nec extra bona intelligantur, pro non omnino aliena, nec extra ius disponentis, non verò pro his quæ in bonis esse non possunt: quæ iuris subtilitas certè adhuc verba illa non explicat, siue enim sint extra bona, siue non omnino aliena, semper restat difficultas, quomodo nec sint de bonis, nec extra bona & re vera (vt dicemus) seruitutes in bonis nostris sunt, & inter bona connumerantur, vt dicemus, & agnoscit ipsemet Pinellus, quomodo fieri ergo potuit, vt Caius Iureconsultus diceret, eas neque ex bonis,nec extra bona esse, cum si subtiliter intelligas seruitutes nō esse omnino alienas, quomodo non sunt, ex bonis, si omnino alienæ non sunt, aut quid coegit Iureconsultum, vt ea verba adderet, quem ociosè locutum fuisse non decet arbitrari, ego verò existimo Iureconsultos nunquam multiplicasse verba,neque quicquam dixisse frustra,quod alibi notabam,ad l.in causæ. §. interdum.ff.de minoribus ibi (ne rem suam perdat, vel re sua careat) quæ duo plurimum distant.

12 † Itaque existimo Iureconsultum planè posse intelligi, nec necessum esse inuestigare tam subtiliter intellectum illorū verborum aliunde quam ab ipsomet Paulo in d.l.1.ff.de vsufructu legat.ipse enim satis superq; seipsum explicat: si matura expenditur litera illius tex.quærit ibi Paulus, an vsus, vel vsusfructus seruitutis legari possit,nihilque disputat de legato seruitutis, in quo Longoualius non recedebat à vera specie Iureconsulti,non enim quærit,an via legari possit in fundo, sed an vsus viæ, q̄ debetur fundo, legari possit,& in hac specie in prima parte tex.moratur, his verbis (nec vsus, nec vsusfructus itineris, actus, viæ, aquæve ductus legari potest) cumq; constituat legari quidem non posse talem vsum, vel vsumfructum seruitutis realis subdit duas rationes,ex quib. probat suam illam conclusionem, scilicet,tale legatum inutile esse,quæ ambæ incidunt in vnam eandemque rationē Prima ratio est; quia si tale legatum constaret, iam daretur seruitus seruitutis,quod fieri quidem nullo modo potest; cū enim via sit seruitus,si viæ vsusfructus legaretur, iam legaretur seruitus seruitutis, quod fieri nequit.Secunda ratio incipit ibi (nec erit vtile,vbi Iurecōsultus Paulus ita ait,)nec hoc legatum erit vtile,nec constare potest ex verbis Senatusconsulti, quod de vsufructu legando constitutum est,quo cauetur,& sancitū est, vt vsusfructus omnium quæ in bonis sunt legari possit, subdit Iureconsultus Paulus rationem huius, quare non sit vtile legatum hoc ex verbis Senatusconsulti, cum Senatusconsultum dicat apertè, posse legari vsumfructum omnium, quæ in bonis sunt, & videbatur posse legari vsusfructus seruitutis, quia seruitus in bonis nostris est. Ratio tamen Iureconsulti ea est; quia seruitutes non sunt ex bonis, de quibus sensit Senatusconsultum, cum seruitutis nullus vsusfructus sit, qui legari possit, intellexit enim Senatus-

Source : BIU Cujas

consultum omnium rerum, quarum vsusfructus constitui posset, vsusfructus constitui & legari posse, seruitutes autem non esse ex bonis Senatusconsulti; quia in vsu consistunt & separari ab vsu non possunt, ob idque nec ex bonis sunt, scilicet, de quibus Senatusconsultum latum est: nec item sunt extra bona, quasi dicat, cum seruitutes in bonis nostris sint, videbatur constare posse legatum, sed cum sint bona, in quibus constitui vsusfructus non possit, non sunt ex bonis, de quibus agimus, vt vtile sit legatum. Ob idque ait Iureconsultus, dari actionem incerti, & ita rectè ait, in proposito seruitutes nec esse in bonis, nec extta bona, scilicet, de quibus agebat, vt legatum vtile esset, & ita potest Paulus verè & planè intelligi, obseruata iuris ratione ex Senatusconsulto, de quo ipse agit.

13 † Constat enim latissimè nomen hoc bona, & bonorum appellatione veniunt iura & actiones non solum corporea, mobilia, & immobilia l. bonorum. ff. de verborum significa. & ibi Alciatus, Guilielmus Benedictus in c. Raynutius. verb. cætera bona, Tiraquellus in l. si vnquam. verbo bona, de reuocandis donationibus Pinellus in rub. de bonis maternis, statim in principio. & est l. si legatus. ff. ad Trebellian. & seruitutes tanquam res propriæ legantur l. vsusfructus. cum seq. ff. de vsufructu, ex quo videri poterant seruitutes nō esse extra bona, atque adeo contineri Senatusconsulto, quod dictabat: vt omnium, quæ in bonis essent, vsusfructus legari posset; sed quoniam tales erant, de quibus vsusfructus constitui non poterat; quia seruitutis seruitus esse nō poterat d. l. 1. Meritò Paulus Iureconsultus in ea tractatione legati vsusfructus, seruitutes, nec esse ex bonis, nec extra bona ait, succurritque legatario non ordinaria actione, sed incerti quadam actione, hoc est facti, vt scilicet hæres faciat, & per eum non stet, quominus legatarius ille id quoque consequatur, vt si seruitutis seruitutem non habeat, saltem vtcumque quantū res ferat, vtatur, fruatur, accipitur ergo multipliciter in iure verbum hoc vsusfructus, ex Paulo Iureconsulto, modò seruitus est, totaque in iure consistit d. l. rectè, ibi personalisq; seruitus est, quæ debetur personæ, sicuti habitatio & vsus.

14 † Personalis autem seruitus est, quæ debetur personæ, exemplum istius personalis seruitutis non est ius quod habet dominus in seruis, illud enim dominiū est propriè, & in re propria non cadit seruitus, sed dominium l. vti frui. ff. si seruitus vendicetur l. in re communi. ff. de seruit. vrb. prædiorum, sicuti enim vsusfructus proprij fundi non est seruitus, ita nec ius serui. Bar. in l. 1. ff. de seruitutibus. Faber in §. æquè si agat. Instit. de actionib. vbi ait, quòd hæc seruitus exemplificabitur, si dominus alicuius serui concesserit alteri operas serui, retento dominio, & vocat hanc seruitutem personalissimā, & sentiebat ibi Iason, sed certè seruitus personalis vnica est, quæ debetur personæ, & cum ipsa persona extinguitur, nec egreditur personam, siue ea debeatur à persona, siue à re, dū personæ debeatur, duratura cum ipsa persona: duplexq; est genus seruitutum ex d. l. 1. ff. de seruitutibus, licèt glo. ibi admittat triplicem, vel quadrimembrem distinctionem

15 † cum enim debetur personę, & cum persona extinguitur, personalis est, si rei debeatur, & ad possessores rei transeat, realis est, & hæc est distinctio Iureconsulti, & est optimus tex. in l. Lucius Titiùs. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum, vbi Lucius Titius (inquit Paulus) Caio Seio fratri salutē, aquæ fluentis in fontem constructum in isthmo à patre meo trado & dono tibi digitum in domum tuam, quæ est in isthmo, aut vbicumque vis, quæritur, an ex hac scriptura vsus aquæ etiam ad hæredes Caij Seij pertineat. Paulus respondit, vsum aquæ personalem ad hæredem Seij quasi vsuarij transmitti non oportere, ecce quia seruitus personalis est, vbi id glo. sentit, quę verbo digitum, ridicula est parum edocta antiquorū mensuras, & pondera, ex eo enim dictæ sunt seruitutes personales, quòd cum persona extinguantur, & pereant, quib.

16 † realis autem à re cui item cōceduntur, & quia cum ea durant perpetuo, & ad quoscunque possessores pertinent ratione rei, etiam si aliquo tempore desi sse videantur, tex. elegans ad hoc in l. cum fundo. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum, quæ addenda sunt ad Cępolam lib. 1. c. 3. & Anto. Gomesium de contractibus. tomo 2. c. 15. & ita bimembrem duntaxat distinctionem agnouit D. Antonius Menesius præceptor meus, in principio, de seruitutibus & aqua. Est igitur vsusfructus species seruitutis, d. l. rectè & personalis, quæ cum vita finitur, & cum persona extinguitur §. finitur. Instit. de vsufructu.

Alibi autem vsusfructus est veluti res corporea, quæ diuidi potest, & tanquam in partes secari; cum enim reliqua ser

17 uitutes indiuiduæ sint † vsusfructus diuiduus est l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad leg. Falcidiam l. vsusfructus ab initio. ff. de vsufructu. gl. Bar. & reliqui ibi, inde est, quòd si legatur pluribus simul, & omnes in eo concurrunt simul & ęqualiter pro partibus l. si vsusfructus legatus. ff. de vsufructu. l. duos. ff. de vsufruct. legato. l. 1. ff. de vsufructu. accrescendo. legatarij autem diuident inter se vsumfructū iuxta iuris regulas, vel regionibus, vel tempore, vel æstimatione, locando l. communi diuidundo. §. si vsusfructus. ff. communi diuidundo. cum de vsufructu (inquit Vlpianus) communi diuidundo iudicio agitur, iudex officium suum ita diriget, vt vel regionibus eis vti frui permittat, vel locet vsumfructum vni ex illis, vel tertiæ personæ, vt his pensiones sine vlla controuersia percipiant, vel si res mobiles sint, etiam sic poterit, vt inter se conueniant, caueantq; per tempora se vsuros fruturos, hoc est apud singulos mutua vice certo tempore sit vsusfructus. Hactenus Vlpianus, expē de verba illa, vt apud singulos mutua vice certo tempore sit vsusfructus, iuncta glo. verb. vsusfructus, vt nomine vsusfructus intelligamus commoditatem, quæ peruenit ex iure illo vtendi & fruendi, quæ commoditas rectè dicitur à Iureconsultis vsusfructus, cum variè accipiatur l. si cum duorum. ff. de stipulatione seruorum. vbi glo. verb. communio. Baldus in c. 1. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione. Bart. in l. stipulationes nō diuiduntur. de verborum obligationib. & ibi Ioānes de Imola, latè Paulus de Castro in l. quoties. §. hæredes. ff. de hæred. instituendis. tex. in d. l. 1. §. si vsusfructus, ad legem Falcid. qui est in materia egregius. Ex quibus vides id quod passim animaduertimus, vsumfructum apud Iurecōsultos modò ius esse & speciem seruitutis, modò commoditatem & rem diuiduam, & veluti corpoream, quæ diuiditur, commutatur, conducitur, & est in commercio tanquam res venalis l. Mæuius. §. penul. ff. de legat. 2. Atque hæc omnia nomine vsusfructus, significant Iureconsulti, & variè de vsufructu tradunt præcepra, multipliciter disputantes, ex multiplici acceptione nominis

18 iure agnita † aliquando item partem substantialem fundi significantes, qui constat ex proprietate & vsufructu d. l. 4. Vnde qui generaliter de vsufructu tradere præcepta volunt, cū decedant à iuris regulis, & vera traditione Iureconsultorū, necessarium est, aut vt fallantur, aut fallant. Quod faciunt viri eruditissimi, vti proximè prolixius videbimus, in his, quæ nobis dicenda restant.

Ex hac iuris regula infertur ad aliqua, quæ variè accipiuntur a scribentibus, diuersitas autē peruenit & resultat, quòd generaliter de vsufructu statuere volunt, qui tamen multiplex est, & primum quòd sæpè circa dispositiones de vsufructu receditur apertè à verbis testatoris, & interpretatio sumitur à iure; quia enim diximus, quòd vsusfructus & proprietas sunt partes substantiales integrantes quò ad iuris intellectū fundum, & fundi totum dominium, ex d. l. 4. ff. de vsufructu

19 fit † vt si testator reliquat alteri simpliciter fundum, alij verò vsumfructum eius met fundi, quòd prior habebit proprietatem, & dimidiam partem vsusfructus, & posterior habebit dimidium vsusfructus, & ambo concurrunt in vsufructu, & concursu faciunt sibi partes l. si alij. ff. de vsufruct. legat. si alij (inquit Modestinus) fundum, alij vsumfructum eiusdē fundi testator legauerit, si eo proposito fecit, vt alius vsumfructum, alius nudam haberet proprietatem, errore labitur; nā detracto vsufructu proprietatem eū legare oportet eo modo, Titio fundum detracto vsufructu lego, vel Seio eiusdem fundi vsumfructū hæres dato, quod nisi fecerit, vsusfructus inter eos communicabitur; quia interdum plus valet scriptura, quàm quod actum est. Hactenus Modestinus, qui apertè conuenit cum Paulo in d. l. 4. & fundi nomine intelligit, proprietatem & vsumfructum tāquam partes substantiales fundi integrantes totum dominium, quod nobis est in fundo. tex. in l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obliga. vbi Paulus, qui vsumfructum (inquit) fundi stipulatur, deinde fundum, similis est ei, qui partem fundi stipulatur, deinde fundum totum; quia fundus dari non intelligitur, si vsusfructus detrahitur, cum igitur fundus consistat secundum iuridicam rationem in proprietate & vsufructu tanquam in partibus substantialibus integrantibus totū dominium fundi, vt d. l. 9. & d. l. qui vsumfructū. & d. l. si alij. & l. si stipulatus fuero. §. Titius. ff. de verb. obl. legando vni fundum, videri potuit fundum pleno iure legasse quò ad vsumfructum, postea aūt legando alteri eiusdem fundi vsumfructū videtur secundo legasse rem ean

20 dem, quam priori legauerat † vnde tanquā re coniuncti concurrunt, & pariter admittuntur, & mutuo concursu faciunt sibi partes, & ita tenet Bar. in d. l. si alij, & in l. inde Neratius. §. nō solū. ff. de vsufructu accrescendo. & in l. si proprietas: eodem, & resoluit Ant. Gomez titulo de seruitutib. sæpiùs allegato tomo 2. nume. quinto. qui tamen intelligit in legato, non verò in relicto vniuersali, vide apud ipsum: nihil enim ad nos pertinet; nobis enim ad ea quæ tractamus satis id sit attigisse, vsumfructum esse partem substantialem fundi, & dominij, quod in fundo nobis est, qui cum proprietate totum fundum constituit, iuxta d. l. 4. d. l. qui vsumfructū d. l. si alij.

Source : BIU Cujas

si alij d. §. si Titius. Vnde etiam si in legato contineatur totus fundus, minus habet legatarius quàm fundū,& alter cui legatus est vsusfructus fundi,minus habet q̃ vsumfructū,hēt enim dimidiū vsusfructus duntaxat,idq; prouenit ex eo, qđ dicimus, vsumfructum iuris intellectu esse partem fundi.

21 † Ne aūt nobis hæc sine vtilitate allata esse videantur, ex hac fundata iuris ratione apertè & planè defenditur cōis, & recepta ab oībus hucusq; scribentib. interpretatio ad l. Proculus.ff.de vsufructu, q̃ Arium Pinellum,qui solus inter scribentes omnes nouum sensum existimat se inuenisse, & irridet vniuersos,qui legem illam hucusq; allegarunt, & tandē dicit excogitato à se vero sensu non defuturos, qui repertis frugibus,glandibus,vesci malint,ego aūt existimo illum despectis frugibus glandulis plusquam exitialibus laborasse,dū à vero & recepto sensu recedit, minimè recordatus hoc ipsum,quod modo tradebamus,s.nomine fundi solitos esse Iureconsultos intelligere proprietatem & vsumfructū,tanquā partes substantiales fundi, vnde (vt modo diximus) legato fundo proprietas, & vsusfructus cēsetur legata,quo premisso Bar.Bal.Albericus,Angelus,Fulgosius in d. l. Proculus. & ex tex.ibi asserunt,q̃ si testator legat alicui vsumfructum domus cum onere,vt seruitus hæredi constituatur,ne altius domus tollatur, domus quantum ad proprietatem censeatur relicta,non solus vsusfructus,adeo vt in hoc legato etiā si solus vsusfructus videri poterat legatus, proprietas tñ domus contineatur,ita vt domus debeatur,tñ idem Bar.tenet hanc l.ex hac.nu.3.ff.de donationibus.Cuman.Rom. Alex.Alciatus,Claudius Marmer,Galiaula,relati à Pinello in d.l.1.C.de bonis mat.3.parte,nu.41.qui dicit cōem hanc interpretationem eam habere rationem, de iure vsusfructuarius non pōt altius tollere,nec rem alienare l.vsufructuarius 1.& 2.& l.nisi
22 ff.de vsufructu.l.interest.C.eodem. Vnde † ne verba testatoris sine effectu maneant,nec videantur superflua,cū necessū non sit interdicere vsufructuario,ne altius tollat, cumq; nec ipse vsufructuarius constituere seruitutem possit, intelligendum esse,q̃ nomine vsusfructus intelligatur proprietas relicta & legata,hanc dicit rationem cōis interpretationis, quā imaginariam vocat decisionem,quæ fuit Accursij,in d.l.Proculus.Deinde ait ille,Iureconsultum non egisse id,sed tradidisse modum & limitationem quandam ad regulam, quæ ait,q̃ vsufructuarius non possit constituere seruitutem in re, in qua habet vsumfructum,vt id non habeat locū,si fructuarius ex testatoris voluntate,vel concedendis vsumfructū seruitutem constituat;quia tūc quantumuis vsufructuarius, seruitutem tñ imponere potest contra prædictas regulas iuris, ex d.l.Proculus, ego sanè miror virum eruditissimum abisse in hanc sententiam, quem sæpè animaduerti inter legendū cordate cōes & receptas sententias à nouiorum telis & iacolis defensantem,solitusq; erat dicere receptas sententias,aut omnino & funditus euertendas esse,aut omnino relinquendas intactas, & illius quidem sensus sine vlla difficultate est. Quod enim negotium obsecro erat?vt Proculus putaret,sic enim inquit Pomponius,putasse Proculū, quasi in re dubia, obscura,& difficili,in qua assertio plena periculo esset,putasse nempe testatorem posse constituere seruitutem in fundo proprio;cum etiam si constitueretur ab vsufructuario, cū id fieret iussu testatoris, à testatore cōstituta censenda erat,plurimum enim interest,vtrum in potestate eius quem testator obligare cogitat faciat,si velit dare, an imposita necessitate dandi,solum ei distribuendi liberum arbitriū cōcedat; tunc enim à testatore accipit, vt inquit Iureconsultus in l. vtrum. §.cum quidam.ff.de rebus dubijs.& re vera indignū hoc argumentum est,in quo versaretur Proculus, atque in eo tanquam sub obscuro putaret,ita constitui posse.Propterea neque erat,q̃ tanto opere Pomponius Proculi commendaret cogitationem illam & sententiam,nec illa erat exceptio regulæ,quæ tradit, vsumfructuarium nō posse constituere seruitutem,nam eo casu seruitus non ab vsufructuario, sed à testatore constituebatur,cuius iussu,& præcepto,& voluntate cōstitui debebat, subdit deinde Arius Pinellus doctissimus, sibi satis esse id,s.Iureconsultum non dicere,quod glo.& scribentes ex d.l.Proculus.colligunt,mihi autem,si verum amamus,apertè d.l. Proculus cōem & receptam sententiā comprobat,idq; ad literam,& sine violentia vlla, præterea quod ex fundata iuris ratione ex his quæ diximus, necessaria & coacta ratione id intelligendū est,Proculus enim in d.l.Proculus,non inquirit modum legendi vsumfructum,quod existimabat Pinellus,sed legandi fundum integrum, vel insulā pleno iure,s.cum partibus suis substantialibus, vsufructu, & proprietate,idq; etiā si solius vsusfructus in legato fiat mentio,quod argumentum plenum ingenio est,& dignissimum Iureconsulto, & apte ex his quæ diximus expendenda sunt verba eius legis ibi,Proculus putat, insulam ita posse legari, ecce enim q̃ inuestigatio iureconsulti nō est delegato vsusfructus solius,sed delegato insulæ, satis autem cōstat ex his, quæ diximus,insulam sicuti & fundum constare suis partibus substantialibus,nempè vsufructu & proprietate,cum ergo Proculus putet insulam ita posse legari, necessariò intelligendum est, agere eum de excogitanda forma & ratione iuris, ex qua cum solus vsusfructus contineatur in legato tamen insula videatur legata, integro iure quò ad vsumfructum, & quò ad proprietatem, in quò aptissimè & meritò Pomponius statim in principio ne de mente Proculi dubitaretur, ea verba addidit, (Proculus putat insulam ita posse legari) quasi apertiùs dixisset Proculus ingeniosè excogitauit iuris formam,qua cum solus vsusfructus in legato sit: tamen verè proprietas & vsusfructus, ideſt insula legata sit: & post illa verba subdit formam illam,quam Proculus excogitauit,scilicet (vt ei scilicet insulæ seruitus imponatur, quæ alteri insulæ hæreditariæ debeatur hoc modo) post hæc autē addidit exempla duo, si ille hæredi meo promiserit per se non fieri, quò altiùs ea ædificia tollantur, tunc ei eorum ædificiorum vsumfructum do, lego, & est primum exemplum, deinde subdit secūdum vel sic ædium illarum quo ad altius quàm vti nunc sunt, ædificatæ non erunt, illi vsumfructum do lego: itaque tota decisio Pomponij Proculum secuti in eo versatur, vt ingeniosè excogitet formam illam, qua legatum solius vsusfructus contineat insulam pleno iure, ratio autem iuris, quare insula pleno iure in eo legato contineaneatur, ea est; quia † cum ex verbis legati vsusfructus ad legatarium proprietas ad hæredem specie quidem pertinere viderentur, impositio tamen seruitutis iuris regulas contra aperta verba testatoris excitauit: quia hæres seruitutem habere in fundo proprio non potuit,cum haberet dominium, & proprietatem l.vti frui. ff. si vsusfruct. petatur l.in re communi.ff.de seruitutibus. Vnde meritò cum apud hæredem consistere non possit, propter seruitutem impositam, quæ sibi deberetur, necessariò ex iuris dispositione proprietas vsumfructum secuta est, & hæc est ratio & decisio Proculi,atque eum secuti Pomponij ex forma excogitata, vt legato vsufructu proprietas verè legata sit. Vnde quod ait Pinellus, & sæpiùs repetit, satis ibi esse, quòd d.l.Proculus.nō probet communem conclusionem, nec dicat id, ad quod tota die allegatur a scribentibus, quod vocat imaginariam decisionem,certè tex.in d.l. Proculus, ex hac acceptione vsusfructus, quam tractamus, apertè id probat, & planè, neque est imaginaria decisio,sed ingeniosa & digna Proculo, & Pomponio, neque existimandum est tot sæculis latuisse sensum illum, quem adducit Pinellus vir cordatus & egregiè eruditus, qui nec ingeniosus est, nec habet vllam difficultatem, nec obtinet id ad quod adducitur,scilicet vt vsusfructuarius constituat ex iussu testatoris seruitutem; quia illa seruitus non est constituta ab vsufructuario, sed a testatore, vt diximus:Præterea quæ ipse Pinellus infert numero 43.omnia illa descendunt ex illa sua opinione, nec approbamus eorum consilium,qui iuris imperitissimum hominum cogerent ita testari, vt eo consiliò nomine vsusfructus proprietatem arriperent, nec existimandum est id voluisse Thomam Ferra. cautela 2.quem ibi adducit d.nume.43,planè eam cautelam si quis prudens sciensque fecerit, nec pium, nec prudentem iuris existimamus, sed iniquum, & dolosum. cæterùm si dispositio ita reperiatur testatoris sine dolo; tunc quidem ex iuris regulis ita definiendum existimamus, vt etiam si vsusfructus legatus sit, proprietas cum vsufructu videatur legata, sicuti in casu præcedenti,vsusfructuarius,cui apertè vsusfructus legatus est, dimidium vsusfructus consequitur, & qui vsumfructum stipulatur, deinde fundum,idem bis stipulatus est;nemo enim potest facere, quin leges & iura in sua dispositione locum habeant. Præterea dubiæ res,& anticipites testantium voluntates, dubiaque & ambigua dispositio nō aliunde quàm ex iuris regulis interpretanda est.Postremò quamuis ipse impugnet sententiam Cumani consilio 121.numero 3.Parisij consi.71.lib.2.qui tenent argumen
25 to d.l.Proculus. relicto † vsufructu cum potestate, vt legatarius idemque vsusfructuarius de re disponere possit, comprehendi proprietatem. Certè quicquid conetur Pinellus, qui nullum satis vehemens argumentum contra hoc adducit,illa doctrina vera est, qd enim aliud efficere possunt verba illa,vt liberè disponat de re vsusfructuarius.Postremò cōmunem & acceptam sententiam tenent viri doctissimi, & eruditissimi plures numero,magni authoritate, ingenio præclari,præter eos,quos adduximus,quos enumerat ipsemet Pinellus ad fi.nu.41.Iaſ.Albertus Brunus, Ferra.Parisius, Matthæus de Afflictis,duo Riminaldi, Castellus Hispanus, Cremensis, Hippolytus,Loaces,Barbatius,Curtius iunior, Parisius Cardinalis, Hieronymus Gratus, Bellonus, Corneus, Carol. Ruynus, Decius, ipseque Pinellus ex relatione horum ait, hanc sententiam vsu forensi esse receptissimam, ob

Source : BIU Cujas

idq; magis dolet, videre se hoc scriptum à Doctoribus grauissimis, at ego magis doleo, quòd vir eruditissimus, graui iudicio, selecta doctrina in hanc sententiam ierit, cumque hoc luxurianti aut florenti ingenio facilè cōcedendum sit, certè quod ad apertissimos solis radios in media luce caliga
26 uerit, illud non possum non iniquè ferre. Præterea hęc † communis opinio, ex eisdem aut pluribus habet locum in omni concessione, tam in vltima voluntate, quàm in cōtractu inter viuos; quia ratio illa Proculi generalis est, siue enim in vltima voluntate, siue in contractu constituatur seruitus, certè res tua tibi seruire non potest, ob idque imposita seruitute necessum est, vt aliò proprietas eat, scilicet ad consolidationem cum vsufructu, facilè enim res reuertitur ad suam naturam, sit igitur vera opinio communis, & habeat tex. expressum in d.l. Proculus. & intellectus communis dependeat ex verbo illo (insulam) quod continet vsumfructum, & proprietatem tāquam partes substantiales, quæ constituunt insulam & fundum, ex d.l. 4. & d.l. si alij, de quibus supra, sitque multiplex nomen vsusfructus, & variè acceptus variet quoque & mutet iuris regulas, nec quicquam de eo vniuersè tradatur, qui veluti Protheus nouas semper inducit formas, modò seruitutis, modò commoditatis, modò partis dominij, nec quisquam existimet, pessimè me animatum aduersus Pinellum doctissimum, quod Emanualem Costā in petitione cathedræ Primariæ Salmanticæ iuuerim, procuratoris assumpto officio: liberè enim disputandum est, & liberè philosophari ab ipsis edoctus sum, & licèt doctissimus homo tamen erat, & humanum à se nihil alienum pu-
27 tare debuit. Ex hoc † etiam principio iuris, quòd scilicet vsusfructus & ius fruendi, modò merum ius continet: vt in d.l. rectè, modò corpoream, quæ diuiditur, venditur, locatur, & in familiæ iudicio erciscundæ in partes secatur: vt in d.l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad legem Falcidiam. & in d.l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu. ff. communi diuidundo. denique ex multiplici acceptione huius vocis, quæ variè à Iureconsultis accipitur, patet quid tenendum sit in ea quæstione difficili, scilicet an vsusfructus possit vendi, in qua iura sine pace dissidere videri possunt, nisi ex hoc iuris principio componantur, in hac autem re opiniones Doctorum retulit Arius Pinellus latissimè, & ante eum latè Antonius Gomez, ille in l. 1. C. de bonis maternis 2. part. num. 38. hic in tomo de contractibus c. de seruitutibus 15. nu. 15. & post eos latissimè & acutissimè Antonius Cordubæ de Lara in §. parens. à num. 60. l. si quis à liberis. ff. de liber. agnosc. Alij dice-
28 bant † quòd si vsusfructuarius alienet suum vsumfructum, nec exprimat se alienare commoditatem, seu facultatē percipiendi fructus, alienatio nō tenebit, & insuper vsusfructus amittetur, & cū proprietate consolidabitur. glo. in d.l. si vsusfructus. ff. de iure dotium. Azo in summa. C. de vsufructu, nume. 20. Alberic. Paulus, & Alex. Iaſ. Ripa. Socinus, Corneus, Loaces, Couarru. quos adducit in suis locis Pinellus vbi sup. d. num. 38. alij tenent, non posse vsufructuariū alienare vsumfructum, quòd si alienet, aiunt non valere alienationem, & quòd ex tali alienatione poterit vsusfructus reuerti ad proprietatem. Faber in d. §. finitur. Antonius Gomez vbi supra. num. 15 & Parisius cons. 71. lib. 2. nu. 3. alij verò distinguunt, scilicet quòd vsusfructus non possit alienari, nec eius alienatio careat pœna, de qua supra, sed aiunt, commoditatē vsusfructus posse alienari, tanquam diuersam ab ipso iure vsusfructus. glo. in d.l. si vsusfructus. & in d.l. necessariò. §. fin. ff. de periculo & commodo rei vend. & in §. 1. Instit. de vsu & habitatione. & in d. §. si vsusfructus. ff. de vsufructu. & sequitur Bald. Bart. Alex. & Iaſ. relati à Pinello vbi supra Antonius Gomez d. nu. 15. Couar. Variar. lib. 1. c. 8. nu 7. & 8. Palatios Rub. in repetitione c. p vestras. §. 38. Tiraq. de Retractu Linagier. §. 1. glo. 7. num. 46. Matthæus de Afflictis lib. 3. constitutionum, rub. 5. nu. 19. alij dicebant, vsufructuarium alienantem vsumfructum in dubio præsumendum esse alienasse cōmoditatem. Bald. Socyn. Curtius iunior, Aymon Crauetta, Aretinus, quos refert Pinellus vbi supra & Couar. in parte vsufru-
29 ctuario bonorum aduentitiorum id tentabat, vbi supra † has opiniones cumulauit Pinellus doctissimus, vbi supra & ante eum nouiores, quod attinet ad iura adducit ille §. finitur. & l. si vsusfructus. ff. de iure dotium, & ait adduci quoq; posse l. si domina. C. de vsufructu. Hæc tria iura adducuntur, vt vsufructuario non liceat vsumfructum alienare: contra verò vt liceat adducitur l. arboribus. ff. de vsufructu l. in venditione. ff. de bonis authoritate iudicis possiden. l. cui vsusfructus 74. de vsufructu. l. non vtitur. & l. sequenti ff. eod. c. nuper. de donationib. inter virum & vxorem. & sunt pulchra iura. §. 1. Instit. de vsu & habitatione. lib. 2. & l. necessariò. §. vlt. ff. de periculo & commodo rei vend. qui est elegans. & l si domina.
30 C. de vsufructu. † Denique vt alienet, sunt octo iura, vt non alienet, sunt tria, & Vlpianus in d.l. arboribus. Caius in d.l. in venditione, Iulianus in d.l. cui vsusfructus, Martianus, & idē Caius in d.l. non vtitur. & l. seq. Paulus in d.l. necessariò, & Iustinianus in d. §. 1. & postremò Innocentius Sum. Pontifi. in d.c. nuper, sunt authores pro hac parte septem nume. scilicet, Vlpianus, Caius, Iulianus, Martianus, Paulus, Iustinianus, & Innocentius Tertius, vt non alienet, est idemmet Iustinianus in d. §. finitur, & constitutio Imperatoris in d.l. nona. & Pōponius in d.l. si vsusfructus. vt obiter videas ipsum Iustinianū, modò aientem, modò negantem, in d. §. finitur, & in d. §. 1. hæc pertinent ad iura, quæ adducuntur pro vnaquaque opinione, vt videas quam ridiculi sint qui in iure posunt indubitatas assertiones, cum nihil in iure securum sit, & nisi casus distinguas & proprias nominū significationes agnoscas, planè fluctibus plusquam decumanis misere concitatus passim naufragium facias, quod faciunt, qui in hac multiplici vsusfructus acceptione vniuersè decidere volūt, inter has & scribentium & Iureconsultorum opiniones dis-
31 sidentes † est nobis lex Hispana. 24. tit. 31. part. 3. cuius verba hæc sunt Otrosi dezimos, que si aquel aquien fuere otorgado el vsufructo, o el vso enla cosa, otorgasse despues a otro alguno el derecho que auia enella, que se desata porende el vsufructo o el vso, e tornasse porēde al señor dela propried. d, e de alli adelante non lo deue auer, nin el otro aquien lo el otorgo. Ca como quiera que este a tal que ha el vsufructo en la cosa lo podria arendar a otri si quisiesse, con toto esso el derecho que enello auia, non lo puede enagenar. Vbi Gregorius Lopez nihil horum attigit: qua lege nostra Hispana Pomponij accepta est sententia in d.l. si vsusfructus. ff. de iure dotium. ibi, quoniam dicimus vsumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, & si extraneo cedatur, ideſt ei qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum, & cum Pomponio lege nostra Hispana recepta est opinio Azonis in summa. C. de vsufructu. d. num. 20. cum gl. in dicto §. finitur. Itaque lege nostra constitutissimum est, non posse ius vsusfructus ab vsufructuaria alienari, etiam si possit locari. ibi, Otorgasse despues a otri alguno el derecho, & ibi con todo esso el derecho que en el auia, potest autem ius istud locare, nam verba illa, Lo podria arrendar ad ius referenda sunt, ibi, Que ha el vsofructo en la cosa lo podria arrendar, nō inquit, La podria arrendar, sed Lo podria arrendar. Vnde etiam si ad longum tempus locet ius vsusfructus, non est visus alienasse ex dispositione nostræ legis retentæ communi opinione cum glo. in Clemen. 1. & ibi Cardinalis de rebus Ecclesiæ, ad quam adde Tiraquel. in princ. retract. §. 1. glos. 14. numero 79. & 80. & latissimè Aluarum Vascium q. 29. iuris emphyteutici, per totam. quæ immeritò æquat conductionem ad longum tempus alienationi, contra veram opinionem, quam defendunt Franciscus Conanus cōmentariorum iuris lib. 7. cap. 12. Pinellus in l. 1. C. de bonis mat. 3. part. nume. 66. & seq. & tenet idem Aluarus Vascius, vbi supra d.q. 29. numero 28. qui tamen monet non esse recedendum à communi in practica, aliqua tamen nobis attingenda sunt capite seq. Itaque nostra lege ius vsusfructus non potest alienari, etiam si locari possit, & cum lex nostra indefinitè loquatur, indefinitè accipienda est, scilicet siue locatio sit ad longum tempus, siue ad breue. De commoditate autem vsusfructus formanda est regula in contrarium, cum propositum, nec prohibitum non reperiatur, vt locari, vel vendi non possit.

32 † Ex qua lege Partitæ cū non solum de vsufructu loquat, sed de vsu quoq; ibi, El vsufructo, oel vso quadrat cū §. 1. Inst. de vsu & habitatione, in 1. par. ibi, neq; illi alij ius quod hēt, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere pōt, rursum discrepat in duob. quatenus ait, vsum posse locari, quod negatur in d §. 1. & quia dicit, vsumfructuarium posse vendere vsumfructum, at verò dicta lex Partita. id negat, in quo quoq; d. §. 1. pugnat cum d. §. finitur. ex diametro.

33 † Ex quibus quia lex Partitæ solùm ait, non posse ius vsusfructus & vsus alienari, constat q; vsusfructus, qui nō est ius, vtpote cōmoditas, & facultas percipiendi fructus, possit vendi retenta communi opinione, de qua supra, & acceptione nominis huius (vsusfructus) quod aliqñ ius, aliqñ commodū ipsum fructuū, ferè rem corpoream, aliqñ partem substantialem fundi & dominij, quod in eo nobis est significat, ex d.l. rectè. ex d.l. 4. ex d.l. 1. §. si vsusfructus, vnde stāte lege Partitę, quæ planè alienationē iuris vsusfructus prohibet duntaxat, in Hispania percipienda est sententia Antonij Gometij vbi sup. vt. si ius vsusfructus alienari minimè possit, commoditas aūt possit, quam opinionem cōem dixerunt hi, de quibus supra egimus. Nobis enim Hispanis, non lureconsultorum responsa faciunt ius, sed leges nostræ patriæ, quæ nobis æquę sunt, & secundùm veram iuris rationem vbique latæ, quod ius qui ignorabūt necessum est, vt nostras quoq; leges igno-

Source : BIU Cujas

ignorent legis enim Iureconsultorum responsa sunt prudentum, nec quicquam faciunt, aut imperant nisi ratione bona & naturali innitantur, vt in simili tenent Carolus de Grassalijs lib. 1. regal. Franciæ, priuileg. 7. Aluarus Vascius vbi supra q. 25. ad finem. Molina vbi supra lib. 1 c. 21. nu. 9. quod a nobis inferius necessariò attingendum est.

34 † Quod attinet ad Iureconsultos res difficilis est, vt patet ex dictis iuribus, doctissimus Pinellus existimat secutus Franciscum Balduinum in d. §. finitur. impune posse vsumfructuarium vendere suum vsumfructum, etiam si nomine vsusfructus intelligamus ius illud fruendi, itaque deducit regulam ex d. l. arboribus. & ex d. l. non vtitur. cum l. seq. ff. de vsufruct. & ex d. l. cui vsusfructus. ff. eod adde l. necessario. §. vlt. ff. de periculo & commod rei vend. & mihi his omnibus fortius ius in §. 1. Instit. de vsu & habitatione. qui de iure fruendi apertè loqui videtur, cuius verba supra referūtur, cumq; hoc vt certissimum cōstituat, totus eius labor in eo versatur, vt respondeat ad iura opposita, s. ad §. finitur. & ad l. si vsusfructus. ff. de iure dotiū. & ad l. nonam. C. de vsufruct. Nam quod adducitur ex c. nuper. de donationib. inter vir. & vxor. certè parum aut nihil facit ad hanc quæstionem, namq; ibi non erat omnino vsufructuarius: cum terra donata ad vitam fuisset, nō solus vsusfructus, & sic nihil facit ad §. vlt. l. necessario. ff. de periculo & commodo rei venditæ. in quo non terra, sed vsusfructus est datus venditusve, nihil refert. Licèt Antonius Corduba de Lara aliter explicet d. §. parens. nu. 7. verba eius. §. fina. elegantia sunt, addere ea libuit, ferè enim ex eis conuincitur intellectus Pinelli, & aliquibus facere negotium possent. Cū vsumfructum (inquit Paulus) mihi vendis, interest, vtrum ius vtendi fruendi, quod solum tuū sit, vendas, an verò in ipsum corpus, quod tuum sit, vsumfructum mihi vendas, nā priori casu etiam si statim moriaris, nihil mihi hæres tuus debebit, hæredi autem meo debebitur, si tu viuis posteriori casu hæredi meo nihil debebitur, hæres tuus debebit, hæc Paulus,
35 quę lex quadrat cū l. si domina. C. de vsufructu. distinguit † ergo Paulus duos casus, & totum eius responsum acutum versatur in duplici specie. Prima est, si is qui solum ius hēt fruendi, hoc est solum vsumfructum ipsum vendat, ibi, quod solū tuum sit, & in hoc casu sic constituitur, vt si venditor moriat viuo emptore, nihil debeatur emptori: quia cum morte venditoris finitus sit vsusfructus, nihil hæredes venditoris debēt emptori superstiti & viuo. Contra verò si emptor moriatur viuo venditore, adhuc hæredib. emptoris debeatur vsusfructus; quia superstes est venditor. & quandiu ipse viuit, durat vsusfructus ibi, nam. priori casu, etiam si statim morieris, nihil mihi hæres tuus debebit, hæredi autem meo debebitur, si tu viuis, altera species est, si is qui vsumfructū vendit habeat & possideat ipsum corpus in quo vendit vsumfructū, ideſt si dominus sit fundi, in quo vsumfructum vendit, ibi, an verò in ipsum corpus, quod tuum sit, vsumfructū mihi vendas, quo casu (inquit Paulus) si ipse, i. emptor moriar nihil debetur hæredi meo ibi (posteriori autem casu hæredi meo nihil debebitur) contra verò si tu venditor moriaris; quia emptor & vsufructuarius superstes sum, hæredes tui mihi emptori superstiti debebunt vsumfructum, quādiu viuam, ibi. hæres tuus debebit, hæc litera est illius §. fin. d. l. necessario. q̄ non est nobis frustra exposita, ex ea enim licèt textus ille allegetur, vt vsusfructus vendatur, forsan magis confirmatur communis opinio, quæ distinguit inter commoditatem & facultatem fruendi, & inter ipsum ius vsusfructus, præmissa autem litera eius §. fi. d. l. necessario.

Pinellus respondet ad §. finitur. q̄ ibi agitur de prohibitione alienationis vsusfructus, non q̄ vsusfructus nō possit alienari, sed ait d. §. finitur. prouisum esse proprietario, idq; principaliter ibi geri, ne ex alienatione fiat damnum proprietario, quod quidem esse poterat, si quemadmodum alienatio vsusfructus (vt ipse ait) permittitur, ita quoq; nobis subinde additis nouis vsufructuarijs ex multiplicatis alienationibus, nunquam fieret consolidatio cum proprietate, quod malū vt vitaretur ait constituisse Iustinianum. si alienatio fieret, vt ea nihil noceat proprietario, ita vt adhuc vsusfructus & ius fruendi dependeat ex persona ipsius cui constitutus est primo vsusfructus, quæ interpretatio licèt multa addat ad d. §. finitur. qui nihil aliud statuit, quàm id scilicet, vsumfructum alteri, quàm dño cedi non posse, q̄ si extraneo cedatur, nihil fieri, nec multum difficilè erat Imperatori addere id, quod Pinellus adstruit, s. ne vsusfructus consolidatio impediatur morte cedentis. Tñ etiam si id demus Pinello doctissimo, voluisse Iustinianum, s. prouidere, ne dño ius cōsolidationis dilataretur ex nouo vsufructuario, cui antiquus vsusfructua-
36 rius cędit, & ius suum vendit, cur obsecro? Si † commodum dñi inquirimus, aut si vsusfructuarius ius verè potest vendere & transferre, vt nihil penes se relinquat, esto q̄ nouus vsufructuarius, idemq; emptor diutius viuat, vsusfructus tñ finiatur morte primi vsufructuarij, eiusdemq; venditoris; cur obsecro si nouus vsufructuarius isq; emptor moriatur, viuo & superstite venditore, eoq; antiquo vsufructuario, si totū ius translatum est in eum, & ipse est vere vsufructuarius, & moritur, viuente venditore, cur non finitur vsusfructus morte ipsius cum hæredi emptoris debeatur, quandiu venditor viuit, penes quem erat vsusfructus separatus a proprietate, d. l. necessario. §. fin. ibi, hæredi autem meo debebitur, si tu viuis, quæ ratio id obtinet, vt non obstante venditione adhuc ius vsusfructus videatur residere & permanere penes venditorem, idque etiam obtinet, vt etiam si expositio & interpretatio Pinelli habeat locum, si emptor diutius viuat, tamen mortuo emptore, viuente venditore si vsusfructus venditus & translatus esset, verè non dubium est, quin consolidatio futura esset, cum autem non fiat, sed adhuc expectetur mors venditoris primi, scilicet vsufructuarij, patet apud ipsum esse aliquod ius, & vsumfructum adhuc retineri, nec enim aliud esse potest id, quod expectatur in ipso vsufructuario, qui vendidit & tradidit vsumfructum, quàm ius illud merum, quod cohæret perpetuò, nullaque ratione potest ab ipso vsufructuario amoueri, quod quidem mihi apertè probat tex. in d. l arboribus, ex qua regulam in contrariū desumebat Pinellus, cuius verba sunt, vsufructuarius, vel ipse frui ea re, vel locare, vel vendere, vel alij fruendam concedere potest, nam & qui locat vtitur, & qui vendit, sed & si alij precariò concedat, vel donet, & puto eum vti, atque ideo retinere vsumfructum, & hoc Pagasius, & Cassius responderunt, & Pomponius lib. quinto. ex Sabino probat, expende verba illa (atque vtique retinere vsumfructū) quasi referantur ad verbum vendere, retenta opinione Pinelli difficillima sunt; namque si ius vsusfructus potest vendere, & re vera vendis, & tradis, quō fieri potest, vt retineas vsumfructum, idem probatur in l. non vtitur. ff. eodem. quem tex. adducit Pinellus pro sua illa opinione, ibi. planè illud interest, quòd si vendidero vsumfructum, etiam si emptor non vtatur, videor vsumfructum retinere, quòd si dicas cum Caio Iureconsulto in l. quia qui pretio. ff. eodem, quòd is qui vendit videtur retinere vsumfructum; quia vtitur pecunia, quæ sibi data est loco vsusfructus, atque ob id videtur retinere vsumfructum, verum id quidem est, quando agitur de amissione vsusfructus, qui ex non vsu amittitur; vendens enim vsumfructum, etiam si emptor non vtatur, semper visus est venditor retinuisse vsumfructum vtendo pecunia, & ita intelligimus nunquam amissum vsumfructum, sed in d. l. arboribus. expressè fit mentio eius vsufructuarij qui donauit, nulla accepta pecunia, quem putat Iureconsultus adhuc vsumfructum retinere, & frui, quod intelligi nō potest, si apud ipsum nihil est relictum, verè enim tunc donatarius vtitur, non ipse, qui donauit, idem intelligendum est in d. l. non vtitur. quare dicendum est, vsufructuarium donando, vendendo, locando, semper ius aliquod retinere quod à se amoueri non potest, propter quod ius perpetuum, siue emptor diutius viuat, quam emptor, siue statim moriatur, antequam venditor, adhuc semper attendimus vitam venditoris, penes quem semper intelligimus situm, & positum esse ius illud vsusfructus: vt in dicto §. finitur. & clarius in dicto §. fina. dicta l. necessario. & in dicta l. si domina. Nec nouum est in his iuribus, & similibus quantumcumque vendas, vel dones, apud te semper ius inuiolatū retineri, quod à te eijcere, & propellere non potes, quæ enim iuris sunt, à nobis amoueri non possunt, sed perpetua sunt, & perpetuò
37 adhærent, vt est in venditore hæreditatis, licèt enim hæres vniuersam hæreditatem vendiderit, & omnes res hæreditarias emptori tradiderit; nihilominus tenetur respondere creditoribus & legatarijs l. secunda. C. de hæredit. vel actione vendit. & glos. ibi prima, & scribentes, & Antonius Cordubæ de Lara in dicto §. parens. numero 63. Nec enim hæres vendendo hæreditatem desinit esse hæres, sed adhuc vt hæres conuenitur, & retinet iura hæredis, nihilque nocent sibi venditio, & traditio, facit §. at si ita stipuleris, ibi. quia ad tempus non potest deberi. Instituti. de verborum obligationibus. & §. sed quod facit. Instituti. de bonorum possessionibus. qui enim semel hæres extitit, non potest regulariter definire ipso iure hæres esse l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. l. is qui l. hæreditas ex die. ff. de hæredibus instituendis. Ergo ex qua parte vsusfructus est ius: vt in dicta l. rectè. planè perpetuum est, & semper retinetur, nullaque alienatione amouetur, nec creditur, nec vllo actu alienatur, sed perpetuò durat, & verè istud est, quod dicitur in d. §. finitur. vbi hęc duntaxat sunt verba (nam cedendo extraneo nihil fit) quo nihil neq; breuius, nec apertius dici potuit: quantumuis enim vsufructuarius cedat, nihil agit: quia non pōt nō esse vsufructuarius, & retinere iura vsufructuarij, etiā si facultatē percipiendi fructus transtulerit; quia illa duo

Source : BIU Cujas

plurimum differunt inter se, idem quoque apertè & dilucidè expressum est in d.l. si vsusfructus. ibi, quoniam dicimus vsumfructum à fructuario cedi non posse, nisi domino proprietatis, & si extraneo cedatur, idest ei qui proprietatem non habet, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum, hæc Pomponius, vbi ait, nihil transire ad emptorem, & quadrat cum d.§.finitur, ibi (nihil agit) quod subdit verò (sed ad dominum proprietatis reuersurum vsumfructum) planè intelligendum est, scilicet omnino peruenturum ad dominum vsumfructum. Nihilque in alienatione factum gestumque esse, idque futurum, vel morte vsusfructuarij, vel ex alia causa, ex qua consolidatio sequi potest. Nihilque aduertendum esse ad emptorem, siue ipse diutius viuat, siue statim moriatur, vt in d.l.necessario.§.fin. esseque & permanere apud ipsum semper ius illud vsusfructus, nec vlla arte, aut consilio ab eo auelli posse: nec enim illa verba (sed ad dominum proprietatis vsumfructū reuersurum) pœnalia sunt, nec pœnam continent, qua puniatur vsufructuarius alienans vsumfructum: sed simpliciter & enuntiatiuè posita sunt à Iureconsulto propter id, quod dixerat, cessionem vsusfructus non posse fieri, nisi domino, quòd si fiat (inquit) alij nihil agitur; ad dominum enim proprietatis directo ab vsufructuario reuersurus est vsusfructus: & licèt cōditores legis Partitæ intellexerint illa verba quasi addita in pœnam vsufructuario alienanti, vt ob id amittat vsumfructum, certè magis secuti sunt scribentium opinionem, quàm Pomponij Iureconsulti sententiam, qui ea verba pœnalia esse noluit.

38 † Animaduerte tamen Antonium Cordubæ de Lara explicuisse illa iura mutuò dissidentia ex etymo verbi, cedere, & verbi, vendere, vt seruitus vendi possit, cedi verò minimè possit, cū vendere rem alienam possis, dare non possis, ita vt in incorporalibus id efficiat cessio, quod in corporalibus traditio, quasi id aduertant Iurecōsulti, dum inquiunt, seruitutem vendi posse, cędi non posse, quod ipse optimè fundat in §.parens.nu.66.l.si quis liberis.ff.de liberis agnoscend. quod quidem elegans est, & magis confirmat communem opinionem, vt ius illud omnino amoueri à nobis non possit, vt si quid amotum reperiatur ad commoditatem & fructū referendum sit, non ad ius, vtque opinio illorum omnino destruatur, qui non distingunt inter vsumfructum, qui ius sit, & vsumfructum qui sit commoditas, ex varia acceptione nominis; est enim maximè necessaria ista hæc distinctio, vt iura intelligantur, quæ de vsufructu prodita sunt.

39 † Sit igitur regula, quòd vsufructuarius potest alienare, cedere, donare, vendere, & locare vsumfructum, & ius quoddā percipiendi fructus, quod ius & vsusfructus parum distat à fructu, sicuti rector parochialis cedit, donat, vendit, locat, laycis ius quoddam percipiendi decimas, quod ius longè distat ab eo iure, quod decimæ pertinent ad rectorem, cuius incapax omnino laycus est, quodque cedendo, locando, vendendo decimas suas & sibi debitas altero illo iure priore magis vti videtur sacerdos, vt diximus capite præcedenti. Et latè fundat Soto de Iust. & iur. lib. 9. art. 3. in principio. Ius autē illud vsusfructus primum quo quisque vsufructuarius constitutus est, omnino cędi & amoueri non potest, ratione illa; quia perpetuum est, de quo iure perpetuò intelligimus d.§. finitur, & l.si vsusfructus.ff.de iure dotium, & legem nostrā Hispanam Partitæ, & d.l.necessario.§.fin. quatenus ibi vendito vsufructu, & translato in emptorem mortuo emptore, superstite venditore, vsusfructus non fit consolidatio, sed vsusfructus debetur hæredibus emptoris, quandiu viuit venditor, alterum verò ius, quod rectius facultatem fruendi vocamus, quam vendit, locat, donat, & cedit vsufructuarius alij, qui ex ea facultate, aut iure fructus percipit & vtitur, fruiturque, longè diuersum ab illo, & separatum existimamus, proximè enim accedit commoditati, & rei, de quo intelligimus l.arboribus, cum vsusfructus, & fruendi vtendi ius illud antiquum & primęuum magis retineatur ex cessione, donatione, venditione, huius secundi iuris & facultatis ex d l.arboribus. & d.l. non vtitur. & l.seq. ff. de vsufructu. Quanto enim magis cedit, donat, & vendit hanc facultatem, & ius vtendi fruendi, magis retinet vsumfructum, & ius illud antiquum, & primęuum vtendi, & fruendi, quod perpetuum est cum vita, locando vtitur, item & vendendo, & dum donat, vtitur, & fruitur, d.l.quia qui pretio. & d.l.arboribus. instar sacerdotis, qui quanto magis locat iura decimarum, magis ipsa retinet; exercet enim ius illud, quod penes se est, & penes alterum esse nequit, & hoc modo intelligimus iura posse conciliari non recedendo à receptis sententijs, nec nouum tibi vi-

40 deatur, quòd iura vendantur † sunt enim iura hæc in bonis nostris, & venduntur l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudicata. ibi, quòd si nec ea quæ soli sunt sufficiāt, vel nulla sint pignora soli: tunc peruenietur etiam ad iura, præterea ius est veluti quædā facultas, & ita dicimus habere nos ius adeundi, idest facultatem adeundi, & ius agendi ad supplementū, & ius substituendi pupillariter moribus receptum, nimirum igitur, & illa facultas fruendi dicatur ius à Iureconsultis, & quod vendatur, cedatur, & alienetur; est enim veluti res quędam nostra corporea, parum distans à fructu, & ita quadrat diuersa & multiplex acceptio huius nominis agnita à Iureconsultis, vt diuersimodè accipiatur, statuere enim de vsufructu vniuersè non licèt sine periculo, & nisi hęc iura, quæ disidere videntur cōponas, aliter intelligi vix possunt, & oīa hęc adde ad ea quæ notat doctissimus Couar. Variar. resolutionum. lib. 1 c.8.nu.7.versic.quid si pater: ad medium.

41 † Vnde si quis hodie simpliciter vendat vsumfructū, quē habet, etiam stante lege nostra Partitæ, non videtur amittere vsumfructum; quia potest venditio ipsa verificari in hac facultate percipiendi fructus, vel in hoc iure, quod est in bonis nostris, & venditur, vt in d.§.in venditione. secus verò si vendat vniuersum ius vsusfructus, quod habet, vel totū ius vsusfructus quod habet, vel quicquid iuris habet; quia tūc ex natura vniuersalis totum ius & vniuersum ius vsusfructus venditur, & fit locus legi Partitæ. Itaq; si vniuersali nomine ius vsusfructus vendatur, locus est legi Partitæ. Secùs si indefinitè: quia indefinita hæc locutio non æquipollet vniuersali, cū multiplex & æquiuoca sit acceptio ipsius.

42 † Infertur etiam, quòd si vendat vsufructuarius vsumfructum, cum adhuc remaneat vsufructuarius, ex iure illo perpetuo, quod amoueri non potest, quod adhuc venditor damno conuenietur, non emptor, instar hæredis, qui vendidit hæreditatem, & adhuc legatarijs & creditorib. tenetur, d.l.2.C.de hęreditate vel actione vendi. Si igitur res damnū passa sit, quòd quæsita tempore seruitus sit, vel damnū aliud patitatur: tunc quidem adhuc venditor conueniendus est, qui secundo iudicio contra emptorem experietur.

43 † Præterea cū vsufructuarius possit nomine domini nuntiare opus nouum, & sit veluti vtilis procurator l.1.§.fi.ff.de operis noui nuntiatione. profectò id emptori non est concedendum, sed permittendum venditori, qui illud perpetuum non obstante venditione retinuisse visus est, ac subinde semper est vtilis procurator.

44 † Præterea si arbores fructiferas exciderit emptor, vel villam diruerit, vel quicquam fecerit in perniciem proprietatis, profecto vēditor domino tenebitur, ipse autem emptor venditori; quia sic poscit iuris ratio, argumento d.l.2.C.de hæredi. vel actione vendi. tenebitur autem iuxta l. æquissimum.ff.de vsufructu, de quo proximo capite.

Præterea ex hac differentia, scilicet inter verum ius vsusfructus perpetuum, & nunquam amouendum, & ius illud vsusfructus, quod vendi potest, vel facultatem percipiendi fructus, quæ parum distat à commoditate, quam differentiā breuiter agnouit Ludouicus Molina lib.1. de Hispanijs primogenijs, cap.20. nu.2. inferri potest vera ratio ad id, quod tradit idem vbi supra cap.19.num.33. & arbitramur eam rationem deducendam esse ex his quæ diximus, cum enim

45 verissimum sit† parentem in bonis maioratus filij habere verum vsumfructum sicuti in alijs bonis, quorum plenum dominiū habet filius, sine futura restitutione necessaria, quod contra Rodericum Xuarez, & Pinellum, & Tellium Hernandez tenet idem Ludouicus Molina d.lib.1.c.19. num.19.20. & 23. quod quidem verissimum est, nisi institutor maioratus expresse disposuerit, quòd parentes ex bonis eiusdem maioratus, in quibus eorum filij successerint, vsumfructum percipere non possint; tunc enim seruandam huiusmodi prohibitionem asserunt plures & bene, etiam si nō expresse facta sit parenti isthæc prohibitio percipiendi vsumfructum: sed etiā quando ea prohibitio intelligitur ex coniecturata mente instituentis maioratum, dum verba apta sint, vt prohibitionē inducere possint. Boerius decis.193. & 194. Menchaca de succ cessionum progressione. lib.3.§.26. nu.32. Ludouicus Molina, qui refert Paul. Raphaelem Cuman. Aretinum, & Socynum, & alios vbi supra nume. 30. quem quidem Doctorum scribentium traditionem ita accipit Angelus in §. igitur. Instituti. per quas personas nobis acquiritur. quem sequitur Ia-

46 son in l. cum filio.ff.de legatis 1. numero 157. † vt scilicet ex hac prohibitione non intelligatur prohibita commoditas & facultas percipiendi fructus, quam nomine quoque vsusfructus intellexerunt Iureconsulti, quod quidem specie ipsa videbatur secundùm ius; quia cum nomen vsusfructus videatur æquiuocum, pro iure illo perpetuò, & nunquam à mouibili, item & pro cōmoditate, & facultate percipiendi fructus videbatur habere locum regula Dialecticorū, vt analogum per re sumptum stet pro famosiore significato, & ita prohibita vsusfructus perceptione videbatur intelligendum prohibitam perceptionem vsusfructus illius perpetui, quod iniure totum consistit, de quo diximus, non verò facultas

cultas percipiendi fructus, hoc est commoditas tanquam minus principale significatum eius nominis, sed meritò Ludouicus Molina decedit ab hac interpretatione Angeli, quæ proculdubio est falsa, idque numero 33. ubi supra: & facit pro eo ratio deducta ex his quæ superius diximus; quia nomen hoc ususfructus, æquè & principaliter ex d. l. rectè. & l. prima. §. si ususfructus. ff. ad legem Falcidiam. & l. arboribus. & l. non utitur. ff. de usufructu. & ex dict. §. 1. Instituti. de usu & habitatione. iuncto §. finitur. & l. si ususfructus. ff. de iure dotium. & d. l. necessario. §. nn. utrumque significat. Vnde nec est locus regulæ Dialecticorum, nec doctrinæ Angeli, quia qui usumfructum prohibet percipiendum, totum dicit indefinitè, nec quicquam in contrarium in hac re decisum est, ob idque pater percipere usumfructum non poterit. Contrarium existimabat dicendum idem Ludouicus Molina, si institutor non prohibuerit perceptionem ususfructus, sed alienationem bonorum. Tunc enim adhuc ipse existimat patrem posse habere commoditatem & facultatem utendi & fruendi, idque uerum est, tum ex eo, quod ipse adducit, scilicet quòd alienationis prohibitio non excludit perceptionem commoditatis, fortasse enim dicendum esset contrarium, sed illa ratio est: quia commoditas illa ususfructus est in bonis possessoris, non in bonis, de quibus facta est prohibitio alienationis, institutor enim prohibens bona alienari, de bonis à se relictis intellexit, non de bonis possessoris, de his enim alia magis particularis prohibitio est necessaria.

Vnde si institutor præter prohibitionem alienationis bonorum, addat quoque, ne ususfructus alienetur à possessore, qui casus distat ab eo de quo supra, quia illa prohibitio specifica est, scilicet ne pater ratione patriæ potestatis habeat usumfructum, hic uerò indefinite & generalis, ne ususfructus alienetur, in hoc casu existimamus non posse item patrem habere commoditatem, nec facultatem utendi, fruendi ratione patriæ potestatis; quia hic non solum uiget acceptio propria nominis, quæ propriè & ius, & facultatem, & commoditatem comprendit: sed etiam facit ratio euidentissima; quia cum institutor prohibet alienationem ususfructus, nō possunt uerba ista intelligi, nisi de usufructu, q aliàs poterat alienari, hoc est (ut diximus) de facultate utendi, & fruendi, & commoditate, de usufructu autem, qui ius est, non poterant intelligi; quoniam ille ususfructus, qui in iure consistit, perpetuus est, & alienari non potest, ex d. §. finitur. & d. l. si ususfructus, & d. §. finitur. & d. l. si ususfructus, & d. l. Partitę, ex quibus nihil intererat, quòd institutor, uel expressè prohibuerit perceptionem ususfructus, uel quòd generaliter prohibeat alienationem ususfructus, utroque enim casu, ex diuersa tamen ratione, commoditas non percipitur, diuersa tamen ratione, & diuersum est, si institutor prohibuerit bona alienari; tunc enim commoditas, & facultas fruendi & colligendi fructus permittitur; quia etiam si commoditas in bonis sit, est tamen in bonis possessoris, non eius qui prohibuit, nec ex bonis de quibus facta est prohibitio, ne alienaretur, quæ descendunt omnia ex uaria acceptione nominis, & quotidiana sunt, & recepta, & si tetineas opinionem Pinelli, qui irridet distinctionem ususfructus, quatenus est ius, à commoditate, & qui eam sequuntur, planè inutilia sunt, cum autem sint utilia, necessariò refutanda fuit nobis opinio ipsius, inquisita ueritate, & quantum arbitror reperta, ut communes & receptas sententias existimemus non esse leuiter reijciendas.

47 † Eadem hæc faciunt ad quæstionem de confiscatione ususfructus, quam tractauit Antonius Gomez. d. capitulo 15. numero 16. & alij quos modo adducemus ex nouioribus, & antiquioribus, ut scilicet: quia ius illud inseparabile ususfructus nec uendi, nec alienari potest ab usufructuario, nullo modo confiscetur, alter uerò ususfructus corporeus ille quidem, idest facultas percipiendi usumfructum & commoditas, ille quidem fisco applicetur, & quod dicebamus, argumento d. l. necessariò. §. finali. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. & quod dicebamus, scilicet ut consolidatio fiat, mors usufructuarij, penes quem ususfructus conseruatur expectatur, qui est elegans ad omnia quæ de usufructu tractantur, text. etiam ad hoc ut mors expectetur eius penes quem est ius ususfructus, in l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad legem Iuliam de adulterijs. ibi (proinde in communi partem publicamus in proprio cuius ususfructus alienus est nudam proprietatem, in quo tamen usumfructum habuerit reus magis est ut perceptio ususfructus ad publicum incipiat pertinere.) hæc Vlpianus qui ex illis uerbis (magis est) proculdubio innuit, difficultatem subesse: quia ius ususfructus alienari non poterat, at supra diximus, & quæ non possunt alienari per contractum, uel ultimam uoluntatem, confiscari non possunt l. Imperator. ff. de fideicommiss. libertatibus ubi Bart. Antonius Gomez ubi supra, quod intellige cum Bartolo in l. si quis in tantam. C. unde ui. numero 12. Si modò prohibitio alienationis facta fuit in fauorem tertij, non solius delinquentis, si enim solum fauorem delinquentis respexerit, tunc quidem confiscationi locus est, ita post Bart. resoluit Ludouicus Molina de Primogenijs, lib 4. capi. 11. numero quinto qui ad hoc multos allegat, inter quos Bal. in l. legatarius. ff. de excusationibus tutorum. Angelus, Segura, Iason, Ripa, Ambrosius de Opizo, Decius, Socinus, Couarruuias, Ruynus, Roland. a Valle, Thom. Grammati. Casaneus, Claudius, Cremensis, Bernardus Diaz de Lugo in practica, Aegidius Bossius, Rubeus. Inter quos plures indistinctè loquuntur, distinctionem Bartoli in dicta lege si quis in tantam. non agnoscentes, etiam si ad illam allegentur, ea tamē uera est, & exemplum ponit idemmet Bartolus in d. l. si quis in tātam. ubi uide. Meritò igitur Vlpianus in illa quæstione de confiscatione ususfructus licèt animaduerteret, ius illud alienari nō posse; tamen cum intelligeret esse usumfructum quoque alium, ideſt commoditatem, magis est (inquit) ut perceptio ususfructus ad publicum pertineat, est igitur in hoc recepta sententia, ut commoditas confiscetur, retento iure ususfructus, qui inseparabilis est.

49 † Ex qua ratione infertur, quòd id quod paciscendo quis efficere non potest, minimè quidem id potest delinquendo, tenent omnes, de quibus supra proximo numero 48. in hoc enim omnes conueniunt.

Vnde si mulier ex priori matrimonio filios habuerit, & secundò nupta adulterium commiserit, ob quod bona mulieris uiro applicantur ex iuris nostri dispositione, & l. cum mulier. ff. solut. matrimon. certè filijs legitima portio reser-
50 uabitur, † nec ea ad maritum pertinebit, quia delinquendo mulier non potuit filios fraudere portione legitima, sicuti nec paciscendo, tenet Cremensis singulari. 66. ex Baldo in l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. quem uide: quia is qui delinquit ultra Cremensem cum fisco quasi contrahit l. Imperator. ff. de iure fisci. ibi, tute ipsum pœnæ subdidisti, facit l. si filius. C. de bonis proscriptorum. Bart. in d. l. si finita. §. si de uectigali. ff. de damno infecto. numero 12. Alexan. consi. 32. libro 1.

51 Item facit † quia illa quæ non transeunt ad extraneos hæredes non confiscantur l. eorum. ff. ad legem Iulia. maiestatis l. iura liberorum. ff. de iure patronat. Antonius Gomez, & Ludouicus Molina ubi supra. Hippolytus in l. fina. ff. de quæstionibus, numero 194. Alexand. consilio 23. numero tertio. libro primo. Vnde si delinquens habeat feudum, uel emphyteusim ecclesiasticam, tunc illa non ueniunt in confiscationem, de quo uide Bernardum Diaz de Lugo in practica. c. 124. quòd si meliorationes reperiantur in bonis emphyteuticis, illæ confiscantur: quia ad delinquentem omni iure per
52 tinent, & sunt res propriæ † & ad hæredes cum bonis hæreditarijs deferuntur, ita tenet Cardinalis in Clementina nolentes. §. inquisitoribus. nume. quarto uersi. & uidetur, quod ob delictum, de hæreticis. ex Speculatore, & Ioāne Andrea, sequitur Bernardus Diaz de Lugo ubi supra, quod intelligēdum est dupliciter, tum in emphyteusi, non in feudo. nam meliorationes repertę in re feudali ad dominum pertinent, ex his quæ diximus proximo capite, & secundùm ueriorem intellectum. §. si uasallus, hic finitur lex, deinde consuetudines, in usibus feudorum, & ex lege nostra Partitæ supra adducta capite proximo, atque in emphyteusi intelligendum est de maioribus expensis & meliorationibus, quæ non ueniunt ex necessitate & natura contractus emphyteutici, & ex proprietate nominis: illæ enim sequuntur rem emphyteuticam, de quo latius diximus supra.

Et an ius patronatus ueniat confiscandum, uide eundem Bernardum Diaz de Lugo ubi supra, & an feudum. uide Molinam ubi supra libro quarto capitulo undecimo. & utrum res quæ fideicommisso subiecta est, & tacitè alienari prohibita, uide eundem Molinam supra numero 6. & 11. in quo recurrendum est ad l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellianum. & ad l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fisci. lege cum pater. §. hæreditetem. ubi scribentes. ff. de legatis secunda.

53 † In hoc ultimo difficultas occurrit ex doctrina Bart. in dicta lege si quis in tantam. decidenda, si quis usufructuarium facit ea lege ne usumfructum alienare possit, quo casu de commoditate intelligendum est, non de iure inseparabili, uel dicit, quòd commoditas ususfructus alienari non possit, an si usufructuarius delinquat, possit hæc commoditas confiscari, in quo admittenda est distinctio Bartoli in d. l. si quis in tantam, argumento tex. in l. fitiusfamilias. §. diui. ff. de legatis 1. ibi. fisco fraudi esse, quod si in casu alienationis alium uocet, tunc fisco locus non erit, sed uocato, ex Bartolo ubi supra.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius tenetur facere omnia quæ diligens rei custos facere tenetur.*
2 *Pater quamuis fructuarius sit, instar tamen domini est.*
3 *Fructuarius agere potest nomine proprietarij tanquam procurator sine mandato.*
4 *Et an sit procurator in rem suam.*
5 *Quas expensas fructuarius facere teneatur, & de magnis & paruis expensis.*
6 *Quomodo accipiendum sit, quod dicitur, fructuarium omnium bonorum legitimum teneri ad solutionem legatorum.*
7 *Differentia magnæ & paruæ quantitatis recipienda est in utroque vsufructuario legitimo, & datiuo.*
8 *Impugnatur hoc ipsum, & quòd in parente legitimo fructuario non sit habenda ratio magnæ vel paruæ expensæ circa lites.*
9 *Filius est res patris, & de eo tanquam de re propria pater disponere potevat.*
10 *Si lis moueatur circa vsumfructum, fructuarius expensas præstat sine distinctione, & excusatur Antonius Gomez.*
11 *Temperatur, quad dictum est de patre expendente circa lites, noue, & utiliter.*
12 *Circa expensas in reficiendo non esse distinguendum inter fructuarium legitimum & non legitimum.*
13 *Expensa magna vt recuperetur debet pertinere ad perpetuam utilitatem rei.*
14 *Meliorationes magnæ quantitatis factæ à parente in rebus filij conferuntur à filio alijs fratribus. & nu. 15. si fiant constante matrimonio mulieri dimidium dandum est.*
16 *Magnæ & paruæ quantitatis ratio iudicis arbitrio relinquenda ex personarum & rerum qualitate.*
17 *Magna res & causa comparata ad maiores expensas dicitur parua, & est vtile.*
18 *Domum ex vetustate collapsam non tenetur hæres erigere, & si erexerit, nõ impeditur fructuarius vti, si ex parte corruat.*
19 *Domus exustæ & reparatæ non habet fructuarius vsumfructum, ita vt neque areæ constet vsusfructus, & de agro inundato. nu. 20. & de vsufructu syluæ excisa sylua num. 21. & de auro & argento, ex quo uasa facta sint. nume. 22. & de vsufructu nauis disiecta naui, & quadrigarum perempto equo nu. 23.*
24 *Et quòd pater mutata forma rei habeat vsumfructum propter patriam potestatem.*
25 *Vsufructuario reficere volenti non cogitur dominus pecuniam præstare, recuperat autem consumptam & expensam à domino, si magna sit. & nume. 26 quod fructuarius nunquam compellitur reficere.*
27 *Nemo compelli potest, vt se obligationi committat. & nu. 28. quòd vsusfructuarius non necesse habeat commonere dominum vt reficiat: reprobatur. Hotomani sententia.*
29 *Fructuarius si modicam expensam, ad quam tenetur, omiserit, tenetur.*
30 *Quando fructuarius teneatur ob omissam magnam impensam, ad quam non tenetur.*
31 *An vsus fructuarius possit cædere syluam, & quæ dicatur sylua cædua, & non cædua.*
32 *Arbores frugiferas excidere non potest fructuarius, & nu. 33. si cædat arbores frugiferas posse eiici ab usufructu, & numero 34. quod idem obseruetur in emphyteuta.*
35 *Incisio syluæ cæduæ debet esse ad vtilitatem non ad destructionem, & num. 36. quod maritus & emphyteuta possint incidere arbores cæduas, quæ tamen ad longum tempus renascuntur, si tandem aliquo tempore renascantur. adducitur l. diuortio. § si uir. ff. solut. matr.*
37 *Quid si alicui relinquatur ususfructus syluæ non cæduæ, an cedere possit.*
38 *Fructuarius non mutat formam rei, & nu. 39. fundus quot partes habere debeat ex M. Catone de re rustica. & declaratio l. fundi nomine. ff. de verborum signifi.*
40 *Nihil nouum facere potest fructuarius in re fruenda & nu. 41. quod pro Alberijs, Albini dicantur, quidam artifices in l. 2. C. de excusationib. artificum, & restituitur.*
42 *Fructuarius perficere opus inchoatum non potest, & nu. 43. quod nec proprietarius in damnum fructuarij.*
44 *L. æquissimum. §. proinde. vers. & si forte ff. de vsufructu, difficilima, cui vix solutio nec ratio possit excogitari.*
45 *Fructuarius onera & tributa rei soluit, & soluens sibi expendit, nihilque eo nomine à proprietario expectat, sequuntur enim fructuum perceptorem.*
46 *Et pro rata fructuum quisque ad onera, & tributa realia tenetur.*
47 *Quin & tributa de nouo imposita, non solum antiqua ad eos pertineant, qui fructus percipiunt.*
48 *Quod fallit, si vsusfructus contingat ex causa; tunc enim onera & tributa non consueta non expendit fructuarius.*
49 *An fructuarius teneatur ad onera præterita, res pro tributis & oneribus sunt tacitè hypothecata, num. 50.*
51 *Vsufructuarius expendens nomine onerum & tributorum, quæ debebat possessor, eo nomine conuenit possessoris hæredes, & numero 52. quod illud sit generale in eo qui soluit præterita onera, & num. 53. in eo qui soluit decimas præteritas, & 54. in possessore beneficij qui soluit pensiones decurfas & præteritas.*
55 *Et procedit id adeo vt etiam si pactum conuentum sit in contrarium nihil prosit.*
56 *Expendit etiam fructuarius collectas soluendo, & quid sit collecta, & numero 57. quòd collecta sicuti tributum sequatur eos, qui fructus percipiunt.*
58 *Pensionarius, & beneficiatus, vterque pro modo emolumenti soluit collectas, & nu. 59. quod in hoc plurimum possit consuetudo.*
60 *Ponitur casus, in quo in ratione fructus non habetur ratio expensarum, vt deducantur.*
61 *Et an onera & tributa sint soluenda fructuario, etiam si vsusfructus remaneant sine vtilitate contra communem & receptam sententiam cum Pinello.*
62 *An vsufructuarius expendat circa soluenda legata, ad l. fin. ff. de vsufructu legato.*
63 *Declaratio ad l. vigesimamprimam. Tauri, & traditur ibi nouus & verus intellectus.*
64 *Tenetur vsufructuarius inuentarium facere, et num. 65. quod sit id recipiendum in patre.*
66 *Beneficiati prælati, et Episcopi tenentur inuentarium facere. et 67. item et hæres restituturus hæreditatem, item et possessor maioratus. numero 68.*
69 *Et hi tenentur resarcire damna et deteriorationes, quæ contingunt in ipsis rebus ecclesiæ et dignitatis, et nu. 70. practica Hispaniæ in taxandis deteriorationibus huiusmodi.*
71 *Meliorationes quas faciunt beneficiati, prælati, et Episcopi in rebus Ecclesiarum et dignitatum fiunt Ecclesiæ, nec quicquam recuperant facientes, vel expendentes.*
72 *Aliquando beneficiati vel eorum hæredes possunt recuperare has expensas.*
73 *Episcopus, vel prælatus, vel beneficiatus si deteriorauit res quasdam, quasdam verò meliorauit, non fit compensatio, sed illas amittit et damnum resarcit.*

De vsufructuario, Episcopo, beneficiato, prælato, & alijs his similibus, expendentibus aut meliorationibus. Caput vndecimum.

1 Est in primo constituendum, fructuarium habere rei, qua fruitur, & vtitur, quandam curam, & custodiam, & tenetur facere omnia illa quę diligens rei custos facere tenetur l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. vsufructu. quemadmod. caueat. ibi, interdum autem inerit proprietatis æstimatio, si fortè fructuarius cum posset vsucapionem interpellare neglexit, omnem enim rei curam suscepit, quod quidē de vsufructuario dato, & vsufructu habito ex dispositione hominis intelligendum est, quatenus hunc vsumfructum distinguimus ab eo vsufructu, qui iuris potestate defertur, vt in patre respectu bonorum aduentitiorum filij, quem in potestate habet.

2 †Licèt enim pater vsufructuarius sit, domino tamen proprius accedit, & instar proprietarij est, vt dicebamus sup. ex l. 1. C. de bonis mat. ibi, omnia potest agere, ac si perfectè dominus sit. & l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quę lib. ibi, plenissimam potestatem. l. fi. §. sin autem æs alienum. in fi. C. eod. & alijs oneribus quæ ab vsufructuarijs extraneis exigi solent: hoc enim particulari ratione receptum in patre est, quia ratione patriæ potestatis uitæ, ac necis filij eiusque bonorum dominus est l. in suis. ff. de lib. & posth. reliqui verò vsufructuarij sunt veluti custodes, & gerunt earum rerum quibus utuntur, fruuntur, curam & solicitudinem. Bart. in d. l. 1. §. fi. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. idem Bart. in l. 1. §. fi. ff. de noui operis nuntiat. nu. 9. & ibi omnes, & Ias. numero 3. idem Bart. in l. eum ad quem. C. de vsufructu, & ibi Paul. Bald. in l. 2. C. ubi in rem actio. Mod. inconsuetudini
3 bus Parisien. §. 1. glo. 1. num. 10. quod† quidem adeo uerum est, ut talis vsusfructuarius habeat ad rem tuendam facultatem, & possit nomine proprietarij agere tanquam procurator sine alio mandato. Bald. in d. l. 1. §. fi. ff. usufructuarius quemadmod. caueat. Bart. in l. de die. §. quidem. ff. qui satisdare cogantur, ubi ait, usufructuarium censeri procuratorem in rem suam, & habere mandatum generale, Paul. in l. eum ad quem. C. de usufructu. Bald. qui late id agit. in c. quoniam frequenter. numero 11. ut lite non contestata. tradit etiam latè Ias. in l. prima. §. fi. ff. de noui oper. nuntia. & post eum idē Mod. ubi supra, & post hos Antonius Gomez, tomo. 2. capi. 15. numero sexto. & Pinellus in l. 1. C. de bonis mat. part. 2. numero 16.

4 †Ex quorum traditione usufructuarius non solum est custos, & rei curam suscepit, uerum habet mandatum generale,

Source : BIU Cujas

rale, & est procurator, & procurator censetur in rem suam, habet hæc traditio tex. in l. 1. §. fi. ff. de noui oper nuntia. cuius verba hæc sunt, Vsufructuarius autem opus nouum suo nomine nuntiare non potest, sed procuratorio nomine nuntiare poterit, vel uendicare vsumfructum ab eo, qui nouum opus facit, quæ vendicatio præstabit ei, quod eius interfuerit, opus nouum factum non esse, hactenus Vlpian. ex quo tex. id deduxere omnes, de quibus supra meminimus, & licèt Ioann. Crotus in repet. l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui oper. nuntiat. nu. 9. agat de §. fi. d. l. 1. id demum concludit non esse fructuarium procuratorem in rem suam, ex eo ꝙ non potest nuntiare nouum opus nomine proprio, quod faceret, si in rem propriam esset procurator; cum autem non nuntiet nomine proprio, cõcludendum est, non esse procuratorem in rem propriam, idque ibi ille attigit, attingens quæstionẽ, an ad nuntiationem noui operis requiratur speciale mandatum, contra communem & receptam sententiam tenens non requiri speciale mandatum. & ad §. fi. dict. l. 1. respondit, ibi vsumfructuarium non esse procuratorem in rem suam, nec habere speciale mandatum, & tamen nuntiare opus nouum; non tamen negat non esse procuratorem, quæ est nostra tractatio, fateturque posse agere nomine proprietarij, cum sit expressum in d. l. 1. §. fi. idem notat Antonius Rubeus in §. morte l. hoc edicto ff. de noui operis nuntiatione. nu. 12. vnde dicendum est, non esse quidem procuratorem in rem propriam fructuarium contra Paulum, & Baldum supra, non tamen negandum est, esse procuratorem, & agere posse nomine domini, atque adeò debere custodire, & curam gerere rei, qua vtitur, fruitur; quoniam procuratoris vicem gerat, & officium sustineat, cui satisfacere tenetur.

5 † Ex qua iuris ratione, scilicet quod procurator est domini, decidetur quæstio, scilicet, si lis mota sit vsufructuario, quas quantasque expensas teneatur facere fructuarius pro defensione rei qua fruitur, quid quantumque consumptus sit ob eam causam. In qua videbatur dicendum aliud esse cõstituendum in patre, scilicet legitimo vsufructuario, aliud verò in aliis vsufructuarijs, qui non habent vsumfructum à lege, sed ab homine, sic enim in hac quæstione distinguunt plures. Bart. enim in l. 1. C. de bonis mat. nu. 3. ait, patrem omnino teneri facere sumptus & expensas litium ex fructibus bonorum aduentitiorum filij, & ibi Bald. Ang. & Corneus, Crotus in l. frater à fratre. nu. 123. ff. de cond. indebit. Pinellus in l. 1. C. de bonis mat. 2. parte, num. 68. Ludouicus Molina de Hispanorum Primogenijs. lib. secundo capitulo 27. numero 10. per d. l. 1. C. de bonis mat. vbi sumptus ex fructibus facere in aliis uero usufructuarijs distinguunt, vt scilicet si expensæ modicæ sint, eas fructuarius teneatur facere ex fructibus, sin verò magnæ contra, immo imputandæ sint domino, tradit hanc distinctionem Antonius Gomez vbi sup. d. capitulo 15. num. 7. to. 2. Pinellus vbi supra, & Ludouicus Molina item Baldus, & Ang. in leg. prima §. vsufructuarius. ff. de vsufructu, Paulus Picus, & Gozadinus quos refert Pinellus, & post eum Molina vbi supra, idem quoque tenet Gregorius Lopez in l. 22. titu. 31. part. 3. verb. Non caya, cũ Iacobo de Butrig. & Alberico, in l. hactenus. ff. de vsufructu. vbi pro hac distinctione magnæ & paruæ, expensæ tex. est apertus, tandem hæc sententia distinguit inter vsufructuarium legitimum, cui ex dispositione iuris debetur & cõtingit vsusfructus, vt in hoc non sit habenda ratio vlla magnæ vel paruæ expensæ, & reliquos usufructuarios, quibus ex dispositione hominis vsusfructus debetur, & contingit, vt in his admittamus distinctionem illam magnæ, & paruæ expensæ.

6 † Nec noua est isthæc distinctio, alibi enim admittitur ẽt, namque Alex. in l. vsufructu. ff. ad leg. Falcid. & Barb. consilio 63. libro 3. scriptum reliquere, vsumfructuarium omnium bonorum ex causa testamenti non teneri ad legatorum solutionem, secus verò dicendum esset in vsufructuario, cui legis beneficio vsusfructus contingat, quod quidem ita accipiendum est, scilicet, vt vsufructuarius omnium bonorum ex testamẽto securus sit legatorum solutione, eaque incumbat hæredi, qui tamen hæres ex bonis hæreditarijs poterit vendere necessaria ad solutionem legatorum, velit nolit vsufructuarius, si verò legitimus sit vsufructuarius, cui vsusfructus legis indulgentia contigerit, vt patet, directò subit hoc onus soluendi legata, & poterit à legatarijs vocari in ius, quitñ die dicto legata soluet ex rebus, quarum vsusfructus legatus est, denique in vtroque casu ex rebus soluitur legatum, quarum vsusfructus relictus est, in eo verò recipitur distinctio, quòd fructuarius legitimus conuenitur de legatis, non hæres, at verò in vsufructuario ex testamento ꝙuenit hæres, & in vtroq; casu de his ipsis rebus fruẽdis solutio faciẽda est, quæ faciunt ad l. fi. ff. de vsufructu legato. & q̃ ad eã scribit doctissimus Couar. Varia. resolu. lib. 2. ca. 2. de qua quoque nobis infra hoc capite non nihil attingimus, non est ergo noua hæc distinctio inter vsufructuarium legitimum, & datũ, vt ita dicamus, sed in alijs quoque iuris partibus ad alia considerat̃r. Præterea quando vsusfructus omnium bonorum relictus est, & annua quantitas alicui relinquitur, constat an nuæ quantitatis solutionem ad vsufructuarium pertinere l. vltima. §. sin autẽ. C. de bonis quæ liberis. & licèt text. loquatur in vsufructuario legitimo, Bal. Sa lycet. Fulgosius, Paulus, & Corneus ibi idem recipiunt in fructuario ex dispositione hominis, ex eadem iuris ratione, quæ reperitur in vtroque, quasi non esset idem dicendum, si diuersa ratio & dispar intercederet, q̃ suaderet ꝙriũ: vt pronũ sit asserere distinctionẽ inter vtrumque, vel eijcere ex eadem, vel diuersa ratione, quæ inter vtrumque reperiatur, & quanuis Doctorum sententia recepta sit distinctio illa, de qua supra, vt scilicet quantum attinet ad expensas, in altero admittatur ratio magnæ & paruæ expensæ, in altero verò minimè, Arius tamen Pinellus vbi supra, part. 2. nume. 68. & post eum Molina. d. lib. 1. c. 27. num. 10. secuti Alex. in l. si vir. ff. ad leg. Falcid. reijciunt
7 hanc distinctionem † voluntque differentiam magnæ & paruæ quantitatis admittendam esse in vtroque fructuario, legitimo & non legitimo; quoniam Pinellus nullam videt rationem, quæ suadeat ipsam distinctionem, neque existimat tutum, deterioris & peioris conditionis constituere patrem legitimum administratorem, quam alium, cui ex vltima dispositione vsusfructus contingat, subditque Molina non esse credendum, legem, quæ tot prærogatiuas parenti supra cæteros vsufructuarios concessit, eundem ijsdem longe inferiorem reliquisse: agnosco Pinelli Molinæque authoritatem, video tamen communem & receptam sententiam, quæ distinguit inter patrem & reliquos fructuarios quantum ad expẽsas litis habere fundatam iuris rationem, quicquid ipsi teneant, namque tex. in d. l. 1. indistinctè loquitur, immò si uerum amamus, non obscurè Imperator hanc ipsam distinctionem magni & parui, in expensis litiũ, repulit; cum enim dixisset (parentes autem, penes quos maternarũ rerum utendi fruendique tantum potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam adhibere) in quo expẽdendum est verbum, omnem, vt pater debeat suscipere omnem diligentiam, magnam, paruam, maximam, & minimam, suscepta autem hu iusmod. diligentia, tunc quærit Imperator, vnde sufficere debeat sumptus, & ait, (& quod iure filijs debetur in examine per se, uel procuratorem poscere, & sumptus ex fructibus impigre facere) ecce postquamquam constituit, omnem litem omnem causam, omnem controuersiam esse sibi suscipiendam, siue parua sit, siue magna, siue maxima, subdit, (& sumptus ex fructibus impigre facere, vbi verbum illud impigre, non est positum ociosè: rursum subdit (atque ita omnia agere) ecce iterum verbum omnia, nihil distinguens, quasi dicat, suscepta omni causa magna, vel maxima ex fructibus
8 sumptus faciat † atque ita, hoc est ex his fructibus omnia agere, & rursum (tanquam solidum dominium eis acquisitum esset) prætereà idem constitutum est in l. 5. tit. 15. parti. 4. quæ lex est optima interpres iuris Cæsarei, ait enim his verbis, Pero el padre dezimos que deue defender e guardar estos bienes aduenticios de su fijo en toda su vida tanbien en juyzio como fuera de juyzio, quæ lex cum dicat, patri id incumbere, intelligenda est, ita sensisse, vt eius expensis fiat conseruatio & defensio aduentitiorum, non verò filij. Prætereà illa ratio facit contra patrem, quam rationem Pinellus & Molina pro ipso facere arbitrantur; quia quandiu pater habet filium in potestate, & bona aduentitia cum filio, reuera omnia habet quasi quodam iure dominij; cũ filio enim, si nihil aliud dispositum iure reperiatur, etiam si nihil d. l. 1. esset dispositum illis verbis (tanquam solidum perfectumque dominiũ eorum eis acquisitum esset) & in l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. ibi, pleniſſimam potestatem, & in l. fi. §. sin autem æs alienum. C. eodem. ibi (& alijs omnibus
9 quæ ab vsufructuarijs extraneis exigi solent † dicendum tamen erat ex fundata iuris ratione habere patrem filij sui, & bonorum omnium eius dominium uerum; quoniam & ipse filius res patris est, & pleniſſimam in eo pater habet potestatem, ita intelligunt plerique uerba duodecim tabularum, quæ referuntur in l. verbis legis. ff. de uerborum significatione (uti quisque rei suæ legasset, ita ius esto) quicquid interpretetur Franciscus Hotomanus, Instituti. de pupillari substitutione, in uerbo moribus, quod nunc non disputo, nihil enim ad nos pertinet, aliudq; agit illa inuestigatio, certè iure duodecim tabularum filius erat res patris, & de eo tanquam de equo, aut ædibus disponere poterat pater, sicuti de re propria, & quam uere in suis rebus habebat. Vnde est illa facultas occidendi, de qua in l. in suis. ff. de liberis & posthumis. etiam si pupillaris substitutio moribus posteà fuerit recepta, non uerò lege aliqua constituta l. 2. ff. de uulgari. & in principio

Source : BIU Cujas

pio Instituti. de pupillari, mores enim Romani principio an tequam lex induxere pupillarem substitutionem, posteà uerò mores illi legibus latis in uim legum abiere, ceptumque est authore lege, & consuetudine adinuentrice ius sustituendi liberis, secundis tabulis confectis, illud tamē semper utroque tempore & morum, & legis obseruatum fuit, ut patet iuris indulgentia, & potestate haberet filium in potestate, tanquam rem suam, & bona eius tanquam propria; sicuti enim habet suum equum, & gladium, ita quoque suum filium, & hæredem, qui est in bonis eius l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum, quidquid ergo constituendum sit de differentia illa inter legitimum fructuarium, & reliquos fructuarios, qui ex dispositione hominis habent vsumfructum, quidquid dicant Pinellus & Molina, quos ego maximi facio, quod attinet ad patrem uerissimam arbitror communem sententiam, sicque constituo in patre legitimo fructuario bonorum filij, quem in potestatem habet, non esse admittendam distinctionem magnæ & paruæ impensæ circa lites, & defensionem bonorum filij. Omnem enim diligentiam debet, & omnia gerere compellitur, tanquam si earundem rerum, quibus fruitur utiturque dominum haberet, sumptusque impigre cogitur facere, etiam si totam fructuum substantiam consumat in litibus & causis, quæ sibi super bonis filij succrescant, siue lis mota sit super proprietate, siue super usufructu, utrumque defendere tenetur pater, & expensas & sumptus impigre facere ex d. l. 1. nec in his expensis litis arbitror habendam esse rationem magni, & parui, quam d. l. hactenus. in reliquis usufructuarijs admittit: quod ferè tenet ipse Pinellus si attentè legatur, ubi supra, etiam si posteà apertè distinctionem illam reiciat, rursum circa has expensas litium in alijs fructuarijs longè aliud statuendum est; non enim indistinctè obseruandum est, quod tradit Antonius Gomez. d. nume. 7. uersi. ex quo deducitur & infertur, qui tenet indistincte, ut lis moueatur ab usufructuario, uel ipse moueat litem, quod omnino conseruet sibi & sine distinctione ulla expensas recuperandas à domino proprietatis, & ita in alijs usufructuarijs, quod attinet ad has expensas, censet contrarium esse constituendum, quàm constitutum sit in patre, eodemque legitimo administratore, quod etiam si respectu patris approbemus, in alijs uerò usufructuarijs ueriorem existimamus sententiam Pinelli ubi supra dicto nume. 68. & eum secuti Molinæ d. nume. 10. ut scilicet † si lis moueatur respectu solius ususfructus, siue ab vsufructuario, siue contra ipsum ab vsufructuariò sint submistrandæ expensæ; quia omnino pertinent illæ expensæ ad fructus, & illæ continent causam solius vsusfructus, vtilitasque vsusfructus in ea lite uersatur, quæ ad fructuarium pertinet, cumque utilitas litis fructuarij sit, necessè est, vt expensa quoque ad ipsum pertineat; cum sentiat commodum, naturalis quædam ratio exigit, ut damnum quoque deuorandum sibi sit, allegat Baldum Pinellus in l. 2. C. de liberali causa. mihi tamen Baldus ferè nihil dicit, sed hæc opinio rationem habet, & æquitatem illam naturalem, scriptamque, & lege lata susceptam, ut expensas fructus sibi faciat fructuarius: nec quam facit l. eum ad quem. C. de vsufructu, quæ loquitur in expensis non litium, de quibus modo agimus, sed refectionis, de quibus dicemus infra nume. 28. quales, quantæ, quaque ratione conseruentur fructuario. In illis enim alia ratio est, quàm in expensis litis super vsufructu, qui ad fructuariū totus pertinet, nihilque ad proprietarium, idem dicendum est ad l. hactenus. ff. de usufructu. & ad l. usufructu legato. §. fina. ff. eodem, argumento quarum Antonius Gomez tenebat usufructuarium posse consequi expensas litis, ita tamen intelligendum est, ut si lis mota sit super usufructu, & tota pertineat ad usumfructum, tum nihil esse, quod suadeat, ut aliunde usufructuarius expensas illas consequatur, cum sibi solum litiget, sibi solum expendere æquum est, atque in hoc sensu accipiendus est Antonius Gomez licèt indistinctè loquat, quin si super proprietate excitetur causa, fructuariusq; paruas impensas faciat; tunc quoq; locum habebat d. l. hactenus. At uerò si agatur de perpetua utilitate rei, ex eo quòd alius habeat eandem rem, usufructuarius uerò dicat fruendam sibi, quod ad ipsum pertineat, qui sibi suarum rerum concesserit usumfructum, & nomine domini uendicet; tunc certè magni & parui admittenda distinctio est ex d. l. hactenus. & d. l. usufructu legato. & d. l. eum ad quem, quæ leges licèt agant de refectione, argumentum præstant ad nostram hanc speciem, quam tractamus, eadem enim in utraque est ratio, ob idque eadem iuris dispositio, & tenet Ludouicus Molina in simili in possessore maioratus d. nume. 10. uersi. si uerò eadem lis perpetuam utilitatem ipsius maioratus, & plures allegat, sed præcipua ad hoc allegatio, est argumentum dictarum legum l. hactenus l. eum ad quem. ubi gloss. expressa.

† Ex qua declaratione elegans est interpretatio ad d. l. 1. C. de bonis matern. & ad l. 5. titu. 17. partit. 4. licèt enim ibi constitutum sit, nt pater omnino teneatur ex fructibus lites susscipere, & omnia agere, tanquam si dominus esset, & sumptus impigre facere, & quod debetur filijs in examine per se, uel per procuratorem suum poscere, ut si à tertio rem uendicet, quam tertius impigre quoque defenderit, & ad filium omnino pertinere neget, si pater nimios sumptus faciat, tales scilicet & tantos, qui in uera computatione fructus aduentitiorum excedat, filius omnino tenetur, cuius nomine causa agitata est, de excessu; agit enim pater de utilitate perpetua, ob idque saltem excessum illum tenetur refundere filius, & conferre fratribus, uel tanto minus accipiendo, uel deducto eo ex hæreditate, inter reliquos filios & hæredes diuidendo, magis enim consumpsit, quàm habebat in fructu, & opulentam rem, fundum, uel prædium uendicauit, quam liberam accipit filius, ratio poscit in hac specie, ut excessum reputet filius, etiam si denus, quòd pater causam filij debeat ponere in examine, uel per procuratorem suum, non enim arbitrandum est, uoluisse Imperatorem substantiam aliorum filiorum eo prætextu uni parari, & hæc pertinent ad expensas litis, in † quibus admittendam, uel reiicien-
dam secundum propositas species arbitramur, distinctionem inter legitimum fructuarium, & alios, quibus non à lege, sed ex dispositione hominis contingit ususfructus, nihilque hucusque egimus de expensis in ædificando, aut reficiēdo, de quibus infra num. 28. in his expensis uerò in reficiendo uerissimum arbitramur non esse distinguendum inter usufructuarium legitimum, & alium, qui ex dispositione hominis usumfructum habeat; quoniam subest eadem ratio in utroque, & in utroque obseruanda est ratio l. hactenus. & d. l. usufructu. §. fi. ff. de usufructu, & d. l. eum ad quem. C eod. ut modica impensa ad usufructuarium pertineat, immodica uerò ad proprietarium, intelligimus autem de expensa in reficiendo, quæ concernit perpetuam utilitatem rei, non momentaneam, & quæ fiat gratia colligendorum fructuum; nam hęc etiam si magna sit ad usufructuarium pertinet, tex. elegans in l. 3. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. ubi (nos, inquit Vlpianus, generaliter definiemus, multum interesse ad perpetuam utilitatem agri, uel ad eam quæ non ad præsentis temporis fructum pertineret, an uerò ad præsentis anni fructum, si in præsentis anni, cum fructibus compensandum, si uerò non fuit ad præsens tantum apta erogatio necessariis impensis compensandum,) hæc Vlpianus, cum quo generaliter eius decisio recipienda est, non solum in marito, sed in omni causa meliorationum: igitur † quod diximus de magna quantitate, ut proprietarius teneatur nō usufructuarius, intelligendum est, dum expensa illa magna in reficiendo consumpta pertineat ad perpetuam utilitatem rei, non solius fructus, & tunc illa expenditur proprietario, siue fructuarius expendens sit legitimus, siue non, ob idque si pater in reficiendo fundum aduentitium expenderit, cuius usumfructum habebat ratione patriæ potestatis † filius qui in re aduentitia reperit meliorationes factas magnæ quantitatis, ualorem ipsorum conferet alijs fratribus; quoniam ille ad patrem pertinebant: & ab eo in bonis suis tempore mortis relictæ sunt, tenet & optimè Pinellus ubi sup. num. 69. Ludouicus Molina ubi supr. Bald. in auth. excipitur. numero 4. C. de vsufructu. Paul. in l. fi. §. ubi autem, nu. 7. C. de bonis quæ liberis. Castellus in l. 46. Tauri. contra Crotum, qui in l. fratre. num. 124. q. 36. ff. de cond. indeb. distinguebat, an pater esset diues, an plures habeat filios, an sumptuum rationem scripserit, quasi reperiturus, collationi igitur locus est, ex regula authent ex testamento. C. de collationibus. immo † si meliorationes hæ fiant constante matrimonio, uxori dimidium tribuendum est, ex iuris nostri dispositione; quoniam reperiuntur in bonis vtriusque coniugis, quasi lucrata constante matrimonio iuxta iuris nostri dispositionem, quod de lucris coniugum latum est, ad quæ omnia est nobis l. 22. tit. 3 1. part. 3. Guisada cosa es (inquit) e derecha, que quienquiera a quem fuesse otorgado el usofructo de alguna casa, o de alguna heredad, o en algunos ganados, que assi comoquiere auerla prō, en que le es otorgado este derecho, que pune quanto pudiere de la aliñar, e de la guardar, e dela enderecar bien e lealmente, de manera que si fuere casa que la repare, e la enderece que no caya, nin se empeore por su culpa. Vbi Greg. Lopez. & uetus gl. distinctionem illam adducit de magna & parua quantitate, ex Celso Iureconsulto ind. l. hactenus. & in dicto §. finali. & dicta l. eum ad quem.

Ifthæc † autem magna uel parua quantitas iudicis arbitrio definietur, gl. in d. l. hactenus. quam seq. DD. inter quos Ange. numero 2. gl. & Bart. in l. omnino. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. idem tenet Bar. in l. Seio. in prin. ff. de in

integ.

Source : BIU Cujas

integ.restitutione, vt paruum,magnum,vel minimum accipiat arbitrium,& iudicium,ex qualitate rei,secundùm ipsius magnitudinem, gl. vbi Florianus & scribentes in l.res bona. ff.de contrahen. empt.gl.in l.sed si susceperit.§.primo.versi. tam modica.ff.de iudicijs. & ibi Ang. dicit,summam videri magnam,& paruam ex qualitate personarum, facit l.legitimos.ff.de legitimis tutoribus.vide gl.2.q.6.§.illud. in gl.1.& in c.terulas.12. q.2. quæ sunt ad ea quæ Bart. & Baldus adducunt,in authentic.nisi breuiores.C.de sententijs ex breuiculo recitandis, & sunt nobis quotidiana in hoc regio prætorio Galleco,quotidie enim conqueruntur appellantes,quòd iudices ecclesiastici,à quibus appellant,nõ deferant sibi suæque appellationi in causis ciuilibus; namque si causæ minores sint, ob mercedem seruitij vel conductionis non solutam, aut aliam ob rem similem, in prosequenda appellatione maiores expensas appellatus facturus est, quam sibi ex sententia ad iudicatum sit,tunc pespecta causa, quantitaque ex personarum qualitate,& iustificatione, pronuntiatur deferendum,vel non deferendum esse,causa enim licet magna videatur.

17 † Comparata ad maiores expensas, quæ futuræ sint sine dubio parua existimanda est,cap.anteriorem.§.illud 2.quęst. 6.& notatur in d.authentica. nisi breuiores. per Baldum, & in c. de appellationibus.titu.de appellationibus.neque enim existimandum est,quid petat pauper & rusticus,si de vniuersa sua substantia agat; causa enim de porcello sæpe in hoc prætorio Galleco, causa maxima est,& causa trium quatuor ve talentorum minima ex qualitate personarum,porcellum oculum rustici vocauit Accursius in l.illicitas.§.& ne tenuis. ff.de officio præsidis,nec minus laborandum est iudici,& referenti causas,in causa bonis,aut porcelli, quam in causa primogenij;bos enim & porcellus rustico, & egeno primogenium est, nec maior aut minor quantitas, paupertasque vel opulentia actoris vel rei iuris dispositionem mutat, text.elegans in l. qui filium & filiam habebat. §. 1. ff. ad Trebell. vbi paupertas obiecta in iudicio est; tamen imperatores non ex prætensa & obiecta paupertate, sed ex iuris regulis, & constitutionibus pronuntiarunt. Ex eodem iure descendit pronuntiatio causæ minimæ,aut maximæ, ne quis existimet imperitum leuiores causas posse decidere,imperitioresque alibi,alibi peritiores posse iudicare,ego imperitum nullibi iudicare posse arbitror, semperque diligendos viros peritos esse existimaui, quantoque leuiores sint causæ in hoc prætorio, tanto prudentiores semper desidero iudices; quoniam in cã leuissima sæpe agitur de tota hominis substantia, & sæpe ex contemptu causæ, & æquitatis cuiusdam nusquam scriptę sed captiosæ prætextu non semel vidi perniciose erratum. Sed in cęlum inspuam,faciem obturpaturus,conticeo.

18 † Quòd si domus ex vetustate aliqua ex parte corruerit, non potest compelli hęres reficere,& reparare d.l.hactenus. ibi,siqua vetustate corruerit, reficere non cogitur, si autem hæres,vel proprietarius, libens & volens refecerit, impedire fructuarium non potest,quin fruatur,vteturque d.l hactenus.ibi,sed si hæres refecerit,passurum fructuarium vti, itaque nec proprietarius impediet, quominus fructuarius reficiat, si velit. expensamque magnam refundet, velit nolit d.l. hactenus . ibi . Neratius autem libro tertio membranarum ait,non posse fructuarium prohiberi, quominus reficiat, & tenet Albericus ibi,quodquidem ità accipiendum est, scilicet si ædes,quarum vsusfructus relictus est,ex parte collapsæ sint,& corruerint,nam si vniuersæ ædes corruant, & collabãtur,vel exustæ sint, tunc quidem finitus est vsusfructus, qui
9 nec in area collapsis ędibus sustinetur, ob † idque si semel exustas,& collapsas,& solos dirutas hæres ex integro refecerit,tunc non habet locum decisio iureconsulti in d. l. hactenus. Nihilque habet vsufructuarius in ędibus denuo erectis; quia semel extinctus est l.repeti. ff.quibus modis vsusfructus amittatur.versi.rei mutatione,inquit Vlpianus,interire vsum fructum placet, veluti vsusfructus ædium mihi legatus est, ædes corruerunt,vel exustę sunt,sine dubio extinguitur vsus fructus. An & areæ,certissimum est exustis ædibus nec areæ, nec cementorum vsumfructum deberi,text.elegans in lege quid tamen. ff. eod. vbi in versiculo, non tantum de domo agit iureconsultus ex parte refecta, verum de ædibus collapsis vt vsusfructus vel retineatur,vel amittatur,tum in in versi.
20 agri † de agro agit, cuius vsusfructus relictus est, an inundatione amittatur,& in versi.sed, & si stagni,de vsufructu quærit stagni, si stagnum exaruerit,in versiculo (non tantum)de vsufructu agri,cuius forma mutata sit,quòd vsusfructus non amittatur,in quo text.est elegantissimus ad l.æquissimum.ff. de vsufructu.versi.si venas lapidicinarum. & ibi, forsitan & hæc deijcere poterit,in quibus vsusfructuarius fundi formam mutat,quod modo non agimus. deinde in versi. (certè sylv
21 uæ) de vsufructu agit sylvæ destructæ, an † destructa sylua & cæsa duret vsusfructus, an verò finitur esse existimandus sit, deinde de massa aurea,aut argentea,hoc est de auri,& argẽ-
22 ti rudis vsusfructu relicto † ex quo vasa sint confecta, vel scyphi,vel vrceoli,an ususfructus auri & argenti duret. Postremò donaui,deinde & de quadrigarum usufructu relicto,pe-
23 rempto equo † an duret ususfructus quadrigarum,quæ sunt pulchra exempla ad hoc quod tractamus, text.in l.qui usum fructum areæ. ff. de usufructu. uide Angelum in §.finitur.Instituti.de usufructu & l.25.tit.31.part.3. Vbi Gregorius Lo-
24 pez, in † patre tamen legitimo administratore qui filios in in potestate habet & bonis aduentitijs fruitur, ratione patriæ potestatis contrarium dicendum est, licèt enim usufructuarius uere sit, non tamen mutata forma rei extinguitur si bi ususfructus; durat enim semper patria potestas, quæ non patitur usumfructum perimi, immo cum ea continuatur usus, quamcunque formam res accipiat.Licet nouus insurgat mutatione rei ususfructus,eadem enim semper est acquisitio iuris potestate, quæ est optima declaratio ad omnia iura, de quibus supra glos.in l.cum oportet.§.non autem.C.de bonis quæ liberis.uersi.mobiles.quam probant Salic.& Paul. in authentica excipitur.C.de usufructu. nume.2.uerum igitur est,fructuarium usumfructum rei refectæ habere, nisi tota cõrruat,nec potest ipse impediri,quominus reficiat,quicquid autem protestetur dominus contra reficientem fructuarium, expensas tamen recuperabit ille à domino.

25 †Nec intelligendum est cogi posse dominum præstare pecuniam usufructuario,ex qua rem reficiat;ipse enim fructuarius si uelit reficere pecuniam sufficiet, & subministrabit,& suis expensis aget, deinde expensas has factas in magna refectione,perfecto opere repetet à proprietario,uel rem retine
26 bit,tempore consolidationis, ob impensas † nec item intelligas usufructuarium omnino teneri reficere,siue modice,si ue immodice reficiendum sit,iniquum enim esset compellere fructuarium,ut sua pecunia impensam faciat,cui iniquitati non satis consuleretur repetitione facienda à domino d. l.hactenus.ita tenet Paulus in d.l.eum ad quem, cõtra Bart. in l.cotẽ.§.fi.ff.de publica.& uectiga sed Bartolus re uera ibi dem tenet quod Paulus, & ita intelligit Barto. Imola in c.fi. num.20 de pignorib. & Bertrandus consilio 40.nu. 15. idem Bartol.in l.Nesennius. nu.7. ff. de nego.gestis, scilicet quod fructuarius non oneratur onere illo magnæ impensæ, nec cogi possit reficere immodicè, etiam si possit repetere immodicam illam expensam,si libens impenderit.Azo in summa.C.de vsufructu.numero sexto ad fi.quæ opinio æqua est, nam licèt custodiam debeat vsusfructuarius, custodia hæc non est extendenda eò, vt arctetur & cogatur ad magnam impensam eo prætexru,quòd eã repetere possit,nemo enim compelli potest,vt se committat obligationi l. cogi. §.si pater.ff. ad Trebellian. non oportet sub incerto conditionis se
27 committere,facit d.l.hactenus.d.l.eum ad quem,vbi † datur fructuario repetitio magnæ impensæ, non autem cogitur omnino facere,nec dominus. item nisi perfecto opere,si verò dominus velit reficere & facere suo modo hanc impensam, nihil obscurus vsufructui,poterit, & præfertur fructuario, argumento eius quod tradit Abbas in c. cum non sint. numero quinto. de decimis . ibi , interest domini, vt sit præsens.

28 † Præterea fructuarius si velit reficere immodicè,vt repetat magnam impensam, non necesse habet, antequam expendat,nuntiare domino,si expẽsa necessaria sit; cum enim custodiam debeat satis ad custodis officium pertinere,videri potuit refectio necessaria, vt ab hac nuntiatione fructuarius ex ea ratione diligentiæ & custodiæ liberetur, vtq; ea omissa adhuc repetere possit.Bart.in d.l. cotem §.fi.ff.de publicanis & vectigalibus.Pinellus eum secutus d.l.1. p.2.num. 72.ad fin.

Quomodo verò & qua ratione repetet, & consequetur fructuarius has impensas magnas,adnotandum nobis est in primis, illud esse citra controuersiam, vt si immodicè consumpserit inreficiendo,obseruata ratione tradita à Celso in d.l.hactenus, habere fructuarium omnium legum prærogatiuas, vt sibi conseruet eas impensas & meliorationes immodicas necessariò factas, itaque petet, excipiet, retinebit, & repetet,semelque traditas actione in factum consequetur iuxta ea quæ nobis latè supra tradita sunt de hac ipsa recuperatione expensarum, si verò de nouo ædificet, vel inchoatum ædificium exæd ficet obseruata item ratione l. vsufrurius. 51.& l. vsufructuarius 68. ff. de vsufructu, rem sibi certè proficuam & vtilem, non proprietario, & quæ ad voluptatem suam magis,quàm ad vtilitatem domini pertineat, fecisse visus est: cum enim vtilitas perspicienda sit non ex parte coloni,emphyteutæ,conductoris, vasalli, vel vsufructuarij in his expensis,quæ fiunt in reficiendo, vel de nouo ædificando, sed ex parte domini, vt adnotauimus supra.cap.1.

num.

Source : BIU Cujas

numero 22. cumque hæ ædificationes, incrustationes, & tectoria, de quibus in dd.ll. vsufructuarius. pertineant ad voluptatem magis, quàm ad vtilitatem domini, de quo est optimum responsum Modestini in l. ex duobus 22. ff. de nego gestis. ibi, maior frater in saltu communi habitationes paternas habente ampla ædificauerat, & ibi ob sumptus nulla re vrgentes sed voluptatis causa factos, eum, de quo quæritur, actionem non habere & adduximus supra cap. 5. nume. 9. reliquum est, vt has expensas, de quibus in dd.ll. vsufructuarius 51. & 68. quæ voluptatis sunt iuris intellectu abradat, vel separatas vendicet, cum nullo tempore donasse propter bonam fidem intelligi possit retinere certe, vel petere non potest; quorsum enim tectoria, incrustationes, & ampla ædificia sine domino, nihil perspecta voluntate proprietarij erigt? Voluptas certè est, & animi oblectamentum, cum etiam si sibi vtilis sit, aliunde sit perspicienda hæc vtilitas, vt diximus, vnde has expensas abrasione sine læsione consequitur, iuxta regulas nobis rraditas de bonæfidei possessore ad voluptatem expendente, separatas verò vendicauit, quandiu autem in solo ædificium erectum sit, nihil habebit.

Nec constituendum est, esse fructuarium adificantem de nouo, vel inchoatum ædificium perficientem, malæ fidei possessorem ex duobus. Primum: quia si malè fidei possessor esset, re vera cum in alieno solo ædificet & ex propria materia, & mala fide, necessariò sequebatur ex his tribus donatio à lege præsumpta quæ impediret vendicationem separatæ materiæ l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acq. rer. dom. iuxta ea quæ latius tradidimus supr. cap. 5. numero 19. ad interpretationē l. 2. C. de rei vend. cum verò ius separatæ materiæ concedat fructuario ædificatori vendicationem l. sed etsi quid 19. ff. de vsufructu. extorquendum est vel ab inuitis vsufructuariū exædificantem inceptum ædificium, vel ædificantem de nouo, non intelligi malæ fidei possessorem. Præterea est euidentissima ratio: quia generaliter de bona vel mala fide definire non possumus, namque bona vel mala fides vesantur in facto, non in iure, hoc est in conscientia particulari cuiusque, non in iuris aliqua dispositione, denique sicuti generaliter definire non possumus, omnem alienæ rei emptorem malæ fidei esse, nisi adsit scientia rei alienæ, quæ in animo consistit, ita non dici potest omnem fructuarium ædificantem esse malæ fidei; quia cum hæc mala fides consistat in animo cuiusque generalem non sustinet definitionem, & euenire potest, vt fructuarius eo animo faciat, quod intelligat, id cupere, & optare proprietarium, præsertim si inceptum & inchoatum ędificium perficiat alios non facturus; cum ergo in facto consistat bona vel mala fides, non potest fructuarius generaliter bonæ vel malæ fidei indicari, text. in l. bonæ fidei. 48. ff. de acqui. rer. dominio (puto verendum, inquit Paulus, ne nō sit bonæ fidei possessor, quanuis capiat; hoc enim ad ius, idest ad vsucapionem, illud ad factum pertinet, vt qs bona vel mala fide possideat, quod eo libentius adnotaui, quòd Frāciscus Hotomanus vir doctissimus censeat fructuarium ædificantem malæ fidei esse contra notissimas iuris regulas. libro 2. feudorum, hic finitur lex. §. si vasallus. folio mihi 263. & quod magis miror, ad hoc adducit d. l. sed si quid. quæ separatæ materiæ præstat vendicationem, quod fieri nequiret, si mala fide esset, vnde ex his illud aduertendum est, quòd si ædificium perfectum, uel de nouo erectum ab usufructuario euidenter utile sit proprietario, aliud obseruandum esse; tunc enim iudex cordatus recurret ad iuris regulas de utilibus expensis factis à bonæ fidei possessore, de quibus primo capite egimus: quia iam id possit ius, quo hæc ędificia ad uoluptatem pertinere intelligebantur, detecta utilitate ædificij, quapropter nihil fiet contra dispositionem dd. ll. ususfructuarius 51. & 68. quasi excluſa uoluptate, & reperta utilitate, quæ utilitas ex eo euidenter colligetur, si proprietarius omnino erat facturus, uel consolidatione facta illico uendidit argumento l. in fundo ff. de rei uendicat. quanuis enim illud statutum sit in d. l. sed si quid. uoluptas id exigebat, quòd si utilitas reperiatur, utilitas præcepta in bonę fidei possessore sequenda sunt, & est ęquum ex d. l. in fundo. & rationem habet.

29 † Atque ex his omnibus restat, ut quia magnam impensam ususfructuarius non tenetur facere, modicam autem tenetur, d. l. hactenus. cum iuribus supra adductis, quòd si modicam expensam in reficiendo omiserit, teneatur, itaque si ædes siue casu, siue culpa leui, uel lata, quæ proxima dolo sit, corruet ex parte, quæ tamen modicè expendendo refici possunt, teneri usufructuarium; cum enim percipiat fructus, reliquum est, ut ad modicam expensam teneatur, utrumque contigerit, nec in hoc requirimus culpam, uel latam, uel dolum. d. l. hactenus. & d. l. eum ad quem l. diuortio. §. impēdia. ff. soluto matrim. ubi gloss. & scribentes l. omnino. ff. de impensis in reb dotalib. factis d. l. 22. titu. 31. par. 3.

30 † Si autem expensa magna sit, tunc distinguendum est, aut deterioratio contingit ob culpam fructuarij, aut nulla eius præcedente culpa, si nulla eius præcessit culpa, sine dubio est ipsum non teneri immodicè expendere d. l. hactenus & l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimonio. quæ lex loquitur in marito ibi, (vel veterem totam sine culpa sua collapsam restituere, vbi scribentes, si præcesserit culpa, propter quam damnum contingit, quod magna expensa resarciendum sit, si ea culpa sit lata, non dubium est, quin oblatā culpam vsufructuarius teneatur, etiam si immodicè sibi sit expendendum, minusque dubitandum est, si dolus præcesserit, sed & idem dicendum est, si damnum illud leui ex culpa contigerit; cum enim in hac vsusfructus constitutione commodum domini, penes quem proprietas est, & fructuarij item vtilitas versetur, atque adeo vtriusque contrahentium, vel quasi emolumentum, vtriusque culpa comprehenditur. text. elegans qui ad hoc solet allegari in l. si seruus legatus 111. §. cum quid tibi. ff. de legat. 1. cum quid tibi legatum (inquit Aphricanus) fideique tuæ commissum est, vt mihi restituas, si quidem nihil præterea ex testamento capias, dolum malum duntaxat in exigendo eo legato, alioqui etiā culpam te mihi præstare debere existimaui, sicuti in contractibus bonæ fidei seruatur, vt si quidem vtriusque contrahentis commodum versetur, etiam culpa, si vnius solius dolus malus tantummodo præstetur, hæc Africanus, de leuissima autem culpa non tenetur, ita in simili concludit Ludouicus Molina libro primo cap. 17. numero 6. & est generalis traditio in omni deterioratione, & damno facto ad maritum, emphyteutam, feudatarium, possessorem maioratus, Episcopum beneficiarum, fructuarium, emptorem, commodatarium, & eum apud quem res aliqua deponitur; semper enim ad damnum ob culpam recuperandum recurrendum est ad hanc Aphricani decisionem & est d. l. hactenus. quæ custodiam & diligentiam requirit in vsufructuario, quæ diligentia leuissimam duntaxat culpam reiicit, quod patet ex his, quæ culpam leuem definiunt, uide Bartolum in l. cum res. §. culpa. ff. de legatis. 1. l. contractus. ubi Decius. ff. de regulis iuris. scribentes in d. §. cum quid igitur in rebus, quarum fructus habeo, damni contigerit, ut id resarciatur, si magna expensa requiratur, dolo malo, uel culpa lata, aut leui interueniente, certè ipse reficere teneor, etiam si magnam expensam sim facturus ex d. §. cum quid tibi, optima interpretatio ad d. l. hactenus. & ad l. eum apud quem. & ad omnia quæ de magna & parua impensa referuntur, & generalis est decisio, ut modo dicebamus.

31 † Ex quibus illud quoque deriuatur, an arbores scindere, & uendere possit, an uerò si sylua in usufructu contingat, an cedendo damnum feciſſe uideatur, ut ob eam causam in refectione quoque sibi sit expendendum, & ob culpam sibi sit quippam resarciendum, in quo breuiter cum Pinello d. 2. part. numero 59. dicendum est, esse distinguendum inter sylua cæduam, & non cæduam, est sylua cædua, cuius arbores semel cæsæ renascantur, contra uerò non cædua, cuius arbores cæsæ amplius non renascuntur, in quibus quoque frugiferæ numerantur l. sylua. 30 ff. de uerb. signi. Sylua, inquit Paulus, cædua est, ut quidam putant, quæ in hoc habetur, ut cæderetur, Seruius eam esse, quæ succisa rursum ex stirpibus aut radicibus renascatur, hæc Paulus, Pinellus existimat recurrendū esse ad regulam l. ex sylua. ff. de usufructu, quam postea aliter interpretatur diffusius, ego primum existimo constituendum, fructuarium arbores frugiferas scindere non posse l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de usufructu,

32 & † siquidem, inquit Iulianus, fundi ususfructus legatus est, non debere, neque arbores frugiferas excidere, neque uillam diruere, nec quicquam facere in perniciem proprietatis, hæc Iulianus, tenet Iason in lege prima. C. de iure emphyteutico. nu. 99. l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimo. secūdum intellectum Bartoli ibi, & post eum omnes. l. in fraudem §. conductor. ff. de iure fisci.

33 † Immo fructuarius si cędat arbores frugiferas, uel damnum faciat notabile, potest eiici ab usufructu. Alexand. in d. §. si fundum. Tiraquellus de Retractu conuentionali. §. 3. gloss. 1. numero 22. Moder. in consuetudinibus Parisiensibus §. 1. gloss. 1. numero 31. Paulus, & Detius in authentica qui rem. C. de sacrosan. eccles. ubi Paulus refert non impediri expulsionem ob cautionem, quam usufructuarius præstitit, se boni uiri arbitratu usuram, & tenet cum Paulo Pinellus, ubi supra. num. 60.

34 Nec † enim proprietario esset bene ꝓsulū, si ususfructuarius rē deteriorē faciens, non repelli posset; tpe. n. expectato totius ususfructus ueritas occultaretur, & probatio difficilis, uel fere impossibilis, redderetur, quod & in emphiteuta dicit esse recipiendum ex Baldo in d. l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimo. quem defendit Alexan. d. §. si fundum. &

Pau-

Source : BIU Cujas

Paulus,& Decius d.authenti. qui rem.Tiraquel.vbi supra,& Iason d. numero 99. Aymon consilio 300. numero 1. & alij quos refert & sequitur Pinel. vbi supra contra Ioannem de Imolam, & Roman.in d.§.si fundum.Angelus de Aretio in §.fin.Institut.de vsufruct.& Afflict. lib.3. feudorum si de feudo fuerit controuersia inter domin.& agnatos.§.licet vasallus. numero 14.& est text. expressus in l. eleganter §. primo. ff.de dolo.non solum (inquit Vlpianus) si alia actio non sit, sed etsi dubitatur, an alia sit, putat Labeo de dolo dandam actionem,& adfert talem speciē, qui seruum mihi debebat uel ex venditione,uel ex stipulatu, venenum ei dedit, & sic eum tradidit, uel fundum, & dum tradit imponit ei seruitutem,uel ædificia diruit, vel arbores excidit, uel uineam extirpauit, ait Labeo siue cauit de dolo, siue non, dandam in eum de dolo actionem;quoniam si cauit,dubium sit, an cōpetat ex stipulatu actio,hæc Vlpianus,qui text.elegans est,vt non obstante cautione illico possit agi aduersus deteriorantem,uel potius destruentem, & damna facientem. Si enim finiti ususfructus tempus expectes, fortasse probatio deficiet l.2.ff.si vsusfructus petatur.vbi,si ab hærede(Pomponius ait) ex testamento fundi ususfructus peritus sit, qui arbores deiecisset, aut ædificium demolitus esset, aut aliquo modo deteriorem vsumfructum fecisset, aut seruitutes imponendo,aut vicinorum prædia liberando, ad iudicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, vt usufructuario hoc quod interest ab eo seruetur, hæc Pomponius l. hoc amplius. §. ultimo. ff. de damno infecto.Celsus (inquit Vlpianus) rectè scribit, si ædium tuarum vsusfructus Titiæ & damni infecti dominum repromittere, aut Titium satisdare debere, quòd si in possessionem missus fuerit is,cui damni infecti cauendum fuit,Titiam uti frui prohibebit,idem ait eum quoque fructuarium, qui non reficit, à domino vti frui prohibendum, quæ iura adducunt hi de quibus supra mentionem fecimus. Et habent locum in patre legitimo fructuario & administratore bonorū filij ex Pinello vbi supra,& emphiteuta & fructuario, ex eadem ratione,quæ in his reperitur, & pertinent ad damnum,& deteriorationem utcunque contingat, siue dum excidis arbores fructiferas, siue dum destruis fundum,dum deterioratio notabilis sit,& culpæ tribuatur,unde fructuarius etiam si immodice expendat ad refectionem & reparationem tenetur ex his quæ diximus.

35 † At uerò in sylua cædua si vsusfructus relictus sit,fructuarius cędere potest,ita tamen vt in incisio ad fructum pertineat,non verò ad destructionem d.l.ex sylua.ff.de vsufructu, intelligemus autem de arboribus non fructiferis, & syluam cæduam,arboresque cæduas, dum tamen renasci possint,licèt longo tempore, atque has ab vsufructuario posse cædi existimamus,quæ licèt longo tempore renascantur, tamen sunt in fructu.Alexand.consilio 118. numero 3. & 7.libro 5. Curtius senior consilio 70.num.8.Parisius consi. 111.nume. 32.lib.1.

36 Ex † qua resolutione poterit maritus incidere has arbores quæ longo tempore renascantur, item & alij ad quos syluæ cæduæ fructus pertinent, quod in emphiteuta obtinendum est, & alijs ex eadem ratione; pertinent enim ad fructum,& tandem renascuntur,licèt contrarium teneat Pinellus ubi supra.part.2.num.59.& sunt quotidiana, quæ enim renascuntur ad fructus pertinent l.diuortio. §.si uir.ff.solut.matrimo. ibi quia neque in fructu marmor est, nisi talis sit, ibi fructus renascuntur, secundùm communem & receptum intellectum, de quo textu nobis infra parte secunda agendum est, cum de computatione fructuum & meliorationum egerimus:facit l.fin.ff.de fundo dotali,quicquid enim renascitur, in fructu connumerari conuenit, propterea ad fructuarium pertinet,unde ad l.sed si grandis.ff. de vsufructu,ubi arbores grandes uetat Paulus Iureconsultus incidi, dicendum est ex his,quę diximus,intelligendum esse,vt ea lex habeat locum in arboribus grandibus,quæ nō renascuntur,ac non cæduis, & ita intelligunt glo.& Angelus ibi, & Alciatus in l.sylua cædua.ff. de uerborum signifi. quod magis suadetur, præterea quòd iuris ratio ita cogit intelligere ex continuatione: quia d. l. sed si grandes.opponitur d. l. ex sylua, quæ in posteriori parte cui adhæret loquitur de sylua non cædua.

37 † Illud præterea aduertendum est,quòd si vsusfructus alicui relinquatur syluæ non cęduæ particulariter, & ita arborum quæ non renascuntur, ne legatum sit inutile, poterit fructuarius cędere temperate tamen, ne (uti dicebamus)incisio pertineat ad destructionem, sed ad fructum l.diuus.ff. de vsu & habitatione.ibi: quia (inquit Pomponius) nisi liceret legatarijs cędere syluam, & uendere sicuti fructuarijs licet, nihil habituri essent ex eo legato, & ita tenendum est cum Pinello d.numero 59. & hæc pertinent ad damnum & deteriorationem & magnam impensam,quòd si usufructuarius ultra id, quod sibi permissum est,inciderit,tenebitur,& ob culpam damnum resarcire, etiam si uel immodicè expēdat ob eam causam,neque enim abuti rebus debuit,uti certe potuit.

38 †Mutare quoque formam rei usufructuarius non potest; neque enim ex uinea efficiet pratum, nec destructis ædibus columbarium,nec ex sylua hortum, nec rursum ex horto salyctum,aut uiridaria l.æquissimum.ff.de vsufructu, fructuarius(inquit Iulianus) causam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere potest, & aut fundi est vsusfructus legatus,aut alterius rei,& siquidem fundi vsusfructus legatus est,non debet,neque arbores frugiferas excidere, nec uillam diruere, nec quicquam facere in perniciem proprietatis,& si fortè uoluptarium fuit prædium,viridaria,& gestationes & deambulationes,arboribus infructuosis opacas,atque amænas habens,non debet deijcere,ut forte hortos olitorios faciat,vel aliud quid,quod ad reditum expectet,& Iureconsultus loquitur de fundo & eius vsufructu, fundus autem continet omnem agrum, & ædificium l.fundi appellatione.ff.de verb. & rerum significat. quid autem habere debeat fundus, explicat eleganter,ut solet, Marcus Cato de re rustica.cap.2.ad fin prædium quod primum fiet firme rogabis,inquit ille,sic dicam,de omnibus agris optimoque loco, si emeris agri iugera centum,uinea est prima, si uino multo siet, secundo loco hortus irriguus, tertio salyctum,quarto oletum,quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo sylua cædua, octauo arbustum, nono glandiaria sylua,

39 hæc Cato,in quo quod † attinet ad pratum reprehenditur à Columela, cui primum locum tribuit, inter agros omnes, existimatque à ueteribus pratum fuisse dictum quasi paratum,quòd paratas habeat opes, hæ igitur sunt partes fundi, has non obscurè Iureconsultus significauit in d. l. fundi appellatione. dum ait,fundi appellatione oēm agrum ꝓtineri, igit in hoc fundo unusquisque ager continebit suam formam,nihilque mutabitur. neque hortus in uineam, neque uinea in pratum,neque rursum pratum in campum frumentarium,nec ipse in salyctum, aut oletum, vtique frui potest fructuarius, mutare uerò quicquam nihil potest.Neque no-

40 uum faciet l.usufructuarius. la 1.51.ff.de usufructu.† Vsufructuarius (inquit Neratius) nouum tectorium parietibus, qui rudes fuissent,imponere non potest;quia tametsi melio rem excolendo ædificium domini causam facturus esset,nō tamen id iure suo facere potest,aliudque est tueri, quod accepit,aliud nouum facere.Quæ fuerint ista tectoria, satis explicant Vitruuius lib. 7. cap. secundo. Fiunt autem plerumque aut gypso aut pura calce, & quod tectorium fit, dicitur opus albarium,aut arenatum, aliquādo marmoreum à marmore,& vocantur artifices tectoriorum albarij, non albini,

41 ex † quo restituenda est litera, in l.secunda. C. de excusatione artificum,vbi pro albarijs, albinos posuit Typographus, ita restituit Philander Gallus d. libro septimo cap. secundo ad Vitruuium.

42 † Adeoque non potest fructuarius nouum opus facere,vt nec perficere inchoatum opus possit l. vsufructuarius.68.ff. de vsufructu.ædificium inchoatum,inquit Neratius,fructuarium consumare non posse placet, etiam si eo loco aliter vti non potest,) ratio eius decisionis ea est:quia usufructus mutata forma rei consistere non potest, ex his quæ superius diximus,& ita sentiunt glos.Albericus, Angelus,& Fulgosius, in d.l.usufructuarius 68.& Angelus Aretinus in §.fin.ad finē Instituti.de usufructu,& est uera ratio quam defendit Pinellus ubi supra contra Curtium in l.2. ff. de iurisdict.omnium iudicum.numero 59. & contra Corasium lib.1.Miscellaneorum ca 6.omnia enim necessaria, ut fructuarius utatur fruatur, uideri poterunt concessa, sine quibus ususfructus constare sibi non posset,idque ita accipiendum est, dum tamen formam rei fruendæ non mutet,atque in hunc sensum sunt accipienda iura aliquot.l.1.§. ususfructus petatur l. diuus. ff. de usu & habitat. intelligimus ibi non esse mutatam formā rerum,& hæc ratio anceps est,ipsumque proprietarium cōprehendit; neuter † enim in alterius damnum & præiudicium potest mutare formam rei, quæ fruenda conceditur l.

43 fin.ff.de usu & habitatione d. l. æquissimum. §. inde Nerua. uersi.quod Labeo. ff. de usufruct. ibi quod Labeo etiam in proprietatis domino scribit.

44 † Ex quibus omnibus singularis est decisio tex.in d.l.æquissimum.§.proinde.versi. & si forte, cuius verba quoniam difficilia ex his sunt, addere libet, (et si forte in hoc quod instituit plus reditus sit quàm in vinetis,vel arbustis, vel oliuetis, quæ fuerunt,forsitan hæc deijcere poterit, si quidem ei permittitur meliorare proprietatem)quæ verba sunt Iuliani, at verò Iabolenus idem argumentum tractauit in l.fi.ff.de fundo dotali.& in l.diuortio.§.si vir. ff. solu. matrimo. sed abstinuit ab hac vitium expulsione, & extirpatione, neque illarum

Source : BIU Cujas

rum argumentum ad vsumfructuarium pertinet, quantum ad hoc, quod tractamus, an scilicet fructuarius vires eijcere, extirpareque possit, vt lapidicinas instituat, quod quidem Iulianus contra Iureconsultos reliquos fatetur, idque apertè, vnde responsum illud Iuliani difficile est, quo vno videntur reliqua iura labefactari, quæ de non mutanda forma prædij constituta sunt, plura numero, & authoritate forsan superiora. Accursius ibi verbo, deijcere, variè soluit, illa verò solutio, si qua diluere difficultatem poterit, placebit, quòd paterfamilias, qui vsumfructum concessit, & reliquit, lapidicinas illas instituerat, quòd si obijcias, neque inchoatum quidem opus potuisse vsufructuarium perficere, respondet Accursius, ex voluntate domini, qui eas instituerat, fuisse perfectas, & vites eiectas, & extirpatas, adiuuant verba iureconsulti ibi, (vel quas paterfamilias instituit) & rursum quæ sequuntur verba, & si forte in eo quod instituit, vt hæc verba referãtur ad patremfamilias, vt ex voluntate ipsius videri possint: vites extirpatæ, & depulsæ, quasi id omnino facturus esset hæres, secutus patrisfamilias voluntatem, vnde nec morte eius existimamus peremptam voluntatem, quasi permanentem in hærede, qui ex voluntate patrisfamilias, qui lapidicinas instituerat, omnino fuisset extirpaturus vites, & institutus eas lapidicinas, quod si Accursij displiceat sensus, difficilè lex interpretari poterit propter formam mutatam agri.

45 †Alias etiam expensas facit fructuarius ratione fructuum, quibus vtitur, & fruitur; tributa enim & onera rerum, reliquaque grauamina subijt, & ex hoc capite immodicam quoque facit impensam, quod tradit Pinellus d.l. 1.parte 2.num. 72. & post eum Aluarus Vazquez, vt solet, latissimè & optimè quæstione iuris emphyteutici. 17. & post hos Ludouicus Molina de Primogenijs Hispanorum, libro primo cap. 27.num.8.

46 †In quo iuris indubitata regula est, vt qui fructus percipit, omnia hæc onera subeat, sequuntur enim fructus, à quibus expensæ hæ pendent. Matthæus de Afflictis in constitutionibus Neapolitan.lib.1.rubrica. 97. §. vltimo.nume.5. Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ.rubrica.4.§. 6. Gigas de pensionibus.q. 38. & q.43. Baldus, Angel. & alij in l. hactenus, sæpius allegata, Auendanius de exequendis mandatis Reg. Hispaniæ.lib. 2. capitulo 14. Oroscius in l. inter debitorem.ff.de pactis Pinellus, Aluarus Vazquez, & Molina, vbi supra.

47 †Quod adeò verum est, vt pro rata teneantur ad tributa & onera realia, & ad alia omnia, quæ præstantur ratione rei, quicumque fructuum aliquam partem percipit, namque pro ea parte oneris quoque & tributi subibit grauamen. Matthæus de Afflict. in §. præterea ducatus. lib. 3.feudorum.titu.de prohibita feudi alienatione per Federicum, nu.53.item decisione.252.nu.2.quod descendit ex ea ratione; quia hæc onera fructus sequuntur.

48 †Præterea non solum pertinet ad eos qui fructus percipiunt solutio onerum & tributorum, quæ consueuerunt solui ante vsumfructum cõstitutũ, sed & de nouo imposita, tex. in l.quæro. ff. de vsufructu legato Afflictus in d.§. pterea ducatus.num.57. & Bart. in d.l.quero facit l.seruitus.ff.de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Pinellus vbi supra. Aluarus Vazquez quoque num.5. qui optimè respondet ad l. Seio. §. medico.ff.de annuis legatis. vide apud eum.

49 † Quòd si fructuarius emerit vsumfructum, vel ex causa onerosa contingat, ut quia in dotem acceperit fructus beneficij decennio, triennio, vel quinquennio nil interest percipiendos, vel emeris vna summa, vel insolidum acceperis, itaque si contingat ex causa onerosa, is minimè teneretur ad onera extraordinaria, quæ minimè consuessent exigi, & fieret deductio pretij, pro ratione deductorum fructuum, namque d.l.quæro. loquitur in legatario, & ita in causa lucratiua, & ad hunc sensum intelligenda est d.l.hactenus, cum similibus. Expensæ enim minuunt valorem fructuum, vt per Alexand. Iason. & Imolam, quos ad hoc adducit Pinellus vbi supra num.72. versiculo ex quo à paritate rationis; ea enim natura est fructuum, vt semper expensas excipiant; neque enim dicitur fructus, nisi qui supereat deductis expensis, quare in his extraordinarijs tributis vsufructuarius ex causa onerosa; quoniam non tenetur, si ex hac causa expenderit, id recuperauit tanto minus soluendo.

50 Ex quanuis verissimum sit dependere solutionem onerũ & tributorum à fructibus, in vsufructuario illud recipimus, vt ad onera præterita minimè teneatur, neque ad decursas pensitationes, quæ tempore domini debitæ, solutæ tamen non sunt, faciebat in hoc difficultatem decisio text.cum gloss. in l. imperatores.ff.de publicanis & vectigalibus. ibi (ipsa prædia non personas conueniri) & ibi, (ideo possessores etiam præteriti temporis vectigal soluere debere) ibi Paulus & melius decisio Matth.de Afflict.95.text.in l.tertia §.fi. ff.de censibus.ibi (ob tributa præteriti temporis) ex quibus Pinellus secure in vsufructuario id recipiebat, ut ad onera præteriti temporis teneretur, idque d.numero 72. versic.nonò ampliatur, quod tamen sane intelligendum erat, vt scilicet conueniri cum effectu posset, at verò exacta ab ipso onera & tributa ab hæredibus proprietarij recuperare possit, ita tenebat, retenta opinione Pinelli, glos. & scribentes in d.l. imperatores. & Aluarus Vazquez d.q. 17.numero 22. Quitamen in vsufructuario circa præterita onera, & tributa, & impensas huiusmodi, existimat fructuarium posse conueniri propter hypothecam, vtpote rei obligatæ possessorem, fructuarius enim naturaliter rem possidet, qua fruitur & vtitur. Tiraquel.in tracta.de morte.3.part.declaratione.1.numero quarto dominus D. Couarr. doctissimus in regula, possessor. 2.part.in principio.numero quinto glo. ibi Iason, & reliqui in l.naturaliter.ff.de acquiren.possessione. igitur ait Aluarus Vazquez, posse conueniri fructuarium quasi possessorem ob hypothecam, quasi denegata hypotheca, aut prætermissa necessaria excussione contrarium fuisset dicturus, idque dict.q.17.numero 23.

51 Constat † enim prædia ipsasque res pro his oneribus & tributis in his ipsis rebus repertis obligatas esse, & infectas esse quibusdam tacitis obligationibus; nam de expressis quo modo inducantur pro his tributis annuis, diximus supra, capit. quarto.numero 30. cum de expensis egimus, quæ circa alimenta contingunt, de hac autem obligatione vide Antonium de Fano de pignoribus.2.part.membro 4.num 125. Iason & ante eum Paulus in l. idem Iulianus. §. hæres igitur. ff. de legat.1. Aluarus Vasciuis dicit. quæstione 17. num. 20. & 21.l.25.titu.13.part.5. vbi Gregorius Lopez, itaque censet Aluarus Vascius ex hac hypotheca conueniri posse vsufructuarium tanquam rei naturalem possessorem. Cassaneus autem in consuetudinibus Burg.rubrica.4.§.6.nume.4. & eum secutus Auendanius de exequendis mandatis reg. Hispa.cap 14. num.15. tenent fructuarium omnino non teneri de præteritis, cum glos. versi. Solarium, in d.l. idem Iulianus. §. hæres. ff. de legatis 1. Quæ non habet reprehensorem, & licèt ita videbatur dicendum cum glos. supra allegata, tamen ea difficilis est propter dispositionem d. l. imperatores. illud certum est, & citra dubium, quòd si fructuarius conuentus tributa præterita soluat, magis enim est, vt de ipsis possit conueniri tanquam possessor naturalis rei pro eisdem obligatæ, aduersus hæredes defuncti cuius tempore cęperunt deberi recursum habeat, saluumque sibi & integrum ius remaneat, vt à se exactum recuperare ab eis possit.

52 †Quod † quidem generale est in omni possessore rei, quæ sine certo authore obligata est ad tributa, vt si præterita & decursa soluerit onera, conseruet nihilominus sibi ab eo, & eius hæredibus: qui debere cœpit, iuxta quem sensum exponitur oportunc text.in d.l.idem Iulianus. §. hæres.ff.de lega. 1.cum glo. ibi & communi, vt ibi hæres teneatur ad onera præterita in effectu; quia fiscus primò exigit à legatario possessore, & demum legatarius ab hærede. Ita interpretantur Alberi.Bart.Imo.Paul.Alexand. & Iason ibi. Tiraquellus primo retractu.§.6.glos.1.num.7 quod recipiendum est in omni eo, qui ad præteritas pensitationes & decursa tributa conuenitur, vt solutum ex hac causa recuperare possit ab eo, seu eius hæredibus, qui debere cœpit, vnde nouus possessor beneficij, qui iura Episcopalia, vel pensiones decursas præteriti temporis soluit; propter quæ vt pote possessor conueniri potest, secundùm Cardinalem in Clement.1.de censibus q.11. ab hæredibus mortui id recuperabit.

53 †Item & possessor prædij, qui decimas prædiales præteriti temporis soluit conuentus iuxta gloss. in capit. tua nobis.capit.pastoralis. ad finem, de decimis. & quæ tradit Federicus de Senis cons. octuagesimoprimo. & defendit contra Chassaneum in consuetudinibus Burgund.rubric.quarta §.sexto numero quinto versiculo & suporter. Aluarus Vazquez d. quæstio. 18. numero octauo hic quoque solutas à se decimas, ab antecessore verò debitas hoc quem diximus modo recuperauit.

54 †Quin & nouus successor in beneficio decursas pensiones soluens, pro quibus conueniri posse certum est, Gigas de pensionibus.quæst.43. Philippus Francus in capit. fina. §. fina.numero quarto. de officio ordinarij. libro sexto. Ioannes Baptista Caccialupus, in eodem tractatu de pensionibus. quæstio.vndecima eadem item recuperauit, ex gloss in dicto §.hæres, & communi interpretatione, idem exigit ratio; vt quanuis possessores conueniantur, exactas ab illis pensiones, recuperent, qui vere earundem erant debitores propter prædia, quæ possederunt tributaria, & obligata propter pensiones, onera & tributa, & qui fructus ex quibus omnino deducenda fuissent perceperint, ex ratione d.l. Imperatores, eadem iuunt.

Idque

Source : BIU Cujas

55 †Idque obtinuit,etiam si inter vsufructuarium & possessorem rei,prædij,fundi,vel beneficij (nihil interest)pro quo aut ex fructibus cuius pensio soluitur, vel tributum, pactum & conuentum sit,ne possessor omnino teneatur pro tributis & pensionibus,non enim valet hæc pactio, vt fiscum amouere possit à petitione tributi debiti contra rei possessorem, qui nihilominus ac si pactio illa nunquam intercessisset, conuenitur, & tributa soluit l. penultima. & vltima. C. sine censu vel reliquis fund.compara.non poss.id enim sonant verba illa, sine reliquis,idest sine obligatione soluendi reliquum,qđ excensu debeatur, ita exponit Rebuffus ad constitutiones regias, tractat.de constitu.redditu.articu.primo.gloss.15. Oroscius in l.inter debitorem.ff.de pactis.vbi bonus textus. Antonius de Fano de pignoribus.septima parte.membro 3. numero 9.quod quidem ita accipiendum est,vt hæc pacta non valeant in præiudicium fisci, qui nihil istiusmodi pactionibus constringitur,cæterum, quantum attinet ad concedentem vsumfructum, si voluit vsufructuarium immunem ab his oneribus & tributis, ad hæredem ipsius pertinebunt,etiã si à fructuario soluta sint,tenet Oroscius vbi supra,& post eũ Aluarus Vazquez d.q.17.nu.14.

56 †Quin & illud obseruandum est,non solum teneri fructuarium onera,& tributa realia, quæ insunt rebus,soluere,propter fructus ab eo percep tos, quos illa sequantur, quocumque vadant, sed etiam tenebitur soluere collectas, collecta namque etiam si imponatur primo & principaliter personis imponitur tamen pro bonis,& ad rationem fructuum, & redituum; neque enim istæ collectæ insunt rebus, sicuti tributa,& onera alia realia,sed personam quærunt, pro modo tamen rei, fructus,& reditus, Barto.in dicta l.quæro.ff. de vsufructu legato.Baldus,& Angelus in dicta l.hactenus. sæpius allegata, Romanus & alii in dict.l.Imperatores. Petrus Vbaldus in tractatu de collectis.Afflictus in feudis,quæ sunt regalia.§.plaustrorum.numero 40.Licèt enim differant in aliquibus tributa a collectis,vt per Bartho. & Plateam in l.1. C. de annonis.libro 10.& Alexand.consilio 78.libro sexto. & consilio 35.libro 4. & Baldus in l. fin. numero 3.& Salycetus numero 5.C. sine censu vel reliquis. & alios quos refert Aluar. Vazquex.dicta quęst.17.numero 8.& alios retulerat Pinel.d. numero 72. ampliatione 10. ad finem, qui ambo reprobant Rebuffum in dicta l.1.C.de annonis.libi. 10.qui existimabat collectam esse diuidendam inter dominum & eum,qui fructus lucrabatur contra iuris veram & fundatam rationem, qua receptum est,ex fructibus deducenda esse hæc ipsa onera;cum enim collecta licèt principaliter imponatur personis soluitur tamẽ ratione bonorum, & pro modo redituum & fructuum, quos quis ex bonis percipit,necesse est:vt qui fructus percipit bonorum,collectas quoque subeat sicuti & tributa,quòd si partem fructuum pro rata quoque onus istud sentiet.

57 †Quòd si fructuarius pensionem soluit, pensionarius item pro rata suæ pensionis collectas soluat,& ita vnusquisque secundum emolumentum fructus, in simili in emphyteuta, & domino qui canonem percipit,notant Afflictus.d.§. plaustrorum.numero 36.Lucas de Penna in l.vna C.de imponẽ. lucrat.descriptione.libro 10.Idem in l.fina.C. de fundis limitro.libro 11.Alexand.in l.vbi purè.ff.ad Trebellia.& in l.quoties.ff.ad legem Falcidiam.Iason in l.non amplius.ff.de lega. 1.& dominus proprietarius pro rata pensionis collectam soluit,argumento l.si quos.C.de rescindend.vend.l.2.C.de prædiis nauicula. libro 11.Platea in l.prima.C. decens. & censit. Aluar. Vazquez. dicto numero 8.quod est quotidianum & vtile ad multa.

58 †Ex qua resolutione infert ad pensionarium & beneficiatum:vt teneatur vterque ad decimas Papæ,& charitatiua subsidia pro rata fructuum,pensionarius autem pro rata pensionis.Caccialupus vbi supra,quæstio.17.Gigas quæst. 38.39. & 90.Rebuffus de pacificis possessoribus.nume.120.Cassaneus in consuetudinibus,Burgun.Rubrica 3.§.6. numero 7. Tiraquellus de primogeni.quæst.75. nume.10. Quod notandum est ad nouam collectam del Dezmero,concessam Philippo Regi nostro potentissimo,vt pensionarij quoque detrimentum patiantur,& diminutionem,ex hac regula, ex eo fit: ut quotidie videamus pensiones concessas immunes, liberas, & exemptas ab omni decima,onere, & tributo, & collecta etiam nouiter imponenda, quod est notandum pro his qui partes fructus percipiunt, vulgò sui curas,vna cum Rectoribus de quibus supra capi. 9.ad fi.egimus,omnes enim pro rata tenentur ex portione fructuum, quos percipiunt, ad has quoque collectas.

59 †Illud præterea in hoc addendum est, quòd etiam si hæc omnia vera sint,& secundùm iuris rationẽ, si aliter se habeat præscripta legitimè consuetudo, quod attinet ad tributa & onera realia,vt scilicet domini prædiorum, non vsufructuarius beneficiati,non autem hi qui partem fructuum sine cura animarum percipiunt, vel emphyteutæ non directus dominus, soluant hæc tributa & onera, consuetudo hæc inueterata seruanda est,plurimum enim valet in solutione onerũ & tributorum.gl.& Ioannes Platea in l.1.de annonis & tributis.lib. 10.l.litibus.§. hæc de redditibus.C. de agrico.& censit.libro 11.l.Celsus.ff.de proba.Auendanius li.2. de exequẽ. mandat.reg Hisp.c.14.nu.19.& 21.Deci.consi. 285. nume.2. Bal.consi.365.lib.3.

60 †Vltimò quod hoc casu, quo vsufructuarius soluit collectas ratione fructuum habetur consideratio fructuum integre,idest non deductis expensis in colligendis, conseruandis & conserẽdis fructibus,idq; ratione publicæ vtilitatis, quod tradit Auenda.d.c.14.nu.15.Matth.de Affli.decis.252. tradit etiam Aluar.Vazq. vbi sup.qui ab eis decedit,& meritò, ego enim eam sententiam reciperem nunquam, nullus enim casus est,qui hoc genus deductionis impediat, vt diximus c. 1. supra,id rationi maximè quadrat,quæ enim vtilitas reipublicæ persuadere potest,vt quæ iuris constitutio in cæteris iuris partibus locum habeat,aduersus rempublicam in odiosis tributis non habeat, an respublica extorquebit à me cum fructibus laborem,impensam,& substantiam meam,nulla ratio id suadet: fructus enim non solum percepti, & à solo separati,in qua specie nulla dubitatio est,intelliguntur deductis impensis huiusmodi,sed & pendentes & solo affixi hanc diminutionem impensarum sentiunt: vnde cum hoc iuris sit, vt quocunque tempore fructuarius moriatur omnes quos percepit fructus,ipsius hæredi relinquantur,reliqui verò & pendentes & stantes ad proprietarium pertineant §.is ad quem. Instituti.de rerum diuisione l.in singulos.ff. de annu.legatis. vbi fructuarius (inquit) etiam si maturis fructibus nondum tamen perceptis decesserit,hæredi suo eos fructus non relinquit l.si fructuarius.13 ff.quibus modis vsusfructus amittat.l. qui scit.25.§.primo.ff.de vsuris.l.arboribus.12.§.5.ff. de vsufructu.atq; par ratio est in contrariam partem,vicissim enim & fructus pendentes in agro tempore inchoati vsusfructus, ad vsumfructuarium pertinent l.si pendentes.27.l. si vsusfructus.35.ff.de vsufructu.Vtroque autem casu æquum est,vt siue maturis fructibus decedat fructuarius has impensas proprietarius,si vero proprietarius,& tunc vsufructuarius rependet,quas vterque fecerit,dum arant,stercorant,serũt, & omnem culturam suo labore, & opera adhibent, semper enim fructus intelliguntur deductis his impensis, vt diximus l. fructus.ff.soluto matrimonio.l.1.C.de fructibus & litium expẽsis l.fundus.ff.fam.ercis.l.quod in fructibus.46.ff.de vsuris.Atque illud quod diximus de fructibus sanè intelligendum est, si fructuarius per se agros colat,nam si colonis pro pensione colendos dederit,tunc de pensione alia ratio est:diuiditur.n. inter dñm & heredes fructuarii l.si operas. 26. & l. defuncta. 58.ff.de vsufructu.Franciscus Hotomanus lib.2.feudorũ hic finitur lex §.his consequẽter.& latius & melius D.Didac. Couarru.Variarum.li.j.c.15.per totum.Et quamuis recepta sñia intelligat fructuarium debere soluere onera,& tributa rei,ita tñ,ne solutis onerib.legatum vsusfruct.maneat sine vtilitate,

61 quasi dicat †non teneri fructuarium soluere hęc onera,si his solutis nihil sibi vsusfruc reliquum esset,& ita legatum remaneret sine vtilitate,idq; cum gl.in l.si pendentes.§. si quid. verbo pertinebunt.ff.de vsufructu.Dyn.relatus à Bar.in l. pen.§. fi.ff.de leg.3.Cyn.relatus ab Alex.in l.apud Iulian.§.si quis.in fi ff.de leg.1.Moder.in consuetudinib.Parisiensib. §. 22.gl.1. nu.6.allegant l.qui concubinam.§.qui hortos ff.de leg.3.sed verè ille tex.nihil facit ad hanc qõnem,nec ibi agitur de one re aliquo aut tributo,legauit ibi testator fructus hortorum, quos ad quinquennium conduxerat à populo Romano, rñdet in ea specie Iureconsult.teneri hæredem soluere mercedem populo Romano conductionis,ne legatum fiat inutile legatario soluente mercedẽ de tributo,aut onere, nec temere,nec immeritò dubitauit Alex.in d.§.si quis.& ꝫ cõem tenuit Ang.in l.eum ad quẽ.in fi.C.de vsufructu. & ita ꝫ cõem cõcludit Pinellus,& merito d.nu.72.limitat.7.vbi ad propositum alia adducit.Sæpe ẽt contingit, vt fructuarius diminutionẽ sentiat ex vsufructu,quia sæpe res,in quibus habiturus erat vsumfr.ad æris alieni solutionẽ subtrahuntur, vnde vsusfructus quoq; diminuitur,quæ inuestigatio eo pertinet,an vsufructuarius teneat̃ ad ęris alieni solutionẽ,& pertinet ad l. fi.de vsufructu leg.quem tex.explicat D. Didac.Couarru.per 6.conc u.Variarum,li.2.c.2.Ludouicus quoq; Molina explicat materiam li.j.c.10.ferè per totum,summam attingemus, & in primis iure cõi illud expeditum est,vt fructuarius certæ rei nihil noĩe ęris alieni expendat,d.l.fi.ff.de vsufructu legato ibi.at si certarũ rerũ vsusfruct legatus erit,nõ idem obseruabit,imò nec actiones actiuæ vel passiuæ transeunt in fructua

Source : BIU Cujas

rium; quia actio personalis non sequitur singularem successorem l. finali. ff. de contrahenda emptione l. prima. §. si hæres percepto. ff. ad Trebellianum. Itaque in hac specie nō solum non est actio contra fructuarium, verum nec deductio aliqua debiti: rursum nec in fructuario quotæ partis hæreditatis est æris alieni deductio l. si quis seruum. §. fina. ff. de lega. secundo. quia hæreditas intelligitur deducto ære alieno, & ita subtiliter cui pars quota hæreditatis relinquitur æs alienū soluit pro rata portionis, & actiones actiuæ & passiuæ transeunt in eum, cui pars hæreditatis relinquitur, licèt hæreditatis partem intelligamus deducto ære alieno. Bart. in dicto §.
62 finali. l. si quis seruum. Paulus, & Raphael Cumanus † idem obseruandum est, si vsusfructus partis bonorum relinquatur quia tunc debita & onera deducuntur l. generali. §. finali. ff. de vsufructu legat. vsumfructum tertiæ partis, inquit Scæuola, bonorum suorum vni ex hæredibus legauerat ibi, an eximenda sint ex quātitate, vt reliqua dumtaxat pecunia, si hoc elegerit hæres, reddi debeat, respondi reliquæ pecuniæ tertiam præstandam, in hoc autem casu vbi quota bonorum relinquitur, vt æs alienum soluatur, non conuenitur, nisi hæres ipseque hanc deductionem facit, reliquumque ex manu dat legatario, Peralta post Paulum in dicto §. finali. l. si quis seruum. Rodericus Xuarez in l. quoniam in priorib. 7. ampliat. numero 12 & 13. Dominum Didacum Couarru. vbi supra. Molina vbi supra numero 8. quod si relinquatur vsusfructus omium bonorum, vel totius hæreditatis: tunc est locus decisioni dictę l. finali. ff. de vsufructu lega. & legatarius omnium bonorum, vel totius hæreditatis, quem rectius hæredem vocabis, tenetur & cōuenitur ob debita, idem Dominus Didacus Couarruu. & Molina vbi supra, & Petrus Peralta in l. tertia. §. qui fideicommisso. numero 106. ff. de hæredibus instituend. & hæc iure communi statuta sunt. Vide etiam Guillelmum Bened ctum in capitu. Raynutius. de testamentis. verbo, & cætera bona. numero 43. vt si fructuarius pręueniat hæredem soluendo, retineat res pro debitis quousque sibi satisfiat. & Bart. in d. l. finali. ff. de vsufructu legato quæ addenda sunt ad Antonium Gometium de contractibus. tomo 2. cap. 15. num. 7.

63 †Nunc de lege 21. Tauri agendum est in cuius explicatione mire variāt nostri Hispani interpretes, an scilicet corrigat ius commune, quod diximus, scilicet an melioratus in tertio & quinto bonorum possit conueniri pro rata æris alieni, ex dispositione illius legis; constabat enim ex superius adductis, eum cui pars quota bonorum relinqueretur, non teneri actiuè, nec passiue ad debitorum solutionem, sed deberi ab hærede peti, qui deducturus videretur ex bonis ex dicta l. generali. §. finali. ff. de vsufructu legato. At verò in legato, aut prælegato rei certæ nihil neque ab hærede deducebatur nomine æris alieni, necque quicquam soluere tenebatur legatarius rei certæ, neque ea de re conueniri poterat, nec hæres pro rata item rei illius, etiam si pretiosa esset, quicquam deducturus erat nomine æris alieni, hoc in vtroque casu videbatur correctum dicta l. vigesimaprima. vt melioratus in parte quota bonorum, scilicet in tertio & quinto teneretur, & conueniri posset ob æs alienum, pro rata tamen omisso hærede. ibi, Sean obligados los tales mejorados a los pagar por rata de la dicha mejoria como si fuessen herederos en la dicha mejoria de tercio y quinto Tum etiam vt ex prælegato certæ rei, deduceretur æs alienum pro rata, atque ob eam rem conueniri posset legatarius, aut melioratus, ibi, Lo qual mandamos que se entienda, ora la dicha mejoria sea en cosa cierta, o en cierta parte de bienes.

Et in hoc plures ex nostris existimant legem nostram correxisse ius commune, Dominus Didacus Couarruu. Variarum. libro secundo. capitu secundo. numero secundo. Rodericus Xuarez in l. quoniam in prioribus. septima extensione. numero 8. idem & Liberius Cisuentes, Palatios Rubios, Tellius Fernandez, Gregorius Lopez in l. secunda. titu. 9. partita sexta. in gloss. verbo, La manda, in altero casu dicit concordare cum iure communi, in altero ait esse correctoriam, Petrus Peralta conatur ipsam ad ius commune adducere in l. tertia. §. qui fideicommissam. numero 143. ff. de hæredibus instituendis. & in l. si quis seruum. §. finali. ff. de legatis secundo. Ludouicus Molina vbi supra, ait omnes qui hucusque de ea lege scripserunt aut errare, aut æquiuocè locutos fuisse: & primum intelligit totam legem, in tota sua dispositione vt loquatur in prælegato partis quotæ bonorum, scilicet in melioratione tertię & quintæ partis bonorum, aut saltem in tertia, vel quinta, nusquam verò agere prędictam legem de prælegato in certa re, & verba illa, Lo qual mandamos que se entienda, ora la dicha mejoria sea en cosa cierta, intelligit, scilicet de melioratione tertij & quinti in re certa assignata, de qua loquebatur in principio legis, & ita tenet ipsos fuisse, qui intelligunt esse deducenda debita ex prælegato rei certę, nec correctum in hoc censet ius commune.

Vnde si pater prælegauerit filio fundum Seianum, censet, ex fundo non esse deducendum ęs alienum pro rata, & incorrectum esse ius commune, & hūc casum expellit à dispositione d. l. 21. quasi de eo nihil actum sit.

In altero vero casu, scilicet in prælegato tertii, aut quinti bonorum, de quo intelligit prędictam legem, censet etiam incorrectum ius commune, vt melioratus non sit conueniēdus, sed hęres, ponderat tex. qui dicit, tempore diuisionis bonorum esse deducendum ęs alienum, quod si appareat ęs alienum post diuisionem, tunc in effectu teneri melioratum ait, quasi dicat prius conueniendum heredem, tum demum melioratus tenebitur hęredi, hic fere sensus est, acutus sanè, nescio tamen an ęquè vtilis, & ex eiusdem legis ratione, mihi neque probatur, neque reprobatur, legum nostrarum semper publicam vtilitatem quęrere sum solitus, propter quam editę videri possunt, illum enim circuitum vt hæres conueniatur, tum ab hęrede melioratus non probo, verba etiam illa, Sean obligados a las pagar, como si fuessen herederos, fortiora sunt omni solutione.

Prętera illa lex in eo est noua & elegantissima, quòd filius qui patris hęreditatem repudiauit contentus prælegato tertij, aut quinti, debita paterna soluat ex prælegato, contra ius expressum in l. prima. C. si certum petatur. cum enim possit quis prælegatum acceptare repudiata hęreditate l. qui filiabus. §. finali. ff de legatis primo l. secunda. titulo 9 partita sexta cumque melioratio tertij, & quinti inter filios prælegatum sit, argumento l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis primo. l. quoties. C. familię erciscundę. & dicta l. vigesimaprima. cumque debita ex hęreditate integrè deducantur non ex prælegato. dicta l. prima. C. si certum petatur. qui est textus expressus, profecto dicta l. 21. in eo est singularis, vt debita ex prælegato deducātur: & ita videbatur ex ea correcta d. l. 1. C. si certum petatur.

Sed reuera ego existimo dictā l. primā. C. si certum petat. non esse correctam ex dicta l. vigesimaprima. namque prędicta l. prima. loquitur in eo qui hęreditatem acceptauit, vt hic pro prælegato nihil debitorum soluat, ibi, tu & frater cohęres tuus, & ibi, pro portionibus hęreditarijs, at verò dicta l. vigesimaprima. procedit in eo qui repudiauit hęreditatem paternam, qui dolo facere videtur, accepto lucro, & reiecto ęre alieno ad fratres, in quem iuxta veram rationem l. prima ff. si quis omissa causa testamenti: iustè fuit dicta l. vigesimaprima. constitutum. vt ad debita pro rata teneatur, secus forsan erat dicendum si hæreditatem acceptasset, ex dicta l. prima. C. si certum petatur. quo casu dicta l. vigesimaprima. nihil disponitur, vnde ex hac ratione existimo D. Didaci Couarruu. declarationem verissimam, ex ratione dictę l. vigesimęprimę. quę versatur in melioratione rei certę & partis bonorum, cum filius lucrum captans relinquat hęreditatem onustam ęre alieno, meritò tunc ex prælegato debita quoq; deducuntur & ipse tenetur, & conuenitur.

64 †Iste autem fructuarius quoniam res omnino finito vsufructu restituendę sunt, vt dict. § finitur. tenetur à principio inuentarium singularum rerum conscribere, & potest ad id compelli, cum teneatur ad rationem, curam, & diligentiam exactè descripta qualitate & quantitate rerum fruendarum, vt melius damnum, vel melioratio finito vsufructu cognosci possit l. prima. §. rectè. ff. vsusfructuarius quemadmodum caueat. quem textum licèt glo. verb. fauent intelligat de consilio, intelligendum est omnino compelli posse. Angel. in §. constituitur. Instituta. de vsufructu. Rebuf ad constit. Gallię, tomo primo. tractat. de sententi. prouiss. articu. 13. gloss. 3. numero 8. Iacobinus à sancto Georgio in l. finali. §. primo. C. de
65 iure deliberand. Matth. de Afflictis decisio. 342. quod etiam in patre legitimo administratore bonorum filii recipit, & tenendum censet Pinellus dict. l. prima. secunda parte. numero 23. nec distinguimus inter descriptionem rerum, vel inuentarium, dummodo constet, quid quantumque ad patrem peruenit, in hoc enim idem existimamus inuentarium & descriptionem, licèt distinguant Boerius decis 61. nu. 7. Guido Papa decisione 351. Bertrandus consilio 243. lib. 1. nume. 6. Cumanus consi. 88.

66 † Quod quidem non solum habet locum in fructuarijs, sed & in beneficiatis, quos nonnulli valetudinarios vsuariis prospera verò valetudine fructuarijs similes esse existimant. gloss. in capitul. præsenti. de officio ordinarij in sexto Barbatia in cap. requisisti. de testamentis. numero 34. vide Abbatem in c. cum esses. de testamentis. In quo tamen an sint vsuarijs, an verò fructuarijs similes misèrè variant Scribentes, cum verius sit, nec esse illis, neque his similes, sed habere dispositionem fructuum beneficiorum taxatam, & limi-

tatam

Source : BIU Cujas

tatam à iure,nõ verò liberam,alibi enim disponere possunt, & habent suas distributiones liberas,alibi verò non. quia taxatum & limitatum est eis dominium fructuum : vt non sint vsurarij,facit titulus & ius quod habent in re,& fructuum perceptio,& distributio, item administratio instar dominij, vt non sint fructuarii, facit,quod de fructibus ipsis liberè disponere non possunt,nisi certis casibus a iure expressis,quos omnes,vide apud Dominum Couarruuiam in capit.cum in officijs.numero 2.& 3.de testamentis.idq; magis recipiendum est in Episcopis per ea quæ notat Couarruuias in capitul.1. eodem,per totum, cum igitur in his sit quædam ratio, quæ militat in fructuarijs, immo omnia quæ adducuntur, vt fructuarii cogantur inuentarium facere,in his sunt fortiora, dicendum est teneri eos ad inuentarij confectionem, cum ea res in nihilo sibi noceat,plurimum verò prosit, & pertineat ad vtilitatem Ecclesiarum,& earundem bonorum : quæ ratio facit,vt inuiti teneantur,ita tenebat gloss.in cap.qualiter. el secundo verbo.redde.de accusationibus.& in cap.auditis. de in integrum restitut.& in ca. nulli. de rebus ecclesiæ.& in cap.ea quæ.de officio archidiaco.& expressa glo.in ca. manifesta.12.quæstio.2.Paulus in l.Orphanotrophos.C.de episcopis & clericis.Bertachinus de Episcopo libro 4.par.4. nume. 28.Ancharanus & Imola in capi.cum in officijs.de testamentis.Aretinus consi.31.quæ opinio rationem habet,ea scilicet quæ fructuarium compellit ad inuentarij confectionem, argumen.dictę l.primę.§.rectè. cum enim sit quædam futura restitutio in his bonis, & debita & vtilis administratio, & ratio quædam reddenda eorum quæ perperam administrata sint,vt dicemus proximè,planè recipienda est hæc opinio cõtra aliam opinionem receptam etiam,quæ contrarium asserebat, ex duobus,tum quòd nullibi cõstitutum esset, Episcopos,& Rectores,vel beneficiatos, debere facere inuẽtarium rerum ad Ecclesias suas pertinentium, quod quidem non est sine difficultate,cum in administratoribus receptum sit, atque adeo vbicunque restitutio futura est,item ex eo quod sibi non noceat, prosit verò plurimum Ecclesiis, earumque rebus.

Ex quibus reliquum est,vt hæc opinio sit recipienda,contra Abbat.in quæstio.3.dubio 4.& Felynum in ca. cum deputati.de iudiciis.Barba.dicto ca.cum in officijs.nume.10.tum ex eo fundabatur hæc opinio,scilicet ne tenerentur ad inuentarium,quod Episcopi,& rectores beneficiorum non poterant videri similes tutoribus.gloss.in cap. fi.quæst. 53. Abba. in d.c.auditis.& alij quos refert Couarruuias in d.c.1.de testamentis.nu.9.quod quidem etiam si concedamus,nõ esse eos similes tutoribus,obtinere tamen debet,vt omnino teneantur conficere inuentarium: quia ad damna proculdubio tenentur,& ad deteriorationes, vt videbimus, & est quædam restitutio,quæ duo sine inuentario intelligi nullo modo possunt,nisi enim intelligas, qui fuerit status rerum, quæ qualitas,quæ quantitas,ad Ecclesiam pertinentium, damnum intelligi non potest, vel vtilitas,nec melioratio, aut deterioratio,necessariò enim ponendũ est antecedens ad consequens si sine altero alterum intelligi non possit l.ad rem mobilem. l.ad legatum.ff.de procuratorib.tum ex eo quòd hoc inuentarium in nihilo ipsos grauat,vide infra c.16.nu.39. vbi adducitur ius antiquum.

67 †Et ita videmus,ex his rationibus id receptum in pluribus aliis,non solum in tutoribus,scilicet in hærede,qui hæreditatem restituturus est gl.in l.in ratione.la 1.§.quod vulgo. verbo nimiam,approbata.ff. ad legem Falci.& in l.prima.§. hęc verba.verbo sufficiunt.ff.si cui plusquam per leg.Falcid. Vincentius de Herculanis in dicto §.quod vulgò.Guido Papa de cisione 381.incipit vtrum hæres. numero primo.l.10.titu.6. partit.6.

68 † Item & in possessore maioratus tenuit Petrus Peralta in l.3.§.qui fideicommissum.nu.45. ff.de hæredibus instituendis,idque non solum in primo possessore,sed in singulis aliis comprobat Ludouicus Molina de Primogenijs Hispa.lib.1. c.28.nu.4.idque concludit ex his rationibus in fideicommissario vniuersali,nu.6.

Quapropter prælati Ecclesiarum tam maiores,quàm minores compelli quidem poterunt facere inuẽtarium, saltem earum rerum quæ ad eos,& in eorum potestatem deueniũt, & hæc opinio habet rationis fundamentum,iure comprobatæ,quæ cordatum iudicem mouere potest; namque tenentẽ resarcire omne damnum, propter eorum negligentiam in rebus Ecclesiarum suarum contingens.gloss.in authen.idem de Nestorianis.C.de hæreticis, notat Ioannes de Platea in l. vna.C.de colonis Illyrican. libro vndecimo. Gregorius Lopez in l.septima.titulo 9.partit.sexta.Molina in dicta l.1.c.27. numero 3.

69 †Ex quibus,vti ipse ait, in regno Castellæ obseruatum est forensi vsu, vt mortuo Episcopo, sequens obtineat apud regios supremi Senatus Senatores præceptum,vt iudex regius vicinior Episcopatui compellat hæredes defuncti, vt nominent æstimatores,seu taxatores damnorum, quæ res Ecclesiæ passæ sint toto tempore, quo Episcopus mortuus obtinuit Episcopatum, qui cum nominatis à nouo Episcopo æstiment,& taxẽt damna,& deteriorationes,electo etiam tertio,non conuenientibus duobus,factaque æstimatione restituitur pecunia nouo Episcopo,vt damna resarciat, & repa-
70 ret † quod quidem cum in Episcopis receptum sit,eadem ratio poscit,vt in reliquis quoq; minoribus prælatis recipiatur in quo ipse episcopus poterit præceptum dare ; condignum enim est,vt suis sumptibus & expensis reparent res, quas sua negligentia destruxerunt, sicuti in possessoribus maioratuũ existimat recipiendum Molina vbi supra.

71 †Meliorationes autem quę fiunt à prælatis,siue necessarię ad quas omnino tenentur,siue vtiles,ædificando de nouo in prædijs Ecclesiæ,vel reficiendo,vel plantando,vel quid aliud faciendo,hæc omnia ad Ecclesias pertinent,nihilque eo nomine ad hæredes prælatorum pertinet, siue maiores prælati sint,siue minores,siue Rectores beneficiorum; quia cum fiãt post dignitates,Episcopatus,& beneficia quæsita, planè sunt bona intuitu Ecclesiæ quæsita,& quæ processerunt ex fructibus ipsius Ecclesiæ,& talia præsumuntur.gloss.& Doctor.in cap.1.de peculio clericorum.& in capit. 1. de.testamentis.& quamuis in Hispania inoleuerit consuetudo, vt clerici testari possint,de qua multa D.Couarruu.in capi. cum in officijs. de testamentis.numero 9.& Dominus Franciscus Sarmiẽto de reditibus Ecclesiasticis 3.parte.& est hodie lege lata apud nos comprobata inter leges nouiter compilatas.l.3.tit.8.lib. 5 Ordinament.

In his tamen meliorationibus, quæ factæ reperiuntur in beneficijs,& dignitatibus, & Episcopatibus nunquam illam consuetudinem audiuimus receptam ; de illis enim nunquã disposuere prælati, nec in his hæredes clericorum vnquam sunt auditi,ad Ecclesiam enim pertinent,ex bonis cuius processerunt:nec enim par ratio est meliorationum, quæ fiunt à laicis in bonis,illæ enim omni iure ad eos pertinẽt, & sunt in eorum bonis.Baldus in l.fi.§.fin. C. communia.de legatis. numero 6 & in l.Senatus.§.Marcellus.vbi Aretinus. ff. de legatis primo.communis Dec.consi.518. numero 2. & consil. 326.numero 4.& in authen.qui rem.numero 14.C.de sacrosanct.Ecclesijs.magis communis Beroi.quæstio.96.numero 4.& dicit dubitatione carere Cepha.consil.213. numero 13. & 14.lib. 2.& ratio est : quia faciunt illi has meliorationes ex fructibus,qui pleno & integro iure ad se pertinent, quorum plenissimum habent dominium, in prælatis, & beneficiatis non item; fructuum enim,ex quibus fiũt hæ meliorationes, nõ habent dominium,sed taxatam & limitatam distributionem,quare eum non fiant expensis proprie ipsorum, relinquuntur Ecclesiæ,in qua factæ reperiuntur: nõ enim sunt domini fructuum,vt patet ex his quæ tradit D.Couarru.d.c. cũ in officiis.& in c.1.eodem. ideo ad Ecclesiam modis omnibus pertinent.

Ex quo iuris fundamento meliorationes quæ fiunt à Canonicis in illis bonis,quæ accipiunt sub specie emphyteusis perpetuæ,vel conductionis ad vitam,pacta mercede,ad vitã tamen & refectionem,vulgò,En las tenencias, que se arriendam entre los capitulares, vt sibi reditus suæ Canonicæ sua manu percipiant,reliquum verò reddant Ecclesiæ,si quid superfit, remanebit Ecclesiæ, nihilque hæredes canonici nomine harum meliorationum percipient; quia ex fructibus Ecclesiæ processerunt, qui pleno iure ad canonicum non pertinebant, & intuitu Ecclesiæ acquisita sunt, in quibus illæsum reperitur ius commune, vt ad Ecclesiam pertinere videantur: cum enim bona illa nunquam egressa sint extra Ecclesiam; quia canonicis traduntur pro refectione, meritò Ecclesia retinet meliorationes illas : licuti si fierent à prælato, & par ratio est in prælato,Episcopo, beneficiato, & in canonico, qui expendit de fructibus canonicæ in bonis Ecclesiæ,in quibus fructibus verè distributionem habebat limitatam,atque taxatam non liberam.

Quod tamen intelligendum est, si canonicus morte bona meliorata relinquat : nam si bona illa à se auferantur, & Ecclesiæ iterum applicentur ex causa,quę non accedat commisso,tunc quidem æquum est meliorationum haberi rationem, argumentum capituli primi. de in integrum restitution.erit tamen locus compensationi cum fructibus perceptis ex bonis, secundum antiquum statum, antequam perficerentur meliorationes, de quo inferius agendum nobis
72 est,cum de compensatione egerimus.† Quę diximus autẽ supra de beneficiato meliorante intelligenda sunt,si prelatus,sine beneficiatus,aut Episcopus,siue canonicus simpliciter fa-

Source : BIU Cujas

ciant meliorationes, & expensas nomine suo, cum fructus quoque percipiat dignitatis, Episcopatus, beneficii, aut tenẽ tiæ, namque si expensas faciant nomine Ecclesiæ, quasi cum ea contrahens, ipsamque obligaturus, tales scilicet, quæ excederent fructus beneficii, deductis expensis inferendo, colligendo, & conseruando, & attingerẽt ea ratione proprium patrimonium, aut si nullos fructus perciperet: tunc quidem illud quod de suo expendit, idq; nomine Ecclesiæ recuperauit, vide Abbat. in c. de multa. de præben. & dignitatibus. nu. 14. & in c. fi. de peculio clericorum, & Boerium decision. 44. nu. 14. ad finem, qui optimè in hoc loquuntur, & sunt quotidiana: quocunq; autem casu sine læsione rerum poterunt ab radere dolia, scilicet, arcas frumentarias, & alia id genus, quæ seperari possunt, neque quisquam in contrarium apte argumentabitur, à fructuario, feudatario, emphyteuta, vel conductore; quia hi habent plenum dominium fructuum, & expẽsarum. ex quibus fiunt meliorationes, episcopus, beneficiatus, prælatus, & canonicus, ex singulari dispositione iuris Canonici non item.

73 †Immo in hoc casu non fit compensatio meliorationum cum damno, itaque si episcopus beneficiatus, vel canonicus meliorauit ædes, in eamque rem impendit mille, at verò culpa & negligentia sua in alijs rebus damnum reperiatur, siue ad mille, siue ad quingenta, non fit compensatio damni cum melioratione: quando enim damnum contingit ex culpa, tunc non est cum lucro compensandum. Bartol in l. si negotio. numero 1. ff. de negotiis gestis. & ita practicatum in prælatis in supremo Senatu Regio, testatur Ludouicus Molina lib. 1. cap. 27. numero 7. & ante eum attigit, & ita tenet ex eodem fundamento Gregorius Lopez in l. 7. tit. 9. parti. 6. & est ratio communis, quæ habet locum, tam in Episcopo, quàm beneficiato, vsufructuario, marito, emphyteuta, & in reliquis si ob culpam contingat deterioratio.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquitus simile vsufructui, & nu. 2. aduocatus quis, & nu. 3. de feudi origine, opinio Budei, & Zasii.*

4 *Clientelæ Romanæ exemplum ex Plauto, & numero 5. enumerantur & referuntur iura omnia, quæ de Clientelis Romanis mentionem faciunt, sex numero.*

6 *Refellitur opinio Zasii, & Budei, & Cantiunculæ adductis rationibus.*

7 *Traditur opinio Mod. Par. & nu 8. quod in Pandectis, & Codice, & Nouellis constitutionibus vocamus authentic. non reperiatur verbum vasallus.*

9 *Mod. Paris. temere & sine authore asserit Hispanos victos & debellatos à Carolo Magno & nu. 10 Carolum Magnum victum ab Hispanis. & nu. 11. Rolandi ad fauces Pyrinei mors.*

12 *Rex noster Philippus Inuictissimus à Carolo Magno originem ducit. & nu. 13. referuntur omnes à Carolo ad dominum nostrum Philippum.*

14 *Lucæ de Penna opinio de origine fundi, eadem cum opinione Sonsbechij.*

15 *Francisci Conani opinio, & nu. 16 soldurij, soldata, soldatos, vnde dicti. & nu. 17. refellitur opinio Conani.*

18 *Lelij Taureli de origine feudorum opinio, & nu. 19. agri limitrophi qui, & quod Hispanis sunt fronteras. & nu. 20. alia opinio refertur.*

21 *Censitores agricolæ vel censiti an locum fecerint vasallis feudisticis, & nu. 22. mansus vel mansum quid, & nu. 23. curtis quid, & nu. 24. corte quid, & curia, & feudum in curte & extra curtem, & quid cors, vel cohors, & corte verbum Gallecum.*

25 *Coloni armati de quibus apud Cæsarem, & Salustium an sint vasalli feudistæ.*

26 *Francisci Hotomani de origine feudorum opinio, & num. 27 feudum & beneficium idem.*

28 *Adriani Papæ & Federici bellum, propter verbum hoc beneficium.*

29 *Segnor quid, & senior, & nu. 30. feudum vnde, & quid fuda, & difeidare, vel difidere.*

31 *Parum curamus leges agentes de æthimo vocum, & numero 32. feudum quid.*

33 *Feudum regale vel dignitatis quod, & vnde originem traxerit.*

34 *Feudum ligium quid, & vnde dictum sit.*

35 *Feudum Francum quid, & numero 36. vnde hæc tria feudorum genera manarint.*

37 *Marchia, quid, item & Marchio, & vnde, & Mariscalcus, & Comes, vassus, valuasores, valuasini, infeudati beneficiarij, & fideles.*

38 *Bassæ Turcarum an a vasis dicti, & numero 39. qui propriè vassi, vasalli, qui valuasores, qui valuasini dicantur.*

41 *Applicatur Lelij Taureli & Hotomani opinio, & numero 41. quòd Hispani Barones ferè regale habeant feudum, & num. 42. quòd in Hispania sit feudum ligium, & nu. 43. quod sit feudum francum.*

44 *Feudum aliud nouum, aliud antiquum, & vtilitas distinctionis huius ad emphyteutam.*

45 *Feudum aliud rectum aliud non rectum, & nu. 46. feudum guardiæ, guastaldiæ, cameræ, cauenæ, & soldatæ quid.*

47 *Quantum liceat argumentari ab vsufructuario ad feudatarium.*

48 *Feudatarius sicuti vsufructuarius rem feudalem conseruat, tuetur & defendit, ne res deterior fiat.*

49 *Si rem dominicam deteriorauerit, an priuandus veniat feudo, sicuti vsusfructuarius.*

50 *Et quod ad priuationem interpellatio necessaria sit in vasallo.*

51 *Deterioratio ad priuationem feudi qualis esse debeat, ex Mod. Paris. & Iulio Claro, qui mutuo non desident in hoc.*

52 *Quodque in hoc plurimum valeat prudentis iudicis arbitrium.*

53 *Domini Hispani habentes castra tenentur ea reparare suis sumptibus.*

54 *Qualis culpa requiratur in vasallo non reparante & deteriorante.*

55 *Vasallus qui iurisdictione quam habet abutitur, eadem priuatur.*

56 *Negligentia vasalli, vel iudicis inferioris in administratione iustitiæ operatur, recuperationem ipsius Regi, & eius iudicibus.*

57 *Rex Hispaniæ solus fundat intentionem in iurisdictione in Hispania, & concurrit cum inferioribus. & nu. 58. delirare eos qui Regi nostro solum gradum appellationis relinquunt.*

59 *Hæc negligentia iudicis inferioris in hoc Galleco prætorio quomodo intelligitur.*

60 *Dominus etiam feudi ex hac causa priuatur proprietate feudi.*

61 *Quæ, qualis, quantaque iniustitia requiratur, officio iudicis relinquitur.*

62 *Feudatarius ad onera, & tributa quoque sicuti fructuarius tenetur.*

63 *Expendit etiam vasallus nomine collectarum, & talearum quæ imponuntur.*

64 *Comites, Duces, Marchiones, & Capitanei superiorem recognoscentes non possunt imponere collectas, & taleas, & nu. 65. quod hoc sit limitatum in re nostro ad quantitatem trium millium morapetinorum.*

66 *Parochiani exigentes aliquam quantitatem inter se ad comparandas vestes sacras, & vasa, non uidentur imponere collectas.*

67 *Respublica potest compellere ciues suos, vt ociosam pecuniam mutuent ad necessitates publicas subleuandas.*

68 *Vbi verè collecta imponitur iure nostro non sufficit consensus ciuium.*

69 *Vasalli & feudatarij emphyteutæque Ecclesiæ subeunt collectas impositas à domino nostro Rege.*

70 *Mutata qualitate personæ fit bonorum quoque & qualitatis ipsorum mutatio, & infertur ad quotidianam quæstionem in hoc prætorio Galleco.*

71 *Expendit vasallus reparando, soluendo tributa, onera, & collectas, non admissa distinctione magnæ vel paruæ quantitatis.*

72 *Expendit etiam nomine alimentorum alendo dominum esurientem.*

73 *Donatarius donatorem suum esurientem alit, qualiter quantumque.*

74 *Benefacere benefacientibus naturalis quædam æquitas est.*

75 *Feudum quoque emitur, & dicitur feudum emptum, & vasallus emens feudum non tenetur alere.*

76 *Vasallus tenetur alere filium domini emortui, sicuti ipsum dominum.*

77 *Expendere vasallus an teneatur pro domino incarcerato, vt ipsum liberet.*

78 *Vasallus an incidere possit arbores frugiferas.*

79 *Euertere domos, & incidere arbores frugiferas idem ius est.*

81 *Excisio arborum generaliter fructuario, marito, emphyteutæ, vasallo, fideicommissario, possessori maioratus, & conductori ad longum tempus prohibita est.*

81 *Circa arbores frugiferas excidendas plurimum tribuitur consuetudini, loci qualitati, et arborum naturæ, ad euitationem pœnæ.*

82 *Expendit vasallus quia suis sumptibus sequitur dominum bellantem, et ualuasores comitantur Regem Romanorum suis expẽsis, item et ualuasini ualuasores suos.*

83 *Expendit etiam feudatarius, feudum hæreditarium quid, et ex prouidentia quid.*

84 *Meliorationes factas a uasallo in feudo, finito feudo per generationem, vel aliter domino, an acquirantur vel uasallo, agitur de §. si vasallus, hic finitur lex et incipiunt consuetudines, et quod verius sit domino acquiri.*

De feudatario vasallo ex pendente, vel melioran te rem Dominicam.

Caput duodecimum.

Post eam quam de vsufructuario

instituimus disputationem, constituta recuperatione meliorationis, & expensarum, traditaque ratione omnium quæ expendit circa res, quas vtendas, fruendasque suscipit, item & demonstrata Iure consultorum sententia circa damna & deteriorationes, quæ negligentia ipsius contingant in his rebus quæ sibi fruendæ traduntur, quoniam pleraque ex illis trahuntur ad vasallum, emphyteutam, maritum, & cõducto rem, de his quoq; nonnihil agendũ est, priusq; de vsufructuario disputandum fuit, vt quæ illis cum eo cõia inuenirentur, prę monstrata esse intelligant. Inter hos vero vasallus vel feudatarius primum locum obtinuit, qui initio eius iuris, quod

nos

Source : BIU Cujas

nos feudorum vocamus,nihil ferè ab vsufructuario separaba
1 tur.Initio † enim consuetudinum feudalium feuda in sui pri mæua origine erant momentanea, neque nisi ad tempus cō cedebantur,immo si verum amamus,personalia erant,sicuti & ipsum ius fruendi,quod cum persona extinguitur,nec aliquod ius dominij, nec vtilis nec directi transferebatur in vasallum,sed ipsa commoditas duntaxat quam vsusfructus quoque nomine intelligimus,quæ commoditas sicuti in vsufructuario animaduertimus morte finiebatur, ob eamque causam neque ad hæredes suos,legitimos, vel extraneos feudalis illa commoditas transibat.c. vno. In quibus causis feudū amittatur §.in primis.versi.huius autem generis, ibi, ita datur alicui,vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatę penes dantem remaneat,vsusfructus verò illius rei, ita ad accipientem transeat,vt ad eum hæredesque suos masculos siue fœminas (si de his nominatim dictum sit)in perpetuum pertineat.Postea vero sensim receptum fuit,vt ad filios & nepotes ex eis tantum extenderetur, deinde ad descendentes masculos primum vsque ad quartum postremò vsque ad septimum gradum,& nouissimo iure vsque in infinitum & perpetuò protraheretur.ca.vno.§. hoc quoque.de feudi succession.Ibi,& olim obseruabatur vsque ad quartum gradum, tamen secundum quosdam hoc ideo: quia postea nō vocatur feudum paternum,alij autem dicunt vsq; ad septimum gradum,postea vero alia natio & gens aliam consuetudinem recepit,vnde hæc iura consuetudines quoque nuncupari consueuerunt:qui locus suo iure proprio id exigit, vt de primordio feudorum nonnihil attingendum sit, quod quidem vt meipsum lectionis varietate recreem,eos enim excessus non poscebat institutum nostrum,non grauare quidem faciam, video enim præclarissima ingenia in diuersas sectas abeuntia,quod quidem rei difficultatem satis ostendit; tum etiam quia iucundus labor est,antiquitatem rerum indagasse, quā licèt non assequaris,dum aliorum scripta in vnum colligis, optimè de studiosis commeritus videri poteris, quibus doctissimorum sententias proposueris,vt ex his liceat sibi, quā eruditiorem esse iudicarint,amplecti,nec enim hæc a doctis reijcienda sunt,quæ passim in priuatas disputationes incidūt quorum si imperitus sis,quamuis ad forum parū pertineant, indoctior tamen iudicaberis:nec nostra hæc ætas pragmaticos accipit,aut probat,qui vllam iuris partem à se sequestrēt & alienam iudicent.

2 †Omnia decent aduocatum,& causarum patronum, quē si ex Cicerone definire velimus,eum esse dicemus,cuius domus oraculum est ciuitatis,cuique ex hac causa ignorare nihil liceat,vt animaduertant,quam prouinciam succipiāt,qui aduocati munus insolenter sibi ambiunt.

3 †Guilielmus igitur Budæus vel suis duntaxat de asse & partibus eius editis commentarijs posteritati illustris in l. Herennius.ff.de euictionibus.ad priscorum Romanorum institutum feudalia hæc iura refert, apud quos iā inde à Romuleis temporibus, patronorum & clientum institutæ noscuntur necessitudines,quæ initium habuere ex Dionysio Alicarnaseo libro 2.quem adducit Vldaricus Zasius,secūdus post Budeum,licèt ipsum non referat,existimo:quia nondum ad manus eius peruenerat,alioqui vir ingenue eruditus virum eruditissimum non dedignaretur habere socium, & comitem excogitatæ quoque à se sententiæ.quamuis eo nomine,non obscurè reprehendatur à Mod.Par.in principio,in consuetudinibus Parisiensibus,num.12.& seq.Dum eum tamen variè laudat:Romanæ igitur Clientelæ initium fuit,fauor egentiū permissum enim fuit plebi Romanę, quem sibi vellent ex Patricijs in patronum eligerent,vt his fortunarum suarum defensoribus iniuriam potentiorum propulsarent, succepto p
4 his a Patricijs apud iudices patrocinio, officium † patronorum apud Romanos omnibus suis coloribus depictum extat hodie apud Plautum Comicum,& veterem Poetam,qui quoniam elegans locus est,huc tranferri non iniquum duxerit,qui Romanæ Clientelæ exemplum desiderauit, nō reperturus apud hos,qui ad eam iura hæc dominicalia contrahūt Menchemus igitur surreptus apud Plautum in Menechemis, actu 4.scęna.2.seipsum excusans quòd citius ad amicam redire non potuisset,patronorum & Clientum munera ea ętate recepta ita proponit.

At hoc viuitur more morum molesto maxume omniū.
Atque vti quique optimi sunt maxumi, morem hunc habent,
Clienteis sibi oēs volunt esse multos,boni ne,an mali siēt,
Id haud quæritant, res quæritur magis, quàm Clientum fides,
Quoiusmodi cluat,si pauper est,atque haud malus,
Nequam habetur sin diues malus est,habetur is Cliens
Frugi, qui neque leges, neque æquon, neque bonum vsquam colunt.
Solicitos patronos habent,datū denegant,quod datū est,
Litium pleni,rapaces,fraudulenti sunt viri,
Qui aut fœnore,aut periurijs paratam rem habent
Mens in querelis,iuris vbi dicitur,dies simul
Patronis dicitur,quippe qui pro illis quæ malæ fecerint
Loquantur,aut ad populū,aut in iure,aut res est ad iudicē
Sicut me hodie nimis solicitum quidam habuit Cliens,
Neque quod voluit agere, quicquam licitum est, ita me adtinuit.
Ita detinuit apud ædiles prælijs factis plurimis
Pessumisque,dixi causam,conditiones retuli
Tortas,confragosas,plus minus, opus quàm erat, multo dixeram
Controuersiam vt sponsio fieret,quid ille? prædam dedit,
Nec magis ego manifesto teneri hominem vnquam vidi
Omnibus male factis,testes tres aderant accerrumi,
Dij illum omnes perdant, ita mihi hunc hodie corrupit diem
Meq; adeo qui hodie forum oculis vnquam inspexi meis.

Veteranus quidam cum vocatus in ius periclitaretur (refertur inter Octauij Augusti apothemmata) adijt in publico Augustum,rogans vt sibi in iudicio adesse vellet, Augustus ex comitatu suo selectum illico dedit,eiq; litigatorem commendauit,miles vociferans,inquit,an non ego Cæsar pericli tante te Actiaco bello vicarium quæsiui: sed pro te ipse pugnaui,simulq; detexit cicatrices,erubuit Cæsar,atq; ipsemet descendit ad patrocinium, veritus ne non modo superbus verum ēt ingratus videretur.Hæc fuerunt priscis illis seculis officia patronorum erga Clientes,hæc patronorum primordia,sanctissima illa tunc quidem cum orta sunt, & reipublicæ saluberrima,plena omni officiorū genere, & pietate maxima, procedente deinde tempore ad multiplicandas lites, iurgia,& iniurias apta,patroni namque quos Clientes defendendos susceperant;quoniam ad dignitatem suam pertinere videbatur,vnde vtilitas quoque pululabat,si in causis controuersiis victores euaderent,contra phas,& ius,æqui, & pariter iniqui despecta ratione tuebantur & defendebant,conditiones dum referunt,vt inquit Plautus,tortas confragosas, plus minus opus q̄ erat multa dicendo, quod hodie vtinam de aduocatis & forensib. patronis verius dici non posset, q̄ antiquitus de patronis Romanis à Plauto est scriptum, inde fiebat,vt quo quisq; in republica clarior erat,& rerum à se gestarum gloria illustrior,cuius authoritas apud indices maxima esset,eo sibi plures in Cliētes sese dederent:Appius Claudius à quo Appiorum familia processit à Sabinis cum Romam cum fortunis suis sese transferret,cū quinq; millib.Cliē tum migrasse traditur:hi verò Cliētes patronis suis obsequebantur,operas præstabant,& pecuniam cum opus erat,præsertim si filia nuberet,filiusve vxorem duceret, à quib. ad libertos quoq; hoc obsequij genus deriuatū, postea à adaucta vrbe fuit,exortis bellis,& finitimis quibusq; deuictis, seruisque iure belli, effectis,libertateq; donatis.Vnde † hi Clientes
5 quasi patronis familiares cum hospitib.libertis & familiarib. coniunguntur.Paulus in l.sed & Clientes.3.iuncta l.2. Digestis de vsu & habitatione:qui proculdubio ad hanc Clientelæ necessitudinem respexit antiquam,idem fecit Vlpia.in l.si vero plures.5.Digestis.de his qui deiecerūt,vel effude.eandē secutus rationem,q̄ hi familiares sint & domestici, addicti obsequio patronorum,idem Vlp.cum amicis, & rursum cū libertis comparat in l qui penum.ver.sed quod diximus, Digestis de pen.leg.ibi,vsus sui causa paratum accipiendū erit, & amicorum eius,& Clientum, & vniuersorum quos circa se habēt,Proculus quoq; vetus Iureconsultus Clientum cōditionem satis explicuit in l.non dubito.7.Digestis de captiuis & posthlimin.reuers.& quemadmodum inquit Clientes nostros intelligimus liberos esse ēt si neq; authoritate, neq; dignitate,neque iure oī nobis pares sint, vnde & Imperator Gordianus ab hoc obsequio à Cliente patrono debito, noīe ipso iam ea ætate translato latius ad debitorem pro ipso debitore accipit in l.3.ad finem. C. de nouationib. Inde quoq; iure nouiori,& ex eadem tranflatione noīe Clientum litigatores intelligimus,sicuti & patroni postulatorem aduocatū quā verborum notionē vsus hodie magis obtinuit. Iustinianus Imperator in l.rem non nouam.12. C. de iudicijs. iuīm (inquit)præstent patroni,i.aduocati defensores, quod omni quidem virtute sua oīq; ope quod verum, & iustū existimauerint,Clientibus suis inferre procurabunt: hæc sunt in omnibus quinquaginta Pandectarum libris,& in nouis Iustiniani Codicis constitutionib.veterū Iureconsultorū,& Imperatorum rīsa,in quib.de Clientib.mentio fiat, sex nu. quatuor priora ,pprie nomen hoc accipiunt,duo posteriora trāsferūt à propria significatione adt ranslatā,pro debitore, & litigatore:oīa aūt descendunt ex antiqua illa,& Romulea Clientela,quam à Grecis Romulus quoque accepit ex eodem Hali-

Source : BIU Cujas

carnaseo. d. l. Guilielmus igitur Budæus iura hæc feudalia, & dominicalia iura, inter dominum & vasallum ad hanc Romanam Clientelam referebat, Vldaricus Zasius, qui Budæũ non vidit in l. 2. de origine iuris, in gl. verbo curias, à Romanis ad reliquas gentes eam extendit, ita vt credere par sit, ab hoc veluti fonte dimanasse Francorum cõsuetudines, & vasallorum obsequia, quæ sint veluti simulachra antiquæ Cliẽtelæ, quo enim tempore, inquit, Romani victricia vbiq; terrarum signa circumtulissent, multi eorum remansisse in prouincijs creduntur, pars præsidio, pars agri vbertate capti, denique dum coloniæ diuiderentur, bona Romanorum pars eo loci commigrarunt, quibus cum multum agri, multum fundorum esset, ne pro Romano more carerent Clientibus verisimile est incholas terræ in suum inuitasse patrocinium suosque eis fundos (prout cuiusque erat conditio) in beneficium distribuisse tractu tamen temporis, quod omnia variat Clientelarum nomine commutato feuda à fœdere forsitan, curiasque dominicales nominari cœptas, vt qui clarioribus essent natalibus feuda, alij ex vulgo curias haberent dominicales, constitutis certis iuribus, quæ dominos, quæ Cliẽtes (quos vasallos vocant) respicerent, quorum aliqua cõsuetudine, vt in feudis, aliqua pactis, vt in curijs, constare dignoscuntur, hæc est Zasij coniectura de feudorum origine, hanc Zasij coniecturam de vasallis sequitur Claudius Cantiuncula in suis Topicis legalibus, in loco à feudo ad emphyteusim, ipsa tamen Zasii coniectura Budei, & Claudij, plena quidem est eruditione, & ipsa rerum antiquitate, optimo cuiq; ingenio, & egregie erudito, non solum æqui bonique consulenda, sed maximi faciẽda, agrestis enim, & inculti, immo planè rustici ingenij est alterius operam & laborem, in re præsertim præclara despicere: aliorum enim stultitia frui cum iucundum sit labore alieno frui, non potest non esse, & vtilissimum, & iucundissimum, ex multis enim illa coniectura reijcitur, quorum multa Moder. Paris. in principio ad consuetu-
6 dines Parisienses num. 12. Illa tamen fortiora sunt, quòd † necessitudines illæ Clientales institutæ videri possunt, in commodum & vtilitatem pauperum, & eorum quorum authoritas in republica minus valebat, quàm patroni, quàm sibi adesse cupiebant, feudisticæ verò leges, Reges, & Imperatores, authoritate, diuitijs, armis, nobilitateque excellentiores, si ad dominos conferantur, in Clientes & vasallos accipiunt & iure constituto admittunt. Præterea illæ Clientelæ, obsequia & seruitia, aut rectius officia sua in ocio, pace, & in medio foro exigebant, vbi lis agenda erat, & de cã cognoscenda, feudalis illa officiorũ necessitas rei militaris est, siue bellum publicè, siue priuatim ineatur, nulla est harum societatum similitudo, separationes multæ: nulla illæ Clientelæ exigebant bona soli, hæc sine bonis communicandis constare non possunt: quorum dominium inter dominum & vasallũ communicatione quadam commune, ius quoddam maius, & minus efficiat, necessaria enim est rei immobilis inuestitura, vt feudum insurgat c. vnico. quibus modis feudum constituitur potest. c. vno. in fi. in quibus caus. feudum amittat. in illis nullæ dissolutionis causæ desiderabantur, in his dissolutio in uestituræ necessaria est, & eius renouatio, quæ sit prima causa beneficij amittendi in principio: denique illic vtrinque & patrocinij & obsequij fides ad omnia in personis, in rebus, & negotiis vniuersis, controuersijsque causarum officium extendebat, hic verò fides, obsequium, & seruitium ad rem dominicalem contrahitur, in cæteris relaxata obligatione seruitij & obsequij. Post illos tres nullus fuit qui ad Cliẽtum Romanorum vetus institutum consuetudines feudales referret; quoniam longius petitæ videbantur, are planè longè dissimili, & omni ratione separata, itaque hęc sententia post hæc relicta est suis authoribus, reliquis omnibus, qui secuti
7 sunt, in diuersas sententias abeuntibus Mod. Paris. vbi supra, à pragmaticis nõ recedit, nec latum quidem vnguem, illud mordicus conatus defendere, quod communi sententia receptum erat, scilicet feudum, vasallos, & eorum iura, non processisse à iure vllo Romano, nec à Romanis legibus, aut Romuleis institutis, sed à iure quodam cõsuetudinario, & quorundam moribus fuisse introductum, atque hanc esse veritatem, idque nu. 6.

8 †Quòd scilicet in toto iure Romano, non reperiatur verbum vasallus, sed neque in Pandectis nec in duodecim libris Codicis, nec in libris Institutionum, nec in Nouellis constitutionibus, quas authẽticas vocamus, ita tenuerat Andreas Isernia, in proœmio feudorum. quæst. 4. idem notarant Iacobin. & Aluarot. in proœmio feudorum. quæst. 7. & in titulo de contentione inuestituræ inter dominum & vasallum, de inuestitura feudi, notabili 4. Odofredus. Nicolaus de Neapoli ibidem, & hæc sententia fuerat vna & concors omnium Scribentium ad tempora vsq; Budei, & Zasij, atq; eos secuti Claudii Cantiunculæ, ipsiq; Mod. Pari. à nu. 15. prolixa quadam temporum inquisitione, quærit tempora, quibus primum hæ ipsæ consuetudines in leges abierint, vnde autem illæ consuetudines receptæ sint, nec verbum, præterea quod nu. 19. atq; alibi sæpe refert, Hispanos vicisse Carolum Magnum, eisdemque vi captis, & bello victis dominatum fuis-
9 se † victa, & capta Hispania, dominioq; Caroli cognomento magni subiecta, sine teste, sine testimonio, sine authore est, egregiè quidem ille effutire solitus est, in hoc verò insanit apertè, nunquam festiuus ille vir Hispanos pueros audiuit cãtileuis suis Gallorum internetionem recolẽtes, ad Pyrineas angustias, vulgo en Ronces Valles, vbi inglorius Carolus in Galliam aufugit amisso exercitu cæterarum gentium domitore, & duodecim illis nobilissimis Ducibus, quos vulgus
10 Francię Pares vocat, misere interfectis † scio fore Hispanas Historias viro Gallo suspectas, vt autẽ legitimo testimonio agamus, adest Donatus Aciaiolus vir Gallus in uita Caroli Magni à se non ineleganter conscripta, qui deuictis Longobardis à Carolo, & Desiderio vltimo & postremo Longobardorum rege capto cum vxore, & filijs, & fortunis omnibus. Liberataque Italia, quæ tot seculis Barbarorum potẽtia oppressa turpiter iacuerat, atque in Saxones translato bello, hisque subactis, ad Hispanos oculos conieciisse Carolum ait belli verò euentum his verbis narrat. Cum vero ea tempestate Barbaræ gentes quæ nostræ religioni perpetuum bellum indixerant. Hispaniam graui seruitute oppressam tenerent, Carolus rei indignitate commotus, ad eam liberandam mẽtem conuertit, id autem fieri posse arbitrabatur, si ingẽti celeritate exercitu in Hispaniam traducto, prius hostes opprimeret, quàm illi parare subsidia possent, ad hanc igitur rem aggrediendam satis iam omnibus comparatis castra mouet & quàm maximis potest itineribus in Hispaniã transire contendit, nec iam miles grauate sequebatur, quod iamdiu in animum induxerat, quocunque à Rege Carolo duceretur, belli præmium, exploratamque victoriam duci. Inter hæc ciuitates Hispaniæ, quæ propinquiores erant finibus Gallię in certis rumoribus excitæ, aliquantulo sibi, suisque Regibus timere inceperant.

Posiquam verò per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus est, rumorq; per barbaros manauit de aduentu Francorum certior, ingens repẽte trepidatio populos omnes inuasit non satis gnaros, quid aduersus tantum tamque horrẽdum hostem sibi agendum aut parandum foret, Carolus cõfestim superatis Pyrinæi iugis cum in fines Hostium peruenisset, militibus imperat, vt quàm latissimè possint vagentur & quàm maximum hostibus terrorem inferant. Ex templo ciuitates nonnullæ, cum ad petenda externa auxilia non sufficeret tempus, nec proprijs præsidijs res suas tueri possent, spõte deditionem faciunt, Augusta, & Pampilonia duæ opulentissimæ totius Hispaniæ vrbes, quæ mãdata Caroli aspernabantur, vi captæ, & prædæ militibus datæ cum alterã Franci ad solum euertissent, alteram mænibus nudassent, tantum terroris omnibus gentibus iniecere, vt quas adissent, quasq; non adissent pariter vltimæ propinquis imperio parerent, sic igitur Hispania ferè omnis in Francorum potestatem deuenit victis præcipuè imperatum, vt falsis relictis dijs, Christianæ fidei legem acciperent. Carolus rebus felicissimè gestis, cum incolumem exercitum in Galliam reduceret, prope Pyrinæi iuga, in finitimarum gentium, quas nunc Vascones vocant, insidias incidit, Insederant enim barbari in occaltioribus locis expectantes occasionem gerendæ rei, vbi verò Francorum copias in angustiorem viam deductas viderunt: repente ex iugo super imminenti nouissimum agmen adorti, ingentem cædem, stragemque dedere.

Nam Franci cum neque euadere possent, in iugum à Vasconibus occupatum, neque se explicare, suo metipso agmine in arcto hęrentes simul ab hostibus simul ab iniquitate locorum oppugnabantur, nec iam primi in tam angustis locis ita celeriter vertere aciem poterant, vt vltimis in extremo periculo constitutis opem in tempore, ac subsidium ferrent, itaque & si animo viribusque longe superiores hostib. forent alienis tamen locis pugnantes vitare non potuerunt, quin eo die insignem cladem acciperent, cecidere in ea pugna dolo hostium non virtute commissa, Anselmus, & Egibardus, summi in bello Duces, alijque permulti fortissimi viri, quorum opera Carolus sæpè in maximis certaminibus
11 egregia vsus erat † sunt etiam qui Rolandum Caroli ex sorore nepotem, prestantem fortitudine virum post ingentem hostium editam cædem eo prelio interiisse dicant.

Hactenus Donatus, qui etiam si neque belli causas veras attigerit, neque vere bellum quo ordine gestum fuerit narrauerit, victoriam tamen Caroli quam in Galliam reuersus reportauit, ab Hispanis tacere non potuit, nec vnquã felicius cum Hispanis Galli decertarunt: quo tempore ergo consuetudines Frãcorum de vasallis in leges abierint, vel ex

his

Source : BIU Cujas

his legibus perspicuũ est,vnde autẽ hæ cõsuetudines emanarint, inuestigamus id querunt ingenia præclara, quę vestigia apud antiquiores reperiantur eius consuetudinis, vnde ipsa dimanare potuerit,& dominicalia iura initium accepisse dici possunt,de quibus nihil Mode.Paris.nec multum periculi hodie est,si rem ab ipsa fictam sine authore eidem con
12 cedamus†quorum Rex Philippus II.auspicatissimus,Caroli Augusti, & Imperatoris maximi filius. Philippi nepos;qui Hispanam ditionem sęlicissime tenet,à Carolo Magno genus ducat: quem etiam si Hispanis dominatum fateamur (quod fateri quidem historiæ veræ non patiuntur) bene tamen cum Hispanis cęli beneficio singulari actum est, vt victores suos reges haberet:atque adeo vt genus ipsum ducamus ad Philippum nostrum,illud constituendum est, Carolum cognomento magnum habuisse ex pluribus vxoribus filios tres,totidemq; filias,Carolum maiorem natu, Pipinũ maiori proximum, quem viuens adhuc pater rebus citerioris Galliæ,hoc est Flandriæ,& Burgundię,præfecerat:habuit etiam Ludouicum natu minimum, quem Galliæ Aquitanicæ,uulgò Francia,& imperio fecit successorem, obiẽs.5.Ca-
13 lend.Februarii,anno Domini. 815. Aquisgran. Pipinio†successit Bege,Begæ Pipinus secundus,huic Carolus Martellus deinde Pipinus tertius,tum Carolus cognomento item Magus,deinde Ludouicus Magni filius,postea Godefridus Barbatus,eidem Godefridus Barbati filius,huic Godefridus tertius, hunc secutus est Henricus tertij Godefridi filius, post hunc Henricus secundus primi filius,inde Henricus tertius secundi filius,tum Ioannes Henrici tertij filius,tum Ioannes secundus superiori filius, huic Ioannes tertius secũdi filius, demum Vbenselaus Ioannis Bohemiæ regis filius, Antonius quoq; Philippi Burgundię principis filius,tum Ioannes Antonij filius conditor scholæ Louanienſis, primus ex hoc Philippus Ioannis frater,tum Philippus Burgundię Dux.Carolus deinde Philippi filius,Maria Caroli vnica filia,Maximi lianus Mariæ superioris maritus,Philippus Maximiliani filius Carolus Philippi Regis Hispaniæ quoque,Cæsar Augustus, Philippi nostri Regis Potentissimi parentis,quorum omniũ res.gestas Hadrianus Barlandus scribit,dum Barbantiæ Ducum historiam contexit.Non igitur erat nobis aliena laus, si Hispani à Carolo victi essent,sed rei gèstæ seriens & ordo, non patitur Mod.Paris.impune abisse,redeo ad nostrum ,p-
14 positum† Lucas de Pena.in l.quicumque.C.de omni agro, deserto.lib.11.asserbat, contractum faudalem fuisse tempore Iustiniani,adducto adhoc §. per traditionem.Instit.de rerum diuis. exponens verbum stipendiaria, de prædijs datis militibus,vt ex eorum fructibus viuerent,stipendiorum nomine,vtque reipublicæ seruiant,absque alijs stipendiis,& ita intelligit d.§.per traditionem,deinde ait,ea fuisse prædia data militibus veteranis in præmium emeritæ militiæ: vt in l. Lucius.ff.de euictionibus.l.fi.ff.de rei vendi.sed reuera Lucas decipitur,dum existimat prædia data fuisse in feudum,atque eo nomine reprehenditur à Mod. Paris.vbi sup. num.4. & 5.Lucas tamen inquirit originem feudorum,& consuetudinis,quę sibi non inepte videri potuit dimanasse ab illis largitionibus prædiorum,quæ fiebant militibus,vt bello adessent:cum opus esset, nam ad agros veteranis assignatos in præmium emeritæ militiæ referri certe non possunt iura feudalia,quæ plerunque propter militiam futuram constituuntur,non in præmium expletæ militiæ,quod ferè tenuit Sonsbech.1.part.num.31.ad vsus feudales indagabat originẽ feudorum Franciscus Conanus Commenta.iuris. lib.2.c.9.nu.
15 5. qui † existimat feudorum mores, venisse à Gallis ad Germanos,Italos,& Hispanos,& alios Europę populos,& ex Cęsare libro tertio.de bello Gallico,vbi de Gallis ita inquit. qui opibus inter eos valerent multos habuisse deuotos, quos secum in bellum ducerẽt, soldurios sua lingua vocatos,quorum hæc erat conditio, vt omnibus in vita commodis. vna cum his fruerentur, quorum se amicitię dedissent.ꝙ si quid his per vim accedisset,aut eundem casum referrent ipsi, aut mortem sibi consciscerent,hactenus Cæsar:solduriorum autem nomen à solda,hoc est à soldata dictum existimat quod (vt ego suspicor)Gallicum vetus verbum est, aut Germanicum significatque stipendium, Sold.enim Germani stipendium vocant Abbas Vrsperg. de Philippo Imperatore inquit,hic cum non haberet pecunias,quibus salaria, siue solda præberet militibus,primus cępit distrahere prædia, quæ
16 pater suus acquisierat.alij verò†nomen hoc,Soldata, deducũt à solidis,quib. fiebat numeratio & solutio soldatæ,quis dicatur Dux,Marchio,Comes.§ soldata.Soldata, inquit, est præstatio quædã annua gratuita,quæ à neutra parte trãsit in hæredem:morte enim dantis vel accipientis interueniente finitur,& dicitur soldata:quia in solidorum donatione cõsistit, quãdoque autem in vino & annona consistit, hinc solidarij milites,idest sodilis,& solda,nępe soldata cõducti, proprius stipendiarij militares dicti sunt,vocat Cæsar in Comentarijs recepto patrio nomine soldurios,libro 3.at. Cantuannus inquit,cum sexcẽtis de uotis,quos illi soldurios appellant,quorum hæc est conditio,&c.A quo non inepte soldario nomẽ deriuatum est,apud Hispanos quoq; sicuti apud Gallos fuerunt deuoti quidam, qui se in custodiam dabant Duci, & ꝓ eis pugnaret.bellaq; patria conficeret, elegans exemplum apud Plutarcum in vita Sertorij, mira enim deuotione sibi Hispanorũ coniunxit animos,pro quibus sæpius sęliciſſime pugnauit,sed & in his separatio est.Erat enim fortuna communis ĩ dominis,& vasallis,fortuna inæqualis est, nec video proprios & certos agros illis assignatos, sicuti in feudis perspicimus,Inuenit igitur Franciscus Conanus vir doctissimus elegãtem originem vel ab ipsis Gallis repertam,cui iura hęc feudistica referret, quod quidem (quod de Zasio,& Budæo diximus, laude digniſſimum est. Cæterum non possunt ex
17 æquo conuenire,immo dissident,& separantur apertè†egregia enim illa fides solduriorũ, vt patrono mortuo,sibi mortem adsciscerent,ferina est,& longè ab æquo & iusto aliena quæ cuiquam placeat,necesse est displiceant sanctissima iura, quæ vetant, in se suas quemque conijcere manus, Barbarorum illa consuetudo erat, valeant illi cum sua barbara consuetudine,nos mitiora,& magis pia delectent instituta, nec nobis illa iuris dominicalis origo sit.

18 †Sequitur Lelij Taureli vir doctissimi & eloquentissimi opinio non inelegans in libello suo,quem de militijs inscripsit,is refert hæc feudistica iura ad agros Imperij extremos, quos solebant militib. Imperatores assignare,idque adstruit ex Lampridio in vita Alexand.sola(inquit) quæ de hostibus capta sunt,limitaneis Ducibus,aut nobilibus donauit, ita vt eorum essent,si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos,si etiam sua rura defenderẽt,hæc Lampridius, nec pertinet hæc assignatio ad agros illos,de quibus proximè egimus, qui militibus diuidebantur in præmium emeritæ militiæ,de quibus Suetonius quoque in Iulio; assignauit, & agros veteranis militibus,sed non continuos,ne quis possessorum expelleretur isti enim dabantur, vt miles quiesceret, & in ocio acturus haberet paratas epulas, illi dabantur,vt in limitibus Imperij miles seipsum alens, agrumq; suum ab incursionibes militum defendendo,Imperij quoque fines tueretur: atque hi sunt fundi & limitrohphi, de quibus libro vndecimo in Codice Iustinianeo mentio fit,editis legibus,
19 quos ex Lampridio in Alexandro intelligere poteris†hancque largitionẽ animaduertimus familiarem fuisse Regibus Hispanis antiquioribus,quibus,qui pleraque capta ab hostibus militibus dabant vocabantque Frontęra, quod è regione,& è fronte hostes haberent,de qb. quoq; inferius aliqua, denique neque in his reperimus exactam similitudinem, nãque militibus senio,& labore confectis edentulis agri illi,& fundi præstabantur,vt seipso pascerent,simulque agros, & limites defenderent,at verò feuda plerumque iuuenibus neruosis,qui militare possint,& quo quo ducantur,domini possint & debeant subire obsequium:vbicumque bellum gerẽdum est,præterea nulla iura constituebantur inter ipsos, & Imperatores,in feudis diuersum est.Nec desunt, qui existiment hæc iura referri oportere ad eam consuetudinem quę in prouincijs aliquot inoleuit, vt latrones famosi, scelerati que viri,& qui crimen aliquot commiserint, in limitibus
20 Imperij constituantur remissa accerbiori pœna† ita tamen vt cum hostibus res sibi sit futura, quos deprædari fas illis sit, dumtamen à ciuibus abstineant, sed hæc indigniora sunt, & turpiora, quam quibus referri possint iura constituta.

21 †Nec rursum hæc iura referenda sunt ad colonos, & inquilinos,quibus agri certi in perpetuum attributi sunt ea conditione, vt cum eos colant, certam eorum nomine pensionem præstent, nec dimittere eo possunt, nisi forma legis obseruata,de qua aliàs egimus,supra capitulo 9.numero 51.de quibus.l.6.& 18.& 19.C.de agricol. & censit.quia etiam si vulgo & iure nostro vasalli dicantur, in his tamen vasallis nulla est mentio, neque necessitas belli incundi, & gerendi,nulla necessitas domini comitandi, præter censum enim & pensionem nihil aliud ab his exigit dominus, neq; exigere potest,vt diximus:itaque existimabimus illos censitos colonos persimiles vasallis de mariso; quia apud iura hæc feudistica mansus, uel mansum, neque domus est, nec area, neque hortus, sed aget certi modi ac mensurę,
22 qui methetus ab antiquis dicebatur † quoniam in agrorum diuisionibus mensores adhibebantur, qui & finitores à Cicerone dicuntur in Agraria oratione, quomodo autem diuiderentur, & quibus nominibus dicerentur, extat Iulij Frontini libellus non inelegans, nec parum difficilis: itaque iure feudorum curtis est in manso, nomine autem cuius intelligimus domum, ædificium, & sępè pro toto

Source : BIU Cujas

territorio, si de inuestitura feudi controuersia fuerit. §. similiter. versiculo si quis de manso. ibi, si dominus reseruauerit sibi aliquid in ipsa curte, vbi curtis pro domo est, & ædificio, aliquando mansus est fundus, qui duobus bobus ad laborandum sufficit, quod inde dictum existimat Zasius, quòd Germani dimensa prædia nominẽt Mansmat, Baldus verò à manendo dictum existimabat, quod in eo manerent homines curtis, aliquando pro toto territorio summitur, de Capitaneo qui curiã vendidit. §. primo. quidam Capitaneus in quadam curte sua, beneficium dedit.

24 Hinc †descendit verbum corte, & curiæ, vel curtis, & in legibus Baioar, est titulus de eo qui scandalum in curia Regis commisit, & mox in textu legitur, si quis in curte Ducis scãdalum commiserit, item nullus præsumat in curte Ducis scãdalum committere, adducit Frãciscus Hotomauus titulum de verbis feudalibus. verbo, Curtis, qui alia adducit, hinc dicimus, feudum in curte, dicimus & extra curtem, quibus modis feudum amittatur §. fina. versiculo item si quis feudum habuerit in curte domini sui, non poterit ipsum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui sine consensu domini dare, vel pignori obligare, similiter si extra curtum detinuerit, & dominus districtum habuerit, vel alium honorem si alienauerit sine domini voluntate iure ad dominum reuertitur, denique dicitur, curtis, quasi cohors. Cohors autem est apud Varronem. lib. 4. de lingua Latina, quod in villa ex pluribus tectis coniungitur, & dicitur cohors, quod in eum locum pecus coerceantur Item & de re rustica. libro 1. capitu. 13. cohortes in fundo magno, inquit, duæ aptiores, vna vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stabulato cum venit sit semipiscina, & rursus in cohorte exteriore lacum esse oportet, vbi maceretur lupinũ, & rursum, cohors exterior crebro operta stramentis, vnde dicimus cohortales aues, quæ ruri in villa aluntur, & saginantur, vnde Ouidius de vulpecula, abstulerat multas illa cohortis aues, & sæpe in hac significatione sine h, reperitur, præsertim pro septo vbi gallinæ & reliquæ aues saginantur, ita accipit Varro. Et scribitur cors, ab hac igitur corte rustica, dicta est curtis à Curte, corte domini & ducis, ab hac corte quoque dici cœpit locus ille vbi Rex est. In qua significatione lex Hispana Partitæ frequentior est l. 28. titu. 9. parti. 2. Corte es llamado el lugar do es el Rey, e sus vasallos, e sus oficiales, & rursum ibi, E tomo esta palabra est nome del Latin, que dizen Cors en que muestra tanto como ayuntamiento de companas, ca alli se allegan todos aquellos que hã de honrar, e de guardar al Rey, e al reyno, e otrosi ha nome en Latin Curia, que quiere tanto dezir como lugar do es la cura de todos los fechos de la tierra. Quæ omnia pertinent ad ea quæ diximus, quod cors, vel cohors domus rustica sit, inde dicta est curtis domus feudi, inde curtis ducis, inde corte, quod ad Ducem & Regem confluant vasalli, inde dicti pares curiæ vel curtis, qui causas feudales dirimũt, etiam si Dominus Didacus Couarru. Practicarum quæstion. ca. 4 numero 10. ad curias Romanas referat nomen illud, quod modo non disputo. Si igitur vasallus de manso videbatur idem quod censitus, sed neque ille ad feuda pertinet, quia præter Canonem, liber ab obsequio belli est: vasallus dicitur nostro Hispano iure, & habet suum dominum, & colit domini mãsum, & curtem, hoc est cortem, siue cohortem, idest domum vel ædificium factum in feudo, desumpto nomine à septis pecorum, quæ cohortes vel cortes Latinè vocantur, idipsumq; Galleci faciunt, nam pecudum septa cortes vocant, condignè & propriè obserua ta vocis æthimo. In his autem vasallis deest, & desideratur fides illa ad bellum, propter quam feuda instituta videri possunt libro primo. tit. primo. ad finem in vsibus feudorum, ibi, nisi Romam cum illis in exercitum perrexerint, itaque hi vasalli sunt terra addicti, ita vt terra vendita, ipsi quoque venditi censeantur l. 2. & l. 7. C. de agricol. & censitis, nec puncto tẽporis à terra decedere ipsis licet l. colonos. 14. C. eodem. vasallo cum vero genus de quibus feudistica iura sunt & ingenua est & militaris, & nomine militis vasallum feudisticum intelligimus, eoque nomine significantur vasalli feudistici, si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatos vasalli. §. primo. si de feudo defuncti militis sit contentio inter dominum & agnatos, & de lege Conradi. §. ex eadem lege. & clarius in §. similiter. ibi, & ille qui accepit feudum inueniatur miles: propria enim & perpetua vasallorum conditio est, vt simulatque bellum indicatur, cum armis, & equis militaribus, præsto suis patronis fuit. In his colonis & agricolis censitis licèt vocentur lege nostra Hispana vasalli, nullum huiusmodi est obsequium, & seruitium, sed pensio duntaxat, soluenda singulis annis.

25 †Qua arrepta ansa & occasione non desunt qui iura hæc feudalia referant ad colonos quosdam, quos antiqui sepe armatos secum in bellum ducebant, eorumque opera, & auxilio vtebantur, quibus Domitius vsus est, Cæsar de bello ciuili. 1. c 8. profectum, inquit, Domitium, ad occupandam Masiliam nauibus actuarijs septem, quas Sicilia, & Sardinia priuatis coactis seruis, liberisque co onis suis compleuerat, & rursum c. 22. certas sibi deposcit naues Domitius, atque has colonis pastoribus quos secum adduxerat complet, item Salustius in Catilinario, ipse eum libertis & colonis propter Aqlam adsistit, sed neque hæc ad ius referenda videntur, sed ad factum, scilicet, quia ita res postulat, vt colonos, seruos, libertos, denique familiam sæpe quis armat, vt sese suosque tueatur, nulla tamen erat lex agri cõcessi, quæ ipsos in bellum cogeret, sed gratia, amicitia, & necessitudo, quia Ducem suum prosequebantur.

26 †Aliam ingressus est viam Frãciscus Hothomanus in feudis, qui feudum Longobardica lingua nihil aliud esse, quàm beneficium ait, esseque familiarissimum Germanis asserit, vt quæcunque iura, commoda, beneficia liberalitate alicuius tribuuntur, ea generali vocabulo feuda Germani vocent, vt sicubi apud præclaros authores beneficij mentio sit, rectè à
27 Germanis feudi nomine significetur,† & passim iura feudistica beneficij nomine feudum intelligunt, quod tertio quoq; verbo reperies in legibus, quæ de feudis scriptæ sunt, de lege Conradi. §. primo. 2 3. 4. & 5. & alibi sæpe de vasallo, qui contra constitutionem Lotharij §. primo. & alibi sæpissimè, hæc duo nomina, feudum, & beneficium pro eodem accipiũtur, Longobardica namque lingua feudum beneficium est: siue enim honos aut dignitas, siue prædia vrbana vel rustica, siue vrbs, siue Ducatus, Marchiæ, Comitatus, vel Regna, deniq; siue Imperium cõferatur, Longobardi, & hos secuti Germani, hæc omnia beneficia vocabant, & feuda, ad quod adducit Franciscus Hotomanus exemplum ex Otthone Frigingensi Episcopo, Ioanne Abbat. Vrs pergensi, Ioanne Abbate Tritemio, Nauclero, & post hos ex Radeuico in libro j. c. 9. quod exemplum in eo totum versatur, quòd beneficium feudum sit accepta proprie nominis significatione. Adrianus Papa Imperatorem Federicum Aenobarbum Romæ coronauit, eidemque Roma profecto ita scripsit.

28 †Debes enim ante oculos mentis reducere quàm gratanter alio anno mater tua Romana Ecclesia te suscepit, nec tamen pœnitet nos desideria tua tuæ vo'ũtatis in omnibus impleuisse, sed si maiora beneficia, excellentia tua de manu nostra suscepisset, non immerito gauderemus, hæc Adrianus, Imperator verò quia summ. Pontifex vsus est verbo illo, Beneficia, quasi Papa tacitè innuisset Imperiũ feudum esse Ecclesiæ, indignatus liberius quàm Imperatorem Romanum decebat, Germanico tamen more rescripsit, quas rescriptorias literas reperies apud eundem Radeuicum c. 10. & refert idem Hothomanus vbi supra, quas quidem Summus Pontifex, vti pium, & innocentem virum decebat, veræque mansuetudinis institutorem, singulari animi moderatione accepit, & ad Cæsarem ita rescripsit, idem Raduicus ca. 22. occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est beneficium, tuus animus (sicut dicitur) est commotus, quod vtique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum meritò commouisset; licet enim hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat assumatur, tum tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua nouit retinere, hoc enim nomen, ex bono, & facto, est dictũ, & dicitur beneficium apud nos non feudum sed bonum factum, in qua significatione in vniuerso sacræ scripturæ corpore inuenitur, vbi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo sed tanquam ex benedictione & bono facto ipsius gubernari dicimur, & nutriri, & tua quidem magnificẽtia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorificè Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, vt bonum factũ valeat ab omnibus iudicari. hactenus Summus Põtifex, feudorum ergo nomine beneficia omnia quãtumuis magna velut Imperia, regna, magistratus, & aliæ dignitates appellantur, itaq; feudorum appellatione militaria beneficia intelligimus §. 1. de prohibita feudi alienatione per Lotharium. ibi, per multas enim interpellationes ad nos factas comperimus milites sua beneficia passim distrahere, ac ita omnibus exhaustis suorum seniorum seruitia subterfugere: vbi verbum illud, seniorum, interpretandum est, idest patronorum, qui feudo dato vasallum sibi quæsiuit.

29 †Signor enim barbara vox est, Germanica primum, qua dominus significatur, deinde ad Italos, Gallos, & Hispanos translata, & vsu accepta, non verò ab ætate, hoc est à senio deducta, quasi seniores dominos appellemus: longè enim petita isthæc acceptio est, præsertim cum videamus minorem vigintiquinque annis feudalem patronum esse posse, dato, & concesso feudo viris senioribus, qui merito patronum suũ licet ætate minorem vocabunt seniorem, & signor, aut (vt

nos

Source : BIU Cujas

nos dicimus) segnor.§.1.per quos fiat inuestitura, & p quos recipiatur,inuestitura autem,inquit lex, aut sit de veteri beneficio,aut de nouo,quæ de veteri fit,etiam à minore potest fieri,& paulò inferius §.2. Personam autem accipientis non distinguimus,non igitur ab ętate assumpta videri potest,sed à verbo Germanico,quod ab ipsis ad nos vsque dimanauit, namque vbique qui dominus appellatur,is signior à Germanis dictus reperitur,extat lex Caroli Magni inter ipsius leges cap.5.articulo 3.vt nullus comparet cauallum, ouem & iumentum,vel aliam, nisi illum hominem cognoscat, qui eum vendidit,aut de quo pago est,vel vbi manet,aut quis est eius senior,plura adducit ad hoc Franciscus Hotomanus vbi supra,recepto igitur nomine à Germanis,scilicet feudum,quo beneficium significant,existimat ille feudum, moresque & consuetudines feudisticas deriuari posse à beneficijs,quæ in alios conferuntur,præsertim vbi ex necessitate beneficij obsequium videretur iniunctum & seruitium,cumque hoc antiquissimum fuerit,etiam Romanis obseruatum,non ineptè à Romanis consuetudines illas dimanasse arbitrandum est. Salustius namq; Iugurtino bello scribit, Masinissam Micipsæ patrem victis Carthaginēsibus in amicitiam populo Romano receptum, eique populum Romanum quascumque vrbes & agros cœperat, dono dedisse, qua de causa Micipsam ipsius filium Numantino bello, equitum & peditum auxilium Romanis misisse,& Adherbal Micipsæ filius ad Senatum sic locutus est.Micipsa pater meus moriens mihi prę cepit vti regni Numidiæ tantummodo procurationem existimarem meam, cæterum ius & imperium eius penes uos esse,itaque censet ab hoc largitionis genere,quod tamen ad bellum habebat obsequium iniunctum existimat dimanasse feudisticum ius,quod priscis beneficium fuit. Longobardi autem vocarunt suo nomine feudum,idest militare beneficium,suamque coniecturam ille coadiuuat, ex eo quod verbum hoc feudum, deductum videatur a verbo Germanico
30 Fed,† quo bellum significatur, vel publicum vel priuatum, & feida pro capitalibus inimicitijs,& difeidare,pro eo quod nobis est capitales inimicitias denuntiare,& difeidatus est is contra quē inimicitia est denuntiata Longobardica lingua in Lombarda,libro 1 tit.9.l.si quis hominem. ibi, quia filiæ quæ fœmineo sexu esse noscuntur,non possunt feidam leuare,& in legibus Franciæ libro 4.titulo 49.vbicunque aut culpa contigerit,vnde feida contingere potest,& in legibus Lō gobardicis titu.17.& tit.30.verbum feida inimicitia est. Ex quibus censet vir doctus,& eruditus verbum hoc Germani cum ab ipsis Germanis inuentum beneficia significare,non qualiacumque, sed militaria, & quæ obsequium ad bellum suscipiendum iniunctum habeāt,nec enim vasalli solum ad publica bella solenniter indicta tenentur, sed & ad priuatas contentiones.§.fin.hic finitur lex.deinde consuetudines regni incipiunt,contra omnes,(inquit)debet vasallus dominū adiuuare,& contra fratrem,& filium,& patrem, nisi contra alium dominum antiquiorem,hic enim cæteris est præferēdus. Hæc Hotomani sententia est,qui, quod attinet ad nomen feudum,habet feudisticam legem contra se.§.finali.per quos fiat inuestitura,& per quos recipiatur, vbi feudum à fide dictum Obertus censet,nulla autem inuestitura,(inquit,) debet ei fieri,qui fidelitatem facere recusat: cum à fidelitate feudum dicatur,vel a fide,nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, vt sine iuramento fidelitatis habeatur, hæc Obertus, quem licet hoc nomine reprehendat ipse Othomanus, ab
31 eo tamen non est decedendum; quamuis enim in † his,quæ pertinent ad nominum æthimon,parū aut nihil faciat apud cordatos, & eruditos viros legis authoritas, est nobis inter alias lex 28.titu.9.partita 6.quæ præter merum veterum figmentum,quos illa secuta est,nihil aliud continet, de legatis tertio(inquit) En Latin tanto quiere dezir en Roman ce,como vna razō que es escripta en el derecho,que muestra por que palabras pueden ser dexadas las mandas. Cum multitudo legum effecerit,vt in parte distribuerentur, scilicet tres, non vero persona,verbum,vel res.Promiscuè enim in tribus tomis Legatorum,de personis rebusque agitur,ac de significatione quoque verborum disceptatur.In his verò Feudorum libris vbi de verbo Longobardo a Longobardis agitur non potest non esse maxima ipsis authoritas,sicuti & in nostris legibus Hispaniæ sicubi de significatione & vsu ueteri verbi Hispani agitur,non verò exteri, & peregrini sacrosancta authoritas est,à qua decedere impium satis sit.

Hæc de origine feudorum scripta sunt, vnde dimanarint feudisticæ consuetudines, quæ singula applicari feudo vniuersè cum non possint,applicata verò singula singulis generibus feudorum magis propria videri poterunt, ipsa namq; consuetudo varia est,& plura genera feudorum admisit, cū quibus non ineptè aliquæ quoque Romanorum veteres cōsuetudines conferri poterunt,cum enim feudum sit beneficium ex largitate datum proprietate domino reseruata,vsufructu translato in accipientem, & eius hæres vtriusque generis &
32 sexus †si de his mentio in concessione facta sit, vt tamen ipsi seruiant,tex.in capitu.primo.§.beneficium. quibus causis feudum amittatur.libro 2.titulo 23.ad finem. & est illa recepta à scriptoribus,licèt alias difinitiones tradāt,sed in eundem sensum incidunt,vt scilicet,gratuita donatio feudū sit,retenta proprietate,sub fidelitate & exhibitione seruitij. Mod.Paris.in consuetudinibus Parisiensibus,titu.1. in principio,numero 52.cumque hæc gratuita largitas,& donatio vel concessio fieri consueuerit pluribus modis, neque vnus semper modus obseruatus sit,non vna lex, non vna eademque constitutio in concessione feudi,fieri poterit,vt diuersę consuetudines, diuersis quoque Romanorum moribus rectè applicentur,est namque feudum aliud regale, vel vt alio nomine dicitur feudum dignitatis, in quo concedatur regnum,vel dignitas,Ducatus,Comitatus à Rege,vel Imperatore,vel republica,quæ Regis,vel Imperatoris instar sit,huic rectè applicatur Masinissæ regnum acceptum à Romanis, de quo superius,quod Micipsa fatebatur à parente sibi relictum,ita tamē vt Romanorum esse existimaret,procuratio-
33 nem existimans sibi solum commendatam,ligium†feudum est,in quo vasallus principaliter potestati domini personam suam subijciat,& cum persona sua omnia bona sua, & iurat fidelitatem,nulla alterius fidelitate reseruata, vnde non potest quisquam esse duorum homo ligius.gl.in clemen.pastoralis.de sententia & re iudicata.verbo.Homoque ligius. Li-
34 gius † enim est, qui fidelitatem iurat vni, contra omnes de mundo nemine excepto. At verò in reliquis liberum erat ad antiquiorem dominum accedere, hic finitur lex, & consuetudines regni incipiunt.§.fin.libro 2.titu 28. contra omnes debet vasallus dominum adiuuare,& contra fratrem,& filium,& patrem,nisi contra alium dominum antiquiorem, hic enim cæteris est præferendus.

Præterea in §.1.de noua forma fidelitatis.libro 2 titu 7.est noua forma iurisiurandi de nouo inuenta in hęc verba,Ego Titius iuro super hæc sancta Dei Euangelica, quòd ab hac hora in antea vsque ad vltimum diem vitæ meæ, ero fidelis tibi Caio domino meo,contra omnem hominem,excepto Imperatore,ecce quòd ibi Imperator excipitur, & quamuis in §.fin.de prohibita feudi alienatione per Federicum. libro 2.titulo 55.constitutum sit,vt in omni Sacramento fidelitatis Imperator,semper excipiatur, vnde videri poterat semp exceptus Imperator. Ac subinde videri poterat nullum esse ligium feudum; quia nulla concessio in feudum cōstitui potest,quin videatur Imperator semper exceptus,quod ad nos attinet,si quis à Rege Gallorum, vel Hispano, qui Imperio non subsunt,feudum accipiant cum fidelitate præstita contra omnes de mundo,vel ab ipso Imperatore, regale id feudum erit,ipseque homo ligius;quia nemini accedere potest nemineque excepto contra omnes stare debet,& licèt Franciscus Hotomanus in disputatione de feudo,c.quarto, istud conetur destruere,fundamenta eius non euertunt rationem distinctionis receptissimæ,cum etiam si apud Gallos,& Germanos homo ligius sit idem,quod vasus,vel vasallus, & subiectus,tamē feudistæ reperta forma fidelitatis, in qua nemo excipiebatur,ligium illum vocarunt, aiuntque necesse esse, vt in inuestitura ita nominetur.

35 †Aliud est feudum francum, in quo inuestitus ad ea sola seruitia tenetur,quæ expressa sunt in inuestitura,ad alia vero minime,atque hæc tria feudorum genera,scilicet,regale,ligium,& francum,quæ communis & recepta diuisio constituit,vocant alij summum,medium, infimum, vt summum,
36 & primarium feudum regale sit † quod a Rege, vel Imperatore datum est,vt Ducatus,Comitatus,vel Marchia.† Est au-
37 tem Marchia prouincia in limite posita,quæ traditur semel expugnata alicui custodiēda,dicta Marchia,à verbo March, Germanico,quod limitem significat,& Marchio est ille, cui hæc prouincia commissa est,limitanea & finalis, de quo tamen videndus est Franciscus Hotomanus in suo Dictionario,verbo Marchionis,vbi insignem locum adducit Alberti Crantij in Vuandalia libro 3 capit.16.licèt alij existiment dictam Marchiam,& Marchionem,& Marischalcum, à voce Gallica March,qua equum significant, vt Marchio sit qui & præfectus equorum, vel equitum magister, & inde dictum quoq; Marischalcum,idem Hotomanus vbi supra: licèt tex. Marchia à Mari deducit,qui dicatur Dux,Marchio,Comes, Capitaneus,vel Valuasor,libro 2.titulo 10. in principio. qui à principe,(inquit) est de Ducatu aliquo inuestitus, Dux soli to more vocatur,qui verò de Marchia,Marchio dicitur, dicitur autem Marchia,quia Marchia vt plurimum iuxta Mare sit posita,qui verò de aliquo Comitatu, Comes appellat, qui verò de plebe,vel plebis parte,appellatur Capitaneus,qui propriè Valuasores maiores olim appellabātur,licèt autem

text.

tex. dicat Marchiam dictam à Mari. Verius tamen est nomine Marchiæ intelligendum esse prouinciam ad limites Imperij, cuius custos Marchio dicitur, legitur titulus inter leges Francorum libro 4. de vasijs dominicis ad Marchiam custodiendam constitutis. Summum igitur, & supremum feudorum genus est, scilicet regale quod ex largitate principis proficiscitur, & dicitur etiam feudum dignitatis, & qui hoc genus feudi accipiunt, valuasores appellantur, item vasij, seu vasalli, vel valuasini, vel beneficiati, vel infeudati, vel fideles, vel feudatarij, quæ nomina generalia sunt, vt beneficiarium significent, Rex enim Francorum libro legum 4. cap. 88. feudatarios suos, Episcoporum & Abbatum, Comitum & reliquorum nomine generali vasos vocat, & libro 5. capit. 1. Ordinauit (inquit) de Carolo Magno per totam Aquitaniam Comites Abbatesque necnon alios plurimos, quos vasos vulgò vocant, ex gente Francorum, eisque commisit curam Regni, prout vtile iudicauit finium tutamen, vasalli quoque dicuntur, diminuto nomine à vasis, dicti vasalli, dicuntur & valuasores, & valuasini, quòd vero Franciscus Hotomanus existimat in disputationibus de feudis, libro primo. capit. 3. a vasis dictos Basas Turcarum, sine authoritate est, simile etiã erat apud Conanum vbi supra.

38 †Turcæ namque nomine patrio magnos Duces Basas appellant, nec verosimile est ad has nominum acceptiones respexisse, & licèt omnes beneficiarij propriè & feudatarij, vasi, vasalli, valuasores, & valuasini appellentur, propria obseruata vocum significatione, illud obtinet respectu Principis, & quantum pertinet ad regale feudum, summum scilicet & supremum, in quo genere sunt sæpe Reges, Comites, Duces, Marchiones, Capitanei, nam quod attinet ad medios, hoc est ad ligium feudum, quod conceditur sæpe ab istis Ducib.
39 Comitibus, Capitaneis, & Marchionibus † beneficiarij hi & infeudati proprie dicuntur valuasores minores §. qui vero à Principe. Qui dicatur Dux, Marchio libro 2. titu. 10. qui verò à Principe vel aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum est inuestitus, is Capitaneus appellatur, qui propriè valuasores maiores olim appellabantur, qui vero à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, valuasores sunt, qui autem a valuasoribus feudum quod à Capitaneis habebatur similiter acceperint, valuasini, idest minores valuasores appellantur, qui valuasini vltimum & infimum genus feudi cõstituunt, scilicet Francum, in quo præter seruitium inuestitura expressum nihil aliud continetur, & hæc pertinent ad tria illa genera feudorum, regale quod summum est, ligium medium, francum infimum, in quo licèt omnes feudatarios, & beneficiaros, vasos, vasallos, valuasores, & valuasinos appellamus, vsu tamen feudistico regales vocamus vasos, & vasallos medios, vel ligios vocamus valuasores, infimos autem vocamus valuasinos, qui francum feudum adepti sunt, hæc est trimembris illa diuisio feudorum, quæ passim a scriptorib. traditur, vsu forensi recepta.

40 †Vides igitur ex superioribus non inepte, sed elegãter applicari posse feudi genus illud supremũ, & maximum, quod nos regale vocamus, beneficijs à Romanis acceptis, quale illud Masinissæ est apud Salustium. Tũ illud quod de Marchione dicimus, non absimile est his quæ ex Lelio Taurelo adduximus, hoc enim beneficij genus tale erat, vt beneficiarij his à quibus beneficium accepissent domi forisque adessent armati, togæ militiæque subituri obsequium, vtque arces & castra in finibus imperij sibi donata defendentes, seipsos tuerẽtur, & imperij fines dilatarent, pertinentque hæc omnia ad feudum regale, quod qui acceperint propriè vocantur vasi, aut vasalli, reliqui qui ab his feuda accipiunt valuasores, vel valuasini, si à minimis accepiant beneficiũ, in Hispania enim non agnoscimus aliud genus feudi, quam largitates & beneficia principum collata nobilibus, propter quæ nobiles, qui vrbes, castra & oppida accipiunt, eadem custodire teneãtur, & Regem suum sequi armati, quocunque bellum indixerit, ibi ipsi cum armatis adsunt, vulgò Con lancas.

41 † Et hac ratione isti nobiles solum beneficiarij vasalli vocantur Regis Hispaniæ, non verò reliqui, solum enim vasus, vel vasallus Regis vocatur, qui ab eo habet castra, vel oppida, vel vrbes l. 1. titu. 25. par. 4. & l. secunda. eodem titu. & par. quod tenet Molina libro 1. de Primogeniis Hispanorum, ca. 13. numero 48. cum autem verum sit, eos qui accipiunt à Regibus Hispaniæ hæc beneficia, scilicet, Duces, Marchiones, Comites, & Capitaneos dici vasallos, eos autem dumtaxat dici proprie hoc nomine nostro iure non probo, vel ex ipsis legibus quæ allegat idem Molina dicta l. prima. titu. 25. part. 4. E vasallos son aquellos que reciben honra, e bien fecho de los señores, assi como caualleria o tierra, o dineros, por seruicio señalado, que les ayan de fazer. Et dicta l. secunda. eodem titu. & part. & l 4. eodem, clarius, Vasallo se puede fazer vn home de otro, segun la antigua costumbre de España en esta manera, o torgandose por vasallo de aquel que lo recibe, e besandole la mano por reconoscimiento de señorio. Et ibi rursum, Torna se home de otro.

42 †Nobiles enim Hispani cum a Regibus acceperint vrbes, & redditus propter seruitia facta & facienda feudistæ sunt intelligendi, Andreas in capitu. 1. in fin. in additione, ex quibus causis feudum amittatur, quod ad ligium feudum nõ ineptè refertur, de quo clarius in l. 4. eodem. vbi, quòd duorũ simul vasallus dominorum esse nequit, & quemadmodum decedet ab vno, & ad alterum accedet, quæ ad ligium feudum referenda sunt, & non nihil pertinent ad clientelam Romanã,
43 de qua Budæus & Zasius vbi supra, nemo enim, † duos patronos habere poterat, nec vnquam habuit. Tertium autem genus feudi infimum, scilicet, francum, ad vasallos solariegos Hispaniæ rectè applicatur, qui ad ea solum tenentur, quæ in inuestitura expressa sunt, nec quicquam aliud, de quibus supra egimus capit. 9. numero 52. & cum agricolis censitis rectè cõparantur, itaque licèt nouiores in eo laborarint, vt consuetudines feudisticas vniuersę referent ad mores Romanos vniuersè id fieri nequit, singula autem genera rectè applicari possunt.

44 †Præterea Micipsa non otiosè aiebat, patrem suum Masinissam sibi prædixisse, regnum suum populi Romani esse, procurationem suam esse, & ad se pertinere: vt vetus possemus intelligere feudi genus; namq; feudum aliud vetus est, aliud nouum, illud vel ab anteccssore præsentis domini constitutum, vel antecessori vasalli concessum, antiquum enim feudum successionem respicit, siue proximam, siue remotam, ideoque paternum feudum & auitum, & hæreditarium continet, cum antecessorem habeat, qui dederit vel acceperit. §. primo. per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur. libro 2. titulo 3. Inuestitura (inquit) aut fit de veteri beneficio, aut de nouo, quæ de veteri etiam à minore potest fieri. Aliud est nouum, quod & ab eo domino, & ei vasallo, de quibus agit, constitutum est dicto §. 1. & §. si duo frattes. de feudo Marchiæ, vel Ducatus. libro 1. titu. 14. si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno, si vnus eorũ sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit non frater, maxima autem vtilitas huius distinctionis est, quantum ad alienationem feudi, vel commissum etiam in præiudicium filiorum, & potest ipsum prælegare pater, qui nouiter accepit, de quo Iulius Clarus, quæstion. 41. & quæst. 40. verbo feudum. Vnde si quis habeat feudum antiquum, si ipsum renouat, quod pertinet ad se & dominũ, feudum nouum est, at verò quo ad filios & agnatos, vetus est, ne ipsis fiat præiudicium ex nouatione feudi innouati sine ipsorum consensu, quod est elegans ad renouationes emphyteuticas, quas passim vnus ex cohæredibus emphyteutæ facit, vt fratres priuet commoditate & fructu emphyteusis; quia tale feudum ac subinde emphyteusis noua est respectu domini & nouiter accipientis, respectu vero fratrum & agnatorum est antiquum, nec quicquam ipsis præiudicat innouatio. Bal. quem refert Iulius Clarus quæst. 8. verbo feudum, in cap. 1. numero 20. an agnati uel filius, quæ est sententia communiter recepta à Iacobino in feud. verbo itaq; ipsi inuestiti, numero 14. versi. sed ponamus, est igitur Micipsæ recordatio parentis illa non ociosa sed oportuna, vt beneficium illud acceptum à populo Romano vetus & antiquum, Paternumque significaret, quod firmus esse solet & fortius, magisque stabile, & permanens, quanto antiquius, & magis diuturnum; cũ enim multa in concessione deesse possint & soleant frequẽter, diuturnitas temporis sui ipsius beneficio omnia ea supplere solet, & potest.

45 Præterea † reperiuntur etiam feuda nõ militaria, quæ qui accipiunt censitis Romanorum similes videri possunt, cum pensionem persoluant pro re recepta, ad militiam autem & bellum nec ex forma inuestituræ tenentur, distinguũt enim tertio feudistæ, inter feudum rectum, & non rectum, rectum voco proprium, & est quod proprijs feudi regulis continetur & legibus, & veram, & rectam, propriamque feudi rationem & naturam, conditionemque retinet. Veluti, vt militare beneficium sit, vt perpetuo iure teneatur, vtque ad hæredes transeat, neque auferri queat, nisi ob felloniam. §. præterea. quid sit inuestitura. libro 2. tit. 2. & in §. item dicit vasallus de controuersia inter Episcopum & vasallum, libro secundo, tit. 20. ibi, item dicit vasallus, quod prius de suo recto feudo debet, aliud est non rectum, & improprium, quod degenerat à recta ratione feudi, veluti quod militare nõ sit, cuius causa fidelitatis sacramẽtum nullum interuenit, veluti quod
46 certo & diffinito tempore finiatur † qualia sunt feuda Guastaldiæ, & Guardiæ, Cameræ, Cauenæ, & Soldatæ. §. 1. de feudo Guardiæ, & Castaldiæ, Guardia autem est custodia, vetus vox Germanica. vnde feudum Guardiæ, cum quis prædio custos imponitur, hinc aliud est tenere pro feudo, & tenere p

Guar-

Source : BIU Cujas

Guardia.d.§.1.de feudo Guardiæ, & ibidem Castaldia, siue Guastaldia,est cura,& Guastaldus præfectus siue custos curtis,& dicitur actor,in legibus.Lombard. libro 2.titulo 17. Si Guastaldus aut quilibet actor Regis post susceptas & commissas sibi ad gubernandum curtes, aut casas Regis aliquid per donationem acquisierit.Hæc autem duo genera feudorum Guardia & Guastaldiæ improprie feudum dicebantur; quoniam ad custodiam dabantur & curam non perpetuò. Idem est dicẽdum de feudo cameræ,siue cauenæ: sunt enim feuda non recta,idest non obseruata recta ratione feudi, camera enim Longobardorum lingua conclaue est,in quo pecunia seruatur,& ita vocatur Hispanis,sæpe enim applicatur pecunia cameræ Regis,vnde feudum de camera pro stipendio,quod vasallo datur a domino, & cauena est cella, vnde feudum de cauena,est annua erogatio vini,frumẽti,alteriusue annonæ,quæ militi tribuitur, itaq; feudum de cauena est feudum de cella vinaria,vel frumentaria.§.sciendum.de feudi cognitione.libro 2.tit.1.vbi inquit Obertus,sciendum est, feudum,siue beneficium non nisi in rebus soli,aut solo cohærentibus,aut in his,quæ inter immobilia connumerantur(veluti cum de camera aut de cauena feudum datur)posse consistere.§.si vero vasallus.quid sit inuestitura,libro 2.titu. 2. Improprium etiam est feudum soldatæ,quæ est præstatio vel solutio pro seruitio.§.fi.quis dicatur Dux,Marchio,lib.2. ti.10. hoc verò feudi genus improprium, & non rectum non immerito referri poterit ad Romanorum veteres militias,de qbus diximus supra latè cap.4.numero 16.Militia enim (vt ibi diximus)erogatio erat ex largitate Principis profecta, pecuniaria,vel frumentaria, quæ principio militibus bello claris præstari cœpit,postea verò etiam togatis, vnde feudum de Guardia,Guastaldia, cameræ, cauenæ, & soldatæ ꝓficisci nõ ineptè existimauimus.Hoc enim efficimus post ingenia illustria,vt singula feudorum genera singulis quoque Romanorum moribus relata ab ipsis profecta videri possint, omnia autem simul iuncta ad vnum eundemque morẽ referri non possunt,vt Mod.Paris & reliquorum sententia, qui à Romanis profecta negant isthæc iura dubia vel ipsarum gestarum rerum serie videri possit.

Plura alia de feudo traduntur,sed hæc pertinent ad originem feudorum, quæ plerique ostinate ignota Romanis esse asseuerant,quod docti quidem fatẽtur, si leges scriptas de ipsis feudique constituendi rationem, regulas, legesque respicias,cæterum si mores & consuetudines legibus ipsis cõprobatas animaduertas non dubium est, quin originem acceperint à Romanorum clientelis,militijs,beneficijs, & prouincijs,adeo in his feudis eluceant non obscura veteris consuetudinis vestigia.Et sunt hæc addenda ad ea quæ tradit Aluarus Vazque doctissimus, quæstio.39 iuris emphyteutici, vbi & in præcedenti,& alijs sequentibus latissimè de feudo, quatenus potest ad emphyteusim referri,elegãter agit. Nos tamen nostrum institutum secuti obseruata ratione qua tra-
47 didimus de vsufructuario,inquirimus † quæ expendat vasallus,quas expensas,quasque meliorationes de suo teneatur facere,quasque recuperet à domino,quasque amittat, quæ sit necessitas expendẽdi,hic enim nobis Ciclus est, extra quem videri possumus,extra coream saltare, etiam si animaduertamus nullam esse posse tam constantem orationem,quæ non excessus quoque admittat suos,itaque principio constituendum est,licere quidem argumentari de vsufructuario ad vasallum,emphyteusim, & alios his similes, quibus fructuum percipiendorum ius est plenum, & absolutum, quales sunt Episcopi beneficiati,& maioratuum possessores; quia quantum attinet ad fructus,& ea omnia,quæ fructuum perceptores secuntur,fructuarijs similes sunt, etiam si in alijs dissimiles videri possint, & in hoc constituitur argumentum inter hos,vbi inter eos eadem ratio inueniatur,licèt enim maioratus possessor dominus sit,licèt emphyteuta,& vasallꝰ ius fortius quàm in fructuario sit,habeant, licèt Episcopis & beneficiatis aliquanto debilius, tamen cum omnes iure proprio fructus percipiunt,quantum ratio ipsa fructuum percipiendorum patitur,quantumque natura & qualitas eorum omnium quæ fructus consequũtur fert,optima est collectio ab vsufructuario ad feudatarium, emphyteutam, possessorem maioratus, Episcopum & Beneficiatum; quia vna eademq; ratio est in his,contrarium autem argumẽtum non constat; quia ratio feudatarij emphyteutæ est,quod argumentũ passim agnoscunt viri doctissimi; quia quando vnum adæquat alteri,tunc rei ad quam fit adæquatio nihil adijcitur, sed tribuitur ipsi adæquato,quicquid est iuris in re,ad quam fit adæquatio,l.illud.ff.de dona.cau.mor.l.j.§.j.ff. si quid in fraudem patroni.quando autem duo mutuo adæquantur, tunc hinc inde vires vtriusq; adæquantur l.2.C.communia de lega.aut. in successione.C.de suis & legitimis hæredib.Bart. in l.j.ff.de leg.j.& Iason ibidem,nu.37.cum autem æquiparemus vsum fructuarium vasallo, ius fructuarij quod comparatur tribuimus vasallo, non verò contra vasallum.dicimus in omnibus fructuario similem.Ex qua ratione ita colligebat Molina lib. 1.de Hispanis primog.cap.7.nu.8. Pinell.latissimè in l.1.C.de bonis mat.part.2.nu.72 versi.2.ampliatur,quod sæpe repetit. Vbi etiam in octaua ampliatione extendit ad conductorem ad longum tps,de quo nobis inferius agẽdum est;quia ratio, quæ versatur in fructuario ꝑp fructus & q̃ fructus sequuntur, reperitur etiam in conductore:ita quoque argumẽtatur Aluarus Vazquez in q.16.nu.1.statim post principium, de alluuione,& idem argumentũ non receperat propter diuersam rationem in q.15.num.10.& rursum admittit idem argumẽtum quæst.17.vbi de tributis agit,quæ & quanta quis soluat, recepit illud argumentationis genus Frãciscus Hotomanus. c.34.vbi supra,& recipiunt feudistæ reliqui.

48 †Et primò quidem sicuti receptum est in vsufructuario,vt rem, cuius fructibus fruitur cõseruet,& tueatur, ne deterior fiat l.eum ad quem.7.C de vsufruct.l. vsufructu. §.1. eodem. ædes enim sartas tectas habere debet,prædia culta,fundos,reliquaque in eo saltem statu,in quo erant,cum fruendi ius cõcessum est,quod proximo capite diximus, id quoq; recipiendum est in vasallo.tex.in §.publici latrones.versi. quicunque aduocat iam suam,de pace tenenda,& eius violatoribus.lib. 2.tit.27.allegat ad hoc Franciscus Hotomanus.§. fina. & penultimum.hic finitur lex.libro 2.tit.28. sed nihil facit, tenet Zasius in Epitome feudorum,part.10. conclusione. 8. quod ex hac causa potest priuari feudo.Afflictus decisione Neapolitana.265.versiculo 11.Mod.Paris. in consuetudinibus Parisiensibus,titu.1.§.30.num.166. & in hoc argumentantur ab emphyteusi ad feudum,argumen.auth.qui rem.C. de sacrosanct.eccl.nec existimat Mod. ille distinguendum esse inter feudum perpetuum & temporale,vt scilicet in hoc admittatur priuatio ob deteriorationem,in illo verò nõ admittatur, ex eo scilicet quòd feudum perpetuum sit in nostro patrimonio,& liceat nobis saltem impune abuti rebus nostris,quarũ sumus integri moderatores & arbitri,concludit tamen,non licere vasallo deteriorare,vel destruere in magnum,& perpetuum detrimentum domini, & deuastationem feudi, quid enim si vasallus turres,castella,mœnia vrbium euertat, curtẽ destruat,vniuersum fundum in syluam abire patiatur,profecto non possum non videri dolo hæc effecta,quæ nec populator quidem,aut patria hostis efficeret. Talisque deterioratio proculdubio dominum ad iudicium admittet,iudexque prudens ex ea causa quæ talis tantaque sit feudum domino adiudicabit,in quo tamen ex tex.in d.§.quicunque. interpellatio domini necessaria est, vt vasallus reparet, non respicientem autem & obstinate deteriorantem meritò à feudo iura ex-
50 cludent † & quanuis Iulius Clarus quæst.56.verbo, feudum, existimet decedere se ab opinione Mod Paris. ille reuera idẽ tenet quod vterq; enim admittit priuationem feudi ob deteriorationem magnã,quę fit melioris, vel maioris partis fundi,& feudi,Mod.ille enim † eam deteriorationem admittit
51 ad priuationem quæ talis & tanta sit,vt more populatoris facta esse videatur,in quo tamen quod attinet ad deterioration prudens expectatur iudicis arbitrium, qui de ea re cognoscet. Plurimum enim illud valet & admissum quoq; est in feudalibus controuersiis.§. ad hoc.de pace tenẽda & eius
52 violatoribus.libro 2. titu. 17.ibi. Bonus † tamen iudex varie ex personis causisque difiniet.Aluarus Vazquez quæstio.38. numero 22.iuris emphyteutici,indistinctè tenet propter deteriorationem priuari posse vasallum,& refutat Iulium Clarum:sed reuera Iulius Clarus & Mode.Paris. idem tenent,vt diximus,& pro ista sententia est nobis expressa l.1.ti.18.part. 2.ibi.Ca aquellos que los han por heredamiento, deuen los tener labrados e basteeidos de omes, e de armas, e de todas las otras cosas que les fuessen menester,de guissa que por culpa dellos,no se pierdã,nin vẽga dellos daño,nin mal al Rey, nin al reyno.Et loquitur lex de castris, vrbibus, & opidis datis iure perpetuo nobilibus Hispaniæ, quam concessionem diximus non absimilem feudo regali,quę fit Marchioni,Duci,aut Comiti,aut Capitaneo,ibi, La vna de aquellos aquien el Rey da los castillos por heredamiento. Et subdit lex propter deteriorationem,vel alienationem priuari posse,ibi.Porende el que perdiesse el castillo,o lo enagenasse a sabiendas aquiẽ fiziesse daño,o guerra al reyno,o al Rey del, faria traycion conoscida, porque deue perder todo el heredamiento que ouiere,e ser he cado dela tierra para siempre jamas, e el castillo deue tornar al señorio del rey como de primero. Et Gregorius Lopez ibi,verbo,Deuen las tener labradas.Tenet teneri dominos ad reparationem menium, & castrorũ, suis sumptibus,& quod possunt ad illud cogi. Ex quibus omnib.
53 elegans est æquiparatio fructuarij,& vasalli † vt de deteriora tione omnino teneantur,& sicut ille tenetur tueri & defendere causam vsusfructus quo fruitur,vtcumq; defendẽda sit,

siue

siue manu, siue in iudicio, quantum per vsumfructum sibi liceat, id quoque omnino facere teneatur vasallus, quòd si maiores expensæ necessariæ sunt, tunc requiritur dominus.

34 †Culpam autem vasalli in hoc casu, etiam leuissimam admittimus tum ex his, quæ diximus præcedenti capite nu. 30. quia versatur in hoc casu domini, & vasalli emolumentum, commodum, & vtilitas, ne ædes, mœnia, castra corruãt, tum etiam, quia in vasallis exactissimam diligentiam requirimus, argumen. tex. in l. 3. §. fciendum. ff. de offic. præfecti vigilum, Gregorius Lopez vbi supra, verbo, Por su culpa perdiere el castillo. Vbi tenet, quòd custos castri, qui ob leuissimam culpam amisit castrum, non puniatur pœna mortis. arg. tex. in l. 12. tit. 29. part. 7.

35 †Ex eo etiam meritò descendit, vt quia feudum propter deteriorationem, & maximum damnum reuertatur ad dominum iurisdictio, quam obtinent domini locorum infeudatam, vel apud nos à Rege concessam, ad dominum reuertatur, si domini locorum eadem abutantur, instar deteriorationis, quæ in reliquis rebus contingit, & propter abusum & nimium excessum in exercitio ipsius sequitur priuatio in pœnam abusus, quod post Baldum, & alios in dicto §. quicunq; aduocatiam. Innoc. Io. And. Germinia. & Philippum Frãcum in c. 2. de re iudicata. in 6. tenet Mode. Paris. vbi supra nu. 166. quod quidem ex facto semel vidimus in hoc prætorio, lata sententia contra Dom Fernandum de Castro; quia prætextu iurisdictionis accusabatur raptum commisisse, posteà morte ipsius res consopita est.

36 †Quinimmo ex sola negligentia dominorum in administranda iustitia partibus & subditis reuertitur iurisdictio ad
37 Regem & ad iudices Regis ordinarios; cum † enim Rex Hispaniæ fundet intentionem in omni iurisdictione in Hispania iure communi Hispano. Gregorius Lopez in l. 2. ti. 1. partita 2. Auendanius de exequendis mandatis Regi Hispaniæ c. 1. part. 1. nu. 6. versi. idem probatur, ob idq; concurrit cum omnibus dominis sibi subditis, quibus ab ipso cõcessa est iurisdictio. Palatios Rubios post Baldum, & alios quos ibi refert, in Rubrica de donationibus inter virum & vxorem. columna 3 num. 7. Auendanius vbi supra nu. 31. vers. nam licet. Cõstat enim Regem nostrum in toto suo regno & qualibet eius parte fundatam habere iurisdictionem, cum sit monarcha & summus Rex, & solus in regno suo l. j. in principio. ibi ei & in eum omne imperium. ff. de constitutio. Principum l. vna. ibi, regiminibus reipublicæ ad Imperatores translatis. ff. de officio præfecti prætor. isthuc autem fundamentum est de iure gentium l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. c. in apibus. 7. q. 1. Diuus Thom. 2. 2. quæstio. 66. arti. 2.

38 †Ideoque delirant, qui solum gradum appellationis domino nostro Regi reseruant, concurrit enim cum omnibus, inde est, vt si domini locorum negligentes sint, eorumq; iudices in administratione iustitiæ, iudex regius ordinarius possit de ea causa, in qua negligenter sese gesserunt cognoscere. in Auth. de quæstore. §. si verò forsan. coll. 6. & in c. irrefragabili. de officio ordinarij. Gregor. Lopez in d. l. 3. titu. 1. part. 2. verb. per priuilegio. Mod. Paris. licèt obscurius in consuetudinibus Parisiensibus. tit. 1. §. 2. gloss. 2. num. 10. Auendanius c. 1. in 1. parte, de exequendis mand. reg. num. 31. ad fi. Quod
39 in hoc nostro prætorio quotidianum est, sæpe † enim proponitur querela super homicidio, aut alio crimine contra delinquentes, & iudices dominorum, in quorum territorio delictum commissum fit, pròponiturque iudicum negligentia vt magne causæ cognitio in senatu retineatur, ex aduerso autem proponitur causam præuentam, nec posse ad Senatum pertinere ante diffinitiuam, præcipitur autem, vt testes de crimine recipiantur, & acta iudicis adducuntur, ex quibus si cõstet negligentia iudicis, retinetur causa, & capti à iudice, quoque ad carcerem regium adducuntur, aliàs remittitur causa legitimè præuentione occupata, & in hoc casu rectè competit iurisdictio: quia ordinaria est, vnde in hoc casu debet declinatoria proponi à iudice domini, vel ab ipso domino; nã pars propter competentem iurisdictionem non auditur declinans, ita tenent Gregor. Lopez, & Moder. vbi supra, & fit quotidie.

Hæc enim omnia ex eo descendunt, q̃ scilicet vasallus tenetur reparare & conseruare curtem feudalem & dominicã
60 nec ipso feudo abutitur, illinc descendit priuatio, & in †iurisdictionis abusu ipsius recuperatio ad dominũ & in casu negligentiæ particularis illa quoq; recuperatio, simile est, quod tradit gl. in c. 1. §. item qui domino, in verbo iustitiã, quæ fuit prima causa beneficij amit. lib. 2. tit. 24. Vbi fit illa æquiparatio, q̃ sicut priuatur vasallus, si iustitia abutatur, ipsam nõ administrãdo, ita quoq; dominus priuatur proprietate propter eandem causam, & sequi. gl. Bal. & Præpositus, & Iacobinus in feudo, verb. dictiq; vasalli el primo, nu. 24. licèt Iulius Clarus huic opinioni non assideat propter æquiparationem vasalli, & domini, æquiparatio autẽ innititur in abusu ab vtroque facto, & commisso, & reuera illa æquiparatio cognita est iure illo feudorum, c. vno. qualiter dominus proprietate feudi priuetur, lib. 2. tit. 47. & in vasallo est text. § illud tamen nõ lateat. aliàs item qui domino, quæ fuit pri. causa beneficij amittendi, lib. 2. tit. 24. Item illud (inquit Obertus) non lateat, quòd si quis suo domino iustitiam facere noluerit, feudum quod tenebat pdet, sicut in alio libello tibi scripsisse hoc credo,
61 quæ † autem & quanta, qualisq; in iustitia hæc esse dẽat, qui, quantus, qualisve excessus, illud iudicis arbitrio relinquẽdum est §. sed quia natura. cod. tit. & lib. Sed quia natura (inquit Obertus) nouas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, vt aliæ emergant causæ, quibus videatur iuste adimi posse feudum, ideoq; iudex solers & discretus, & æquitati obsecundare solitus, cuncta subtiliter dispensans, prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, vt proinde sciat, vtrum beneficium sit amittendum an nihilominus retinendum.

62 Illud consequens est † an sicut vsufructuarius ratione fructuum tenetur ad tributa, & onera, ita quoq; & feudatarius, in quo deducta ratione ab vsufructuario vti dicebamus concludendum est, teneri beneficiatum vel vasallum ad onera & tributa, cum fructus rei dominicæ percipiat, in quo faciũt quæ diximus capite præcedenti, nu 45. & sequ. & in terminis ita concludit Pinellus in l. 1. C. de bonis mat. parti. 2. num. 72. ampliatione 2. post Chassan. in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 6. In quo vide supra c. proximo. num. 46. hæc enim onera & tributa sequuntur fructuum perceptorem, cumque infeudatus fructus percipiat reliquum est, vt ad onera hæc & tributa teneatur, & ex hac ratione ita concludit Aluar. Vazq. iuris emphyteutici. q. 17. nu. 3. omnia de his tributis constituta in vsu fructuario habent locum in vasallo & feudatario ex ratione quæ eadem reperitur in vtroq; Mod. Paris. in consuetudi. Paris. tit. j. §. 22. nu. 156. & 158. vnde omnia quæ constituta sunt de his oneribus & tributis in vsufructuario habent locum in vasallo.

63 †Quin & incollectis, quæ imponuntur, idem obseruandũ est propter eandem rationem: hæc enim rationem fructuũ sequuntur, Pinel. d. l. 1. par. 2. nu. 72. sexta ampliat. & est in hoc argumentatio recepta ab vsufructuario ad vasallũ; quia vterque percipit fructus, constat enim in feudis imponi posse collectas & taleas à Rege, vel Imperatore, vel republica non re-
64 cognoscente superiorem, Barones † verò, Comites, Duces, Marchiones, Capitanei, & alij inferiores, qui superiorem recognoscunt, non possunt valuasinis suis, nempe subditis collectas, & taleas has imponere, quanuis habeant merum imperium, & omnimodam iurisdictionem, sub quocũque prætextu, siue belli, siue famis, siue pestis, siue ad reparationẽ mœnium, aut murorum, aut pontium, hæc enim impositio collectarum est de regalibus, & ad principem pertinet l. vna. C. de superindictis: li. 10. c. 1. quæ sint regalia, & quamuis iure communi ciuitas, vel communitas pro necessitate præsenti poterat collectare subditos l. omnes. C. de operibus publicis. Aegidius Bosius tit. de principe & eius priuilegijs nu. 95. Chassaneus in consuetudinib. Burg. rub. 1. §. 4 gl. & surses sub nu. 47. Matth. de Afflic. in constit. Neapolitanis, tit. de contumacia vniuersitatis, lib. 1. Thomas Grãmaticus cons. 69. iure tamen nostro Hispano hoc ius limitatum est vsq; ad quantitatem trium millium morapetinorum, qui efficiunt drachmas argenteas Romanas octuaginta octo, plus minusve l. 16. tit. 1. lib. 7. Ordinati. quæ est l. 25. tit. 6. lib. 3. in noua compilatione
65 † & licèt Iulius Clarus q. 29. verbo feudum, disputet contra Boerium decis. 126. an ex possessione immemoriali subditos suos posset is qui supremus nõ est collectare, illud hodie cessat in Hispania, vbi ex dispositione l. 24. in capitulis correctorum reprobatur contraria consuetudo, de quo Auend. in 2. p. de exeq. mandatis reg. Hispaniæ. c. 14. nu. 5.

66 †Debet tñ collecta proprie accipi: nam si parochiani alicuius parochiæ pro vestibus vasisq; sacris comparandis exigãt quid inter se mutuo consensu, illa proprie collecta nõ est, nec indigent licentia, & facultate regia, cum fiat virtute consensus, Chassaneus in consuetudinibus Burgund. Rubr. 13. §. 6. gl. de porte. Auendanius infra allegandus.

67 †Idem dicẽdum est, si res publica compellat vicinos suos ditiores, vt mutuent ociosam pecuniam, quod hodie fit Cõpostellæ in hac frumenti miserrima caritate; quo enim tẽpore hæc scribimus, misere famæ laboramus, & ad comparandum frumentum, cuius à Gallis ad nos mira quantitas appulit, mas de docientas mil hanegas compelluntur ditiores ciues pecunias mutuare. Chassaneus vbi sup. rubr. 1. §. 4. ver. sed dicimus. Auendanius vbi sup. nu 9. in his casib. quoniam collecta nulla imponitur non timetur pœna legis Hispaniæ, in a-
68 lijs autem casib vbi † uero collecta imponitur, non sufficiet pactum, nec concessus ciuium, propter legem nostram Hispanam,

Source : BIU Cujas

spanam,ex quibus cauebis ab Auendano,vbi ꝛ. nu.7. & 8. ꝙ si feudum concessum sit ab ecclesia laico,iux. §.1. qui feudū dare possunt.lib.1.tit.1.in princ.qualia duo noscimus in hoc regno dumtaxat ab Ecclesia Diui Iacobi & Compostellanis Archiepiscopis concessa nobilibus huius regni,alterum Comiti Altamirano,quod sine vlla cōtrouersia obseruatum est alterum Marchioni de Sarria concessum, de quo lis & controuersia mota est,& adhuc pendet, Archiepiscopis renuentibus accipere seruitium, equum phaleratum & certam pe-
69 cuniæ quantitatem,isti † enim feudatarij ecclesiæ, & rerum ecclesiarum subeunt collectas impositas à Rege nostro,ēt si Rex noster laicus sit, de quo licèt maxima controuersia sit, ita asserendum est ex æquiparatione vsufructuarij, & feudatarij,idque ex hac æquiparatione, & aliis vrgentissimis argumentis in emphyteuta ecclesiæ concludit latissimè Aluarus Vazquez q.17.nu.11.& alijs seq.cuius rationes omnes æque militant in feudatario sicuti in emphyteuta; vterque enim habet vtile dominium, quod quidem in uasallo laico, laicū est,quod ipse latissimè probat nu.12.vnde quia laicum & ꝓphanum est,etiam si sit separatum a dominio & proprietate ecclesiæ subiectum est domino nostro Regi,& patitur collectas ab ipso impositas,quod ꝓbat adducto Petro de Ancha. & Andrea Barbatia,Paulo,Cumano,Alex.Alberto, Bruno, Socino,Felyno,Decio,& Tiraq.in retractu Linagier. §.1.gl. 3.nu.8.& Syluano cons.9.nu.23.qui solus contradicit.

70 Tum etiam † quia mutata conditione personæ videt mutata conditio bonorum l.Paulus.aliàs per procuratorem. ff. de acq.hæred.l.fiscus.ff.de iure fisci.l.eum quidam.§.si debitores.ff.de publicanis.c.vno.§.verum.de iure patron.lib.6.& comprobatur ex alijs quos adducit idem Aluarus Vazquez nu.25.ver.quib accedit,vbi latè, tum ex ratione & tempore præscriptionis: quia licèt aduersus quamlibet ecclesiam requrantur quadraginta anni.C.de quadri.præscription. authen. quas actiones.C.de sacrosanct.eccl.Greg.Lop.in l.fi.ti. fi. p.6.aduersus tamen ecclesiæ vasallos, vel emphyteutas ad præscriptionem vtilis eorum dñii sufficit tempus commune sicuti aduersus alios priuatos.Bart.in l.si publicanus.§.in vectigalibus.ff.de publicanis.Bal.de præscrip.1.p.5. princip. in princi. nu.19.& 20.Tiraq.vbi sup.& alios allegat ipse Aluarus Vazquez,vbi sup.nu.13.Ex quibus concludit ꝛ Laurentium Syluanum cons.9.& eius fundamentis rñdet,& est vera opinio, quod quotidianum est in nostro prætorio,deducto argumēto ad aliam speciem,vt s.conductores rerum ecclesiarū,gaudeant priuilegijs ecclesiæ; quia mutata persona fit quoque qualitatis bonorum mutatio,Segura l.3.§.fin.ff.de lib. & posthu.Tiraq.in 1.retract §.1.gl.13.nu.12. Peralta in l. cum patronus.ff.de leg.2.ex quo axiomate & his quæ diximus, etiā si aliàs ecclesia faciat notionem causarū Senatui nostro,hoc est facit casu de corte,pro suis rebus conductores earūdem emphyteutæ,vel censuarij notionem eam nō facient,immo nec canonici,quibus fit locatio ad vitam rerum ecclesię debitores suos adducēt ad Senatum; quia mutata persona qualitas quoq; ipsarum rerum mutata censetur:de quo tamē cū obstinate disputatum sit sæpe,variè iudicatum vidi, aliis iudicibus in alias abeuntibus sententias,sed verior est pars negatiua ex his,quæ diximus,& ex Clement.1.de decimis. Clementina fi.de censibus,vbi Scriptores,& Geminianus in ca. quamquam.de censib.lib..6.Ioan Andr.in c.1.de immunita. eccle.Alex.consi.9.volum.5.

71 †Expēdit igitur vasallus suis sumptibus ex his causis quas explicuimus,1.reparando,& reficiendo rem feudalem, item tuendo & defendendo,ne res deterior fiat,neve māsum,seu curtis corruat,iurisdictionem iustè exercet,ne abusu,vel negligentia amittatur,expensas quoque eas facit suis sumptib. quæ insurgunt propter onera & tributa quæ insunt rebus in feudatis,quin & propter collectas, & taleas impositas sumptus quoque facit, quæ omnia paria sibi sunt & communia cum fructuarijs,vigetq; in vtrisque eadem ratio,ideoq; iuris eadem admittitur dispositio,vnde neq; magnæ, neq; paruæ expensæ vlla habetur ratio, quantum enim fructus sufficere possint,tantum ob has causas expendere tenetur vasallus in-
72 feudatus † expendit etiam vasallus ex causa alimentorum, s. si patronus inops sit,nec aliunde habeat,vnde se alat,esurientem enim alere tenetur,quantum ferant feudi dominici fructus,Dynus,Bar.in l.alimenta.§.Imperator.ff. de libe. agnos. & in tract.suo alimentorum,num.45.Io.Fab.& reliqui.§.sed etsi quis cum parente.Instit.de actionib.Bald in l.1.§.sed scimus. C. de latina libert.tollenda.Matthæus de Affict.decis. Neapol.265.ver.29.Caccialupus in repet.ca 1 in 15.concordantia.de feudi cognitione,tractat quæstionem Iulius Clarus.q.23.verb.feudum Mod.Par.in consuetudinib. titu. 1.§. 30.nu.145. præcipuum argumentum ad hanc cōclusionem
73 ex sententia ipsius deducitur à donatario † qui nisi esurienti donatori suo alimēta necessaria præstiterit,donatione quasi indignus priuatur,ex gl.in l.fi.verbo voluerit.C.de reuocā dis donationib.quam dicit communiter receptam, & licèt illa causa non sit expressa in d.l.fi.s.negatio alimentorum, vt inquit eadem gl.& similis in l.in condemnatione.ff.de regu. iuris,tamen constat,ꝙ ex causis similibus vel grauiorib. expressis in d.l.fin.potest æquè donatio reuocari.Grauius autē est alimenta negare,quàm iniuriam verbo facere,l.vel necare.ff.de liberis agnoscen.ex quo argumento ita tenent prędicti,& licèt in donatario quantum ad hoc distinguant Albericus in d.l.in condemnatione.Anchara.Imol. Panormit. & Barbat.in c.fi.de donationibus.inter donatorem omnim bonorum,vt hic alēdus sit,& donatorem rei particularis, vt nō sit alendus,distinctio tamen illa non placet Mod.Par. & merito,non enim existimat ferendum,vt inofficiosus & impius donatarius maneat in lucro, & liberalis donator extremam egestatem patiatur,ob eāq; causam, siue particularis res donata sit,magna,siue maxima,siue parua,siue fructuosa nimis siue parum fructuosa,ad æstimationem rei deueniendum existimat,vt tādem donatori iuxta modum largitatis suæ succurratur,siue senex sit donator,siue iuuenis,contra Frāciscū de Ripa in d.l.fin. eaq; sententia rationem habet,& naturalē
74 illam æquitatem animis nostris inscriptam † qua benefactoribus nostris bene quoque facere gratiam parem referentes compellimur,quod ἀντιπελαργεῖν vocarunt veteres,ex ratione igitur,quæ suadet,alendum donatarium,colligitur ratio alēdi patronum,& dicendum videbatur, alendum eum, quantum largitas beneficij patiatur,instar donatoris.Mod.Par.tamen ita cēset,vt si primus author feudi,qui liberaliter & gratis prædia sua infeudari passus est,esuriat, absq; dubio obseruandum esse,quod de donatore alendo diximus,secus verò
75 si feudum non fuerit gratis concessum † sed ob pecuniam, & quasi pretij interceſſione emptum, quod fieri posse cōstat ex tex.in c.1.de natura feudi.li.1.tit.7.ibi,vel nisi emerint fundum; tunc enim pretium restituendum est secundum antiquum & rationabilem vsum.& in §.fina.qui feudū dare possunt.lib.1.tit.1.vel nisi aliquid propter feudum acceperint; tunc enim nisi restituto pretio auferre non possunt.tex. in c. 1.de feudo guardiæ.lib.1.tit.2.Iulius Clarus.q.16. verbo feudum, & Doctores feudistæ in prædictis locis, in hoc igitur genere feudi empti quia liberalitas non reperitur, nimirum si retributio quoque nō reperiatur,vbi autem liberalitas est, oportet vt beneficus dominus vasalli beneficiarij beneficū quoq; accipiat famelicus & esuriēs, contrarium verò ait obseruandum in feudis antiquis,quorum viuentes patroni nō sunt authores,& quibus vasalli beneficium non acceperunt, licèt eisdem ad seruitium teneantur,ex Aluarot. & Prępositio in c.1.§.licèt.si de feudo defuncti cōtrouersia sit inter domin.& agnat.& alijs quos allegat, quod ego non recipio in filio,nepote,& pronepote primi domini, qui feudum concessit,nulla enim nec humana neque iuris ratio suadere po-
76 test,vt † quam ob causam pater meus esuriens videbatur alēdus,non videar quoq; ipse filius & hæres,cum si beneficium collatum sit à patre,nō minus voluerit prospectum mihi pater,quàm sibi,cui ex voto cuncta parabat,nec ius huiusmodi obligationes distinguit à patre,& filijs,quos eosdem esset cēsetitaq; in hoc libenter à Mod.decedimus; qm̄ nulla subest ratio,quæ distinguat inter patrem,filium,& nepotes, nec ferendum est,vt tu habeas substātiam paternam, quę mihi ex voto parabatur,me filio eodemq; hærede esuriente misere: ex quibus quoq; videas quantum probanda sit distinctio Iulij Clari d.q.23.qui distinguit duos casus,qui retenta superiore opinione sine dubio videri poterant. itaque ex hac causa expendere cogitur vasallus,non verò priuatur feudo;quia iure cautum non est in consuetudinibus feudalibus.

77 †Expendere autem vasallus an teneatur pro liberando domino incarcerato ob æs alienum,hoc est, an debita patroni ex fructibus cogatur diluere, & nisi diluat an feudo priuandus sit,breuiter dic,quòd debita pecuniaria non tenetur soluere,nec ex fructibus feudi,ita resoluunt in hoc omnes concordi consensu,Mode.Paris.vbi sup.nu.146.& Iulius Clarus. q.24.præter eos quos ipsi allegant,omnes enim in hoc conueniunt & ab hoc onere,& ratione expensarum liber est vasallus,operam autem & diligentiam tenetur adhibere vt dominum liberet c.1.§.item si delator. quæ fuerit prima causa beneficij amittendi.lib.2.tit.24.ibi. (vel si cognouerit dominum inclusum,& eum cum potuerit non liberauit feudum perdit) in quo cauendum est à Mod. Paris. qui existimat vasallum denegata hac opera non priuari feudo, apertè enim loquitur contra text.in d.§.item si delator,tenet etiam cōtra Doctores omnes ibi,& contra Iacobinū in suo feudo in verbo,dictiq; vasalli.nu.37.& tenuerat gl.ibi.cogi certè ad operam illam exhibendam non potest, cum liberum illi sit, vel operam adhibere,vt pœnam euitet,vel pęnam volens libēsque incurrere,ꝙ si patronus dominus iuste inclusus sit,si vasallus

sallus operam illam neget, nequeat, aut nolit curare domini liberationem non timet pœnam dicti §. item si delator. qui enim iniustè delinquit, iustè plectitur, ita limitat & explicat d. §. item si delator. Isernia ibi & Iacobinus d. num. 37. & Iulius Clarus vbi supra, quæ sententia periculosa est, iustitia. n. vel iniuria carcerationis dependet ex futuro iudicii euentu, interim vero vasallus inique faciet, si putet dominum iniustè fecisse, ob eamq; priuatam sententiam dominum suum in carcere relinquat sine præsidio, & litigatore.

Sed & illud, quod in fructuario adnotauimus, an incidere posset arbores frugiferas, repetendum hic est, ideo enim in vsufructuario disputanda illa omnia capita nostræ argumentationis fuerunt, vt ad feudatarium, maritum, emphyteutam conductorem, possessoremq; maioratus, præfata essent fundamenta, vasallus igitur sicuti & fructuarius deteriorationis damna abhorrens, frugiferarum arborum fugiet incisiones, has enim in fundo feudali incidere non potest impune, ex his quæ tradit Barto. & post eum Iason in l. diuortio. §. si fundum ff. soluto matrimonio. Paulus de Castro in authent. qui tem. C. de sacrosanct. eccl. facit tex. in c. 1. §. si verò. de inuestitura de re aliena facta lib. 2. ti. 8. ibi (meliorem namque conditionem feudi facere potest, deteriorē vero sine domini voluntate, vel eorum agnatorum ad quos per successionem ptinet facere non potest) si enim propter deteriorationē māsi vel curtis, aut domus, priuatur feudo, idem recipiendum est, propter incisionem arborum frugiferarum, vtriusque enim eadem ratio est l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo. ibi, vel
79 † fundum, & dum tradidit imposuit ei seruitutem, vel ædificia diruit, vel arbores excidit, vel vineam extirpauit, quē tex. dicit Ias. vbi supra didicisse se à Baldo ad Speculum in tit. de locato. §. statim in principio, versiculo, & hic nota, q̄ emphy-
80 teuta vel colonus: idque † recipiunt omnes nō solum in fructuario, vt diximus supra capite proximo, sed & in vasallo, emphyteuta & marito, & conductore facit l. si merees. §. cui pæ. ff. locati. ibi, ipse etiam si exciderit nō solum ex locato tenetur, sed etiam lege Aquilia. l. duobus. §. colonus. ff. de iure iurand. colonus cum quo propter succisas arbores agebatur ex locato l. in fraudem. §. si conductor. ff. de iure fisci. in marito l. diuortio. §. si fundus. ff. soluto matrimon. tenet ita in vasallo Iulius Clarus q. 47. verbo feudum, & hæc excisio arborum generaliter fideicommissario, marito, maioratus possessori, conductori ad longum etiam tempus, emphyteutæ, vasallo: & fructuario impune non licet, Tyraq. de retractu conuentionali §. 3. glo. 1. num, 23. idem Iulius Clarus verbo emphyteusis. q. 26. Cepolla de seruitutibus rusticorum prædio. de montibus. nu. 13. Molina in suo nobili tract. de Primoge. Hispa. lib. 1. ca. 22. nu. 5. quod tamen generaliter intellige ex Tyraq. vbi sup. & Ias. in d. §. si fundum. nu. 4. nisi soleant arbores frugiferæ huiusmodi excidi, ac tunc quidem alio loco excisarum substituentur, plurimum enim valet consuetudo prouinciæ, & natura & qualitas arborum sunt enim eius qualitatis arbores, vt nisi excidantur certis annis, adeo senescant, vt renascantur nunquam, & in hoc nostro regno oportet robora, castaneasque arbores statis temporibus non dico amputare, sed succidere, quoniam compertū sit, senescere eas, exci
81 sas verò germina citius emissa propagare † itaq; consuetudo loci, cœliq; temperies, ipsaq; natura arborum plurimum facient, vt vasallus, emphyteuta, reliquique pœnam euitent huiusmodi incisionis, adde quæ diximus capi. proximo. nume. 32. & sequen.

82 † Expendit etiam vasallus, quia cum teneatur dominum defendere, suis sumptibus faciat illud necesse est, primum probatur per tex. in c. 1. quibus modis feudum amittatur. lib. 1. ti. 5. ibi. Si enim dominus prælium campestre habuerit, & vasallus cum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudum amittere debet, secundum tenet Iulius Clar. post Alex. in l. recusare. §. si quis alio. nume. 10. ff. ad Trebel. in q. 21. verbo feudum, & probat tex. in c. 1. de allodijs. lib. 2. titu. 54. de profectione & expeditione regis Romanorum Romam vt coronam imperij suscipiat, firmiter statuimus, inquit Federicus, tam in Italia quàm Alemania, vt quicunque in dicta publica expeditione Romam ad suscipiendam imperij coronam regem, aut sub rege dominum suum non adiuuauerit, aut cundo cum ipso, aut pro quantitate feudi stipendia militiæ persoluendo, si de vocatione legitima a domino suo conuinci per compares suos poterit, feudum perdat, & dominus in suos vsus illud habeat redigendi liberam facultatem, tex. in §. firmiter. de prohibita feudi alie. per Federic. lib. 2. ti. 55. debent enim feudatarij imperij, qui ab Imperatore tenēt feudum, quales Marchiones, Duces, Comites, & Capitanei, maiores i. valuasores, comitari regem Romanorum, seu Alemaniæ, qui est Rex Italiæ, & Teutonicorum. c. 1. de noua forma fidelitatis, euntem Romā suscipere coronam & nomen imperij, nam aurea nō dicitur Imperator l. fi. C. de quadriēnij præscriptione, idemq; & Vasallus tenentur facere, s. comitari dominos suos sequentes Regem Romanorum, idq; suis sumptibus, & in omni expeditione id constitutum est d. §. firmiter vel præbeant adiuamen alium quem dominus vel Rex approbet, aut dimidium reditus vnius anni, quem reddat feudum d. c. 1. de allodijs. & d. §. firmiter. Isernia & reliqui in dictis locis.

83 † Expendere etiam aliunde tenetur feudatarius, si feudum hæreditarium habeat, nam onera omnia hæreditaria soluit atque ob eam causam expendit, quod vt pateat, oportet aduertere, feudum aliud esse hæreditarium, idemq; de emphyteusi constituendum est, aliud est non hæreditarium, quod obtinere quidem potest is, qui prædecessoris emortui hæres non sit, & dicitur feudum ex pacto, & de prouidētia, illud autem nisi hæres prædecessoris non obtinet; quia scilicet concessum sit pro se & hæredibus, alterum verò, quod conceditur pro te, & Titio, vel iure Francorum, quod primogenijs Hispanorum simile est, omnia hæc latè fundant nouiores Pinellus post Afflictum decis. 140. & decis. 119. nu. 1. & 2. Iulius Clarus q. 9. & verb. emphyteusis. q. 16. Pinellus de bonis mater. l. j. par. 3. nu. 48. Aluarus Vazquez q. 43. iuris emphyteutici. nu. 1. & seq. Ludouicus Molina de Primogeniis Hispanotum lib. 1 c. 7. nu. 3. & 4. in dubio autem semper præsumimus feudum hæreditarium non vero ex pacto & prouidentia, de quo latè Aluarus Vazquez vbi supra contra Pinellum, idem Greg. Lopez tenet in l. 6. titu. 26. part. 4. verbo, Lo heredan. Si igitur feudum hereditarium sit, idem de emphyteusi, tenebitur successor idemque hæres onera hæreditaria subire, quāuis inuentarium solenniter conficiat, quia feudum hereditas est, & de hæreditate tenetur, & iuxta vires hæreditarias, si verò feudum ex prouidentia sit, aut emphyteusis non hæreditaria, tunc quidem non tenetur ad onera hæreditaria ex feudo, nullo etiam inuentario facto, quia cum nō pertineat ad hæreditatem, nec iure hæreditario ad se pertinet, ita tenent quos supra citauimus Iulius Clar. & Aluarus Vazquez, Isernia in c. 1. qui succ. teneant. Alexan. consi 19. nu. 18. li. 5. alios effectus tradunt illi, sed iste pertinet ad nostrum institutum vide ad hæc omnia D. Didac. Couar. Variarum, lib. 2. ca. 18. nume. 4. quæ plurimum faciunt ad l item veniunt. ff. fam. erc. quia emphyteusis hæreditaria diuiditur inter hæredes, emphyteusis ex prouidentia minimè diuiditur pro portionibus hereditarijs, & quomodo facienda sit diuisio emphyteusis, an per commoditatem, an per regiones, an per estimationē, & quid operentur verba illa, Y no se pueda partir, ni diuidery ande siempre en vna sola voz. Quæ cōsueuit apponi in emphyteusi, & rursum an verba illa solita apponi, Os aforamos a vos y a vuestra muger eo vna sola voz, y al que postrero de vos muriere. Inducant ex expresso contrahentium consensu ius accrescendi, an verò non decrescendi, alibi dicemus: non enim pertinet ad nostrum institutum.

84 Meliorationes † autem quas vasallus fecit in feudo recuperat finito feudo, vel per generationem finitam, vel aliter absque dolo & culpa vasalli, ita tenent Scribentes in §. si vasallus hic finitur lex, & incipiunt consuetudines. lib. 2. titu. 28. & Iulius Clarus verbo, feudum q. 88. Franciscus Hotomanus in d. §. si vasallus. recuperabit autem huiusmodi expensas retenta hac opinione, vel exceptione, vel beneficio legis domum. C. de rei vendi. vel incerti conditione, vt diximus superius, habita ratione meliorationum voluptatis, vtilium, & quę necessario expenduntur, iuxta regulas superius traditas, illudq; equitatem eam habet, ne dominus ditescat cū aliena iactura, habeatq; vasalli substantiam sine causa vlla, itaque si ędificium erexerit, necesse erit domino vel numerata pecunia redimere. Neq; potest dicere dominus tolle rudera & saxa, quāuis id dicat ibi Baldus in §. si vasallus. si est ędificium vrbanū retinebit, gl. in d. §. vasallus. Guido Papa decis. 169. Decius cō sil. 518. lib. 4. Idem obseruandum est, si pretio seruitutem fundo acquisierit, vt pretium persoluatur dominus, si seruitute vti voluerit, & pro hac sententia, quę crebiori Scribentium sententia recepta est, a legant omnes d. §. si vasallus. quem Iulius Clarus dicit apertum tex. pro hac opinione, qui tantum abest, vt apertus sit, vt obscurissimus videri possit attentius intuenti, ex illis verbis. in fine positis (quidam alij dicunt ad dominum pertinere) iunctis his quę adduximus supra ca. 9. nu. 51. Ex quibus videbatur dicendum, omnia ad dominum pertinere, idq; verissimè deduci videtur ex tex. in d. §. si vasallus. vbi Afflictus latissimè, in quam partem inclino adiuncta ratione quę traditur à nostris Scribētibus ad l. 46. Tauri, quam generaliter plerique intelligunt, cuius rationes omnes faciunt, & suadent posteriorem hanc sententiam, s. q̄ nihil debeatur vasallo nomine meliorationum, ne detur via & occasio defraudandi dominum, ne vnquam feudum ad dominum reuertatur, sumptibus multiplicatis, excrescētibus his in eam quātitatem, quam dominus soluere nequeat, quo iure ergo

condi-

Source : BIU Cujas

conditores legum Taurinarum,nihil nomine meliorationū relinquunt vltimo possessori melioranti maioratus res,nimirum si & feudorum constitutiones in feudis id ipsum constituerint,vnde deriuata videatur d.l.46.de qua capite sequenti agemus,itaque verius existimamus feudum melioratum relinquendum domino,nisi meliorationes eius generis sint,vt sine ruptura auferri possint,& ita intelligendum §. si vasallus arbitramur.de quo superius ca.1. & seq.multa,de augmento verò quod contingit in feudo,inferius dicemus,item de thesauro à vasallo reperto.

SVMMARIVM.

1 *An maritus sit dominus rerum dotalium,& num.2.quod nomine iurisgentium multa inculcet Accursius.*
3 *Thesaurus inuentus à marito in fundo dotali diuiditur,& nu.4.quòd fidelitas feudi dotalis sit penes vxorem.*
5 *Releuium quid,& quid nobis sit, & nu.6.traditur noua opinio de dominio vxoris.*
7 *An soluto matrimonio mulier remaneat domina rerum dotalium, & numero 8.quòd dominium eiusdem rei possit esse apud duos diuersis respectibus, & numero 9. quomodo dos sit substantia vxoris & patrimonium.*
10 *Prohibitio alienationis non impedit dominum.*
11 *In Hispania quæ sint bona lucrata,& quòd quærantur vxori quo ad dominium & possessionem numero 12.& numero 13.quod in societate,& nu. 14.quod iure communi non reperiuntur ista societas, & nume.15.agitur de l.14.Tauri & nu.16.ratio ad d.l.14 & nu.17.quæ sunt lucra quæ reseruanda sunt filijs.*
18 *Maritus inquantum possit alienare hæc lucra,& nu.19.an donare possit,et nu.20.an possit legare.*
21 *An mulier in parte sua lucrorum habeat hypothecam sicuti in re maritt,et nu.22.quòd possit quis in re sua habere hypothecam.*
23 *Expensas ad alendam vxorem quatenus vir præstet,& de ægrotante vxore,& num.24.de expensis vestimentorum,& numero 25.de expensis funeris vxorij,& nu.26.de expensis faciendis cum vidua.*
27 *Maritus soluit tributa,& pensiones,& collectas,& nu.28.si maritus non soluat pensiones rerum dotalium, an res dotalis pereat commisso 29. & quòd maritus tenetur de dolo & culpa.*
30 *Prælatus quid quantumque noceat Ecclesiæ,vel delinquendo,uel omittendo,remissiuè &.*
31 *Quid quantumque pater noceat filijs in emphyteusi omittendo, uel delinquēdo,& nu.32.quid in feudis,remissiuè,& nu.33.an pater renuntiando emphyteusi vel feudo noceat filijs,remissiuè.*
34 *Ad maritum pertinet periculum nominum dotalium,& nu.35 agitur de l. si extraneus.§.sed si pater ff.de iure dotium. & nume.36.de l.15.titu.11. part.4.*
37 *Cuius expensis fiat hæc exactio nominum dotalium,& nu.38 parua & magna expensa respectu dotis accipienda est.*
39 *An maritus suis sumptibus tucatur castrum dotale,& nu 40.traditur ratio ad l.cum quæreretur.§ prædij.ff.de lega.3.*
41 *Aedificia erecta in solo alterius coniugis cui cedant.*
42 *Vinea plantata in solo alterius cui cedat.*
43 *De meliorationibus factis in solo maioratus alterius,agitur de l.46. Tauri. & nume.44.quod d.l.46 habeat naturalem iustitiam,quæ potuit mouere eius conditores.*
45 *Dispositio l.46.generaliter accipienda est in omni re maioratus, & nu 46. quod habeat locum in omni genere maioratuum,etiam in capellis, & anniuersarijs.*
47 *Dispositio d l.46 non impedit abrasionem eorum quæ abradi possint,nisi æstimatio offeratur.*
48 *Dispositio d l 46 non impedit repetitionem dotis, si a marito tota, vel ex parte consumpta sit in meliorationibus.*
49 *Quæ dicitur necessaria expensa in re dotali,& quid iure nostro.*
50 *Si maritus leget uxori dotem suam,an videatur remisisse deductionem expensarum,*
51 *Maritus litiganti secum vxori an præstet expensas,quid si indotata. numero 52.*
53 *Pupillus agens querela inofficiosi an sit alendus,& quomodo,remissiuè.*
54 *Dines litigans cum paupere an præstet ei expensas,remissiuè.*
55 *Priuatus agens ad utilitatem publicam an habeat expensas ex publico.*
56 *Mulier de adulterio conuicta an habeat expensas à viro.*
57 *Maritus an habeat ius retentionis in rebus melioratis,vel in rebus dotalib. propter sumptus & expensas & meliorationes factas.*
58 *Maritus an compenset fructus cum expensis & meliorationibus.*

De marito expendente & meliorante res vxoris, quatenus expensas recuperat.

Caput decimumtertium.

Maritus quoque suam particularem habet iuris rationem,ad expensas, & meliorationes in rebus vxoris factas consequendas; quoniā variè expendit,varieque meliorat,idque argumentum variè tractarunt Iureconsulti,vnde ad cæteros qui expendunt, solent argumenta deduci,per totum tit.ff.de impēsis in reb. dotalibus factis. nos verò licèt hæc probemus, quæ reprobari non possunt:tamen aliunde deducenda argumenta arbitramur,quæ suadeant repetendas vel recuperandas expensas, inuenta semel vera ratione, rerum dotalium penes maritū, hæc enim fere vniuersa tradita a Iureconsultis aperit, ac subinde recuperationem expensarum & meliorationum suadet
1 vel dissuadet; quamuis † enim vulgò sic acceptum sit, vt maritus rerum dotalium vere sit dominus, cuius opinionis author Accursius est in l.in rebus.C.de iure dotium. quem veluti ducem antesignanum sequuntur cæteri, ita tamen vt licèt dominus sit,aliquando tamē restituturus sit dominium illud,quasi dominium illud sit reuocabile, quod sensit Bal.in d.l.in rebus.& Bar.in l.diuortio.§.si fundum.ff.solu.matri.vbi Ias.& Alex.quam tamen opinionem duo Imperatorum responsa comprobare videntur l.si prædium.23.C.de iure dotium.ibi,cum rei tibi quæsitæ dominium auferre nolenti minimè potuerit.facit etiam l.doce ancillam.C.de rei ven.quæ vulgaris ad hoc est & notissima, neminique non est in ore, ex aduerso pugnat tex.in l.in reb.C.de iure dotium. vbi Imperator ita inquit.cum eædem res,scilicet dotales, & ab initio vxoris fuerint,& naturaliter in eius permanserint dominio,non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta uel confusa est,qui textus apertus est,quod autem glo. ibi inter-
2 pretatur naturaliter,idest iuregentium †fere nullam interpretationem habet,ex his quæ notauimus supra cap.3.nu.14.& 15.& seq. vt enim ibi diximus, illa iuris gentium disputatio viros doctissimos sæpè decepit, dum in illis verbis secretius quicquam subesse existimant.Secundò contra communem est tex.in l.si constante.§.si maritus.ff.solu. matri. ibi (tamen sæuitia quæ in proprijs culpanda est,in alienis coercenda est, hoc est in dotalibus) hæc Vlpianus, qui res dotales respectu mariti alienas vocat.Tertiò est tex.in l.assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur, vbi constitutum est, maritum ex sua substantia non ex dote mulieris debere creditoribus satisfacere,& separantur,ibi res,quarum maritus est dominus, à rebus dotalib.ibi,oportebat enim disponi, maritos de substantia sua creditorib. suis satisfacere,de mulieris autem dote minimè.Quartò facit text.in l.denique. §. sed vtrum.ff.de minoribus,vbi quòd dos est proprium patrimonium vxoris ex quibus videtur,ꝙ maritus fictione potius iuris, quàm reuera sit dominus rerū vxoris, nec enim veritas deleri potest figmento iuris d.l.in rebus.ꝙ & suadetur; quia rei suæ quilibet est moderator & arbiter l.sed etsi lege.§.consuluit. ff de peti.hæred.l.in re mandata.C.mandati.l.nemo.C.de Iudeis.
3 maritus † autem dote abuti non potest l.si cum dotem §. in
4 fæuissimo.ff.solu matri.Præterea † thesaurus inuentus à marito in fundo dotali diuiditur quasi (inquit Iureconsultus) in alieno inuentus,quin & illud facit: quia fidelitas feudi dotalis residet penes vxorem,non apud virū, quod probāt Mod. Par.§.25.nu.2.ti.1.vnde dificilis redditur constitutio illa Parisiensis,ꝙ si vasalla nubat,releuium debeatur patrono, videbatur enim contrarium dicendum ex his; quia dominium
5 vtile,& fidelitas residet penes vasallam,ideoque † cum non sit apertum feudum propter maritum superuiuentem,respōdendum erat releuium non deberi.

Est autem releuium munus honorarium, quod nouus vasallus patrono introitus causa largitur, quasi morte alterius vasalli,vel si aliquo casu feudum ceciderit, vel apertum sit, appellarunt veteres introitum l.his verbis.§.alumno.ff. de legatis tertio.ibi,& cum per ætatem licebit militiam illam cū introitu comparari volo.& nostro nomine hodie vocamus, Entrada,quæ datur cum emphyteusis vel renouatur, vel de nouo conceditur,distinguitur à quinquagesima pretij parte de qua in l.3.C.de iure emphyteutico.ob eam causam illa Parisiensis constitutio videtur contra rationem:quia vasalla ex his,quę diximus,retinet vtile dominium feudale, & fidelitatem,nec videri potest feudum apertum, vbi releuium debeatur,& sunt addenda hæc Mod.Par.leuiter enim ab eo attinguntur, potueruntq; adduci contra illam constitutionem, quæ contra maritum adducta sunt,vt dominus rerum dotalium videri non possit.

Tenent igitur ex his fundamentis nouiores homines non
6 vulgariter eruditi † dominium rerum dotalium reuera permanere apud vxorem,figmento vero iuris esse apud maritū ad eos dumtaxat effectus,quos ius explicuit,ad effectus vero iure non expressos non extēdi fictum illud dominium,Duarenus in rubr.ff.sol.matr.Corasius Miscell.lib.5.c.14. Balduinus in principio quib.alienare liceat,vel non, institut. & in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss.ex nu.33.Zasius intellectuum singularium.li.2.c.5.incipit declaratio l.in reb.

&

Source : BIU Cujas

& quæ ibi tractantur. C. de iure dot. tenent etiam alij quos refert Pinellus in l. 1. C de bonis mat. part. 3. nu. 13. ad fi. qui omnes respondent, iura omnia, quæ dominium concedunt marito rerum dotalium, intelligenda esse de dominio ficto nõ vero, ad effectum, vt maritus agat, vtq; re fruatur subiturus onera matrimonii, ita intelligunt d. l. si prædium. l. doce. l. quę dotis. C. de iure dotium. l. dotis. in fi. cum l. seq. ff. eod l. Pomponius, §. in dotem. ff. de acq. poss. Itaque retenta hac opinio
7 ne cessat inuestigatio illa † an soluto matrimonio mulier fiat domina rerum dotalium sine noua traditione, planè si ipsa semper naturaliter retinuit dominium rerum suarũ, nec maritus verè sed fictè fuit dominus, ex d. l. in rebus. profecto nulla traditio necessaria est, contrarium autem resoluebat Nouellus in tractat. de dote. par. 8. priuilegio 8. nu. 1. Alex. in l. 3. nu. 6. in prin. ibi, nam hodie. ff. solu. matr. ad l. doce ancillam. C. de rei vendicatione, respondent, ibi non tam concedi viro dominium, quàm ius & facultatem agẽdi, & exercitium actionum, turpe enim videri poterat, marito tacente, vxorẽ causam dicere, & cum vir domi sit vxorem in foro versari, commutato officio, simile est, quod pater agit pro rebus filii quem in potestate retinet, cum filius earum dominus sit, qđ Pinellus vbi supra expendit nu. 14. ita constituunt nouiores, dominam vere esse vxorem, maritum fictè habere dominiũ ad effectus iuris, vt agat, vt conseruet, vt fruatur, ne ipse, neue vxor ipso inuito alienet, vt commodius onera subeat matrimonij. Quod & Ludouicus Molina sentit lib. 1. de Primoge.
8 Hispa. c. 23. nu. 6. aitq; tolerari dominium apud duos diuersis respectibus ex Bal. in l. in rebus. nu. 6. in fi. C. de iure dotium. Paulus in d. l. doce ancillam. C. de rei vendi. nu. 2. alios refert Pinellus vbi supra, hæc autem nouior interpretatio accipienda est, licèt nullus eorum dicat, in bonis quæ mulier ipsa habebat, ante quam nuberet, tunc enim ipsa naturale dominiũ habet, maritus autem ciuile & efficax ad agendum; cũ enim tradiderit ipsa, ita tamen vt aleretur, vtq; necessaria omnia sibi cum victu alimentisq; præstarentur, profecto in illa traditione tam sibi consuluit, quàm marito, neq; omnino bona illa à se obligauit, quæ vitæ quadam cõmunione communia esse voluit. Nec mirum, si naturaliter domina sit eorum bonorũ, quæ omnino aliena minimè esse voluit. Vnde duplex insurgit illud dominium duplici respectu, probat mihi text. expressus in d. l. in rebus. quem tex. vocat noue opinionis Zasius Scipionem, & ansam, cui ipse inhęret, in illis verbis (cum eædem res & ab initio vxoris fuerint) cętera autem iura, quę vocant dotem Patrimonium vxoris. d. l. sed vtrum. §. ergo. alias. l. 3. ff. de minoribus. alibi substantiam vxoris d. l. assiduis. alibi vocant aliena bona respectu viri d. §. si maritus. variè exponuntur à Doctoribus, & facilem habent responsionem, vndecunque proficiscãtur bona dotalia, semper enim respectu vxoris & vxori dantur accipiente marito, ideo substãtia & patrimonium vxoris est dos, qua ipsa viuit & sustinetur, sicuti substantia & patrimonium filiorum bona paterna sunt, licèt ipsorum pater & naturalis & ciuilis sit dominus, vnde in hoc casu accipiendum est, quod diximus, solu. matri. non indigere vxorem traditione ad recuperandum dominium; quia cum ipsa dotem ex rebus suis constituerit, quarũ à principio domino erat, naturale illud dominiũ semper retinuit, at uero si pater, frater, aliusve dotem constituat, & tradet, cũ ipsa à principio dominium eorum nunquam habuerit, nullũ dominium retinet, neq; naturale, etiam si substantia ipsius sit & patrimonium: quia ex ipsis alatur & sustineatur, quia propter traditionem, quæ facta fuit marito, mariti fiũt l. traditionibus C. de pactis. ex ratione d. l. in rebus. quo casu necessaria est traditio soluto matrimonio, & ad alia quotidiana opportuna hæc inuestigatio est, & hoc casu neq; naturale dominũ apud vxorem est, sed totum apud maritum constante matrimonio, cum communicet recepta sententia.

10 † Neque interdicta marito alienatio rerum dotalium qequam pertinet ad dominium, diuersa enim sunt, neque mutua fit illatio inter diuersa: cum iure cõstitutum sit, vt in plurimis iuris partibus verè dominus non alienet, rursumque alibi alienet non dominus, vt iniqua argumentatio illa sit, dominus est, ergo alienat, pessimaque illa collectio est, alienat, ergo est dominus: primum vel in ipso marito perspicitur, in tutore, sacerdote, quibus ex causa alienatio cõceditur, dominium denegatur: sed elegans est exemplum nostro iure Hispano in his, de quib. agimus, marito & vxore: satis enim cõ-
11 stat, ex iuris nostri dispositione † bona omnia lucrata constãte matrimonio communia esse mariti & vxoris, bona autẽ lucrata vocamus non secundùm statuta Italiæ; quæ vir ab vxore, vel vxor a viro lucratur, sed quæ cõstante matrimonio rebus amborum accrescunt: de quibus Xuarez & ibi text. in l. 1. ti. delas ganancias del marido y de la muger. li. 3. foroleg. Antonius Gomez in l. 50. Tauri. num. 69. & alii quos ipsi referunt, & sunt plura a in hispana iura, quæ Ioannes Lupus de Palatios Rubios & alii referunt in repet. c. per vestras. fol. 46. & folio mihi 27. Segura in repet. l. 3. §. fin. ff. de libe. & posthu. Couarru. in 4. par. 2. §. 1. nu. 5. & seq. & in c. 3. nu. 7. & 8. aliqua Pinellus in l. vltima. C. de bonis maternis. nu. 2. quod adeo verum est, scilicet hæc, quæ constante matrimonio acquiruntur marito, & vxori esse communia, † vt scilicet vxori illico
12 etiam constante matrimonio lucratorum pro sua parte dimidia dominium & possessio competat, quod quidẽ tenet Antonius Gomez vbi supra, post Seguram, & Palatios Rubios ex singulari intellectu l. 47. ti. 28. part. 3. qui videtur text. expressus, licèt enim in societate olim omnium bonorum, vel partis bonorum socii efficerentur domini & possessores, rerum societatis l. 1 & 2. ff. pro socio. ibi, quia licèt specialiter traditionem non intercedat, tacitè tamen creditur interuenire. vbi gl. & Barto. id notant, tamen id receptum erat in bo-
13 nis † quæ in societatem conferebantur tempore contractæ societatis, in rebus vero adauctis post societatem initam diuersum erat, non enim fiebat id quod accedebat statim sociorum, sed iudicio societatis bene communicabatur l. si qs societatem contraxerit. ff pro socio. vbi glo. & recepta tenet opinio, quod tamẽ hodie ex dispositione d. l. 47. videtur correctum, cuius verba sunt. Otrosi dezimos, que quando fazen los homes compañias entresi, poniendo que todos los bienes que han o ganaren dende en adelante, que sean communalmente de todos los compañeros, que luego que tal compañia ayan fecha, e firmada, e otorgada entre si, que passa el señorio de todas las cosas que cada vno dellos ha a los otros tan bien, como si vnos a otros se ouiessen adoperado en todos los bienes que ouiessen corporalmẽte Hactenus de bonis quæ socii habent tempore contractæ societatis, de lucratis vero post societatem initam subdit tex. in fine. Otro si dezimos, que toda la ganancia que qual quiera dellos faga, que el señorio della passa a los otros tan bien, como si cada vno dellos la ouiesse fecho. Et hanc dicit Xuarez importantissimam pro hac opinione, ex ea corrigi ius ciuile putat Antonius Gomez, & Palati. Rubi & vxor domina est suę partis, & vere eam possidet ex dispositione illius legis; quia quantum attinet ad lucra societas contracta est uniuersalis inter coniuges, quæ descendit ex societate cõiugali, obtinetq; locum in lucris ex particulari nostri iuris dispositione l. 1. & 3. ti. 3. li. 3. foroleg. l. 14. 15. & 16. & 60. inter leges Tauri.

14 † Constabat enim iure communi non ita fuisse inductam hanc communionem & societatem in bonis quærendis cõstante matrimonio, quod tenent Ioannes Lupus de Palatios Rubios in repeti. rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 62. nu. 4. & 5. Chassan. in consuetudinibus Burg. rubr. 4. §. 2. num. 16. Couarruu. in 4. decret. §. 1. par. 2. cap. 7. num. 5. qui respondẽt & optimè ad fundamenta eorum, qui iure communi existimabant inductam societatem, & communionem bonorum acquirendorum constante matrimonio. scilicet c. 2. de donationibus inter virum & vxor. Vbi quæsita marito & vxori cõmunia, ex pecunia communi processerunt, nos verò aliam societatem inquirimus, quæ quæsita & lucrata faciat communia, etiam si id augmentum procedat ex pecunia & industria alterius dumtaxat coniugis: quam nostrum ius agnoscit & vberius & plenius Lusitani & Galli, igitur illa pars deferẽ vxori, ipsaq; verè domina fit dimidiæ partis eorum bonorũ, quæ pp societatem coniugalem ad ipsam incipiunt pertinere. Talia. n. sunt hæc bona lucrata, vt censeantur labore & industria vtriusq; quæsita, ideoq; vterq; coniux suæ partis verè est dñs, verum dñium obtinet, & de parte sua liberè disponere potest, vt velit, ẽt si ad secundas nuptias transuolet. Nihil enim horum tenẽtur reseruare filiis eius matrimonij, in quo lucrata & quæsita sunt l. 14. Tauri. quæ intelligenda est de vi-
15 ro, & vxore, item & de parte dimidia, quæ alteri cõpetit † vt vir in secundo matrimonio de parte sua lucri quæsiti priori matrimonio disponere possit. item vxor de sua parte, non verò vt maritus possit disponere de vtraq; parte, postquam matrimoniũ solutum est, quo cõstante lucrum illud quæsitũ est quia tunc adempta est facultas alienandi pro ea patre, q̃ vxoris erat, ita intelligunt d. l. 14. Palatios Rubi. ibi, & Couarru. in 4. decr. c. 3. §. 3. num. 8. ẽt si Castillo suboscurè referat illam legẽ, ad l. 14. ti. delas gañacias, li. 5. Ordina. q̃ est l. 5. ti. 9. li. 5. in recollectione nouarum ll. illa. n. aliam hẽt rationem, de qua statim, qđ pertinet ad lucra, maritus & vxor iuris nostri potestate societatẽ ꝯhunt, ex qua descendit: vt lucra constante mrimonio quæsita utriusq; fiant quò ad dñium, & possessionẽ, vnde mortuo alterutro ex coniugib. lucra cum reliqua hrditate transferunt ad heredes emortui, vxor superstes quo ad illa nihil expectat ab herede mariti, cum ipsa partẽ suam rectè
16 possideat, cuius verè dña est. † Faciebat aũt difficultatẽ ad d. l. 14. Tauri. qa si alter ex coniugib. transuolaret ad secũdas nuptias reseruare filiis dẽbat, q̃quid acq̃sisset lucri noĩe ꝯstante illo mrimonio, ī quo filii illi geniti essent, vnde interdicta

vide-

Source : BIU Cujas

uidebatur alienatio,quæ permittitur in d.l.decimaquarta.ex disposítione l.fœminæ. C. de secundis nuptijs.quod in uiro receptant glos.& Bart.ibi,cuius opinio comprobata est ex l. decimaquinta . Tauri.& uidebatur constituta in l. generaliter.C.de secundis nuptijs.illa tamẽ omnia locũ habebant in his, quæ ad maritum pertinebant, ex dote, uel bonis uxoris præmortuæ , uel ad uxorem in bonis mariti præmortui , ex conuentione, & pactis conuentis , uel ex forma contractus coniugalis, in quo quoque idem respondendum erat , si ex disposítione legis, non solùm ex disposítione partium contrahentium contingeret lucrum alteri coniugi , ex bonis al-
17 terius † hæc erant & sunt lucra reseruanda filijs,Ioannes Lupus de Palatios Rubios in rubri.de donationib. inter uirum & uxorem.§.50.numero 35,Couarru.in 4.part.2.capit. 3.§.9. numero sexto uersi. 3. Hinc apparet. Istud tamen non poterat extendi nec intelligi in his bonis,de quibus agimus,quæ lege regia deferuntur ad coniuges, acquisita ꝑstante matrimonio, non ex bonis alterius,sed aliunde labore & opera,& industria particulari,idque meritò constitutum est d.l. 14.ut nihil de his reseruaretur, sed liberum esset uendere partem suam,& ita responderat Palatios Rubios ante d.l.14.d.num. 25.notarat Ripa d.l.fœminæ.nume. 45.& 43. Antonius Gomez in l.50.nu.74.& alij in d.l. 14.

18 † Quinimmo maritus potest hæc lucra alienare & uendere integra etiam pro parte uxoris,si alienatio fiat constante eo matrimonio,quo lucra quæsita sunt d.l.4.titu.de las ganancias.lib.5.Ordina. Idque habet locum, siue alienatiꝙ fiat titulo oneroso, siue lucratiuo,donationis nempe, idque resoluit Antoni.Gom.d.l.50.num.73.ex pluribus fundamentis contra Rodericum Xuarez & Palat. Rubios,qui existimabant non posse maritum donare, & male, ex quibus mulier non potest petere dimidium eorum , quæ maritus expendit ludens , scortans,uel quid aliud committens; lex enim,quæ alienationem concedit,omnem uiam concedit & omnem actum, ex quo sequatur dominij translatio,quæ est uera alie
19 natio l.fin. C. de reb.alien.non alienandis l.prima.§.fin.C.de fundo dotali:uide Molinam temperantem has duas opinio nes de primogen.Hispan.lib.2.c.10 num. 96.qui magis acce dit Antonio Gomez , quod † quidem sanè intelligendum est,si contrahendo disponat uir,secus uerò si delictum com mittat,ex quo confiscatio sequatur,uel imponenda à iudice, uel ipso iure propter delictum commissum imposita; nam tunc mulieri nihil peccat maritus,licèt enim libere possit dis ponere de his lucris , quo diximus modo, delinquendo tamen sibi non uxori nocet . Libera enim administratio concessa alicui ut alienet , non extenditur ad alienationem quæ consequitur delictum,l.3.C.de bonis proscriptorum . Iason in §.actiones,Institu.de actionib.num.62. istudque constitutum nobis est , in l.77.Tauri.ubi Antonius & reliqui. Dolus enim & dolosa administratio minime concessa intelligitur in generali & libera concessione administrationis . Bart. & Paul.in l.si sic.ff.de legat.primo.Iason in l.qui Romæ. §. duo fratres.ff.de uerbo. oblig.numero 75.l.creditor. §. Lucius.ff. mandati.

20 † Ex quibus quoniam dicimus uxorem uerè dominam lucrorum, quæ fiunt constante matrimonio licèt uir constãte eo matrimonio alienare possit ea lucra.tam pro parte uxoris,quàm pro sua,sequitur, ut uir possit quidem constante eodem matrimonio bona immobilia lucrata prælegare in preiudiciũ uxoris , atque ipsa uxor ex alijs bonis accipiet partem illam, quam in prælegato habebat , dimidium uerò prælegati certe retinere non poterit; habet enim liberam constante eo matrimonio dispositionem uir, quæ hoc casu id saltem obtinebit , ut refuso damno uxori res lucrata ad eum pertineat , cui à uiro prælegata & relicta sit : tale enim legatum recta uia moriente uiro ad legatarium transijt l.à Titio.ff. de furtis. & licèt post mortem incipiat pertinere ad legatarium; tamen retro fingitur pertinuisse , & reuera moriente uiro cœpit obtineri,ex Bart.in l.1.nu.17.ff.de uulgari. Verbum enim cum moriatur , utrumque extremum, finem uitæ, & mortis initium obtinere creditur l. qui duos. §. hæc conditio. ff.de manumissis testam. Aulus Gellius lib. 6. Noctium Atticarum.ca.13.Preterea & in secundo matrimonio uir, seu soluto priori potest inuitis filijs prioris matrimonij, uxoris hæredibus,partem lucrorum , quæ ad ipsos pertinet, alienare, non solùm ex testamento , sed & per contractum; quia id iure nostro sibi licet l.24. tit.13.partita.5.nec filijs reuocabunt id legatum,uel alienationem, si aliunde ex bonis parentis habeant , unde sibi consulere possint , ut damnum resarciant suum. De qua lege uide D. Couarruu. Variarum, lib.1.ca. 8.numero 5. quæ nihil conuenit cum iure Cæsareo in lege prima.C.de bonis mater.ubi alienatio interdicta est, ob idque nullus locus excussioni relinquitur , nostro autem iure excussio admissa est , & alienatio patri permissa , unde non inepte dicimus , uirum alienare posse,etiam si filij hæredes renittantur,quibus ex alijs bonis parentis consulendum est , quæ interpretatio quotidiana est,cum parentes quotidie legent prędia aliqua lucrata,filijque sæpè nolunt partem suam prædij remittere , aiuntque illa bona ad se pertinere pro dimidia , nec parenti in ultima uoluntate,nisi de suo patrimonio esse administrationem & liberam dispositionem concessam,unde sæpè nituntur habere bona illa lucrata , nihilque morantur , si ex alijs bonis legatum supleatur , uel in pecunia , dum tamen à se ea specie non auferantur , ex his autem uidebatur ualere legatum illud , dum filijs aliude dãnum resarciatur, sed alij omnino censent respectu uxoris,& filiorum eius,uirum minimè posse relinquere integrum fundum lucratum,censentque omnino filios,uel uxorem retenturos, si uelint partem suam tanquam dominos , quæ aliunde in pecunia ex bonis mariti suppleatur legatario, quorum fundamentum est ; quia ueri domini sunt,& dispositio permissa alienandi sit constante matrimonio,ex d.l. ordinamẽti.cum legatum sit dispositio de eo quod fieri quis uult post mortem suam,ob idque magis sentiunt,inuitis filijs aut uxore non posse legatarium consequi partem fundi legati , atque lucrati constante matrimonio, quæ uxoris,aut filiorum est pleno iure, etiam si pars illa legata tanquam res aliena scienter aliunde supplenda sit , iuxta §. non solùm. Instituti de legatis . quæ difficultas in uxore renitente admittenda est,in filijs non item propter generalem dispositionem dict. legis uigesimęquartę tit.13.parti. 5.Atque in iure minus difficultatis erit , si quis cum Roderico Xuarez contra Antonium Gomez de quibus supra teneat,alienationem lucratorum permissam marito constante matrimonio , non extendi ad donationem,si maritus donare uelit : tu cogita,quotidiana enim quæstio est , cum quotidie uiri legent huiusmodi lucra'& iubeant,ut antiquis dominis reuendantur , uxor uerò & filij sæpè renuunt,quibus particularis affectio est rei lucratæ,& in diuisionibus bonorum frequens quæstio est.

21 † Præterea illud quotidianum est , & non semel ex facto agitatum,quoniam bona lucrata omnia fiunt uxoris & mariti,& ueræ mulier suæ partis domina est propter legem Paritæ,quam supra adduximus, & receptiorem sententiam,ut maritus alienatis à se huiusmodi bonis lucratis , ære alieno oppressus , ad summam inopiam redactus uersuram faciat, diglutita aliena pecunia , ac tunc quidem uxor ad possessores occurrit bonorum , quæ mariti fuerint, ex obligatione, ex hypotheca, quibus affecta bona illa sunt,cum qua ad particulares possessores peruenerunt , petitque ut bona illa lucrata constanteque matrimonio alienata tradantur sibi,obtinenda iure pignoris & hypothecæ,quousque dos sibi consumpta refundatur, si possessores dotem persoluere renuant possessores istorum bonorum,quæ lucrata fuerunt constante matrimonio , & in se translata , aiunt dimidium illorum bonorum,quod mariti fuerit,paratos se esse ex hac causa restituere uxori,dimidium uerò, quod ipsius uxoris fuerit,nõ debere se restituere; quoniam uxor agat hypothecaria,quæ nulla esse potest in bonis ipsius uxoris , sed in bonis mariti bene admittendam esse l.neque pignus . ff. de regul.iuris.lege si rem alienam . ff. de pignor. actio. ex facto semel agitata est hæc quæstio , pronunciatumque noui totam rem lucratam esse restituendam uxori , ut retineat iure pignoris:
22 quia † potest quis etiam si dominus sit, habere hypothecam in ea re , cuius dominium obtinet , si dominium illud reuocabile sit , secus uerò si irreuocabile l.in bello. §. si quis seruum.ff.de captiu. & posthliminio reuersis . iuncta l. senatus.§.fin.ff.de legat.1. ibi , & proficiet legatum ad liberationem uinculi pignoris , quod in eo habet , qui redemit,ubi glos. uerb. pignoris , cum enim seruus redemptus ab hostibus fiat redemptoris ; cum tamen dominium illud sit reuocabile offere pretium redemptionis antiquo domino, redimens dum antiquus dominus offert habet dominium serui & in eo hypothecam; quoniam dominium illud sit reuocabile, quo pacto & mulier habebit hypothecam rei suæ , dominium illud fuerit reuocabile propter liberam dispositionem concessam marito , qui constante matrimonio alienauit , quæ ratio magis fouetur ex dispositione legis in rebus . C. de iure dotium , ubi strictius mulieri in re propria cuius uerè domina est , hypotheca conceditur , & ibi notat Bald.nume.9. Bart. & Angel. relati per Deci.in d.l.neque pignus . uix tamen applicari hæc possunt nostræ quæstioni: quia hæc argumentatio id tantum obtinet,ut in re propria, cuius dominium reuocari potest , possit constitui hypotheca domino, egregia limitatio ad d. l. neque pignus . at uerò quòd mulier habeat in suis lucris iustam hypothecam , quam ex iuris dispositione habere potuit, propter dominium reuocabile,nullibi scriptum reperio,extendere autem hypothecam à rebus dotalibus , uel à rebus mariti ad hæc

Source : BIU Cujas

lucra, uel subsit fortior, uel infirmior ratio, certè non licèt; quia hypothecam uel facto hominū, uel iuris dispositione constituimus, non uerò extendimus, quare stricta iuris dispositione & uera credo quòd particularis ille & tertius possessor securus sit, quantum pertinet ad lucra, quæ mulieris fuerant, tu cogita, quotidianum est.

23 †Expensarum ergo, quas maritus hic de quo agimus facere tenetur (ut de his semel definiamus, antequam ad meliorationes rerum dotalium deueniamus.) Prima ratio est, quæ fiunt in alenda uxore, uel sana, uel ualetudinaria sit, de quibus expensis iam a nobis superius actum est, capitulo quarto numero 24. & capitu. 3. numero 44. quatenus uxor ægrotans sit medicamentis succurrenda, an sit locus distinctioni magnæ uel paruæ quantitatis, & an uir conseruet sibi in diuisione bonorum medicamenta erogata in uxorem, si dotem excesserint, ex Paul. in l. quod in uxorem. C. de negot. gestis. uide ibi.

24 †Expensas quoque illas attigimus superius, quæ faciendæ sunt cum uxore respectu uestimentorum, quam splendide uir teneatur uestire uxorem, supra cap. 4. nu. 38. ubi traditur distinctio illa uestium quotidianarum, & earum quæ pretiosiores sunt, & cur illæ donatæ intelliguntur, hæ uerò minime, uide ibi.

25 †Expensas quoque funeris attigimus, quas facere tenetur uir. d. cap. 8. num. 24. & nu. 42. & num. 47. latè, ubi quomodo uxor pauper funeretur à uiro, quid de locuplete & diuite, quis conueniendus sit ob eam causam, & an de dote an de bonis extra dotem.

26 †Expensas quoque illas attigimus, quas uidua expectat ab hæredibus uiri præmortui intra annum luctus, dicto ca. 8. & quæ uestes sint uiduæ præstandæ. numero 29. nunc uerò ad alias expensas, quas maritus facere tenetur properandum est, ut topica quædam hæc nostra disputatio uideatur, si quis, sedes proprias, & loca, in quibus expensæ reperiantur requirat, ut repertis his eloquentius & copiosius ab alijs tractentur, hæc enim mihi ipsi scribo, ut meipsum erudiam, nō ut docti eruditionis ex his accessionem expectent.

27 †Expendit ratione fructuum maritus quos lucratur, quia tributa soluit & pensiones rerum dotalium, quod, ut diximus usufructuario, & feudatario, generale est in omni possessore rei, qui fructus percipiat, ut scilicet ad tributa & pensiones teneatur. Afflictus in libro 3. feudorum, titu. de prohibita feudi aliena. per Federicum. §. præterea ducatus. numero 53. & decisione. 252. numero secundo. & in expresso ita tenet Alexan. in l. nec stipendium. ff. de impensis in rebus dotalib. factis, ad Bart. idem Bart. & glosſ. in l. una. C. de mulieribus & in quo loco munera. libro 10. Platea in lege prima. C. de annonis. libro 10. text. elegans in l. nec stipendium. ff de impensis in rebus dotalibus factis, ibi, Onus enim fructuum hæc impendia sunt, tenet Pinellus d. l. prima. C. de bonis maternis. parte. 2. numero 72. Aluarus Vazquez q. 17. numero 2.

Quod extendendum est ad collectas, ut maritus ex hac quoque causa expendere teneatur nihil expectans ab uxore, cum ipsa dotales res tradens, his oneribus non solum realibus quæ rem sequuntur satisfeciſſe uideatur, sed personalibus etiam. Bart. in l. quæro. ff. de usufructu. Bald. in l. 1. C. de annonis & tribut. lib. 10. nume. 5. & in l. 1. nume. 5. C. de iure emphyt. Alexand. consi. 148. libro 6. numero 3. Matthæus de Afflictis libro 3. feudorum, tit. quæ sint regalia. §. Plaustrorum. num. 40. itaque expendit maritus eo nomine tributa, & collectas soluens, quæ insunt rebus dotalibus, uel propter res dotales imponuntur.

28 †Quòd si maritus tributa & pensiones non soluat; quia forte emphyteutica uel feudalia prædia in dotem acceperit, tunc quidem prædium amittitur ob seruitium non præstitum, uel pensionem aut tributa non soluta, sed uxor ob negligentiam uiri contra ipsum & hæredes eius recursum habet, ita ait se uidisse Isernia in feudis, de capitulis Conradi. §. fina. num. 20. neque enim alienare potest l. 1. ff. de fundo dotali, facit l. etiam. §. 1. ff. soluto matrimonio l. si constante. §. si maritus. eodem l. si filio. §. maritum. eod. ibi, damnandum cum quanti mulier in litem iurauerit, tenetur enim uir de dolo, & culpa in rebus dotalibus l. in rebus. C. de iure dotiū, & quanuis Mod. Paris. in feudis. tit. 1. §. 38. nu. 69. uelit, quòd

29 †maritus non possit præiudicare uxori in dotalibus, & quòd negatio, uel delictum præiudicet marito constante matrimonio, soluto autem eo integrum ius reseruetur uxori, cui maritus delinquendo nocere non potuit, secundùm ea tamen quæ diximus hoc capite, si res dotales traditæ fuerunt marito, nec unquam in potestate uxoris extiterūt, ita ut maritus uere dominus sit, Isernię opinio proculdubio uera est; quia maritus sibi nocet, sibi delinquit, & delinquendo uxori obligatur: si uerò mulier habuit à principio bona dotalia, quo casu magis est ut domina naturaliter remanserit, ex his quæ diximus, magis erat, ut opinioni Mod. non esset locus, cum nihil ad maritum pertineret ex ea opinione, ex qua hoc casu mulierem dominam non maritum asserimus, sed

30 quia †custodia earūdem marito commissa est, adhuc isto casu ueram existimamus opinionem Isernię, quæ est Mod. Paris. nume. 63. de prælato, quid quantum noceat Ecclesiæ delinquendo, uel omittendo, uide eundem ubi supra, quod ad

31 nos modò non pertinet, & †an pater possit præiudicare filijs, in emphyteusi, uel noua, uel antiqua, committendo, uel alienando, uel non soluendo canonem, siue emphyteusis sit ex pacto & prouidentia, siue hæreditaria, uide Bart. in l. eum qui. ff. de interdictis & relegat. in fin. uersicu. per hæc dico. Alexand. in l. si finita. §. si de uectigalibus. numero 29. ff. de damno infecto. Ripam in l. fina. C. de reuocandis donationibus. quæst. ultim. Afflictus in capitu. primo. §. præterea. gloss. 3. numero quinto de prohibita feudi alienatione, qui uolūt, ut filijs præiudicet pater: quia peccatur aduersus legem contractus, ex cuius forma res emphyteutica ad dominum reuertitur, nec existimandum est, patrem consulto commissurum, ut filij emphyteusi careant; quia nemo melius consilium capit pro filijs, quàm pater l. si furioso puberi. ff. de cura

32 tore furio. quòd † si dolose delinqueret, ut filij maligne noceret, tunc succurrendum esset filijs. Tiraquellus 2. Retractu. §. tertia gloss. una. numero decimoseptimo. Mod. in consuetudinibus Parisiensibus titul. primo. §. 8. gloss. 3. num. decimoseptimo. & an in feudis præiudicet filijs. Vide Zasium in 10. part. feudorum. folio 72. Curtius Iunior. 5. part.

33 conclusione 4. & †an cedendo, uel renuntiando nocere possit filijs in emphyteusi ex pacto & prouidentia, uel antiqua, aut hæreditaria, nouave, uide Aluarum Vazquez quæstio. 49. numero sexto post alios quos ipse allegat, in quæstione nostra maritus si omittat soluere canonem, plane uxori nocet, eidemque obligatur, delinquendo autem quod in feudis familiarius est, aliud forsan obseruabitur secūdum Mod. Paris. opinionem, cum neque delinquendo nocere possit uxori, in emphyteusi tamen rutius est, ut siue delinquat, siue omittat: quia dominus est, uxori noceat, eidemque obligetur, quòd si dominus non sit, quòd mulier secum bona quoque tradat, quorum dominium naturaliter in uxore remaneat ob non solutam pensionem, idem omnino placet, at uerò isto casu si uir delinquat: quia dominus non est, non omnino nocet uxori ex his, quę tradit Mod. Paris. ubi supra, itaque obseruandum erit, ex qua causa dominus directus petat rem sibi restitui, an ob pensionem non solutam, quo casu indistinctè rem auocat, aut ob delictum, quo casu uidendum est, an maritus, qui deliquit, omnino dominus sit, an uerò dominium naturale remanserit penes uxorem, priori casu delinquendo præiudicat sibi & uxori, & eidem tenetur secundò uerò non, cum delictum eius uxori non præiudi-

soluto matrimonio.

34 †Expendit etiam: quia si in dotem nomina debitorum dentur, puta obligationes, uir tenetur expendere omnino; quia negligentia uiri uti modo dicebamus nocet quidem uxori, & inconsequentiam mariti hæredibus respectu ipsius uxoris; debitor enim liberatur ex negligentia uiri exceptione temporis, sed uxor habet quidem recursum contra bona mariti, & eius hæredes, tenet Masuerius titulo. de præscriptionibus, uersiculo item & res dotalis, per text. in lege si fundum. ff. de fundo dotali, cum enim uxori dos promissa fuit, & ad uxorem, & uxoris causa competit marito actio ad exigendam eam pecuniam, cum tradito instrumento tradita pecunia uideatur, unde ad ipsum tanquam ex traditione ad dominum expectat periculum exactionis, iuxta dictā legē si fundum, & quæ diximus supra isto capite, numero primo. & præcedenti, quo casu præscriptio currit contra uirum, contrarium dicendum esset, si dominus non reperiatur iuxta superius dicta; quia tunc nihil obest uxori negligentia uiri, cum ipsa ad agendum propter nuptias impedita sit, itaque multum iuuabit inspectio illa, de qua supra, an maritus omnino dominus sit, an mulier naturaliter dominium retinuerit, à qua inspectione initio huius capitis diximus, desumendam esse rationem conseruandarum expensarum, uel amittendarum, quod quidem intelligimus, si nomina contineant rem corpoream aliquam non æstimatam; quia si in nominibus contineatur quantitas, uel res æstimata, tunc nulla dubitatio est, cum periculo mariti res æstimata, uel quantitas pereat, quod uulgare est, & hoc est uerissimum, licèt Alexand. & Cumanus, secuti Dynum teneant in lege nupta. §. quoties. ff. soluto matrimonio, quòd regulariter marito eius negligentia, siue culpa in non exigendo dotem, uel eius hæredibus imputari per uxorem non possit: idque tenent secuti gloss. in lege si socer. §. Lucius.

Source.: BIU Cujas

35 eius. uersicu. restituruS . ff. soluto matrimonio, † per text. in l.si extraneus.§.sed si pater.ff.de iure dotium,sed lex illa sa tis fundat contra ipsos, cum ex suis exceptionibus fundet re gulam in contrarium, & est ad propositum elegans text. ex Boerio. decisione. 229. & Gregorio Lopez in l. 15. titu. 11. partit.4.uerbo,Departimiento.Vbi Vlpianus statim in prin cipio regulam constituit, ut negligentia quidem noceat uiro,his uerbis) si extraneus, inquit Vlpianus, sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus, antequam dotem daret,imputabitur marito, cur eum non conuenerit, maxime si ex necessitate , non ex uoluntate dotem promiserit) cum autem Vlpianus regulam constituerit, obseruata methodo, & ratione optima interpretandi subdit statim exceptiones,scilicet in donatore, patre, uel in ipsa uxore, si ipsa promisit, idque his uerbis (nam si donauit utique parcendū est marito,qui eum non præcipitauit ad solutionem, qui do naret,quemque in id quod facere posset,si conueniisset,condemnaret,hoc enim Diuus Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id quod facere possunt condemnan dos,) hactenus de donatore Vlpianus,qui subdit de parente ac de ipsa uxore his uerbis)sed quid si uel pater, uel ipsa promiserit,Iulianus quidem libro decimosexto. Dig.scribit , & si pater promiserit,periculum respicere ad maritum,quod se rendum non est, debebit igitur mulieris esse periculum,nequaquā enim iudex proprijs auribus audiet mulierem dicen tem, cur patrem, qui de suo dotem promisit,non urserit ad solutionem, multò minus cur ipsam non conuenerit, recte itaque Sabinus disposuit,ut diceret,quòd pater,uel ipsa mulier promiserit, id uiri periculo non esse, quod debitor mulieris, id uiri esse periculo, quod alius scilicet donaturus,eius periculo esse, cui acquiritur, acquiri autem mulieri accipie. mus ad rei commodum respicit) hactenus Vlpianus cui ni-
36 hil addi, adimive posse videri potest, sed † rectè interpretatus est dictā legē si extraneus, conditor legum Partitarum l. 15.partit. 4. titulo undecimo . ibi, Ca si el deudor fuesse padre,o abuelo,o uisabuelo,maguer fuisse negligente,&c.

Et rursum ibi,Ca o seria el deudo de premia, o de uoluntad,e si fuesse de premia,& ibi,E si el deudo fuesse de uoluntad,& ibi,E si fuesse cierta cosa, & ibi,E si fuesse de cosa,non cierta, igitur in hac quæstione recurrendum est ad d.l. si extraneus.& ad d.l.15 Partitę quando maritus teneatur de culpa: quia non exegerit dotalia nomina, quia ex hac causa ut culpam uitet, & ne uxori teneatur prædictis casibus expendendum sibi est.

37 † Cum autem constituerimusdiligentiam mariti,eiusque culpam,ex qua negligens uxori tenetur ad damna negligen tiæ in exigendis nominibus, sequens quæstio est,cuius expensis sint hæc nomina exigenda,an uxoris,an verò ipsius ui ri, quam quæstionem tractat Bart. in lege prima.C.de bonis matern.& glos. in lege prima. uers. non sint. ff. de impen. in reb. dotalibus factis, Accursius autem & Bartolus contrarium censent, quos conciliant Pinellus in dicta lege prima part. secunda numero 70. & Gregorius Lopez in l.decimaquinta titulo undecimo. partita. 4. uerbo, El marido negligente.Accursius enim tenebat,quòd uir sibi expendebat,ni hil sibi expectaturus ab uxore,& Bart.existimabat omnes illas expensas factas in exactione rerum dotalium deducendas esse ex dote, Baldus sequebatur. glos.in lege secunda.C. de actionibus & oblig. glossam commendat Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ.rubr.4.§.decimoseptimo. uer sic.quæro. Iason in l. si in area . numero tertio . ff. de condi. indebiti.Corneus in dicta lege prima.C.de bonis maternis. tenet cum Bartolo contra glos.& dicit eius opinionem ma gis com. licèt Pinellus ex relatione Doctorum receptiorem faciat glos.opinionem contra Bartolum, uidebatur autem opinio Bartoli ex his quæ diximus nume. præcedenti secun dùm ius;quia cum necessaria impensa sit restituenda uiro,sine dubio uidebatur hoc quoque restituendum; quia necessaria expensa est,cum enim necessaria expensa sit, quam uir omittere non potest ex l.quarta.ff.de impensis in reb.dotali bus factis,hæc autem expensa omissa, uiro imputetur,ut diximus, dicendum est ad dotem pertinere has impensas,sed tamen & Pinello,& Gregorio Lopez post Baldum ubi supr. placet distinctio inter magnam & paruam expensam, in ma gna procedat opinio Bartoli, ut scilicet in dotem imputentur sumptus illi, in parua autem expensa tutior sit opinio glossæ, quam distinctionem probat Iason ubi supra.Alexā. ad Barto.in d. l.1. ff.de impensis, comprobatur ex Iureconsulto in l.omnino.ff.de impensis in reb. dotal.fact.ibi,modicas impensas.

38 † In qua tamen re magnam uel paruam expensam iudicamus respectu dotis . Albericus in l.hactenus. ff.de usufructu. diximus supra late c.undecimo. nume. 16 neque quicquam aduertendum est ut magna uel parua expensa dicatur,quod attinet ad nostram quæstionem, quòd expensa perpetua sit, uel momentanea, namque si magna sit, etiam si momentanea uxori sit, rursum si sit parua, etiam si perpetua, uiro expenditur,ita contra Alexandrum in l.diuortio. §.impendia. nu.3.ff.soluto matrimon.resoluit Pinellus ubi supra,& meritò, pro quo est text. in l. quod dicitur.ff.de impensis in reb. dotalibus factis.ibi, & quævis modica ædificiorum refectio, & est tex.cum gloss.in l.utrum.ff.de donationib.inter uirum & uxorem, ubi modicus sumptus factus in re dotali præsumitur donatus,magnus uero minimè.

Quæ omnia eò tendunt,ut diligentem faciamus uirum in custodiendis & conseruandis rebus dotalibus, eo usque tamen illud recipiendum est, ne uir damnum de suo patiatur, id enim illa distinctio paruæ & magnæ quantitatis exigit, nec enim æqualitas est, si fructus rerum dotalium litibus uxorijs consumantur,& uxor sumptibus uiri alatur,ideoque constitutum est,ut sumptus magni uxori, parui marito,spectent, ex qua uerissima opinione temperandum est, quod
39 indistinctè traditur, scilicet † teneri maritum custodire, & propugnare tueri, & defendere castrum, uel urbem dotalem,& belli,& pacis tempore,nihil expectaturum ab uxore, eius sumptus nomine, quia diligens esse debet & ad custodiam tenetur, de quo dicit Bart.esse tex.in l.fi.ff.de impensis in reb.dotalib. factis.ibi, sed etiam ad conseruandam ipsam rem,speciemq; eius necessariæ sunt,ex suo uir eas facit,quod etiam tenet Angelus, qui dicit uidisse hanc quæstionem de facto in l.sumptus.ff.de legatis primo.ubi Iason plures refert à numero tertio idem in l.diuortio.§.impendia.ff.soluto matrimonio . & præter eum idem tenet Paulus de Castro in l. fructus.ff.soluto matrimonio . Ista tamen opinio temperanda est,ut si expensæ factæ in conseruanda re dotali excedant fructus dotis, proculdubio recuperentur, ut distinctio magnæ & paruę expensæ recipiatur,quid enim censebit prudēs & cordatus uir, si maritus sustineat bellum, & expensas faciat utiles,& necessarias, ut conseruet castrum, quæ fructus dotis excedant an excessum illum de suo faciet? Certè iniquitas est, quòd si uxori imputentur, cui res conseruata est, æquitas uersatur.

Nec quicquam facit d.l.fin.nam illa intelligenda est iuxta dictā legē quod dicitur & l.omnino.& dicta l.utrum.idque suadet litera text. quæ de minoribus expensis ad reficiendā rem magis intelliguntur, quàm de bellicis sumptibus,& maximis expensis . Idque uoluit Bartolus,& reliqui,dum aiunt, maritum repetiturum eos sumptus, si perpetui sint, uoluerunt eo uerbo magnos sumptus intelligere ; quia (ut diximus,) potest quidem sumptus perpetuus esse,& tamen modicus, ita ut ad maritum pertineat, contra uerò temporales & maximi, & ad uxorem pertinent: itaque si uir immodicas expensas fecerit, repetet, unde si tormenta sulphuraria magno empta in castro collocauerit, si bellica instrumenta adduxerit,hastas,clypeos,enses,ferreos toraces,& bellicas machinas,si seruos bello captos, uel emptos milites præsidiarios instituerit; quoniam hi sumptus maximi sunt, etiam si custodiæ causa facti intelliguntur,nec sint perpetui, mulieri deuorantur, non uiro, pro quo est text.in l. cum quæreretur . §. prædijs . ff. de legatis tertio . quem in contrarium allegant prædicti Doctores , ibi enim legatis prædijs , & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta parataue essent , Iureconsultus Affricanus , nec topiarium, nec saltuarium seruum legatum esse ait , sed uerè ille text.parum facit ad hanc quæstionem, deciditur autem illa ex supra adductis; quoniam iniquitas sit uerum eos sumptus de suo facere, quæ dotis fructus excedant,non illius anni, quo facti sunt , sed eius temporis , quo matrimonium
40 constitit, ratio autem dicti §.prædijs. ea est † quia cum prædia legata essent , & quæ eorum prædiorum colendorum causa parata emptave essent, non potuit topiarius, uel saltuarius uideri legatus ; quia neuter erat paratus agri colendi gratia , sed alter pertinebat ad uoluptatem , alter ad custodiam , nec ulla ibi inuestigatio est , quòd illi sint perpetui , uel temporales , asinus autem machinarius, item oues , & opilio (in quibus par perpetuitas , atque in topiario & saltuario uideri poterat) ueniunt in eo legato;quia prædij colendi causa parati erat, & ad culturam pertinebant , & ita contra Paulum , Bartol.& Iason. ubi supra, text. ille nihil facit ad nostram quæstionem , & hunc sensum aperte indicant uerba eiusdem text. ibi , & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta , parataque essent, & rursum ibi, topiarium enim ornandi, saltuarium autem tuendi, custodiendique fundi magis quàm colendi causa paratum esse ; in eo enim legato si prædia uti erant instructa legarentur , non dubium est , quin saltuarius & topiarius seruus legato continerentur, ex text. in l. si ita . §. si mulier . ff. de fundo instructo . mulier uillæ cu-

Source : BIU Cujas

ſtos perpetua in fundo, qui cum inſtrumento legatus eſt, aut inſtructo continebitur ſicuti ſaltuarius, par enim ratio eſt, hæc Pomponius, qui tex. etiam nihil facit ad noſtram quæſtionem, neque ad regulam, neque ad exceptionem; quia ibi ideo uenit ſaltuarius & cuſtos; quia fundus inſtructus, uel cum inſtrumento legatus eſt, inter inſtrumenta autem fundi reperta eſt cuſtos perpetua ſicuti & ſaltuarius, quod innuit Iureconſultus ibi: nam deſiderant tam uillæ, quàm agri cuſtodiam, in eo autem uerbo perpetua cuſtos, nulla ineſt uis, quia ſi temporalis eſſet, idem dicendum eſſet, ex Iurecõſulto ibi, par enim ratio eſt, ſcilicet, ſaltuarij & cuſtodis perpetui contra gloſſ. ibi in uerbo ꝑpetua, & licèt hæc iura adducantur ab his quos adduximus, nihil aut parum faciunt, facit text. in l. tertia §. nos generaliter. ff. de impenſis in rebus dotalibus fact. & l. prima. ff. eod. ibi, inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles in mare, iuncta glo. ibi uel cauſa munitionis, reſtat igitur ut admittamus in hoc quoque magnæ, & paruæ expenſæ rationem, ita ut licèt aliàs plurimum interſit, ſi quis expenſas faciat perpetuas, uel temporales, in marito certe, nihil perpetuitas, uel mortalitas poſſit, quod ſingulare eſt.

41 † Rurſum ſi maritus conſtante matrimonio ædificia erexerit in ſolo vxoris, ædes nempe, furnum, molas frumentarias, piſcinas, aut columbarium, aut quid huiuſmodi, omnia hæc cedunt in diuiſione bonorum ſoluto matrimonio uxori: quia in eius ſolo erecta reperiuntur. ſoluta tamen uera ęſtimatione expenſarum marito, ſi expenſas eas ſolus mortua uxore effecit, aliàs dimidio, ſi ambo uiuentes effecerint, idẽque uice uerſa intelligendum eſt, ſi uxor in ſolo mariti id effecerit, text. eſt nobis noſtro iure uſu recepto in l. 9. titu. de los labores 4. libro 3. foro le. quem ſæpius in hoc Senatu Regio forenſi vſu receptum animaduerti, & ita recipi teſtatur doctiſſimus Xuarez in Repetitione titu. delas ganancias. lib. 3. foroleg. uerſi. ſed pone quòd in ſolo.

Quod quidem rationem iuris habet ex regula, qua dicitur, ædificium cedere ſolo, in quo erectum eſt l. adeo. §. cum in ſuo. & §. ex diuerſo. ff. de acquir. rer. domin. & quæ adduximus ſupra. capitulo quinto numero uigeſimo. cum ſequentibus.

42 † Diuerſum in uinea plantata in ſolo alterius iudicatum uidi, is enim, cuius ſolum eſt, in quo uinea plantata eſt, præcipuum habebit, quod in ea regione dari conſueuit, his qui montem incultum dare conſueuerunt, ruſticis uitibus conſerẽdum, uocant noſtri uulgari uerbo (Terrazgo) reliquum utrique communicabitur, neque cedet domino ſundi, aut ſoli, in quo uites conſitæ ſunt, quandiu uinea conſtiterit, & durabit. Hæc eſt l. tertia titul. de los labores. libro tertio foro leg. quam uſu receptam tradit Xuarez ubi ſupra, & ego ſæpius practicari uidi, in diuiſionibus bonorum, ita iudicante noſtro Senatu.

43 † Si autem uir in ſolo maioratus ædificia erexerit, & melioratione fecerit, huiuſmodi ædificia erecta, & melioratio nes factæ cedunt ſucceſſori maioratus, nec quicquam ſoluet ſucceſſor eius nomine uxori, uel filijs eius, uel mariti emortui, nec in diuiſione bonorum inter filios eius, qui ædificauit, & uxorem uiduam, ratio ulla habebitur earum expenſarum, quæ recuperari à poſſeſſore, eodemque nouo ſucceſſore non poſſunt, idem intelligendum eſt in contraria ſpecie, ſi uir maioratum dotalem nactus ſit, & huiuſmodi expenſas, & meliorationes faciat, nihil expectauit, nec à nouo ſucceſſore maioratus, nec ab hæredibus uxoris, nec filij audientur, quòd pater nimium conſumendo, & expendendo ea ratione, eos legitima portione priuauerit: licèt enim iure communi meliorationes, & expenſæ, quæ fierent in ſolo maioratus, uel in bonis reſtitutioni ſubiectis uenirent diuidendæ inter coniuges tanquam prouenientes ex cauſa lucratiua, & uera ratione reperirentur lucratæ conſtante matrimonio, ita ut æſtimatis meliorationibus & expenſis iuxta ueram rationem æſtimationis eorundem de qua infra agemus, medietas remaneret uiro, & eius hęredibus, altera verò medietas uxori, ac ſubinde diuiderentur inter hæredes tanquam res hæreditariæ iudicio familiæ erciſcundæ ſecundum Ang. in l. emptor. ff. de rei uendic. & alios quos adducit Palatios Rubios in Repet. rubr. de donationibus inter uirum & uxorem. §. 62. nu. 15. folio mihi 38. quod in fideicommiſſario iure ſtatutum erat l. domos. ff. de legat. 1. ubi Iaſon, Mod. Pariſ. in conſtitutionib. Pariſienſibus tit. 1. gloſſ. 5. nu. 75. Iulius Clarus li. 4. §. feudum. q. 88. hodie autem ex deciſione l. 46. Tauri, quæ eſt l. 7. titu. 6. lib. 5. in nouis legibus compilatis conſtitutum eſt, uxores ac filios, ſeu alios hæredes non poſſe repetere ea, quæ in ædificijs erectis in ſolo maioratus conſumpta ſunt & expenſa, quæ lex hodie præciſè ſeruanda eſt, neque licet iam de eius iuſtificatione dubitare, poſt ea quæ ſcribit Ludouicus Molina libro primo. de Hiſpanorum Primogen. capitu. 26. parte. 1. numero 14. & ſequenti, & ante eum Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis, part. 2. numero 71. ubi refert legem Luſitanam contrariam noſtræ legi, magisque iure communi conuenientem, in interpretatione eius legis tria ſolent in dubitationem adduci, an ſit iuſta æqua ratione non ſolùm authoritate conditoris: alterum, an habeat locum in omni genere.

44 † Expenſarum, tertium, an in omni genere maioratuum, circa primum iniquam dixit Palatios Rubios d. §. 62. numero 16. ubi ait, cum conderetur, non potuiſſe ſe tantum clamare, quin reliquorum ſuffragio conderetur, æquum tamẽ eſt, & conuenit beneficio maioratuum, cuius cauſa inſtituuntur, ut tales expenſæ minimè ſoluantur; quia is qui expenſas eas ſoluiſſet, utique non ſolum ſolutas, ſed & quas ip ſe feciſſet, eſſet repetiturus à ſucceſſore, & is utique ab alio, ac ſubinde contingeret ut factis quotidie nouis expenſis, ac cedentibus his ad antiquas iam ſolutas, infinitam congererent quantitatem expenſarum, quæ ſolui nequeat, ita ut ea uia pereat maioratus: Pręterea neque ratio, quæ in fideicommiſſis reperitur, ad maioratus Hiſpanos referri poteſt, renitente iuris ratione, fideicommiſſum enim reſtituitur ei, qui iam reſtituere minimè tenetur, maioratus non item, denique ex his & alijs congeſtis a Scriptoribus in d. l. 46. & quos ante adduxi, lex illa rationem habet, idem effecit Menchaca lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 5. nu. 13.

45 † Secundò diſpoſitionem eius legis non ſolùm intelligimus in fortalicijs, muris, ac domibus, quæ ſolum in ea lege expreſſa ſunt, ſed etiam in ædificijs, & reliquis meliorationibus in omnibus alijs rebus maioratus factis, generice, & uniuerſe: cum ratio illius legis iuſtiſſima ſit, nec poſſit ratio diuerſitatis aliqua reperiri, nec exempla in ea poſita, ut reſtringerent, addita ſunt, ſed ut magis explicarent, ſic tenet Ludouicus Molina ubi ſupra, qui ait, ſupremorum iudicum ita ſemel iudicio & ſententia deciſum fuiſſe, quod apud nos fere inſtar legis eſt, ob idque ita accipiendum eſt contra Aluarum Vazquez iuris emphyteutici, quæſtio. uigeſimaquinta numero uigeſimonono. qui ita accipiebat eam legem, ut haberet locum in tribus exemplis ab ipſa adductis, neque amplius extenderetur, & antequam Molina, & Aluarus Vazquez ad nos uenirent, ſecundùm ſententiam Aluari Vazquez pronuntiatum uidi in cauſa inter D. Ioannem de Zuniga, & D. Antonium de Caſtro, ſuper meliorationibus factis in opido de Cayon, pronuntiantibus uiris doctiſſimis Patino, & Hernandez in hoc noſtro Senatu præclaris aduocatis.

46 † Tertiò dictæ legis deciſio pari ratione non ſolum continet maioratus, qui fiunt præmiſſa facultate regia, ſed & illos, qui nullam huiuſmodi facultatem habent, quin & anniuerſaria, & patronatus, & capellas continet, in quibus iure maioratus ſuccedendum ſit. Couarruu. Variarum lib. 3. cap. 5. nu. 3. Antonius Meneſes in Rubrica. C. de fideicommiſſ. nu. 10. Molina lib. 1. c. 1. nu. 27.

47 † In hoc uerò duo aduertenda ſunt, primum, quòd etiam ſi meliorationes iſtæ non poſſint exigi à poſſeſſore maioratus: ſi tamen ſine læſione rei adimi poſſint, abraduntur, & auferuntur, unde tormenta ſulphuraria, machinas bellicas, clipeos, haſtas, toraces, globulosque ferreos, emptos, & in fortalicijs conſtitutos ex hac ratione auferre poterunt hæredes premortui; niſi ueram ęſtimationem poſſeſſor ſoluerit, item pictas tabellas, & caſtri cętera inſtrumenta, quæ abradi poſſit citra detrimentum, & in his uxor habebit dimidium l. in fundo. ff. de rei uendicat. ubi regula conſtituitur, quòd meliorationes illæ abradãtur, dum tamen abradi ſine læſione poſſint, quæ exigi non poſſunt l. Iulianus. ff. eodem, Tiraquellus de retractu conuentionali. §. 7. gloſ. 1. nu. 6. Molina ubi ſupra. num. 16.

48 † Alterum uerò, quòd etiam ſi conſtitutum ſit, uxorem nihil exigere poſſe eorum, quæ conſumpta ſunt in rebus maioratus, ſi tamen tota dos conſumpta ſit, in rebus maioratus ad refectionem neceſſariam & perpetuam, nec uxor ex alijs rebus mariti dotem ſeruare ſibi poſſit, tunc quidem æquiſſimè fiet, ſi ex fructibus maioratus ipſi ſuccurratur, videt enim ſubſtantiam ſuam in maioratu ſine facto ſuo, proderit ei æquitas lege ſi me & Titium. ff. ſi certum petatur, ad concurrentem uſque quantitatem dotis, expenſarumque, ita ut poſſeſſor maioratus ne locupletetur cum aliena iactura dotem ſoluat, ſi magis expenſum ſit, expenſam uerò ſi minus, in qua ſpecie proderunt adducta per Pinellum dicto numero ſeptuageſimoprimo. Præterea indotatam remanere uxorem odiũ continet publicum, eſtque hæc ipſa reſtitutio ueluti debitum; cũ ſit alienatio, cui ius reſiſtit, ex cuius iuris beneficio ſuccurrendũ eſt uxori, ut dotem ſuam alienatã habeat, ubicumque

Source : BIU Cujas

cumetue dos reperiatur, nec lex, quæ de non exigendis lucris, & expensis constituta est, dotis alienationem concessisse uideri potest. Præterea ipsa uxor hoc casu est ueluti creditor, cui omnino soluendum est, quod ex sustantia sua ad necessariam refectionem, & euidentem utilitatem maioratus consumptum est: quo casu debita soluuntur à successore maioratus, non quòd ipse aliqua obligatione teneatur repugnãte d.l.46 cum enim ædificia non teneatur soluere, neque tenebitur soluere mutuatum aut præstitum, aut creditum ad ædificandum, sed ex bonis ipsius maioratus soluendum est illud debitum, in quibus reperitur substantia aliena sine facto domini; quia quod mutuatur ad refectionem alicuius rei, habet iure nostro rem refectam obligatam, ex l.26.tit.13. partit.5. argumento cuius & mulieri succurri poterit, ut dotem suam consequatur, de hac autem obligatione in rebus maioratus latè Molina li.1. cap.10. nu.19. & nos inferius aliqua attingemus, capite.16 nu.11.

49 † Cæteras autem expensas, quæ uir facit necessariò, ne res dotalis collabatur, & pereat, istæ dicuntur necessariæ l. prima §. fina. cum lege sequenti. ff. de impensis in rebus dotalibus factis l. impensæ. eodem titu. & l. impensæ. ff. de uerbo. signific. l.10. titu.32. part.7. & minuunt dotem l. unica. §. sed neque ob impensam. C. de rei uxoriæ actione l. quod dicitur ff. de impensis in reb. l. si is qui. §. quod dicitur. & ibi Bart. ff. de iure dotium. & Bart. in d.l impensæ & licèt hoc ita constitutum sit, expensæ necessariæ duntaxat minuant dotem, sine quibus res corruet, & laberetur, aut periret, iure tamen nostro ex l. fina. titu.11. part.4. Omnis expensa deducitur, licèt necessaria non sit, quæ auget dotem, dumque aucta sit dos, nihil de necessitate curamus, inquit lex nostra, Meioran do el marido la cosa que le dio su muger en dote, non seyendo apreciada, assi como si la reficiesse, o la acresciesse, porque fuesse mejor, e rendisse mas si las despensas que en ella metiere fueren a tale que se mejora la dote por ellas, puede las contar, e auerlas que fiziere ademas de quanto montare el esquilmo quelleuo de los fructos e de las rentas dela dote: itaque augmentum & melioratio dotis utcumque fiat siue utiliter, siue necessariò, dotẽ nobis minuit, egregia declaratio ad decisionem Boeri.44. numero decimosecundo. & 13. & ad decisionem Matthæi de Afflictis.359 per plures numeros, ubi necessitas quæritur, & illa perpetuitatem desiderat: maritus enim satisfaciebat obligationi restituendæ dotis, si ipsam non æstimatam restitueret, qualis res ipsa restitueretur, uel reperiretur tempore restitutionis faciendæ, etiam si deterior reperiretur l. plerumque. §. primo. ff. de iure dotium Palatios Rubios in repetit. capituli per uestras. limitatione.12. folio mihi.115. nume. 11. cum autem melior restituatur, oportet, ut melioratio ipsa marito prosit, & de dote deducatur.

50 † Adde, quòd si maritus, qui meliorem fecit dotem, leget uxori non expensas factas in rebus dotalibus expressè, sed ita legatum concipiat, lego uxori meæ, quicquid ad me nomine dotis peruenit, uidetur remisisse uxori deductionem expensarum, quæ facienda erat ex dote, postquam dos relicta est, Paulus de Castro in l. Meuio. §. à me. ff. de legatis 2. Afflictus decisione.359. secus si diceret, lego uxori meæ dotem; quia tunc dos intelligitur id, quod deductis impensis supereſt. Palatios Rubios d.§. 12. uel limitatione 12. folio mihi.116. numero 17. ante finem. Quod autem diximus, si testator dicat, quicquid nomine dotis ad me peruenit, idem dicendum erit, si utatur signo aliquo uniuersali, totam dotem quam secum attulit, uel uniuersam dotem, uel integram dotem, hęc enim omnia impediunt deductionem, & est hic casus, ubi indefinita non æquipollet uniuersali propter absonum iuris intellectum, qui resultaret in hoc casu, quæ sunt addenda ad Iaſ. in l.2. ff. de lib. & posthumis, nu.20.

51 † Expendit etiam maritus: quia si agat aduersus uxorem ob delictum, uel mulier agat aduersus maritum ob dilapidationem dotis, quod ad inopiam uergat maritus, tenetur uxori sumptus, & expensas subministrare necessarias, ut uel accusationem sustinere possit, uel dotem consequi, & ita quotidie uidemus ex facto agitatum. Albericus in l. ubi adhuc. C. de iure dotium. uersicul. sed cuius expensis, argumen. l. fina. C. de ordin. cognitionum. ubi secundùm Baldum est casus, quòd quis aduersario prouidet, sed melior text. in cap. ex parte. de accusationib. ubi monachus, qui accusat Abbatem, de bonis monasterij expensas accipit necessarias, ubi gloss. decisionem text. ampliat, & extendit: ut tales expensæ dentur, quousque lis finiatur, tenet Hostiensis in summa, titu. de accusationibus. §. primo uersicu. quid ergo si contingat. Speculator titu. de inquisitione. §. ultimo. uersiculo. quid si matrimonium. Abb. in d. capitulo ex parte. de accusationibus.

52 Quod † intellige etiam si indotata sit mulier, si accusetur tur. Innocentius in capit. per uestras. de donationibus inter uirum & uxorem. Hostiensis & Cardinalis ibidem, qui eum sequuntur. Secus uerò si ipsa agat ex eisdem, & Palatios Rubios in Repet. capituli. §. 39. folio mihi 75. numero quinto ubi ex proposito hoc ipsum agit, & quotidie uidemus ita obseruari in hoc Senatu, taxatis necessarijs expensis ad alimenta, & causæ liberationem, aduocatum, procuratorem, & reliquos quibus cum eo nomine expendendum sit.

53 † Et an pupillus agens querela inofficiosi testamenti sit alendus pendente iudicio data satisdatione, uide Couarru. doctissime Practicarum quæstionum c. 6. numero 6. & † an

54 diues, qui cum paupere litigat, ipsi teneatur expensas præstare, uide Ioannem de Palatios Rubios dicto §. 39. folio 75. &

55 si † priuatus intendat iudicium ad utilitatem publicam, debeat dari expensa ex publico, uide Franciscum de Aretio in ca. si qui testium. de testibus. & l. si mulier in opus salinarum. ff. qui potiores in pignore habeantur, ubi Baldus dicit esse casum expressum in l.1. ff. de iustitia & iure.

56 † Si autem mulier de adulterio conuincatur, & aliquo casu uiua remaneat, non tenetur uir illi præstare alimenta. gloss. in l. fideicommissum. C. de fideicommissis. Baldus in capitulo ex parte. de consuetudine. Palatios Rubios in Repetitione rubricæ. § 64. numero 8. & 9. ubi multa alia adducit, ex quibus uxor non sit alenda: uide apud ipsum, glo. nihil dicit.

57 † Has autem expensas factas in rebus dotalibus petere potest maritus aut eius hæredes soluto matrimonio, retinere autem res dotales propter expensas non potest. l. una. §. sed neque ob impensam. C. de rei uxor action. & ita intelligenda sunt uerba tex. in l. fi. titu 11. partit. 4. ibi, Pue delas conrar y auerlas, scilicet, actione mandati, uel negociorum gestorum, uel condictione ex lege adducta l. domum. C. de rei uẽ dic. non uerò retentione ex d. §. sed neque ob impensam. Bene tamen in restitutione dotis, minuendo dotem, tanto minus soluendo, quanto magis expensum sit, ex d. l. fin. ibi, Non las deue contar, nin las puede demandar quando entregare la dote. In ratione autem harum expensarum non ueniunt expensæ quæ fiunt gratia colligendorum fructuum, uel quæ propter conseruationem fructuum expenduntur. Hæ enim reperiuntur in fructibus, quos maritus suos facit, si cuti à contrario, si fructus restitueret, impensas illas deduceret, quod in omni fructuum restitutione uel retentione generale est, diximus supra. ca.1. latè cum tex in l. fundus qui. ff. famil. erciscund l. fructus. ff. soluto matrimo. l.4. titu.14. partit.6. & in l. uel si uites. ibi, nos generaliter definimus, multũ interesse ad perpetuam utilitatem agri, an uerò ad præsentis anni fructuum, & ibi, si in præsenti cum fructibus hoc compensandum. & in l. fina. ibi, quæcumque impensæ quærendorum fructuum causa factæ. & ibi, ideoque non solùm ad percipiendos fructus, sed ad conseruandam ipsam rem eas uir ex suo facit ff. de impens. in reb. dotalibus factis.

58 † Neque hoc casu maritus compensat fructus cum expensis; quia (ut infra dicemus) cum de compensatione fructuum & expensarum egerimus, cessat compensatio, ubicumque fructus percipiuntur non iure possessionis sed dominij, cum igitur maritus omni iure fructus suos faciat, cessat compensatio, gloss. uerb. superfluum, ad fin. in leg. emptor. qui est ad hoc optimus text. ff. de rei uendi. quam ibi Baldus, & Angelus commendant. Bald. Imol. Iaſon, Bartol. Paul. & Alexand. in l. domos. ff. de legatis primo. Baldus Imol. & Iaſon in l. in insulam. §. fructus. ff. soluto matrimonio. Alexan. consil. 123. uolum. primo quem refert Felinus in capitulo cum causam. de re iudic. hoc tradit. Abb. Bald. & alij in cap. grauis. de restitut. spoliat. Alexand. ad Bart. in l. in fundo. ff. de rei uendicat. Tiraquellus de Retractu conuentio. § 7. gl. 1. nu. 14. Afflictus decisio. 87. Gregorius Lopez in l. 41. tit. 38. parti. 3. Couarruu. Variarum libro 1. capitu. 8. num. 4. Antonius Gomez in l. 46. Tauri. num. 3.

Ex qua resolutione est elegans declaratio ad le. fin. titu. 11. par. 4. ibi. Puedelas cõtar y auerlas que fuere ademas de quãto montare el esquilmo quelleuo de los fructos, e de las rentas de la dote, ut uerbum illud, ademas, accipiendum sit, uidelicet ultra fructus perceptos, ita ut non inducat compensationem, illud sonat enim uerbum demas, & est interpretatio ex fundata iuris ratione, & proprietate sermonis Hispani, quod eo libentius adnotaui, quod uetus interpres computandos fructus cum impensis censet contra fundatam iuris rationem, doctissimus Gregorius Lopez censet legem Partitæ loqui de fructibus ipsarum meliorationum, quod est aperte contra apertissima uerba legis nostræ ibi, ademas de quanto montare el esquilmo quelleuo de los fructos, e de las rentas de la dote, nota uerbum de la dote, præterea cẽ set fructus mearũ meliorationũ q̃ ipse fecero debere minuere mihi pretium mearũ meliorationũ, quod (ut dicem⁹ infe

rius cum de compensatione egerimus) est contra ius fundarum; quia ego sim vere dominus mearum meliorationum, ipsasque possideam iure dominij ex recepta sententia cessat compensatio, de his dicemus inferius, neque quicquam facit text. in l. in insulam. §. fructus. ff. soluto matrimoni. Vbi uir compensat fructus cum impensis, contra hæc ipsa à nobis adducta: ibi enim fuit matrimonium non uerum sed putatiuum ita ibi declarat Paulus post glos. & Bart. uide Couarruu. in 4. part. 2. cap. 6 §. 8. nu. 25. & hæc ad maritum pertinēt, quantum ad expensas & meliorationes, cætera dicemus in cap. de augmento. & in cap. de thesauro.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio ad longum tempus utile dominium transfert, & nu. 2 quæ sit ad longum tempus locatio.*
3 *Agitur de ueritate illius quæstionis, an transferat dominium utile locatio ad longum tempus.*
4 *An prohibitus alienare locet ad longum tempus, & nu. 5. an particularis successor teneatur stare conductori ad longum tempus, & nu. 6. an sit similis emphyteutæ.*
7 *An conductor sicut emphyteuta possit expelli ob non solutum canonem, in rebus ecclesiæ & secularibus, conciliantur le. quinta & le. 6. titulo octauo. part. 5.*
8 *An pœna imposita emphyteutæ alienanti habeat locum in conductore ad longum tempus.*
9 *An remissio sit facienda conductori ad longum tempus sicuti emphyteutæ propter sterilitatem, uel rei interitum.*
10 *Conductor conseruat utiles & necessarias expensas, utcumque finiatur conductio.*
11 *Læquissimum. ff. de usufructu, est mirabilis quia usufructuarius mutat formam rei.*
12 *Emphyteuta quasdam meliorationes facit ex necessitate contractus.*
13 *Necessarias expensas & utiles conseruat, conductor, si durent post conductionem, & nu. 14. etiam si culpa sua eyciatur.*
15 *Conductor non tenetur facere aggeres & fossata etiam quæ durent tempore conductionis.*
16 *Quando & quibus casibus conductor & colonus suas meliorationes non conseruet & exempla posita.*
17 *Conducens ab usufructuario an conseruet meliorationes, & quomodo agitur de l. si quis domum §. idem quærit. ff. locati.*
18 *An tributa & omnera realia, & collectas soluat conductor, an dominus.*
19 *Quis conueniri possit. an dominus, an conductor.*
20 *Locatio an requirat de necessitate pensionem soluendam in pecunia.*
21 *Colonus partiarius quis dicatur, & uera ipsius ratio.*
22 *An colonus partiarius soluat onera & tributa realia & collectas.*
23 *Colonus partiarius deducit expensas seminis & culturæ, & quas expensas uocamus fructuum.*
24 *Maritus & conductor an excidere possint arbores etiam non frugiferas.*
25 *Et intelligitur l. in fraudem § conductor. ff. de iure fisci.*
26 *Superficiarius conductor quis sit, & qualiter conseruet expensas & meliorationes.*
27 *Expensas litium pro conseruatione rei locatæ quantum conseruentur conductori.*
28 *Quæ dicatur necessaria expensa in conductore, colono & inquilino.*
29 *Colonus & conductor de quibus rebus teneatur domino.*
30 *Colonus & conductor ob quam culpam teneatur domino.*

De conductore, colono, inquilino, superficiario, expendentibus, uel meliorantibus res conductas. Caput decimumquartum.

Horum quoque circa expensas & meliorationes conseruandas, uel amittendas ius controuersum est; sed quia hoc ius præclara ingenia exposuere, breuiter hoc nobis attingendum est, & id nobis deinceps in emphyteuta, & possessore maioratus obseruandum erit; quoniam abunde ab alijs tradita expositaque sint, quæ nobis hanc institutionem ingressis erant exponenda, controuersia autem descendit ab illa antiquorum diuisione receptissima ad hæc usque nostra tēpora, quæ separauit conductorem ad longum tempus ab eo, qui ad breue tempus conduxit, ut in illo fortius ius reperiatur, ac subinde fortior necessitas meliorandi, & expendendi, in hoc uerò debilius, ac proinde debilior quoque causa expendendi, unde de tributis, collectis, arboribus, pensionibns, deque meliorationibus uarie disputatum est, retenta illa recepta diuisione, quam pauci & nouiores euertere cōantur:

1 locatio † igitur ad longum tempus retenta hucusque receptissima sententia utile dominium transfert. Tiraquellus in 1. retractu §. 1. glos. 14. nu. 79. & 80. latissimè Aluarus Vazquez quæst. iuris emphyteutici. 29. post glo. Bart. & alios in l. 2. ff. si ager uectigalis uel emphyteuti. Duenas reg. 240. Boerius decisio. 224. & 234. Couarru. libro secundo uar. resolutionum. capitulo decimosexto numero primo. & est glos. & DD. in clement. prima. de rebus Eccles. dicitur autem locatio ad longum tempus, si fiat hac uerborum conceptione

2 † quandiu conductor uoluerit, Socinus Iunior consilio 63. libro secundo numero undecimo. Decius consilio 204. Martin. Laudens. in rubric. ff. de rei uendicat. Dicitur etiam locatio ad longum tempus, si fiat ad decennium, & ultra. glos. in d. l secunda. in fin. ff. si ager uectigal. Barto. & alij in l. prima. §. quod autem. ff. de superficieb. Paulus, & Alexand. in l. si filio. § si uir in quinquennium. ff. solut. matrimonio. Parisius consilio 118. uolumine tertio. Socinus consilio 32. libro primo Boerius, & Couarruu. ubi supra, Zasius, Ruinus, Fabinus, & alij relati ab Aluaro Vazquez numero quinto ubi supra. Dicitur autem decennium longum tempus, Rub. & l. penultim. & l. fin. C. præscriptio. longi temporis. l. fideicommissa. §. Aristo. ff. qui & à quibus. & Alexand. consilio 17. libro quinto numero secundo & tertio ait, longi temporis definitionem relinqui iudicis arbitrio, qui tamen iudicabit decennium esse tempus, quod longum dici possit ex eo. Alexand. ubi supra. Cardinalis Clement. prima §. fina. quæst. 4. D. Nauarrus in c. defleat, notab. 5. Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensib. tit. 1. §. 41. nu. 19. Tiraquellus in tract. de præscriptionibus. §. 1. glos. 4.

Præterea si ad uitam locantis seu conducentis fiat, locatio ad longum tempus est. Boerius decisione 234. Nauarrus in d. c. defleat. 5. notabili, Corneus, & Decius relati ab Aluaro Vazquez ubi supra, tenet præter ipsum glos. & Scribentes in l. 1. ff. pro socio. & Ludouicus Molina in capitulo vigesimoprimo libro primo numero decimosexto de Hispan. primogen. ubi multa quoque adducit ad hanc receptissimam sententiam, & secundùm eam (non enim de ea dubitat) decidit quæstionem de rebus maioratus alienandis titulo locationis, uel non alienandis. Denique hactenus habemus id receptissimum, condictionem ad longum tempus transferre utile dominium, & dici ad longum tempus, quæ fit ad decennium, uel ad uitam alterius locatoris uel conductoris, uel dum conductor uoluerit. Alijs autem modis quæ fiet locatio erit ad tempus modicum, & dominium non tranferet ueluti ad triennium, quinquennium, nouennium l. non solet. ff. locati l. cum manu fata. §. fina. ff. de ꝑtrahend. empt. ſecundùm receptam interpretationem. Bald. in rub. C. de iure emphyt. nu. 7. Alex. cons. 104. lib. 3. nu. 1.

3 † Sed tamen non desunt uiri magni non minis, & egregie eruditi, qui contendat hanc separationem inter utrumque conductorem non reperiri lege aliqua constitutam, inuentamque fuisse a scribentibus sine lege, sine authore, & (ut ipsi aiunt) sine ratione, aiuntque nullibi scriptum esse, locationem ad longum tempus transferre utile dominium, quam sententiā tentauit Franciscus Conanus uis Gallus doctissimus, & liberaliter eruditus. lib. 7. Commentariorum iuris c. 12. & eum sequutus Pinellus in l. 1. C. de bonis matern. par. 3. nu. 66. & ante illos tentauerat Cumanus in l. codicillis. §. instituto. num. 3. ff. de legat. 2. & quia communis & receptissima sententia defenditur duobus Iureconsultorum responsis, in eo duo illi nouiores dant operam, ut responsa illa aliter diluant, & alio retorqueant, adducitur ergo pro communi, ut locatio ad longum tempus transferat dominium utile, tex. qui mea sentētia apertissimus est, & qui communem etiam ab inuito extorqueat l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. de superficiebus, ibi, & sane causa cognita ei qui non ad modicum tempus conduxit superficiem in rem actio competit. Pinellus ait specialem rationem esse in conductore superficiei, ut si ad longum tempus superciem conduxerit, habet utilem in rem actionem, hanc uerò specialem rationem in eo uersari aiunt; quia cum superficiarius sit, qui in solo alieno ædificat conducta superficie l. obligationum. ff. de actionib. & oblig. l. fi. ff. de superficiebus, ubi superficiarias ædes Caius appellat, quæ in conducto solo positæ sunt, Alciatus παρεργων iuris li. 1. ca. 36. posset reperiri fauor publicus quæ in ędificijs uersatur, ne urbes deformentur ruinis, ex l. si quis. C. de ædificijs priuatis. ibi (publicum decus) & in l. p̄scriptio. C. de operis publicis ibi (ornatum & commodum ad decoram faciem ciuitatis) & in l. quod si uir. 15. ff. de donationibus inter uirum & uxorem. ubi ϗ notissimas iuris regulas ualet donatio inter uirum & uxorem ad refectionem ædium. Ex quibus aiunt, particularem esse ibi rōnem, ut actio in rem concedatur, scilicet, fauor hic publicus. Præterea expendunt uerba illa d. §. quod autem (cā cognita) quasi firment regulam in ϗrium, ut regulariter ꝑductori negetur utilis in rem actio, quæ tñ causa cognita possit concedi, hæc tñ duo non debuerunt mouere uiros doctissimos, ut contra cōem interpretationem alio retorquerent sensum legis apertissimum: nā primum, si fauor publicus uersatur in ædificijs, is non est extendendus ad casus longe alienos & separatos ab ędificijs, isque fauor tam in locatione ad longum tempus, quàm ad modicū posset habere locum: & pari rōne propter fauorem publicum,

cum, qui in ædificijs versaretur,tam conductos superficiei triennalis,quàm decennius utilem in rem actionem haberet,ita exornat urbem conductor superficiei, qui intra biennium ædificat, imo magis amplificat urbem, quàm conductor ad decennium, qui intra decennium erigit superficiarias ædes,præterea fauor publicus, qui uersatur in ædificijs, potuit conseruari abunde alijs actionibus,scilicet,ex locato, neque Iureconsultus oculos conijceret ad tempus longum, sed ad publicum illum fauorem. Præterea imperatoriæ illæ constitutiones de urbe non deformanda ruinis, & extruenda ad regulam posteriores non potuerunt occasionem præbere responso Iureconsulti in d. §.quod autem ait.Prætereà Pinellus pessimè aduertit ad §. quod si uir. ff. de donationibus inter uirum & uxor. ubi ex hoc fauore ait ualere donationem inter uirum & uxorem ad reficiendum collapsa, nã si donatio illa ex hoc fauore sustineretur, utique dicendum esset, magis esse sustinendam donationem inter coniuges ad ædificandum : cum magis deceat superficiarium erectio quàm refectio,aut reparatio, constat autem donationem inter coniuges ad ædificium de nouo extruendum non ualere l.sed si mors.§.cum quis acceperit.ff.de donationibus.inter coniuges,qui est uicinus . dicta l. quòd si uir.& facilè potuit patere Pinello,cum igitur donatio ad reficiendum ualeat,ad ædificandum non ualeat, & in utroque uersetur fauor ille,certe non potuit ex illo ualere illa donatio,ualuit autem ex alio:quia accipiens non est facta locupletior,quo casu ualet donatio.text.mihi egregius in l. si sponsus. §. concessa.ff. de donationibus inter uirum & uxorem . ubi accipiens id quod aliàs erat expensurus de suo, in quo text.est magis admirandus, rectè accipit ex ea ratione : quia non fit locupletior,quæ ratio mouit Iureconsultum Paulum in d. l. quòd si uir.non autem fauor publicus, quem multi ad multa retorquent immerito,ut diximus supra capi.1. nume fina.Mulier enim,quæ reficit,nihil addit patrimonio suo, contra uerò si de nouo ædificat, igitur ille fauor non potuit præstare actionem in rem,argumentum autem,quod deducitur ex uerbis illis (causa cognita) debilissimum est, & si recte expendantur, magis faciunt pro communi,ut scilicet non soleat trãsferri in conductores utile dominium, ex l.non solet.ff.locati.causa autem cognita si locatio reperiatur ad longum tempus,uel definito tempore, uel ex præsumpra uoluntate:quia detur ad uitam alterius, uel ad uoluntatem conductoris, uel aliàs constet uoluisse modo alio ciuili locatorem dominium utile transferre in conductorem,uel aliàs expressè;tũc quidem actio utilis in rem detur:& ita interpretamur d.l nõ solet.ut licèt non soleat dominium transferri in locatorem, transferatur tamen causa cognita,idest,perspecta uoluntate locatoris, quam ius interpretatur, ex longo tempore,ex uita,ex uoluntate, si aliàs expressum non sit à contrahentibus: manet ergo communis sententia firmata ex d. §.quod autẽ. Quem nouissimè ita allegat Ludouicus Molina d.ca. 21. nu. 16 ultra omnes,de quib. supra, alia addit Aluarus Vazquez d.num.28.uersi.ad iura,quæ iuncta his fortiorem faciunt receptam sententiam.

Alterum Iureconsulti responsum est l.prima §. qui in perpetuum.ff.si ager uectigal.ibi,quanuis domini non efficiantur, competere eis in rem actionem, sed reuera nihil facit ,p communi, & uera est interpretatio nouiorum; est enim illud proprium, ut conductores agri uectigalis etiam ad modicum tempus utilem in rem actionem habeant,ac subinde dicantur utiles domini, eaque lege habent hos agros,ut quã diu pensionem soluant,admi sibi non possint,& deducebatur uectigalis ager respectu uectigalis & pensionis,& perpetuarius respectu conductoris, qui perpetuò accipiebat,idest dum pensionem persolueret l. fina. C. de locatione prædiorum ciuilium.libro undecimo libro primo.C.de officio comitis sacri palatij, ad palatinorum, inquiunt Archadius & Honorius Imperatores, curam & rationalium officia perpetuarij.hoc est emphyteuticarij iuris exactio reuertatur . iam diu enim respublica & principes consueuerunt agros publicos locare statuta certa pensione, quæ quotannis solueretur idque iam à Græcis profectum,acceperunt Romani,de quibus Aristoteles œconomicon. 11. tradit Bizantios pecunia indigentes publicos fundos certa mercede locasse,fructuosa ad tempus, infructuosa in perpetuum, itaque ager locatus à principe uel republica siue daretur in perpetuum, siue ad tempus, dabatur instar rei emphyteuticæ,& ex locatione illa dabatur utilis in rem actio, & dicebatur contractus ille perpetuarius,uel uectigalis,siue emphyteuticarius,ex d.l.fin. iuncta d.l.1.de officio Comitis sacri palatij, & iuncta d.l.1.ff. si ager uectigalis.cum l.tertia.ff.eod.ibi idem est, si ad tempus habuerit conductum.ubi glosſ. male interpretatur , ad tempus, idest longum, diumando apertè, ita interpretatur Alciatus libro primo. Parergon. capitulo 37. & 36.& lib.disputationum.3.capitulo decimo. Corasius in l.ei qui.numero decimooctauo. ff. de seruitutib. Conanus libro septimo commenta. iuris, & alij plures prolixe relati per Aluarum Vazquez quæstio.29.numero 28.uersicu.ad text.uero.proinde neque lege tertia nec l.prima uersic. qui in perpetuum.ff. si ager uectig.faciunt pro communi;quia in illa locatione rerum ciuilium particulariter concessa est conductori ad breue, siue ad lõgum tempus actio utilis in rem,& trahi ad particulares conductores non potest, salua recta ratione iuris constituti:ex quibus quoque patet rubr.illa de sumpta ex his iuris regulis, si ager uectigalis, uel emphyteuticarius petat. ex d.l.prima.de officio com.sacr. palat. quam alij euertendo aliter legendam esse contendunt,nihil animaduertentes ad d.l.fina.& l.primã,nec quicquam contra communem facit l. qui fundum.ff.locati.ubi locatio plurium annorum simplex est sine hac actione utili in rem;quia plures anni tribus continentur,nec l.non solet.ff.eod.quia bene uerum est non solere locationem dominium transferre, sed tamen aliquãdo reperitur, quod magis quadrat uerbo (non solet) ex hisque constituendum & receptam sententiam ueram esse,& habere text. pro se ineuitabilẽ in d.l.prima.§.quod autem ait Prætor. ff. de superficiebus. à qua non est recedendum propter solam authoritatem Pinelli & Conani, quæ iuris rationi subiicienda est.

Hinc ad multa inferunt Doctores præsertim nouiores, quæ ex hac receptissima sententia deciduntur, & recepta itẽ sunt, euertebantur autem omnia retenta Conani, & Pinelli noua opinione,adeo periculosum est,ab ea sententia quam
4 plures probant leuiter decere, & primùm † an prohibitus alienare,possit ad longum tempus locare,quod quantum attinet ad res maioratus disputauit Ludouicus Molina (ut solet)doctissime libro 1.capitulo vigesimoprimo numero 18. & sequentibus, ubi resoluit partem negatiuam,& extendit ad feudatarium & emphyteutam, ubi contra Mod.Paris.in consuetudinibus Parisiensibus.§.41.titu. primo numero 36. & contra Couarru. Variarum. libro secundo cap. 16.nume. primo . & contra Pinellum de bonis matern. l. 1.part.3.numero 64.tenet,quòd etiam si res emphyteuticæ, feudales,& maiorię,aut Ecclesię non possint locari ad longum tempus commoditas tamen ipsa, quæ ad possessorem pertinet,locari possit, quod optimè explicat numero 26.non quòd locatio commoditatis ad plures annos facta ualere debeat mortuo maioratus possessore, eodemque locatore, illud enim fieri non potest;qa locator plus iuris in conductorem transferre non potuit,quã ipse habebat, sed ita recipiatur,ut ea locatio non sit alienatio,ualeatque eo modo, quo locationes ad modicum tempus ualere consuerunt,quem sensum optimum illum,mihi aperte probat cap.querelam,ne prælati uices suas , si rectè uerba illius decisionis expendantur , circa principalem quæstionem multa adducit Aluar. Vazquez,lecutus etiam communem, ut locatio ad longum tempus sit alienatio,quòd autem laborat circa glos. in l.codicillis.§.instituto . ff. de legat. 2. Accursius bonum sensum habere potuit: cum enim iureconsultus ibi agat de alienatione non rei,sed commoditatis,hoc est pensionis,cumque Accursius ibi in prima parte agat de alienatione item commoditatis, subdit his uerbis,quòd text.præstat argumentum, quòd locatio ad centum uel mille annos non sit alienatio,idque uerissimum est; non enim locatio ad longum tempus inducit alienationem, sed locatio longi temporis rei prohibitæ alienari, & in hunc modum intelligit l. non solet.ff.locat.& optime, quo fit in proposito d. §. instituto.ut locatio ad mille annos, uel ad centum annos, quod exempli causa addidit, cum sit commoditatis, rei scilicet non prohibitæ alienari, non inducat alienationem,isque potuit & debuit esse sensus Accursij ex fundata iuris ratione, licèt reprobetur communiter Tiraq.de retractu linagier.§.primo.glo.14.numero 91. Couarr.Varia.libro secundo capitulo 16.sup.adductus Duenas,reg. 49. numero 12. Menses in l.uoluntas.numero octauo.C.de fideicommissis.& Aluar.Vazquez ubi sup.numero sexto qui dicit Accursium sine dubio non habuisse bonum sensum iuris, qui reuera habuit bonum sensum iuris & elegantem,ut alienatio non ducatur à solo tempore, sed etiam à re quæ alienari nequeat, utrumque autem faciat alienationem non sola locatio ad tempus non modicum.

Quod ad multa utile est,in tutoribus,curatoribus, rectoribus ecclesiarum, institoribus , & negociorum gestoribus,& ita meritò Molina allegauit Accursium ad suam quęstionem de alienatione commoditatis in d. §.instituto . Estque noua & elegans allegatio pro sua interpretatione , ut etiam si sit locatio ad longum tempus, non inducat alienationem,ex Accursio in d.§.instituto.

Quod & ad locationes rerum ecclesiæ extendendum est, vt sicuti alienatio in ipsis prohibita est, ita quoque prohi-

Source : BIU Cujas

bita sit locatio ad longum tempus, quod resoluunt Molina, & Aluarus Vazquez vbi supra, post Tiraquellum de retractu linagier. §. 1. glos. 14. nu. 81. & Couarru. Variarum, lib. 2. cap. 16. contra Baldum in cap. literis, de dilationib. Ruynus consilio 161. num. 22. consi. 77. lib. 1. & Aolandum consi. 96. nu. 24. & 27.

Inde inferunt ex hac recepta sententia, quòd si locatio fiat ad modicum tempus, cum pacto renouandi in aliud tempus quòd priori adiuncto longum tempus efficiat, rei quæ prohibeatur alienari, quòd censebitur conductio ad longũ tempus, ac subinde alienatio facta in fraudem legum, quæ alienationem prohibent, vt si quis loc et rem prohibitam alienari pro duobus nouem annis, vel pro duobus vel tribus quinquennijs, vel pro nouem & quinque annis, vel pro decem, & quòd intelligantur decem locationes, hæc enim locationis genera machinationes sunt in fraudem legis conceptæ, tenent plures, quos allegat Aluarus Vazquez d. q. 21. nu. 15. post Tiraquel. in 2. retractu, in præfatione. nu. 2. Mod. in consuetudinibus Parisiensibus, tit. 1. §. 41. nu. 36. Oroscius in l. manumissiones. nu. 7. ff. de iusti. & iur. Couarru. lib. 2. resolutionum. capitulo 16. numero quarto. pro quibus est tex. in Authentico de non alienandis. §. neque. ibi, quam per reuolutionem & machinationem perpetuas emphyteuses, & est egregia declaratio ad extrauagantem Paulinam incipit. ambitiose, & ad sessio. 25. capitu. 11. de reformatione in concilio Tridentino.

Inde ad tutorem: quia prohibetur alienare, inferunt scriptores, vt prohibeatur locare ad decennium vel vltra, Boer. decis. 232. Alexan. cons. 117. lib. 5. idem & in marito Antoni. Gom. in l. 50. Tauri. nu. 57. Alciatus in l. 1. ff. solut. matrim. nu. 57. Aluar. Vazq. supra nu. 10.

5 † Inde inferunt ad l. emptorem. C. locati. & l. 19. tit. 8. part. 5. quòd licèt particularis succeſſor non teneatur stare colono, tenetur tamen stare colono ad longum tempus propter vtile dominium, quod talis colonus habet. Couarru. li. 2. Variarum. ca. 15. nu. 2. Duenas reg. 240. num. 2. Domi. Antonius Mensis in l. voluntas. nu. 19. C. de fideicommiss. & alij plures relati ab istis, & quos refert Aluarus Vazquez vbi supra, & an res maioratus locatæ ad longum tempus nouo successori incipiat pertinere, & quomodo quantumque hæc ipsa locatio conseruetur, vide Gregorium Lopez in l. 2. tit. 8. part. 5. verbo, El heredero, & post ipsum Molinam d. li. 1. c. 21. nu. 28. & seq. ubi latissimè.

6 † Inde illud quoque descendit, quod nonnulli uoluerunt, scilicet, ex hac ratione utilis dominij, quod ex locatione longeua transfertur, ut talis locator sit ueluti emphyteuta, non deerantenim qui omnino similes contractus hos existimarent, quos refert Tiraquel. lib. 1. Retractus. §. 1. glo. 14. nu. 84. Alexand. consilio 14. lib. 4. Socinus consi. 167. libro 2. uerissimum tamen est esse contractus, & re, & nomine separatos Iason in l. 1. C. de iure emphyteutico. num. 36. & non licet de uno ad alium argumentari, nisi quatenus est in iure expressum. Ioannes Andreas ad Speculum tit. de locato. §. nunc aliqua. uersic. 4. circa finem additionis. Differentias autem ex quantitate pensionis ponit Baldus in d. capitu. literæ. & Decius consi. 142. Afflictus & alij relati ab Aluaro Vazquez d. quæst. 29. nume. 19. ubi alia addit, ubi autem reperiatur in utroque eadem ratio, tunc bene deducitur argumentum de uno ad alterum. Decius in auth. qui rem. in principio C de sacrosanctis Eccles. Tiraq. d. num. 84. Alex. consi. 117. libro 4. numero 11.

7 † Ex qua æquiparatione descendebat illa opinio glos. in capi. propter. §. uerum. uersic. uel cum canonem, de locato. quam sequitur Abb. ibi. num. 10. & alij, & Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. num. 39. ut sicuti emphyteuta Ecclesiæ potest expelli, si biennio cessauerit à solutione canonis c. potuit. de locato, ita quoque conductor ad longum tempus.

Verissimum tñ est, hanc sñam non probari in d. §. uerũ, ubi nihil de locatione ad longum tps, sed simpliciter de locatione fit mentio, quæ simpliciter de minori & maiori est accipienda, ob idque planè intelligendus est d. §. verum, in conductore rei Ecclesiæ, siue ad longum, siue ad modicum tempus, ut à iure totali suæ locationis expelli possit, si biennio cesset à solutione canonis, ita intelligit Ias. ubi supra nu. 37. & Gregorius Lopez in l. 5. tit. 8. part. 5. uerbo, Dende adelante.

In rebus uerò non Ecclesiæ, sed laicorum illud ex hac sententia fuit obseruandum, ut sicuti conductor ad longum tempus habet utile dominium rei locatæ, ita quoque cum emphyteuta comparetur, ut quemadmodum hic nisi non soluto canone triennio non potest expelli ab emphyteusi, ita quoque conductor ad longum tempus l. 2. C. de iure emphy. & tenet Tiraquellus ubi sup. nu. 48. Iason in d. l. 2. nu. 39. C. de iure emphy. Baldus in d. cap. literę. de dilationib. & alij relat. per Aluar. Vazquez d. quæst. 21. nume. 21. quamuis contrarium tenuerint Imol. in l. uectigalia. §. 1. ff. de publicanis. & Neuizanus consi. 92. num. 52. moti, quòd nusquam legatur conductorem posse expelli ob non solutum canonem, hocque ita receptum est iure communi, nostro autem iure Hispano difficilior quæstio est, ex duabus legibus ferè pugnantibus l. 5. tit 8. part. 5. & l. 6. eod. titu. & part. illa ita ait. Alquilada teniendo algun ome de otro alguna casa si non le paguare el loguero a los placos que pusieren con el, oa lo mas tardar a la fin del año, segun diximos en la ley ante desta dende adelante el señor dela casa puede echar della al que la tiene alquilada, sin calona e sin pena. Vbi expressum est ob canonem non solutum uno anno posse expelli conductorem, at uero in l. 6. titu. eod. & part. dum numerantur causæ propter quas conductor potest expelli ita ait. La quarta es si allogasse la casa por quatro años, o cinco, auiendo a dar por ella cada año loguero cierto, ca si passaren dos años que non paguasse lo que deuia dar dende adelante, puedele hechar della. Quæ lex in eo corrigit receptas traditiones, de quibus supra, in conductione rei non Ecclesiæ, sed secularis expectetur cessatio biennij non triennij: rursum pugnat cum d. l. 5. quia illa annum, hæc biennium expectat. Greg. conciliat illas leges, ut d. l. 5. procedat si locatio facta fuit ad biennium, ut hoc casu non expectetur totum biennium, sed unius anni solutio non facta prosit ad expulsionẽ. At uerò d. l. 6. procedat in locatione facta ad plures annos, quatuor, quinque, decem, pluresve, ut tunc expectetur biennium ad expulsionem, & hæc magis quadrat literæ dictarum legum, in d. l. 5. ibi, A la fin del año. Secundo soluit, ut cessatio solutionis uno anno prosit ad expellendum locatorem à præsenti usu rei, & sic procedat d. l. 5. At uerò cessatio solutionis biennio prosit ad expulsionem perpetuam, & ita procedat d. l. 6. & quadrant uerba d. l. 6. ibi, Dende en adelante puede le hechardella. Nota uerbum, Dende en adelante, Quod est deinceps, hoc est perpetuò. At in d. l. 5. etiam est uerbum illud, uide Baldum, & Salycetum in l. ædem. C. locati, & utraque solutio est optima & conuenit literæ dictarum legum, adde quod ait Gregor. Lopez, quòd si appositum est pactum de non expellendo conductorem, adhuc expelli potest cessante solutione toto biennio, ita tenet & notat Gregorius Lopez d. l. 5. post gloss. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & Baldum in d. l. ædem. Alexand consilio 106. uolumine 3. cum quatuor sequentibus, & hæc pertinẽt ad æquiparationem conductoris ad longum tempus cum emphyteuta; quia propter dominium utile acquisitum cessatio solutionis quæstionem dominij refricare uidetur, unde cum subsit eadem ratio, meritò inducitur idem ius.

8 † Inde est etiam, ut pœna commissi imposita emphyteutæ alienanti, imposita censeatur emphyteutæ *locanti* ad lõgum tẽpus; quia locatio illa ex his quæ diximus alienatio est, ob idque uidebatur pœnæ locus esse, idque ea ratione uidebatur dicendum, quòd cum ex locatione ad longum tempus utile dominium transferatur, iusque in re constituatur, ut supra ostensum est, id in re alienari prohibita constitui non potest, ex l. fina. C. de rebus alienis non alienand. per quem text. aiunt. Barto. Bald. & scribentes ibi, quòd prohibitus alienare non potest transferre utile dominium, & sic ius in re, & tenent Scribentes in lege filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis secundo. ex dicta lege fina. Immo Baldus post gloss. ibi in capitulo primo §. noui, per quos fiat inuestitura. idem Baldus in capitulo primo §. aut si libellario, quibus modis feudum amittatur. ait, proprie alienare, qui utile dominium transfert, Imol. & Abbas in capit. intellecto. de iureiurando, ait periurum esse prælatum, qui iurauit, non alienaturum se res Ecclesiæ, si ad longum tempus locet, & ita tenent commissi pœnam habere locum in conductione ad longum tempus sicuti in uera alienatione, Baldus consilio 415. libro primo. Iason in lege prima numero 35. & l. fin. numero 112. C. de iure emphyt. Alexand. consilio 119. lib. tertio numero septimo. Tiraquellus ubi supra, numero 82. libro primo. Retract. §. primo gloss. 14. hæc quæstio non est eadem, de qua supra; quia ibi quærimus, an sit alienatio, vt non ualeat in rebus prohibitis alienari, hic quærimus de pœna imposita alienantibus, an habeat locum in *locantibus* ad longum tempus, quod erit addendum Molinæ d. capitulo uigesimoprimo libro primo. & capitulo primo libro quarto & pertinet ad lege fina. C. de iure emphy. an commissum appositum alienanti debeat apponi locanti ad non modicum tempus. Mod. Paris. ad Alexand. dicto consilio 119. & Couar. Variarum, libro secundo capitulo 16. numero 2. uersi. hinc etiam, ad finem, atque eos secutus Aluarus Vazquez d. quæst. 29. numero 23. tenent, quòd non sit locus commisso propter locationem ad non modicum tempus, quorum ratio est; quia etiam si verum sit, prohibitam esse locationem ad longum tempus rerum Ecclesiæ, & prohibita alie-

Source : BIU Cujas

ta alienatione,prohibitam esse locationem ād longum tempus, id tamen aiunt impropriè esse,vt cōductio sit alienatio, & ex lata verbi significatione l. si fundum.ff.de fundo dotali. l.alienatum non proprie.ff.de verbo.signific.l.non alienat.ff. de reg.iuris l item si res.§.sunt & alia.ff.de alienat.iudicij mutandi caus. fact. Quibus constat, conductionem ad longum tempus non esse propriè alienationem,& licèt plerunque ob latam dictionis significationem res prohibita alienari ad longum tempus locari non possit,hæc tamen impropria significatio accipienda est (vt ipsi aiunt) adhoc vt contractus non valeat, non ad pœnam infligendam locanti, Baldus in l. voluntas. C. de fideicommis. & quia pœna priuationis non est extendenda,nisi quatenus reperitur expressa l.at si quis. §.diuus.ff.de relig.& sumptib.funer.auth.de non eligendo secundò nubentes.§.cum igitur,cumq; in locatore ad longū tempus hæc pœna non reperta sit,sed in alienante meritò decedunt ab illa opinione,vt cōmisso non sit locus,ideoq; aiunt, alienationem illam fictam non valere,scilicet, conductionē ad longum tempus, at verò non esse locum commisso, nec prælatum esse periurum cum Calderino in c. cum cōtingat. de iureiurando contra Abba.vbi supra, & licèt Aluarus Vazquez videatur ad finem ab his decedere, hæc tamen opinio vt commissum locum non habeat;æquior est, vidiq; iam semel vsu forensi in hoc Senatu obseruatam.

9 † Hinc illud quoque consequitur, vt sicuti emphyteutæ facienda non est remissio mercedis propter sterilitatem l.1. de iure emphy .dicimus propter sterilitatem,quia si tota res emphyteutica pereat, periculum est domini, vnde illud vulgatum.Si res pereat tota,liberabitur emphyteota,sed si pro parte nulla liberabitur arte.quod refert Ananias in c. potuit. de locato.num.13.& est hoc receptissimum in d. l. 1. & Iacobino & alijs in auth.qui rem.C.de sacrosanc.eccl.Iulius Clarus lib.4.sententiarum.§.emphyteusis,quanta autem pars futura sit reliqua, vt pensio soluatur, illud æquius est aliquid superesse,ex quo pensio possit solui,Bald.d.l.1.nu.9.oppos.2. Abb. in d.c.potuit.Fulgos.d.l.1.nume.11.Platea.d.§.adeo. Instit.de locat.Anania.d.c.potuit.nume.31. quin illud receptissimum erat,sufficere vt pensio solueretur, quòd pars aliqua fundi remaneret.Tiraquellus in l.si vnquam,verbo omnia,vel partē. num.17.C de reuocandis donationibus Iacobinus vbi supra num.26.d.l.1.ibi.nihil reliquum,plures adducit Aluarus Vazquez q.27.num.4.qui num.5.ait,vidisse se remissionem istam factam fuisse arbitrio bonorum virorum, qui ad hoc assignarentur, quod ego iam obseruatū in hoc Senatu animaduerti.Quod tamen ita accipiendum est, dummodo pensio modica sit,nec fructibus respondeat, nam si fructibus respōdeat: tunc quia locationi proprius accedit, fiet remissio, vt dicemus de conductore, & pertinent hæc ad interitum rei emphyteuticæ,vel in totum vel pro parte,in quo est d.l. 1. C. de iure emphy.propter sterilitatem autem cōtingentem in fructibus non fit remissio pensionis; quia in emphyteusi modica pensio est, quæ soluitur potiùs incognitionem dominij, quàm ratione fructuum: vt est notissimum, quæ recognitio siue extent fructus,siue non extent,facienda est, & ita tenent omnes in d.l.1.C.de iure emphyt.vbi Bald. num.10.q.4.dicit communem, idē dicit Bart.in auth.perpetua.C.de sacrosan. ecclesijs.Iacobinus in auth.qui rem.C.de sacrosan.eccl.Marcus Antoni.Nat.in cons.94. Cępola & alij plures quos refert Aluarus Vazquez d.q.27.nu.7.vbi latissimè, quòd sit par fructibus,vel paulò minor,vel quanta daretur,si res locata esset; tunc pensio pro fructibus constituta est,non verò in recognitionem dominij,& cessat ratio, ob idq; est locus remissioni. glo.in auth.per etua.vers.sextam.C.de sacrosan.eccl.Bar.Sal. & Ias.num.20.in d.l.1.& alij plures ex his,quos supra adduximus:& tenet Gregorius Lopez in l.1. de iure emphyte. aliàs 28.titu.8 .par.5.verbo,Ochaua parte. Quomodo autem & in quota parte fructuum continget sterilitas, vt locus sit remissioni,agimus enim de sterilitate fructuum:quia lex 28.titu.8. par.5 quatenus de octaua parte loquitur,referenda est ad deteriorationem rei,non sterilitatem fructuum, de quibus ibi nihil agitur,vt patet ad oculum, quamuis ad hoc quoque adducatur,& male,apud nos ratio hæc petenda est l.22.titul.& par.ead.vbi Gregorius Lopez recitat opiniones,quę de hoc fuerunt Iure ciuili,idem facit Aluarus Vazquez d.q.27.num. 24.Couar.Practicarum quæstio.c.30.Aegidius Bossius de remissione mercedis ob conductionem, vbi latissimè per plures numeros.Gigas de pensionibus,quæst.62.Pinel.in l. 2. C. de rescin.vend. 1.par.c.3.num.11.In qua scribentium varietate optima declaratio est ex d.l.22.vt si omnes fructus perdantur, fiat remissio, ibique tollieſſe todos los fructos dezimos que non es tenudo el que lo tuuiesse arrendado de dar ninguna cosa del precio del arrendiamento que touiesse prometido.Alter casus est,vt si aliqui fructus remanserint, & colonus petierit remissionem, cogatur deductis expensis fructuum reliquos fructus relinquere domino prædij, aliàs pensionem soluat integrā ibi. Pero si acaeſcieſſe que los fructos non se perdiessen todos,e cogiere el laborador alguna parti tida dellos, entonces en su escogencia si ha de dar todo el arrendamiento dela heredad al señor, e si non de sacar para si las despensas e las missiones que fizo en labrar la heredad, e lo que sobrare de lo al señor de aquella cosa que tenia arrendada. In quo est egregria decisio nostri tex. & tollit difficultates.Scribentium,& in eo aduertendum est ad l.23. ead.par. & tit. vbi si locatio est ad plures annos, vnius anni sterilitas compensatur cum vbertate alterius,& euitatur remissio, ad quod plurimum solent aduertere peritiores aduocati.

Quòd si res locata pereat vel pro parte vel in totum, an teneatur locator, vel conductor. Vide l.8.eod tit.& par.& ibi Gregorius Lopez, namq; superiùs dicta pertinent ad remissionem mercedis ob fructus non collectos: in colono enim & conductore fit remissio fructuum aut pensionis propter sterilitatem contingentem in re vel in fructibus rei locatæ, l.licet.C. locati.l.ex conducto. §. si vis tempestatis.ff. eodem d.l.22.tit.8.par.5.

Vnde ex æquiparatione emphyteutæ & conductoris ad longum tempus non deerant qui existimarent negandam quoque esse remissionem conductori ad longum tempus, quos referūt Gregorius Lopez in d.l. 22. verbo,Arrendada, & Aluarus Vazquez q. 29. num.24 post alios quos ipsi referunt.Sed tamen contrarium verius & receptus est, vt remissioni sit locus,Gregorius Lopez vbi sup. Petrus Cynus, Bal. & Ias.num.21.& 36.in d.l.1.Abb.Imol.& reliqui in c. potuit. de locato,quod verissimum est ex his, quæ diximus pro emphyteuta,de pensione modica,& quod detur in recognitionem dominij,quod alienum est ab ipso conductore,vbi pensio pro fructibus,& ad rationem fructuum cōstituitur, quòd si conductor ad longum tempus quispiam vocetur, & exiguam pensionem solueret in recognitionem dominij,hunc emphyteutam rectius putarem obseruata recta ratione iuris,& remissionem negarem. Ratio autem concedendæ remissionis,vel nō faciebat negotium antiquioribus;quia conductor ad longum tempus vtile habebat dominium,ex quo videri poterat similes emphyteutæ,similitudo autem aliunde expetenda est,scilicet ex modica pensione quę non solua tur propter fructus, sed propter dominium directum, & in recognitionem ipsius; tunc emphyteutam censeo, licèt de generationibus nulla mentio facta sit, & locus erit regulis, quæ de emphyteuta latæ sunt,aliàs ad colonorum & conductorum iura occurrendum est.

10 † Non defuerunt item, qui æquiparationem emphyteutæ & cōductoris dilatarent ad expensas & meliorationes,quod vt innotescat,præmittendum est,meliorationes vtiles & necessarias conseruari colonis & conductoribus in re conducta,siue conductio finiatur tēpore,siue culpa l dominus horreorum.§.1.l.ex conducto.ff.locati.Iason in l.1.C.de iure emphyt.num.25.& seq.Tiraquellus in 2.Retractu.§.7.glo.1.nu. 16.Gregorius Lopez in l.24.tit.8.par.5.vbi tex.iure nostro expressus,& optimus in proposito, & qui explicat apertè, quæ meliorationes colonus sibi conseruet,faziendo y (inquit) labores o cosas de nueuo,e plantādo y arboles,o viña,porque la cosa vala mas dela renta a la sazon que la dexan,que quando la tomaron.Ex quibus verbis satis explicatur quid veniat nomine meliorationis,intelligimus enim,quicquid rei accedit quocumque modo accedat, ex quo valor rei & eius æstimatio augeatur,siue id in reficiendo, siue de nouo ædificando contingant,vel in eam rem expendas,siue rei mutata forma sit, siue non sit mutata vtcumque res accrescat, eiusque æstimatio;tunc rem melioratam dicimus,vt omne augmentum comprehendamus, reparamus enim & reficiamus vetusta,& quæ reparationem exigunt, ne corruant,idque manente eadem forma rei l.3.§. reficere. & ibi glo.& Bart.ff.de itinere actuque priuato,reficere, inquit Vlpianus,sic accipimus ad pristinam formam iter & actum reducere, hoc est, ne quis dilatet,aut producat,aut deprimat,aut exageret.Aliud enim est reficere,aliud longè facere l.1.§. si quis ff.de via publica.ibi,propter quod neque altiorem,neque longiorē,nec latiorem, neque humiliorem viam sub nomine refectionis is qui intercedit potest facere.tex.elegans in l.1.§.si quis ædificium.ff.de noui operis nuntiat.ibi, hic enim non nouū opus fecit, sed veteri sustinendo remedium adhibet, de quo vide Paul.in §.opus nouum.d.l.1.& Iason in d.§.si quis ædificium & alios refert Boerius decisio 44.statim in principio.tex.elegans in l.4.C.de operibus publ.quæ inter reparantem & ædificantem de nouo distinguunt ex qua constat, prohibitum ædificare,non prohiberi reficere collapsa,quod tamen intelligendum est,nisi vetusta illa omnino diruta sint, & æquata solo;tunc enim reparari illud non potest; quia ædificium est de nouo l.1.§.ædificare. vbi Bald.& Ang.ff.de mortuo inferendo.

Source : BIU Cujas

rendo. Adde quæ de vsufructuario reficiente adduximus c. 12. cui tamen non licèt meliorare mutata forma rei, quod attinet ad nostrum institutum, vterque meliorat, & qui dat operam, vt sarta tecta sint, & qui à solo erigit, vtrunque agnouit l. 24. supra adducta, & apertè quoque l. 44. tit. 28. par. 3. ibi. Despensas fazen los homes en las casas, o en las heredades agenas que tienen, non faziendo y de nueuo alguna cosa, mas refaziendo o enderecando los edificios en los logares do es menester, o faziendo y algunas cosas que son prouechosas a la casa o ala heredad. & in l. 41. eadem partit. & titu. ibi. E despues que las han compradas fazen y de nueuo alguna cosa assi como torre, & ibi. Que sea tenudo de tornar al otro todas las despensas que ouiere fecho de nueuo Et Gregorius Lopez, verbo, Nueuamente. Agnoscit hãc ipsam melioration em siue de nouo faciendo, siue reparando, vtcunq; enim reparatione vel ædificatione rei æstimatio crescat, melioratum fundum existimamus: namque in d. l. 24. facies fundi mutatur, ibi enim colonus formam prædij mutauit in vineam, & expensas accipit. ibi, E plantando y arboles o viña Quod est conuenientissimum iure ciuili in l. colonus. ff. locati, vbi colonus etiam si lege locationis non est comprehensum, vt vineas plantaret, nihilominus vineas in fundo instituit, quibus insitis cœpit fundus pluris locari, eiusq; æstimatio creuit, dominus colonum ob non solutam mercedẽ fundo eiecit, & nomine pensionum quæ deberentur ipsum conuenit, ipse de meliorationibus excepit, respondetq; Scæuola expensas eum consecuturum; quia etiam si mutata forma in vineam tamen fundus auctus est, ex qua l. colonus. & d. l. 24. formam mutat colonus, dum tamen rem meliorẽ efficiat,

11 in † vsufructuario verò mirabilis est l. æquissimum. ff. de vsufructu. vbi & vites & oliueta eijciũtur, & mutatur forma rei, ob idque d. l. colonus. non debuit videri mirabilis Tiraquello in 2. Retract. §. 7. glo. 1. num. 16. Est ergo verissimum, meliorari posse rem mutata forma, & conseruata contra Boerium d. decisio 44. in principio, & Beroius cons. 89. lib. 1. nu. 35. & Natam cons. 601. lib. 1. qui existimant, tum demum melioratam esse rem cum æstimatio aucta est, & forma mutata contra notissimas iuris regulas l. hactenus. ff. de vsufructu. l. vsufructu. l. vsufructuarius. la 1. & 2. ff. eod. immo Paul. in consil. 270. in 2. volumine, tenebat plantationem, & deboscationem, & redactum montem ad culturam, non pertinere ad melioration em, quem sequitur Antonius de Fano de pignoribus & hyppothecis. 5. parte. memb. 4. nu. 11. existimabant enim pertinere hoc ad fructus, dicendum tamen est pertinere ad melioration em d. l. 41. & 44. & 43. & d. l. 24 supra. & quę tradit Paulus in l. domos. ff. de legat. 1.

12 † Quod tamen sanè intelligendum est, dupliciterq; interpretamur, scilicet respectu locatoris; nã respectu emphyteutæ alia ratio est, cum ex natura contractus inboscationes, & plantationes, & insitiones contineantur, vt diximus sæpiùs, emphyteusis enim insitio est, & qui emphyteusim accipit, ad inserendum, plantandum, & inboscandum accipit, vnde has meliorationes nõ conseruat, secùs verò maiores quæ non veniunt nomine emphyteusis; has enim & finito tempore, & ob culpam eiectus emphyteuta consequitur, vt sunt ædes, molæ frumentariæ, muri, reliquaque id genus maiora & pretiosiora, vide sup. c. 6. num. 21.

13 † Secundò intellige in expensis necessarijs & vtilibus duraturis vltra tempus conductionis; nam si meliorationes sint propter fructus, vel pro tempore conductionis duntaxat, planè nihil debetur. Boerius d. decis. 44. Antonius Gomez de contract. c. 3. num. 20. Alex. in l. diuortio. §. impendia. num. 3. ff. solut. matr. Itaque licèt conductor plurimum expendat, si parum vtilitatis permaneat locatori finita conductione, illud parum debetur, si multum, multum, vt id tantum soluat locator quod ad eum peruenit, illud verò quod de modica vel magna expensa recipitur in marito, & parte singularem considerationem habet, & in illius statutum repetitur non in alijs, vt diximus supra de vsufructuario, & marito, in nostro conductore id consequitur, quod ad locatorem peruenit, ex quibus est interpretatio ad Paulum d. cons. 270. quod intellexit de emphyteuta, aut de sumptibus propter fructus, illud autem quod distinguit de magna & parua quantitate Aluarus Vazquez q. 21. nu. 15. obtinere non debet vltra vsufructuarium, & maritum, contra Ruynum cons. 134. lib. 3. & Rolandum qui eum sequitur cons. 28.

14 † Et hæc obtinent, licèt conductor & colonus culpa sua eijciantur non solum finita locatione d. l. colonus d. l. 24. Paulus in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccl. num 6. Bar. Paul. Fulgos. in d. l. colonus Iason in §. actionum. num. 183. Institut. de actionib. Aretinus in l. Senatus. quem legit sub leg. cætera. §. Marcellus. ff. de legat. primo. Colonus enim multum differt ab emphyteuta, cui propter melioration em res datur in emphyteusim, & videtur se obligasse ad meliorandum saltem quò ad eas meliorationes quæ cõtineri possunt nomine emphyteusis, vt sunt insitiones, plãtationes, inboscationes, mõtesque redacti ad culturam, Tiraquellus in l. si vnquam. verbo reuertatur. num. 234. Alciatus supra adductus lib. Parergo. 1. c. 36. Corasius lib. 1. Miscla. c. 21. & in l. ei qui. num. 20. ff. de seruit. Mod. Paris. in consuet Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 5. num. 73. neque in hoc distinguendum est inter conductorem simplicem & ad longum tẽpus. dispar enim ratio in eius & emphyteutæ, nisi cum longo tempore sit parua pensio, quæ fructibus non respondeat, in recognitionem dominij directi, quod ex eo sæpiùs repetimus, quòd hoc vnum sit. quòd locationem diuturnam possit facere emphyteusis omnino similem, nihilque amplius.

15 †Vnde ex hac separatione inter emphyteutam & conductorem diuturnum, reprobatur, quod tradit Bar. in l. impensæ. in fin. de impensis in reb. dotalibus factis, vbi inquit, quòd conductor tenetur facere aggeres & fossata, saltem quæ cõcernunt vtilitatem rei pro tempore conductionis, namque illud nec in colono simplici, neque ad lõgum tempus ex his quæ diximus habere potest locum, cum resistat ratio iuris, quæ in his conductorem distinguit ab emphyteuta. immo si res pro parte corruat sine culpa conductoris, non solum nõ tenetur reficere, sed remittitur pensio pro parte. Aretinus cons. 55. num. 3. & ita tenent qui hanc ipsam iuris rationem sectantur, non teneri conductorem reficere domum, si corruerit, etiam si conductor longi temporis sit, d. l. ex conducto. l. si domus. ff. de vsu & habitat. l. sed cum vsufructuarius. §. 1. ff. de vsufructu. Speculator tit. de locato. §. postquam. nu. 11. in tertia particula. lib 4. Denique semper animaduertendum est, colonum & conductorem etiam ad longum tẽpus, plurimum differre ab emphyteuta, essęque de vtroque varia iura, etiam si ad vtrumque dominium vtile transferatur, illumque minimè teneri expendere, cum propter fructus pensionem soluat, parem eam, & æqualem ipsis fructibus, quam obrem, omnem impensam & magnam & paruam, quæ ad fructus non pertineat visus est ab se abiecisse, quæ ad dominum certi iuris est pertinere, cum pensionem recipiat fructibus parem. Vnde si quis conducat domum dirutam, molas frumentarias destructas, agrum sentibus oppletum, montẽ incultum, ipsumque cultura mitiorem effecerit. agrumque purgauit, domum molasq; erexerit, melioratione vltra tempus conductionis duratura, æstimationem habebit eius meliorationis: quia in nihilum horum tenebatur. Bar. in l. cotẽ ferro. §. qui maximos q. 17. num. 13. ff. de publicanis. Bald. in l. licer. C. locati. q 4. Iason in l. 1. C. de iure emphyteutico. n. 28.

16 † Quæ omnia habent locum, nisi lege conductionis tacitè, vel expressè contrarium gestum actumq; sit quia tũc domino meliorat colonus & conductor, non sibi l. 24. tit. 8. par. 5. ibi, Fueras en de si en el pleyto del arrendamiento fuesse puesto que fiziesse de lo suyo tales labores e mejorias como estas que de suso diximos, ca entõces seria tenudo de guardar el pleyto segun que fue puesto. Diximus tacitè, ex eo qa etiam si expressè non sit actum gestumve, vt colonus melioret ex suo, si tacitè tamen id ipsum videatur gestum, idẽ obseruandum est, veluti si colonus accipiat rem nomine locationis, sed ad meliorandum, vel si generaliter dictum sit, vt colonus melioret; tunc quidem sibi expendit, nihil conseruaturus à domino expensarum nomine. Bal. in d. l. colonus. ff. locati. 2. lectura. in principio ad finem. Gregorius Lopez in d. l. 24. verbo, Ca en tonces, idem si ex actu ipso præsumamus id fuisse conuentum, veluti, si conducat quis aream ad domum ædificandum, vt in ea recipiat dominum, euntem & reuertentem, nam cum detur ad ædificandum, locus est superiori decisioni, vt nihil nomine melioration is debeatur cum id gestum sit, vt colonus melioret, ex Bald. & Gregorio vbi supra, immo hoc casu cum id gestum sit, vt dominus recipiatur, habeatq; conductio illam perpetuam & permanentem vtilitatem domini, cuius euntis, & decedentis interest, vt domus erecta sit, idq; ex pacto cõuento, dicendum est colonum teneri reficere collapsam suo sumptu, si semel erecta corruat l. eum debere columnam. ff. de seruitutibus vrban. prædiorum. Vide latè Ioannem Andream ad Speculum tit. de locato. §. postquam. in additione, incipit habita. versic. redeundo ad principalem, simile est si quis cõducat solum ad erigendum furnum decoctorium, aut partem fluminis particularis, ad erigendas molas frumentarias, constituta certa mercede annua, & vt domino decoquat panes, & molat frumentum; quia cum ad construendum conduxerit, visus est expensas in se recepisse, ex Bald. & Gregorio, præterea cum interfit domini molas, & furnum non perire tenebitur etiã collapsum in totum, vel ex parte suo sumptu erigere, idem Ioannes Andreas vbi supra, quæ descendunt ex ratione d. l. 24. & sunt quotidiana, idem tenet, non teneri colonum, siue conductorem puteum purgare, vel viam publicam lapidib.

iuxta

Source : BIU Cujas

iuxta domum consternere,quod cum fecerit, posse à domino habere sumptus,cuius ratio est; quia hæc omnia pẽdent ex domino l. ædiles.ff. de via publica, vbi late l.1.ff. de loco publ.fruendo.vbi Bar.Paulus in l. ex conducto. ff. locati. Iaſ. in l.1.num.28.C.de iure emphyt.vbi id procedere ait, etiam si gratis habitet, quod ad nos non pertinet: cum de conductore agamus,qui propter mercedem parem fructibus, domum habitandam accipit.

17 † At verò si quis conduxerit ab vsufructuario domũ, fundum,aliumve huiusmodi rem ad certum tempus, medioq; tempore ante finitam locationem moriatur vsufructuarius, non solùm resoluitur conductio finito vsufructu ex regula l. lex victigali. ff. de pignoribus, sed & conductor quicquid nomine expensarum in re conducta consumpserit,quasi toto tempore conductionis fruiturus amittit, neque ab eo ad quem res morte fructuarij incipit pertinere, neque ab hæredibus fructuarij quicquam conseruat nomine expensarum l.si quis domum. §. hic subiungi, & §.idem quærit.ff.locati. vbi Fulgoſ.Paul. & alij,Tiraquellus in 1.Retract. §. 11. glo.6. num.3.& 4.Antonius Gomez in l.40.Tauri.nume.84. Aluarus Vazquez q.25. num.25. Ludouicus Molina c.21. lib.1.9. num.& num.10 cuius decisionis quę Vlpiani est,ratio illam habet considerationem, quòd conductor hic,qui ab vsufructuario conduxit rem ad certum tempus, cogitare debuit, euenire illud potuisse,vt medio tẽpore vsufructuarius idemque locator moreretur, cuius morte ad alium res aut fundus omnino incipiat pertinere, & licèt Vlpianus eam rationem adiunxerit, aut reliquerint solam compilatores Digestorum, aut (si mauis) dilaniatores veterum Iureconsultorum, tamen non inepta ei decisioni aptabitur ratio;quia cũ morte fructuarij res reuertatur ad dominum, iam cõductor nihil expectare potest ab hæredibus fructuarij,ad quos nihil peruenit,nec expensarum, neque ipsius rei, indignumq; esset,cum dominus habeat cum re expensas, ab hæredib. fructuarij conseruari sibi conductorem expensas, quæ non ad ipsos,sed alium deuenissent, idque debuit considerare conductor expendens,quòd scilicet mortuo locatore ante locationem finitam nihil habere poterat ab hæredibus locatoris,ad quod nihil earum expensarum pertineret,& ita quantum arbitror & colligo ex litera l.si quis domum. §.fina. per totũ,aliàs hic subiungit,Vlpianus id duntaxat attingit, quid quantumque conductor à locatore sit consequuturus, si res locata euicta sit,vel perempta,itaque respectu eius qui locauit cum mortuus sit,morteq; eius finitus vsusfructus, planè decidit,nihil conductorem consequi posse ab hæredib. fructuarij,ad quos neque ipsa res, nec expensa peruenit, quod considerare debuisset conductor,at verò Vlpianus nihil decidit in illa altera quæstione, an scilicet saltem retinere possit rem melioratam propter expensas,ne sibi auferatur à domino, priusquam de sumptibus sit satisfactum, in qua quæstione cum nihil responderit Vlpianus, rectius est ita intelligere,vt Vlpianus omnino responderet, omnino conductorem retenturum, ne violaretur regula l.si me & Titium.ff.si certum petatur.& l.planè.§.sed benignius.ff.de pet.hær.

Ex quibus quantum coniector; quia de hac quæstione nihil Vlpianus attigit,intelligo perperam adduci dispositionẽ d.§.hic subiungi,ad quæstionem illam,scilicet,vt si possessor maioratus rem maioratus alicui locet, aut concedat in emphyteusim, & medio tempore locationis, vel emphyteusis decedat maioratus possessor,qui locauit, vt non solùm finiatur locatio, vel emphyteusis, quod ex dispositione d. §. hic subiungi.indubitatum est,& adhoc expendunt,Tiraquellus, & Antonius Gomez,& Ludouicus Molina,vbi supra,& prę ter illos Pinellus in l.1.par.3.num.65. C.de bonis marternis. Sed quòd conductor non possit consequi expensas suas à successore maioratus (attento iure communi) quod ait Aluarus Vazquez,& ad hoc ait esse tex.in d.§.hic subiũgi, ego nihil tale video decisum in d. tex. immo hæc quæstio secunda ommissa est ab Vlpiano, aitque in hoc eam decisionem Vlpiani non esse obseruandam in regno Portugalliæ, cum non faciat ius, nisi quantum ratione innitantur Iureconsultorum responsa,ad quod allegat Carolum de Grassallis lib.1. regal. Franciæ 7.iure, sed melius Emanuel Costa in §.si arbitratu.in fine.id ipsum in Hispania tradit,& tradunt alij,quos referre in re clara non oportet: cum enim Rex Hispaniæ, & Lusitanus non recognoscant Imperatorem, habent suas leges,sua iura,& instituta, Iureconsultorumq; responsa ita demum accipienda sunt,si cum nostro iure nõ pugnent,& bona æquaque,& naturali ratione innitantur, ob idque censet Aluarus Vazquez decisionem d §.hic subiungi versic. idem quærit, quoniam à recta ratione deuiat non esse obseruandam,ego si tota lex statim à principio perlegatur, existimo nihil de hac quæstione actum fuisse ab Vlpiano.

Atque etiam si id concedamus Aluarus Vazquez d.versicu-lum,idem quærit, de successore maioratus, & de domin o esse intelligendum,ad quem res peruenit finito vsufructu, vt omnino ad expensas non teneantur, existimo Vlpianum in specie d.§.idem quærit.recte sensisse; quoniam illæ expen sæ fuerunt modicæ, ad quas omnino tenebatur fructuarius ex dispositione l.hactenus.ff.de vsufructu. à quo ille qui expe ndit conduxit, patet ex d. §. hic subiungi, vbi locatio fuit ad quinquennium, ibi, si fructuarius locauit fundum in qui nquennium,& inferius in d.§ idem quærit,subdit (si sumptus fecit quasi quinquennio fruiturus) quod sensit Franciscus Conanus lib.7.Commentariorum iuris c.11.nu.21.

Nostro autem iure Hispano de expensis quæstio proposita expedita est, ex his quæ diximus capite proximo, de expensis factis in re maioratus, ex cuius legis Taurinæ dispositione generaliter semper constituimus,successorem maiora tus & vinculi, & capellaniæ non teneri ad huiusmodi expen sas & melioratione, vnde cautè sibi prouideant, qui à possessoribus maioratus,vel à fructuarijs, vel ab Episcopis, aut beneficiatis res conducunt, circa huiusmodi expensas, nisi velint incidere in d.§.hic subiungi.versic.idem quærit, & varias de eius interpretatione sententias.

18 † Expendit etiam conductor ex ea causa;quia tributa persoluit,quæ insunt rei conductæ,namq; dominus locans prędium pro pensione pecuniaria nõ tenetur ad tributa,& one ra realia,sed conductor fructuum,qui fructus percipit. gl. in l.1.versic.fructus.C.de annonis & tributis. quam notat Bart. ibi,& Ioannes de Platea num.2.Corsetus singulari verbo locatio.Romanus in l.Imperatores.ff.de publicanis. Iaſ.in consil.109. lib.1. ad finem. Paulus lib. 1. conſ.442. tenet Aluarus Vazquez quæstio.17.nu.27. quæ assertio Doctorum proculdubio non solum periculosa est, verum contra iuris manifesta principia, & primò quod attinet ad authoritatem,Platea sibi contrarius cõtrarium tenet in l.1.num.3 supra adducta, de tributis & annonis,per l.4.C.de agricolis, & censitis, vbi num.2. excusat à tributis conductorem, qui pensionem pecuniariam soluit,vbi negatio addenda est verbis Plateæ, vt constet sensus, & conueniat aduersatiuæ, quæ sequitur ibi, sed domini,& ita notat Pinellus in l.1. C.de bonis maternis. par.2.nu.72. ampliatione 10. & post eum Aluarus Vazquez vbi supra, idem contra receptam sententiam tenet Apostil. ad conſ.Alexan.conſ.4.lib.5.idem ferè,licèt obscurius,tenet Pinellus vbi supra,& tenendum est contra receptam sententiam, ex fundamento ipsius communis opinionis; illa enim opinio ex eo recepta est, vt colonus teneretur ad tributa & onera realia; quia cum illa onera consequantur fructus, videntur pertinere ad fructuum perceptorem:atqui cõductor qui pro pensione pecuniaria fructus percepit, fructus eosdẽ suos facit, ergo videtur ad hæc onera & tributa teneri l. Imperatores.ff.de publicanis. Afflictus lib.1. Constitutionum, rub.97.§.vltimo.num.5. diximus latè c. 11. per plures numeros,hæc tamen ratio fortiùs facit cõtra communem sententiam;quia postquam dominus locauit fructus, & pro fructibus pensionem accipit,proculdubio ipse fruitur non conductor,ac subinde ipse ad tributa & onera tenetur:quia pro fructibus soluit colonus pecuniam, quæ proculdubio fructuũ vicem sustinet, & reuera is mihi semper frui videtur, qui vel refruitur,vel rem locat pro pensione,tex.elegans in l.non vti tur.& l. quia.ff.de vsufructu. non videtur, inquit Martian.vti vsufructuarius,si nec ipse vtatur,nec nomine eius alius, puta qui emit,vel qui conduxit,vel cui donatus est, vel qui negotium eius gerit,& subdit Caius in d.l. quia qui pretio vtitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re vtiẽ & fruitur,sunt hęc iura apertissima contra receptam sententiã; cum enim ipsa ex eo ad conductorem & colonum transferat onera realia & tributa;quia percipit fructus, ex eadem ratione intelligendum est contrarium,postquam enim dominus pensionem percipit pro fructibus,ipse iuris intellectu & reuera fructus percipiens ad onera & tributa tenebitur, alia iura allegat Pinellus vbi supra l.fin.C. de constituta pecunia. ibi(possibile est omnes res in pecuniam cõuerti)l.videamus. ff.de vsuris.vbi merces locationis fructus appellatur, & in argumento l. si æstimatis.ff soluto matr. neque quicquam facit pro recepta sententia l. si siue 33. §. Lucius.ff. de administratione tutorum.vbi refertur patrię consuetudo,in qua domini prædiorum non conductores onera realia soluebant quia innuat iureconsultus secluſa consuetudine aliud fore statuendum,iureconsultus enim ibi aliud agit,scilicet de reddenda ratione administratæ tutelæ, quid quantumque imputandum sit pupillo,tutorive,& ait computandum esse rei pupilli, quicquid aliàs ipse pupillus propter consuetudinem patriæ receptam esset expensurus,id agit ex proposito, consuetudinem autem illam refert,vti erat in patria recepta, nihil de iure solicitus, & potuit quidem ad conductorem tributum pertinere,vt inferius dicemus,& habere locum consuetudo

suetudo illa, itaque sic constituendum est, simplicem colonum vel conductorem, qui simplicem nullo appositio pacto rem conduxit pro pensione pecuniaria, ad onera & tributa realia minimè teneri, sed hæc omnia expensurum dominū, qui reuera fructus percipit.

19 † Illud tamen aduertendum est, q colonus hic, seu conductor, qui fructus percipit, potest pro oneribus & tributis conueniri, ex ratione d.l. imperatores. & diximus d.c. 11. quia cū sequantur fructus, quocunque ierint, ipsorum perceptorem, scilicet colonum vel conductorem habent obligatum, cęterùm ipse colonus computabit in mercede soluenda, & pensione præstanda domino, tanto minus soluendo, quanto magis nomine tributi & collectæ persoluerit, & hic potuit esse sensus d.glo. in d.l.1. C. de annonis, & receptæ sententiæ. Vt omnino colonus teneretur, qui fructus percipit quod iuris rationem habet, dum intelligamus, domino esse expendendum.

Præterea quæ diximus contra receptam sententiam habent etiam locum, etiam si onera, & tributa soluenda ratione fructuum sint notoria & consueta, adhuc enim nihil speciale de his notorijs & consuetis oneribus, scriptum est in iure, reliquorum namque onerum & tributorum, quæ neque notoria, neque cōsueta sunt, subeunt rationem, quapropter non est aliter de illis iudicandum, sed ad dominum reuera pertinere, qui pensionem recipit pecuniariam, & cum ipsa in effectu fructus: quamuis de his notorijs & manifestis oneribus existimet Pinellus vbi sup d. 10. ampliat. versic. Tertiò in eodem articulo ad conductorem pertinere, motus leuissimo fundamento, scilicet quia conductor regulariter notoria hæc ignorare non potuit, vtique res hæc non pendet ex scientia vel ignorantia, sed ex fructibus, & eum qui fruitur consequitur, eiusque periculo fit.

Præterea non desunt, qui in conductore ad longum tempus existiment statuendū, vt ad onera omnino teneatur realia, & tributa, & ad collectas, quæ pro rebus imponuntur personis, quod quidem asserunt Aluarus Vazque d.q.17. nu.26. post Pinelium de bonis mat.l.1.par.2. num.72. ampliat. 8. & ambo post Alex.cons.1.lib.4.num.10. Decium cons.204. Syluanus cons.47.num.4. Thom.Parpa.in l.placet.num.48. C. de sacrosan. ecclesijs. faciunt namque pares emphyteutam & conductorem ad longum tempus. Ista tamen sentētia ita demum accipienda est, si conductor ad longum tempus pensionem soluat modicam, & fructibus minimè parem, & correspondentem, quo casu intelligimus fructibus eum vti & frui, at verò si pensionem parē fructibus persoluat, tunc quidem ex ratione supra adducta: quia fructus ad dominum pertinere intelliguntur, ad dominum onera & tributa pertinebunt, non ad conductorem, quantumuis, diuturnum, semper enim ex fructibus deducenda ratio est tributorum, & onerum, emphyteuta namque fructus percipit modicā pensionem soluens, atque eam in recognitionem dominij, non pro fructibus, ideo dispositia in emphyteuta non possunt trahi ad conductorem ad longum tempus, nisi saltem modica sit pensio, quæ velut iudex demonstret, ad quem cum fructibus onera pertinere debeant, sustinebitur autē hæc ipsa sententia sicuti superior, vt conductor conueniatur, qui domino expendet, & in solutione mercedis deducet quod nomine oneris & tributi persoluerit.

20 † Prædicta omnia habent locum in colono, vel conductore, qui colit fundum vel prædium pro pensione pecuniaria, quæ non sit par fructibus, idemque arbitramur, si colat non pro pensione pecuniaria, sed pro pensione, quæ sit soluenda in frumento, vel vino, vel oleo, vel in alio his simili, puta pro modio vini, vel frumenti, vel olei, qui contractus in nihilo distinguitur à vera locatione, etiam si cōmunis & recepta sententia innominatum contractum vocet similem locationi l.1.§. si quis seruum. ff. depositi. glo. Bart. in l. si olei. C. locati. Bar. in l. si merces. §. vis maior. num. 10. ff. locati. Frequentiori enim sententia receptum est, requiri ad locationem, vt interueniat pensio in pecunia numerata, quam resoluunt post antiquiores Iason in §. actionum. nume. 185. & in §. item seruiana. num. 12. in tit. de actionibus. Carolus Ruynus consil. 151. num. 8. lib. 4. Paris de Puteo de reint. feud. num. 18. Antonius Gomez de contractibus c. 3. num. 3. Rebuffus in tomo 1. ad leg. Gall. tract. de literar. oblig. artic 4 glo 2. nu. 22. Menchaca controuersiarum vsu freq. lib. 3. c. 52. Pinellus in rubr. C. de rescin. vend. par. 2. c. 3. num. 28. Gregorius Lopez in l. 1. tit. 8. par. 5. vbi pro hac communi opinione est tex. nostro iure expressus secutus antiquiorum traditiones, non verò iuris verissimas regulas. Alloguero es propriamente quando vn home logua a otro obras que ha de hazer con su persona, o con su bestia, o otorgar vn home a otro poder de vsar de su cosa, o de seruirse della por cierto precio que se le ha de pagar en dineros cōtados, casi otra cosa recibiesse que no fuesen dineros contados non seria loguero, mas seria contracto innominado. Hactenus nostra lex, qua traditionē communem secuta est, namque iure Cęsareo verius erat, constituta quoque mercede & pensione non in pecunia, sed in aliqua specie locationem propriè dici, & hanc contra communem opinionem tenet Menchaca vbi sup. Corasius lib. 2. Miscellaneorum c. 15. & sentiūt plures relati per Rebuffum vbi supra, & verissimam dicit Constanti. Harmenop. in Epitome iuris ciuilis. lib. 3. tit. 8. quod attinet ad nostram quæstionem, siue pensio sit in pecunia, siue in specie aliqua, quæ nō sit par fructibus, quoad onera, & tributa nihil immutat eorum quę diximus.

21 † At verò si quota pars fructuum eiusdem prædij, tertia videlicet, media, vel quinta persoluatur pro pensione; tūc alia iuris ratio sequenda erit, hic enim propriè non dicit conductor simpliciter, sed conductor partiarius, estq; in eo quædā societatis similitudo, & ex regulis quæ de societate scriptæ sunt, leges suas & iura sortitur. Bar. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Bal. in l. emptorem. C. locati. nu. 7. Abb. in c. propter. de locat. nu. 14. Angelus in principio. Instit. de locati. num. 4. Franciscus Conanus lib. 7. commentar. iuris ciuilis c. 11. nu. 1. & nu. 13. hæc est de colono partiario mentio, & ratio iuris, quod ad multa prodest, sed quod attinet ad nostrum institutum hæc sunt adnotanda.

22 † Primum quia ex ratione de qua supra egimus abunde, quia tributa, & onera realia fructus sequuntur, proculdubio tributa, & onera realia fundi & prædij, quod datum est colono partiario, prętabuntur ab ipso quidem colono partiario, cæterùm in computatione computabuntur & domino & colono pro portione fructuum, quæ ad vtrumque ipsorum peruenit, quæ conclusio probata nobis abunde est c. 11. nume. 45, & 46.

23 † Secundum: quia nisi aliter conuentionis lege expressum sit, partiarius colonus deducet expensas factas pro fructibus seminandis, colligendis, & conseruandis l. fundus qui. ff. fam. erciscundæ, & diximus latè c. 1. nu. 11. & 12. ideoq; deducuntur ex integro fructu l. si vnus. §. si vnus l. socium qui in eo. §. socius. ff. pro socio. l. si fratres. §. si quis ex socijs. ff. eodē, quæ omnia & in socijs habent locum, & ad eos præmonstrata videri possunt. Semper enim socius proprias expensas deducit, communes autem imputantur socijs pro rata; quia id exigit ratio societatis, & licèt in partiario colono nonnulli velint inducere consuetudinem contrariam, quæ deroget iuri, ego istas consuetudines Doctorum suspectas semper habeo, qui didicerim consuetudinem probandam esse legitimo modo, vt à nobis traditum est c. 9. num. 43. Authores autem huius consuetudinis refert Franciscus Marcus decisione 888. num. 12. & 890 num. 2. & sunt hæc vera cōtra ea quæ cumulat Gaspar Baetius de decima turori præstanda cap. 29. num. 7. & 8.

24 † Tertium: quia sicuti locator fundi simplex, si colono prędium locat, non potest colonus arbores excidere; quia illud de arboribus cædendis in sylua cędua singularem habet considerationem in vsufructuario, vt diximus c. 11. latissimè, & in marito ex l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimo. vbi viro arbores cæduas & non frugiferas excidere licet, in conductore verò nihil tale decisum est; magis enim vt rei prosit, quàm vt noceat, locatio fit, ideo colonus si deteriorem syluā fecerit, tenebit de deterioratione l. si merces. §. culpę. ff. locati. ipse quoque (ait Caius) si exciderit, non solùm ex locato tenetur, sed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim tabularum, arborū furtim Cęsarum, & interdicto quod vi aut clam l. duobus. §. colonus ff. de iureiuran. vbi Paulus idem argumentum tractat de colono excidente arbores, qua actione teneatur, at verò arbores frugiferas non excidet, excisis autem tenebitur l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisci,

25 † quodq; ibi additum est, posse cupressos conductorem excidere, & arbores cæduas, alijs substitutis, particularē habet rationem in conductore fisci, fundi publici, qui perpetuò locabatur, & eius dominium transferebatur, ex his quæ diximus supra isto capite ad l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, vel emphyt. petat. ideo non potest applicari eius decisio simplici colono, cui ex alijs iurib. excidere arbores minimè licet, etiam si sit partiarius, ita tenet Speculator titulo de locato. §. 1. num. 4. versic. illud autem quæri, vide latè Tiraquellum in 2 Retractu. § 3. glo. vna, nu. 24.

Quartum, quod si vi ventorum arbor radicitus excisa sit, adhuc tamē ex parte colono partiario nihil eius arboris acquiritur, veluti si Pinus, Cipressus, Palma, Quercus, aut Castanea euulsa radicibus concidat; tota ad dominum pertinebit. is enim fructus cum natura obueniat, ad conductorem non pertinet l. fructus. ff. de vsuris. Præterea fortior est ratio, quæ suadebat in marito, vt hæ arbores euulsæ ad eum pertinerent; quia erat dominus, & non solum fructus habebat l. pro oneri-

Source : BIU Cujas

oneribus.ff.de iure dotium, sed obuentiones & emolumenta l.diuortio. §.si vir.ff.soluto. matrimonio, vbi Iureconsultus concedit marito marmora excisa ex lapidicina,licèt non renascantur, neque possint in fructibus numerari, secundùm vnum intellectum illius tex. quia maritus non solum habet fructus,sed commoditates & emolumenta,& redditus rerũ dotalium.De quo tamen tex.Duarenus & Ludouicus Molina multa & nos inferius cum de augmento tractabimus dicturi sumus, ex hoc ergo quòd emolumẽta & obuentiones pertinent ad maritum, dicendum videbatur, arbores euulsas ad eum pertinere, at de his longè diuersum extat decisum in d.l.diuortio.§.si fundũ.ff.soluto matrimonio.ibi, sed si vi tempestatis ceciderit,dici oportet,pretium earum restituendum mulieri,cũ ergo ita decisum sit in marito, rectius est, vt in colono quoque recipiatur, cui neque dominium, nec possessio rei locatæ est.

26 † Conductor quoque superficiei habet propriam rationẽ conseruandi sibi suas meliorationes:cum enim conducat solum superficien: ad leuandum ædificium, remanente proprietate soli, & directo dominio superficiei penes dominũ, constitutaque pensione in recognitionem dominij soli, restat,vt superficiarius habeat vtile dominium superficiei l.obligationum ferè.§.placet.ff.de actionib.& obliga. vbi natura ipsa superficies cohæret solo, neque fieri põt vlla arte vllove ingenio,aut iuris inuento,quin tradito solo,non videatur superficies quoque tradita l. 1. §. quod autem ait prætor.ff.de superficiebus,ibi habet in rem qualem habet in solo l.fin.eo. vbi Bar.superficiarias ædes (inquit Caius) appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt,quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum,Alciatus lib. 1. Parerg. c.36.& diximus superius.

In hoc ergo superficiario viget ea ratio, de qua superius egimus:quia cum ad ædificandum conducat superficiem,tacitè meliorationes illas & sumptus ędificij,visus est domino donasse: cum ea lege conduxerit, cum id in conductore supra isto capite dixerimus esse receptum,ob idque finita conductione superficiei leuat ex ædificio ea quæ sine ruptura leuari & abradi possunt,Alciatus in l. bonorum.ff.de verb.sig. qui sic intelligendus est.Bal.in rub.C.de iure emphy. in principio. argumento. l. sed addes.§. si inquilinus.ff.locati.Vide Aluarum Vazquez q.33.num.11.

27 † Reliquos verò sumptus,quos conductores faciunt susceptis litibus pro defensione rerum locatarum computantur domino ex ea ratione:quia dominus mercedem totam pro fructibus recipit,ideo ad ipsum pertinere debẽt hi sumptus, quos quoque nomine expensarum intelligimus & meliorationum:nec enim magis meliorat qui parietem fulsit,quàm qui contrariam actionem repellit, aduersariumque submouet.Boerius decisione 44. nu.15. vnde & ob meliorationes, & propter sumptus retentionem habet colonus, & conductor,ex his quæ sæpius nobis repetita sunt, dum tamẽ in his habeatur ratio eius, quod quis expendit citra necessitatem, & vtilitatem domini, semper enim illud ob oculos esse debet,an necessariæ expensæ sint,an verò vtiles,vtilitasq; expectanda est respectu domini non conductoris,neque enim ferendus est, qui velit dominum onerare excogitatis expẽsis, ex his quæ diximus c.1.num.22. quæ autem pertinebunt ad voluptatem,abrasione sine ruptura seruabuntur.

Necessaria autem expensa hoc casu dicitur, sine qua res conducta constare nõ posset, puta si domus minatur ruinã, vel paries,vel tigna corruant, vel trabes confringantur, vel pauimenta subsidant;quia sine his conductor non posset vti re ipsa,idem de puteo purgato, & mundata cloaca, strataq, via publica ante ædes intelligendum est; omnia enim hæc necessariò facit conductor, vt re conducta fruatur, vt supra latè monstrabimus ex decisione tex.in l.colonus.l.ex conducto l.dominus. §.1.ff.locati.& alijs quæ nobis supra adducta sunt.

29 †Præterea illud quoque necessariò facit conductor,namque si vicinus immittat tignum in parietem proprium ædiũ cõductarum, vel si vicinæ ædes minentur ruinam damnum facturæ conductæ domui,tenetur cõductor domino ad omne illud,quod eius intereat, si id non renuntiauerit domino l.videamus.versic.item prospicere debet.ff.locati, Paulus in l.3.§. si ego.ff.de noui operis nuntiatione, idem Paulus post
30 reliquos in l.de pupillo.§.nuntiationem.ff.eodem † culpam enim præstat conductor, quam intelligimus etiam leuem, postquam contractus in vtilitatem vtriusque & conductoris & locatoris initus esse censetur,ex regula tex.in l.si seruus legatus 111.§.cum quid tibi.ff.de legatis 1. ibi. sicuti in contractibus bonæfidei seruatur: vt siquidem vtriusque contrahentis commodum versetur,etiam culpa, si vnius solius dolus malus tãtummodo præstetur,& faciunt quæ adduximus supra c.11.num.30.quem tex.debuit allegare Antonius Gomez in tit.de locato.In 2. tomo cap.3. num.10.Idem debuit adducere Gregorius Lopez in l.7.tit 8.par.5.ad verbum culpa,vt leuem culpam contineret ex decisione Africani in d. §. cum quid tibi. vnde si contra formam locationis aliquid geras,tunc leuissima culpa teneris l.videamus. §.si hoc.ff.locati.si hoc in locatione cõuenit,inquit Vlpianus, ignem ne habeto, & habuit,tenebitur, etiam si fortuitus casus admisit incendium;quia non debuit ignem habere.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes factæ ab emphyteuta sunt propria bona,et num.2 quas meliorationes faciat de suo,et num.3. quales meliorationes amittat ex causa commissi.*

4 *Plantatio,inboscatio, et cultura quatenus pertineant ad meliorationes, et num.5.de meliorationibus factis post commissum, et nume.6. de pacto: ut emphyteuta melioret,et verbo emponema,et num. 7. quæ sit ratio cognoscendi meliorationes vtiles,et num.8.qua ratione vel remedio emphyteuta consequatur suas meliorationes.*

9 *An meliorationes factas à rusticis emphyteuta consequatur sibi sine ipsorũ cessione.*

10 *Quantum liceat emphyteutæ cædere syluas, et num. 11. An meliorationes confiscentur.*

12 *Ampla ædificia erecta an pertineant ad voluptatem, et num.13.an expellatur,an alienet, et de remissione pensionis.*

14 *An soluat onera realia,et num.15.an collectas,et num.16.tenetur de deterioratione et damno.*

17 *Domo vel insula diruta an teneatur reficere et soluere canonem integrum, et quòd in hoc nulla sit differentia inter insulam et domum.*

18 *Ad impetrandam renouationem nihil opus est, quòd emphyteuta meliorauerit,et nume.19.de augmento extrinseco et melioratione externa, thesauro, et compensatione.*

De emphyteuta expendente, vel meliorante rem emphyteuticam. Cap. XV.

1 HAnc † laboris nostri partem elegantissimè attigit Aluarus Vazquez, & doctissimè perfecit pluribus in locis, & præcipuè quæst. 25. iuris emphyteutici, nosque in hac re præcipua iam adduximus superiùs,quæ nec sunt transferenda,nec iterum repetenda, ne delicatos & doctos lectores cambre misere repetita occidat:diximus enim superiùs, meliorationes factas ab emphyteuta esse propria bona conficientis,hoc est emphyteutæ obtineriq; iure proprio vnde venduntur, obligantur,& legantur,sicuti propria bona c.6.supra num.20.

2 † Diximus etiam eod cap.6. nume.21. Emphyteutam teneri facere aliquas expensas & meliorationes de suo ex natura & genuina ratione contractus emphyteusis, aliquas verò minimè,& exempla adduximus, vt clarius id innotesceret, adductis nouiorum sententijs,&vera verbi emphyteusis acceptione.

3 † Et dicto cap.6. num.22. ex illa conclusione deduximus, quales meliorationes & expensas amittat emphyteuta ex causa commissi, qualesque adhuc conseruet, obseruata nouiorum recta iuris ratione,quæ æquitatem naturalem secuta Docto.amplectenda est.

4 † Ibique dicto cap.6.num.23.tradidimus rationem distinguendi emphyteutam à locatore, idq; etiam repetitum nobis est c.14.proximo,num.14.vbi egimus de plantatione, & imboscatione,& monte redacto ad culturam, quantum ad hæc teneatur emphyteuta ,quod est iure constitutum.

5 † Diximus quoque dicto c.6.nume.7.de meliorationibus factis post commissum quantum conseruentur emphyteutæ, quod quidem ex iure decidendum arbitrati sumus contra Boerium & Tiraquellum, & pertinẽt ad emphyteutam, emphyteusisq; rationem sequuntur.

6 † Diximus dicto cap.6. num.12.de pacto apposito, quòd possessor melioret,vel melioratam relinquat rem,quod censendum sit de meliorationibus factis ab emphyteuta,vbi de verbo emponemata quoque egimus, & pertinebant ad nostrum tractatum de emphyteuta.

7 † Diximus c.1. num.22. quæ sit ratio cognoscendi vtilitatem expensarum, quod quidem tam obtinet in emphyteuta,quàm in feudatario,quàm in locatore, & alijs, q res quas possident meliorant suis expensis.

8 † Illud quoque a nobis traditum est, qua actione, vel quo remedio emphyteuta suas meliorationes consequatur, idq; nobis disputatum est capit.7.supra per totum.num.5.& reliquis,vbi de necessarijs expensis, & vtilibus,& voluptatis regulæ traditæ sunt, actumque de actione, & exceptione, & condictione ex lege, & incerti condictione ad recuperationem expensarum.

9 † Prẽterea adduximus d.c.7 num.13.an emphyteuta, qui rem emphyteuticam locauit rusticis, possit consequi à domino directo vendicante rem emphyteuticam meliorationes

Source : BIU Cujas

nes factas à rusticis, egregia declaratio ad l. in hoc iudicium. ff. communi diuidundo, an verò sit necessaria rusticorum cessio.

10 † Præterea c. 11. num. 36. iunctis numeris præcedentibus diximus de arboribus, & syluis cæduis & non cæduis, quantumque liceat cædere, vbi de emphyteuta quoque egimus obseruata ratione iuris contra Pinellum, vt ex illis intelligantur, quæ diximus c. 12. num. 80. & 81.

11 † Præterea c. 10. nu. 52. illud attigimus, vtrum meliorationes factæ ab emphyteuta tāquam bona propria possint confiscari, an verò ad dominum omnino pertineant, in quo obseruanda quoque est ratio meliorationum, quæ fiunt ex necessitate contractus, & maiorum expensarum, quas emphyteuta libens ac volens facit. Quam distinctionem ibi rationi conuenientissimam existimauimus, vt hæ ad fiscum, illæ verò ad dominum cum ipsa re sua omnino pertineant, non verò ad fiscum.

12 † Ostendimus etiam c. 5. num. 9. ampla ædificia erecta ruri ab emphyteuta, vel possessore citra necessitatem non pertinere ad vtilitatem, sed ad voluptatem, notabilis l. ex duob. fratribus. ff. de nego. gestis. sæpè enim emphyteutæ erigunt ædes lapideas ex lapide quadrato, vt hæ impensæ aut voluptatis causa, aut dominum oneraturæ factæ esse intelligātur, dominus nihil eo nomine soluere tenetur, ipse autem qui ædificauit tollat si velit, quod respondendū est de turribus, & alijs amplis ædificijs erectis citra necessitatem ab emphyteutis, de tubulis fumarijs vulgò chamineas, & latericijs pauimentis, vide c. 1 num. 22. & 23 & c. 11 num. 28.

13 † Id etiam attigimus c. 14. num. 7. an expelli possit emphyteuta ob non solutum canonem, & num. 8. quantum alienare possit, & nume. 9. an remissioni sit locus in contractu emphyteusis, hæc omnia sunt nobis iam superius dicta, dum de expensis ab alijs factis egimus.

14 † Illud quoque cōsequens est, vt quia emphyteuta fructus percipit soluta pēsione parua in recognitione domini, quod plerunque fit, subeat onera realia & tributa l. 2. C. de iure emphy. ibi, publicarum fruitionum, & ibi Bar. Albericus & Sal. & in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. Iason in l. 1. num. 25. C. de iure emphyt. Cassaneus de consuetudinib. Burg. rub. 4. §. 6. Pinell. de bonis mater. l. 1. 2. par. num. 72. Syluanus cons. 57. num. 37. quod sustinetur ex his quæ diximus de vsufructuario c. 11. num. 45. & 46. & sequen. quæ sunt hic repetenda, hæc onera enim sequuntur fructus, cū insint rei.

Quòd si pensio fructibus correspondeat, quæ detur in recognitionem dominij, quo casu emphyteusis quoque constat: tunc quidem etiam si emphyteuta conueniatur, à domino recuperat, sicuti diximus c. 14. num. 18. quòd si pensio sit pars quota fructuum instar. Coloni partiarij, quod apud multos recipitur, soluitur enim quintum aut tertium vini vel frumenti; tunc pro rata tributa soluūtur, diximus c. 14. num. 22. quo casu quia decima est onus reale, & sequitur fructus c. cū non sint. & ibi glo. & D.D. & cap. tua nobis. de decimis. c. pastoralis. cod. Soluetur antequam dominus habet quotam fructuum, vel pro rata. Soc. cons. 93. lib. 3. num. 3. vide M. Anto. Nat. cons. 114. per totum.

15 † Idque obtinet etiam in collectis, diximus cap. 11. nu. 56. quid quantumque differant à tributis, & tenent Aluarot. c. 1. per quos fiat inuestitura, Socynus consi. 119. lib. 1. Curtius senior consi. 36. Isern. cap. 1. quæ sint regalia, Alex. consi. 101. lib. 1. Syluanus cons. 47. Nata. d. cons. 114. diximus, latè c. 12. num. 69. etiam si emphyteuta sit ecclesiæ, & collecta imponatur à Rege d. num. 69.

16 † Præterea non solùm tenetur meliorare, verùm si deteriorauerit, propter talem deteriorationem expellitur, Bal. in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. vbi Iason, auth. qui rem. vbi Iason & alij C. de sacrosan. eccl. & ibi Iacobinus, Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. par. 2. nume. 60. versic. idem in emphyteuta, ideo tenetur reparare & conseruare omnia, argum. l. hactenus. ff. de vsufruct. aliàs tenetur de deterioratione, non solùm expellitur, tenet Pinellus vbi supra, vnde litis expensas subministrat ex his omnibus: quia tenetur rem conseruare, & in hoc casu tenetur de culpa, iuxta tex. in l. si seruus legatus 13. §. cum quid tibi. ff. de leg. 1. & quæ diximus c. proximo. nu

17 me. 30. Domo † autem penitus diruta, combusta, vel destructa casu fortuito, vel leuissima culpa, emphyteuta tenet pro solo eandem pensionem soluere, quæ pro domo præstabatur. Ang. in Auth. de non alienand. collat. 2. in §. lex itaque. in fin. Imol. in c. potuit. de locato. Ias. in l. 1. C. de iure emphyteu. num. 44. & num. 15. & 78. Afflict. decis. 392. nu. 12. contra Bal. in d. l. 1. lect. 1. num. 10. & contra Bartholomæum Philippum virum eruditissimum, qui distinguit inter emphyteutam insulæ, & domus, cum insula nihil aliud sit quam multitudo domuum, quoque ius est de vna idem ius est de pluribus, q si culpa interueniat, tunc erit in electione domini vel recipere pensionem, vel cogere ipsum reædificare, argumento l. 2. verbo. volenti. c. isto, quod tenet Bal. in d. l. 1. vbi sup. Aluarus Vazquez q. 27. num. 2. decidit ab opinione Ang. & sequitur distinctionem Bartholomæi Philippi in c. scindite corda vestra. fol. 25. versic. hinc tertio. de pœn. distinct. 1. rationem verò eam esse ait; quia insula manet, manente area, domus verò minimè, destructa forma, quæ in sola area non manet, & mutata forma videtur rei substantia mutata & perempta l. Iulianus. §. & si quis. ff. ad exhibendum l. repeti. §. fi. ff. quibus mod. vsusfru. amit. l. qui res. §. areā. ff. de solutionibus l. qui tamen. §. nam etsi domus. ff. quib. mod. vsusfruct. amittat. nā & si domus (inquit Vlp.) diruta fuerit, & ex eisdē cemētis tignisque fuerit restituta, vsusfructus extinguit: sed reuera Iureconsulti nihil distinguunt inter domū & insulā, adeo vt vtriusq; idem ius sit: nam quod attinet ad domum, aliqñ ex area pendere vī l. Paulus. §. domus. ff. de pignoribus. vbi domus obligata est, & ea destructa & diruta cōseruatur obligatio ipsius in area quasi parte domus, immo & insula destructo ædificio demolitur & destruitur manente area l. qui insulam. ff. locati, & legato vsufructu insulæ redacta insula in aream non debetur l. qui vsumfructum. ff. de vsufructu, cū aliàs manente parte insulæ vsusfructus debeatur l. sicuti insulæ. cod. quoties enim Iureconsulti de area loquuntur respectu ædificij semper impositi, aream partem insulæ esse aiunt, vt iura quæ de area sunt, & obligationes integræ remaneant, & facit ad hoc ratio iuris: quia area semper remanet, quantumuis superponatur ædificium: ciuiliter enim pars domus, hoc est superficiei est, & ita intelligit Paulus in d. l. qui res. §. aream. contra verò, si de domo aut insula agant, quasi de re integra, non verò quatenus sunt superficies soli. Tunc enim destructa insula manente area insulæ vsusfructus & reliqua iura conseruari non solent ex iuribus supra adductis, quod igitur ius est de domo, idem de insula esto; & quoniam emphyteuta, pleno iure insulam, & domum accipit, non solum respectu superficiei, sed respectu soli, & areæ, iuxta subiectam materiam, de qua agitur, intelligendū est, manere ius emphyteusis in area destructa, domo, & insula, sicuti durat ius pignoris diruta domo in area, domo obligata, d. §. domus, & area quoque pars est insulæ, d l. qui res, alibi autem iuxta subiectam materiam, de qua agitur, insulam peremptam omnino censemus, etiā si maneat area, vt in d. l. qui vsumfructum, vbi est subiecta materia vsusfructus relicti, non potuit intelligi conseruatum vsumfructuum insulæ in sola area, ideoque area remanente, & insula diruta, extinctus est insulæ vsusfructus, denique in hoc res, de qua agitur, expendenda est, in emphyteusi autē distingui inter insulam, & domum non possumus. Præterea illud animaduersione dignum est, quod tradit Aluar. Vazquez q. 2. iuris emphyteutici, nu. 7. & tradiderat q. 1. nu. 10. necessarium esse emphyteutæ renouationem emphyteusis sibi fieri desideranti, finita emphyteusi, probare rem emphyteuticam melioratam sibi esse, possēq; merito renouationē denegari, nisi meliorationes probentur factæ in re emphyteutica, ex Bar. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana & æstiua. vbi Bar. de meliorationibus necessarijs ad faciendam re-

18 nouationem nihil dicit † & ita existimo sufficere si res deteriorata non sit, namque ex deterioratione sicuti resoluitur emphyteusis, renouatio quoque impedietur, & minus damnum ad impediendam renouationē acquirimus, quàm ad resoluendum emphyteusim iam constitutam; iniuria enim est, si renouatio non fiat, non verò beneficium si fiat, ex d. §. permittitur, proderit autem plurimum; si meliorata res reperiatur, vt fiat renouatio, & optimè allegabitur, vt impetret.

19 † Reliqua autem pertinent ad augmentū, de quo inferiùs agemus, vbi de meliorationibus internis & externis, & quæ opera & industria emphyteutæ fiunt, & quę natura, vel temporis beneficio sine industria factæ reperiuntur, illud interim adnotantes meliorationes externas quę non cōtingunt rem emphyteuticam, veluti si emphyteuta fundum emat, vel excolat iuxta fundum emphyteuticum, non pertinere ad dominum, neque emphyteusi commisso, neque per generationes finita; quia reuera nō sunt meliorationes, etiam si fiant, vt res emphyteutica comodius excolatur l. prædijs. §. balneas. cum seq. ff. de legatis 3. & in feudis receptū id est. glo. Bald. post tex. in c. 1. §. ex contrario. respōso 1. de inuestitura de re aliena facta, Boerius quæstione familiari 69. nu. 4. & dicemus infra latius cum Ludouico Molina, & Mod. Paris. capite de augmento, & attigit Aluarus Vazquez d. q. 25. num. 20. & 21.

Præterea de thesauro nobis agendum est inferius, quid, quantum pertineat ex thesauro emphyteutæ, vsufructuario, feudatario, colono, & reliquis, vt puta marito, & conductori fructuum, & maioratus possessori: particularis enim indagatio est, & quæ suas habet regulas vniuersas, quæ particulariter singulis applicari, sine fastidio repetitionis sæpiùs repe-

titæ

titæ non poterunt: vide infra cap. de thesauro.

Quatenus verò emphyteuta compensęt fructus cum melioratiõnibus, vide inferius in capitulo de computatione fructuum & expensarum, quæ generalis quoque decisio est, & suo capiti aptanda.

SVMMARIVM.

1 *Hæres restituturus fideicommissario recuperat expensas, num. 2. etiam expensas litium.*
3 *Maioratus Hispani & fideicommissa non exequantur, nume. 4. differentiæ inter vtrumque.*
5 *Vbi sit eadem ratio in fideicommisso, & in maioratu erit idem ius.*
6 *Defenditur opinio Emanuelis Costæ de diuisione fructuum maioratus, contra reliquos.*
7 *An possessor maioratus soluat debita prædecessoris, distinguitur inter institutorem & reliquos.*
8 *Agitur de l. 21. Tauri.*
9 *Agitur de debitis contractis non ab institutore, sed ab alio possessore. nume. 10. agitur de l. 46. Tauri.*
11 *Dispositionem l. 26. tit. 13. par. 5. non habere locum in casu d. l. 46.*
12 *Dispositio d. l. 26. & d. l. 46. an habeant locum in prælato. num. 13. & in fideicommissario.*
14 *Debita contracta in utilitatem rei permanentem, maioratus possessor, prælatus, & reliqui soluunt.*
15 *An Rex teneatur soluere debita defuncti Regis, agitur de l. 4. tit. 15. par. 2.*
16 *An regnum deferatur iure hæreditario.*
17 *Regnum Hispaniæ qualiter acquisitum sit iure Gotorum. num. 18. qualiter à Pelagio ad publicationem legis Partitæ.*
19 *Quando publicatæ sint leges Partitæ num. 20. Rex Fernandus, cognomento Magnus regna inter quatuor filios diuisit, num. 21. Sanchum perperam recusasse regnorum diuisionem.*
22 *Sanchus Rex à parente exhæredatus est. nume. 23. valere exhæredationem pro parte.*
24 *Alphonsus, cognomento Imperator regna diui sit inter liberos.*
25 *Alphonsi noni tempore inter patruum & nepotem de regno disceptatum est, & vicit patruus.*
26 *Sanchus cognomento Ferox exhæredatus est à parente Alphonso.*
27 *Exhæredatio in primogenijs an & quando habeat locum, remissiuè.*
28 *De exhæredatione Sanchi Regis variè disputatum est in regno tempore Ioannis Regis primi.*
29 *Rex Alphonsus nonus iussit debita solui à regni successore. nume. 30. leg. 2. tit. 15. par. 2. certus modus succedendi in regno constitutus est, nu. 31. particularem esse successionem in regno.*
32 *Agitur de c. licet, de uoto, & traditur uera ratio ad eius decisionem.*
33 *Maioratus successorem aliquando soluere funeris impensas præmortui, & necessaria alimenta. num. 34 & debita ad exonerationem animæ. nu. 35.*
35 *Agitur de expensis litium, & nu. 37. de tributis & oneribus, & collectis.*
38 *Damna resarciunt sua culpa facta num. 39. idem faciunt prælati, adducitur lex Gotorum.*
40 *Quæritur quæ culpa requiratur, an lata, an leuis, an dolus.*
41 *An possessor maioratus mutet formam rei.*
42 *Expendit etiam nomine alimentorum, & dotis.*

De maioratus possessore meliorante vel expendente circa res maioratus. Cap. XVI.

VDouicus Molina vir eruditissimus, præclaris bonarum literarum prę sidijs instructus, in suo eleganti & copioso tractatu de Hispanorum Primogenijs, quẽ inter Hispanos primus non sine magna gloria nouissimè edidit, variè etiam hoc argumentum tractauit, breuiter autem ab eo, quæ ad nostram institutionem pertinent, accipienda erunt, ne quid desit in re præsertim apprime necessaria, sicubi verò ab eo decesserimus, id ingenuè factum velimus, qui nostermos est, nõ maleuole, vtque tragedias excitemus nouas, sed magis vt ipsa veritas innotescat, quam cum fateamur non latuisse virum doctissimum, id tamen euenire potuisse nõ diffitemur, vt eam aliquando probaret opinionem, quæ alijs improbabilis esse videatur, sedet nobis, & æternum sedebit recordatio Emanuelis Costæ præceptoris mei charissimi, quẽ viuum amauimus, & mortuum colimus, quem disputantẽ, & publicè, & priuatim sæpè audiuimus, me enim ille valde amauit, elegans, facundus, acutus, in suadendo vehemens, in interpretatione suauis, in referendo verus, in euertendo neruosus, in instituendo omnium qui ante eum instituerunt, & ius interpretati sunt verè princeps, cuius animã, pro ea quã Salmanticam attulit legum & iuris cognitionem, homo inculpatæ vitæ, & moris probatissimi, confidimus Deum Optimum Maximũ æterna requie, & beatitudine donasse, obijt ille sanctissimè, innocens vitæ, & sceleris purus, in summo totius Hispaniæ mœrore, nam Salmanticæ nullus fuit qui cum Emanuele Costa non existimaret, subreptum quoque nobis ius, nosque in eius funere carmen lusimus, quod nostrorum carminum legitur lib. 1. Is igitur aliqua memoriæ edidit, à quibus decedit doctissimus Molina, boni igitur consulat, si pro præceptore tantisper pugnauerimus, qui illud semper in ore ferebat, libere esse philosophandum, & debere iuris studiosum veritatis esse amatorem, non solum aliorum notando sententias, verum proprios corrigendo errores, adeo ingenue ille profitebatur iuris scientiam. 1 Quod † pertinet igitur ad possessorem maioratus illud expeditum videbatur, vt qa restituturus erat bona, expensas quas fecisset in bonis restituendis, in restitutione reputaret; sic enim constitutum est iure, & tenet Palatios Rubios in repet. rub. de donatio. inter vir. & vxorem. §. 62. num. 14. 15. & 16. vbi præter glo. & Ang. in l. emptor. ff. de rei vend. nihil allegat, mihi est text. expressus in l. vbi pure. §. 1. versic. qui in distrahendis. ff. ad senatusc. Trebell. qui in distrahendis, inquit Paulus, conseruandisque rebus hęreditarijs sumptus factus est, imputari hęredi debet, vbi licèt Accursius variè anxieque interpretetur verbum illud (imputari hæredi) planè accipiendum est, deberi imputari hæredi in restitutione facienda sumptus & expensas: vt scilicet tanto minus restituat, quanto magis expensum sit, ita vt sumptus illi & expensæ imputentur hæredi, idest, in vtilitatem hæredis, vt minus restituat, refusis sumptibus & expensis factis in rebus restituendis. text. elegans in l. mulier. §. sed enim. versic. sed & ipse. ff. eod. sed & ipse inquit Vlpianus 2 si quem sumptum fecerit in res hæreditarias detrahet † sed & expensas litium, quæ instituisset vel prosecutus esset hęres hæreditatem restituere grauatus, si ad fideicommissariũ fructus pertinuerint, hæredi, hoc est in vtilitatem & commodũ hæredis reputabuntur, & cõpensabuntur in restitutione ipsa l. 1. statim in principio. ff. eo. cũ esset, inquit Vlpianus, æquissimum in omnibus fideicommissarijs hęreditatibus, si qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire in quos ius fructusque transferretur. Ex quibus ipse Palatios Rubios cum conderentur leges Taurinæ, vti ipse de se refert, vix contineri potuit, quin clamaret, iniquam esse decisionem legis Taurinæ, quæ est l. 46. de qua latè egimus cap. 3. nume. 43. & seq. quia recuperatio expensarum haberet locum secundùm iuris fundatam rationem in bonis restituendis per fideicommissum, & videretur maxima similitudo inter hæredem rogatum restituere fideicommissario, & possessorem maioratus, & successorem; cum possessor item post mortem restituere rogatus videri possit, vt quemadmodum hæres recuperat expensas & meliorationes factas in rebus restituendis, ita quoque possessori maioratus expendenti & melioranti recuperandæ viderentur, sed in possessore maioratus aliter dispositum est iure nostro Hispano, vt diximus d. c. 13. nu 43.

Ex qua similitudine non est existimandum, vt quia possessor maioratus non recuperat expensas & meliorationes factas in re subiecta restitutioni, ex decisione nostri iuris Hispani d. l. 46. sic etiam existimandum sit de hærede rogato restituere per fideicommissum, vt d. l. vbi pure. §. 1. & l. mulier. §. sed enim. versic. sed & ipsę, & d. l. 1. correctæ censeantur ex dispositione d. l. 46. non enim correctæ sunt, & in hoc verissima est opinio Ludouici Molin. vbi sup. c. 1. num. 14. lib. 1. de Hispanorum Primogenijs, & item lib. 3. c. 11. num. 14. qui eleganter ex multis distinguit inter maioratus Hispanos, de quibus est lex regni, & fideicommissa. Sexdecim discrimina adducit inter vtrunque doctissimus Iacobus Simancæ lib. di 3 sceptat. cap. 5. Verissimum † enim est, non exequari per omnia, neq; in omnibus esse similia, neq; posse de vno ad aliud trahi & deduci argumentum, nisi quatenus subsit eadem ratio, quod tenet ipse Molina. d. lib. 1. c. 7. nume. 9. cum ergo in hærede grauato restituere per fideicommissum diuersa sit ratio expensarum recuperandarum, quam in possessore maioratus, cumque longè alia sit ratio in successore, quam in fideicommissario, qui ab hærede accipit, meritò dicendũ est, decisionem d. l. 46. non habere locum in hærede grauato, & est hodie incorrecta l. domos. ff. de leg. 1.

Quod vt pateat, præmittendum est, Hispanos omnes scriptores, qui sunt nobis docti & eruditi, indiesq; mites censib. domesticis bellis, cultiores, & elegantiores in eam sententiã quasi pacta concordia, & inito consensu abijsse, vt existimarent, maioratus Hispanos, & primogenia, instar fideicõmissorum esse, quæ perpetuò familiæ relinquerentur, ita vt proximus quisque admitteretur, cum prærogatiua ætatis, & sexus, vno semper admisso, & ita censeri fideicommissa, & ex fideicommissis deducendam esse regulam, qua primogenia dirigantur, ita censent, quos refert Ludouicus Molina d. c. 1. num. 7. Palatios Rubios in Repet. capituli per vestras. de donationibus inter virum & vxorem §. 44. num. 3. 4. & 5. Didacus Couarruuias li. 1. Var. resolutionum c. 15. nu. 14. vbi ait, proculdubio possessorem maioratus fideicommissario cõparari, Petrus Peralta in l. 3. §. qui fideicommissam. nume. 91. ff. de hæredibus instituend. & in l. cum ita legatur. §. in fideicom-

Source : BIU Cujas

cõmisso.nu.24.ff.de legat.2.Simancas de Primogenijs Hispanorum.lib.1.c.28.Menchaca de succeſſionis reſolutione,lib. 1.§.10.num.28. Dominus Antonius de Pallida in rub. C. de fideicommiſſis.num.7.Aluarus Vazquez in quæſtionibus iuris emphyteutici.quæſt 40.num.29.Burgos de Pace in præmio legum Taurinarum.num.71. Dominus Franciſcus Sarmiento Epiſcopus Aſtoricenſis Selectarum interpretationũ quæſt.4.lib.3.num.5.& quamuis ita hoc receptum ſit noſtris
4 † inter vtrumque tamen diuerſa eſt iuris,& facti ratio: namque fideicommiſſa ex voluntate teſtatoris reſtituuntur, vni vel pluribus,prout à teſtatore prouiſum dignoſcitur, reperiturque vltimis in fideicommiſſis vocatus,& ſæpè plures vltimi vocati,itaque ceſſat in fideicommiſſis iure Cæſareo agnitis prærogatiua ætatis,& ſexus in eodem gradu, ceſſatq; indiuiduum illud,quod in primogenijs deſideramus,quod pater ex d.§ in fideicommiſſo,& l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. & l. fin.vbi Bar.& alij.C.de verb.ſignifi.in primogenijs enim perpetua eſt reſtitutio, vnusq; duntaxat admittit, habita ſexus, & ætatis prærogatiua inter plures eodẽ gradu propinquos, aut proximos.

Ex quibus veriſſima ratio eſt,hęredem grauatum reſtituere per fideicommiſſum,poſſe ſumptus & meliorationes ſuas recuperare;quia fideicommiſſarius ille liberè accipit bona illa,ideoq; iniquum eſſet,ſi expenſas non ſolueret, quas libere cum re reſtituta accipit,quod ex ratione d.l.46.Tauri longè alienum eſt à primogenij ſucceſſore,qui rem accipit omnino reſtituendam, & ille item reſtituere tenetur, nouoque ſucceſſore interueniente, noua ſemper imminet reſtitutio, perpetuò facienda,alijs deficiẽtibus,alijs rurſum ſuccreſcentibus primogenij poſſeſſoribus, ob idque quia eadem ratio nõn reperitur iuris, longè aliud ius conſtituendum eſt, non eſt ergo correcta deciſio l.mulier.& l. vbi pure.& l.1.de quibus ſupra,ex deciſione d.l.46.Tauri,immo hodie in fideicõmiſſis particularibus,quæ naturam non obtineant primogeniorum locus non erit deciſioni d. l. 46. quia non eſt eadem
5 ratio iuris, diuerſum autem conſtituendum eſt † vbicumq; eadem ratio quæ in fideicommiſſis verſatur,in primogenijs reperiatur.

6 Vnde † ex hac ratione in ea quæſtione qualiter diuidendi ſint fructus,qui tempore mortis reperiuntur pendentes, inter hæredes emortui,& nouum ſucceſſorem in bonis maioratus, veriſſimam exiſtimo opinionem Emanuelis Coſtæ in quæſt.de patrui & nepotis ſucceſſione. pag. mihi 144. quam refert & reſutat Ludouicus Molina vbi ſupra, lib.3.c.11.nu. 11. verſic. ſed Emanuel Coſta ſecutus opinionem aliorum, quos reprobarat idem Coſta vbi ſupra. Cum enim nihil ſit conſtitutum à iure,quod attinet ad hãc diuiſionem fructuũ circa res maioratus,neceſſum fuit,vt aliunde à iure alibi ſcripto in hanc partem deduceretur,neceſſariò autem debet deduci ex ratione, quæ ſcripta reperitur inter hæredem grauatum poſt mortem reſtituere, & ipſum fideicommiſſarium, qui morte hæredis grauati & emortui bona obtinet, ſicuti enim viuens hæres obtinebat hæreditatis licèt reſtituendæ dominium, ita & poſſeſſor maioratus dominium obtinet l. non ideo minus. ff. de rei vendicatione. & quæ latè fundat idem Molina lib.1.c.19.num.14.15.& ſeq. Mortuo autẽ hærede grauato ſtatim dominia prædiorum & rerum tranſeũt in fideicommiſſariam l. 2. C. communia de legat.idq; ita ẽt contingit in ſucceſſore maioratus, quod probat ex plũribus idem Ludouicus Molina lib.3.c.12.immo poſſeſſor fit illico ex l.45.Tauri cum igitur eadem ratio ſit acquirendi fideicõmiſſum,& bona maioratus, immo cum in hoc pinguius iure noſtro ſuccurſum ſit,eadem profecto debet eſſe iuris conſtitutio, & ſicuti fideicommiſſarius ex eo fructus pendentes acquirit quia reperitur dominus prædiorum,quorũ fructus, quia adhuc pendent,pars ſunt l.fructus.ff.de rei ven.ita quoque ſucceſſor maioratus : quia fit ipſo iure dominus rerũ ad maioratum pertinentium,fructus debet acquirere integros, qui pars earum rerum adhuc ſunt: quia pendent, quarũ dominium obtinet,quæ ratio efficaciſſima eſt, & ex ea pendet deciſio tex.in l.Herennius.ff.de vſuris.qui fructus pendentes tribuit fideicommiſſario, quamuis maior pars anni trãſacta ſit,quia pars rei ſunt, quæ ad fideicommiſſarium pleno iure pertinet,agnouit hanc vnicam & ſolam rationem Vlpianus in l. ſi pendentes. ff. de vſufructu, quæ Iureconſultis ſemper adeſt. Et hæc eſt ratio,in qua ſe fundat Emanuel Coſta, quatenus allegat in l.2. C.communia de leg & ex ea dicit planã eſſe inductionem ad l.Herennius.& ita iudicatum eſſe ait in ſupremo Luſitaniæ Senatu, quem ego veram iuris rationẽ ſecutum eſſe puto, & quæ nullo modo, nullo colore vitari poſſit,& cõueniunt verba d.l.Herennius.ibi,fructus qui poſt acquiſitum dominium ex cauſa fideicommiſſi ex terra percipiuntur,quæ verba iuncta d. l. 2. planam faciunt eam conſtitutionem in bonis maioratus,vt fructus,qui ex terra percipiuntur poſt acquiſitum dominium ſucceſſori in bonis maioratus ad ſucceſſorem pertineant, in quo quidẽ haberi poterit ratio expenſarum,quæ inſerendo, colendo, & conſeruandis eiſdem fructibus factæ ſint, vt hæ ad hæredes emortui pertineant ex fructibus deducendę:nullus enim caſus interuenire poteſt,qui hoc genus deductionis impediat, ex l. fundus qui.ff.familiæ erciſcundæ.

Neque quicquam oberit, quod de marito & vxore traditum eſt in l.diuortio.in principio.ff.ſoluto matrimonio. & l. 26.tit.11.par.4.vt pro rata diuidantur inter vtrumque, cuius deciſionis ratio eſt; quia cum fructus dotis ad maritum pertineant propter onera matrimonij ſuſtinenda,vulgata l. pro oneribus.C.de iure dotium, meritò conſtitutum eſt, vt fructibus integrè gaudeat, quãdiu onera ſuſtinuit matrimonij: cum enim reſpectiua fructuum præſtatio ſit,quæ iure conſtituta eſt,ſcilicet propter onera, meritò deficientibus oneribꝰ fructus incipiunt ad vtrumque pertinere,atq; cum hoc conſtitutum ſit in marito & coniunge, trahuut ad ſucceſſorem maioratus Dominus Didacus Couarr. Variarum reſolutionum.lib.1.c. 15. num. 14. Ioannes Lupus de Palatio Rubios in repet.rub.§.62. nu. 10. & eos ſecutus Ludouicus Molina. lib.3.c.11.num.11.verſic.quòd autem fructus,atque ita iudicatum eſſe in Senatu Granatenſi ait D. Couarr. quam quidẽ ſententiam ex eo aiunt admittendam eſſe;quia in hoc: poſſeſſor maioratus inſtar ſit viri,vterq; onera ſuſtinet, hic quæ inſunt matrimonio,ille quæ inſunt bonis maioratus occaſione ipſius maioratus,quæ ratio proculdubio admittenda foret,ſi quemadmodum onera matrimonij certa ſunt,ita quoque onera poſſeſſoris maioratus certa eſſent, ſed fit plerumque, vt poſſeſſor maioratus pauca onera ſubeat, alius plura, alius nulla,alius maxima,cum hæc onera incerta ſint,ex qualitate bonorum, & perſonarum, & conditione legum quæ ab inſtitutore imponuntur, quòd ſi acquiſitio fructuum reſpectiua eſſet p oneribus,planè inciderent innumeratæ quæſtiones,infinitæ lites,& cõtentiones maximæ,quod ſæpè nullos fructus lucraretur: quia nulla onera ſubierit, ſæpè totos, ſæpè paucos,ſæpè plures,ſæpè variante iure, ex varia onerũ ratione confuſa certe, & perplexa decidendi ratio, & planè contra apertiſſima iuris principia, quæ certam acquirendorum fructuum rationem deſiderant,ex dominio dimentien tia.§.ſi is ad quem.Inſtit.de rerum diuiſione. ideoq; meritò ait Emanuel Coſta vbi ſupra, illa onera quæ reperiuntur in maioratu,non eſſe comparanda cum oneribus matrimonij, vt propter illa diſcedendum ſit à iure conſtituto, quo cautũ conſtitutumq; eſt,vt fructus pẽdentes: quia pars prædij ſunt, ad eum pertineant,qui dominium prædij nactus ſit,cũ præſertim onera realia, tributa, & collectæ fructus ſequantur perceptorem,vt ſæpius diximus, atq; vt hæc onera à noſtra quæſtione eijciamus, quæ poterant videri certa, ſcilicet tributa:quia fructus ſequuntur quocunque hi abeant,preterea licèt fideicommiſſarius non poſſit videri ſimilis poſſeſſori maioratus,quod quidem fatemur:tamen ratio, propter quã fideicommiſſarius fructus integros eoſdemque pendentes lucratur, habet profecto locum in poſſeſſore maioratus, & meritò propter dominium prædiorum, quibus adhuc fructus adhærerent,& hanc cum Emanuele Coſta,& ante eum tenet Antonius Gomez in l.40.Tauri.nu.74.de diuiſione autem fructus inter feudatarium & dominum eſt tex.in c.1. §. his conſequenter,hic finitur lex Conradi, & Franciſcus Hotomanus latè in præludijs feudorum capite de fructuum diuiſione,vbi de vſufructuario,emphyteuta,emptore,fideicõmiſſario,marito, & prælato, & præter eum Auendanius reſponſo 5.nu.1.& Didacus Couar.lib.1.reſolutionum.cap.15. num.12.Tiraquel.de Retractu conuentionali.§.5.gl.4. nu.5. & 9.Mod.Pariſ.in conſuetudinibus Pariſienſibus. tit.1. gl.1. §.1.num.33.Bart.Paul.& Laſ.Alexan.& Socynus in d.l.diuortio.in principio.ff.ſolu.matri. & poſt omnes hos Ludouicus Molina d.lib.3.c.11 nu.2.vbi ait,ſolitum eſſe, diuidi quoque fructus Commendarum Sancti Ioannis, Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ,ex earum ordinum cõſtitutione, vide ſemper l.26.titu.11.part.4.de qua ſupra, ſit igitur l.Herennius regula fructuum lucrandorum,adiuuante d.l.2. communia. de leg. propter dominium acquiſitum prædiorum, quorum pars fructus pendentes ſunt,pro qua facit l.defuncta.ff.de vſufructu,nec quicquam facit, quod poſſeſſor maioratus per omnia non ſit ſimilis fructuario, quod enim attinet ad fructus percipiendos & lucrandos eadem ratio eſt in vtroque,facit, l.ſi pendentes.ff.eo.Ex quibus vtilior,ſecurior, & magis conueniens iuri conſtituto opinio eſt, vt qui fundi dominus ſit, fructuum pendentium ſit etiam dominus, cuius fundi fructus pendentes pars verè & ciuiliter ſunt, ex d l.ſi pẽdentes, & l.Herennius.iuncta dicta l. 2. ad d.l.diuortio. vide Iacobũ Cuiaceum poſt commentaria ad Aphricanum,vbi explicat d.l.diuortio.

Expendit

Source : BIU Cujas

7 † Expendit possessor quoque maioratus soluendo debita prædecessoris, in quo aduertendum est ad ea quæ tradit Ludouicus Molina eleganter lib.1.cap.10.per totum, vt distinguamus inter primum maioratus institutorem, & reliquos successores, namque si primus institutor maioratum instituerit ex vniuersis bonis suis,vel vniuersa hæreditate sua, qđ plerunque fit, notissimum est, successorem, qui obtinuerit hanc hæreditatem, vel hæc bona relicta teneri debita persoluere, siue primus successor sit post institutorem, siue tertius,siue decimus,siue millesimus,nihil refert l. secunda.Bar. Bal. & alij. C. ad Trebellianum.l.1.in princip.ff eod.l. si quis seruum.cum l.seq.ff.de leg.2.l. filiusfamilias.§.diui.el 2. ff. de legat.1. ibi. nam si hæredis propter creditores testatoris bona venierint, fortunam communem fideicommissarij quoque sequentur. Ex quo tex.bona quæ prohibita sunt alienari per fideicommissum restituenda possunt propter debita alienari,ita definiunt nostri post antiquiores Palatios Rubios in repet.Rub.de donationib.inter virum & vxorem.§.16. num. 14.Petrus Peralta in l.tertia. §. qui fideicommissam. nu.106. ff.de hæredibus instit. Dominus Antonius de Padilla in l. vnum ex familia.§.si de Falcidia.num.7.ff.de legat.2.idq; temperant,vt prius bona libera veneant,tum demum ad fructus fideicommissi, & post hos in subsidium ad ipsa bona restituenda deueniendum sit.

Atque idem constitutum est, si de quota hæreditatis maioratus institutio facta sit,vt maioratus huius possessor proportione hæreditaria ad debita teneatur l. si quis seruum. §. fin.ff.de legat.2. vbi Bart. Paul. & Cumanus,& post eos scribentes, atque in his duobus casibus transeunt actiones actiuę & passiuæ in eum, in quem tota hæreditas, vel vniuersa bona transeunt l.nam quod.§.fina. cum l. seq. ff. ad Trebell. & l.cogi.in principio.ff.eod. idemq; recipiendum est in hoc casu: cum ex quota hæreditatis relinquitur, cum legatarius ex quota hæreditatis parte habeatur loco hęredis,& habeat actiones actiuas & passiuas instar hæredis l. prima. in principio.iuncta l.mulier.§.fin.ff.ad Trebellianum l.fin. C. eodem. Angelus in §.& quia.Instit. de fideicommissarijs hæreditatibus, à qua conclusione nemo vnquam discrepauit,vt inquit Molina vbi supra num.7.

Intelligenda autem omnia hæc sunt, si maioratus instituatur in testamento,secus si in cõtractu, nec enim is,in quẽ vniuersa bona transferuntur ex testamento, similis est ei, in quem ex contractu transferuntur, ille enim habet actiones illas,hic verò minimè:quia bonorum appellatio facta in cõtractu intelligitur deducto ære alieno. Paulus in dicta l.nam quod.§.fin.num.2.ff.ad Trebellian.& tenent omnes,quos supra citauimus.

Restant duo casus, præmissis tribus, de quibus supra,atq; duo hi casus sunt, cum maioratus constituitur ex quota bonorum, vel re certa, in quibus duobus casibus duo sunt aduertenda, vnum in quo conueniunt,alterum in quo separantur, conueniunt autem in eo:quia neque in successorem maioratus instituti ex quota bonorum, vel ex re certa transferuntur actiones actiuæ, neque passiuæ, rursus discrepant in eo; quia ex quota illa bonorum deducitur æs alienum, non verò ex re certa, vnde in vtroque hoc casu de manu hæredis erit accipiendum, qui hæres ex quota bonorum debita deducet persoluenda, non verò ex re certa,vtrumque latè fundat Ludouicus Molina dicto lib.1.cap.10.num.8.9.10. & 11. & in quota bonorum tenet Rodericus Xuarez in l. quoniã in prioribus.ampliatione 7.nume.12.& 13.& l.cum autem.ff. de legat.2.l.1.C.si certum peta.& de re particulari est text. in l.1.§.si hęres præcepto.ff.ad Trebel.& diximus supra cap.11.
8 num.62.& 63.vbi † egimus de lege 21.Tauri.quod non corrigat d.l.1.C.si certum pet.quia loquitur in eo qui acceptato prælegato,repudiat hæreditatem, quasi d. l. 21. obuiam eat huic consilio, vt omnino ad debita teneatur talis legatarius, vel prælegatarius, ne relinquat hæreditatem onustam debitis accepto prælegato impune, siue id prælegatum in re certa, vel in quota bonorum consistat, quasi lex velit coercere huiusmodi dolos,& in hoc casu videntur correcta quæ diximus,incorrecta autem remaneant, si prælegatarius hæreditatem accepter quoque ex d.l.1.C.si certum petatur.quæ interpretatio,quantum arbitror,noua est & vera, & ex fundata iuris ratione,vt diximus d.c.11.num.63. Ex cuius legis interpretatione hodie si melioratio fiat in re certa,filiusq; melioratus hæres quoque paternus sit,ex l 1. C. si certum petatur. & ex his quæ diximus supra. rem illam habebit liberam nullis debitis obnoxiam,si repudiauerit patris hæreditatem, tunc vt vitetur fraus, quia fratribus relinquat hæreditatem debitis onustam, meritò ad debita quoque tenebitur,& conuenitur pro re illa,& æstimatione illius comparata ad totam hæreditatem, ne ex sua repudiatione dolosa vtilitatem capiant,quòd si melioratio constet ex quota bonorum, ex d. l. 21.& iure cõi debita deducentur,& in eo erit separatio;quia si acceptet,cum reliquis hæredibus cõuenietur, si repudiet, solus pro quota illa, quæ vtilitas d.l 21.retẽto hoc intellectu maxima est,& circuitum vitat, aliàs nihil expenderet tanto opere d.l.21.repudiationem prælegatarij,& vtiliter intellige mus prædictam legem in melioratione facta in re certa, vel quota bonorum, in quo aptissimè conueniunt verba d.l.21. ibi, Como si fuessen herederos en la diche mejoria, & ibi, Sean obligados los tales meiorados a las pagar. Licèt aliter interpretetur Molina vbi supra,cuius sensus nobis neq; probatur, neq; improbatur,liberũ cuiq; sit suo more sentire,nobis vtilis reipublicæ hæc interpretatio vr, & ad d. l. 1. C. si certum petatur,opportunissima, quæ decidebat casum illũ, scilicet,cum legatarius prælegatum acceptabat,idemq; hæres acceptata quoq; hæreditate,sed id omissum erat,si prælegatum acceptasset repudiata hæreditate, in quo nostra l. 21. visa est casum nouum & difficultate plenum decidisse,vt & debita solueret, & ad debita teneretur, siue prælegatum in re certa,siue in quota bonorum cõsisteret: & hæc pertinent ad casum priorem,quãdo debita contracta sunt à primo maioratus institutore, iure communi distinguuntur quinq; illi casus,tota hæreditas,omnia bona,quota hæreditatis, quota bonorum, certa res, & quid in his d.l.21.Tauri constitutum sit iuxta nostrorũ interpretum sensum: de qua d.c.11. nu.63.

Modò accipimus alterum disputationis caput,secuti Ludo-
9 uici Molinæ methodum† cum scilicet debita non sunt contracta ab institutore,sed ab alio successore maioratus; & tũc distingui ipse inter debita ȝcta contẽplatione maioratus, & contẽplatione ipsius possessoris,& rursum in his debitis quę ȝhuntur à possessore maioratus occasione maioratus subdistinguit, vt si intercedat regia facultas ad obligãdas res maioratus pro debitis occasione maioratus ȝctis,habita causę cognitione ad impetrandã hmõi facultatẽ obligandi res maioratus, iuxta ea quæ resoluit idem Molina lib.4.c.3. per totum.Et tunc successor omnino teneatur,aut ea debita soluere,aut res obligatas creditorib. relinquere,vt eas tandiu obtineant, quandiu debitis non sit satisfactum, computatis tũ fructibus in sortem & debita ipsa,iuxta l.fi. C.si vnus ex pluribus hæredibus,ibi.vt vel totum debitũ soluant, vel eo quod detinent cedant, in quo tamen culturæ & expensarum quæ fiunt causa colligendorum fructuum & conseruandorum ratio habenda est d.l.fundus qui.ff fam.erciſc.

10 † Quòd si facultas regia non intercedat,tunc circa expensas & debita, quæ contracta sunt occasione ædificiorum,& reparationum, & meliorationum bonorum maioratus iure nostro maior difficultas est ex l.46.Tauri, ex cuius legis decisione illud expeditum videbatur,vt si meliorationes expensæq;,propter quas contracta sint debita, pertineant ad ædificia,& ædificiorum reparationes necessaria,& quæ pertineãt ad perpetuam vtilitatem bonorum maioratus,in nihilo omnino teneri possessorem,& successorem maioratus: quia eũ prædicta l.46. filijs & vxoribus negarit in huiusmodi meliorationibus & expensis ædificiorum, & reparationum actiones, ad consequenda ea,quæ sibi deberentur earundem occasione, nihilq; voluerit deberi propter has meliorationes, in nihiloq; teneri successorem,sed liberè perueniant ad successorem,proculdubio omne creditorum ius longius expulisse videtur à rebus maioratus,quod ex ędificijs & ædificiorum reparatione resultaret, postquã voluit,vt libera ab omni debito transferrentur in successorem, qui enim vult ȝñs, necessariò vult antecedens,quod necessariò antecedit l.ad legatum l.ad rem mobilẽ.ff.procuratoribus. Tum etiam quia nisi hoc intelligeretur, aperta esset fraus d.l.46. interpositis cautionibus inter creditores filios,& vxores,machinante fæpe dolos possessore maioratus, & mutuam accipiente pecuniam ad refectionem,quę postea vxori & filijs restitueretur, quodq; vna via prohibitũ esset, alia permissum reperiretur, onustaq; sæpè primogenia ære alieno, hac arte excogitata hyppotheca perirent,& machinato dolo interciderent, qua propter meritò existimamus, ex huiusmodi expensis & meliorationibus factis propter ædificia, & ædificiorum reparationes, nihil omnino debere successorem maioratus neque filijs, neque vxori præmortui possessoris, vt latè diximus supra c.13.nu.43.& seq.ad d.l.46.Tauri. verum ita arbitramur, mutuantem ad ædificium,vel ad reparationẽ ædificij in bonis maioratus non habere tacitam hypothecam, sed obligationem duntaxat personalem contra eum, cui mutuauit, & eius hæredes,ex ratione d.l.46. quæ militat in omni genere creditorum, & maioratus magno consilio institutus, vt perpetuò duret,breuissime excogitata hac via destruatur, & quia bona ipsa successorem liberos esse voluerit ab omni debito, quod patet ex litera dictę l.46. ibi. Sean assi de mayoragdo como lo son, o fueran las ciudades, villas, o lugares yheredamiẽtos y casas donde se labrarẽ. Vult igitur lex,

vt tales meliorationes, & ædificia sint libera, sicuti sunt ipsa bona maioratus, quæ libera sunt ab omni obligatione, præterea successorem liberum quoque esse voluit & fecit, ibi. Y mandamos que en todo ello sucçeda el que fuere llamado al mayorazgo con los vinculos y condiciones enel mayorazgo cõtenidas, sin que sea obligado a dar parte alguna dela estimacion o valor delos dichos edificios. Quæ autem sequunt verba, A las mugeres del que los hizo, ni a sus hijos. Exempli causa addita sunt, neque disposition em coarctant, aut restringunt, quod proprium est exemplorum, & trahuntur vt plurimum ab his, quæ frequentius contingunt; omnia enim simul aptari ad regulas non possunt; quia infinita exẽpla sunt. Voluit igitur lex 46. bona omnia maioratus & ædificia in his erecta libera ab omni obligatione, & ipsum successorem ab omni debito huiusmodi securum.

Vnde licèt ex dispositione l. 26. tit. 13. par. 5. dispositum sit, mutuantem in refectionem domus, vel nauis acquirere in eis ius hypothecæ contra dispositionem iuris communis, vt ibi bene aduertit Gregorius Lopez verbo facet. Id tamen non est recipiendum in mutuò ad reficiendum, res maioratus, vel ad ædificandũ de nouo: quia in his prohibita est obligatio, non secus ac si quis ad refectionem domus, vel ædis sacræ mutuaret, exindeq; existimaret ædem sacrã esse sibi obligatam & hypothecam, ex decisione d. l. 26. ex cuius legis decisione id existimabat Ludouicus Molina d. lib. 1. c. 10. n. 19.

11 neque † quicquam oberit, quòd subsit magna causa, & necessaria, & in vtilitatem perpetuam maioratus, ex quib. causis alienari prohibita; non solùm pignori dantur, sed alienentur quotidiè l peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. qui solidum. §. fin. ff. cod. Tiraquellus qui plura refert de Retractu Linagier. §. 1. gl. 14. num. 1. in auth. res quæ. & ibi D. Anto. Meneses de Padilla. C. communia de legatis. quia in nostra hac specie ædificiorum, & reparationum obtineri nõ potest, vbi expresse obligatio ista prohibita est, ob idq; particularis ista iuris prohibitio cessare facit generalem difinitionem, quare consultius fiet, si in hac quoq; specie facultas Regis postuletur, propter difficultatem d. l. 46. si cui verò opinio placebit Ludouici Molinæ meminerit, admittendam eam esse, vt inquit Vlpianus in l. solet. ff. de officio proconsulis & legati οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, & cum casus contigerit, vt ipse ait, maturius pensandum & deliberandum erit, propter d. l. 46. & propter conditiones appositas, quæ obligationes, & alienationes prohibent: atqui cùm hoc constitutum sit in ædificijs & meliorationibus, quæ pertinent ad perpetuam vtilitatem rerum maioratus, multo fortius admittenda sunt in ædificijs & meliorationibus modicis, & quæ fiũt propter fructus colligendos & conseruandos: successor enim nihil horum soluere tenetur, ex fructibus facta hæc omnia videri debent, quare cum semper agamus de debitis cõtractis propter ædificia, & ædificiorum reparationem, denique de expensis retenta d. l. 46. Tauri, dicendum est, si tales meliorationes etiam propter fructus durent, & earũ vtilitas permaneat in tempus sequentis successoris, hunc successorem minimè teneri soluere aliquid etiam pro ea vtilitate, quæ sibi obuenit ex huiusmodi expensis ex d. l. 46. quia si id non recipimus in perpetuis & permanentibus, vtilibus & necessarijs, quomodo fieri potest, vt admittamus in his, quæ fiunt propter fructus, vel quæ modicæ sint, contrarium existimabat Ludouicus Molina vbi sup. nu. 24. atque ad id inducebat c. 2. de solutionibus. sed in nostro casu pugnat l. 46. in casu autem d. c. 1. æquum est, vt successor pro rata vtilitatis, què percipit ex meliorationibus ab alio factis, satisfaciat, cui æquitati nihil repugnat ex diametro, hactenus si debita contracta sint propter ædificia, & meliorationes ædificiorum retenta d. l. 46.

12 † Prædicta autem omnia rectè accipientur in prælato, in quo nulla difficultas est ex d. l. 46. Tauri, vt si prælatus debita contraxerit in euidẽtem vtilitatem & necessariam Ecclesiæ rerumq; Ecclesiasticarum, quæ vtilitas permaneat, & persistat, post vitam eius, qui debita contraxit, successor saltem teneatur ad debita pro portione vtilitatis, si ex fructibus præmortui deductis necessarijs ad vitam cum dignitate tuendã expensis creditoribus satisfieri non potuit, ex tex. d. c. 1. de solutionibus, vbi Abbas & scribentes, & in c. ex prę sentium. de pignoribus, Antonius, Ancharanus & scribentes in c. significauit. de rescriptis, Imola in l. si filiusfamilias. §. fin. ff. sol. matr. plures allegat Ludouicus Molina d. lib. 1. c. 10. nu. 15.

Immo in hoc casu si prelatus accipiat mutuam pecuniam ad reficiendum ædes, turrim, vel domũ, existimamus habere locum dispositionem d. l. 26. tit. 13. par. 5. vt pro mutata pecunia remanent obligata; quia in hoc casu nihil est, quod obligationem illam impediat, dummodo refectio necessaria sit, & pertineat ad necessariam & permanentem vtilitatem rei, quæ reficienda sit, & quòd pecunia ad hanc ipsam refectionem sit mutuata, & in hac specie magis admittenda est; quia ex ea pecunia res Ecclesiæ, vel dignitatis conseruantur, quæ aliàs omnino corruerent, & est opportuna inductio. l. huius. ff. qui potiores in pig. habeantur. ibi. huius enim pecunia saluam fecit totius pignoris causam, neque extendenda est generalis illa prohibitio, ne res Ecclesiæ alienentur, vel supponantur, ad eam obligationem, quæ magis conseruat res Ecclesiæ, cum præsertim illud in d. c. 1. de solutionibus, nõ solum non sit reprobatum, sed ferè cõstitutum, pronum enim est, vt constituta actione personali in d. c. 1. hypothecariam subiungamus, vt personali innitatur, ex d. l. 26. vt quoq; hunc casum separemus à priori propter l. 46. quæ personalem & hyppothecariam tollit.

13 † Præterea quia maioratus a fideicommisso secernitur & separatur d. l. 46. & eius dispositio quoq; ex ea deduximus de hyppotheca non recipienda in rebus maioratus refectis, accepta mutuò ad refectionem pecunia, nõ est admittenda in fideicommisso, ideo fideicommissarius sicuti tenetur ad expensas necessarias & permanentes, ita quoq; tenebitur ad debita contracta propter refectionem & ædificia necessaria & permanentia saltem pro vtilitate, quæ ad fideicommissariũ peruenient ex ea refectione aut ędificio, arg. tex. in d. l. domos. ff. de leg. 1. & quæ adduximus isto capite, in principio, Mod. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 75. Iulius Clarus lib. 4. Sententiarum. §. feudum. q. 88. Guido Papa decisione 169. num. 1. Iasin d. l. domos. nu. 1. immo in hac specie postquã admittitur actio personalis, vt in d. l. domos. l. vbi pure. §. 1. ff. ad Treb l. mulier. §. sed enim. ff. cod. pronum quoque est, vt hypothecariã admittamus ex d. l. 26 tit. 13. part 5. cum enim fiat, vt magis res conseruetur: cumq; expensæ fideicommissario reputentur, meritò & debita propter has expensas, immo & obligatio legalis, nihil enim est, quod ipsam impediat, cumq; ius voluerit fideicommissarium teneri, procliuè est sic intelligere, vt res quoque per fideicommissum restituendæ tacitè sunt obligatæ, qđ in maioratu recipi non potuit propter d. l. 46. quæ fundamentum abstulit obligationis realis, scilicet personalẽ obligationem contra successorem; eum enim liberum esse voluit ab omni debito, etiam propter refectionem contracto securaq; & libera ipsa bona, ne de obligatione reali dubitari posset, diuersum est in prælato ex d. c. 1. & fideicommissario d. l. domos.

14 † Secluſa verò d. l. 46. & reiectis debitis contractis propter ædificia erecta in solo maioratus, & propter refectionem ædificiorum, reliqua debita eã recipiunt diuisionem, vt alia contracta intelligantur occasione maioratus, & ad maioratus euidentem, & permanentem, & vtilẽ causam, in quo plurimum aduertendum erit, atq; huiusmodi debita soluit possessor maioratus, ita resoluunt D. Antonius de Padilla præceptor meus in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de legat. 2. num. 9. Antonius Gomez in l. 40. Tauri. num. 72. Petrus Peralta in l. 3. §. qui fideicommissam. ff. de hæredibus instituend. num. 130. Ludouicus Molina d. lib. 1. c. 10. num. 15. & nu. 24. versic. in primo casu. cum num. 25.

Quod & in prælato admittendum est ex decisione c. 1. de solutionibus. vbi Abbas, & in c. ex præsentium. de pignorib. c. 1. §. si vasallus, hic finitur lex. deinde consuetud. incit. Afflictus in c. 1. qui succeſſ. teneant. numero 24. Paulus consil. 54. volumine 1. Oldradus consi. 146. Aretinus in l. ciuitas. versic. circa quartum. ff. si certum pet. plures allegant prædicti Doctores, de quibus nu. præcedenti, qui licèt allegent d. §. si vasallus. tex. ille tamen nihil probat, secundum intellectum verum ad literam, de quo supra egimus, c. 12. nu. 84.

Si verò debita contracta non sint occasione ipsius maioratus, sed propter necessitatibus ipsius maioratus possessoris, tunc successor maioratus ad huiusmodi debita minimè tenebitur Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensibus. part. 1. §. 11. nu. 8. Gregor. Lopez in l. 4. tit. 15. par. 2. verbo. Sus deudas Antonius Gomez l. 40. Tauri nume. 72. Dominus Antonius de Padilla d. §. si de Falcidia. nume. 7. Molina dicto lib. 1. cap. 10. num. 29.

15 † Contra hoc postremum est text. elegans & difficilis, in cuius explicatione concertant ingenia præclara, scilicet l. 4. tit. 15. par. 2. vbi scriptum est, quòd nouus Rex idemque successor in regno debeat & teneatur debita successoris soluere, ibi, E otrosi pagar sus deudas, e en cumplir sus mandas, e en fazer algo a los suyos. Quam tamen legem Hispani Gregorius Lopez ibidem, Dominus Antonius de Padilla in dicto §. si de Falcidia. numero 7. & Antonius Gomez in dicta l. 40. numero 72. Petrus Peralta in §. qui fideicommissam. numero 138 Molina dicto lib. 1. cap. 10. num. 30. dupliciter intelligunt, primò vt procedat de honestate, non verò de iuris rigore: quia verecundũ sit Regni debita emortui Regis non soluere, idq; probant ex verbis d. l. 46. ibi, E por bien estanca. Itaque si verecundiam hanc omiserit Rex, quæ facilè solet omitti, ex hoc sensu arbitrantur, non compelli posse ad

debita

Source : BIU Cujas

debita soluenda, secundò interpretantur dictã l. quartã. vt distinguat inter regnum & reliqua bona emortui Regis, præmittuntque regnum non deferri hæreditario iure, sed iure sanguinis ex l. prima. eodem titu. & partit. ibi, E esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo quier que el señorio ouieron por linage, e mayormente en España. Quæ verba alius nobis sunt repetenda, aiunt ergo successorem in regno fuisse quoque hæredem in reliquis bonis liberis, ac proinde teneri ad debita, quam secundam interpretationẽ accipiunt ex illis verbis, Porque finca enel lugar, e hereda sus bienes. Et excogitata est ista secunda solutio, quæ distinguit inter regnum, & reliqua bona, propterea, quòd lex prædicta dixerat teneri successorem in regno ad debita ex honestate; quia inuerecundum esset non soluere, & ex iuris rigore, ita vt verba illa, Por bien estanca, referãt ad successorem solius regni, & verba illa, Por derecho, referant ad successorem regni, qui hæres extiterit in reliquis bonis, quin & Antonius Gomez ex verbis illis, Por derecho, existimat in dicta l. 40. dicto numero 72. debita illa fuisse contracta in vtilitatem regni, quo casu ait teneri nouum Regem ex his, quæ superius diximus: & illam interpretationem repetit idem Molina libro tertio. cap. sexto. numero duodecimo. qui cum alijs semper sunt in ea opinione, vt regnum nõ deferatur iure hæreditario, quod iterum, & tertiò repetit libro primo. cap. 8. numero nono. ex dicta l. secunda. tit. 15. par. 2. ibi, Do quier que el señorio ouieron por linage. & l. 9. tit 7. par. 2. ibi. Por razon de linage.

Sed hæ interpretationes mihi semper difficiles visæ sunt, qui facilè credulus neque sim, neq; esse velim, quod attinet ad primam solutionem, ea vel ex litera ipsius legis reijcitur, siquidem dicta l. quarta. non se restringit ad solam rationem æqui, & boni, sed ad strictam quoque iuris scripti vim & potestatem, ibi, Tenudo es por derecho, e por bien estanca de fazer estas cosas por el Rey finado. Vbi illa duo verba, Por derecho, e por bien estanca, non fuerunt ociosè multiplicata à legum nostrarum conditoribus, qui planè nouerant, distingui illa duo & separari l. secunda. §. item Varus. ff. de aqua pluuia arcenda, ibi. hoc æquitas suggerit, etiam si iure deficiamur, vulgata l. placuit. C. de iudicijs l. in his. ff. de conditio. & demonstratio. in his (inquit Caius) quæ extra testamentũ incurrunt possunt res ex bono & æquo interpretationem capere, ea verò quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundùm scripti iuris rationem expediri, cum igitur lege cumulata sint verba illa, non potest lex salua & iuris & verborum recta ratione ad alterum tantum restringi, quæ planè & expeditè asserat, E por derecho, & por bien estanca, teneri regni successorem debita emortui soluere, quæ difficultas cõmouit Gregorium, & Gometium, & reliquos vt irent in alteram interpretationem, eam scilicet, quòd Rex nouus extiterit hæres emortuo, non in regno, quod hæreditario iure deferri negãt, sed in reliquis bonis, quod extorquere volunt ex dicta l. quarta. ibi, E hereda sus bienes. Idque permittunt habuisse Regem emortuum bona libera, in quibus nomen & ius hæredis consistere potest, quod quidem tum diuinat, tũ reijcitur ex ipsa litera dictę l. quartę. quæ & ad regni quoque successionem refert ius illud debitorum exigendorum à nouo Rege, ibi, E segun justicia, e derecho, como quiera que fiziessen a el en su muerte, assi lo deue el fazer por laanima del finado, pues que finca en su lugar, e hereda sus bienes, expende verba, Segun justicia e derecho, & illa item, Pues que finca en su lugar. Quæ coacta ratione ad regnum sunt referenda, non ad bona libera; quia illa etiam si diuinationem concedamus liberæ hæreditatis, satis explicantur per illa verba, E hereda sus bienes, præterea cum duo illa verba, Pues que finca en su lugar, e hereda sus bienes, coniungantur copula illa, E, dicendum est esse diuersa, ac proinde priora ad regnũ, posteriora ad bona libera esse referenda, admissa eorum opinione. qui ibi bona libera interuenisse diuinant, modo cum Segun justicia e derecho, debeat soluere debita, & quia in regno, & in reliquis bonis successit, dicendum est tam propter regni successionem, teneri, quàm propter reliquam hæreditatem, quod magis suadetur coacta ratione ex verbis dictę l. quartę. quæ sequuntur, ibi, Pero esto deue ser fecho de manera que nõ mengue el señorio, assi como vendiendo, o enagenãdo, los bienes del que son, como rayzes del reyno, mas puedelo fazer delas otras cosas muebles que ouiere. Quæ verba vel ab inuito extorquebunt, de successore in regno esse intelligendam obligationẽ soluendi debiti; quia alias inanis erat, & indigna tentarum legum conditoribus prohibitio illa, ne res soli ad solum regnum pertinentes propter debita vendantur, quæ securę erant ab hac alienatione, cum in illis nulla talis obligatio reperiretur, & subdit dicta l. quarta. Onde el Rey que esto non fiziesse auerloyan pro enacio, e por desmesurado, e aun por torciero, expende verba illa, Onde el Rey, ad solam enim regni successionem, non ad aliud restringit oblationem soluendi debiti, neque tam seuerè de Rege statueret, si Rex quia regni successor ad ea debita non teneretur: quæ rationes coegerunt tertiam illam interpretationem, vt intelligendum sit debita fuisse contracta in vtilitatem regni, qua nulla quidem potest ad d. l. 4. maior esse diuinatio, hæc autem tertia interpretatio excogitata est, quia duæ priores constare non poterant, omnes autẽ alienæ sunt à vera ratione d. l. 4.

16 † Vnde Emanuel Costa in tract. de patrui & nepotis successione titu. de successione regni, pagina mihi 140. tenet d. l. 4. absolutè esse intelligendam de regno, & regni successore, vt is teneatur ad debita, argument. tex. in c. primo. de solutionibus, & cap. licèt. de voto, quia bona Regis emortui in nihilo distinguantur in his iuribus à regno, & ex Baldo in c. venerabilem, numero 14. de electione, & deferri regnum iure hæreditario intelligit cum Ioanne Cirier in tract. primogenij. quæstio. 5. lib. 2. nume. 6. & Andreas Tiraquellus de iure primogenij quæst. 35. nu. 25. & 26. cui opinioni nihil obest, quod ex Paulo de Castro adducitur consi. 164. volum. 2. & Abbate cons. 85. part. 1. Bologninus cons. 62. quod reliqui maioratus Hispaniç sint instar regni, quia non inde sequitur regnum non deferri iure hæreditario, est enim ipsa regni hæreditas, si modò hæreditas est, nobilior, excellentior, alijs legibus definita, quàm sint reliquæ hæreditates; quia vnus excluſis reliquis succedit, & est indiuiduum, isque maior natu & ætate grandior, etiam si sororem habeat grandiorem, neque vnquam filia, nisi deficiente masculo ad regnum admittitur, neposque ex filio maiori patruum secundo genitum excludit, tum quia illa successio regni est ad propinquiorem eiusdem generis, maiorem vt diximus, neque ad lineam transuersam vnquam deuenitur, nisi defecta recta linea, ob idque perpetua est successio in regno, etiam si quis sit in millesimo gradu, & licèt regni successio habeat has omnes prærogatiuas, nihil obstat, vt iure hæreditario deferatur, retracto aut contracto hoc iure hæreditario ad has leges, quas expressit l. 2. tit. 15. part. secunda. vnde nihil mirum, quod in alijs quæ ex dispositione legis illius non sunt immutata, planè hæreditarium sit regnum, ita vt debita soluat tanquam hæres, & legata persoluat, quod expressum est in d. l. 4. quæ duo geri citra ius & nomen hæredis vix possunt, idem erit dicendum de obseruatione contractuum, qui gesti sint cum emortuo Rege; quia in his nihil commutatum est, d. l. 2. & ita existimandum est coniunctis dicta l. secunda. & dicta l. quarta. regnum quidem hæreditarium esse, ex dicta l. 4. leges tamen hæreditarias plures esse commutatas ex dicta l. secunda. quæ faciunt ipsum regnum veluti maioratum, perpetuum, vnde cęteri maioratus leges accipiant, non tamen colligendum est, non deferri iure hæreditario; quia id ex l. quarta. difficillimum est, ipse enim Rex Hispaniæ in hac ipsa hæreditarij regni successione leges liberè apponere potuit supremus Rex, supremus dominus, Rex sui iuris, vt dicunt Galli, Deo in cœlis, & eius Vicario in terris duntaxat subiectus, quare vt constent duæ illæ leges l. 2. & l. 4. ita interpretandum est.

17 † Quod vt magis pateat animaduerto Gotorum tempore ante Pelagium, Hispaniæ regnum nec iure sanguinis, nec hæreditario deferri solitũ, eligebantur enim Reges, electioneq; conferebatur regnum, quod tñ erat indiuiduum, lib. 1. statim in principio de fuero de las leyes delos Godos. capit. dela election delos principes e delo que ganan, en esta ley diz como deuen ser elegidos los principes, e que las cosas q̃ ellos ganauan, deuen fincar al reyno, & rursùm c. seq. ibi. Porende establecemos que daqui adelante los Reyes deuẽ ser escollidos ena ciudad de Roma, o en aquel logar hu moriere el otro Rey, e deue ser elegido cõ cõsello dellos Obispos, e delos ricos homes dela corte, e del poblo, e non deue ser escollido defora dela cibdad, nen de consello de pocos, nen de villanos, de poblo, & rursùm in eodẽ capite quod regnũ erat indiuiduum, ibi, Mas las cosas que ellos ganaren nõ las deue hauer nengun de sos fillos si non como mãdar el Rey, e las cosas que y eran suas proprias ante que fossen Reyes de uenas auer sos fillos y e sos herederos, & rursũ capite delos que non deuen ser Reyes, quando el Rey morre (inquit Gotus) nengun non deue tomar el regno, nen fazerse Rey por forcia, nengun religioso, nen a otro home, nen siefuo, nen otro home estraño, si non ye de linage de los Godos, e fillo dalgo, e noble, e digno de costumes, e con el otorgamiento delos Obispos, e delos Godos mayores, e de todo el poblo. Id ipsum patet ex Concilio Toletano 4. vltima Canone, & Concilio Toletano, 5. c. 3. quæ loca adducit Ludouicus Molina lib. 1. c. 2. nu. 11. & hoc est verissimũ & cõsentiunt oẽs, ante Pelagiũ electos fuisse Reges Gotos, qui reb. pẽssent Hispanis, nec successione aliqua delatũ esse regnũ: qđ verò legit in d. l. Gotorũ, Que de aqui adelãte los Reyes deuẽ ser esleydos

Source : BIU Cujas

en la ciudad de Roma, Ludouicus Molina intelligit nomine ciuitatis illius (cum Latina exemplaria legant, nō Romę, sed in vrbe regia) Toletum, quod quidem neque ausim comprobare, neque reprobare, existimo sustineri posse lectionem vulgatam, vt Reges Goti electi sint Romæ, vel in Hispania in vrbe vbi mortuus erat Rex, quod vel ex hoc carmine Hispano satis cōstat, quod vulgò de electione Bambæ Goti circunfertur, in qua electione propter varias sententias Hispanorum Romam ad Summum Pontificem itum est, qui de ea re statuit, quod faciēdum foret: plurimum enim in creandis nouis Regibus poterat Episcoporum authoritas, vt patet ex prædictis locis, quibus dissentientib. necesse erat, vt contentio electionis Romæ à Summo Pontifice definiretur, ideoque constitutum erat, vt vel Romæ propter varia studia Principum & Episcoporum, vel his non pugnantibus, neque dissentientibus fieret electio in vrbe, in qua Rex Gotus moreretur, quodque ait prædicta lex, E non deue ser elegido defuera de la cibdad. Planum habet sensum, vt non eligatur Rex, nisi ex eis qui in vrbe reperiantur ad electionem faciendam. Erat enim Pontificis Maximi sacrosancta authoritas, qui Hispaniam cōcesserat Gotis Debellandam propter prauos mores, & noua dogmata eorum, qui ea ætate Hispaniam inuoluerant, vel ad Summum Pontificem saltē discordantibus Gotis expectabat electio Romæ tunc facienda, atque hæc fuit Gotorum ratio in creandis Regibus longissimo temporis cursu obseruata, quousq, à Mauris, qui Mauritaniam incolebant, tradētibus aliquot Hispanis ob priuatas simultates deuicta & expugnata est, vnus enim Pelagius cū paucissimis relictus ex antiquo & nobili Gotorum genere, ne partium diuersarum studia quod sibi reliquū erat ex vniuersa Hispania acciperent, neve paucorum ambitio, & desperatum regnum, si electione conferretur vires alioquin exiguas minueret electione propter regni formitatem reiecta, sanctissimè constituit, vt regnum deinceps non electione, sed successione conferretur, sic enim existimabat, ob firmata Hispanorum fide, reiectaque belli ciuilis causa, quod nisi ob regnum excitari non poterat, certo subinde Rege, posse Hispanos licèt in extremo malo cōstitutos, pro sua antiqua animi magnitudine, quod turpiter amiserant, fortiter recuperare, quæ Pelagium minimè decepit opinio
18 † refertur hæc lex edita à Pelagio à Luca Tudensi in suo chronico, licèt aliqui Codices de lege illa mentionem non faciant, & ex relatione Tudensis refert Ioann. Lup. de Palat. Rub. de obtentione regni Nauarrę. part. 6. §. 9. & in rub. §. 69. num. 26. quicquid de lege illa quam refert Lucas, & post eum Palatios Rubios sit, certè à Pelagio ad promulgationem vsque legum Partitarum, non solum cessauit electio, quæ fuerat priscis Gotis, verùm varius fuit & incertus modus succedendi in regno, & si verum amamus, regnum certè Hispanię
19 hæreditario quodam iure delatum est. Leges † autem Partitæ licèt à Rege Alphonso Nono conditæ sint, quod patet in prooemio ipsarum legū, publicatæ tamen nō sunt ad tempora vsque Alphonsi Vndecimi, qui primus constituta lege præcepit, vt Partitarum leges in decidendis causis obseruarentur, æra millesima trecentesima octuagesima sexta l. 4. tit. 4. lib. 1. Ordinationum antiquarum, ibi, Mandamos que se libren por las leyes contenidas en los libros de las siete Partitas, fechas y ordenadas por el Rey dō Alphōso nuestro progenitor, itaque à Pelagio ad Regem vsque Alphonsum Vndecimum, quo tempore d. l 2. tit. 15. par. 2. publicata est, quæ regni successioni certam rationem apposuit, varius fuit modus succedendi, sed ille magis obseruatus est, ex verissima rerum gestarum serie, qui proprius ad hæreditaria iura accedebat, & regnum Hispaniæ hæreditarium esse cœpit, reiecta electione, nullaque vel ea ambigua de regni successione lata & constituta lege, quam modo nō habemus, nisi ex relatione Tudensis Lucæ, quam tamen aliqui Codices antiqui & manu scripti non habent, vnde toto illo tempore varie de regni successione disputatum est, vicitque illud quod ad hæreditatis delatæ iura magis pertinebat, vt verosimile sit, ad legem vsque partitæ à Pelagio regni successionem in nihilo separatam esse, à successione reliquarum hæreditatum, quas
20 Hispanis viris, viri Hispani relinquerent † nam primum Rex Fernandus, cognomento Magnus æra millesima nonagesima tertia regnum Hispaniæ tanquam hæreditatem paternā diuisit inter liberos obseruata ratione l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamentis. & l. 7. tit. 1. par. 6. quæ plures post annos lata est, siquidem quatuor filijs Sancho, Alphonso, Garciæ, & Vrracæ, vniuerso patrimonio per partes distributo, totam hereditatem reliquit, & quamuis Sanchus natu maior primum restiterit, postea tamen consensit, ex eo autē resistebat; quia existimabat, Hispanam ditionem diuidi non posse, quod ita vsitatū esset Gotis, pater autem sanctissimus, quia ius illud Gotorum tanquam nobis inductis moribus, vel lege noua constituta abolitum, & extinctum esse nouerat, nō desijt regna veluti patrimonium diuidere, in qua quidem ætate, & in obscura ratione successionis rectius est, vt pro parente Fernando pronuntiemus, qui regna inter libe-
21 ros diuisit, idque est testamento, †quam pro Sancho qui vt diuisionem impediret, ne diuiderētur, antiquam aut potiùs antiquatam cōsuetudinem Gotorum adducebat, cuius querela non solùm non commouit parentem, vt ab incępto desisteret, sed magis vt animum suum confirmaret, videbat. n. à Pelagio lōgè aliam rationem esse initam successionis, quæ leges hæreditarias subiret, idque magis mihi persuadeo; ex eo, quia facta illa regnorum diuisione cum ad Regem accederent Rodericus de Viuar, cognomento Cidius, & Fernandus Regis filius nothus purpurei galeri insignib. decoratus, causamque diuisionis eius à Rege percontarentur, eas Rex prudens causas explicauit, quæ proculdubio ad hæreditatē pertinent, amittendam, vel consequendam, causas enim ingratitudinis retulit, quas Sanchus filius maior natu commisisset ibi, Ca yo di a dō Sancho a Castilla, q̄ es flor de los reynos, mas no plega a Dios q̄ los el logre, ca dos vezes me desonrro en mi casa, e firio mal a dō Garcia, e a don Alphonso ambos hermanos ante mi, de q̄ me toue por abiltado, e mā-de Dios, q̄ nunca fijo faga q̄ māde el reyno. Ex quib. etiā si ad Sanchū regna oīa pertinuerint, pronū erat exhæredatū illū fuisse pro parte, constat autem sustineri exhæredationem pro parte instituto exhæredato filio in re certa: quia cum de supplenda portione integra agit, obijciuntur causæ exhæredationis, quam exhæredationem pro parte facta institutione in re certa fundat Angelus de Perusio in l. si pater. C. de institutionibus & substitutionibus. Meritò igitur Sancho relictum est regnum Castellæ appositis causis exhęredationis, vt si regnum diuidi non posset, quod tamen fieri posse, existimabat Rex Fernandus, saltem Sanchus exhæredatus pro parte reperiretur, vtrumque autem, vt patet ad oculum, ad regni hæreditariam successionem pertinebat, siue vnus, siue plures succederent, sicque existimandum est, nihil statuisse ea ætate Regem optimum, quod contra iura sui regni dispositum videri posset. Obtinuitque diuisio, & iurerando Sanchi religiosè approbata est, ibi, E alli à juramento otra vez el Rey don Fernando a sus fijos, e dio maldicion, al que fiziesse cambio por cambio, ni tomasse ninguna cosa, a pesar de sus hermanos, e ellos prometieronlo, e otorgaronlo. Mortuo verò Fernando, Sancho aduersus sororem bellum suscipiente, ipse ob contemptam religionem Deum habuit authorem pœnæ, vlciscente diuina ira iurisiurandi contemptum, & diuisionem regnorum factam, non obscuro iudicio approbante, vt facilè sit, vel ex hoc exemplo, & rei gestæ narratione à Pelagio hæreditarium fuisse regnum Castellæ, quod diuideretur tanquam hæreditas, & quædam ueluti exhæredatio reperiatur, iterumque regna
24 diuisa sunt iure quodam hæreditario, † Aldhonso enim, qui cognomento Imperator dictus est, mortuo æra millesima centesima nonagesima secunda relictis duobus filijs, Sancho, & Fernando, alter Castellam, alter Legionem obtinuit, durauitque diutius ea diuisio, quousque iterum ad Castellæ ditionem hæreditario iure Legionense regnum reuersum est, de quo meminerit Ludouicus Molina libro primo. de Hispanorum Primogenijs. capit. secundo. numero decimo-
25 quinto. † quin immo & Alphonsi Noni tempore variè de regni successione disputatum est, mortuo enim Fernando Regis Alphonsi filio natu grandiore, relictoque filio Alphonso Regis nepote, Sanchus cognomento postea Ferox vocatus, à feritate innata, qua contra iuris diuini & humani leges omnes parentem de se optimè meritum bello impetitum regno tandem repulit; quia post Fernandum emortuum maior reperiebatur idem Alphonsi Regis filius, regnum ad se pertinere mortuo fratre maiore, viuo vtriusque parente, dicebat, simul atque Rex moreretur, etiam si frater maior natu filium reliquisset, & tum primum orta est in Hispania quæstio de patrui & nepotis successione, non poterat autem lege Partitæ definiri, quæ (vti diximus) nondum erat publicata, ita enim Sanchus mortuo fratre successionē solicitabat, vt est in Chronico Alphonsi Noni, e luego don Sancho tablo con don Lope Diaz, e dixole, que pues el fincaua el mayor de sus hermanos, que el deuia heredar los regnos despues de dias de su padre, que le rogaua le ayudasse. Obtinuitque regnum Sanchus secundogenitus expulso ne-
26 pote ex filio maiore: qui † tamen parentis testamento exhæredatus est, ita refertur in testamento Regis Alphonsi Noni, quod est post eius Chronicon, Porende nos sigiendo esta carrera despues de la muerte del infante don Fernando nuestro fijo mayor, como quier que el fijo dexasse de su muger de benedicion, si el viniera mas que nos, por derecho deue heredar lo suyo, assi como

aula

Source : BIU Cujas

auia de heredar el padre,mas pues que Dios quiſo que ſalieſſe de medio q̄ era lina derecha por deſcendencia el derecho de nos a los ſus fijos, e nos catando el derecho antiguo,e la ley de razon, ſegun el fuero de Eſpaña, otorgamos entonce a don Sancho nueſtro fijo mayor que lo ouieſſe en logar de don Fernando, porque era mas llegado por linea derecha que los nueſtros nietos,fijos de don Fernando,e eſto dimos y otorgamos gelo,mas complidamẽte, que gelo podiamos dar,e torgar,fiando en la merced de Dios, que pues el es rayz de todos los bienes, e derechos que faria a don Sancho que lo en tendieſſe. Quæ verba me magnopere commouent, cum ab eo dicta ſint, qui iam lege lata non tamen publicata, potiorem ſtatuerat cauſam in ſucceſſione regni nepotis quàm patrui,ſcilicet d.l.2.tit.15.par.2. ac id quidẽ conſtituerat ex inueterata conſuetudine Hiſpaniæ,vt refertur in in d.l.2 ibi. Y aun mandaron que ſi el fijo mayor murieſſe ante que heredaſſe, ſi dexaſſe fijo, o fija que ouieſſe de ſu muger legitima,que aquel,o aquella lo ouieſſe, e non otro ninguno. Ego tamen arbitror hoc de patruo excludendo à nepote in d.l. additum fuiſſe ab Alphonſo Vndecimo propter id quod legitur in eius Chronico cap.46. Denique Sanchus cõſentiente & approbante parente excluſo nepote regnum obtinuit,& à ſucceſſione regni poſteà ab ipſo parente exhæredatus eſt,quod patet in dicto teſtamento, ibi. E otroſi el fijo que deſheredare el padre cõtra mandamiento de Dios, e que lo manda la ley aquien quier que padre o madre deſheredare,que muera por ello, e porẽde don Sancho porque lo fizo contra nos deue ſer desheredado. Otroſi por el deſheredamiento que nos fizo tomando nueſtros heredamientos,a muy grã quebrantamiento de nos,no queriendo eſperar faſta la nueſtra muerte, por auerlo con derecho como deuia,es desheredado de Dios,e de natura, e nos desheredamos le otroſi por fuero,e por ley del mundo,que non herede en lo nueſtro,el ni los que del vinierẽ. Otroſi porque nos deſapodero del mayor deſapoderamiento que nunca fue fecho a gome,deue el ſer deſapoderado contra verdad e contra derecho,dezimos nos contra el,aquel mal que Dios eſtableſcio contra aquel que tales coſas fizieſſe, eſto es, que ſea mal dicho de Dios,ç de Sancta Maria,e de la corte celeſtial, e de nos,por el disfamamiento que fizo de nueſtra perſona, disfamamos le nos de aquel disfamamiento que el ſe quiſo auer. Plura alia ſunt,quæ ad exhæredationem pertinent,gratiſſima,alia quidem,& tanto Rege digniſſima,protinusque in diſpoſitione ad regni ſucceſſionem vocat nepotes ex filio Fernando natu grandiore his verbis,ne cui dubium ſit,ſactam fuiſſe exhæredationem de regni ſucceſſione,ibi. E porende ordenamos e mandamos, e otorgamos eneſte nueſtro teſtamento, que nueſtro ſeñorio mayor de todo lo que auemos, e auer deuemos, finque deſpues de nueſtros dias a nueſtros nietos fijos de don Fernando nueſtro fijo, que fue primero heredero,de guiſa que el mayor herede el ſeñorio. Et rurſum ibi regni ſucceſſioni ſubſtitutionem facit, ibi. E ordenamos aun mas, que ſi fijos de don Fernando morieſſen que deuieſſen heredar, que tome eſte nueſtro ſeñorio el Rey de Francia, porque viene derechamente de liña derecha onde nos ſtenimos del Emperador de Eſpaña,e es viſnieto del Rey don Alfonſo de Caſtilla, bien como nos e es nie-
27 to de ſu fija. Quæ † exhæredatio certè fieri non potuit, niſi regnum iure hæreditario deferretur, ſic enim diſtinguunt noſtri,& quamuis in primo inſtitutore maioratus latè diſputent, an poſſit exhæreclare,vt per Mod. Pariſ. in conſuetudinibus.Pariſienſibus.tit.1.§.8.glo.3. nume.12. Peralta in l.3.§. qui fideicommiſſam. numero 86. ff. de hæred. inſtituendis. Dominus Antonius de Padilla in l.vnum ex familia. §. ſi de Falcidia.numero 16.ff.de legat.2. Emanuel Coſta in quæſtione de patrui & nepotis ſucceſſione.pagin.252. Menchaca de ſucceſſionum creatione. §. 21. numero 146. Tiraquellus de primogenio quæſtio.21.nu.4. & 10. Guilielmus Benedictus in c.Raynutius.verbo in eodem teſtamẽto.el primo.nu.207. tamen in caſu, in quo iure particulari vocationis non hæreditario ſuccedatur,non ab vltimo poſſeſſore capiendo,ſed à primo inſtitutore,proculdubio exhęredatio facta ab vltimo poſſeſſore nihil obeſt ſucceſſori,cum ab eo nihil accipiat,ita concludit Mod.Pariſ.vbi ſupra numero 10.Antonius Gometius in l.40.Tauri.numero 71.& reſoluit, & dicit veriſſimum idem Molina lib.1.cap.9.nume.2.verſicul.aut agimus. Cum igitur regna inter hæredes diuiſa ſint,& ſucceſſor ſit exhæredatus ab vltimo poſſeſſore,proculdubio dicendum eſt,defer
28 ri regnum iure hæreditario. De † ea autem exhæredatione Sanchi latiſſimè diſputatum eſt,poſt plures annos,ſola enim illa exhæredatio conſeruauit Hiſpaniæ regnum Ioanni Regi Primo,filio Henrici primi, contra Halencaſtrum Britanũ coniugem Mariæ,filiæ Petri Regis, cognomento Crudelis, qui Halencaſtrus contendebat reſtituendum eſſe ſibi Hiſpaniæ regnum, qui nliam maiorem natu Petri, cognomento Crudelis duxiſſet,porrò Ioannem Primum filium eſſe Henrici, qui fratrem verè Regem regno repuliſſet, deinde occidiſſet. De eaque re variè diſputatum eſt ab vtriuſque legatis ad Pagum Valderas, qui non longè diſtat ab vrbe Aſtoricenſi, totaque cauſa Ioannis Primi deriuata eſt ab exhæredatione Sanchi, refertur in Chronico Ioannis Primi,vbi pulchrè de regni iure actum eſt, digna res, quæ ſæpiùs perlega-
29 tur, quio † quòd idem Rex Alphonſus debita præcepit, vt à regni ſucceſſore ſoluerentur in eodem teſtamento, veriſſimum ergo eſt, licèt tempore Gotorum regnum ex electione cederet, à tempore tamen Pelagij ad publicationem legum Partitarum hæreditarium fuiſſe,vt qui inter liberos diuiſum ſit,& exhæredationis iura admiſerit.

30 † At verò dicta l.ſecunda.titu.decimoquinto.par.ſecunda, certus modus conſtitutus eſt ſucceſſioni,vt filius maior mortuo patre ad regnum admitteretur, quod verò ſubdit dicta l.ſecunda. Do quier que el ſeñorio ouieron por linage,e mayormente en Eſpaña, ad Pelagij tempora referendum eſt, non ad Gotorum tempora,item quòd ſucceſſio fiat ex recta linea deficiente filio maiore, vnde filia quoque admiſſa eſt defecto maſcolo, ibi, Que ſi fijo varon y non ouieſſe, la fija mayor heredaſſe el reyno, vtque nepos ex filio maiore patruum excluderet, ibi. E aun mandaron que ſi el fijo mayor morieſſe ante que heredaſſe, ſi dexaſſe fijo, o fija que ouieſſe de ſu muger legitima, que aquel, o aquella lo ouieſſe e nõ otro. Ex his omnibus autem nuſquam ablata eſt hæreditaria qualitas, immo lex ipſa hæreditatem eſſe ſignificat repetito illa ſæpius verbo, Heredaſſe, verbumque illud, Por linage. Quodque ex eo volunt deducere, vt regnum deferatur iure ſanguinis non iure hæreditario, primò referunt ius antiquum, quod certè hæreditarium fuit ex his, quæ diximus ſupra. Præterea nihil obſtat: vt bona aliqua diferantur propinquiori, & retineant iura & qualitates hæreditarias,quod in Gallia recipitur in maioratibus,qui iure præcipui filio maiori competit,de quibus Tiraquel.Mod.Pariſ. & Guilielmus Benedictus vbi ſupra ob idque ſemper leges Partitarum retinent nomen heredar, nam l.tertia.dicto titu.decimoquinto.partit.ſecunda.verbum illud repetitur, ibi, Finca niño el fijo mayor que ha de heredar, & rurſum, ibi, La octaua,que ſean tales que no codicien heredar lo ſuyo, cuydando que han derecho en ello deſpues de ſumuerte, quod in pupillo ad regni ſucceſſionem proculdubio referendum eſt, ac ſtatim ſequitur lex quarta. quæ de debitis eſt, & legatis ſoluendis, quæ proculdubio de regni ſucceſſore eſt intelligenda, ex qua dicta lege quarta. iuncta dicta lege ſecunda.neceſſariò deducendum eſt; quia de debitis & legatis nihil in l. ſecunda.fuerat diſpoſitum remanere intacta quantum adhoc iura hæreditaria, quæ de debitis, & legatis præſtandis ſtatuta ſunt in reliquis hæreditatibus, idem de contractibus ſtatuendum cenſeo. De quibus nihil ſit diſpoſitum in dicta l. ſecunda.cum tamen aliæ leges obſeruentur, quæ de alienatione conſtitutæ ſunt l.quinta. eodem titu. & partit. & nouioribus poſtea latis, de quibus nihil ad nos. Eſt ergo regni ſucceſſio illuſtrior, excellentior, nobilior, & tota particularibus legibus definita, quæ perpetuam regni conſeruationem pollicentur, vnde perpetua quoque maioratuum conſeruatio poſtulata eſt, ob id tamen ſicuti reliqui maioratus indigniores, qualitates hæredis non amiſit ſucceſſor in regno, immo hæres vere eſt & debita ſoluit, & legata præſtat, & contractus obſeruat, obſeruata vetuſtate,& antiqua ratione ſucceſſionis, quæ hactenus correcta cenſeri debet, quatenus dicta l.ſecunda. immutata reperiatur, hinc eſt, vt nomine expenſarum & meliorationum, quæ fiunt ad regni conſeruationem, & defenſionem, ornatum, vel ſplendorem, perpetuo tenore à Gotis, ad noſtra vſque tempora,nihil vnquam à coniuge, & reliquis filijs ſit petitum; quia ſcilicet vnum regnum eſt & indiuiduum, etiam ſi ex ædificijs, vel aliàs expenſæ procedant,inſtar regni de reliquis maioratibus conſtitutum eſt l.quadrageſimaſexta. Tauri.Iam enim tum à Gotis hæc lucra regno cedebant, dicta l. ſecunda. in princip.del fuero juzgo,ibi, Mas las coſas que ellos ganaren non las deue auer ninguno de ſos fillos. Alias enim breuiter periret regnum, quæque ad l.46. Tauri adduximus, multò fortius in regno admittenda ſunt.

Hinc puto deriuatum, vt regnum propter hæreſim auferendum ſit ab hæretico Rege, & ab eius liberis, quod tenent eruditiores, vide Iacob. Simancæ libro diſputat. capit. 16.& ibi, quid verba illa, iure ſanguinis,ſignificent,qualiterque ſint accipienda.

31 † Plura enim regna iure hæreditario deferuntur, vt patet ex his quæ refert Oldradus in conſ.94. & ſequentib.& conſ. 230.Albericus in proœmio Digeſtorum §.diſcipuli,& in l.fi. C.de donationibus inter virũ & vxorem. Petrus de Ancha-

Source : BIU Cujas

rano in capitu. licèt de voto. Panormitanus in consi. 3 lib. 2. Martinus Laudensis in tractat. Primogenij, in fine. Et tamen in his regnis hæreditarijs, vt patet ex his, quos retulimus omnia ferè sunt, quæ admittuntur in regnis non hæreditarijs, vnus enim admittitur natu grandior, excluditur fœmina, indiuiduum regnum est, admittuntur autem reliquæ qualitates hæreditariæ, quæ solent recipi in priuatis successionibus, quin ꝙ omnes agnoscunt regnum Vngariæ esse hæreditarium, in c. licèt. de voto, & Oldradus cons. 93. nu. 16. & Martinus Laudensis vbi supra, q. 19. & Ripa in l. nemo potest. nu. 7. ff. de leg. 1. asseuerant generaliter, Regem posse priuare primogenitum filium regno propter legitimam ingratitudinis causam, iuxta §. causas. in Auth. vt cum de appel. cognoscitur. colla. 8. & licèt Guilielmus Benedictus vbi sup. num. 209. & Mod. Paris. vbi sup. nu. 12. intelligant contrarium in Delphino Franciæ, tamen id Guilielmus Bened. num. 209. dubitat, in Hispania certè facta semel exhæredatio magnum argumentum præstat, vt possit fieri: cum nihil contrarium dispositum reperiatur, pro quibus quoque maximè facit diuisio illa, quæ facta semel ac iterū est à Regibus Hispaniæ, quæ ad iura hæreditaria maximè accedit ex his, quæ adducit Baldus in auth. hoc amplius. C. de fideicommissis. nume. 10. vbi quærit, an filij Regis possint diuidere Baronias inter se, vt euitent futuras dissensiones, & respondet posse de consensu patris, & licere ipsi Regi id facere, vel reuocare, dum viuit. Vnde in diuisione illa, quam adduximus, facta semel, & iterum consensus filiorum & viuentis Regis expectatus est, ex quibus (ni fallor) nihil oberunt disposita in d. l. 2. tit. 15. par. 2. cū ea omnia admittantur in regnis hæreditarijs, neq; destruant reliquas hæreditarias qualitates, quæ inibi immutatæ nō reperiuntur, ex quibus (quantum coniector) multa deducebat Emanuel Costa præceptor meus in quæstione de patrui & nepotis successione, de regni successione. pagina mihi 135. & sequentib. quę quidem cum dicta sint à viro iuris scientissimo, acute, eleganter, & ex fundata iuris ratione, & serie rerum antiquarum planè non sunt commertia, vt errores vocentur, honestius præsertim cum mortuis luctandum est, ne videamur emortui Leonis barbam vellere. Meritò ergo regnum à maioratu separamus: quia separatam habent rationem, licèt doctiores bis ac ter nihil inter vtrumque distinguant, illud verò mihi quoque referre liberum est, hæc tibi videntur. illa verò mihi.

32 † Præterea facit pro prędictis c. licèt, de voto, iuxta veram & elegantem interpretationem eius decisionis, quam relatis reliquorum interpretationibus trademus, sic enim constituit communis & recepta sententia cum glo. in d. c. licèt, ꝙ ideo ibi in specie proposita filius Regis Vngariæ amisit regnum integrum propter non adimpletum votum parentis, & non legitimam portionem duntaxat: quia scilicet portio legitima, qua solum prima facie videbatur priuandus, nō poterat deduci à regno; quia regnum erat indiuidum, aiunt. n. ꝙ quamuis propter non adimpletum votum parentis filius non possit legitima priuari, notat Cardinalis Abb. & Imol. in c. si hæredes. de testamentis, vbi Couarruuias nu. 9. Segura in l. 3. §. fin. ff. de liberis & posthumis. Ioannes Lecirier, qui latè tradit de primogeni. lib. 3. q. 6. nu. 15. Mod. Paris. vbi sup. num. 19. d. tit. 1. §. 8. glo. 3. id tamen aiunt non habere locum, neque esse recipiendum in regni successione, in quo legitima non potest deduci à regno: quia regnum vnicum est, & indiuiduum, ob idq; integrè regnum amittitur, quæ quidē interpretatio satis conuenit his, quæ diximus; in regno enim quantumuis hæreditario singularia quædam cōstituta sunt, quæ regni successionem separat, à regulis vulgaribus reliquarum hæreditatum, quod patet vel ex d. l. 2. tit. 15. par. 2. & fatentur omnes, qui de regnis hæreditarijs verba faciunt.

Ex qua communi interpretatione deducebat Rodericus Yuarez in l. quoniam in priorib. C. de inofficioso testamento. in princip. num. 20. vt scilicet licèt verùm sit, ꝙ iuxta decisionem eius legis omne grauamen de legitima reijciatur, vnde recipiendum quoq; esset voti adimplementum, & quodlibet onus legati quantumuis pij appositi, ꝙ illud fallit, quando hæreditas consisteret in regno, seu alia dignitate indiuidua, quia tunc ratio illa indiuidui faceret, vt filius legitima priuaretur, ex decisione d. c. licèt, qui intellectus pendet ex communi interpretatione ad d. c. licèt.

Hostiensis, Ioannes Andreas, & communiter in eodem c. licèt. & glo. & scribentes in c. si hæredes. de testamentis, ex eo quoque filium priuatum regno esse aiunt; quia nō adimpleuit contenta in paterno testamento, aiuntq; esse inibi casum specialem, scilicet fauor testamenti & piæ causæ, istumque intellectum sequitur Petrus Peralta in l. 3. §. qui fideicōmissam. ff. de hæredib. instituend num. 86.

Ioannes Lecirier de primogeni. lib. 3. q. 6. Guilielmus Benedictus in c. Raynutius. verbo si absque liberis moreretur. el 2. nume. 21. Mod. Paris. vbi supra tit. 1. §. 8. glos. 3. nume. 16. Couarruuias in dicto cap. si hæredes. num. 10. Gregorius Lopez in l. fin. tit. 10. par. 6. in glo. fi. Antonius de Menses in authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. num. 18. Ludouicus Molina lib. 1. de Hispanorum Primogenijs. cap. 9. num. 5. aliter interpretantur text. in d. c. licèt. Ideo ibi filium priuatum fuisse regni successione, quòd ipse se expresse ad votum paternum implendum adstrinxit, quod probant ex litera ibi, & id assumpto crucis signaculo te sine dilatione adimpleturum esse promisisti, & iterum, ne si onus tibi à patre iniunctum, & à te spontè susceptum, & iterum debitum acceptæ crucis exsoluens propositum iter accipias.

Innocentius, & eum secutus Emanuel Costa vbi supra, tenent regnum hæreditarium esse, ob idque nihil perspiciendam esse obligationem filij, qui etiam si voto non se adstrinxisset, ire tamen Hierosolymam in manu forti teneretur, qđ (vt ipsi dicunt) regnum hæreditas sit, & hæreditarijs legibus alioqui non antiquatis subiaceat, hanc autem aiunt non esse antiquatam, neque de medio ablatam.

Hi fere sunt sensus ad d. c. licèt, qui proculdubio bifariam diuiduntur, qui enim priuationem regni ad obligationem filij referunt, ferè in eo sensu sunt, vt regnum hæreditarium esse, aut deferri iure hæreditario negent: tunc enim, qua filius regnum accipiens nihil ex eorum sententia recipiebat à patre, in nihilo quoque ad votum obligatus erat paternum, ideo autem; quia se adstrinxit libens ac volens, compellitur ire Hierosolymā in manu armata, quòd si regnum hæreditarium esset, ex horum sententia non esset necessaria propria filij obligatio, qui satis ex ipsa recepta hæreditate obligaretur: simile aiunt de maioratu, quem pater non instituit, vt filius non adimplens voluntatem patris non possit priuari eo maioratu, quem filius iure sanguinis ab institutore accipit non à parente, Ioannes Lecirier de primogeni lib. tertio. quæst. 6. Palatios Rubios in Repet. cap. per vestras. folio 83. num. 42. Mod. Paris. vbi supra, & Guilielmus Benedictus vbi supra d. verbo, si absque liberis moreretur. el 2. nume. 216. & ita ex hac interpretatione tenet Molina vbi supra, numero 4. Denique ex eo quòd filius propria voluntate se obligauit & adstrinxit ad voti pij adimplementum, arbitrantur regnū non delatum esse iure hæreditario; quia si iure hæreditario deferretur, nulla talis obligatio filij esset necessaria, neque præposita, quæ interpretatio optimè priuationem regni deducit ex obligatione propria, perperam tamen ex eo in proposita specie. dicto cap. licèt, arbitratur, regnum non deferri iure hereditario, quasi aliàs non sit necessaria obligatio filij, si regnum vti hæreditas deferretur, patebit enim regnum delatum, etiam si sit iure hæreditario, quod supra probauimus, necessariam adhuc fuisse obligationem filij, vt ad implendum votum parentis compelli posset, ita vt nō sufficiat in proposita specie dicto cap. licèt, regnum esse hæreditarium, & filium Regem in regno quoque hæredem, vt compelli possit ad exequendum votum patris, nisi particulari obligatione filius seipsum ad id adstrinxerit.

Quia autem regnum næreditarium esse contendunt, nihil faciunt obligationem filij, quasi ea necessaria non sit, cum filius hæres satis hæreditatem ingressus actiones omnes pro ipso accipiat, & contra ipsum patiatur, quod tenent Innocentius & Emanuel Costa. Denique qui has cruces effugere conati sunt, ad fauorem piæ causæ occurrunt, omitto communem sententiam, quæ cum regnum hæreditarium esse dicat, in regno legitimas portiones esse conatur, quas tamen amittant filij propter rationem indiuiduam, quæ in successione regni reperitur, quæ communis opinio & recepta sententia de obligatione illa filij nihil curauit, quem satis ex eo obligatum esse existimauit, quia hæres in regno hæreditario tanquam in hæreditate accepta reperiebatur.

Ego autem sic constituo, regnum Vngariæ hæreditario iure deferri, & filium Regem hęredem extitisse parenti in regno hæreditario, quod communi sententia receptum est in dicto cap. licèt: & recepta interpretatione, & patet ex litera text. in dicto capitu. licèt, tum etiam constituo, necessariam adhuc fuisse Regis filij oblationem, vt ad exequendum votum emissum à parente compelli posset, & iustissimè in dicto cap. licèt: Summum Pontificem expendisse obligationum filij Regis, etiam si hæres esset; quia sine voluntaria illa obligatione filij quantumuis hæredis, ire Hierosolymā nunquam compelleretur, vnde cessant considerationes illæ ex obligatione personali; quia obligatio illa personalis non ademit qualitatem hæredis, rursumque etiam si filium hæredem fateamur parenti in regno, adhuc necessaria fuit obligatio, neque solæ hæreditariæ actiones compellere poterāt filium, vt votū parentis adimpleret. Nota enim est distinctio in illa quæstione, an hæres teneatur adimplere vota testatoris sui, quæ distinguit inter votum reale & votum personale,

Source : BIU Cujas

nale,vota realia sunt,quæ pendent quò ad implementum ex bonis & rebus testatoris, quale est, si testator vouerit se Ecclesiam ædificaturum,aut centum expẽsurum charitatis, & pietatis causa;quia hæres,qui debita soluit,vota quoque hęc realia omnino adimplet,& ex eo solum,compellitur, ꝙ hæres sit eius,qui voluerit, aliud tamen est votũ personale,quale votum continentiæ,ieiunij est,& in eo genere si quis votũ voueat,adeundi Compostellam,vel Hierosolymam,quę adimplere neque ipse hæres:quia hæres tenetur, nisi se ad executionẽ propria voluntate adstringat,siue filius sit,siue alius, nihil distinguimus,notant Panormitanus & reliqui in d.c.licèt.glo in l.2.ff.de pollicitationibus. Paludanus in 4. dist. 38. q.3. art.3. Nauarrus in Manuali c.12.nu.56. qui allegat l.2.ff. de pollicitationib.vbi subdit, ꝙ si testator vouerit votũ partim personale partim reale, veluti si promiserit adire Cõpostellam,& ibi mille piè & religiosè expendere, ꝙ hæres mille expendet,Compostellam verò ire minimè compelluntur, ꝙ si solum votum personale expressum sit, nihil verò exprimatur reale,tunc etiam si quippiam in ꝓñam voti personalis accedat reale,cum accessorium sit, ad votum personale (ait) in nihilo teneri hæredem, quod explicat in eo qui vouit, & promisit,se religionem ingressurum,vt hæres neque obligatus sit ingredi monasterium,neque monasterio reddere, qđ aliàs ex bonis habiturus erat,si testator ingressus esset, argumento l.cum principalis.ff.de reg.iur.c.accessorium. de reg. iuris.lib 6.modò cum in d.c.licèt.Rex Vngariæ vouisset,se visitaturum Hierosolymam, quod quidem votum erat personale,necessaria fuit obligatio Regis,eiusdemq; filij quãtumuis hæredis,& rectè contenditur, regnum Vngarię esse hæreditarium, & delatum fuisse iure hæreditario, & coactum fuisse filium, eundemq; hæredem ex promissione particulari,quam fecerat; quia aliàs compelli non poterat,& meritò priuatur successione,vt inquit tex.in d.c.licèt,hoc est regno; quia regnum illud hæreditarium totum & solum erat & est indiuiduum,licèt hæreditariũ,ex quibus cessant omnia quæ circa d.c licèt,somniant interpretes, & facit apertè d.c.licèt. pro his,quæ diximus,vt regnum sit hæreditarium,& deferatur in hæreditario, licèt sit indiuiduum;quia nobilior hæreditas est,nobilioribus legibus definita,quàm sint reliquę hęreditates,quæ leges expressè sunt singulæ in d.l.2.tit.15. par. 2.in reliquis autem confitendum est, admittendas esse cæteras leges,quæ in priuatis hæreditatibus recipiuntur:ex quib. (nisi fallor) successor in regno debita soluet,& legata prestabit, & contractus obseruabit, quæ tamen regnum indiuiduum, & permansurum,neque diuidant,neque minuant,aut labefactent,hactenus de debitis, quod à nobis candidè dictum sit, veritatem indagantibus, non obstinatè si quis in aliam sententiam ratione detrahere voluit.

33 Ex quibus† (nisi fallor) absolutum est, maioratus successorẽ non teneri soluere ea debita,de quibus egimus,quamuis cõtrarium in regni successore sit recipiendum,quod tamen (vt perficiamus) limitabat Dominus Antonius Menesses de Padilla in d.§.si de Falc.nu.11.in impensa funeris,facta ad sepeliendum mortuum vltimum possessorem, vt successor maioratus soluere teneatur,quod ipse censuit ex ratione quæ mouit Iureconsultum Pomponium in l.quod si nulla.ff.de relig. & sumpt.funeris.quia non possit non videri iniuria successoris insepultus & inhumatus mortuꝰ possessor maioratus:idque in feudi successore animaduerterat Mat.de Afflic.in c.1. licèt Molina d.c.10.nu.33.teneat contrariam opinionem,nõ dubium est,quin Matthæus de Afflictis, & dñs Antonius de Menesses perspexerint d.l ꝙ si nulla. versari in casu & specie longè alio,quàm maioratus,sed tamen doctè & cordatè animaduertunt rationem eius decisionis versari in successore maioratus sicuti in feudatario,& vxore, vel marito,cumque sit eadem ratio,necessariò fatendum est,esse eãdem iuris dispositionem, cur enim patietur nouus maioratus possessor antiquum iacere inhumatum,genere sibi coniunctũ,de propria familia,cũ quo sibi charitatis affectio,& affectionis causa intercedat? Certè Matthæi,& D.Antonij opinio æquitate plenissima videri poterit iudici cordato,& prudenter res intuenti.

34 † Secundò limitat & restringit idem D.Antonius in d.c.si de Falcidia.num.11.prædicta, vt si debita sit cõtracta pro necessarijs alimentis personæ vltimi maioratus possessoris, nouus successor omnino teneatur soluere huiusmodi debita, argumento eorum quæ in prælato tradit Panormitanus in c.ex præsentium.nu 5.de pignoribus.vbi ꝙ successor prælati tenetur ad debita, quæ mortuus contraxit pro necessarijs alimentis.idem Abbas in c.si quorundam.nu.2. de solutionibus.de qua & meritò dubitat Peralta in d.§. qui fideicõmissam.num.131.& 132.& restrinxit ad casum particularẽ, ego ita interpretor, vt habeat locum in debitis cõtractis propter alimenta,contractis ab institutore maioratus, post institutũ maioratum, & post nominationem irreuocabilem factam, & traditam etiam possessionem, quo casu nihil videbatur soluendum,ad quod faciunt quæ attulimus de feudatario c. 22.num.72.& 73.

35 † Tertiò restringit idem Dominus Antonius Menesses in debitis paruis & exiguis, quæ tamen pertineant ad exonerationem conscientiæ & animæ emortui, vt hæc soluere successor teneatur,si aliunde non sit,vnde soluantur,idq; in d.§. si de Falcidia.num.10 ex Gregorio in l.4. tit. 15.par.2. in glo. verbo,Sus deudas,qui accepit ab Isernia in c.vno, angnatus vel filius, quæ opinio in opulento maioratu, digna quidem est,vt recipiatur, & æquitatem habet naturalem, mentibus inscriptam, quæ lege vlla non indiget, hactenus de expensis propter debita.reliqua breuiter attingemus.

36 † De expensis autem litium factis à possessore maioratus, an sibi conseruet possessor, qui expendit optimè Molina d. lib.1.c.27.num.10.cum sequẽtibus, vbi distinguit inter lites, quæ continguunt maioratus possessori propter suam duntaxat vtilitatem, de quibus constitutissimum est, siue expensa modica siue magna sit, sibi fieri, & ex his quæ tradit Baldus in l.2.num.1.C.de liberali causa.& Pinellus in l.1. C.de bonis mat.par.2.num.68.

Quòd si lis perpetuam ipsius maioratus vtilitatem habeat, tunc inter magnam & paruã expensam distinguunt,vt hanc sibi faciat,illam verò minimè,argu.text.in l. hactenus qui de vsufructuario est.ff.de vsufructu, ita vt magnæ deducãtur ex rebus maioratus,vt expendenti satisfiat.Bald.in auth.excipitur.num.4.C.de bonis quæ lib.Paulus in l.fin.§.vbi autem.nume.7.C.eod.Bald.Paul.Ang.Alexan.Iaſ.in l.fin. §.in computatione.num.3.C.de iure deliberandi.Alexan. ad Bar.verbo, expensas,in d.l.1.C.de bonis maternis.Pinellus vbi supra, nume.69.quod quidem prudenter animaduertendum esse à iudicibus, qui de ea re cognoscent, animaduertit Molina vbi supra num.fina. versic. quod prudenter,mihi autem semper visum est admittendam esse Vlpiani rationem in l.1. ff. ad Trebellian.in principio: vt quamuis expensæ magnæ sint, si tamen fructus maioratus non vnius anni, sed totius temporis quo litigatum est sufficiant pro his litium expensis, nihil expectandum esse ab eo, qui succedit, sed fructibus esse imputandas expensas,quod multo magis admittendum est, si finita lite fructus perceperit ipse,qui litigauerit, qui soli, vel cum præteritis coniuncti sufficiant his expensis,argumento d.l.1.ibi, cum esset æquissimum in omnibus fideicommissarijs hæreditatibus si qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire,in quos ius fructusq; transferretur, æquissimũ enim est,qui maioratus maiores fructus percipit,litium alio qui magnarum expensas faciat, si fructus his sumptibus & expensis sufficiant.

37 † Præterea expendit nouus possessor maioratus nomine censuum,pensionum,tributorumq;, & omniũ onerum realium, quæ ex bonis maioratus soluenda sint, siue menstrua, siue annua nihil refert, vel etiã sint diurna, quin & collectas quæ imponantur personis propter res,soluit possessor maioratus,idq; ex ea ratione, quam adduximus ad vsumfructuarium supra c.11.num.45. & sequentibus ad numerum 56.Ex illis enim hæc pendent, & probat post antiquiores Mod. Paris.in consuetudinibus Parisiensibus tit.1.§.22.nume.156.& 158. & post eum Pinellus in l. 1. C. de bonis maternis.par.2. num.72. & post hos Aluarus Vazquez, quæstione iuris emphyt.quæst.17.num.1.nouissimè Molina d.l.1.c.27. num.28. omnia autem quæ de vsufructuario diximus repetenda hic sunt,vt decursas quoque pensiones soluat,quomodo de vsufructuario intellectum est,dum tamen ad hæredes præmortui reuersus conseruare sibi possit,quod ab illo fuisset exigendum si diutius viueret.quod quidem omnes admittunt.

38 † Quin & eo nomine expendunt possessores maioratus, quòd scilicet proprijs sumptibus & expẽsis reficiunt omnia ea quæ morientes peiora & deteriora relinquunt,quod à fideicommissis ad possessores maioratus deducunt nostri, ex l.mulier.§.si hæres.versi.sed enim, ibi culpæ planè rationem reddere.ff.ad Trebellia.per quem tex.Bald. in l.filium,quem habentem.nume.52.C.famil.erciscun.asserit,quod hæres restituturus per fideicommissum tenetur reddere rationem de damno dato, si deterior res facta fuerit, & in possessore maioratus recipiunt Gregorius Lopez in l.7. titu. 9. part.6. verbo, por su culpa. Peralta in d.§. qui fideicommiss.nume. 43.& 44.ff.de hæredib.instit.l.3. quod iuridicum & rationabile asserit Molin.vbi supra.num.1.

39 † Ex quibus diximus sup.cap.11.num.66.& 69.Prælatos & beneficiatos,quia tenentur de damno & de his quæ deteriora reperta sunt, teneri resarcire damna ecclesijs suis, ex his, quæ inibi adduximus, ideoque iam tum à Gotis in Prælatis & Episcopis receptum est in Hispania, vt damna resarciant iuxta veram & legitimam æstimationem factam à ta-

Source : BIU Cujas

xatoribus & æstimatoribus, quos vt nominet hodie compelluntur, lib. 5. tit. 1. l. 2. in Foro Iuzgo, seu legibus Gotorum, Nos creemos, inquit Gotus, que bon consello sera de nostro regno, se nos mandarmos por nostra ley, que las cosas de sancta yglesia sean guardadas, E poren de establecemos en esta ley que mantenente, que el Obispo for ordenado, que faga escripto de las cosas de la yglesia, presentes cinco homes bonos, e aquellos ante q̄ for fecho el escripto, prouē este escripto cō suas manos, e despois de la morte de aquel Obispo, el otro Obispo que for en so logar segundo aquel escripto demande las cosas de la yglesia, e se alguna cosa fallar iniquada los herederos del primer Obispo, o aquellos a quien pertenece sua bona del Obispo, E si alguna cosa vendio el otro Obispo, que bien despues le entregue el precio al comprador, e reciba la cosa e todo lo fructo e suas pertenencias sen toda calūnia. E otro si mādamos esto guardar de los otros sacerdotes, e de los diaganos, e de todos los otros clerigos. Quod quidem Gotorum ius antiquū occasionem dedit his quæ diximus d. c. 11. d. nume. 66. & 69 & quæ ibi adduximus ex nostris Hispanis.

40 † Bene tamen quærunt nostri, quæ culpa requiratur, an lata, & quæ par dolo videatur, an verò leuis, & quæ ab industrio & diligenti vitari non potuisset leuissima, & casui fortuito similis. In quo quidem semper itum est ad decisionem Iureconsulti in l. si seruus legatus. §. cum quid. ff. de leg. 1. & l. 7. tit. 9. par. 6. vbi Greg. verbo, por su culpa, vt scilicet ex Africani sententia, si vtriusque contrahentis vtilitas versetur, culpa leuis exigatur, sin verò alterius duntaxat, dolus malus tantūmodo prętestetur, ideoq; in eo qui restituturus est fideicōmissum ex testamento, si nullam vtilitatē percipiat ex testamento, in exactione fideicommissi dolum duntaxat prętstat, alioqui si commodum percipit, ex leui culpa tenetur, idq; generale est in contractibus & vltimis dispositionibus, & est ab omnibus receptum in d. l. mulier. §. si hæres, a qua, vt inquit Molina vbi sup. nu. 4 nemo vnquam discrepauit, cuius quidē rationem ipse reddit, qui cum Alexandro in d. §. si hæres. & cum Petro Peralta in d. §. qui fideicommissam. nu. 45. in hærede grauato per fideicōmissum restituere fideicōmissario, detracta quarta, hoc est, qñ quarta detrahit iudicio testōris, non solius legis beneficio, existimat hunc hīdem restituturū hoc pacto detracta quarta testatoris iudicio teneri solū de lata culpa & dolo, nō verò de leui culpa; quia (inquiunt ipsi) ꝙ quāuis hæres percipiat quartā iudicio testatoris, vnde testamētum videri poterat institutū in cōmodū vtriusq;, quo casu ex d. l. si seruus. §. cum quid, videbatur præstanda leuis culpa, adhuc tamen quia hoc commodum exiguum est, respectu eius commodi, quod fideicommissarius percipit ex testamento, dispositionem illam videri factam gratia solius fideicommmissarij, vt adhuc de lata culpa teneatur, quæ ratio certè paruæ, vel magnæ vtilitatis non mutat, nec variat Africani decisionem in d. §. cum quid. ob idq; melior est decisio Angeli & Raphaelis in d. §. si hæres. vt culpa leuis præstetur ab hoc hærede, qui ex causa fideicōmissi restituit, detracta quarta iudicio testatoris: verè enim dispositio illa, qua hæres restituit, detracta aut retēta quarta iudicio testatoris, non potest non videri facta in vtilitatē & commodū vtriusque, scilicet testatoris & fideicōmissarij, & hæredis, alioqui Africanus, qui magnæ & paruæ quantitatis aut rei rationem nullam habuit, veram suæ decisionis rationem omisisse merito videri poterat, quem ego inter cæteros iureconsultos subtilem, elegantem, acutumq;, veramq; iuris rationem assecutum, tum ex his quæ à maioribus meis accepi, tum ex his quæ ipse animaduerti, semper reperi, quem doctissimè & elegantissimè Iacobus Cuiaceus interpretandum his diebus suscepit, & perficit, qua laude duos Iureconsultos sui temporis verè principes docuit.

Ex quibus modo quod attinet ad maioratus possessorem, Petrus Peralta d. num. 45. d. § qui fideicommissum. ex eo, ꝙ maioratus possessor nihil retinebat, in restitutione neq; detrahebat quartam, existimabat teneri de lata culpa & dolo, non de leui, secutus decisionem Africani, sed ex eadem decisione in d. §. cum quid. contra Petrum Peralta constituendū est, vterque enim & possessor & successor maioratus iudicio eiusdem institutoris fructus eosdem percipit, vnde institutio illa maioratus vtriusque commodum & vtilitatem cōtinet; eadem enim vtilitas vtriq; est, quæ futura est millesimo possessori, ex qua ratione de leui culpa tenebuntur omnes in restitutione, si deterius contingat quippiam in rebus maioratus ipsorum leui, vel lata culpa, aut dolo, securi tamen erunt propter leuissimam culpam aut casum fortuitum, atque hæc est regula in magnis & paruis, expensis, non enim quantitatem, sed ius consideramus; debet enim maioratus possessor re vti non abuti l. Titius rogatus. ff. ad Trebellianum, vbi ad bonam fidem & dolum cognoscendum elegans decisio est, talemq; se gerere debet circa res maioratus, qualem se diligēs paterfamiliàs gessisset l. ea igit. ff. d pignoratitia actione.

Vnde ex sylua cędua succidit arbores maioratus possessor in quo tamen vsum in cędendo consuetum non excedat, ex sylua autem non cædua arbores fructiferas si succidat, damnum illatum reficiet, ob eamq; rem expendet, quod non solum in maioratus possessore, sed in vasallo, emphyteuta, fructuario, marito, & alijs receptum est l. sed si grandis. ff. de vsufructu l. æquissimum. §. fructuarius. ff. eod. l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. l. 27. tit. 11. par. 4. Tiraquellus de Retractu conuentionali. §. 3. glo. 1. nu. 23. Iulius Clarus lib. 4. sententiarum. §. feudum q. 47. & §. emphyteusis q. 26. in quo tamen consuetudo patriæ & natura loci plurimum poterunt ad euitandā culpam, aut dolum, vt ob hanc causam nihil aut aliquid expendendum sit maioratus possessori, quod diximus c. 11. nu. 31. & seq. & tenebat hoc Iason in d. §. si fundum. nu. 24. & Tiraquellus vbi sup. gl. nu. 24. & Molina lib. 1. c. 22. nu. 5.

41 † Si verò maioratus possessor mutet formam agri, vineæ, horti, lucive, aut syluæ in nouam formam minus vtiliter, sine dubio tenebitur, & ob hanc causam expendit; quia ea res secuto damno culpam certè vitare non potest, cum verò vtiliter mutat, an compellatur suis sumptibus ad pristinam formam reducere, quòd scilicet mutare non licuerit, teneri respondent, qui aiunt emphyteuta, vasallo, & reliquis non licere antiquam faciem prædij mutare. Bald. in l. 1. num. 11. C. de iure emphyt. Iason ibi. num. 99. Cępola de seruitutibus rusticor. prædior. de montibus. num. 10. Pinellus in l. 1. C. de bonis mat. 2. par. nume. 52. à quibus ad maioratus possessorem hæc iuris ratio deriuanda videbatur: quod tenet Molina vbi supra, varius tamen num. 7. ego tamen non dubito, quòd maioratus possessor possit vtiliter, dum tamen vtilitas permansura sit, mutare formam prædij, horti, vineæve, aut luci, aut syluę, cum id liceat fructuario, de quo est mihi tex. elegantissimus in l. æquissimum. §. etsi forte in hoc. ff. de vsufructu. de quo latè egimus d. c. 11. num. 44. cum sex prioribus: vbi tamē si receptam sententiam teneas, poteris ad tex. respondere, secutum ibi fuisse fructuarium domini voluntatem, in maioratu certè si vtilitas euidens est & permansura, non est, cur mutatio antiquæ formæ denegetur.

42 † Expendit etiam maioratus possessor nomine alimentorum, quæ expensarum ratio communis est sibi cum reliquis, qui vel natura, vel iure ciuili alere tenētur, in quibus alimentis dotes quoque contineri solent, de quibus recurrendum tibi erit ad nouiores repetentes in authentica res quæ. C. cōmunia de legat. de alimentis autem late Ludouicus Molina in suo tract. de Primogenijs Hispanorum. lib. 2. c 14. 15. & 16. vbi latissimè, & nos aliqua attigimus c. 3. & 4. supra ob hanc enim causam solent maioratus possessores maiores expensas facere, & ad eas quotidiè compelluntur, dum sorores maritant, fratres alunt, & instituunt, maioresq; disciplinas edocent, & pertinent omnia ad ea quæ expendunt necessariò, quod erat nostrū institutū, & fecimus candidè aliorū scripta fideliter referentes, & cū ingenio si qđ nobis est expendētes.

SVMMARIVM.

1 *Hæres restituturus hæreditatem etiam per fideicommissum meliorationes conseruat suas.*
2 *Onera realia, & tributa an soluat hæres, an verò legatarius.*
3 *Forma est locus excauatus, per quem aqua ducitur.*
4 *Si legatarius solutis tributis & oneribus nullam vtilitatem sit habiturus ex legato an soluere teneatur, agitur de l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de leg 3 contra communem.*
5 *Non est nouum legatum esse inutile.*
6 *Quod dicitur, ultimas voluntates esse adiuuandas, qualiter accipiendum sit.*
7 *An idem recipiendum sit in oneribus priuatis ab homine priuato impositis.*
8 *Onera sequuntur fructus, & nu 9. qualiter sint exigenda,*
10 *Heres facit expensas & sumptus necessarios, uel legatarius legatum consequatur.*
11 *Legato vsufructu necessarius aditus ad fruendum ab hærede dandus est.*
12 *L. damnas. §. qui duos. ff. de vsufructu legato. & l. seruum filij. §. fin. ff. de legatis 1. conciliantur.*
13 *Annuus census pecuniarius relictus alicui comparatur expensis & sumptibus hæredis.*
14 *Empto fundo cōparari de nouo sumptib. emptoris debet aditus ad fundū.*
15 *Idem in diuisione hæreditatis, & n. 16. de eo cui in diuisione bonorum contingit supremum tabulatum an habeat aditum per inferiora cōtra Iasonē.*
17 *Pragmaticus & vere practicus quis dicatur.*
18 *Agitur de ea quæstione cuius expensis res adducenda sit, vt tradatur, & num. 19. vbi legatum peti possit.*
20 *Res legata ibi tradenda est, ubi est relicta, & nume. 21. agitur de lege cum seruus. ff. de legatis 1 contra communem interpretatione eam, & num. 22. distinguuntur tres casus.*
23 *Si res obligata aut pignori tradita legata sit, cuius expensis sit luenda.*
24 *Agitur de l. 2. tit. 9 par. 6. & confertur ad l. si res obligata. ff. de leg. 1.*
25 *Nomine alimentorum quid expendat hæres, remissiuè.*

De

Source : BIU Cujas

De hęrede expendente uel meliorante.
Caput decimumseptimum.

1 Nostrum igitur † Institutum secuti, de hærede aliqua quoque sunt, quæ ad expensas pertinent: namque de melioratiõnibus factis sibi ipsi consumpsisse uidetur, & hęc nobis abunde dicta sunt, aut enim scit hæreditatem à se restituendam, tunc locus est decisioni Papiniani in l. domos cum seq. de leg. 1. de qua ca. proximo diximus. Siue illæ meliorationes in ædificijs sint, siue in alijs rebus, ex quibus augmentum accrescat hæreditari restituendæ: neque (ut diximus) tunc locus est, neque in reliquis fideicommissis decisioni l. 46. Tauri. quæ in maioratibus proculdubio recipienda est, qui (ut diximus) longe absunt à fideicommissis, quòd si melioraverit hæres hærditatem, siue ædificando, siue aliter augendo, tunc quoque eas expensas conseruat sibi, quo diximus modo supra. cap. 7. per plures numeros 19. 20. & seq. & est tex. in l. si à patre uel domino. §. fin. & l. quod sit sumptus. & l. plane. & l. utiles. & l. hæreditas. ff. de petit. hæredit. cum his quæ tradidimus supra latissimè de distinctione expensarum, & quomodo conseruẽtur ex pendenti, alia autem expendit hæres occasione hæreditatis, quæ habent particularem iuris rationem, neque possunt generalibus regulis contineri, quapropter seorsum apponenda sunt.

2 † Et primum quod attinet ad tributa, & onera realia, quæ debentur ratione rei legatæ, dubitari solet, an ad legatarium an uerò ad hæredem onera & tributa pertineant, legauit testator fundum Seianum, ex quo annuos frumenti modios habet respublica, quæ toto quinquennio uiuente testatore nihil percepit, nomine annuæ pensionis, nec altero quod insecutum est quinquennio.

An solutio huius temporis ad hæredem, an ad legatariũ, an uerò ad utrumque pertineat. An hæres hoc nomine quicquam expendere teneatur: est enim hæc expensarum causa propter tributa & onera realia in omni tempore & loco, in omnibus personis familiaris, in omni parte iuris reperitur & habet suam particularem rationem in hærede scripto, de quo modo nobis sermo est, in quo illud obseruandum est, decisionem esse deducendam ex Papiniano in l. Imperatores. ff. de publicanis & uectigalibus: qui ait, in uectigalibus ipsa prædia non personas conueniri, & ideo possessores etiã præteriti temporis uectigal soluere debere, eoque exemplo actionem, si ignoraverint, habiturus, text. in l. fin. C. sine censu uel reliq. l. hactenus. ff. de usufruct. l. inter debitorem. ff. de pactis. ubi ius fisci idem est, quantum ad onera realia consequenda, possessorem rei sequuntur, quocunque res abeat, latè tradidimus sup. cap. 111. num. 45. & seq. Vnde in hac nostra proposita specie legatarius, ad quem res censualis & tributaria peruenit, soluet tributa etiam præterita totius temporis; quia possessor repertus est prædij, in quem iura actionem in effectu dirigunt, propter ipsum prædiũ, & ita in alijs possessoribus sępius resoluimus: ut ipsi omnino teneantur, & conueniri possint etiam ob præteritas pensitationes, nisi res ipsas relinquere uelint, idque in Episcopis, Beneficiatis, successoribus maioratus, fructuarijs, colonis, conductoribus, emphyteutis, atque adeo in reliquis omnibus, quicumque hi sint, qui res possident uectigales, in qua tamen specie uidetur pugnare ex diametro Paulus in l. idem Iulianus 41. §. hæres. de legat. 1. qui onera illa præteriti temporis, non legatario, sed hæredi soluẽda esse ait: Hæres (inquit) cogitur legati prædij soluere uectigal præteritum, uel tributum, uel salarium, uel cloacarium, uel pro aquæductu & forma, ubi uer-
3 bum illud forma † est ductus aquæ excauatus in terra, uel parietibus aut aggeribus ob ductus, qua perducitur aqua, estque uerbum Iureconsultis agnitum, quo sępius utuntur Scriptores in l. quominus. ff. de fluminibus, Accursius in d. §. hæres, uerbo præteritum, isque receptus ex his, quæ latè tradidimus in dicto cap. undecimo, intelligit Paulũ, ut hæres cogatur, legati prædij soluere uectigal, scilicet legatario, quasi innuat, legatarium fisco teneri, quasi possessorem, hæredem uerò legatario: qui tributa soluerit, & est bona & recepta interpretatio, ut regula omnino desumenda sit ex d. l. Imperatores. facit optimus text. in l. cum possessor. §. fina. ff. de censibus, ubi adeo possessor prædij tributarij tenetur, ut excussio reijciatur pro pecunia tributi (inquit Paulus) quod sua die non est reditum, quominus prædium iure pignoris distrahatur oblata moratoria cautio non admittitur, neque audietur legatarius contradicens ob tributa præteriti temporis, quòd hæres soluendo sit, & is qui tributis recipiendis præpositus fuerat, allegat etiam Accursius l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de legatis tertio. qui tamen tex. longè aliud agit.

4 † Solent enim communiter ex d. §. qui hortos, scribentes restringere decisionem d. §. hæres, ut scilicet legatarius teneatur soluere tributa pro rata temporis eius, quo tributarium prædium possidet, alia uerò tributa præteriti temporis antequam possessionem adeptus est consequatur ab hærede, iuxta uerum intellectum ad d. §. hæres, & quæ tradit glossa & post eam Bart. in l. penultima. §. fin. ff. de legat. 3. & Roman. cons. 230. uersicul. 2. idem Bartolus in l. quæro. ff. de usufructu legato. ubi dicit hãc ueriss imam resolutionẽ, scilicet si legatarius aliquam utilitatem percipiat ex legato soluto tributo, namque si solutio tributi, & oneris utile faciat legatum, tunc quidem existimant limitandam decisionem d. §. hæres. ex §. qui hortos, ut solutio tributi & oneris, quæ inutile faciat legatum, ad hæredem pertineat, eoque nomine hæres expendere teneatur, idque ut legatum in aliquo utilitatem habere uideatur, idemque recipiunt in donatione rei tributariæ, authores sunt Accursius in l. si pendentes. uerbo, pertinebunt. §. si quid. ff. de usufructu. Bart. in l. penultim. §. fina. ff. de legat. 3. Alexand. qui Cinum refert, in l. apud Iulianum. §. si quis. ff. de usufruct. Bart. in l. penultim. §. fina. ff. de legat. 1. Roman. d. consi. 230 Aretinus in l. fructus. ff. soluto matrimon. ad fin. & ibi Iason numero 18. idem in d. §. hæres. nu. 8. Mod. Paris. in consuetudinib. Parisiensib. §. 22. tit. 1. nume. 156. Tiraquellus de Retractu Linagier. §. 15. glo. 1. numero 16. Pinel. de bonis matern. part. 2. l. 1. numero 72. Angelus tamen contra sentiebat in l. eum ad quem. in fin. C. de usufructu. neque tamen omnino huic sententiæ assentiebat Alexand. in d. §. si quis, cum Bartolo in d. §. fina. recepta tamen sentẽtia, quæ desumpta est ex d. §. qui hortos, communis est, ut tributa hæres non legatarius soluat, si legatum utilitatem nullam habiturum sit soluto tributo: putant igitur authores huius opinionis, in specie d. §. q hortos. eos hortos fuisse tributarios, qui tamen decipiuntur, & Albericus tenet eos hortos non fuisse tributarios, idem Fulgosius tenebat in d. l. si pendentes. ibi enim legauit testator fructus hortorum, quos ad quinquennium à republica conduxerat, respondetque Iureconsultus, hæredem passurum legatarium uti frui, & mercedem rei publicæ præstaturum, ratio ea est; quia cum fructus sint legati, lucratiue videri debent legati, non uerò onerose soluta iusta mercede conductionis à legatario; quia si mercedem solueret legatarius pro fructibus, fructus nõ possent uideri relicti, sed anceps & dubia conditio conductionis contra uim uerborum, quibus conceptum est legatum, ibi, eorum hortorum fructus usque ad lustrum, quo conducti essent, Aufidio legauerat, & ita communis & recepta sententia, quæ intelligit d. §. qui hortos, in tributis, & hortis tributarijs falsa est: ut patet ad literam, tum etiam ibi merces soluitur ab hęrede; quia fructus sunt legati, & debentur: debetque legatos fructus legatarius libere consequi, post quam libere sunt relicti. Contra autem euenisset, si legatarius mercedem, & pensionem solueret, magis enim uideretur emisse, aut sua pecunia conduxisse, quàm ex causa legati accepisse, unde ea limitatio ad d. §. hæres, sustineri non potest legatariusque cui prædium fuerit relictum à testatore tributarium, prædium duntaxat consequetur, tributaque soluet, etiam si ex hac causa legatum inutile futurum sit; quia quod à testatore relictum sit, consequi debet legatarius, nihilque amplius, tex. elegans in l. si à substituto. §. hæres. ff. de legat. 1. ibi, si uerò certus homo legatus est, inquit Caius, talis dari debet, qualis est l. seruo legato. §. si fundus. ff. eod. si fundus qui legatus est (inquit idem) seruitutem debeat impositam, qualis est dari debet l. legatum. ff. eod. legatum (inquit Vlpianus (ita erat, quæ Lucius Titius mihi debet, hæres meus Cornelio dare damnas esto, nihil amplius ex hoc legato quàm actiones suas hæres præstare debet, ad quem text. uide late quæ diximus sup. cap. 4. num. 34. & 35. & sequen. & capite uigesimo. nume. 33. ubi de augmento legati, & diminutione egimus l. si legati serui. ff. eod. si legati serui (inquit Pomponius Iureconsultus) nomine stipuletur legatarius, fugitiuum eum non esse, præstari, nihil ueniet in eam stipulationem; quia qualis est, talis ex testamento præstari debet, id enim animaduertendum est, quod reliquerit testator, nec damnum facere in legato uidetur l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. eod. ubi Paulus ex Iuliani sententia scriptum reliquit, ut si testator leget alicui fundum quem emerat, sed qui nondum traditus sit hæredem eo usque teneri, ut cogi possit actionem ex empto præstare, suis autem sumptibus & expensis non tenetur liberare fundum liberumque legatario tradere: quia legata re à testatore, ad quam ius duntaxat habeat testator, ius illud relictum censetur, quod si illud ius morte testatoris finiatur, adhuc solum illud legatum & relictum intelligitur, nihilque amplius, quo casu omnino inutile legatum est, text. elegans in l. uxor patrui C. de legatis. ubi id agnoscunt Bart. Alex. & alij post Accursium, & antiquiores l quod in rerum. §. 1. ff. de legatis. 1. quod in rerum natura futu-

Source : BIU Cujas

futurum non erat tempore cedentis legari mortuo testatore, si legetur inutile, ueluti si usumfructum habeam, eumque legauerim, ni postea proprietatem eius nactus sim, inutile legatum esse ait Pomponius Vetus Iureconsultus: unde communis & recepta sententia reijcitur, quæ nullum habeat ius pro se, habeat autem authoritatem plurium Iureconsultorum, & iuris fundamenta, quibus omnino destruitur: unde
6 ad ea omnia quæ passim circumferuntur, scilicet † ultimas dispositiones esse coadiuuandas, & latissime esse interpretandas, quia fauorabiliores sint, cum iudicio ita accipies, dū modo adsint uerba, quæ extensiones illas obseruata proprietate suadeant, perspecto iure, cognita re, & intellecta propria uocis significatione, qua ultima uoluntas concepta est, aliàs licebit cuique ex fauore illo ius ideſt iustitiā uiolare, uerba extorquere in alienum sensum, & confusa totius iuris ratione contra testatoris uoluntatem eius dispositionem protrahere: quod passim faciunt imperiti, quibus si obsistere uelis, protinus obtundunt, dispositiones ultimas esse quàm latissime extendendas, ignari quàm longe illa extensio patere possit.

7 † Hæc autem omnia accipienda sunt in tributis & oneribus publicis ex lege inductis, uel ex authoritate principis, ut sæpius diximus, aliud autem obseruandum est in pensionibus impositis, & constitutis ab homine, si Titius uendiderit annuos reditus sibi soluendos, pro quibus, uelit fundum Seianum suppositum in subsidium obligationis personalis, legato fundo Seiano, non est cūdum ad legatarium, sed prius cum hærede obligatione personali hæreditaria obligato agendum est; actio enim illa personalis prima penes hæredem est, neque eius personam egreditur l. fina. §. fina. ff. de contrahenda emptione, notat Paulus in l. in uenditione. ff. de contrahenda emptione. Iason in l. 2. num. 150. & 154. C. de iure emphiteut. Albericus in d. §. qui hortos. Romanus in d. l. Imperatores ad finem. ff. de publican. quomodo autem & quantum pro annuis reditibus prædia sint obligata, & quando & quo casu locus sit excussioni, & quando demonstratiue aut conditionaliter apponatur locus & tempus, unde annuus reditus soluatur, latè diximus supra capite quarto, à num 32. usque ad numerum 50. cum de constitutione alimentorum tractauimus, ex quibus uidebis, quàm uerùm sit, quod tradit Bartol. in d. §. hæres. & Paulus ibi, qui effectū illū distributi oneris inter hæredem & legatarium tribuunt hypothecæ & obligationi, qua affecta sunt prædia tributaria, quæ si indistinctè uera esset, efficeret certè, ut in alijs oneribus ex dispositione hominis debitis constitutis, puta ex uenditione, uel donatione, uel legato hypotheca quæ frequentius reperitur, faceret, vt ad possessorem recta iretur, omisso eo, qui obligatione personali tenetur, quod tamen indistinctè non probauimus d. cap. 4. unde indistinctè ad hypothecam non est referendum, cumque hypothecam subesse in his prædijs tributarijs fateamur, ut sæpius d. cap. 11 diximus, tributa hæc & onera publica fructus sequuntur, in eosq; recta abeunt, qui fructus percipiunt l. nam stipendium. ff. de impen. in rebus dotalib. factis l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufructu. itaque utrumque efficit, ut & rem, & eum qui fructus percepit conueniamus, rei possessorem sequimur, is fructuum perceptorem conuocat, quodque à possessore respublica consequitur nomine tributi, possessor ab eo sibi seruat, qui fructus eius temporis percepit, distingue etiã tributa à collectis, ut diximus d. ca. 4. & an pro collectis sint bona hypothecata, uide Socinum consi. 129.

8 † Vnde ex hac ratione quia ex ratione fructuum perceptorum perspicitur regula distribuendi tributa, dicendum est, quòd si testator leget rem tributariam sub conditione, uel ad diem, pendente die, uel conditione etiam mortuo testatore; quia fructus rei legatę ad hæredem pertinent, hæres eius temporis quoque persoluet tributa, & onera, ita tenet Paulus de Castro in d. §. hæres, in principio, & pendet eius decisio ex d. l. nam stipendium. & d. §. si quid cloacarij, qui nume. 2. infert ad quæstionem, quæ ex his melius diluitur, quàm ex his, quæ ipse adducit, quæ parum aut nihil faciunt ad decisionem eius quæstionis, pone (inquit Paulus) quòd in uita defuncti, uel pendente conditione onus publicum fuit indictum prędijs, & sic cessit dies, non tamen uenerat dies solutionis, iuxta l. cedere diem. ff. de uerborum signifi. Venit autem postquam res tributaria peruenit ad legatarium, quis soluet tributum, qui respondet hæredem teneri, ego existimo magis teneri possessorem, qui reperiatur cum re tempore, quo tributum peti potest, qui ex d. l. Imperatores. tributa soluet, & si fructus ab alio eius temporis, puta
9 ab hærede percepti sunt, ab eo sibi conseruabit † quod tributi nomine persoluerit, & præterea quod pro hac sententia sunt iura omnia quæ adduximus, & ex his fundata ratio l. defuncta. ff. de usufructu. magis facit pro nostra quàm Paulli sententia, si rectè attendatur, at uerò l. incola. quam allegat idem Paulus, nihil facit ad propositam quæstionem.

Hæc igitur sunt, quæ expendit hæres nomine tributi, & oneris publicis, quæ aliàs uidebatur expensurus legatarius ex d. l. imperatores. cum d. §. hæres. & uera expositione ad dictum §. qui hortos. & pertinebant ad nostram hanc expensarum tractationem.

10 † Expendit etiam hæres alio expensarum genere; quia sumptus necessarios, ut legatarius consequatur legatum, facit, eoque nomine expendit, sumptusque de suo facit, qua de re sunt Accursij duo loca optima, in l. quæro. ff. de usufructu legato. uerbo pertinere, in medio, & in l. his uerbis 100. §. ulti. ff. de legat. 3. uerbo danda, quibus ipse constituit & optime, anteriores temporis expensas, ut legatarius rem legatam cō sequatur ad hæredem pertinere, posteriores uerò, postquam legatarius rem possidet, ad legatarium, de prioribus est tex. egregius in l. his uerbis. §. fina. ff. de legat. 3. idem testator, inquit Scæuola, liberto militiam his uerbis legauit, Seio liberto meo militiam do lego, illam militiàm quam testator habuit, quæsitum est, an omnia onera & introitus militię ab hærede sint danda, respondi danda, qui enim rem legat, necessariò uidetur legasse, quæ sunt necessaria ad legatum consequendum & obtinendum, text. in l. 1. §. 1. ff. si ususfructus petatur. qui textus est elegans, neque enim negandum est legatario, quod ex propria uocis significatione & acceptione
11 nomine rei legatæ continetur, legato † enim usufructu à testatore eos sumptus testator uidetur iniecisse hæredi, sine quibus uti legatarius non posset, ibi in d. §. 1. sed & an & alias utilitates & seruitutes ei hæres præstare debeat, puta luminum & aquarum, an uerò non, & puto eas solas præstare cōpellendum, sine quibus omnino uti non potest, sed si eum aliquo incommodo utatur, non esse præstandas, hæc Vlpianus, unde si ususfructus legatus sit, ad quem aditus non est, nisi per prædium hæreditarium, ex testamento agendo legatarius consequetur, ut ususfructus cum aditu præstetur; quia aliter uti non potest, neque legatum consequi d. §. 1. qui est pro Accursio, ut anteriores sumptus, & onera ad hæredem, posteriores uerò quæ rem legatam sequuntur pertineant ad legatarium, & hæc ueniunt non extensione aliqua, neque iuris interpretatione fauorabili, sed propria uocis significatione, qua legatum conceptum est, adeo ut si testator legasset prædium illud, per quod uia ad usumfructum est, legatarius prædij, non hæres, iter aut uiam præstare teneretur: quia id in legato continetur l. damnas, §. qui duos. ff. de usufructu legato, ibi. respondi, quemadmodum si in hęreditate esset fundus, per quem fructuario posset præstari uia secundùm uoluntatem defuncti, uideretur id exigere ab hærede, ita & in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundum uendicare, nisi prius transeundi ius usufructuario præstet, ut hæc forma in agris seruetur, quæ uiuo testatore obtinuerit, siue donec ususfructus permanet, siue dum ad suam proprietatem redierit, hæc Marcellus, expendenda uerba sunt illa, secundùm uoluntatem, qua in re illud obseruandum est, legatarium cui ususfructus legatus est, non posse agere aduersus alterum legatarium, cui fundus est relictus, per quem uia præstanda est, sed aget aduersus hæredem; nam ei ab altero legatario nihil est relictum, tenetur autem hæres, & conuenitur, qui agit aduersus legatarium, ut uiam præstet, redemptamque & constitutam uiam tradit usufructuario, vt utatur & fruatur, idque libere, nihiloque dato consequitur hæres, ita tenet Accursius in l. seruum filij. 46. §. fina. ff. de legat.
12 1. & Bartho. Paulus, & reliqui, qua ratione † interpretantur d. §. fin. ut quadret cum d. §. qui duos. aliàs enim ex diametro pugnare uidentur, si duos (inquit Paulus) fundos habens testator, alterius mihi usumfructum, alterum Titio leget, aditum mihi legatarius non debebit, sed hæres cogetur redimere aditum & præstare, expende uerbum illud, aditum mihi legatarius non debebit, à quo scilicet mihi nihil relictum est, ideo nulla mihi actione tenetur, sed hæres tenetur, qui secundùm uoluntatem testatoris ex d. §. qui duos, à legatario aditum redimet, ideſt uendicabit sine precio, sine pecunia, nihiloque dato, & mihi præstabit, & est optima conciliatio, quam sine contradictore agnoscunt interpretes, eaque omnia uergunt, & pertinent, ut anteriores expensas & sumptus teneatur facere hæres, ut legatarius obtineat legatum, agit eo nomine hæres suis sumptibus & expensis hæres cum legatario, ut aditus expedite, & libere sine sumptu & expensa præstetur usufructuario; quia expensæ sunt anteriores, quæ præcedunt traditionem legati: facit uulgata ratio l. 2. ff. de iurisdictione omnium iud. cum, & egregia decisio l. diuus. ff. de usu & habitatione. ex quibus iuribus sic constituendum est, expensas, & sumptus præcedentes, ad consecutionem legati, ad hæredem pertinere, ex quibus iam semel ex facto agitatum est ut annua præstatio, & annui censsus

Source : BIU Cujas

sus pecuniarij alieni relicti, expediantur sumptibus hæredis quod rationem habet.

13 Ex hoc † iuris fundamento, quique redimi à testatore uoluit, cum apud Turcas esset, proculdubio expensis & sumptibus hæredis redimendus est, præcedunt enim hæ expensæ legatum, unde ad hæredem pertinent, & sunt quotidianæ, & pendent ex d.l.his verbis.§.fina.ff. de leg.3. facit l.testatrix. ff. si seruitus uendicetur.

14 † Habent hæc locum in ultima dispositione, in qua uoluntas testatoris ea intelligitur, in contractibus verò secus est, quia vendito fundo comparari de nouo oportet ab emptore uiam, aut iter, si velit ingredi, egredive, nisi expressè aliud actum sit l.in venditione. de contrahenda emptione, Iason post Bartho. & alios, quos ipse allegat, in l.seruum filij. §. si statuliberum.ff.de legatis 1. Idque in vēditione hæreditatis hoc est in diuisione hæreditatis, diuisio enim hæc uenditio est l.1.C.com. utriusque iudicij, de hoc est text. in l. uia constitui.§.fin.vbi Bart.ff.de seruitutibus rusticorum prędio

15 rum. vnde dicunt Doctores, quòd † si tres fratres habeant vnam eandemque domum, quæ tria solaria habeat, infimū, medium, & supremum, & cuique in diuisione suum solarium contingat, quòd supremi solarij habitator non poterit descendere, neque adscendere, per medium, neque qui medium obtinuit per infimum † quia scilicet in contractibus

16 illa omnia non habent locum, quæ diximus de aditu præstando, refert Iason ubi supra, quod quidem forensis usus uix admitteret, nec practicus in eam sententiam vnquam adduceretur, qui proculdubio nunquam induceretur ut crederet, ita diuisionem ædium factam fuisse, ut alius alarum egenus, qui uolare nunquam didicisset, tanquam innido in

17 supremo solario manere voluisses, uoco † practicum, non circumforaneum aduocatum, merumque pragmaticum, qui quæstui deditus, rudis & ignaui vulgi, imperitissimęque plebis auram venatur, qui sæpe magno pretio emptus, importunaque prece solicitatus meras nugas respōdet, veri iuris ignarus, eius duntaxat memor, quod aliquando in forum forte per errorem irrepsit, voco autem pragmaticum, qui iuris scientiam veri profitetur, qui his iuris regulis negotiorum veras circunstantias, varietates, vicesque cordate expendit, vtrumque conferendo, ueram iuris & fori praxim adeptus est, hic vere pragmaticus est, quem non dubito reiectu rum illam Iasonis, & eorum quos ipse sequitur decisionem, tale enim illud negocium est, vt vix intelligi possit, diuisionem eam factam fuisse, vt in supremo tabulato alius remaneret sine aditu, adscensu vel descensu; ipsa enim circunstantia rei, quam vere pragmaticus, cum bono & æquo iure coniunget, & conferet, faciet vt à mero scholastico figmento recedat, hæc enim illa fori experientia est, quæ dicitur rerum magistra.§.penultim.Institu.de satisdationibus, quæ scilicet iuri constituto res forenses, earumque causas, hisque uera & bene intellecta Iureconsultorum responsa adaptat, & vtriusque quandam simmetriam, & consonantiam facit, prudens, cautus, perspicax, & in utraque re circunspectus, talesq; ego semper probare pragmaticos, sum solitus, hos aduocatos appello, hos patronorum nomine condignos iudico, alios, qui alteram iuris partem à se reiecerunt, exemplaque rerum sententijs compositarum duntaxat secutos, rabulas, nebulonesque existimo, importunissimum hominum genus: qui cum nihil norunt: tamen omnium scientissimi sibi uidentur, eaq; una re nimium sibi placent, qua una doctis & egregie eruditis displicere nimium possunt.

18 † Aliud expensarum genus est, quod hæres facit, de quo latè Bart.Iason.& Paulus in leg. cum seruus. ff. de legat. 1.& Gregorius Lopez in l.4.titul. 9. part. 6. uerbo, que la de.ubi tradi res legata debeat legatario, cuiusque expensis adducēda sit, ut tradatur, neque enim hic quærimus, ubi peti possit res legata, quod ad forum pertinet, sed ubi tradenda sit legatario, & cuius expensis, quod enim attinet ad forum, ubi legata & fideicommissa peti possint, est l.una.C.ubi fideicommissum peti oporteat, fundus enim, vel domus, aut species aliqua legata, siue actione reali, uel personali petatur, iuxta l.2.C.communia de legat. peti potest in loco, ubi res sita est, aut ubi hæres cum laribus fortunas suas habere dicatur: aditio enim hæreditatis est ueluti contractus, creditur que ibi contraxisse cum legatarijs, ubi hæreditatem adijt, item in loco ubi hæreditas est, vel maior hæreditatis pars, si uerò legatur res in genere, ibi tantum agitur, ubi hæres domicilium habet suū, aut ubi hęreditas, uel hæreditatis maior pars est,

19 idque etiam recipiendum est, si † quantitas relicta sit, vel res quæ pondere numero & mensura constet l. quod legatur.ff. de iudicijs. ubi glossa Bart. & reliqui l.fideicommissum.§.1. & penulti.ff.eodem l.cum res.ff.de lega.1.Antonius Gomez in tomo de ultimis uoluntatibus, capi.12.de legat num.fin. Vbi hæc, alterum uerò inquirimus, cuius scilicet expensis res legata comparanda est, ut legatario tradatur, an hæredis an uerò legatarij, & primum illud constituendum est, rem legatam ibi tradendam esse, ubi legata sit, & relicta, text. in lege cum res.ff.de legat. 1. 49. ibi, primum quidem constat ibi esse præstandam, ubi relicta est, nisi alibi testator uoluerit.

Hæc Vlpianus, quod idem repetit iterum, uers.sed si id petatur, ubi distinguit inter speciem legatam, & quantitatem, ut quantitas ibi præstanda sit, ubi petitur, si pondere, numero, & mensura constet, species uerò non nisi vbi relicta sit, qui text.est elegans, & facit text.in l.non amplius.ff.de legat. 1. non amplius legatorum nomine, inquit Pomponius, ad quemquā pertinere videtur, quàm quod deducto eo quod explendæ conditionis causa datum supereſt, si certum corpus hæres dare damnatus sit, neque fecerit, quo minus ubi id esset traderetur, si id postea sine dolo & culpa hæredis petierit, deterior fit legatarij conditio l. seruo legato. §.fi.ff.de leg.1.ubi caius, si res quæ legata est (inquit) an in rerum natura sit, dubitetur, forte si dubium sit, an homo legatus uiuat, placuit agi quidem ex testamento posse, sed officio iudicis contineri, ut cautio interponeretur, qua hęres caueret, eam se rem persecuturum, & si nactus esset, legatario restituturum, sed tamē cuius sumptibus ea persecutio fieri debeat, indicat Africanus in l. si seruus legatus. 111. ff. eodem. Si seruus legatus, inquit, uiuo testatore fuisse dicatur, & impensa & periculo eius, cui legatus fuit, debet reddi; quoniam rem legatam eo loco præstare hæres debet, in quo à testatore sit relicta, facit l.cum seruus ff.eodem.

Vbi de sumptibus Paulus, ex Africani sententia quæstionem decidit his uerbis, cum † seruus legatus in fuga est, uel

21 longinquo absens exigitur, operam præstare hæres debet, & eum requirat, & præstet, & ita Iulianus scribit, num & sumptum in hanc rem facere hæres debeat, Africanus lib. vigesimo Epistolarum apud Iulianum quærit, putatque sumptum præstandum, quod & ego arbitror sequendum, hæc Paulus, qui tamen in eo ait, seruum legatum, qui in longinquo sit, tradendum esse expensis hæredis, proculdubio pugnat cum d.l.cum res. ubi seruus ab hærede in eo loco præstandus est, vbi relictus est, scriptores omnes, quos ex vno Iasone intueri licebit, id ex eo decisum putant, quòd si legatarius in eam rem expenderet, cum seruus in longinquo sit, inutile redderetur legatum, ideo vt euitent Accursium in l.quod legatur. ff.de iudicijs. intelligunt Pauli responsum, scilicet hæredis expensis absentem seruum & valde remotum esse tradendum, non uerò legatarij, ne factis expensis inutile fiat legatum, denique semper insistunt in eo, quod deducebant, ex d.§.qui hortos.de quo supra isto capite, nu.3. & seq.quæ ratio est Bart. & post eum Pauli, Baldi, Alexandri, & Aretini, quos refert Iason in d.l.cum seruus.

22 † Et licèt hæc ita tradita sunt a scriptoribus secure, mihi tamen visi sunt confundere facti species longe diuersas, & separatas, perperamque in tenebris dimicantes Iureconsultis imponunt, quod ab eis dictum nullo vnquam ingenio ex torquebūt, aliud enim est, tradere seruum, uel equum, aliud perquirere rem legatam, quæ ubi sit, ignorent hæres & legatarius, aliud ipsam asportare, & in loco tradere legatario; cum enim illud indubitatum sit, rem legatam tradendam esse, ibi ubi relicta sit d.l.cum res.proxima dubitatio erat, de expensis faciendis, scilicet cum seruus legatus fuisset, qui tēpore testamenti erat Corunæ, sed uiuente testatore aufugisset Hispalim, an reducendus esset Corunam expensis hæredis, an uero legatarij, & Iureconsultus meritò ait reducendum esse expensis legatarij, in d. l.si seruus legatus 111. quia scilicet etiam si post testamentum factum, & ante mortem testatoris Hispalim aufugisset, ibi tandem relictus est, ubi morte testatoris relictus existit; tunc enim testamentum iure incipit, & testamentum esse incipit: quod si post mortem testatoris aufugisset, tunc quidem expensa & sumptus reductionis ad hæredem pertinerent; quia ibi adsportandus esset, ut traderetur, ubi relictus fuisset. sequens quæstio erat, quæ subinde oriebatur, scilicet si homo legatus esset, de quo merito dubitaretur, an in rerum natura esset, cuius expensis & sumptibus perquirendus esset homo, & in hac quęstione inquisitionem hanc faciendam sumptibus hæredis; quia hi sumptus præcedunt traditionem legati ex his, quæ superius diximus, decisum est in d.l. seruo legato.§.fin.itaq; si nescias, ubi res legata sit, opera & diligentia, & sumptu hæredis fiet inquisitio rei legatę ut tradatur, iuxta hāc terriam quęstionem intelligenda est decisio Pauli ex Africano, nempe de sumptibus faciendis ad inquirendum seruum, qui est in fuga, aut qui longinquo, sicuti enim hi duo casus æquiparantur & coniunguntur à iure consulto, ita mutuo intelligi debent, ut eandem & facti, & iuris speciem habeant ita enim accipimus uerba illa, (in longinquo) sicuti illa (qui in

fuga

fuga est)unde sicuti nescimus seruum qui in fuga est, in quo loco sit,ita quoque accipiendum est,nescire nos eum,qui in longinquo est,ubi sit,pone esse seruum apud Italos, Gallos, Lusitanos,sed nescire nos, an Romæ,an Coymbræ esse,perquirendus est expensis hæredis, ut præstetur, itaque Paulus in d.l.cum seruus.id tantum decidit, quod decisum erant in d.l.si seruo legato.§. fina.scilicet seruum illum,qui absens in longinquo est,uel qui est in fuga,perquirendum esse sumptu & expensa hæredis,ut præstetur legatario,in alia autem quæstione, scilicet an adsportandus sit sumptibus hæredis,ut legatario præstetur,hoc non disputat Paulus, & perperam eius decisionem ad hoc extendunt scriptores nouiores, quæ tamen quæstio deciditur ex priori, scilicet ex d. l. cum res.ut scilicet ad eum locum adsportetur, ubi relictus est, aut ubi testator eum esse existimauit, aut ubi erat tempore mortis, ut ibi legatario præstetur,unde legatarius adducet suis sumptibus,semper enim obseruanda est ratio d. l. cum res.ut ibi præstetur, ubi relictus est, neque obstant, si dicas,posse quidem contingere, ut si aliunde è longinquo adsportetur expẽsa legatarii, posse quidem fieri,ut legatum sit inutile;quia huic rationi satisfecimus supra isto capite. ad §. qui hortos. contra communem & receptam ibi sententiam, quæ est eadem cum hac,quam recipiunt interpretes,in d.l.cum seruus, sed utrobique (quantum coniector) decipiuntur neque lege, neque ratione iuuantur, ex his quæ ibi diximus ad d.§. qui hortos.& hæc est Iureconsultorum uera & facilis decisio,quod si de utilitate legati, esset iudici arbitrium admissa recepta sententia,tunc quidem maior occasio litibus aperiretur,ut enim utile aut inutile legatum dici posset,meritò legati æstimatio, & expensarum quantitas expendenda esset, difficile probationis genus, tum etiam expendendum esse, an quippiam esset reliquum, in quo factis expensis legatum legatario utile esse posset, iuxta l. si res obligata.ff.de leg.1. ibi.uel potest aliquid esse superfluum, quod quidem maiores expensas requireret, quam serui adsportatio,aut inquisitio, restat igitur, ut quòd à Iureconsultis recte & expedite traditum est, expedite quoque accipiatur, ne uobis scriptorum perplexitas rem alioquin claram obscuret.Paulus enim in d.le.cum seruus,solum id decidit, perquirendum esse seruum, qui in longinquo est, expensis hæredis, ut præstetur, quo loco autem præstandus sit, id aliunde decidendum est, scilicet ex d.l.cum res.hæres enim rectè faciet,si seruum suis sumptibus & expensis exquisitum ad eum locum adduxerit, ubi morte testatoris fuerit, inde uerò legatarius necessum habet adsportet quo ipse uoluerit suis expensis & sumptibus,si testator seruum Romæ habeat rebus suis præpositum qui in Hispania moriatur,quem Titio leget,seruus uerò post mortem in Græciam nauigarit, ex his quæ adduximus,seruus is,qui in longinquo est, adducendus est Romam & perquirendus sumptibus hæredis, ex d.l.cum seruus, cum uerò exquisierit,& Romæ constituerit,tum Titius legatarius suis sumptibus in Hispaniam adsportauit,nullumque negocium facit expensarum quantitas: quia tandem ibi reditur,ubi relictus est, ex quibus omnibus patet ad unguem decisio. lege 48. titu.nono partit. 6. ubi Gregorius Lopez hæc leuiter attingit.

23 † Alias quoque expensas facit hæres; si enim testator legat rem suam pignori datam, uel obligationi suppositam, quæstio apud ueteres fuit, an hæres luere teneatur, ut liberam tradat legatario,cui libera uideri potuit legata,quod argumentum cum iudicio & distinctione tractauit Vlpianus in l.si res obligata 40.ff.de legat.1.in qua re suis partibus rem diuidit, ut solet reliqua, ea enim una facti diuisione perpetua inter cæterorum Iureconsultorum eius responsa digno scuntur, si res obligata (inquit) per fideicommissum fuerit relicta, siquidem scit eam testator obligatam, ab hærede luenda est, nisi alio animo fuerit, si nesciat à fideicommissario, nisi uel hanc, uel aliam rem relicturus fuisset, si scisset obligatam, uel nisi non potest aliquid esse superfluum ex soluto ære alieno,quòd si testator eo animo fuit,ut quanquam liberandorum prædiorum onus ad hæredes suos pertinere uoluerit; non tamen apte de his liberandis senserit, poterit fideicommissarius per doli exceptionem à creditoribus, qui hypothecaria secum agerent, consequi, ut actiones sibi exhibeantur, quod quanquam suo tempore non fecerit, tamen per iurisdictionem præsidis prouinciæ id sibi præstabitur, hactenus Vlpianus, cuius quidem responsum clarius est ob distinctionem,quàm Caij in l.licet 16.ff.de dote prælegata, qui indistincte aliud agens dixerat, ab hærede luendam rem pignoratam,contrariumque constituebat in legato dotis, nisi testator aliud disposuisset, facit l. prædia.C.de fideicommissis. ubi distinctio admissa est Vlpiani, ferè per eius uerba l. Mœuius. §. penultimo. ff. de legat.2. ubi Papinianus id ipsum argumẽtum tractat, sed breuius & indistinctè,quæ Iureconsultorum diuersa constituendi ratio, alijs indistincte luendam rem pignoratam ab hærede tradentibus, alijs uerò id cum distinctione admittentibus, efficit,ut interpretes uarie digladientur in hac ipsa quæstione, de quo post Bartol. Paul.& Iason post Alexandrum in d.l.si res obligata, & post eos Antonius Gomez tom.1.cap.12.nume.39.

24 Verior† tamen est distinctio Vlpiani in d.l.si res obligata, quæ hodie est approbata lege nostra Hispana l. 11.tit.9.part. 6.ubi secutus Vlpiani traditionem constituit, rem omnino luendam esse hæredi,si à testatore relicta sit,ipseque testator sciuerit rem legatam alteri esse traditam pignori, idque in prima parte,Manda faziendo,inquit lex,El testador de alguna cosa suya que el sabia que era empeñada, o obligada a otri, por menos delo que ualiesse tenudo es el heredero dela quitar delos bienes del finado e de darla a quel aquien fue mandada.

Itaque hoc priori casu duo requiruntur,& necessaria sunt ut hoc nomine expendat hæres, quòd testator sciuerit rem suam esse pignori traditam, aut obligationi suppositam,alterum, quòd res maioris obligata sit, quàm sit uera ipsius æstimatio,neque lex distinguit, quòd pignori sit tradita;uel obligationi subiecta,secunda pars legis tollit omnino scientiam, uel ignorantiam testatoris, aitque omnino expensurum hæredem, ut luat rem, si pro tanto pretio, aut maiori sit obligata, aut pignori tradita, quanta sit uera ipsius rei legatæ æstimatio,siue id rescierit testator,siue ignorauerit,ibi Otrosi dezimos que si tal cosa era empeñada por tanto o por mas delo que ualiesse que estonce la deuia quitar el heredero del testador, delor bienes dela herẽcia,quier sopiesse que tal cosa era empeñada,o no quando la mandaua.

Tertia pars continet casum, scilicet cum testator legauit rem obligatam aut pignori traditam, quam tamen nesciebat obligationi subiectam, ut tunc expensis & sumptibus legatarij non hæredis luenda sit,ibi.Mas si por menor precio de quanto ualia jazia tal cosa en peños, si el testador no lo sabia quando la mãdo deue la quitar de lo suyo aquel aquiẽ es fecha la manda. Hæc tria nostro iure decisa sunt,quæ attigit Vlpianus in d.l.si res obligata, & desumpta sunt ab eo,illud uerò à conditoribus nostrarum legum omissum est, scilicet si coniuncta persona erat legatarius, cui testator omnino illa rem uel aliam esset relicturus, quod adhuc esse recipiendum non obstãte d.leg. 11. asserunt Gregorius Lopez ibi uerbo,La manda,& Antonius Gomez ubi supra d.num. 39. cæterum ratio iuris nostri scripti suadet, ut ab eis recedendum sit,nihilque curandum est de eo, quod planè uiderunt, aduerterunt,expenderunt nostrarum legum conditores,& consultor reiecerunt,constitutis tribus illis quæstionibus;quoniam illa quarta,scilicet,an relicturus omnino esset uel non relicturus, plena erat ambiguitate, & quæ causam præstare posset multiplicandarum litium, ob idque meritò relicta est, nullumque negocium nobis facessat casus ille Hispanis, apud reliquos admittenda illa consideratio est,an relicturus esset testator,uel non relicturus, in quo affectio sanguinis,amicitiæ, consuetudinis, officij,& beneficij ultro dati acceptique plurimum poterunt. In casu uerò l. 10.tit.19. partit.6.admissa est ratio adiuncti,& agnoscit Molina de Primoge.Hispan.li.1.ca.10.nu.70.ubi est alius casus, in quo hæres expendit,uide ibi.

25 † Expendit etiam hæres in causa alimentorum,de quibus supra satis superque egimus capite tertio,& quarto,num.23. & alijs plurimis,quæ non sunt repetenda, ibi uide,& pertinebant hæc ad hæredis expensas, sumptus & meliorationes, quod nostrum institutum est:scio doctius, & elegantius tractari posse,sed non omnia possumus omnes.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor uendicationem passus obijcit meliorationes factas in re empta aduersus uenditorem.*

2 *Hæres quoque rei hæreditariæ meliorationes recuperat à cohærede. & nu. 3.explicatur litera l.si cum uenditor.§.fina.ff.de euictionibus.*

4 *Actio ex empto in causa euictionis habet duo capita,& nume.5. quòd primum caput habeat respectum ad bonitatem, quæ fuit tempore contractus, & num.6. quod alterum caput habeat respectum ad bonitatem quæ fuerit tempore euictæ rei.& num.7.in hoc secundo capite ita demum teneri uenditorem, si emptor à uendicante augmentum factum ex meliorationibus conseruare non possit.*

8 *Stipulationis duplæ origo,& eius capita,& nu.9. explicatur l.ex mille.ff. de euictionibus.*

10 *Explicatur l.1.& l.bonitatis.ff.de euictionib.& ponitur ratio dubitationis. & nu.11.ratio decisionis.*

12 *Aequitas nullibi scripta fugienda est. & numero 13. explicatur §.diuisione.*

14 *Augmentum quod sine mea opera contigit si possideam mihi non prodest.*

15 *Rescisso contractu ex causa restitutionis meliorationes conseruantur, & numero*

Source : BIU Cujas

mero 16. in Ecclesia istud receptum. & num. 17. de expensis factis intra. retractus tempora. & num. 18. idem receptum in casu l. 2. de rescinden. uenditione.

19 *Læsio in emptione potest dupliciter contingere, & num. 20. adducuntur iura & rationes contra gloss. in l. siquidem. C. de prædijs & alijs rebus minorum, & num. 21. læsio quæcumque etiam minima sufficit ad impetrandam restitutionem. & num. 22. æquatos esse coniuges circa res dotales cum minoribus.*

23 *Adducuntur rationes Pinelli contra gloss. & num. 24. ponitur defensio Baldi, & num. 25. adducitur ratio actionis noxalis pro Baldo. & nu. 26. adducitur ratio l. 2. C. de resci. uend. pro Bald. & nu. 27. expenditur l. 56. tit. 5. p. 5. & nu. 28. adducitur praxis d. l. 2.*

29 *Adsustinendum libellum magis prodest pars quæ iuuat, quàm quæ nocet, et num. 30. defenditur Baldus contra Pinellum, Couarruu. & D. Antonium Meneses*

31 *Ex quacumque ultima dispositione solum id quod turpe est reijcitur. & nu. 32. adducitur l. si quis institutus. ff. de conditio. institution. & num. 33. explicatur litera §. si quis l. quæ sub conditione. ff. de condition. institutionum.*

34 *Agitur de l. fina. titu. fina. part. 6. & num. 35. quomodo Ecclesia restituatur contra Bernardum Diaz de Lugo. & nume. 36. quanto tempore Ecclesia audiatur contra Rodericum Xuarez. & nu. 37. dari. 40. annos & 38. conciliatur d. l. fina. cum l. 26. tit. 29. partit. 3. & num. 39. remedium l. 2. C. de rescindend. uend. durare Ecclesiæ reipub. & principi. 30. annos.*

40 *Baldus magis defenditur ex d. l. 2. & num. 41. iudicium restitutionis est stricti iuris, & nume. 42. in iudicijs stricti iuris non competit actio alternatiua. & nu. 43. adducitur utilitas eius quæstionis, & nu. 44. declaratio ad l. 1. C. si aduers. uend. & ad l. 1. et 2. C. de uendend. rebus ad ciuitat. pertinentib. et nu. 45. ad l. 5. tit. fi. part. 6.*

46 *De expensis factis in solutione tributorum, an emptor, an uenditor: et de laudemio, et releuio, et gabellis, numeris. 47. 48. 49. 50. 51. 52. ubi agitur de opinione Mod. et spe restitutionis quatenus impediat ciuiles effectus.*

53 *An emptor recuperet à uenditore actione ex empto hæc ipsa tributa, et nu. 54. de l. 70. Tauri.*

55 *Agitur de hypothecata facta meliore, an à creditore conseruentur expensæ. et num. 56. 57. 58. explicatur l. cum postulassem. §. 1. ff. de damno infecto, et conciliatur cum l. Paulus. §. domus. ff. de pignorib. et nu. 59. 60. 61. 82. agitur de interpretatione nouorum et antiquorum, et nu. 64. refellitur, et explicantur usque ad num. 70.*

71 *Agitur de l. 13. tit. 13. part. 5. et an melioratio contineat augmentum. num. 72. 73. ubi et num. 74. et 75. agitur de meliorationibus factis à creditore, uel à debitore, an et quomodo sint quoque hypothecatæ, et quomodo conseruentur.*

76 *Meliorationes factæ à tertio possessore an sint hypothecatæ creditori.*

77 *Agitur de communi opinione recepta cum Bartolo in l. 2. C. de prædijs et omni re nauicul ariorum, et numero 78. 79. 80. 81. et 82. uarie explicatur.*

83 *Traditur alia opinio Socini, de sumpta ex d. l. 2. et ambæ destruuntur, ex fundamentis iuris, et uero sensu dicta l. secunda. C. de prædijs, et omni re nauiculariorum.*

De emptore expendente uel meliorante rem emptam, quantum expensas & meliorationes suas conseruet. Caput decimumoctauum.

Diffusum hoc expensarum & meliorationum genus cogit per singulas iuris partes, particularem cuiusque sumptus rationem indagare, quæ cum in alijs obuia sint, in emptore certè est difficilis, & obscura & quam unus & item alter dum aliud agit tractat, ferè indiscussa relinquitur. breuiter autem hoc sumptuum genus tractabitur, quod dilucidiùs fiet, si per partes distribuatur, & primum constat, tunc agendum ab emptore de expensis & meliorationibus esse, cum res à se petitur, uel exigitur, aut euincitur; tũc enim ipse uel aduersus eum, qui rem uendicat, agit de expensis & meliorationibus & sumptibus, uel cum de his nihil egerit, aduersus uẽditorem reuersus ab eo omnia exigit, quæ sibi desunt exacta re, precium, meliorationes, sumptus, & expensas, hoc ultimum attigimus supra cap. septimo. nume. 14. & sequent. ad numerum 18. ubi late quando & quomodo emptor à uenditore ad ipsum reuersus conseruet suas expensas & meliorationes, quæ omnia pertinent ad l. idque Iulianum. ff. de actionib. empti & uenditi. & ad l. Titius. uers. de sumptibus. ff. de actionib. empti & uenditi. ubi quoque expensarum ratio habetur l. si controuersia. C. de euictionib. & ad l. si fundum. C. de euictionibus.

1 Denique summa in hoc est † ut possessor emptor aduersus uendicantem obijciat meliorationes suas & expensas, si negligat obijcere, aduersus uenditorem agere non potest, si non possideat, aut cum possideat, cõseruare sibi non possit à uendicante, ad uenditorem reuersus ab eo consequetur, quod à uendicante sibi conseruare non potuit; actio enim empti & uenditi ad eam quoque speciem extenditur, ut non solum precium contineat, sed omnia quæ sua interest, hoc est rem non fuisse uendicatam d. l. Titius. & in l. euicta. ff. de euictionibus.

2 †Denique hæc a nobis dicta sunt, quod recipiunt Doctores nostri omnes etiam in diuisione bonorum iudicio familiæ erciscundæ facta, finge binas ædes relictas in hæreditate Titij, Sempronio & Mæuio, cuiusque singulas obuenisse, dum hæreditatem diuidunt, facta diuisione, euictas esse ædes Mæuio factas tamen meliores, ob expẽsas & sumptus, agit aduersus Sempronium cohæredem, clamat ablatas esse sibi ædes hæreditarias, non potuisse se ab eo qui uindicauit meliorationes suas conseruare, Sempronium cohæredẽ teneri sibi euictionem passo, saltem ad dimidium, quo non solum pretium ædium tempore diuisionis factæ adscenderet, sed inspecto præsenti statu, quo meliores ædes factæ reperiuntur, Accursius atque eum secuti reliqui interpretes in l. si cum uenditor. §. fina. ff. de euictionib. uno consensu existimant, teneri cohæredem, non solùm de pretio, sed de melioratione, & accessione, quam sententiam existimant decisam esse à Papiniano in d. §. fina. ibi, ut quanti sua interest, actor consequatur, ubi ut ingenue fatear litera eius text. implicita est, & quæ negociorum facessere potest docto, & erudito, postquam enim Papinianus actionem dandam esse in cohæredem, ut quanti sua interest actor consequatur, subdit hæc uerba (scilicet ut melioris, aut deterioris agri facti causa finem precij quo fuerat tempore diuisio-
3 nis æstimatus diminuat, uel excedat) illa † enim uerba sic componenda sunt (quod fecimus pro his, qui uix prima rudimenta ingressi statim ad ius ciuile tanquam ad sutoriã artem confugiunt, aut uerius aduolant) scilicet ut causa, hoc est controuersia, aut uerius utilitas agri facti, ideſt qui factus est melioris, aut deterioris precij diminuat, uel excedat finẽ, ideſt modum, & quantitatem, quo supleſine, ideſt qua quantitate fuerat æstimatus tempore diuisionis, ideſt quo diuisio facta est, itaque actio danda est in cohæredem ex Papiniani responso, quanti sua interſit, ædes non fuisse uendicatas, ita ut diminuta æstimatione ædium tempore uendicationis minus accipiat euictionem passus, adaucta uerò magis habeat itaque text. ille ad literam probare uidetur id, ad quod ab Accursio, & reliquis adducitur, & in proposita specie Sempronium teneri non solum ad precium, quod fuit tempore diuisionis, sed ad eam quantitatem, quæ erat uera æstimatio ædium euictarum: quia causa ædium, quæ factæ sunt meliores aut deteriores, diminuit uel excedit finem pretij, ideſt modum pretij, quo fuerant æstimatæ tempore diuisionis ex d. §. diuisione, & eius litera. Incidimus tamen hi in iure difficillima, & quæ apertè disidere uidentur, quæ scribentium turba confuse admodum tractat, & ut fatear quod sentio, magis suis interpretationibus obscurat, alibi enim uidebis hæc augmenta non recipit, alibi exigi, illud in l. ex mille. ff. de euictionib. per totum responsum, alibi exigi, ut in d. l. diuisione. & d. l. Titius. & l. idque Iulianum d. l. euicta. & d. l. si fundum. quæ Iureconsultorum responsa si attentius legas, nulla aut difficili concordia cohærebunt, hæc ut expediam, distinctius & clarius aduerto, in hac tractatione, uersari Iureconsultorum responsa circa duo ueluti capita totius disputationis, namque in hac euictionis quæstione frequens est stipulatio duplæ, & actio ex empto d. l. ex mille. & reliquis legibus supra adductis.

4 Actio † autem ex empto habet duo capita in hac materia euictionis, scilicet ad pretium, istudque perpetuum & naturale huic actioni, & quod in ea semper repetitur, neq; enim ullo pacto, nulla circunstantia unquam uidetur remissum precium in causa euictionis, denique est perpetuum & naturale huic actioni ex empto, ut emptor, qui euictionem rei emptę passus est, precium à uenditore consequatur, alterum autem caput huius actionis non est naturale, nec perpetuũ sed incidens, & ut aliqui dicunt casuale, quod aliquando incidat, & contingat, aliquando uerò non, istudque est præter precium, id quod emptoris interest rem non fuisse sibi uendicatam, in quo capite insunt expensæ & meliorationes & augmenta, quibus res facta est melior d. l. Titius d. l. emptorem. §. fin. ff. de actionib. empti. & uenditi. l. si in uenditione l. euicta. la 2. l. si plus, de euictionibus.

5 † Illud præterea aduertendum est circa hæc duo capita, ut rem aperiamus ex Iureconsultorum responsis non ex interpretum placitis, quę sunt plerumque capitosa, primum illud caput huius actionis, scilicet quod dirigitur ad precium, quod uocabimus naturale & perpetuum huius actionis in tractatione de euictione, semper habere relationem ad bonitatem & pretium, quod erat tempore contractus, respectu eius, quod euictum est, ita probat aperte l. 1. & l. bonitatis. ff. de euictionibus. itaque si ex re quæ mille constitit dimidium euictum sit, ex hoc capite quingenta potest petere eui-

Source : BIU Cujas

euictionem passus, non integra mille; quia hoc primum caput certum est, & habet suam relationem ad tempus antiqui contractus, non uerò ad tempus euictæ rei, & ita intelligendæ sunt d.l.1. & l.bonitatis.

6 †Alterum uerò caput huius actionis, quod est ad id, quod interest emptoris, rem emptam non fuisse ablatam & euictam habet relationem ad tempus euictæ rei non contractus, ideoque patitur diminutionem & augmentum, prout res empta, uel melior uel deterior facta reperiebatur tempore euictionis d.l. Titius. l. emptorem l. idque Iulianum l. euictæ l. si in uenditione l. si plus. supra adductæ, quæ iuxta hæc quæ nobis traduntur sunt conciliandæ cum d.l.1. & l. bonitatis. ff. de euictionib. & est uerus sensus, & ex fundata iuris ratione, ad quæ non aduertendus, facilè cumulant iuris ridicu las quasdam antinomias ad hoc secundum caput eius quod interest, rem non fuisse euictam, quod augmentum & diminutionem recipit, ut diximus, referenda est d.l. si cum uenditor. §. diuisione. ff. de euictionibus. de qua nobis sermo erat, & ea uerba id significant (scilicet ut causa, hoc est controuersia agri, hoc est q̃ super agrum mota est, facti ideſt qui factus est, melioris aut deterioris, ideſt melior aut deterior excedat, aut diminuat, finem ideſt modum & quantitatem precij quo fuerat æstimatus tempore diuisionis; cum enim diuisio facta sit bonorum, quæ emptio est l. 1. C. communia utriusque iudicij, facit l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Iureconsultus euictionis causam, distinguit à uero precio secutus alterum caput euictionis, quod est ad id quod interest, quod aliquando maius est, aliquando minus, quàm sit precium, & uocamus interesse uulgo extrinsecum, illud interesse intrinsecum.

7 †Præterea illud aduertendum est in hoc secundo capite, in quo actione ex empto agitur non ad pretium, sed ad id quod interest, ita demum teneri uenditorem, si emptor expensas & meliorationes conseruare sibi à uendicante non potuit; tunc enim euictionem passus id à uenditore antiquo sibi conseruat, contrarium in casu contrario decidendum est, si cum res empta à se exigeretur sciens prudensque tradiderit, nihil de his agens; tunc enim ipsa sua uoluntate sibi no cuisse comperitur d.l. Titius l. idque Iulianum. ff. de actionibus empti. & uendit. unde necessariò illud fatendum est, requiri in d. §. diuisione. ex fundata iuris ratione, habes ex his expositionem d. §. diuisione. & l. Titius l. idque Iulianum l. emptorem l. euicta l. in uenditione l. si plus. cum l.1. & cum l. bonitatis. de quibus supra.

8 † Modò quòd diximus de actione ex empto. Ita interpretamur in stipulatione duplæ, ut cum quadrent in aliquibus, in aliquo uero disideant apertè, stipulatio enim duplæ fuit inueterato usu & assidua, antiquaque consuetudine hominum excogitata & inuenta, legibus approbata, & posita loco actionis ex empto ad interesse in eadem causa euictionis l. fin. de prætorijs stipulationibus. § fi. Instit. de uerb. oblig. id que receptum est, quòd difficilis esset probatio eius, quod emptoris interesse poterat, rem esse euictam, sic enim homines illo seculo iam cautiores fugientes probationem eius quod interest, statim in ipso contractu prouidebant sibi interposita stipulatione duplæ, si res uel pars eius quam emissent auferretur, uel non traderetur, unde stipulatio duplę habet id commune cum actione ex empto, quod utraque habet suam utilitatem circa illud caput primum; nam siue tota res, uel pars eius euicta sit, emptor euictionem passus ad uenditorem reuersus habet totum pretium, & duplum ipsius loco eius, quod interest, uel partem pretij, quę correspõdeat parti rei euictæ, & duplum, quod quidem stipulatum fuit, & in hoc conueniunt aperte, quòd uersantur in altero capite euictionis, & actionis ex empto, in eo uero differunt: quia in stipulatione duplæ non continetur augmentum, nec decrementum rei extraneum, quod aliunde rei accedit, sicuti accedit in actione ex empto. itaque qui agit ex stipulatu ad duplam, pretium aut pretij partem, cum duplo accepturus est, ex natura ipsius stipulationis, quæ interposita est, quæ cum solum de duplo interposita sit, & cõcepto rei certo pretio uenditæ, ad alia, de quibus actum non est, nempe ad externum augmentum, scilicet meliorationes, expensas & sumptus extendi non potest, extenditur autem actio ex empto, idque ex natura illius actionis, quæ huiusmodi augmenta & accessiones continet, ex his quæ necessariò nobis dicenda fuerunt, patet l. ex mille. ff. de euictionibus. ubi aperte

9 † accessiones, & externa augmenta non ueniunt in causa euictionis contra reliqua omnia iura; quia ibi de stipulatione agitur duplæ, & ita quadrat cum d.l. Titius l. emptorẽ l. euicta. l. in uenditione. l. si plus. l. Idque Iulianum, & nisi ad hæc oculos conijcias, nulla erit conciliatio, hactenus patet conciliatio harum legum cum l.1. & l. bonitatis, circa unum & cum l. ex mille. circa alterum, proposita natura, & uera ratione actionis ex empto, & stipulationis duplæ, nunc ad alia non minus elegantia quàm difficilia, quæ pertinent ad nostrum institutum & conciliationem iurium.

10 †Habentque suam originem ex d. l. 1. & l. bonitatis. ff. de euictionibus, dices enim quorsum de bonitate rei uenditæ agitur, deque eius qualitate, si ad pretium agendum est hac euictionis natura, & uera & propria ratione actionis ex empto, pone fundum uenditum, emptori traditum, euictum, constat emptorem euictionem passum à uenditore consequi non rem, sed pretium, ex primo capite actionis ex empto, in quo diximus cõsiderandam esse bonitatem, quæ fuerit tempore contractus, non uerò euictionis, diuersum in secundo casu, quando agitur ad id quod interest, cum igitur intellexerimus d. l. 1. & l. bonitatis. in primo capite euictionis, scilicet cum agimus ad pretium, & quantitatem, quæ erat tempore cõtractus, cum id sit certum, nempe pretium conuentum, quorsum obsecro perspicimus rei bonitatem? quæ fuerit tempore contractus, ut d.l.1. & d.l. bonitatis. si res esset omnino tradenda ex hac actione ex empto, oportune inuestiganda esset bonitas rei uenditæ, ut talis traderetur, qualis tradita esset tempore contractus, sed cum hæc actio

11 competat ad pretium non ad rem, ex primo capite † quorsum bonitatem rei inquirimus in d. l. 1. & l. bonitatis. cum non ad rem, sed ad pretium agamus ex empto, & ex primo capite, hæc ratio poscit uerum intellectum ad d.l.1. & l. bonitatis, quæ considerant bonitatem rei tempore contractus, cum eius bonitas ex certo, & constituto pretio, certa, & definita, & constituta sit, plane enim si emptor ædes quingentis emerit aureis, etiam si mille ualeant, idque tempore contractus, euictionem passus, ex hoc primo capite à uenditore, si res euicta sit, uel non sit tradita, sola quingenta actione ex empto consequitur, hac enim actione ad pretium non ad rem agitur, ex hoc capite, ita omnia iura constituunt, quæ plura sunt l. Titius. in fin. uers. non enim de actionibus emp. l. si fundo. in principio l. si in uenditione l. euicta re. l. si plus, de euictionibus l. super empti. C. de euictionibus. & ferè nullum ius est qui dicat de euictione agi ad rem, sed ad pretium & postea in id quod interest ex secundo capite: & idem ex Accursio & Scribentibus decisum est, in l. cum successores. in fin. C. de euictionibus. licèt pro contraria sententia soleat adduci, & hanc opinionem tuetur Andreas Tyraquell. retract. linag. §. 31. num. 3. quæ cum ita constituta sint, non erat profecto requirenda bonitas rei uenditæ, quæ tamen inuestigatur in d.l.1. & l. bonitatis, & hæc est alia inuestigatio, in qua leges illæ mutuò quoque pugnant, sed d.l.1. & l. bonitatis. ita explicatur, ut ualor & æstimatio, de qua ibi, fiat solum ad effectum distributionis pretij conuenti, inter partem pretij partis euictæ, & non euictæ, pone uenditum fuisse fundũ Seianum quingentis, in eo fundo sunt plura prædia scilicet, salictum, oliuetum, uinetum, domus, pratum, hortus irriguꝰ agerque frumentarius, pone quoque euictum esse Salicetũ, emptor euictionem passus, reuersus ad uenditorem, partis euictæ pretium exigit, bonitatis salicti & utilitatis ratio quæritur, quæ fuerit tempore contractus, ut uniuersis quingentis distributis inter omnes fundi partes, uera æstimatio, & uerum pretium constituatur salicti, quod emptori soluatur, & ita conueniunt uerba d.l. 1. ibi (quid enim si quod fuit in agro precioſiſſimum, hoc euictũ est, aut quod fuit in agro uiliſſimum, æstimabitur loci qualitas, & sic erit regressus) hæc Iureconsultus, adde tu æstimationem eam faciendam esse, quæ fuerat tempore contractus, non euictionis, ex d.l. bonitatis. ibi Proculus rectè putat, quæ fuisset uenditionis tempore non euinceretur.

Habes uerum sensum ad d.l. 1. & l. bonitatis. in duplici iuris difficillimo argumento, & concordiam plurium iurium, & pertinebant ad d. §. diuisione, ubi instar uenditionis natura actionis id exigit, ut frater agens quadam ueluti actione ex empto ad id quod interest ex 2. capit. causam agat, quæ diminuat, uel excedat quantitatem pretij, quod fuit agro tempore factæ diuisionis, denique consequetur externum augmentum, & accessiones, expensas, & meliorationes, quæ continentur in illa actione nomine eius, quod interest, saltẽ pro portione, quam accepisse intelligitur à cohærede, qui sensus est planus & quadrat eius literæ, & agnoscunt omnes & conueniunt quę adduximus omnia de euictione, & actione ex empto.

Sed Mod. in lectione l. unicæ. C. de sententijs quæ pro eo quod interest. quam glorioso, & magnifico titulo inscripsit extricationem labyrinthi de eo quod interest, inscriptio, ut inquit Plinius in proœmio naturalis hystoriæ, propter quã uadimonium deseri possit, is ergo numero 143. morte suo, ait uidisse se sæpissime errare in intellectu d. §. diuisione, idque non solum in schola, sed in foro, aitque uulgò d. §. diuisione. ruditer acceptum esse, urinam nunquam ab eo rudius

acci-

Source : BIU Cujas

acciperetur,causam ille eã existimat, quòd uulgus ad æquũ & bonum non adspiciat,neque d.§.diuisione.excutiat ad legalis æquitatis gnomonem,ita ille loquitur,deinde destruit communem sensum,postremo interpretationem addit suã, quod facit à num.143. ad numerum 147. Ego primum istas
12 æquitates nullibi scriptas semper odi † ubicunque enim de æquitate incidit quæstio, quæ scripta, aut certè naturæ ductu & rationis ui animis nostris indita non sit, statim ex authoritate iuris scientiæ perniciose erratur l.seruum filij.ff.de uerborum obl.in proposita autem specie nulla æquitatis scriptæ ratio extat, ut eius prætextu à iure scripto recedendum sit, præterea d.§.diuisione. rationem illam continet,quæ reperitur in uenditione, cui diuisio par est.Præterea continet ancipitem & dubium euentus casum, qui utrique imminet, ut facta diuisione, si res hæreditaria fuisse nõ reperiatur pro ea parte, quam accipit à cohærede conseruetur sibi,cum augmento, & accessione externo, idque ita demum (quod Moder.præterijt)si à uendicante accessionem & melioration conseruare non potuit, ex d.l.idque Iulianum,quia uẽditio est,& uenditionis habet hunc effectum aperte scriptũ in d.§.diuisione. propter Mod.enim uerba eius interpretati sumus,quoniam ille(quod ausim dicere) uerba illa d.§.diuisione,dum numero 147.inquit uerbum illud(causa)in d.§.di uisione. posse legi in ablatiuo, uidetur non satis percepisse
13 † neque enim uideo qua ratione uerbum illud, causa,in d.§. diuisione.possit legi in ablatiuo, plane nisi in nominatiuo legas ineptissimus erit sensus legis, præterea, si cohæres non asseruit rem esse suam,certe asseruit esse hæreditariam, & sicuti testator teneretur uendendo, cohæres tenetur diuidendo,an dices,quòd uenditor bona fide uendat, statim non teneri ad meliorationes? Immo ipsa bona fides exuberat pro emptore,qui bona fide expendit, & meliorat,ne rem suam perdat,uel re sua careat, qui aduersus uendicantem aget de expensis & meliorationibus.Postremò in subsidium contra uenditorem,quem imitabitur cohæres,qui in diuisione prædium accepit, ipsumque meliorem factum suis expensis & meliorationibus,non dolo,neque culpa amisit,ratio in hoc postulat, ut expensarum nomine sibi consulatur,quæ suadebat,ut emptori prouideretur, saltem pro ea parte, quam à cohærede accepit, undecumque id augmentum accesserit, quod constituitur in d.§.diuisione.& extat ratio illa in l.si familiæ erciscundæ. C. familiæ erciscundæ, quæ duo iura iuncta l.idque Iulianum.constituunt tria illa, scilicet teneri cohæredem de eo quod meliorationem prædij continet pro parte accepta, si à uendicante conseruare sibi illud non potuit,modò facit argumentum Mod. contra hanc sententiã, quod quidem ego fortissimum esse faterer,si esset uerum,& certe me in suam sententiam traheret, ita ille argumẽtatur, si totus fundus,qui diuisus sit,tanquam hæreditarius ad alterum tantum pertineat cohæredem iure proprio, poterit is uendicare, neque de euictione tenetur in aliquo, ergo neq; partis,quam existimauit hæreditariam a se acceptam, antecedens probat ille ex text.in l.cum putarem.37.ff.famil.erciscund. quem text. si millies legas, nunquam ab eo id extorquebis,aliud agit ibi Iureconsultus,quod alienum est ab hac argumentatione.Præterea quid posset iniquius fieri, quàm surripi mihi fundum integrum, quem tanquam hæreditarium accepissem, neque supleri portionem ex bonis hæreditarijs,ut æqualitas abigeretur à diuisione.Præterea accipere te fundum bona fide meliorem factum nullis refusis expensis, abeat Moder.ille cũ suis fictitijs æquitatibus, nobis iuris scripti ratio placeat. Postremò addit suam interpretationẽ, postquam satis disiectam existimat nostram sententiam,breuiterque dicam, nunquam ita ad text.diuinatum est,uti ipse ad d.§.diuisione.diuinat, denique existimat ibi fundum fuisse euictum,non ob defectum iuris defuncti, sed culpa & dolo cohæredis,qui conuenitur ab altero cohærede de euictione,& existimat referendum esse.§.diuisione.ad l.si fratres.C. communia utriusque iudicij, ubi cohæres prius obligauerat fundum hæreditarium, deinde in diuisione tacitus dederat cohæredi,qui propter hypothecam euictionem passus,à cohærede expensas consequitur,lege & perlege d.§.diuisione, Deum immortalem, quàm nihil inuenies, quod ad dolum pertineat, non potest à uera ratione iuris recedi, quin fraus fiat iuri,& legi,igitur in diuisione bonorum externum illud quod uocant interesse,accessio,augmentum, melioratio,expensaque uenit in euictionis causa, ex d.§. diuisione, sicuti inter uenditorem & emptorem constitutum est.
14 † Quod quidem ego ita temperarem & intelligerem in meliorationibus & sumptibus à me factis in re hæreditaria, quæ mihi ex diuisione contigerit meis expensis, aut labore, uel industria:idem enim est,ut capite primo diximus, secus uerò si res ipsa hæreditaria sine facto meo, siue industria, sine expensis,sine sumptibus,sed casu,temporisque beneficio crescceret,& aucta esset,eiusve æstimatio:quia tunc satius est, ut id a cohærede meo non conseruem, facit quod diximus sup. capitulo 4. numero 14. uers. quod uerò diximus, ratio enim, quæ mouet,ut æstimatio rei hæreditariæ crescat omnibus hæredibus non solùm uni, ea poscit, ut cohæres non teneatur ad augmento illo: pone domum relictam in hæreditate, quam habuit unus ex hæredibus à patre, hæc morte patris ualebat ducenta,postea uerò, & antequam hæreditas diuideretur, augmentum factum est, preciumque domus temporis beneficio creuit ad mille sine industria, aut opera hæredis.certe hæres aut domum,aut mille conferet cohæredibus:quia augmentum illud sibi prodesse non debet, quod sine labore suo euenit, ex his quæ ibi diximus d.num.14.igitur in nostro casu æquum quoque est,ut hoc augmentum sine facto suo & labore non uergat ad utilitatem cohæredis, ex quibus restat d. §. diuisione. explicitus. Et quæ pertinent ad expensas factas à uenditore recuperandas emptori.
15 †Alterum caput nostræ disputationis est, quoties contractus emptionis rescinditur per restitutionem in integrum; tunc enim emptor rectè de meliorationibus & expẽsis agit, remque ipsam retinet, donec de expensis satis fiat, de quo est l.intra utile 40.§.fin.ff.de minoribus.ibi uix eum restituẽdum esse,nisi maluerit,omnes expensas, quas bona fide emptor fecisse se approbauerit, ei præstare l. si prædium. C.de prædijs minorum.facit apertè text.in cap. primo.de in integ. restitu.& ratio legis,quæ est in l.fundo.ff.de rei uendicatione
16 † qua ratione & in ecclesia istud receptissimum est,& d.ca.1. & ibi Abbas & reliqui,in quo nulla differentia,nullum discrimen est, nisi id, quod resultat ex uarijs expensarum generibus,aliter enim utiles,aliter necessariæ,aliter uoluptatis,bonæ uel malæ fidei possessori conseruantur, quod abunde nobis supra dictum est.
17 †Ex qua regula, & interpretatione idem iudicandum est de expensis, quæ fiunt ab emptore intra retractus tempora, neque enim quod intra id tempus fiant, protinus sic existimandum est factas eas esse malo & iniquo animo, ut retrahens oneretur, sed qualitas rei, item & expensarum expendenda est,de quo nobis iam supra abunde dictum est, capit. 6.num.8 contra Gallos,Boerium, & Tiraquellum.Ex his iuribus & decisione l.in fundo, & l.intra utile. & l. si prædium. & cap.1.supra adductæ.
18 †Præterea & si res ab emptore exigatur beneficio l.2.C. de rescindenda uendi. Emptor quoque argumẽto earum legum expensas cõseruat sibi, quod adnotauit primus Baldus in l.2.C.de rescind.uendit.q.19.num.23. quem post Alexan. Cagnolum,Antonium de Burgos. Iacobinũ à sancto Georgio,Fabianum, Boerium,sequitur Pinellus,qui hos refert in l.2.C.de rescind.uenditione.part.2. cap.3.num. 1. contra Salicetum ibidem. q. 17. In qua quoque re obseruanda est distinctio de qua proximè diximus utilium, & uoluptatis, & earum expensarum quæ necessariæ sunt.

Nam nihil aduersus hãc receptam sententiam facit,quod Salycetus adnotauit,scilicet non posse deduci argumentum ab l.intra utile.§.fina.quia ibi indistincte res rapitur per restitutionem in integrum,hic uerò,idest in casu legis secundæ de rescindenda uenditione, non nisi ex uoluntate emptoris, qui supplere iustum pretium recusat; quia quicquid respondeat Pinellus, emptor expensas suas ex uoluntate sua tradere nunquam intelligitur, nec minor restituendus est,nisi in eo,quod sibi deest, item & uenditor,expensas autem haberet cum re,& cum iactura aliena, quod ab æquo & bono recedit,nam quod ait Pinellus,posse fieri, ut læsio solum contingat in pretio, non in alienatione, quo casu ait receptius esse, restitutionem minori non dari ad rescindendum contractum, uel rem repetendam sed ad supplementum pretij, allegat glos.& Bart.in l.si quidem.C.de prædijs minorum.& rursum idem argumentum repetit in d.l.secunda.part.tertia capitulo primo.per plures numeros, id tamen quo fiat modo; quoniam in aliquibus decedendum est à Pine. hæc sunt adnotanda.
19 †Primum læsionem in emptione, & aliis cõtractibus posse quidem contingere duplici ex capite,scilicet,ex alienatione,quòd res alienata sit,etiam si iusto pretio sit alienata, aut iusta mercede & pensione l. si emptione.ff. de minoribus l. quæ tutores. C. de administra. tutorum. uel cum alienanda sit,quòd minoris sit alienata, quod est secundum caput,nã si utrumque coniungas,plenissima est restitutio,sine difficultate, ex primo cap. contractum rescindit minor,& ecclesia, & directò rem recuperat suam, quam alienare non decuit, ex secundo capite, quando in pretio fuit læsus non in alienatione,indistinctè non recuperat rem,quoniam emptor,conductor,uel emphyteuta euitant rei restitutionem,si pretium suppleant iustum, propter quod in integrum restitutio implorata est, hæc est illa glo.celebris in dicta lege si quidem.

C.de

C. de prædijs & alijs rebus minorum, quam seq. Bart. Paul. Bald. & Salycet. similis glo. in l. patri pro filio. §. si pecuniam. uers. prædium quoque. ff. de minoribus, uerbo, oporteat, aliqua ibi adducit Barto. melius autem & clarius in l. si res. §. 1. ff. de iure dotium. Idem tenet Abb. in cap. constitutus. de in integ. restr. nu. 10. Alexan. in l. non interest. ad fin. de eo quod met. causa. Socinus cons. 57. lib. 4. Antonius Gomez Hispanus. 2. tomo de Contractibus c. 14. num. 1. uersic. si uerò sit lęsus in pretio, Paulus de Castro in l. nõ interest. C. de his quæ ui met. ue. etiam si referat Cinum in d. l. siquidem. contrariũ
20 existimantem † contra quam glo. opinionem, quæ pluribus placet, allegat Abbas duo iura in d. c. constitutus, quæ fortissimè contra glo. faciunt, primum est decisio ex. in c. primo. de in integ. resti. ubi læsio contingit in minori pretio, nõ uerò in alienatione, quod patet ibi, quid agendum sit de possessionibus laicis sub modico censu concessis, non inquit requisitio illa de possessionibus laicis concessis, quæ concedi non debuissent, sed de concessis sub modico tamen censu, & tamen conceditur restitutio ad rescissionem contractus, refusis expensis, quod patet ex litera ibi, quæ in damnum eius data constiterit, ad ipsius conuenit ius, & proprietatem redire, reditur ibi quod datum est, non uerò suppletur quod defuit iusto censui, uel mercedi, aut pretio, alterum ius est in l. patri pro filio. §. item ex diuerso. ff. de minoribus. ubi Caius in hæc uerba, Item ex diuerso, si minore pretio, quàm oportuit, uendiderit adolescens emptor quidem iuberi debebit, prædia cum fructibus restitui, iuuenis uerò eatenus ex pretio redere, quatenus ex ea pecunia locupletior est, hæc Caius, qui minorem in pretio læsum proponit tantum, & tamen prædium cum fructibus extorquetur, Abb. autem etiã si Accursium sectetur, his tamen iuribus non satisfacit, est etiam contra glo. fortissima ratio, quam agnouit text. in d. c. 1. de in integr. restitutione, quã agnouit Paulus ubi supra, qa restitutio in integrum, est in pristinum statum repositio, & tamen supplemẽtum iusti pretij non reponit causam in pristino statu, immo supplementi oblatio, & acceptatio magis ipsam alienationem confirmat, quod patet ad oculum, hæc fortissimè faciunt contra gl. in d. l. siquidem, ex quibus Cinus, & Petrus eam reprobarunt, in d. l. siquidem. glo. tamen habet iuris rationem, & uera est, pro qua est tex. expressus in l. si res. §. 1. ff. de iure dotium, uers. enimuero, inquit Vlpianus si in æstimationis modo circumuenta est, erit arbitrium mariti, utrum iustam æstimationem, an potius seruum præstet, quòd Iureconsulti responsum planè æquauit causam coniugis circa res dotales, cum causa minoris restitutionem im-
21 petrantis † ut sicuti minor ob quamcumque læsionem resti tuitur, etiam minimam, & quæ dimidiam non attingat, utcumque enim Ecclesia, uel minor lædantur, restituuntur, Abbas in cap. cum delecti, de empt. & uenditione. numero 42. Antonius de Burgos numero 44. latè Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. part. secunda numero 78. latè post ipsum doctissimus Couarru. Variarum Resolution. libro primo capitulo 3 numero 10. & 11. & post utrunque Pinellus in l. 2. C. de rescind. uend. part. prima cap. 1. num. 25. & 26. & ante eos Alciatus lib. 4. de uera. signif. pagina mihi 109. idque probant ex tex. in l. scio. ff. de in inte. rest. quem tex. Abbas supra adducebat pro ea opinione, ut ob modicam læsionem non competeret restitutio in integrum, ibi tamen non simpliciter, neque indistinctè in modicis restitutio negatur, sed in satis minimis, ac neque in his nisi fortè ex restitutione huiusmodi ob satis modicam quantitatem resultat rescissio actus magnæ quantitatis, ita ait Imperator, neque propter satis minimam rem, uel summam, si maiori rei uel summæ præiudicatur, audiatur is, qui in integrum restitui postulabat, ex quibus uerbis restitutio in modicis simpliciter nõ denegatur, quem sensum aduertit Emanuel Costa summo, ut solet omnia, iudicio, Couarruuias ait, cordatè & attentè prospiciendum esse in istis minimis ad læsionem, quantitatem, actum, qui gestus est, ex quibus circunstantijs grandem, modicam, uel enormem læsionem iudicamus, quòd si læsio ultra dimidiam contingat, meritò enormissima iudicabitur, in nihilo enim distinguimus læsionem enormissimam ab ea quæ ultra dimidiam est, tum quia nullum ius distinguit, tum quia in hoc est egregius text. in l. domum. ff. de contrahen. emptione, ubi contractus ille non perficitur, qui læsionem ultra dimidiam continet, quod patet ex text. ibi, ut si quidem amplior domus pars exusta est, non compellatur emptor perficere emptionem, ad quod summè aduertendum est, uidemus enim quotidie distingui enormem, & enormissimam læsionem, ab ea quæ est ultra dimidiam, cum certa regula constitui non possit, nec differentia ulla, Cagnolus in l. 2. de rescind. uend. nu. 88. & 97. Afflictus decisione 322. Abbas. in cap. cum contingant. de iure iurando. Felinus in c. in præsentia. nu. 8. de probationib. & re petentes in c. quanuis pactum. de pactis. lib. 6. recurrendum tamen est ad regulas Iureconsultorum in d. l. domum, quæ optima est contra istas traditiones.

22 † Quod cum ita sit, patet æquatos esse coniuges circa res dotales cum minoribus in d. l. si res, §. 1. & in l. iure succursum. ff. de iure dot. siue enim minores, siue maiores sint coniuges, siue intra dimidiam, siue ultra contingat læsio in rebus dotalibus id emendatur, in quo læsio contingit, quod præter cæteros tenent & probant Pinel. in d. l. 2. de rescind. uend. p. 1. c. 1. nu. 12. & 13. Anton. Gom. in l. 50. Tauri. nu. 44. & est nobis probatissima ista hæc opinio ex l. 16. tit. 11. p. 4. ibi uterque interpres, unde meritò cum in utroq; casu fiat quædam emendatio damni contingentis, utcunque contingat obseruata ratione damni, quę in rebus dotalibus contingit, dicendum est recipiendam eam esse in minore, ut resarciatur sibi id in quo fuit læsus, quòd si læsio in minori precio reperiatur non in alienatione, pretium suppleatur, non etiam res restituatur inuito minore, qui in alienatione non est læsus, & ita pro glo. in d. l. si quidem. apertè facit d. l. si res. §. 1.

23 † Arius tamen Pinellus receptam hanc sententiam gl. in d. l. si quidem. oppugnat, & ab ea recedit, post Albericum, Cinum, Paulum, Fulgosium, quos ipse refert in d. l. 2. de rescind. uend. p. 3. ca. 1. nu. 21. ut euertat autem gl. sniam utitur duobus fundamentis, alterum in eo uersatur, ut dicat, omnẽ minoris restitutionẽ resolui in rei restitutionem, ẽt si ex minori pretio læsio contingat, in quo planè utitur argumento Abba. in d. c. constitutus, ex c. 1. de in integ. rest. & l. patri pro filio. §. item ex diuerso sup. adductis, neque aliud facit Pinel. q̃ addere aliquot iura, magis probantia Abb. arg. scilicet l. q̃ si minor. §. restitutio. ff. de minoribus l. tutor. §. 1. & l. pen. ff. eod. l. si fine. §. interposito. ff. de adminis. tutor. l. non interest. C. quod metus causa. quæ iura non ita aperta sunt, omnia tñ concludunt, quantumuis læsio ꝯtingat in pretio, restitutionem concedi ad rescissionem ꝯctus: quod quidem non diffitentur qui gl. opinionem sequuntur, aiunt tñ uitari contractus rescissionem oblato iusto pretio, in quo lęsio contingit, secundum fundamentum Pinelli est, dum respondet ad d. l. si res. §. 1. ait enim, hanc legem ita esse intelligendam, ut ibi electio data sit coniugi ex iuris particularis dispositione pp æquum & bonum, quod in dote exigitur, idq; nu. 23. d. 3. p in restitutione minoris non esse datam hanc electionem, quod obnixè negant, qui sequuntur gl. opinionem, denique ex his restat indagare, an in hac restitutione, quæ contingit propter minus pretium sit hæc electio, quæ si concedenda sit, corruit Pinelli argumentum, quod totum in hoc uersatur, & nos cum gl. asserimus dandam hanc electionem ei qui rẽ possidet, ꝯ quem hæc restitutio postulatur ex c. læsionis, quę contingit, non in uenditione, sed in pretio. Præterea q̃ in d. l. si res. §. 1. ff. de iure doti. ex æquiparatione coniugis & minoris id uidebatur concedendum, cum id quoque æquum, iustumque sit, & minori in eo succurratur, in quo læsus restituatur: neque enim adolescenti inuito alienationem approbanti, pretium postulanti iustum neganda est hæc electio ex parte emptoris, si emptor narrationem libelli secutus uelit, pretium supplendo, ratam habere uenditionem, quomodo autem hæc electio concedenda sit, paucis explicabo, neque enim facilè recedendum est à receptis sententijs præsertim his, quæ naturalem æquitatem & rationem habent.

24 † Omnia enim illa iura, & rationes ueterum, scilicet q̃ restitutio sit in pristinum statum repositio. Bal. ita diuit in d. l. si quidem minor hoc casu quo restitutionem sibi ꝯcedi postulat, ob pretij modicitatem, non dẽt petere, nec formare libellum ad solum pretij præstandi supplementum, sed sũã in integrum restitutionem postulabit aduersus actum, quam restitutionẽ reus ꝯuentus uitare poterit, si uelit supplere iustũ pretium. Quasi in actore sit petitio restitutionis ob modicitatem pretij, quæ modicitas sola & unica cã fuit impetrandi restitutionem, at uerò in rei conuenti potestate supplere iustum pretium, ita ut deficiente & cessante cã restitutionis, & rescissionis actus quasi ex uoluntate utriusque cessat ipsa actus annullatio: q̃ formam libelli probauit Alex. ad Bart. in d. l. siquidem pro Bald. ꝯ Bart. ibi, & fuit Accursij, quatenus induxit l. 2. C. de rescin. uend. de qua statim agimus, p Bald. & quatenus ait, solam rem esse in obligatione, supplementum aũt iusti pretij in facultate soluendi, quod uerissimum est. Licèt Bart. in d. l. si quidem. & Abb. in d. c. constitutus. dicant hãc restitutionem debere postulari ad solius pretij supplementum non ad rescissionem actus, & pro Bald. facit d. l. si quidem. & c. 1. de in integr. resti. & reliqua iura quæ adducuntur à Pinel. ubi læsio in pretio contingit, & imploratur restitutio iuxta tenorem edicti perpetui, ideſt rescissio actus, & rei petitio: facit etiam pro Bald. d. l. si res. §. 1. ubi iure consultus cum in duobus fateatur coniugem lædi posse, q̃ seruum dederit, uel q̃ minoris æstimauerit, ait tamen id solum

Source : BIU Cujas

lum acturum coniugem,vt seruus sibi restituatur,postmodũ q; subdit,si coniux in eo solum læsa reperiatur, quòd minoris æstimauerit, etiam si seruus petitus sit, in arbitrio tamen esse mariti,vel seruum tradere,vel pretium supplere, quasi so la res sit in obligatione,in potestate autem soluentis, vel rei traditio,vel pretij supplemẽtum. E quibus potest vitari argumentum Pinel.& Abb.& potest responderi ad c.1. & ad l.patri pro filio.§.item ex diuerso.& ad alia iura quæ his adduntur,quod etiam si ibi feratur sententia condemnatoria ad rei restitutionem iuxta libelli formam & licèt hæc sententia habeat authoritatem rei iudicatæ,non ideo minus negatur immo relinquitur,q; reus,donec conueniatur actione rei iudicatæ possit supplere iustum pretium,& eo ipso vitare rei resti
25 tutionem † tex.in l.item veniunt.§.idem rectè. ff.de petit.hæred.ibi,tãdiu quis habet noxæ dedendæ facultatem quandiu iudicati conueniatur, constat autem in noxali actione dãnũ esse in condemnatione,ex l.1.& per totum de noxali. & glo. recepta in d.§.idem rectè.Bar.in l.si quis stipulatus decem.ff. de solut.nu.6.Abb.in c.cum dilecti.nu.2.de emp. & vend.igitur nihil mirum sit,si in casu d.gl in d.l.si quidem.res postulatur,& fiat item rei condemnatio,vt in d.c.j.& in d.§. item ex diuerso.sed quia ex relatione minoris, qui læsionem ad pretium retulit, sicuti in noxali causa ex dispositione legis vnũ est in petitione, alterũ in solutione,nihil mirum q; v'q; ad executionem sententiæ possit alterum eligi & solui,argumẽto d.§.idem rectè.ℨ Pinel.& Abb.pro Bal. est recepta sententia cum gl.in d.l.si quidem.

26 Sed fortissimè facit pro Bald. & gl. prædicta ratio desumpta ex l.2.C.de rescin.ven.licet enim in specie eius legis controuersum sit,an res,an pretium, an vtrumq; sit in obligatione,in quo mire Canonistæ à legistis differunt:illi enim tenẽt & pretij supplementum & rẽ ipsam esse in obligatione cum Io.And.& Abb.in c.dilecti.de emp.& ven.& latè Beroius ibi nu.15.cũ seq.Ast legistæ tenent solam rem esse in obligatione,iusti aũt pretij supplementum in solius emptoris facultate,post gl.in d.l.2 tenent Bal.Saly.& reliqui ibi vtramq; autẽ opinionẽ variè proferunt & dilatant Mod.in consue. Parisi. §.22.nu.42.Couar.Variar.li.2.c.4.ad fi.Anto.Gomez de contractib.c.2.paulo post principium.Pinel.in d.l.2.p.3.c.3. nu.1. & ibi Cagno.nu.116.D.Ant.de Menes.ibid.nu. 38. alij tamẽ abeunt in tertiam opinionẽ,vt s.supplementum solum sit in obligatione,res aũt ipsa in facultate soluentis, de quo Raph. Fulg.in d.l.2.nu.9.& quamuis hæc tertia opinio Fulg. ab omnib.semp reiecta sit, singularis semper extiterit nobis Hispa-
27 nis certè (ni fallor) maximè aduertenda est † iure.n.nostro ꝓbata esse vr̃ l.56.ti.5.p.5.quem tex.& nostri & externi securè pro Canonistarum opinione adducunt perperam,quantum existimo,verba enim eius legis pro Fulgo.aperta sunt. Neq; inductione egent vlla,ibi.E si el vendedor esto pudiere prouar,puede demandar al cõprador, quel cumpla sobre aquello que auia dado por ella,tanto quanto la cosa entonce podria valer,segun derecho, e si esto no quisiere fazer el cõprador,deuela desamparar al vendador, e recebir del el precio que auia dado por ella,quæ verba non patiũtur,vt alio retorqueri possint vllo colore quæsito.Immo verba ipsa nouioris constitutionis,titulo de las ventas,si mature pẽsentur, idem probant, ibi, mas que el comprador sea tenudo de cumplir el precio quæ valia la cosa al tempo quæ fue comprada,quasi id sit in obligatione ex verbo,sea tenudo, ast quæ sequunt̃ verba,o ladexar al vẽdedor,intelligenda sunt iuxta legẽ Partitæ,s.si priorem casum non elegerit emptor, ad quem tenebatur,quod quidem efficiet,vt iustineatur hodie in Hispania libellus,qui concludat solum supplendum esse sibi iustũ pretium,vel solum esse sibi rem restituẽdam,vel vtrumq;,dummodo aptam contineat narrationem læsionis vltra dimidiã quicquid.n.horum petas præmissa apta narratione læsionis vltra dimidiam emptor vel supplere iustum pretiũ,vel rẽ tra-
28 dere potest.†In quo tĩ praxis apud nos admisit consiliũ Bar. in d.l.2.nu.13. vt vel res tradat, vel suppleatur iustum pretiũ quod securius est,& huic sensui magis quadrant,& cõueniũt verba nouæ restitutionis inter regias constitutiones, quæ vtrumq; cõiunxit,nisi eam(vt diximus) intelligas iuxta d.l.56. vt quadrent ambæ, hanc conclusionem libelli magis agnoscuerunt veteres tradentes,in † actione multiplici, & varie ac-
29 cepta iudicium sustineri,si pars quæ apta lege est in libello reperiatur,etiam si cum apta inepta quoq; cõiuncta sit: in hoc enim facto,plus põt ea pars quæ iuuat,quã ea quæ noceat,la son in l.1.§.sed si mihi.nu.14.ff.de verb.obl.& quæ ipse adducit,& adducit plures Alex.cons.105.li.3.ad fi. quamcunq;.n. opinionem teneas quantum ad libellum,in potestate est,qd quid velis postulare,si supplementum intentes solum habes iure nostro Hispa.d.l.56.si ad rem indistinctè agas, habes Accursium,& qui eum sequuntur, si ad vtrumq; consultius facies cum Bar.quidquid egeris,sine timore esto,nec vnquam adimes emptori electionem illam ex Bal.in d.l.2 nu. 19. idq; fatentur singuli suarum opinionum authores.

Igitur ex his quæ verissima sunt patet etiam in actione l. 2.solere iuxta Accursij sententiam rem indistinctè peti, immo ipsam solam esse in obligatione, supplementum verò in potestate emptoris conuenti, vt nihil mirandum sit in casu gl.d.l.si quidem.C.de prædijs & alijs reb.minor.q; res omnino ueniat petenda, & rescissio contractus, & præmissa apta narratione solius læsionis in pretio,nõ verò alienationis,emptor reusq; conuentus rescissionem contractus & rei restitutionem vitet,iusto pretio oblato; cũ enim hoc impetret minor ecclesiave beneficio restitutionis minorum, si ex cã iudicati rescissio contractus sequatur,quia verò læsio in solo pretio proponitur contigisse,meritò offerẽdo pretium emptor restitutionem vitat,sicuti in l.2.retenta Accursij sententia.

Est autem hæc animaduersio vtilis minoribus,& ecclesiis qui vellent sæpius ℨctus obseruari iusto pretio resarcito, & vtilior pro Bal.in l.quæ sub conditione.§.siquis.ff.de cond.insti.& ibi Albericus Ange. & Pau.& Ias.in l.vbi pactum.nu.3. C.de trasact.Antonius de Burg.Catilian.Cotta,Soc.Cassadorus,Decius,Cagnolus: & alij relati per Pinel.in d.l.2.p.3.ca.1. nu.5.quod pro Bal.retulit Couarru.in c.quamuis pactum p. 3.§.4.num.8.

Dicebat enim Bald. venditorem qui iurauit contractum venditionis,si aduersus emptorem egerit,atq; adeo libelli alternatiua postulatione concluserit,aut rem sibi tradi,aut pre
30 tium suppleri,periurum eum quidem esse † quia petendo rẽ agit contra iusiurandum,secus autem dicendũ esse,si ad supplementum tantum agat:quia tunc principaliter contra cõtractum non agat:quia s.supplementum tantum petat,cuius oblatio ipsum ℨctum magis confirmet,quam Bal.Theoricã præter eos quos superius retuli, tenet vir magnæ authoritatis Greg.Lop.cum admiratione in d.l.56.titu.5.p.5.& reuera illa decisio tot tantisq; viris recepta habet eam rationem:qa qui supplementum petit,reuera ipsum contractum non destruit,immo magis confirmare studet,quòd si tu supplementum deneges, magisq; rem libens ac volens restituas,iam id non mea culpa factum intelligitur,rursum si supplementum offeras,nihil factum reperitur contra iusiurandum, contra Bal tenent viri tres grauissimi Couarru.in d.ca. quamuis pactum.part.3.§.4.num.8.Pinel.in d.l.2.p.3.c.1.num.5. indignabundus ferè,Dominus Anton.de Padil.ibidem nu.82.quorũ argumenta quæ pauca sunt,non adeo fortia sunt, vt non possint facile vitari ex his quæ circa restitutionis hoc genus notauimus,verum enim est,tantum me agere non posse, quantum iureiurando firmaui me non acturum,q; si iurauero me contra contractum illum minimè acturum vt rescinderetur quid obsecro obstat,vt seruato contractu, de minore pretio agam,in quo me lęsum reperio,an occasione illius iuramenti ditescet ille cum mea iactura,quòd si vnus & idem contractus est,diuersa tamen est huius & illius partis, quæ non vno & eodem iure,sed diuerso cẽsentur,quod si mihi hoc indultum est iure,vt in pretio circumuentus de precio agam obseruato contractu,quid est,quod prętextu sacramenti,quod hanc partem non attingit,agere prohibear?cum autem. d.l. siquidem.& dic.l.si res.§.1.hanc inuenerunt viam,qua læsus non in contrahendo,sed in pretio agere posset, cur obsecro iusiurandum de obseruando & non rescindendo contractu viam præcludet ad pretii æqualitatem,quæ diuersa iure censentur,quicquid sit ex authoritate horũ,qui grauissimi sunt, video controuersum,nec quicquam facit illa consideratio, qua hæc inuestigatio nullius momenti esse videri potuit;qa iustitia uel iniustitia contractus requirendus est, vt rescindatur,ex qua iurisiurandi vis & potestas dependet: aliud enim est,posse te intrepide contra contractum agere,aliud quærere eam iustitiam,quæ sufficiens sit, vt & contra contractum & contra iusiurandum agere possis, adde quòd etiam si in hoc Senatu,& aliis suppremis Senatibus Hispaniæ ex vsu & antiqua consuetudine non sit necessaria relaxatio iuramenti ad agendum,sed pendeat,ex iniustitia actus,qui gestus est, apud iudices tamen inferiores relaxatio necessaria est,in nostra autem specie audietur de supplemento agens, nec vlla indigebit relaxatione,ex Bald.& eis quos retulimus,qui quoque sunt viri doctissimi,cuius probatio licèt ex dicta l.si quis sub conditione §.si quis. non colligatur, colligi tamen facile potest ex iuribus & rationibus supra adductis,& mire quadrant decisioni nostræ quæstionis,vbi læsio in pretio est, & sententia licèt restitutionem rei contineat, illæsus tamen seruari contractus poterit,si supplementum offeratur,idque quousque rei iudicatæ actione agatur, quo casu magis confirmatur contractus & magis iusiurandum obseruatur,perficiente contractum ipsa iusti pretij solutione,quæ deereat ad contractus iustitiam,quasi reiecta è medio causa,ex qua cõtractus perire poterat.

Source : BIU Cujas

Quod verò attinet ad tex. quem Bal. allegat in d.l. quæ sub cõ ditione. §. si quis. de condi. instit. quoniam doctissi. Couarru. vbi sup. respondendo ad Bald. inductionem ipsamque refutando existimat cum multis, ex duabus conditionibus alternatim ibi positis, reiecta vna alteram tantum superesse, idq; d. num. 8. ad fi. in vltimis verbis, secus existimandum est, ibi, solum reijci quod turpe, & impossibile est, alia autem remanere, denique † in dispositione quacumque, quæ impossibile aut turpe aliquid contineat, id quod turpe, & impossibile est, tantum reiicitur, ex l. turpia. ff. de leg. 1. §. 1. & ibi Alex. nu. 7. pro quo est tex. in d.l. quæ sub conditione. §. quoties. & ibi Accursius, ibi. si hæres iubeatur iurare factum faciendum, qđ non sit de genere malorum, actiones hæreditarias, non alias habebit, quam si fecerit, id quod iurare iussus fuerat, solo iuramento remisso, idque magis confirmatur ex regula l. obtinuit. ff. de cond. & demonst. & §. si impossibilis. Institu. de inutilibus stipulationibus.

†Vnde ad l. si quis ita institutus. ff. de condi. insti. vbi si quis ita institutus sit (inquit Vlpian.) si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius fecisset, cũ monumentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem euanescere quasi impossibilem, Vlpian. quando dicit conditionem euanescere, intelligendum est, euanescere id quod est impossibile, non vero omnem cõditionem, quoniam verò non est impossibile monumentũ confici, sed tẽpus tridui, illud solum breuissimum tẽpus, propter quod conditio impossibilis visa est, reijc tur, conditio verò conficiẽdi monumentum remanet, & ita non remanet dispositio simplex, & pura sed conditionalis, si monumentum fiat, & pro hoc intellectu est tex. expressus in l. hæc scriptura. ff. de cond. & demonst. ibi, si iurauerit se decem daturum, aut monumẽtum facturum, & ibi, tamẽ compellitur facere id, quod facturum se iurare iussus est, solo iureiurando remisso, quo iure remittebatur iusiurandum l. non dubitamus. ff. de condi. & demonstr. vnde in d.l. quæ sub conditione. §. si quis sub iurisiurandi. non est dicendum reijci alteram cõditionem quæ sub iureiurando fuerat concepta, sed remanere conditionem remisso iuramento, & ita remanere dispositionem sub conditione alternata, non verò sub vnica dumtaxat conditione, q̃ iurata fuerit, vel nõ fuerit, quod existimabat doctissimus Couarruuias contra hæc iuris principia, & ante eum sic intelligebant Albericus & Iason in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. 1. Loquuntur tamen contra iuris rationem, melius Alex. vbi sup. hæc explicuit remittens impossibile aut turpe, non vero ipsas dandi faciendive conditiones, quæ sub iureiurando præstando fuerant conceptæ, ipsemet Couarru. aliud agens in d.c. quamuis pactum. 1. p. § 3. num. 7. versi. primum posse, id sentiebat, & melius in casu d. §. si quis iurisiuran. & ꝑ Alex. est nobis l. 6. tit. 4. par. 6. vbi iusiurandum remittitur manente obligatione faciendi, quod autem attinet ad literam d. §. si quis. in fine. quoniam suboscura est, ita debet concipi, ibi, vt aut pareat conditioni, aut iuret, illud † quidem videndum est, nunquid ei remitti conditio nõ debeat, quia potest alteri conditioni parendo esse securus (scilicet parendo conditioni quæ non fuerat iurata) & est verius remittendam cõditionem (scilicet remittendum iusiurandum) ne alia ratione (idest si non remittatur iuramentum) cõditio altera (idest conditio quæ iurata non fuit) vrgeat eum ad iusiurandum, scilicet quia potest fieri, vt non possit hæres adimplere conditionem non iuratam, & ita nisi iuramẽtum reijceretur ab altera conditione, cogeretur iurare, quia alteram adimplere non posset, tollitur ergo iuramentũ, & manet dispositio sub alternata conditione, ita, vt si vnam non possit adimplere, hęres ad alteram confugiat.

†Ex his omnibus quæ diximus ad gloss. in d.l. si quidem. & ad l. 2. C. de rescinden. vend. patet intellectus ad l. fi. tit. fi. part. 6. quæ lex difficilis est, & solet torquere animos Hispanorũ quam vt intelligas, reuocandum est in memoriam, esse quidem de restitutione duplex edictum, alterum quod fauet minoribus, alterum verò, quod maiores quoque tuetur, vtroq; in eo quod dolo, aut circumuentione, aut leuitate sua amiserunt, illud est per totum. ff. de minori. hoc verò per totum. ff. & C. ex quibus causis maiores.

Præterea aduertendum est, hisce edictis ambobus iuuari ecclesiam principem, & rempublicam, modo enim restituũtur vt minores. c. 1. & per totum de in integ. restit. modò quoque vt maiores, in his in quibus maioribus per restitutionem solet succurri l. in contractibus. C. quibus ex causis maiores, & l. 2. C. de rescind. vend. modo constat ecclesiam iuuari edicto minorum c. 1. de in integ. restit.

Nec † solum si dolo aduersarii sit circumscripta, sed etiam si per imprudentiam administrantium, ex gl. in d. ca. 1. iuncta rubrica & titulo, si tutor vel curator interuenerit. Bernard. Diaz de Lugo in regu. ecclesia. bis ausus est dicere edictũ nõ induci, nisi quando ecclesia dolo aduersarij fuerit circumscripta, non sui facilitate, quia existimat istam facilitatem non reperiri in administratorib. rerum ecclesiæ, sed omnia quæ cõcedimus minoribus, ecclesiæ concedẽda sunt, nec potest discrimen assignari in hac re.

†Præterea minor post quadriennium numerandum à tpe maioris ætatis non restituitur, etiam si alleget damnum eminentissimum, & tamen ecclesia post quadrennium iure minoris restituitur, si allegat damnum eminentissimum, gl. recepta in c. 1. de restit. in integ. verbo causa, li. 6. sed intra quantũ tps ecclesia post quadriennium audiatur vide Roder. Xuare. Hispan. allegat 21. qui ait, concedendum esse ecclesiæ alterũ quadriennium, ꝯ Xuar. tenent reliqui Hispani Couar. Varia. resolut. li. 1. c. 3. nu. 12. & tenuerat Emanuel Costa. in §. & qd si tantum. p. 2. nu. 83. & in effectu tenet Bernard. Diaz de Lugo vbi sup. & Greg. Lop. in d.l. fi. tit. fi. p. 6. qui asserunt tribuẽdum esse ecclesiæ spatium 30. ann. & licet ita arbitrentur, verius esse asserimus † in hoc casu dari 40. annos. authent. quas actiones. C. de sacros. eccl. tenet Imo. in c. ad nostram. nu. 7. de emp. & ven. quam cõem dixit Cagnol. in l. 2. C. de rescin. ven. nu. 32. & est nobis l. 26. tit. 29. p. 3. & hoc sentiebat Greg. Lop. in d.l. fi. tit. fi. p. 6. Omnes tamen, excepto Emanuele Costa, vt ꝯ Roder. Xua. concedant 30. annos, iure nostro allegant d.l. fi. tit. fi. par. 6. Quæ cũ difficillima sit, intelligitur, vt tradit Couar. vbi sup. nu. 13. vt prior pars d.l fi. loquatur in restitutione in integrum, quæ iure ordinario in quadriennio petenda est pars verò posterior, q̃ incipit ibi. Perosi el menoscabo fuesse tan grande † sit quædam exceptio vel interpretatio, vt si læsio enormis sit, qui dimidium iusti excedat loco quadriẽnij 30. anni competant, vnde vtraq; pars & prior & posterior intelligitur de restitutione in integrum, quę competit ecclesię principi, vel reipublicè iure minorum, qui intellectus id agit, vt ex hac restitutione contractus, qui gestus est, rescindatur, sicuti rescinditur à minore, qui in integrum restitutionẽ postulauit intra quadrienniũ, retenta aũt hac opinione possunt conciliari d.l. fi. ti. fi. cum d.l. 26 ti. 29. vt licèt ecclesiæ nõ possit interimi ius ex capite prescriptionis nisi transactis quadraginta annis, ipsa tñ si læsa sit intra triginta annos debeat in integrum restitutionem postulare, quæ inæqualitas meritò suspecta videri potest, altius intuenti hanc rem, expendentiq; authẽticam quas actiones. C. de sacros. eccl. Pone ex eodem contractu mecum inito ecclesiam læsam, quid obsecro est, quod ego ante quadragesimum annum securus esse nequeã & ecclesia agere non possit post triginta annos, si post trigesimum annum non: auditur ecclesia ex d.l. fin. quorsum quadraginta expectant ex d.l. 26. quod præcipuè obtinet in causis, in quibus necessaria sit ecclesię in integrum restitutio, animaduertimus autem hanc pugnam inesse respectu ecclesiæ: quia d.l. fi. loquitur in principe, republica, & ecclesia, ideo d. l. fi. difficilis est. vnde Emanuel Costa intelligit d.l fi. quando ecclesia iure maioris peteret restitutionem in integrum ob pretij modicitatem ratione deceptionis vltra dimidiam iusti pretii, iuxta d.l. in contractibus. C. ex quibus causis maior. & d.l. 2. C. de rescin. vend. egregius tex. in d.l. domũ. ff. de contrahen. emptione. quo casu, cum possit intendere & impetrare in integrum restitutionem iure maioris, nõ potest iure minoris postulare, ex gl. recepta in l. 1. C. si aduersus fiscũ, & ita intelligimus principi, ecclesiæ, & reipublicæ posse postulari in integrum restitutionem non tanquam minoribus, sed tãquam maioribus ratione parui pretij, quod non exæquet dimidium iusti pretij, idq; intra trigesimum annum, ex d.l. fin. cuius verba quæ de restitutione sunt ad hanc restitutionem sunt referenda, non ad restitutionem iure minoris, neq; obstat, quod ait Couarru. d. nu. 13. ad fi. ꝙ ex hac restitutione ꝯctus omnino rescinditur, nam ex d. glo. in l. si quidem. de qua agimus, quando restitutio petitur ex causa modici pretij, nõ statim ꝯctus rescinditur, sed est electio † sicuti in d.l. 2. C. de rescin. vend. & est verissimum, ꝙ licet alias priuatis remediũ d.l. 2. competat intra quadriennium, tñ ex d.l. fi. competet ecclesiæ, principi, vel reipub. intra 30. annos, id tamen retenta hac interpretatione Emanuel. Costæ, per restitutionem in integrum iure maioris, ex d.l. in cõtractib. ratione deceptionis pretij vltra dimidiam, in qua restitutione omnino nõ auocatur res, sed est electio, sicuti in casu d.l. 2. ex glo. in d.l. si quidẽ. ad quam hæc adduximus, & retento hoc sensu quadrant. d.l. fi. ti. fin. & d.l. 26. titu. 29. & cessat inconueniens Couarruu. dicto numero 14. ad fi. quòd res ex hac restitutione indistinctè raperetur.

†Præterea dictum Baldi ex eo magis confirmatur: quia ex his quæ diximus etiam si legistarũ verior sit opinio, ut in casu d.l. 2. C. de rescinden. vend. libellus concipi debeat alternatiuè per l. 1. C. si maior factus alienationem sine decreto, licèt ipsi contra iura in contrariam ierint sententiam, de qua supra, in casu tamen nostro, in quo de restitutione agimus, libellus

Source : BIU Cujas

bellus concipi alternatiue non potest,quia ex natura restitutionis sola res est in obligatione,ratio differentiæ ea est;quia actio bonæfidei in d.l.2.C de rescind.vend.competit ad vtrũque ex eius exuberantia:sed vbi cõtractus est stricti iuris, tũc remedium d.l.2.daretur,ita tamen vt sola res peteretur,solaque rei restitutio videretur esse in obligatione,& supplemẽtum iusti pretij in soluentis facultate, idque secundum probabilem opinionem Beroij in d.c.cum dilecti . de emptione
41 & vendit.num.antepenul.iudicium † autem in integrum restitutionis rectè applicatur iudicijs stricti iuris,non autẽ bonæfidei,neque enim passim,neq; vbique,neq; omnibus conceditur,sed cum causæ cognitione,præmissa aperta læsionis probatione intra certum tempus ita demum,cum nullum aliud remedium est;tum etiam quia non refertur inter iudicia bo
42 næ fidei,in † iudicijs autem stricti iuris non competere actionem alternatiuam,tenet Bar.in d.l.2.num.5.idem Bart. & reliqui in l.si quis cum aliter.ff.de verborum oblig. vbi Iason refert num.18.esse communem opinionem, præter Beroium vbi supra,dicunt quoque communem Antonius de Burgos num.15.& 23.Imola num.13.in d.ca.cum dilecti. Cagnolus in dicta l.2.num.65.& 68.qui post Alexand. & alios cum neget competere actionem alternatiuam, asserit competere condictionem indebiti,quicquid sit, quod nunc non prosequor,minorib certe competit ex supradictis restitutio, quæ cum stricti iuris sit,alternatiue certe concipi non potest, sed ad rem ipsam est concipienda,cuius rei restitutio, ex gl.in d.l.si quidem.de qua agimus . vitabitur oblato pretio iusto, & cum vera sint,satis tuentur opinionem gl. & Bal.ibi, si enim in casu d.l.2.de rescindenda uend.remedium eius legis in cõtractu stricti iuris alternatiue non concipitur, sed res petitur, & supplementum est in potestate soluentis, quid mirum restitutionem ob pretij exiguitatem,ad rem quoque concipi; vitari tamen oblato iusto pretio,quæ est decisio. d.gl.& Baldi in d.l.si quidem.quam impugnabat Pinellus vbi supra .
43 Vtilitas † autem eius inuestigationis quam adduximus ad d.l.2.an res sit in obligatione,an pretium,an verò vtrumque perspecto iure nostro,maxima est; quia si sola res est in obligatione, in potestate autem soluentis supplementum iusti pretij, idq; vsque ad executionem rei iudicatæ , si res pereat fatali necessitate sine culpa aliqua vel dolo,nulla supereſt obligatio:cum pretium in obligatione non contineatur, neq; ad id præcise agi possit, boni autem hoc casu consulere debet venditor,quòd res aliquo pretio vendita sit,quæ apud se fuerat quoque peritura,ex d.l.si res.§.j. supra adducta ff.de iure dotium faciunt ad hanc conclusionem, quæ adducit doctissimus Couarru. Variar.lib.2 cap.4.nu.14.ad finem.Dominus Antonius de Menses d.l.2.num.37.Pinellus ibi.2.par.c.1.num.36.vbi in casu d.l.2.retenta canonistarum sententia liberat emptorem: cum pretium debeatur respectu rei, nõ verò simpliciter,ex Bar in l.quod te mihi. ff. si certum petatur. vbi Iason num.15.ex l.1.§.fi.ff.si cui plusquam per leg.Falcid. quam opinionem aduertit doctissimus Couarru. vbi supra. si ergo in casu d.l.2 mortalitas liberat: quia apud vẽditorem mori poterat res empta,non solum quando res est in obligatione,sed quando alternatiuè concipitur libellus,vt diximus nihil mirum,quòd eadem liberet in nostra hac restitutione, vbi res est in obligatione,pretii verò supplemẽtum in facultate emptoris,vnde illud perpetuò memineris, si compertũ habeas rem emptam apud emptorem perisse fatali necessitate,confuge ad opinionem Fulgosij, & d.l.56.tit.5.part.5.& supplementum pete,quod cum ex dispositione illius legis solum videatur positum & situm in obligatione, vti supra adnotauimus,nõ poterit ex mortalitate euitari iusti pretii supplementum .
44 †Præterea ex his quæ notauimus ad gl.in d.l.si quidem.est vtilis declaratio ad l.1.C.si aduersus venditionem . & ad l.1. & 2.C.de vendendis rebus ad ciuitatem pertinentibus,& ad l.Lucius.§.fi.ff.ad municipales.& ad l.5.tit.fi.par.6.quòd post perfectam venditionem sub prætextu maioris summæ oblatæ perfecta semel venditio reuocari non possit, vt scilicet si ciuitas de minori pretio agat, quod læsionem contineat vltra dimidiam,vltra quadriennium audietur quidem, ex restitutione in integrum iure maioris intra triginta annos, ex d.l.fi.titu.fi.par.6.quia hoc quoque casu sicuti in glos. in d.l.si quidem.directò contractus nõ infringitur,euitatur enim rescissio oblato iusto pretio,nihilque fit contra d.l.1.& 2.& d.l.5.titu.fi.part.6.atque hæc interpretatio aptanda est ad ea q̃ tradunt Matthæ.de Afflict.in decisionibus.quæstio.340. Rochus in cap.fi.de consuetudine.fol.mihi 48.Auendan.de exequendis mandatis regum Hispaniæ 2.part.capi.12.nume.12. qui omnes retenta specie d.l.1.& l.1 & 2.& l.Lucius.§.fin. &
45 † d.l.5.tit.fi.par.6.negant restitutionem in integrum concedi ad infringendam venditionem,vt ea restitutio concedenda sit,de qua gl.in d.l.si quidem.quæ innitatur in læsione modici pretij;quoniam hæc directò non rescindit contractum aut venditionem; quoniam in facultate emptoris est,supplere iustum pretium obseruato contractu, quo supplemento magis venditio confirmetur, vt diximus, atque hæc ferè pertinent ad d.glo.& Baldi opinionem in d.l.siquidem.quam Pinellus impugnat ex his fundamentis, quæ superius adduximus,illa tamen recipienda est,& vtilitatem cõtinet, & quod attinet ad nostrum institutum, etiam si hoc casu emptor libens,ac volens tradat rem,dum pretium supplere nequit,ad huc contra Salycetum in d.l.2.de rescinden.vendi. qui occasionem dedit nobis d.q.17.interpretandi d.gl.in d.l.si quidẽ. obtinendum est consecuturum emptorem suas expensas & meliorationes,neque erit differentia illa inter restitutionem & remedium d.l.2.quantum ad hoc; nunquam enim remittere existimatur meliorationes suas, & sæpius aduertimus.

Rursum alia inuestigatio est, quæ pertinet ad emptorem in hoc expensarum & meliorationum tractatu vtilis & quotidiana,quæ luce eget,vt intelligi possit,ea autẽ est circa onera,& tributa ab emptore soluta occasione emptionis, aquo ea sibi conseruet emptor rescissa venditione vt cumque rescindatur,siue per in integrum restitutionem, siue ex remedio l.2.C.de rescind.vendit.

46 Vel quia cum pacto de reuendendo fuerit concepta,puta decima soluta est,laudemium domino, a quo sibi conseruauit ea onera,qui soluerit,quis ex hac causa expensurus est,an quippiam sibi reseruet emptor rescisso contractu? In quo Pinellus in l.2.de rescind.vend.par.2.c.3.nu.35.duplicem quæstionem attingit, scilicet,an rescisso contractu ex causa restitutionis in integrum, vel ex alia quacumq; causa dominus, qui laudemium accepit,vel releuium,teneatur restituere, & in hac quæstione censet cum Mod. in consuetudinibus Parisiensibus.§.22.tit.1.num.18.& seq.posse à domino feudi, vel à domino directo rei emphyteuticæ laudemium vel releuiũ recuperari,rescisso contractu emphyteusis,vel feudi,vtcumque rescindatur,diuersum autem constituit in gabella soluta ex tali contractu,pone dominicum fundum emptum, vel rem emphyteuticam venditam,ex cõsensu domini,quinquagesimam solutam domino,item & releuium, fit, vt emptio illa rescindatur,vel edicto minorum, vel ex pacto vel alia ex causa,pone quoque gabellam esse solutam rescisso cõtractu, quæritur,an releuium & laudemium repeti possint, an & gabella,quæ fisco soluta est,tenent laudemium,& releuium repeti posse,gabellam nõ item,& ita iudicatũ Parisijs tradunt Mode.vbi supra.nume.33.rationem differentiæ eam esse ait idem,quòd iura feudalia & emphyteutica,quæ tribuunt domino releuium,vel laudemium,concernunt mutationem vasalli,vel emphyteutæ,vnde si reuera vasallus, vel emphyteuta mutati non sint,laudemium,vel releuium non debentur, vnde dominus restituere tenetur,at verò ius gabellę respicit merum factum emptionis,& venditionis, non mutationem vasalli,vel emphyteutæ,ex qua causa pronum est, gabellam non repeti,hæc Mode.ille, quæ approbat Pinellus vbi supra, & vterque loquitur indistinctè, sine rescindatur contractus aliàs validus,siue annulletur, immo ipse Pinellus eam traditionem recipit in casu l.2. C. de rescindenda vendit. vbi aliàs
47 cõtractus perfectus rescinditur non oblato iusto pretio † mihi certè in proposita specie,scilicet in qua contractus annullatur,libens ac volens existimarem reperi laudemium,& releuium,item & Gabellam: quia ita intelligenda est venditio facta,ac si nunquam facta intelligeretur l.facta. ff. de ædilitio edicto.namque ex contractu nullo, non debetur neque gabella tex.in l.2.C.de eunuchis.ibi.(& eo qui octauam vel aliquid vectigalis causa pro his susceperit eidem pœnæ subijciendo) vbi Salycet.id tenet,optima decisio ad Abbat. in additionibus,in cap.1.de constitutionibus.nume.9.litera d.verbo gabella,vbi plura ad gabellam quotidianã,quãdo & quo modo fraudari possit,immo licèt contractus valeat, si inconuenienti partes ab eo recesserint, non autem ex interuallo,
48 non debetur Gabella † quia de hoc ita iudicamus, acsi nunquam factus esset,Paulus in l.iuris gentium.§ adeo. ff.de pactis.nume.2 Iason in l.possideri.§.Nerua filius.ff de acquirenda possessione.Bal.in d.l.2.C.de Eunuchis. & in l.non dubiũ. C.de legibus.Bertachinus in tract de Gabellis.part. 8.quæst. 5.latè tradit Moder.Parisien.d.§.22.nume.32. & in hoc casu quando contractus est nullus, verissima est hæc conclusio, quòd nedum laudemium,vel releuium, sed neq; gabella debetur,& soluta repetitur; quia indebita, quòd si contractus semel valeat, ex causaque non annulletur, sed rescindatur, quæ duo plurimum differunt,certè quod attinet ad gabellã, certissimum est,quod à fisco nõ exigitur l.70.Tauri.quæ optima est,& ita debet intelligi Bald.in l.secunda C.de ædilitijs actionibus,& licèt intelligas dicta l.70.Taurinam in casu, de quo proximè dicemus,scilicet,quòd ibi emptor soluit gabellam, quæ aliàs erat soluenda à venditore attento nostro

Source : BIU Cujas

iure Hispano, idque ex pacto conuento, & necessario, ita intelligenda est; quia nisi ex pacto gabellæ solutio ad venditorem nostro iure pertinet, quasi lex 70. velit, vt vniuersa restituantur emptori, nihil autem decidat circa nostram quæstionem, an scilicet à fisco repetatur gabella, quod d.l.70. non est decisum: sed id resoluunt Moder. & Pinellus vbi supra; vt rescisso contractu gabella remaneat fisco; quia soluitur propter simplicem actum venditionis, nihilque aliud requiritur, vt gabella soluatur, denique quod attinet ad gabellam, considerādum est, an actus qui geritur sit nullus, vel validus, etiam si rescindatur, ita vt ex hoc merito soluatur gabella, ex illo verò minimè, in laudemio, & releuio contrarium existimant Moder. & Pinellus, vt ex contractu etiam valido, qui per restitutionem, aut alio quouismodo rescindatur, omnino repetātur à domino, qui acceperit; quia cum soluantur ex eo, q̄ emphyteusis, & feudum manum mutauerint, nō mutata manu intelligunt, non esse relinquenda releuia & laudemia penes dominum, in hoc autem casu, vbi contractus valuit, & dominus rectè accepit, quod sibi ciuiliter debitū erat, quòd fit repetitio quasi indebiti, mihi certe durissimum est.

Præterea duas rationes adducit ad hanc conclusionē suā Moder. Parisnum. 36. & 39. vtraque autem conclusionis suę ratio in restitutione versatur; ait enim, restitutionem in integrum extendi ad iura quæsita tertio, quando sunt ei quæsita ex causa, quæ immediate per restitutionem in integrum annullatur, ad quod allegat plures d. nume. 36. & 37. & 38. deinde nume. 39. ait, restitutionem in integrum, quæ conceditur per viam iustitiæ extendi contra tertium, secus si restitutio concedatur ex gratia, vbi allegat, id tamen efficiet, vt in causa restitutionis id sit concedendum, extra eam vero minimè,

49 †vnde extra causam restitutionis difficilis est assertio Mode. qui quamuis num. 18. agat de l. 2. de rescind. vendi. & retenta eius specie quærat, an repetatur laudemium, remittit ad quęstio. 4. & 5. quæ sunt nu. 32. & 33. Vbi de nullitate agit. Postremò nu. 35. vbi de contractu valido, & rescisso agit, ad restitutionem in integrum confugit, in qua cum expedita res sit, extra eam mihi satis dubia est, & præsius vrgenti respondebo, laudemium non esse restituendum à domino, qui consensit venditioni rei emphyteuticæ, etiā si postea ex pacto, vel consensu, vel ex remedio l. 2. de rescind. venditione. venditio rescissa sit, quia verè mutauit emphyteusis manum, & verè emphyteuta nouus extitit emptor, idemque de releuio intelligendum est, pro quo multa faciunt quæ adducūt Mod. d. §. 22. nu. 5. 6. & 7. & quæ disputant scribentes in d.l. 2. de rescind. vendit. de hypotheca inducta ab emptore, an perimatur, rescisso contractu, quod alibi melius.

Præterea cum remedium d.l. 2. de rescind. vendi. in Gallia duret toto decennio, vt tradit idem Moder. vbi supra tit. 1. §. 22. num. 47. ad fin an ferendum est, vt toto hoc tempore dominus tutus non sit, qui laudemium accepit, vel releuim, nec dicatur mutata manus, vel emphyteusis, quin potius adhuc in restitutione, nisi incontinenti fieret, aut modico ex interuallo, existimarem cum Paulo, vbi supra, non esse repetitioni locus eius, quod modis omnibus debebatur, & iure solutum sit, adde quòd Moder. d. nu. 33. vbi ait iudicatum in supremo

50 Parisiensi Senatu pro sua illa opinione † obscurè admodum proponit factum, ita vt nequeas satis ex eius verbis, ad nullitatem, vel ad rescissionem actus referre, immo utrumque cōfundit, ait enim, donationem fuisse rescissam, aut alia ratione annullatā, iniqua facti referendi ratio, vnde ius non nisi confuse educere possis, & licèt verum sit, restitutionem ius quoque labefactare tertij, quod quæsitum sit ex actu, contra quē impetratur restitutio, ex his quæ adducit ipse Mod. d. nu. 36. illud tamen ita accipiendum est, si opportune & commode

51 petatur, quod attinet ad nostram quæstionem, †neque enim spes restitutionis, quę peti potest, impedit ciuiles effectus, qui possunt medio tempore accidere, text. in l. quòd si minor. §. Scæuola. ff. de minoribus. vbi spes restitutionis non impediuit delationem hæreditatis substituto, & docuit Barto. in l. 1. num. 29. ff. de vulgari. vnde etiam si minor vendidit acceden tibus solennibus ad celebrandum contractum ex consensu domini emphyteusim, & laudemium domino soluit, quamuis possit intra tempus vtile petere restitutionem læsus, spes illa restitutionis non impediuit ciuiles effectus, & verè aperta est emphyteusis, & mutata verè manus, & dominus rectè accipit laudemium, verè debitum, secutaq; causa est, cur acciperet, & licèt solutio laudemij habuerit causam à cōtractu tamen aliam habet rationem iuris minor aduersus emptorem & eam fortiorem, quàm aduersus dominum, quæ debilior est, negotium illud cum domino finitum est, cū emptore pendet & tempore vtili ad restitutionem, emptor enim ex restitutione impetrata acceperat indebitum, at verò dominus debitum ex mutatione manus, & emphyteusis, habet enim minor sæpe aduersus eum cum quo gessit restitutionē non verò aduersus tertium, qui quippiam sibi debitum habet l. in integrum. ff. de minoribus. dic. §. Scæuola vbi minor restitutus intelligendus est, nō restitui aduersus tertium, qui rem destructam habet, sed aduersus pretium dumtaxat, cum ergo patronus habuerit causam ex mutatione emphyteusis quæ verè mutata est, quæ causa licèt habuerit occasionē ab ipso contractu; tamen non dependet ex contractu; quia solus contractus non mutauit manum, sed traditio, rescisso cō tractu, non rescindit ius illud tertii, simile est, quod diximus ex repudiatione facta à minore secuta est aditio substituti, & solutio legatorum, distractio rerum, restituitur minor, securi sunt emptores rerum; quia licèt ea venditio dependeat ab actu, contra quem restitutio impetratur, tamen habet separatam causam, & alium iuris effectum: spes enim illa restitutionis nō impediuit alienationes neque solutiones rectè factas d. §. Scæuola. ergo nec solutionem factam domino, aliquando enim ex æquo & bono restitutio minoribus negatur, ēt in eo in quo læsi aliàs videri poterant, Alexand. consi. 67. lib. 5 ad fi. l. si ex causa. in principio. ff. de minorib. æquum enim est, vt in eo restituatur, in quo læsus est, cum autem minor læsus in pretio est, aut in repudiatione, æquum est: vt omnia ei restituantur, quæ læsionem eam attingant, non reliqua quæ extra læsionem sunt, vnde Moder opinio non est facilè accipienda contra dominos extra causam nullitatis, vel saltem restitutionis, scilicet, si ex pacto, vel libentes decesserint, vel ex remedio l. 2. de rescinden. vendit. à contractu facto, magis ęquum est, vt ius conseruetur domino, ex hac causa, quæ volū taria est, non necessaria, multoque minus si rescissio sequat ex remedio d. gl. in l. siquidem. C. de prædijs & aliis rebus minorum.

52 †An vero ex re venditione, quæ fit ex pacto de retrouendendo, vel ex necessitate rei iudicatæ, vel ex redhibitione debeatur domino tributum, siue illud sit publicum, siue priuatum, late distinguit Mod. Paris. vbi supra §. 22. quæst. 3 nume. 11. & 13. glo. 5. quæst. 2. Pinellus in d.l. 2. C. de rescind. vendit. ca. 3. nu. 36. breuius latè Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 6. gloss. secunda. & nume. 3. vsque ad numerū 19. & sequen. Cagnolus in l. 2. de rescinden. venditio. numero 237. distingunt inter voluntariam resolutionem contractus, & necessāriam ex pacto appositō in priori contractu, vt ex illa debeatur, ex hac minimè.

53 † Alia autem inuestigatio est longè ab hac aliena, an emptor repetat à venditore, vel venditor ab emptore hæc ipsa tributa, & onera, & receptum est, in omni genere rescissionis, vt qui cōtractum rescinderit, ex quacūque causa, siue pacti, siue læsionis, soluere debeat alteri, quicquid, vel fisco, vel domino solutum sit, Tiraquel. de retractu Linagier. §. 26. gl. 4. nume. 1. cum seq. & 20. & 21. Cagnolus in d.l. 2. de rescind. vendi. quæst. 82. nu. 236. dicens ita fuisse iudicatum, & refert Bal. & Cynum in l. neque C. de hæredibus instituen. pro quibus est text. in l. debet. ff de ædilitio edicto. ibi, quid ergo si forte vectigalis nomine datum est, quod emptorem forte sequeretur, dicimus hoc quoque restituēdum: indemnis enim emptor recedere debet. l. cum autem. §. iubent eadem. iubēt (inquit Vlpianus) ędiles restitui & quod venditioni accessit, & si quas accessiones ipse præstiterit, vt vterque resoluta emptione nihil amplius consequetur, quam haberet, si venditio facta non esset, & facit generalis constitutio Pau. in l. facta. ff. eodem. facta (inquit ille) rescisione omnia in integrum restituuntur perinde, acsi neque emptio, neque venditio intercessisset, vnde cæteras iuris partes hac iuris ratione trahunt scriptores & merito, scilicet ad casum l. 2. de rescind. vendit. Pinellus contra Iacobum Curtium Burgensem, in d.l. 2. part. 2. c. 3. num. 38. ad retractum iure sanguinis, & pactum, Tyra-

54 quel. & alii de quibus supra, vnde † dimanauit decisio text. in l. 70. Tauri, vt gabellam quoque conseruet sibi emptor à venditore, quod est tributum publicum, si emptor eadem soluerit; quia ex d l debet. & l. facta. resoluta emptione hoc quoq; nomine expenditur, vt emptor, vel venditor vterq; alteri teneatur de eo quod tributi causa erogatum sit.

55 † Præterea ad emptoris ius circa expensas & meliorationes illud quoq; pertinet, quòd si rem emerit hypothecatam, posteaq; suis sumptibus & expensis meliorem fecerit, si creditor ex hypotheca agat, vt aut debitum sibi soluatur, aut res tradatur obtinenda iure pignoris, quousque debito satisfiat, quod creditor hypothecarius petere potest l. 2. C. si vnus ex pluribus hæredibus, vbi Bart. ca. ex literis. de pignoribus licèt alii aliter hunc libellum concipiant, hoc tamē est receptum Iureconsultis, & vsu forensi vsitatum, nempe vt debitum soluat, aut rem hypothecatam restituat.

Emptor qui emit obijcere potest causam de expēsis & meliorationib. quia meliorem effecit rē emptam suis sumptib. vt meliorationes sibi soluantur, aut relinquatur res hypothecata, & melior facta retinenda, quousque soluantur expensæ.

l. fin.

Source : BIU Cujas

l.fin.de censibus.& in l.qui agros.C.de omni agro deserto,li. 11.quæ duo iura allegãt Moderni Paris.in consuetudinibus,
56 tit.1.§.1 gl.5. num. 80. Ea † tamen nihil faciunt ad hanc rem mihi verò est tex.expressius in l.Paulus.§.penultimo. ff. de pignoribus.Domus,inquit Paulus,pignori data exusta est, eãque aream emit Lucius Titius, & extruxit, quæsitum est de iure pignoris,Paulus respondit,pignoris persecutionem per seuerare,& ideo ius soli superficiem secutam videri,idest cũ iure pignoris,sed bonæ fidei possessores non aliter cogẽdos creditoribus ædificium restituere, quã sumptus in extructionem erogatos,quatenus pretiosior res facta esset, reciperẽt: quod Pauli responsum mihi certè,& his qui rectè sentiũt de Iureconsultorum responsis,laniata ea fuisse,excisa , & veluti
57 in frusta disecta à compilatoribus Digestorum † sine pace, si ne vlla concordia,sine vlla conciliatione pugnat cum respõso Aphricani in l.cum postulassem §.damni infecti.ff. de dãno infecto.in secunda parte.ibi,cur ergo nõ emptori,id Accursius variè soluit,in gl.verb.tribuendum,refert cõciliationem ad bonam & malam fidẽ, deinde , quòd alibi facta erat res melior,alibi verò non,tertiò,quòd alter Iureconsultus loquatur de iure rigoroso,alter de iure æquo,quartò ꝙ missus in possessionem refecerit necessariò,emptor ex volũtate, postremo cum omnes solutiones displiceant,& meritò,dispũctione vtitur,literamque alio modo componit,quàm nunc scripta est.Barto.eum omnes concordias Accursij reprobet, ad dispunctionem literæ accurrit,Paulus ibi confugit ad distinctionem quandam,quam etiam si obserues , Iureconsultorum responsa non conciliabis,ait aliud in domino , aliud in creditore,aliud in voluntaria, aliud in necessaria refectione,aliud in eo qui missus est in possessionem reficiente,aliud in emptore respectu creditoris,istud verò aliud, cur sit , non explicat,cur obsecro missus in possessionem ex secundo decreto meliorationes suas recuperabit à creditore hypothecario,emptor non item,quæ diuersitatis ratio,quod est decisum in d.§.damni.quòd si iure ita cõstitutum sit, idq; visum est Aphricano,quid mouit Paulum, vt contrarium cõstituere ret in d.l.Paulus.§.penult.vtinam Mod. Paris. in hæc iura incidisset, non in illas leges , quæ nihil faciunt ad propositam quæstionem,quòd si legas literã illius text. interrogatiuè ab illis verbis (cur ergo) vsq; ad verbum , Et possit & debeat , ut ibi finiatur interrogatio,& responsio sequatur ab illis verbis (quod non æquè,& de eo,cui damni infecti nõ promittatur dici possit) quasi velit Iureconsultus æquare in hoc circa expensas ius emptoris,& eius qui iussus est possidere rẽ ex causa damni infecti,& verba illa (quod non æquè) intelligenda sint, idest , quòd iniquè & non rectè dici potest de emptore & de eo cui damni infecti non promittitur: ita vt totius literæ sensus sit, non concedi possideri iusso ex causa damni infecti carere suis expẽsis,nec concedi creditori pignoratitio, & hypothecario pignoris persecutionem, nisi ei expẽsas solverit,idq; vsq; ad versiculum (cur ergo) deinde sequatur dubitatio,an idem dicẽdum sit in emptore vsq; ad versiculum non rectè,à versiculo (quod non) apponatur causa & ratio dubitationis,quæ possit concedere iusso possidere ex causa damni infecti recuperationem expensarum,emptori nõ itẽ: quia iussus possidere coactus possideat, emptor ex voluntate accedat ad emptionem, qui potuerit expẽsas conseruare sibi à venditore,vt diximus isto capite.

Postremò in versiculo (quod nõ æquè) sit decisio quæstionis,sut non æquè,idest iniquè,& non rectè,de vtroq; id dicatur,quasi dicat æquè,idest rectè,& iure,& emptorem , & iussum possidere conseruare sibi suas expensas à creditore, & ita legendo quadrat apertè cum l.Paulus.§.pen. & cum prior parte d.§.damni.ita vt nulla separatio sit inter iussum possidere,& emptorem respectu creditoris pignoratitij & hypothecarij,hanc tamen lectionem nullus hucusq; Codex agnouit,omnes ita dispuncti sunt , vt interrogationis signum habeant ad verbum illud(pignoratum emerit) & Accursius in verbo,non rectè,ait incipere responsum Aphricani, hæc tamẽ lectio probari poterit facilè ex eo , quòd nullam literam mutet,nec corrumpat,sed solam virgulam illam, interrogationis indicem,à verbo, emerit,transferat ad uerbum, & debeat.Præterea ratio illa dubitandi potuit nõ mouere Aphricanum;quia & emptor,& iussus possidere , vterq; accedit ad rem ex voluntate non coacti,de emptore planum est, de iusso possidere patet, † quia nisi id postulauerit libens, ac volẽs
58 in iudicio à præside,vel prætore,pro tribunali sedendo,nunquam id impetrat l.dies.§.hoc autem iudiciũ . de damno infecto,hoc autem iudicium, (inquit Vlpianus) certam habet conditionem,si postulatum est,cæterum qui non postulauit experiri non potest,postulare autem hic propriè dicimus,p tribunali petere,non alibi,hæc Paulus, ex cuius sententia tã emptor,quàm iussus possidere libentes,& volentes accedũt alter ad emptionem,alter ad postulationẽ cautionis , & possessionis.

Præterea vterque necessariam impensam impendere debet,& de deterioratione tenẽtur,si culpa sua res fiat deterior
59 cum possint fulcire,& reparare † de iusso possidere ex causa damni infecti,est tex in l.si finita.§.si quis metu.ff. de damno infecto,ubi iussus possidere,si reparare possit,& non reparet ius suum amittit,neq; enim tenetur antiquo domino de ruina,quæ futura non erat,si refecisset,ex §.si quis damni.dic.l.si finita.Bene tamen amittat ius suum: quia animo suo dereliquit,decedens ex d.§.si quis metu. qui ita debet intelligi , & ita iussus possidere ex causa damni infecti,si non reparet,cũ possit,domino quidem antiquo non tenetur, sibi tamen no cet:quia ius amittit,vnde coactus videri potuit reparasse,metu perculsus ne ius amitteret , emptor quoque de deterioratione tenetur,si rem perdiderit,licèt dominus sit, quod in a-
60 ctione redhibitoria receptissimum est † vt emptor teneatur de deterioratione contingente eius culpa l.quod si nolit.§.si mancipium.versi.culpam.& in l. cum autem redhibetur . ff. de ædilitio edicto. vbi gl latè Tiraquel. de Retractu Lignagier.in fi.nu.68.& nu.70. quod de emptore magis erit admittendum, vt de deterioratione teneatur,vbi ipse sciat , vel suspicetur uenditorem læsum acturum, vt emptionem rescindat: tunc enim malignè censebitur rem deteriorem feciisse, argumento tex.in l.& hæc distinctio.38.§.cum fundum. ff.locati.& in emptore obligato ad reuendendum magis erit re-
61 cipiendum,Tiraquellus dicto numero 70.item † & creditor pignoraritius,sicuti expensas , & meliorationes factas in pignore conseruat sibi, ita & de damno sua culpa contingente tenetur,vtrumque probant l.si necessarias impensas.& l.si seruos pignoratos.ff.de pignoratitia actione,item & in eo q bona iudicis authoritate possidet , si rem meliorem fecerit , expensas conseruat suas,item & quod in seruos,& familiam fortè alendam irrogat, & dum bona defendit , si verò culpa sua seruus moriatur, ædes corruant,damnum fiat,de deterioratione tenetur l.prætor. §.his verbis . & §.est præterea.§. in eum.ff.de bonis authorita.iudicis possidendis, igitur ex hac causa potuit uideri Aphricano in d.§.damni. iussus possidere similis emptori,ut decideret, non æquè dici posse de emptore,& de eo qui iussus est possidere ex causa damni infecti eos esse dissimiles,cum vterque volentes recedant , alter ad postulationem possessionis ex causa damni infecti , & uterq; necessitate coactus reficiat,alter ne deteriorem faciẽdo rem emptam,licet dominus teneatur , alter ne si metu perculsus aufugerit rem deserendo ius suum amittat, sed hæc interpretatio ad dictũ §. damni infecti . licet neque literulam vllam mutet,& rationem habeat ; quia tamen dispunctionem literæ solum mutat,scilicet interrogationis indicem à uerbo(emerit) ad verbum (& debeat) quam nullus Codex hucusque agnouit,periculosa est , & meritò : nihil enim omnino mutandum est , aliter enim dispunctis Iureconsultorum responsis,etiam si uerba non mutentur,facilis sæpe est conciliatio . præterea quòd verbum illud (non æquè) planè refertur ad inæqualitatem & dissimilitudinem, quam Aphricanus repe rit,& intellexit inter iussum possidere , & emptorem , quare non quiescit animus,secretius aliud inuestigãdum est, quod veram iuris rationem aperiat.

62 † Iacobus Cuiaceus vir doctissimus ad Aphricanum tractat 9.folio mihi 144.in §.damni infecti. adducẽs responsum Pauli in dicta l.Paulus.§.domus.de pignoribus.quasi indignatus Accursij commenta,vt ipse ait,ita conciliat,vt in dicto §. damni. agatur de sumptibus refectionis , quos ait non agnoscere creditorem hypothecarium , qui ab emptore pignus suum persequitur, cum emptor habeat regressum aduersus venditorem euictionis nomine, in quo iudicio euictionis diximus venire quoque expensas refectionis , at verò in dicto §.penultimo. dictę l.Paulus.ait agi de sumptibus ædificationis,extructionisve, hoc est de sumptibus factis in nouum ædificium, quos quidẽ sumptus qui fiunt de nouo,ait,agnoscere creditorem : quoniam sine his nullius ædificij pignus creditor haberet,sed areæ tantum,equumque esse existimat Cuiaceus,vt creditor præstet eos sumptus, propter quos restitutum sibi sit suum pignus.

Præterea cum parum fidat ei conciliationi,paucis verbis, ait,vtrumque responsum Aphricani,& Pauli , non versari in eodem genere sumptuum,quasi apertius dicat,alterum Iure cõsultum circa sumptus necessarios, alterum circa sumptus vtiles vel voluptatis versatum , hæc est sententia Cuiacei, & eius interpretatio.

63 †Hæc autem posterior interpretatio Cuiacei planè, ex litera Pauli , & Aphricani extorqueri vix poterit,vterq; enim necessariò expendit , & qui ædes ruituras reparauit & refecit , & qui in area ædes extruxit , prior verò interpretatio satis nobis explicata est , supra capitu. 5. numero 11. iuncto num.14.quam cum admittas,statim in promptu est.difficul-

Source : BIU Cujas

tas, cur tam variè inter reficientem, & ædificantem de nouo cum vterque conseruet pignus creditori, & in pignore reperiat creditor hypothecarius substantiam meam, expensasq; meas, vnde semper rediuiua est dubitatio, cur emptor ædificans conseruet sibi suas expensas, reficiēs minimè, cum vterque expendat necessariò, adde quòd illa consideratio aut potius separatio inter ædificantem de nouo, & reficientem particularis est ad acquisitionem dominii expensarum, vt dixi d.c. 5.nu. 11.& magis poterat deduci contra Paulum in d. §. domus. vt creditori hypothecario quæsitæ viderētur illę expensæ, postquam in area hypothecata fierent, quod etiā quo modo intelligendum sit, satis explicuimus d.c. 5.nu. 20. ad interpretationem l. 2. C. de rei vend. quæ difficillima aliàs videri potuit viris doctissimis: denique Cuiaceus dum Accursij commenta reijcit, in eadem incidit, quod verò de ædificio, & refectione dixit, secutus quoque Paulum est, quod quidē nouioribus Gallis vsitatum est, sæpè enim reiecto Accursio & Bart. aliis verbis Accursij & Barto. explicationes vsurpant & tanquam ab Apolline secreto acceptas, suis laudibus non fraudant maluntque, quod ait Plinius in furto deprehendi, quam ingenue fateri, per quos proficiant, illud obliti, sortem fieri ex vsuris, ab alijsq; prius dicta nostra fieri, si vel nostra luce illustrentur, vel iusta censura expendantur.

64 †Ego verò existimo Accursium, & post eum Albericum, verum sensum attigisse d. §. damni infecti. & d. §. domus. sed quia breuiter attingunt, non potest facile percipi, is autem vt percipiatur animaduerto, iussum possidere ex causa damni infecti, nullum negotium gerere cum antiquo domino non comparente, vel cauente, aut latitante, ideoque etiam si patiatur collabi & corruere ædes, domino antiquo in nihilo tenetur l. si finita. §. si quis damni. ideoq; si non reparet, cum domino non teneatur, decedens tamen & abiens ius suum amittit. §. si quis metu. eadem l. si finita. ff. de damno infecto. nihil ergo obligatur domino ob culpam, ideoq; nihil eū obligat reparādo: quia nullum negotium inter eos geritur, qđ apprime necessarium est ad meliorationum persecutionem saltem ex causa euictionis, argu. l. si in area. ff. de cond. indeb. ibi, quia nullum negotium inter nos cōtraheretur, vide quæ diximus c. 7. nu. 20. ꝙ 21. præterea illud aduerto, nō omnem reparationem mereri nomen meliorationis, sed illam dum-
65 taxat, quæ meliorem fecit rem, pone † accepisse à me domū multa reparasti, dum obtineres, multum expendisti, sed domus in nihilo melior mihi facta est, expēsæ illæ, quod ad me attinet meliorationes dici nequeunt l. in fundo. ff. de rei vendic. Tertiò illud aduertendum est, aliquando etiam si expensæ in reparando meliorem non faciant rem, ac subinde non mereantur nomen meliorationum, posse tamen obtineri, vt debeantur ab eo, qui aliàs omnino facturus erat eas expēsas, quod in expensis necessarijs, sine quibus res periret, indubita-
66 ti iuris est l. domum. C. de rei vend. in † vtilibus si aliàs eras facturus, est tex. expressus in l. in fundo. ff. de rei vendica. & diximus sup. c. 1. nu. 18.

His præmissis, quæ vera sunt, modò patet solutio Accursij & Alberici in d. §. damni. ad seipsum, & ad §. domus. dicta l. Paulus. quæ vno verbo dicitur Accursio, scilicet in d. §. domus. rem factam fuisse meliorē in d. §. damni. non item, nāq; cum quæritur, an emptor teneatur creditori hypothecario restituere rem propter hypothecæ ius, refusis expensis, dicēdum est cum Paulo in di. §. domus. creditorem hypothecarium teneri refundere expēsas, nō omnes simpliciter, sed eas
67 dumtaxat, quibus res facta est melior † quam erat tempore constitutæ hypothecæ, cæteras autem quantumuis necessarias, quæ meliorem rē non faciunt, quam erat tempore contractæ hypothecæ, non teneatur soluere creditor hypothecarius: quia præterea quòd sibi meliorem non fecerūt rem, cum eo nullum negotium gestum est, vt is teneatur, ideoq; emptor à creditore hypothecario recuperat eas meliorationes dumtaxat, quæ rem creditori fecerūt meliorem, scilicet quam erat tempore contractæ hypothecæ. dicto §. domus.
68 ibi, † non aliter cogendos ædificium creditoribus restituere quam sumptus in eam rem erogatos, quatenus res melior facta esset, reciperēt, hæc Paulus: cæteras autem expēsas necessarias, consumptas in reparatione rei, vel vtiles, quæ aliàs dñs antiquus erat facturus, vt rē conseruaret, quibus res permanet, & conseruetur, etiam si melior facta nō sit, eas cum emptor non possit conseruare à creditore, cum quo, quod attinet ad has expensas, nullum negotim gestum est, nec ex his est facta res melior aut prerioſior creditori, cōseruat eas emptor ex causa euictionis actione ex empto à venditore l. Titius. ff. de actionib. empti & venditi. versi. de sumptib. & diximus isto capite supra, igitur ex hac fundata iuris ratione creditor emptori tenetur in eas expēsas, quæ meliorem sibi fecerunt rē, quam fuerat tēpore contractæ obligationis & hypothecæ, cæteras aūt expēsas in reficiedo & reparando rem quæ eam meliorem non faciunt, necessarias eas, vel utiles cō seruat sibi emptor non à creditore, cum quo nullum negotium gessit, sed à venditore actione ex empto, hactenus Paulus in d. §. domus. iuncta d. l. Titius. modo capio. d. §. damni. d. l. cum postulassem. cuius duæ sunt partes, in priori agitur de iusso possidere ex causa damni infecti, qui reficit rē, hoc enim verbo vtitur Aphricanus, & ex eo pēdet sensus Aphricani, refecta enim ibi res est, non autem melior effecta, creditor hypothecarius à iusso possidere ædes illas refectas, idest pignus suum persequitur ratione hypothecæ, iussus possidere obiicit se non antea teneri ædes illas restituere, quàm sibi expēsæ illæ soluātur, expēdisse se, refecisse, reparasse suis sumptibus & expensis, idq; necessario, aut saltem vtiliter, quæ dominus omnino facturus erat, inique secum fieri, si expēsæ illæ non conseruētur, tunc creditor, sibi (inquit) nihil meliora tum esse, in eo statu esse ædes, quo erant tempore hypothecæ contractæ, nihil esse aditum ex his expensis, ideoq; ędes non esse factas meliores saltem sibi, à quo expēsæ exigerentur ille, præterea ēt si necessario factæ esse intelligerentur, aut vtiliter, secum nullum negotium gestū esse, minimè teneri, ex d. §. domus, & ex d. l. si in area. possidēs autem aiebat non debere se suis expēsis carere necessariò & utiliter factis, neq; esse ferendum, ut substantia sua ad creditorem illum deueniret sine causa, non esse sibi similem causam, & emptori, quia emptor à vēditore eas expensas refectionis actione ex empto possit conseruare, se verò a domino minimè, quia inter iussum possidere, & dominum latitantem aut non comparētem, nullum negotium gestum sit, posse ipsum creditorem sibi soluere suas expēsas refectionis, & hoc esse recipiēdum: quia sine periculo creditoris hypothecarij id fieret, potest enim creditor eas expēsas, quas numerata pecunia iusso possidere soluisset à domino antiquo recuperare, si domin⁹ antiquus velit pignus luēdo rem suam sibi redimere l. in hoc iudicium. in 2. part ff. communi diuidundo. & diximus supra c. 7. nu. 13. de eo qui meliorationes nō fecit, quatenus possit eas sibi cōseruare, neq; erat periculum, quòd fructus harum
69 expensarum minuerent sibi suum debitum, † quia cum has meliorationes habeat iure dominij emptas suis pecuniis, nō verè iure solius possessionis inducitur regula, de nō computandis fructibus cum expēsis & meliorationibus, cuius enim proprio iure sunt fructus, nulla est cum meliorationibus cōpensatio. gl. in l. emptor. ver. superfluum. in princ. de rei vend. sequitur Bart. Bal. Angelus ibidem, idem Baldus, Imola, Raphael Cumanus, Paulus de Castro, Alex. & Ias. in l. domos. ff. de leg. 1. Bal Ang. Imo. Alex. in l. in insulā. § fructus. vbi gl. in verbo compensatis. ff. solu. matr. & dicemus infra cum de cō putatione fructuum & meliorationum egerimus, ad l. sumptus. ff. de rei vend. & ad leges nostras patrias, hæc erant, quę potuerūt Aphricanum sursum deorsum trahere, iuris rigor, qui creditorem liberabat, cum quo nullum negotium gessisset iussus possidere, ac subinde quòd sibi res nō esset melior effecta, ratio verò postulabat, vt possidens nō amitteret suas expēsas, quas si à creditore non haberet, à domino certè recuperare non poterat, cum quo sibi nullum negotium gestum esset, creditor verò si eas solueret, poterat à domino recuperare, qua ratione poterat vtriq; consuli domino postremo eas expēsas deuorante, cuius res necessariò refecta esset sumptu, & in hac specie Aphricanus inquit, non sine ratione dicetur, nisi impēsas, quas in refectione fecerim, mihi præstare sit paratus, inhibendam aduersus me persecutionem expē de verbum illud (non sine ratione) quod difficultatem iuris significat, quo possidens, nec a creditore, nec à domino expensas suas conseruare potuisset, aliud suadente ratione, quā explicuimus, modò agredior versiculum (cur ergo) in d. §. dāni infecti.

70 †Quærit ergo Aphricanus, cur non sit admittēdum hoc, quod de creditore & possidente diximus, in emptore, vt nō admitteretur, subdit diuersitatis rationem in versi non rectè & est responsum, scilicet non rectè hęc inter se comparātur, hoc est, non sunt similes in hoc emptor & possidens ex causa damni infecti: quoniam emptor qui sua voluntate negotium gessit, scilicet cum venditore, dum cōtraxit cum eodem, refert verbum illud negotium gessit sua voluntate, ad verba illa quæ sunt in dicta l. si in area. de quibus supra, non verò significat, possidentem coactum accessisse, emptorem verò voluntarium itaque emptorem dissimilem facit & merito iusso possidere: quia emptor cum venditore domino negotium gessit, possidens verò minimè, ideoq; a venditore potuit sibi caueri de expensis, & prouideri, & si non cauerit, debet prouideri sibi iure; quia necessario & utiliter expendit, & cum venditore negotium gesit, ideoque liberatur creditor, cum quo negotium gestum non est, dum reficiuntur ædes, & tenetur dominus vendens, & subdit Aphricanus hęc non posse æquè, idest æqualiter dici de possidente, qui

Source : BIU Cujas

te,qui cum domino nullum negotium gessit, igitur emptor expensas eas quibus res fuit facta melior, quàm erat tempore contractæ hypothecæ,à creditore recuperat & conseruat d.§.domus.Expensas verò refectionis,quibus res conseruata est à venditore,iussus verò possidere à creditore,propter rationem illam,quæ mouit Aphricanum æquitate plenissimã, & dignam,quæ Iureconsulto clarissimo admitteretur,& verba illa in d.§.damni.sua voluntate negotium gessit, in materia expensarum singularem habet interpretationem ex d.l. si in area.non vero eam quam vulgus recepit,& Cuiaceus admisit,habes explicata hæc iura difficillima.

71 †Ex quibus patet verus intellectus ad l.15.tit.13.part.5 ibi. Faziẽdo hy alguna mejoria,vt lex illa nostra videatur desumpta ex d l.Paulus.§.domus.de pignoribus, & sit intelligenda in secunda parte,vt creditor teneatur emptori de expensis, scilicet eis,quæ rem meliorem fecerint,quàm fuisset tempore contractæ obligationis,quasi nihil attingat de expensis aliis necessariis factis ad rei refectionem, de quibus in d.§. dãni,nec sic existimet correctum esse §.damni infecti.ex d.l.15. in 3.verò parte eiusdẽ legis 15.ibi.Otrosi. Duo deciduntur, s.augmentum rei hypothecatæ subesse hypothecæ, sicuti & ipsam rem,idque esse quoque recipiendum de expensis. l. si fundus hypothecæ.ff.de pignoribus.l.si conuenerit.§.si nuda
72 ff.de pignorati.actione. quæ † iura de alluuione loquuntur, in quo tamen est difficultas,an in patenti alluuione, an verò in latenti sit intelligendum,dicemus autem cum de augmẽto egerimus, de expensis factis à creditore pignoratitio est l.si fundus.§.2.ff.de pigno.vt scilicet cedat rei tale augmentũ talesq; expensas & creditor teneatur restituere,refusis expẽ-
73 sis,vbi intelligendum vere est † nihil esse soluẽdum propter id quod alluuione accreuit,sed propter id quod expẽsum est ibi, Pero deue lo todo tornar a aquel que ge lo empeño, pagando le su deuda, e las despensas si las fizo sobre esta razon.

74 †Et ita agit ea lex in secunda parte de expensis factis à tertio possessore,quatenus res ex illis facta est melior, in 3. autẽ parte agit de expẽsis factis à creditore pignoratitio in pigno re,in quibus distinguit inter eas quæ casu obueniunt, ut est alluuione saltem latenti,aut temporis beneficio, quo cũcta pereunt,& augentur,& eas quæ nostra opera & sumptu fiũt, vtrasque recuperat dominus cum re, sed refundit secundas has expensas,non priores.

75 †De meliorationibus factis à debitore post cõtractum ius hypothecæ, absolutum est idem quoque esse dicendum ex eisdem iuribus dicta l.si fundus.dicto § 2.dicta l.conuenerit. §.si nuda.quæ fortius procedunt in debitore quàm in hypothecario possessore,aut pignoratitio,qui pignus possidet, neque rectè applicatur tertio possessori,qui pignus possidet nẽpe ab emptore,in quo non ita expedita hactenus res est, an meliorationes factæ à tertio possessore, nempe ab emptore, nõ verò à debitore sint creditoris, sicuti ipsa res hypotheca ta,nec in hoc quicquam facit dicta l.5.titu.13.parti. 5. quæ in principio conuenit cum d.l.si fundus.§. secundo. in 2. parte. ibi,E si aquel,vbi loquitur de tertio possessore meliorãte,nullum verbum est de hypotheca, solum deciditur, non teneri emptorem restituere rem nisi refusis expensis, quatenus res melior facta est,postremò in fine agit de creditore meliorãte,vbi distinguũtur meliorationes nostro labore & sumptu factæ,ab his quæ casu,aut tempore obuenerunt, vt illas nobis conseruemus,has verò minimè,licèt ex d.l.15.tit.13.par. 5.ubi an patens alluuione augmentum ad creditorem,vel ad dominum cedat, non disputemus modo, relinquimus suo loco.

76 †Quod uerò attinet ad tertium possessorem,qui meliorauit,an meliorationes sint sicuti ipsa res obligatę,quod ad nostrum emptorem pertinet.in quo Bartol.in l.fina. C de prædijs & omni re nauicula. lib.11. tenet nullam esse obligationem aut hypothecam in his meliorationibus, quæ fiunt ab emptore rei obligatæ post contractam obligationem, sequitur Paulus de Castro,quos sequitur & refert Iaſ.in l. creditor. la.1.in fi.ff. si certum petat. & Antonius de Fano hoc ipsum sine vlla difficultate tenet,de pignoribus & hypothecis, par. 5.membr.4.nu.18.quod tamen apertè est contra tex.in dicta l.Paulus.§.domus.ff.de pignor.ibi,Paulus respondi, pignoris persecutionem perseuerare,& ideo ius soli superficiem secutam videri,idest cum iure pignoris,sed bonæfidei, hæc Paulus,& licèt illi omnes allegent pro sua opinione l. fi. de prædijs & omni re naui.lib.11.voluerunt allegare l.2.eod.tit.quoniam.l.fin.nihil facit ad rem,sed neque d.l.2.in qua solum statuitur,res nauiculariorum,quę pro certa pensione sunt fisco subiectæ, posse quidem alienari quouis titulo, ita tamen ut pensio nec diminuatur,quæ pro ea re apud nauicularium pẽdebatur,nec augeatur,aut crescat,si res nobis meliorationibus apud emptorem adaucta sit & meliorata, illud verò minimè decisum est in dicta l.2.expresse, an meliorationes illæ factæ pro pensione sint subiectæ sicuti & ipsa res, in quo tamen obtineri poterit ex dicto §.domus. ius pignoris durare, id tamen conseruari emptori,quo res melior facta sit.d.§. domus.dicta l.15.titulo 13. partita quinta. vbi de tertio meliorante agit: quod deriuatum est perperam ex d.l. 2. contra d. §.domus.

77 †Sed longè deterior alia quoque opinio recepta est, ex d. l.2.contra fundatam iuris rationem,quę deriuata est ab interpretatione ea ad dicta l. 2. scilicet vt tertius hic possessor, de quo agimus,emptor,aut donatarius nihil refert,nedum possit petere refundi sibi expensas suas eo, quo diximus modo, scilicet quatenus res melior facta sit, sed si maluerit id obtineat,vt excludat creditorem offerendo ei æstimationem rei quæ erat tempore quo acquisiuit,& soluendo hanc æstimationem, fiat libera ab hypotheca,& rem liberã sibi retineat, quod ea ratione asserunt; quia respectu huius tertij possessoris,scilicet emptoris non censetur res creditori obnoxia hypothecæ iure ex d.l.fin.aliàs 2.quam ipsi ita intelligunt, & si vlla hypotheca inducta est,quod ego arbitror,ex dicto §.domus.ea hypotheca non est extendenda (quod ego addo)nisi quatenus res erat,& æstimabatur eo tempore, quò ad tertiũ possessorem peruenit,aut verius quo hypothecæ ius constitutum est,ad hoc dicunt esse l.in ius. C.de prædiis. & omni rebus.nauicul.lib.11.& ita decidit Bar.ibi,& Alexan. ad Bar. ibi,& Platea nume.5.Paulus in l.si conuenerit.§. si fundus. ff. de pignoribus.Socynus consi.224.libro 2. Antonius Corsetus singulari uerbo melioratio,Iaſ.in l.creditor. la 1.ff. si certum petatur.ad fin.Albertus Brunus in tractatu de augmento,conclusione 14.fall.2.Antonius de Fano tract. de pignoribus 5.parte.membro 4.num.21.Modern.in consuetud.Parisiensibus titu.1. glos.5.§.1. numero 80. Couarruu.Variarum Resolutionum,lib.1.c.8.num.2.Gregorius Lopez in l.15.tit. 13.partita 5.verbo,A buena fe.Et dicit Couarru.vbi supra,q͡p hæc opinio est praxi & vsu forensi recepta sæpissimè in Granatensi Prętorio,licèt ipse ab ea videatur decedere,huius uerò opinionis maxima utilitas est, si enim recipiatur tertius possessor,nempe is,qui rem hypothecatam possidet,aliquando soluens veram æstimationem rei uti erat tempore cõtractę hypothecę,minus soluet,quàm creditori debeatur,cum aliàs ex actione hypothecaria necesse sibi sit,aut debitum integrè soluere,aut rem restituere.

78 †Quoniam verò Didacus Couarruuias explicat hanc receptam sententiam,scilicet,vt æstimatio rei fiat, attento antiquo statu,sed attento præsenti valore,id ita intellige,ut emptor tertius, nempe possessor possit offerre æstimationẽ rei hoc pacto,ut res consideretur in eo statu, quo fuerat tempore contractæ obligationis,deducto eo in quo melior ab emptore facta est,ex dicto §.domus. & illa qualitas rei æstimetur iuxta pretium,quod modo illa res si ita permansisset habitura erat,ex his quæ notantur in l.domos. ff. de legatis. 1. Antonius de Fano dicto memb.4.numero 21.Modern. Par. & Couarru.ubi supra voluit enim retenta hac communi opinione cum Bar.in dicta l.2.de prædiis.& omni re nauicul.omne augmentum rei,quod non sit factum opera, industria,labore,& sumptu possessoris,quo pretium rei creuerit, prodesse creditori,augmentum
79 † autem, quo res creuerit respectu eius status, in quo fuerat cũ hypotheca contracta est, quod opera,& industria,sumptu,& labore possessoris obuenerit, prodesse possessori,ex dicta l.domus.itaque si domus tempore quo hypotheca contracta est, æstimabatur centum nummis aureis, posteà verò temporis solius beneficio creuit ad mille, mille aiunt esse soluenda creditori, item si alluuione (semper intelligimus de latenti) sensim creuerit,idem existimant,quoniam omne augmentum interim, quod ab industria & sumptu possessoris non proueniat,prodest creditori, non verò possessori rei,tenent illi,vbi supra Mod.Paris.num. 82.Couarru.uersi.cæterum.& est l.si fundus.in princi. & §.2. de pignoribus.l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignoratitia actione.

Quod verò ait Couarru. id extendendum esse non solum in eo qui fecit expensas,verum in successore rei, qui successit in illis sumptibus & expẽsis,& allegat l.in hoc iudicium.§. impẽdia.ff.comm. diuidundo.& Antonium de Fano id quo modo sit intelligẽdum,quando is qui expẽsas, & an cessio iuris necessaria sit,diximus supra c.17.nu.13.ubi uide.

80 †Præterea illam communem opinionem receptam cum Barto.in dicta l.secunda.extendunt,ut non solum habeat locum contra creditorem pignoratitium,uel hypothecarium sed contra eum qui haberet dominium utile, & vtilem rei uendicationem in subsidium tamen, & de iure speciali, sicuti in re empta a viro nominè suo ex pecunia tamen dota-
81 li, vel sibi donata ab uxore constante matrimonio, † quia hęc res verè est propria uiri le x pecunia.C. de iure dotium.

Source : BIU Cujas

& tamen si maritus soluendo non sit, res illa in subsidium efficitur vxoris quò ad vtile dominium. tex. & ibi Bar. in l. vxor marito. ff. de donationibus inter virum & vxorem, itaq; tertius, qui emit à marito rem illam, poterit ex communi & recepta sententia, offerre vxori, agenti vtili rei vēdicatione ęsti mationem, sicuti creditori, immo & excussionē, vt prius excutiantur mariti & eius hærdum bona, & cum non sint soluendo, oblata æstimatione cuitatur rei restitutio, licèt totū debitum non offerat; quia facta hac oblatione cessat causa illius vtilis dominij subsidiarij. Socy. consi. 224. lib. 2. & Mod. Par. d. nu. 81.

82 †Ex his aiunt quòd si tempore hypothecari fundi vsusfructus erat alienus, & nuda proprietas ad emptorem peruenit, scilicet quia viuebat vsufructuarius posteà vero moriat̄, consolidationem, nempe augmentum illud vsus fructus prodesse creditori: quia nulla opera, nulla industria, nulla expēsa emptoris euenit, secus si redemptus sit ab emptore, sibi prodest si verò cessione fiat consolidatio fructuarii: tunc causa renū tiationis est consideranda, vnde res dirimatur.

83 †Quin quod ex intellectu ad d. l. 2. & communi opinione in aliam quoque sententiam Socynus dicto consilio 224. libro 2. iuit, quam ipse & metitò nouam esse ait, vt scilicet is, qui rem obligatam possidet, qui debitor non est, neque vllas meliorationes fecit, sed retinet in statu, quo erat tempore contractæ hypothecæ, possit conuentus hypothecaria à creditore ipsi offerre non integrum debitum, sed veram rei æstimationem, licèt sit minor ipso debito, ait probari hoc in c. ex liberis. de pignoribus. & alia iura adducit, quæ refert & diluit Antonius de Fano de pignoribus d. membro 4. nu. 22. mihi certè in terris Pontificis iudicaturo magnum negotiū facesseret d. ca. ex literis. de pignorib. Cui etiam si Antonius de Fano velit se satisfacere ex intellectu Abbatis, certè sententia ibi lata maximè hanc sententiam probat, neque, vt patet ex principio tex. fuit conformis libello, sed iudicaturo secundum ius Cæsareum, vel in Hispania secūdū leges nostras

84 Partitæ placere non potest hæc sententia: quia† natura actionis hypothecariæ (vt diximus) ea est, vt debitum totum soluatur, aut res tradatur obtinenda iure pignoris, quousque de debito satis sit factū: vnde ex hoc solo fundamento iuris nec potest placere communis & recepta sententia, quam deducebat Bar. & post eum reliqui quos supra adduximus ex d. l. 2 C. de prædiis & omni re nauicula. nullum enim habet ius, quod patet: quia illa sentētia innititur in d. l. 2. illa autem lex aliud probat, vt diximus, & optimè aduertit doctissimus Couarru. vbi supra versic. non obstat: quo vno fundamento destruitur dicta opinio communis, s. quia nullum ius habet; & quia est expresse cōtra veram rationem hypothecariæ actionis, quæ id agit, vt res sibi restituatur obtinenda, quousq; de debito integre fiat satis l. si cum venditor. ff. de euictionibus. §. in vendicatione. l. si fundus. §. vltimo. & l. si inter. ff. de pig. vel quod receptius est, & vsu forensi magis receptum, vt debitum soluatur integrum, vel res tradatur obtinēda. d. l. 2. C. si vnus ex pluribus hæredibus. ideoque Dominus Couarru. meritò decedit ab hac recepta sententia. vbi supra, & Mod. Paris. dixerāt vbi supra num. 83. ad finem in Gallia non seruari, itaque restat l. Paulus. §. domus. ff. de pignoribus. vnicum remedium possessori, vt conseruet sibi suas expensas, quibus res illa facta sit melior, quàm erat tempore initæ hypothecę quas si creditor numeret emptori, res ab emptore indifferēter auertur, & creditori traditur, nisi emptor debitum integrum soluat, & hęc pertinent ad emptorem pignoris, vel rei hypothecatæ, & ad creditorem meliorantes huiusmodi res, & circa eas expendentes.

SVMMARIVM.

1 *Sociorum ius quale 2. socium cauere nemo potest 3. quæ diligentia requiratur in socio.*
4 *Expensæ quæ fiunt propter societatem imputantur societati.*
5 *Socii & qui rem communem habent expensas facturas conseruant sibi. 6. qua actione.*
7 *Agitur dicta l. qui aliena. §. finali. ff. de negotijs gestis. & l. ex part. ff. famil. erciscund.*
8 *Iudicium familiæ erciscundæ est vniuersum natura & necessitate 9. res particularis indiuisa non petitur iudicio familiæ erciscund.*
10 *Socius qui parietem communem refecit suis sumptibus an expensas conseruet.*
11 *Socius iure societatis potest reficere communem rē non iure seruitutis, explicatur l. parietem. ff. de seruit. vrb. præd.*
12 *Licèt socius vtiliter solum vel voluptariè expendat, si alter uti uelit his sumptibus, expensas refutauit.*
13 *Ad refectionem rei publicæ, vel communis putei, fontis, uel pontis nemo excusatur iure societatis, etiam si protestetur se re illa uti nolle.*
14 *Agitur de l. si ut proponis. C. de ædific. priuatis. & de l. fi. tit. fi. par. 3.*
15 *Quæ sint in iure centesimæ vsuræ, quæ semisses vsuræ, quadrantales & triētales.*
16 *Quæ fuerit origo harum vsurarum. 17. fœneratores dicti menstrui exactores, & similes dæmonibus menstraalibus.*
18 *Maiores vsuræ, & minores vsuræ quæ.*
19 *Quæ sint necessaria ut competat remedium d. l. si ut proponis. expensa litera eius.*

De his qui rem communem habent, expendentibus, aut meliorantibus, vel reficientibus.

Caput decimumnonum.

Hæc quoque nobis pars restat ex parte attīgenda, quoniam dē sociis, plura nobis dicta sunt, & de hæredibus qui rem pro indiuiso habent, item de his, inter quos iudicium rerum communium diuidendarum admissum est

1 †sociorum enim æquum ius est, æqualis vtilitas, vna & eadē causa damni, & lucri, sacrosancta fides, constans, firma, & perpetua veritas, socii enim peccata maximè animaduertenda

2 sunt, & coercenda seuerè, quia † difficillimè præcauentur, tecti esse ad alienos possumus (vt ait Cicero pro Sext. Roscio Amerino) intimi multa apertiora videant necesse est, sociū verò cauere quomodo possumus? quem etiam si metuimus ius officii lædimus rectè igitur maiores eum qui socium fefelliffet, in bonorum virorum numero non putabant haberi oportere, hæc Cicero, vnde iura societatis dimanarunt sanctissima, vnde culpæ, & negligentiæ ratio habita l. socius. 73. ff. pro socio. Socius, (inquit Caius) socio etiā culpæ nomine tenetur, ideſt desidiæ atque negligentiæ, culpa autem nō ad

3 exactissimam diligentiam redigenda est † sufficit enim talē diligentiam communibus rebus adhibere, qualem reb. suis adhibere solet; quia qui parum diligentem socium sibi requrit, de se quæri debet. hæc Caius.

4 †Vnde expensæ, quæ propter societatem contingunt, societati imputātur. l. si fratres. §. si quis ex sociis. ff. pro socio. Si quis ex sociis, (inquit Papinianus) propter societatem profectus sit, veluti ad merces emendas, eos dumtaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt, viatica igitur & meritoriorum, & stabulorum, & iumentorum, & caruulorum vecturas, vel sui, vel sarcinarum suarum gratia, vel mercium rectè imputabit, hæc Papinianus, qui dum viatica censet imputanda societati, Iulianum videri potest induxisse in eam sententiam, quæ est in l. secundum Iulianum. 62. ff. eod. contra Labeonem in l. socium. 61. §. fi. eodem. vbi Labeo existimabat, socium qui resisteret communibus rebus vel seruis ad fugam erumpentibus, vulneratum, impensam quam in se curando fecisset, non consecuturum actione pro socio, existimabat enim Labeo, idem esse de medicamentis, expēsis, quod de damno contingente socio propter societatem, & ita aiebat, sicuti socius, qui desiit hæres institui propter societatem, nihil cōsequitur actione pro socio eo nomine, ita & qui propter res societatis uulneratus est, quia damnum, ꝙ propter societatem contingit, non resarcitur ex rebus societatis, Iulianus autem cum animaduerteret viatica imputari, rectè ait, & medicamenta, & quod medico datum est, rectè imputandum esse; quia hæc vix à viatici nomine & alimenti separantur, diximus supra abunde capite 3. nume. 42. in quo haberi potest ratio, de qua ibidem c. 4. nume. 5. scilicet quas domi expensas facturus socius esset, vt tanto minus imputet societati, quanto plus domi consumpturus videretur, alia verò, quæ quisque in aliquam rem expendit, hæc non solent actione pro socio expediri, sed inter cohæredes iudicio familiæ erciscundæ, inter cæteros iudicio communi diuidundo. l. quibus casibus. 34. ff. pro socio. vnde ratio cohęredum, sociorum, & eorum qui communem habent rē, quod attinet ad nostrum propositum vna & eadem est: vnde iam nobis supra capite 7. nu. 12. & numero 22. aliqua explicata sunt, quæ pertinēt ad socios, & cohęredes, scilicet ad eos qui communem rem possident

5 † vt expensas & sumptus conseruent sibi quos fecerint in his rebus, quę communes sunt, in quo tamē illud animaduertendum est, an partem suam rectè tueri potuerint, relicta parte alterius, vel contra, vt vel communi diuidundo, aut iudicio familiæ erciscundæ agendum sit, an uerò actione negociorum gestorum l. si communes ædes. ff. de negotiis gestis, ibi, quia potui partem meam ita defendere,

6 vt socii partem defendere non cogerer, vnde † aliquando expensæ pro parte quoque socii repetuntur, scilicet actione negociorum gestorum l. ex parte. ff. famil. erciscundæ. & quę diximus d. num. 22. cap. 7. & ad l. qui aliena. §. fina. ff. de negotiis gestis. & in eum sensum accipienda est l. siue pro fratre. C. de negotijs gestis. & l. filiæ cuius. in fine, ibi. familiæ erciscundæ iudicio, vel negotiorum gestorum actione seruari possint.

C. fa-

Source : BIU Cujas

C.fam.erciscund.l.si quis putans.6.§.siue autem .ff.communi diuidundo.

Cæterum (inquit Vlpianus) non aliàs iudicio communi diuidundo locus erit, vt & Papinianus scribit, nisi id demum gessit, sine quo partem suam rectè administrare non potuit, alioqui si potuit, habet negotiorum gestorum actionem, eaque tenetur l.hæredes.§.si vnus.ff.familiæ erciscundæ. ibi,& omnino quæ pro parte expediri non possunt, si vnus cogente necessitate fecerit, familiæ erciscūdæ iudicio locus est, qđ licet verum sit, adhuc in his, quæ pro parte geri non possunt, datur negotiorum gestorum actio, si suo & alieno nomine gestum sit, vel causæ quæ geritur natura, & qualitas ea sit, vt alteri prosit, cuius nomine gesta videri possit in §.fi.l.qui alie
7 na.ff.de negotiis gestis. causa † indiuidua effecit, vt actio negotiorum gestorum suboriretur, idem quoque effectum est in l.ex parte.ff.familiæ erciscundæ. ibi, sed & si omiserit doli exceptionem, agere posse de recipienda portione sumptuū, ibi enim causa de totis bonis, quæ ad omnes hæredes pertinebat, suscepta est, intelligendum autem est, susceptam fuisse non solius agentis nomine, sed & hęredum, vt actio negociorum gestorum competat, quòd si solo nomine agentis intentata est; tunc familiæ erciscundæ locus est, quatenus cohęres magis expendit, quàm aliàs pro se erat expensurus; cōtinet enim hoc iudicium familiæ erciscundæ duo capita, alterum, vt res diuidātur hæreditariæ, alterum, vt præstationes fiant mutuæ, de eo quod ex hæreditate vltra id quod debeē acceptum, expensumve sit l.idem Labeo.ff. familiæ erciscundæ. versiculo familiæ erciscundæ iudicium ex duobus constat, ideſt rebus, atque præstationibus, quæ sunt personales actiones, tex.elegans in l.sorori.ff.si pars hæredita.petatur.ibi, sumptus qui propter onera totius hæreditatis iusti fiunt ei, q patroni nomine portionem euicerit, pro rata computentur id autem fiet iudicio familiæ erciscundæ, quod præstationes has continet, quæ fiunt mutuò hæredibus & ab hæredibus d.l.idem Labeo. denique si res possit geri pro parte, semper est actio negociorum gestorum, nullaque alia, si pro parte non possit geri, adhuc est locus actioni negotiorum gestorum, si vtiliter alieno nomine fiat, si proprio in iudicio familiæ erciscundæ adhuc sustinetur actio ad consequendas has impensas ex natura huius actionis, quæ pręter diuisionem rerum præstationes quoque mutuas continet, ita intelligenda sunt d.l.ex parte.vt actio de qua ibi sit negociorum gestorū, si omnium nomine causa sit defensata, vel si proprio familię erciscundæ, si magis sit cōsumptum; quia præstatio illa venit in hoc iudicio d.l.idem Labeo.d.l.sorori.

Ex quibus quæ diximus dicto capite 7.numero 22. ad di.l. ex parte, pertinent ad conciliationem illus legis cum d.§.fin. l.qui aliena.ff. de negotiis gestis. vtrumque enim illud ius intelleximus in actione negociorum gestorum particulari intenta; tunc enim consequor à cohærede iudicio hoc particulari illud, quòd eius nomine consumpsi, quod alias non eram cōsumpturus, si meam dumtaxat causam tutatus essem, & conuenit cum dicto §.fina. itaque dicimus in d.l.ex parte. non fuisse actum de tota hęreditate, sed petita est pars rei hę reditariæ, patet ibi, cohęres partem suam ab eo petebat, in hoc autem iudicio particulari petebat quoque cohęres sumptus actione negociorum gestorum, ideo rectè ait Iureconsultus, si magis consumptum sit propter cohæredis causam posse illud consequi actione, s.negociorum gestorum, quòd si in d.l.ex parte.actum esset vniuersali iudicio totius hæreditatis diuidendę, tunc quidem omnes sumptus, omnes meliorationes venirent, & præstarentur mutuò, quia illæ mutuæ præstationes, in hoc iudicio continentur, non solum res diui
8 dendæ d.l.idem Labeo.d.l.sorori. patet † enim iudicium familiæ erciscundæ dari pro tota hæreditate inter hæredes diuidenda, & est vniuersum iudicium natura, necessitate, & effectu, neque sicuti petitio hæreditatis datur pro vna re, ita & iudicium hoc, ideoque semel dumtaxat intentatur .l. si filia. §.familiæ erciscundæ.ff.eodem.vnde vna vel altera res, quæ indiuisa remaneat, non petitur iudicio familiæ erciscundæ, sed communi diuidundo, vel ipsa hæreditatis petitione.glo. ibi in d.§.familiæ erciscundę.elegans recepta Iasoni in §.quę dam.Institut.de actionibus. ideo ergo in d.l.ex parte.non veniunt sumptus vniuersi, iuxta d.l.sorori.& l. idem Labeo. qa non est actum iudicio familiæ erciscundæ, sed pars petebat actione communi diuidēdo, vel aliàs alia particulari, in quo particulari iudicio rectè de sumptib. agitur particulari quoque actione, non vniuersali, ob idque hodie si hęreditas, ut diuidatur postuletur, sumptus & expensæ in eo iudicio deducuntur, & mutuò imputantur d.l.idem Labeo.& d.l.sorori. si uero res hęreditaria petaē, nec agatur de tota hæreditate diuenda: tunc locus est decisioni d.l.ex parte.vt is sumptus ueniat, qui aliàs non erat hæredi faciendus, si suam dumtaxat causam defenderet, siue agat proprio, siue communi nomine, dum rem defendit, itaq; in foro plurimum proderit hęc inuestigatio: namque si semel facta diuisione hæreditaria rē euincas tuo nomine ab alieno possessore; tunc quidem impetitus à cohęrede vt partem rei hęreditariæ prestes, meritò obiicis de sumptibus, sed tamen de his dumtaxat sumptibus quos alias non eras facturus, si pro te dumtaxat litigasses. d.l ex parte, quòd si omnium nomine rem vendicasti, actio negociorum gestorum competit, qua ab his cohęredibus pro emolumento sumptus quoque recuperes, in quo sensu quoque accipi potest dicta l.ex parte. & sunt necessariæ interpretationes ad prędicta iura, & separantur inter se: quia in iudicio familiæ erciscundæ sumptus sequuntur portiones hęreditarias d.l.sorori.

9 †In particulari autem iudicio non item, sed vtilitatem, in specto eo quòd pro te omnino eras consumpturus illud in actione negociorum gestorum, hoc est, quando communi nomine actum est, hoc vero in casu dictę l.ex parte. eum res euicta est à cohærede, cuius partem postulat alter cohęres, tunc enim ratio habet sumptuum, qui fierent propter eam partem, quę extorquetur, nullibi enim reperies in d l.ex parte.actum fuisse iudicio vniuersali familię erciscundę, sed expresse particulari, ibi partem petebat, unde meritò separandę sunt tres species, s. cum agitur iudicio vniuersali familię erciscundę, & tunc indistinctè veniunt sumptus pro portionibus hęreditariis d.l.sorori.d.l.idem Labeo.aut particulari, & tunc si communi nomine actum sit, pro utilitate actione negociorum gestorum, & pro commodo recuperatur sumptus, aut proprio nomine factus est sumptus, & tunc ratio habetur sumptus, qui aliàs erat faciendus, ut non nisi expensas eas consequatur, quę vlterius fiunt, quàm poscebat ius & ratio proprię causę, tu cogita, & adde quę diximus d.c. 7.num. 22.& adde quod hi duo casus posteriores vnam & eandem habent iuris rationem; nam vtilitas tertii id quoque admittit, quod pro te eras expensurus.l.si pupilli.§.sed si quis ita. ff. de negotijs gestis. Si quis ita (inquit Vlpian.) simpliciter uersatus est, vt suum negotium in suis bonis, quasi meum gesserit, nulla ex vtroque latere nascitur actio, nec fides bona hoc patitur, itaque pro me litigasti, dum tuum negocium geris, nulla actio est, etiam si meo nomine expendas, nihil accipis, & §.sed si quis.in d.l.si pupilli.l.si quis aliena.ff.eodem.ubi cō sequeris. quod dumtaxat pro me prestare debuisti, etiam si multa expendas, itaque cum in hac actione negotiorum gestorum tenear pro sumptibus factis in rem meam, quatenus locupletior factus sim, ad eos sumptᵘ tenebor, quos eras omnino pro me facturus, si tuam causam non gessisses; nō enim teneor ad sumptus quos fecisti, sed ad eos dumtaxat quos, p me facturus eras. vide apud nos l.28.& 29.cum sequ.titu.12. par.5.vbi nouus & antiquor glossator, & pertinent ad expēsas, quæ recuperat negotiorum gestorum. de expensis verò factis à coheredibus in nostris legib. pręter eos sumptus, de quibus in l.fundus qui.ff familię erciscun.rara aut nulla mentio est, ita vt semper sit indaganda ratio d.l.ex parte. quę proculdubio in vniuersali iudicio familię erciscundę nec potest neque debet intelligi, sed (vt diximus) in particulari petitione rei hęreditarię, in quo ratio habetur sumptus, qui pro me erat faciendus dumtaxat, actione negotiorum gestorum si communi, nomine factus est, quod suadebat Bartolus in d l. ex parte.ad finem, vel si proprio, communi, diuidundo, utraque autem hęc actio id continet, quod pro meras dumtaxat expensurus, etiam si multa expendas, vel pro te, vel mea causa, vel libens nulla vrgente necessitate d.l si quis aliena.

10 †His premissis patet, quid dicendum sit in illa quęstione, si socius parietem, vel domum cōmunem reędificet suis sumptibus, an partem sumptuum cōseruet sibi a socio, vel ab eo cum quo sibi communis est. in qua refert, an socius suo nomine expenderit, vel communi posteriori casu, si refectio necessaria sit non est dubium †quin socius dimidium sumptus facti exoluat, si domus, vel paries amborum sit, aliàs pro portione societatis l.si vt proponis.in priori parte.C. de ędificijs priuatis: possum enim reficere ędes communes, idque ut efficiam possim demoliri.l.si ędes.ff.communi diuidundo. cui non obstat, nec repugnat l.parietem. ff. de seruitutibus vrbano prędiorum, vera est enim Accursii sentētia in d. l.si ędes. & rursum in dicta l.si ut proponis. quod possum reficere iure societatis non iure seruitutis, verba enim Caij in dicta l.parietem. ibi, reficiendi ius non est, id significant, & faciunt verba illa quę sequuntur (quia non solus dominus) quasi dicat: quia cum vterque dominus sit, non potest esse ius seruitutis, ne res sua sibi seruiat, idque illis uerbis intelligēdum est subtilius, alias etiam si alius sit dominus pro parte iure societatis licet reficere, & ob eam causam demoliri dicta l.si ędes. d.l.si vt proponis.

Si vero proprio nomine gesserit, non tanquam socius; tūc quidem refert, an eo animo fecerit, vt partem socii occupa-

ret;

Source : BIU Cujas

ret; tunc expensas nullas recuperat propter improbum consilium, quod susceperit l. si is contra quem. de ædificiis priuatis, improbum autem consilium, coniectauimus ex qualitate expensarum, si necessariæ fuerint, quia sine his cõseruari ædes non potuerint, magis est, vt sibi conseruet, quas malæfidei possessor conseruat l. domum. C. de rei vendicatione. in vtilibus solum alia ratio est, ex l. sed an vltro. ff. de neg. gestis. l. qui aliena. ff. eodem. d. l. si is contra quem. facit. §. ex diuerso. Instit. de rerum diuisione. l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquiren rer. dom. l. si quis putans. l. si quis cum existimaret. ff. communi diuidundo. ex quibus dumtaxat patet, quomodo decidẽdum sit in illa quæstione quinta, quam perplexè, & obscurè admodum decidit Cẽpolla, de seruitutibus vrba. præd. cap. de muro & pariete, vers. sed est dubium, quando quis altius vult tollere, vbi multiplicatis distinctionibus, & subdistinctionibus, ex hisque mille, & eo amplius subdistinciunculis factis, quid dicendum sit desideratur: tanquam si nihil fuisset dictum, vnum est addendum, quòd etiam si necessariò non expenderim, sed utiliter immo voluntariè, si socius velit his sumptib.
12 frui, necesse est, vt expensas soluat, † quia hoc casu videtur alias facturus, argum. tex. in l. in fundo. ff. de rei vendicatione. vnde vtiles impensas factæ in re communi bona fide conseruantur, vt diximus in principio, quod modo non est repetẽ-
13 dum, ex his † in necessaria refectione rei publicæ, vel communis omnes ad quos vtilitas eius rei extenditur impensas conferre tenẽtur, quod particulariter in refectione putei cõmunis, notat ex Speculatore tit. de cens. §. 1. verfic. sed porrò vicini. glossatur vetus ad leges foroleg. lib. 3. titu. 4. l. 5. ad fin. quod ex his extendendum erit ad fontes, pontes, reliquaq; publica, quorum vsus communis est; quoniam subest eadem ratio, de qua in dicta l si vt proponis. & quæ diximus supra, quod & ad templa sacra recipiendum est, si opes non habeat vel nihil supersit parocho. c. de his. & ibi Abbas & reliqui, de ecclesiis ædific. vel reparandis, à qua contributione expensarum nõ liberatur quisquam, etiam si protestetur, se re illa cõmuni, seu publica non vsurum, ex Speculo ubi supra: si necessarius est sumptus, vnde in his societatib. quas nos vocamus verbo nostro, Cofradias, necessarii sumptus, qui fiant ad cõparanda funeralia, & cæreas cãdelas vestesq; sacras, & alia id genus, nemo ex his excusatur; quia apprime necessaria sunt, quod si quis dicat, nolle se amplius in ea societate esse, necessum est, vt soluat quod necessariò expensum est.

Ex his quæ diximus supra, vide Auendanium de exequendis mandatis Reg. Hispaniæ. 2. parte. c. 3. num. 6. & seq. cuius expensis reficiatur fons, pons, & mœnia, & Ecclesiæ, vide ibi.
14 † Prædicta lex, si vt proponis. C. de ædificiis priuatis. in 2. parte elegans & difficilis est, & nobis Hispanis negotium facessit, propter l. fi. tit. fin. partit. 3. cui conuenit, vtriusque autẽ decisio dura visa semper est viris iuris sanctissimis; cum iniquitatem continere uideatur, voco iniquitatem, idest inæqualitatem, quæ contingere potest inter expensas soluendas, & rem ipsam amittendam ob non soluras expensas, verba eius hæc sunt (etenim si solus ædificaueris, nec intra quatuor mẽsium tempora cum cẽtesimis vsuris nummus pro portione socij erogatus, restitutus fuerit, vel quo minus id fieret per socium id stetisse constiterit, ius dominij pro solido vendicare vel obtinere iuxta placitum antiquitatis posteris: hactenus Imperatores: iam olim Papinianus ifthuc argumentum attigerat in l. si fratres. §. idem respondit. ff pro socio. idem respõdit, (inquit Papinianus) socius, qui cessantis cessantiũve portiones insulæ restituerit, quamuis aut sortem cum certis usuris intra quatuor menses postquam opus refectum fuerit recipere poterit, in exigendo quoq; priuilegio vtetur, aut dein ceps propriam rem habebit, potest tamen & pro socio agere ad hoc, vt consequatur, quod sua intererat, finge enim eũ malle suum consequi, quàm dominium insulæ, oratio enim Diui Marci idcirco quatuor mensibus finit certas vsuras; qa post quatuor menses dominium dedit, hactenus Papinianus, oratio autem Diui Marci, de qua meminit Papinianus, antiquitatis placitum est, de quo in d. l. si vt proponis, denique ex his si aliter ex sociis rem communem collabentem, vel collapsam necessariis sumptibus & expensis reficiat, si socii intra quatuor menses post reparatam rem communem partem sumptuum cum vsuris non præstiterint, potest socius rem sibi propriam facere, si malit autem, sumptus recuperabit, & omne id quod sua interest: clarius in hoc expressa est l. fina. titu. fi. par. 3. ex qua, iũctis dictis legibus, tota ratio iuris in hoc dependet, ipsę enim seipsas interpretantur, in quo quod pertinet ad literam in d. §. idem respondit. verbum illud (cũ certis usuris) ambiguum erat, expositum autem est in d. l si ut ponis. itaque nouo illo iure redactæ sunt centesimæ illæ vsuræ, & sæpe in iure inuenies centesimas vsuras, sæpe semisses vsuras, sæpe quadrantales, aliquando trientales, sæpe centesi-
15 mas quoque positas inuenies calendas hęc, † vt intelligas bre-

uiter animaduerte, doctis enim hæc vulgata sunt, aliis ignota, à feneratoribus antiquis hæc omnia deducta sunt, stipulabantur autem vsuras in singulas calendas, vt hac uia vsura distributa in partes duodecim duplum excederet l. vsuræ. C. de vsuris. Vsuræ, (inquit Imperator,) per tempora solutæ non pficiunt reo ad dupli computationem; tunc enim vltra sortis summam vsuræ exiguntur, quoties tempore solutionis summa vsurarum excedat eam computationem, hęc Imperator
16 feneratores ergo † si toto anno ad vnicam vsuram mutuassent, pecuniam duplum excedere non poterant, distributa verò solutione integra in singulos menses, hoc est in singulas calendas excedebant duplum, hoc igitur auarum & improbum fœneratorum consilium fecit, vt in singulas calendas vsuras stipularentur, hoc est in menses singulos l. lecta. ff.
17 si certum peta. quę est ad propositum elegans, vnde fœneratores dicebantur antiquis menstrui exactores, & similes dæmonibus, qui recurrẽte Luna morbo veluti comitiali homines quosdam afflictent, cum debitores suos recurrentibus calendis expectata solutione torqueant: & miris modis crucient, & afflictent, ad idus aliquando differebãt solutionem, ideoque aliquando vsuras debitas idibus legimus, quod Cicero obijciebat in Catilinam. Ruinas fortunarum omnium suarum futuras proximis idibus, quod dicebat propter expectatam à fęneratoribus pecuniam, & alibi sepè l. si ex plurib. §. vltimo. ff. de solutionibus. vbi idibus Septembris facta est numeratio, quin & mercedes locationum numerabant quoque calendis, alibi Iulijs, alibi Martijs. Macrobius lib. 1. ca. 12. l. defuncta. ff. de vsufructu. hinc factum est, vt calendarium dictum sit, pro libro rationum, in quo ratio sit pecuniæ acceptæ, & creditæ, hincque deducitur pro libro rationum l. penultima. ff. si certum petat. l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. 3. Seneca libro de beneficijs 1. nemo (inquit) beneficia in calẽdario scribit, vnde stipulatio facta in quartas, quintas, sextasve calendas, intelligitur concepta in quartum, quintum, sextumve mensem. l. 1. §. si quis simpliciter. de verborum obliga. hinc centesimæ vsurę dictæ sunt, quę cẽtesimis calendis, hoc est cẽtesimo mẽse sortem æquabat, hoc est octo annis & mẽsibus quatuor, vno accepto pro centum, singulis calẽdis duodecim pro cẽtum quotannis, hinc semisses vsuras vocamus cum pro cẽtum singulis annis sex vsurarum nomine numeramus, singulis calẽdis pro cẽtum dimidium, trientales vsuras, quatuor quotannis solutis pro centum l. quid ergo. §. cõtrarium. ff. de contraria act. tutel. quadrantales tribus solutis, ita enim fiebat antiquitus, vt res omnes quæ pondere, numero, mẽsurave constarẽt, ad assem redigerẽtur, vnde apud Plinũ, Theophrastrũ, Dioscoridẽ passim legimus, herbusculas hẽre stipitẽ dodrantalẽ, hoc est quib. ad pedis magnitudinẽ adest quadrans, dodrans cõtinet tres partes assis, quem si ad magnitudinẽ referas continebit duodecim digitos hoc est tres
18 partes pedis, qui sexdecim digitos continet † cẽtesimę aũt vsuræ dicebãtur maiores vsurę, reliquę minores, ita intelligẽda est d. l. si ex pluribus. §. vltimo. ff. de solutionib. ibi, vna quindecim sub vsuris maiorib. igitur in §. idẽ rũdit, cũ certis vsuris soluẽdã pecuniã, interpretatus est Imperator, scilicet, cum cẽtesimis vsuris intra quatuor illos mẽses, quòd si cum fisco actum esset, qui rẽ communẽ cum priuato haberet, retenta specie d. l. si vt proponis. in quatuor illos mẽses haberet maiores usuras, non minores, scilicet semissibus, nam quę priuatis cẽtesimę sunt vsurę, fisco sunt cẽtesimæ, si priuato vsurę sint minores semissib. fisco semisses esse oportet, si in locum priuati succedat l. cum quidam. §. ex locato. versi. si debitores. ff. de vsuris. l. si debitores. inquit Paulus, qui minores semissibus vsuras prẽstabant, fisci esse cęperunt, postquam ad fiscum trã sierũt, semisses cogẽdi sunt prẽstare porrò Paulus vsuras minores semissibus intelligit triẽtales, & quadrantales vsuras, mutata igitur persona, ex d. §. si debitores. mutatur vsurę qualitas, & quantitas augetur, ex quo Baldus inferebat ad quotidianam quęstionẽ in l. in emphyteuticarijs. C. de iure emphyteutico. in additione num. 27. de ecclesia, quæ successit priuato, qui rem in emphyteusim dederat, an expectetur biẽnium an triẽnium ad commissum ex causa non soluti canonis, uide ibi, adducit dictũ §. si debitores. vt mutata persona, qualitas rei videatur mutata, diximus supra capitu. 12. num. 70. & pertinebant hęc ad literam dicta l. si vt proponis. dict. §. idem respondit. vnde patet declaratio ad glo. & tex. in l. ad curatoris. ff. de damno infecto. domum sumptu publico extructam (inquit Paulus) si dominus ad tempus pecuniam impensam cum vsuris restituere noluerit iure eam respublica distrahit, hęc Paulus, qui planè consentit Papiniano in dicto §. idem respondit. & vtrq; intelligit, aut certè intelligi debet iuxta d. l. si vt proponis. quantum ad tẽpus, & vsuras, vt tempus sit quadrimestre, quod etiam agnouit Papinianus, vsurę autem sint centesimæ, de semissibus autem intelligi nõ potest cum Accursio ibi, quia centesimę vsurę nunquã iure redactę sunt

ad

Source : BIU Cujas

ad semisses,sed minores reducuntur ad semisses,ex d.§.si debitores,minores semissibus vsuras,sunt trientales,& quadrãtales: quas Accursius non agnouit ob idque de semissibus intellexerat.

19 †Conuenit autem cum dict.l.si vt proponis, & cum dic.§. idem respondit.l.fi.tit.fi.part.3.quæ partim Iureconsultos explicat partim ab illis explicatur,primum enim ait, decisionẽ eam admittendam esse,vbicunque res communis sit, nihilque distinguit quo iure sit communis,quo fit, vt inter cohæredes habebit locum,qui possident rem pro indiuiso, vtcunque possideant,siue ex causa societatis,quæ inter eos contracta sit,siue actiones habeant,aut patiantur,quę ex inita societate resultet cum his,quorum hæredes ipsi sint,ita enim plerique interpretabantur d.l.si vt proponis.& d.§. idem respondit.ut non haberent locũ inter hæredes socij,quia socii morte dissoluta sit societas l.socio.§.qui in eo.ff.pro socio. quamuis autem in acquirendis nulla societas sit, acquisita tamen communia sunt,vnde locus est decisioni.d.l.fi.& d.l. si vt proponis.& dic.§.idem.respondit.si sint multi partiarij domini, quos aparceros vocat lex nostra,itaque occasione societatis deducitur legis illa decisio ad eum casum, scilicet vbicunq; res communis sit,deinde res ista oportet,vt refectionis indigna sit,quo verbo necessariam refectionem intelligimus, sine qua conseruari res non possit,quæ verba excludunt volũtarias expensas,& etiam vtiles,si res sine his conseruari possit,quod patet ex litera d.l.fin.ibi, Si estuuiesse mal parada,de guisa que se quiera caer,e algunos de los aparceros la māda labrar,e raparar,verbum enim reparat, est reficere, reficere autem est ponere in eo statu in quo erat l.3.§. reficere. ff. de itinere actuq; priuato,quòd si præter necessitatem velis reparare,socius recte prohibere poterit,ex l.Sabinus. ff. communi diuidundo.item etiam non erit locus d.l. fi. si res omnino diruta sit,& solo æquata,ex illis verbis,Que se queria caer,ita que solo æquatas ædes si socius erigat,sine temporis præfinitione licebit socio partem expensarum offerre,& rem sibi pro sua parte asserere; quia in hoc incorrectum est ius, quod in d.l.fi.de refectione solum agit.Præterea debet socius,qui reficere est paratus,commonere socios,& prouocare ad refectionem ibi, Faziendoles saber. Quæ verba licèt Gregorius Lopez existimet non inducere necessitatem sed consilium, ego tamen existimo,omnia esse necessaria, quæ lege i la lata sunt,vt dominii translatio fiat, planè enim immerito socius refecta re communi ignarum forte socium dominio suo priuaret,ideoque apprime necessaria commonitio est,vt socius de refectione curet,operi adsit,sumptus temperet,remq; cõmunem communi quoq; consilio conseruet.Prętera monitione facta debet opus suo & sociorum nomine incipere, facere,& perficere,vt negotium cum illis gessisse videri possit, ne à sociis obiici possit,industriosam fuisse eam refectionem vt rẽ sibi occuparet,quod aduertit Gregorius Lopez,& Cœpolla de refectione ca.59.quæ omnia nostra hac lege addita sunt ad d.l.si vt proponis.& ad §. idem respondit. & sunt necessaria,hisq; prætermissis,aut ex his aliquot, denique quicquid omittatur,mala fides præsumitur,& sumptus amittuntur,quasi inique facti,quod patet in 2.parte.d.l.fi.ibi. Pero si este que faze la labor.Præterea d.l.fi.interpretanda est ex d.l. si vt proponis.ut postquam perfectum opus sit,socius interpellatus soluere teneatur intra quatuor menses expensas cũ vsuris,quæ vsuræ hodie nec centesimę,nec semisses sunt,sed recepta consuetudine ratione damni, ad rationem vnius pro singulis quatuordecim,quatuor autẽ menses incipiunt, non à die perfecti,& absoluti operis, sed postquam perfectum est fit interpellatio illa de soluendo,mox à die eius interpellationis currunt quatuor menses:& hæc pertinent ad d.l.fin. & ad reparationem rei communis.

S V M M A R I V M.

1 *Curatorum varia genera traduntur, exhæredationem semper fuisse conseruatam ex causa,& de l.si furioso.ff.de curatore furiosi, adducitur locus Ciceronis nu.2.*
3 *Hæreditati iacenti,& absentis bonis,& rei publicæ datur curator.*
4 *Pro debito reipublicæ non debet ciuis carcerari.*
5 *In executione instrumenti contra absentem bonis datur curator, & nu.6.cũ mulier bona dotalia petit quæ absens maritus dissiparit.*
7 *Tutor,curator,administrator quomodo conseruent expensas quas faciunt cum pupillis,minoribus,furiosis.*
8 *An bi donare,& quid donare possint,quidue remittere,procurator Cæsaris an sit aduocatus fisci nu.9.*
10 *Præses nostri Senatus Galleci quid quantumve donet.*
11 *Hi omnes conseruant sibi expensas quas faciunt domo egressi.nu. 12. horũ officium plenum officio est.*
13 *Potest his assignari salarium 14.quibus alijs possit salarium constitui 15.expensas personales non imputari in salarium.*
16 *Expensas factas in rem pupilli & reliquorum conseruat tutor, curator, & administrator.*
17 *Lites quando finiant,& incipiant,& de expensis litium.*
18 *Debita recipiunt & soluunt,& expensas in hoc factas recuperant 19. quid si res pereat commisso ob non solutam pensionem.*
20 *Meliorationes conseruant sibi etiam factas in re quæ non extat.*
21 *Miseram esse conditionem pupillorum sine parente.*
22 *Quomodo hi reddant rationem 23 quomodo probent expensas 24. obrem modicam non sunt faciendæ maiores expensæ.*

De tutore, & curatore, & administratore meliorante, & expendente, & de probatione expensarum.

Caput vigesimum.

Hoc genus expensarum pertinet ad eos qui res sibi commendatas gerunt,in quibus ab eo qui mãdatum habet,item a tutore argumentum postulãdum est:quoniam in his aperte decisum est,quid quantumve nomine sumptus & meliorationis ꝑseruare sibi possint,vnde de his aliqua a nobis quoque sunt attingenda,administratoris autem nomine vniuersę intelligimus omnes curatores,quales ius agnoscere con-
1 sueuit † sunt enim alii qui dantur maioribus quatuordecim annorum, masculis, fœminis vero viri potentibus vsque ad vigesimumquintum annum,hique testamento non dantur, dati tamen decreto prætoris,vel prę̃sidis confirmantur,Instituti.de curatoribus,in prin.l.13.tit.16.parti.6.ubi latè Gregorius Lopez,sunt alii quoq; qui maioribus dantur rem suam, vel negligentibus,vel genere impeditis,hi sunt furiosi,demẽtes,venter plenus,illi sunt prodigi,& mulieres,quæ luxuriosè viuunt:de quibus omnibus est l.1.& ferè per totum.ff. de curatore furioso. & prodigo.& alijs maioribus dando, hi autẽ curatores sunt sæpè filii parentibus l.2.l.4.eod.l.si furioso.16. eodẽ. vbi ꝙ licèt testatoris iudicio curatores isti dari, neque possint neq; consueuerint,sed præsidis,vel prætoris decreto plurimum tamen poterit consilium patris pro filio prodigo, vt ei omnino confirmandus sit,quem parens dãdum esse cẽ suerit,verba autem d.l.si furioso.16.ibi,& exhæredasset filiũ, eiq; quod sufficeret alimentorum nomine ab eis certum legasset addita causa,necessitateq; iudicii sui,ita vulgò intelliguntur,non quòd illo iure necessaria fuisset causa ad sustinendam exhæredationem,allegant ad hoc l.in suis. ff. de liberis & posthum.sed vt nepotibus magis faueret explicitis causis exhæredationis,quibus nepotes excludere possent parentẽ agentẽ querela,ex iudiciomagis testatoris,quàm ex affectione sua;quia alias filii iniqui poterant videri erga parentẽ suũ si nouas quærerẽt causas, vt parentem suum excluderent ab hæreditate aui,secuti verò iudicium aui eiusdemque testatoris,nullam iniuriam videbantur facere parẽti suo;quia aui testatoris animum & voluntatem adimplerẽt,hęc est interpretatio ad d.l.si furioso.ad illa uerba (addita causa, necessitateque iudicij sui) vt s.ideo ibi necessaria fuerit causa exhæredationis; quia nisi proposita fuisset à testatore,non fuisset requirenda ab hæredibus contra exhæredatum, s.patrem honesta sanè interpretatio,quæ tamẽ asserat,illo iure quod Digestorum vulgus vocat,non fuisse necessarium,vt causa exhæredationis adderetur à parẽte,sed liberum illi fuisse filium exhæredasse ex d.l.in suis.quæ proculdubio nihil tale dicit, si prudẽter intelligatur,ait illa,licitum esse parẽti exhæredare filiũ sine causa,id non explicat,in Authentico,vt cum de appellatione cognoscitur §.aliud quoq; capitulum. occasionem nouæ legi fecit difficultas,quæ inerat,in eo,s.quæ satis sufficientes causæ forẽt ad exhęredandum filium,in eo, (inquit Imperator, variè disputatũ fuisse,causas verò prę̃mittit semper & vbiq; necessarias fuisse, necessarioq; semper addendas fuisse parẽti:nam quod ibi de præteritione dicitur, antiquum quoque in filio suo,in principio.de exhæredati. liberor. instituti. totum negotium erat in ea inuestigatione, quę causæ sufficiẽtes viderẽtur,vt ex illis exhæredatio sequi posset, illud nouę constitutum est in d.§.aliud quoq; capitulum.vbi expressæ sunt causę exhęredationis, & quæ illis similes videri possunt,maioresve, aut grauiores, ex Angelo in l. lex Cornelia. ff.de iniurijs. Ioannes Lupus de Palatios Rubios in Rubrica de donationibus.§.16.num.10.& in cap.per vestras.3.notabili.§.20.num.15.Emanuel Costa in §.& quid si tantum.3.parte.num.175.post Guilielmum Benedictum in ca.Raynutius. versi.in eodẽ testamẽto,el secundo.num.19.& alios quos refert Couarruu.in cap.Raynutius.in princip.num.16. planè si veterum & antiquorum iudiciorum formam perspicimus, vbicũq; de exhęredatione agitur, actumve est, causa statim
2 desiderata est.†Sextus Roscius Amerinus accusatus est Romę Parricidij,defenditur à Cicerone,odium erga parentem com-

comminiscuntur accusatores, inde deducunt, quòd pater de exhæredatione Roscij Amerini cogitauerit, has odij causas Cicero ita euertit, exhæredare pater filium cogitabat, mitto quærere qua de causa, quæro qui scias? tametsi te dicere atq; enumerare causas omnes oportebat, & id erat certi accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia uitia, atq; peccata filij, quibus incensus parens potuerit animũ inducere, vt naturam ipsam exueret, vt amorẽ illum penitus insitum eijceret ex animo, vt deniq; patrẽ esse sese obliuisceretur, quæ sine magis huiusce peccatis accidere potuisse nõ arbitror, hæc Cicero, vide quæ fuerit antiqua forma iudicii, quomodo iam tunc exhæredatio sustinebatur ex causis, ex peccatis, ex commissis filii erga parentem, vide quàm alienũ sit à recta ratione fic existimare ante dictũ §. aliud quoq; capitulum, ex d.l. in suis. exhæredationem constasse ex sola parẽtis voluntate, vide quàm longè aliter accipiẽda sint verba d.l. si furioso. ibi (addita causa necessitateq; iudicij sui) licebat ergo parẽti exhæredare filium, sed hæc exhæredatio sustinebatur ex peccato filii, ex delicto, ex impietate, & ingratitudine, non tamẽ ex sola voluntate exhæredare volẽtis, qđ vulgus intelligit.

Hodie tamen illud nouum est, exhæredationẽ sine causa nihil prodesse, quæ probanda sit ab hærede scripto, ita intelligẽda est cõmunis traditio, & in d.l. si furioso. rectè dicimus, ab auo explicitas fuisse causas exhæredationis, ne nepotes, inquit, & iniurii viderẽtur, si causas requirerẽt contra parẽtem vere tamen etiam si additæ ab auo non essent, in iudicio requirebantur, ex Cicerone, & forma illa iudicij, quæ pertinẽt ad d.l si furioso.

3 †Dantur curatores hæreditati iacẽti, hoc est bonis defuncti l. 1. ff de curatore bonis dando. item & bonis distrahẽdis curator dari consueuit l. 2. ff. eodem. item ex Carboniano edicto possessione petita si satis non detur custodiẽdis bonis curator datur, item & bonis eius qui ab hostibus captus est. l. j. §. æquè personales. ff. de muneribus & honoribus. deniq; eius bonis qui iamdiu abest, nec vbi sit satis compertum est, curator datur. glo. in l. cum cognatos tuos. verbo obseruatione. ff. de postliminio reuersis. pro qua est tex. in d.l. 1. §. æquè. iuncta glo. verbo bonis. quod ita accipiẽdum est, si absentia magna sit, neq; speretur, reditus saltem proximus. gl. in l. ab hostibus. ff. ex quibus causis maiores, Bal. in l. cum proponas. C. de bonis authorit. iudicis possidend. latè Gregor. Lopez in l. 12. tit. 2. partit. 3. verbo, Quæ captiuam, & est ibi tex. in dicta l. 12. ibi, O non son en la tierra aquellas contra quien el demandador.

4 †Præterea respublica habet suum curatorem, quem vocamus syndicum, quem debent conuenire debitores reipublicæ, & ab his conuenitur, capitur, incarceratur, non verò singuli de ciuitate l. 3. par. 3. ti. 2. qui est optimus tex. contra istos aguacellos audaces, qui quotidie pro debitis reipublicæ capiunt, & in vincula conijciunt, quem antea oderunt, & eum cum quo sibi simultas & priuata inimicitia intercedit, quod facere non possunt, & faciunt quotidie d. l. 13. ibi. Porque la cosa que todo el consejo, o el cabildo, o el conuento deuiesse, o fuesse tenudo de fazer, non pueden apremiar por ella a personas ciertas de aquel logar que lo cumplã, como quier que todos en vno sean tenudos de lo cumplir. Addit aliam rationem prædicta l. 13. & abusum, & insolentiam horum aguacellorum damnat Gregorius Lopez post Lucam de Penna, quem ipse adducit, & alios in l. 15. tit. 10. par. 7. facit l. 4. tit. 30. part. 3. vbi Gregorius, vide Paulum in l. ficuti. ff. quod cuiusq; vniuersitatis.

Deniq; vbicunq; prætori æquum iustumq́ue visum fuerit, dabit curatorem bonis, de quo est casus particularis in l. 31. tit. 1 parti. 6. qui referri potest ad eos quos diximus, facit ratio d.l. 1. & seq. ff. de curatore bonis dando. & d.l. 1. §. fin. ff. de muneribus & honoribus. vnde in omni casu vbi agitur de distrahendis, addicẽdis, vẽdendisve bonis alicuius, qui abest, his curator datur, siue petat qui creditor est, siue non petat.

5 †vnde habẽtes instrumenta guarẽtigia, si petant executionẽ contra iacẽtem hæreditatem, aut absentem, nihil valebit exe-
6 cutio, nisi curator datus fuerit, item si †mulier absente & inope marito agat ad bona dotalia contra creditores, processus erit nullus, nisi bona mariti per curatorem defendantur, & ille curator debet dari à prætore, aut præside, denique à iudice, tenet post Angel. Ioannes de Imola, Angelum iterum, & Iasonem Gregorius Lopez in l. 12. tit. 2. par. 3. verbo, Nõ valdria, faciunt ea verba, Ca de otra guisa non valdria la demanda que fizieſſe, & ibi, Deue pedir al juez del logar que de qui en guarde aquel pleyto. In cessione autem bonorum datur curator ex consensu creditorum. l. finali. ff. de curatore bonis dando.

7 †De his igitur tutoribus, curatoribus, vel administratorib. tanquam de his qui mandatum habent, quod pertinet ad expensas & meliorationes idem iudicium est, sicuti enim tutor conseruat sibi suas expensas, & meliorationes, quas cum pupillo facit, dum eum alit educat, instituit, ægrotum & beneualentem, de quo diximus latè c. 4. num. 26. & cap. 3. num. 51. Faciunt autem curatores has expensas sicuti & tutores, d.l. 1. ff. de mune. & honoribus. §. æquè. ibi, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum, & similia, & instar tutoris has quoq; expẽsas alimentorum consequẽtur, quod quidem extẽdẽdũ erit, vt recuperent, aut saltem in ratione administrationis refundantur sibi non solum alimẽta, præstita pupillo, vel furioso, cuius tutelam, vel curam gerit, sed & alimẽta seruis, famulis, domesticisq; exhibita, immo & mercedes, non solum horum, sed & præceptorum, qui pupillum instituerint, vel furiosum curauerint ad sanam mẽtem reducere. l. 1. §. 1. ff. de tutelis & rationibus l cum plures. §. fina ff. de administ. tutorum. dum tamẽ in his sumptibus adsit modus, scilicet is, quòd pupillus erat omnino facturus, & quòd curator si opus sibi esset his medicamentis, aut famulis, tantũdem cum his fuisset expẽsurus, d.l. cum plures. §. nimium, neque enim medicum quem sibi accersisset sextertio, furioso, vel pupillo suo accerset talento, curabunt, & gerẽt omnia fideliter vti probos viros decet: quibus res aliena commissa sit: quę autẽ probe consumpta fuerint, in ratione administrationis reputabuntur ex his, quę diximus, & de his est l. 16. titu. 16. partit. 6. iuncta l. 20. eadem parti. & tit.

8 †Et licèt hi omnes habeant hanc generalem administrationem, donare non possunt quicquam l. 1. §. 1. ff. de officio procuratoris Cæsaris, quę acta, inquit Vlpianus, gestaue sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur, ac si à Cæsare gesta essent, si rem Cęsaris procurator eius quasi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre: tũc enim transfert, cum negotium gerẽs Cæsaris consensu ipsius tradit, deniq; si venditionis, transactionis, vel donationis causa quid agat, nihil agit, non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est, hęc Vlpianus, qui procuratori Cęsaris, qui liberam habet administrationem, negat donã-
9 di facultatem, illud autem obiter adnotabis, † nec olim, neq; hodie fuisse procuratorem Cęsaris illum, qui causas fisci defendit, longè alius ille ab hoc, ille res Cæsaris curabat, hæreditates adibat, vel repudiabat, vniuersa quæ ad Cæsarem, & rei Cęsaris pertinebant, cum illo erant gerẽda, vt patet ex dicta l. 1. & per totum. ff. de procuratore Cęsaris, vel de officio eius hic autem antiquitus dictus est fisci aduocatus, quem primũ instituit Adrianus Imperator, ex Aelio Spartiano in vita Adriani, folio mihi in paruis 75. hic enim fisci aduocatus nullã vilius rei administrationem gerit, dicta l. 1. præstat optimum argumentum, vt huiusmodi curatores quamuis habeant administrationem, donare non possint, d.l. 1. ff. de tute. & rationibus distrahendis. gl. in l. quicquid. C. arbitrium tutelæ. l. proh iberi. §. planè. ff. quod vi aut clam. vnde in prælatis, parochis æconomis, & his similibus, habentibus hanc administrationem liberam, non admittitur donatio, neq; remissio, aut renuntiatio exceptionis peremptoriæ, quia istud donare est. Innocentius in cap. cum olim. el 1. de officio delegati. c. 1. de de posito. Ioannes Andreas, & alii in ca 2. de donationibus. sed neq; admittitur remissio debiti; quia donatio est l. si quis delegauerit. ff. de nouationibus. nec compromissum item l. si dictum. §. si compromisero. C. de euictionibus. De quo tamen vide latius Pinellum in l. 1. de bonis maternis. par. 3. numero 31. de alienatione, compromisso, & transactione num. 44. & 45. quoniam illud ad nos nihil pertinet, hoc vnum sic habeto, istos curatores & tutores donare non posse; quia hoc eis nulla quantumuis generali commissione administrationis concessum est.

Si verò pupillus, vel furiosus, vel assens, aut is cuius bonis curator datus sit, nobili genere sit, qui dum sanę erat mentis, vel cuius pupilli parentes quotannis solebant solennia munera, & xenia mittere consanguineis, amicis, aduocatis, vel alijs, poterit tutor, curator, & administrator, hoc genus liberalitatis exercere, nobilesq; mores illos retinere, quos nõ excogitauit primus, sed in ratione rei familiaris inuenit acceptos, & hi sumptus expensæ reputabuntur in ratione administrationis, d.l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administ. tutorũ. ibi, in primis tutor mercedes præceptorum non quam minimas potuerit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium constituet alimenta seruis libertisq; nonnunquam & exteris, si hoc pupillo expediet, præstabit, solẽnia munera parentibus, cognatis mittet, agnouit Palatios Rubr. in Rub. de donationibus fol. mihi 5. in magnis, nu. 5. Segura in Repet. l. 3. §. fin. ff. de libe. & posthu. folio mihi 3. Ias. in l. pactum curatoris. de pactis. cum autem legatis soleant legationis causã munera dari à Regibus, & qui Regijs moribus viuũt l. diuus. ff. de bonis damna. curator, vel tutor Regis, vel magnatis poterit hæc xenia mittere, & largitiones facere ex d. §. cum tutor.

Source : BIU Cujas

tor,immo eum soleant sæpè pecuniæ theatrales iactari, nun cio prosperè confecti belli,aut litis fœliciter iudicatæ allato, poterit tutor,vel curat. absentis, pupilli aut furiosi pecunias iactare:id enim feciſſet parens,& sapiens maiorq;, argumen. d.§.cum tutor.ex quo Andreas Syculus dicebat in c.1.de donationibus.tutorem vel curatorem Regis posse facere donationes omnes,cum minor suscipitur in Regem,quæ consueuerunt fieri à parente,auo,& maioribus, cum fuerunt creati Reges,quod & in alijs omnibus est accipiendum, argumento d.§.cum tutor.vbi Albericus post Accursium,Bart.& Raphaelem:quia has expensas faciunt omnes curatores.

10 †Ex quo in nostro hoc Senatu Galleco præses donat ex pecunia fiscali aliquot festiuis diebus,ianitoribus,sacerdoti, q singulis diebus sacra facit,& alijs festiuas quasdam pecunias, sed eas quas maiores & q præcesserunt præsides donare consueuerunt,item & morte principis lugubres vestes curialib. & officialibus,idq; meritò:quoniam cui administratio commissa est,permissa est donatio, quæ fieri consueuit, ex supra adductis,& d.§.cum tutor.si quando verò aliquid petitur nomine donatiui,tunc Senatus noster consueuit iubere, vt magister seriniorum,vulgò Secutario del acuerdo, apud quem est ratio harum donationum,quæ fieri solent,adducat,quid, quantum,quandoq;,& à quo,ei datum sit, aut prædecessori eius, qui largitatem desiderat, si nihil vnquam datum fuisse compertum sit,nihil datur, habuerũt autem originem ex d. §.cum tutor.& recepta sententia in omni genere administrationis,vt donatio permittatur,quæ tamen fieri consueuit.

11 †Præterea hi tutores vel curatores,quod de sociis diximꝰ, expensas sibi cõseruant,& in ratione administrationis & tutelæ refundunt,quas ipsi faciunt domo egressi, si alibi res pupilli,aut furiosi gerenda sit,dicta l.1.§.si pupillis.versicu.item sumptus.ff.de tutelis & rationibus distrahend.ibi & viatica si ex officio necesse habuit aliquo excurrere, vel proficisci, in quo tamen vt de sociis diximus intelligendum est in omni genere expensarum huiusmodi,vt omnino deducatur,quod aliàs erat domi suæ expensurus,diximus sæpè supra, has autẽ expensas deducunt curatores,& tutores, & administratores ex dicto §.si pupillis.l.si fratres.§.si quis ex socijs ff.pro soci.l. idemq;.§.idem Labeo.ff.mandati.Paulus & Angelus in l.numitoribus.C.communia.de successionibus,Dynus, Odoffredus,Baldus,Albericus,in l.in eos.ff.de tutelis. Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ Rubrica.6.§.4.verbo. & faict la dicte femme,Rochus de Curte in capit. fina. de consuetudine.quæstio.12. Oroscius in l.sumptus.ff.de pactis.alios refert Gaspar Baetius de decima præstanda tutori. ca.1. numero 3. denique quas domi faciet expensas tutor, curator, & administrator,de his expensis quas in personam suam faciũt hi,nullas sibi conseruant,sed conseruant quas faciunt peregrè profecti. Albericus in d.l. a tutoribus. §. quemadmodum.ff.de administration.tutor.& in l.1.d.§.si pupillis.ff.de tutelis & rationibus distrahendis.Boerius in consuetudinibus, titulo de consuetudine iuris stat. person.§. 11. columna 2.recipit autẽ interpretationem ex glo.in dic.§.idem Labeo.in l.idemque. ff.mandati,ne rusticus curator, vel tutor, vel administrator, qui pedes iter facere solet,pro pupillo eques proficiscatur,denique vt eas expẽsas pro pupillo faciat tutor, vel curator pro bonis,quas pro se feciſſet.

12 † Quamuis autem horum omnium officium pleniſſimũ pietate sit,& grato animo soleat exerceri,nullo expectato lucro l.in eos.ff.de tutelis.l.à tutoribus.§.principalib. aliàs quẽ admodum.ff.de administratio.tutorum.l. qui negociationẽ. ff.eodem.l.si is qui.ff.de eo qui pro tutore gerit,& tenent antiquiores in dict.§.principalibus. Albericus,Bartolus,Baldus & Raphael Cumanus,idem in dicto §.si pupillis. di.l. prima. ff.de tutelis & rationib. distrah. & alii plures quos refert Gaspar Baetius dict.capit.1.numero 2.verſicu. eiusdem opinionis.& quamuis nihil magis contrarium sit liberalitati,& gratuito officio quàm merces,quæ vna facit, vt donationes de-
13 generent in locationes l.1.ff.mandati.potest † tamen ex causa tutori assignari salarium pro labore,ita probat l. à tutorib. §.principalibus.ff.de administratio.tutorum. l.idemq;.§. idẽ Labeo.ff.mandati.l.1.§.si à pupillis.ff.de tutelis & rationibus distrahendis.

Denique in omni genere administrationis, & curæ istud recipiendum est ex prædictis iuribus, & ex capit.1. de syndico.qui est optimus tex. & quia ius, quod in his salaria admisit,non est visum respuere in similibus l.ob æs alienum.C. de prædijs minor.quod tamen ita accipe, vt necessaria sit facultas Regia.l.prima.C.de præbendo salario. libro 10.subintelli ge id,si de pecunia ad rem publicam,vel fiscum pertinentem soluendum sit salarium. ex d.l.1.ibi, nulli tribuatur salarium ex iuribus reipublicæ,vnde consueuit medicis salarium concedi à ciuitatibus,vel ex facultate Regis, vel sub conditione, si Rex facultatem concesserit,argumento l.secundę. §. si sub conditione.ff de bonorum possession. secundum tabulas, & quæ tradit Antonius Gomez tract.de successionibus. cap.2. num.13 & 14.

Vnde capitulum sede vacante, ad quod iura Episcopalia, quæ pertinent iure communi,transferuntur, nõ autem quæ competunt iure speciali,Doctores in cap. 2. ne sede vacante. late Ioannes Andreas in cap.vno.de maioritate & obedientia.libro 6.Præpositus Alexandrinus in capi. Episcopum.18. distinctione.dum iudices creat,qui iurisdictionem exerceãt, dum vicarios & administratores rebus Episcopi curandis ponunt,potest salarium constituere,dict.capi. 1. de syndico. dicto §.idem Labeo.dicto §.si pupillis.dicto §. principalibus. vbi Barto.& optima ad eum additio.notat Cardinalis numero 9.& Imol.in Clementin.statutum. de electione, in quo illud aduertendum est, quòd cum istud salarium sit donatio, non poterit capitulum maius salarium constituere,quàm antea consueuerit dari,ne ex affectione, amore facultates Ecclesiæ cõsumantur. Solent enim Canonici sede vacante, in conferendis officiis multa officia non dicam rependere, sed vere vendere,dum amicis,fratribus,parentibus,cognatis & alijs multo his charioribus officia solicitant,vtinamq; Dominus noster Rex sede vacante gubernationem susciperet, scio rem futuram reipublicæ saluberrimam.

Quibus autem constitui possint salaria, vide Auendanium qui plures refert de exequendis mandatis Regum Hispa.par. 1.capit.2.numero 8.nempe iudicibus,legatis,tutori,testi,aduocato,notario,sequestro,dimensori,vel perquatori, executori testamẽtorum,cathedratico,Decurioni,venatori luporum,adde tu his syndicum,æconomonum, omne genus curatoris,& procuratoris,& aduocati, denique magis enumerabis eos,quibus dari nõ potest,quàm quibus dari potest, ex dictis iuribus.

Hodie apud nos decima fructuum est salarium pro labore & opera tutoris.l.2.titu.7. libro 3. Forolegum lex Gotorum. libro 4.tit.delos herederos,incipit,Si el padre, de quibus Gaspar Baetius vbi supra, per totum, quod quidem meritò lex constituit,vt facilius homines ad hoc officium pietatis inuitarentur.

15 †Cum autem dixerimus hos curatores & tutores conseruare sibi expensas & sumptus,quos faciunt domo sua egressi,non in rem pupilli,sed secum,dum equum,currumve quę runt,famulos addicunt,quibus comitatiter faciant,dum maiores expensas faciunt foris,quàm domi erant facturi; de his enim modo est nobis quæstio:nã illas semper deducunt,quę in rem faciunt pupilli: quęstio est opportuna,an si salarium his constitutum sit,præter salarium possit deducere istas personales expensas,an verò salarium censeatur datum pro his expensis,an facti,an iuris quæstio sit,in qua quæstione, si Doctorum sententias inspicias aliud,aliud verò si Iureconsulto rum responsa perquiras respondebis,nõ desunt enim qui existiment,salarium præsumi datum pro his expensis personalibus,quas facit tutor, vel curator, quod ex Guidonis decisione 625.& Innocentio in capit. fina. de dolo.& contumacia, & Abbate in cap.finem litibus.de dolo & contumacia,& Rupellano libro secundo.forensium institution.folio 153. deducebat idem Baetius dicto capi.1.numero 11.sed tamen contrarium decisum est ex Labeonis sententia in l. idemque. §. idem Labeo.ff.mandati.ibi,& si ad vecturas suas dum excurrit in prædia sumptum fecit,nisi salarium fuerit datũ, & hoc conuenit,vt sumptus de suo faceret ad hæc itinera, nõ est de salario,quod Vlpiani responsum ex Labeonis sententia proculdubio præter salarium expensas has concedit tutori, nisi salarium,ut ille inquit pro his expensis expresse constitutum sit,ex quo destruitur præsumptio illa Doctorum.

Præterea in §.si pupillis.sæpe allegato.pro alimẽtis expres se salarium constitutum sit,ex d.§.idem Labeo.proculdubio tenendum est,nisi aliter constitutum & conuentum sit,salarium non impedire expẽsarum deductionem, scilicet earum quæ fiunt à tutore in seipsum,quod est recipiendum ad dict. l.2.titulo 7.libro 3.Forolegum,vbi simpliciter pro labore cõstituta decima est,neque memini,me legisse aliud Iureconsultorum respõsum,quod ad quæstionem pertineat, reliqua omnia sunt eius generis,quæ pertinent ad tutelam, non verò ad tutorem,de quibus nostra quæstio est,audio quòd Speculator tenet hanc opinionem in §.1.de salario.columna 2. mihi tamen nihil dicit. præterea video legem Gotorum facere pro hac opinione,vt tutor præter salarium expensas cõsequatur,ibi,E si algunas expẽsas fiziere por los negocios de los hermanos,cobrelo.

Quæ verba ex eo quia generalia sunt, generaliter sunt intelligenda,vt non solum expensas contineat solutas aduocatis,procuratoribus,iudicibus,nuntijs,& in rebus minorum, verum quas tutor idemque frater secum fecerit, ita tamen si domo egressus fuerit,vt fratrum negotia gerat, fateor priorem

Source : BIU Cujas

rem opinionem, si salarium magnum sit, esse æquiorem, sed ex d. §. idem Labeo. non fit iudicium libertum, tu cogita.

16 †Præterea tutor reputat in ratione tutelę sumptus omnes quos facit, & expensas in rem, & patrimonium pupilli l. consilio. ff. de curatore furiosi l. 3. §. contrarium. versiculo deducuntur ad finem. ff. de contraria & vtili actione tutelæ. dicta l. a tutoribus. §. principalibus. sæpe allegatus ff. de administratione tutorum. itaq; siue ædificat, siue reædificiat, conseruat sibi suas expensas & sumptus. l. 15. tit. 16. part. 6. ibi. E despues desto deuen los guardadores enderecar las cosas del huerfano, que no cayan, e fazer labrar las heredades, e criar los ganados.

Denique expensas omnes has conseruat; quia si prætermisisset, teneretur, nisi enim sarta tecta habeat, tenetur l. quicquid. C. arbitr. tutelæ. Ioannes de Platea in l 2. C. de condit. in publi. horreis, & Gregorius Lopez in dic. l. 15. vbi notant de tutore, qui horrea non reficit, vnde frumentum corruptum est, denique si vtiliter gerat tutor, conseruat sibi expēsas suas idque iudex arbitrabitur l. quod ergo. ff. de contraria, & vtili actio. tutelæ. ibi, iudex igitur, qui cōtrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio sumptus fecerit. Istudque nō solum in tutore habet locum, sed & in curatore, administratore, syndico, & in omni eo qui curat, rem alienam, tex. elegans in l. 1. ff. de contraria & vtili actione tutelæ. ibi, hæc actio non solum tutori, verum etiam ei qui pro tutore negocia gessit competere debet, sed & si curator sit, vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi, vel prodigi, dicendum est etiam his contrarium dandum iudicium, idem in curatore quoque ventris probandum est, quæ sententia Sabini fuit, existimantis cæteris quoq; curatoribus ex eisdem causis dandum contrarium iudicium, hæc Vlpianus, ex cuius decisione in omni genere administrationis, & administratoris istud recipimus.

17 †Præterea lites perficit, & quicquid eo nomine expendit reputat in ratione administratæ tutelæ l. ita. ff. de tutel. & ration. distrah. ibi (item sumptus litis tutor reputabit, & hoc est commune tutori, & reliquis administratoribus, qui non solū cœptas, inuentasque lites prosequuntur vt perficiant, sed incipiunt etiam quas perire posse putant, optimus text. in l. 1. §. illud. ff. de muneribus & honoribus. ibi, æquè personale munus est, tutela, cura adulti, furiosi, item prodigi, muti, & ventris, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum, & similia, sed & in bonis, cuius officium est. vsucapiones interpellare, ac ne debitores liberentur, prouidetur, tex. elegans in l. sed & si is. §. quoties. ff. de Carboniano edicto, aduersarius, (inquit Vlpianus) si satisdederit, res quæ tempore perituræ aut deteriores futuræ sunt distrahere debet, item à debitoribus, qui tempore liberabuntur, exigere debet text. in l. 1. ff. de ventre in possessio. mittendo. §. item si periculum est, (inquit Vlpianus,) ne interim res vsucapiantur, ne debitores tempore liberentur, idem curare debet, ita igitur curam hoc quoque officio administrabit, quo solent curatores, atque tutores pupillorum, vt videas, quàm eodem iure censeantur hi omnes tutores, curatores, administratores, æconomi, vicarij, & syndici, facit l 1. ff. de negotiis gestis, vbi hæc omnia quoque in negotiorum gestore habent locum, atque hoc adnotauit glo. in l. creditore. verbo debet. ff. de bonis authorita. iudicis possidend. & in l. de curatore. verbo rata. ff. de curatore bonis dādo. vbi Bartolus, Paulus, & reliqui: possunt autem isti tutores & curatores omnes actiones suas exercere ex officio, quod gerunt, etiam si non sint tempore perituræ, nec vllum periculum sit, si non experiantur, quoniam facultas litigādi, & exercendi causas generalis est, & generaliter concessa l. 2. ff. de curatore bonis dando. ibi, eisque actiones & in eos vtiles competunt, vbi gl. verbo competunt, hoc ideo esse ait: quia habēt legitimam administrationem, cum autem omnes, de quibus egimus, habeant administrationem à lege, lege enim authorante hæc genera administrationū inuenta sunt, vt diximus, constat habere has omnes actiones actiuas, & passiuas, quas vocant Scriptores, scilicet pro pupillis & contra pupillos, vt agant, & tueantur, siue periculum sit, ne actiones pereant, siue nullum periculum sit, d. l. 1. §. illud. d. l. 1. §. si pupillis. d. l. ita autem. §. post completum. l. sed & si is. §. si impubes. ff. de Carboniano edicto, ibi curatorem constitui debere, qui omnia curet, & actiones exerceat, denique isti curatores, quicquid sine dolo malo expendunt agendo, ædificando, reficiendo, defendendo, interpellando, & interrumpendo, conseruant sibi l. prima. §. quod de fructibus. per totum. ff. de curatore bonis dando. elegans lex. 17. titu. 16. part. 6. El guardador en nome del huerfano deue mandar, e defender el derecho del, en todo pleyto, quel mouiesse, o le fuesse mouido en iuyzio.

Quæ proculdubio Accursii difficultatem diluit, dum generaliter definit, nihilque est solicita, an actiones sint perituræ, nec ne, liberum habent hij omnes administrationis gestores, quidquid ex officio consumpserint, conseruant sibi, vniuersasque actiones experiuntur, & perituras, quas si nō exercerent, & pereant, tenentur, argumento dictę l. quicquid. C. arbitrium tutelæ, & non perituras item, si ex officio agāt: illud tamen aduertendum est, ita lites esse agendas, & causas tutelæ, & administrationis tractandas, sumptusque faciendos, vt tutor, administrator, curator, syndicus, & reliqui, de quibus agimus, in huiusmodi sumptibus & expensis ita se moderate gerant, quasi res propria, non aliena gereretur, neque enim pro pupillo, absente, furioso, ventre, vel pro bonis, magis expendendum est, quàm pro se expenderet tutor ac curator, itaque moderata esse oportet talaria aduocatorum, procuratoris legitimos sumptus, certas expensas, iure & lege taxatas ne sub prætextu pupilli, & eius patrocinii vniuersum patrimonium consumatur, neve de re aliena liberales existant, p-bat mihi tex. in l. cum plures. §. nimium. ff. de administratio. tutorum. nimium est, (inquit Paulus) tutori licere respectu existimationis pupilli erogare ex bonis eius, quod ex suis nō honestissimè esset erogaturus, tenent Palatios Rubr. & Gregorius Lopez vbi supra, neque admodum ad hoc desiderarē ius, cum apertè id ratio naturalis poscat, proficuos. oportet esse hos tutores, & curatores, non damnosos: quod dicimus de expensis, de causis quoque accipiendum est, neque enim debent calumniosas causas instituere, nec quicquam earum nomine expendere l. non est ignotum. C. de administratio. tutorum. & ibi Bartol. Paul. Salycet. text. in l. si bonam causam. C. eodem. vbi sumptus permittuntur propter bonam causam.

18 †Præterea circa solutiones debitorum expendit etiam tutor & curator, & reliqui administratores l. tutor. §. primo. ff. de administratio. tutorum. sicuti enim debitas pupillis & his quorum rem gerunt pecunias exigunt, in eamque rem expendunt, & nisi exigant nomina tutelæ, aut administrationis pereunt eorum damno l. debitoribus. C. de administratione tutorum. ibi, ad te nominum periculo pertinente l. tutores. C. eodem. ibi, quarum exactio ad periculum tutorum pertinet: cumq; is qui tutori soluit aut curatori liber sit, etiam in canone ad vitandam pœnam & fugiendum commissum l. sancimus. C. eodem. ita etiam tenetur soluere debita ex dict. §. primo. denique sicuti non exigendo debitum tenetur, si liberatio ex tempore cōtingat, ita nisi soluat, periculum est tutoris, & ad expensas & sumptus, & reliqua tenetur, quæ contingant pupillo, vel ei, cuius res geritur, propter nō solutum debitum, pone pecuniam debitam cum vsuris, si potest curator, & expeditam habet pecuniam, necesse est soluat, vt vitet vsuras, alioqui sibi imputabuntur vsuræ, pone debere pupillum, aut eū cuius res geritur annuos reditus, qui redimi possint, necesse est, vt redimat curator, si possit, alioqui sibi imputabuntur, pone emphyteuticum, vel vectigale esse prædium, necesse est vt pensionem, vel tributum soluat curator, tutor,

19 vel administrator, †alioqui sibi nocebunt non pupillo, aut furioso, aut ei cuius rem gerunt l. si tutoris. C. de administratio. tutorum. si tutoris. (inquit Imperator) vel curatoris culpa, vel dolo, eo quòd vectigal prædio emphyteutico impositū minime dependere voluissent, minoris prædium fuerit amissum, damnum quod ei contigit ex substantia eorum resarciri necesse est, qui est optimus tex. ad omnia illa quæ diximus, damnum autem, de quo ibi, an sit res, quæ commisso periit, an verò sumptus & expensa, quæ fit a minore, vt rem recuperet, itaque an reseruetur ius illæsum minori, ita vt restitutione non indigeat, ad consecutionem prædij, quod commisso curatoris perijt, an verò restitutione præmissa aduersus illud damnum prædium sit consequendum, iuxta l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minoribus. vbi restitutio necessaria videtur, vide gloss. in d. l. si tutoris. verbo damnum, Barto. Bald. Salycetum, ibi, Bartolum, & alios in dicto §. si in commissum. Baldus in l. in minorum. in fi. C. in quibus causis in integrum restitutio. & in l. pupillorum. C. de repudianda hæreditate. Iason. in l. secunda. C. de iure emphyteutico. numero 49. vide text. in l. Imperatores. §. primo. ff. de publicanis & vectigalibus. vbi gloss. & reliqui idem rescripserunt, (inquit Vlpianus) pupillo remittere se pœnam commissi, si intra diem tricesimum vectigal intulisset, denique has omnes expensas & sumptus facit hic tutor, curator, administrator, cui res alterius commissa est, soluit, accipit debita, liberat, & liberatur, suumque pupillum, furiosum, vel absentem liberat à commisso, à pœna, ab vsuris, ne faciat, expensas omnes, & sumptus refundit ipse pupillo, factas vero deducit in ratione administratæ tutelæ, vel curæ, quod in omni administratore, qui liberam habet administrationem recipiendum est, argumento d l. 1. ff. de contraria & vtili actione tutelæ.

20 †Illud animaduersione dignū est, quòd tutor, & curator, & quilibet administrator, sicuti possessor hæreditatis meliorationes factas recuperant, & conseruant sibi vtiliter factas,

licèt

Source : BIU Cujas

licèt non extent res,in quibus factæ sunt;quia perierint,com
bustæ,vel euictæ sint,si à principio vtiliter sint factæ l. plane.
ff.de petitione hereditatis,ad finem,ibi planè.sic potest in eo
differentia esse, vt bonæ fidei quidem possessor omnino de-
ducat,licèt res non extet, in quam fecit, sicut tutor vel cura-
tor consequitur,prædo autem non aliter quàm si res melior
sit facta, simile est, quod de negotiorum gestorum actione
tradit Vlpianus in l.sed an vltro.§.is autem.ff.de negotiis ge-
stis.is autem qui negociorum gestorum agit nō solum si effe
ctum habuit negotium,quod gessit, actione ista vtetur, sed
sufficit si vtiliter cœpit, etiam si effectum non habuit nego-
tium,& ideo si insulam fulsit,vel seruum ægrum curauit, ēt
si insula exusta sit, vel seruus obijt, aget negotiorum gesto-
rum actione,quæ sequuntur autem verba in dict. §.is autem
nihil faciunt ad nos in hac quæstione: ideoque si vtiliter ex-
pēderint isti tutores,vel curatores,& administratores, à prin
cipio futurus euentus non impedit expensarum deductio-
nem, idque non solum in melioratiōnibus est recipiendum
perempta re meliorata,sed & in expensis litium, si lites vtili-
ter à principio institutæ, aut prosecutæ sint, etiam si tristem
euentum;(vt ad solent) habeant l.qui mutuam.§.fi.ff.manda
ti.l.si seruus in rem.in principio.ff.de in rem verso. l. si seruū.
C.eodem.l.quid ergo.ff.de contrario iudicio tutelæ. §. suffi-
cit. (inquit Vlpianus) tutori bene & diligenter negotia ges-
sisse,& si euentum aduersum habuerit, quod gestum est, si-
mile est,quod Vlpianus tradit in d.l.quid ergo.vt tutor expē
sas omnes consequatur,quas vtiliter fecit à principio, etiam
si nihil adauctum sit pupillo,& est recipiēdum, etiam si plus
sit in expensas & sumptibus,quàm in facultatibus. dic.l.quid
ergo.

Potest igitur fieri,vt tutor,aut curator lites suscipiat à prin
cipio vtiliter pro pupillo, & maiores expensas faciat, quàm
sint facultates pupilli,& infœlici euentu litis, nihilo consecu
to,necessum sit pupillo pro sumptibus tutori patrimonium
& facultates relinquere,dic.l.quid ergo. quæ cum d.l. planè.
singulares iuris decisiones continent,pupillis & reliquis peri
21 culosas: vt videas † quam miserum sit, orbatum parentibus
quempiam fortunæ ludibrio relinqui, cui officium tutoris
rectè administrantis & rem gerentis facultates adimere po-
test: vt iam dolos, & machinationes omittamus,quibus mi
sere pupilli obnoxii sunt, officiosa interdum virtute, & cu-
ra perduntur.

22 †Quomodo autem administratores teneantur reddere ra
tionem,& quid complecti debeat ista ratio,dic quòd conti-
net primum, scilicet Codicem & librum, in quo omnes ra-
tiones administrationis scriptæ sint in tutore l.1.§. officio.§.
de rationibus.ff.de tutelis.& rati.distrah.in curatore l.aduer-
sus.l.rationes.C.de administrat.tutorum. in executore testa-
menti l.nulli. C.de episcop.& cleri.cap.tua nobis.c.Ioannes.
de testamentis, in procuratore siue ad agendum,siue ad ne-
gocia.l.qui proprio.§.procurator.ff.de procuratoribus.in ne
gotiorum gestorum l.secunda.ff.de negotijs gestis, in orpha
notrophis, & xenodochis, siue hospitalariis l. orphanotro-
phi.la 1.C.de episcopis & clericis. Clementina 2.§.vt autem.
de religiosis domibus, & generaliter quicumque rem admi
nistrauerit,in qua sit acceptum,& expensum, Codicem ha-
re debet,qui contineat rationem accepti & expensi,tenet &
resoluit post Bar.in d.l.2.ff.de negotiis gestis.Bald.consi.137.
lib.5.Romanus consi.414.Socynus consi.46.lib.1.Decius cō
si.533.Mod Paris.in consuetudinibus Parisiensibus.titu.1.§.
6.gl.6.num.14.& seq.cuius methodum in hoc sequimur: ait
ille tamen,quòd si res,quæ geritur,eius qualitatis sit, in qua
nulla reperiatur ratio accepti & impensi, quòd excusabitur
administrator ab hoc Codice & libro rationum,idem ait, si
forte expediebat ei,cuius res administratur, ne patrimoniū
detegeretur,quod tunc excusatur administrator ab hoc lib.
per l.2.§.tractari.ff.ad Trebellianum.Barto. in l. tutor qui re-
pertorium.num.16.ff.de administrat.tuto.& Ludouicus Ro
manus sing.104.& Hippolit.notabili 502.adde tu.l.20. ti.16.
partit.6.& rationem huius vide præter ipsos,& deduc ex l.2.
C.quando & quibus quarta pars debeatur.lib.10. ibi. quid e-
nim tam durum tamque inhumanum est,quàm publicatio-
ne,pompaque rerum familiarum,& paupertatis detegi vtili-
tatem,& inuidiæ exponere diuitias,quas ratione possunt ple
rique excusari à confectione inuentarij,melius est pupillis sæ
pe diuitiarum opinionem conseruare, quæ vtilis sæpe est, q̄
facto inuentario, paupertatis detegi vilitatem, quæ per totā
vitam noceat,& impediat fœlices successus, quod cum ad-
mittamus circa inuentarium, administrator tamen librum
debet habere expensarum,ex his quæ diximus, id enim vult
d.l.20.partitæ.& d.l.2.Omissio enim inuentarij potest habe-
re singularem illam excusationem, omissio Codicis expensa
rum non item.

Contra hunc qui non habet hunc Codicem,& librum ex-
pensarum,accepti & expensi iuratur in litem l.1.§. officio.ff.
de tutelis.ita enim præsumitur contra illum, qui non fecit li-
brum expensarum,sicuti contra eum, qui non fecit inuenta-
rium.Bald.in d.§.officio.Omisit enim illud, ad quod sciebat
se teneri,ideoque dolo imputamus l.si procuratorem.§.do-
lo.l.dolus.ff.mandati.& ita iuratur contra eum.Barto. consi.
150.Angelus consi.277.Romanus cons.518.idque, ex regu-
la l.in actionibus.ff.de in lit.iurando, & quæ notantur in l. si
quando.C.vnde vi.l.tutor qui repertorium.in princ.ff.de ad-
ministr.tutorum.

Hic autem expensarum codex debet sigillatim,clarè & di
stinctè habere expressas omnes, & singulas expensas, quid,
quantum,qui cum,quove die,mense & anno expensum sit,
idem de accepto, ita vt minutissima quæque capita accepti
& expensi contineat,vulgò,Cuenta por menudo.l. cum ser-
uus.ff.de conditionibus.& demonstrat.81.quæ est Callistrati
Iureconsulti,sed illud,inquit ille,vt rationes reddat, quomo-
do seruus reddere solet, idest legendas offerre rationes pri-
mum,deinde computandas, vt explorari possit computatio
nes an improbe referantur,accepta rectè relata,an non recte
l.qui sub conditione.110.ff.de condit.& demonstrat.ibi, sed
& quod reliquum per contextum scriptum est remanere a-
pud eum l.vbi purè.37.ff.de fideicommissar.libertat.ibi, cor-
pora planè rationum,& ibi,& de singulis instituere l.51 l.pa-
tet.47.§.si sticho.ff.de fideicom.libert. ibi, cuius arbitrio ra-
tiones computentur tex.optimus in l.si statu libera.§.fin.5.ff.
de statulibe.ibi,rationum autem reddendarum quod ad reli
qua quidem attinet in danda pecunia consistit, quod autem
id ipsa volumina rationum tradenda per contandas atq; exa
minandas rationes, & dispungendas, atque excutiendas fa-
ctum habet,denique oportet adesse libros, qui sigillatim cō
tineant minutissimas quasque expensas, & acceptas quoque
pecunias,vt collatis inuicem,facile constet debitum. Ex qui-
bus iuncta l.pro socio.38.ff.pro socio.inter socios id quoque
recipiendum est,vt in his quoque liber rationum desideret,
qui contineat accepta, expensaque societati imputanda l. si
igitur.56.ff.pro socio.ibi,eum in societatis rationem hoc cō
tulisse.Est enim hoc generale in omni administratione,vt di
ximus,vbi acceptum,& expensum reperiatur,ita notat Bart.
& post eum Ioan.de Plat.in l.comperimus.per illum text. de
nauicularijs.C.li.11.adde l.siue ex prætoriano.C.de exceptо-
ribus & exactoribus.lib.12.uide semper Bar.d.cons.150.

Vnde si liber expensarum & rationum non habeat hęc ca
pita,& confusus sit ita,vt rationes dispungi, & concludi non
possint,nihil releuat,& ita est ac si confectus non esset.Barto.
in d.l.tutor qui repertorium.nu.18.cum autem rationes pro
be possint dispungi,tunc rectè factum librum censemus,etiā
si dies locusve factæ expensæ additus non sit, quia Iurecon-
sulti id dumtaxat desiderant,vt rationes conferri possint,vn-
de debita constent.

Hoc tamen intelligit Abbas consil 12.lib.1. in 6.dubio. &
Socynus d.consilio 73.libro 1.& in consil.40.lib.4.vt non ha
beant locum inter consanguineos,quod non probo,cautius
enim inter hos agendum est,viuitur enim,vt ille inquit,ex ra
pto,non hospes ab hospite tutus,nec gener à socero,fratrum
quoque gratia rara est,illud tamen rationem habet, vt si ap-
pareat oculis opus confectum,neque qui expendit forte cō-
tulit in librum;tunc enim quia ad oculum constat, per æsti-
mationem peritorum taxari poterit,Bart.in l. qui sub condi-
tione.ff.de condit.& demonstratio. nullum enim periculum
est,quod scriptæ non sint expensæ, cum possint commode
taxari,quod erit obseruandum in meliorationibus.

23 Præterea is qui librum hunc exhibet debet probare om-
nia capita eius vera, itaq; debet probare vera omnia à se ex-
pensa,d.l.qui sub conditione.ibi, docere debet constare fidē
omnibus quæ ab eo gesta sunt: hæc autem probatio aliquan
do admittit priuata singrapha, neque enim semper postulat
authentica instrumenta, aut testes exceptione maiores, im-
mo admittit hæc probatio coniecturas arbitrio iudicis,ex fi
de,& integritate eius & qualitate,qui consumpsit & expēdit
ex qualitate expensarum, ideoque in hoc plurimum cōmis-
sum est iudicis prudentis arbitrio. Baldus in rubri. C. de fide
instrum.Corneus in l.fi.§.in computatione.C.de iure delibe.
Mod.Paris.vbi supra,num. 21. quòd si expensæ sint modicæ,
sufficit iuramentum eius qui expendit attenta eius qualitate.
Speculator titu.de instrumento.edition.§.nunc verò aliqua.
versi.20.quid si executor. Barto. & omnes Scribentes in d.l.
fi.§.in computatione.C.de iure deliber.Mod.vbi supra num.
25.Baetius vbi supra,cap.21.nume.28.paruæ autem expensæ
sunt iudicis arbitrio, diximus supra capit.11.nume.16. iudex
autem arbitrabitur,an expensæ huiusmodi sint rationabiles,
an rectè fieri potuerint, vbicumque enim statur iuramento
alicuius,id ita accipiendum est,si verosimilia dicat Bart. in l.
inter omnes.§.rectè.num.3.ff.de furtis.in l.quemadmodum.

C.de

Source : BIU Cujas

C. de agricolis & censitis. lib. 11. Alexan. in l. 1. §. per procura torem. ff. de acquiren. possess. & in consi. 47. lib 6. Iason in §. sed istæ. num. 92. Instituti. de actionibus. Mode. vbi supra. numero 27. ob idque si expensæ non sunt verosimiles, aut ratio nabiles, planè nihil creditur iuramento eius, qui expendit. Paulus & Iaso. in dicto §. in computatione, & pertinent hæc ad probationem expensarum, & meliorationum, nō solum quod attinet ad administratores, syndicos, tutores, curatores, sed ad omne genus expensarum deducimus, vbicumque de expensis & meliorationibus agamus, in vsufructuario, fideicommissario, emphyteuta, vasallo, cōductore & reliquis, de quibus agimus, vt probare debeant suas expensas, & meliorationes, etiam si librum rationum in his qui ad rationē non tenentur, minimè poscamus.

Adde, quòd isti non tenentur has impensas ostendere à se factas; cum enim factæ reperiantur, ab his præsumuntur factæ, qui facere tenebantur, in hoc enim nulla probatio requiritur, nisi & hoc quoque in dubium reuocetur. Bart. in l. cum seruus. ff. de verborum obligationib. vide late Moder. vbi supra. numero 28. qui infert ad aliqua, vide tu supra capit. 4. nu. 26. & 27. de pupillo, qui non præsumatur vixisse de vento, & quæ ibi adduximus ex Alciato, conueniunt enim cum his, quæ adducit ipse Mod.

Præterea is cuius iuramento creditur debet sigillatim dicere, expendi tot in tali re, non verò confuse expendi mille, vel duo millia, debet addere causam expensarum. Bart. in d. l. qui sub conditione. Ioannes Andreas ad Speculum de instrumentorum editione §. nunc verò aliqua. versic. duodecimò quid si executor, quod tamen non multum refert in expensis verosimilibus, & rationabilibus, vt supra diximus, hæc igitur pertinent ad probationem, de æstimatione verò dicēdum nobis est infra.

24 †Non debet autem suscipere tutor, vel administrator, neque prosequi lites, in quibus plus expendendum sit, quàm vltimo iudicio sit consequendum, ex Abbate in ca. de appellationib. tit. de appellationibus, & est optima interpretatio ad omnia, quæ diximus, vide ad hanc limitationē quæ diximus supra, capite vndecimo. nu. 16. & 17.

S V M M A R I V M.

1 *Qui restitutionem facere tenetur, suis sumptibus & expensis facere debet, adducitur distinctio.*
2 *Qui ægrotantem curauit, & ob eam rem impendit, expensas recuperat etiã ab inuito.*
3 *Per subtractionem quoque quis occidere potest.*
4 *Qui pro damnato capitaliter, vel corporaliter appellando expendit, etiã ab inuito expensas recuperat.*
5 *Iudex ordinarius, qui territorium circumit suum, domo egressus suis sumptibus, & expensis viuit.*
6 *Satis bene constitutum erat, vt qui stipendium vnum habet, alterum habere non possit.*
7 *Multiplicatio stipendiorum sæpe facit à iusto aberrare.*
8 *Delegatus & missus à Principe ab eo habet sumptus & expensas.*
9 *Si à partibus petatur, à partibus habet expensas, de damnis non tenentur.*
10 *Iudex delegatus domi suæ iudicans expensas non habet à partibus.*
11 *Sportulas tamen habet quas nos nostro nomine vocamus Derechos.*
12 *Sportula olim continebat centum quadrantes.*
13 *Quadrans, dipondius, sestertius, & denarius quid.*
14 *Sestertium genere neutro quid.*
15 *Explicatur epigramma Martialis elegantissimum.*
16 *Aureus Romanus, & aureolus quid.*
17 *Exercitamenta diurna Romanorum, adducitur epigramma Martialis.*
18 *Adducitur locus ex Cornelio Tacito difficilis.*
19 *Quæ fuerit Romanis & Græcis cœna ex sportula.*
20 *Dominus iurisdictionis suis sumptibus creat iudicem literatum, aut illiterato dat assessorem.*
21 *Ius confiscandi principaliter principi, alijs nobilibus item competit.*
22 *Pœnæ fiscales sunt fructus iurisdictionis.*
23 *Relatoribus debere publicum stipendium & certum constitui.*
24 *Ludi publici, & publica spectacula facienda sunt expensis publicis.*
25 *Si ære alieno grauata & oppressa sit respublica a spectaculis abstinendum est.*
26 *Quod restat ex ludis & spectaculis ad rempublicam pertinet, etiam vestes.*
27 *Dominus soluta mercede famulo potest retinere vestem, explicatur l. Titia. §. 1. ff. de auro & argento legato.*
28 *Referuntur Græcorum, Romanorum, & Hispanorum ludi & spectacula.*
29 *Publica spectacula & publicos ludos lege approbatos.*
30 *Si princeps timore belli muniat castrum alicuius nobilis, non potest ab eo expensas illas repetere.*
31 *Potest Rex noster ponere milites præsidiarios in castro alicuius nobilis eo inuito.*
32 *Imperium, & regna propter ciuium vtilitatem instituta sunt.*
33 *Exhaustis & consumptis opibus Regis ciues tenentur contribuere, ut regnũ defendatur.*
34 *Mare est eius, cuius est territorium adiacens.*
35 *Pyratæ expellendi sunt expensis Regis, si grassentur in mari adiacenti territorio Regis.*
36 *Expensæ quæ fiunt in supplicationibus publicis, vulgò, En las processiones, cuius expensis fiant.*
37 *Supplicatio antiquis quid, quid etiam acclamatio, & Litaniæ.*
38 *Regulares olim & hodie post decretum Concilij Tridentini compelli poterãt venire ad processiones publicas.*
39 *Adducitur alius casus expendendi in ludo nostro cartarum pictarum.*

De varijs & extraordinarijs sumptibus & expensis.

Caput vigesimumprimum.

1 **Primum tumultuariam** †hãc quam hoc capite cępimus expensarum farraginem, quæ ad certum genus reduci non potuerunt inde à restitutione incipimus, in qua quoque raptus & expẽsarum admissa est: is enim qui restituere tenetur, suis sumptibus & expensis facere debet restitutionem, vnde si absenti facienda restitutio sit, qui longius absit, illucq; necessum sit adduci & afferri pecuniam, aut rem restituendam, quantumuis magni sumptus faciendi sint, existimat Sotus faciendos eos esse ei, qui restituere tenetur, idque lib. 4. de Iustitia & iure. quæst. 7. art. 1. ad 3. argumentum, secutus Ricardũ in 4. Sententiarum. distinctione 15. quam sententiam Sotus temperat adducta distinctione inter ea quæ debentur, & retinentur quæ tamen restituenda sunt, an retineantur à principio per vim & iniuriam, aut furtum, sic distinguit Imperator in Authẽtico vt nulli iudicum, collatione 9. §. quia verò. ver. pro furto. & versicu. fures autem vocamus, an verò retentio à principio facta sit ex causa contractus, cui dolus causam non dederat, cuius tamen iniquitas postea apparuit: hoc casu si ante tempus faciendæ restitutionis abfuit is, cui ea erat facienda, nullæ sunt faciendæ expensæ ab eo, qui restituere tenetur: sat est, si professus rem suam non esse, sed alienam eius scilicet, cui restituenda esset, si adesset, apud sequestrum publicum, aut apud iudicem deponatur, vt certior factus eius dominus, recepturus adueniat, aut mittat suis expẽsis & sumptibus, si verò per iniuriam, vim, dolum, aut furtum retinueris, à principio requirere dominum tuis expensis & sumptibus teneris, eoq; rem aut pecuniam adsportare, vt restituas, ĩdem dicendum est priori casu, scilicet si eo tempore cœperit abesse, quo sciebas iam tibi rem alienam restituendam ei esse, si enim opportunè cum posses non restituisti, tunc morosus damna expẽsarum & sumptuum pateris, cum sine causa distuleris, quod facere tenebaris, argumẽto l. mora. & quæ ibi Scribentes. ff. de vsuris. l. fina. ff. de periculo & commod. rei vendi. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. l. 27. tit. 5. part. 5. Segura in Repet. d. l. si ex legati causa. nu. 138. Scriptores in l. quod te mihi. ff. si certum petatur. facit etiam illud: quia restitutio importat redditionẽ, vt ita dicamus, rei quæ iniustè, vel aufertur, vel retinetur, id enim poscit iustitia commutatiua; & enim qui rem retinet alienam inuito domino, & iustitiam violat & charitatem debitã proximo, vnde Paulus ad Romanos 13. Reddite, inquit, omnibus debita, cui tributum. & ibi, nemini cuiquam debeatis, & Christus Dominus Matth. 22. Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari. Vnde Tobias cap. 2. cum vocem balantis hædi, quem vxor attulerat, audisset videte, inquit, ne forte furtiuus sit, reddite eum dominis suis; quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere, qua ratione neque rapere, nec retinere debita: cum tẽpus solutionis & restitutionis elapsum sit, vnde vel surripiens, vel retinens, restitutionem tuis expensis facere debes, si restituendi facultatem nactus eãdem omiseris, vnde onus sumptuum expẽsarumque succresceret, & merito quia nec ferendus sit morosus debitor, neque nimium delicatus creditor.

2 †Aliud genus expensarum illud est: quia si fortè infirmus prohibeat, ne medicus sibi accersatur, neve medicamenta morbo adhibeantur, si eius qualitatis sit, vt curari debeat, prę sumitur furiosus l. quidam. ff. de conditio. institu. c. fin. de successionibus ab intesta. quæ duo iura in argumentum id probant, sed illud fortius est, quia vita nihil charius est, quã odit, qui medicamenta contemnit, & medicum, si verò medicus is sit, cui vitam committere possis, quos ego raros esse arbitror: neque multum interest mortem inferas, an admittas, vt inquit c. 1. 83. distinctione. ibi, non est grandis differentia, an lethum inferas, vel admittas: mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit nō excludit, hęc Gratianus

Source : BIU Cujas

rianus. cap. pasce. 86. distinctione pasce (inquit Ambrosius) fame morientem: quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti, ubi est optima glo. uerbo, occidisti, quando per subtrationem quis occidisset ui
3 sus est l. necare. ff de liberis agnoscendis. Tunc † uerò repugnante isto egroto si tuis expensis medicum accersas & medicamenta adhibeas, poteris quidem uel ab eo, uel ab hæredibus has expensas tibi cõseruare: quia utiliter negocium eius gesseris l. Pomponius. ff. de neg. gestis, idque etiam si moriatur æger, sufficit enim, quòd utiliter à principio rem eius gesseris l. sed an ultro. ff. eod glo. optima in d. capitu. primo 83. distin. quam ibi sequuntur interpretes. Archidiacon. & Præpositus. Barbar. in Rubri. de solutionibus. Barto. in le. Stichus. ff de peculio legato, ubi bona additio nu. 1. litera B. quæ sequitur glo. prędictam, & est ibi similis gloss. & iterum glos. approbat Speculator titulo de salarijs. §. postremò. numero 4. ubi bona additio, singularem fecit Romanus sing. 123. qui ait gloss. illam esse incognitam Legistis & Canonistis, cum nihil sit magis uulgatum, latè de illa Decius in regula inuito. numero 2. de reg. iuris. & apud Bart. in d. l. Stichus,
4 & apud Decium in d. regula inuito, uide, quòd † qui soluit condemnationem pro eo, cui amputanda erat manus, nisi ad certum tempus soluisset, recuperat solutum, licèt eo inuito solutum sit, argumento quorum in specie l. non tantum. ff. de appellat. ubi pro eo qui ducitur ad supplicium quilibet potest appellare, etiam si ille acquiescat sententiæ, qui appellauerit & eo nomine expẽsas fecerit, etiam si nihil proficiat, si tamen à principio utiliter expẽdit, & expendendi rationabiles habuit causas, expensas recuperat, quas fecit d. l. sed an ultro. dict. gloss. recepta in d. capitulo 1. & sensit additio ad ipsam gloss. item ex his patet interpretatio ad l. atsi quis. §. idem Labeo. ff. de relig. & sumpt. funer. ut si quis aliquem funerauerit inuito eo, uel hæredibus expensas possit consequi, argumento dictæ legis sed an ultro, & dict. gloss. & quæ diximus.

5 † Item illud genus expensarum pertinet ad iudices, quos distinguimus in delegatos, & ordinarios, qui in multis conueniunt, in multis uerò separãtur, quod modo omittimus, nostras expensas secuti, ordinarius iudex, si extra domum intra territorium sit profectus, ut ius iustitiamque faciat, uel ut prouinciam suam uisat, finesque circumeat, & terminos affigat, expensas quas facit in uictu, equis, curribus, etiam eas quas domi non erat facturus, à nemine conseruat c. cum ab omni. de uita & honestate clericorum c. illud 10. quæst. 3. abstinere enim debent ab omni lucro quouis quæsito colore, ne iustitiæ administrandæ, & iuris dicendi occasionem in turpissimum lucrum conuertant l. omnes C. ad leg. Iul. repetunda. Neque enim licet uendere iustitiam. cap. non licet. 11. quæst. 3. contenti debent esse stipendij suis. Lucæ. capitu. 3. & 86. distinctione. cap. non satis, uide Abbatem in cap. etsi quæstiones. de symonia, uide. DD. in ca. statutum. §. insuper. de rescriptis. lib. 6. Speculator in titulo de salarijs. §. 1. numero 8. Gregorius Lopez in l. 7. titu. 17. partit. 3. uerbo, Deue dar, quod expressius iure nostro constitutum est inter leges, quę dantur urbanis prætoribus, quorum instar de reliquis iudicamus, & quotidie fit in syndicatu, neque quicquam iudicem excusat, quòd stipendium non habeat, prouidere enim sibi debuit de stipendio, aut munus illud omittere: neque nomine harum expensarum quicquam accipere debent, immo nec quicquam nomine condemnationis quod antiquiores nostræ leges extendebant ad quoscumque iudices l. 23. titu. 4. libro 6. ueteris ordinamenti, quę lex sanctissima erat, & rei
6 publicæ saluberrima † ut si is qui stipendium aliàs habet à Rege, uel republica, egressus aliquo alterum stipendium nõ habeat, sed computato antiquo stipiendio necessarias expensas, ut neque lucrum capiat, neque damnum patiatur.

Vnde antiquo nostro iure auditor, qui extra Senatum aliquò profectus est, debebat quidem habere non nouum & cumulatum stipendium, quod hodie fit, sed expensas duntaxat, in his computato stipendio: hodie uerò particulari dispositione in singulis Senatibus singula stipendia & cumulata constituta sunt auditoribus Senatu & domo egressis, idque præter ordinarium & antiquum stipendium multa uerò suadent, ut legem illam existimemus sanctissimam, qua expensæ duntaxat præstantur, scilicet d. l. 23. tit. 4. libro 6. Ordinamen. melius enim & dignius, utilius, & honestius consuleretur reipublicæ, ciuibus, & principi, quam multiplicatis stipendijs ipsorum minui & consumi patrimonium, & substantiam, adaucta re iudicis unius, uel alterius, cui abunde unico stipendio satisfactum uideri posset, aut saltem refusis expensis, quas faceret, ultra stipendij quantitatem.

Vide quæ adducit Gregorius Lopez in d. l. 7. titu. 17. p. 3. iam semel enim, ut ista multiplicatio stipendiorum contingeret, protritas legum fuisse uires, conculcatamque iuris authoritatem compertum est, adde nihil esse pestilentius quã Senatorem diutius extra Senatum commorari, idque experimento sæpè didici, ob idque odi istas commissiones factas Senatoribus.

Hoc autem pestilentiæ genus sæpè facit expectata stipendiorum cumulatio, pauci enim sunt ea animi integritate, vt oblatum quæstum respuant.

7 † Ordinario uerò dantur pro uisitatione expensæ & sumptus c. cum Apostolus. de censibus. cap. sopitæ. eod. idem cũ consecrat Ecclesiam. cap. cum sit Romana. de symonia, non autem cum reconciliat. Bald. ibi, & in additione ad Speculũ d. tit. de salarijs. §. primo. nu. 9. litera L. In hoc autem consuetudo recepta plurimum poterit ex eodem Speculatore d. §. 1. d. nu. 9. & nu. 13.

8 † Si est delegatus à Principe ad causam principis, à principe ad habet expensas, Gregorius Lopez d. l. 7. tit. 17. antiquitus eo modo quo receptum erat d. l. 23. tit. 4. lib. 6. Hodie uerò aliter fit, de quo proximè diximus, si uerò ad petitionem partis, tunc à parte expensæ præstantur, ad uictum, uecturã,
9 & equitatum † stipendium tamen non dabatur, dicto capit. cum ab omni. de uita & honest. clericorum. cap. charitatem. 12. quæst. 2. Nemo enim cogitur suis expensis militare c. iam nunc. 38. quæst. 1. cap. cum ex officij. de præscriptionib. Hi autem expensæ & sumptus moderati esse debent, & quales consueuerunt fieri domi, quod late diximus capite proximo, & notat Speculator d. §. 1. in principio, ubi quòd pars non debet resarcire damna iudicij, quæ contingunt propter ipsum iudicium, ueluti si dum proficiscitur ad locum iudicij in latrones incidit, & spoliatus est supellectili, & pecunijs, in his expensis ea damna non continentur, multa ad hoc allegat idem Speculator d. §. 1. ubi supra, quem uide.

10 † Immo neque expensas expectabit, si domi sue iudicium expediat, quod agnouimus capite proximo, neque facilem arripiet occasionem, ut domo egrediatur, accepturus expensas, quod satis abunde decisum est in cap. statutum. §. insuper de rescriptis. lib. 6. qui text. satis pro Doctore est, uide Speculatorem d. §. 1. in principio.

11 Neque † tamen existimes prohibitum iudici delegato accipere sportulas, uocant noniores sportulas, quos nos nostro nomine Hispano uocamus, Derechos, in Authentico de sanctissimis Episcopis. collatione. 9. & alibi sæpè. §. sportularum. authentic. sed hodie. authentic. generaliter. C. de Epi
12 scopis & clericis. c. inducię. §. offeratur. 3. q. 3. & alibi † cœpit enim illud nomen in hac acceptatione, cum olim expensam diurnam significaret, quam nos hodie uocamus, Racion. Solebant enim Romani ditiores eos alere, qui sibi adeerant tota die, quique ipsos officij causa omittebantur, quique ipsos togati ipsi quoque summo mane salutabant, hi serè, quos hodie Escuderos uocamus, quibus pro uictu diurno, cibo, potui sportula præstabatur, Iuuenalis Satyra prima Nunc sportula primo limine prima sedet turbæ rapienda togatæ, & Satyra. 3.

Nonne uides quanto celebretur sportula sumo. Martialis lib. 1. Epigrammat.

Dat Baiana mihi quadrantes sportula centum,
Inter delicias, quid facit ista fames?
Redde lupi nobis, tenebrosaque balnea Grilli.
Tunc male cum cœnam, cur bene flace lauor?

Vides sportulam constasse centum quadrantibus, quadrans erat quarta pars assis, assem numisma si conferas ad nostra facit.

Quatro marauedis, ex Budęo, dipondius facit, Ocho marauedis, sextertius, Diez marauedis, qui continebat duos asses & dimidium, & erat quarta pars dinarij, scilicet, Diez marauedis, quia denarius erat numisma. quod ad nostrum collatum efficiebat.

Quarenta marauedis, itaque denarius continet decem asses, sextertius quartam partem denarij, qui & dicitur nummus æris. Vnde sextertius & nummus æris idem sunt.

14 † Sextertium autem genere neutro continet mille sextertios, scilicet, Diez mil marauedis, unde idem est in uera computatione sextertium, & mille sextertij, quadrans uerò parum & uile est numisma, quod continet quartam partem assis, uulgò, Vn marauedi.

Sportula igitur continebat centum quadrantes, uulgò, Ciem marauedis, atq; ea erat antiquis Romanis sportula ex Martiale. li. 3. epigrã. 7. Centum misselli iam ualete quadrantes, ante ambulonis congiarium lassi, quos diuidebat balneator elixus, qd cogitatis o fames amicorũ; Regis superbi sportulæ recesserunt, nihil stropharum est, iam salarium dan-
15 dum est, hactenus Martialis, hæc † autem aperte explicat

Source : BIU Cujas

epigramma Martialis eruditissimum, apud quem doctiores aliquando impingunt, est libro decimo epigrammate. 73.

Millia uiginti quondam me Galla popoſcit.
Et fateor magno non erat illa nimis.
Annus abijt, biſquina dabis ſextertia dixit.
Poſcere plus uiſa, eſt, quam prius illa mihi.
Iam duo poſcenti poſt ſextum millia menſem.
Mille dabam nummos, noluit accipere.
Tranſierant binæ forſan, trinæve calendæ.
Aureolos ultro quatuor ipſa petit.
Non dedimus, centum iuſſit me mittere nummos.
Sed uiſa eſt nobis hæc quoque ſumma grauis.
Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum.
Hanc uoluit, puero diximus eſſe datam.
Inferius nunquid potuit deſcendere: fecit.
Dat gratis, ultro dat, mihi, Galla nego.

Principio itaque Galla poſcebat ſibi millia uiginti, ſcilicet ſextertiorum genere maſculino, hoc eſt, Docientas mil marauedis, poſt annum poſcebat decem ſextertia, genere neutro, nempe dimidium eius quod prius propoſcerat, ſcilicet, Ciem mil marauedis, poſt ſextum menſem poſcebat duo millia nummum, hoc eſt ſextertiorum nempe, Veynte mil marauedis, dabat mille nummos, Diez mil marauedis, hoc eſt dimidium poſt duos menſes poſcebat quatuor aureos (nam diminuto uerbo uſus eſt Martialis propter car-
16 men) aureus † autem Romanus continebat centum nummos æris, ſiue centum ſextertios, Andreas Alciatus ad Cornelium Tacitum libro undecimo. unde faciebat, Dos ducados y medio unuſquiſque aureus, in uera computatione, Mil marauedis, poſcebat ergo Galla quatuor, qui efficiunt, Quatro mil marauedis, quod neque dedit Martialis, poſtea popoſcit centum nummos, hoc eſt, Mil marauedis, ſed neque illud aſſecuta eſt, Poſtremò uoluit ipſam ſportulam, ſcilicet centum quadrantes, hoc eſt, Cien marauedis, eos datos à ſe puero dixit Martialis, ut uictum quæritaret, quæ ſumma uiliſſima erat, & famem appellarat Martialis dicto epigrammat. uigeſimoſeptimo libro primo habes quid fuerit Romanis ſportula, dabatur autem Romanis togatis qui ue niebant ſummo mane ſalutatum.

Tunc enim fiebat ſalutatio illa ab his qui ſportulam erant accepturi Martialis. libro quarto epigramma octauo dum
17 † diurna exercitia refert, ita inquit, quod eſt elegans epigramma, ut noſcas quibus Romani rebus ſtuduerint ſingulis diebus de nobilioribus & opulentioribus loquimur.

Prima ſalutantes, atque altera detinet hora.
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quinta uarios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nouam nitidis octaua paleſtris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt empheme meorum.
Temperat ambroſias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæſar.
Ingentique tenet procula parca manu.
Tunc admitte iocos greſſu timet ire licenti.
Ad matutinam noſtra thalia iouem.

Accipe Romanis diſtributum diurnum laborem, eo autem diximus: ut intelligas ſummo mane primis duabus horis ſolitos fuiſſe dare ſportulas, ſalutantibus, itaque ſportula continebat centum illos quadrantes, & quadrans quarta erat pars aſſis, decem autem aſſes efficiebant in uera computatione denarium, Plinius libro 33. capitulo tertio in militari inquit ſtipēdio ſemper denarius pro decem aſſibus datus, Cornelius Tacitus libro primo. Annalium urbis Romæ ait, rebellantes milites ab Imperatore conqueſtos, quòd non amplius acciperent quàm decem aſſes diurnos, faciebant autem ex Plinio denarium, ſcilicet, Quarenta marauedis ca da dia, quod erat diuturnum ſtipendium militare, agnoſcunt Alciatus & Aemilius Ferretus ibi ad Cornelium Taci
18 tum † ex quibus mihi difficillimus locus eſt apud eundem Tacitum in eodem libro primo cum enim ſeditione orta, bellantes milites conſequererentur, quòd ſingulis diebus pro ſtipendio diuturno nihil amplius haberent, quam decem aſſes, per Clementem Centurionem petebant, ut denarius diurnum ſtipendium foret.

Si enim dabantur decem aſſes, quorſum denarium poſtulabant, locus Aemilio Ferreto aut mendoſus & corruptus eſt, aut nulla interpretatione conciliandus, tu autem conciliabis facilè ex his quæ tradit idem Plinius dicto libro 33. capitulo nono & doctiſſimus Couarruuias de Numiſmatibus capitulo ſecundo numero ſeptimo. uerſ. ſed & illud, ex his legata Cæſaris eorumque ſummā intelligere poteris, apud Tacitum & Suetonium, item & equeſtrem & Senatorium cenſum.

Vnde illud Martialis quadraginta dedit tanti uocat ille pudicam, quod ad nos nihil attinet, qui in ſportulas incidimus. Procedente deinde tempore, cœperunt ſportularum nomine ſignificari, non expenſæ, ſed illud quod pro expenſis ſubrogatum eſt, uulgò, Derechos. Has itaque ſportulas habent delegati, ſcilicèt, Sus derochos, expenſas autem domi minimè, atque ex his patet interpretatio ad l. primā §. aduocatos. ff. de uarijs & extraordinarijs cognitionib. quam quantitatem efficiant centum aurei, quos ibi pro palmario
19 accipiunt aduocati, aliud † autem Romanis antiquioribus fuit cœna ex ſportula ex Atheneo Dimno ſophiſtarum, lib. 8. capitulo 14. ſcilicet cum amici uicinive cęnas quas domi paratas habebant in ſportulis in unam coniungebant, uulgò juntar las ollas.

20 † Sequitur ut expenſas illas ſubeant domini iuriſdictionum, qui iuriſdictionis emolumenta, & commoda percipiunt, ut ſuis ſumptibus & expenſis debeant creare iudices literatos, aut iudici illiterato aſſeſſorem conſtituere, qui cauſas dirimat, decidat, & componat, ex lege, iure, & inſtitutis, & patria conſuetudine. Inique enim, & grauiter peccant, qui ignauos iudices creant, uoco autem ignauos, uiros illiteratos, etiam ſi ingenio uigeant, & experimento docti eſſe uideātur: quoniam quod attinet ad deciſionem cauſarum, & iudiciorum ordinem, quæ iudicia inſtruere, & dirimere ſuis ſumptibus debent domini, nihil ſapiunt iſti illiterati, ſæpè enim dilationes protrahendæ ſæpè contrahendæ ſunt, ſæpè ab ordine iudiciorum conſtituto decedendum eſt, cum ſit ſæpè ſummus ordo, ordinem nullum ſeruaſſe.

Sæpè tamen & ſæpius non eſt temere decedendum à lege, iſthuc autem nouit iuriſperitus, non legis & iuri ignarus. Omitto iudiciorum ultima pronunciata, & ſententias quas immerito ſententias (niſi à literato qui ſentire poſſit rei difficultatem de qua agitur proferantur) appellabis, quapropter merito domini tenentur iudices literatos creare, aut illiteratis aſſeſſores dare ſuis ſumptibus & expenſis, nihilque expectabunt à uaſallis; quia cum fiſcales pœnas arripiant ſibi, & lucrum faciant ex iuriſdictione, neceſsè eſt, ut ex iſtis commodis, ſumptus & expenſas faciant ad exercendam iuriſdictionem, natura enim id poſcit, ut ſumptus eo tendant, quo & commoda.

21 † Licèt enim ius confiſcandi proprie loquendo Principi competat, qui non recognoſcat ſuperiorem, ut eſt Rex noſter Inuictiſſimus. gloſ. famoſa in Rubri. C. de iure fiſci. libro decimo. ubi Scriptores omnes poſt Bart. numero quarto. & Bal. in l. 1. C. de hæred. uel actione uendita. numero octauo. ex priuilegio tamen aut præſcriptione poteſt id ius inferioribus competere. Bald. ubi ſupra. Ioan. Platea in l. prima. C. de bonis uacantibus. libro 10. numero ſecundo. Guillelmus Benedictus in cap. Raynutius. de teſtament. uerbo, & uxorem Adalaſiam numero 293. Capitius deciſione. 185. numero 3. & 4 Mod. Pariſ. in conſuetudinibus Pariſienſibus. titu. primo §. 3. numero 170. undæ plures nobiles in noſtro Galleciæ regno applicant pœnas ad reparationes mœnium, aut ædium, idque temere cum poſſint camerę applicare, & ſibi, quod eſt cōtra ius, quia ex priuilegio uel præſcriptione, qua iuriſdictionem habent, fiſcum quoque intelliguntur habere, periculoſa eſt ea pœnarum applicatio; cum enim applicatio; cum enim applicatæ illæ pęne ſint reparationi mœnium in bonis maioratus ſucceſſor forte poterit petere pecunias applicatas, ut ex illis mœnia reparentur: quare conſultius eſt ſibi cameræque ſuæ pœnas illas applicare, cum poſſint has pœnas ſibi applicare, neque enim aliter poteſt conſtare iuriſdictio inferiori à Rege noſtro quam aut priuilegio, aut præſcriptione, unde ius confiſcandi nactum eſt, unde nihil nobilis timere debet etiam ſi pœnas fiſcales percipiat à iudice ſuo fiſco applicatas. Sunt † enim iſtæ pœnæ fiſcales quaſi fructus iuriſdictionis commoda & emolumenta ſi minus fructus dicendæ ſint, quæ pertinent ad poſſeſſores baroniæ, & dominatus, & eos pęnes quos eſt ipſum ius iuriſdictionis & creandi iudices, ideoque pertinent ad maioratus poſſeſſorem, prælatum, epiſcopum, uſufructuarium. & emphyteutam quibus territorium cum iuriſdictione conceſſum eſt. Bald. in l. fi. ff. ſolut. matrimonio numero 2. Iacobinus de ſancto Georgio. de feudis. uerbo de caſtro Rubei montis. uerſ quæro etiam. Palatios Rubios in Repetitione rubr. de donationibus inter uirum & vxorem. §. 62. nume. 11. Tiraquellus de Retractu conuentionali. §. 5. gloſſ. 4. num. 10. Boerius deciſione. 180. numero quarto. Cum igitur percipiant fructus

& com-

Source : BIU Cujas

& commoda iurisdictionis necesse est aut peccent grauissime in Deum, aut literatos creent iudices, aut illiteratis assessores addant, qui suis expensis non litigantium lites dirimant & componant, iniquum satis enim est miserum rusticum litigatorem, spoliatum a procuratore, scriba, & aduocato, tandem suis nummis, & pecunijs comparare sibi Doctorem, qui causam suam diiudicet, cum illud pertineat ad dominum, quem quantum existimo, restituturum puto quidquid eo nomine à litigatoribus, extortum est, Alexand. Seuerus assessoribus stipendia & salaria instituit quanquam, &c. refert Aelius Lampridius in eius uita. folio. mihi. 398.

23 † Vnde quoque existimo dominum nostrum Regem Inuictissimum omnino teneri ex hac ratione relatoribus expensas & sumptus præstare, uel stipendium constituere; quia causas forenses referunt, putoque nihil minus decere authoritatem Senatum, & utilitatem ciuium, & causarum optimam definitionem, quam relatorem sumptus à litigatore expectare.

Hic enim si quęrere aduocatum procuratorem, & defensorem tenetur, idque suis sumptibus & expensis, certè Rex per iudices suos uidere debet causas, intelligere & diiudicare, quòd si iudices relatore indigeant illud expensis Regis & sumptibus non collitigantium futurum est, experimentoque didici multo utilius fore reipublicæ, & causarum decisioni, si relatores ex stipendio à Rege constituto alerentur, quam si ex litigatore misero, qui omnem cum ad relatorem perueniat pecuniam consumpsit expensas eas expectet, quas facere debet Rex, qui iudicare tenetur per iudices qui & factum per se intelligant, & ius decernant, pertinent enim illæ expensę ad iudicium quod suis sumptibus Rex facere tenetur, post quam commoda & iurisdictionis emolumenta percipit.

24 † Sequitur sumptus ille qui quotidie fit ad publica spectacula, & in publica lætitia statis diebus, uel in aduentu ortuve principis; publica enim illa spectacula in hac publica lætitia non sunt facienda expensis & sumptibus ciuium, sed reipublicæ, & de his bonis quæ communia dicuntur, siue ex redditibus publicis, neque possunt hi sumptus fieri, si postea ciues ex bonis suis priuatis expensas sint subministraturi, supplentur uerò ex pecunia communi, sunt enim bona quædam, quæ reipublicæ censentur, sicuti priuata priuatorum, quæ nos uocamus proprio, nostro nomine ex facultate Principis, ex his supplentur isti sumptus publici, si uerò bona publica nulla sint, ab his abstinendum est spectaculis; licèt enim hæc bona debeant conuerti in commu nem usum ciuium lege 20. titulo uigesimooctauo. partit. 3. ibi, Deuenser metidas en pro communal de toda la ciudad, o uilla cuyas furen.

Vnde bona communia, & communitatis, & reipublicæ propria dici meruerunt l. inter publica. & ibi gloss. ff. de uerborum significatione. in istis spectaculis expendi tamen possunt, & meritò lege prima. C. de expensis ludorum. li-
25 bro undecimo. ubi † ita sunt expensis publicis facienda spectacula, ne tamen respublica alijs necessarijs expensis egeat, si enim mœnia diruta sint, muri solo æquati, urbs ruinis deformis, sine templo, ponte, fonteve, aut propter necessarios sumptus ære alieno grauata, satius est illa omnia reparari, quàm his spectaculis & festiuis ludis magis rempublicam onerare, quod ita temperandum est, ut liberata republica, & restituta in antiquum splendorem soluto omni debito, & ęre alieno, ex antiqua consuetudine spectacula edantur, quæ tamen ita exhibenda sunt, ut ministris nihil aliud acquiratur, quàm lætitia.

In hoc enim par debet esse ministrorum & reliquorum
26 ciuium conditio, unde † quod supereſt, ex spectaculis, & ludis, & lætitia, ad rempublicam pertinet, & reuertitur. Arcus enim qui fiunt urbanit, heatra, & triumphalia carpēta, item cultus, uestimenta, & reliqui apparatus ministrorum, minorum, omnia denique peractis ludis uenduntur, si seruando seruari non possunt, in futuros ludos, & in publicos usus conuertuntur, ita resoluit Auendanius de exequend. mandat. Regnum Hispaniæ. part. 2. capitulo decimo numero decimotertio.

Ex qua ratione existimat uestes illas triumphales, trabeis antiquioribus persimiles, quæ dantur urbium rectoribus in aduentu Principis, ut uenientem Regem ornati quadam ueluti trabea sub umbella serica, exceptum in urbem inducant, excepto Rege esse eas restituendas reipublicæ, nec debere remanere apud rectores, cum sint expensæ propter publicam lætitiam, qua finita nihil magis apud rectores, & reliquos ministros reipublicæ remanere debet, quàm apud reliquos ciues, ne cum iactura reipublicæ ministri occasione eius lætitiæ ditescant, idque tenet argumento glo. in le. id uestimentum. ff. de peculio. in quo licèt gl. illa oportuna sit, magis tamen facit decisio tex. in d. l. id uestimentum, ex qua in peculio serui dicimus esse eam uestem, quam ita dedit dominus, ut seruus ea perpetuò uteretur, argumento cuius dici poterit, non esse rectoris urbani id uestimentum, quod à republica accipit, non libere, sed ut in publica lætitia ad splendorem reipublicæ utatur, argumento eius legis. gloss. ibi. uerbo peculij, existimat contra famulos, pedisequas & pueros seruitores, ut si uel domo à domino eijciantur, uel decedant ipsi, possit dominus retinere uestimentum illud quod dederit soluta mercede seruicij, illudque nec adito, neque expectato iudice, ait Montaluus in l. quarta titu. 4. libro
27 4. Foroleg. in † nobilibus enim istud apprime necessarium & utile est: sæpè enim pedisequas istos ante ambulones, pueroſque seruitores certa uestimentorum & conformi compositione elegantius ornant, non tam ipsius, quàm proprio splendori, consulentes.

Tunc uerò æquissimum est, ut abiens & decedens famulus uestimentum illud relinquat soluta mercede, quo alius indutus certus ille ordo, & splendor uestium constet.

Hāc autem uestium cōformium compositionem, quam uulgus uocat, Liberam, uocat Iureconsultus Syntheſim l. Titia testamēto. §. primo. ff. de auro & argento legat. pręmissa eius uerbi acceptione facile intelliges uerba eius legis aliquibus enim difficillima uisa sunt.

Hæc ergo uestimenta neque famulis, neque rectoribus, neque seruis libere data intelligi possunt, sed magis ut dominus splendeat, utque respublica illustretur.

Quapropter ex d. l. id uestimentum, non est uestimentum illud in patrimonio, nec in re eorundem, sed domini & reipublicæ, quæ addenda sunt Auendanio ubi supra, qui tamen ex eo quod de uestimentis precioſis traditum est a Scriptoribus in uiro & uxore, ad reipublicam & rectores argumentatur, de quo tamen nos egimus capitulo octauo numero 38. & ueram rationem adduximus non ex præsumpta donatione ut reliqui, sed ex necessitate alimentorum, quæ uestes quotidianas continent non precioſas, denique idem Auendanius ait, ita se uidisse practicatum contra rectores uillę de Madrid, quæ antiquis fuit Mantua Carpentanorum, ego tamen in hoc plurimum consuetudini antiqnæ & usui recepto, & legitimo tributo, qui in hoc ut in reliquis plurimum poterit, quamuis enim id poscat iuris rigor induci consuetudine contrarium posse non est dubium, ut latè diximus supra cap. 7. & ita si casus offerretur ad consuetudinem confugerem, quę optima interpres est, quod enim iam factum est regula est eius quod fieri debeat, idque quotidie censet Senatus noster in his rebus, quæ ad largitates, & erogationes pertinent, ut diximus capite proximo late.

28 † Est autem illud sanctissime receptum, ut populus publica lætitia recreetur, nulla ætas, nulla respublica hoc genus expensarum repulit, habuit Græcia sua olympia quinquagesimo quoque mense repetita ab Olympia urbe nominata, quo uniuersa iuuentus Græciæ ad illam celebritatem ludorum confluebat, ubi sese cæstibus, cursu, saltu, disco, & palestra, exercebat, salutaria reipublicæ exercitamenta. Troiani ludos hos publicos agnouerant, si Vergilio credendum sit, nec mage existimandum sit sui temporis mores antiquitatis numini consecrasse, quod non semel ab eo factum est. Persæ, Aegyptij, Galli, Hispanique, si Iustino, Trogo, Beroso, Cæsarique habenda sit fides, multum huic publicæ lætitiæ tribuerunt. De Hebræis notissima festa sunt, Romani adeo in hoc cæteros excelluerunt, ut in hac una re cum reliqs omnibus contendisse meritò uideri possint, extant passim apud Plutarchum uaria ludorum genera, plura apud Tacitum, Aelium Lampridium, Iulium Capitolinum, Aelium Spartianum, & alios eius temporis Scriptores. Omitto Liuium qui non semel causas quoque originesque ludorum exquirit, hinc pylæ incensæ in media arena, ut ardore pylarum feræ magis seruirent, hinc lustra, instar olympiorum, sed religiosa magis quam olympia, hinc decennia, quæ extant apud Pollionem in uita Galliani, hinc cyclopea, hinc hecatombę, hinc gladiatores, theatra carpēta, mimi, histriones, pugiles, hinc arena, circus, & bestiarum celeberrima spectacula quorum ueteribus ingēs usus maximum sumptum, & sæpè admirabilem expensarum summam exæquauit, hinc naumachia, cæteraque amphiteatralia exercitamenta, de quibus multa Martialis in amphiteatrum Cæsaris, hinc hominum cum feris prælia, eorum præcipue qui damnati capitaliter reperiebantur: sæpè enim capitis pœnam deuicta fera uitabant, atque ob eam causam ex prouincijs Romā asserebantur, idque lege lata si tales essent, ac tanti artificij, vt sæuissimas feras in conspectu Principis, & populi Romani uincere & subigere possent. Tunc enim non licebat præsidibus prouinciarum hos interficere, sed ad Principem Romā

Source : BIU Cujas

mittebantur, ut in spectaculum ederentur populo Romano, idque obtinuit post legem latam quam Paulus reliquit memoriæ in l. ad bestias. ff. de pœnis. Florente uerò Roma ante legem illam in prouincijs feris exponebantur omnes, quoscumque princeps, præsesve, oderat, scribit ad Ciceronem Asinius Polio, Cæsarem ludos publicos fecisse Gadibus in his gladiatores, feras, & feris ciues Romanos obiectos refert epistola. 208. lib. 10. Epistolarum familiarium, hinc compitalicij ludi, qui compitalicijs diebus fieri solebant, de quibus Cicero in Oratione in Pisonem. 10. calendis Ianuarijs, hinc uotiui ludi qui ex uoto fiebant, deinde Romani, quos respublica Romana, vt populum Romanum recrearet faciebat post nonas sextiles, decimo die, hinc uictoriæ ludi, hinc plebei, quos actione secunda in Verrem enumerat Cicero, hinc polluti ludi, quibus polluta religio expiabatur, Cicero de Aruspicum responsis Oratione, osciorum etiam ludorũ, & scæniorum recordatio est apud Ciceronem lib. 7. Epistolarum familiari. epistol. 100. ad Marcum Marium: denique respublica Romana infinitum prope ludorum genus acceptis aliquot à Græcis addidit, quibus ciues suos populumque Romanum exhilarauit in his expensarum erogatio per
29 missa est † & multæ prærogatiuæ horum ludorum artificibus concessæ l. una. C. de expensis ludorum & per totum. C. de spectaculis scænicis & lenonibus. libro 11. permissumque populo est insania sua frui festiuis diebus, & ludos renouare suos antiqua consuetudine receptos expensis publicis l. 4. C. de paganis, si quid ut prophanos ritus, inquit Imperator, iam salubri lege submouimus, ita fastus conuentus ciuium & communem omnium lætitiam non patimur submoueri, unde absque ullo sacrificio, atque ulla superstitione damnabili exhiberi populorum uoluptates, secundùm ueterem consuetudinem, ministrari etiam facta conuiuia quando exigunt publica uota decernimus, præsidibus quoque prouinciarum ea cura iniuncta est, ut in ea re laborent, ut ludi publici exhibeantur l. 1. §. quies. ff. de officio præfecti urbis. Hispani quoque nostros publicos ludos habemus congressus cathaphractorum hastatorum equitum grauioris armaturæ, uulgo justas. Deinde sequitur ludus ille leuioris armaturæ, scutata agmina uarijs coloribus distincta mutuo sese ligneis uirgis lacesserunt, equites non extentis cruribus, sed ad ephipium reflexis poplitibus totum circum, totam arenam circumeunt, ambiunt, obequitant, nunc huc, nunc rapti illuc, celeres, citi, ueloces, nũc curui, nunc recti, nunc pro cidui dimicantes, quod cathaphracti facere non possunt, uulgò, Cannas, proprius Hispanorum ludus, a Mauris receptus, quibus ille equitandi usus est.

Alius ludus annulus ferreus est, qui suspẽditur è fune utrinque distento currunt hastati equites, vt immissa hastæ cuspide currentes annulum rapiant ludicrum ludi genus, & puerile, ut hoc exercitamento instructi cathaphracti & hastati congredientes hostem rectius perquirere noscant, uulgò, Sortija, taurorũ speculum simile est bestiarum spectaculis quos cordatiores Romani facilè negligebant, ut enim (inquit Cicero ad M. Marium) Que potest esse homini politico delectatio cum aut homo imbecillus à ualentissima bestia uenabulo transuerberatur: inuisum est plerisque ex nostris taurorum hoc spectaculum, quibus cum Cicerone non multum suaue est, bestiam aculeis ferreis transfigi, lugubre autem maxime & triste hominem à tauro dilaniari in his sunt Bernardus Diaz de Lugo in sua Praxi criminali, uerbo, Publicis spectaculis, Ioannes de Medina in tractatu suo Restitutionis q. 21. ad finem. Gregorius Lopez in l. 57. titu. 5. part. 1. uerbo, Lidiar los toros, idem facit Auendanius ubi supra 1. parte. cap. 10. numero 12. qui omnes, excepto uno Medina aiunt rarò posse contingere hoc spectaculum sine labe mortalis criminis, ex eo quod descendens in arenam cum bestia dentata, aut cornuta peccet mortaliter, & adspicientes nota ti sint infamia. glos. in cap. qui uenatoribus. 86. distinct. quæ glos. cum de his intelligit, qui operas suas locant, ut cum fera pręlientur, non potest eo protrahi, ubi quispiam pedibus, cursu. celeritate confisus, arteque & ingenio, experimentoque instructus, & uiribus adeat cum fera dimicare.

Longè enim illius & huius ratio est, adde quod glos. non ita clarè loquitur, vt mortalem labem protinus incsse dicat, præterea licèt ita intelligenda sit, fortè de his loquitur, qui pretio operas suas locant, cum feris dimicent, non uerò de his, qui feræ sæuitiam constanter expectantes, facilè uerò declinantes, aut uiribus aut ingenio spectantem populum uaria delectatione recreant. Solebat Dauid Hæbræus. (Regum. 1. capit. 17.) dum pasceret patris sui greges, ingruentem Leonem uel Vrsum adire, fugientem persecutum percutere, & ab eorundem ore eruere hædum uel arietem quẽ è medio grege arripuerant, insurgentesque aduersus suffocabat: sæpeque Leonem & Vrsum interfecit cum ipsis congressus, quo exemplo (de nostris Sacerdotibus nihil loquor) existimamus, eum qui uiribus celeritate, cursu, ingenio, sæpè cum feris dimicauit fœliciter, nihil peccare, etiam si in arenam cum fera dimicaturus certa mercede allectus descendat, in qua enim re Philisthæus ille Goliat à fera deferebat? & teneræ ætatis adolescens Dauid pacta mercede cum eo in arenam descendit, neque ideo existimandum est peccasse, propter quam rem uariè laudatus est à populo Hæbreo, quasi decem millia hostium solus interfeciſſet: quaque una re regnum Iudæ commeritus est.

Sic igitur constituo tum peccare grauiter, qui temere sine arte, uiribus, & ingenio, desperatave uita in arenam moribundus cum fera congreditur cornibus, unguibus, dentibus feræ confodiendus, non is qui feram, uel fallere uel uincere consueuit, siue ultro is, siue mercede pacta in arenam descendat, adde equestrem dignitatem, & ordinem, equorumque industriam, & equitum peritiam in Hispania uix sine taurorum spectaculis conseruari posse, aluntur enim ad eam rem à nobilibus nobilissimi equi, magno comparati: sine his spectaculis pauciores reperti sunt, atque hi desidiosiores, & inertes: semel itaque edita lege à Summo Pontifice hæc spectacula prohibita sunt: iterum uerò permissa, clericis, uerò spectare non licet, quod lege nostra Partitæ sanctissime constitutum fuerat l. 57. titulo 5. partit. prima. ubi alia ludorum quoque genera referuntur, Cuerdamente, inquit, deuen los perlados traersus faziendas, como homes de quien los tros toman exemplo, assi como de suso es dicho, e porende non deuen yr a uer los juegos assi como alancar, o bohordar, o lidiar los toros, o otras bestias brauas, nin yr a uer los que lidian. Otrosi non deuen jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin tejuelos, nin otros juegos semejantes destos.

Idem constitutum est in Concilio Bracharensi. 4. actione. 5. capitulo octauo. in ultima parte, & in Concilio Cæsaraugustando anno 1566. capitulo primo. & in Synodo Valentiniano, actione. prima & in Cõcilio prouinciali Toletano, actione 3. capitulo uigesimosexto irritantur uota de agitatione taurorum, uide Bernardinum de Sandobal de officio Ecclesiastico Canonico. 4. parte. capitulo octauo ubi (ut solet reliqua) doctè & eruditè idipsum attingit. Alij quoque ludi sunt uarij, sed hi Hispanis familiares: solent enim illi insanire carius quàm reliqui, instituta sæpè naumachia oppositis in medio foro, & in Mediterraneis urbibus trirremibus ad eam duntaxat insaniam summis sumptibus constructis arcem sæpè erigunt magni expensis, quam bellicis instrumentis fortiter propugnatam fortissimè expugnent, aliquando armata agmina congrediuntur uera initi prælij species, omnia autem hæc, si res ac tempus poscat, in publica lætitia expensis fiunt publicis, nemo enim cogendus est insanire suis sumptibus, & in ratione expensarum reponuntur, nec qui rationibus præsunt publicis quicquam de ea re amplius perquirunt, si in his hæc pecunia publica consumpta reperiatur, hactenus de expensis ludorum.

30 † Illud † quoque ad expensas pertinet, ut si Princeps, uel Rex mumiat castrum, urbem, aut arcem, alicuius nobilis timore hostium, & ingruentis belli, ne irruat in regnum, neve urbem, aut arcem ui capiant, unde non possint eijci nisi maximis sumptibus & uiribus: undeque securius cætera debellare possint, finito bello, aut sublato belli timore non potest Rex repetere à nobili expensas illasque ita facit, ut abradi sine læsione non possint, dum mœnia muniuit, aggeres erexit, fossas aquarias excauauit, bellica instrumenta composuit, neque nobilis tenetur quicquam ea ratione soluere, tormenta autem sulphuraria, reliquosque belli apparatus adsportauit Rex; quia auferri sine læsione possunt, propter alias autem expensas quas diximus, etiam si apprime necessariæ sint, uel utiles, nihil expectauit à nobili & domino urbis aut arcis: quia dominus noster Rex Hispaniæ tenetur ciuem illum, reliquosque omnes ciues tueri & defendere suis expensis & sumptibus. Franciscus Cremensis singulari. uigesimoquinto. qui allegat Bald. in lege si in aliquam. ff. de officio proconsulis & legati, tenet Cæpola titulo de seruitutibus urbanorum prædiorum. capitulo trigesimonono. in fin. Ange. in lege turres. C. de operibus publicis. Thomas Grammat. consilio decimotertio. Boerius in tracta. de custodia clauium, Fernandus Menchaca noster illustrium quæstionum libro
31 primo capitulo sexto. in princ. potest † enim Rex noster ponere præsidiarios milites in castro, & urbe ciuis sui, inuito eo, nec exquirenda est ratio, nec inquirendum consilium regis, cur id faciat; unus enim & supremus dominus est in suo regno, cui omnes subiecti sunt suppositi, & obedientes, solus fundat in vniuersa Hispania dominij ius, ab eo tanquam à fonte perpetuò & perenni, omnes sunt ueluti

fluenta

Source : BIU Cujas

fluenta deriuati, ideo subiecti, & suppositi sunt, & præcepta eius tanquam sacrosancta adimplere, & opere eficere tenentur. Illud uerò sibi remittere, cur faciat le. fin. de pignoratitia actione, & de nauicularijs non excusandis. lib. 11. hi enim sumptus & expensæ ad Principem pertinent : qui tueri debet ciues, eorumque res, filios, & bona, idque quantum
32 per regias facultates licuerit: quoniam † regna, imperia, & Imperatores creatos & acceptos esse constat propter ciues, & ciuium publicam & priuatam utilitatem, ut ab eo defendantur, quem sibi Ducem, Imperatorem, & Regem esse uoluerunt, cuique tributorum percipiendorum uim facultatemque permiserunt, creatur enim à populo, qui in eos omnem uim & potestatem contulit, ut deinceps eius industria, ope, & diligentia tutus & securus quiescat, princeps uerò togatus, & armatus quietem illam teneatur & defendat. gloss. & Abb. in Clemen. una de baptismo, quam allegat Menchaca illustrium quæstionum cap. 1. illa tamen nihil dicit, etiam si enumeret illos, quos principis appellatione nominare licet. Allegat tamen alios, quos uidere per te poteris eamque opinionem ipse tuetur, res tamen clarior est, quàm ut longa & numerosa allegatione egeat, nisi enim in re maxime controuersa ubi ueritas uix indagari potest, uiciosam semper duxi Doctorum cumulationem, est nobis præter Aristotelem & Platonem quos ipse adduxit elegans l. 2. tit. 10. part. 2. ibi, Latercera guarda es del danno que les podria uenir delos de suera, que se entiende por los enemigos, ca destos los deue el guardar en todas las maneras que el podiere, e sera entonces muro, e amparanea dellos, assi como dixeron los antiguos que lo deue ser. Quæ lex ita debet concordari cum l. fina. tit. 20. part. 2. ut princeps omnino teneatur, exhaustis uerò & consumptis principis opibus in subsidum princeps teneatur, sed ex facultatibus ciuium, facit auth. ut iudices sine quoque suffragio. §. opportet. collatione. 2 ut enim inquit
33 Gregorius Lopez in d. l. fina. prius † ad hoc est requirendum marsupium Regis, deinde eo consumpto ad collectas ciuiũ deueniendum est, allegat Bald. Cyn. Iserniam, quod tamen intelligendum esse ait in territorio Regis, & infra fines regni: nam extra territorium ciues suos defendere non tenetur Archidiaconus in cap. si quis peregrinos. 24. quæst. 3. Angelus in l. ne quid. ff. de incendino, ruina, naufragio, quæ omnia sunt addenda Menchacæ ubi supra. & quæ ipse tradit Gregor. Lopez in d. l. fi. & l. 2.

34 Ex quibus illud constat euidenter † quia mare est eius, cuius est terra cui adiacet, gloss. notabilis in ca. ubi periculum. §. porrò, super uerbo territorium. de electione. libro 6. quam ibi approbant Canonistæ, & præter eos Bald. in ca. 1. in principio. quibus modis feudum amittatur. & in l. penultima. ad finem. C. de institutionib. & substitutionib. sub condi. factis, in Authentico ut omnes obediant iudicibus. §. 1. & in l. 1. colum. 2. de sententijs ex breuiculo recit. idem in ca. ex literis. ad fin. de probationib. & in ca. accedens. el 2. ut lite non contestata. ubi quòd ille qui est in mari quod regitur per ciuitatem maritimam dicitur esse in districtu illius ciuitatis. tex. in l. insulæ. ff. de iudicijs. uide alia apud Rodericum Xuarez. allegatione. 17. in principio, cui adde Bartol. tractat. de Insula. §. nullius esse creditor. tex. optimus in l. C. de classicis. libro 11. quam adde ad ea quæ tradit Xuarez, & Corsetum singulari uerbo iurisdictio, Angelus in d. l. insula. ff. de iudicijs. Gerardum de Petra sancta singulari. 15. quia ea quæ fiunt in mari adiacente territorio dicuntur fieri in territorio quòd sicuti Rex noster tenetur suis sumptibus & expensis defendere ab hostibus, ita quoque tenetur tueri & defendere ciues suos à pyratis in mari adiacẽte territorio: quia ex his quæ diximus in territorio grassantur.

35 † Ex quo aliàs dicebam consulente Rege nostro Philippo, unde extrui posset classis armata, qua pyratę, qui regnum hoc nostrum miris modis infestant hostes sæuissimi, & religionis Christianæ hostes aperti, longius propelli possent, uniuersæ enim Galleciæ, Asturum, & bonam Cantabrorum partem ita præmunt, ut non solum nauigare longius, sed neque piscatoribus nauiculis in littoribus piscari securum sit, dicebam inquam suis sumptibus & expensis hoc faciẽdum esse, nulla ad hoc ciuium Gallecorum expectata largitione, omninoque teneri, tum quia in territorio illa strages fieret, tum quia cum reditus percipiat eorum nomine sumptus quoque hos sustineri debeat. Lucas de Penna in l. 1. ne rustici ad ullum obseq. lib. 11. præstatio enim tributorum obligat Regem ad defensionem, & cum à nauigantibus tributum soluatur, nauigantes Rex tueri & defendere tenetur l. 4. titu. 26. part. 2. ibi, Apuestas razones fallaron los sabios antiguos, porque los homes diessen al Rey con derecho su parte delo que ganan en las guerras, & ibi, La quarta porque es tenudo delos defender, & sicut debet Rex purgare malis hominibus & grassatores coercere, latrones fugare, uniuersamque prouinciam in ocio retinere, ita quoq; mare, quod adiacet terræ l. congruit. ff. de officio præsidis, iuncta l. prima. C. de classicis. libro undecimo ubi Bartolus & Lucas de Penna ubi illa lex probat apertè hoc genus expensarum, scilicet parandi classem, quæ parata longius expellat pyratas, pertinere ad principem, qui reditus percipit à nauigantibus, & qui ciues suos intra territorium defendere tenetur, atque eo modo in mari adiacente terræ & territori, hanc sententiam tenet Gregorius Lopez in dicta lege fin. titu. 20. part. 2. quem uide, si de hoc sis disputaturus, nobis autem qui sumptus & expensarum hanc rationem sequimur, hæc attigisse sat sit.

36 † Alia, expensarum genera, ut semel finiam, uide apud Auendanium de exeq mandatis Reg. Hispaniæ, part. 2. capitulo 10. de expensis quæ fiunt in supplicationibus publicis, uulgò, En las processiones publicas. numero 28. ut expensa illa non debeat fieri expensis publicis, sed priuatis: quia priuatum cuiusque intercedit commodum, quod à Deo maximo expectat.

37 Hæ † autem supplicationes uocantur Litaniæ, uulgus Letanias uocat. Est autem supplicatio Litania, quę antiquioribus non fiebant solum re fœliciter gesta ex Senatusconsulto apertis templis, & Deorum simulachris populo ad puluinaria confluente, dijsque pro eorum in rempublicam meritis gratias agente, sed & ut periculum uitaretur imminens sæpè supplicatio decreta est, quæ ad quindecim, uiginti, plures, paucioresve dies fieri consueuit. Cicero in Catilinam actione. 3. quamobrem quirites, quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratore illos dies cum coniugibus & liberis nostris; nam multi sæpè honores dijs immortalibus iusti habiti sunt ac debiti: sed profecto iustiores nunquam. Erepti enim ex crudelissimo, ac miserrimo intuitu, erepti sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, me uno togato, Duce & Imperatore uicistis, Cæsari quoque libro 4. Comment. belli Gallici per uiginti dies ob rem feliciter gestam supplicatio decreta est. Liuius libro 21. supplicationem Romæ decretam esse ait, ut Barbari Annibalis uim & potestatem ab urbe dij immortales auerterent: cum enim sub idem tempus (ut ille inquit) legati à Carthagine reuersi Romam tulissent omnia esse hostilia: cumque Sagunti excidium nuntiatum esset, tantus mæror patres, misericordiaque sociorum interemptorum indigne, & pudor non lati auxilij, & ita in Carthaginenses, metusque de summa rerum cœpit, uelut si iam ad urbis portas hostis esset, ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent, magis quàm consulerent, & paulò inferius inquit, eiusque belli causa supplicatio per urbem habita, atque adorati dij, ut bene ac feliciter eueniret, propter pestem quoque, quæ urbem Romanam inualerat, constat olim supplicationem decretam. Liuius libro 40. & is ipse (inquit) exercitus ægre expleba tur propter pestilentiam quæ iam tertium annum urbem Romam, atque ita locum uastabat, prætor Titius Minutius, & haud multo ita post Caius Calphurnius moritur, multiq; alij omnium ordinum illustres uri postremo prodigij loco ea clades haberi cæpta est. C. Seruilius Pontif. Max. piacula uræ Deum conquirere iussus, decem uiri libros inspicere, Consul Apollini, Aesculapio, saluti dona uouere, & dare signa inaurata, quæ uouit, deditque, decem uiri supplicationem in uiduum ualetudinis causa in urbe & per omnia fora, conciliabulaque edixerunt. maiores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes supplicauerunt.

Hæ erant ueteribus supplicationes, de quibus apud ueteres recordatio est, hactenus Liuius. quid uerò in istis supplicationibus actum sit, indicant acclamationes quæ senescente Roma iniri cœperunt, quæ extant apud Aelium Lampridium in uita Commodi Antonini, quæ sine dubio ueteris Romæ supplicatio erat: uide ibi preces quas effundebat populus Romanus non multum diuersas à nostris precibus, quas tamen nos Deo immortali non uerò commentitijs numinibus effundimus, & iterum apud Flauium Vopiscum in uita Taciti Imperatoris, de Litanijs in Concilio Aurelianensi primo, circa tempora Hormisdæ Papæ. capit. 29. ita definitum est rogationes, idest Litanias (legendum est Litanias) ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut prę missum triduanum ieiunium in Dominica Ascensionis solennitate soluatur, per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat, quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur, quod est translatum in capitu. rogationes. de consecrat. distinct. 3. ubi gloss. & Scriptores plurimum tribuunt consuetudini patriæ. Aliæ autem sunt rogationes quæ celebrantur de sancti Marci, uide Guilielmum de rogationibus, Lapũ allegatione 90. & sunt maiores istæ rogationes. Ad istas autẽ

Source : BIU Cujas

Litanias, hoc est, ad has rogationes publicas, uulgò processiones, tenentur accedere omnes clerici territorij, aut saltem, ut aiunt Doctores, omnes de territorio baptismalis Ecclesiæ. Abbas in c. nimis. de excessibus prælatorum, contra Archidiaconum in cap. quando 38. distinctione, qui contra Lauretitium tenebat, quòd omnes clerici Episcopatus tenẽtur singulis annis uenire ad Litanias ad Ecclesiam maiorem per text. ibi, qui æquiparabat Litanias, & Concilium!, & est certum, quòd tenentur uenire ad Concilium, ergo ad Litanias, ita colligebat Archidiaconus, at uerò Geminianus decedit ab Archidiacono, & meritò, existimatque eos solum teneri qui sunt in territorio Ecclesiæ baptismalis, tenet Felinus in cap. dilectus. de officio ordinarij. numero 7. & de Litanijs fit mẽtio in Clementina una. de reliquijs & ueneratione sanctorum, ubi Cardinalis, uerbo in die, ubi quòd sicuti ad Litanias compelli possunt clerici de territorio baptismalis Ecclesiæ, ita ad rogationes publicas, & supplicationes, uulgò, ad processiones, quæ fiunt in celebritate Eucharistiæ sacræ in die festiuo, quo sacram Eucharistiæ solennitatem celebramus.

38 † Immo Abbas & Felinus ubi supra tenent, quòd si processio fiat ex magna causa, regulares teneri uenire, & accedere, quod sanctissimum est, nulla autem parua causa uideri potest, quæ cogat processiones fieri, ideo poterunt compelli ut in festo Corporis Christi accedant ad processiones, item & ad Litanias, & ubicumque necessum sit, adesse debent sacris supplicationibus, & per ordinarium compellũtur, quod hodie præterea, quòd olim ita constitutum, aut rectius receptum erat, in Concilio Tridentino statutum est sessione 25. cap. 13. de reformatione, exempti autem omnes (inquit sacra Synodus) tam clerici seculares, quàm regulares, quicumque etiam monachi ad publicas processiones uocati accedere compelluntur, his tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò uiuunt, quare merito in festo Corporis Christi, & in Litanijs ordinarijs compellet regulares, ut cum cæteris Deum Optimum Maximum orent, & pro communi omnium salute comprecentur, quid autem orandum, & comprecandum sit, quid sit oratio, quotuplex, qui debeant orare, qui orando exaudiantur, quid continere oratio debeat, qualis esse debeat, an uocalis, an mentalis, an ad Orientem, an ad Occidentem orandum sit, uide glossam optimã & magistrum in Clementina una, de reliq. & uenerat. sancto rum. uerbo, Oratio, quæ antiquiora non ineleganter refert: in his autem publicis & sacris supplicationibus quamuis ita arbitremur expensis priuatis faciendas esse, illud etiam censemus, quod de ludis patriæ consuetudinem obseruandam, legitimè enim inducta plurimum poterit, uide alia expensarum genera apud Auendanium d.c. 10.

39 † Nouum autem casum addit Didacus Parez legum quas ueterum ordinationum uocamus interpres, in 2. part. quam nouissimè edidit de expensis ludi, ut si quis sit restituturus pecuniam aliàs lucratam, deducendum sit, quod nomine donatiui & erogationis elargitum sit, uulgò, Barato. Atque ea pecunia qua pictæ quoque chartæ emptæ sint, quodque in lucernas consumptum est: quasi hæ expensæ sint ludi, quę debeant deduci, sicuti reliqui sumptus, hactenus de expensis quæ industria nostra, labore, opere, & diligentia, & sumptu fiunt, quibus res melioris reperiuntur, nunc ut institutum nostrum prosequamur, de ea melioratione agendum est, quæ sine facto nostro contingit, hoc est de augmento, res est eruditione pleniſſima, quæ tamen ab alijs scripta sit, quibus aliquid fortasse a nobis addetur aut detrahetur nonnulla interpretabimus, quod hactenus nobis factum est, alios casus uide apud Antonium Cordubæ de Lara in l. si quis à liberis. §. etsi impubes. ff. de liberis agnoscendis, per totum, quos sciens, omitto.

SVMMARIVM.

1 *Qui de augmento tractarunt, & nu. 2. contingere augmentum aut facto nostro, aut natura, uel casu.*
3 *Augmentum aliud separabile, aliud inseparabile.*
4 *Quæ per se subsistunt separatam habent rationem acquisitionis, itẽ & amissionis.*
5 *Augmentum factum in feudo, an sit feudum, idem de emphyteusi, & maioria, & usufructu, & nu. 6. etiam si accessoriè augmentum fiat.*
7 *Iurisdictio acquisita emphyteutæ, uasallo, fructuario, & possessori maioratus in territorio feudali emphyt. aut fructuar. uel maioria cuius sit.*
8 *Quid de gabellis, & alijs iuribus quæsitis in his prædijs, cuius sint.*
9 *Iurisdictio quæsita contemplatione feudi aut emphyt. aut maioriæ, ad emphyt feud. & maioriam pertinet, de æstimatione soluenda.*
10 *Augmentum ususfructus consolidati cui cedat, & an in uiro & uxore sit lucrata res constante matrimonio.*
11 *Augmentum feudi aut emphy. factum constante matrimonio cui acquiratur.*
12 *Augmentum præscriptionis cæptæ ante matrimonium cui cedat.*
13 *Augmentum factum iure retractus constante matrimonio, cui cedat, & numero decimoquarto. de retractu occasione emphyt. feudi, fructus, aut maioriæ.*
15 *Augmentum factum iure annui census redempti, qui ex feudo, emphyt. uel maioriæ soluebitur, cui prosit.*
16 *Augmentum factum ex commisso in re feudali, emphyt. uel maioriæ cui cedat, an uiro, an uxori, an utrique quasi lucratum.*
17 *Seruitus realis acquisita in prædio feudali, emphyt. aut maioriæ, cui cedat, idem de ædificio.*
18 *Augmentum factum sine nostra industria solo temporis beneficio, an prosit nobis.*
19 *Augmentum factum sine facto hæredis in re conferenda prodest cohæredibus, & fit æstimatio non secundùm tempus mortis.*
20 *Augmentum hoc casuale uenit in causa euictionis.*
21 *Quomodo uenditor tenetur de casu fortuito.*
22 *Augmentum regni an fiat regnum, & num. 23. regnum additum quibus legibus Regi debeat.*
24 *Augmentum factum in hæreditate post mortem testatoris si legitima portio relicta sit filijs inspecto tempore mortis prodest scripto hæredi.*
25 *Augmentum uti pertinet ad eum, cuius res est, ita & diminutio.*
26 *Diminutio hæreditatis facta post mortem testatoris, & post inuentarium confectum an noceat legatarijs, an hæredi.*
27 *Augmentum rei pupilli pertinet ad tutorem pupilli quoad administrationem.*
28 *Augmentum legati pertinet ad legatarium.*
29 *Idem operatur additio quoad augmentum, quod detractio quoad diminutionem.*
30 *Augmentum an habeat locum si limitatum sit legatum.*
31 *Augmentum factum in castro, an sit eius, cuius est castrum, an uerò eius qui castrum concessit.*
32 *Si uir aut uxor leges fundum lucratum constante matrimonio, an totum, an partem suam uideatur legasse.*
33 *Explicatur l. nuper. ff. de legat. 3. & cum alijs legibus conciliatur.*
34 *Conciliatur l. si chorus. §. area legata. ff. de legatis. 3. cum l. seruum filij. §. si are. ff. de leg. 1.*
35 *Augmentum factum in pignore est sicuti ipsum pignus hypothecatum.*
36 *Augmentum alluuionis eius fit, cuius est prædium quod alluitur.*
37 *Augmentum alluuionis siue latentis, siue apparentis factũ in agro contigis alterius, eius fit, cuius est ager.*
38 *Augmentum alluuionis factum in prædio maioriæ, Ecclesiæ, aut dignitatis, ad possessorem maioratus & prælatum pertinet iure maioriæ & dignitatis.*
39 *Augmentum alluuionis factum in prædio fructuario ad fructuarium pertinet iure ususfructus & commodi.*
40 *Augmentum alluuionis factum in feudo an uasallus habeat.*
41 *Augmentum alluuionis factum in emphyteusi quatenus ad emphyteutam pertineat.*
42 *Acquisitio ex causa alluuionis est de iure gentium, defenditur Agenus Orbicus contra Aeguinarium & Aluarum Vazquez.*
43 *In agris limitatis non est locus alluuioni, explicatur l. in agris. ff. de acquir. rer. dom.*
44 *Ager alius est arcifinus, uel arcifinius, alius subsecinus.*
45 *Termini & limites naturales qui sint, & quòd magis probet territorij finem quam alij.*
46 *In agris tributarijs est locus alluuioni, declaratur l. 2. C. de alluuionibus, noue.*
47 *Minera, siue minerale, lapidicina, auri, argentiue fodina repertæ in prædio mariti, emphy. feudali, maioriæ, aut fructuario cui cedant.*
48 *Agitur de l. diuortio §. si uir. ff. soluto mat.*
49 *Thesaurus repertus in fundo dotali cui cedat.*
50 *Thesaurus repertus in fundo maioriæ cui cedat.*
51 *Thesaurus repertus in fundo fructuario cui cedat, & an fructuarius habeat repertorij partem, & de Episcopo, Prælato, & Rectore.*
52 *Thesaurus repertus in fundo emphyt. aut feudali cui cedat.*
53 *Thesaurus non est requirendus malis artibus, neque in proprio fundo, neque in alieno, contra Andream Alciatum.*
54 *De thesauris uariæ leges constitutę sunt.*
55 *Monilia, uiriolę, inaures, & cętera ornamenta uirorum aut mulierum recondita & reperta obtinent rationem thesauri, adducitur lex Theodosii Imperatoris.*
56 *Explicatur §. thesauros, & quod corrigas l. 3. §. penultimo. ff. de iure fisci, quatenus de fisco & thesauro reperto in loco religioso agit. contra Andreã Alciatum.*
57 *Leges de thesauris intelligendę sunt de pecunia, eaque antiqua, quæ hodie nullibi excudatur, adducitur l. à tutore. ff. de rei uendicatione, quę aliam regulam tradit de pecunia recenter inuenta, quę hodie excutitur, neque obseruat regulas d. § thesauros, neque l. unicę. C. de thesauris.*

De augmento, auri, & argenti fodinis, alluuione, & thesauro. Caput uigesimumsecundum.

Contingunt sæpè meliorationes rerũ non industria

ſtria nra,neque ſumptu,aut expenſa,ſed temporis,cœli,Soliſque,& latentium cauſarum beneficio, ipſaque perpetua rerum uiciſſitudine,qua terrarum temperamenta, fluminum lapſus,ipſeque naturæ inueteratus uſus,& antiqua ratio puncto temporis commutatur.

Vnde æſtimatio, & pretium quoque rerum uariatur, diſceptari ſolet, quibus proſit,noceatque hæc uariatio, an uaſallo,emphyteutæ,fructuario,Epiſcopo, prælato, & rectori: an domino? Inde quoque nata eſt in foro obſeruata priſcis Iureconſultis de alluuione diſputatio, res quidem quotidiana,& quæ nobis neceſſariò attingenda fuit: qui de melioratione & expenſis negocium ſuſcepimus. Sæpè enim de augmento,quo melior facta res eſt,ex facto agitatum eſt,an inter meliorationes conſtituendum ſit, quæ poſſeſſori ſint ſoluenæ: an uerò ad dominum libere pertineat: pluribus diſuſe res hæc tractata eſt, nos diffuſius tractatam breuius cõplectemur, quantum ad meliorationes prodeſſe & ſolet, &
1 debeat† uerſantur autem in hoc argumento,prẽter integrũ tractatum de augmento & diminutione, Alberti Bruni, & præter antiquiores Mod.Pariſ.in conſuetudinibus Pariſienſibus,tit.1.part.1.gl.5.§.1. numero 20. Feudiſtæ in capit. 1.§. econtrario. de inueſtitura de re aliena facta,in uſibus feudorum,Iulius lib.4.receptarum ſententiarum.§.feudum.quæſt. 88. Iacobus Caiaceus & Franciſcus Hotomanus in §.ſi quis de manſo,ſi de inueſtitura feudi. Gregorius Lopez pluribus in locis maxime in l.30.titu.28.partit.3.& in l.2.tit.15.part.2. Tiraquellus de Retractu Linagier.§. 32. glo. 1. numero 77. Ludouicus Molina de Primogenijs Hiſpaniæ, lib.1.cap.26. per plures numeros, Aluarus Vazquez quæſtione 10. iuris emphyt.attigerat multa Couarruuias uariarum Reſolutionum,lib.1.cap.8. nume. 1.uerſic.1.aliqua Antonius Gomez tomo 1.capit.de legatis.num.16.Mod.iterum de eo quod intereſt. quæſt. 6. numero 136. iterum Gregorius Lopez in l. 18.tit.1.partit.6.& in l.3.titu. 15.part.6.iterum Couarru.Practicarum Quæſtionum.cap.2.hanc autem Scriptorum annumerationem fecimus, ut ex his intelligas,defuiſſe, aut ſuperfuiſſe plura his, qui uniuerſas augmenti regulas putant ſe ſuis commentarijs complexos, addemus aliqua,ſubnotauimus,pauca ſecuti noſtrum inſtitutum,quod eo conſilio facimus, doctiores enim noſtris iſtis non indigent documentis, illud uerò obſeruatum ab omnibus eſt unanimi & concordantia; quoniam temporis & naturæ beneficio iſtud augmentum ſæpè contingit:ut inferius uidendum eſt, omne augmentum contingere aut facto poſſeſſoris rei, de qua agitur,aut ſolius temporis naturæ, aut fortunæ beneficio illud contingit in rebus additis fundo à uaſallo emphyteuta, fructuario, prẽlato, cõductore,poſſeſſoreve maioratus,in quo augmenti genere factum duntaxat conſideramus eius, qui acceſſionem fieri curauit. Hoc uerò augmentum contingit in alluuione,& reliquis rebus,ubi nulla hominis induſtria reperitur: ueluti in augmento pretij rerum, quod ſolet ſolius temporis uiciſſitudine uariari, denique aliud augmentum indiget opera poſſeſſoris rei, aliud minime,uidebis inferius utriuſque generis exempla clariſſima.

Rurſum & illud aduertendum eſt eſſe ſubdiſtinguendum de eo augmento quod accedit rebus ex ſolo facto poſſeſſoris rei uaſalli, emphyteutæ, fructuarij, prælati nihil intereſt
2 † nam aut res addita,uel facta poſſeſſoris,uel naturæ & temporis beneficio poteſt per ſe ſubſiſtere,& reuera poteſt ab ip
3 ſis rebus, quibus † additur & accedit ſeparari,aut non,illud uocant augmentum externum, hoc uerò internum, ita diſtinguit Mod.Pariſ.dict.numero 20. & eum ſecutus Molina
4 numero primo 2. Vnde eſt illa regula † ut ea quæ facto hominis(de his enim agemus,poſtea de alijs (fundo accedunt, quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt, particularem ſuam rationem & ſeparatam à fundo naturam, & conditionem obtineant, egeantque ſeparata, & diuerſa uia, ut acquirantur,& amittantur, allegant ad hoc l. qui fundum §. 1.ff. pro emptore,ſi fundum, inquit Iulianus, Cornelianum pro emptore longa poſſeſſione uſucapiam, & partem ex uicini fundo ei adijciã, utrum eam quoque partem reliquo tempore pro emptore capiam? an integro ſtatuto tempore? Reſpondi partes quæ empto fundo adijciuntur propriam,ac ſeparatam conditionem habere, & ideo poſſeſſionem quoque earum ſeparatã nanciſci opportere,& longam poſſeſſionem earum integro ſtatuto tempore impleri,hæc Iulianus,tenet Afflictus in c.1. §.econtrario.de inueſtitura de re aliena facta. Bald. Aluarotus & alij. Paulus conſilio 56.uolum.76. Alexander conſilio ſecundo uolumine ſecundo. Decius conſilio 483.& 528.Licèt enim ea quæ facto poſſeſſoris adduntur emphyteuſi, feudo,bonis Eccleſiæ,uxoris, aut maioriæ, ex illa ratione augmenti fiant una eademque res cum his quibus adduntur, in quantum res illa poſſeſſorem reſpicit ſuum, & licèt diſpoſitio,aut alienatio facta ſimpliciter per poſſeſſorem, utrumque fiat ſiue per legatum, ſiue donationem, uenditionem, aut quemuis alium ciuilem modum, includat omnes illas res unitas,quæ rei, de qua principaliter diſponitur, fuerunt unitæ,non tamen res illæ unitæ, ita unquam additæ uideri poterunt, ut omnino obtineant omnimodam rationem cum ea re cui accedunt.

5 Vnde † quod à uaſallo ſimpliciter additum eſt feudo, uere nõ eſt feudum, quod ab emphyteuta additum eſt emphyteuſi non eſt emphyteuſis, in ratione feudali, aut emphyteuticaria, item quod ſimpliciter additum eſt à poſſeſſore maioratus(ſemper agimus in hoc genere augmenti, quod per ſe poteſt ſubſiſtere) non eſt maioratus, argumento d.§.1.& quæ tradunt Mod.Pariſ.& Molina ubi ſupra. Hoc uerò,uti diximus, ſi ſimpliciter augmentum & acceſſio fiat, expreſſa enim diſpoſitio facit ceſſare regulam noſtram, obſeruato eo quod præcipiat is qui augmentum & acceſſionem fecerit: itaque quod pertinet ad naturam & rationem emphyteuſis,feudi,maioriæ,uſusfructus,ſeparata ea eſt ab augmento,quod per ſe ſubſiſtere poteſt, licet ſimpliciter augmentũ & acceſſio facta ſit, neque ueniunt illa augmenta per ſe ſubſiſtentia inſtricta ratione emphyteutica, feudali, aut maioriæ.Vnde aperto feudo, aperta emphyteuſi aut maioratu culpa, aut delicto amiſſo non amittitur augmentum illud, d.§. 1. Iulius Clarus ubi ſupra, & Mod. Pariſ. & Ludouicus Molina.in locis ſupra adductis. Feudiſtæ in d.§.econtrario. Gregor.Lopez in l.2.titu.15.part 2.uerbo, Sino el hijo mayor.Vbi id tenet poſt Tiraquellum ubi ſupra §. 32.glo.1.nu.
6 77.idque † uerum eſſe aiunt, non ſolùm ſi principaliter res aliqua emphyteuſi uel feudo addatur,ſed acceſſorie,ſcilicet ut fiat una eademque res cum feudo,& emphyteuſi, aut maioratu, adhuc enim non eſt feudum, nec emphyteuſis, niſi id expreſsè dictum ſit, idque etiam intelligendum eſt in maioratu.

Adhuc enim diſtinguitur ab emphyteuſi, & feudo,& maioria,quod attinet ad conditiones maioriæ,feudi,& emphyteuſis,etiam ſi quantum ad diſpoſitionem eius qui hæc addidit una eademque res ſit, ut uenditio,& alienatio feudi,emphyteuſis,augmentum quoque contineat, idem quò ad legatum,quòd ſi maioriæ fiat augmentum,ita ut perpetuo ſit in maioria,& ad ſucceſſores in ea perueniat,legibus,& conditionibus ipſius,& ita una eademque res ſit cum ea,hoc caſu nihil diſtat à maioria;quia expreſſe id actum eſt,ex his ergo quę diximus,ſi feudum,uel emphyteuſis ex prouidentia, uel ex pacto ſint,etiam ſi uaſallus,uel emphyteuta rem coniunxerint, ita ut is qui in feudo uel emphyteuſi ſucceſſerit, ſuccedat quoque in re illa addita, res addita non eſt emphyteuſis, neque feudum, neque diſpoſitum in uno intelligitur diſpoſitum in alio,neque petitio feudi,aut emphyteuſis cõtinet illud augmentum, neque ſententia lata de ſucceſſione feudi, aut emphyteuſis huiuſmodi extenditur ad hoc augmentum,ſed alia petitio,aliud iudicium,alia ſententia eſt neceſſaria;quia diuerſa ſunt & ſeparata, & diuerſam & ſeparatam habent iuris rationem: ut acquirantur,& amittantur dicto §. primo.& quæ ſuperius. Vnde ſi maiora tui quem poſſides antiquiori bona emphyteutica, aut feudalia addes,ita ut qui in maioratu ſuccedat, hæc quoque obtineat, quandiu emphyteuſis & feudum conſtiterit, patet diſpoſitionem de maioratu factam ab ipſo qui addidit continere emphyteuſim,& feudum,ſed in alijs diuerſa eſſe,quem enim ille ſimpliciter uocarit ad maioratum, cenſebitur uocatus ad augmentum,ſed quia adhuc emphyteuſis & feudũ non ſunt maioratus in ratione maioriæ, ſententia lata ſuper maioratu non extenditur ad illud genus augmenti, quod ſeparatam habet rationem,ſed noua lite,petitione, & ſententia opus eſt d.l.qui fundum. §. 1.ff.pro emptore, & quæ tradunt Tiraq.Mod. Pariſ.Molina,Greg.Lop.ubi ſup.plurimũ igitur attendendum erit ad uerba, quibus augmentum ſit conceptum,quæ clara,aperta,& perſpicua eſſe debent,ut augmentum omnimodo, maioria, emphyteuſis, aut feudum fiat amiſſa antiqua natura, & inducta quadam largitatis & donationis præſumptione contra notiſſimas iuris regulas, quod commendat Molina ubi ſupra d.ca.26.nu.3.lib.1.cum enim ſeparata ſint & per ſe ſubſiſtant, indigent iſta adeo expreſſa explicatione augmenti facti, quod eſt quoque quotidianum in ſulphurarijs maioribus & minoribus tormentis, bellicis inſtrumentis,galeis,thoracibus,haſtis,gladijs, & ſeruis pſidiarijs,in arcibus maioratus ab ipſius poſſeſſoribus repoſitis ſimpliciter,ut neque ſint maioratus,neque ad ſucceſſores in eo pertineant iure maioratus, ſed cum hæreditate emortui ad hæredes eius deferantur,ſucceſſorque maioratꝰ, aut ſinet auferri,aut uerã æſtimationẽ ſoluet, quod alibi diximus, & deſcendunt ex d.§. 2. & Scriptoribus adductis ſupra ad noſtram regulam de his rebus additis, quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt,aut inducatur augmẽtum, quantumq; proſit

Source : BIU Cujas

ſtud augmẽtum rei poſſeſſori. Et hoc eſt, quod dicitur, utra res cedat alteri, ex uſu rei & patris familias eſſe exiſtimandũ l. ſi quando, ff. de auro & argento legato, dummodo adſit actus facti, ex quo colligatur animus augmenti, Raphael Cuman. in l. ſerui electione. ff. de lega. 1. Alexan. conſi. 169. uol. 5. Socin. in l. 1. ff. de rebus dubijs, facit l. prædi. §. Titio. ff. de legat. 2. l. quod in rerum. § quis poſt l. planè la primera. §. fi. ff. de legatis. 1. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem. uerſ. planè. ff. communi. prædiorum.

7 †Hinc in emphyteuſi, feudo, uſufructu, & alijs illa inſpectio eſt; quoniam ſunt plurima, quæ acquiruntur partim noſtra induſtria, partim autem & iuris & temporis beneficio, in quibus pars eſt poſſeſſoris, pars temporis beneficium, ut acquirantur, an ea poſſeſſori proſint, an emphyteuſi, feudo, rebusque his addantur, puta ſi cum emphyteuſim poſſiderem, uel fundum, nihil intereſt, iuriſdictionem temporis beneficio, & mea induſtria acquiſiui, quæ per ſe poteſt ſubſiſtere, neque quicquam habet commune cum feudo, aut emphyteuſi, cuius ſit iuriſdictio, ſi retraxi, ſi redemi cenſum impoſitum, quibus caſibus res augeſcunt, cui proſit & cedat iſta acceſſio, ad quem pertineat hoc augmentum, in quo ita dicendum eſt, ſi iuriſdictionem acquiſiui meo iure & opera non uerò ex titulo aut cauſa feudali, aut emphyteutica, tunc indubitate etiam ſi iuriſdictio illa de nouo acquiſita reperiatur in emphyteuſi, uel fundo, & ab emphyteuta, uel uaſallo, nihil pertinet ad emphyteuſim, uaſallium, fructuarium, poſſeſſorem maioratus, & reliquos id genus poſſeſſores iure emphyteutico, feudiſtico, fructuario, neque ad ſucceſſores in iſtis feudis & maioratibus, ſed ad proprios hæredes eius, qui iuriſdictionem acquiſiuit, ita reſoluunt Mode. Pariſ. ubi ſupra dict. gloſſ. numero quarto. Iulius Clarus libro 4. Sentẽtiarum. §. feudum. quæſt. 88. Gregorius Lop. in l. ſecunda. tit.
8 15. parti. 2. idem † dicendum eſſe in gabellis, decimis, & alijs iuribus quæſitis, quæ per ſe ſubſiſtere poſſint, ait Molina ubi ſupra. nume. 6. Si uerò ex titulo & cauſa emphyteutica, feudali, aut fructuaria, denique rei, quam poſſides, cuius occaſione, titulo, & cauſa præſcribis, fiat hæc acquiſitio, procul dubio ad eas res pertinet ea acquiſitio, quia earum titulo & cauſa acquiſita eſt, unde iuriſdictio, gabella, decima, luctuoſa, & alia id genus acquiſita legitima præſcriptione ab emphyteuta, uaſallo, fructuario, poſſeſſore maioratus, ex titulo, & cauſa, & occaſione emphyteuſis, feudi, uſusfructus, & maioratus, ad emphyteuſis feudi, maioriæ, & aliarum id genus rerum ſucceſſores pertinent, æſtimatio tamen harum rerum acquiſitarum acquirẽti debebitur, & numerabitur eius hæredibus finita emphyteuſi, feudo, fructu, quia factæ ſunt meliores eius induſtra, quodquidem uniuerſe accipiendum eſt, exceptis rebus maioratus, in quibus hoc de æſtimatione ſoluenda difficile eſt, ex l. 46. Tauri, quam iam Scriptores generaliter intelligunt in omni melioratione, propter eandem iuris rationem, quæ in ædificijs & in alijs meliorationibus uerſatur, de qua multa diximus, in alijs recipiendum illud eſt, ut iſta acquiſita ad emphiteuſim, feudum, & rem uſufructuariam pertineat quidem, cæterum æſtimatio ſoluatur quaſi re meliore facta. Mod. Pariſ. tit. 1. §. 7. num. 29, & 30. qui plures allegat, eum ſequitur. Molina ubi ſup. num. 7. iterum Mod. ubi de æſtimatione ſoluenda ait d. §. 1. gl. 5. num. 70. & poſt eum alios adducit Molina ubi ſup. nume. 11. cum agit de rebus additis induſtria poſſeſſoris, quæ per ſe ſubſiſtere non poſſunt, in quibus cum æſtimatio debeatur augmenti, multo fortius id recipiendum eſt in his, quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt, etiam ſi titulo earum rerum acquiſita ſint; quia fortior erat ratio in illis, ut æſtimatio non deberetur, quàm in iſtis; cum ergo in illis debeatur, pronum eſt, ut in his quoque admittenda ſit æſtimationis numeratio, quæſita ergo iuriſdictio emphiteutæ titu. & cauſa emphyteuſis, in ipſo emphyteuticario ſolo, emphyteuſis eſt illa iuriſdictio, & ad eam pertinet, peremptaque emphyteuſi æſtimatio iuriſdictionis quæſitæ debebitur, tanquam utilis meliorationis in emphyteuſi repertæ ex uera ratione iuris, qua hæc augmenta ꝙ pertinet ad dominum directum, nihil diſtant à melioratione; recipit enim fundũ ſuum, quem ſine iuriſdictione in emphyteuſim dederat, iuriſdictione meliorem, duplex ergo inſpectio in hac re eſt, prior ut augmentum hoc modis omnibus ad emphyteuſim, feudum, aut maioriam pertineat; quia earum titulo & cauſa acquiſitum & factum eſt,
9 poſterior eſt † quia dominus directus rem ſuam accipit meliorem factam induſtria poſſeſſoris, qui iuriſdictionem uſu
✒ cæpit, æſtimationẽ ſoluat, quaſi utilis meliorationis. Afflict. in d. §. è contrario. probat c. primum. §. ſi uaſallus, hic finitur lex, & ibi Iſern. Bald. & alij, Bald. Angel. & alij in l. Senatus. §. Marcellus. de legatis 1. Guido Papa deciſio 169. Brunus de augmento. concluſione 20. Vtrunque habet particularem ſuam iuris rationem, in maioratu ſæpius aduertimus hoc de æſtimatione difficile eſſe propter prædictam l. 46. & aduertit Couarru. in 4. decretal. ca. ſeptimo §. primo numero nono uerſ. hinc infertur. ad fin. & ante eum Palatios Rub. de donationibus §. 62. numero 16. & nos diximus cap. 13. numero 43. & ſeq. in feudo recipit Mod. Pariſ. ubi ſupra, in Epiſcopo, prælato rectore, difficilis quoque erit hæc æſtimatio ſoluenda in hoc ſecundo caſu, quando augmentum contingat ex titulo, & cauſa rerum eccleſiæ, dignitatis, aut ſacerdotij, propter ea quæ notauimus ſupra capite 11. num. 71. ubi uero l. 46. non obſeruabitur in bonis maioratus, fiet iſta æſtimationis ſolutio, ſicuti in feudo & emphyteuſi, quod pariter ex eadem ratione recipiendum eſt in fructuario.

Deſcendunt hæc ex illa regula, quòd acquiſita ex titulo, & cauſa alicuius rei, fiunt eius, cuius res illa eſt, cuiusque titulo & cauſa acquiſita ſunt, ex qua regula patet deciſio eius quæſtionis, quæ ad augmentum pertinet, & à noſtris Hiſpanis perperam deciſam olim reperimus, nouiores uerò me-
10 lius decidunt † an augmentum uſusfructus conſolidati conſtante matrimonio in hoc regno pertineat ad uirum & uxorem tanquam res lucrata & quęſita conſtante matrimonio, an uerò ad eum cuius proprietas ſit, ex cuius titulo & cauſa fit conſolidatio, & ita augmentum uſusfructus. Rodericus Xuarez uir apud nos ſummæ authoritatis in l. 1. titu. tertio libro 3. foroleg. in fin. & Ioannes Lopez de Palat. Rub. in Rub. de donationib. inter uir. & uxorem. §. 62. numero 13. Doctiſſimus Couarruuias exiſtimat eos nõ conuenire, poſt Ioan. Fabrum in §. ſi cui fundus. Inſtitu. de legat. & Angel. ibi & cum eis Chaſſan. in conſuetudinib. Burgundiæ. Rubr. 4. §. 2. numero 12. uerſ. additio. & Nicolaum Boerium in conſuetudinibus Bituricenſibus, titul. de conſuetud. matrim. §. 2. columna 5. tenebant hunc uſumfructum communem uxori, & uiro, utpote conſtante matrimonio quæſitum, contrarium omnino tenendum erit ex noſtra regula augmenti; quia cũ hoc augmentum & acceſſio uſusfructus contingat ex titulo & cauſa proprietatis, debet ad eum pertinere, ad quem ius & proprietas pertinet l. uſusfructus in multis. ff. de uſufructu. Præterea quæ accedunt rebus mariti ex natura ac propria vi non ſunt uxori communia l. uerum. §. penultimo. ff. pro ſocio. mihi eſt elegans tex. in l. ſi proprietati. ff. de iure dot. ad quem nec Xuarez, nec Ioannes Lupus aduerterunt, ſi proprietati nudæ in dotem datæ, inquit Paulus, uſusfructus acceſſerit, incrementũ uidẽt dotis, non alia dos, quemadmodum ſi alluuione acceſſiſſet, hæc Paulus, tertiam rationem addit D. Couar. in 4. decret. p. 2. c. 7. § 1. n. 9. ex q bus cũ Mod. Pariſ. d. p. 1. tit. 1. q. 50. §. 30. uerſ. 2. tenet contra eos quos retulimus, ut uſusfructus augmentatus ratione conſolidationis pertineat ad proprietatis dominum, cuius titulo cauſa & occaſione conſolidatus eſt.

Ex quo infert D. Couar. uſumfructum fore communem uiro & uxori ſi matrimonio conſtante fundo mariti accedat non ex titulo & cauſa proprietatis, ſed ex cauſa emptionis, utpote quia commoditas illa & facultas percipiendi fructus, quę penes alium erat, ematur à uiro, quòd fieri quidem poſſe obſeruata eleganti regula l. neceſſario. ff. de periculo & commodo rei uendit. late diſputauimus ſup. capitulo decimo numero trigeſimoprimo. & ſequen. & de alijs melio rationibus uiri & uxoris diximus. capitulo decimotertio nume. 41.

Quòd ſi uſusfructus hic, de quo agimus, ideſt, facultas percipiendi fructus ea occaſione emptus ſit, ut ad proprietatem redeat, quæ nuda ſit apud uirum & uxorem; tunc quidem adhuc exiſtimamus, pertinere hunc uſumfructum ad proprietatem, obſeruata noſtra regula, & regula dictę legis neceſſario. §. fina. & tunc quidem de æſtimatione agendum eſt, quantum ad uxorem pertineat, quod quidem reſultabit ex uita eius, qui uſumfructum uendidit, & morte mariti, iuxta dictã legem neceſſario. §. fina. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, quòd ſi uſusfructus, aut facultas hæc percipiendi fructus futura erat perpetuò apud uenditorem, aut longiſſimo tempore, quod fieri quidem poteſt, & occaſione proprietatis comparata ſit, tunc quidem adhuc ex his quæ diximus ad dictã legẽ ſi proprietati, uſufructus proprietati quæritur ex noſtra regula, ſed æſtimationis, hoc eſt prætij, quo redemptus eſt uſusfructus, dimidium debetur uxori, eſtque locus regulæ de meliorationibus factis in fundo alterius coniugis, ut ad eum pertineant, cuius eſt fundus melioratus, ſoluta dimidia æſtimationis alteri, aut in diuiſione bonorum tantidem accipiat ex uniuerſo patrimonio, quantum fuerit expenſum, utrumque idem eſt de his diximus d. c. 13. nu. 41.

11 †Vnde ſi maritus uxorve habeant, quilibet ante matrimonium cõtractum emphyteuſim uel fundum, cuius partes alĩ quot apud alios ſint, conſtante autem matrimonio perueniant ad feudũ & emphyteuſim, ex titulo & cauſa feudali, &

emphy-

Source : BIU Cujas

emphyteutica:licèt per se hæc subsistant,tamen quia ex causa & titulo feudali, aut emphyteutica vniuntur,ad eum pertinent,ad quem pertinet feudum,aut emphyteusis,neq; sunt communia ex nostra regula,neque possunt dici lucrata constante matrimonio,contrariū,sed puto malè, censebat Ioannes Lupus de Palat.Rub.in d.§.62. nume.13. adducebat pro se §.si cui fundus,Insti.de lega.& l.non quocunque. §.3.ff.de leg.1. quibus optimè satisfacit doctissimus Couar. vbi supra d. nu. 9.vbi optimè expendit verum sensum illarum legum, quæ tamen si altius & attentius expendas,magis faciunt pro doctissimo Couar.& nostra conclusione, quam ipse tuetur; nullum enim commodum legatarius percipit ex legato, si aliàs ex causa lucratiua aliunde ipsum legatum consecutus sit,vnde legato tibi fundo Seiano, proprietatem emisti tibi, vsumfructum aliunde ex causa lucratiua habuisti,si legatum postea petas debetur,ita tamen, vt deducta vera æstimatione vsusfructus cōsequaris,nullum est enim legatum, si aliunde ex causa gratuita legatum sis consecutus, ne duplex commodum reportes, quod quidē induci pro Palatios Rubios vix potest,procliuius tamen est,vt pro nostra regula inducatur:cessat enim æstimatio; quia contemplatione proprietatis vsusfructus accessit, quòd si hæ partes emptæ sint,tūc magis aduertendum est ad ea quæ diximus numero præcedenti,de portione soluenda pretij alteri ex coniugibus: descendunt hæc ex nostra regula, quæ in materia augmenti priorē locum obtinet.

12 † Præterea si vir ante matrimonium cęperit vsucapionē, & demum finiatur vsucapio constante matrimonio, illud augmentum non est commune vtriusque mariti & vxoris, sed eius qui vsucapere cępit; quia quæ superueniunt ex causa habente originem ex præterito, retro finguntur eius esse, cuius à principio futura erant l.in ratione l.1. §.imperator.ff. ad leg.Falcid.l.serui qui apud hostes.ff.eod.tenent ex his iuribus & rationibus Palat.Rub.vbi sup.num.10.Couar.vbi sup. Molina vbi sup.num.8.hæc enim consistunt de per se & pertinent ad eum,cuius titulo & causa acquisita sunt.

13 † Inde fit quoque, vt si constante matrimonio ego iure retractus retraxi rem auitā numerato pretio verè res mea erit, vxor autem ex his quæ diximus habebit dimidium æstimationis: quia illud augmentum mei contemplatione,ex mea causa,& titulo contigit,item si emphyteusim, feudum, aut maioriam habens,ex titulo & causa feudali, emphyteutica,
14 vel maioriæ rem retraxi † pertinet res illa tanquā augmentum per se subsistens ad emphyteusim, feudum, & maioriā, si fiat constante matrimonio, nihil est commune, nec dicitur lucratum,bene tamē admittimus, vt dimidium veri pretij vxori sit annumerandum, quod in maioratu non recipimus propter sępius allegatam Taurinam legem 46. Dubitarique satis potest in hoc de opinione Ludoui. Moli. vbi sup. nu.8.versic.in contrarium,vbi in maioria tenet, quòd quantumuis res retrahatur ex titulo & causa maioratus, & occasione ipsius,non continuò fiat maioratus res illa retracta,ratio autem dubitandi est ex nostra regula; cum acquiratur ex titulo & causa ipsius,dicendum est ad ipsum pertinere; quia id postulat iuris scripti ratio.Prętera ratio,quā ipse adstruit, facilè potest vitari, quamuis enim possessor maioratus fructus suos faciat, quod non diffitemur,quos lucratur ex titulo & causa maioriæ,non inde sequitur,quòd lucretur quoq; res accedentes maioriæ pleno iure, de qua quæstione agimus;ea enim ratio illud duntaxat obtinet,vt fructus quoque rerum accedentium faciat suos, non res ipsas quantum ad proprietatem,illud enim de fructibus satis iure constitutum est,de augmento verò lucrando argumēta inquirimus, quæ eò inclinant, vt ad maioriam pertineant, postquam ex titulo,& causa eiusdem acquiruntur.Fatemur.actionem, quam exercet possessor maioratus esse in fructu aut obuētione maioratus,sed dicimus rem retractam, & additam ad maioratum pertinere,neque quicquam facit §.econtrario, si de inuestitura de re aliena facta,lib.2.c.8. feudor. Sumus enim in alia specie,cui pessimè applicabitur d.§.econtrario.nō enim dubitamus, posse per se subsistere hæc quæ retrahimus, sed illud inquirimus,esto quòd per se subsistere possint, an ex eo quòd ex titulo & causa maioriæ sint augmentata aut retracta & quæsita ad maioriam pertineant,quod in d.§.econtrario.non est decisum,ait enim,augmenta quę per se subsistūt non pertinere ad feudum,fatemur, & diximus superius, sed vlterius addimus & quærimus, an augmenta per se subsistentia, si tamen quæsita sint ex titulo & causa feudi,ad feudum pertineant, quæ quæstio non potest decidi ex d. § econtrario.sed ex his quæ diximus hoc capite. Et ita arbitramur: liberum tamen erit cuique rem dubiam apertiore & iure & ratione dirimere.Nihil damnamus,nostrū iudicium,si quod est,in hac re in mediū proferimus,subituri aleam, vt faciunt doctiores.

15 † Vnde quod idem Molina animaduertit,num.10.de censibus annuis, cęterisq; reditibus & pensitationibus, quibus res maioratus subiectæ sint,vt si redimantur à possessore maioratus,ad eum,& hæredes eius pertineant,illud ego intelligo,si expressè id actum sit;nam si simpliciter id actum sit occasione maioratus,ego facilè in eam sententiam adducerer, vt maioratus censeretur liber,proinde plurimum aduertendum est, quid factum fuerit, omnia superius dicta militant quoq; in hac specie,& habent locum in feudo, emphyteusi, re dotali,at in rebus ecclesiæ indubitate tenerem, cedere in fauorem ecclesiæ ista augmenta propter id,quod sæpius repetimus de meliorationibus factis in rebus ecclesiæ ab Episcopis,Prælatis,& Sacerdotibus,c.11.nu.71.supra.

16 † Inde est, vt si commisso res feudalis, aut emphyteutica pereat,ad verum dominum reuertatur, neque fiat communis,nec lucratur cōstante matrimonio;quia ex titulo & causa domini reuertitur, vnde ad eum modis omnibus pertinere debet.Et ita tenent,quos refert Mod.Paris.in consuetudinibus Parien sib.par.1.tit.1.§.1.glo.1.num.37. Ioan.And. Oldra.Paul.Guid.Papa.Ias. Boer. & Guiliel.Bened.& pertinent ad eam regulam, vt etiam si augmentum possit quidem per se subsistere,quo casu, non videtur additum rei d.§.econtrario,quia separatam & distinctam habet iuris rationem l. qui fundum. §.1. ff. pro emptore. si tamen ex causa & titulo rei acquiratur,ad rem pertineat ex his,quos adduximus,num.7. & 8.supra isto capit.

17 † Aggredimur modò alium casum, qui plures subse continet, quando res addita industria possessoris nō potest subsistere de per se, sed omnino dependet ex re illa cui addita est,exemplum omnes constituunt in seruitute reali,quæ adhæret prædio, nequitque ab ipso separari, idem in ædificio erecto in fundo feudali,aut emphyteutico,aut maioriæ,hęc cedunt omnino his rebus, quibus adduntur: cum sine ipsis consistere nequeant,idque postulet iuris ratio,diuersa ab ea, quam supra cōstituimus de re,quę omnino per se subsistere potest;res enim,quæ omnino per se consistere nō potest, ad eam rem,cui additur,pertinet, in quo tamen, quod de æstimatione soluenda ei qui rem addidit diximus supra obseruandum erit,excipimus maioriam propter d.l.46.item excipimus æstimationem ædificij erecti, si necessarium non sit; tunc enim magis ad voluptatem pertinet, & erit obseruanda regula l. si duobus fratribus.ff.de neg. gest. vt tollat ædificium,aut relinquat,nihilo annumerato,in alijs ęstimatio debitur eius rei additæ, quæ per se consistere nequeat, quæ tamen nostra industria addita sit,tenet Mod.Paris.vbi sup.titu.1.§.1.glo.5.num.70.Molina vbi sup.c.26.nu.11. Iulius Clarus d. lib.4. Sententiarum. § feudum q.88.Post antiquiores quos ipsi allegant,& feudistas in cap.1.§. si quis de manso.de cōtrouersia inuestit.allegant.§.si vasallus.in c.domino guerram.hic finitur lex,de quo nos sup.c.12.nu.85 difficilis enim ille tex feudalis est,& in contrariam sententiam contra communem & receptam interpretata est lex nostra partitæ, cui plurimum semper tributo,vt ibi diximus d.num.85.est ergo semper soluenda æstimatio,quo diximus modo,vsufructuario emphyteutæ,vasallo,licèt istiusmodi augmenta contemplatione harum rerum quæsita sint, & nequeant ab ipsis separari. Idq; aduertunt ij quos retulimus,in his enim duplex inspectio est,quæ ex eadem ratione augmenti oritur, ex eo enim:quia istud augmentum per se subsistere nequit, & occasione emphyteusis,feudi, aut vsusfructus acquiritur, pronum est, vt dicamus ad emphyteusim, feudū & vsumfructū pertinere,& in hoc omnes conueniunt.Idque postulat iuris ratio,alterum verò est, an æstimatio augmenti soluenda sit, in quo nulla ratio excogitari potest, qua dominus emphyteusis,feudi,aut vsusfructus, quibus augmentum acquiritur, ab hac solutione pretij, aut saltem præsentis valoris & æstimationis liberetur;quia cum rem recipiant meliorem factā, meliorationem tenentur,refundere,ex his quæ superius adduximus, quicquid distinguat & subdistinguat Lud. Molin. vbi sup.d.num.12.cur enim dominus accipiat rem mea opera industria & sumptu meliorem, etiam si eius rei contemplatione addita & acquisita sit:meam enim industriā & operam non est habiturus,nec substantiam meā sine causa. Semper loquimur de his augmentis quæ licèt contemplatione rei addita sint & acquisita: nostra tamen industria cōtingāt, vt sunt seruitutes,& ędificia necessaria,quæ per se consistere nequeunt: sed contemplatione rei contingunt, quia tamen in istis augmentis reperitur expensa nostra, nostraque industria,ratio postulat,vt dominus,ad quem res illa cū augmento pertinet,augmentum quidem ex eo capite habeat, cętérum ex hoc æstimationem persoluat. Quòd † si nec expen-
18 sa,nec pretium vllum est,aut industria, sed temporis beneficio rerumq; vicissitudine augmentum contigerit; tunc quidem nihil expectandum est ab eo, cui augmentum cum re

resti-

Source : BIU Cujas

restituitur, vnde si maritus habet montem, lucum, aut syluã, quæ constante matrimonio sine substantia, opera, sumptu, aut expensa vxoris, suaptè natura, & spontè crescit, & augeatur, & fiat fructuosior, tale augmentum sine dubio libere ad maritum pertinebit, idem respondendum est de vxore, nec nomine lucri quicquam vxor à viro expectabit, argum. text. in l. fructus, in fin. ff. de vsuris. de qua proximo capite sumus acturi, vbi ea quæ proueniunt spontè, & naturæ beneficæ largitate & munere sine facto vllo fiunt eius, cuius res est nihilo refuso tenet Ioannes Lupus de Palat. Rub. in repet. rubricæ. §. 62. num. 14. Dominus Couar. vbi supra dicto num. 9. neque enim hoc incrementum, quod rei cedit, tibi prodesse, neque mihi nocere debet, sed rem omnino sequitur, cui additur, ipsiusq; dominum, itaque quod de re ipsa, hoc de hoc augmento censendum est; neque enim vlla ratione à re ipsa separatur: ex hac regula sumenda est ratio ad alia id genus exempla, quorum opportunè aliqua subiungemus, quotidiana ea quidē, & nisi ad hanc augmenti regulam oculos conijcias, facilè decipi poteris.

19 † Secundum exemplum posuimus supra c. 4. num. 14. versiculo quod verò, diximus de officio militiæ aut tabellionatus, aut decurionatus, & eius æstimatione, quod conferatur, atque adeò attendendam esse æstimationem quæ fuerit tempore mortis parentis, quod intelleximus, nisi æstimatio creuerit & augmentata sit sine industria, & opera fratris, sed solius temporis beneficio; quia tunc augmentum illud debet omnibus prodesse, qui partem militiæ aut officij habituri erant, sequitur enim naturam rei ipsius cui accedit augmentum, idq; diximus ex Alex. & alijs quos ibi adduximus, vide ibi, quotidianum enim est: & in foro vtilissimum, deducitur autem ex nostra regula, & quia illud augmentum naturam rei sequitur, rationem ipsius rei quoque sequatur. & ad eos pertineat, ad quos omnino pertinebat, nihil enim augmentum hoc distat ab ipsa re, diuersum esset, si mea opera & industria crescceret; tunc enim recipiendum esset, quod de æstimatione soluenda diximus.

20 † Tertium subsequitur exemplum, quod rectius deciditur ex nostra regula, quam ex alijs dubijs & ancipitibus iuris rationibus, species talis est, domus mihi vendita est mille, neq; tunc plus valebat, postea verò dum possideo, variante tempore rerumq; vicissitudine faciēte, sine opera, sine industria mea creuit ad duo millia, ita enim fieri solet, vt quod prędiū hodie carissime emitur, vilissimè post paucos dies vendatur, quicq; fundus vilissimè venditur, intra paucos menses carissimè emitur, hæc domus aliena erat, euicta est à vero domino qui de augmento in nihilo tenetur, nihil enim aliud recipit, quàm rem suam, & omninò totam illam accessionem habiturus erat, si rem suam habuisset. Ego ad venditorem reuersus non solùm mille actione ex empto, sed augmentū quoque postulo, & ita duo milia soluet proculdubio venditor: quia tantum mihi deest ablata domo, tantumq; habuissem, nisi domum mihi bonafide emptam antiquus dominus abstuliisset. cum ipse autem teneatur ad omne id, quod mea interest, etiam si duo milia soluat, nihil aliud soluit, neque amplius quàm veram & iustam æstimationem rei meæ, quæ mihi deest, facit l. vēditor hominis. ff. de euictionibus. vbi in causa euictionis habetur ratio eius, quod per seruum emptum quæsitum fuisset emptori cessante euictione, vt si seruus emptus fuit institutus hæres ab aliquo non cōtemplatione emptoris, quod augmentum verè casuale est, & seruum ipsum adeo sequitur, vt nequeat ab eo separari, istud igitur interesse venit in causa euictionis, Neque quicquam obstat, quòd

21 † venditor non tenetur de casu fortuito l. necessario. ff. de periculo & commodo rei vendit. neque item tenetur de lucro, quod aufertur per casum, neque de damno quod infligitur casu, & fortuito; quia aliud est, si istud dānum infligitur, aut lucrum aufertur ex defectu iuris vēditoris; quia tunc de damno illato, & lucro ablato per casum tenetur, & ita intelligenda est d. l. venditor hominis. ff. de euic. ita interpretatur Mod. de eo quod interest, nu. 126. vbi explicat l. ex mille. ff. de euictionibus, quæ difficilima est, tenetq; nostram hanc conclusionem, quæ magis suadetur ex nostra regula; quia augmētū illud nihil distat ab ipsa re, sed vna & eadem est.

22 † Inde quoq; est, vt quod regno adijciatur, quasi augmentum regni, quod per se subsistere nequit regnum idem & ijsdem legibus subijciatur, vt sunt Indiarum Occiduarum regna & imperia Hispaniæ adiuncta casu primum, & fortuito, deinde bello, quomodo autem regnum nouum antiquiori iunctum regendum sit, & quibus legibus, vide Bar. in tracta. de insula. §. nullius enim esse creditur. num. 10. vnde intelligi potest, quantum antiquiores leges regni expugnati & deuicti sint seruandæ, dixerat idem Bartholo. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. actione.

23 † Ex hac regula, quòd augmentum accedens, rei ab ipsa re rationem accipiat, & eius naturam sequatur, si eius generis sit, vt ab ipsa re secerni vlla ratione non possit. nec consistere queat sine ipsa re, deciditur elegans quæstio, de qua Paulus de Castro in l. in ratione. la 2. ff. ad leg. Falcid. nume. 4. Ias. in l. cùm quæritur. C. de inofficioso testam. nu. 2. Salycetus in l. scimus. §. repletionem. C. eod. Alexan. in dicta l. in ratione.

24 Gregorius Lopez in l. 18. tit. primo. par. sexta. vt † si pater reliquerit filijs titulo institutionis legitimam portionem iure debitam, & in reliquo instituerit extraneum hęredem, si tempore mortis paternæ bona omnia valeant quinquaginta tantū, è quibus ritè & rectè, legitima sit relicta perspectis bonis tempore mortis, si bona postea apud hæredem augeantur, ita vt valeant centum, ex augmento addito rebus istis hæreditarijs, quæsitum est, an ex illo quoque augmento filij habeant augmentum quoque portionis suæ legitimæ, tenent omnes, nihil prodesse tale augmentum filijs, quibus portio relicta est debita iure naturæ perspectis bonis tempore mortis paternæ, sed totum augmentum cedere in vtilitatem hæredis, ratio ex nostra regula sumi potest; quia tempore mortis testatoris hæreditas sine augmento erat, factaq; computatione rectè legitima portio relicta fuerat, idq; titulo honorabili, & vtrisque optimè satisfecerat parens, vnde augmentum illud factum in re hæredis, nō prodest filijs; quia si contigisset in re filij, nihil prodesset hæredi: augmētum enim fit vnum complexum & idem cum re cui accedit, itaque hæreditas illa futura erat apud hæredem perpetuò, ita & augmentum l. si patronum. §. fin. ff. de bonis libertorum. si ex bonis (inquit Paulus) quæ mortis tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hæreditate vel legato, seruus tamen post mortem liberti reuersus ab hostib. augeat patrimonium, non potest patronus propterea queri, ꝙ minus habeat in seruo, quàm haberet, si ex debita portione fuisset institutus, idem & in alluuione; cùm satisfactum sit ex his bonis quæ mortis tempore fuerunt, idem est, etsi pars legati liberto relicti, ab eo cui simul datum erat, vel hæreditatis, nunc illis abstinentibus accrescat, hactenus Paulus, qui ad eandem augmenti decisionem tria exempla accumulat, de seruo, alluuione, & iure accrescēdi, meritò ergo augmentum pertinent ad eum cuius res augmentata est.

25 † Quin quòd & diminutio sequitur quoque augmenti naturam, & qualitatem: pertinet enim ad eum, cuius res est, in qua contingit diminutio l. pignus. C. de pignorat. actione. debent enim ambo sequi eum, aut eos, qui rem diminutā aut augmento maiorem omninò erant habituri, ex nostra regula & d. §. fin. Paulo, Alex. Ias. & Salyceto, & Gregorio Lopez. vnde res hæreditaria augmento maior, vel diminutione minor aut hæredes pertinet cum augmento aut in damno, elegans ratio ad ea quæ diximus, in ratione autem legis Falcidiæ recepto beneficio reperti inuentarij difficultas illa maxima est: si successor idemq; hæres inuentarium quidem rerū hæreditariarum confecit, quo casu ex inuentario compertū erat sufficere patrimonium legatarijs & hæredi, postea facta est diminutio patrimonij, an legatarij certarum quantitatū citra detractionem vllam legata sint consecuturi, & dicendum est consecuturos; † quia si patrimonium augmentatū

26 esset, prodest hæredi, ergo diminutio ei nocet, vt soluat sine detractione, quantum sufficiant opes hæreditatis, idque tenet Paulus de Castro in d. l. in ratione. la 2. nu. 2. nā in legatarijs speciei, perempta specie, legatum ademptum censetur, si verò sit legatarius quantitatis respectu certæ speciei, & perempta sit, aut diminuta species, cuius respectu quātitatis est relicta, an nihil debeatur, vide eundem Paul. vbi supra, & quę ille adducit ex Bar. & alijs, descendunt autem hæc ex nostra regula augmenti, vt omninò sequatur rationem rei cui additur.

27 † Ex regula quoque patet ad eum tutorem & curatorem cui res pupilli commissa, ipseq; pupillus commissus est, pertinere augmentum rei, vt sicuti de re pupilli tenetur, ita & de augmento, nomine autem augmenti non solum intelligimus rem separatam ab antiquo patrimonio pupilli, quæ superuenit, qualis est res materna, aut auita, sed vniuersè intelligo quodcunque augmentum internum & externum l. quoties. §. fin. ff. de adminiſt. tuto. ibi, per contrarium autem, inquit Iulianus, qui datus est simpliciter tutor pupillo, vel curator, si quid postea augmenti accesserit, periculo tenetur, quamuis soleat ad augmentum dari tutor; quæ res non facit, vt ipsa augmenta non pertineant ad curam priorum tutorum, ad quos omnis vtilitas pupillorum debet pertinere. gl. in verbo accesserit, intelligit, pupillo, ego vniuersè intelligo, siue accedat augmentum pupillo, siue rei pupilli, siue internum sit, siue externum, siue per se subsistat, siue à re pupilli nequeat separari.

28 † Deducitur quoque ex illa regula ratio ad augmentum legati, vt augmentum factum in re legata pertineat ad legatarium,

Source : BIU Cujas

tariũm,l.cum fundus.ff.de leg.2.Cum fundus nominatim legatus est,inquit Labeo, si quid ei post testamentum factum adiectum est,id quoque legato cedit, etiam si illa verba adiecta non sint,qui meus erit tex. qui omne augmentum commiscet quantum ad hoc,in l.quod in rerum.§.si quis.ff.de lega.1.si quis testamentum factum,inquit Pomponius, fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quam fundo Titiano destinaret, id quod adiectum est exigi à legatario potest,& similis causa est alluuionis,hæc Pomponius,qui de detractione & diminutione legati quoque pauca tradit, quod autem de alluuione dicit coacta ratione, de vtroque intelligendum est;quoniam de vtroque quoque augmento Pomponius agit,scilicet & de agro addito, & fundo facto meliore l.si ex toto.ff.eod.ibi.quia etiam si adiecisset aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet, in priori parte Pomponius idem de detractione & diminutione eandem constituerat regulam, nobis est elegans tex. qui à nostris non adducitur in l.37.tit.9.par.6.ibi e esto seria, como si le mandasse vn solar, e despues que gelo obiese mandado fiziese el testador casa o otro edificio e nel, ca entonces aquel a quien fue fecha tal manda,deue auer tanbien o la casa como ei solar, esso mesmo seria si le fiziesse manda de vn campo e despues se le acresciesse algũa cosa por auenidas de rios que le corriessen, de cerca, o se ayuntassen a el otras cosas assi como arboles, quibus verbis proculdubio, etiam si interpretes ad ea parũ animum aduerterint vterque, aluuio significatur geminatis illis verbis,scilicet que le corriese de cerca, & ibi, o ayuntase a el otros arboles o cosas. eius legis non meminit Antonius Gomez in tomo 1.c.12.de legatis, nu. 16. vbi de augmento facto in re aliena scienter legata disputat, & Greg. Lopez in
29 d.l. 27. verbo, en todo lo al. ex quibus habes † idem efficere additionẽ quoad augmentum,quod efficit detractio quoad diminutionem,adde l.seruũ filij. §.si ar.ff.de leg.1.& l.si chorus.§.area.ff.de leg.3.l.si areæ.ff.de leg.2.

30 † Illa autem omnia intellige, nisi taxate, & (vt ita dicam) ad mensuram fundus cõcessus, aut legatus sit;quia tunc etiã si internum augmentum nunquàm ademptum videatur,qđ paulatim sine nostra opera & diligentia, sed solius temporis aut fortunæ beneficio accesserit,alterum verò quod secerni, & separari potest, nunquàm intelligitur legatum,aut cõcessum;limitata enim concessio, item & limitata legati conceptio limitatum producit effectum l.in agris.ff.de acq.rerum dominio.de qua inferius isto capite l.non modus. C.de serui tutibus, & quæ notat Baldus in l.serui electione.§.vltimo.ff. de leg.1. Inde Couar. practicarum quæstionum c.2.per totũ ex d.l.cum fundus, & ex d.l. quod in rerum. §. 1. & ex Baldo
31 quem ipse & plures alios adducit,infert † ad augmentum factum in castro,oppido,aut vrbe,à principe concessa,quod latissimè disputat,magis autem conueniens decisio est,vt tale augmentum ad concessionem pertineat, nisi limitata concessio facta fuerit,ex d.l.cum fundus.iuncta d.l. in agris.adde l.grege legato.ff.de lega.1.vbi iureconsultus, grege (inquit) legato & quæ postea accedunt,ad legatarium pertinent, vide apud ipsum alia iura quæ cumularat glo.in l.peculium.ff. de leg.2.adde tex.elegantem in l.serui electione.§.fin.ff.de legat.1.vbi si quis legat fundum,vel dicat meum, vel simpliciter loquatur, qui tamen fundus communis sit sibi cum alio, censetur tantum fundi partem suam reliquisse, & si post factum testamentum partem aliquam adijciat,est locus d.l cũ fundus,quod latè fundat num. 3. & dixerat nu.1.egregia declaratio ad id legatũ quod quotidiè fit apud nos;sæpè enim
32 † maritus, aut vxor legant lucratum constante matrimonio fundum,ac subinde communem,vt partem suam videantur legasse.si suum fundum legauerint, aut dicant fundum meũ Titianum reliquo, verbum enim illud meum,licèt non impediat augmentum,in hoc verò casu extra causam augmenti facit,vt portio testatoris videatur legata, legato verò fundo Titiano sine pronomine meo, ad aliam regulam veniendum est,idq; si sit communis cum alio, an scienter rem alienam legauerit,quod in viro & vxore facilè est intelligere ex his quæ notãtur in l.verius.ff.de probationibus, vide ad hoc glo.in d.l.serui electione.§.fin.ff.de leg. 1. quæ ex his quæ diximus iuris rationem habet.

33 † Interim tamẽ aduertendũ est ad ea,quæ tradidit doctissimus Couar.d.c.2.versic.secundò ipse arbitror,id quod tradit de pronomine,meus,dum explicat d.l.cum fundus,& d.l.serui electione.§.fin.& l.si ita.ff.de auro & arg.legato.altiori indigere explicatione, quàm ipse sciens & prudens omisit, vt propositam sibi rem perficeret,nos in gratiam iuuentutis explicabimus,vt innotescant plura iura,quæ aliàs cõfusa nimis & obscura videri poterunt altius intuenti: & recurrendũ est ad l.nuper.ff.de leg.3. tanquàm ad regulam,vbi Pomponius distinctè & aperte hanc ipsam controuersiam difinit, ex eo facilis erit interpretatio ad reliqua iura Pomponius id quærit,quando scilicet pronomina,meus, tuus, & alia adiuncta præsentis temporis,vel futuri verbis demonstrationem, aut conditionem faciant: & in primis in priori parte ita inquit; verbum meum cum verbo præsentis temporis demonstrationem non conditionem facit, veluti si testator ita dixerit, lego Titio Sempronianum meũ fundum, vel qui meus est, ibi (vt quoties certum corpus legatur ad præsens tempus adiectum hoc verbum meum non faciat conditionem) altera species est, si legetur incertum corpus cum pronomine ad verbum præsentis temporis,vt frumentum meum,vel quod meum est, vel argentum meum, vel quod meum est, vel libros meos,vel qui mei sunt;non enim facit cõditionem, sed est instar conditionis, & verè demonstrationem facit,& purum legatum, non verò conditionale;est tamen pro conditione demonstratio illa, idest,instar cõditionis(vt ad demũ, inquit Pomponius,quæ illius sunt videantur legata) idq; tẽpore testamenti, vnde vinum quod erat testatoris tempore testamenti,etiam si id coacuerit, legato cedet: hæ sunt duæ species,scilicet cum certa & determinata res legatur cũ pronomine & verbo præsentis temporis,Stichum qui meus est, do,lego,demonstratio est, at verò incerta res cum hoc verbo & pronomine purum legatũ facit non conditionale, & continet demonstrationem, sed ea demonstratio est instar conditionis; ea enim legata sunt, quæ tempore testamenti erant testatoris,vinum meum do lego Titio, nullum legatũ est,si testator nullum vinum habuit, si verò habet etiã quod coacuit ad legatum pertinet.In hac secunda specie est tex.in l.scribit,de auro & argento legato.§.idem scribit. Põponius enim in eadem sententia est, & seipsum explicat, alibi enim proposita & retenta specie ea verba ait esse pro conditione, scilicet in d l.nuper, alibi ait ea verba facere demonstrationem,scilicet in d.§.idem scribit, vtriusq; autem responsi vnicus est sensus, vt id censeatur relictum, quod tempore testamenti facti testatoris fuisse compertum sit. Quintus Mutius (inquit Pomponius)scribit,si maritus cùm haberet quinque pondo auri vxori ita legasset, aurũ quodcunque vxoris causa paratum est,vti hæres vxori det,etiam si libra auri inde ve nisset, & mortis tempore amplius quàm quatuor libræ non deprehenderent in totis quinque libris hæredem esse obligatum;quoniam articulus,est, præsentis temporis demonstrationẽ in se continens, hæc Pomponius, igitur cum demonstrationem contineat, dicendum est esse purum legatũ non conditionale,sed illam demonstrationem esse pro conditione ex d.l.nuper, vt detractio non faciat diminutionem, nec additio augmentum;id enim solum legato cõtinetur, quod tempore testamenti testatoris esse compertum sit, inde patet sensus ad d.l.serui electione.§.cum fundus, & conuenit l. si ita legatum esset.ff de auro & argento legato: modò subdit Pomponius tertiam speciem in d.l. nuper (planè in mortis tempus collatum hunc sermonem, vestem quæ mea erit, sine dubio pro cõditione accipiendum puto) quæ tertia species continet pronomen meum,cum incerta re adiuncto articulo aut verbo futuri temporis, & ait Pomponius esse demonstrationem, sed eam esse pro conditione, idest quantũ ad legatum videri id dumtaxat legatum,quod tẽpore mortis testatoris,non verò confecti testamenti testatoris reperiatur,vnde detractio diminutionem inducit, additio augmentum.Exemplum & vtilitatem huius tertiæ speciei vide clarè & expressè apud Papinianum in l.cùm illud aut illud.§.fin.ff. quando dies legati cedat, vbi verba Pomponij explicantur, certum enim est,posse fieri, vt legatum purum sit, & transmittatur, & tamen conditionalis legati naturam obtineat: namque inquit Papinianus in d.§.fin. Dies legati,cui conditio non adscribitur,quamuis extrinsecus expectanda sit, cedit,id ipsum dixerat Pomponius (pro conditione) in d.l.nuper,quia licèt purum sit,& cedat; tamen id debetur cum tẽpore futuro,quod tempore mortis reperitur testatoris,& cũ tempore præsenti, quod testatoris reperitur tempore confecti testamenti d.l.cum illud.§.fin.d.l.nuper.d.l.scribit.§. 1. versic. vxori. vbi verba illa Quinti Mutij expendenda sunt, ibi, habere legatum in se demonstrationem, & argumentum. Ideoq; ipso iure alienata libra auri, amplius quàm quatuor libras non remanere in legato;quia detractione diminutum est,sicuti potuit augmento crescere, subdit quartam speciẽ Põponius in d.l.nuper,ibi sed & Stichum,qui meus erit, puto pro conditione accipiendum, neque interesse, vtrum ita qui meus erit,an ita si meus erit. vtrobique conditionem eã esse:itaque in priori specie certa res cum verbo præsenti demonstrationem faciebat, quæ non vitiabat legatum, & debebatur,etiam si res certa testatoris non fuisset, in hac quarta specie vitiatur legatum,nisi testatoris res certa reperiatur, & nihil interest inter has verborum cõceptiones, Stichum, qui meus erit,vel Stichum,si meus erit,vtraq; continet conditionem,non verò demonstrationẽ d.l.nuper, in hac quarta spe-

Source : BIU Cujas

ta specie est tex. expressus in l. Stichum, qui meus erit. ff. de legat. 1. Stichum qui meus erit (inquit Iulianus) cum moriar, hæres meus dato, magis cõditionem iniecisse legato, quàm demonstrare voluisse patremfamilias apparet. Eo quòd si de monstrandi causa hæc oratio poneretur, ita concepta esset, Stichum, qui meus est, nõ qui meus erit, hęc Iulianus: ita hęc iura interpretatur Emanuel Costa doctissimus & eloquentissimus licèt breuiter de patruo & nepote, fol. mihi 94. versiculo vnde in proposita specie, ex Alex. & alijs quos ipse adducit in l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. pertinent ad d. l. cum fundus, & ad reliqua iura de augmento & detractione legati, ideò necessariò fuerunt nobis adducenda, & quæ aggrediebatur doctissimus Couarru. d. §. secundo. vbi supra, ex quibus intelligi facilè potest, quid quantumve accedat, aut detrahatur legatis auri, argenti, pecuniæ, frumenti, gregis, supellectis, & explicantur d. l. nuper d. l. serui electione. §. cùm fundus. d. l. si ita legatum. ff. de auro & argen. legato d. l. cũ illud. § fin. d. l. Stichum qui meus erit d. l. scribit. §. 1. & alia quę cunque ita sint concepta, per pronomen & verbum futuri, aut præsentis temporis.

34 † Sumus adhuc in augmento vel diminutione legati, quę res hactenus ieiune tractata est: in quo est quoq; de area non obscura discrepantia inter clarissimos iureconsultos, quos nemo hactenus legitima pace composuit, cùm bellũ & pugnam planè viderint, pertinet hic tractatus ad l. si chorus 77. §. area legata. ff. de legat. 3. & ad l. seruum filij. §. si areæ, 46. ff. de leg. 1. Paulus & Celsus videntur mutuò pugnare, Paulus enim in d. §. si areæ legatæ (inquit) domus imposita sit, debebitur legatario, nisi testator mutauerit voluntatem, hæc Paulus, qui in legato areæ superposito ædificio censet augmentum factum, vt locus sit d. l. cùm fundus, & his quæ de augmento legati diximus, cum Paulo est Papinianus in l. si areæ. 40. ff. de legat. 2. Si areæ legatæ (inquit) post testamentum factum ædificium impositum sit, vtrumque debebitur & solũ & superficies, quod Papiniani responsum ad augmentũ pertinet, facit l. inter stipulantem 83. §. sacram. ff. de verborum oblig. quod area eadem est diruto ædificio, & denuò ædificata non eadem semper sit: nimirum igitur si legata area ędificium superimpositum debeatur ex ratione augmenti. facit l. qui vsumfructum. ff. de vsufructu l. repeti. §. si areæ. ff. quibus modis vsusfru. amittat. denique hæc omnia iura id postulãt sibi; vt quoniam areæ alia ratio est atque domus, aut insulæ, area quidem debeatur, cui si à testatore superponatur ædificium, augmentum legati videarur factum. Contrarium vult Celsus in d. l. si chorus. §. area legata (inquit) si in ædificata medio tempore fuerit, ac rursus area facta sit, quanquàm tũc peti non poterat, nunc tamen debetur, vbi ædificium superpositum areæ legatæ nihil auget legatum. Bar. Paulus, Iason, & reliqui in d. l. seruũ filij. §. si areæ. dupliciter soluunt, & conciliant constituendo semper regulam ex d. §. si areæ. & ex d. l. si areæ. vt legata area debeatur, item ædificium superpositũ, quasi augmentum rei legatæ, aiuntq; id obtinere, nisi ædificium erectum sit, vt adimeretur legatũ ex verbis d. §. si areæ, ibi, nisi testator mutauerit voluntatem, aiuntq; in d. l. si chorus. §. area, mutatam esse voluntatem testatoris, benè tamen fatentur omnes, esse diuinatorium hunc sensum: & planè ad d. §. area, nihil magis diuinat, secundò soluunt, verè quidem sed diuinando quocunque aiunt in d. §. area l si chorus. areã fuisse alienam, ac eo præmisso, & pro vero constituto inducunt regulam ex l. qui res 98. ff. de solutionibus, vbi. §. aream, non est (inquit Paulus) his similis area, in qua ædificium impositum est; nõ enim desijt area in rerum natura esse, immo & peti potest area, & æstimatio eius solui debebit: pars enim insulæ area est, & quidem maxima, cui etiam superficies cedit, subditq; Paulus in fine, denique lex duodecim tabularũ tignum ædibus iniunctum vendicare posse scisscit, hæc Paulus, qui (vt patet) in principio loquitur de area aliena promissa, cui dominus ædificium superposuit, ibi areã promisi alienam, in ea dominus insulam ædificauit, itaque in promissione areæ, aut in legato areæ alienæ ædificiũ erectum in area non cedit areæ, neque efficit augmentum promissionis, aut legati, & quandiu durat ædificium, cessat areæ petitio: quia lege duodecim tabularum cessat vendicatio tigni, quandiu ædificio iniunctum sit, licèt ad æstimationẽ agi possit, aiunt ergo, argumento d. l. qui res. §. aream, fuisse alienam aream in d. l. si chorus. §. area legata, nec peti potuisse existente ædificio, eo verò collapso & diruto potuisse peti aream; quia debetur, retento autem hoc sensu & intellectu dicendum est, potuisse peti æstimationem ex d. §. aream, sed & hic intellectus diuinat ad d. l. si chorus. §. area, neque enim extorquebis ex d. §. area, quomodo area fuerit aliena, vt inducatur dispositio d. l. qui res. §. aream. quod sensit Iason d. l. seruum filij. §. si areæ. his duabus solutionibus omnes conticent, nullusque aliam inquirit, quẽ ego viderim: adhuc enim remanent Paulus & Celsus ex diametro pugnantes sine pace, ego tamẽ existimo iureconsultos hos diuersas facti species tractasse, Celsus inquirit conseruationem legati, Paulus augmentum, hic proponit aream legatam, & ædificium superpositum, quærit de augmento, an superpositum ædificium sit legati augmentum, in qua facti specie Celsus idẽ quod Paulus respondisset, scilicet factum fuisse augmentũ, & legatario prodesse. Celsus verò aliam facti speciem proponit, ac subinde aliam ac subtilem & difficilem iuris decisionem inquirit, proponit aream legatam, proponit item ædificium superpositum, hactenus erat facti species, in qua erat Paulus, addit Celsus vlterius, dirutum fuisse ædificium, & iterum redactum ad aream, quærit non de augmento, quod dirutum esse cõstat, & iam non est, sed de ipso legato areæ, an area peti possit, ait posse quidem peti, ratio quæ potuit mouere Celsum, vt dubitaret in hac specie, elegantissima erat, & subtilis, ex l. si grege 22. ff. de legatis 1. iuncta decisione l. si ita legatum. §. si domus. ff. eodem, vbi si insula legata sit, & sit postea combusta, dubitatur, an saltem in area, quæ pars est *insulæ*, & quidẽ maxima, conseruetur legatum, & ait Pomponius conseruari, vt saltem aerea debeatur, vtpote pars insulæ legatæ, *idq;* in d. l. si grege. rursum Caius in d. §. si domus, proponit domum legatam, eamq; dirutam, & rursum aliam erectam, quærit, an hac secunda, quæ de nouo fuit erecta iterum diruta, legatũ omninò intereat, ita vt neque in area conseruetur, & ait interire; quia hæc area, quæ modo restat, non est pars domus, quæ legata fuit, sed eius quæ de nouo erecta est, itaque Celsus proponit aream legatam, si verò proponeret duntaxat ædificium erectum, & superpositum, de augmento rogatus planè respondisset augeri legatum, sed vlterius progreditur, & dirutum rursum ait ædificium, quærit non de augmento, quod dirutum est, & iam non extat, sed de area an debeatur, ait deberi: quia eadem area reperitur, quæ legata fuerat, neque in hoc pugnat cum d. l. si ita legatum. §. si domus, quia diuersa facti species & diuersa iuris ratio est. Hic enim nõ area, sed domus relicta fuit, cuius tunc area veluti pars domus legatæ legato contineri videbatur, ea autem diruta & ædificata noua domo, iam area incipit esse pars domus nunquàm legatæ, quæ postea erecta fuit, & ita non venit tanquàm pars rei legatæ, simpliciter autem area legata non erat, ideò non debebatur, in d. l. si chorus. §. area, simpliciter legata est area & simpliciter reperitur, ideò debetur, etiam si ædificium erectum sit, idq; dirutum rursum, quia sola area legata est, quæ restat destructo ædificio, hanc existimo esse conciliationem Pauli & Celsi, nisi difficilis sit his, qui aream partẽ insulę putant, domus non item, certè ambo iureconsulti in diuersa sunt facti specie diuersa quærunt, diuersa respondent. hactenus de augmento legati, & deriuata sunt ex regula augmenti, quia addita, sequuntur naturam & rationem earum rerum quibus adduntur.

35 † Ex illa quoque regula deducimus, vt meliorationes, & augmentum factum in pignore sit sicuti ipsum pignus obligatum, vt hypothecæ subdatur l. si fundus hypothecæ. ff. de pignoribus, si fundus (inquit Martianus) hypothecæ datus sit, deinde alluuione maior factus, totus obligabitur l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignoratitia actione, Si nuda (inquit Paulus) proprietas pignori data sit, vsusfructus, qui postea accreuit, pignori cedit, eadẽ causa est alluuionis. facit l. Paulus. §. penul. ff. de pignoribus, de qua & de lege cum postulassem. §. 1. ff. de damno infecto, diximus c. 18. nu. 57. est nobis l. 15. tit. 13. par. 5 quã d. c. 18. explicuimus, vbi Gregorius Lopez, igitur augmentum inseparabile semper ipsius rei sequitur naturam; quia eadem res est cum ea cui accedit, & eius naturam & qualitates susscepit & retinet.

36 † De alluuione quoque dicendum est ex hac regula, vt alluuio ad eum pleno iure pertineat, ad quem quoque pleno iure pertinet res, cui alluitur, quòd si res diuersis diuerso respectu obtineatur, alluuio quoque diuersè diuersis respectibus acquiratur, id poscit ratio, nisi aliud scriptum sit particulariter in iure, cui standũ erit, vnde ex nostra regula decidendum existimamus, quod cogitandũ reliquit Gregorius Lo-
37 pez in l. 30. tit. 28. par 3. verbo, propriedad, vt † alluuio facta in agro mariti vel vxoris, siue ea latens sit, siue patens, ad eũ pertineat cuius est prædium, cui aluuitur, scilicet ex nostra regula; quia cum aliud iure expressum non sit, id obtinendũ est, vt omne augmentum inseparabile ac separabile, quod contemplatione alicuius rei contingat, ex eius titulo & causa ad eum pertineat, ad quem ipsa res pertinet, quam fundauimus supra ex d. l. si proprietati, & probat idem Gregorius Lopez ex Oldrado, Bart. & alijs, cui decisioni nihil pugnat, quod ipsemet Gregorius Lopez adducit in priori parte glo. namque id satis superq; nobis supra isto capite reprobatum est, itaque ex d. l. si proprietati. & ex his quæ diximus in viro & vxore constituendum est, augmentum alluuionis sequi

naturam,

Source : BIU Cujas

naturam,qualitatem,& rationem,& ius eius rei, cui alluuio & augmentum accedit,vt eodem iure censeatur,neque hoc dignum erat,quod cuiusq; cogitationi relinqueretur: cū potuisset facilè expediri,præsertim ex d.l. si proprietati.ff.de iure dotium,ibi,quemadmodum si alluuione accessisset, quæ lex cum loquatur indistinctè de alluuione,de vtroque est intelligenda,cumq; asserat esse hoc dotis incrementum, nulla restat difficultas, quin ad eum pertineat, ad quem res pertinet,cui accedit.In rebus igitur mariti expeditū sit hoc quod tractamus de incremento alluuionis in viri & vxoris rebus.

38 †Præterea ex nostra regula idem censendum est in maioratus possessore,prælato, rectore, & alijs id genus possessoribus,vt si alluuio contingat in rebus maioriæ, aut dignitatis, aut ecclesię,siue alluuio appareat & pateat,siue lateat,ad eos pleno iure pertineat, & ad successores cum qualitate maioriæ,& ecclesiæ; nihil enim his cōtrarium decisum reperitur, vnde non est citra ius à regula decedendum,hi enim omnes nullum ius cum alijs habent commixtum,sed res ipsas domini possident cum qualitate illa; cùm ergo augmentum contingat respectu rei, sequitur rem, ac subinde rei possessores, ita concludit in maioratus possessore Ludouicus Molina c. 26.lib.1.num.17.idem obseruandum est in alijs: quia eadem iuris ratio est,cùm enim augmentum contingat ratione rei, ad possessores pertinet, neq; in his & alijs meliorationibus, etiam si industria,& opera contingerent,esset locus expensarum reputationi, in maioria propter l. 46. in alijs propter ea quæ diximus supra c.11.num.71.

Istud verò de augmento ex alluuione intelligendum est iuxta dispositionem l.adeo. §. præterea.ff.de acquirendo rerum dominio.& l.26.tit.28. par.3. vbi si paulatim incrementum contingat eo modo, vt sentiri nequeat, fit eius prædij cui accessit, secus si terræ disrecta magna gleba,ex meo fundo tuo adhæsit, antiqui enim domini est, neque tibi quæritur, vide ibi & Gregorio Lopez.

39 †In fructuario expeditum est iure Cæsarum ex Litem si fundi.§.huic vicinus,versic.sed si insula.ff.de vsufructu, vt latens incrementum molliter adauctum habeat,& eo fruatur, patenti nō item, ideoq; si insula in medio flumine appareat, non habet partem,quę obijcitur fundo fructuario,sed domi nus,verba Celsi hæc sunt,huic vicinus tractatus est,qui solet in eo quod accessit tractari,& placuit alluuionis quoq;vsum fructum ad fructuarium pertinere,sed si insula iuxta fundum in flumine nata sit, eius vsumfructum ad fructuarium pertinere Pegasus scribit,licèt proprietati accedat,esse enim veluti proprium fundum,cuius vnusfructus ad te non pertineat, quæ sententia non est sine ratione, nam vbi latitat incrementum & vsusfructus augetur, vbi autem appareat separatum,fructuario non accedit, hactenus Celsus. contra quem & Pegasum Paulus contrarium tenebat receptarum sententiarum lib.3. vide tamen Cuiaceum libro primo feudorum, si de inuestitura feudi cōtrouersia fuerit. §. si quis de manso. contra Paulum ergo prævalere debet Pegasi & Celsi sententia, vt alluuionis augmentum patens ad dominum pleno iure pertineat, latenti fruatur fructuarius, quandiu re fruenda sibi frui licuerit, hoc est in fructuario constitutum.

40 †In vasallo autem consuetudine feudorum inductum putant plerique,vt distinguendum item sit inter vtranque alluuionem,ita vt obseruetur distinctio,quæ obseruata est & tradita in fructuario,Aluarotus in c.1.§. si quis demanso.si de inuestitura feudi,lib.1.tit.4.Ruynus cons.7. nu.12.lib.1.alij:contra censuerunt, nempè vtrumque incrementum ad vasallū pertinere,cum qualitate tamen feudali.Paris de Puteo de finibus feudorum,fol.171.num.7. Bal. in d.§.si quis de manso. num.2.Mod.Pariſ.in consuetu.Parisiensibus.tit.1. par.1.§.1. glo.5.nu.99.Iulius Clarus §.feudum q. 88. aliter existimabat Iacobus Cuiacius in d.§. si quis de manso, an dominus retinuerit partē curtis,vel non, vt priori parte pro portione obtineat quoque incrementum,secundo verò casu nihil,sed totum augmentum pertineat ad vasallum, cuius sententia est eadem cum secunda, quæ præsupponit totam curtim datā vasallo;si enim feudum simpliciter concessum contineat totam curtim,vtrumque pertineat ad vasallum ex secunda sententia,& receptiori,ibi,sed si dominus in ipsa curte nihil sibi retinuit; tunc omne incrementum pertinet ad vasallum, id est iure feudi fidelis obtineat, facit §.fin. eodem tit.vt omne incrementum ad vasallum pertineat iure feudi:aut cum qualitate feudi,nostra tamen l.30.tit.28. par.3. vasallum fructuario similem facit,& in vasallo priorem opinionem comprobat:in vtroque enim existimat & decidit admittendam esse distinctionem latentis & patentis incrementi ob alluuionē, quæ opinio iure feudorum sustineri non potest ex d.§.si quis de manso,nostro iure admittenda est ex d.l.30.tit.28.par.3.

41 †In emphyteuta cumulauit opiniones Aluarus Vazquez Lusitanus quæst.16. num.2. & 3. eamque existimat veriorē, & receptiorem, vt omne augmentum tam latens quàm patens pertineat ad emphyteutam; quia maius ius habebat, quàm fructuarius, scilicet vtilem vendicationem, & dominium non periturum morte,tum etiam quia cùm damnum sentiat vtriusque alluuionis,necessum est, vt secundùm naturam commoda quoque & vtilitates eiusdem sentire debeat, & ita tenet cum Bar Salyc.Bal.Ang.Iason, & alij, contra eos qui existimabant esse distinguendum inter vtramq; alluuionem,quos quoque refert Gregorius Lopez in d.l.30. tit. 28. par.3.qui in hac opinione est propter authoritatem legis nostræ,quæ vsumfructuariū & vasallum similes facit,quasi sublata,& adempta occasione disputandi,siue enim vasallo,siue fructuario emphyteutam similem facias, vtrumque ius est, obseruato nostro iure,in Hispania ergo emphyteuta augmētum latentis alluuionis iure emphyteutico habebit,quòd verò alluitur apparenter, emphyteusis domino cedit.

42 †Ista autem acquisitio quæ fit per alluuionem latentem, id est istud, quod meo prædio alluitur, sensim & paulatim lambendo ex tuo,acquiritur prędio meo iure gentiū l.adeo. §.1.ff.de acq.rerum dom.§.præterea. Institutio.lib.2.tit.de rerum diuisione l.26.tit.28. par.3. accedit enim inseparabiliter rei meæ, cui indiscreta quadam ratione vnitur, neq; ad aliū quenquam pertinet nec contrarium asseruit Aegenus Vrbicus in commentarijs, ad Iulium Frontinum, de cōtrouersia limitum,& diuisione agrorum, c. de controuersia,versiculo de alluuione,quem malè subnotat Aeguinarius Baro,in d.§. præterea. adductus ad hoc ab Aluaro Vazquez vbi sup. nu. 4. ait enim Vrbicus, hanc alluuionem contingere propter tuam negligentiam, qui prædium non munieris aduersum fluminis alueum rapidum, de acquisitione verò neque verbum, verba eius hæc sunt, de alluuione obseruatio est, si in occupatorijs agitur agris,quicquid vis aquæ abstulerit,repetitionem nemo habet,quæ res necessitatem ripæ muniendę iniungit, & rursum ait, at Cassius Longinus vir prudentissimus iuris author hoc statuit,vt quicquid aqua lambendo abstulerit,id possessor amittat; quoniam scilicet ripam suam sine alterius damno tueri debet,hæc Vrbicus, neque enim in hac re eadem est causa amittendi, & acquirendi,amittit ille qui prædium non muniuit suū aduersus fluuium l.1.C. de alluuionibus,& paludibus l.1.ff.de ripa munienda,quæ sentiūt idem quod Vrbicus,acquirit autē ille cui accedit d.l. 1. quia in re sua cum re sua nihil aliud quàm rem suam reperit.

43 †Ex Aegeno autem Vrbico & Iulio Frontino,de controuersijs & qualitate agrorum colligit Frāciscus Conanus vir mihi doctissimus inter Gallos interpretationem ad difficilē decisionem l.in agris.ff.de acq.rerum dominio,commen.iuris ciuilis lib.3.c.5.num.4.& 5. quam interpretationē & probo,& magis explico,aiunt scriptores omnes, ait iureconsultus ipse in d.l.in agris, non esse locum augmento in agris limitatis,ac subinde deducunt vulgare illud dictum, limitatā causam limitatum producere effectum, cumq; illud constituant,& verum illud sit,de quo superius isto capite, illud tamen difficillimum est intelligere exempla duo à iure cōsulto addita in d.l.in agris, ex quibus innotescat, quæ sit causa limitata,quisque sit ager limitatus, Aluarus Vazquez explicat q.16. nu.10. sua tamen sibi displicet interpretatio, explicat Accursius in d.l. in agris, sed ex ipso obscurior est d. l. in agris,explicat Alciatus prętermissorum lib.2.& Aeguinarius Bar.d.§.præterea, sed ægre sustinentur illæ interpretationes,

44 ex Vrbico melius & vtilius interpretamur, diuidit †enim agrorum genus omne in arcifinum,vel arcifinium, vel occupatorium,ab arcēdis hostibus,vel ab occupatione, quod ab hostibus fuerit occupatus,& sit in confinio hostiū,hæc agrorum genera terminat, & limitat secundum antiquam obseruationem,vt inquit Vrbicus fluminibus,fossis,mōtibus,vijs,

45 arboribus vetustis,antemissis, aquarum diuergijs, †quæ verè sunt termini & limites,quos nos vocamus naturales;reuera enim limitatus & terminatus est ager, qui huiusmodi terminis cingitur & continetur, & in disputationibus terminorum hos verè terminos & naturales quidem censemus l. sed & si loci.§.fin.cum l.seq.ff.finium regundo.Paulus de Castro in l.ex hoc iure.ff.de iustitia & iure,Ioānes Andreas in c.causam.de probationibus,Auilles in capitulis correctorum c. 6. Auendanius ibidem,par.1.c.4.nu.19.Zasius cons.16.lib.2.Liuius Antioch. ait limitatū à Romanis regnum vsq; ad montem Taurum:melius hæc limites & terminos probāt, quam maceries,casellæ,aut valla ex cespite congesta, ager ergo his finibus & terminis cinctus habet ius alluuionis,de hoc genere agri limitati his limitibus & terminis intelligendum est, sensisse Florentinum iureconsultum antiquitatis scientissimum,in priori parte sui responsi, & in priori exemplo d.l.in agris.cum enim dixisset, in agris limitatis non esse locum iuri alluuionis,subdit statim,agrum eum qui hostibus deuictis militibus fuisset concessus, quibus verbis de agro arcifinio procul-

Source : BIU Cujas

proculdubio intelligit, vel occupatorio, capto scilicet ab hostibus, & cõcesso militibus, cuius natura ea ex Vrbico fuit, vt secundùm antiquam obseruationem finiretur, mõtibus, fontibus, & cæteris terminis naturalibus, & subdit habere alluuionem, neque esse eo modo limitatum, vt alluuionem à se reijciat, quamuis suos terminos secundum antiquam obseruationem habeat, ita enim dabatur hoc genus agrorum, qui arcifinij, aut occupatorij dicebantur, vti ab hostibus possidebantur, quousque ager ille Romæ veniret, id est venundaretur, vnde militi portio debita assignaretur, & reipublicæ superfluum & residuum daretur: itaque quod Vrbicus ait, nunquam inuentam fuisse mensuram in hoc genere agri arcifini, vel arcifinij, aut occupatorij, planè & clarè ait Vrbicus hunc agrum his limitibus contentum non esse limitatum, scilicet ad mensuram, & lineam, ideo esse locum alluuioni, modò Frontinus & Vrbicus alterum cõstituunt genus agri, scilicet subseciuum, quem à subsecante linea dictum putant, & est ager ille, qui non limitabatur secundùm veterem & antiquam obseruationem, scilicet montibus, fontibus, rupibus, fossis, aquarum diuergijs, sed ad lineam, & mensuram, & ita assignabatur militi, hic verè limitatus est, nempe ad lineam & mensuram, in quo non est locus alluuioni, de hoc agro limitato sensit Florentinus in d.l. in agris, ager enim qui ad regulam & mensuram, & lineam assignatus est militi, & ab eo manu capitur, hic iam venundatus est Romæ, iamque separatus est à portione, quæ reliqua est reipublicæ, itaque in arcifinio & occupatorio expectabatur, vt veniret Romæ, interim dabatur ad antiquam formã, & veterem cultus consuetudinem, quousque venderetur, & ex venditione compertũ esset, quanta, aut quota pars relinquenda esset militi ob bellicam virtutem, & præmium commeritum, & hac portione assignata militi fiebat vt reliquum pertineret ad rempublicam, alter ager scilicet subseciuus militi dabatur ad regulã, limitatus & lineam, militiq; ita manu capiebatur iam venditus Romæ & æstimatus, pro militari virtute, limitari enim propriè est finibus coerceri, & separari, & ita accipiendũ est verbum illud apud Plinium lib. 17. c. 22. vbi vineas (ait) limitari decumano, ideſt terminari, ex eodem Vrbico intelliges facilè qua figura dispositioneve decumano terminentur, id est, angulis ita oppositis, vt crucem transuersam efficaciam, aut decussis figuram X. alibi disponendas arbores esse ait in quincuncem, ideſt, in formam figurę quincuncis, quæ forma patet ex verbo, figura, quincuncis hæc est V. Locus Plinij est lib. 18. c. 34. vide Columelam lib. 4. c. 20. de palmitibus inquit allegandis, iuxta Decumanum atque semitas palmites intrinsecus flectendi sunt, ne prætereuntium incursu lædantur, pertinent autem ad interpretationem d. l. in agris, cuius verba difficilia, iam possunt innotescere ex Vrbico obseruata antiqua & veteri forma, & distinctione agrorum: venditio autẽ agrorũ Romæ fiebat, Cicero de lege agraria actione 1. contra Rullum.

46 † In tributarijs quoque agris, de quibus quoq; Frontinus & Vrbicus mentionem faciunt, ratio agrorum arcifinorum vel occupatorum obseruanda est: ager enim tributarius per vniuersitatem (inquit Frontinus) populis est definitus, non inquit per regulam, aut lineam, & ita tributarius quoq; ager, qui reipublicæ quotannis pensionem solueret, limitabatur & finiebatur secundum veterem obseruationẽ, vtpotè ager arcifinus, & tanquàm artificinus, vel occupatorius neque ad lineam, neque ad mensuram repertus est vnquàm limitatus, ideò erat semper locus iuri alluuioni; quia non erat propriè limitatus, scilicet ad lineam & mensuram, licèt contineretur, & coerceretur suis naturalibus limitibus & terminis, montibus, scilicet iugis, fontibus, fluuijs, reuera ager arcifinus vel occupatorius eius naturam retinens, & sub genere arcifinorum collocat Vrbicus: est ergo sicuti in arcifinijs locus alluuioni, ex quo patet l. fin. C. de alluuionibus, & Paludibus. tributarius enim gaudet hoc naturæ beneficio l. 2. C. eod. licèt plerisq; visa sit loqui in alluuione, verissimũ est loqui in inundatione, cuius longè alia ratio est, q̃ alluuionis, benè fatemur, vtramq; legẽ agere de agro tributario, altera in eo qui augetur ex alluuione, altera in eo qui augeẽ ex inundatione, ideò in casu l. fi. non augetur pẽsio, in casu l. 2. augeẽ propter inundationem, cuius dispar ratio est atq; alluuionis l. adeò. §. prẽterea §. insula, versi. aliud sanè. ff. de acquirendo rerum dominio, vide Gregoriũ Lopez in l. 26. ti. 28. par. 3. Conanũ lib. 1. c. 5. Aluarum Vazquez d. q. 16. nu. 17. vbi in principio mendose (ni fallor) l. 2. pro l. fin. C. de alluuionibus, allegatur, diuersitas autem alluuionis, & inundationis patet ex d l. 2. alluuio enim ex negligentia tua mihi molliter & paulatim iure gentium acquiritur, non temporis momẽto, sed expectatis diebus, ita vt cum meo agro idem efficiatur ager, & nequeat ab ipso secerni & separari, & tibi restat ager tuus, vnde tributũ solũas, si tributarius sit, innundatio autem relictis alijs agris alios inundat, rapit vbertatem & aliò transfert, steriles facit hos agros, ita vt ex his pensio, si hi tributarij sint, nequeat solui: ne autem respublica sine reditibus pauper remaneat, destitutos suis opibus liberat pensione, eamq́ue exigit ab his, quibus vbertas accessit inundationis, ne respub. careat suis reditibus, quod in alluuione contingere nunquam potest, cùm semper remaneat ager, vnde pensio soluatur, hæc est ratio d. l. 2. licèt Accursius variè laboret, vt ipsam cum l. fin. conciliet, quæ autem vbertas hæc fiet, aut fęcunditas, quæ in Nilo reperitur, explicat Strabo Geographiæ lib. 15. folio mihi 477. qui etiam Nilum fœcundissimum esse dicunt (inquit) & nutritiuum, propter moderatam solis decoctionem relinquentis nutrimentum & superfluum euaporationis: ex eadẽ causa verisimile est (inquit) id contingere, quòd Nili aqua dimidio minori igne decoquitur, quàm cæteræ aquæ, hæc Strabo, hæc ergo est vbertas, hæc fertilitas adaucta, cùm Nilus alijs relictis agris, alios cooperit, & inundat, his relinquẽs nutrimentum illis adimens, quod in alluuione fieri non potest, ideò Homerus cęlestem amnem vocauit Nilum, cũ verò alijs vbertatem præstet, adimat alijs, vtrumque prouinciã præstare ait Plinius lib. 5. naturalis Historiæ capite nono, minores (inquit) aquæ non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo, hæc se rendi tẽpore absumunt solo madente, illæ non dant sitiente, vtrumque reputat Prouincia, hæc Plinius, & hæc est reputatio de qua in d. l. 2. propter adeptam fertilitatem, & amissam, vt hi, qui lugent patrimoniũ ademptum, pensione liberentur, quam pendant fertiliores agri, facta reputatione ex Plinio.

47 † De mineris, seu mineralibus, salinis, arenis, metallis, auri, argenti, cretæve fodinis, de quibus l. sed & hi. ff de publicanis & vectigalibus. l. 3. §. fin. & l. seq. ff. de rebus eorum, illa traditio est, vt si rebus superueniant, rebus acquirantur, & earũ rationem sequantur, quantum ad proprietatem, quod verò attinet ad perceptionem commoditatis, an ad emphyteutã, vasallum, maritum, possessoremve maioratus pertineat, difficilis assertio est; illa tamen verior, vt si mineræ, aut mineralia (semper intelligimus de ea parte quæ fundi domino competit: non de ea quæ ad principem pertinet) argenti, cretæ, arenæ, aurive fodinæ antiquæ sunt, ex quibus aurum, argentũ, creta, lapidesve excisi, vel effossi sint, tempore maiorũ, quando prædium in dotem, feudum, vel emphyteusim datũ est, poterit vasallus, emphyteuta, fructuarius, prælatus, & possessor maioratus vti mineris & fodinis istis ad eũ vsum & commoditatem, quam à principio agnouere, quæque maioribus fuerit, qui tradiderint l. si fundus. ff. solu. matrimo. quæ licèt loquatur in marito, ex eadem ratione recipiendum est in alijs.

Alter casus est, vt etiam *si lapidicinæ, salinæ, mineræ*, metalla, cretæ, arenæ, auri, argentive *fodinæ* non sint antiquæ, sed denuo repertę, si id quod percipitur renascatur, planè ad fructuarium pertinet, vasallum, emphyteutam, maritum, prę latum, possessorem maioratus, & fructuum conductorem; quia is fructus est qui renasci solet l. fi. ff. de fundo dotali. vbi si renascatur lapis, expensa debetur marito; quia meliorem efficit prædium inuenta lapidicina, quę renascitur, quasi perpetua vtilitate, aut saltem diutius duratura: ita enim Papyrius Fabianus naturæ rerũ peritissimus, ait inter plurima alia miracula Italiæ ipsa marmora in lapidicinis crescere, complerique sponte sua, montium vlcera illa, id est, montium cauernas, & speluncas, vnde marmora effodiuntur, renascentibus humanæ vitæ delitijs, refert Plinius lib. naturalis Historiæ 36. c. 15. ad finem, qui igitur inuenerit lapidicinas, aut instituerit huiusmodi fodinas, eo ipso quòd renascantur, meliorem facit fundum, quasi instituta re fructuosa, ac impensas in eam rem factas meliore facto fundo recuperat l. æquissimum. ff. de vsufruct. iuncta d. l. fi. egregia l. 27. tit. 2. par. 4. quę iuris decisio habet locũ in vasallo, emphyteuta, fructuario, marito, prælato, sacerdote, maioratus possessore, & locatore fructuum, de quo nonnulla capite sequenti agemus, quæ opportunè ad hanc conclusionem pertinebunt, quæ autem hic nobis dicta sunt, ibi non repetentur ampliùs.

Tertius casus, si talis sit lapidicina, fodina, aut minera, vt ex ea effossum metallum, aurum, argentumve, & quicquid aliud sit, non renascatur; tunc quidem in emphyteuta, vasallo, marito, prælato, episcopo, rectore, & possessore maioratus, & in alijs id genus possessoribus, qui dominiũ obtinent, ad quos non solùm fructus, verùm prouentiones, & emolumenta, commodaq́; pertinent: dicendum est, marmora illa effossa & reliqua metalla etiam non renascentia ad eos pertinere, qui tamen expensas de suo facient, & si fundum fecerint peiorem, de damno tenebuntur; quod abundè nobis dictum est supra in marito fructuario & alijs, cum damnum faciunt: istud satis comprobatur ex eo, qui cũ sint domini omnia habent, non solũ fructus quicunque ex re percipiuntur,

siue

Source : BIU Cujas

siue fructus renascentes sint, siue commoda, & emolumenta, ideò hoc generaliter à nobis propositum est; quoniã verò in fructuario, & marito difficile istud videri poterat, de istis quoque subiungemus rationes & iura.

In fructuario igitur, ni fallimur, recipiendam esse tertiam conclusionem existimamus, vt non solùm renascentes fodinas iure fructus obtineat, quod sine dubitatione est, sed & meralla, & arenas, aurum & argentum, & reliqua commoda, licèt non renascantur, quod mihi decisum iure est in l. item si fundi 10. ff. de vsufructu l. vsufructu legato 7. ff. eodem l. vsufructu relicto 59. ff. eod. vbi non solum fructus renascentes ad fructuarium pertinent, verum cõmoditates & quicquid ex fundo fructuario percipi potest, ita tamen vt boni viri arbitratu fruatur, id est vt meliorem faciat fundum, Iulianus enim in l. æquissimum. ff. eod. censet illum fructuarium verè & ciuiliter frui: & vti arbitratu boni viri, qui meliorem fecerit fundum, vtcumque fruatur, vnde ex d.l. item si fundi, & l. vsufructu relicto, & l. vsufructu legato, iuncta d.l. æquissimũ. fructuarius facit suos lapides, arenam, cretam, aurum & argentum, etiam si non renascantur, si vtatur boni viri arbitratu, quod interpretamur ex d.l. æquissimũ, id est si fundus melior fiat, quantumuis lapides excauet, quantumuis formam fundi mutet, si fundo prosit mutatio illa, quòd si deteriorem fecerit; tunc de damno tenetur & excauata, educta & effossa, restituit ex dictis legibus, ita sentit Paulus de Castro breuiter in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. matr. num. 3. Omnia enim hæc sua facit fructuarius meliore fundo effecto.

48 † In marito constituendum est, vt effossa, & educta, ex fodinis, cretam, arenam, lapides, aurum, argentum, nihil refert, etiam si non renascantur, sua faciat, meliore prædio facto, probat apertè l. diuortio. §. si vir. in priori parte, nec in hoc casu expensa debebitur: quia cum nõ renascatur, non debetur momentaneæ meliorationis expensa, quod & in l. fin. ff. de fundo dotali. constitut. fuerat, si vir (inquit Papinianus) in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem fecerit, marmor, quod cæsum est, neque exportatum, mariti est, hactenus Papinianus, poterat intelligi de fodinis & lapidicinis renascentibus, & verba illa, & fundum fructuosiorem fecerit, poterant intelligi scilicet inuentis lapidicinis renascentibus, sed quæ sequuntur verba nõ patiuntur hunc sensum, scilicet de renascentibus lapidicinis, subdit enim Papinianus, & impensa non est ei pstanda, mox addit rationem, quare non sit præstanda expensa; quia scilicet marmor non est in fructu, nisi tale sit, vt renascatur: ait ergo apertè non esse marito soluendam expensam; quia effodit lapides nõ renascentes, & ita ait apertè marmora illa nõ esse fructus, neque contineri nomine fructus, vt iure fructus quærantur marito, sicuti neque quærarentur fructuario nomine fructus: benè tamẽ nomine prouentionis, & perceptionis, meliore facto fundo, aut prædio, marmora ergo illa licèt nec fructus sunt, nec nomine fructus contineantur, quæsita sunt marito: quia cùm fructuosiorem fecerit prædium, emolumẽta illa sua facit, quod diximus de fructuario, vnde quod ait Pomponius in l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium, intelligendum est iuxta hęc ipsa iureconsultorum responsa, de quibus hactenus, neque lapides ibi renascentes, neque fundum factum fructuosiorem, quod patet ex litera ibi, etenim nulla horum mentio est. Si enim renascerentur lapides, procul dubio ad maritum pertinerent iure fructus dotalis, item si meliorem fecisset fundum, cum autem doti accrescant ibi, planè confitendum est, habere illum sensum, & esse intelligenda verba d l. si ex lapidicinis, vt neque fructuosa fuerit lapidicina, neque à marito effosa in vtilitatem prædij, nisi dicas lapides ibi effossos, sed adhuc apud lapidicinam datos in dotẽ sicuti arbores & superficies, quo casu prędium, lapis, & arbores dos sunt, & pretium item ex his redactum, ita ferè intelligit Paulus de Castro in d.l. diuortio. §. si vir. recepta autẽ sententia aliter intelligebat, quam refutat Duarenus ibi, & post eam Ludouicus Molina Hisp. de primog. lib. 1. c. 23. nume. 8. quem vide, diuidunt enim d. §. si vir, in duas partes, priorem vsq, ad versiculum, quia nec in fructu est marmor, posterior incipit, sed si cretæ fodinæ, in priori parte intellige lapidicinam non fructuosam, fundum tamen factum fructuosiorẽ, ideo lapides cęsos neque exportatos mariti esse, non tanquã fructus, sed iure obuentionis: & emolumenti, sicuti tribulos euulsos & spinas eductas ex agro suas facit, & comburit, vt meliorem faciat agrũ, patet hic sensus, ex eo quod sequitur, ait enim, non deberi marito impensarum; quia scilicet non fecit fundũ fructuosiorem perpetuò & duraturo fructu, sed momentaneo, neque enim lapis est in fructu, nisi renascatur, in posteriori parte agit de mineris & lapidicinis, & fodinis perpetuis, in quibus longè aliud dicendum sit, lapides prodesse viro iure fructus, & expensam deberi, meliorationis duraturæ: facit d.l. fin. & d.l. si ex lapidicinis, d.l. æquissimum, d.l. vsufructu legato, & d l. vsufructu relicto, quæ omnia patent ex hoc sensu apertè, & dilucidè aliàs obscura & difficillima sunt. Bartolus tamen, Alexander, & Iason aliter diuidũt d. §. si vir. ibi, sed perperam, si rectè & cum iudicio expendas, Gregorius Lopez sequitur communem sensum cum Bartolo & Alex. idq; in l. 27. tit. 2. par. 4. cuius legis sunt tres partes, prior de arboribus, secunda de lapidicinis & lapidibus non renascentibus, tertia de lapidibus renascentibus. Prima & tertia patent, secũda verò pars intelligenda est, vt iacet, & quadrat cũ d.l. si ex lapidicinis, interpretatio tamen est, ex d.l. æquissimum, & ex d.l. vsufructu, & ex d. §. si vir, vt si fundus factus sit melior; quia euulsum sit marmor, & effossi lapides, qui cultũ impediebant, maritus instar fructuarij, in quo strictior ratio est extensionis à fructu, ad commoda, & emolumenta, hos quoq; lapides suos faciat; neque enim hic casus quando effectus est melior fundus, decisus vt per d.l. 27. vnde decisio in hac specie expectanda est ex his iuribus, ita interpretatur, & ingeniosè, & verè Ludouicus Molina, vbi sup. d.l. 27. Gregorius (vt assolet) tradita recepta sententia literam omisit, aliã quæstionem addit Gregorius Lopez in glo. verbo, despues, de qua sequenti capite acturi sumus cum domino Francisco Sarmiento, qui noue quæstionem mouet in reditibus annuis, Zasius optimè explicat d. §. si vir iuxta nostrũ sensum, singul. intellect. lib. 2. c. 3.

49 † De thesauro autem breuiter dicendum est in marito, si in fundo dotali reperiatur, pertinere dimidium marito, dimidium vxori, cuius prædium est, solutoq; matrimonio esse restituendum; quia thesaurus separata res est à prædio, & per se consistere potest, vnde non est locus regulæ, de qua supra egimus, neque thesaurus propriè ad augmentum pertinet, ideo breuiter expediã, in marito & vxore est in l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. matr. In maioratu contrarium resoluit Molina & benè: quia non est respectu maioratuũ adhærendum regulæ d. §. si fundũ, quia possessor maioratus verè dominus est, vt diximus supra, & latè resoluit idẽ Molina lib. 1.
50 c. 19. cum † igitur sit dominus, & thesaurus sit res distinct a à bonis maioratus, omniq; ratione separata, planum est pertinere ad possessorem pleno iure: vide Molinam d.l. 1. c. 23. nu. 1. versiculo, sed quamuis.

51 † In fructuario omnes planè aiunt, thesaurum repertum in prædio fructuario non pertinere ad fructuarium ex d.l. diuortio. §. si fundum, quia non est thesaurus in fructu, ita resoluunt plures, inter quos Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensibus, par. 1. tit. 1. glo. 1. num. 43. Aluarus Vazquez q. 15. iuris emphyt. Molina vbi supra: quod quidem verissimum est, si fructuarius iure vsusfructus velit sibi thesaurum: nam si iure repertoris fortuiti sicuti alius extraneus fortè aut fortuna, dum agrum fructuarium colit, thesaurum reperiat, non video, cur dimidia sibi sit deneganda thesauri reperti, quæ extraneo repertori negari non posset: ex §. thesauros. Instit. de rerũ diuisione, & l. vna. C. de thesauris. lib. 11. l. 45. tit. 28. part. 3. planè fructuarius iura extranei repertoris non amisit, vnde si consulto perquireret thesaurum in agro fructuario & reperiret; quia ager fructuarij non est, planè nihil haberet, ex d.l. vna d. §. thesauros. d.l. 45. est enim iure cõstitutum, vt qui in alieno agro thesaurum consulto inquirat, inuenti thesauri nullam partem habeat ex dictis legibus, tradunt Couar. in reg. peccatum. par. 3. §. vlt. Antonius Gomez in l. 45. Tauri. nu. 51. Auendanius de exequendis mandat. reg. Hispan. prima par. c. 4. nu. 33. Nauarrus in Manuali c. 17. nu. 172. ideò fortuiti thesauri vsufructuarius iure repertoris dimidium habebit, consulto quæsiti non item, neque enim donum Dei denegandum fructuario est, ita vocat & appellat thesaurum d. l. vna, neque cõtrarium vult Mod. Paris. agit enim de thesauro reperto sorte aut fortuna, in agro fructuario ab aliquo extraneo. deinde quærit, cum dimidia pars reperti thesauri ad repertorem fortuitũ pertineat, altera pars an ad fructuariũ, an verò ad dominum pertinere debeat, & ait, addicendum domino nõ verò fructuario; quia ex d. § si fundus, thesaurus non sit fructus, & meritò, at verò de fructuario repertore fortuito nec verbum.

In episcopo, prælato, & rectore idem, quod in fructuario cõstituendum est; neque enim sunt domini, sed dominium rerum ecclesiasticarum secundùm verissimam opinionẽ est penes ipsas ecclesias particulares iuris intellectu, vna enim ecclesia præscribit contra aliã, donat, vendit, locat, dat in emphyteusim, & feudum c. illud. de præscriptionibus. Ioannes Faber in §. nullius. Instit. de rerum diuisione, licèt de hoc sint aliæ opiniones, alijs facientibus dominum summũ Pontificem, alijs Christum optimum maximum, alijs ecclesiam catholicam, alijs pauperes Christi, sed tamen verissimum est quoad iuris effectus, particulares ecclesias suas res habere iure dominij, episcopi autem, pręlati, & rectores vsufructuarijs verè similes sunt, fructus suos faciunt, quod quidem fatendũ est,

Source : BIU Cujas

est, non tamen simpliciter, sed cum qualitatibus à iure expressis, vt vtantur, quo iure canones vtendum constituunt, vt in morte duntaxat in pios vsus disponant, c. ad hæc. de testamentis, de distributionibus quotidianis liberè viuens & moriens disponat, c. vno. de cle. non resident. lib. 6. item de illis reditibus qui sibi sunt necessarij ad vitam, si aliunde viuat ex stipendio publico propter officium c. ecclesias 13. q. 1. c. fin. 12. q. 2. c. videntes. eadem causa & quæstione, & si qui sunt alij casus in iure, quibus possint disponere, aliàs nō, hoc modo facimus dominum sacerdotem & episcopū fructuū, scio esse rem disputatā à præclarissimis ingenijs Pelagio de planctu ecclesiæ lib. 2. c. 28. Dominico de Soto de iustitia & iure lib. 10. q. 4 art. 3. Domin. Francisc. Sarmiento de reditib. ecclesiasticis lib. 2. c. 1. omissis autem longis disputationibus ita resoluit doctissimus Dominus Couarruuias in c. cum in officijs. de testamen. num. 1. 2. & 3. cùm igitur in prælati, episcopi, & sacerdotes domini verè non sint sed fructuarij, thesaurum habebunt repertum in bonis ecclesiæ sicuti vsufructuarij iure fortuiti repertoris nō aliàs, denique in omnibus & p̄ omnia similes sunt fructuarijs quoad iuris effectus, maximè quantum pertinet ad acquisitionem thesauri.

52 † In vasallo & emphyteuta recepta sententia est, totū thesaurum pertinere ad vasallum & emphyteutam, quam probat Aluarus Vazquez d. q. 15. & ex eisdem Ludouicus Molina d. lib. 1. c. 23. num. 7. verior tamen sententia est contra Accursium in d. §. thesauros, Plateam. Ang. Fabrum, Portium, Iasonem, Claudium, Ioannem de Ferrarijs, Iserniam, Aluarotum, Rebuffum, & Guilielmum Benedictum authores prædictæ opinionis, quos referunt Molina & Aluarus Vazquez vbi supra. itaque verior hæc sententia diuidit inter dominū emphyteutam aut vasallum, quam probat Aluarus Vazquez vbi supra, qui nu. 4. agit de thesauro inuēto magicis artibus, & incantaminibus, ipsum vide, ex quo & d. l. 45. tit. 28. part. 3. corrige id quod in hac specie tradit Alciatus Parergon lib. 7. c. 1. ait enim, legē, quæ thesaurum repertum mala arte, hoc est, incantaminibus fisco tribuit, de eo repertore esse intelligendam, qui in suis locis hac arte inquirit, non de eo qui in alieno quærit hac arte, ego non video bonam differētiæ rationem inter vtrumque, cum indistinctè inquisitio per malā artem prohibita sit, & in odium eius, acquisitum fisco est applicatum: quid igitur prodesse potest, quod in alieno agro magicis artibus thesaurum quęsieris, deinde agrum emeris, quominus fisco acquirat, quod hac via inueneris, iura enim odium magicæ incantationis puniunt, quouis loco ea fit, qđ si in proprio agro nō licèt vti malis artibus, cur licebit in alieno, denique d. l. vna & d. l. 45. prohibuerunt magicas inuentiones, nec penalis illa dispositio restringenda est ad eum casum, vbi quis in suo inquirit, quæsitoq; thesauro quantumcunq; emat prædium, in quo thesaurus sit, sed est extendēda ad eam speciem, scilicet si in alieno inquiras, etiam si agrum emas, vel non emas, hæc enim non est extensio sed comprehensio l. illud. ff. ad leg. Aquil. & quæ ibi scriptores l. vltima. iuncta glo. C. de reuoc. donation. faciunt quæ adducit Aluarus Vazquez in alio proposito d. nume. 4. contra Nauarrum; quia quæsita his artibus sunt contra iura diuina & humana quæsita, c. illud 26. q. 2. meritò igitur displicebit opinio Alciati, alias quæstiones vide apud hos scriptores, quos retuli: pauca enim de thesauro adducere libuit, ea scilicet, sine quibus
54 nostrum augmentum diminutum videri poterat, ideo† & leges de thesauro scriptas addere libet, aliam de thesauro legem, vide apud Aelium Spartianum in vita Adriani Cæsaris, folio mihi 73. ab ipso Adriano Augusto latam alteram tulit Theodosius lib. 10. tit. 10. C. de thesauris, vbi non dimidia sed quarta pars domino concedebatur, in eo tamen illa lex Theodosiana vtilis esse potest, quòd de monilibus repositis
55 idem quod de pecunia constituit, & in his † quoque thesauri nomen, & leges censet recipiendas, si fortè non pecunia antiqua sed monilia, inaures, viriolæ, armillæ, aliaque & virorū & fœminarum ornamenta recōdita reperiantur, de quibus est l. si tibi. §. 1. ff. de optione legata. l. argentum. §. ornamenta. ff. de auro & argento legato l. quid tamen. C. de contrah. emptione, varijs temporibus variè fuit de thesauris constitu
56 tum, vnde † correctione potius concilianda est antinomia, sic vocat Alciatus d. c. 1. lib. 7. quam alia explicatione, quæ reperitur in d. §. thesauros, & in l. 3. §. pen. ff. de iure fisci, de thesauro reperto in loco religioso, non enim difficilis est inductio correctionis in ea re, quæ sæpè variè est constituta, neq; sine ratione inducitur inter leges diuersis temporibus latas, præsertim in hoc de thesauro tractatu, in quo tam variè.

57 † Postremò quæ de thesauro leges scriptæ sunt omnes interpretandæ sunt de pecunia antiqua, non quæ nostris temporibus excusa est. Si enim domum vendideris, emptorque pecuniā argenteam, aut auream inuenerit, eius formæ, quæ hodie cuditur, planè repertor idemque emptor non iuuabitur legibus, quæ de thesauro scriptæ sunt, in illis pecuniā antiquam exigimus, qualis hisce diebus reperta est in vinea in hoc regno, duodecim mille denarij argentei Romani, ita signis aut insignibus, & literis conspicui & clari ac si hodie excussi essent, in recenti autem pecunia recenter excussa non est locus d. §. thesauros, neque d. l. vnicæ. neque d. l. 45. Angelus de Platea, & reliqui, vbi supra, Alciatus d. c. 1. Aluarus Vazquez vbi supra ad fin. egregia declaratio ad l. à tutore 67. ff. rei vendica. vt isthæc recens pecunia nihil pertineat ad thesaurum.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus propriè quis dicatur ex iureconsultorum responsis.*
2 *Papinianus totius iuris prudentiæ parens.*
3 *Commoda, obuentiones, emolumenta, non differunt à fructibus.*
4 *Pœnæ fiscales nomine fructuum veniunt.*
5 *Annui reditus pecuniarij, aut frumentarij dati in dotem an sint fructus, an restituendi soluto matrimonio.*
6 *Explicatur l diuortio. § si vir. ff. soluto matrimonio.*
7 *Agitur de diuisione fructuum, qui naturales, qui ciuiles, qui industriales sint.*
8 *Qui sint fructus naturales relinqui iudicis arbitrio.*
9 *Bonafides nomen varie in iure accipi.*
10 *Contractus bonæfidei qui, quales, quare hoc nomine dicti.*
11 *Bonafides quò ad acquisitionem fructuum quid sit.*
12 *Quòd hæc bonafides consistat in facto, non in iure.*
13 *Contestatio litis & denuntiatio ficte malamfidem inducunt & præsumptè.*
14 *Et quatenus inducant hanc malamfidem.*
15 *Diluitur Antimonia ex l. qui scit. ff. de vsuris, & l. qui bonafide. ff. de acquiren. rer. dom.*
16 *Antinomiæ vera ratio traditur, & referuntur duo.*
17 *Quando dicatur res euicta, aut fundus euictus.*
18 *Euictionem passus quando possit agere aduersus venditorem.*
19 *Verba sæpæ ex subiecta materia trahuntur à propria significatione ad impropriam.*
20 *Bonæfidei possessor naturales fructus non facit suos.*
21 *Reprehenditur generalis constitutio Pinelli, & Franciſci Conani, & reducitur ad ius.*
22 *L. fructus. ff. de vsuris. & l. de fructibus. ff. de donationibus inter virum, & vxorem explicantur.*
23 *Defenditur Ioannes Lupus de Palat. Rub. contra Pinellum.*
24 *Qui habet titulum reprobatum à iure, potest habere bonamfidem, etiam si erret in iure, contra Pinellum.*
25 *Argumentum ad inconueniens fragilissimum est.*
26 *Error iuris quòd possit probari, & num. 27. quòd error & ignorantia iuris facilius præsumatur, quàm scientia.*
28 *Solennitas iuris qualis præsumatur esse nota, qualis ignota.*
29 *Iuris error aliquando probatur iuramento eius qui errauit.*
30 *Iuris obscuri error nihil nocet in acquisitione fructuum.*
31 *Vsucapio tota è iure dependet, & num. 32. vbi titulus requiritur, non sufficiat sola bonafides.*
33 *Explicatur l. si uir uxori. ff. de usucap. pro donato.*
34 *An sit concedenda restitutio Doctori minori qui dicit se in iure circumuentum.*
35 *Conciliatur l. fructus. ff. de vsuris. & l. bonæfidei. ff. de acq. rer. dom.*
36 *Discrimen inter possessorem bonæfidei cum titulo, & sine titulo.*
37 *Reperiri possessorem bonefidei sine titulo.*
38 *Adducitur ius Hispanum, & explicatur l. 39. tit. 28. par. 3.*
39 *Possessor bonæfidei fructus industriales facit suos.*
40 *An idem possessor bonæfidei restituat hos fructus factus locupletior.*
41 *Quod iure nostro Hispano explicatur l. 39. titu. 28. part. 3. & l. 4. titu. 14. part. 6.*
42 *Malæfidei possessor restituit fructus industriales.*
43 *Quomodo teneatur de percipiendis fructibus.*
44 *Explicatur l. 40. tit. 28. par. 3. contra Mod. Paris. qui in eadem specie contrarium scripsit.*
45 *Explicatur l. certum, C. de rei vend. & l. si fundum C. eodem.*
46 *Fructus qui percipi potuerunt, qui verè sint.*
47 *Verbum causa, in hac re quid significet, explicatur l. in conuentionalibus. §. fin. ff de verbo. oblig.*
48 *De mortalitate quatenus teneatur malæfidei possessor.*
49 *Malæfidei possessor nunquam restituit fructus, qui potuerunt percipi ex augmento ab eo facto.*
50 *Fructus percipiendi an intelligantur respectu possessoris, an uerò actoris, & num. 51. an quo casu à malæfidei possessore non acquirantur, vsucapi possint.*
52 *Meliorationes iure proprio pertinent ad meliorantem, & num. 53. fructus qui percipiuntur iure dominij non computantur.*
54 *An fructus meliorationum ueniant in condemnatione facta rei cum fructib.*
55 *Adducitur ratio computationis, & nu. 56. quòd fructus meliorationum non computentur, sed rei secundùm antiquum statum.*
57 *Emphyteuta, vasallus, fructuarius, libellarius, superficiarius, conductor possessor maioratus quando compenset fructus & nu. 56. limitatur id vtiliter.*
58 *Ponuntur alia compensationum genera, quæ omittuntur, quia ad meliorationes non pertinent.*

De com-

Source : BIU Cujas

De computatione expensarum & meliorationum cum fructibus. Cap. XXIII.

PErè vltimus labor hic de fructibus cum meliorationibus reputatio, proprio suo iure sibi eam postulat cognitionem, qui propriè fructus sint, quos fructus bonę vel malę fidei possessor suos faciat, vt in his fiat hæc quæ scripta est computatio, quæ huius computationis ratio fuerit, qui effectus, qui fructus in hac computatione contineantur, an etiam quos possessor ex melioratione suis percipit, quid in emphyteuta, vasallo, fructuario, conductore, & alijs, nam in maioratus possessore rarò in Hispania hæc disputabitur quæstio, propter id quod sæpius a nobis constitutum est ex l. 46. Tauri. apud exteros tamen eadem in maioriæ possessore quæ in alijs extat iuris ratio. Hæc est huius capitis materia, in
1 hac disputatione versamur: fructus † autem nomine Bartolus in l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimonio, id duntaxat intelligit, quod à terra percipitur, ac id quidem si renascatur, ex text. ibi, quia nec in fructu est lapis, nisi talis sit, qui renascatur l. si fundus. ff. eodem. vbi lapides renascentes mariti fiunt, quia propriè fructus dici merentur, qui ad virū omnino pertinent l. fructus. ff. de vsuris, vbi cum de fructibus agat Iureconsultus, segetes, poma, herbas, aliaque exempla addit, eorum scilicet quæ repetita sæpe, certa & perpetua vice nascuntur, opinio Bartoli recepta est, vt diximus capite proximo. nume. 48. vbi egimus de intellectu dicti §. si vir, ex Zasio, Duareno, & Molina contra reliquos, ita dicebat Bartolus esse intelligendum, si ex etymo nominis sit agendum, & stricta vocis latinæ significatione, vnde illud putabat verissimum, vt si quis bonorum suorum relinquat cuipiam vsumfructum, non videatur reliquisse, quod ex translatione authentici instrumenti (vocat ille exemplationem protocollorum) perceptum sit; quia propriè non est fructus, idem tenet Angelus in rubrica de vsuris, quoniam semel traducuntur, & semel in exemplaria referuntur, quod contra rationē fructus est, qui iteratis vicibus renasci soleat è terra, Boerius quoque relatis alijs decisione 224. numero septimo. & decimo. cum qui fructus conduxerit, non habiturum ait spolia emorientium (vulgò Luctuosas) quia cum non renascantur, neque suboriantur iterata vice, meritò fructus nomine non continentur, neque in fructuum conductione venire intelliguntur, itaque duo requirunt, vt veram fructus rationem assequantur, alterum vt à terra fructus isti percipiantur, alterū verò vt rediuiua, & iterata isthæc pceptio reperiatur, vtrumque in pomis, herbis, vuis, & segete obseruamus: sed Iureconsulti non tam strictam disputandi rationem sunt secuti, neque tam assiduam natiuitatem, neque tam exactam iterationem requirunt, cum sibi de fructus inest disputatio: nā primum Caius in l. in pecudum. ff. de vsuris, pecudum fœtus in fructu esse ait, ac non solum lanam, lac, & pilos, in quibus iterati ortus poterat similitudo quædam reperiri, sed hędos, & agnos in fructu esse ait, idque verissimè, licèt & hi neque ex terra percipiantur, neque suboriantur sæpe. partus ancillæ in fructu esse negat, quod & ante Caium disputarant antiquiores, Celsus quoque ad fructuarium (vbi stricta fructus acceptio obseruanda erat) pertinere ait incrementum alluuionis non apparentis, quod quidem neque suboritur, aut renascitur, neque ex terra percipitur, in l. item si fundi. ff. de vsufructu, & nomine fructus intelligit, quicquid in fundo nascitur, & simul quicquid inde percipi potest, quæ duo verba non fuerunt sibi otiosè cumulata. Pomponius quoque numismatum veterum vsumfructum constituit in l. numismatum. ff. eod. 35. quin quod Tryphonius aprum, aut ceruum, quem venando fructuarius cœperit, iure vsusfructus ad ipsum pertinere ait, in l. vsufructuarium venari 69. ff. eod. Papi-
2 nianus † item splendidissimus, Vlpiani, Iulij, Pauli, Claudij, Pomponii, Alpheni, Aphricani, Florētini, Martiani, Calistrati, & Modestini magister, fereque totius iuris prudentiæ parens, si Aelio Lampridio credimus in vita Alexandri Seueri, ad finem, hic talis tantusque vir pensiones vrbanorum prædiorum similes omnino fecit fructibus rusticorum in l. diuortio. §. non solum. ff. soluto matrimonio. idem antea fecerat Scæuola antiquior Iureconsultus, quo familiariter vsus est M. Antonius, cognomento phylosophus, refert Iulius Capitolinus in ipsius vita l. defuncta. ff. de vsufructu. Iam verò Vlpianus hanc ipsam fructus appellationem ferè ad vsuras extendit l. de fructibus 18. ff. de donat. inter virum & vxorē. Rursum Papinianus in l. si nauis. 62. ff. de rei vendicatione, vecturam nauis fructum nauis esse ait; quoniam inquit, nam etsi maxime vectura, sicut vsura, non natura peruenit, sed iure percipitur; tamen ideo vectura desiderari poterit, quoniā periculum nauis possessor petitori præstare non debet. Paulus quoque omnia hæc semel nomine fructuum contineri ait in l. apud Iulianū. §. fructus. ff. de leg. 1. 40. cum. n. de fructibus constituisset subdit, & idem in operis seruorū, vel vecturis iumentorum, vel naulis nauium dicendum est, quod in fructibus dicitur, hoc & in pensionibus vrbanorum ædificiorum intelligendum erit, atque mox subiunxit de vsuris, denique veteres Iureconsulti nomen hoc fructus latissimè sunt interpretati ciuili modo, iuxta qualitatem rei, de qua egissent, idque sentiebat Duarenus in dicto §. si vir, & est recipiendum cum præclarissimis viris, neglectis istis nouiorū
3 (Bartolum & alios intelligo) documentis † multa autem eorum quæ Iureconsulti nomine fructus cōtineri censuerunt, interpretes, commoda, obuentiones, emolumenta, & prouentus vocarunt, distinguentes hæc à fructibus, glos. in cap. grandi. verbo reditibus, de supplenda negligentia prælatorum vide latissimè Boerium decisione 224. quem tempera ex his Iureconsultorum responsis, sicque habeto, verbum fructus; verbum ciuile esse, ciuiliter interpretandum, vt iuxta rei, de qua agitur, non strictam significationem, sed amplam omnem videatur vtilitatem continere. Vnde omnia
4 illa continet, † & præterea pœnas fiscales, Mod. Paris. in consuetu. Parisiensibus, tit. primo. §. primo. glo. prima. numero quinquagesimoprimo. parte prima. Quibus nihil potest longius ab iterata natiuitate abesse, quòd si Iureconsulti aliquando veram rationem fructus in hac natiuitate inquirunt, vt in dicto §. si vir. & in l. fin. ff. de fundo dotali. & in l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium. Illud quidem propter expensas inquisitū est, quod optimè aduertit Zasius singulari. intellect. libro secundo. cap. tertio. dum explicat dicto §. si vir. illud sæpè admonitos lectores esse volumus, faciliorem semper fore Iureconsultorum lectionem, si quid principaliter tractēt, & inquirant, intellexerimus: neque enim temere, quod Iureconsultus ad vnam iuris partem eleganter adduxit, ad aliā statim per vim & iniuriam trahendum est: conciliatis inimice, aut confusè turpiter pluribus iuris institutis proderit illa quoq; inuestigatio in illa quotidiana & in foro assidua quæstione, an isti fructus, & ea quæ diximus fructus nomine contineri dati in dotem ad maritum modis omnibus pertineāt, an verò soluto matrimonio. veluti certa quantitas in dotē data, & in annos plures distributa restituenda sit vxori, & eius hæredibus, idem in annuis reditibus disputari solet, pone sacerdotem, in his enim quotidiana est quæstio, cum consanguinea in dotem viro dedisse fructus sacerdotij annuos,
5 bimos, trimos, aut in decennium, † vt cum ea omnia quæ perceperit vir toto illo tempore, quæ fructus nomine contineri diximus, soluto matrimonio. sint restituenda, an verò veri fructus obtineant rationem, vt omnino viro acquisita videantur. In qua quæstione recurrendum est ad l. vxori. ff. de vsufructu legato. vbi vsusfructus ad quinquennium relictus, durat vsque ad quinquennium, etiam si vsufructuaria vxor ante decesserit; quia cum fructus annuus relictus est ad certum tempus, videtur certa quantitas in illos omnes annuos distributa legata, ideo ibi non attendimus mortem fructuariæ, contra dispositionem §. finitur. Instituti. de vsufructu. argumentum autem quod desumitur ex l. diuortio.
6 §. si vir. ff. soluto matrimonio. fragile est, † quia ibi lapis etiā si non renascatur ad maritum pertinet ex his, quæ diximus capite proximo, numero quadragesimooctauo. Neq; enim ibi inuenti lapides dati erant in dotem, sed fundus, in quo vir inuenit lapides, sed non renascentes, ideo autem fecit suos; quia fecit meliorem fundum eiectis istis lapidibus, qui cultum impediebant, impensa autem non debetur; quia vir satis suæ meliorationis vtilitatem recepit, ipsos nempè lapides eductos, & qui relinquitur fundus in dicto §. si vir, noua semper cultura & opera indiget, de quo diximus dicto numero quadragesimooctauo capite proximo. Ideo nihil pertinet ad nostram quæstionem, qua ratione neque quicquam facit l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium. de qua ibi quoque diximus obseruata ratione dicti §. si vir. Itaque sicuti citra vllam difficultatem est illud, scilicet vt si annui reditus perpetuò duraturi in dotem dati sint, annui reditus, qui constante matrimonio percepti sint, ad virum pertineant, neque sint restituendi, sed solum soluto matrimonio. ceditur ius illud in posterum percipiendi reditus annuos, quod obtinet etiam si ad vitam alterius annui hi reditus sint duraturi, nihilque amplius l. cum in fundo. ff. soluto matrimonio. vbi vsusfructus perceptus est, & solum restitutio fit soluto matrimonio. iuris percipiendi fructus, quin & illud ibi obseruandum est, nihil contribuere in funus vxoris virum, qui fructus percepit constante matrimonio; quia cum ius percipiendi fructus restituat, etiam si annuos fructus perceperit constante matrimonio, nihil ad se pertinere ex substantia vxoris intelligimus, contrarium fuisset asserendum, si quippiam vir assequeretur ex substātia

Source : BIU Cujas

vxoris; nam pro ea parte ad sunus quoque teneretur, diximus supra capite 8.num.42. & 43. & seq.tex.in l.vsufructu in dotem dato. ff. soluto matrimonio ita quoque citra vllam difficultatem est, vt si ad tempus certum hi fructus, aut annui reditus constituantur, ita censeantur constituti, quasi certa quantitas constituta appareat, vt hæc omnino restituatur, dicta l. vxori. 35. ff. de vsufructu legato l. vxori. 37. ff. eod. vbi relicto vsufructu omnium bonorum ad certum tempus calendarij vsusfructus relictus videtur, non verò res in calendario positæ, est enim quædam vtilitas & commoditas rerum, quæ fructuosæ non sunt, vsusfructus obtinens vicem, de qua nos in alia quæstione egimus supra cap. 8. nume. 33. hanc fere resolutionem tenet Dominus Franciscus Sarmiento Selectar. quæstio. lib. 3. cap. 10. & ante eum idem dixerat breuius Gregor. Lopez in l. 25. titu. 2. par. 4. & in l. 27. titulo 6. part. 4. Qui licèt non ita explicet, idem tamen tenet, allegat enim l. doris fructus. ff. de iure dotium. §. si vsusfructus. vbi si in dotem simpliciter vsusfructus datus sit, fructus non sunt restituendi, quasi firmet in oppositam regulam, ex d. l. vxori, vt si non simpliciter, sed ad tempus datus sit, videatur certa quantitas data, sed in annos distributa, cuius sicuti calendarij in dicta l. vxori marito vtilitas est, ex dictis d. cap. 8. nume. 33. & l. si conuenerit. 4. ff. de pactis dotalibus. qui est elegans tex, quòd nisi ita intelligas, fiet profecto, vt datis annuis reditibus in dotem mulier soluto matrimonio indotata relinquatur, quod ne fiat, si nihil statutum esset in dd. ll. vxori, ita intelligendum esset coacta ratione; oportet enim dotatas remanere fœminas, vt alimentis abundent: non vt vidua in hac nostra specie secunda ineat vota, in hac ergo specie rectè inquirimus fructus rationem, vt à dote secernamus, & separemus, vtque soluto matrimonio possimus apertè iudicare, & constituere, quid quantumque nomine fructus apud virum sit relinquendum, quid quantumve soluto matrimonio ad vxorem sit peruenturum dotis nomine, in vtraq; autem specie qui fructus lucrabitur, id etiam lucrabitur, quod fructus nomine diximus contineri, quòd si fructus dati in dotem dos sint, dos etiam erit, quicquid nomine fructus cõtinebitur. Vnde in dicta l. vxori. 37. calendarium sequitur naturam fructus, quam quoque sequeretur in contrario casu, vt verum sit id quod diximus, Iureconsultos fructus exactã & particularem rationem indagasse ad particulares iuris partes, nomine autem fructus intellexisse vniuersè omnem vtilitatem, quæ ex re, de qua ageretur, percipi potuisset, vt nomine fructus intelligamus obuentiones, prouentus, vtilitates & commoda, ita intelligebãt Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensib. tit. 1. §. 1. glo. 1. num. 33. par. 1.

7 † Doctores verò diuidunt hos fructus in naturales, & industriales, alij quoque tertium genus addunt, scilicet ciuiliũ fructuum, naturales illi sunt, in quibus producendis magis ipsa natura quàm hominis industria cõspicitur, id genus aiunt esse poma, glandes, herbam, fœnum, & alia in montibus vbique iacentia, in industrialibus magis opera & diligentia nostra conspicitur quàm naturæ, Bartolus in l. ex diuerso. ff. de rei vendicatione. Abbas in cap. grauis. de restitutione spoliatorum. Baldus in l. prima. C. de fructibus, & litium expensis, bimembrem hanc diuisionem recipiunt Pinellus in l. 2. C. de rescindenda vend. par. 2. cap. 4. num. 52. Couarruuias variarũ resolutionum, lib. primo. cap. tertio. nu. sexto. Aretinus cons. 159. alij autem ita diuidunt: vt alij fructus natura ipsa subministrante proueniant, alij autem iure non natura, illos naturales vocant, hos ciuiles fructus, horum quoque diuisio bimembris est, vt in d. l. si nauis. ff. de rescindenda vendi. Baldus in cap. cum M. Ferrariensis. de constitutionib. Corneus consil 129. volumine 4. Alexand. cons. 56. num. 9. lib. 4. Boerius decisione 224. nu. 1. quorum aliqui tertium genus constituunt, scilicet eorum qui nostra arte & artificio contingunt, vt sunt picturæ, bimestrem illam diuisionem agnouit Mod. Paris. vbi supra d. glo. 1. tit. 1. num. 33. hæc pertinent ad interpretes, quod attinet ad Iureconsultos & iuris scripti rationem, non dubium est, quin fructus alij sint naturales, alij ciuiles, de naturalibus est l. fructus. ff. de vsuris, ex quo Iurisconsulti respondo necessum est hos naturales fructus diuidere in duo capita, vt naturales fructus alij spontè quidem proueniaut, alij verò nostram artem & industriam & diligentiam desiderent, & exposcant, eos simpliciter vocamus naturales, hos industriales, ita inquit Pomponius, fructus percipiendo vxor vel vir ex re sibi donata suos facit illos tantum, quos suis operis acquisierit, veluti serendo, nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non fit eius, sicuti neque cuiuslibet bonæ fidei possessoris; quia non ex facto eius is fructus nascitur, hæc Pomponius, ex quo responso, quod totum versatur in fructibus naturalibus, distinctio illa comprobatur, vt hi fructus naturales, alij spontè proueniant, sine facto nostro (hos naturales simpliciter vocarunt interpretes) veluti pomum, & ex sylua ligna, alij non nisi industria nostra & facto proueniant, vt sata, vineæ, & oliueta, & alia id genus, ciuiles autẽ fructus contra naturales illos fructus distinguuntur: quoniã iure proueniunt, non industria aut beneficio naturæ, de his est l. de fructibus. ff. de donationibus inter vir. & vxo. ibi, & Iulianus scribit, fructus quoque vt vsuras licitam habere donationem l. apud Iulianum. §. fructus. ff. de legatis 1. ibi quod in fructibus dicitur, hoc in pensionibus vrbanorum ædificiorum intelligendum est l. diuortio. §. de pensionibus. ff. soluto matrimonio l. si nauis. ff. de rei vendi. ibi, non natura prouenit, sed iure percipitur, denique bimembris illa distinctio fructuum recipi debet, quę distinguit inter fructus naturales, & ciuiles, dummodo subdistinctio naturalium admittatur, inter eos qui spõtè proueniunt, & quos industriales vocarunt Scriptores, qui naturales quidem sunt, sed non proueniunt sine nostra opera, diligentia, & labore: & hæc est distinctio recipienda ex legibus supra adductis, & acquisitio fructuum etiam apud Iureconsultos hanc inuenit rationem distinctionis, vt hoc capite videbimus paulò inferius, ex quib. cessant infinitæ distinctiones fructuum & confusè, alijs industriales facientibus fructus. Bart. in l. fin. in fin. ff. de iure fisci. alijs industriosissimos Bald. in l. traditio. in fin. C. de actionib. empti. alijs naturales tantum agnoscentibus, alijs naturales, & industriales, reijcientibus ciuiles fructus, alijs ita demum admittentibus ciuiles, vt de industrialibus nihil curent, denique ex Iureconsultis naturales distinguuntur à ciuilibus, atque hi ipsi naturales bipartiti sunt, in eos qui spontè proueniunt (quos vulgò naturales vocat, quo verbo vtendum nobis est) & in eos qui nostro facto proueniunt quoque vti, sata, & vineæ, & oliueta, ex dicta l. fructus d. l. de fructibus d. §. fructus d. §. de pensionibus d. l. si nauis. quæ sunt iura præcipua in hac disputatione. At verò lex nostra partitæ 39. tit. 28. par. 3. Bartoli distinctionem secuta est. ibi. Otrosi dezimos, que los fructos que ouiesse recebido, si fuessen de tal natura que non viniessen por labor de homes, mas por si se los diesse la heredad, assi como peras, o mancanas, o ceresas, o nuezes, o los fructos semejantes destos, que han los arboles por si naturalmente, o sin labor de home, que estos a tales tenudos son de los tornar con la heredad. De qua inferius isto capite nobis est agendum, neque existimandum est, reiecisse nostram legem fructus ciuiles; quia sibi solùm de naturalibus erat negotium, horum verò agnouit distinctionem, eorum qui spontè & facto nostro proueniunt, de ciuilibus nihil egit, ideo non est existimandum ex dicta l. trigesimano correctas d. l. fructus. d. l. de fructibus. d. §. fructus. d. §. pensionibus. d. l. si nauis. vbi interpretes iciune admodum rem istam tractarunt.

8 † Quamuis autem scriptores mire digladientur, qui verè sint fructus illi, qui spontè proueniunt (quos deinceps naturales vocabimus) quique illi censendi sint qui nostra opera, & diligentia egent, & de quo varie Bart. in d. l. ex diuerso. & Fulgos. in l. fructus. ff. de rei vendi. num. quarto. de lana, lacte, oleo, herba, & fœtu ouium. Paulus in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucapionibus. In his tamen non est immorandum, verissimum enim est posse plurimum in hoc arbitrium iudicis, quod versabitur in qualitate, vsu, & consuetudine prouinciæ, alibi enim herba industria, & non mediocri labore prouenit alibi spontè nascitur, alibi pomaria coluntur, alibi non expectata proueniunt, quod ex Bartolo, Abbate, Aretino, & alijs receptum tradit D. Didac. Couarru. d. lib. primo. c. 3. numero sexto. Ex quo cessare oportet disputationem Doctorum circa cognitionem horum fructuum; licèt enim aliquando Iureconsultus distinguat inter fœtus ouium, & recepta ex operis, non statim aiendum est, fœtus ouium naturales fructus esse, qui spontè proueniant; alibi enim spontè proueniunt, perque syluas & montes gementes agnos, saltitantesque hædos reperimus, alibi autem vt concipiantur, mutare pascua compelluntur, hibernosque & æstiuos saltus, & montes desiderant: quo ducantur, deducanturve, ita existimamus sensisse Iureconsultum in l. penultima. ff. de peculio, neque enim lex, neq; Iureconsultus potuit in hoc certam rationem constituere, cum pertineat ad qualitates, & genuinas vniuscuiusque loci circunstantias, quæ certa lege definiri non possunt, ideo cum distinctio illa de fructibus verissima sit, quicquid Loriotus de fructibus axiomate 16. & Copus 1. part. disputando tradant, & post eos reliqui, quos retulimus, exempla certè vniuersè vera esse non possunt, vnde neque de lana, lacte, herba, neque de fœtu ouium quippiam vniuersè tradi potest, quæ autem tradita à Iureconsultis sunt, exemplorum obtinent veram rationem, quorũ nullam veritatem necessariam præsupponimus: ita enim Põponius fętum ouiũ caprarũ naturales fructus asserit, vt non negaret, posse quidem industriales esse, & in hoc nostro Galleciæ regno: cum alibi æque ad manum admittãtur, & admissariæ

fariæ sint, frequentius sine cura concipiunt & pariunt, vix enim toto anno, nisi cum stimmate consignandus est nouus partus à domino visuntur, oues, quoque quas feroces, vocamus indomitas eodem modo, domitas autem, ipsasque oues maxima cura & diligentia conseruamus, itaque in hoc exempla addita à Iureconsultis nullum negotium facessent viro cordato, quæ proprius pertinent ad locorū priuatas circunstantias & qualitates, quàm ad iuris dispositionem, idemq; dicendum est ad d.l.39.tit.28.par.3.non enim ita ex illa nostra lege constituendum est, esse hoc arbitrium sublatum ex illis verbis, Assi como peras, o mancanas, ocerezas, onuezes, vt cerasa, seu pyra, nuces, & poma, vbique existimanda sint fructus naturales, qui spontè proueniant, sed ita demum si absque industria hominis nascantur, exempla enim sunt, quæ veritatem vniuersam, & necessariam nō requirunt, dum explicent rem de qua traditur, aliàs frustra addita essent illa verba, quæ sequuntur, o los fructos semejantes, destos que han los arboles naturalmente, non inquit, que han los arboles, sed addit, naturalmente, quasi dicat, esse hos naturales, & subdit, e sin labor de home, quod ideo dictum est; quia sunt fructus naturales, qui proueniunt sine nostra opera & industria, ac simul vt intelligas, ita demum poma, nuces, pyra, castaneas, cerasa & alia esse connumeranda in hoc genere, scilicet si spontè proueniant, sine cultu, sine labore, sine industria & diligentia nostra, quod fieri potest, acquisitio autem fructuum versatur plerunque in bona fide, de qua pauca, & breuiter attingenda sunt, explicuit elegantissimè omnium D.D. Couarru.in regul. possessor.par.2.
9 §.6 per totum, licèt † enim bonafides plerunque accipiatur in eum sensum, vt scilicet excludat omnem machinationē, dolum, & figmentum, idq; existimamus fieri bonafide, quod fit non dolosè, nec versutè, & callidè, aut fictè, ita acceperunt Iureconsulti l.si seruus communis.§.quòd si sciens.ff.de furtis l.ab emptione.ff.de pactis, & ante Iureconsultos antiquiores ita loquebantur, quòd sine dolo aut machinatione fieri, dicive volebant, bonafide dici fierive iubebāt: ita quòd syncere fit dicitur ve, non callidè, versutè, & dolosè, bonafide dicitur fieri: aliquando in iure bonafides ab hoc syncero animo longè abest: æquitatemque significat iuris rigori oppositam, propter quam æquitatem fit benigna quædam, & lata interpretatio vltra id, quod expresse actum gestumve est l.bonafides.ff. depositi l. atsi quis.§. hæc actio.ff.de relig. & sumptib.funer.l.si mandauero.§.Iulianus.ff.mandati l.2 §. vltimo.ff.de precario, opponitur enim iuri rigoroso stricto, præduro, & exacto, quod nullam huiusmodi interpretationem recipit l.2.§.item Varus.ff.de aqua plu.arcenda l.Pantonius.ff.de acquirend.hæredit.l.si ita scriptum.in princip.ff.de liberis & posthumis, quo fit: vt æquitas rigori opposita sit benigna quædam interpretatio ex circunstantijs rei, & personarum, de quibus agitur d.l. bonafides.ff.de positi.ibi, si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ in negotio gesto continguntur, impletur; cuius æquitatis ibi exempla plura connectit Aphricanus, alia D.Couar.vbi sup. nu.3. qui plures adducit, inter quos Aristotelem, Quintilianum, Ciceronem, est itaque ius rigorosum, strictum, & exactum, à quo non licèt decedere, est æquum quoddam & bonum ius, quod benigna interpretatione temperamus, ex æquo & bono, quod æquum & bonum repletur ex circunstantijs per
10 sonarum, & rerum, de quibus agimus, † vnde contractus stricti iuris, & bonæfidei appellatio in iure orta est, quod illi exacte, dure, & strictè sint accipiendi, hi verò ex circunstantijs æquè & benignè temperentur, in his contrahentes officio quodam iudicantis mutuo tenentur, etiam ad id, quod ex bono & æquo præstari opportet: in illis ad id quod expressum est nascitur obligatio, nihilque amplius; quoniam illi benigni sint, æqui & boni, hi exacti, duri, stricti, & rigorosi, vide exempla horum in l.quicquid adstringendæ, & l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de verb. oblig. illorum verò in d.l.bonafides.& in l.ex maleficijs.ff.de actionib.& oblig.& in l.quero.ff.locati, itaque alibi exuberat æquitas & bonafides, alibi durum, strictum & exactum ius omnem interpretationem, omne temperamentum respuit: Quintus quidem Scæuola Pont. Max. apud Ciceronem lib.3. de officijs censebat, summam vim esse in his omnibus arbitrijs, in quibus adderetur, ex fide bona, fideiq; bonæ nomen existimabat manare latissimè, idq; versari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, & venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur. hęc Cicero, in his iudicijs quoniam essent ad tuendam hominum societatem apprime necessarij & vtiles, quibus maximè vita hominum vtilitasq; communis conseruatur, quæ magis est secundùm naturam, vt paulo superius dixerat Cicero, quàm vita, aut mors, ablata enim è medio vtilitate communi, nihil sanctum, nihil firmum in republica videri poterit, pereat necesse est ciuitas, in qua priuata cōmoda vtilitatem impediant communem, quoniam ergo magis in his contractibus quàm in reliquis sita & posita videbatur ist hæc communis vtilitas, ex bono & æquo interpretationem recipiebant, & bonæfidei appellationem sunt commeriti, ne bonum & æquum contrahenti deesset, etiam si nihil de eo actum esset, idque dicebat communem vtilitatem, & maximè eos hominum actus, in quibus ist hæc communis vtilitas conseruaretur, in alijs actibus vbi priuata, erat vtilitas, veluti in stipulationibus, prædiorum, strictum exactumque relictum est ius ab omni interpretatione alienum. Ita prætores olim statis diebus litigatoribus, datis formulis ad pedaneos iudices, qui causas ad se delatas ex formulis à se datis componerent, & deciderent, in istis iudicijs, quæ vtilitatem communem continent, iudicare iubebant ex bonafide, in alijs vbi priuatum inerat commodum non item, l.quero.ff.locati.ibi, in quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua esse iubes, Cicero libro tertio.de officijs atque iste dolus malus etiam legibus erat vendicatus, vt tutela duodecim tabularum, & circumscriptio adolescentium lege latoria, & sine lege iudicijs, ex quibus ex bonafide additur, ita Theophilus in principio de interdictis Instituti.facit l.prima. in principio.ff.de fluminibus l. prima.ff.de doli exceptione. Optimè omnium Boetius ad topica Ciceronis, sexto libro, vbi Cicero quoque in his omnib. (inquit) iudicijs, in quibus ex fide bona, est additum plurimus earum vsus est. Sed neque hæc interpretatio quicquam
11 ad nostrum tractatum pertinet. Quod † pertinet ad fructuū acquisitionem bonamfidem eam dicimus, id est bonum iudicium, vt fides iudicium sit, quo quisque de rebus suis secum iudicat tacitus, an ad se pertineat, an non, isque bonā fidem habere dicitur, qui in hoc priuato & tacito iudicio conscientiam rei alienæ nullam reperit, ille verò malam, qui conscientiam rei alienæ reperit; est enim fides iudicium ita intelligendus est Paulus ad Roman.cap.decimoquarto. Omne quod non est ex fide peccatum est, ex fide, inquit Ambrosius, id est ex conscientia in cap. quærat aliquis. de pœnitentia, distinctio. tertia. dependet enim hæc fides aut iudicium ex conscientia mea, qui iudico, non alterius l.prima.§.Iulianus scribit.ff.de itinere actuque priuato. ibi, non enim opinio tua sed mea quærenda est: itaque is qui iustè secum deliberans & iudicās omnino credit rem ad se pertinere, is possessor est bonæfidei l. bonæfidei possessor.ff.de verborum signific.l.vltima. C.vnde vi. quòd in illo iudicio ita debeamus iudicare, vt quod nostrum non sit, ad alium debeat modis
12 omnibus pertinere, inde effectum est † vt ista bonafides factum non ius sit; cum enim dependeat ex hoc iudicio priuato, quod quisque secum facit, non potest certo definiri iure, ita Paulus iureconsultus constituit in l. bonæfidei.ff.de acq. rerum dominio, ibi, hoc enim ad ius, id est ad vsucapionem, illud ad factum pertinere, vt quis bona aut malafide possideat. Vnde quod attinet ad malamfidem, vel bonam, conscientia inquirenda est; neque enim potest vera malafides à iure induci, quo fit, vt contestatio, & denuntiatio fictè malafides sint, non vere, neque enim statim quòd rem à me petas, sic existimare debeo rem ad te pertinere, si nihil aliud adferas & ostendas; neque enim ex opinione tua qui petis sed ex mea pendet ist hæc malafides, dicta l.prima.§.Iulianus scribit. ff. de itine. actuque priuato, neque potest vere à iure induci malafides, cum in facto consistat, hoc est in conscientia mea, dicta l. bonæfidei, cum igitur vere habuerim bonamfidem, fructus tandiu meos facio, quādiu bonafide sum; quia nō tam initium, quàm singula momenta expectamus, ab eo enim momento, quo possessor scit fundum ad se non pertinere, malæfidei possessor est, neque fructus suos facit l. qui bonafide.ff. de acquirend. rerum dominio. quia bonafides in facto consistit non in iure, ex qua ratione diximus; quia contestatio ficte non vere malamfidem inducit, item denuntiationem idem efficere, ex l. si fundum. C. de rei vendicat. posse restitutionem fructuum fieri quidem, non ex die contestationis, aut denuntiationis, sed ex eo die quo reus petitus ex documentis adductis & sibi exhibitis potuit compertum habere, rem ad se non pertinere, diximus supra cap.6.num.2.& 3.

Inde illud animaduersione dignissimum est, quod semel
14 in hoc foro & senatu receptum vidi, † vt litis contestatio inducat effectus veræ malæfidei in hoc tractatu de acquisitione fructuum, vbi factum versatur, nam in his quæ sunt iuris, vt in vsucapionibus, ex dicta l.bonæfidei.ff.de acquirendo rerum dominio. nihil dubitandum est, sed ita demum si contestatio fiat, quomodo ius faciendam constituerit, scilicet edita actione, ac non solum actione, sed editis & exhibitis instrumentis, & documentis, quibus quis vsurus est, vt proinde sciat reus, vtrum magis cedere, an vltra contentere debeat l. prima. in principio. & §. eden-

Source : BIU Cujas

da. ff. de edendo, l. is apud quem. C. eod. idque iure nostro quoque constitutum est, in his legibus quæ iudiciorum ordinem continent: quas Madritias vulgus vocat, itaque actor edere debet actiones, instrumenta, & reliqua, quibus ad se rem petitam pertinere putat, quæ videat reus, vt deliberet, an res sibi restituenda sit, post quam deliberationem, negatio meritò malamfidem inducit præsumente id iure; in hoc autem iudicio rectè obseruato meritò à contestatione, cum nihil attuleris contra actionem & instrumenta edita, malæfidei possessor diceris l. sed etsi lege. §. etiam si ante litem. ff. de petitione hæreditat. quo casu rectè fructus restituuntur post litem contestatam, quod si in contrario casu nihil aliud proponas, quàm libellum, cum eo nihil edas, quod frequentius fit, ego profecto nescio, cur hæc contestatio sine documentis & instrumentis exhibitis fictè inducta, inducere possit veram fructus restitutionem, nisi ex eo tempore quo reus ex actis potuit cognoscere rem ad se non pertinere. Quod fiet post publicationem attestationum, & ita iam semel iudicatum vidi in hoc senatu, & audio iudicatum fuisse Pinciæ certè fundatam habet hæc praxis iuris rationem, quæ addenda sunt his quæ diximus supra cap. sexto. nume. tertio. & quarto. reseruauimus enim in hunc locum, est ad hoc tex. elegans in l. si quis inficiatus. ff. depositi, ibi, postea autem si cognouerit, cum eo agi poterit; quoniam tunc incipit dolo malo facere, si credere eam non vult. vide Bart. in l. non solum. §. morte. nume. 35. quæ pertinent ad l. si fundum. C. de rei vendic. vt præter verbalem denuntiationem, omnia cum denuntiatione sint exhibenda, quæ possint emptorem ab emptione retardare, nisi illud dicas in d. l. si fundum. fructus fuisse restitutos, qui cum malafide percepti sunt; non enim à die denuntiationis restituendos præcipit imperator, sed à die superuenientis malæfidei. Quæ est literalis & vera solutio, namque sola denuntiatio sicuti litis contestatio nisi fiat aptè, & secundum iuris regulas, ex Bartolo dicta l. non solùm. §. morte. numero trigesimoquinto. malamfidem nõ inducit, quæ verè in facto consistit, non in iure diximus dicto capitu. sexto. numero quarto. & quinto. sequentibus. Non enim teneor, neque debeo protinus intelligere fundũ quem bonafide possideo, ad te pertinere, quod illum in iudicio petas; mea enim opinio non tua expectanda est, ideo te opportet documenta, vt deliberem, an restituere debeã, aliter certè bonafides mea durat, quam verè non tollit litis contestatio, cum in facto non in iure consistat, constat ergo duplicem esse malamfidem veram, quæ in conscientia consistit, fictam quæ in iure posita est, hoc est in petitione, & denuntiatione rectè facta, scilicet exhibitis documentis, quibus rem ad te pertinere, mecum ipse deijudicare possim.

15 †Ex hoc iuris principio conciliari mihi posse videntur duo Iureconsulti, quos hactenus nemo apte conciliauit, hoc ausim sic dicere, etiam si eorum sententiam probem, qui rarò, aut nunquam istas antinomias in iure reperiri asserant, agnosco Iureconsultos homines fuisse, video sæpè contraria sensisse, mutila nobis relicta ipsorum responsa, è proprijs sedibus & locis vbi aptè, sita & collocata erant, ad aliena translata, sed tamen sæpè mecum constituo obseruata recta ratione iuris posse ad concordiam redigi, quantumuis dissideant, & pugnent eorum responsa. Hi igitur sunt, Iulianus & Vlpianus, ille libro vigesimosecundo Digestorum, in l. qui scit. de vsuris, hic libro quadragesimoprimo in l. qui bonafide, de acquirendo rerum dominio, circa acquisitionem fructuum in malæfidei possessore apertè pugnant: bonæfidei emptor (inquit Iulianus) secuit & antequam fructus perciperet, agnouit fundum alienum esse, an perceptione fructus suos faciat, quæritur. Respondi, bonæfidei emptor quò ad percipiendos fructus intelligi debet, quandiu euictus fundus non fuerit, nam & seruus alienus, quem bonafide emero, tamdiu mihi ex re mea, vel operis suis acquirit, quamdiu à me euictus non fuerit, hæc Iulianus, quem vides ad euictionem vsque possessori huic fructus reliquisse. Vlpianus contra, qui bonafide (inquit) alicui seruit, siue seruus alienus est, siue homo liber est, quicquid ex re eius cui seruit acquirit, ei acquirit, cui bonafide seruit, sed & si quid ex operis suis acquirit, simili modo ei acquirit, nam & operæ quodammodo ex re eius, cui seruit, habentur; quia iure ei opera exhibere debet, cui bonafide seruit, tamdiu autem ei acquirit, quamdiu bonafide seruit, cæterùm si cœperit possessor scire cum alienum esse, vel liberum, videmus an ei acquirat, quæstio in eo est, vtrum initium in eo spectemus, an singula momenta, & magis est, vt singula momenta spectemus, hæc Vlpianus, status causæ controuersæ in eo est, quòd alter Iureconsultus, quod pertinet ad acquisitionem fructus, ab eo puncto temporis, quo conscientia rei alienæ superuenit, censet restituendos fructus, alter ita demum censet fructuum restitutionem faciendam, vt tempus spectemus euictionis potius, quàm malæfidei superuenientis. iubet ergo alter spectari singula momenta, alter tempus euictionis, hoc est euictæ rei, & ne existimes lector optimè facilè conciliari posse hos Iureconsultos, memineris Aeguinarium Barto. virum egregiè, & optimè eruditum fateri ingenuè, nulla conciliatione posse concordari, in §. si quis à non domino. Instituti. de rerum diuisione. & vt rem difficiliorem faciamus, doctissimus noster Couarruuias variarum resolutionum libro primo. capitu. tertio. numero septimo. cum in hæc duo responsa incidisset, ita ait, mihi potius dictum esse videtur opinionum conflictu, vt tandem aduersa prorsus hos Iurisconsultos opinatos fuisse existimẽ. Constat enim passim ipsos Iureconsultos ob varia iudicia contraria respondisse, si quidem plerumque Iuliano aduersatur Paulus, à Paulo dissentit Vlpianus, nec mirum est eos qui Iustiniani Cæsaris Imperio tot Iurisconsultorum responsa ex tot eorum libris ad Epitomem reduxerunt, memoriæ lapsu (homines enim erant) non aduertisse repugnantia inuicem responsa seipsos Pandectarum libris adnectere: hæc doctissimus Couarruuias, vt videas non immeritò à nobis dictum esse, illa duo responsa hactenus conciliata non esse: me certè iuris ciuilis præclaris & firmis præsidijs destitutum pudet, tedetque nouam conciliationem adducere, video quale quantumque periculum sit in re difficili, sed dicam audacter, quod sentio, neque iudicium pertimescam, quod vnum potuit nobis præclaros omnes authores subripuisse: sicque existimo Iurisconsultos Vlpianum, & Iulianum diuersa sensisse, non contraria, versatosque in diuerso argumento, iuxta rem, quam agebant, respondisse, quæ tamen vtpote diuersa non mereantur repugnantiæ nomen ac antinomiæ, existimo enim antinomiæ nomen illa responsa mereri, quæ eadem habeant facti speciem, personarum easdem circunstantias, easdem temporis locique qualitates, easdem iuris rationes: quod si diuersum argumentum sit, aliæ personæ, alia iuris ratio, diuersa, non contraria dicam, etiam si vulgus contraria vocet, & appellet quicquid, quocumque modo dissideat, ego sanè factum, personas, locum, tem-
16 pus, iusque aspicio, in vtroque responso † si quando antinomiam propositam inquiro, huius generis non diffiteor esse aliqua præcipue in hoc genere lege tertia. §. si emptor. ff. de actionibus empti, cum l. si stipulatus. ff. de vsuris, vterque text. loquitur in eadem stipulatione ijsdem verbis concepta, vterque in emptore, vterque in eadem dispositione iuris, in eodem casu, in eisdem circunstantijs, huius generis ferè est l. fina. ff. de vsuris & extraordinarijs cognitionibus. ambo in eadem specie, ambo in eisdem circunstantijs, in eadem iuris dispositione, in eodem loco, & tempore, de quibus modo nihil agimus: in secundo genere vbi diuersa facti species est, variæ circunstantiæ, diuersa iuris ratio, sunt plura Iurisconsultorum responsa, quæ antinomiæ nomen minimè mẽrentur, plura conciliauit Zasius de antinomijs, post Budæum quem ipse refert. Estque hodie integer retractatus de antinomijs, de quibus ita iudicio, vt ferè totum ius hoc notari nomine possis, si vtcumque desidentes leges protinus antinomiæ appellatione glorioſa, laudem quæsiturus, aut auram popularem potius nuncupes, quasi cum pueris in scholis, non cum viris doctissimis negotium sit. In hoc secundo genere rectè collocabis hanc, de qua agimus, antinomiam, quoniam Iulianus, & Vlpianus non in eadem specie, non in eodem iure, diuersis circunstantijs definito, versantur, diximus posse suboriri malamfidem, nulla præuia aduersarij admonitione, aut compellatione, petitione. nuntiatione ve; quoniam intentio iudicio tecum ipse cognoueris rem ad te non pertinere, sed alienam esse, tunc quidem ius quod semper certum est, rectè constituit, vt fructus non facias tuos eius rei, quam alienam esse fateris, in hoc argumento versatur Vlpianus in dicta l. qui bona bonafide, qui ad primum momentum superuenientis malæfidei restitutionem fructuum restringit, & rectè. Iubetque singula momenta spectari: Iulianus autem loquitur in malafide inducta per denuntiationem & petitionem litisve contestationem in iudicio, quæ duo, vt proximè dicebam, longè lateque differunt, isti enim actus ciuiles sunt, vtque effectus malæfidei inducant, necessum est, vt legitimè fiant, aliàs cum fictè malafides censeantur, si non fiant secundùm iuris dispositionem malamfidem, nunquam efficient; quia malafides factum non ius continet, vt diximus.

Patet autem hoc ex verbo euincere, de quo dubitari non potest, quin iudiciarium, aut iudiciale sit, & in iudicijs frequens, & quotidianum. At verò in dicta lege, qui bona fide, nullum de iudicio iudicium est, hanc duplicem malæfidei constituendæ viam agnouit ipsemet Vlpianus, vt non extranea conciliationis fundamenta adducamus, in l. item veniunt. §. petitam. ff. de petione hæreditatis,

vbi

Source : BIU Cujas

vbi primum de compellatione, aut denuntiatione in hac verba ait, petitam autem fisco hæreditatem, idest ex quo quis scit à se peti, nam vbi scierit, incipit esse malæfidei possessor, id est, cum primum ei denuntiatum esset, hactenus de denuntiatione, mox subiunxit cognitionem & scientiam quæ nulla denuntiatione præuia fit, his verbis, quid ergo si scit quidem, nemo autem ei denuntiauit, an incipiat vsuras debere pecuniæ redactæ: & puto debere: cœpit enim malæfidei possessor esse: hactenus ipsemet Vlpianus, vides ergo duplicem hanc malamfidem agnitam ab Vlpiano, ex quo iam obtinemus, in diuersa facti specie versatos Iulianum, & Vlpianum, alterum egisse de malafide superueniente nulla præuia nuntiatione. Alterum verò de ea malafide, quam inducit nuntiatio, aut petitio euictionis iudicialis, diximus vtriusque diuersam rationem, & diuersas circunstantias, vt planum hactenus sit, respondisse eos diuersa facti specie, & iuris dispositione, modò in diuersa specie adhuc videntur pugnare; quia alter ab eo temporis puncto quo malafides superuenit censet restituendos fructus, alter verò in petitione facta, nuntiationeve in causa euictionis cēset emptorem fructus suos facere, quousque fundus euictus sit, sic autem existimandum est rectè iudicium illud euictionis factum proposita actione, & exhibitis instrumentis à petitore, quæ rem sibi aut fundum asserere poterant, sufficientia quidem ad inducendam malamfidem in eo, qui obstinate existimaret sibi litigandum, & tandem victus sit; neque enim factum apud Iureconsultos constituendum est, nisi legitimum, & iuxta ciuilis iuris regulas agitatum, existimamus ergo in eo iudicio euictionis apud Iulianum in dicta l. qui scit, vendicantem edidisse actionem suam, exhibuisse rationes omnes & instrumenta, quibus rem ad se pertineret, iuxta d.l.1.ff.de edendo, exhibita vidisse emptorem, deliberasse, decreuisseque secum iudicium esse sibi suscipiendum, suscepisse, litigasse, victum esse, quo successu non dubium est, quin malamfidem habuit à tempore litis contestatæ, cur ergo ab eo tempore fructus non censet Iulianus restituendos, sed ipsos relinquit emptori reo, quousque fundus verè euictus sit: hæc est Iuliani sententia, ex hac ratione difficilis, quam tamen vt interpreteris facilè, memineris illud in cau-
17 sis euictionis iuris principium, familiare Iureconsultis, † ꝙ tunc res, de qua lis est, verè euicta censetur, cum emptor idemque possessor & reus planè cognoscit, rem à se euinci posse, id est, ab eo momento, quæ scit aut scisse debuit rem ad se non posse pertinere: tunc dicitur euicta res, tunc fundus dicitur euictus. Licèt enim ex empto aduersus venditorem agere non possis, nisi euicta re l. euicta re. 16. ff.de euictionibus l.vtique. ff.de rei vendicat.l.3.C.de euictionibus l. 4.ff.de actionibus empti & venditi. vbi notabat Paulus de Castro, quòd nemo poterat agere actione ex empto aduersus venditorem, nisi re omnino euicta, & restituta. Cæpola idem existimauit in cautela 71. tamen euictus fundus dicitur & euicta res vt agere possis, simul atque constiterit tibi rem omnino fore euincendam, & restituendam, eo momento scilicet, quo cognoscis rem alienam, elegans tex.in l.emptorem 12.ff.de actionibus empti & venditi. Emptorem (inquit ipsemet Vlpianus) noxali iudicio cōdemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit, idemque putat, & si ex stipulatu agat, siue non defendat noxali iudicio: quia manifestum fuit, noxium seruū fuisse, nihilominus vel ex stipulatu vel ex empto agere posse,
18 hæc Vlpianus, † qui tunc demum agere posse censet empto rem ex empto aduersus venditorem suum; cum sibi manifestum est, rem à se euinci posse, etiam si eam tradat, & non defendat; tunc enim verè agit euicta re, & res verè euicta est, cum conscientiam habes rei alienæ, omnino restituendæ: cum enim illa iura l.euicta. l. vtique l.4.l.3.negent actionem nisi euicta re l.emptorem. concedat actionem, simul atque noueris rem esse euincendam, profecto rectè colligo apud Iureconsultos, rem tunc euictam esse, cū cognosco ad euincentem pertinere, ita Paulus de Castro in l. atqui natura. §. cum me absente. ff.de negotijs gestis. num.5. in fine, existimabat emptorem, qui certo sciret, rem ad vendicantem pertinere, posse ei restituere rem, quasi euicta esset, nullo suscepto iudicio, & agere posse ex empto ob euictionis causam aduersus suum venditorem; quia tunc verè res, & fundus, aut seruus euictus est à te, cum noueris tuum non esse, neque ad te pertinere, inde inoleuit praxis quotidiana in foro, vt publicatis attestationibus in causis euictionis possit reus desperata causa illa, antiquum suum authorem in iudicium vocare, vt si ipse euincenti sit condemnatus, author sibi etiam suus condemnetur, agnouit Bal.in l.si pro ea. num.9.C.mandati. idque publicatis attestationibus inquiunt, quia tunc liquet fundum euictum. glo.verbo, Liquet. & ibi Abbas in c.significauerunt.de testibus, neque expectatur res iudicata, ex d.l. euicta. & l 4. & l.3. vtique, quæ requirunt euictam rem, euictā enim rem censet Vlpianus in d. l. emptorem, quam scio ad me non pertinere, ideo neque defensa re, nec expectata sententia ago ex empto, quem text. habet pro se praxis illa, vn de quod dicimus de attestationibus publicatis, intelligendum de exhibitis instrumentis, quibus id quoque constet, ita vt nullo etiam suscepto iudicio ex empto ob rem euictam possim agere; quia fundus euictus tunc censetur, quando scientia rei alienæ superuenit, in hoc casu tamen vbi nō expectata sententia restituo; quia noui à me defendi non posse, in iudicio proposito contra meum debitorem, aut venditorem ob rem euictam probare debeo rem ad euincentem omnimodo pertinuisse, quo probato securè trado, securè ago; quia res verè euicta est, ex Paulo in dicto §. cum me absente. igitur Iulianus rectè ait, emptorem quò ad percipiendos fructus intelligi debere bonæfidei, quandiu fundus euictus non sit; quia quandiu bonamfidem probabiliter habeo, fundus non dicitur euictus, simul atque malamfidem habeo fundus euictus dicitur: igitur in ea specie, in qua ex denuntiatione agitur, ab eo momento quo scis fundum euinci posse, à quo malæfidei possessor es, restituere debes fructus, vnde concordant ambo Iureconsulti, & in diuersa specie idem ius constituunt, ambo ab eo puncto, & momento, quo malafides prouenit, restituendos fructus esse censent, ex quo si quod plerumque fit, petitio in iudicio fiat, nullis productis, neque exhibitis instrumentis, quibus causam tueri tuam confidas, egoque resistam, litigem; quia non debeo statim petitioni tuæ acquiescere, publicatis autem attestationibus videam, iure te & ratione agere, tunc quidem potero restituere, & aduersus venditorem meum reuersus, tanquam re euicta agam, qui non poterit obijcere dicta l.euicta, & l. vtique. & l.quarta. & l.tertia. immo prudens iudex, si res ad euincentem pertineat, poterit Hercules vtrumque condemnare reum possessorem, vt euincenti restituat, venditorem verò emptori ex empto in totum illud quod interfit, ex causa euictionis: poteritque ex fundata iuris ratione, quoniam petitio non sit proposita exhibitis instrumentis, quibus cedere posset reus, fructus condemnationem differre ad id tempus, quo reus sciuit rem alienam, namque restitutio fructuum sequitur malamfidem circa dominium, mala autem fides non consistit in iure, vt his ciuilibus actibus possit induci, sed in facto consistit, verè autem scientiam rei alienæ non obtinui, nisi ex eo tempore, quo publicatis attestationibus didici aperte rem non esse meam, nuntiatio autem, petitio, & interpeilatio actus sunt ciuiles, qui per se solum veram malamfidem non inducunt, ideo fictio non debet veritati prævalere, nisi legitimè proponantur, & secundum iuris ciuilis constitutas regulas.

19 † Præterea ista verba, quæ perfectionem actus significant ex etymo nominum, vbi agitur de obligatione inducenda, impropriantur. Bartol. & Scriptores in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Iason in l.virium. ff.si certum petatur. in principio, itaque verba ad inducendam obligationem, quæ nondum erat extrahuntur à propria significatione, & (vt ita dicamus) impropriantur, vt significent non exactionem in iudicio, sed petitionem, aut nuntiationem, hoc mihi probat apertè Paulus Iuriconsultus in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi, iuncto Vlpiano in l. item veniunt. §. petitam. ff.de petitione hæreditat. Paulus ex etymo nominis interpretatur verbum hoc peto, idest lite contestata, vt is demum petijsse intelligatur, non qui denuntiauit, aut compellauit, aut postulauit simpliciter, sed qui petijt exhibitis instrumentis, & rationibus suis, qui deliberare coegit reum suum, vt cederet, aut litigaret, qui denique efficit, vt reus susciperet iudicium, hæc est propria acceptio huius verbi peto, sed aliàs videas hoc ipsum verbum peto alio trahi à Iureconsultis, cum agitur de obligatione inducenda; extrahitur enim à propria significatione, & ad simplicem denuntiationem profertur ab Vlpiano in dicto §. petitam. Ibi enim malæfidei possessor fit ille, cùm hæreditas à se petita est, petita est autem, cum sibi denuntiatum est. Vides quomodo ad inducendam obligationem restituendi fructus verbum peto, extrahatur à propria significatione ad eum actum, qui eundem effectum habeat, & possit eandem malamfidem inducere. Denique Iuriconsulti rerum potius quàm verborum soliciti id quærunt, an conscientiam habeas rei alienæ, hanc si habeas, verba non verentur, vt iuris rationes obseruent; cum enim nuntiatio legitimè facta ita inducat malamfidem, sicuti contestatio l. si fundum. C. de rei vendicatione. dicto §. petitam, planè obligationem inducunt, ex quocunque actu mala fides induci possit, vt fructus restituantur, cuius instar est, quod de euictione dicimus, vt res euicta sit ex quocumque actu, vbi malafides reperiri possit, nec significationem in hac re nominū cu-

Source : BIU Cujas

rant Iureconsulti, immo magis arbitrantur eam etiam esse propriam vocum significationem ciuilium, quæ ciuiles regulas magis conseruauerint, hactenus de hac antinomia, si melius senseris amice lector, nostram diligentiam ne reprehendito.

Acquisitionem igitur fructuum aggressi primam regulã
20 constituimus, † vt bonæfidei possessor, naturales fructus nõ faciat suos. glo. in §. si quis à non domino. verb. fructus. Instituti. de rerum diuisione. glo. magna in §. 1. Instituti. de officio iudicis, quas communiter approbatas inquit Ioannes de Imola in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudicata, idem Imola in cap. gratuis. de restit. spoliatorum, hanc probat expresse Pomponius in l. fructus. ff. de vsur. cuius verba, quia de illis agendum sæpius est, ad scribere libet, fructus percipiendo (inquit Pomponius) vxor, vel vir, ex re sibi donata, suos facit illos quos suis operis acquisierit, veluti serendo, nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non fit eius, sicuti nec cuiuslibet bonę fidei possessoris: quia non ex facto eius is fructus nascitur, hæc Pomponius, qui apertè distinguit inter fructus naturales, & industriales, planeque naturales, qui spontè proueniunt (hos enim naturales vocamus) non fieri bonæfidei possessoris fatetur, etiam si industriales suos faciat, Pomponij autem verba perspicua sunt, nulla interpretatione egent, neque possunt aliò torqueri.

21 † Ex quo obiter id adnotandum est, perperam Franciscũ Conanum virum eruditissimum lib. 8. commentariorum iuris cap. 11. & post eum Pinellum vbi supra in l. 2. par. 2. cap. 4. num. 50. existimasse, donationem fructuum valere indistinctè inter virum & vxorem, nulla habita ratione bonæ vel malæfidei, seu iuris scientiæ aut ignorantiæ, idque ex d. l. de fructibus. ff. de donationibus inter virum & vxorem, ibi, & Iulianus scribit, fructus quoque vt vsuras licitam habere donationem, atque ita existimant, id solum considerandum esse, quòd donans non fit pauperior, etiam si donatarius fiat locupletior, iuxta l. 5. §. vltimo. ff. de donationibus, inter virum & vxorem, ibi, vbicunque igitur non diminuit, vel etiã si diminuat, locupletior tamen non fit, qui accepit, donatio valet: quæ ratio non magis in fructibus, quàm in cæteris rebus recipienda est, siue donentur fructus, siue prædia, siue pecuniæ, quinimmo sumus in diuersa specie, ad quam pessimè aptatur d. l. 5. §. fin. neque enim fructus donati sunt, sed prædium donatum est contra iuris regulas, quæ constitutæ sunt inter virum & vxorem, tunc quæstio est, an prædij donari fructus donatarius suos faciat, quo casu magis bonam vel malamfidem perspicimus, à qua fructuum propriam & genuinam naturam, & qualitatem secundùm iuris regulas, quàm d. l. 5. §. fin. quia non fructus donatos præsupponimus, quo casu fatemur licitam esse donationem, sed fundum, quo casu nullam donationem asserimus hoc casu de fructibus, qui expresse donati non sunt, quærimus, an donatarius suos faciat, itaque ex d. l. 5. §. fin. nihil particulare debuerunt constituere Conanus, & Pinellus in donatione fructuum, ex d. l. de fructibus. nõ debuerunt deducere fructus fuisse donatos, sed fundum, verba eius hæc sunt, de fructibus quoque, inquit Vlpianus, videamus, si ex fructibus prædiorum, quæ donata sunt, locupletata sit, an in causam donationis cadant, & Iulianus scribit fructus quoq; vt vsuræ licitam habere donationem, ecce prædia fuerunt donata, quorum fructus inquirimus, an ad donatarium pertineant, quod longè abest à ratione d. §. fin. in d. l. 5. vbi de fructibus constitui debet donatio, vt valeat, qui licèt donatarium faciant locupletiorẽ, donantem non faciunt pauperiorem, cui semper restat substantia sua integra, quantumuis fructus donet l. 5. & 6. tit. 11. par. 4. quod est exemplum elegans ad d. l. 5. ibi, esse mesmo seriaca valdria la donacion que fuese fecha en alguna otra manera semej ante destas, vbi Gregorius Lopez, verbo, otra manera, inquirit exempla, inter quæ aptissimè connumerabis fructuum donationem alicuius prædij. Si hi fructus expresse donentur: nam si prædia donata sint extra regulam d. l. 5. §. fin. de fructibus recurrendum est ad iuris regulas de bona & malafide, in quo d. l. de fructibus. ex diametro pugnare videtur cum d. l. fructus, vbi fructuum acquisitio indistinctè non sustinetur, cùm naturales fructus, qui spontè proueniunt, possessor non faciat suos, species autem vtriusque responsi eadem est, ambo iuriconsulti in eodem facto versantur, vterque præmittit nõ fructus donatos sed prædia, ex quibus fructus percepti sunt: & in eadem specie Vlpianus licitam ait
22 fructuum donationem, Pomponius non item, sed eorum dumtaxat quos industriales vocamus, † conciliatio illa placet, vt Vlpianus intelligendus sit iuxta distinctionem Pomponij, vt licita sit acquisitio fructuum industrialium, non naturalium, vt d. l. de fructibus industrialibus, & de his loquatur, idque colligitur ex Vlpiano in comparatione fructuum & vsurarum, in quibus licitam esse ait acquisitionem; vsuræ enim, cùm magis ad industriam, quàm ad naturam pertineant, vt comparatio aut similitudo Vlpiani constare possit, intelligendum est, de fructibus, qui ad industriam potiùs quàm ad naturam pertineant: ita intellexit Accursius ibi, & Bart. & Abbas in cap. consultationibus. de iure patronat. iuxta quem sensum est intelligendus tex. in l. ex annuo. ff. eodem, vt procedat in industrialibus fructibus, vnde licèt donatio rei inter virum & vxorem non valeat; tamen fructus industriales lucratur coniux ex ea donatione, non verò naturales ex dicta l. fructus, nec excludenda bonafides est ex Pomponio, ibi, sicuti neque cuiuslibet bonæfidei possessoris, breuiter enim ait Pomponius, in ea donatione interueniisse bonamfidem, effectum autem bonæfidei non adscendere eò, vt fructus, qui sine labore, sine opera tua, & industria proueniunt, omnino alienos lucrifacias. Indeque perperam colliges, non esse necessariam bonamfidem, vt in dustriales acquiras; neque enim sequitur, bonæfidei possessor non acquirit fructus naturales, ergo malæfidei possessor lucratur industriales, pessima collectio est, dispar assumpti & collecti ratio, malafides acquisitionem excludit, bona autem fides admittit, sed eorum, quos tuo cultu, opera & diligentia acquisieris, non eorum quos naturæ largitas præstitit: itaque in hoc casu vbi de fructibus expresse non est facta donatio, sed de prædio, aut fundo, necessariò est habenda ratio bonæ & malæfidei, ad acquisitionem fructuum contra Pinellum & Conanum, idque sensit Accursius, Bartolus, Abbas, & alij cordatius. Est contra eos expresè Vlpianus in l. si vxor filio. ff. eod. de donationibus inter virum & vxorem, ibi, quia nec ex re sua quicquam acquiri potest per eum, qui donat ei, cui donatur, hoc enim bonæfidei possessoribus concessum est, ecce quomodo bonafides in acquisitione fructuum industrialium ab Vlpiano exigitur, idque inter virum & vxorem.

Vnde si donatarius sciuerit donationem esse iure reprobatam, & contra leges & iura, quo casu in promptu est malafides l. si prædium. C. de prædijs minorum. Vix enim potest dici bonæfidei possessor, qui quippiam habet contra iuris constitutas regulas l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis, lib. 11. l. si quis decurionum. C. de prædijs curialium sine decreto non alienandis, vbi Decurio non potest vendere immobilia sine decreto ex iusta causa alienationis, aliàs non valet venditio, & emptor perdit pretium, & restituit rem cum fructibus, & ibi Platea notabili 4. id notat, l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs, ibi, cum fructibus, seu pensionibus, vel accessionibus medij temporis vẽdicentur cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alienandis, ibi. & vt cum fructibus possint alienata reposcere l. 2. C. si quis ignorans rem minoris, si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conueni earum possessorem, vt si ita probaueris gestum, & possessio retrahatur, & fructus vniuersi reuocentur, si non bonafide emptoptorem fuisse qui emit constiterit. gl. & scriptores in verbo, malafide, in l. 1. C. de fide instrumento. & iure hastæ fiscalis, lib. 10. vbi qui non contrahit cum solennitatibus requisitis à iure, dicitur esse in malafide. glos. Bart. in l. 2. verbo occulte. C. de his qui ex publicis rationibus. lib. 10. glos. verbo, clandestina desponsatione. fructus hos, qui inconsequentiã rei donatæ percipiuntur, non faciet suos; quia possessor malæfidei est, idque constitutum est in dicta lege de fructibus, & in l. si vxor filio. ff. eodem, vbi apertè de mala & bona fide facta est distinctio ad acquirendos fructus, in donationibus
32 inter virum & vxorem, vnde † immerito reprehendit Pinellus Ioannem Lupum de Palatios Rubios in repet. Rub. §. septuagesimosecundo. nume. tertio. qui rationem habendam existimabat bonæ vel malæfidei in acquisitione fructuum. Pinellus enim vbi supra nume. quinquagesimoprimo. cùm teneat illam opinionem licitam esse fructuum donationẽ; quia donantem non faciat pauperiorem, verè existimat in sua illa specie, in qua ipse versatur, non habendam rationem bonæ vel malæfidei, sed Palatios Rubios loquitur in casu in quo fructus particulariter non sunt donati, sed prædia: de fructibus prædiorum quæritur, in quibus non potest excludi consideratio bonæ vel màlæfidei, quam iureconsulti admittunt in d. l. de fructibus, & in d. l. si vxor filio, & admittit ratio iuris, quę de bonæ & malæfidei possessore circa fructus acquirendos constituta est, quam rectè sequitur Palatios Rubios, quem immeritò reprehendit Pinellus; quoniam diuersa facti species diuersam exigit iuris decisionem, neque quicquam facit l. cùm hic status. ff. de donationibus inter virum & vxorem; quia ex illa lege solum colligendum est, donationes posse reuocari, quæ de validis non de inualidis intelligendum est, quæ enim à principio non valent, nulla reuocatione egent, in his ad fructus lucrandos bonam vel malamfidem requirimus, quam in viro facilius, quam in vxore

præsu-

Source : BIU Cujas

præsumemus, neq; enim d.l.cum hic status, correxit totum ius de donationibus inter virum & vxorem:ideò Palat.Rub. d.nu.3.rectè allegat d.l.de fructib.& d.l.fructus.& d.l. si vxor. cùm.n.(vt sæpè diximus)bona vel malafides ꝫsistat in facto, nō in iure d.l.bonæfidei.ff.de acquirendo rerū dñio,nihil cu
24 ramus titulū, sed conscientiā alienæ vel propriæ rei, † vnde qui hēt titulū reprobatū à iure,pōt habere nihilominus bonāfidem,iuris ignarus.tex.egregius in l.2.C. si quis ignorans rē minoris.ibi, si contra amplissimi ordinis decretū, & ibi,si non bonafide emptorem,qui emit,fuisse constiterit; titulus enim illegitimus malamfidem (vt diximus) inducit præsumptam,quæ excluditur probata vera bonafide, quam mulier, rusticus,& vir iuris ignarus probare poterit ex varijs circunstantijs.Bar.& Angelus in l.sed & si lege.§.scire.ff.de petitione hær. Bal.in c.cū super. de causa possessionis & proprietatis,atque in hunc sensum accipienda sunt verba d.§ scire, ibi & non puto hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure errauit · nihil enim habet commune bonafides vera, cum malafide prçsumpta,fateor errorem iuris malamfidem inducere præsumptiuè,sed vera bonafides in eo qui ius ignorat, & dolo caret, præsumptam eam malamfidem excludit d.l.2.C.si quis ignorans rem minoris,qui est tex.expressus,reliqua autem iura,quæ adduximus nume.proximo in malafide præsumpta accipienda sunt, quod ferè tenent Paulus, & Salycetus in d.l.2 Abbas in c. ad nostram.propè finem de rebus ecclesiæ.Iason in l.1.§.si vir vxori.nume.22. & in l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.possess.glo. in l de fructibus. supra de donationibus inter virum & vxorem. Romanus singulari 90.Paulus in l.Celsus.ff.de vsucapio.Bar.& reliqui in d. §. scire.tenent Innocentius, Ancharanus, & Imola in d.c.ad nostram,qui extēdunt ad errorem iuris resistentis actui,de quo agitur,item vel res omnino prohibeatur alienari, vel prohibeatur certa dumtaxat solennitate omissa,resoluit Couarruuias lib.1.variarum resolutionum c.3.num.8.pro quo est nobis tex.elegans in l.11.tit.14.par.2. ibi, otrosi el que tal heredad comparse sabiendo que era de la yglesia e non fiziesse la compra en la manera que se dize en las leyes deste titulo deuela perdere cobrarla la yglesia con los esquilmos que en de lleuo & ibi, e si alguno la recibiesse a sabiendas en donadio deue la entregar a la yglesia con todas las rentas que del la ouo,nota verbū a sabiendas,quod letinè est,scienter, quo modo scientiam requirit,hoc est, malamfidem veram, quæ non tantum deducatur ex titulo reprobato, quæ fictè mala fides censetur, ita communis & vera opinio distinguit inter malamfidem fictam,& veram, errorem iuris excusare ait ab hac malafide,& meritò,vnde in d.§.scire,verbum illud prædonem,interpretandum est verè,id est malæfidei possessorē, ita interpretati sumus supra, cum de hoc verbo egimus c.2. num.17. contra quam opinionem immerito tenet Pinellus doctissimus in d.l.2.in 2.par. c.4. num.34. omnia autem iura quæ adducit in contrarium,scilicet d. l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis,lib.11.ibi, quia vix potest dici bonæfidei possessor,qui aliquid mercatur cōtra legum interdicta, & d.l.si prædium.C.de prædijs minorum. & d.l si quis decurionum.C.de prædijs decur.& d.l. 1. C. de fide instrumento. & iure hastæ fiscalis,lib.10.& l.iubemus nulli.§.1.C.de sacro sanct.ecclesijs. & c. si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienandis,procedunt in malafide ficta, quæ plurimum distat à vera malafide,quæ in facto consistit,nec ab ea excluditur,iuxta quem sensum intelligenda est l.40. tit. 28. part.3. ibi, la quarta es quando ganasse la heredad contra layes deste libro, vt qui titulum habet à iure reprobatum,præsumatur habere malamfidem, verè tamen habere possit bonamfidem,quę restitutionem fructuum excludat,& ex circunstantijs rerum & personarū; quia bona & malafides facti res est non iuris, vt diximus, nisi enim illa iura omnia scientiam illam præsumpsissent, tituli reprobati à iure nunquàm inducerent restitutionem fructuum,in d.l.1.C.de fide instrumen.& iure publicæ subhastationis,ibi,rescissa venditione malafide facta easdem res recipies cum fructibus, & rursus ibi, quos ad emptorem malafide peruenisse, nota præter titulum illegitimum requisitam fuisse veram malamfidem non prçsumptam ad restitutionem fructuum;quia ius ad hoc factū semper inquirit,idem innuit tex.in d.l.si quis decurionum. C. de prædijs decurionum,lib.10.ibi, quod si quis contra vetitum occultis mollitionibus per suppositas fraude personas, nota ibi de fraude mentionem,quasi præter illegitimum titulum fraudem lex requisierit,idem in l.iubemus nulli. §.1. C.de sacrosanct.ecclesijs,ibi audaci spiritu & mente sacrilega, quæ verba magis ad factum quàm ad ius referenda sunt. idem in c.si quis presbyterorum,ibi.quòd si minore animę suæ cura, quæ verba solum referre ad titulum illegitimum nemo cordatus audebit, igitur iura hæc omnia ad fructus restitutionē præsumunt scientiam iuris reprobati,quæ tamen sæpe abesse potest, & probari ex circunstantijs regionis, temporis, & personarum, alia autem iura, quæ addunt Pinellus, scilicet l.2.§.si à pupillo.ff.de vsucapionibus pro emptore l.si vir vxori.ff.pro donato.l.nunquam.ff.de vsucapionibus l. potest l.iusto.ff.eodem l. iuris regula.ff.de iuris & facti ignorantia 4. & 7.denique omnia hæc iura pertinēt ad vsucapionem, in qua dispar ratio est, atque in acquisitione fructuum text. expressus in dicta l. bonæfidei. ff. de acquirendo rerum dominio, sæpius allegata, vsucapio ibi perficiebatur apud iureconsultos cum malafide, acquisitio fructuum non item, denique iura illa non possunt ad hanc nostram requisitionem fructuum allegari, & habent particularem rationem, quam alibi dicimus, quòd verò ipse Pinellus adducit deducto argu-
25 mento ad inconueniens, † quod fragile dialectici censent, agitur de elidendo argumento;qui enim argumentum proponit,inconuenientia asserit,quæ ex tali argumento nascantur, & deriuari possint, ait enim, quòd cùm hic iuris error probari non possit, quod argumentum leuissimum est, er-
26 ror enim in omni genere probationis versatur, quæ † probatio tam longè patet, quàm longè patent mores, consuetudines, rerum, causarum, & personarum qualitates, vide Bartolum in l. non fatetur.ff.de confes.numero duodecimo. qui ad hoc allegat l. si adulterium cum incestu, §. primo.ff. de adulterijs, vt ex qualitate facti, & personarum erroris resultet probatio, quin illud verissimum est, si cum iudicio ex-
27 pendamus iura, in † dubio facilius præsumi errorem & ignorantiam iuris, quàm exactam cognitionem, quod aduertit Raphael in l.an inutilis. in principio.ff.de acceptilationibus, adeò enim profunda est hæc ipsa iuris prudētia, adeò diuersis secretioribus & occultis abdita & reposita locis, vsque adeò tenebroso quodam verborum rerumque inuolucro cooperta, & cœca caligine obducta, vt nunquàm nisi viris apprime eruditis, vario rerum & verborum præsidio instructis patuerit, vt obiter istos leguleos omittamus, qui vix puritatem sermonis latini ingressi, sine philosophia laudandarum artium procreatrice, ad vnum aut alterum Alphabetarium indicem oculos conijcientes, rudes, & planè ignari, totam iuris ciuilis eamque absolutam cognitionem temere sibi pollicentur.Immemores eius Seruij Sulpitij quem in in l.secunda.ff.de origine iuris.legimus: cum in dicendis causis primum locum, aut proximum post Marcum Tullium obtineret, quasque sine legibus tractare non poterat, vt ait Cicero in oratione pro Cluentio obiurgatum fuisse & reprehensum à Quinto Mutio, quòd semel atque iterum responsum de amici rebus non intellexisset, reprehensionis causa ea fuit, quòd ius ignoraret in quo versaretur, ex quo loco Accursius, & Zasius ibi colligunt secuti reliquos iuris interpretes, facilius esse, vt præsumamus iuris ignorantiā, q̄ notitiā:nam quod Cicero pro Murena aliàs scriptū reliquit, legalem disciplinam cognitu non difficilem, esseq; gloriā,si benè respondeas, sin male nullum subesse periculum; quia protinus subsit existimatio, quod in ius controuersum incideris: foro certè seruiuit Cicero, vbi sæpè non ex vera animi sententia multa dicuntur, sed quæ possint obcæcare iudices, & in causam propositam inclinare, commodo clientis addictus non libero animi iudicio, quod verè non sentiebat euomuit Cicero, quod priuata vtilitas, & cupido replendæ crumenæ quotidiè facit, verba Ciceronis hæc sunt, libet addere, vt videas, quàm antiquum sit, pessimum & iniquum iudicium, contra leges & iura prolatum, ex iure controuerso defendere,itaque inquit, si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis, triduo me iureconsultum esse profitebor, etenim quæ descripto aguntur, scripta sunt omnia, neque tamen quicquam tam angustè scriptum est,quo ego non possim,qua de re agitur, addere, quæ consulantur autem minimo periculo respondentur, si id quod oportet responderis, idem videare respondisse, quod Seruius, sin aliter, etiam controuersum ius nosse, & tractasse videare,hactenus Cicero,videre mihi videor paucis verbis ingenium leguleorum nostræ ætatis suis coloribus dipictum, sæpè enim videas iniquè & perperam contra leges & iura, contra rei gestæ veritatem responsum, vtque authoritatem respondentis tueamur, ne viri alioqui graues,& publico iudicio probati ex ridiculo responso ridiculi fiant, ad ius controuersum non ad iuris ignorantiam responsum referre necesse est, quod attinet ad Ciceronem, hæc facilitas iuris non est sibi ex vera animi sententia proposita foro seruiuit, quod ille egregiè facere nouerat.Sæpè enim aliàs difficilem iuris artem profitetur, adeò vt ex libris dinosci non possit, nisi præuio magistro & præceptore,verum est (inquit ille ad Trebatium) dinosci non posse sine magistro, difficilem esse, Scæuola item in l. codicillis. §. Lucius.ff. de legatis secundo. iureconsultos ait in condendis legibus nimiam, & maximā diligentiam adhibuisse,quæ latere posset facilè, etiam de ea

Source : BIU Cujas

solicitum, passim quoq; videas iureconsultos pugnare, alijsque alia aliorum responsa probata, alijs reprobata, quod quidem nisi ex difficultate artis, in qua versantur, euenire nõ potest, verissimum est, quod Aretinus scripsit in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. quòd solennitas contractuum quæ est vnita vsui gentium, præsumatur esse nota vnicuique, non tamen
28 idem fatendum sit in solennitate simplici iuris ciuilis, † quia talis nõ præsumitur cognita nisi peritissimis, nemo ignorat viduæ, pupilli, ecclesiæ rem sine consensu naturali transferri non posse; est enim solennitas naturalis, pauci sciunt qua solennitate ciuili sint eorum bona alienãda, sequitur Alciatus regula 3. præsumptione 10. num. 10. versic. non obstat, tenet Alex. cons. 103. vol. 1. Quòd non excusatur, qui errat in iure notissimo, & vsui publico recepto, quapropter in probatione huius erroris, & ignorantię plurimum poterit bonus prudensq; iudex, qui ex causis personisq; variè constituet, secundùm Bar. in d. l. non fatetur, & Baldum in d. l. 2. C. si quis ignorans rem minoris, vbi quòd error iuris ex coniecturis iudicijsq; constabit, vnde Alex. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verborum obliga. ex qualitate personæ censet probari posse iuris errorem, ait enim, in fœmina iuris ignorantiam & errorem facilius probari quàm in vito, idem Aretinus consi. 17. nu. 2. qui in illa muliere tolerat facilius hunc errorem, quàm in Ioãne, idem in milite. Bal. in l. venditioni. C. de vsucapione pro emptore in d. l. 2. C. si quis ignorans rem minoris. Fely. in c. de quarta de præscrip. Alciatus d. reg 3. de præsumptione 30. nu. fin. Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensibus tit. 1. part. 1. §. 22. num. 52. & 54. ex quibus constat, quam liberè doctissimus Pinellus constituat iuris errorem improbabilẽ, quodq; ille de iuramento addit, longè aliter proponitur a scriptoribus, non enim in hac vna re iuramentum proponitur vni cũ duntaxat, & solum probationis genus, non tamen negari po
29 test, quòd † aliquando iuris hic error probari possit sacramento eius, qui in iure errauit, iuxta tradita à Doctoribus supra, præsertim si errans eius sit probitatis, neque absint aliæ coniecturæ, vt ei fides habenda sit, retenta regula l. quæro. ff. de ædilitio edicto. quod verò ait Pinellus, decretum minorum adeò innotescere, vt in eo error tolerari non possit, non diffitentur id Doctores, talem tamen errorem ex causis, personis, vsu, & consuetudine aut abijciunt, aut recipiunt, idq; probatur in d. l. 2. in 2. parte. C. si quis ignorans rem minoris, & sentiunt Mod. Paris. d. nu. 54. & reliqui quærentes verã malã fidem, quam suo nomine positiuam vocant, non fictam, quę multipliciter elidi posse constat, de hac verba bonafide est d. l. 2. in 2. parte, quæ verificabitur in emẽte rem minoris, vel ab ipso minore, si bonafide id facit, vndecumque bona illa fides procedat; bona enim fides tota ratio est acquirendorũ vel amittendorum fructuum industrialium, non titulus iustus vel iniustus, legitimus, vel illegitimus, cũ sine titulo hæc malafides reperiri possit, vt dicemus, quod etiam si hæc non aduerterint Pinellus & Mod. vbi supra, debuerunt certè aduertere, postquàm satis intellexerunt hanc de bona & malafide distinctionem, melius ergo doctissimus Couarr. ad hoc aduertit in d. c. 3. nume. 6. ad fin. vbi contra Mod. tenuit, doctissimum autem Couarruuiam immeritò reprehendit Pinellus num. 36. ex fundamento fragili; nam quamuis in successore probabiliores sint causæ ignorantiæ, quàm in contrahente ex l. bonæfidei. ff. de acquir. rerum dominio. ibi, ab eoque postea alienata bonæfidei emptori, & ex regula l. qui in alterius. ff. de regulis iuris, tamen si idem iuris error reperiatur in emente ab ipso minore, quod fieri posse latè adduximus, quid vetat, bonam illam fidem prodesse ad fructus lucrandos iuxta communem opinionem: neque enim aptè colligitur, qui emit à successore propter ignorantiam præsumptam successoris præsumitur bonæfidei, ergo qui emit ab ipso minore, verè est malæfidei; quia bonæfidei esse potest ex circunstantijs temporis, loci, personarum, ex qualitate negotij & causæ, de qua agitur ex his, quæ diximus, cùm ergo agnouerint hanc ipsam distinctionem malęfidei fictæ, & veræ, agnoscere item debuerunt verum & planum sensum ad d. l. secundã. C. si quis ignorans rem minoris, in secunda parte, in ipso enim iuris errore non dubium est, quin plurimum possit tempus, sexus, qualitas personarũ, & loci, aliud de rustico, aliud de milite, aliud de fœmina, aliud de iuris perito, aliud tempore belli, aliud pacis, aliud ruri, aliud in ciuitate existimare debemus, potuisse geri fierive, de quo Bald. & Paulus in l. emptor fundi. ff. de vsucapione pro emptore. Aretinus in l. quod vxor. ff. de acquiren. possessione l. cum de indebito. ff. de probationibus. ibi, & maximè si is qui indebitũ dedisse se dicit, homo diligens est & studiosus paterfamilias, cuius personam, incredibile est, in aliquo facilè errasse, itaq; ex his circumstantijs, quæ incidunt in omne genus causæ, in duci potest bonafides vera, in qua possit verificari d. l. 2. in 2. parte, non solùm si ab eo emas, qui a minore emit.

Namque si vera esset noua illa opinio Pinelli, vt iuris error non excusaret, & omnino elideret veram bonamfidem positiuam, ex eo quia ius est, quod ignorari non possit, tam ea opinio militaret in iure agnito & manifesto, quàm in obscuro & controuerso: neque enim obscuritas iuris ex iure nascitur, sed ex sententijs interpretum variè opinantium, ius enim semper certum est, & certa semper decisio legis, anceps tamen fit, ex ancipiti acceptione & intellectu interpretantium, neque enim probabile est voluisse legum conditores dubio responso veluti Apollinis oraculum consulentes ambigua responsione decipere, certus fuit legis condendæ scopus, & finis, certa dubitatio, quam lege lata diluerent, verborum autem multiplex interpretatio sæpè facit à vero sensu deuiare, cùm ergo certa semper sit lex, nunquàm ex
30 Pinello impunè contingeret iuris error, at † verò satis constat iuris ambigui errorem & controuersi nil nocere ad fructus lucrandos & acquirendos, quod receptissimum est ex his, quæ ipsemet Pinellus refert num. 40. & doctissimus Couarru. in regula possessor 2. par. §. 7 num. 9. celebris est glo. in §. primo, Institut. de obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. quam Bald & alij notant ad hoc, quem ipsi adducunt post alios, iuris enim error obscuri, & ambigui similis est facti errori DD. in c. cum dilectus. de consuetudine, Abbas in cap. Apostolicæ, num. 2. de donationibus Capitius decisione 69. nume. 24. Socynus in rubrica. ff. de rebus dubijs. Curtius iunior consi. 28. nume. octauo. ex ambiguitate causæ & iuris solent prudentes senatores principem consulere, aut litigantes ad concordiam compellere. Matthæus de Afflictis lib. 1. constitu. Neapolit. rub. 34. & ex obscuritate iuris fit diuisio per medium, glo. in l. Nesennius. ff. de nego. gestis. Boerius decisione 149 num. 22. & 42. Tiraquellus de primogenio q. 17. in 4. opin. num. 9. & sequen. l. & hoc Tiberius 41. ff. de hæredibus instit. l. sed & si lege. §. adeo, & ibi glo. & Paulus. ff. de petitione hæredit. & excusatur iudex in errore iuris obscuri d. glo. in §. 1. Institut. de obligationibus quæ ex quasi delicto. Bald. in l. mancipia. nume. secundo. C. de seru. fugitiuis. & prodest ignorantia huius iuris ad restitutionem ex Abbate vbi supra. Igitur ex his circunstantijs habere quis potest veram bonamfidem, etiam si in iure erret, ac subinde fructus sibi conseruare, etiam si reprobatum à iure habeat titulum, quod senserat Ioannes Lupus de Palatios Rubios d. nume. 3. quem male ibi reprehendit Pinellus, sensit Couarruuias doctissimus vbi supra, dũ explicat d. l. 2. C. si quis ignorans rem minoris, in secunda parte contra Mod. Paris. quem cum D. Couarruuias relinquere poterat idem Pinellus ex his quæ diximus; quoniam bona vel malafides vera plurimũ distant à titulis legitimis vel illegitimis, à iure reprobatis vel probatis, malafides sæpissimè reperitur cum titulo à iure probato & legitimo, & bona sæpè cum titulo illegitimo & reprobato, d. l. 2. in secunda parte. d. l. si vxor d. l. de fructibus d. l. fructus. ff. de vsuris. d. l. bonæfidei emptor. d. l. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ d. l. si quis decurionũ C. de prædijs decurionum. lib. decimo. d. l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacrosanc. eccles. dicto cap. si quis presbyterorum, de rebus eccles. d. l. qui scit. ff. de vsuris. d. l. sed etsi lege. §. scire. ff. de petit. hæredit. vbi verbum illud prædonem, interpretandum est contra Pinellum pro malæfidei possessore iuxta ea quæ tradidimus c. secundo. num. 17. d. l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis. d. l. 39. tit. 28. part. 3. hæc omnia iura cum titulo illegitimo bonamfidem admittunt, quæ autem maximè pro Pinello faciunt, ea dumtaxat præsumptam & fictam malamfidẽ inducunt, quam vera bonafides probata ex circunstantijs legitimis verè excludit, vt diximus.

Alia iura adducit Pinellus pro sua opinione, quæ pertinẽt ad vsucapionem, l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pro emptor l. si vir vxori. ff. pro donato l. nunquam. ff. de vsucapionibus. vbi nunquam iuris error possessoribus prodest l. potest l. iusto. ff. eodem l. iuris regula. ff de iuris & facti ignorantia 4. & 7. hæc facili, vt diximus, negotio elidi possunt ex regula dicte l. bonæfidei emptor. ff. de acquirendo rerum domi. quæ est fundamentum totius huius disputationis, admittit enim
31 malamfidem cum vsucapione aitque † vsucapionem totam ius esse, à iure dependere, quare nihil mirum si à iuris errore destruatur, cum iure debeat subsistere, & ab eo vires capiat. Præterea illa omnia iura procedunt in vsucapione ordinaria, ad quam titulus est necessarius l. Celsus. ff. de vsucapionibus l. nullo. C. de rei vendi. vbi Bart. nam longi temporis præscriptio triginta vel quadraginta annorum titulum non requirit l. omnes. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorum. quod habet locum in rebus quoque ecclesiæ c. placuit. §. potest 16. q. 3. c. si diligenti. c. sanctorũ. de præscriptionibus, Balb. de præscriptionibus 2. par. partis 3. q. 6. & in 2. par. par. 4. q. 2 2. Couarru. in regula possessor 2. parte. §. 5. in principio, ubi latissime, ex quo iuris principio, necessariò sequitur,

Source : BIU Cujas

quitur,bonam fidem ueram cum titulo illegitimo,& repro
bato, non fore sufficientem ad usucapionem ordinariam;
cùm titulum requirat d.l.nunquam.ff.de usucapio. Nunquã
32 († inquit,Paulus) in usucapionibus iuris error possessoribus
prodest,& ideo Proculus ait, si per errorem initio uenditio-
nis tutor pupillo author factus sit, uel post longum tempus
uenditionis peractum usucapi nõ posse; quia iuris error est;
uide Accursium,uerbo factus sit: facti autem error non im-
pedit usucap.pro emptore,ubi apertè hoc discrimen consti-
tuit Paulus,si a pupillo(inquit)emero sine tutoris authorita-
te quem puberem esse putem,dicemus usucapionem sequi,
ut hic plus sit in re,quàm in existimatione, quòd si scias pu-
pillum esse, putes tamen pupillis licere res suas sine tutoris
authoritate administrare,non capies usu;quia iuris error nul
li prodest, hæc Paulus, ubi autem concurrit utrunque scili-
cet iuris error , & facti, attenditur magis causa,quæ prosit,
33 quàm quæ noceat † ita intelligendus est tex.in l.si uir, uxori.
ff. de usucapione pro donato. aduertunt Bart. & scriptores
ibi,& in l.in uenditionibus.C.de usucap.pro emptore.& Ci-
nus ibi.q.4. Alciatus præsumptione.30. regula. 1. numero 3.
Dinus in regula possessor. de regulis iuris, numero 40. uerè
enim in d. l. si uir uxori, quicquid dicat Paulus de Castro in
d.l. nunquàm, atque eum secutus doctissimus Couarruuias
d. regula possessor, part.2. §.7.numero 10.duplex extitit er-
ror,scilicet facti & iuris, alter in eo uersatur;quia contrahen
tes existimarunt rem donatam à viro fieri uxoris,hoc est,ua
lere donationem inter uirum & uxorem, contra notissimas
iuris regulas,alter in eo uersatur; quia donatarius existima-
uit errans rem donatoris fuisse, qui error in facto consistit,
iureconsultus ait,si pauperior is qui donasset non fieret,usu-
capionem procedere, ideò autem Pomponius iurisconsul-
tus existimare potuit, donatorem non fuisse factum paupe-
riorem; quia proposuit rem alienã donatam,ex quo patuit,
licèt contrahentes existimauerint donationem ualere inter
uirum & uxorem errante in iure, in specie particulari rectè
cẽsuisse,donationem eam esse ualidam;quia donatarius do-
nans rem alienam pauperior non est effectus,quo casu uali-
da est donatio d.l.5.§. fin. ad fin ff.de donationibus inter ui-
rum & uxorem. itaque uerè in d.l.si uir uxori. duplex extitit
error & facti,& iuris,sed error iuris generalis, quem contra-
hentes conceperãt,purgatus est ex particulari ratione dona
tionis factæ : quia illa donatio rei alienæ non fecit pauperio-
rem donantem,ideo donatio mero iure ualuit,licèt contra-
hentes generaliter conceperint donationem . inter coniu-
ges ualuisse,ex qua ratione constat, ibi unicum errorem re-
pertum fuisse, scilicet facti, non iuris,quia uere donatio ua-
luit,& colligi potest ex hoc sensu, qui est ad literam , rectè
sensisse D. Couarruu. contra communem,ubicumque adsit
iuris error,nõ conseruari usucapionem, etiam si adsit simul
facti error, ex d.l.nũquàm, & ita adhuc existimamus ex hac
ratione rectè in casu d.l.si uir uxori.rectè sensisse Paulum de
Castro & dominũ Couarru. in eo saltem, quòd communis
opinio,quæ tenet,cõcurrentibus erroribus facti & iuris, ma
gis attendendum esse ad errorem facti, qui prodest, quam
ad errorem iuris, qui nocet, non posse deduci ex d.l.si uir
uxori,ubi donatio uerè ualida fuit, istudque potuerunt do-
minus Couarruu.& Paulus deducere, an uerò illa commu-
nis probetur ex alijs iuribus, illud modo non disputo:sat sit
ostendisse, ut usucapione aliam esse rationem bonæ & ma-
læ fidei circa titulos legitimos,aut illegitimos,probatos aut
improbatos , quàm in acquisitione fructuum, ubi meram
animi conscientiam inquirimus & indagamus,neque posse
aptè iura de usucapionibus applicari fructuum acquisitio-
ni.

Vnde quia in usucapione ordinaria, quæ titulum exigit,
error iuris nocet,multò fortius id recipiendum est in errore
iuris quod resistit actui de quo geritur,quod tenet Paulus in
d.l.Celsus, & ibi Bart.ff. de usucapionibus. Iason in l.si quis
id quod notabili.8.ff. de iurisdictione omnium iudicũ.Bart.
in d.l.quemadmodum.C.de agricolis & censitis lib.11.Car-
dinalis in clem.1.§.si quis.quæstione 2. de rebus ecclesiæ nõ
alienandis.quod ad acquisitionem fructuum,de qua agitur,
nihil pertinet, quantumuis enim errem in iure resistente, si
bona fide uera id ago, fructus facio meos ex Innocentio,
Ancharano,Cardinale,& Imola in d.c.ad nostram.de rebus
ecclesiæ non alienandis atque ex iuris ratione, quam addu-
ximus; quia uera bona fides esse potest cum titulo reproba-
to & illegitimo, cui resistat ius, idque tenendum est contra
sententiam receptam,quam tradit Couarruu. uariar. libr.1.
cap.3.numero 8.& reliquis , ex distinctione malæ fidei ueræ
& fictæ, quæ diuerso iure censentur, ex d.l.bonæ fidei em-
ptor,& d.l.qui scit,& alljs iuribus quæ ad hoc notauimus su
pra,ita ut liqueat contra Pinellum,errorem iuris non proti-
nus inducere malam fidem sufficientem ad fructus restitu-
tionem; quia cum errore iuris possit subesse bona fides ue-
ra,quæ huiusmodi restitutionem excludit,ex quibus tempe
rabis ipsummet Couarruu.d.cap. 3 numero 9.& Mod.Paris.
d.numero 54.§.22. semper enim obseruandum est, differre
bonam & malam fidem à titulo & errore iuris,cum is qui in
iure errat etiam resistente actui, de quo agitur, possit habe-
re uerè bonam fidem, & is qui in iure non errat, sed legiti-
mè contrahit,possit habere malam fidem ueram.

Vnde quia bona uel mala fides uera non ficta inducunt
restitutionem fructuum d. l. qui scit.d. l.bonæ fidei emptor,
dicendum uerè est, & ex fundata iuris ratione,quicquid di-
cant Pinellus,Mod.Paris. Couarruu. ubi supra probata uera
bona fide nunquam ex præsumpta inducendam esse restitu-
tionem fructuum, in usucapione autem ordinaria magis es-
se expectandos titulos; quia usucapio tota in iure non in fa-
cto uersatur:quę iura non debuit Pinellus ad acquisitionem
fructuum adducere, cum aliud dicant.

At uerò ex d.l. 2. si quis ignorans rem minori, in 2.parte,
cum glos.ibi, quatenus iuris error excusat & prodest ad ac-
quisitionem fructuum,oportunè colligendum est,talem iu-
ris errorem non excusare, neque iuuare iurisperitum,Bald.
in l.4. C. de usucap. pro emptore . quod tamen in iure uariè
interpretato , & in multiplici legum sensu non procedit uti
proximè dicebamus,profitenti autem aliquam artem, si in
eadem se circumuentum asseueret , non est credendum,
quòd si restitutionem petat in integrum sibi concedi dene-
ganda est,glos.celebris ad hoc in l. professio. C. de muneri-
bus patrimonialibus libro 10.quam uarie commendat præ-
ter Pinellum ubi supra.num.41. qui neminem adducit Albe
ricus & Angel.in l.1.§.puertia.ff.de postulãdo.Faber & Cri-
stophorus in §.1 Instit.de legitima patronorum tutela.Bart.
Bald. & Socin.in l. 1. qui & aduersus quos.Angel in l. sed &
reprobari.ff de excusation.tutorum.Salicet. in l. 1.qui & ad-
34 uersus quos, oprime Iason in l. eam.quam. C. de fideicom-
miss.num.15.omnes hi uno ore fatentur † Doctorem mino-
rem uiginti quinque annis non restitui ex hoc capite, nem-
pe ex iuris errore & ignorantia;in hac enim restitutione Do
ctor aut iuris peritus allegaret turpitudinem suam : cum sit
turpe uiro perito ignorare ius, in quo uersatur. facit l.si qs
ex argentarijs.§.prætor ait. ff.de edendo. facit l.3.C.si minor
se maior.& qui ius profitetur, uere profitetur quandam diui
narum & humanarum rerum cognitionem l. iustitia §.iuris
prudentia ff.de iustitia & iure,& qui se iuris peritum asserit,
oraculum se profitetur totius ciuitatis. Cicero libro 1. de
oratore,& paulo inferius, sin autem quæreretur (inquit) qs
nam iuris peritus uere nominaretur, eum dicerem, qui le-
gum & cõsuetudinis eius, qua priuati in ciuitate uterentur,
& ad respondendum & ad agendum, & cauendum peritus
esset,hæc Cicero, prædicta autem glos.fundat se in præsum
ptione doctoratus, nihilque aliud continet, quàm præsum-
ptionem iuris; ut Doctor in iure minime se circunuentum
in iure possit allegare,quod & in alijs artificibus recepit pra
gmat.85.Pinciæ,anno millesimo quingentesimo,trigesimo
septimo,procedit ergo glos.in casu restitutionis petitę à mi
nore Doctore, non probata læsione uere, sed in casu præ-
sumpto;in dubio enim,an minor Doctor læsus ne sit,nec ne
puta ex allegatione omissa, duæ præsumptiones oriuntur,
quæ mutuo pugnant,& certant, imò, si uere dicendum est,
mutuo concursu sese elidunt,iuxta l. diuus. ff. de in integ.re-
stitut.altera nascetur ex doctoratu, quæ dictam allegationẽ
consulto fuisse omissam,altera uerò resultat ex omissione al
legationis planè omissæ, itaque in dubio magis est,ut dene-
getur restitutio, quæ in hoc concursu solum minore ætate
restat subnixa; quia minor ætas sola non est sufficiens sine
plena læsionis probatione ad restitutionem impetrandam,
in hoc casu procedit glos. ibi,læsionem præsumptam ener-
uat præsumptio scientiæ, at uerò extra casum præsumptio-
nis si læsi plene & legitime probetur,uel de dolo constet: cũ
nullus sit locus præsumptioni,restituendus est Doctor idem
que minor uigintiquinte annis, ita tenet Iacobus Butriga-
rius,& uidetur tenere Bald.in d.l.1 C.qui & aduers quos,ubi
glos. idem tenet Paul. cum enim cesset præsumptio, non
est locus coniecturis,ideo deneganda non est restitutio,uul
gata l. continuus.§.ita tamen.ff.de uerbo.obli.facit d.l.1.qui
& aduersus quos,quæ in simili præsumptione fundatur,facit
l.1.ff.de minoribus.ibi, quamuis rem suam bene regentibus
neque hic allegat turpitudinem suam ex his , quæ diximus
de magnitudine iuris scientiæ. Præterea si dolum aduersarij
obijciat,qui si in facto fuerit circunuentus,multo magis resti
tuetur;quia in hoc imperitissimi esse soleant;qui iuris maxi-
me periti sunt,uincit enim Salmantinam, & Bituricensium
iuris prudentiam unius mercatoris Crimensis astutia, facit
l.error.C.de iuris & facti ignorantia, & qui ius in pectore to
tum præsumitur habere, astutias istas ignorare præsumitur

c.1.de

Source : BIU Cujas

c.1.de constitut.lib. 6. iuxta hæc intelligendum est Baldi dictum celebre in l.2.§.Seruius.ff.de origine iuris.quod redhibitoria actu cessat,ubi Mariscalcus emit equum morbosum nam ex superioribus intelligendum est, quatenus iuris beneficio gaudeat, quod & Plato tradebat de medico emente seruum ægrotum, de legibus li.2.in hac autem causa restitutionis tali Doctori quantumuis publice approbato datur curator ad agendum.Bald.in l.sed etsi miles.§.iam autem.ff.de excusationibus tutor.Angelus in d.§.pueritiã, Christophorus in d.§.fin.Instituti.de fiduciaria tutela, & hæc adnotauimus circa materiam hanc de iuris errore, descendebant autem omnia ex illa reprehensione Pinelli contra Ioannem Lupum de Palatios Rubios, qui in Rubrica existimarat & rectè, reperiri ueram bonam fidem,quæ præualeret aduersus malam fidem præsumptam,idque d.§ 72.nu.3.& allegat. d.l.de fructibus.& l.fructus. & l.si uxor filio,& potuit allegare reliqua iura,quæ nos superius adduximus,præcipuè d.l.2. C.si quis ignorans rem minoris,in 2. part. & d.l. bonæ fidei emptor, & d.l.qui scit, cum reliquis iuribus, qui bonam fidem ueram, aut malam exigunt ad acquisitionem fructuũ. In reuocatione autem donationis factæ de donatione facta inter coniuges,quòd non retro trahatur ad fructus industriales,qui bona fide percepti sunt,cum Pinello ubi supra tenendum est contra Ioannem Lupum de Palatios Rubios d. §. 72.num.1.uers.item intellige, nisi donator, idque ex d.l.fructus, & l.de fructus,& d.l.si uir uxori,quæ sunt iura expressa, ut possessor bonæ fidei uerè faciat fructus industriales suos, non uerò naturales ,quem possessorem bonæ fidei latè probauimus reperiri posse,cum titulo à iure reprobato, imò sine titulo, quod inferius dicemus quia bona fides in facto,titulus in iure consistat, quod quidem Pomponius latè asseruit in d.l.fructus.ff.de usuris l.de fructib.l.si uxor l. ex annuo, iuncta l.qui scit,& l. bonæ fidei,de quibus supra.

35 † Semper igitur bonæ fidei possessor fructus industriales suos faciet, quæ fuit nostra conclusio,à qua digressi sumus, naturales non item, contra quam conclusionem est Paulus in l.bonę fidei.ff.de acqui.rerum dominio,cuius uerba sunt, bonæ fidei emptor non dubie percipiendo fructus etiam ex re aliena suos interim facit, non tantum eos,qui diligentia & opera eius prouenerunt, sed omnes;quia quod attinet ad fructus loco domini pene est, hæc Paulus, ex quo dicere poteramus,bonæ fidei possessorem,non solum fructus industriales suos facere, sed omnes; quia respectu fructuum dominus est, Pinellus fatetur ex iuribus scilicet ex l. fructus. ff. de usuris, quæ lex fuit fundamentum nostræ conclusionis, & ex d.l.bonæ fidei.colligi antinomiam.ubi supra nume. 53. adeò sibi pugnare uisæ sunt, ego quoties diuersam iuris aut facti circunstantiam in iuribus reperio, protinus mecum constituo procul ea iura abesse ab antimoniæ uera ratione, ut dixi supra isto capite, in conciliandis dictis iuribus, Accursius in locis supra adductis,scilicet in d.l.fructus, & in d.l. bonæ fidei, & in d.§.si quis à non domino, & in d.l.& ex diuerso,& in §.2.Instituti.de officio iudicis, ait, seruandam esse distinctionem Pomponij, & Paulum esse intelligendum de fructibus industrialibus, quæ interpretatio est Floriani, Baldi,Fulgosij,& Salyceti in d.l.fructus, Angeli in d.§.si quis à non domino,Alex. in l.maritus.ff.ad l.Falcid.communem dicit Igneus in l.3.§.si conditioni,nu.40.ff.ad Sillanianum,& quia contra hos sunt uerba expressa in d. l. bonæ fidei, ibi, sed omnes intelligũt uerbum illud,scilicet fructus eos quos bonæ fidei possessor non solum sua opera , & diligentia acquisiuit,uerumetiam quos percipit aliena opera & diligentia,& ita semper tribuit bonæ fidei possessori hæc opinio industriales fructus, naturales non item,ex nouioribus tenent hanc Balduinus & Baro in d. §. si quis à non domino,& Copus de fructibus,lib.2.tit.4.cap.6.hanc interpretationem reprobat Pinellus & meritò ubi supra d.num. 54.quia uerbum omnes, ad fructus est referendum, & ex ratione quam subiungit;quia loco domini est,item ex natura aduersatiuę,quę ut aduersetur,de reliquis fructibus intelligenda est,alij aliter interpretantur,Loriotus dicto axiomate.47.distinguit inter bonæ fidei possessorem,& bonæ fidei emptorem,ut utrumque iureconsultum conciliet,quòd in emptore duplici tempore requiratur bona fides, & contractus & traditionis, in alijs non item,hanc reprobat Pinellus d.nume. 57.alij distinguunt inter titulum onerosum,& lucratiuũ,alij distinguunt inter acquisitionem perpetuam fructuum, & reuocabilem, quas sententias refert & refutat idem Pinellus ubi supra d. nu.47 & 48.

36 †Vera solutio ea uideri potest ex his, qaæ diximus de bona & mala fide,quam tradit Bart.in d.l.ex diuerso, nume.5. quòd lex fructus. loquatur in bonæ fidei possessore sine titulo,ut is fructus naturales non faciat suos l. bonæ fidei in possessore bonæ fidei cum titulo legitimo,ut is naturales faciat suos, tenẽt hanc Angelus in d.l.ex diuerso. Albericus d.l.fructus.Abbas in cap.grauis.nu.4. de restit.spoliatorum.ex nouioribus Couarru.li.1. uariar.ca.3.nu.6.uer.his sanè præmissis,uers.secunda conclusio, Costalius in annotat d.l.fructus, qui allegat Ferretum, hæc opinio quia mihi ueriſſima est, fundatur & ratione & iure, ratio ea est; quia bona fides,quæ in facto consistit, non potest ultra factum adscendere,ad ea quæ sunt iuris, neque enim quisquam potest rem omnino alienam sine iuris præsidio adquirere,illud enim iuris beneficium est, quo non potest adscendere sola bona fides, quæ in facto consistit separata à iure,hoc est,à legitimo titulo,itaque possessor bonæ fidei sine titulo legitimo,hoc est,iure cognito,cùm stet in terminis meri facti, hoc eſt in iudicio animi sui secretiore, quo iudicat rem illàm ad se pertinere, & ita in facto,fructus,eos acquirit,qui item facto suo, opera,& diligentia & reproueniunt,non reliquos,qui,ut aquirantur, indigent iuris præsidio: at uerò in possessore bonæ fidei cũ titulo legitimo, & iure cognito duplex præsidium est, duplex fauor,duplex acquisitionis causa,factum & ius,illud cõsistit in uera conscientia rei propriæ, hoc in titulo legitimo & iure cognito,nimirum ergo,si præter fructus industriales naturales quoque acquirat; eos enim sibi factum suum præstat,hos iustribuit, quæ ratio mouere potuit & debuit iurisconsultos, ut in acquisitione fructuum industrialium,& naturalium ita distinguerent, estque elegans ratio,& fortis,eaq; perpetuò obseruata fuit à iurisconsultis, primum in d.l.fructus,& in d.l.bonæ fidei emptor.Ptæterea apertissimè in l.liber homo.ff.de acquirẽdo rerum dominio, ibi, quia nec ex re mea,neque ex operis suis id sit,neque ulla eius opera esset in legato l.qui bona fide. ff.eod.ibi, si alienus seruus duobus bona fide seruiat, & ex unius eorum re acquirat, rationem facere, ut ut ei dumtaxat in solidum acquirat, hæc Vlpiani ratio illa nõ potest esse alia, quàm quæ adducta à nobis est, neque in his iuribus de titulo aliquo fit mentio l.seruus, 43. ff. eod.§. idem placet, Institutio.per quas personas nobis acquirit l.1.C.de rei uendication.§. si quis à non domino.Instituti.de rerum diuisione, qui est textus expressus, nec mirum
37 uideri debet alicui † reperiri possessorem bonæ fidei sine titulo, quod iam impossibile uisum est.Innocentio & Baldo in cap.per tuas.de testibus,& Pinello ubi supra,num. 56.qui semper confugit ad errorem facti, perpetuus in sua illa opinione uix fieri posse, ut reperiatur error iuris sine mala fide quod supra latè refutauimus, ex pluribus iureconsultorum responsis,qui tamen in hac sunt opinione,parum aduertunt hodie, præscriptionem non perfici mala fide interueniente compleri autem usucapionem sine titulo,ut uideas quàm alterum dempto altero consistere potest, ex quo patet dari posse bonæ fidei possessorem *sine titulo, in acquisitione fructuum plura exempla, & in usucapione posuit* Couarruias doctissimus in regula,possessor,parte.2.§.8.per totum.

Inde est,ut à bonæ fidei possessore sine titulo extantes uẽ dicentur directò:quoniam naturales fructus nunquam fecit suos, consumpti autem petantur condictione sine causa, at uerò à possessore bonæ fidei cum titulo; quia suos facit, extantes non uendicantur directò, petuntur autem officio iudicis ex æquitate l.si me & Titium.ff.si certum petatur,consumpti autem non petuntur, nisi quatenus locupletior factus est,idque condictione sine causa ex æquitate prædicta, hæc est sententia Bartoli. Quem omnes à tempore suo secuti sunt,ita Fulgosius in d.l.fructus.nu.19.Paulus de Castro in d.l.quod uxori.ff.de acquirenda possess.resoluit communem & receptam dominus Couarruu.ubi supra li.1.ca.3.nume.6. qui sensus,ne uideatur diuinatorius ad iura illa duo,aduerte in d.l.bonæ fidei.uerbum illud emptor, ubi titulus est emptionis,at uerò in d.l. fructus, licèt interuenerit titulus donationis, illa tamen donatio erat improbata à iure:quia inter uirum & uxorem, & ita erat pro non titulo ex l.quoties.ff. qui satisdare cogantur.Quoties(inquit iurecõsultus,)inique uel uitiosè cautum ac satisdatum est, ita est ac si neque cautum,neque satisdatum esset, neque quicquam faciunt retenta opinione Bartoli uerba iureconsulti ad fin. in d. l.fructus, ibi, sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris; quia non ex facto eius fructus is nascitur, uerba enim hæc magis confirmant hanc interpretationem; quia iureconsultus apertè,fructus, qui non nascuntur ex facto bonæ fidei possessoris, bonæ fidei possessori non tribuit,item uerba illa cuiuslibet,nõ significant omnem possessorem bonæ fidei indistincte, sed non quemlibet, quasi dicat apertè non cuiuslibet bonæ fidei possessoris est, ut acquirat fructus naturales, sed eius solum, qui habeat præter bonam fidem titulum legitimum, sic dicimus non esse cuiuslibet adire Corinthum, sed eius dumtaxat,qui decem talenta numerare possit, ut est in prouerbio, nec quælibet ex hæredatio potest excludere filium sed ea quæ recte & rite facta reperiatur, ita & in casu nostro

poma

poma sponte nascentia non fiunt huius bonę fidei possessoris, sicuti neque cuiuslibet, sed eius dumtaxat qui & bonam fidem, & titulum habeat legitimum, præterea certum est reperiri bonæ fidei possessorē sine titulo, ut late probauimus, quod forsan adduxit Pinellum in contrariam opinionem, ut patet d. nu. 56. qui nullum satis uehemens argumentum adducit contra hanc opinionem.

Ea autem retenta quæ retinenda est, omnia iura, in quibus de restitutione fructuum mentio fit, intelligenda sunt iuxta hanc distinctionem c. grauis de restitutione spoliato. l.4.§.post litem.ff.finium regundorum l.sed etsi lege.ff.de petitione hæredit.l. quod si minor.§.restitut. ff. de minoribus, tradit Moder.in consuetudinibus Parisiensibus,titul.1.§.22. quæstio.10.nu.53. quod in Ecclesia sicuti in minori recipiendum est; quia eodem iure utuntur Aymon de antiquitate tēporis,partit.4.nu.162.resoluit Couarruuias uariarum resolutionum li.1.c.3.num.4.uers.sed tamen, contra Imolam in c. apostolicę.3.col.de donationibus. q fundabatur in l. in causæ.§.interdum.ff.de minoribus, per l.4.§. 1. ff. de fideicommissarijs libertatibus. & optime respōdet ad d.§.interdum, ut si possessor certò sciat suum contractum rescindi posse petita in integrum restitutione, si aliàs legitimè sit contractus factus, quamdiu non petitur restitutio, bonam fidem cum titulo habeat, ut fructus etiā naturales faciat suos,quæ enim uniuerse & generaliter leges loquuntur, interpretandæ sunt iuxta particulares iuris decisiones,alioqui confusa admodū erit iuris ratio & incerta,quo solo fundamento uitare poteris adducta à Pinello, ubi supra d.nu.60.si quis autem teneat cum Pinello in particularibus iudicijs non habendam esse rationem fructuum,si ditior factus sis, & consumpseris, sed eam considerationem locum dumtaxat habere in petitione hæreditatis l.1.C.de petitione hæreditatis l.illud 43.uers. in bonæ fidei.ff.eo.non multum errauit, imò uerum asserit; quia in petitione hæreditatis fructus augent hæreditatem l. item ueniunt.§. fructus. ff. de petit. hæredit .dummodo admittat distinctionem illam fructuum industrialium,& naturalium,ut naturales omnino consumptos, uel extantes possessor bonę fidei sine titulo restituat,iuduſtriales faciat suos, neque post acceptum iudicium quicquam retineat, neque ante iudicium restituat: ut considerationes illæ Bartoli in d. l.ex diuerso.extra casum petitionis hereditatis & iudicij uniuersalis habere locum non possint, & ita obseruat praxis, q̄ tamen fructuum naturalium, & industrialium admittet distinctionem, non tamen omnino respuet cum Pinello, temperandæ enim cum iudicio sunt opiniones, non uerò obcæcate amplectendæ: æquitas enim l.si me.& Titium. ff.si certum petatur.& condictio sine causa,ægre ad acquisitionem fructuum, in qua particulares iuris regulæ constitutæ sunt,applicabitur: & ita interpretabimur l.certum. C. de rei uend.& obseruabitur communis praxis, bonæque fidei possessor sine titulo fructus naturales restituet,siue consumptos siue extantes, industriales autem ante iudicium susceptum faciet suos,cum titulo autem utroſq; faciet suos, post litis contestationem utrosque restituet,si litis contestatio legitimè facta sit,ut latè diximus supra.

38 † Nobis autem Hispanis est l.39.titu.28.part.3 quæ in illis uerbis, que estos a tales tenudos son delos tornar con la heredad maguer los aya despendido a buena fe comprandola cosa,o en auiendo la en otra manera uidetur tollere de medio distinctionem Bartoli, quæ distinguit inter possessorem bonæ fidei cum titulo,uel sine titulo, ea enim solum id constituit,ut fructus naturales restituantur, nihil de titulo sollicita, ad quod ponderanda sunt uerba legis ibi, comprandola cosa,o auiendola en otra manera,ut uerba illa,comprandola,denotent titulum, & illa, o auiendola en otra manera nō titulum,uel illegitimum, quod si dicas o auiendola en otra manera, sint interpretanda scilicet auiendola en otra manera semejantes,scilicet cum titulo, ex alia causa & titulo,non emptionis, tunc magis adhuc hoc ipsum confirmatur;quia cum à possessore bonæ fidei cum titulo fructus statuat restituendos naturales, multo magis id intelligēdum est in possessore bonæ fidei sine titulo, itaq; nobis in Hispania in hac iuris Cæsarei controuersia expressus est tex. ut fructus naturales,qui sine opera nostra proueniunt,omnino sint restituēdi,idque pro Accursio in dictis locis ubi supra contra Bartoli opinionem distinguentem inter possessorem cum titulo & sine titulo, quæ opinio Bartoli uera iure Cæsareo est, & contra reliquorum interpretationes, itaque iure communi ueriorem Bart.opinionem censemus, iure Hispano Accursij opinionem, quam reliqui omnes reijciebant, ex quo uerissimum illud arbitramur nostro iure siue extantes sint,siue à bonæ fidei possessore cum titulo uel sine titulo esse omnino restituendos: quia nunquàm facti sunt eius possessoris, qui uel bona sit cum titulo,uel sine titulo,neque nostro iure hodie indigemus illa Bartoli inspectione, an locupletior factus sit, neque desideramus remedium extraordinarium,scilicet condictionem sine causa ex æquitate l.si me & Titium cum d. l. 39. apertè restituendos esse dicant, nihilque curet de titulo aut non titulo illis uerbis, comprando la cosa, o auiendola en otra manera.

Neque quicquàm facit ultima pars eiusdem legis ibi,mas si ouo mala fe, quia uerba ea referenda sunt ad primam partem tex.ubi de industrialibus actum est, quod patet ex natura aduersatiuè,mas, quæ cum non aduersatur secundæ parti eius legis,ubi de fructibus naturalibus agitur, necessario intelligēdum est referri ea uerba ad priorem partem,cui oportunè aduersatur.ibi enim constitutum est,bonæ fidei possessorem fructus industriales suos facere,subdit autem tex.malæfidei possessorem non item efficere suos fructus, ad proximam partem legis referri non possunt uerba illa, salua uerborum proprietate, ubi idem cōstitutum fuerat neque quicquam diuersum erat, cui aduersaretur.

39 † In fructibus industrialibus sequens sit conclusio, ut possessor bonæ fidei cum titulo uel sine titulo indistinctè fructus industriales suos faciat extantes autem restituat, idque non rei uendicatione, quæ planè competere non potest,cū possessoris fiant mero iure,sed officio iudicis ex æquitate illa, de qua supra l. si me, & Titium.ff.si certum petat.quam conclusionem post glo. in d. l. ex diuerso. tenent omnes,de quibus supra mentio facta est, quosque mox referemus,hæc conclusio probata nobis est d. l. 39. tit. 28. part. 3. à buena fe compran los homes e ganan casa o heredamiento ageno, cuydando que es suyo de que lo enagenaron o que han derecho delo enagenar, e acaesce que uiene despues el uerdadero señor de ella e demanda egla en juyzio e uencele en tal caso como este, dezimos que el señorio delos fructos que ouiesse recebidos, e despendidos del heredamiēto este uenuencido que deuen ser suyos, & subit paulo inferius de extantibus, mas los que no ouiesse despendido dela heredad tenudo seria delos tornar al señor de la heredad sacādo,&c. quæ lex iterum uidetur admittere in industrialibus distinctionem Bart.in d.l.ex diuerso, de extantibus & cōsumptis, & ex d.l.39. admittenda est in Hispania in industrialibus, in naturalibus, non item, cum ergo d.l. 39. industriales fructus bonæ fidei possessori tribuat, si consumpti sint,stantes autē & non consumptos, iubeat restitui, licebit extantes uendicare directò;quia possessoris bonæ fidei iure nostro non sint facti:olim autem iure Cæsareo iudicis officio percipiebantur ex equitate l.si me & Titium,quia possessoris fiebant mero iure,ut diximus, quod planè constitutum est nostro iure.

40 † Sed & in consumptis hisque industrialibus maior iure nostro, & Cæsareo disputatio est, postquàm fidei bonæ hic possessor suos facit, an saltem locupletior & ditior ex eisdē fructibus effectus restituere teneatur quatenus locupletior reperitur,& ditior occasione eorum fructuum, quam quæstionem ueteres fecerunt dubiam & ancipitem extortis iuribus, & à suis sedibus ad alienas, per uim & iniuriam extractis, cùm etiam communis praxis, ususque forensis totius Hispaniæ rarò, aut nunquàm hanc ipsam considerationem admiserit,glo.uerbo. de consumptis.in d.l.ex diuerso,quam glo.communiter ibi obseruari inquit Bartol. nu. 6.& Antonius de Butrio,& Panormitanus Abbas in capi.grauis,de restitut.spoliatorum,uersic. si uerò sint consumpti,& post eos Alexand.in l.Nesennius.§.fundum.col. fin.ff. de re iudicata, & ibi Vincentius nu.8.idem Alexand.in consi.21. ad fin.lib. 4.Socinus in cōsi.251.lib.2.Corneus in cons.301.uol.1.Omnes hi & alij quos ipsi adducunt, post glos.in d.l. sed etsi leg. §.scire.ff.de petit.hære.& in l.sequitur.§.1. ff.de usucapionib. & Paulus de Castro in l.si fundum. C.de rei uendic. Angel. in l.si me & Titium.ff.si certum petatur, & in consil. 133. & consi. 160. tenent isti plures ex illis referentes aliorum opiniones,& huic accedentes,aut non obscure adhærentes, denique ex his possessor bonæ fidei industriales fructus consumptos adeo facit suos,ut nihil teneatur restituere,etiam si ex his fructibus reperiatur ditior, aut locupletior,ita ante litem perceptos fructus omnino facit suos, ut cumque consumpti reperiantur, de industrialibus loquimur, plures authores refert huius opinionis doctissimus Couarru. uariarū resolut.ca.3.nu.6.lib.1.uers.tertia conclusio, quæ opinio intelligenda est in iudicio particulari,nam in iudicio uniuersali absque controuersia expedita res est,in his fructibus industrialibus & in hoc bonæ fidei possessore admittendam esse restitutionem fructuum etiam ante litem, si locupletior ex his possessor reperiatur, ita intelligunt omnes, resoluit Doctor Couarruu.ubi supra,& Mod. Paris. in consuetudi. Parisien.tit.1.§.fructus.§.22.nu.49.part.1.l.item ueniunt.§. cos.ff. de pet. hæredit.l. 1. C. eod. itaque in iudicio uniuersali iure communi nulla sit disputatio, in particulari illa prior opinio con-

Source : BIU Cujas

consumptos fructus & perceptos tribuit bonæ huic fidei possessori, quantumuis ante litem sint percepti, etiam si fructus ex his sit locupletior, ꝙtraria opinio tenet, teneri hunc bonæ fidei possessorem fructus ante litem perceptos industriales restituere, in quantum factus sit locupletior ex eis, authores huius opinionis referunt doctissimus Couarruu. & Mod. Paris. ubi supra, Bart. Angel. in d.l. ex diuerso, Antoniũ & Abbat. ubi supra Paulus ubi supra, Alex. Iason, & Decius in l. si me & Titium. ff. si cert. pet. Alex. ubi supra, quorum alios adduximus supra, referenres eam sententiam contra hanc posteriorem, hanc posteriorem sententiam tenet dominus Couarruu. ubi supra, melius tamen Mod. Par. in iudicio particulari elegit priorem, quod enim fundamentum doctissimus Couarruu. pro se adducit, ut accederet posteriori huic sententiæ, idemmet fundamentum adduxit Mod. illum & merito in priorem sententiam; quia omnia iura de possessore facto locupletiore loquentia, ea constituta sunt in iudicio uniuersali non in particulari, ut diximus. Præterea est §. si quis à non domino, Instituti. de rerum diuisione, ibi, quos percepit, & rursum ibi, de fructibus ab eo consumptis, elegans tex. ad hoc in l. sed & loci. §. post litem. ff. finiũ regundorum. ibi, nam aut bona fide percepit, & lucrari eum oportet, si eos consumpsit, aut mala fide & conduci potuerunt, sequitur Mod. Paris. Pinellus ubi supra l. 2. part. 2. cap. 4. nu. 60. in iudicio autem uniuersali inerat illa particularis ratio: quia fructus augebant hæreditatem, itaque mero iure fructus nihil distabant ab hæreditate, & hi uidebantur extare in substantia possessoris locupletioris, quæ rario non proderat in particulari iudicio, immo inerat contraria ratio; qa in particulari iudicio pro cura, & cultura fructus industriales relinquebantur bonæ fidei possessori d. §. si quis à nõ domino d. l. 39. ideo hæc ratio culturæ & curæ locum habebat in omnibus consumptis, etiam si ditior possessor factus esset, illam rationem agnouit Pinellus ubi supra, hanc Mod. Paris. d. nu. 49. Præterea æquitas l. si me & Titium non poterat huc extendi, ꝙtra iura expressa, quę fructus hos tribuunt bonæ fidei possessori sine distinctione ulla, præter eam quã superius diximus.

41 †Nostro iure Hispano adhuc uberius constitutum est, uerissima enim Mod. Paris. & Pinelli opinio est iure nostro, idque quod forsan mirum uideri poterit, non solum in particulari iudicio ſsed in uniuersali, ut fructus industriales consumptos rei particularis, uel hereditatis possessor perceptos ante litem suos faciat, nihilque restituat, etiã si locupletior factus est d. l. 39. titu. 28. part. 3. expende uerba illa, abuena fe, compran los homes, ò ganan casa, ò heredamiẽto, ut uerbum casa referatur. Ad uendicationem particularem, uerbũ heredamiento ad hæreditatem, iudicium nempe uniuersale, & rursum ibi, que uuiesse despendido del heredamiento Idque perpetuò obsetuatum est iure nostro l. 4. tit. 14. part. 6. quæ de iudicio uniuersali constituta est, & solũ extantium, & consumptorum fructuum ratio habetur, nulla tamen mẽtio est de locupletiore, uel non locupletiore, ex quibus legibus Hispani neque in iudicio uniuersali neque particulari unquam admisimus hanc ipsam distinctionem de locupletiore possessore bonæ fidei ex fructibus industrialibus, ita tenent Gregor. Lopez in d. l. 39. & in d. l. 4. & tenebat Couarru. ubi supra, sub dubio, sed quia leges apertæ sunt, nihil fuit dubitandum.

42 †In possessore malæ fidei planum est, teneri restituere fructus industriales, etiam consumptos, siue habeat titulum, siue non d. l. 39. in fin. ibi e si por auentura uuiesse mala fe en comprando la cosa o en auiendola en otra manera, sabiendo que non era suya de aquel que se la enageno estonce maguer ouiesse despendido los fructos que ouiesse recebidos dela heredad, tenudo seria de pechar el precio dellos. Hæc conclusio certissima est iure quoque communi, quam probant omnia iura, de quibus mox agemus.

43 †De percipiendis autem maior dubitatio est, an titulus saltem excuset, recurrendum est ad glos. in l. si fundum. C. de rei uendi. uerbo percepisse, quæ re uera distinguit inter possessorem malæ fidei cum titulo, & sine titulo, illum excusat à percipiendis fructibus, hunc uerò minime, ita ut titulus excusset à restitutione fructuum, qui percipi potuerunt: nisi titulus sit unus ex quatuor, de quibus in d. glos. fit mentio: qa illi non excusant, à glossa illa desumpta est ad literam l. 40. ti. 28. part. 3. ita ut iure nostro res expedita sit, ut titulus excusset, nisi sit ex illis quos d. glos. & d. l. 40. referunt. Ioannes Faber in l. certum. C. de rei uendicatione. omnes illos titulos exceptos in glos. supra adducta, & in d. l. 40. reducebat ad unum, scilicet, si titulus esset reprobatus à iure, quales omnino uideri possunt illi quatuor excepti in d. glos. & l. 40. & prędicta l. 40. in utroque casu loquitur in possessore uerè malæ fidei, patet in principio ibi, à mala fe ganan los homes heredades e otras cosas en dos maneras, la primera es quando furtan la cosa, o la roban, o la entran sin derecho. Quæ uerba ad ueram malam fidem sunt necessariò referenda, mox subdit. La segunda manera es quando la ganan por razon de compra, o de donadio, o por otra razon destas. Id est cũ simili titulo. Pero sabiendo que aquellos de quien las han, que non han derecho de las enagenar, nota uerbum (sabiendo) quod ueram quoque malam fidem inducit. Ecce ergo, quòd lex nostra in utroque casu siue possessor malæ fidei habeat titulum, siue non habeat, requirit ueram malam fidem, & in uera mala fide cum titulo reprobato à iure præcipit restituendos fructus non solùm perceptos sed percipiendos. ibi, el quarto quando ganasse la heredad contra leyes deste libro, qui erat sensus Ioannis Fabri, ut uniuerse intelligeretur glos. prædicta de possessore malæ fidei ueræ cum titulo reprobato, ut talis restituat fructus percipiendos non solum perceptos, secus dicendum sit, de possessore uerę malæ fidei cum titulo iusto, ut talis excusetur à percipiendis d. glos. & d. l. 40. quare hic est sensus receptus. Nobis autem Hispanis necessarius, quibus non licet à iure constituto decedere, ne latum quidem unguem. Vide ergo, quòd in utroq; casu requiritur uera mala fides.

44 †Quo præmisso insurgit elegans declaratio ad l. 40. supra adductam, ut si hic possessor ficte & præsumptive, non uere sit malæ fidei, etiam si titulum non habeat, non sit restituturus percipiendos fructus. facit d. l. 40. quæ uere in utroque illo casu ueram malam fidem requirit, non fictam, ita colligebant Petrus, Cynus, & Paulus in d. l. si fundum C. de rei uendic. Lancelotus Decius in l. apud Iulianum. §. fructus. notabili. 2. ff. de legat. 1. & Bald. consi. 297. li. 4. quos ad hoc allegãt Mod. Paris. tit. 1. §. 22. nu. 50. de consuetudin. Parisiensibus. 1. parte: huius interpretationis ea utilitas erit, ut si denuntiatio, aut litis contestatio ita fuerit facta, ut ueram malam fidem inducere nõ possit, secundùm hanc interpretationem possessor conuentus de fructibus, qui acquiri potuerunt, nõ teneatur; quia uera mala fides requisita est, ego autem adeo hoc uerum existimo, ut inhærendo semper d. l. bonæ fidei emptor. ff. de adquirendo rerum dominio, quæ ex uera bona fide inducit acquisitionem fructuum, ex uera mala fide restitutionem, non ex ficta, semper censeam nõ esse eum possessorem malæ fidei, etiam succepto iudicio post litem motam, à quo res petitur, nihil autem ostenditur, præter simplicem petitionem, neque ipse qui rem aliunde bona fide habui statim debeo acquiescere petitioni, quòd res à me petatur, & existimo cum iudicio in d. l. 40. desideratam fuisse malam fidem ueram; quia ficta non est sufficiens contra ueritatem si quis probet ueram bonam fidem, ad inducendam fructuum restitutionem, ideoque existimo perperam dixisse Mod. Paris. & contra iuris aperta principia, quòd indistincte etiam uerus bonæ fidei possessor, etiam cum iusto titulo tenetur ad omnes fructus etiam percipiendos à tempore litis contestatę, apertè bonus ille uir rationem omnem iuris confundit, nam quomodo potest fieri, ut sola denuntiatio, aut petitio sine instrumẽtis & alijs rebus adductis me protinus constituat possessorem malæ fidei? Certè hoc nec ratio naturalis, neque ius patitur, an protinus restituere debeo fundum; quia ad te pertinere dicis, ego sanè uideo d. l. 40. requirere malam fidem ueram, nõ fictam, uideo litis contestationem & denuntiationem ficte censeri inducere malam fidẽ nõ uere, quòd si uere bonam fidem habeo, quòd rem à parente habuero, qui emerit à Titio, qui rẽ possederit, an quòd rem petas dicasque nec ad me, nec ad parẽtem, meum, neq; ad Titium unq̃ pertinuisse, sed tuã esse, si nihil adducas, eaq; de re iudiciũ suscipiatur, protinus malæ fidei sum, si nõ restituã, certè neque id ratio, neque ius constituit, immo durat bona fides, quæ apud prudentes iudices, me non solum de perceptis fructibus, sed & de percipiendis excusabit; cum uere bonæ fidei possessor sim, sui autem litis contestatio legitime facta fuerit, ex qua mala fides uera possessoris deduci possit; tunc uera est opinio, ut non solum perceptos fructus

45 restituere debeat, sed percipiendos †Et ita intelligo d. l. certũ. C. de rei uendicatione, itaque si res fœudalis, uel emphyteutica, aut locata, aut prorsus aliena petatur, aut uendicetur, ob felloniam, ob commissum, uel quia tempus locationis transactum sit, ueraque sit causa uendicationis aut petitionis, quam cum sciat possessor, conductor, emphiteuta, uel uasallus contendere obstinate uelit, tunc quidem meritò fit fructuum condemnatio non solùm eorum qui percepti sunt, sed & eorum qui percipi potuerunt; quia hic possessor uere ex lite, & denuntiatione ueram malam fidem habuisse dignoscitur: nouerat enim se felloniam commisisse, pensionem non soluisse, tempus conductionis elapsum esse, at uerò perspecta qualitate rei & negocij, de quo agitur, si rem bona fide emo ab eo, cuius esse putabam, tu dicas ad te pertine-

Source : BIU Cujas

tinere, nihilque adducas præter petitionem aut nuntiationem, certè quia bonam fidem habeo, conteſtatio uel nuntiatio non poſſunt me efficere malæ fidei poſſeſſorem, ſi nihil aliud ſecum adducant, quo caſu non recipimus Mod. Pariſ. opinionem d.nu. 50. qui exiſtimat, hunc uerè bonę fidei poſſeſſorem lite conteſtata, non ſolùm teneri de perceptis fructibus, ſed de percipiendis, ego ex funda iuris ratione exiſtimo non ſolum non teneri de percipiendis, uerùm neque de perceptis; quia re uera bonæ fidei eſt poſſeſſor, quem d.l. bonæ fidei, & d.l. qui ſcit, liberat ab omni fructuum reſtitutione, & d.l. 40. ueram malam fidem deſiderat non fictam, ad reſtitutionem fructuum & perceptorum & percipiendorum. Quia ergo d. l. 40. requirit malam fidem ueram, cenſeo fictā & præſumptam non eſſe ſufficientem ad fructuum condemnationem. Præterea quòd etiam ſi uera mala fides adſit, tamen titulus iuſtus iure Hiſpaniæ excuſet à fructibus percipiendis d. l. 40. idem iure communi ex recepta ſentētia cum gloſ. in d.l. ſi fundum, quicquid ſit de hac noſtra opinione, quæ iureconſultorum eſt, certè indignum eſt, ut bonæ fidei poſſeſſor, qui ueram bonam fidem habet, præterea & titulū iuſtum, ſuſcepto iudicio fructus percipiēdos reſtituat, quod exiſtimabat Mod. Pariſ. ubi ſupra, contra d.l. bonæ fidei emptor, & l. qui ſcit, cum litis conteſtatio & denuntiatio fictè malam fidem inducant, non uere, & poſſit quis nihilominus ſuſcepto iudicio & facta nuntiatione bonæ fidei eſſe, tum quia d.l. 40. nobis ueram malam fidem requirit, etiam in eo
46 qui titulum non habet legitimum, ut de fructibus teneatur, qui percipi potuerunt: iuxta quam interpretationem oportet intelligere d.l. certum. C. de rei uendicatione. ut ibi uerbum malæ fidei, proprie de uera mala fide ſit intelligendum, & uerbum poſt litis conteſtationem intelligendum eſt de conteſtatione legitime facta, quæ poſſit, & debeat malam fidem ueram inducere, cum qua uix cōſiſtere poſſit uera bona fides, ut patet in exemplis ſupra adductis, non uerò intelligendum eſt de ea conteſtatione, cum qua uera bona fides conſiſtere poſſit; quia tunc proculdubio quicquid ſit de perceptis, de quibus iudex bonus & prudens uarie iudicare poterit ex circunſtantijs cauſarum, rerum & perſonarum, certè de percipiendis ſecurus erit talis poſſeſſor: quia durat fides bona, idque ſenſit imperator in d.l. ſi fundum. C. de rei uendicat. ubi fructus reſtituendi non à tempore factæ denuntiationis, ſed à tēpore malæ fidei, ibi. fructus, quos cum mala fide percepiſſe fuerit probatum: imperator non ex ſola denuntiatione induxit malam fidem, neque à denuntiatione reſtitutionem fructus, & meritò: quia durare potuit bona fides uera, ſed à tempore malæ fidei ueræ ſuperuenientis, igitur uerba d.l. certum. ſunt proprie accipienda ſecundùm iuris regulas non obſtinate, ut noua monſtrua in iure naſcantur, ſimile enim prodigio eſt, quod Mod. Pariſ. aſſeruit, ſcilicet ut poſſeſſor uere bonę fidei cum titulo legitimo & iuſto fructus percipiendos reſtituat, dum perperam interpretatur d.l. certum, ueram æquitatem, & iuris ſcientiam oblitus, cuius ſe ſępiſſime præclariſſimum admiratorem iactitat.

Denique uerus hic malæ fidei poſſeſſor ſine titulo iure ciuili ex recepta gloſ. & iure noſtro ex d. l. 40. reſtituit fructus induſtriales, etiam ante iudicium perceptos, conſumptos, & extantes, quin & eos poſt moram, uel ſuſcepto iudicio, reſtituit qui percipi potuerunt, immo & nullo ſuſcepto iudicio d.l. certum d.l. ſi fundum l. ſi nauis. §. generaliter. ff. de rei uend. & præſtat omnem cauſam l. domum. C. eodem, om-
47 nis † autem cauſa continet fructus fructuum, & partus partuum. Id ſignificat uerbum illud cum omni cauſa, & eſt uſitatum iureconſultis in l. ſed & partus. ff. quod metus cauſa, ſed & partus ancillarum, inquit Vlpianus, & fœtus pecorū, & fructus reſtitui, & omnem cauſam oportet. Accurſius ibi, uerbo cauſam, exponit ibi, fructus fructuum, & partus partuum, & ibi Angelus, idem eſt in l. cum fundus. ff. ſi cert. petat. ſi fundus, inquit Paulus, uel homo pet condictionem petitus eſt, puto nos hoc iure uti, ut poſt iudicium acceptum cauſa omnis reſtituēda ſit, ideſt omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore ſolutus eſſet, ubi Iaſon nu. 5. text. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei uendicatione, idem Iulianus ait, non ſolum fructus, ſed etiam omnem cauſam præſtandam, & ideo & partus uenire in reſtitutione & partuum fructus. Et loquitur ibi Iulianus poſt commiſſam moram, quod patet ibi, ſi morā fecerit l. uideamus. §. ſi actionem. ff. de uſuris. ibi, quod ſi acceptum eſt iudicium, tunc Sabinus & Caſſius ex æquitate fructus quoque reſtituendos eſſe putāt, ſed ut & cauſa poſt acceptum iudicium reſtituatur, putò recte dici, & inferius in §. interdicto, ibi, ut omnis cauſa & fructus reſtituatur, itaque malæ fidei poſſeſſor hic, de quo agimus, & de quo eſt d.l. 40. in priori parte omnem cauſam præſtat, nempe & fructus, & partus, & fructuum fructus, partuum partus l. præterea. ff. de rei uend. ibi, neque enim ſufficit corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, ut & cauſa rei reſtituatur, ideſt ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tēpore, quo iudiciū accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet, explicat Caius eleganter, omnem cauſam id eſſe, quod demum petitor habiturus eſſet, ſi homo oportune reſtitutus eſſet, in petitione hæreditatis eſt l. ſed etſi lege. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus. ff. de petitione hæreditatis. ibi, augent hæreditatem gregum & pecorum partus, & ibi, quòd ſi oues natę ſunt, deinde ex his aliæ, ea quoque quaſi augmētum reſtitui debent. & ibi, ancillarum etiam partus & partuum partus, quamquam fructus eſſe non exiſtimatur, augēt tamen hæreditatem. Ecce ergo quid uerbum hoc in iure ſignificet omnis cauſa, quam malæ fidei poſſeſſor præſtat, nec ocioſe hæc ſcripſimus, ſed ut alia quoque iura innoteſcant, quæ ad literam difficilia ſunt, patet l. in conuentionalibus. §. fin. 52. ff. de uerbor. obl. ſi quis uacuam poſſeſſionem, inquit Vlpianus, tradi promiſerit, non nudum factum hæc ſtipulatio continebit, ſed cauſam bonorum, Bart. Imol. Paulus, Alexan. & Iaſon ibi, obliti quid ſignificet uerbum illud cauſam bonorum, intelligunt ut uenditor teneatur transferre dominium, præcedente cauſa, ideſt titulo ſufficienti ad tranſlationem dominij, qui cum uideant ſe loqui contra tex. expreſsū in l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris. aiunt ſuam interpretationem eſſe uiolentam, uere tamen qui promiſit uacuam ſe poſſeſſionem traditurum, uere promiſit, non ſimplicem traditionē, ſed traditionem rei pinguem, & opulentam cum reditu, & fructu, & fructuum fructu, d.l. ſi ſtipulatus, ibi, propter inferiora uerba, ita ut differant, hæc uerbà apud iureconſultos, rem tradit, & uacuam poſſeſſionem tradi, illa ſtrictiſſimæ interpretamur, hæc large, benigne, & late extendimus ad fructus, & cauſam bonorum, ex quibus patet, quàm ex diametro pugnent l. 3. §. ſi emptor. ff. de actionib. empti, cum l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris, quarum conciliationem modo non curamus, aliud agimus, difficillima ſunt, ut q̄ maxime in iure.

Aduertendum tamen eſt ad Paulum in d. l. cum fundus, ibi, omne quod habiturus erat actor, ſi litis conteſtatæ, tempore ſolutus eſſet, & ad uerba Caij in d.l. præterea. ibi, ideſt ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet: maximum enim habent effectum, nam licèt etiam in reali actione poſſeſſor malæ fidei accepto iudicio, uel non accepto, modò malæ fidei ueræ ſit, omnem cauſam præſtare debeat, ac ſubinde partus partuum, & fructus fructuum, id tamen ſane intelligendum eſt, iuxta ſenſum Pauli, & Caij, ſi demum eos partus, & fœtus reſtituta repetitor eſſet habiturus finge petitorem occiſurum illico armentum, & oues, ſolum id habiturus eſt, quod habuiſſet, ſi res ſibi reſtituta eſſet, in quo uarie iudicis officium expetatur l. item ſi uerberatum. §. ſi ſeruus. ff. de rei uendicat. ubi gloſ Bart. Paul. & Iaſon ibi, ſed eſt uerius, ſi forte diſtracturus erat petitor, ſi accepiſſet. Vlpianus ibi, moroſum debitorem etiam in actione reali, non ſolùm ad omnem cauſam non obligat, uerum neque ad æſtimationem armenti emortui, idque conſtituit uniuerſe & generaliter. Niſi forte uēditurus erat petitor; tunc enim quia pretium erat conſecuturus, pretium reſtituitur, quòd ſi non fuiſſet illico uenditurus, mortalique neceſſitate armētum pereat, neque ęſtimatio quidem debetur nedum partus & fœtus & omnis cauſa, atque hæc diſtinctio in actione reali ſeruanda eſt ex d. §. ſi ſeruus Accurſio, Bart. Paul. & Iaſon.

48 † Atque cum hoc conſtitutum ſit in actione reali quoad ipſius rei interitum, minus difficile eſt, propter interitum, ſine dolo & culpa poſſeſſorem liberare etiam malæ fidei ab hac cauſa; licèt enim poſt moram, & accepto iudicio armentum, quod petebat, emortuum ſit, quo caſu ex ratione malę fidei ueniebat reſtitutio cum omni cauſa, ſi tamen interitus ſine dolo & abſque culpa poſſeſſoris, quamuis iam malæ fidei eueniat ingruente peſte, qualis nos hodie Crunę iterum & tertiò ferè exanimatos habet, calendis Iunijs anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimoſexto. Compoſtella propere iuſſi diuertere: cum adhuc Coruna expurganda eſſet, infectas adhuc & pollutas exitiali hoc contagio ciuium ædes inuenimus Molliter & paulatim conſuetudine, & mutua officiorum uiciſſitudine, congreſſu, & communicatione, qua nullum maius incitamentum eſt, longius proreplit malum: quam exiſtimauimus unquam, ſubrrepti iam litigatores aliquot, ſubrrepti ciues, ſurrepti curiales, cum una fuga unicum præſidium, & ſaluberrimum remedium ſit, Corunę commoramur; quia de hac re certiores oportuit fieri ſupremiſenatus Hiſpaniæ ſenatores maximos: ſi interitus igitur fatali neceſſitate eueniat, quoniam armentum reſtitutum in poteſtate petitoris eodem quoque caſu omnino erat periturum. Neque habiturus erat petitor hos fœtus, & partus, ex Pauli & Caij ſententia æquitate ſuadente, nihil horum habebit petitor, quidquid ſit de rei æſtimatione omnem

certe

Source : BIU Cujas

certe hanc causam non consequetur; est enim quæstio de interitu, quæ plerumque in arbitro iuris, & iudicis posita & sita est, & ex æquo & bono constituitur: in eaque ex authoritate iuris scientiæ, ideſt dum exactum ius sequimur, pernicioſe erramus l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerborum obl. ibi, esse hanc quæstionem de æquo & bono, quo in genere plerumque ex authoritate iuris scientiæ pernicioſe erratur l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iure dotium, ibi quòd si decesserit, Marcellus ait, æstimationem præstandam non iustam sed eam q̃ facta est; quia boni consulere mulier debet, quod æstimatus fuerit, subtilitas enim illa: ut malæ fidei possessor ad omnem causam teneatur, temperanda est ex iure æquo, si omnis illa causa ad petitorem erat omnino peruentura, dolove, aut culpa possessoris desijt peruenire. Quòd si omnino nihil erat habiturus petitor, æquum est, nihil restituere possessorem; ueritas enim illa, scilicet quòd omnino nõ erat habiturus, pugnat cum iuris subtilitate, quæ dictat, omnem causam esse restituendam, in qua pugna ueritatis & subtilitatis potior apud cordatum uirum esse debet causa ueritatis. glos. in c. cum sancti. 24. q. 3. uerbo. subtile, pro qua est text. in §. sed quia. Instit. de fideicommiss. hæredit. ibi, Papiniano excellenti ingenio uiro plus placet legum simplicitas, quàm subtilitas. facit l. si plures. §. siue autẽ ff. depositi. ibi, Sabinus & Cassius absolui debere cum, cum quo actum est, dixerunt quia æquum est, naturalem interitum ad actorem pertinere, utique cum interitura esset ea res, etsi restituta esset actori, in actione autem personali quæstio de interitu longe lateque patet, de qua est text. in l. quod te mihi. ff. si certum petatur, ad quem uide Brunum de diminutione, conclusione. 20. à nu. 144. ad nu. 163.

49 †Illud tamen aduertendum est in omnibus casibus, in quibus malæ fidei possessor tenetur de fructibus percipiendis, non tenetur de fructibus, qui poterant percipi ex augmento rei facto à seipso suis expensis & sumptibus l. cæterum. ff. de rei uendicat. Cæterùm, inquit Paulus, cum de fructibus serui petiti quæritur, non tantum pubertas eius spectanda est: quia etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt, improbe tamẽ desiderabit petitor fructus æstimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit, hæc Paulus, tenent ibi Angelus, Fulgos. & Romanus, idemque recipiendum est in omni genere melioration-um; quia subest eadem ratio, etiam si melioratio non sit doctrina, sed eius generis sit, quæ separari possit, & æstimari, propter ea, quæ diximus supra ad l. 1. C. de infantibus exposi tis. ca. 2. nu. 8. & ca. 5. nu. 3.

50 †Præterea in hac fructuum disputatione quod pertinet ad malæ fidei possessorem circa fructus percipiendos, non desunt, quibus illa quoque difficultas negocium faceſſat, an fructus percipiendi à petitore, an uerò à possessore restituendi sint, pone scolasticum possessorem, petitorem rusticum agricolam, plurimum interesse uideri poterat, an malæ fidei possessor idemque scolasticus restituat fructus, quos ipse percipere potuit, an quos agricola idemque petitor percipere potuisset, difficultatem faciunt uaria iureconsultorum responsa, quorum pleraque attulimus, quæ causam petitoris inspiciendam esse aiunt l. domum. C. de rei uendicatione. fructus restituendos esse, an quos possessor, non quos petitor, idemque dominus percipere potuisset, ibi, præses prouinciæ cum pensionibus, quas percipere poterat restitui iubebit, ad possessorem quoque negotium coniecit iureconsultus in l. sed & si lege. §. quod autem. uers. sed & fructus nõ quos perceperint (inquit) sed quos percipere debuerunt, eos præstaturos, idem decisum est in §. etsi hæreditas. & §. illorũ Instituti. de officio iudicis, contrarium decisum est expresse in l. si nauis. §. fin. ff. de rei uendicatione, ubi Papinianus generaliter inquit, cum de fructibus æstimandis agitur, constat animaduerti debere, non an malæ fidei fruitus sit possessor, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, quam sententiam Iulianus quoque probat; cum enim de mala fide agamus, quæ fraudi æquiparatur ex Baldo in l. quæ fortuitis. uersic. præmitte ad euidentiam. C. de pignoratitia actione, non tam considerandũ est, quid actor fraudatus habeat, quã quid ab aduersario fraudatus habere non potuit, ideſt quid percipere potuisset actor, si rem habuisset l. ait prætor. §. per hanc actionem. ff. de his quæ in fraudem creditorum, ibi, uerum hi qui percipi potuerunt ab ipso fraudatore, licèt Decius in regula generaliter. alleget quasi concordantem cum d. §. generaliter. l. si nauis. Verius tamen concordat cum d. l. domum. ad actorem respexit in d. l. cum fundus. ff. si cer. pet. & in d. l. præterea. ff. de rei uendicatione. itaque quod attinet ad iureconsultos modò ex persona actoris, modò uerò ex persona possessoris metiuntur istam restitutionem fructuũ eorum, qui percipi poterant, ad dominum quoque & possessorem respexisse uidetur prædicta lex nostra. 40. titu. 28. part. 3. ibi, è aun con los que pudiera en de leuar el señor de la heredad: hæc ut concilies memineris illud Bartoli in d. l. domum, quia cum in hac disputatione ueniat id, quod communiter percipi potuit, nihil interest, uel actorẽ, uel possessorem consideremus, singulare enim interesse actoris non debet considerari, sed quod communiter percipi potuit l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. l. si seruum ff. ad leg. Aquil. l. furti. in principio, de furtis, ideoque recte sensit Bartolus: quia cũ id quod communiter percipi potuit à quolibet possessore inquirendum sit, nihil refert, apposita sit persona petitoris, uel possessoris à iureconsultis, opinionem Bartoli dicit magis communem Alexand. in l. apud Iulianum. §. 1. ff. de legat. 1. Decius idem in regula generaliter. ff. de regulis iuris. nu. 8. ad fin. Boerius decisione 268. Gregorius Lopez in d. l. 40. tit. 28. part. 3. uers pudiera lleuar: Postremò † in hac fructuum

51 acquisitione quo casu bonæ fidei possessor naturales fructus suos non facit, uel industriales consumptos, aut extantes, secundùm uarias opiniones, quas superius adduximus, cessat ipsorum restitutio, si triennio fructus eos habueris, neque à te petiti sint, iure usucapionis ex bona fide, tui facti sunt, tex. glos. & omnes in l. 4. §. fructus. ff. de usucapionibus, uers. in hoc ergo. Imola, & Paulus dicunt glos. notabilem & intelligunt, etiam si possessor factus sit locupletior. Angelus in §. si quis à non domino. Institut. de rerum diuisione. Alexan. & Decius in d. l. si me & Titium. ff. si certum petatur. Bald. in l. 3. C. quod met. causa. Bald. in l. ancillæ. num. 15. C. de furtis. Balbus de præscriptionib. 4. parte. partis. 4. q. 35. Tiraquellus de retractu linagier. §. 15. glos. 2. nu. 17. Pinellus in l. 2 part. 4. nu. 48. quod est utilissimum ad d. l. 39. titu. uigesimooctauo. part. 3. ut fructus naturales omnes, quos aliàs bonæ fidei possessor non faciebat suos ex bona fide, faciat suos quidem iure usucapionis, si triennium elapsum sit, à perceptionis tempore numerandum. Hactenus egimus amice lector de acquisitione fructuum neque arbitramur operam omnino lusisse, ad nostrum tractatum fuit apprime utile & necessarium: quia de compensatione fructuum acturi, oportuit, ut prius ostenderemus, qui fructus cuiusque fierent, ut certum esset quid compensare quisque & possit & debeat. Præterea ea res alioqui difficilis iam patere poterit, iuraque magis innotescent, quæ de acquisitione & restitutione fructuum cõ scripta sunt.

52 †Hæc nobis necessariò præiacienda fuerunt ad eam rem, quam tractamus, namque in computatione fructuum cum melioration-ibus nosse oportuit, quos fructus lucraretur bonæ & malæ fidei possessor, ut in his fieret compensatio proposita, aut restitutio, quapropter illud animaduertẽdum est, ut iam rem proprius tractemus, meliorationes iure proprio pertinere ad meliorantem, quod iam superius notauimus. c. 7. nu. 20. quas enim meliorationes quisque suas facit, quas cum re relinquere non tenetur, ex particulari aliqua iuris dispositione, ut diximus in emphiteuta, uasallo, & possessore maioratus, eas suas omnino facit, & legat. senatus. §. 1. ff. de legat. 1. ac subinde obligat, & expectato tempore uendit uerè dominus l. fin. C. de iure emphit. diximus d. nu. 20. uide ibi, modò ex hoc sequitur altera conclusio, quę iunctæ omnem de compensatione tractatum absoluunt, quòd bonæ fidei possessor compensat quidem fructus & meliorationes, non autem uerè dominus, qui iure dominij rem possedit; quia hic suos facit omnino, priorem partem huius conclusionis probatur apertè in l. sumptus. ff. de rei uendicat. qui est text. expressus, ut bonæ fidei possessor, qui iure possessionis rem possidet, compenset fructus, & meliorationes. nobis est tex. apertus in l. 41. titu. 28. part. 3. ubi idem tenet Gregorius Lopez, Palatios Rubios in rubri. §. 62. nu. 16. Afflictus decisione 87. ad fin. Capicius decisione 93 nu. 9. alios referri Aluarus Vazquez quæstione iuris emphi. quæst. 25. num. 29. posterior

53 †pars conclusionis, ut is qui iure dominij percipit fructus non teneatur ad compensationem, est glos. famosa in l. emptor. uerbo, superfluum. ff. de rei uendi. quam sequuntur omnes sine controuersia, quorum plures retulit Pinellus in l. 2. C. de rescind. uendi. part. 2. ca. 4. nu. 62. ante fin. Aluarus Vazquez in d. quæstione iuris emphi. 25. nu. 29. Dominus Couarruuias uariar. resolution. li. 1. cap. 8. nu. 4. Ludouicus Molina lib. 1. de Hispanorum primogenij, ca. 26. nu. 13. uers. neque in hoc casu. Antonius Gomez in l. 46. Tauri. Gregorius Lopez in l. 41. tit. 28. part. 3. ex Gallis Tiraquellus latè de retractu cõuentionali. §. 7. glo. 1. nu. 14. Mod. Paris. in consuetudinibus Parisiensibus, tit. 1. parte. 1. glos. 5. nu. 78. ex Italis Antonius Negusantius de pignoribus. 5 parte 4. membro. nu. 13. Afflictus decisione 87. Iulius Clarus li. 4. sententiarum. §. feudum d. q. 88. plures alios allegant ipsi, hactenusque nemo de hac glo. dubitauit, plurimum ergo proderit, an rem possideas iure solius possessionis, an iure dominij, prior casus admittit compensationem, posterior uerò non; quia eo casu habes

fructus

Source : BIU Cujas

fructus iure dominij ueri,& tui sunt iure dominij,nequeunt que à te ullo pacto auferri sine iniuria,ideo neq; compensas.

45 †Prẹmissis his regulis adest facti species,ex qua ius contro uersum nascitur,bona fide emi fundum, dum possideo meliorem feci,reddebat annua centum,melior à me factus reddit annua centū & decẽ,is demū à me petitur,fit legitima litis ꝓtestatio q̄ malam mihi possessori fidem facere possit, fit condemnatio, cum fructibus restituendus à me ex causa rei iudicatæ fundus est cum fructibus à tempore litis motæ,meliorationes itẽ sunt mihi soluendæ ab actore, cur à me restituendus est fundus, duplex quæstio est in hac facti specie,altera,an fructus illi quos percepi ante cõtestationem litis,bona fide sint computandi in æstimationem meliorationum, & qui fructus illi sint,an rei melioratę,an uerò rei sine meliorationę,secũdùm antiquum statum,id est,an sint decem annua imputanda,an centum, hoc modo non tractamus proximè tractaturi, altera quæstio nostra est in hac specie, scilicet, utrum in hac cõdemnatione facta fundi cum fructibus post litem legitimè motam ueniant fructus meliorationum ideſt, an cum fundo restituantur actori à tempore litis contestatæ annua centum,non decem annua,denique an in cõdemnatione facta rei cum fructibus, ueniant fructus meliorationũ,in possessore bonæ fidei non est locus huic q̃stioni, ī malæ fidei possessore siue uerò siue ficto,oportunè utilis,& quotidiana est,& quotidie neglecta,Accursius primus hanc attigit quæstionem in l. cæterum. uerbo potuerunt.ff.de rei uẽdicatione.ibique clarius, obscurius tenet etiam in l.quòd si artificem.uerbo compensari.ff.de rei uendicatione,mouetur ille ex text.in l. fructus.ff.de operis seruorum,ex quo tex. uere id non colligitur,& Accursius ibi aliter intelligit illum text.uere enim ibi nõ proponitur seruus melior effectus aliquo artificio,ut in d.l.cæterum,denique in casu d.l.fructus,si uendicato homine, operas habiturus sis, recte expensæ necessariæ factæ cum seruo operarum æstimationem minuẽt, quod longè abest à nostra specie, in qua de fructibus meliorationum dubitamus, itaque Accursius author huius opinionis sine iure est,in quo iure ipsemet uarius reperitur,Accursium secuti sunt Angelus & Fulgosius in d. l. cæterum. hos sequitur dominus Couarruuias lib. 1.uariar.resolut.cap. 8.nu.4.uers.proximè quæstioni, qui allegat Bartol.in l.ratio. §.quòd si.ff.de actionib.empti, & Roma.singul.333.uere tamen hi duo mihi nihil dicunt, ex relatione domini Couarruuias hos quoque pro hac opinione retulit Aluarus Vazquez quæstione iuris emphiteutici 25. qui allegat pro hac Antonium de Negus. de pignoribus. 5. part. membro.4.nu. 20.qui neminem allegat pro hac opinione, neque glos.text. neque doctorem.Contrarium tenent Matthęus de Afflictis decisione 87.nu.7. Antonius Capicius decisione. 93. nu.10. qui licèt allegent Angelum in d.l.cæterum.ff.de rei uendicationę. pro hac opinione tamen Angelus loquitur in fructibus percipiẽdis, non in perceptis,de qua quæstione egimus isto capite n.49.Accursij opinio est sine iure,& ratione Matthæi de Afflictis opinio rationem habet,scilicet eam,quam diximus:quoniam meliorationes iure proprio ad meliorantem pertinent,& fructus iure domij,ut diximus, quomodo fieri igitur potest, ut meliorationum à me factarum uerus ualor, & iusta æstimatio soluatur, fructus autem restituantˉ, contra fundatam iuris rationem de qua supra,ex d. glos.uerbo superfluum,in d.l.emptor.ff.de rei uendicatione. Præterea mala fides,quæ non aufert mihi meliorationes meas extantes,qui poterit fructus consumptos auferre: Præterea qa etiam si mala fides sit respectu rei ipsius, non est neque reperitur circa meliorationes, quas interno & externo animi & fori iudicio meas esse certo scio,quo casu non potest esse fructuum earundem restitutio, quarum uera neque ficta mala fides est. Præterea bonæ fidei possessor respectu fructuum, quos non facit suos,& restituere tenetur, similis est malæ fidei possessori,ueluti circa fructus naturales,ut diximus,at uerò si iure dominij habeat hos fructus: quia usucepit, non tenetur restituere, diximus hoc capite nu.51. ergo neque malæ fidei possessor rei,de qua lis mota est,restituet fructus meliorationum suarum; quia hos iure dominij habet, non solius possessionis, & ita tenendum est contra dominum Couarruuiam ubi supra,cui si demas Accursium,qui uarius est, & Bartolum,& Romanum, qui nihil dicunt,pauci socij relinquuntur. Præterea quod Angelus ferè loquitur in fructibus percipiendis,de quibus hic nõ disputamus,& Antonius de Negusloquitur sine ratione, sine lege sine authore.Præterea Aluarus Vazquez dicit pluries se iudicatum uidisse secundùm opinionem Matthæi de Afflictis, & Capicij, ego certè semel in hoc senatu secundùm hanc opinionem Matthæi de Afflictis iudicatum uidi, quæ rationi maxime congruit, contraria est sine ratione & lege,quo casu retento duplex tempus considerandum est,bonæ & malę fidei,ideſt an te litis contestationem & post litem contestatam:utriusque temporis fructus meliorationum suarum hic possessor habebit suos fructus uerò rei ante litem contestatam suos facit,post litem contestatam restituet, computatio autem solum fiet cum fructibus rei ipsius secundùm antiquum statum sine meliorationibus,quos aliàs faciebat suos,quod nota,quotidianum enim est,utile & necessarium.

55 †Vt autem scias, quomodo & quando hæc computatio habeat locum, & quæ fuerit ratio genuina computationis, reuoca in mentem, quòd de iuris rigore semper fructus ueniebant in restitutione rei, quantum attinet ad propriam & genuinam naturã restitutionis l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usuris.l.domum.C.de rei uendic.glos.in l.sed & si lege. supra adducta,similis in l.sed & partus. ff.quod metus causa & ibi Angelus l. Iulianus.§.1 l.præterea.ff. de rei uendicatione l.cum fundus.ff.si certum petatur l. in condemnatione. §.1. ff.de regulis iuris l.ex diuerso.§.1.ff.de rei uendicatio.l.quòd si minor.§.restitutio. ff.de minoribus. & ibi Bartol & in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff. ex quibus causis l.1.ti.19. part.6.Bal.in rubrica de fructibus & litium expensis: hic erat iuris rigor, hæc erat restitutionis natura,adeò ut in fructib. qui prouenissent post litem contestatam legitime factam, petitio horum fructuum non esset necessaria,quasi repetita, petiti quoque fructus satis intelligerentur. l. præterea. ff. de rei uendica.l. ædiles. §. sciendum.ff. de ædilitio edicto.l.qui restituere.ff.de rei uendi.§.etsi in rem.Institutio.de officio iudicis. quamuis autem hoc poscebat iuris ratio, & restitutionis natura & qualitas; tamen æquitate suadente constitutũ est, ut bonæ fidei possessor fructus industriales suos faceret pro cultura,& opera,& pro diligentia, text. expressus in §.si quis à nõ domino.Instituti.de rerum diuisione, ibi.naturali ratione placuit fructus quos percepit eius esse pro cultura, & cura l.in bonæ fidei.ff.de acquirend.rerum dominio. Abbas,& Doctores in capit. grauis. de restitutione spoliatorũ. Bartol. & alij in d. l. ex diuerso. §. 1.ff.de rei uendication.d.l. 40.titu.28.part.3.clarius in l. 39. eodem titul. & part.ibi.Por el trabajo que lleuo en ellos, quæ leges dum rationem quæritant, quare bonæ fidei possessori relinquant fructus eos, non obscure innuunt, eos aliàs fore restituendos ex natura ipsius restitutionis, ut diximus in naturalibus fructibus, qui restituuntur;quia in his nulla cultura, nulla cura, nulla diligentia, aut opera reperitur possessoris, quantumuis bonæ fidei.

Igitur de rigore iuris perspecta uera & propria natura & ratio.restitutionis,nisi æquitas, quæ culturam operam,& diligentiam possessoris bonæ fidei dignam existimauit fructibus industrialibus, aliud postularet, semper fructus ad eum pertinebant, ad quem res ipsa pertinet, unde illa quoque in bonæ fidei possessore solum recepta est æquitas, ut si rem meliorem fecerit, quæ melioratio sibi soluenda sit cum fructibus ipsius rei à se perceptis computet; cum enim fructus de iuris rigore ad se non pertineant,sed ad eum,cui res restituitur, suos autem fecerit propter fidem bonam, culturam & operam de iure æquo,idem æquum ius,& æquitatis uera ratio postulat, ut postquam non restituuntur, saltem computentur,ne duplex ęquitatis utilitas cumulata,iniquitatem inducat, poteras enim aliter fructus integros percipere ex uno capite iuris rigore indebitos,ex altero integram ęstimationẽ meliorationis percipere,unde nasceretur aperte iniuria uero domino, cumulato damno, qui fructus amitteret ex uno capite aliàs sibi debitos, ex altero uerò meliorationis æstimationem solueret,quibus cumulatis facilius sibi esset,eum rem suam sibi numerato pretio emere,quàm uendicare, æquitas ergo, quæ in omni parte iuris principem locũ obtinet,efficit,ut bonæ fidei possessor, qui fructus aliàs erat restituturus;cum non restituat, saltem computet, ne ex nimia æquitatis indulgentia resultet iniquitas, hæc est uera ratio cõputationis inter meliorationes & fructus perceptos.

56 Ex † qua ueriſſima ratione computationis colligitur, ut omnino cesset computatio, quoties fructus ad euincentem cum re,non pertinuerunt,itaque si is, qui rem uendicat,fructus nõ erat aliàs habiturus,cessat cõpensatio; quia cessat ratio compensationis, & hoc est,quod breuissime dixit Mod. Pariſ.ubi supra,titul.1.parti.1.glos. 5.§.1.numero 78.ex quauis iusta causa euitari posse istam cõputationem fructuum cum meliorationibus.

Ex quo primum illud receptissimum est in hoc nostro senatu,ut possessor rei bonæ fidei fructus meliorationum suarum nunquam compensęt cum meliorationibus suis, iniquitas enim esset,si talis compẽsatio fieret, namque ex mea pecunia, hoc est mea re, ex meis fructibus solueretur mihi mea melioratio; fructus enim mearum meliorationum habeo iure dominij, ex re omnino meaˉ, ut diximus supra isto capite: unde cessat compensatio ex dicta glossa, uer. superfluum,

Source : BIU Cujas

fluum, in dicta lege emptor, supra adducta. Præterea illi fructus mearum melioratione nunquam ad uendicantem rem pertinuerunt, neque de iure æquo, neque rigoroso, ergo non debent ei prodesse in solutione æstimationis melio rationum, diximus supra isto capite, numero 52. & 53. & in terminis ita tenet Mod. Paris. ubi supra, nume. 86. post Matthæus de Afflictis decisione Neapolitan. 87. qui obscuriorem decidendi rationem secutus est, alienam ab hoc tractatu, fiet ergo computatio melioration is cum fructu rei dempta melioratione, secundùm antiquum statum rei, & reditum eius, antequam melioraretur, & ita sæpe iam paucos ante iudicatum uidi in hoc nostro senatu, ac fuit quidem tempus cum hoc non obseruabatur, hodie tamen obseruatur planè. Cùm enim fructus meliorationum nunquam pertineant ad uendicantem ex ratione illa de computatione non computantur, nec minuunt meliorationum ueram æstimationem.

Sequitur ex illa ratione compensationis illa regula gene-
57 ralis† ut in omni casu, in quo fructus rei iure dominij ad aliũ pertineant, scilicet ad possessorem, & nullo iure pertinere potuerint ad uendicantem, non esse admittendam compensationem: neque enim illi prodesse debent fructus, qui fructus eos non erat habiturus, neque iure æquo, neque iure rigoroso, ex fundamentis superius adductis, & ex glossa in d. l. emptor. ff. de rei uendica. superius allegata, unde uasallus, uel emphiteuta non tenentur compensare æstimationem meliorationum suarum cum fructibus perceptis à fundo emphiteutico, uel feudali, ratio ea est: quia fructus eos propter titulum nunquam aliquo iure pertinuerunt ad dominum, sed iure dominij ad uasallum, & emphiteutam, resoluunt post Baldum in d. l. emptor, & Paulum consi. 270. uolumine 2. Palatios Rubios d. §. 62. nume. 16. Antonius de Negusantijs de pignoribus. 5. part. 4. membro, num. 14. Mod. Paris. ubi supra §. 1. glos. 5. nume. 78. Boerius decisione. 44. num. 19. Pinellus in l. 2. part. 2. capi. 4. num. 62. uers. ea receptissima sententia, Aluarus Vazquez d. quæstione 25. nu. 29.

In maioratus possessore, secluſa l. 46. Tauri. ubi hoc remanet dispositioni iuris communis, idem dicendum est, quod in emphiteuta & uasallo; possessor enim maioratus dominus est, & fructus iure dominij acquirit non iure solius possessionis & bonæ fidei l. non ideo minus. ff. de rei uendicatione l. generaliter. §. fina. uerbo pleno iure. ff. qui à quibus. Ex pluribus post Palatios Rubios, Mod. Paris. & Baldum ubi supra resoluit Ludouicus Molina de primogenijs Hispanis lib. 1. cap. 26. num. 14. Pinellus ubi supra, post ea quæ tradidit in l. 1. C. de bonis maternis, parte 2. num. 5. idem omnino tenendum est in usufructuario, qui fructus percipit iure dominij l. 4. ff. de usufructu, idem in libellario & superficiario l. 1. §. 1. ff. si ager uectigalis, idem in conductore dicendum est, qui pecunia numerata fructus percepit, nec æquum est, ut & pecuniam numeret pro fructibus, & iterum in suas meliorationes computet fructus, quos habuit pro pecunia, ut locator pecuniam accipiat fructuum, & iterum cum fructus ad se non pertineant propter locationem & pecuniam; cum fructibus soluat expensas & meliorationes, habet enim locum illa regula, ut quia fructus ad locatorem non pertinent, neque pertinere possunt toto tempore conductionis, non prosint sibi, ut æstimatio meliorationum soluenda minuatur: ex nostra regula, & quia ex iusta causa cuitatur ista compensatio, ut dicebãt Mod. Paris. ubi supra dicto numero 78. §. 1. titul. 1. glos. 5. idem recipiendum est in grauato restituere post tempus, aut post mortem; quia interim uere est dominus, d. l. non ideo minus. Item in legatario cui iniuncta est restitutio, omnia hæc ex ea regula descendunt; quia hi fructus percipiuntur iure dominij non solius possessionis, idem in prælatis & alijs, in quibus habeat locum solutio meliorationum; quia non debent tibi fructus minuere æstimationẽ meliorationum, quos aliàs nullo iure eras habiturus, deinde ex hac regula & ratione descendit, ut si quis emat ignoranter rem dotalem, & melioret, habeat æstimationem meliorationum suarum, neque computet fructus quos perceperit uiuo marito eodemque uenditore uxore uendicante: quia toto illo tempore mulier fructus eos neque de iure æquo, neque rigoroso non erat habitura, hos fructus ergo non cõputabit emptor: quia cum illo tempore ad mulierem non pertinuerint, non possunt sibi minuere æstimationem meliorationum neque ad hoc prodesse. Idem in emptore rei maternæ uendente patre, uendicante filio, fructus illius temporis quo uixit pater non computantur, quia ad filium neque iure æquo, neque rigoroso pertinuerunt, hæ ferè uidentur causæ iustæ denegandæ cõpensationis, rõ fructuũ, & dominiũ, & ita uides d. l. sumptus. & d. l. 39. strictissime patere, neq; longius extendi à bonæ fidei possessore: qui rẽ non iure dominij, sed iure solius possessionis obtineat, quin quod in hoc adhuc ista computatio cessat, si fructus eos aliquo iure non habiturus erat is, qui meliorationum æstimationem est soluturus: est enim in hac re iustum & bonum quo temperantur d. l. sumptus, & d. l. 39. quod ex ratione compensationis descendit.

58 † Hæc omnia quæ nobis de emphiteuta, uasallo, fructuario, conductore, libellario, superficiario, possessore maioratus & alijs dicta sunt, ut fructus non compensent, quos iure dominij perceperunt, intelligenda sunt, ex Fulgosio in d. l. emptor. ff. de rei uendicatione, nisi titulus rescindatur, quasi à principio nunquam fuisset.

Vnde in emphiteuta, cuius titulus rescinditur: quia non fuerit à principio legitime factus, fit compensatio: quia interim ob non titulum emphiteuta magis percepit fructus iure solius possessionis sicuti bonæ fidei possessor, quàm iure dominij, ad quod dominium titulum sufficientem nunquã habuisse dignoscitur: contrarium dicendum est, si cum titulus emphiteusis legitimæ reperiatur factus, res tamen emphiteutica auferatur uendicatione, ob commissum, ob cessationem solutionis, ob finitasve generationes, hoc casu nõ fit ista compensatio: quia fructus sint sibi percepti iure dominij non solius possessionis, ideò plurimum aduertendum est iudicibus, ex qua causa faciant condemnationem, ut compensationem admittant, quod in cæteris erit obseruandum, & in emptore obseruat l. quoties. C. de rei uendicatione, ut emptor prior titulo, posterior possessione compenset quidem fructus; quia titulus ille reducitur ad non titulum, tenet Pinellus in d. l. secunda. de rescinden. uendi. part. secunda capitulo quarto numero 63. ad fin. & in casu d. l. quoties. in emphiteuta tenet Aluarus Vazquez quæstione 14. numero septimo. ambo ex hac Fulgosij, interpretatione, quin quòd in casu l. 2. C. de rescinden uendi. retenta illa opinione quòd fructus non ueniunt in casu d. l. secundę. quam tenet Pinellus ibidem 2. parte, capitulo quarto. numero primo contra ueriorem opinionem, quam tenuerunt doctissimus Emanuel Costa in l. Gallus §. & quid si tantum 2. parte. numero 72. ff. de liberis & posthum. & doctissimus Couarruuias uariarum, libro primo capitulo tertio numero nono. quam uidetur tenere dominus Antonius Meneses in d. l. secunda numero 50. retenta ergo Pinelli opinione in illo casu non fiet compensatio; quia nõ redigitur ad non titulum, quasi à principio non interuenerit, sed titulus ualuit, & fructus interim toto quadriennio iure dominij percepti sunt, etiam si ob læsionem sit rescissus, ita non fiet compensatio cum meliorationibùs, ita uidetur tenere idem Pinellus d. numero 63. ad fin. in d. l. prima. in restitutione, & redibitoria; quia redigunt rem ad pristinum & antiquum statum compensationi locus erit l. cum autem. §. cum redhibetur. ff. de ædilitio edicto l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minoribus.

59 † Hæc pertinent ad compensationem fructuum cum meliorationibus & expensis; de hac enim compensatione agimus, innumera sunt alia compensationum genera, quæ modo non tractamus; nihil enim pertinent ad meliorationes lege creditorem. ff. de legat. tertio. authentica. præterea. C. unde uir, de legato facto creditori, an fiat, ut compensetur, alius casus in l. scribit Celsus. 33. ff. ad Trebellian. ubi diminutio patrimonij per fideicommissum relicti compensatur cum fructibus, alius casus in l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. secundo. & l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad legem Falcidiam, ubi quantitas relicta suppletur ex fructibus perceptis, alium casum posuit Alexand. in lege in fideicommissariam. numero nono. ff. ad Trebellianum, & in l. filiusfamilias. numero quarto ff. ad legem Falcidiam, ut si parens rogetur à filio hæreditatem post mortem suam restituere, imputet fructus in legitimam portionem per dictã legẽ filiusfamilias. ff. ad legem Falcidiam. quæ opinio an sit correcta per legẽ scimus §. repletionem. C. de inofficio. testa. quæ iubet repletionem. C. de inofficio. testa. quæ iubet repletionem fieri non ex fructibus, sed ex substantia parentum, qui text. licèt loquatur in filio, debeat habere quoque locum in parente, modò non disputo, uide de priori compensatione Antonium Gomez in tomo de ultimis uoluntatibus, capitulo decimosecundo numero uigesimoseptimo. in qua re bene fateor esse plura iura, quàm ipse adducat, sed eius distinctio & uera & recepta est, de secunda compensatione uide Arium Pinellum d. l. secunda. de rescinden. uendi. part. 2. capitulo quarto numero 63. ubi aliqua remissiue, de tertia compensatione uide late Boerium decisione 44. numero 14. ubi late, adeò ut uix eius sententiam percipere possis, de quarta compensatione uide Emanuelem Costam doctissimum in c. si pater. partit. 3. uerbo priuare non possit. nu. 37. de testamentis. lib. 6. nostram meliorationem & fructuum compensationem secuti, nõ licet latius uagari, omnia enim illa altiori indigebant cognitione, modò non disputamus.

SV M.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 Sumptus an debeatur, an verò melioratio, & an vtrumque.
2 Quomodo articulus meliorationis sit concipiendus in bonæfidei possessore.
3 Limitatur regula communis, ex communi sententia, & nume. 4. agitur de ipsius veritate.
5 Meliorationes an sint æstimandæ in concreto an in abstracto.
6 Totum an valeat magis quàm singulæ eius partes, & additur declaratio ad l. 2. C. de rescind. vend.
7 Quomodo hæc æstimatio fiat ex actis, & testificationibus testium.
8 Agitur de l. diem proferre. § si plures. ff. de arbitris, & dicto c. 1. de arbitr. libro 6.
9 Seruantur illa iura à l. inter pares ff. de re iud.
10 Species d. §. si plures. & l. inter pars in fin. differt a specie capitu. fina. de re iudicata.
11 Agitur de l. in hoc iudicio ff fam. ercisc. & de l. vna. ff. de quibus rebus ad eundem iud. eatur.
12 Arbitrium nullum non mandatur executioni.
13 Defenditur Celsus iureconsultus, & Bonifacius summus Pontif. ab impugnatione Mod. Par. & Couarruuias, & refellitur ipsorum ratio.
14 Decisionem §. si plures. & c. 1. habere locum in arbitratoribus, & æstimatoribus, agitur de l. si fundum. & l seq ff. mandati.
15 In testibus quoque habere locum d. § si plures. & d. c. 1.
16 In iudicibus quoque habere locum d. § si plures. & d. c. 1. adducitur l. 16. ti. 22 parti. 3.
17 Applicantur omnia hæc iura consuetudini Galleciæ.
18 An isti æstimatores iurare debeant, adducitur distinctio.
19 Quales isti æstimatores eligendi sint, an periti, an seniores, & quomodo esti maturi sint.
20 An omnino duo æstimatores sint eligendi, & an sufficiat vnus.
21 Agitur de l. . §. fi. ff. de uerb. obl. quem sensam habeat.
22 Declaratur l. fi. C. de ponderatoribus.
23 Quæ pœna puniatur qui diuersa metalla commiscet.
24 Isti simul debent communicato consilio æstimare.
25 Possint isti æstimatores recusari ex capite suspitionis & ignorantiæ.
26 Possunt compelli vt æstiment.
27 Tertium quis debeat eligere.
28 An æstimatio horum sit executioni mandanda 29. quid si grauens.

De æstimatione facienda meliorationum.

Caput vltimum.

QVomodo probentur expensæ factæ & meliorationes diximus §. capite 20. nu. 22. & 23. cum sequentibus, sæpe autem probatio facta non admittitur; quia testes æstimationem meliorationum nō apte testificantur, nec secundū iuris regulas, ideo sæpe præcipitur vt æstimatores à partibus nominentur, qui de ea re visis meliorationibus veram æstimationem depromant, additurque tertius qui discordantes & dissidentes iusta æstimatione cōpenset, cuius æstimationi standum sit, qua propter, quid aduertere hos æstimatores deceat dicā, quid iudices oporteat considerare confirmaturos, aut reuocaturos has æstimationes meliorationum, quomodo creandi sint æstimatores, qd facere æstimareque valeant, nequid desit huic nostro tractatui. Atque in primis notandum est, vt hæc innotescant, separari, & distingui hæc duo, scilicet, sumptus, & meliorationes,
1 diuersa sunt, diuersa vtriusq; ratio † cum possit fieri, vt expendas in fundo, nihilque meliores, ideoque neque vtrumq; debetur, neque alterum dumtaxat, sed alterum ad alterum tamen relatum.

Idest debetur sumptus non vero simpliciter, sed quatenus proficuus & vtilis fundo sumptus fuit, vel vtiliter vel necessario. Itaque si expensas fecero, nihil vero meliorauero, nihil debetur; quia nihil melioratum est, sumptus enim debetur, sed qui meliorem reddiderit fundum: totaq; ratio sumptus & expensarū dependet ex melioratione, solus verò sumptus debetur, vnde si expendero centum, sed fundum in ducentis fecerim meliorem, centum dumtaxat debentur, & pro centum, quæ expensa sunt, fundus retinebitur, molas frumentarias extruxisti in prædio vrbano, expendisti quingenta, prædium vero propter has versatiles molas creuit melioratus in octingenta, nō debetur melioratio integra, sed solùm quod impensum est, scilicet quingenta, contra verò expendisti octingenta, fundus in quingenta creuit, quingenta debentur. Diuersitatis ratio est; quia sumptus & expensæ principaliter veniunt soluendi, hi vero cum respectu ad meliorationem, vt eam non excedant l. sumptus. ff. de rei vendicatione. ibi, superfluum sumptum meliore prædio facto dominus restituere cogitur l. in fundo. ff. eodem. ibi, quousque duntaxat, quo precioſior factus est, & si plus pretij fundo accessit, solum qđ impensum est, & ibi scriptores, tex. in c. 1. de in integrum restitutio. ibi, possessiones illas expensis ac labore suo reddiderint meliores sumptibus, quos bona fide fecerint, debeāt defraudari, & tenet ibi, Abbas num. 4. post Innocentium, idem in cap. quod quibusdam. de fideiussoribus. idem in cap. ad nostram. de rebus eccles. non alien. Fely in c. cum causam. de re iudicata. nume. 28. Paul. consi. 270. lib. 2. Curtius Iunior cons. 144. Capicius decisione 93. nume. 9. Antonius de Fano de pignori. & hypot. 5. par. membro 4. nu. 2. alios allegat Aluarus Vazquez d. quæstione 25. num. 28. qui post Bart. in d. l. in fun-
2 do. † & post reliquos admonet aduocatos, vt probationum articulos concipiant de melioratione non solum de sumptu requiritur enim, vt impensam habeas, meliorationem probare, quæ par sumptui sit; nam si minus sit melioratum, quā expensum, meliorationis modus accipiendus est, & ad eum coniicere debent oculos æstimatores, quique de ea re norio sit, nostro iure est tex. in l. 39. 40. 41. titu. 28. part. 3. quæ vtrumque coniungunt, meliorationē scilicet & expensas, & in hoc sensu perpetuo sunt, vt vtrumque requirāt, ita vt nostro quoque iure ea decisio verissima sit.

Atque istud est, quod aliàs notabat Iason in l. 1. §. hæres precepto fundo. ff. ad Trebel. quòd quando soluuntur meliramenta facta, tunc non fit æstimatio, prout vendi poterāt, sed prout in melioratione sit expensum, allegat l. 2 §. portio. ff. ad leg. Rhodiam. de iactu, inductio patet ex verbis iurisconsulti ibi, detrimenti non lucri fit præstatio d. l. in fundo. qui p Iasone est melior tex. neque indiget vlla inductione. facit l. si fundum. ff. de in rem verso. ibi, siue pluris sit, non plus videat in rem versum, quàm emptus sit; ea enim regula d. l. in fundo. obseruata est à iureconsultis etiam in actione de in rem verso, vt si filius fundum emerit, & minoris sit fundus, quàm emptus fuerit, tantundem videatur in rem versum, quanti dignus fundus fuerit, si verò pluris fundus sit, non plus videatur in rem versum, quàm emptus sit: ita vt condigna similitudine dicendum sit, solum id deberi nomine expensarū, quod expensum est, etiam si plus melioratum sit, si verò minus melioratum sit, quàm expensum, quod melioratum sit debeat, ita vt in ratione expensarum res retineatur pro impenso quidem: sed cum respectu ad meliorationem, ita tamen vt si melioratio minor sit, quàm impensæ sint factę, semper id quod minus est debeatur: quia ad similitudinem patrisfamilias id solum in vtilitatem & rem ipsius versum esse reperitur, nihilque amplius, atque adeo ex supra traditis id, quod expensum est, debetur, si tātundem melioratum sit, ex quo articulus hodie cōcipiendus est, partim ex melioratione, partim ex sumptu, idque in possessore bonæfidei, duplexque articulus necessarius est, alter qui contineat meliorationem factam, qui concipietur ex duplici tempore, in quo fundus non meliora tus traditus est & ex tempore, in quo melioratus reperitur, alter non continebit huius meliorationis veram æstimationem, sed veram impensam, quæ verè à possessore bonæfidei expensa sit: perperam enim in possessore bonæ fidei concipitur articulus ex hac communi & vera resolutione in ea forma, quam quotidie concipiunt aduocati, scilicet item si sabe que fulano, o hizo en la cosa sobre que es el pleyto pfectos, y mejoramientos vtiles y necessarios, que oy en dia estan y permanescen, que ajusta y comunal estimacion valen tanto.

Potest enim fieri, vt quantitatem illam & summam expēderit, sed fundus in eam quantitatem non creuerit, istudq; quotidie negligitur à iudicibus, cum summa iniuria litigantium.

Oportet enim istas causas forenses ex iure constituto metiri, non ex vano, & inutili patrocinantium stilo, ego in possessore, bonæfidei, de quo modo agimus, meliorationem inquirerem maiorem impensa, deinde ipsam impensam, quod facile fieri potest ex recepta sententia, & ex d. l. in fundo. dict. l. 2. § portio. dictæ l. sumptus. dic. l. si fundum. quadrant verba nostræ legis 40 ibi, tenudo es de tornar al otro todas las despensas que ouiere fecho, & ibi, que cobre aquello que y dispendio & ibi, las despensas que y ouiesse fecho quod millies repetitum est nostro iure.

3 † Prædicta autem regula dic. l. in fundo. non habet locum extra bonæfidei possessorem, qui fundum ad se pertinere cē sebat, ipsumque verè possidebat non iure dominii, sed iure solius possessionis, ita vt contrarium, aut saltem diuersum cō stituendum sit in eo, qui iure dominii, licet reuocabilis expendit, vt is meliorationes acquirat & conseruet iuxta præsentem æstimationem, non prout olim constare potuerunt, quando expensum est, neque habita ratione meliorationis, ita vt emphyteuta, vsufructuarius, fideicommissarius huiusmodi expensas nanciscātur, habita ratione præsentis æstimationis, modò pluris, modò paucioris fundus creuerit, hanc tenent plures Antonius de Neguzantijs de pign. & hypoth. 5. part. membro 4. num. 16. Barto. Bald. Ange. Alex. & Iason in

Source : BIU Cujas

l.domos.ff de lega.1. Boerius decisione 44. Cremensis in l.2. C.de rescind.vend.nu.225. Paulus de Castro consi 270. volu. 2. Antonius Gomez in l.46.nu.3. in legibus Taurinis, Aluarus Vazquez in d.q.25.dist.num.28. Didacus Couarruuias li. 1.variarum resolutio.cap.8.ver.cæterum.Moder.Paris.d.titu. 1.§.1.glo.5.nume 97. qui eam rationem esse ait; quia hi qui iure dominij rem habent tempore restitutionis faciendæ tã tum transferunt ad dominum,quantum ipsis abest, hoc est veram æstimationem eius,quod vere impensum est. Quod que impensa tempore restitutionis vere valet d.l. si fundum. quapropter in eo teneri dominum dicendum est. Altera ratio est,quam adducit Aluarus Vazquez:quia isti qui iure dominij habent istas res restituendas, faciunt istas expensas in suo,ideo tan um eis soluendum est,quantum ab ipsis est impensum,quæ ratio incidit in priorem:quia tantum abest istis quantum accrescit illis vere dominis: mouentur isti omnes, qui separant bonęfidei possessorem ab istis,qui iure dominij rem habent,vltra illas rationes, quæ facilè dilui possunt ex l. domos.ff.de lega.1.ibi,ædificij ęstimatio facienda est. quem tex.ad hoc notabilem dixit Antonius Gomez d.num.3.allegat etiam tex.in l.mulier.§.sed enim.ver.sed & ipse, si quem sumptum fecerit in res hæreditarias,detrahet. ff. ad Trebell. adducitur etiam tex.in l.vbi pure.§ fi ff.eod.ibi, qui in distrahendis conseruandisque hæreditariis rebus sumptus factus est,imputari hæredi debet,præter hęc iura addducit Boerius in d decisio.44.tex.l.4.§.hæc autem actio.ff.vi bonorum rap. vbi Vlpianus in actione vi bonorum raptorum in factum eã concedit,& dari in duplum fatetur,quanti ea res sit, idq; ad verum rei pretium refert, & præsentis temporis faciendam æstimationem asseuerat,adducitur text.in l.cõtinuus.§.cum quis ff.de verborum oblig.ibi,non enim secundùm futuri tẽ poris ius,sed secundum præsentis æstimari debet stipulario. Ex hac recepta sentẽtia in emphyteuta,vasallo & fructuario, à quibus non ob titulum,sed ob culpam,aut commissum re petatur,potest sustineri articulus ille, qui quotidie fit & concipitur ab aduocatis,obseruata ratione ea quam tradidimus capite proximo.nume.58.atque idem obseruandum erit in omnibus his,qui iure dominij res habeant, non verò iure so lius possessionis,vt hac communi sententia limitetur regula dictę l.in fundo.dicti §.portio.dictę l.sumptus. dictę l. si fundum.

4 †Hæc tamen communis opinio tot tantorumq; interpretum authoritate probata,neque rationem habet,& si verum amamus,neque ius:iura enim illa omnia quæ præsentis tem poris faciunt mentionem,debilissimum faciunt argumentũ namque iura de stipulatione, & actione vi bonorum raptorum adeo aliena sunt à nostro tractatu,vt ex his argumentari ad æstimationem expensarum secundùm præsens vel futu rum tempus sine pudore non liceat.

Præterea regula iurisconsulti in d l.in fundo. certa est, idẽ in d. sumptus.quas licèt ad bonæfidei possessores restringas nulla tamen ratio satis cogit,vt ad fideicommissariũ, fructua rium,emphyteutam, vasallum cæterosque huiusmodi possessores protrahere non possis Namque ratio illa,qua sustinẽ da videbatur communis interpretatio,scilicet quia hi qui iu re dominii res habent,in suo sumptus istos faciũt:si rectè iudicemus multo fortior est in bonæfidei possessore,qui quantum ad se pertinet,rem illam quam meliorat suis sumptibus ad se modis omnibus pertinere existimat: ideoque sicuti in illo non inducit æstimationem solius sumptus & solius expẽ sæ iuxta tempus præsens, sed illius, quod verè expensum & consumptum est meliorãdo,quomodo fieri potest,vt in em phyteuta & fideicommissario & aliis id genus,inducatur cõ trarium:cum hi ne existimarent,in suo se omnino facere, ẽt si ciuiliter aut vtiliter quoad actiones ciuiles domini sint, in promptu erat scientia rei aliquando restituendæ, quod ne possessor quidem bonæ fidei existimare potuit, quòd si ius habent vtile ad exercendas actiones,quæ aliàs vero domino concedi solent, ac vtiles domini sint, vbi obsecro hæc exceptio scripta est, vt à regula d.l.in fundo. decedere valeamus, quinimmò ipsa ratio Mode. Paris.magis persuadet,vt res debeat iudicari per d.l.in fundo.an enim tantum peruenerit ad dominum nec ne,ex præsenti melioratione diiudicatur, scilicet,non ex sumptu facto,sed ex melioratione, quæ ex sumptu resultat: itaque si melioratio nulla sit, nihil peruenit ad dominum;quia dominus præter suum fundum nihil accipit namque expensarum & sumptuum rationem ex melioratio ne inquirimus,meliorationem ex persona domini non possessoris,ex l.sed an vltro.ff.de negot.gest. & quæ adduximus capit.1.numero 30.& cap.5. nume.9. quòd si melioratio sit; tunc sumptus debetur,nisi hi sumptus meliorationem excedant; quia dominus melioratione accipit, possessor sumptus amittit,debet ergo intercedere melioratio:tũc sumptus qui facti sunt,debentur: quia hoc solum abest possessori resti tuenti rem,scilicet quod ex suo consumpsit.

Præterea communis illa opinio iisdem eiusdem authoritatibus displicet,namque Paulus de Castro in d.l.domos.ver si.sed adhuc oppono,variè distinguit, neq; satis quiescit,imò (vt videre faciet est) commiscet alia atque alia nusquam tutus,nec quietus, & suæ distinctionis multos adfert authores, eos quos communis opinio pro se adducebat, plures refert Boerius d.decis.44.nume. 13. de sumptibus gratia fructuum duraturis,aut non duraturis,de quibus latissimè egimus c.1. per plures numeros alia iura d.l.domos.d.§.sed enim. d.l.vbi purè.parum aut nihil faciunt,si rectè expendantur,in Lusitania ait in praxi receptam esse communem opinionem, ex d. l.domos.& Bartoli ibi,apud nos etiam obseruatur,nescio sanè an ex negligentia iuris,an verò ex ratione dictæ sentẽtiæ & opinionis receptæ,certè video quoque obseruatum erga bonæfidei possessorem, qui rem iure solius possessionis habet non dominij,ego obseruatas velim iuris constitutiones, postquam scriptæ sunt, certè in bonæfidei possessore obseruandum omnino sine dubio erit decisio dictę l.in fundo. in his qui iure dominij res habent, per me sit suum cuique pul chrum.

5 †Sed & illud aduertẽdum est tradidisse Doctores indistinctè meliorationes æstimandas esse, non prout sunt in cõcreto,sed prout reperiuntur in abstracto,qua forma, & dicendi ratione & methodo primus vsus est Baldus more suo propria singularum facultatum nomina vbique confundens ob eam vnam rem plerisque doctissimus propter quam doctissimis ignorantissimus merito videri poterat,is igitur Bal. in c. 1 §.si quis de manso,de controuersia inuestit. & in §.si vasallus.c.1.hic finitur lex,atque eum secutus Iason in l.2.C de iure emphy.nu.30.& 29.asserunt,æstimanda esse melioramenta huiusmodi in abstracto, non prout reperiuntur in concreto,quos sequitur Tiraquellus in 2.retractu.§.7.glo.1.num.6. Rolandus consi.28.nume.30.contra quos licèt teneat Mod. Paris.relatus non tamen suo nomine idque immerito (neq; enim cum laruis luctãdum est) ab Aluaro Vazquez viro docto & egregiè erudito,vbi supra d.quæst.25.num.16. ad fi.tenebat id Mod.Paris.d.glo.5.§.1.tit.1.nume 98. in consuetudinibus Parisiensibus,aiunt enim ex ea æstimatione subtili defraudari meliorantes à suis meliorationibus; quia diruti, & in partes separati,& distincti ædificij valor multo minus constat,quam si totum simul ędificium æstimetur, Mode. illum sequitur Iulius Clarus lib.3.sententiarum.§.feudum.q.86.qui & Mod.ipse verè non sunt recta ratione docendi vsi, namq; æstimatio meliorationum sicuti conseruatio eorundem nõ pendet ex damno vel commodo possessoris, vel domini,sed ex iure æquo & bono,quod scriptum est ex d.l.in fundo. Proinde dominus siue abradi patiatur, siue meliorationes soluturus sit,semper habere debet præsentem regulam illam Cel si,vt vtilitatem inquiramus,ea vero quęsita, si minor vtilitas sit,quæ nisi in concreto considerari non potest,namque vtilitas resultat ex vniuerso opere confecto, vniuerse accepto, itaque meliorem esse fundum nunc cũ restituitur, quam fuerit olim,constat ex redditu ex opere facto vniuerse accepto; quia scilicet riui ducti sunt,molæ frumentariæ erectę,& alia id genus facta,idq; in concreto est,idest,respectu totius operis vniuerse accepto,nõ considerando singula tigna, trabes, tabulas,lapides,calcis argillæve singulos modios & mensuras,quasi singula ab ædificio ipso separasses, quæ æstimatio dicta fuit a Baldo in abstracto,nescio quãtum benè, nã quas voces à dialecticis eisdemque sophisticis non elegantiorib. vsurpauit,ineptè iuri nostro applicauit, aiunt enim illi facultates & scientias tractari in abstracto non in concreto,quòd Aristotelici & qui Ciceronem amant,dicere solent, vniuersas esse facultatum & scientiarum regulas,non vero particulares,dicimus enim hominem ridere vniuerse,id quidem intelligendum esse vniuerse,non de Heraclito, quique Gelasinus dictus est.Democritus ea regula etiam continetur, quia vniuersè flebilẽ hominem esse dicimus:itaq; regulę uniuersæ traduntur,de singulis enim rebus nec possunt, nec debẽt præcepta cõstitui.has nostro iure nos definitiones vocamus, cumque dicimus testationem mentis testamentum esse, & testationem esse rei verę probationem, vniuerse id dicimus, dicunt Barbari in abstracto,non descendentes ad singulorũ testamenta & probationes, quæ plerumq; nec rei veræ, nec mentis probationes,aut attestationes sunt, quæ singula si prosequeremur,concreta cum barbaris nos tractare oporteret, Baldus autem ad meliorationes has voces transferens, id qdem efficere voluit suis illis ineptis verbis, & parum intellectis,eadem illas voces peruertens,vt meliorationes soluantẽ & ęstimatio ipsarũ fiat respectu nõ totius operis facti, quod ipse vocabit in concreto,sed solũ respectu singularũ partiũ, quod vocat in abstracto,itaq; ęstimatores dẽant totum ędificiũ,& singulas eius partes ęstimare,vt verã æstimationẽ meliora-

Source : BIU Cujas

liorationum proferant, denique in opere & facto vt magis hæc explicemus, ex quo melior factus sit fundus, censet Bald. æstimationem faciendam singularum partium, id est, quot trabes, quot tigna, quot tegulæ, quot lapides, quot calcis, quot argillæ mensuræ, quot diurna artificum stipendia, con sumpta expensave sint, atque ea omnia deberi, quod mihi se cundum rationem esse videtur, & certè id voluit apertè Cel sus in d.l. in fundo. ibi, solum quod impensum est, ex quo puto distinguendum, vt diximus isto capite num. 1. nam si magis expensum sit quàm melioratum, tunc quia sola melioratio debetur, atque ea non potest considerari nisi respectu totius operis, planè hoc casu totum opus vniuerse æstimabitur nihilque descendemus ad singulas partes, quę meliorationē excederent, ad quas non est deueniendum: quia non debentur, præsupponimus † enim magis fuisse expēsum, quàm melioratum, quo casu necessariò in concreto faciēda est æstimatio, respectu pretij & æstimationis meliorationis quæ reditū & vtilitatem fundi adaucti respicit, si verò minus sit expensum quàm melioratum, tunc quidem coacta ratione æstimatio debet fieri respectu singularum partiū: quia ex d.l. in fundo. quod impensum est debetur, & sit in abstracto, obseruata autem hac iureconsulti ratione neque iniuria fit possessori, nec domino, sed ratio iuris cōstituti obseruatur, quæ scripta est, & hac dicendi ratione scriptorum placita temperantur.

Præterea: quia etiam si ista æstimandi meliorationes ratio scripta non esset, adhuc ista facienda foret, nō enim fatemur diruendum ædificium, & disijciendum, diruto autem eo & disiecto esse æstimanda rudera, & singula eius ædificij, quod existimabat planè Mod. Paris. d. num. 98. nam hoc pacto disruptas trabes, refixas tabulas, disiectos lapides, nullius fere precij esse constat, sed cum integrum ædificium sit, quærere singularum partium veram æstimationem, vt diximus, non video quam iniuriam afferre possit possessore, vtilitatem certè afferre potest.

Præterea ratio expensarum debet fieri sigillatim de singulis rebus expensis & vera cuiusq; æstimatione, non confusè, vt diximus capite 20. num. 22. versi. hic tamen codex, vbi de probatione egimus meliorationum & expensarum. cum ergo hæc ipsa æstimatio facienda ab æstimatoribus in nihilo distet à probatione, debet fieri sigillatim æstimatis singulis rebus ad eam quantitatem, quæ verè expensa sit ex d.l. in fundo. in bonæfidei possessore, aut eam summam, qua re præsenti tempore constare possit, si communem opinionem sequaris receptam in ius qui iure dominij res habent. Certè vtroq; casu, si de expenso ratio ineatur, sigillatim de singulis rebus expensis facienda est.

Præterea hæc ipsa ratio vtilior est possessori, quàm si confuse ipsa melioratio dumtaxat, aut totū ipsum opus æstimetur: quamuis † enim iuris intellectu totum valeat plus quàm omnes singulares partes per se, neque tantum valeant partes fundi seorsum separatæ, quantum totus fundus simul l. Mæuius. §. fi. ff. fam. erciscundæ. ibi, vniuersæ res æstimari debent non singularum rerum partes, ibi glo. verbo. partes, glo. in l. j. C. communi diuidundo. verbo parte pretij, vbi Doctores, & Salyce. in l. fin. C. de iure dotium. Bar. in l. vxorem. §. agri plagam. ff. de leg. 3. tex. in l. Męuius. 68. §. in fundo. ff. de lega. 2. sæpe tamen vsu uenit, vt pluris vendantur singulæ partes fundi quàm totum valeret, quod frequentius contingit ob singulam rem cuiusque affectionem, & propter particulares cuiusque partis circunstantias, tum quia facilior est emptor vineæ, sali cti, pineti, aut oliueti, aut horti, quàm totius fundi, qui eas partes habet, vnde Mod. in tractatu de eo quod interest, nu. 114. de facto consultus respondit in materia l. 2. C. de rescin. ven. venditorem villæ, aut fundi, non esse admittendum, neque posse probare læsionem ex eo, quòd de facto tempore venditionis totius fundi singulæ partes eiusdem fundi habituræ essent vicinos emptores, qui singula prædia multo pluris essent, quàm totus fundus esset emptus, iuris enim intellectu totus fundus plus valet, quàm singulæ eius partes, licèt propter particularem affectionem, & faciliorem emptionem facilius & carius singulæ partes vendantur, quæ affectio cum nusquam non sit, potest æstimatio facta per partes maiorem vtilitatem afferre, sed in nostro casu de expēso disputatio est quod nisi sigillatim fieri nequit, quamcunq; opinionem teneas, de quibus supra.

†Hæc autem æstimatio plerumque fit à iudice ex probatione partium ac per sententiam ex testibus & eorum attestationibus, atque in nostro senatu, si ex actis apte constare possit æstimatio sumptuum, vtpote quia testes rite & recte secundùm iuris regulas veram æstimationem attestent, nunquam relinquitur executori sententiæ liquidanda, idque optime fit; nam præterea, quod in fructibus istud lege lata constitutum est, vt quoties ex actis vera ipsorum æstimatio haberi possit, non relinquatur executori, ne lites ex litibus protrahantur, quod ex identitate rationis necessariò recipiendum est in æstimatione fructuum, & meliorationum, ne scilicet, quod rectè à sapientissimis iudicibus æstimari possit, relinquat executoris rudi ignauoq; iudicio, qui difficiliores solēt facere executionū cās, quā ipsæ fuerint olim cū ceptę sunt, igit cū ex actis facienda erit ista æstimatio: quia testes rite, & rectè, apte, & fm iuris regulas de æstimatione harum meliorationum testificentur, quod rarò fit, iudices veram quoque æstimationem earundem meliorationum pronunciabunt, facturi autem hanc æstimationem aduertent ad glos. uersic. consenserunt, in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris. & q̄ ibi Bar. & Iason, vt etiam si decisio tex. ibi, minorem summā capiat, tanquam ab omnibus approbatam, illud specialem habeat cōsiderationem in arbitris, ita vt in testibus aliud obseruandum sit, postquam enim illud ex fide testium iudicandum est, ea summa accipienda est, in quam plures testes consenserūt, quòd si tres dumtaxat essent testes, quorum singuli diuersas summas profiterentur; tunc est recurrendum ad decisionem; tex. in d.l. diem proferre. §. si plures. & ad pontificiā decisionem in c. 1. de arbitris. lib. 6. idem si diuersi testes numero pares in diuersis summis consentiant. Nam si plures numero apte testificantes in vnam summam conueniant, in eā ituri sunt iudices, vtpote maiori numero testium approbata, in illa vero pari testium varietate aliud sentiendum est, quod tamen interpretatione eget; quia viris eruditissimis visa est omnino difficilis & à ratione iuris aliena, ideo circa eam nō nihil immorandum est.

† Extat Vlpiani responsum in d. §. si plures. quod solet difficillimum iudicari propter rationem ipsiusmet Vlpiani, quę viris doctissimis non vsque adeo placet, verba Vlpiani hæc sunt, inde quæritur apud Iulianum, si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque cōdemnet, cuius sententię stetur, & Iulianus scribit, quinque debere prę stari: quia in hanc summam omnes consenserunt, quod quidem Vlpiani responsum Bonifacius octauus Pontifex summus in suo sexto libro epistolarum decretalium reposuit in cap. 1 de arbit. & tamen in priori parte ita temperat Vlpiani decisionem, vt si duo in decem, tertius in quinque condemnet, duorum prævaleat iudicium, cum maior pars sæpe meliorem vincat: sæpeque vsu venit, vt peritissimus quisque, propter ingenii subtilitatem à pluribus eisque rudioribus relinquat, vt de his quod de Catone dici possit, victrix causa de is placuit, sed victa Catoni. Ita enim natura ipsa cōstitutum est, vt naturaliter homines dissentiant, & quot capita sunt, tot sententiæ passim reperiantur. Aristoteles Milesiorum rem publicam circa iudicia subuersurus lib. 9. Polyticon. c. 6. ait, eam vnum iudicium principale posuisse, ad quod omnia male iudicata reuocarentur, idque constitutum ex senibus delectis, qui sententias non calculis ferrent, sed tabellis scriptis, in qua quisque scriberet, si condemnaret simpliciter, sin simpliciter absolueret, ne quod à Græcis fiebat, cogerentur iudices absoluere eum simpliciter, qui si non totam summam petitam deberet, partis tamen debitor vere extitisset, seipsos peierantes & sacra & iusiurandum violantes, igitur Aristoteles, ut hanc rempublicam non me Hercule in hac iudicij forma male constitutam subuertat: aduersus Milesios more suo quibusdā quasi aculeis pungens, litigiosam fore snīam, quæ in hoc iudicio proferretur, asseuerat, ait. n. si petuntur viginti iudicū aūt vnus decem iudicet, alter quinq;, alter quatuor, & hoc mō diuidant, & alij in totum condemnent, alij in nihilū quis (inquit) erit modus snīarum concordādarū? hæc Aristoteles, quem malè Alciatus li. 9. parergon c. 14 refert, quasi iureconsulti Vlp. comprobantem sententiam, & rñsum, cum subuertat potius, deducto argumento ad inconueniens, existimans Milesiorum rempublicā in hac iudiciorum forma non bene constitutam, quodq; in hoc doctissimus Couarru. lib. 1. variarum resolutio. c. 2. refert de Plinio iuniore epistol. li. 8. ad Aristhonem & de Quintiliani Rethoris declamatione, ēt si in hoc iudiciorum genere versetur, tñ non ad Vlpia. pertinet, ego apud Quintilianum nihil reperi, apud Senecā pauca, lib. 3. declamationum. declamatione 2. illa tñ alia sunt ab his q̄ tractat Vlp. in d. §. si plures. & summus Pōtifex in d. c. 1. pertinēt. n. ad capitale iudicium, & ad l. inter pares. ff. de re iud. † quarū species ea est: si duo iudices relegāt, duo infamia notent, in septuplum condemnantes, tres reū capite dānēt, an sint coniungendæ snīæ, quæ vitam conseruant, vt vincāt eā, q̄ reum capite puniendum esse censet, itaq; eorū qōnes, & controuersiæ in eo sunt, an separari possint snīæ occidentes, à non occidentibus, in quo particularis rō reperitur, conseruatio nempe humanæ vitæ, quā quidē vbiq; iureconsulti amant, & obnixè tuentur in nostro casu agimus de quātitate soluenda, in qua plures summę illęq; diuersę diuersis iudicū snīis reperiūtur, cui speciei applicabit vlti. pars, d.l. inter pares non verò prior, in qua specie ratio cōdēnationis sumēda est

Source : BIU Cujas

à iure, quod reperitur expressum in d. §. si plures. & in d. l. inter pares. in fi. & in d. c. 1. quorum decisiones Couarru. doctissimus difficiles esse ait, idem ante eum dixerat non sine gloria Mod. Paris. vir vbique doctissimus, sed sibi in suis opinionibus nimium placens, & arridens, exitiali philautiæ morbo subiectissimus, idque in consuetudinibus Parisiensibus tit. 1. §. 33. gl. 3. numero 13. post Baldum (vt videas nihil ignorasse antiquitatem) in l. 1. C. de sententijs. quæ sine certa quantitate. quem refert doctissimus Couarruu. varia. lib. 1. c. 2. nume. 6. qui quamuis conentur non in eleganti ratione ostendere decisionem Celsi in d. §. si plures. Pauli ind. l. inter pares. in fi. & summi Pontificis in d. c. 1. ægre sustineri posse, ni tanta authoritate defenderetur, ego sanè existimo eos habuisse bonam & præclaram rationem, antiquitatis plenissimam, obseruatam olim in arbitrijs, quæ latuerit Moder. illum, de qua p-
10 ximè dicemus: illud † peius animaduertentes decisionem c. fi. de re iudicata. in fine, ibi, quòd si ex compromisso neutra debet habere vigorem, vbi si duo arbitri diuersam quisque sententiam profert, nihil effectum est, quia in nulla parte eius sententiæ & arbitrij consensus reperitur, & si in aliquo consensus reperiatur, in eo sententia sustinetur: procedere scilicet, d. cap. fi. & obtinere in duobus arbitris, quorum vterque diuersam sententiam omnino protulerit, quod ad literam ex illo cap. fi. colligitur, at verò in d. §. si plures. & in d. c. 1. de arbitris, libro 6 est aliquid, in quo consensus reperiri potest, scilicet minor summa, iuxta dic. l. inter pares. ff. de re iudicata. in fine. & ita nullum argumentum deduci potest ex d. c fina. ad impugnandam decisionem Celsi. in d. §. si plures. Præterea non impugnat Celsum decisio Pauli in l. in hoc iudiciũ. ff. famil. ercisc. vbi iudicium diuisum in partes non sustinetur ibi enim propter naturam iudicij vniuersalis de vniuersa hæreditate, & inter vniuersos hæredes iudicium ab eo iudice, cui de ea re notio erit, proferendum est, alias (inquit Paulus) res iudicata pro parte valere, pro parte verò non valere vix potest, in quo duo particularia sunt s. natura iudicij, quod vniuersum est: & diuidi ipsum iudicium nõ potest, nec enim de hæreditate eadem ad diuersos eũdum est iudices, sed ad vnũ qui possit inter omnes iudicare l. vna. ff. de quibus rebus ad eund. Iudi. catur. cuius legis decisio frequens in foro est; quo niam ex ea causa ad senatores regios occurri potest, cum de hæreditate agitur diuidenda inter plures hæredes, quorum singuli conueniri de actione priuata non possent, apud eos p sertim, cum horum hæredum alij alijs iudicibus subsint, nec
11 possint oẽs simul coram eodem conueniri: ideo † sæpe admissum in hoc senatu animaduerti hoc iudicium, ex d. l. vna. & ex ratione d. l. in hoc iudicio. sæpè quoque repulsum hoc iudicium aduerti, nec admissam notionem in hoc senatu ex hac causa, quia ea non sit scripta inter causas quæ possint in hoc senatu tractari, hoc quod vulgo dicitur, que no sea caso de corte: equissimè tamen facient iudices, qui admiserint, cũ nequeat alibi integre causa illa tractari, alterum autem in d. l. in hoc iudicio. particulare est, quod de tota hæreditate iudicium suscipi & proferri debet, ne diuidatur ex Pauli sentẽtia diuidi enim iudicium illud non potest, sed de vniuersa hæreditate inter omnes & vniuersos hæredes faciendum est, ne alicuius persona omittatur: nanque si omissa sit, non posiunt aliorum partes constare, pone quatuor esse hæredes, duos transegisse, vt duobus transigentibus portiones legitimæ cõstituantur, aliorum quoque non transigentium ratio habenda est, quæ si omittantur, planè iudicium ipsum constare nõ potest, ex d. l. in hoc iudicio, ex qua condemnationes, & absolutiones in omnium persona faciendæ sunt, & ideo si in alicuius persona omissa sit condemnatio, in cæterorum quoque persona, quod fecit iudex, non valebit, quia non potest ex vno eodemque iudicio res iudicata in parte valere in par
12 te non valere, hæc Paulus † vnde quia istud iudicium nullum est, non mandabitur executioni; cum constet euidenter ex actis, scilicet aliorum partes omissas, quæ nullitas notoria & manifesta ex actis impedire solet quamcunque executionẽ, etiam trium sententiarum cõformium, Bal. in l. 1 C. ne liceat tertio prouocare. Cardinalis in clemen. 1. de re iudicata, Frãcus in c. dilecto. de appellationibus. q. 52. Alciatus libro 1. de verborum significatione. Aymon cons. 3. Felynus in ca. inter cætera. de re iudicata. Iason in l. 1. nu. 8. ff. de noui operis nuntiatione. & in l. si is ad quem. ff. de acquiren. hæredita. est receptissima conclusio Cornei consil. 204. lib. 2. Imola in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nũciatione. ita resoluit doctissimus Couarru. practicarum quæstio. cap. 25. num. 2. vers. primum igitur, ideo si arbitri inter duos pronuntiẽt hæredes de vniuersa hæreditate omissis alijs, illudque constet, forsan non mandabitur executioni tale iudicium manifestè nullũ ex d. l. in hoc iudicio. quamus enim aliàs arbitria habeãt executionem paratam iure nostro, & olim habuerint ex l. diem proferre. §. illari. ff. de arbitris. ibi, stari debet sententiæ arbitri, quam de re dixerit, siue æqua, siue iniqua sit, & sibi imputat qui compromisit, nam & diui Pij rescripto adijcitur, ve minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet, illud tamen recipiendum est in arbitris rectè riteque obseruatis, non in his, quæ nullius momenti iureconsulti esse dixerunt, vt est in d. l. in hoc iudicio: itaque decisio tex. in d. l. diem proferre. §. si plures. & dic. capit. 1. nihil pertinet ad dict. l. in hoc iudicio.

13 †Vnde neque illa inuestigatio quicquam ad nos pertinet, an condemnans in minori absoluere voluerit à maiori summa, de quo Bartolus in l. si plures. ff. de fideiussoribus. Felinus. in c. cum inter. de re iudicata. quod enim attinet ad d. §. si plures. & ad d. c. 1. parum aut nihil faciunt, cum in eis consensus reperiatur condemnationis in minori summa, ob idque difficilior est decisio dic. § si plures, semper enim illud in promptu esse debet, interfuisse ibi tres iudices, eosque arbitros, q in minore videntur consensisse quantitate, vt tandem distet longius a specie l. inter pares. & c. fi. & l. in hoc iudicio, quod licèt senserit doctissimus Couarruuias vbi supra d. ca. 2. nu. 6. tamen ipse aliam rationem adducit, quam fortiter instruit, propter quam exorbitantem & impropriam neque satis firmam ratione illa decisionem Celsi in dic. §. si plures. & cum ea constitutionem Pontificiam existimat in d cap. 1. secutus Moder. Paris. vbi supra, ratio autem ea est, quòd iudicis etiã arbitri sententia referenda sit ad libellum, sicuti sententiæ reliquæ quorumcunque iudicum, cum arbitria instar sint iudiciorum, compromittens autem, vt ipse Mode. ait, maiorem summam & quantitatem petens minori summæ & quantitati consentire non vult, sed tanquam si rem peteret aut corpus, ita summam quoque exigit, vnde arbiter, qui de minore summa soluenda pronuntiat: planè dissidet reuera ab eo, qui maiorem deberi protulit, & rursus tertius à duobus, qui diuersam quoque pronuntiauit quantitatem soluendam, quasi res diuersas, aut diuersa corpora quisque tradenda protulisset: consistũt enim numeri in indiuiduo sicuti ipsæ res, Aristoteles lib. 13. Metaphisicorum. cap. 9. quingenta enim reuera non sunt quinquaginta, neque centum decem, etiã si quingenta quinquaginta contineant, centum verò decem, vnde reuera aut formaliter vti Mod. Paris. & Couarruuias dicunt, iudices duo, quorum alter in quingẽtis, alter in quinquaginta condemnat, diuersas proferunt omnino sentẽtias, tanquã si vnus ædes censeret restituendas, alter Bibliothecam: cum hi numeri diuersi specie sint, & specifice separati, quantumuis contineant maioris & minoris quantitatis respectum & proportionem. hæc est ratio Mode. & Couarruuias, propter quam difficilem, & exorbitantem existimant Celsi illam decisionem in d. §. si plures. neque vniuersè existimat Couarru. accipiendam decisionem Celsi, sed parcius admittendam, ideoque negat doctissimus Couarru. admittendam extra arbitros, vt d. §. si plures. & d. c. 1. & l. inter pares. in fi. nõ habeãt locum in arbitratoribus, neque in æstimatoribus: quoniam exorbitans decisio iuris sit, & difficilis, longeque absit a vera ratione iudiciorum, de quo mox aliqua simul, atque rationẽ Moder. & Couarruuias ostenderimus procul abesse à vera & antiqua iudiciorum forma, illa enim doctissimorum virorum ratio tota inde trahitur & descendit, quòd sententia arbitrorum conuenire debeat libello & conclusioni compromittentis, atque dissidere videantur arbitri, qui diuersas sententias a libello proferant: atque ex sola hac ratione facilè labefactari potest eorum noua illa ratio; maximum enim in hoc discrimen est inter iudicia & arbitria, neque satis Mod. Paris. qui prior in iureconsultum & Pontificem inuectus est, rationem antiquam arbitriorum assecutus est, quod non male uolè dictum velim, noui enim ipsum virum doctissimum, sed vt inquit Imperator Iustinianus in l. 1. C. de veteri. iure enucleando. potest vnius forsan & deterioris sentẽtia, & multos & maiores in aliqua parte superare, veteres olim ita constituebant, iudicium rei certæ esse, arbitrium au em incertę, iudiciumq; eo vsq; agitari, vt totam litem vel obtineamus, vel omittamus, in arbitrio nõ item, in quo neq; nihil petitur, neq; totum, vterq; compromittens plus petit, quàm scit sibi deberi, ob idq; arbitrij & iudicij & olim & hodie longè alia ratio est, in arbitrio neq; libellus erat, neq; hodie fisit, cõclusionẽ libelli vel petitionẽ compromissi spectant arbitri, sed ad id oculos mentẽq; conijciunt, quod æquius & melius est, vnde arbitria particularẽ habent rõnẽ, propter quã minima summa à Celso admissa sit, qa æquũ, & bonum, quod in arbitrijs versat, id exigere videbat: quod Cicero eleganter in oratione pro Roscio Comædo his verbis scriptum reliquit. Pecunia (inquit Cicero) tibi debetur certa. Quæ nunc petit per iudicẽ. In qua legitimè partis spõsio facta est, hic tu si amplius HS. nũmo petisti, q̃ tibi debitũ est, causam perdidisti, ppea q aliud est iudicium, aliud arbitrium, iudicium est pecuniæ certæ, arbitriũ incertæ, ad iudicium hoc modo venimus, vt totã

litem

Source : BIU Cujas

litem aut obtineamus,aut omittamus, ad arbitriū hoc modo & animo adimus:vt neque nihil,neque tantum, quātum postulamus,consequamur,cuius rei ipsa verba formulæ testimonio sunt,quid est in iudicio?directum,asperum, simplex, si peteret sestertia quinquagintatria dari, hic nisi planum faciat sestertia quinquagintatria ab libellū sibi deberi causam perdit. Quid est in arbitrio mite,moderatū, quanto æquius & melius id clarius,ille tamen confitetur plus se petere quā debeatur,sed satis superq; habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur,itaq; alter causæ confidit,alter difidit, hactenus Cicero.Vides igitur antiquam formam iudiciorum & arbitriorum,vides in iudicijs versari asperum,& directum,in arbitrijs æquum & bonum,quod sustinet iudicium arbitrarium in ea summa quæ petita non sit:quoniam in arbitrio nec quod petitum est admittitur,sed quod æquum & bonū est. Quę fuit formula antiqua iudiciorum & arbitriorum,inde illis etiam temporibus contractus omnes bonæfidei,in quibus Prætor ex bonafide iubebat sententiam proferri, in quibus iudicijs præter id quod expresse gestum actūve erat, veniebat æquū & bonum, etiamsi nihil de eo actum gestumve esset, quod æquum & bonum replebant ex varijs causarum circunstantiis personarum locorumve l. bonafides. ff. depositi.ea iudicia in quibus non erat standum actis gestisve à partib.& cōtrahētibus,sed æquitatis ratio admittebatur etiam ad ea quæ neque gesta nec acta essent nec petita aut postulata vocabāt veteres arbitria; quoniam sicuti arbitria bonum & æquum admitterent vltra id,quod gestum actumve expresse esset,ita Cicero libro 3.officiorum dicebat quintum Scæuolam Pōtificem maximum censere,summam vim esse in omnibus arbitriis,in quibus adderetur fide bona,quod Ciceronis dictū eo referendum est:vt quia iudicia bonæfidei, vt diximus capite proximo nu. 10. extenduntur vltra ea quæ gesta actaue sunt,quantum concedat æquum & bonum ex circunstātijs personarum,causarum, locorum,& temporum,meritò arbitria dicantur,quæ hanc æqui & boni rationem admittūt:itaque sæpe à Cicerone cumulantur hæc verba non ocioſe, q̄ vir ille facere non solet,sed vt liberam potestatem significet iudicium enim liberum non est, arbitrium solutum est legibus,ita ille in proœmio de officiis ad Marcum filium inquit, sequitur igitur hoc quidem tempore & hac in quęstione potissimum Stoicos,non vt interpretes,sed (vt solemus) è frontibus eorum iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur,hauriemus,arbitrium continet liberam potestatem,nō item iudicium, vides ergo quam diuersa fuerit antiquis iudiciorum & arbitriorum forma, iudicia sicuti cōtractus illi stricti iuris,in quibus non addebatur ex fide bona, aspera,simplicia,& rigida,arbitria sicuti contractus bonæ fidei mitia,moderata,æqua,& bona,in illis aut nihil, aut totū sententia iudicantis dabat,in his neque nihil, neque totum, sed quod bonum,& æquum,vnde Celsus in dicto §.si plures minorem summam elegit; quia id in illo iudicio dissentientium iudicum æquius & melius visum est,vix enim est,vt formulam illam veterem arbitriorum ignorasse credatur,neq; eum secutus Bonifacius summ. Pontif. vnde merito in arbitratoribus d.§.si plures.& d.c.1.est recipiendum ex ea formula antiqua; quia in his maior est facultas arbitrij,quàm in arbitris,multoque fortior est ratio æqui & boni, cum facultas arbitrij plenissimè arbitratoribus concedatur quotidie,quātum æquè beneque videatur, vt tantum auferant, adimantque: ideo ex ratione illa arbitriorum; quia ea copiosior in arbitratoribus est,dissidentibus arbitratoribus ad Celsum,& Bonifacium recurrendum est.In d.§.si plures.& in d.c.1.contra Mod.Paris.& Dominum Couarruuias,vbi supra,qui contrarium tenebant contra Lanfrancum de arbitris,capit.multis.quæst.12.verius multo est ex formula arbitrij antiqua,minorem summam esse eligendam, dissentientibus arbitratoribus:neque enim decisio dict.§.si plures.& d.cap 1.est exorbitans,sed iuri consona,ideoque his omnibus iudicijs applicāda est,in quibus arbitrij natura,causa, ratio, & similitudo reperiatur,reperitur vberior,& potentior in arbitratoribus.Ex vberiori & potentiori facultate arbitrandi, quæ conceditur arbitratoribus,ideo & isti neque totum, neque nihil præstabunt,sed quod æquius meliusque sit. Præterea in æstimatoribus si a partibus eligantur, vt veram meliorationum æstimationem pronuntient,ipsisq; dissentientibus tertius creetur, diuersas summas proferentibus singulis, erit locus decisioni d.§.si plures.& d.c.1.quia & in his est arbitrij quædam similitudo; cum eligantur vt arbitri,cum nihil ab illis petatur, cū subsit illa ratio æqui & boni, quæ non erat exorbitans in arbitris,sed secundum ius,& iudiciorum naturam & qualitatē mite,benignum, moderatum,æquum, & bonum, quod in omni parte iuris pręcipuum locum debet obtinere, & licèt doctissimus Couarruuias contrarium teneat vbi supra d. nu. 6.tamen neque ratione, neque authoritate defenditur, ratio nem diluimus,authoritatem eneruauimus,vt planum fiat in æstimatoribus quoque esse recipiēdum Celsum in d.§.si plures.& in d.cap.1.allegat ille pro contraria opinione Baldum in l.1.C.si seruus extero. quęst.6. sed Baldus ibi neque verbū de æstimatoribus, allegat Antonium Corsetum singulari, verbo sententia,qui neque de ęstimatoribus, sed de arbitratore & male,allegat Gerardum singulari 25. qui planè tenet contrarium,allegat Iasonem in §.sequens.numero 36. Insti. de actionibus,qui nec verbum, Salycetus quem ipse allegat solus restat eius opinionis author,sine iure,sine ratione,contra ipsum expresse tenet Gerardus d.singulari 25.ex d.§.si plu
14 res.& d.capitu.1.postremò † ait Couarruuias esse pro sua illa opinione textus quem dicit insignem in l.si fundum. cum l. sequenti.ff.mandati.qui nihil pertinet ad ęstimatores,nec ad arbitros,aut arbitratores, longè alia species est iureconsulti, ibi,fit enim ibi omnium summarum coaceruatio, eaque postea diuiditur in partes, vt vera pars pretij, quæ mandatario danda sit,constet,vtilitas eius legis versatur in rationib.mercatorum,& computantium, vbi incerta summa est,denique alia est iuris vtilitas,alius vsus,vt patet ex prędicta l. si fundū. & l.ita tamen.ff.mādati.ad certas autem summas mutuò dissidentes arbitrantium,aut æstimantium, applicari certè non possunt salua iuris ratione: quid redditutus fundus sciamus fuerit anno septuagesimosexto, si ex iuris regulis inuestigandum sit,capies reditus trium annorum,qui transacti sint, neque vberrimos,neque sterilissimos, coacerua in unam summam, coaceruatam diuide in partes, pars altera reditum efficiet eius anni,de quo inuestigatio sit,ex dic.l.si fundum. & l.ita tamen.ff.mandati.quod addidimus exempli causa,poteris facile applicare alijs reputationibus,certè ad æstimatores qui diuersas summas protulerunt,applicari non potest, cum expresse regula scripta sit in d.§.si plures.& in dic.capit.1.quę non sunt exorbitātes,& à iuris ratione alienæ,sed mites, moderatæ,& æquæ & bonæ,à quibus non sit facile decedendū, cum habeant fundatam iuris rationem,antiquam nempe arbitriorum formam,sintque ęstimatores isti instar arbitrorū, quibus res æstimanda commissa sit, dum à partibus eliguntur,vt de ea re sententiam proferant,quod faciebant arbitri, ideoque in arbitris decisiones illæ non solum erunt admittendæ, sed & in arbitratoribus,& ęstimatoribus, in quibus eluceſcunt rationes arbitrij di.l. si fundum. & l. ita tamen. in computationibus recipietur, vtilitas illius in rationibus spectabitur.

15 †Ex qua iuris ratione & ad testes trahenda quoque videretur ratio dic.§.si plures.& dicti capituli.primi. vnde si ex testibus vnus diceret meliorationes valere cētum, duo autem centum & viginti, testimonium duorum accipiendum est, vt diximus,argumento l.fin.C. de fideicommissis. ita vt per ampliores,ita Salycetus,& Cremensis relati ab Ario Pinello in l.secunda.C.de rescindenda vendit.partit.3. cap.4. nume. 10.sed si vnus dicat valere centum,alter octuaginta,tertius septuaginta,aiunt Salycetus, & Cremensis ex Butrio consilio 52.& ex Alexand.consilio sexagesimoquarto. libro secundo & ex Afflicto decisione 240. numero 5. mediam summam esse capiendam,subdunt rationem:quia in ea media summa concordant duo, quę ratio certè magis obtinere debet, vt minor summa capiatur: quia in ea omnes consentiunt, ex dicto §.si plures.& d.capitu.1. quam enim adstruunt rationem mediam summam non exigebat sed minimam, idq; debuissent ipsi asserere.

Si rectam iuris rationem secuti essent: vbi verò maior numerus testium reperiatur,qui apte deponant de vero pretio & æstimatione,eorum testificatio accipienda est. Istudque in testibus recipiendum est,modo aptius deponant. Alexan. consilio sexagesimoquarto.libro secundo. Alciatus in l.prima ff.de verborum obligation.§.si stipulanti.numero 40.inter testes enim pares numero circunstantiæ & rationes testificationis expendendę sunt, ex supra adductis, non verò, quòd de affirmatiua negatiuave attestentur,si modo apta ratio & iuri consona attestationi addatur, ita vt parum curandum sit de gloss.in dicto.§.si plures. quæ debet intelligi in negatiua, quæ improbabilis sit, non verò in ea negatiua, quæ suam habere rationem possit, veluti si testis dicat, meliorationes factas & sumptus valere centum, alter verò dicat valere octuaginta,nihilque amplius,subdatque rationem, quoniam tunc addita attestationis ratione, non potest dici negatiua attestatio,ex Alexandro & Alciato vbi supra,vnde inter pares numero testes ad rationem, ad probabilem attestationis modum deueniendum est, si verò hæc omnia paria sint, minor summa præferenda est, ex dicto §. si plures. & capitul. primo. & ita intelligendi sunt. Alexander consilio 185.libro septimo.nume. 6. quæ pertinent ad testes & ad d.§.si plures.

Et licèt, quod attinet ad formam illam veterem iudi-

Source : BIU Cujas

ciorum asperam, immitem, & rigidam, propter quam ad libellam, vti dicebat Cicero, petita quantitas probanda erat, alioqui causa perdebatur, formula illa sublata sit, quam iam multos ante annos reiecerant Græci, ex Aristotele 6. politicon. capi. 6. ibi, non enim cum absoluit, nihil deberi iudicat, sed viginti minas non deberi, hodie enim qui decem petit, si septem dumtaxat, sex, vel quinque sibi deberi probauerit, in eo obtinebit. Vlpianus in l. si quis cum totum. ff. de exceptione rei iudicatæ, ibi, nam pars in toto est, eadem enim res accipitur, & si pars petitur eius, quod totum petitum est, facit §. fina. in eadem lege ibi, nam cum hæreditatem petó, & corpora, & actiones omnes, quæ in hæreditate sunt, videatur in petitione deduci, facit textus in l. 1. § si stipulanti. ff. de verborum oblig. ibi, econtrario quoque si me viginti interrogante tu decem spondeas, obligatio nisi in decem non erit, vnde hodie veteri illa forma iudiciorum reiecta, si actor decem petierit, quinque autem comperiat iudex deberi, in quinq; fiet condemnatio ex illis iuribus, tum propter bonum & æquũ, de quo scriptores post glossam in l. verbũ oportere. ff. de verborum signi. & in l. si seruus. § boue subrepto, verbo submouebitur, & verbo offerente, ff. de cõdi. furtiua. Faber in §. quoties. Institut. de inutilibus stipulationibus, quem allegat Bartolus in l. si constante. § fina. ff. soluto matrimonio. & in l. qui solidum. ff. de lega. 2. vnde manifeste patet, qui fuerint illi, qui apud Iulianum in l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur. existimarint, non cogendum illum, qui decem petierit, quinque recipere, humanius verò facturum prætorem existimat Iulianus, si actorem compulerit ad accipiendum: cum ad officium eius pertineat lites dirimere, inde etiam erat illud de quo in dicto §. si quis agens. Institu. de actionibus. itaque hodie forma illa antiqua iudiciorum antiquata abiit, retinetur autem forma arbitriorum, ex æquo & bono, & ex eo quod melius est: namque iudicia aspera sunt, arbitria mitia illa simplicia, hæc quanto æquior tanto meliora, sed tamen ad absolutionem & condemnationem ad eandem formã sunt redacta, vt in l. 1. ff. de arbitris.

Sed tamen adhuc plurimum differunt, restat enim adhuc plurimum formulæ antiquæ, quæ non est ex omni parte sublata, ratio enim arbitrii plenissimè in iudicio non admittitur licet enim (vt diximus) qui decem petit, & quinque probat deberi, quinque habiturus sit ex condemnatione, illud tamẽ longè aliter atque in arbitrio procedit, namque in arbitrio quinque debẽtur, etiam si alius iudex in decem, alius in octo condemnauerit; quia in eam summam omnes tres arbitri simul dissidentes consensisse videntur: in iudicio autem, qui decem petit, & quinque probat, quinque quidem consequitur: non verò eo modo, quo in arbitrio, namque vt quinque cõsequatur, testes concordes, & plenam probationem afferre debet, propterea quòd eius formæ antiquæ aliqua quidem antiquata sunt, aliqua vigent, antiquatum est totius summæ petitæ necessarium iudicium, probatio verò necessaria est legitima: at verò propter æquum & bonum, contrarium dicẽdum est in arbitrijs, & in aliis iudicijs, quæ arbitriorum instar sunt, à quibus ad iudicia molliter & paulatim traxit Paulus iureconsultus in dic. l. inter pares. in fin. vt summa minima eligatur in iudiciis etiam inter dissidentes sententias, vt minus dubium sit in arbitratore, & æstimatoribus, contra Mod. Parisiẽ. & Couarruuias, nobis est lex 16. titulo 22. partita 3. quæ
16 †iura intelligenda sunt in tribus quatuorve iudicibus, eorũque sententiis, maiores & minores summas continentibus, vt minor summa eligatur, tum quia in fauorẽ rei benignior sententia recipitur, quod sentit Couarruuias vbi supra, versiculo tertiò quamuius.

Tum etiam propter præsumptum consensum in minori quantitate instar arbitrij, hanc autem rationem licèt non admittat Couarruuias, extra dictum §. si plures. & dict. capitu. 1. admittit tamen expresse Paulus ex Iuliani sententia in dicta l. inter pares. & expresse hunc consensum aduertit lex nostra ibi. Entonces dezimos, que si tantos fueren los de vna parte como los de la otra, que deue valer el juyzio, que fue dado en la menor quantia, e non el otro, & subdit rationem, e esto es, por dos razones, la vna porque todos se acuerdã en aquel lo que es menos, la otra porque los juezes deuen ser siempre piadosos, e mesurados, e mas les deue plazer de quitar, e de librar el demandado, que condenarlo, o agrauiarlo.

Vides consensum apertè in minori summa, licèt enim species huius nostræ legis diuersa sit a dicto §. si plures, tamen ratio vtriusque decisionis eadem est, scilicet consensus in minori summa, sunt ergo huius consensus authores, Vlpianus, Paulus, Iulianus, & Bonifacius Summus Pontifex, & lex nostra partitæ 16. titulo 22. partita 3. in d. §. si plures. in d. l. inter pares. & in dict. capitu. 1. qui etiam si ratione destituerentur, meritò Mode. Paris. & Couarruuias præferri possent, sed eos Cicero veluti dux tuetur & defendit, tradita antiqua iudicio rum & arbitriorum forma, itaque planum sit, decisiones illas habere locum in arbitris, arbitratoribus, æstimatoribus, testibus, & iudicibus, ex his quæ diximus, illudque vnum relinquum sit, non esse iureconsultos facile in iure notandos, qui iuris veteris formas apprime cognouerũt, nos omnino ignoramus.

Ex eodem capite fit, vt si de re aliqua non de quantitate in duos sit compromissum, eisdem diuersas sententias proferẽtibus, neutra prævaleat, sed tertius eligendus sit, cuius sententiæ pareatur l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. quia extra casum d. §. si plures. maior pars requiritur iudicum cõcordantium, inter duos autem maior pars reperiri nõ potest ni tertius assumatur, qui alterius sententiam sequendo maiorem efficiat partem.

In iudicibus autem delegatis seruatur forma mandati, & literarum eius, qui iurisdictionem commisit, textus in c. prudentiam. de officio delegati. ibi, mandati si quidem fines excedere probaretur, qui citra formam rescripti accepti præsumeret iudicare: itaque dicto §. si plures & c. 1. de arbitris. procedunt in arbitrio quantitatis d. §. principaliter in arbitrio de re, non de quantitate.

In quo arbitrio tertius assumitur, at verò d. l. inter pares. & l. 16. tit. 22. partita 3. habent locum in ordinariis iudicibus paribus numero & potestate, scilicet exempli causa quatuor, quorum duo maiorem, duo minorem summam deberi pronuncient, vt in fauorem rei, & propter tacitum consensum minor summa accipiatur, in iudice delegato forma rescripti facit ius: vt dic. cap. prudentiam. at verò d. cap. fin. de re iudicata, in duobus arbitris procedit, & locum obtinet, quorum sententiæ in nulla re consentiunt, & quadrat cum §. principaliter. ex quo suppleri poterit, quoad tertium assumendum, d. l. in hoc iudicio. ff. familiæ erciscundæ. non sustinet iudicium pro parte, propter naturam vniuersalis iudicij, habes igitur hæc omnia iura exposita & interpretata, vt iam scias, quid q̃que contineant plura numero, & sensũ difficilia, dicto §. si plures. d. capit. 1. dic. l. inter pares. d. cap. fin. de re iudi. d. §. principaliter. dicto cap. prudentiam. d. l. 16. titu. 22. par. 3. dic. l. in hoc iudicio. fam. erciscundæ. d. l. vna. de quibus rebus ad eun. iudicem eatur, habes de arbitris, arbitratoribus, æstimatoribus, testibus, iudicibus, delegatis, ordinarijs, deque iudiciis particularibus & vniuersis, quid quantumque dissidentes sententiæ, concordesve prosint, aut noceant: quæ summa, quæ quãtitas debeatur, quod iudicium sustineatur pro parte, quotidiana in foro quæstio, vtilis & necessaria.

17 †Quæ omnia cessant, vbi ex forma statuti omnium iudicum concors sentẽtia requiratur, *ibi enim particularis legis dispositione non sufficiet maior pars, singularis interpretatio in hoc nostro senatu ex supra adductis*, ad executionem sententiæ, quæ corporalem pœnam imponat, quæ tamen licet prior sit, vt executioni mandari possit, non expectata appellatione, aut supplicatione, trium iudicum requirit ad executionem concordem sententiam, & vnanime votum, aliàs executioni non est mandanda, de quo extat nobis constitutio lata anno millesimo quingentesimo sexagesimosexto.

Quæ quotidie obseruatur, quæ tamen in causis ciuilibus diminuta relicta est, emendabitur autem, vt componat dissidentes iudicum sententias, & vota, quæ interim ex iure scripto pronunciabunt, & sententiam faciẽt, ex illis iuribus, quæ adduximus superius: eo enim à nobis adnotata sunt, quoniã nobis vtilissima sunt, & apprime necessaria: quibus hoc ius indecisum relictum est, de hoc latius in consuetudinib. Gallæcis, de quibus nobis imminens labor est.

Cum autem ex probationibus partium nihil certi liqueat tunc quidem senatus noster de re diiudicans præcipit, vt partes singulæ singulos æstimatores nominent, qui de ea re iudicium proferant, reseruat sibi facultatem nominãdi, si partes nominare recusent, & tertium dissidentibus æstimatoribus nominatis, iubetque mandari executioni quod horum æstimatorum iudicio fuerit prolatum, de qua clausula in sententiis frequenti pauca dicemus, quibus adductis noster tracta-
18 tus perficietur, & in primis dubitari solet † an isti æstimatores teneantur iurare, qua de re ex facto agitatum sæpe est, pleriscque in eam sententiã euntibus, vt omnino iurare debeant quam resoluit Arius Pinellus in l. secunda. C. de rescindenda venditio. partita 3. cap. 4. numero 3. ex Baldus in l. hac edicta li. §. his illud. C. de secundis nuptijs. Barto. in l. si quis arbitratu. numero 7. ff. de verborum obligati. & in l. prima. ff. de ventre inspiciendo. & in l. tertia. ad finem. C. de pignorib. Iason in §. quædam. nume. 78. Institut. de actionibus. Decius, & Felynus quos ipse allegat: sed verior est sententia, quam tradit Lucas de Penna in l. j. C. de nauicularijs. lib. 2. quòd aut assumuntur in inuitum, hoc est in iudicio, quod redditur in inuitum, & debeant iurare, aut assumuntur extra iudicium communi consensu partium, & nullum requiritur iuramẽtũ, nul-

la for-

Source : BIU Cujas

la forma,nisi forte ea à partibus præfigatur, Lucæ de Penna distinctionem refert & sequitur Mod.Paris.in consuetudinibus Parisiensibus,tit.1.§.33.glo.3.nu.7. Lucas autem de Penna mihi nihil dicit,etiam si eius distinctionem probem,quæ rationi conuenit: consensus enim partium meritò tollit suspitionem,quam tollere debebat iuramentum, rursùm si in iudicio assumantur à iudice de consensu partium, tunc non requiretur,quòd iurēt parte citata & præsente,ita ille ex Bartolo in l.Theopompus.ff.de dote prælegata.numero 9. quia consensus partium supplet omnes defectus:itaque ex hac distinctione temperabis Pinelli decisionem,vt non indistinctè iuramentum necessarium sit in nostro casu,vbi in iudicio assumuntur,quod redditur in inuitum, iurare debent, textus in Authentico de non alienandis aut permutandis. §. quod autem.columna 2.ibi,duobus per tempora mechanicis, aut architectis,vbi de valore & æstimatione iudicii agebatur, & ad duos occurrit architectos peritos,& est regulare,vt duos adhibeamus ex forma sententiarum, item ex necessitate testimonij.

Quia in ore duorum vel trium consistit l.vbi numerus. ff. de testibus.subeunt enim isti æstimatores vicem testium.ca. proposuisti.de probationibus,ibi.videtur igitur nobis,quòd iuramento puellæ & testimonio illarum septem mulierum fides est potius adhibenda,at verò ex forma sententiæ,cuius vi & potestate creati iudicant,iudicum vicem obtinēt: vnde iuramentum necessarium est ex illo capite, quo testes videri possunt,dicto §.quod autem.ibi,sacrosanctis euangeliis positis,elegans ad vtrumque decisio tex.in l.hac edictali.§. his illud.C.de secundis nuptiis. vbi æstimatores à partibus eligun tur, atque hi interposito sacramento testificantur, ibi, mobilium vero rerum iustis pretiis, æstimatione facta per eos, quos vtraque pars elegerit, arbitros iudicaturos interposito sacramento, qui textus ad æstimationem rerum mobilium singularis est, & quotidianus,vt iacente hæreditate res mobiles æstimentur,si vendi aliqua ex causa iusta nequeant, sæpe enim publica inuidia fugitur, periculosiusque est facultates testatoris detegi,ac tunc quidem æstimantur, quo fit, vt hæredes vel vilitatem hæreditatis contegant, vel diuitias inuidiæ non exponant,ex l.1.C.quando & quibus quarta pars debeatur,facit tex.in c.tuis.de testibus, vbi neque testibus probatissimis sine iuramento creditur,& licet §.his illud.loquatur in arbitro,& ita intelligitur à Bartolo,in l. si quis arbitratu.ff.de verb.obl.num.7 tamen idem in æstimatoribus est dicendum ex dicto §.quod autem.& est hoc vniuersum in omni causa,vbi periti in arte admittuntur,vt periti isti iurēt,Angelus in repetitione l.si vacantia.de bonis vacantibus,Salycetus in d.§.his illud,Decius in c.proposuisti.de probationibus num.15.post Abbat.ibi,& in c.fraternitatis.de frigid.& maleficiatis.Antonius Gomez de contractibus,ca.10. numero 5. & sunt vtilia & quotidiana ad discussores,de quibus in l.1.C. de discussoribus.lib.1.& ad peræquatores l.peræquatores.de censibus ad mensores l.1.l.si mensor.§.1. & sequ.ff.si mensor fal.mod. dix. in scribis quoque & tabellionibus in comparatione literarum l.comparationes.C.de fide instrumentorum & in medico de qualitate vulneris,& morbi genere.c.significasti.de homicidio,& obstetrix de ventre pleno, vel vacuo l. 1.ff.de ventre inspiciendo, & in æstimatore de valore patrimonij d.§.his illud.alii sunt plures casus,qui quotidie sese offerunt,vt iurare omnino isti debeant ex his quæ diximus.

19 †Isti autem æstimatores & periti iurabunt de veritate dicenda,quātum fieri possit, scilicet si vera notitia sumptuum & expensarum haberi possit; cum enim dixerimus, id solum nomine expensarum deberi,quod vere consumptum est, nihilque amplius si vtilitas & melioratio expensas superet, vt diximus supra isto capite in principio ex d.l.in fundo, si multis retro annis opus effectum sit,quæret executor,cui res cōmissa erit,peritos fabros lignarios,vel ferrarios, aut lapidicidas,qui probe de ea re iudicare possint, iuxta d.§. quod autē dictum est,neque admittet imperitos,etiamsi à partibus nominentur:verba enim sententiæ,quæ iubent æstimatores nominari,ex iure interpretationem accipiunt:vt tales sint, qui probe æstimare & velint,& possint.Qui tabulata,pauimenta tigna,lateres,trabes,lapides, seras ferreas, postes & ligneos, & lapideos,seras,clauos, tegulas, deniq; omnia apte æstimabunt,particulariter,& sigillatim denique in abstracto, vt more suo dicebat Baldus supra,qui & eius ætatis erunt, vt tempus confecti ædificij, & expensarum superent, vt pretij vera notitia adesse possit,ita in specie notarunt Imola & Alexan. num.6.in l.pretia rerum.ff. ad l.Falcid. alias si opus antiquius sit,nec viri seniores reperiantur, tunc sufficiet testimonium de credulitate,quod tamen ferant periti,Abbas in d.ca. proposuisti.de probationibus.& in d.c.fraternitatis. Angelus in d.l.comparationes.C.de fide instrumentorum. et in l.iurisiurandi.ver.vlt.quæro.C.de testibus. Bartolus in proœmio digestorum,Bald in d.§. his illud. et in proœmio digestorum, versiculo sed dubitet,Decius qui dicit communem opinionem in dicto c.proposuisti.num.15.de probationibus.immo ex præsenti sument argumentum et iudicium ad præteritū iudices,si ad eos ab æstimatoribus occurratur,et arbitrabuntur ex variis causis quas in prouincia similes iudicarint.Paulus de Castro in l.2 de rescind.vend.ad fi.et ibi Cagnolus nume.264. quòd si æstimatio facienda sit iuxta præsentis temporis æstimationem:quia magis expensum sit,quàm melioratum,quo casū melioratio debetur,quæ nisi in concreto ęstimari non potest,iuxta præsentem statum, scilicet ex supra adductis num.1.& 2.tunc quidem sufficiet peritos quæri,neque de ætate solicitabimur: quia cum facienda sit æstimatio iuxta præsentem statum,nihil est,quòd de ętate curemus, q̄ sunt notanda ad Angelum in d.l.2.C.de rescind.vend. qui irridet Bartolum,eo quòd similem distinctionem non fecerit cum enim Bart.ibi dixisset in probatione pretii eundum esse ad æstimatores, qui rem inspiciant, ait Angelus, dictum Bartoli nō valere vnum obolum eo,quòd huiusmodi ęstimatores opus inspiciendo declarabunt secundum præsens tempus,qua distinctione adhibita effugiemus irrisionem Angeli.† Ex his vniuersę acccipiendum est quod pro ęstimatione 20
rei cum ad ęstimatores peritos itur duo querendi sunt,quod patet in d.§.quod autem.in Auth.de non alienandis.ibi,duobus per testimonium,per tempora à primatibus mechanicis quod quidem intellige iuxta distinctionem traditam ab Antonio Gomez de contractibus,c.10.nu.5.distinctio in eo est, vt si plures inueniri non possint,sufficiat quidem vnius testimonium,ad quod ipse expendit d.§.quod autem.ibi, aut etiā vno,si vnum solum ciuitas habeat,& ad eam distinctionem citat plures,& facit communem opinionem, sed illa cōmunis opinio temperanda est, vt scilicet vnius testimonium periti non repertis alijs fidem quidem faciat,si de leui,aut nullo alicuius prędiudicio agatur; nam aliàs regula iuris est obseruanda, quòd vni testi non sit credendum, etiam si prędara prędulgeat dignitate l iurisiurandi.in fi.C de testibus.ca. licèt vniuersis.de testibus,nec quicquam facit dic.§. quod autem. ibi enim lex imponitur ecclesię circa ęstimādas res, vt ecclesia adhibitis ęstimatoribus duobus sciat, quid res valeat sua, vnum verò admittit non repertis alijs, qui ęstimationem faciat ecclesię,quod eo efficitur, vt ecclesia sciat, quid in emphyteusim concedat,quidve acceptura sit, itaque fit ibi ęstimatio pro instructione ecclesię,ille verò qui rem eam fuerit accepturus in emphyteusim secum deliberet & aliunde consilium capiat,an e re sua sit,eam rem sub ea pensione in emphyteusim accipere,denique ex d. §. quòd autem. tempore quo fit ęstimatio,nullius prędiudicium vertitur,sed vtilitas ecclesię queritur,ob eamque causam vnius testimonium recipitur, ad quod non aduertit communis opinio, nec† quid- 21
quam etiam facit l.1.§.fi.ff.de uerborum obliga.ibi,vt vterq; alterius linguam intelligat, siue per se, siue per vnum interpretem,inducitur lex illa, quatenus loquitur in numero singulari,& nullam aliam probationem requirit, quę lex parū, aut nihil facit ad nostram quęstionem, sępe enim illud mihi repetendum est,quod iam à maioribus meis doctissimis accepi, iureconsultorum responsa ita esse accipienda,vt ab eis argumentemur, argumentum autem sumatur ab eo,quod principaliter iureconsulti tractarunt, quę autem obiter dixerunt aliud agendo, id periculosè ad decisionem causarum trahetur,diximus latè sup.capitu. 8. numero 50. multa enim ipsi obiter dum aliàs tractant quęstiones dicunt, quę maximas habent difficultates,quæ si ex proposito tractassent, alia methodo & dicendi ratione vsi essent. Vlpianus enim in dicto §.fina.id ex proposito agit,an diuersitas linguę vitiet stipulationem,vt si quis latinè interroget, Grecè verò, vel Hispane alter respondeat,diuersitatem autem linguę stipulationem non vitiare ait, dummodo sese mutuò intelligāt, quod fieri Vlpian.posse ait,vel per sese,vel per interpretem,quòd si ab Vlpiano sciscitareris, an duo vnusve interpres interuenire debuisset,aliud responderet,certè in dicto §. fina. nihil respondet, vnde perperam inde argumentaberis: non desunt tamen quibus singula iureconsultorum verba instar religionis sint,quibus satisfaciendum est cum Bar.ibi. num.2.qui dicit, interpretem ibi longè distare à teste; quia testis ab uno contra alium sumitur,interpres vero ex consensu vtriusque, sicuti arbiter,aut arbitrator,& agrimensor, ex l. Theopompus.ff.de dote prędegata,atque adeo nihil mirum esse, quòd interpretatio ibi summatur,& sustineatur ex voluntate testatoris,item statur attestationi unius testis ex d.l. Theopōpus. ex quibus communis opinio cum Bartolo in l.1.§.fi.de uerb. oblig.& in l.1.ff.de uent.inspiciendo.& in l. comparationes. C.de fide instrumen. & cum Bal.in l.iudices.C.de sententijs, & interloc.& cum Canonistis in cap. proposuisti. de probationibus.& per Decium ibi temperanda est utiliter, ut non

Source : BIU Cujas

repertis duobus peritis, vnus quidem admittatur, sed vnus hic peritus faciet quidem fidem, si de leui, aut nullo præiudicio alicuius agatur; namque si de præiudicio alicuius agatur, tunc vnius testis dumtaxat fidem faciet, ex qua interpretatione æstimatores duo creabuntur, qui expẽsas, & sumptus, aut melioratione inspiciant, taxent, moderentur, ea expendant iuxta ea, quæ a nobis dicta sunt isto cap. nu. 1. & 2.

Vt his concordibus vera æstimatio constet, hisque disentientibus tertius alterius probata æstimatione certum modum, & finem liti constituant, quę de expensis & melioratio nibus suscepta sit.

Vnde elegans est declaratio ad l. semel C. de re militari, libro 12. Vbi si de vulnere, vel sanitate militis agat, debet cõmitti medicis peritis, & chirurgis, vt hi ad minus sint duo, qđ patet ibi, nisi quos constet medicis denuntiantibus, quæ pluralis locutio duos saltem requirit, sentiunt ibi Bar. post glos. Lucas de Penna, & Platea, Ioannes de Imola in c. proposuisti de probationibus, pro quibus est tex. in ca. significasti. de homicidio. ibi, vt peritorum iudicio medicorum talis percussio asseratur fuisse læthalis, vbi Canonistæ, Ioannes Andreas, Hostiensis, Abbas, Cardinalis, & Bald. temperatur hæc communis opinio, vt intelligenda sit, quando agatur de magno præiudicio, an quis de vulnere, an verò de occiso teneatur, tũc quidem & in alijs huiusmodi casibus vbi de magno prę-iudicio agitur, meritò duo, pluresve medici periti vel chirurgi admittuntur, namque in hoc plurimum valet testimoniũ peritorum ad pœnæ impositionem l. qui occidit. §. si vulneratus. ff. ad legem Aquil. vbi si vulneratus, (inquit Paulus,) fuerit seruus non mortifere, negligentia autem perierit, de vulnerato actio erit non de occiso, at verò si de leui præiudicio agatur, tunc quidem ad informandos iudicum animos sufficit vnius medici & periti testimonium, quod quotidie obseruat noster senatus, cum carcerati postulẽt se relaxari à carcere; quia ęgrotant, & aduersa sint valetudine. Tunc quidem præcipitur, vt medicus, qui nobiscum assidet, ægrotantem videat, propositoque sacramento ex traditis supra numero 18. ex attestatione medici solet senatus relaxare, vel retinere, varie iudicando ex causisque rebusque, & personis. Quæ omnia addenda sunt his, quæ tradit Pinellus in l. 2. C. de rescind. vend. 3. par. c. 4. nu. 5. vbi communem opinionem refert & sequitur, indistincteque duos quærit.

22 †Ex his ad l. fi. C. de ponderatoribus & auri illatione, li. 10. oportuna declaratio est, vt quia nostro quoque iure in vnaquaque ciuitate ponderator constitui debet, quem nos nostro nomine contraste vocamus, deducto verbo à Græco sermone, quo nicostratem vocamus, de qua Hispaniæ consuetudine meminit additio ad Plateam in d. l. fi. quæ refert consuetudinem, sed lege lata statutum est, vt vasa argentea, & aurea omnia ad publicum ponderatorem adducantur, qui incisa parte argenti aurive, eaque excocta comprobatur, an æris quippiam admixtum habeat, ne fraus fiat his, qui ab argentarijs hæc vasa emunt, hic autem publicus ponderator approbatissimus testis est, fide publica susceptus, cuius testimonio standum est, ex quo publice approbatur, per l. fin. ibi, qui pro sua fide atque industria, neque fallat, nec fallatur, & conuentionem dirimat. vbi Bartolus ait, quòd ibi statur dicto vnius; quia deliberatione totius populi, vel principis constituitur, puta ad æstimandum, probandum, vel improbandum, & licèt Bartolus id sentiat, tamen ipsemet & Lucas de Penna ibidem adnotant, vt hic ponderator fidem quidem faciat; quia publice approbatus est, cæterum ipse quidem argentarius, cuius metallum damnatur, poterit testes peritos in arte producere, quibus iudicium ponderatoris destruat; quia vnius testis testimoniom nunquam sufficiens est ad condemnationem: neque ita prævalet, vt contrarios testes non admittat, quantumuis publice approbatus sit, ita intelligendum est, quod tradit Antonius Gomez in d. c. 9. de contractib. in fin. qui nullum ius adducit, & solent iudices, si iniquitas auri, argentive ex testimonio tantum ponderatoris constet, ipsa vasa aurea aut argẽtea peritis tradere, qui interposito sacramẽto experimentum faciant, vocant suo nomine, ensaye, ex illo examine condemnationem aut absolutionem instituunt. Quæ si non extent, varie ex causis personisque sæpe iudicatum vidi, varietatem scio prouenisse ex difficultate vnius testis, cuius testimonium debilissimum est, ad imponendã pœnam legalem, cum etiam si respublica de illo confidat, possit ille nihilominus habere causas odij, & amicitiæ, ideo ab horum iudicio appellari potest, Angelus ad Bart. in d. l. 1. Platea

23 in l. 1. de discussoribus. libro 10. pœna † autem argentarij qui æra æribus immisceret, metalla confundens capitalis fuit, extat recordatio eius apud Flauium Vopiscum in vita imperatoris Taciti his verbis, si quis argento publice priuatimque æs miscuisset, siquis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset cum bonorum proscriptione, nostro iure tenentur de dolo, & falsum committit, item vasa ipsa amittit. Et septuplum fisco applicandum, extat lex lata anno millesimo quadringẽtesimo octuagesimooctauo inter sanctiones pragmaticas.

24 †Isti autem æstimatores debent simul communicato consilio æstimationem facere: quoniam alter ab altero trahi in suam sententiam potest l. si in tres, cum l seq. ff. de arbitris. ęp si nolint æstimatores nominati negotium suscipere, vel præmoriantur, absque dubio ab eorum personis receditur, & alij nominandi sunt, cum præcedat obligatio perfecta per gl. & DD. in l. fi C. de contrahenda emptione. & in l. 1. ff. de leg.

25 2. quòd †si suscepto negotio intempestiue recusauerint, tenẽtur ad interesse nisi propter culpam partium, vel ex iusta causa superueniente recusentur iuxta notata in simili in l. si mandauero. in fine. cum l. seq. ff. mandati. non autem præcise cogi possunt ad factum, cum non sint arbitri, ex l. item si vnus. ff. de

26 arbitris. sed † verius est, postquam nominati sunt, & nominationem factam admiserint, teneri perficere, argumento d. l. item si vnus. & ideo executor poterit eos compellere, vt æstiment, etiam inuitos & reluctantes, contra Moder. Par. dic. §. 33. glo. 3. nu. 9. si autem publicæ personæ essent ad hoc nominatæ compelli possent, Barto. in l. 1. § cura carnis. ff. de officio prefecti vrbis. & in l. 1. §. 1. ff. nautæ caupones. & in l. 1. ff. furti aduers. naut. Bald. Salyce. & Alexand. d. in l. inuitus. ff. de procuratoribus.

27 †Si autem ipsi æstimatores discordauerint, non possunt ipsi eligere tertium, sed hoc spectat ad partes, vel ad iudicem, ideo neque executor poterat, sicuti nõ possunt alium suo loco subrogare: cum electa sit industria, & hoc nisi à partibus sit eis potestas cõcessa, vt liceat ipsis tertium assumere, quod valet, etiam si non sit actum de certa persona: sed verius contrarium item est, ex d. l. item si vnus. §. si in duos. ff. de arbitr. vbi non valet compromissum in duos cum potestate eligendi tertium, quem velint, in casum discordiæ: sed debet exprimi certa persona, vide glo. Abbat. & text. in ca penultimo. de arbitris, & singulare Romani 163. hodie verò ex forma sentẽtiæ istud reseruatur iudicib. qui postea omnia necessaria cõmittũt executori, ideo ipse executor tertium eligit, vel compellit partes, vt eligant, & conueniant in tertio d. l. itẽ si vnus. & quotidie fit, in quo expectanda est facultas concessa executori, quæ ut plurimum exuberat ad omnia.

Quinimmo possunt isti periti & tertius recusari, ex ratione non solum imperitiæ sed & suspitionis, tum quia debet fieri æstimatio à peritis d. §. quòd autem. in Authentico de non alienandis. item debet fieri à nõ suspectis, & in d. §. quòd autem. ibi, & non suspectis, & in arbitris text. in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitris. idem dicendum est in mero arbitratore ex eadem ratione, & in æstimatoribus, & nisi de idoneis conueniant partes, iudices eligent, & executor, cui cum omni causa executio commissa est. Bart. in l. creditores. ad fi. C. de pignor. Barto. in l. 2. C. de rescinden. vend. Panthale. de Crema in repe. l. 2. C. de rescin. ven. & consentiẽtibus in vnum, vel plures nõ curamus, an sint maiores vel minores: quia ex consensu tollitur difficultas d. l. fin. C. de arbitr. & l. cum lege. ff. eodem. Baptista de Sancto Blasio de arbitris quæst. 69.

28 †Hi verò æstimatores si quempiam grauauerint, est licita appellatio, sed si ex forma sententiæ iussum sit, vt executioni mandetur, quidquid concordi iudicio protulerint, appellatio secuta non suspendit executionem, maxima enim vtilitas est & quotidiana eius clausulæ, aliàs æstimatorum ęstimatio executioni non est mandanda, quousque ab eo confirmetur, qui de ea re notionẽ habeat, tex. egregius & in foro quotidianus, quem ignorare nemini licet, in l. instar. C. de iure fisci. † quæ summa autem necessaria sit, vt grauasse intelligatur æstimatores isti, arbitrio iudicis relinquitur Mode. Paris.

29 d. §. 33 glo. 3. nu. 5. Habes lector optimè de expensis & melio rationibus vniuersa & generalia præcepta, quæ in particularibus casibus poterunt tibi prodesse boni quiq; nostram diligentiam consule, si quid vero impie scriptum dictumve reperiatur, hoc nec dictum, neque scriptum volumus.

A L B E R T I B R V N I
Astensis, multas materias incognitas & quotidianas in 21. conclusionibus suo loco situatas continens.

De augmento rebusque additis.

AVgmenti materiam rerumq; additarum in re sparsam, & maxima ex parte hactenus incognitam, & a nemine (vt arbitror) hactenus in cõpendium reducta, Declaraturus Ego Albertus Brunus Astensis iure-

Source : BIU Cujas

iureconsultorum minimus ad Dei omnipotentis laudem & communem hominum vtilitatem illam per 26. cōclusiones principales & regulas distinguendam putaui, vnicuique conclusioni gratia facilioris inuentionis & intellectus, quod suū est tribuendo.

SVMMARIVM.

1 *Adinuicem multiplicite plura se habent, & quæ sint, vide latè vsque ad numero 9.*
Dispositio totius quando includat partem.
2 *Dispositio vnius trahitur ad aliud in his quæ se habent vt continens & contentum.*
Vnius appellatione an veniat aliud in his quæ se habent vt vnita, licèt sint diuersa.
3 *Differentia quæ sit inter vnionem & incorporationem, vnita & cohærentia 4.*
4 *Prouisio in uno adæquatorum, quando ad aliud trahatur.*
Causæ se inuicem continentes quæ sint remissiuè.
5 *Prouisio in præparantibus an ducatur in præparatis. Et quid de reformantibus & reformatis 6.*
7 *Positione alterius an veniat aliud in his quæ se habent, vt similia & dissimilia.*
8 *Subiectum quomodo se habet ad prædicatum.*
9 *Augmenti diffinitio. Et ad quid accedat 10. Et quid requirat 11.*
Et quomodo cognoscatur 10.
11 *Pars integralis differt a parte augmentatiua.*
12 *Pascua superaddita licèt separata empta ad prædiorum vsum cedunt in legato prædiorum.*
Prædia superaddita an dicantur augmentum aliorum, statur sententiæ rusticorum.
13 *Tholosæ comitatus regno Franciæ vnitus, vtrum dicatur pars augmentatiua regni.*
Reditus, partus, fructus, & pœnæ augent hæreditatem & dotes, & dicuntur eorum augment um.
14 *Pœna adiecta alteri pœnæ, quando anteriorem pœnam augere dicatur.*
15 *Accessoria quotupliciter accedant.*
Vniuersalia recipiunt augmentum, generalia autem non, licèt diminutionem sentiant.
16 *Philosophi quomodo capiant augmentum, immixtionem, & alterationem.*

Conclusio prima principalis.

PRima conclusio Est circa cognitionem quid sit Augmentum. Et antequam veniam ad eius diffinitionem, seu descriptionem. Præmitto
1 † quòd plura se inuicem habent diuersimodè secundum Bal. in c.j. in 5.col. in tit. de capi. qui cur. ven. & Pet. de Anch. in regula accessorium. in princ. comen. de reg. iur.

Quædam enim se habent vt totum & pars, seu pars in toto, vt duo in decem, & tunc regulariter dispositio totius includit partem. l. si vnus. §. si cum decem. ff. de pac. l. post decisionem. C. de furt. & regula in toto. ff. de regu. iur. vbi Pet. de Anch. dicit plura de hac materia. Et traditur per Bart. & alios in l. qui vsumfr. ff. de verbo. oblig. Et facit ad materiam l. quæ de tota. ff. de rei vend. l. recte dicimus. ff. de verb. signifi. l. insulæ. ff. de iudi.

Quædam verò se habent sicut pars circa totum, vt alluuio & aliud augmentum, & ista est materia hic tractanda.

Quædam se habent vt partes integrales: vt ĩ. ea. concluſ. in diffinitione augmenti.

Quædam se habent sicut continens & contentum, vt sac-
2 cus & farina. Et tunc † an dispositio de vno trahatur ad aliud Bal. distinguit in loco prealle. videlicet in d.c.j. circa quod potest videri tex. in l. qui saccum. ff. de fur. tex. cum gl. in l. solent. ff. de offic. procon. & in l. sancimus. C. de sacrosanct. eccl. & in Auth. de non ali. §. hiisdem gl in l. certo generi. ff. de seru. rusti. præd. l. pen. ff. de pig. & quod not. Bart. in l. si quis legatum. ff. de fal. Imo. Pau. de Cast. & Alex. in l. seruum filii. §. cum qui chirographum. ff. de leg. 1.

Quædam se habent vt genus, & species, ac indiuiduum vniuersale particulare, ac indefinitum. Et de istis habetur in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. du. vbi Bar. in l. 2. in prin. ff. si cer. pet. Et in regula generi per speciem. de reg. iu. in 6. cum concor.

Quædam se habent vt vnita, licèt sint diuersa, necnon ut separata. Et tunc an appellatione vnius veniat aliud, vel dispositum in vno militet in alio: est longa materia, de qua aliquid dicam ĩ. in 5. conclusio. & no. de istis in c. j ne se. vac. & in c. si cut vnire. de excess. præla. per Bar. in tract. de allu. in gl. in ver-
3 bo, adiecit. † vbi facit differentiam inter vnita & adiecta, seu cohærentia, & per Ang. consil. 246. incip. vnitorum, vbi facit differentiam inter vnionem & incorporationem, dicendo quòd incorporatio habet se per modum augmenti, non autem vnio, quæ in se non habet incorporationem. & de vnione prouinciarum & territoriū habetur in l. j. C. de metr. Ber. li. 11. vbi Bar. & ad materiam & an dominus vnius censeatur dominus alterius, traditur in l. in rem. §. sed & id. cum seq. ff. de rei vend. & facit regula, quòd vnitorum eadem est ratio, & separatorum separata l. item si fundi. §. huic. vbi Bal. & Ange. ff. de vsufr. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum simi. & vide Bart. in l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fun. instru. & dicam ĩ. aliquid in 15. articu,

Quædam autem se habent vt destinata, & ad aliud pertinentia, & de his habetur in l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. & in c. cū ad sedem. de restit. spol. & dicam ĩ. in 5. conclusione principali, & in 15. ac in materia mutationis & transformationis, & vide Bar. in l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fundo instru.

Quædam se habent vt correlatiua, sicut pater & filius, maritus & vxor, emptor & venditor, & de istis habetur in l. fi. C. de indi. vidu. tol. per Bar. & Bal. in l. fi. ff. de accep. & do. Baptista de sancto Blasio fecit tractatum.

4 †Quædam se habent vt adæquata vel æquiparata, quæ materia latè traditur in l. j. ff. de leg. j. vbi dantur multæ remissiones, & ibi latè declaratur, an & quando prouisio in vno adæquatorum trahatur ad aliud, & sensi quod do Franc. de Are. reduxit in compendium ea quæ in iure æquiparantur.

Quædam se habent vt cohærentia & connexa, seu connectentia & connexa, vt officium & beneficium, & de istis traditur in ca. translato. de consti. in clem. cupientes. de pœn. per Bal. in d.c.j.5.col. de capi. qui cur. ven. per Bar. in trac. de allu. in gl. in verbo, adiecit. vbi facit differentiam inter vnitum & adiectum vel cohærens, & dicam aliquid in quinta conclusione principali, in secunda ampliatione, seu declaratione, de quo etiam per Imo. & Mod. in l. sed & si plures. §. j. ff. de vulg. & pup. & est longa materia. Et de adhærentibus & confœderatis tradunt feudistæ, & maximè in ca j. §. conuenticulas. in tit. de pa iur. fir. & dicam aliquid infra in 5. conclu. prin. Et de causis se inuicem continentibus traditur in l. nulli. vbi alleg. C. de iudi.

Quædam etiam se habent vt inuicem confusa & incorporata: vt dicam ĩ. in conclu. seq. ver. 4. & patet Insti. de re. di. §. si duorum. & dixi s̃. versi. 5.

Quædam se habent vt consolidata, de quibus dicam ĩ. in 15. conclu. prin. in prima fallentia. & in decima ampliatione, & in materia transformationis.

Quædam se habent vt principale & accessorium, & de his latè traditur in regula iuris accessorium, maximè per Pet. de Anch. & Dy. aliquid per Bar. in l. j. ff. de pen. leg. & in l. 2. C. de agr. & cen. li. 11. cum infinitis concord. & dicam aliquid in 5. conclu. prin. in secunda ampliatione, & in j. conclu. in fi. & in 9. j. col. & est longa & vtilis materia, male tamen discussa etiã dicetur.

5 Quædam se habẽt vt præparantia & præparata, vt per Bal. in l. ordinarij. C. de rei vendi. j. colum. cum concor. de quibus per Alex. & Mod scribentes in l. quoties. C. de iudic. & per Felyn. in c. super literis. versi. an sua sit. ibi, amplia secundo. in 12. col. de rescript. & per do And. Sicu. in rubri. C. qui admitt. in 56. colum.

Quædam se habent vt antecedentia & consequentia, ad quorum alterum positionem venit aliud, & ad destructionẽ, aliud destruitur, & de his habetur in l. 2 ubi communiter Doctor. ff. de iurisd. om. iud. in l. illud. ff de acqui. hære. in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procu. per Fel. latè in c præterea. de offi. deleg.

Item quędam se habent tanquam antecedentia & sequentia, vt in l. 2. cum concor. ff. de iurisd. om. iud.

Quædam se habent vt incidentia, vel emergentia circa aliquod principale, & de istis habetur in c. j. & c. tua. de ord. cog. & in l. j. vbi Bar. & alij ac per totum. C eodem. per glo. & Doctor. in l. quod iussit. ff. de re iudic. tradi solet in l. quoties. C. de iudic.

Quædam se habent vt subrogata, vt cum vna persona, vel res loco alterius subrogatur, & de istis latè traditur per Petr. de Anch. in c. prior. de regu. iur. per D. præceptorem meum. D. Ias. post a ios in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff si quis cau. per Bar. & Doc. in l. filiæ. ff. de cond. & dem. & aliquid infra dicã, maximè in 9. conclu prin.

6 †Quædam se habent vt reformantia & reformata, & de istis traditur in l. pacta nouissima. vbi Bald. in vlti. columna. C. de pac. & latè dicam ĩ. in 3. conclu. principali. in 4. conclusion. subalterna, & dicam in materia mutationis & tranformationis.

Quædam se habent vt translata, vt cum vna res in aliam transfertur, ut in l. filiæ. ff. de cond. & demon. & dicam in ma-

teria

teria mutationis & transformationis, vel cum vna obligatio in aliam transfunditur l. obligationum ferè § fi. ff. de actio. & obl. l. ita ſtipulatus. ff. de ver. obli. l. j ff. de pen. leg. & eſt materia nouationis, de qua dicam ſ. in 3. conclu. princ. per totam, & maxime in 4. conclu. eius ſubalterna.

Quædam ſe habent vt excedentia & exceſſa, vt dicitur in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſſio. & in l. certi condictio. in princip. vbi gloſ. j. ff. ſi certum petatur. cum concor.

Item quædam ſe inuicem habent tanquam plus & minus ita quòd cui licèt quod plus eſt, liceat etiam quod minus eſt, & quòd qui plus dicit etiam minus dicere videatur: vt in regulis iuris, plus ſemper, & in regula cui licet. in 6.

Quædam ſe habent vt prorogans & prorogatum, abbreuiantia & abbreuiata, & de iſtis habetur in l. pe. ff. de præt. ſtipu in l. ſed & ſi manente. ff. de præca. & latè in l. lecta ff. ſi cer. pe. & in c. pe. & gl. de offi. deleg. & aliquid dicam ſ. in 4. cõclu. princ. circa 2. vel 3 col.

7 †Quædam ſe inuicem habent vt ſimilia & diſſimilia, ſeu diuerſa, & eſt materia l. nõ poſſunt. ff. de legi. & l. ob æs. cum gl. C. de præd. mino. quæ eſt longa & confuſa inducens multas in iure confuſiones.

Quædam ſe habent, vt paria & imparia l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. & ſ. eo verſi. 8.

Quædam ſe habent vt contraria, ſubcontraria, contradictoria & ſubalterna, & de his habetur in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. dub. vbi Bar. poſt gl. demonſtrat ſe nouiſſe primos terminos dialecticæ. no. gl. 4. in l legitimos. ff. de legi. tu. Et ſubſequenter ad hæc.

Quædam ſe habent vt compatibilia & incompatibilia, vt per Bald. in l. pacta nouiſſima. vltim. colum. vbi etiam alii. C. de pactis.

Quædam ſe habent vt concurrentia inuicem, & eſt materia ampla & ſparſa.

Quædam vero ſe habent vt perplexa, vt per Bart. in l. ſi Titius. & in l. ita ſtipulatus. in 2. oppo. quintæ partis princi. ff. de verb. obl. & in l. j. pen col. ff. de cond. inſti. per Albe. de Roſ. in dictionario ſuo in verbo, augmentum in 5. col. patet in c. literas. circa fi. de reſti. ſpol. in c. interpoſita. in fi. de app. per Petr. de Anch. in regula acceſſorium. in 6. q. principali vſque in fi. cum ſimil.

Item quædam ſe habent tanquam tacita & expreſſa, vt in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & in reg. iur. in 6. cum concor.

8 †Item quædam ſe habent tanquam ſubiectum & prædicatum, vt habetur in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. du. & in l. fundum. vbi Bar. ff. de fun. inſtru.

Item quædam tanquam intrinſeca & extrinſeca, interiora & exteriora, vt in dictionario Alb. in verbo, augmentum.

Poſtremò alias cõſiderationes tam vulgares quàm ſingulares quomodo plura ſe inuicem habeant inuenire poterit ſolennis indagator, & multas cumulant Albe. de Roſ. in dictionario ſuo, in verbo, augmentum, & Azo fons legum in ſuis brocardis.

Inſuper vltra prædicta eſt in obligationibus aduertendum ſecundum Bal. in l. reſcripto. §. ſi pacto. vl. col. ff. de pact. quòd quædam eſt obligatio ſui natura per ſe ſtans, quædam cõcurrens, vt in duobus reis, quædam accedens, vt in reo & fideiuſſore. Et quomodo multipliciter qui accedat, dicã in fi. huius conclu. & in ſeq. concluſione.

His ſic præmiſſis deueniendum eſt ad diffinitionem augmenti, cuius materia eſt hic tractãda. 9 Eſt autem augmentum † prout audiui ab aliquibus phiſicis, præexiſtentis quantitatis additamentum, ſeu vbi aliquid augetur in quãtitate. verum quia etiam ex qualitate dicimus diſpoſitionem augeri, vt latè patebit ſ. in 3. concluſio. prin. & quia etiam in qualitatibus eſt dare magis & minus, & conſequenter augmentum & decrementum l. vbi autem non apparet. in prin. ff. de verbo. oblig. & videmus in fundo qui non tãtum poteſt in ſubſtantia & proprietate minui, verum etiã in bonitate l. j. & l. bonitatis. & l. ex mille. cum concord. ff. de euict. & etiam videmus in moneta, quæ recipit augmentum & diminutionem in bonitate intrinſeca & extrinſeca, iuxta not. in l Paulus. la j. ff. de ſol. & in l. cum quid. ff. ſi cer. petat. & in ca. quanto. de iureiur. in tantum vt poſſit minui quantitas ſubſtantiæ, & augeri qualitas & bonitas, ac prætioſitas, vt videmus in argento copelato, idcirco putaui generalem accõmodare diffinitionem videlicet. Quod augmẽtum ſit prẽexiſtentis rei ſuperueniens pars, ſeu alicuius prẽexiſtentis rei ampliatio. vel plenius, ꝙ augmentum ſit alicuius præexiſtentis rei ſuperueniens acceſſio, vt ſit pars eius, hoc enim modo videtur, ꝙ per genus & differẽtias determinetur exiſtentia augmenti tam in ſubſtantia & quantitate aucta quàm in qualitate. Acceſſio enim eſt nomen generis excludens ſimilia & cõtraria, & alia quæ non accedunt. Inſuper nomen rei eſt generale compræhendens tam ſubſtantiam & quãtitatem quam qualitatem, & tam corporea q̃ incorporea & omne prædica-
10 mentum l. 1. cum ibi no. ff. ſi cer. pet. †Et ideo dictum eſt preexiſtentis: quia augmentum accedit ad aliquid, quod neceſſe eſt, vt ante exiſtat. Et ob hoc excluduntur illæ partes, quæ cõ ſiſtunt in initio, quo aliquid producitur in eſſe: quia eſto ꝙ non ſint de neceſſariis ad productionem in eſſe, non tamen dicuntur eſſe augmentum, prout videmus in accidentalibus contractuum l. pacta conuenta ff. de contrahẽ. emp. Et ideo licet contractus poſſit ſine ſtipulatione perfici, ſi fiat cum ſtipulatione, talis ſtipulatio non dicitur augere, & conſequẽter nouare contractum, vt declarat Bal. in l. reſcripto. §. ſi pacto. vlt. colum. ff. de pac. Item dum dixi, præexiſtentis tanquam ante & per ſe ſubſiſtentis, excluduntur conſequentia, quę veniunt & inſunt ſtatim cum antecedens fuit in eſſe productũ. Item excluditur ſpecies quæ ineſt generi, ſtatim cum deductum eſt genus in eſſe. Et indiuiduum quod ineſt ab origine ſpeciei. Item dixi præexiſtentis: quia niſi etiam tempore augmenti res aucta exiſtat in ſui forma, non dicitur proprie augmentum: quia vt dicam ſ. 3 princip. conclu. in 2. conclu. eius, quando ex augmento mutatur, forma non dicitur proprie augmentum rei, ſed materia: quia noua forma dat nouum eſſe.

11 Quod autem † dixi, vt ſit pars eius, dictum eſt: qa (vt dixi in prin. huius concluſionis augmentum eſt pars circa totum. hinc ad hoc, vt augmentũ factum ſit augmentum feudi oportet, ꝙ fiat pars eius, vt dicitur in c. j. §. econtrario, maxime per Alua. de inueſt. de re ali. fa. & etiam dixi ad differentiam partis integralis, quæ tendit ad integrandum & perficiendum, non autem ad augendum vtputa volens facere domum, quæ ſecundum dialecticos cõſiſtit ex pariete & tecto: & ſecundum legiſtas ex ſolo, pariete & tecto, ut per gl. in l. ſolum. ff. de rei vend. in l. eum qui ædes. ff. de vſuc. per Bar. in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infe. Facit parietes & eis factis, facit tectum: certe tectum non eſt pars augmentatiua muri, nec pars parietum, ſed eſt pars integralis totius corporis domus, quamuis plus operis ſit facto tecto, & tectum factum fuerit poſt murum, & muro ſit affixum, idem de ſimilibus dicendum apparet. Item ex hoc excludũtur ſimpliciter acceſſoria: nam licèt fideiuſſor accedat reo & obligationi per ſe exiſtenti & præexiſtenti l. ſi ſtipulatus. §. adhibere. ff. de fideiuſſ. non tamen accedit vt pars prioris obligationis, ſed vt quid ſeparatum acceſſorium & ſequela prioris obligationis l. græcè. §. illud. iuncto §. j. cum ibi not. eod. ti. & idem de aliis acceſſoriis. Item excluduntur ſimilia, licèt ex ipſo termino acceſſio excludantur, excluduntur etiã vnita & connexa, quæ ſunt æquè principalia. Et quæ non per modum augmenti inuicem accedunt. Item excluduntur cõtenta, quæ ſunt pars in toto & non accedens, & augmentum eſt pars circa totum accedens, vt dixi in prin. huius cõcluſio.

12 Et circa prædicta †eſt aduertendum, quòd qñ que poteſt probabiliter dubitari, an ex vnitis, vel connexis, vel aliter adhærentibus, aut ſeparatis vnum ueniat tanquam acceſſio vel pars aut augmẽtum alterius. In quo eſt aduertendum ad doctrinam tex. in l. ſi quando. ff. de auro & arg. leg. in l. prædijs. §. j. vſque in fi. ff. de leg 3. & in l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fun. inſtr. cum concor. vbi dicitur hoc conſtare ex ipſo vſu rei & conſuetudine patriſf. & inſuper ſecundum tex. in l. & ſi nõ ſunt. §. perueniamus. ff. de auro & ar. leg. generaliter inſpiciendum eſt, cuius rei cauſa quid fiat, non tantum quę pars maior ſit, an principale, vel augmentum, & in eccleſiis vnitis, quæ cenſeatur principalis, tradit D. Fẽl. in c. in noſtra. ver. 33. de reſcr. vbi de effectu ad ipſum propoſitum aliqua ponit, & plura bona in propoſito traduntur in l. in rem. §. ſed & id. cum tribus ſeq. ff. de rei ven. Et propterea paſcua ſuperaddita, licèt ſeparata empta ad vſum prædiorum cedunt in legato prædiorum tanquam ſint pars eorum: vt d. §. Tyrannæ. & d. l. prædijs. §. Titio. & ſequ. Et probatur ex l. teſtatrix. §. plures. cum ibi no. ff. ſi ſer. vendi. et circa hoc quandoque ſtatur iudicio et ſententiæ ruſticorum ſecũdum gl. in §. præterea. Inſti. de re. diui. in verbo, planè. et Bald. in c. 1 §. ſi quis de manſo. ſi de feu. fuer. contro. in dubio autẽ in ſeparatis ſecundum Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de
13 pig. act. ubi loquitur de comitatu †Tholoſę unito regno Frãciæ non præſumitur acceſſio, vt ibi per eum, et latius in trac. de inſula, in 4. col. verſ. Sed quæro illę gentes. de quo etiam ꝑ Ang. in l. item ſi fundi. §. huic. ff. de vſufru. de qua materia etiã ſ. dici continget, maxime in 15. vel 16. concluſ. et latius in 5. conclu. no. Ang. conſi. 246. incip. vnitorum. Item eſt aduertẽdum ad no. per Bald. in l. at vbi. quam legit cum l. utrum. ff. de pet. hered. dum vult, reditus, partus, fructus, et pœnas augere hæreditatem, et dici augmenta hereditatis. Quia fateor hoc verum in vniuerſali b. l. ſi marito. §. ſi fundum. ff. ſol. mat. iũcta

l. quod

Source : BIU Cujas

l.quod dicitur.la j in prin.cum gl.in verbo,sed dotis.ff.de impen.in re.do.fa.Nam est verum, ꝙ fructus qui veniunt in restitutione augent dotem d.§. si fundum. vbi est de hoc text. Et licèt augeant dotem tanquam nomen iuris, & quid vniuersale:quia plus est in dote,non tamē augent ipsum corpus fundi:vt declarat gl.præalle.& Bar.in d.§.si fundum.facit tex. no.in l.j.§.impensæ.ff.de do. præleg. qui loquitur in proposito diminutionis. Et quod dicitur in l.fructus.ff.de rei vend.ꝙ fructus pendentes sunt pars fundi, est intelligendum, vt sint pars simpliciter accessoria,vel adhærens non autem augmē-
14 tatiua ipsius corporis fundi, † & simile posset dici in pœnis, de quibus dicam ſ̃.in 4.conclusio.prin.circa j.col.& in 16.cō clu.tertia limi.vt in vniuersalibus sint augmētatio ipsius nominis & rei vniuersalis,prout declarant Bal.& Ange.in d.l.at vbi.& Bar.in l prætor.§.quod diximus.ff.de bon.auth.iu.pos. licet quandoque pœna adiecta sit augmentatio alterius pœnæ, & sic possit esse pars rei singularis augmentatiua: vt per Bar.& Doc.in l.1.ff.de in li.iu.& Bar.& Imo.in l.2.ff. de publ. iud.Simile in partu, fœtu, & alijs reditibus.d.§.si fundum.& in l.partum.ff.fam.ercis.cum seq. quia in vniuersalibus dicuntur augere,& quo ad certum corpus sunt magis quid simpliciter accessorium,vt ex prædictis apparet, & in l.partum. cū ibi no.ff.de vsu.& in l.sed addes.§.si quis mulierem.ff. loc. & est aduertendum: quia relicta vniuersalia recipiunt sui natura augmentum & diminutionem: & generalia licèt recipiāt diminutionem,non tamen recipiunt augmentum:vt declarat Pau.de Cast.in l.peculium.in prin.ff.de leg.2.& dicam latè ſ̃.eo.15.conclu.ver.& sic ex prædictis &c.

Vltimo circa prædicta posset fieri cō sideratio iuxta id quod not.Bald.& Moder.in cap.dilectis. in prin.
15 commen.de ap. † vbi loquuntur de accessorijs quotupliciter accedant. Et dicunt, quòd quædam accedunt per viam necessitatis, quædam per viam æquitatis, quædam ex naturali inhærentia,quædam ex naturali augmento, vel quasi naturali,quod succedit loco naturalis,siue ex industria & natura simul,ita vt quædam sint accessoria naturæ, quædam æquitatis,aut iustitiæ,quædam necessitatis, quædam quasi naturæ, quædam industriæ,quædam sint accessoria inhærentia,quædam accessoria causæ,vel iudicij,vt ibi per eos: nam plura ex his membris conueniunt accessioni per modum augmenti saltem in vniuersalibus.An autem & quomodo iura quæ loquunt an sub aliqua dispositione veniant futura conueniant materiæ augmenti,dicam in 9.conclu.j.col.& in 15.& 16.& in 9.conclu.distinguam, quòd futura quandoque veniūt per modum augmenti, quandoque per modum subrogationis, quandoque simpliciter, seu neutro modo &c.

Et prædicta forte non admitterentur passim per philoso-
16 phos naturales,qui dicunt, quòd † in viuentibus augmentatio non fit sine transmutatione substantiali rei, quæ iuxta apponitur,ita quòd per solum introitum corporum similium, & iuxta positionem non secuta transmutatione substantiali non fiat augmentatio:quia tunc quælibet pars aucti secundum formam non esset aucta,sed essent corpora iuxta se posita:& corpora atomalia debent dici partes secūdum formā vnde cibo adueniente fit transmutatio, & in substantiam aucti cōuersio,& sic corpus infantis augeri videmus, ac fructus & cucurbitas,vt per philosophum lib.1.de gene.& corrupt. 3.trac.2.cap.§.quo autem.Et ibidem paulopost vlt.ca.§. reliquum autem,vbi tractat,quid sit mixtio,& qualiter fiat,& de reliquis circa illam dicit, quòd mixtio differt ab augmentatione:quia illud quo fit augmentatio corrumpitur,& in substantiam aucti conuertitur:at in mixtione vnum in alterius substantiam non corrumpitur,licèt ambo in substantiam mixti conuertantur,& mixtio differt ab alteratione: quia passio secundum quam est alteratio, non miscetur cum suo subiecto, sed manet actualiter distincta a suo subiecto, licèt non sit naturaliter separabilis a suo subiecto,& miscibilia nō maneant in actu,quæ ante mixtionem erant separabilia adinuicem,& per se existentia: & ista non corrumpuntur vnum in aliud,sed bene corrumpuntur in tertium,hoc est in mixtum quod causatur ex eis:vt ibi latius per commen.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum quotuplex sit & accedat,latè vsque ad nu.7.*
Et quomodo causetur.
2 *Augmentum in partibus qualiter ueniat considerandum.*
3 *Bonitas in fundo infusa quod augmentum sit. Et quo casu bonitas intrinseca alteratur.*
Augmentum proprie quod dicatur.
4 *Augmentum dotis quod augmentum sit.*
Alluuio quod augmentum sit.
5 *Augmentum est nonnunquam in ipsa re obligata uel debita.*
6 *Augmentum quandoque onera non ignorat.*
Augmentum tempore dispositionis aliquando inest, aliquando post dispositionem.
7 *Augmentum uel diminutionem an sit dare in indiuiduis.*
Scientia non augetur,licèt plures illam sciant.

Conclusio secunda principalis.

SEcunda conclusio est, ꝙ multiplex est augmentum,& multipliciter accedit.Circa quod
1 prima sit declaratio,quòd † augmētum aut est extrinsecum,aut intrinsecum,siue extensiuum & intensiuum. de secundo patet in domibus & melioramentis in fundo factis:nam videmus,quòd ex eis fundus augetur intrinsece & intensiue l.quod dicitur.& per totum.ff. de impen. in re. do. fa.& ibi gl.in verbo dotis,& in verbo si extrinsecus, & in verbo creuisse, quæ declarat, quomodo hoc procedat in dote: de primo patet exemplum in alluuione, quod est augmentum extra rem auctam, & sic extrinsecum & extensiuum. Idem patet in moneta, quæ augetur in bonitate intrinseca & extrinseca,vt traditur per Bar.in l.Paulus.ff.de sol. per Docto.in l.cum quid.ff.si cer.pet.& in c.quanto.de iureiur. cum concor.quæ adducere continget ſ̃.in vlt.concl. dum examinabo materiam augmenti & diminutionis monetarum. facit,quod dicunt physici de virtute visiua, in qua est dare magis & minus extensiue & intensiue.Et quod not.Bal.& Sal.in l.non modus.C.de serui.in quæstione de ponte.

Item quoddam est augmentum in parte substantiali, vt si
2 augeatur domus exterius:quoddam † in parte accidentali,vt si augeatur numerus camerarum, & hoc præsefert iuris misterium:vt per Bar.in l.si finita.§. ex hoc edicto. vbi etiam alij.ff.de dam.infec.& in pactis apparet in l.pacta conuenta.ff. de contrahen.emp.iuncta l.iurisgentium.§.quinimmo.cum præce.ff.de pact.Sic etiam dicimus quòd quoddam augmētum est in substantia,quoddam in qualitate l.ex mille.ff.de euict.& ſ̃.dicetur,& dixi in præcedenti conclusione in diffinitione augmenti:dicimus etiam quòd quoddam est augmentum in fundo,quoddam in reditu: vt ſ̃. in 13.concluſ. & dixi in præce.conclusione circa finem.

Item quoddam est augmentum latens,vt alluuio.quoddā patens,vt insula,& hoc præ se fert iuris misterium: vt in l.itē si fundi.§.huic.ff.de vsufr.cum concor.quæ ſ̃. suo loco addu centur,maximè.in 18.conclusione.

Item quoddam est augmentum per modum confusionis seu incorporationis:vt per Ang.consi.246. inci. vnitorū &c. quod medici appellant subintrans, vt patet in bonitate fundo infusa,iuxta d.l.ex mille. & in metallo infuso in auro, vel
3 in argento † quo casu bonitas intrinseca alteratur, quod facit ad no.in d.l.Paulus.& in d.c.quanto. Et patet in collirijs, & emplastris & in aqua vino infusa,iuxta §.cum ex aliena.Insti.de re.diui.Et patet in tanagro intrante padum,de quo dicam ſ̃.in 4.conclu.princ.Quoddam verò est augmētum simpliciter adhærens,vt patet in alluuione,de quibus dicam ſ̃.in 18.conclusio.licèt (vt dixi in præce.conclu. in fi.) philosophi aliter sentiant.

Item vt proximè dixi,quoddam est augmentum adhærēs & annexum,vt in alluuione:quoddam est separatum,vt in insula d.l.item si fundi.§.huic.ff.de vsufr. & patet in podere vel manso,quod dicitur augeri etiam ex prædiis multum separatis,vt dixi in præce.conclu.ante fi.& facit l.Seię.§. Tyrannæ. ff.de fun.instr.& l.prędiis.§.Titio.cum seq.ff.de leg.3.cum cō cor.quæ adduxi ſ̃.in præce.conclu.

Item quoddam augmentum mutat formam, & dicit augmentum materiæ,& non formæ,vel rei:quoddam non mutat,& dicitur propriè augmentum,vt dictum fuit in præced. conclusione.& dicetur in sequen.in secunda eius conclusio. subalterna.

4 Item quandoque augetur † dispositio, de quo dicam ſ̃. in seq.conclu.quādoque augetur id,de quo in dispositione, de quo dicetur ſ̃.in multis conclu. quandoq; fructus rei,de qua in dispositione,vt dicetur ſ̃.in 13.conclu.& dixi aliquid in p̄ce.conclu.in fi.

Item quoddam est augmentum conuentionale, vel ex dispositione procedens,vt in augmento dotis: quoddam præter conuētionem,vel dispositionem,sicut est alluuio, prout dicetur ſ̃.in 13.conclu. seu 18.quoddā ex delicto procedens vel omissione,seu mora,vt in pęna, quæ crescit per inficiationem.§.dupli.& §.quadrupli.Insti.de act.& §.pen.Insti.quibus mod.tol.obl.cum concor.vel quando statutum auget pœnā nisi condemnatus intra certum tempus soluat,vt not. in l.1. ff.de in li.iuran.

Item quandoque augmentum est in re debita vel obligata,puta in feudo,quod alluuione,vel aliter fuerit ampliatum:

quan-

Source : BIU Cujas

Alberti Bruni Astensis. De augmento &c.

quandoque est in eo cui res debetur, vel obligatio, puta si augeatur numerus dominorum, quibus debetur seruitium pro feudo, vel quibus canon emphyteuticus debetur. †Quandoque augmentum est in eo, quod debet, vel ad aliquid tenetur. puta si augeatur numerus vasallorum, qui ad seruitium tenentur, vel emphyteutarum, qui ad canonem tenent. Quãdoque augmentum est in ea re, ex qua, vel propter quam aliquid debetur. puta si res propter quam canon, merces, vel pẽsio debetur, efficiatur maioris reditus. Et de his omnibus latè patet ẽ. 10. concluſ. cum pluribus ſeq.

Item quoddam augmentum cauſatur & accedit naturaliter, vt in cucurbita & infante creſcente ac grege & ſimilib. vt in l. proponebatur. ff. de iud. Quandoque hominis miniſterio vel occaſionaliter, & a caſu. Et hoc etiam præſefert iuris miniſterium vt dicetur ẽ. in 10. conclu. & in 12. in fi. & patet in l. 3. & in vtraq; l. quod dicitur. & per totum. ff. de impen. in re. do. fact. Et illud quod contingit hominis miniſterio quandoque fit in diſpoſitionibus & tempore diſpoſitionis, ꝙ maximè contingit per adiectionem copulæ l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. 3. ubi dicitur, quòd ſi legem vxori mundum, veſtem ornamenta. & quæ eius cauſa paraui, ſeu quæque eius cauſa paraui. venient in legato veſtes & ornamenta etiam non parata cauſa vxoris: ſecus ſi non adſit dictio &, vel quæ. Quãdoque contingit poſt diſpoſitionem: vt latè dicam in 3. & 4. cõcluſio. princip. quandoque verò fit hominis miniſterio præter diſpoſitionem, ſeu ſecundum diſpoſitionem, & hoc etiã multipliciter contingit: nam quandoque fit a domino, vel creditore, quandoque a non domino, vel debitore, vel a tertio: vt dicetur ẽ. in 15. conclu. cum ſequen. vbi etiam dicetur, quòd quandoque fit a bonæfidei poſſeſſore: quandoq; a malæfidei poſſeſſore: quandoque cum impenſa & labore: quandoque ſine impenſa vel labore, de quo etiam dicetur ẽ. in 13. concluſione.

6 Item augmentum †quandoque accedit circa onus vel dependens a titulo oneroſo, quandoq; circa beneficium vel dependens a tit. lucratiuo, quandoq; circa priuilegium, vt dicetur in 9. & 10. concluſione cum ſeq.

Poſtremò quoddam augmentum ineſt tempore diſpoſitionis, quoddam poſt, ſiue ante traditionem & dominij tranſlationem, ſiue poſt traditionem & dominij tranſlationem, & hoc etiam præſefert iuris miſterium, vt dicetur ẽ. in v. conclu. prin. in ſecunda ampliatione. & in 15. & 16. ac per diſcurſum aliarum.

Vltimò eſt aduertendum, quòd in indiuiduis non eſt dare augmentum, vel diminutionem, ſaltem quin corrumpantur vel tranſeant in aliam ſpeciem: vt per Bar. in trac. de alueo. §. quòd ſi 4. colum. aut nõ valet augmentum, vel detractio per l. & per iuſiurandum. §. j. & ſequen. ff. de accept. & l. j. §. ſi quis ſimpliciter. verſi. cum adijcit. ff. de verborum obliga. & l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. & propterea licèt iuriſdictio prorogetur & extendatur ad plures perſonas vel loca, in ſe tamen nõ augetur, ſicut ſcientia non augetur, licèt plures illam ſciant. Et dicit ibi Bar. ꝙ quandoque tractamus de addẽdo obligationibus, prout concipiuntur & in modo concipiendi: 7 †& tunc addi, vel minui non poteſt per prædicta & l. nemo poteſt. ff. de leg. primo. & l. obligationum ferè. § placet. ff. de actio. & obliga. & hoc niſi ope exceptionis, per quam ipſo iure obligatio non læditur, nec mutatur facit l. 4. cum glo. ff. de ſeruit. quandoque prout ſunt conceptæ: tunc quandoque de addẽdo circa res, quas concernit obligatio, quandoque verò de addendo circa circunſtantias, puta circa cõditiones, tempus & locum, & an tunc poſſet addi, vel minui, patebit ex ẽ. dicẽdis in ſequen. concluſio. & circa hoc videnda eſſent quæ dicunt Bar. & Doct. in l. 4. §. Cato. & Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prin. 1. col. ver. 2. quæro. ff. de verbo. obl. & in l. græcè. §. j. ff. de fideiuſſ. de quo late dicam ẽ. eod. 4. membro. ſeu 3 conclu. ſubalterna.

Reliqua pertinentia ad ſupplementum huius concluſionis videri poſſunt in præcedenti conclu. in fi.

Quomodo autem cauſetur augmentum, patet ex dictis in hac concluſione in multis ver. & diſcurſu operis & de omiſſione, negligentia, vel preſcriptione patet s̃. eo. & in ver. 8. de lege, vel principe patet in ſeq. conclu. ſubalterna. de fortuna, vel caſu patet in d. ver. 8. & 10. de facto hominis hic patet maxime ver. 8. & 10. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum in parte ſubſtantiali facit rem differre ſpecie & mutat ſubiectum, ſecus aliter.*

2 *Accidentia poſſunt miraculosè & non aliter mutare ſubiectum.*
Differentia penes ſolam qualitatem non facit rem eſſe aliam.
Augmentum vel diminutio circa accidentalia contractuum non ponunt contractum in diuerſo eſſe.

3 *Variatio circa quas qualitates non facit aliud eſſe teſtamentum inſinuatum a protocollo.*
Hypotheca non extinguitur per qualitatis additionem.
Forma in acceſſorijs mutata non perit ſubſtantia. Et quid de modo in ſeruitute adiecto.

4 *Qualitates ſubſtantiales mutant ſubiectum ex earum ſuperuenientia.*
Libellus, cui addita eſt qualitas ſubſtantialis, dicitur nouus, & iterum debet gabellam.

5 *Qualitates ſubſtantiales alterant delictum. Et quæ ſint illæ qualitates. 6.*
Pœna an dicatur de accidentalibus delicti.

7 *Qualitas aduenies enti vt mutet ſubſtantiam, & accidentia præter naturã mutent ſubiectum, quomodo intelligatur.*
Qualitas appoſita in contractu totum reſpicit contractum.

8 *Qualitas ſubſtantialis quæ dicatur.*
Dies & conditio an ſint de qualitate, vel de ſubſtantia.
Aedificium quomodo dicatur augeri in parte ſubſtantiali & accidentali.

9 *Scaccum mactum cum pedona promittens dare an poſſit ea facta domina dare.*

10 *Augmentum ſubſtantiæ ſuperueniens ad præexiſtentem ſubſtantiam diuerſitatem ſpeciei in re non operatur, niſi per incrementum mutetur prior forma.*
Plus & minus non faciunt rem differre ſpecie.
Forma noua dat nouum eſſe.

11 *Inueſtituræ natura non mutatur feudo ex noua conceſſione aucto.*
Forma mutata agit augmentum materiæ & non rei.

12 *Lex noua vel ſtatutum nouum dicitur, ſi quicquam in illis additur.*
Matrimonij adinuentio cuius iuris ſit.

13 *Diſpoſitio illa dicitur ſtatutaria, quam populus condit addendo ad ius ciuile.*
Statutum nouum addens antiquo inſequendum.

14 *Ius ciuile ex additione uel alteratione factum prætorium remedia habet prętoria.*

15 *Delictum nunquid mutet naturam pœna iuris per ſtatutum vel aucta, uel alterata.*

16 *Actio qualis competat pro emphyteuſi, aut feudali conceſſione.*
Accuſatio, vel actio noua ex lege vel ſtatuto addente alteri legi, quãdo oriatur, & quid in conſuetudine.

17 *Pœna iuris communis an habeat locum in diſpoſitione ſtatutaria, quæ pœnam non imponit, ſed ſuper delicto diſponit.*
Diſpoſitio iuris communis quando dicatur a ſtatuto, vel conſuetudine reformari.

18 *Actio ex lege vel ſtatuto ſuper eodem diſponente vt competat, quæ vtilitas inſurgat.*

19 *Pœnæ alteratio nunquid dicatur alteratio in ſubſtantialibus.*

20 *Hæreditates a ſtatuto delatæ deferuntur, tranſmittuntur & regulantur ſecũdum prouiſiones iuris ciuilis.*
Stilus iudiciorum eſt ius prætorium.
Actio ex ſtatuto deſcendens eſt perpetua.

21 *Augmentum vel alteratio in hominum diſpoſitionibus inducunt diuerſitatẽ in ſpecie.*
Ordinarius per quas clauſulas in reſcripto principis efficiatur delegatus. Et quis effectus ex hoc inſurgat 23.

22 *Iuriſdictio ordinaria nonnunquam in procedendo alteratur & non in ſententiando, nonnunquam econtra.*
Arbitrium conceſſum in inquirendo & procedendo non videtur datũ in pronuntiando.

23 *Forma de nouo data facit recedere a ſimplicitate feudi.*

24 *Inueſtituræ veteri in dubio ſtandum eſt, & quouſque.*
Inueſtitura noua non facit deſinere feudum eſſe paternum.

25 *Qualitas alterans crimen uel factum eſt probanda, & poteſt proponi poſt iudicium ſuper delicto.*
Teſtis addens nunquid varius cenſendus.

26 *Augmentum vel additio in contractibus inducunt receſſum a primo contractu 32.*

27 *Reformatio contractus vtrum receſſum a primo operetur.*

28 *Stipulationes duæ an & quando circa idem poſſint concurrere.*

29 *Nouatio in contractibus an & quomodo ex augmento, vel diminutione fiat 38.*
Contrarium vnum ponens aliud excludit.

30 *Indiuidua nunquid recipiant ſine corruptione augmentum vel diminutionem.*
Obligationum triplex conſideratio.

31 *Obligatio quando ſit diuidua, vel indiuidua.*

32 *Augmentum doti factum in dubio non nouat dotem.*
Actio ex contractu reſolutio nunquid oriatur.

34 *Alteratio circa naturalia vel extranea in contractibus quid operetur, & an inducat nouationem.*
Conditio non poteſt per pactum nudum ex interuallo appoſitum adimi.
Subiectum ex duobus accidentibus contrarijs informari non poteſt.

35 *Pactum nudum ex interuallo adiectum cur non informet veterem contractum.*
Pactum veſtitum incontinenti appoſitum actionem veterem informat, nouã parit & primum inficit.
Et quis ex hoc effectus oriatur 39

Source : BIU Cujas

36 *Stipulatio pœnalis præcedentem an nouet.*
37 *Intellectus l. si id quod ff. de contrab. empt.*
39 *Pacta sunt in quadruplici consideratione.*
40 *Nouationum materia ample & diffuse circa varias iurium decisiones tractatur.*
41 *Nouatio nunquid inducatur per stipulationem penalem.*
Nouationum quæ sint species 44.
42 *Intellectus l. fi. C. de noua.*
Nouatio an hodie præsumatur interuentu nouæ personæ.
43 *Dictiones, nihil, penitus & omnino, quæ dictiones sint, quid importent & significent.*
44 *Nouatio nunquid inducatur ex prorogatione termini.*
Nouationis materia per modum summæ, per quem ponatur.
45 *Reformationis vel nouationis prioris contractus plures effectus sunt* 47.
46 *Fideiussores prius dati liberantur, cum recessum est a primo contractu.*
48 *Differentia inter reformare & renouare contractum.*
49 *Statutorum reformandorum potestatem habentes an possint illis addere, vel minuere.*
50 *Dispositio noua etiam in vltimis uoluntatibus ex augmento superaddito dispositioni inducitur.*
51 *Nouatio in ultimis voluntatibus ex quibus fiat.*
52 *Differentia quæ sit inter contractus et ultimas uoluntates.*
53 *Contraria ultima in omnibus dispositionibus derogant prioribus.*
54 *Dispositio prima non tollitur vel nouatur ex secunda dispositione continente diuersum a prima vere, vel præsumptiuè.*

Conclusio tertia principalis.

TErtia conclusio principalis est † ꝙ augmentum in parte substantiali facit rem differre specie, & reponit in diuerso esse ac mutat subiectum, secus si augmentum non sit in parte substantiali. Circa quod est considerandum, an sit augmentum qualitatis non substantialis vel accidentium, an vero sit augmẽtum qualitatis substantialis vel substantiæ: & est distinguendum, an augeatur res, an vero dispositio. In qua materia prima sit conclusio, ꝙ supuenientia, seu superaddita accidentia & qualitates non faciunt rem differre specie, vt est gl. not. in l. fin. §. quoties. in verbo anno. ff. de pub. no. Bar. in l. ius ciuile. ff. de iustit. & iu. & in l. edita. vbi Doct. C. de eden. Ang. in l. & an eadem. §. 1. alias in prin. ff. de excep. rei iudi. vbi dicit, quòd differentia penes solam qualitatem non facit rem esse aliam, dũmodo vera rei essentia in substantia non sit mutata, not. Bar. in l. 1. 4. col. versi. 3. &c. ff. de actio. & obli. facit quod habetur
2 in c. cum Marthę. de celeb. mis. vbi dicitur, quòd † accidentia possunt miraculose, & non aliter mutare subiectum. Ad prædicta facit bonus tex. in l. pacta conuenta. in prin. ff. de cõtrahen. emp. vbi dicitur, quòd augmentum, vel diminutio circa accidentalia contractus non reponunt contractum in diuerso esse, nec per ea intelligitur ab eo in substantialibus recessum, de quo etiam per Bar. & alios in l. in conuentionalibus. ff. de verb. obl. dum tangunt, an si per contrahentes addatur stipulationi prætoriæ, vel stipulatio prætoria alteretur, desinat esse prætoria, vel dicatur cõuentionalis. Et ex hoc infert Ang. in d. l. & an eadem. §. 1. seu in prin. ad quæstionem, quæ fuit de facto: nam productum fuerat quoddam testamentũ animo insinuandi, quod habebat adiectionem certarũ qualitatum: aduersarius autem recursum habuit ad protocollũ, & fecit testamentum punctualiter extrahi prout scriptũ erat in protocollo. Et quia scriptura reperiebatur diuersa ratione dictarum qualitatum, dicebatur insinuatio nulla; quia non fuerat requisita prout scriptura emanauerat. contrarium di-
3 cit Ang. quòd valuerit insinuatio: † quia illa variatio circa illas solas qualitates non facit aliud esse vel censeri testamentum per illum tex. quem in fi. alle. Spe. in tit. de iur. cal. §. sequitur. ver. quid si moueo. facit quod dicit Bar. in l. si fundus §. si res. per illum tex. ff. de pign. quòd additio qualitatis non extinguit hypothecam. reliqua dicam in materia mutationis & diminutionis. facit, quod dixit Bald. in l. fundi. ff. qui. mod. vsuf. ami. quòd mutata forma in accessorijs non perit substãtia per illum tex. de quo etiam dicam in locis proxime alleg. & facit tex. in l. 4. §. modum. ff. de serui. ti. generali, vbi modus adiectus seruituti non facit desinere seruitutem. Et hoc facit ad gabellam soluendam de contractu: vt ĵ. proxime dicam, & plures vtilitates referam ĵ. cad. conclu. vlt charta. seu pen. ver. effectus autem. & secundum Rom. consi. 45. quem refert & sequitur Fel. in c. sicut. 13. col. ante ver. falsa causa &c. de re iud. si iudex ex interuallo addat causam in sententia, non dicitur noua sentẽtia, nec est necessaria noua appellatio ab ista additione, sed sufficit prior appellatio a sententia declarando, vt ĵ. eo. in fi. & prædicta procedunt in accidentalibus & qualitatibus quando qualitas non est substantialis: alias autẽ
4 qualitates † substantiales bene mutant subiectum ex earum superuenientia. Et illud reponunt in diuersa specie secũdum Bar. in d. l. ius ciuile. vbi etiam Bal. & scribentes. & Bar. & Docto. in d. l. edita. vbi inferunt ad libellum, cui addita est qualitas substantialis, vt dicatur nouus libellus. Et ex eo noua gabella seu data solui debeat, & secus esse si addat̃ qualitas non substantialis, no. cano. in c. j. de lib. obla. facit gl. fin. in c. statutum. iuncto c. licèt canon. de ele. in 6. vbi licèt quis non possit tenere ecclesiam parochialem, si intra annum non sumat sacerdotium, poterit tamen illam tenere, si efficiatur collegiata; quia ex hoc natura mutatur. Hinc dixit Barto. in l. aut qui aliter. in prin. ff. quod vi aut clam. quòd quando quis est citatus ad vnum actum, si ille actus aliter fiat in substãtia vel qualitate, videtur clam factus, & parte non citata. hinc dicimus,
5 quòd qualitates substantiales † alterant delictum, ita vt dicatur ex adiectione, vel detractione talis qualitatis aliud delictũ nam alia est percussio, quæ fit cum sanguinis effusione, alia quæ sine, alia quæ fit de die, alia quæ de nocte, quãdo percussio, quę fit de nocte ex forma statuti magis punitur. Item alia quæ cum gladio, alia quæ sine: & sic de similibus secundum Bar. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adult. & in l. senatus. ff. de accus. quod prodest ad multa quia ta is qualitas est probanda, aliàs non potest sequi condemnatio ex tali accusatione vel inquisitione secundum Bar. in locis præal. quod declarari latius potest ex no. per Bar. in l. fi. 2. col. versic. modò ego quæro. C. si ex fal. inst. sed an poterit iterum accusari, traditur id d. §. quid tamen. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. Prodest etiam, vt sciamus, an talis qualitas, ex quo facit censeri aliud delictum, possit proponi post iudicium super delicto sine illa qualitate inchoatum secundum Bart. in d. l. senatus. de qua materia etiam traditur per Bal. in l. quod diximus. §. si vero & in l. & ita. §. nouissime. ff. quod met. cau. in l. 2. C. de pba. in l. & si seuerior. in fi. l. cum. ff. de insa. cum cõcor. traditur per do. Fel in c. 2. ver. copula. de reseri. & per Ange. Are. in ru. Institu. de excep. 19. col. traditur aliquid per Ale. in l. diuus. ff. de re iudi.

6 †Et quæ sint qualitates alterantes delictum, traditur in locis præall. & maxime per Bart. in d. §. quid tamen. & in l. non solum §. sed vt probari. ff. de ope. no nun. vbi etiam alij tangẽtes, an locus & tempus sint qualitates alterãtes delictum, de quo etiam per Cepo. in trac. serui. vrb. præd. in 123. c. 3. col. & de materia quid operetur additio vel detractio qualitatum vltra prædicta in criminalibus traditur per Alex. in apostil. in d. l. senatus. & in l. in delictis §. si detracta. vbi Flo. ff. ad l. Aqui. per Bal. in d. l. edita. 6. col. ver. 6. principaliter & in l. 1. 1 col. C. an ser. ex facto suo. per And. Are. & do. Aug. in addit. in tract. malefi. in verbo adidit cum concor. An autem pœna dicatur de accidentibus delicto ĵ dicam in hac conclusione in tertia subalterna.

Et propterea quod dicunt moderni maximè dominus meus in l. j. in prin. in 11 col. ver. succesſiuè. ff. de ac-
7 quir. pos. volentes quòd † qualitas aduenies enti non mutet substantiam, sed naturam. per no. in d. ca cum Marthe, dum ibi dicitur, quòd accidentia præter naturam mutant subiectum, debet intelligi iuxta prædicta, & pariter intelligi debet iuxta prædicta quod dixit Bal. in l. non modus. C. de seruit. ꝙ ampliatio qualitatis, & non substantiæ habeat ampliare. Et an in rescriptis augmentum superueniens, aut diminutio ad rem siue qualitatis, siue aliud faciat, vt ad illud dispositio rescribentis non trahatur, vt quia beneficium de non curato fiat curatum, vel econtra, traditur in clem. literas. vbi Imo. in 6. col. cum pluribus sequen. de rescrip. quòd longum esset examinare.

Et est aduertendum, an dictum Bald. in l. pacta nouissima. vlt. col. C. de pact dum dicit, quòd qualitas respicit totũ contractum. nam bene dicit, & patet in l. 1. §. cum adijcit. iunctis no. per Bar. & Dnct. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verborum obli. dum dicunt, quòd positio qualificata, si qualitas sit falsa, potest ex toto negari, licèt contenta in positione simpliciter, & semota qualitate sint vera. Et vt intelligamus, quæ dicatur qualitas substantialis, sunt ponderanda verba Bal in d. l. ius ciuile. vbi dixit, quòd additio & diminutio mutant subiectum considerato effectu, seu vbi augetur & minuitur effectus; qđ est intelligendum de effectu substantifico, vt dicam ĵ. eod. in 3. conclu. subalterna, circa 3. col. vel clarius & plenius secundum Bal. in rub. ff. de re. diui. pen. colum. quando qualitas habetur loco causæ finalis, materiæ, vel substantiæ, dicitur substantialis, quia tunc mutata qua itate mutatur effectus: nam idem est, si talis qualitas superueniat: aliàs autem nõ dicitur
8 substantialis † & ex his patet ueritas eorum, quæ dixit, quòd Bar. in l. ita stipulatus. 2. colum. ff. de verborum obl. dum dixit quòd dies non est substantia: sed qualitas l. ex duobus. la. j. §. j. cum ibi no. ff. de duo. re. & l. 1. §. diem. ff. de eden. & dum subiicit, quòd conditio debet dici de substantia, & quòd homo

licet

Source : BIU Cujas

licèt plus & minus æſtimetur ſecundum diuerſas qualitates l.ſi §.1.C.de comm.ſer.ma.tamen illæ qualitates non ſunt de ſubſtantia, cum etiam videamus, quòd qualitas facit videri plus & minus debitum.§.plus.Inſtit.de act.& d.§.diem.Item eſt aduertendum circa intellectum,an quid augeatur in parte ſubſtantiali,vel accidentali ad exemplum. Bar.in l.ſi finita. §.ex hoc edicto.ff.de dam.infe. dum dixit, ꝙ ſi domus exterius in ædificio augetur,dicitur in parte ſubſtãtiali augeri, ſecus ſi interius:vt quia numerus camerarum augeatur,& hoc ratione domus: nam ratione ipſius eſſentiæ particularis camerarum bene dicitur augmentum ſubſtãtiale. Item ex prædictis & infraſcriptis patet,quomodo ſit intelligẽdum illud dictum, quòd adiecto non immutat id cui adiicitur: vt per Bald.& alios in l.ſenatorem.ff.de ſena.vbi tangunt, an qui ꝑ-
9 miſit dare ſcachum mactum cum pedona,poſſit dare cũ †pe dona facta domina,de quo etiam in l.ſeruis legatis.§. 1. ff de leg.3. & inſuper omnia prædicta ſunt intelligenda in eo qui poteſt addere & nouum actũ facere, aliàs ſecus, vt videmus in iudice,qui lata ſententia diffinitiua nõ poteſt addere, nec nouam ferre l.iudex poſteaquam.cum ſua materia.ff.de re iu di.quod procedit in diſpoſitionibus.

Secũda concluſio ſubalterna ad hanc tertiam prin.in hac materia ſit,ꝙ ſuperueniens augmentum alicuius ſubſtantiæ ad præexiſtentem ſubſtantiam non reponit rem in diuerſa ſpecie,niſi contingat rem adeo augeri, quòd mutetur prior forma,per no per Inn.in c.1.de conſe.eccl.vel alta.dum dicit,quòd ſi augeatur altare, non deſinit eſſe altare, nec perit conſecratio,faciunt quę dicam in ſeq.conclu.prin.
10 in principio.& in prima fallentia,& eſt ratio † quia vbi muta tur forma:noua forma dat nouum eſſe l.Iuli. §.ſed & ſi quis. ff.ad exhi.iunctis his quæ dicam ℣.eo.in tertia ſubalterna cõcluſione,dum tangam de augmento circa diſpoſitionem ex contractu ſuperueniente in ſecunda limitatione,ſeu in verſi. Item prædicta intelligi debent &c. & tunc quando mutatur forma,non poteſt dici proprie res augeri,ſed materia tantũ, cum res deſinat eſſe illa res, & de hac materia plenius dicam ℣.in ſeq.conclu.principali circa prin.& in prima limitatione facit:quia plus & minus nõ facit rem differre ſpecie, & quòd maior vel minor capacitas non habet formam rei ſubſtantialem immutare l.fi.ff de fun.inſtru.cum concor. Et ex hoc correlarie inſurgit,quòd diſpoſitio ceſſet in re aucta tali augmento,ꝙ formam immutat,ſiue ſit diſpoſitio l. gis,ſiue hominis per prædicta, de quo latè dicam Deo dante in materia transformationis.vbi autem augmentum accedit nõ mutata forma regulariter durat in re aucta & augmento priore diſpoſito:vt ℣.dicam in 5. conclu. & per totum tractatum ꝑſentem.Et ex his arbitror male dixiſſe Alex.in conſi.19. inci. ſuper eo.2.col.in fi.v.volu.dum voluit,quòd † ſi antiquæ cõceſſioni prædiorum in feudum addantur alia prædia,per nouam conceſſionem dicatur noua conceſſio, quinimo videt, ꝙ iſta noua additio regulari debeat ſecundum antiquam: vt patet ex his quæ dicam ℣.in 5.q.princip.circa 2.col. verſic ad idem facit,quod dixit Bal.& hoc intelligo, quando non mutaretur forma antiquæ conceſſionis, qua mutata quid iuris: ſed dicam ℣.cod.in quarta conclu.ſubalterna.verſic. ſecundò ad &c.& in 4.conclu.prin.circa primam limitationẽ. Et hęc ſecunda ſubalterna concluſio eſt reſtringenda ad augmenta realia,ſeu vbi alicui corpori aliquid æquè corporeum realiter accedit per modum augmenti,ſiue ſit augmentum quãtitatis continuæ ſiue diſcretæ. In diſpoſitionibus autem,& vbi per ſecundam diſpoſitionem prior augetur,ſiue ſit diſpoſitio hominis,ſiue diſpoſitio legis,augmentum ſubſtantię ſuperueniens,ſeu in parte ſubſtantiali,facit rem differre ſpecie ita vt dicatur alia & noua diſpoſitio ſecundum Barto. Bal.& Doctor.in dicta l.ius ciui ff de iuſtitia & iu.& quia eſt longa materia, iliam ſigillatim explicabo prius tangendo quid in diſpoſitione legis,demum quid in diſpoſitione hominis, videlicet tam in reſcriptis, quàm in iudicijs,cõtractibus & vltimis voluntatibus.

Declarando effectus inſurgentes ex eo ꝙ ex ſuperuenientia augmenti dicatur noua,vel alia diſpoſitio.

Sit ergo Tertia concluſio ſubalterna ad hãc
12 tertiam prin.quòd † vbi aliquid additur legi, vel ſtatuto dicatur noua lex,vel nouum ſtatutum, intantum vt ſi ius prætorium addat iuri ciuili,tota ipſa diſpoſitio dicatur prætoria,& pariter vbi ius ciuile adderet iuri gẽtium,vel naturali l. ius ciuile.& l.ſe.§.j.ff.de iuſti.& iure.

Hinc dicebat gl.in d.l.ius ciuile. matrimonium eſſe de iure ciuili,quod ei tradidit formam,licèt ſit inuentum de iure diuino,quæ gl.reprobatur:quia non eſt uerum,quòd ius ciuile adinuenerit matrimonio formam aliquam ſaltem neceſſariam:ſed plura exempla ponit Bal.ibi non improbata,in quibus ius ciuile addidit iuri naturali tam in materia quàm in forma bene ergo teſtamenta,quibus lex ciuilis adidit formã c.cum eſſes.cum ibi no.de teſta.dicuntur de iure ciuili, vt latius dixi in tractatu meo. de ſtatutis excluſiuis fœminarum. in primo articulo 1.q.in prin.& vbi contrarium reperitur eſt impropria loquutio ſecundum Bar.in tract.de alueo.§.quòd ſi.4 col.qui ad hoc allegat § ſed quia.Inſti.de fideic.hære. vel verius dicendum eſt,ꝙ procedat ex ſpeciali prouiſione & diſpoſitione legis facta contra regulam iſtam.

13 †Ex hoc ſequitur quòd ſi populus faciat ſtatutum, per qđ addat iuri ciuili,ſeu communi, illa totalis diſpoſitio dicatur ſtatutaria:vt probat tex.in d.l.ius ciuile.no.Bar.in l.1. in prin. vbi etiam alij.ff.ad leg.Fal.quod eſt vtile:quia ſtatuta ſtrictius interpretantur aut ſi adſit ſtatutum,quòd ſtatuta intelligantur ad literam,vt dicunt Bal.& Pau.de Ca. in d.l.ius ciuile, & eſt vtile quò ad actionem dandam,vt ℣.dicam.& not.Bart.in d.l.j.in prin.ff.ad l.Fal.& dixi in tractat.meo præal. de ſtatutis fœminas & cognatorum lineam a ſucceſſionibus excludentibus 11.articulo q.1.

Ex hoc infert Bal.in d.l.ius ciuile.j.col. quòd vbi eſt additũ veteri ſtatuto,non debeamus illud ſequi, ſed nouum ſtatutũ l.ſi.C.de aquędu.lib.11.ſequitur Signo.conſi.251.pen.col.vbi
14 dixit,quòd † addens,vel detrahens formæ ſtatuti facit diſpoſitionem tranſire in aliam ſpeciem,& ſecundum prædicta eſt declarandum dictum Bar.in l.ideo.ff.de leg.dum dicit, quòd illud quod additur per legem nouam videtur eſſe in antiqua ad quod facit l.lecta.ff.ſi certum pet.Prædicta proſunt: quia ex additione vel alteratione ſi deſinat eſſe ius ciuile,fiat prætorium, in eo ſeruabimus ius prætorium & remedia prętoria:vt per Bar.in l.2.in fi.ff.de bon.poſſ titu.generali. per Bart. in rub.C.qui admit.in q.9.& in l.certum.2.col. verſi. ſequitur videre.de bon.poſſ.7.C.vnde cog.& per Ange.Aret.in § ſed iſtæ.3.col.Inſti.de act.& per do.Bap in repe.l. omnes populi. in 5.quęſt.princ.in pen.& vlt.q.ver.huic q.annectit Bart.cum ſeq.ff.de iuſt.& iure.licèt non idem in ſtatutis quæ ſunt ius ciuile:vt per Bar.in d.l 2.in fi.commen & per do. Bapt. vbi ſ.& ℣.dicam in ver.per hoc tamen.ad quod facit, quod no.in l.in conuentionalibus.ff.de verborum obli. de contractibus,qui addunt ſtipulationi prætoriæ an deſinat eſſe prætoria, & dicatur conuentionalis,de quo dixi ſ.in princ.

15 **Item prædicta conferunt ad** quæſtionẽ,an †ſi augeatur,vel alteretur per ſtatutum pœna introducta a iure communi,vt videmus in furibus,qui ſuſpendi debent plerũque ex forma ſtatutorum,vel fuſtigari delictum mutet naturam,vel deſinat eſſe publicum,quando de iure ciuili & communi eſt publicum,quòd poteſt eſſe magni effectus ratione confiſcationis bonorum. Item ratione teſtamenti factionis rationeq; infamiæ quam incurrit damnatus de publico delicto & alijs rationibus,de quibus per Bar.in l.j.verſ. vlterius q̃ro.ff.de pu.iud & Doct in l.2.C.qui teſta fac.poſ.Et communis ſententia eſt,quòd non deſinat eſſe publicum,niſi ſtatutũ inducat nouum nomen delicti,vel nouam ſpeciem delicti,vt quia falſitati imponat nomen barataria,ſeu mogobellum Et puniat tanquam de barataria,ſeu de mogobello.Et tunc accuſatio fiet ex ſtatuto:aliàs fiet ex diſpoſitione iuris communis, licèt pœna alteretur. ſimile patet in iuramento formiter præſtito ſuper contractu: vt quia pars iuret ſe emiſſe vel locaſſe: quia tunc agitur actione ex contractu.Secus ſi iurat informiter l.ſi duo patroni.§.idem Iulia & ſeq. ff. de iureiuran. Idem ſi lex diſponit ſuper certo contractu, tunc ex illis contractib. agitur,ſcilicet actione ex empto, actione ex locato.
16 †Secus ſi lex nouum contractum inducat,vt patet in contractu emphyteutico: quia agitur condictione ex illa lege nouum contractum inducente l.1.C.de iu.emph.& §. adeo.Inſtitu.de loc.& quod late no.Bar.& Doct.in l.1.ff. de cond. ex le.ſimile dicit Bar de conſuetudine· quia ſi diſponit formiter agitur ex obligatione,ſuper qua diſponit: ſecus ſi informiter vnde licèt alteretur pęna,vel augeatur,aut minuatur,ex hoc non mutatur natura delicti,vel forma, nec deſinit eſſe publicum,nec pariter deſinit habere in reliquis naturam publici delicti ſecundum Bar.in d.l.j.in verſi.vlterius quæro.& Doct. in d.l.2.no.Bar.in l.infamem.ff.de publ.iud. & in l.ceſſat.ff.de act.& oblig.

Ita quòd non intelligitur ſublatus modus agendi de iure communi per prædicta,no Bal in l.ſi quis ab alio.ff.de cal.de qua materia habetur etiam per Bar.& Docto.in l.tranſigere. C.de tranſ per Bal.in l.reos 5.q.C.de acc.& in l.j. ff. de his qui no.infam.& in l.etiam.C.de fur.cum ſim.Idem eſt, vbi pœna minuitur ſecundum Bart.in d.l.1.pe.q.ff.de pub.iu.cum concord.ſ.alleg.

17 An autem pęna iuris communis † habeat locum in diſpoſitione ſtatutaria,quæ pœnam nõ imponit, ſed ſuper delicto diſponit,late traditur in d.l.2. & in locis prædictis & conclu-

ſiue

sue ex verbis & mente Bar.vbi ſ. accuſatio vel actio noua ex lege vel ſtatuto addente alteri legi oritur,quando nomen alteratur,vel in ſubſtantia fit alteratio, & ſecũdum hoc poteſt intelligi doctrina Bar.& Doct.in l.j.ff.de cond.ex le.in pen.& antepen.col.dum volunt,ꝙ ſi lex,vel conſuetudo,aut ſtatutũ mediante aliquo contractu obligationem inducant non oritur condictio ex lege,ſtatuto,vel conſuetudine. Sed ex tali ⁊ctu a lege,vel ſtatuto introducto & formato : nam idem puto,ſi ſtatutum,vel cõſuetudo iuri communi addatur, ex quo inducatur reformatio:vt quia in ſubſtantialibus addant & alterationem inducãt: quia ex quo diſpoſitio iuris communis eſt reformata ex iure municipali,vel conſuetudine,ex illa dicitur capere nouum eſſe:vt dicunt Bar.& Doct.in d.l.ius ciui
18 le.vbi dicunt, ꝙ eſt noua ſpecies per illam l. † & ſi tunc talis diſpoſitio ſtatuti,vel conſuetudinis diformis eſſet, ita quòd non caderet in aliquod ius formatum, competeret cõdictio ex conſuetudine,vel ſtatuto ſecundum Bar.vbi ſ.& in repe.l. omnes populi.vlt.q.ff.de iuſt.& iure.& in repe.l. de quibus.in tertia prin.q in prin.ff de legi.cum concor.alleg.per do.præceptorem meum do.Iaſ.in d.l.j.ff.de condi ex le.& in prædictis locis idem ſentiunt Doct de accu.facit, quod dixi in tracta.de ſtatutis fœminas & cognatorum lineam a ſucceſſionibus excludentibus 11.art.prin.1.q & hoc eſt vtile ſcire,an cõpetat actio ex iure ſtatutario,an ex iure communi:quia actiones ex ſtatuto deſcendentes ſunt ſtricti iuris §. actionum. cũ ibi no Inſti.de act.de quo etiam per Bart.in repet.d.l.omnes populi.in 4 q 6 princi. vbi autem additur naturæ actionis:vt quia ius nouum antiquæ actioni ſeu naturæ actionis addat, noua indubitanter fit actio § ſi quid autem.C.de rei vxo.act. vult Bar.in tract.de alueo § quod ſi.4.col.

19 Quod autem ſola alteratio †pœnæ nõ dicatur alteratio in ſubſtãtia,etiam probatur ex illa theorica,quæ dictat quòd pœna ſtatuti non tollat pœnam iuris cõmunis,de quo per Bar.in l.j.ff vi bono rapt.& in l.qui ſepulchra vbi Bald. & Sal.C.de ſepul.vio.Bal.in l.ſi quis ab alio.ff.de cal.Pau.de Caſ. in l.non eſt nouum ff.de legibus.Ang.Are.in §.quadrupli. 6. col Inſtitu.de act.& do.Bapt.in l.13.col.cum ſeq.C. de ſum. Trin.& Franc.de Are.conſi.58.6.& 10.col.cum ſeq.Et ꝓ hoc facit,quod dicunt Bar.& Doct.in d.l.ius ciuile.iuncta l.ſeq.§. 1.quòd additio,vel alteratio in qualitatibus non ſubſtantialibus non inducant nouam ſpeciem,nec nouum eſſe,& ita eſt intelligendum,quod dixit Bal.ibidem, ꝙ ita demum mutatur ex additione,detractione,vel alteratione diſpoſitio, ſi ſit alteratio ponderato effectu,vel ſi augeatur, aut diminuatur effectus : quia intelligo de effectu ſuſtantifico per prædicta & infra dicenda:alterata enim pœna, licèt alteretur effectus, non tamen alteratur effectus ſuſtantificus: quia delictum remanet in ſuo eſſe & in propria ſubſtantia, per hoc tamen ꝙ ſtatutum,vel conſuetudo in mutando ius commune, vel ut ſupra addendo,faciant diſpoſitionem cẽſeri ſtatutariam, vel conſuetudinariam:non tamen reſtat, quin ſecundum remedia iuris communis ciuilia ac eius prouiſiones regulent, quatenus ſtatutum aliter non prouideat, cum dicantur ſtatuta a populo condita & conſuetudine de iure ciuili iuxta l.omnes populi cum materia ff.de iuſti.& iur.& l.de quibus.ff. de leg.
20 adeo † vt hæreditates a ſtatuto delatæ,vel a conſuetudine deferantur & petantur ac tranſmittantur & regulentur ex paſſiua interpretatione ſecundum prouiſiones iuris ciuilis,vt per Bart.in d.l. ſecunda.in fi.ff.de bonor.poſſ.titu.generali,& per Bal.in rub.C.qui admitt.in 7 & 9 quæſt.& in d.l.certum.in 2. col.ver.ſequitur videre de bon.poſſ.7.C. vnde legi. vbi dicit, conſuetudinem, ſeu ſtilum iudiciorum eſſe ius prætorium, cum concor.ſ. alle.de quo etiam per Bar.in d.l. omnes populi.in 6.q.prin.in 4 q.vbi declarat,quomodo in interpretando ſaltem ſecũdum actiuam interpretationem ſit diuerſitas, de quo etiam per Albe.in l.Cęſar.ff.de pub.& in volumine ſuorum ſtatutorum j.parte.& per Bal.in l.ſecunda.C.quę ſit lon. conſu.& in d.l.de quibus.& per canon in c.fi.de conſu.vbi loquuntur de materia conſuetudinis,qualiter interpretetur & reguletur,& ſecundum prædicta actio ex ſtatuto deſcendẽs erit perpetua,ſicut a iure communi deſcendens, vt per Bart. in d.l.2.in fi.cum concord.præalleg.& per dom.Bapt.de ſancto Seue.in repe.l.omnes populi.in v.q.prin.in fi.in pen. quæſtio.ff.de iuſtit.& iure. & per Ang.Are.in §.ſed iſtæ.3.col.Inſtit.de act.& licèt ſ.dixerim, ꝙ talia ſtatuta ſtrictius interpretentur,quàm ius commune,& quòd debeant intelligi ad literam ſtante ſtatuto in volumine ſtatutorum, ita diſponente, per hoc tamen non tollitur interpretatio paſſiuæ extenſionis:vt per Bar.in d.l.omnes populi.6.quæſt. cum concord. præalleg.

Quarta concluſio ſubalterna ad

21 hanc tertiam principalem eſt, quòd † etiam in diſpoſitionibus hominum additio, vel augmentum, ac alteratio inducunt diuerſitatem in ſpecie ita, vt dicatur noua diſpoſitio vt not.per Barto.& Doctor.in d.l.ius ciuile. cum concordan.ĵ. allegan.

Et primo exẽplum patet in reſcriptis:quia ſi princeps mandet ordinario procedi in cauſa addendo vel derahendo iuri communi,aut extra formam iuris communis, ſiue alterato ordine iuris communis,talis fiet delegatus, & dicetur noua commiſſio ſecundum Guil.de Cun.Alb.de Ro. Bald. Ange. Ful.Pau.de Caſt.& dominum præceptorem meum,do.Iaſo. in d.l.ius ciuile.ff.de iuſti & iure.no.glo.& Doct. in c. licèt in corrigendis.vbi latè moderni de offic.ord & in c.graue. eod. tit.& in c.cum ex offi.de præſcri.:vbi late D.Fely.& in c.cauſam quæ.4.col.cum ſeq.de re iud. ex quo concludunt Doct. quòd ſi Princeps mandet ordinario, vt ſummarie in aliqua cauſa procedat, ex hoc efficietur delegatus ſecundum Bald. in addi.Spe.in ti.de leg.vlt.co.ſequitur Ang.conſi.137.incip. viſis omnibus ſtatutis.ad fi.Pau.de Caſt.in l.j.§.opus nouum. per illum tex.ff.de ope.no.nun.& ibidem Ale.& Pau. de Caſ. in l.& ſi prætor.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ. & in l. more. ff.de iuriſ.om.iud.Lanfr.de Ori.in repe.capituli quoniam cõtra. ſecunda charta.de prob. & alia exempla ponunt Mod.in
22 locis prędalle circa quod eſt aduertendum:†quia quandoque iuriſdictio alteratur in procedendo, & non in ſententiando. ita quòd in procedendo ſit delegatus, & in ſententiando ordinarius, puta ſi detur liberum arbitrium poteſtati in inquirendo,& cognoſcendo:quia non intelligetur datum in decidendo ſecundum Bal.poſt Ia.But.in l.qui procuratorem dat. in prin.ff.de procu.no.Bar.& Pau.de Ca.in l.ſi in lege.in prin. ff loc.facit quod no.Bar.in conſi.177 incip. dubia occurrentia in quinto dubio,dum vult, quòd ſi fuerit per ſtatutum ordinatum,quòd iudex poſſit procedere non obſtante præſcriptione, licèt exceptio præſcriptionis non impediat proceſſum; tamen in ſententiando obſtabit,quicquid in contrariũ ſentiat Pau.de Caſt.in d.l.& ſi prætor.dum vult, quòd iudex talis eſſe debet in pronuntiando, qualis fuit in procedendo, & cognoſcendo.pro quo facit,quod voluit Bal. in addi.Spe. in tit.de leg.vlt.col.ver.legatus eſt ordinarius, vbi reprobãdo Iac.But.dixit, quòd ſi cauſa ſubditi committatur epiſcopo, vt ſummarie cognoſcat,& ſine debito terminet, ꝙ erit delegatus tam in cognoſcendo,quàm in pronunciando.

Effectus autem quod ordinarius efficiatur delegatus, eſt
23 magnus † quia a delegato appellatur ad delegantem.l. 1.§.1. ff.quis & a quo app.no.Bal.in ver.legatus eſt ordinarius.Item quia ſportulæ non dantur ordinarijs,ſed delegatis c. cum ab omni.vbi gl.& Doct.de vita & hone.cler.c.ſtatutum.§. inſuper.in verbo moderatas.de reſcr.in 6. Item quia ordinarius, qui procedit vt delegatus non tenetur in modo procedendi ſeruare ſtatuta loci, in quo ius reddit, ſeu præeſt ſecundum Bal.& Mode.in d.c licèt in corrigendis.Ang.in d.l.ius ciuile. & Imo in d.c.cum ex officij. de præſcri. An autem augmentum ſuperueniens non diſpoſitioni, ſed rei de qua in reſcripto,faciat,vt ad illud diſpoſitio reſcribentis non trahatur,dixi remiſſiue in prima parte huius tertiæ concluſionis principalis circa ſecundum col.verſic.An autem.& latius dicam ĵ. in 9.conclu.princ.

Secundò ad corroborationem huius concluſionis adducitur dictum Bal.in c.j.in fi.de feu.non ha.propr.na.feu.quòd per formam de nouo datam recedatur a ſimplicitate feudi,i
24 cèt in dubio † ſtandum ſit veteri inueſtituræ,quouſque appareat aliquid innouatum ex volũtate eius,qui habet ius ex inueſtitura veteri capi.1.§.penult.quibus modis feud.amitt. ſecundum Bal.in l.fin.ſecunda colum.C.de ſuis & leg.noua tamen inueſtitura non faceret deſinere feudum eſſe paternum ſecundùm Bal.in d.l.fi.2.colum.per text.in ca.1.de vaſ.decre. æta.faciunt quæ dicam ĵ.in 4.conclu.princi. ante primam limitationem.

Idem in iudicijs videmus, quia

libellus alteratus,vel cui additur in ſubſtãtialibus, dicitur nouus libellus.Adeo vt noua gabella ſolui debeat de tali libello ſtante ſtatuto quòd de qualibet petitione ſolui debeat gabella ſecundum Bart.in d.l.ius ciuile.& Doct.in l.edita. vbi Bal. & Ale. C.de eden.& Cano.in c.1.de lib obla. pro quo facit: quia qualitas,quę alterat crimen vel accuſationem ſeu factũ
25 †eſt probanda,aliàs non poteſt ſequi condemnatio ex tali accuſatione ſecundum Bart.in l.denuntiaſſe.§.quid tamẽ.ff.de adul.ratio eſt:quia dicitur aliud factum ſine illa qualitate. facit etiam:quia qualitas alterãs delictum poteſt proponi poſt iudicium ſuper delicto ſine illa qualitate agitatum : quia illa qualitas facit cenſeri aliud delictum,vel indicium ſecundum Bar.in l.ſenatus.ff.de accu.cum concord. de quibus dixi ſ.in prima parte huius conclu.in 2.col.Et ex hoc & ĵ.dicẽdis patet veritas,an & quando teſtis addẽs dicto ſuo dicatur variare:quia

Source : BIU Cujas

re:quia aut talis additio alterat,vel mutat dictum in substantia aut non,quamuis gl.in l.planè.§.si eadem.in verbo ostendatur.ff.de leg.1.videatur velle,quòd qui addit non videatur variare:nam debet intelligi secundum prædicta, & infra dicẽda,sicut dicimus in additione, quæ fit ad libellum, an inducat variationem iuxta not.in d.l.edita.iunctis his quæ dicam in sequen.conclu.antè primam limitationem.Et quando potestas capitur sub nouo pacto est nouum officium, licet sit idem potestas vel subrogatus & tempus prorogetur secundum Bald.in l.si constante.C.de dona. ante nupt. de quo aliquid dicetur infra in 4.conclus. princip.ante primam limitationem.

26 Idem in contractibus:† quia additio vel augmentum inducunt recessum a primo contractu seu reformationem: vt patet in l.2.ff.de rescind.vendi.vbi patet,quòd si rem ab aliquo emero pro decem,& demum rursus emero pluri pretio, uel minori,erit noua emptio,ita quòd recessum erit a prima vẽditione.ad idem facit l.iurisgentium.§.adeo.ff. de pact. vbi si fiat mutatio rei,de qua contractum fuit in totum,vel in partem,addẽdo,minuẽdo,vel alterum subrogando,dicitur nouus contractus facit l.pacta conuenta.ff.de contrahen. emp. quam legit Bal.post d.§.adeo.dicens ibi in quarto no.per illũ tex.quòd vbi est noua forma,ibi nouus contractus esse videtur:intelligendo de forma substantiali, vel de reformatione, quæ fit circa substantialia:vt dicunt Bar.& Doct.in d.§.adeo. & hæc est communis opi.vt traditur in d.§.adeo. maxime p Bart Ange.Alex.& Moder.dicentes prædictam opinionem procedere siue statim,siue ex interuallo fiat talis reformatio, cum non dicatur conuentio nuda, seu pactum nudum, vult glo.in d.l.pacta conuenta.per illum tex.in versi.Pau.& ibidẽ Ful.& Fran.de Are.in consi.21.incip.si diligenter j.& 2.colu. quamuis aliqui Doctores antiqui, & quidã alii aliter voluerint,vt referunt Cy.& Bal.in l pacta nouissima. C.de pact.vbi circa prædictum passum referunt varias opiniones Doctorum tenentium,nõ esse recessum † per reformationem a primo contractu contra quos vltra prædicta.facit text.in l. si vnus.§.pactus ne peteret.versi.Idem si vnus.ff.de pact.nec tũc ob.secundum Doctor.communiter vbi s̃.maximè in d.l. pacta nouissima.& in d.§.adeo.l.fi.C.de noua.quæ vult non fieri nouationem, nisi hoc expresse actum sit: quia vbi contractus reformatur:vt quia augetur,vel minuitur contractus vltro citroque obligatorius, maxime qui consensu perficitur in substantialibus,vel quando secundus continet incompatibilitatem ratione totius contractus, cessat dispositio d.l.fin. per d.l.pacta conuenta.versi.Pau.not.Bal.in d.l.pacta nouissima.vlti.colu.per illum tex.vbi patet,quòd vltima pacta prioribus contraria tollunt priora,& idem Bal.in l.1.in 2. & 15.q. C.de his quæ pœnæ no.vbi dixit,quòd in contractib. ex corruptione formæ & mutatione materiæ,& ex cõtrariis & formalibus vbi sit aduersatiua facti & obligationis, & vbi obst. exceptio primæ formæ;etiam hodie fit nouatio,aliàs nõ. Incompatibilitas autem demonstratur:quia non possunt in eadem re concurrere duæ emptiones l.si id quod.ff.de rescind. ven.no.Bar.& Doctor in d.§.adeo.Non sic est, vbi potest dari concursus obligationum puta si per stipulationem plus promittitur,quã esset in priore obligatione: vt quia debitor decentum promittat ducenta,iuxta no.in l.si diuortio

28 ff.de verborum oblig.† quia tunc nulla est incompatibilitas cum bene possint circa idem duæ stipulationes concurrere, aut stipulatio cum debito ex alia causa,vt per Bar.& Doct.in l.singularia.ff.si certum petatur.& patet in l.2.ff. de nouat. & in d.l.si diuortio iunctis no.in l.qui vsumfr.& in l.scire debemus.in prin.ff.de verborum oblig & hoc est quod dixit Bal. in d.l.fi.C.de noua.dum dixit,quod illa l.quæ vult,ex augmẽto quantitatis in dubio non præsumi nouationem loquitur de his,quæ per modum accessionis adduntur,detrahuntur, aut mutantur: non autem de his quæ aliter permutantur,vel in vltimam obligationem deducuntur, & nisi sic diceremus destruerentur iura,quæ dicũt induci reformationem ex augmento vel diminutione:an autem sit differentia inter nouare & reformare j̃ dicetur.

Est tamen in summis aduertendum,quando plus promittitur,quàm primò esset promissum,& non sit expressa reformatio,nec commemoratio prioris contractus: vt quia debitor de centum simpliciter promittat ducẽtum sine reformatione vel repetitione præcedentis contractus:nam non censetur voluisse primam obligationem augere:sed vltra prima centum ducentum promisisse, & idem si minor summa promittatur:quia non censetur ad præcedentem facta detractio iuxta l.scire debemus.in prin.cum ibi no.& not.in l.triticum. ff.de verborum oblig & latè per Alex.consi.4.incip. circa primum.1.& 2.colum.1.volum.Et no.per Bar.in l.2.per Saly. in d.l.fin.& Io.Fab.in d.§ prætera.& j̃.aliquid dicetur.& ad id quod dixi,quòd vbi iura dicunt fieri reformationem, etiam hodie fiat nouatio propter incompatibilitatem & cõtrarietatem seu repugnantiam.facit secũdum Bar.in d.l.2.& Azo. in summa.C eo.ti.gl.Cy.Ray.& Clarius Saly.in d.l.fi. & Ale. in d.l.qui vsumfru.vlt.colum.& in consi.10.incip.visis dispositionibus & 13.incip.visis & consideratis, secundo volumine:† quia etiam hodie dicitur expresse agi,quòd fiat nouatio

29 quando ex indubitatis & manifestis coniecturis apparet partes voluisse nouare:nam ex reformatione inducitur euidens nouatio re,dispositione & forma:& vbi adest contrarietas & incompatibilitas inducitur etiã ex necessitate: quia duo contraria non possunt simul stare l.si ancillam.in fi.ff. pro suo l.j. §.illud C.de lat.lib.tol.l.vbi repugnantia.ff.de re iu.Et qui ponit vnum de contrariis,aliis excludit l.si legatum purè .ff. de adi.leg.l.quibus diebus.§ quidam Titio.ff.de condi. & dem. quamuis Bal.in d.l.fi.& Io.Fab.in d.§.præterea dicant saltem ope exceptionis,vbi adest repugnantia fieri hodie nouationem:quia puto ipso iure & directè fieri nouationem per prædicta,& secundum prædicta intelligo procedere opiniones Doctorum dicentium,hodie ope exceptionis fieri nouationem, vbicunq; tacitè & ipso iure olim fiebat, de quo dicam j̃.eo.ver.Cæterum est aduertendum &c.

Cęterum quia dixi etiam ex diminutione rei vel pretii induci reformationem:adhuc obstant iura de nouatione loquentia:cum regulariter vbi secunda stipulatio minus cõtinet quàm prima non inducatur nouatio etiam secundum iura florum.d.l.fi C.de noua.& l.qui vsumfr. iuncta l.scire debemus.in prin.cum ibi no.ff de verborum oblig. iunctis no. per Bar.in l.pe.ff.de præt.stip.& in l.singularia. vbi etiam alij. ff.si certum petatur.& per Alexã.in d.consi.10.Sed ex prædictis tollitur obiectum : quia in stipulationibus vna alteri potest esse compatibilis,vel stipulatio sequens contractui præcedenti:non sic in venditione & consimilibus contractibus, vbi non potest citra reformationem pretium vel res minui iuxta iura s̃.ad hoc alle.nisi contrarium expresse agatur: vt dicam j̃.prox.2.limit.Et circa prædicta cõsideranda est doctri

30 na Bar.in trac.de alueo.§.q̃ si.in 4.col.vbi dixit† q̃ indiuidua non recipiunt augmentum,nec diminutionem, quin corrũpantur,vel transeant in aliam speciem l.& per iusiuran §.1.& seq.ff.de accep.& per l.ius ciuile.ff.de iust.& iu.& ideo secundum eum non valet detractio ad seruitutem facta: quia seruitus est indiuidua d.l.& per iusiurand.§.j.cum gl.& ibi not. vel si valet detractio transit in aliam speciem,vt ibi in §.sequ.hĩ. & si addatur,non erit illa seruitus,per no.in l si prius.ff.de aq. plu.ar.& hoc patet sim cum in stipulationibus,vbi si additur, vel detrahitur de eo, quod erat positum in interrogatione, non valet stipulatio.l.j.§.si quis simpliciter.& seq.ff.de ver.obli.vnde Bar.pro declaratione distinguit, q̃ obligatio põt tripliciter considerari.primò in modo q̃hendi, & nil addi, vel detrahi potest.cum certi sint modi a lege traditi l. obligationum ferè.§ placet.ff.de act.& ob.l.nemo põt.ff.de leg.j.quod intelligo nisi ratione materiæ, vt si stipuleris decem, & promittam quinq;.nam valet in quinq; stipulatio d.l.j.§. si stipulanti.ff.de verb.ob.& idem eq̃.Quandoq; & secundo modo consideratur obligatio, prout contracta est quò ad concernentia ipsam obligationẽ,prout sunt locus,tp̃s, & conditio : & tunc etiam nil addi vel detrahi põt.d.§.placet.& d.l.nemo potest.nisi ope exceptionis,per quam ipso iure obligatio nõ læditur d.§.placet.iunctis his quæ traduntur in l.eum qui ita. ff.de ver.ob.declarando vt ibi,& iuxta no.in d.l.nemo potest aut saltem augmentum vel diminutio inducunt reformationem per prædicta,& j̃ dicenda. Qñq; & tertiò secundũ Bar. consideratur obligatio q̃cta quò ad materiam,& tunc si materia est indiuidua,non recipit augmentũ,nec diminutionẽ, quin saltẽ corrumpat̃,vel transeat in aliam speciem, vt dictũ fuit de seruitute d.l.& per iusiuran.§.j.& seq.cum concor.all.

31 Si verò materia est diuidua † tunc est dare augmẽtũ & diminutionẽ durante dicta obligatione,qa non dr̃ obligatio augeri,q̃uis materia augeatur,ex quo infert Bar . quòd licet iurisdictio proroget rõne rerũ,vel personarum, vt quia ad plures res vel personas extendat̃,nõ dr̃ ex hoc augeri iurisdictio quæ est indiuidua, sicut non dr̃ augeri scientia, quando plures personæ illam sciunt.Sed cum supportatione Bar. nõ aduertit ad d.§.adeo.& ad l.1.ff.de rescin.ven.quæ dicunt,obligationem reformari,si res in obligationẽ deducta aut pretiũ augeat̃,uel minuatur.Item non aduertit Bar. ad ea q̃ tradidit in l.græce.§.illud.ff.de verb.ob.vbi dicitur,quòd si fideiussor in plus rõne materię se obliget q̃ principalis,non tenet ex toto obligatio,vbi assignat rõnẽ, quòd licèt obligatio sit diuidua rõne pretii & materię, tñ ratione formæ est indiuidua, nã ut ibi dicit,indiuiduum dr̃ multis modis,& iuristæ dicũt, obligationem diuiduã & indiuiduã scdm materiam, quę cõtinetur sub ea,de quo etiã per Bar.in l. stipulationes . non diuidunt̃,in prin j.col.& in 10 col.ver.2.quęro.& in l.4.§.Cato.

ff.de

ff. de uerborum oblig. Et idcirco quò ad id quòd dicimus de obligatione concepta, aucta, uel diminuta standum est his, quæ supra concluſi, cum declarationibus & limitationibus infraſcriptis, ſaluando dicta Bar. in eo caſu, ubi obligatio continet quid indiuiduum, ut eo caſu non recipiat augmentum uel diminutionem durante ipſa obligatione

32 Prædicta, quòd additio † uel augmentum in contractibus inducant reformationem & receſſum a primo contractu, limitantur: ut procedant re integra: quia re tradita uel ſoluto pretio ex prima uenditione prima uenditio nudo uel ſolo conſenſu ac pacto non reddetur infecta ſed demum re uel pretio retrotraditis d.l.2.& d.§.adeo.& §.fi.Inſt. qui.mo.tol.obl & l ab emptione.ff.de pac.& l.1.in fi.cum ibi no.C.quando lic.ab emp.diſce.cum concor.

Item prædicta intelligi debent ſecundum Bar. & Ang.in dicto §.adeo. & Bal. in dicta lege pacta conuenta. tertia columna quòd ubi additur, uel minuitur priori contractui, cenſeatur primus contractus renouatus & reformatus, quando uerba ſunt apta ad nouum contractum faciendum: ut quia ſecundus fiat ſub commemoratione primi. l. nam ad ea. cum ſeq.ff de condi.& demon.no.Bal.in d.l.pacta nouiſſima.ultima colu. uel quia per ipſa uerba expreſſe appareat, quòd partes uoluerint a priore contractu recedere, ut quia uerba ſint reformatiua, eſto quòd obligationes forent compatibiles: ut declarat Bar. in lege ſecunda. ff. de noua. Sali. in l.fi. C. eo. & Io. Fa. in §. præterea. Inſt. quibus modis tol. ob. uel quia ſumus in dubio: & uerba ſint ambigua: tunc enim intelligitur a primo contractu ex toto receſſum per iura præal.& per dictã legem ſecundã.& per tex.in d.l. pacta conuenta. uer. Paulus. cum noua forma det nouum eſſe ſecundum Bal.in l. pacta nouiſſima. ulti. colum. C. de pac. & conſequenter qui recedit a prima forma recedit ab eſſentia priore: ut dicit Bal.in d.l.pacta conuenta.& in d.l.pacta nouiſſima. forma enim dat eſſe rei l. Iul. §. ſed & ſi quis. cum concor. ff. ad exhi. ubi autem uerba ſecundi contractus non eſſent apta ad nouum contractum. puta: quia diceretur, uis quòd emptio quam tecum feci pro decem duret pro octo: tunc non eſſet nouus contractus: ſed detractio primi & primus duraret, & ſecundum Bal. ubi ſupra ita poteſt intelligi & declarari dictus §.adeo.quod ſecundum Pau. de Caſt. in d. §. adeo. procedit, niſi incontinenti fiat reformatio: quia primus habetur pro non facto, cum ſecundus uideatur ineſſe: & tunc bene eſt differentia an ex interuallo, uel incontinenti fiat reformatio, & infra dicetur, & ideo ſecundum Pau.de Caſt in d.§. adeo.prima columna ſi agatur, quòd una pars fundi iam uenditi ſit inempta, non erit pro alia parte nouus contractus: quia quò ad illam aliam partem uerba non ſunt apta ad nouum contractum faciendum, ſed durat prior conſenſus & uoluntas. & hoc patet in d.§.adeo,uer.ſi igitur.ſecus ſi ſecunda diſpoſitio fieret ſub commemoratione primi contractus, & hoc patet in d.§.adeo.uer.unde illud & c.

33 Ex his patet, quòd † augmentum doti factum in dubio non nouat dotem, & quia admittitur concurſus & augmentum dotis eſt compatibile cum dote per proxime dicta, no.in l.ſi diuortio. ubi tex. ff. de uer. ob. & facit text.in lege fin.C.de noua quæ dicit, augmentum quantitatis in dubio non nouare, ſed eſſe acceſſionem ad præcedentem quã titatem & promiſſionem.

Et ad prædicta faciunt, quòd de contractu reſolutiuo dicunt Gui.de Cu.Ang. & D præceptor meus in l.ab emptione.ff.de pac. ut ex eo producatur actio, quando uerba ſunt taliter concepta, quòd intelligatur noua uenditio celebrata pro quo facit l.ſi conuenit.ff.de reſcin.uen.

Item & tertiò prædicta procedunt, quando cum uno contractum eſſet, & cum eodem contractus reformaretur: nam ſecundum Bar.& Bal.in locis præal & maxime in d. §. adeo. ſi cum pluribus prius eſſet contractum & demum cum uno tantum reformaretur contractus, fieret nouatio, & receſſus a primo contractu quo ad illum tantum, qui reformauit, non autem quò ad alios, ar.d.§.adeo.uer.ſed cum duo. & lege prima C.res inter ali.ac facit quòd dixit Bal.in l.ſi cõſtante.C. de do.ante nup. & Pau. de Caſt. in d.§.adeo.de fiſco cui debetur gabella, ut non poſſint partes in eius præiudicium a priore contractu recedere, de quo infra dicetur, propter quod ipſe Pau.de Caſt. facit unam generalem cõcluſionem, quòd in præiudicium tertij, cui ſit ius quæſitum, nõ poſſint partes a contractu recedere, circa quod uideri poſſunt quæ late dicuntur per Bar. Ale. & ſcribentes in l.qui Rõmæ.§.Flauius.ff.de uer.obl.

34 Quarta prædicta procedunt † quãdo fit augmentum, uel reformatio, ſiue mutatio, emendatio, uel alteratio in ſubſtantialibus, ſeu circa ſubſtantialia contractus: ſecus autem ſi fit circa naturalia, accidentalia, uel extranea per ea, quæ dixit Barto. in lege ſi fundus. §. ſi res. per illum tex. ff. de pig. quòd additio qualitatis non extinguit hypothecam, de quo dicam in materia mutationis, & eſt tex. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. nam ſecundum Bal. in l.fundi. ff.quibus modis uſufr. ami. per illum tex.mutata forma in acceſſorijs non perit ſubſtantia: ut dixi ſupra ea.ſecunda colum. & in prima. concluſio. quarta colum.ubi dixi, quòd alteratio in qualitatibus non ſubſtantialibus non facit nouam ſpeciem.

Tunc enim in contractibus & obligationibus eſt materia l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pac.

Et propterea, ut in ſequenti limitatione dicetur, regulariter ex augmento & diminutione in accidentalibus non fit nouatio.

Et fit diſtinctio inter pactum nudum & pactum ueſtitum quia pactum nudum circa iſta naturalia uel accidentalia incontinenti appoſitum & additum ad contractuum nominatum nouam actionem parit ſcilicet præſcriptis uerbis & ueterem informat.

Si autem ex interuallo apponatur, ſolum prodeſt ad excipiendum dicto §. quinimo. & ibi no. & maxime per do. præcep.meum, qui procedit per ampliationes & limitationes, & l.pacta conuenta. cum gl.magna. & ibi no. traditur, late in lege in bonefidei. C. de pac. & in le. lecta. ff.ſi cer.pe. hanc materiam examinat per regulas & limitationes, quam materiam examinat gl.in dicta lege pacta conuenta. per diſtinctionem: & Bal.in d.§.quinimo. per concluſiones, ubi dicit in 5.colum.uer.iuxta prædicta quòd conditio non poteſt per pactum nudum ex interuallo appoſitum adimi, de quo infra dicam.

Et ipſam materiam late examinat do.Bap.de ſancto Seue. in tracta.de pac.6.q. Et quia materia in locis prædictis ac ordinarie late examinatur, me latius non extendo.

Eſt tamen ad unum aduertendum, quod dixit Bal.in l.j. in prin.in fi.commen.C. de lati.lib.tol. quòd ex duobus accidentibus contrarijs non poteſt informari ſubiectum per illum tex. & l. ſi ancillam. ff. pro ſuo: quia duo contraria non poſſunt ſimul ſtare; quod facit ad ea quę infra dicentur: ſi fiat pactum purum & incontinenti ſub conditione.

Et ſi talis adiectio ſit alicuius qualitatis reſpicit & qualificat totum contractum ſecundum Bal. in l. pacta nouiſſima. ult. colum. C.de pac.per legẽ primã.§.cum adijcit.ff.de uer. obli.facit quod no.Bar.in d.l.j.§. ſi ſtipulanti. & Bal. in ca.uaſallus.lo.j.ſi de feu.fuer.contro. Vbi dicit, uaſallum qui negat qualitatem feudi; ideo perdere totum feudum: quia qualitas reſpicit totam rem.

35 Ratio autem quare pactum † nudum ex interuallo adiectum non informet ueterem contractum eſt ſecundum Bal.in d.§.quinimo.in 6.no.quia contractus præcedens iam acquiſiuit formam præciſam & abſolutam,& certos fines iam habuit, quo caſu alia forma imprimi non poteſt l.poſt perfectam.C.de do.quæ ſub mo. & alibi Deo dante plenius dicam.

Sed quando pactum apponitur incontinenti: quia uidetur ineſſe, & ineſt ipſi contractui, ut eſt expreſſum in dicta lege lecta. non poteſt dici prior contractus habuiſſe formam perfectam.

Et ideo bene dixi Bal.in l.reſcripto §. ſi pacta.in fi.com.ff. de pac. quòd pactum nudum ex interuallo appoſitum non eſt potens ad nouandum, de quo infra dicam.

Pactum autem ueſtitum puta ſtipulatione: incontinenti appoſitum etiam & multomagis ueterem actionem informat & nouam parit dicta lege prædia. ubi Bar. & Doc. ff. de ac. emp. Et no. in dicta lege lecta. ubi do. præceptor meus do. laſ. in dicto §. quinimo. ubi Pau. de Caſt. dicit, per pactum ueſtitum incontinenti appoſitum primum haberi pro infecto: quando ſecundus contractus abſorbet primum: quod eſt intelligendum iuxta ea quæ dixi in prin. huius materiæ: no.Fulg.in l.ſi id quod. ff. de reſcin.uen. quæ ſtipulatio incontinenti ſubſequens quid operetur, traditur per Bart. late in l.ſingularia ſecunda. columna ubi etiam alij. ff.ſi cer. pet. per gl. & Doc. in lege petens. & in lege ſi pacto quo pœnam. C. de pac. iunctis no. in lege ita ſtipulatus. ff.

36 de uerborum obliga. † ubi traditur de ſtipulatione pœnali an nouet præce. de quo etiam per Bal in dicta lege prædia. & in d.l.ſi pacto quo pœnam.cum concor.ibi ſignatis: & in l. duo ſocietatem. ff.pro ſoc. Effectus autem, q̃ prior contractus informetur, eſt, quia actio quæ cõpetebat ad principale: competit ẽt ad pactum additum. Et pactum additum ſubintrat formam principalis ꝯctus. Item effectus, q̃ noua actio

Source : BIU Cujas

oriatur,est. quia habita relatione unius pacti ad aliud oritur noua & respectiua obligatio:& consequenter noua actio,ut no.in d.§.quinimo.cum concor. Vbi autem promissum pure,uel contractum incontinenti promittatur, uel contrahatur sub conditione:an inducatur reformatio prioris contractus.

Cum circa accidentalia contingat alteratio, traditur in l. lecta.ff.si cer.pe.ubi gl Barto.& Doc. cum concor. ibi traditis per Alex. & do. præceptorem meum, & mihi placet illa opinio, quòd si conditio statim apponatur obligationi, reddatur contractus conditionalis, secus si solum ex actioni.

Et ibi declarant: an & quando additio conditionis faciat contractum conditionalem, uel resolutionum: de de quo per gl. in lege secunda. ff. de in di. addi. & in l. pecuniam.ff.si cer.pe.

Quid autem foret, si conditio ex interuallo apponeretur: traditur in d l. lecta. & in l quibus diebus. §.quidem Titio. ff.de condi.& demon.& plenius ac
37 ordinarie in d. leg. pecuniam. ubi Bar dicit, quòd † hodie ex quo non fit nouatio, nisi expresse agatur: tunc fiet ope exceptionis, uel ex ui cuiusdam taciti pacti de non petendo, prout infra dicam: quia aliàs debitor posset cogi bis soluere in casu d.l.pecuniam. quòd esset absurdum: quamuis Bal. ibi dicat, quòd non habet locum d. l. fin. in casu d.l.pecuniam. quia est delegatio, in qua non habet locum d.l. fin. in casu d.l.pecuniam. quia est delegatio, in qua non habet locum dicta lex fi.

Sed secundum Alex.ibi non est proprie delegatio. Magis tamen me turbauit in hac materia d. l. si id quod. ff. de contrahen.emp.ubi si uenditio sit facta pure.

Et demum sub cõditione, prima per secundam nullo modo tollitur etiam de iure fforum.

Et Barto.ibi sentit hoc esse: quia secunda fuit imperfecta. quia facta fuit post rem perfectam.

Et sic re non integra, quo casu nisi re & pretio retro traditis resolui non potest l. ab emptione. cum ibi no. ff. de pact. ut supra dixi.

Item Barto.in l. iurisgentium. §. adeo. dicit hoc ideo ibi esse: quia duæ emptiones circa idem concurrere non possunt:prima placet,quicquid dicat Fulg in d.l.si id quod.

Quid autem operetur pactum uestitum ex interuallo appositum dicetur in seq.limi.

Quomodo autem intelligatur statim: no. in d. l. lecta.per Bar in l.in bonę fide. C.de pact.per Alex. in d. iurisgentium. §.adeo.& Doc.in §.quinimo.ff.eo.ti.

38 Quinto quòd per sequentem † contractũ uel sequens pactum aut augmentum prior nouetur & reformetur:non procedit, ubicunque habet locum dispositio le. fin. C. de noua. & §. præterea. Instit. quibus modis tol. obl. quæ iura uolunt, quòd si priori obligationi addatur, uel detrahatur: aut noua persona interueniat, non sit nouatus prior contractus: uel prior obligatio sublata, nisi hoc expresse sit actum, quæ dispositio regulariter procedit: quando circa accidentalia,uel naturalia sequens fieret obligatio, puta ex pactis de nouo appositis ex fideiussoribus de nouo datis: ut per Bar.in l.pe.ff.de præt.stip. & Bal.in l.rescripto.§. si pactus. ff. de pac. declarat tex. in l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emp.cum cõcor.alle.in præce.limi.in princ facit: quia, ut dixi post Bar.in l.prima.in fi. com.C. de lati.lib. tol.ex duobus accidentibus contrarijs non potest informari subiectum.

Vbi autem augmentum sit in substantialibus, ut quando augetur pretium, uel res de qua in prima dispositione:tunc licèt tex.in d.l.fi.C.de noua. prima facie uelit, quòd adhuc nouatio non censeatur: nisi hoc dictum sit expresse: tamen adhuc dicendum est secundum ueram & communem opi. quòd si ex euidentibus seu probabilibus coniecturis apparet de uoluntate nouandi inducatur nouatio: aut si uerba hoc sonent: ut per Sali.& Ful.in d l. fi.post gl.fi.circa fi.dum dicit, quòd si super eodem debito quis multas cautiones interposuerit, censetur etiam hodie facta nouatio.

Et ideo secundum Ful. & Sali. ubi supra si dixero pro decem quæ mihi debes promittis, quindecim. uel econtra, etiam hodie fiet nouatio: sequitur Alex. dicto consilio decimotertio. ulti.columna. Et hoc latius declaraui supra uer. ideo in contractibus, ubi idem patet: quando esset incompatibilitas inter primam obligationem & secundam, ac ubicunque dixi fieri reformationem: & hoc est de mente tex in dicta lege fi.dum uult tollere ambiguitates iurium antiquorum; & subiunxit, quòd ex uoluntate non ex lege inducatur nouatio; quasi sit sensus, quod ubi adest uoluntas: ac ubi lex antiqua fundat se super uoluntate, seu inducit nouationem ex uoluntate disponentis: & ubi non est de uoluntate ambiguitas, iura antiqua remaneant incorrecta, & consequenter non tollatur nouatio, quæ ratione reformationis & incompatibilitatis inducebatur, ut prædixi, uel quando uerba sonant in nouationem, uel ubicunque ex euidentibus seu probabilibus coniecturis de ueritate appareat: & hæc uidetur ueritas.

Et in summa circa subsequentia
39 pacta ut hæc materia intelligatur. Est aduertendum † quòd quædam pacta pariunt: quædam informant, de quibus dixi supra quædam elidunt: ut in lege si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum materia: quædam perimunt, quod sit reformatione uel nouatione: ut patet ex prædictis.

Et hoc latius quis prosequi potest recurrendo ad no. per Pau.de Cast.in l.iurisgentium. §. quinimo. ff. de pac. Et per gl.in d. l. pacta quæ contra. Et de parientibus traditur in d. l.iurisgentium.in prin. & §. primo. de informantibus traditur in d.§.quinimo.de elidentibus in dicto §. pactus ne petet ret.de perimentibus in dicto §.adeo.& in l.legata. ff. de pac. & in d.l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.

Item ad aduertendum secundum Bar. in d. §. quinimo. quòd (ut dixi) quædam sunt pacta contraria,& incompatibilia,& de istis dixi supra. Quædam uerò sunt pacta dissiparata & compatibilia.de primis loquitur l.pacta nouissima.§. pactus ne peteret.de secundis uerò.§. quinimo.& l.pacta cõuenta.in prin.Idem & magis diffuse dicunt Bar. Bal. Pau. de Cast.in d l.pacta nouissima.

Nouationis materia.

TErtiò proprius ad materiã nouationis est aduertendum secundum Bar. in d.l.qui usumfr. & latius in l.pe.ff.de præt.stip.quem uoluit imitari Bal.in l.rescripto.§.si pacta.ul.colum.de pac. quòd circa iura de nouatione loquentia fuerunt diuersæ iuris dispositiones. primò ante iura fforum quo tempore: siue addebatur: siue minuebatur: siue interuentu nouæ personæ inducebatur nouatio:ut patet in d.l.fi.C.de noua. & in d.§.præterea.cum gl.

40 Secunda iuris dispositio est tempore fforum † quo in stipulationibus prætorijs non fiebat nouatio, nisi hoc expresse ageretur a partibus. Et licet non fieret ipso iure:fiebat tamen ope exceptionis,ut patet in d.l.pe.ff.de præt.stip.in conuentionalibus autem stipulationibus distinguebatur:an secunda contineret plus prima: an minus, an tantundem, an quid omnino diuersum.

Et si plus,aut minus:an cõtineret plus uel minus re: an uerò tempore.Nusquam tamen fiebat etiam secundum iura fforum tacite nouatio: seu non præsumebatur,nec fieri censebatur: nisi per subsequentem stipulationem secundum Bar.in l.prima.in fi C.de noua. & in l.prima.in secunda quæstio.ubi etiam Pau.de Cast.ff.eo.ubi Alex & in consilijs præal. & infra: & maxime in dicto consilio decimotertio. uer.secundo respondeo: & Fran.de Are.in consi.5. circa fin. nec ubi sequens contractus:aliter quam uerbis uestitus erat: fiebat nouatio, nisi hoc expresse ageretur per l. si mandato meo.§. fin.ff.man.& l.ubi quis.cum sua gl.no.ff.de consti.pe. de quo per Ang.Are.in d.§.præterea. cum concor.per eum: & in prædictis locis alleg. nec etiam semper fiebat nouatio per subsequentem stipulationem:sed aliquibus tantum casibus, de quibus per Bar. in d.le.penul.& in l. qui usumfru. ff. de uer.obl.iunctis quæ dixi supra uersi. incompatibilitas autem.& uersi.cæterum quia dixi.

Tertia & ultima iuris dispositio fuit dispositio d.l.fi.C.de noua.& d. §. præterea. quæ fuit Iustiniani,qui uult,nouationem hodie non fieri,nisi hoc expresse agatur,quod qualiter sit intelligendum supradixi.

Et quia dixi de accidentibus, quòd circa illa regulariter consistat nouatio: quia circa substantialia ut plurimum sit
41 & proprie reformatio, est quæstio † an hodie per stipulationem pœnalem inducatur nouatio. in qua materia Bar. in dicta lege prædia ult. colum.ff. de act.emp. dixit quòd sic in casibus,in quibus aliàs inducebatur, & quòd dicta lex fin. quæ dicit, non fieri nouationem nisi hoc expresse agatur, loquitur de nouatione quæ fit per stipulationem æque principalem,sicut erat actio prima,nõ autem de illa, quæ fit per modum accessionis, sicut est pœnalis,quæ uenit accessorie ad primam.& eius opi. sequuntur Cy.Bal.communiter scribentes in d.l.si pacto quo pœnam. & idē uult ipse Bar.in l.ita stipulatus.in 9.opp.ultimæ partis.ff.de uer. ob. cum 9cor.ibi alleg.

Source : BIU Cujas

alleg. per Alexand.in decimanona columna quamuis Bal. & Ang. in dicta lege fina. aliter sentiant, sed eorum opinio saluatur, ut fiat nouatio, si nouetur & etiam id, quod accessorie in primo contractu fuerat deductum. puta si pro miseris mihi dare fundum, & casu quo non dares, promiseris mihi dare. decem & in secunda stipulatione conueniamus, quòd casu quo non des fundum tenearis ad equum fauellum qui tuus est. Bart. autem loquitur quando quærimus, an accessorium adiectum, sicut est pœna, inducat nouationem. In qua materia est aduertendum ad ea quę dixit Bal. in l.j. in secunda quæstio C. de his quæ pœ. no. dum dixit, quòd quædam est nouatio actionis, quædam uerò liberationis.

Item est aduertendum ad id quod dixit ipse Bal. ibidem in 15. q. dum dixit, quòd quædam est nouatio obligationis & solutionis, quædam obligationis & non solutionis. quædam uerò nec obligationis, nec solutionis: quia ista multum conferunt ad materiæ prædictæ intellectum.

42 Cæterum est aduertendum † ad intellectũ. d.l.fi. quæ uult, nouationem non fieri hodie, nisi expresse fuerit hoc actum, aut (ut prædixi) appareat de hoc ex euidentibus & indubitatis coniecturis: quia solet dubitari, an saltem hodie ubi non est expressum, uel non constat de talibus coniecturis, fiat saltem nouatio ope exceptionis in casibus in quibus olim tacite facta præsumebatur, & ipso iure censebatur, & quòd fiat ope exceptionis, gl. in d.l.fi. & in d.l.pe. ubi etiam Bar. ff de præto. stip. uoluit quòd sic, & Bar. in d.l. 2 ff. de noua & in d l. singularia. ff. si cer. pe. & in d.l. qui usum fr. ubi etiam Ange. ff de uerb obli.

Contrarium autem, & quòd nullo modo fiat nouatio, uoluerunt Iaco. de Bel. in disputatione inci. cauetur lege municipali, quòd qui aliquem percusserit, in secunda quæstio. Cy. & Ray. in d l. si pacto quo pœnam. Gul. de Cu & Bal. in d. l. rescripto. §. si pacto. & est de mente Cy. Iac. But. Sal. & Fulg. in dicta lege fi. & Bar. in l. certi condictio. §. si nummos. ult. colum. ff si cert. peta. & in consilio incipiente Titius promittit. & hoc expresse firmant Fulg Imo & Pau. de Cast. in d.l. secunda. & Alex. in dicta le. qui usumfr. & late in dict. consilio decimo. inci. uisis dispositionibus. & consilio decimotertio incipiente uisis & consideratis. secundo uolum. ubi plene examinat articulum, an interuentu nouæ personæ hodie præsumatur nouatio cum concor. per eum alleg. mouentur Doc. prædicti ex dictione nihil penitus, posita in d. l. fi. quia
43 † dictio nihil, quæ est uniuersalis negatiua & totum abnegat, & dictio penitus, idem est quod omnino, & dictio omnino iuncta cum negatiua importat idem, quod nullo modo per iura per eos & per Alexan. ad hoc in dictis consilijs allegata: posset tamen dici, quòd quo casu pactum nudum ex interuallo appositum parit exceptionem iuxta l. iurisgentium. §. igitur nuda. & l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. cum concor. eo casu inducatur ope exceptionis quædam quasi nouatio, licèt non sit uera nouatio, ut in simi. dicit tex. in l. obligationum ferè. §. fin. ff. de uer. obl. & no. in d.l. ita stipulatus. & hoc est de mente Bar. in l. pecuniam. in ultimis uerbis. ff. si cer. pe. & multum placet, nec tunc diceretur l. fi. imposita uerbis: quia quando tollitur ope exceptionis, non intelligitur tolli nisi opponatur per no. in l. eum qui. §. qui ita. ff. de uerb. obl. ubi autem non sumus in tali casu, ut pactum nudum non posset parere exceptionem: ut quia subiecta materia hoc non patitur, prout est, quando plus promittitur in secunda obligatione quàm in prima: tunc habebit locum communis opinio, quòd nullo modo fiat nouatio, & quis sit effectus, infra dicetur.

Et in hac materia etiam sunt ponderanda uerba Bald. in dicta lege prima. in secunda. quæstio. C. de his quæ pę. no.
44 dum distinguit, quòd † quædam est plena nouatio, sicut illa quæ fit ope exceptionis: quædam plenior: sicut illa, quæ fit ipso iure, quædam plenissima, sicut illa quæ fit in ultimis uoluntatibus, & quæ fit, uelit quis, uel nolit: & licèt Bal. hoc ultimum non sequatur, tamen hæc multum conferunt ad intellectum materiæ.

An autem ex prorogatione ter-

mini inducatur nouatio. Bar. in l. pg. ii de præto. stip. & late. D. præceptor meus in l. lecta. ff. si cer. pe. post alios, & dixit Bal. in l. 1. C. de his quæ pœ. no. in l. q. quòd prorogatio termini præfixi in dispositione pœnali prorogat pœnam, non autem absorbet, seu tollit, an ex detractione termini. Bar. in d. l Valerianus. ff. de præt. stip. Bal. in l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pac. ult. col.

Cæterùm materia nouationis per modum summæ ponitur per Bal. in l. rescriptum. §. si pacto. ult. colu. ff. de pac. qui uidendus est omnino ad ampliationem & supplementum eorum quæ supradicta sunt.

Effectus aut, quòd fiat reformatio prioris contractus aut nouatio est multiplex secundum Doc. in dicta lege iurisgentium. §. adeo. ff. de pac. & in locis infra allegandis.

Primò ut sciamus ex qua actione agere possumus quia si inducta est reformatio totalis dispositionis, agemus ex secundo contractu non ex primo: aliàs autem si non tolleretur ex toto, ageretur ex primo secundum formam secundi, ut declarat Cy. in l. pacta nouissima. ubi etiam Bal. in ult. col. C. de pac. & hoc quò ad reformationem.

45 † In nouatione autem ubi non fieret, concurreret duplex actio: scilicet ex primo & secundo contractu, ut no. in dicta lege qui usumfru. ubi gl. & in leg. qui bis idem. & in dicta lege si diuortio. & in di. leg. scire debemus. in prin. ff. de uer. ob. & no. in lege secunda. ff. de noua. & in lege singularia. ff. si cer. pe. & in dicto §. præterea. Insti. quibus. modis tol. obl. quod non caret emulumento: quia interest nostra habere plures actiones, iuxta lege qui duos. ff. de lib. leg & ea quæ habentur in lege si actor. & in le. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiurando. & ideo ex pacto continente idem quod ius commune, noua dari potest actio: ut per Bart. in lege non impossibile. ubi alij. ff. de pac. licet Bar. in leg. sicuti. §. fi. ff. si serui. uend. dicat illud non ualere.

Et istæ duæ actiones orientur, nisi sequens pactum, uel obligatio ex interuallo sint nuda: quia pactum nudum ex interuallo appositum non nouat præcedentem obligationem, nec est potens ad agendum, ut dixit Bal. in d.le. rescriptum. §. si pacto. ff. de pac. cum quo transit Alex. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ubi alij. ff. de noua. in addi. & in dicto consilio decimotertio. uersicu. secundo respon. 2. uol. per l. si ex pretio. C. si cer. pet. ubi Bar. quòd qualiter sit intelligendum, dixi supra proxi.

Et declarando Bar. in leg. pecuniam. in fi. commen. ff. si cer. pet.

Et hoc quòd pactum nudum non sit potẽs ad agendum, nec ad nouandum, recipit plures limi. ut per Cano. & Feli. in capitulo primo. de pac. & per domi. Bapti. de sancto Seue. in trac. de pactis. penul. q.

46 Item est utilitas propter fideiussores datos: † quia si recessum est a primo contractu, fideiussores prius dati liberantur l. si cum Hermes. C. loc. & l. nouatione. ff. de noua. no. Bar. in l. pe. ff. de præt. stip. in fi. com. de quo etiam per Bal. in d.l. pacta nouissima. pe. & ul. colum. facit: quia fideiussores dati ad tempus liberantur prorogato termino solutioni uel obligationi præfixo, secus si sint simpliciter dati secundum Bal. Ang. Alex. & Mod in l. si unus. §. j. ff. de pac. & Bar. in l. Lucius. la 2. §. Paulus. ubi hoc limitat. ff. de fideiuss. & cano. in c. constitutis. eod. titu.

Item est utilitas secundum Alb. de Ro. Alb. Ange. Pau. de Ca. & Alex. in dicto §. adeo. cum concor. ibi alle. ut sciamus, ex quo contractu soluatur gabella, quod potest prodesse: quia si augeatur pretium ex secundo contractu, maior soluetur gabella, & econtra si minuatur, minor soluetur, quod secundum Bal. in d. l. pacta conuenta. quam legit post d. §. adeo. & Fulg. ac Alex. in d. §. adeo. procedit, quando incontinenti reformatus fuit primus contractus, quasi tunc non habuerit esse l. non ad ea. ff. de condi. & demon. non si ex interuallo: quia uterque contractus habuit proprium & uerum esse, ex utroque soluetur gabella, quamuis primus tollatur, seu nouetur: licèt enim tolli possit quo ad contrahentes, tamen quò ad ius fisci & tertij tolli non potest, ut declarat Pau. de Ca. in d. §. adeo. & supra dixi, ut uult Bal. in l. si constante. C. de donatio. ante nup.

47 Item est utilitas † si secundo contractui dominus directus non consensisset, & esset contractus uenditionis, uel alienationis prohibitæ fieri per emphyteutam sine domini consensu: quia tunc caderet res in commissum secundum Alb. in dicto §. adeo. quod (ut dictum fuit) est intelligendum, nisi statim reformatus fuisset contractus, & dominus consensisset reformationi, & quomodo dicatur, statim dixi supra post no. per Bar. in l. si bonæfidei. C. de pac. & Alex. in d. §. adeo. & Dec. in d.l. lecta. ff. si cer. peta.

Item potest esse utilitas circa reformationem, an primo contractui sit ex toto derogatum, an uerò sit reformatus taliter, quòd insit secundo contractui: quia primo casu clausulæ existentes in primo instrumentto non intelligentur repetitæ in secundo, aliàs secus, ut pulchre & subtiliter examinat Fran. de Are. in consilio uigesimoprimo. in c. si diligenter. ubi post Bar. in d. §. adeo. examinat, an & quando primus contractus uideatur inesse in reformato, de quo dixi supra, & no. Bal. in d.l. pacta nouissima. ultima col. ubi dicit inter cętera, ꝙ diuersitas qualitatis superaddita respicit totum contractum, & illum ex toto diuersificat l. j. §. cum adijcit. &

Source : BIU Cujas

quod notatur in §. ſi ſtipulanti. per Bar. ff. de uerbo. obliga. ſubdens quòd augmẽtum,uel diminutio partis reſpicit tantum partem,quod eſt contra d.§.adeo. & l. pacta conuenta. ff.de contrahen. emp. niſi quando ſecundus contractus ita concipitur,quòd primus & ineſt,ut per Barto.in d.§.adeo.& Areti.in loco prælegato, & ſupra dixi in prin. huius materię:prædicta tamen ſunt declaranda iuxta ea,quæ dixit Bart. in l.aliam.ff de noua.in fin.

Alias utilitates , an dicatur una diſpoſitio , uel plures, ponunt Bar.& Doc.in d.le.ſcire debemus.in prin. ff. de uerb. oblig.ad quorum dicta me remitto iunctis utilitatibus,quæ plene tanguntur per diſcurſum titulorum in materia nouationis.

Et eſt pro intelligentia prædicto rum ſciendum,quòd Bal.& Doc.in d.§.adeo.ubi etiam Ale.
48 †faciunt differentiam inter reformare & renouare contractum per tex.in d.§.adeo.dicentes,quòd reformatio non dicitur niſi eodem ſeu priore manente contractu,taliter quòd primus inſit ſecundo: renouatio autem ſecundum eos dicitur,ſi prior contractus nouetur,& ex toto tollatur per ſecundum : nam ſecundum ueritatem dicendum uidetur , quòd reformatio fit,ubicunque factum ſub una forma,fit ſub alia: & tunc poteſt prior obligatio ex uoluntate partium durare, ut dixi in principio huius materiæ , uerſ Item prædicta intelligi debent &c. uel prior perimi & alia ſubrogari , & primo caſu dicitur reformatio ex eo: quia noua forma datur.ſimile patet in l. uectigalia. in prin. cum gl. ff. de publi.ubi uectigal dicitur reformari , quando ſolita præſtatio mutatur. ſimile patet in l.interloquutio.C.de infa.ubi ex mutatione morum in homine dicitur reformatio. ad idem facit cap.qualiter & quando. el j. de accuſa.ubi eccleſia dicitur in capite & membr. reformari abſque eo , quòd ipſa eccleſia ſeu ſubiectum mutetur , ſic & in cap. tuam.de ęta.& quâ.ubi ſtatus monaſterij mutatur manente monaſterio in regula.

Secundo caſu quando primus contractus non ineſt ſecundo : quia primus perit , & alius ſubrogatur : tunc bene dicitur nouatio,ſeu renouatio, & hoc ſecundo caſu arbitror:largo ſumpto uocabulo & forſitan non improprie : quia noua forma dat nouum eſſe, ut dixi in prin. huius materiæ , & latius alibi dicam Deo dante , poſſe dici , quòd renouatum etiam dicatur reformatum,ita quòd terminus reformare ſit generalis : ut patet in l.prima.C.ſi de mo.poſſ.fue.ap.cum gl. ubi dicitur de poſſeſſione per iudicem reformanda,& gl.ex-
49 ponit † confirmando poſſeſſionem , quam quis habet , uel illam auferendo habenti , & ſic nouiter alteri dando , idem patet in l.abſentem.in fi. cum gl. C. de accuſ. ubi iudex inferior ſententiam inferioris nullam declarando ſeu caſſando dicitur reformare , no.Bal.in l.prima.§.ubi autem.in fi.commen. C. de cad. tol.dicens quòd ſententia quando caſſatur, dicitur reformari : & quòd reformari aliquid dicatur, quando pro parte remanet & pro parte tollitur , mutatur , uel emendatur , eſt tex.cum gl.in uerbo,reformandum, in capi. ſtatutum.in prin.de reſcri.in 6.& pro tanto dicendum puto, quòd ſi reformatio capiatur pro obiecto contrario ad renouationem , procedat diſtinctio prædicta , ſeu differentia, aliàs non , prout in ſimili dicimus in adoptione & arrogatione per tex. not. in propoſito in l. prima. cum gloſſ. ff. de adopt.& prout dicimus in agnatione & cognatione. §. ſunt autem.Inſti.de leg.agna.tutel.cum glo.& l. ſunt autem. cum gl. ff. eodem titulo per prædicta patet . & per tex.in dicto §. adeo.quòd non eſt tuta deciſio Ro.& ſequaciũ in d. l.uectigalia . quòd habentes poteſtatem reformandi ſtatuta non poſſunt illis addere , uel minuere : quia hoc credo uerum extra materiam tactam a ſtatuto , puta ſi ſtatutum nihil dicat de furtis , & iſti uelint diſponere , quòd fures uſque ad certam ſummam fuſtigentur.

Sed ſi uelint mitigare ſummam a ſtatuto præfixam,uſque ad quam fur poteſt ſuſpendi,uel illam augere, aut minuere, credo quòd poſſent , quando talis facultas fuiſſet apud dantes ipſis poteſtatem.

50 Poſtremò prędicta cõcluſio † quòd ex augmento ſuperaddito inducatur noua diſpoſitio , procedit etiam in ultimis uoluntatibus , ſi ex alia diſpoſitione fiat augmentum : ut quia cum legaſſem 10.legem quindecim in cluſis dictis 10.quia tunc erit primum legatum nouatum & reformatum ſecundum Bar. in l.cum centum. ff. de adi. leg. ubi dicit,hoc uerum, quando expreſſe appareat, quòd teſtator uoluerit primam ſummam in poſteriorem includi.

In dubio autem , ſiue ex eadem ſcriptura , ſiue ex interuallo & in diuerſa ſcriptura reperiantur talia legata facta, cenſebuntur duæ ſummæ , ut ibi per eum . aliud eſt ſecundum Alexan.in l.plane.§. ſi eadem. ſecunda colum.ff.de leg. j. ſi alicui legetur pars fundi , & demum totus fundus : quia in ſecundo legato comprehenditur pars fundi primo legata , etiam in dubio,quamuis in ſummis in dubio cenſeantur diuerſæ ſummæ. Ratio de ſe patet:quia in legato fundi appa ret de identitate , quòd pars,quæ fuit primò legata,ſit eadẽ, quæ in ſecundo legato continetur, nõ ſic in ſummis: & hoc eſt de mente gl.Bar.& Doc.in l.Męuius §. eum. ff. de lega.2. circa quam materiam ad ibi notata me remitto : ubi patet, quid iuris, ſi in ſecundo legato minus quàm in primo conti neatur , de quo in l.tertia. §. cum Titio.ff.de adi.leg.per Bar. & Doc.in l.triticum.ff.de uer. obli. & late per Alex. conſilio quarto.inci. circa primum.prima & ſecunda columna j.uol. & pro prædictis facit , quod dixit Bal.in l.j.in 2.& 15. q.C.de his quæ pę.no.ubi uult,quòd in ultimis uoluntatibus fiat no uatio formalis , quando teſtator mutauit ſubſtantiam præambulæ diſpoſitionis.

Item materialis , ſi mutauit rem uel quantitatem . Item
51 temporalis : ut no. in l. talis ſcriptura.de dona. † nam ex his in ultimis uoluntatibus fit nouatio , & ſecundam Bal. ibi in ſecunda q. facilius fit nouatio in ultimis uoluntatibus : quia ſi legem centum : & caſu quo intra certum tempus non detur,legem fundum:lapſo tempore fit transfuſio legati in pœnam l. 1.§.item ſi ita.ff.ad l.Fal.cum ibi notatis l.j.cum ibi notatis ff.de penu legat.Et hoc ubi augmentum fit nulla perſona interpoſita,quòd ſi plus uel minus legetur interpoſita aliqua perſona eſt materia l.cum q.C.de leg.& l.ſi alij.ff. de uſufru.leg.& in l.quid ergo.la 1 in prin.ff.de leg.j.& l.tranſlatio. & per totum cum concor.ff.de adi.leg. ubi patet, an & quomodo interuentus nouæ perſonæ in ultimis uoluntatibus inducat ademptionem uel tranſlationem , & eſt regulare, quòd per adiectionem nouæ perſonæ inducatur noua diſpoſitio, ut per Angelus Imo. & communiter Docto. in lege ſcire debemus.in prin.ubi Alexand.in ult.no.ff.de uerbo. obli.

Si autem in accidentalibus fiat additio : ut quia relicto ſimpliciter addatur conditio , ſine dubio fit reformatio , ac nouatio , & primum legatum annullatur , ſi fiat ex interuallo d.l.cum centum.& idem econtra ut ibi . & l.tertia.§.conditio.ff.de adi.leg.quę loquitur in ademptione conditionis, & hoc eſt quod dixit Bald. in l.iuriſgentiũ.§.quinimo.octaua colum.uer.iuxta prædicta.ff.de pactis. quòd in ultimis uoluntatibus facilius fit nouatio cum dependeant a uoluntate unius,quàm in contractibus , quod etiam dixit Bal. in d.l.1. in 2.& 15.q.C.de his quæ pę.nomine.de quo etiam in propoſito conditionis adiectæ.uel ademptæ per Bar.& alios in l.pecuniam.ff.ſi cer.peta.& per Barto. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demon.ubi tradunt differentiam
52 inter contractus & ultimas uoluntates † dicentes quòd in ultimis uoluntatibus adiectio conditionis regulariter facit puram diſpoſitionem conditionalem , & in contractibus illam ſub conditione reſoluit, quod qualiter ſit intelligendũ in contractibus dixi ſupra . eod. poſt dominum præcepto. meum,& Doct. in le.lecta . ff. ſi certum pet.de quo habetur per gl. & Barto. in lege ſecunda . ff. de in di. addic. per Bar. in leg.obligationum ferè . §. conditio . ff. de actio. & oblig. per Nellum in tracta. banni. in 79. quæſtio. tertia. partis ſecundi temporis. & in prima.quæſtio.primæ partis tertij temporis , ubi patet quid in iudicijs & diſpoſitione l. aut ſtatuti , & ſecundum prædicta eſt intelligenda gl. in le.pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. dum æquiparat quòd ad nouationem , ſeu renouationem contractus & ultimas uoluntates,ut etiam ibi declarat Fulgo.

Et tamen aduertendum , quòd ſi conditio adijciatur in eadem ſcriptura, licet ex interuallo : ut quia relictum pure ſtatim uel diuertendo ad alia demum ſub conditione relinquam , non cenſebitur inducta nouatio , ſeu reformatio, niſi ſecundum relictum fiat ſub commemoratione primi. puta . decem , quæ primò reliqui pure , relinquo ſub conditione , & eo modo quo non fit ſecundum ſub commemoratione primi , erit duplex legatum eiuſdem rei : quia poterit peti uel ex conditionali diſpoſitione l. non ad ea.ff.de condi. & demon. & quæ ſit utilitas in tali electione, declaratur ibi per gloſſ. & ſcribentes, & alias utilitates , quòd ſit una diſpoſitio uel plures , dixi ſupra , & not. per Bar. & alios in lege ſcire debemus . in prin. ff. de uerborum . oblig.

53 Et quòd † ultima contraria derogent prioribus non tantum in ultimis uoluntatibus : ſcilicet quatenus & inquantum prioribus contrariantur , iuxta legem in legatis. cum ibi notatis . ff. de leg. primo . ſed etiam in quibuſcunque alijs diſpoſitionibus , traduntur late exempla per ambos præceptores meos do. Iaſo. & Lancellotum in dicta lege pacta nouiſſima . C. de pactis, quæ non tranſcribo.

An

Source : BIU Cujas

An autem augmentum,uel adiectio pœnæ, uel prouisionis hominis tollat pœnam,utl prouisionem legis,notant Cy. & Moderni in l.2.C.de iure emph. ubi Bal. in proposito formar pulchram quæstionem, de qua dicam in sequenti conclusione circa secundam col. & in uer.seq.

Quid autem operetur dispositio de eadem re sæpius facta uel a iure, uel ab homine dicetur in seq. conclu. prin. uidelicet in 4.

Postremò est aduertendum, quòd quandoque augmentum, uel adiectio fit in eodem contractu uno contextu & per alteram partem.

Et ut si locem pro quinque & tu promittas 10.uel si stipuler quinque, & tu promittas 10, uel si stipuler Stichum, tu promittas Stichum & Pamphylum, aut Stichum uel Pamphylũ,& non est proprie augmentum,nec materia augmenti,& est distinguendum ut per Bar.in l.j.§. fi.in d.l.j.§.si stipulanti. & l.si tibi.10.loca.

Quinta subalterna Fieri potest conclusio ad hanc tertiam
54 principalem † quòd ex secũda dispositione continente quid omnino diuersum a prima uere uel præsumptiue, prima nõ tollatur,uel nouetur, & dicitur omnino diuersum, quando non est de tantundem pluri,uel minori l.fundum Cornelianum.ff.de noua.Barto.in l.pen.ff.de præto.stip.cum concor. quod procedit in dubio: scilicet quando nõ apparet, quòd prima dispositio & res in secundam transfundatur, per ibi nota.& in l.cum centum.& in l.prima.§. cum Titio.ff.de adimen.leg.& ad hoc faciunt nota.in l.planè. §. si eadem. ff. de leg.primo. cum concor.supra in præceden. subalterna conclusione allegatis in ultima columna dum tangitur,an legatum consimilis summæ sæpius factum censeatur de eadem uel diuersa summa factum.

An autem ex adiectione pœnæ præcedens obligatio nouetur, tradit Bar.in d.l.pe. ff. de præto. stip. & in l.ita stipulatus.ubi plene scribentes.ff.de uer.obl. cum concordan. allegatis in præceden.membro, uersi. & quia dixi. & pro complemento huius uersi.uideatur quod dixi in præcedenti subalterna conclusione in fi.ibi,an autem &c.ubi tetigi,an augmentum,uel adiectio pœnæ.uel prouisionis hominis tollat pœnam,uel prouisionem legis.

SVMMARIVM.

1 *Nihil additum tale facit desinere rem esse talem.Et quas habeat limitationes.a nu. 13. usque ad fi.*
Identitas rei & formæ facit,ut quid sit idem in substantia. Et quid si augeatur,ubi ponuntur multa exempla.
Crusta ex aliena terra fundo addita non facit diuersam terram.
2 *Ciuitati superadditum ultra mœnia antiqua dicitur eadem ciuitas.*
Augmentum substantiæ & diminutio, quæ formam non tollunt, nec immutant,non faciunt rem differre specie.
3 *Pœna aucta an sit eiusdem delicti pœna.*
Expressio eius quod tacite inest si difformiter exprimatur,operatur: secus si uniformiter 13.
4 *Forma noua non dicitur,quando in hominis cõmissione exprimitur id,quod de iure communi inest.*
5 *Dispositio de eadem re sepius facta habetur pro dispositione unica, ita ut sequens non nouet præcedentem.*
6 *Geminationis & reiterationis actuum materia tam in iudicijs & contractibus,quàm ultimis uoluntatibus tractatur.*
Terminus a iudice assignatus censetur legalis.
7 *Ius canonicum disponens si nihil addit iuri ciuili, dicitur ciuilis iuris recitatio.Et idem de iure prætorio & statutis.*
Statutum iuri ciuili conforme an censeatur sublatum sublato iure communi.
Legatum an ualeat,si legetur illud,quod ex statuto debetur.
8 *Fideiussores secundò dans an uideatur primos liberare.*
Furtum nouum fit interuentu noui domini: & ex noua contrectatione.
9 *Pœnæ augmentum ex prouisione hominis factum non tollit prouisionem legis.*
Prouisio hominis an tollat prouisionem legis remissiue.
10 *Fideiussores an liberentur prorogatione termini.*
Termini appositio formam non tollit.
Termini prorogatio nunquid inducat nouationem.
11 *Officium prorogatum utrum dicatur nouum officium.*
Feudum ueniens ex causa ueteri non dicitur nouum.
12 *Concessio noua non dicitur,licèt canon augeatur.*
13 *Prohibitus facere quando non uideatur prohibitus reficere.*
Obligationes duæ oriuntur,si super eodem facto ex interuallo conceptæ sunt duæ contrahendi formulæ.
14 *Iurisdictio ordinaria & delegata concurrunt principe rescribente ordinario illud idem,quod ius commune.*
15 *Reiteratum non dicitur idem ratione alicuius extrinsecæ qualitatis, uel potentiæ.*
Geminationis effectus cumulate.
16 *Pactum nudum repetitum parit actionem.*
17 *Identitas rei & formæ non facit, ut quid sit idem in substantia, quando sunt diuersi modi agendi.*
Pactum continens illud idem quod ius commune ualet & operatur effectum in modo agendi.
18 *Disponentes si appareat aliquo modo uoluisse per secundam à prima dispositione recedere ad quid prosit.*
19 *Adiectio fideiussoris plus promittentis uitiat.*

Conclusio quarta principalis.

QVarta conclusio princi-
1 palis fit.Quod † nihil additũ tale facit desinere rem esse talem, quòd identitas rei & formæ facit, ut quid sit idem in substantia licet secundùm Philosophum additum tale faciat esse magis tale:& de his patet exemplum in naturalibus incrementis, ut in homine, qui ab infantia augetur & crescit & semper remanet idem homo, licet fiat maior l.proponebatur.in fi.ff.de iudi.Idem in populo,grege & similibus d. l.proponebatur.Idem in arbore & cucurbita,nisi quando arbor ita tenera est,ut loco herbæ sit l.certe.ff.arbo.fur.cæs.cũ l.præcedenti.Idem patet in aquis & fluminibus l.quominus ff.de flumi.ubi ex uno flumine non nauigabili fit aliud nauigabile, ut uidemus in pado & tanagro, qui in partibus istis sumunt principium, & ex superuenientia aquarum sumunt augmentum, & fiunt nauigabilia proprio nomine retento & subiecto nõ mutato uel essentia aut substantia, quousque intrant maiorem aquam. Et dicuntur semper idem fiumen non obstante augmento ex maiori inundatione superueniẽte,& est effectus secundum Bal.in 2.18.colu.uersic.sed nunquid possessio.C de confes. quia per maiorem mundationẽ non amittitur rem possessio aquæ sicut territorij: quia nihil additum tale facit desinere rem esse talem, per quam rationem patet, quòd pariter non desino possidere terram, si ei crusta superaddatur, & applicetur secundùm Bal. ibidem.

2 Idem patet in † adiectione facta hominis ministerio præter naturam, ut in collegio aucto, uel si in ciuitatem istam Asten.uenerint plures exteri ad habitandum:quia dicitur eadem ciuitas d.l.proponebatur.& l.sicut.§.fi.ff.quod cuiusque uni.no.& patet in ciuitate ampliata, quæ ultra muros ueteres habet muros nouos maioris capacitatis, uel in uilla ampliata fossis uel palengatis,prout est uilla noua nostri domini Astensis: quia illud superadditum dicitur eadem ciuitas uel uilla,& omne quod comprehenditur intra illud augmẽtum nouorum mœnium uel fossatorũ dicitur ciuitas Asten. & uilla noua re & iuris effectu:non autem quòd comprehẽditur intra mœnia antiqua solummodo, ut per Bar.in l.2.ff. de uerb. signi. cum concor. & idem patet ex no. per Inn. & Docto.in cap.j.de conse.ecclesiæ uel alta.dum uolunt,quòd si augmentum factum altari non sit tale, aut tantum, quod mutet eius formam,non pereat,nec tollatur consecratio,ita quòd sit facienda conclusio, quòd augmenta substantiæ & diminutiones,quæ formam non tollunt, nec immutant,nõ faciant rem differre specie,ut dixi in præceden.conclusione quod quantum ad diminutionem maxime procedit, si maior pars remaneat per no.in d.c.j. dum dicunt,si maior pars
3 mensæ remaneat &c. † facit quod dicimus de pœna aucta, ut sit pœna eiusdem delicti distinguendo ut per Bar.& Imo. in l.2.ff.de publi.iud.& per Bar.& Doc.in l.j.ff.de in lit.iur.iuxta illum tex. quod prodest propter fideiussores datos, an teneantur ad pœnam auctam, uel si adsit unum statutum, ꝙ per negationem pœna augeatur,& aliud ꝙ nisi quis soluerit pœnam intra decem dies alicuius delicti, amputetur ei manus,an si soluta sit pœna principalis, & non pœna augmentata,liberetur a pœna manus,de quo ibi per Doctores.

Pro hac conclusione facit, quod dicimus de expressione eius, quod tacite inest, ut si uniformiter exprimatur, nihil operetur: secus si difformiter lege tertia cum ibi notatis per Bar. & Docto.ff. de leg.j iunctis his quæ dixit Panor. in capitulo cum dilecta. penul. colum. de rescrip. post Inno .in capitu.prudentiam. de off.deleg.& Panor. in cap. causam quæ. cum concor. ibi per dominum Feli.allegatis in 4.colum.de re iudi.ubi dicunt, quòd quando in commissione hominis, quæ fit etiam non ordinario,
4 exprimitur id,quod de iure communi inest † non dicitur noua forma, nec si tunc commissio fiat ordinario, dicitur alterari iurisdictio taliter, quòd de ordinario necessario fiat delegatus,licet bene uerum sit, ꝙ si commissio fiat ordinario, accumuletur iurisdictio delegata ordinariæ, ita ꝙ possit ex

Source : BIU Cujas

qua malit procedere ſecundum communem ſententiam tra ditam in c.cum ex officij . ubi late moderni de præſcrip. de qua materia late traditur in c.licet . de offi.or.& in l.& ſi præ tor.ff de offi.eius cui man. eſt iuriſ. Et late p Alber Bal.Ang. Fulg.Pau.de Caſt.& Modernos in l.ius ciuile. ff.de iuſti.& iure.& quis effectus differentiæ inſurgat, an quis ſit, uel procedat ut delegatus,an ut ordinarius,traditur in d.capitulo licet . & in d.l.ius ciuile.ubi late. D.præceptor meus do. Iaſ.& dixi in præcedenti concluſione principali. in quarta ſubalterna.2.col.

Pro hac concluſione etiam facit :

quia diſpoſitio de eadem re ſæpius facta habetur pro unica
5 diſpoſitione † ita ut ſequens non nouet præcedentem,ut patet in contractibus in l. qui bis idem. & in l. ſcire debemus. in princi.ff.de uerb.obl.cum concor.& in ultimis uoluntatibus in l. planè §. j.ff.de lega.j.& in l.cum q.§.fi. C. eo. & in l. Męuius.§.eum qui.& ibi no. ff.de lega.ſecundo.& in l.quinquaginta. ff. de probatio . & in l. cum centum.ff.de adi.leg. cum ibi notatis.& ſi ſimilis ſumma pluries promittatur, puta ſi quis ſæpe promittat 10.uel leget, an intelligatur de eadem ſumma,uel re, notatur in d.l.ſcire debemus.in princ.& in d.l.planè.§.primo. & in d.l. cum centum.& in d.l Męuius. §.eũ qui cũ concor. & ſi quis ſæpius idem in iudicio petat, non dicitur cumulatio actionum , ſed reiteratio, ſeu geminatio,quæ non poteſt fieri ſecundum Bal. in l.edita.in 14.co lum.uerſi.nunc ad materiam.C. de edendo.

Quid autem ſit in ſæpius appellante, traditur in l.ſi quis li bellos.C.de appella. & quid in ſæpe interpellante in l.mora. ff. de uſur. & de his & alijs eſſet dicendum in materia geminationis & reiterationis,& multa ponuntur per Bar. Alexa. & Modernos in l.cum procurator.§.j.ff. de ope.no. nun.ubi de prædictis de ſæpe nuntiante & de multis alijs an per ſecũdum actum conſimilem uideatur a primo receſſum: & ad prædicta cõferunt no.per Bart.in l.ita ſcriptum . la 2. in prin. ff.de hære. inſti.per illum tex.qui uult,quòd ex duabus diſpo ſitionibus per teſtatorem circa idem factis plenior ſit ſeruã-
6 da, ex quo inſert † ad plura mandata facta ab eodem & ad plura arbitria eiſdem ſæpius conceſſa,ut pleniora ſint attendenda , & plenioribus ſit utendum , niſi conſtet de animo corrigendi : & idem dicit de pluribus ſtatutis circa idem factis , de quo dicam in libro de legibus , conſtitutionibus & ſtatutis, loco ſuo : & terminus iuris aſſignatus a iudice nihilominus cenſetur legalis, & ubi eſt differentia inter diſpoſitionem legis & iudicis , ut in purgatione moræ habetur pro legali , ut per Bar. & do. meum Iaſ. in lege ſi arrogator. in fi.com. ff. de adop. & Alex. poſt alios in lege tertia . ff. de leg.primo.ubi tradunt,quid in arbitro talem terminum aſſi gnante.

Pro prædicta concluſione etiam

facit, quod dicunt Bal.& Pau.de Caſt. in d.l.ius ciuile. de iu ſti. & iure. quòd ſi ſtatutum diſponat illud idem quod ius commune,nihil addendo,minuendo,uel immutando,dicetur ius commune & non municipale & erit large & ſtricte interpretandum ſecundum quòd in ea materia ius commune interpretari debet , quamuis regulariter ſtatuta ſint ſtricte interpretanda: quod etiam confert ad actionem,ut ſciamus ex qua actione agendum ſit: uel inducta a iure commu ni uel ex lege , ut dixi in præceden.concluſione.

Sic & ius prætorium ubi nihil addit uel detrahit iuri ciuili dicitur uiua uox iuris ciuilis. Et iuris ciuilis recitatio l. ius autem ciuile.§.j.cum l.ſeq.ff.de iuſti.& iure. & habetur in §. quos autem. Inſti. de bono. poſ. quod eſt intelligendum ſecundum quid,ut dicam.infra in quinta limitatione.

7 † Idem eſt de iure canonico diſponente illud idem quod ius ciuile,iuxta glo.& no.in c.conſultationi.de temp.or.que materia late examinatur per Bar.in l.j.in prin.ff. ad l. Fal. ubi Bar.aliter tenuit, de quo per Io.An. & cano.in c.j.de conſti. in 6.& per cano.in cap. 1.de reſcri.ubi do. Feli. tenet contra Bar.ubi ſupra ſequendo hanc opinionem & bene cum 12.limi.notat Mateſi.in notabili ſuo 83.inci. no. quòd Bar.Fran. de Are. in conſilio 20. incip. in quæſtione.penul. columna quod facit , ut ſciamus, an ſublato iure communi cenſeatur ſublatum ſtatutum illi conforme: ut in d. cap.j. de conſti.& de reſcrip.

Quid autem de pacto continente illud idem quod ius cõ mune, no.Bar.in d l.prima.in prin.& in l.ſicuti.§.fi.ff.ſi ſerui. uen.& in l.non impoſſibile.ubi alij.ff.de pac.ubi prima facie uidetur eſſe contrarius & dicam infra in 5. limi. Et ſi ſtatutum imponat eandem pœnam,quam ius commune, an aliquid operetur,no.Bal.in l.prima.ff.de infa.& dependet a præ dictis Et de conſuetudine ſeu obſeruantia eius quod ius cõmune diſponit,ut non dicatur in dubio conſuetudo, no.Feli.in capitulo primo. in fi. commen. de reſcrip. & Imo. ante eum in d.l.prima. in prin.ff. ad leg.Fal. limitando ut per eos. Et de prædictis etiam tangit do. Iaſ.in l.ſi donaturus.in prin. ff. de condi. ob cau.ubi etiam dicit de pacto continente idē quod ius commune, ubi declarat,quando poſſit aliquid ultra ius commune operari , ex quo limitatio ad hanc materiam elici poteſt.

Quid autem ſi legetur illud, quod ex ſtatuto debetur, an ualeat legatum. Ange. & Doc. ibi communiter ſcribentes poſt eum in l. ſi creditori.ff. de lega.j. tenent quòd ſic,quando eſt ſtatutum Marchionis, uel Comitis, quod non dicitur commune: quia incipit deberi ex noua prouiſione & cenſura,ſecus ſi eſſet debitum ex iure communi : quia legatum rei aliàs debitæ quando nullam affert utilitatem , non ualet , eſto quòd interſit noſtra plures habere actiones d.l.ſi creditori . cum ibi notatis . & propterea pro tali legato non debet ſolui gabella ſoluenda uigore ſtatuti pro legatis per no.per Bal.& Ang.in l.ſi ſeruo.per illum tex.ff. de here.Inſti. & per Bar. in l. prima . per illum tex. C. de impo. luc. deſcri. libro 10.

8 **Pro prædicta** † concluſione etiam facit quod dixit Bar.in l.Valerianus ul.colum. ff. de fideiuſ.& Bal.in l.reſcripto. §. ſi pacto.ult colum.ff.de pactis,de eo qui dedit fideiuſſores , ut alios dando non uideatur primos liberare : nam nihil additum tale facit deſinere rem eſſe talem , quòd facit ad illum , qui reſpondit inquiſitioni & dedit fideiuſſores, & demum iterato reſpondit , & dedit alios fideiuſſores , an primi uideantur liberari declarando ut ibi per Bar. & per Pau. de Ca.in lege quarta.§.ſi ex conuentione.cum concor. ff. de re iud.An autem interuentu nouæ perſonæ prior obligatio nouetur per ſecundam tantundem,ſeu idem continentem, ultra prædicta late tradi tur in l.ſingularia. ff. ſi cer.peta. & per Bar. in l.prædia.j.colu. ff.de act.emp.& late per Alex.conſilio decimo.incip.uiſis di ſpoſitionibus,ſecundò uolu.

Et an per adiectionem tertij dicatur nouum compromiſſum . Bar. in l. ſi dominum. ff. de furtis. ubi declarat quis effectus inſurgat , ſi ſit nouum , dicens quòd poterunt procedere aliter quam procedere cœpiſſent: puta ſi primò de iure procedere cęperunt , & hoc ibi tangit Bart. per illum textum. dum uult , quòd interuentu noui domini & ex noua contrectatione nouum furtum & noua naſcatur actio.

Facit ad prædicta quod dixit Bal.in lege ſecunda.C.de iu-
9 re emphy. quòd † augmentatio , ſeu adiectio pœnæ facta ex prouiſione hominis non tollit prouiſionem legis:ut quia ſtatutum diſponat , quòd niſi quis intra certum tempus ſol uat,ponatur in carcerem.

Et ſit factum pactum inter contrahentes: quòd ſi non fiat intra tempus ſolutio,pars debitrix teneatur ad duplum:nam non eo minus ceſſabit prouiſio ſtatuti , quòd poſſit debitor incarcerari : quia illud uenit augmentatiue.ſecus dicit Bal.ſi ueniret detractiue,ſeu diminutiue, aut aduerſatiue l.paciſci. ff.de pactis.de qua materia an prouiſio hominis tollat proui ſionem l. tradit pulchre Cy. in d.l.2.& ibi late. d. præceptor meus do. Iaſ. in 92. q.in 123. colum. ſecundùm primam impreſſionem.

Facit etiam quod dicimus

de prorogatiõe ter
10 mini,ut non † liberet fideiuſſores ſimpliciter datos.

Secus ſit in fideiuſſoribus ad tempus datis ſecundum Bal. Ang. Alexan. & modernos in l. ſi unus.§.primo ff de pactis. & Bar limitantem in l.Lucius.la ſecunda . § Paulus ff. de fideiuſ.& Cano. in capitulo cõſtitutus.de fideiuſ.facit l ſi cum Hermes C.loca.& l.item quæritur.§ qui impleto. ff.eo.& di xit Bal in lege prima.in decima quæſt C. de his quæ pœ no. quòd prorogatio termini præfixi in diſpoſitione pęnali pro rogat pœnam,non autem tollit,uel abſorbet. & dixit Bal.in l.Labeo.§.j.ff. de arbi. quòd per appoſitionem termini non uidetur receſſum a forma l. generali . An autem & quando prorogatio inducat nouationem & intelligatur facta cum repetitione qualitatum præcedentium, traditur in l. lecta. ubi latiſſime do. præceptor meus do. Iaſ.ff.ſi cer. pet. ad cuius ſcripta me remitto , necnon ad ea quæ dixit Feli.in c.j.ſecunda & tertia col.de iureiur.ubi late tangit, an prorogatio termini facta illi qui tenetur ſoluere infra certũ tempus ſub pęna excommunicationis,aut ſub uinculo iuramenti,faciat a iuramento recedi, uel ab excommunicatione , an uero intelligatur facta cum ſuis qualitatibus.

Circa quod eſt aduertendum ad id,quod no. Bar.& Doc. in l.non ſolum.§. ſed ut probari. ff. de ope. no. nun. dum dicunt,quòd tempus & locus quandoque faciunt rem differre ſpecie. Et dixi in præceden. concluſione, quia non loquuntur in materia prorogationis.

Item

Source : BIU Cujas

11 Item est aduertendum † ad id, quod dixit Bal. in l. si constante. C. de dona. ante nup. dum dixit, quòd officium prorogatum dicitur nouum officium, quòd est intelligẽdum iuxta no. per Bar. & Doc. in l. dies cautioni. in princ. ff. de dam. infec. ubi de hoc. & per Bal. in l. si a te. C. de pac. inter emp. & uen. & utrobique traditur materia, an prorogans dicatur nouare, seu nouam rem facere in quauis materia l. sed & si manente. quæ l. est in hac materia magistralis. ff. de preca. quam materiam ulterius non licet examinare, nec transcribere.

Facit ad prædicta, quòd dixit Bal. in capitulo primo. in fi. qui feu. da. pos. dum dicit, quòd illud non dicitur feudum nouum quod uenit ex causa ueteri, cum identitas rei & formæ faciat, ut quid sit idem in substantia, cum secus sit, ubi esset addita feudo noua forma, ut per Bal. in capitu. primo. §. insuper. in fi. commen. de prohi. alie feu. per Fe. iunctis his quæ dixit ipse Bal. in capitulo primo. pe. colu. in tit. an agna. uel fi. defun. uer. demum quærit. & in l. j. in 2. colum. ff. de re. diui. uult Alberi. de Ro. in dictionario in uerbo: nouum qui furatus est. Old. consi. 178. inci. quidam nobis. facit quod dixit Bal. in aut. defuncto. j. colum. C. ad Tertul. & glo. in cap. j. §. sciendum. de feu. cogni.

Et quod dixi in prin. huius conclu. post Philosophum, quòd additum tale facit rem esse magis talem. potest exemplificari in pariete albo, qui fit ex calce candidiore magis albus: & ex his patet, an addens dicatur uariare. puta testis, de quo dixi supra in præce. conclu. in 4. subalterna, uersic. idem in iudicijs. in fi. Et dixit Alex. consilio 80. inci. circa primum. pe. colum. primo. uolu. 12 † quòd licet augeatur canon, non dicitur noua concessio, nec recedi ab antiqua. facit glo. in cap. generali. in uerbo de nouo. ubi Gemi. in septima columna. de ele. in 6. & non dicitur nouum, quod fuit secundum Gemi. in capitulo primo ad fi. de excess. præla. declarando ut per Ang. Alex. & alios in prin. ff. noui. iunctis notatis in clem. secunda. de testi. dum ibi traditur, quæ dicantur noua capitula. iunctis etiam his quæ habentur in cap. secundo. de feu. dum ibi traditur, quòd infeudatio rei solitæ infeudari non dicitur nouum feudum, de quo etiam dixi in præced. conclusi. in quarta subalter. secunda columna iunctis notatis in capitulo cum accessissent. per do. Feli. in penul. columna. de consti. de quo etiam dicam in materia refectionis iunctis his quæ dixi in præced. conclu. in quarta subalterna, uersiculo secundo ad &c.

Prædicta conclusio limitatur, ut non procedat, ubi superadditum est diuersæ formæ uel ueterem formam immutat: quia uel facit rem differre specie: 13 † & non esse, nec censeri talem, qualis erat, uel remanente prima dispositione aliam addit. ita quòd dicantur duæ essentię. exemplum patet ex notatis. in dicto capitulo primo de consecra. ecc. uel alta. dum ibi dicitur per Inn. & Doc. quòd si augmentum factum altari sit tale, seu tantum, quod eius formam mutet, perit eius consecratio, de quo dixi supra ea. conclu. in prin.

Idem patet in eo, quòd ibidem subiunxi de expressione eius, quod tacite inest, si difformiter exprimatur: ut operetur, licet aliàs si uniformiter exprimatur, non operetur. facit ad hoc quod dicam in materia reiectionis, quòd prohibitus reficere, quando ueterem formam non immutat, aliàs sic. facit l. repeti. §. fi. ff. qui. mo. usufr. amit. Ad hoc facit, quod dixit Bar. in l. singularia. ff. si cer. peta. & Bal. in l. rescriptum. §. si pacto. ult. colum. ff. de pac. & Bar. in l. prædia. j. colum. ff. de actio. emp. quòd ubi super eodem facto conceptæ fuerunt ex interuallo duæ contrahendi formæ, oriuntur duæ obligationes: ut quia per stipulationem promittas mihi decem: quæ ex causa mutui antea debebas: nam prima obligatio nouatur: ut ibi. de qua materia latius dixi in præcedenti conclusio. in 4. subalterna. uer. idem in contractibus per totum.

Et hoc est, quod dixit Imo. in d. cap. cum ex officij. de præ 14 script. quod † quando princeps rescribit ordinario illud idẽ quod ius commune: ideo concurrunt iurisdictio ordinaria & delegata: quia super eodem facto ordinarius habet collatam iurisdictionem ex duplici dispositione & forma: unã scilicet a iure communi: & secundum iuris communis formam: aliam a principe & specialem ac in speciali forma tanquam ex dispositione diuersa a dispositione ordinaria & iuris communis: facit quod dicam in tertia limitatione in fi. & latius in 5.

Et ideo Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. dixit, quòd additio mutat subiectum, necnon diminutio: ubi augetur & minuitur effectus. Et ad hoc plura adduci possent: quæ adduxi in præcedenti conclusio. de re ampliata in substantia & in qualitatibus substantialibus: ut desinat esse eadem res: aliàs secus.

Et ibi, quid si promissum, uel legatum pure promittatur, uel legetur sub conditione. Et quid si incontinenti diuersifi cetur forma: & quid si ex interuallo.

15 **Secundò limitatur** † prædicta conclusio ratione alicuius extrinsecę qualitatis, uel potentiæ: ut in contractu metu inito: quia si cessante metu reiteretur contractus. prior metus purgatur, licèt dispositioni primæ nihil addatur in substantia, uel forma, aut circa naturalia contractus: uel aliter l. 2. C. quod metus causa.

Tertiò limitatur quò ad effectum, qui attribuitur geminationibus, quæ habent effectum maioris uehementiæ & plures alios effectus, secundum quos potest hæc cõclusio limitari iuxta no. in l. balista. ff. ad Treb. & late per Ro. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solu. mat. ubi cumulat effectus geminationis, quos etiam cumulauit do. Anto. Corse. in tractatu suo de geminatione, in ferto cum tractatu suo de regibus.

16 **Quarto limitatur** † in pacto nudo reiterato & repetito circa idem quãuis uniformiter: quia parit actionem de consti. pecunia secũdum Bal. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. Ang. in l. si certis annis. C. eod. tit. & in l. fi. C. ad l. Fal. Bal. in rub. C. de cõsti. pec. & Mates. in suo notabili 35. cum concor. & secundũm gl. Bar. Ang. & Doc. in l. legitima. ff. de pactis: quando debitum de iure communi promittitur per pactum nudum tale pactum producit actionem: quia uestitur legis auxilio: facit, quod dicam in seq. limi. in fi.

Quid autem in pacto continente idem quod ius commune, dixi supra eod. ubi est etiam limitatio.

17 **Quintò limitatur** prædicta conclusio: † ut non procedat, quando per secundam consimilem dispositionem saltem in executione est aliter, uel plenius prouisum ex natura rei: licèt secunda dispositio sit simpliciter concepta l. j. ff. de do. præle. §. j. & §. sed si uxori. Insti. de leg. cum gl. ubi legata dote debita ex cõtractu ualet legatum, quod aliàs non ualuisset, propterea quia ex sui natura plenius est legatum, quàm de dote actio: cum legatum sit statim præstandum, dos autem ex contractu præstatur, iuxta §. exactio. C. de rei uxo. actio. Et tunc admittitur concursus: quia interest nostra habere plures actiones l. qui duos. ff. de lib. leg. & quod habetur in l. si actor. ff. de iureiur. no. Bar. in d. l. prædia. j. col. ff. de actio. emp. Ita q̃ dici possit, quòd quando sunt diuersi modi agendi, prædicta cõclusio limitetur: quia identitas rei & formæ non facit censeri idẽ in substantia per ea quæ uidemus in iure prætorio disponente idem quod ius commune: quia competunt remedia prætoria: quæ sunt diuersa a remedijs iuris ciuilis iuxta. §. quos autem. Insti. de bo. pos. & notatur latissime in l. certũ. C. unde cog. & per Bar. in l. j. in prin. ff. ad l. Fal. cum concor. de quibus per do. Feli. in c. j. in pe. col. uer. limita. 11. in j. limitatione, de rescri. ubi infert ad statutum episcopi disponens illud idem quod ius commune, ut non censeatur ius commune propter diuersitatem: quæ introducitur ex persona statuentis & diuersam naturam remediorum & effectuum ac actionum. facit quod dixi supra in j. limitatione. uer. & hoc est.

Et proptera pactum continens illud idem quod ius commune ualet & operatur effectum in modo agendi: ut per Bart. in l. j. in prin. ff. ad l. Fal. per iura ibi per eum allegata cum concor. de quibus per do. præceptorem meum do. Ias. in l. si donaturus. in prin. ff. de condi. ob causam. iunctis his quæ dixi in præcedenti limitatione.

18 **Sextò limitatur** † prædicta conclusio, nisi ex cõceptione uerborum, uel mentis contrahentium appareat per secundam dispositionem primæ consimilem fuisse a prima recessum per no. Bar. in d. l. Valerianus. in fi. commenti. ff. de præto. stip. Et clarius per Pau. de Ca. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. Et solet notari in l. qui bis idem. ff. de uer. obl. & in l. non ad ea. cum 2. seq. ff. de condi. & demon. & per do. Feli. in capitulo primo. pe. colum de rescrip. iunctis his quæ dicit circa fi. commenti de consuetudine, quod prodest ad multa: uidelicet ut scia mus, quo tempore inceperit currere præscriptio.

Item ad gabellas & ad actiones: ut dixi. supra in tertia conclusio. princi. in uersic. effectus autem, cum tertio sequen.

19 **Septimo fallit** † in fideiussore plus promittente: quia illa adiectio uitiat l. grece. §. fideiussor. ff. de fideiussor. & rationem ponit ibi Bar.

Et si mihi dicenti de quinque tu respondeas de decem, aut de Sticho: tu respondeas de Sticho uel

Source : BIU Cujas

Pamphilo, ſeu de Sticho & Pamphilo: uide diſt. Bart. in l. j. §. fin. in fi. commenti. ff. de uer. obli. & l ſi tibi x. ff. loca. l. j. § ſi ſti pulanti. ff. de uerborum obliga.

Aliæ Limitationes colligi poſſunt ex notatis in locis prædictis & ex limitationibus quas ponit do. Feli. in capi. 1. pe. & ult. col. de reſcrip. in illa materia, an ſtatutum diſponens illud idem quod ius commune dicatur ſtatutum uel ius commune.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum quomodo regulari debeat.*
Augmentum dotis & rei legatæ quomodo procedat.
2 *Condemnatio aucto iure actoris augetur contra reum.*
Exceptio rei iudicatæ quæ obſtat quò ad rem aliquam, obſtat etiam ratione eius augmenti.
3 *Pactum & ſtipulatio in dote poſita intelliguntur in augmento dotis repetita.*
Priuilegium omne quod principali conceditur trahitur ad ſuum augmentum.
4 *Diſpoſitio augmentatiua continet qualitates & limitationes diſpoſitionis augmentatæ.*
5 *Augmentum dotis poteſt peti in eo foro, in quo dos.*
Augmentum dotis ut reguletur ſecundùm naturam dotis, quando procedat.
6 *Legitima ſtatuto aucta non ſentit grauamen ad formam legitimæ de iure communi debitæ.*
Conſecratio non eſt neceſſaria in parte altaris aucta & addita.
Naulum uehendæ mulieris nauicularioſoluendum includit partum.
7 *Interdicto populo perſonæ ſuperuenientes ſunt interdictæ.*
Augmentum recipit illas iuris limitationes quas ſuum principale.
8 *Augmentum nunquid requirat eam ſolennitatem & formam quæ in actu faciendo exigitur.*
Augmentum cenſetur eiuſdem iuris cuius principale.
Exemptio augetur aucto caſtro exempto.
9 *Imperium merum & mixtum augetur aucto territorio loci.*
10 *Eccleſiæ inferiores debent gubernari ſecundum ius & conſuetudinem eccleſiæ ſuperioris.*
11 *Pax facta per ciuitatem pro ſe & ſubditis trahitur ad pagum additum.*
Pax facta cum Chriſtianiſſimo rege noſtro Franciæ comprehendit terras adhærentes.
12 *Bannitus in una ex ciuitatibus, an intelligatur in alia bannitus.*
Interdictum eccleſiaſticum an trahatur ad ſuburbia.
Rex Angliæ de cauſis Vaſconiæ non poterat in ſuo regno cognoſcere.
13 *Immunitas conceſſa a collectis trahitur ad ſuperaddita, uel ſuperuenientes.*
14 *Villa noua ſuperaddita an teneatur ad onera ciuibus impoſita.*
Priuilegia monaſterio conceſſa an trahantur ad capellas poſtea factas.
15 *Vſuræ accedentes debito legata debiti liberatione non debentur.*
Portio accreſcens naturam portionis cui accreſcit ſapere debet.
16 *Alienare prohibitus extra familiam cenſetur etiã prohibitus alienare partem cohæredis, quæ ſibi obuenit partus accreſcendi. 25.*
Fideiuſſores pro maleficio tenentur pro pœna aucta.
Futura in ſimplici diſpoſitione nunquid ueniant.
17 *Augmentum in rebus uniuerſalibus & collectiuis regulatur ſecundùm naturam ſui præexiſtentis.*
18 *Domo uendita cedit pila facta cauſa domus augendæ. Et quid de ſeruitutibus, canali, & aqueductu.*
Deſtinatum an cedat in diſpoſitione eius, ad quod erat res deſtinata.
19 *Iuriſdictio caſtro coherens cedit caſtro uendito. Et quid de prædijs & molendinis.*
20 *Præſcripto caſtro nunquid præſcripta iuriſdictio caſtro adhærens.*
Regula; tantum præſcribatur, quantum poſſidetur: quomodo procedat.
21 *Augmentum quando in uenditione non ueniat.*
Paſcua empta ut fundo ſeruiant, cedunt in fundi uenditione quamuis ſeparata.
22 *Augmentum conuentionale regulatur ad naturam præcedentis.*
Et quid de augmento ſeparato. Et quid de extrinſeco.
Melioramenta cedunt hypothecato: ſic & alluuionis augmentum.
23 *Augmentum quando non reguletur ſecundùm naturam ſui principalis. 26. 27. 28.*
24 *Rationis diuerſitas an dicatur ſubeſſe, ubi ſubeſt diuerſitas originis.*
26 *Legato rei non cedit id, quod a teſtatore poſſeſſum eſt tanquam diuiſum.*
27 *Separatorum ita debet natura eſſe ſeparata, ſicut unitorum eadem.*
28 *Reſeruata regulantur iuxta regulam reſeruationis.*
29 *Diſcordia operatur, ut non liceat in perſonis auctis, quod licebat defuncto.*
30 *Minus eſſe dicitur, quod plus eſt, ſi ſit contra meam uoluntatem.*
Ciuis nouus & uilla unita non tenentur. contribuere in debitis præteritis.
31 *Augmentum ſuperueniens hæreditati, an ſe habeat ut principale quòd ad falcidiam.*

Concluſio quinta principalis.

QVinta concluſio principalis ſit, quòd† Augmentum regulari debet 1
ſecundum naturam ſui præexiſtentis, ſeu ei⁹ cui accedit l. etiam. ubi Bar. Bal. & Doc. C. de iure dot. l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. l. ſi ex toto. in prin. & l. quod in rerum. §. ſi quid poſt. ff. de leg. j. ubi idem iuris eſt in augmento dotis & rei legatæ: quod eſt in ipſa dote & re legata, de quo augmento dotis infra proxi. latius dicetur. facit capit. ſi quis de manſo. in fi. de controuer. inue. in uſi. feu. ubi augmentum feudi reuertitur ad dominum ſicut ipſum feudum. facit: quia hypothecato fundo, uel obligato grege augmentum ſuperueniẽs etiam remanet obligatum lege ſi fundus. in prin. ubi Bart. & Ang. in l. grege. in prin. cum ibi no. ff. de pig. & l. ſi conuenit. in prin. & §. j. ff. de pig. acti.

Et propterea ſecundum Ang. in l. fructus. ff. de rei uend. 2
† aucto iure actoris augetur contra reum condemnatio. Et actio etiam publiciana: quæ competit ad rem aliquam, competit etiam ad eius augmentum l. ſi ego. §. fi. ff. de publici.

Quid autem ſit in partu. dicitur ibi in §. præcedenti. & nõ eſt materia noſtra: & alluuio ſequitur naturam & effectum fundi. l. ergo. §. alluuio. ff. de acqui. re. do. Sic & exceptio rei iudicatæ quæ obſtat quò ad rem aliquam, obſtat etiam ratione eius augmenti l. ſi Titio. §. j. ff. de uſufruc. l. egi. §. fi. ff. de excep. rei iudi. ubi exceptio rei iudi. quæ competit contra egentem ad fundum, competit etiam contra agentem ad inſulam illi fundo acquiſitam, ſeu ad adiectum per alluuionẽ, taliter quòd effectus & potentia ſententiæ etiam ad augmentum extenditur: & latius dicam infra in 14. concluſio.

Et idcircco † pactum, hypotheca, uel ſtipulatio appoſita in dote intelliguntur in augmento dotis repetita dicta le. etiam. ubi Bart. Bal. & Doc. C. de iure dot. & di. le. inter ſocerum. §. cum inter. ubi pulcher tex. ff. de pac. dota. & l. ſi conſtante. §. pactus. C. de dona. ante nupt. no. Ang. in §. aliud. in Aut. de equa. dot. colum. octaua. ubi dicit, quòd illud priuilegium, quod conceditur doti, trahitur ad eius augmentum faciendo regulam generalem, quòd omne priuilegium, quod conceditur principali, trahitur ad eius augmentum, de quo late dicam infra in 9. conclu. prin. & ſecundum Cardi. in clem. ſtatutum. in prin. 3. opp. de electi. poſt Lap. ibi, ſi alicui ſtatuto fiat additio: idem iuris intelligetur repetitum in additione, quod erat in ſtatuto, etiam quò ad pœnam, licet do. Anto Corſe. in ſuis ſingu. in uerbo: additio. aliud uelit, ubi examinat hunc paſſum: cuius dicta non puto uera per hic notata: facit quod dixit Ro. in conſil. 345. inci. circa primum. 4. colum. cum ſeq. ubi facit regulam † quòd ſemper & 4
quandocunque diſpoſitio augmentatiua præcedentis etiã ſi ſit ſtricti iuris, ex tacita iuris repetitione in ſe contineat eas omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in diſpoſitione augmentata: per d. le. inter ſocerum. §. cum inter. le. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. act. & d. l. etiam. C. de iure dot. & cap. cum in tua. de deci. & cap. quia circa. de priuil. & cap. cognouimus. 11. quæſtio. ſecunda. ex quo infert, quòd augmentum in forma recipit limitationes & reſtrictiones: quæ inerant ipſi formæ augmentatæ: facit, quod conſuluit Fran. de Are. in conſi. uigeſimoprimo. incip. ſi diligenter. j. & ſecunda colum. facit ad prædicta, quod habetur in cap. de fabrica. de conſecra. di. j. & in capitulo tertio. de conſe. eccle. uel alta. quòd ſi eccleſia in altitudine uel latitudine aut longitudine augeatur, non eſt neceſſaria in parte aucta conſecratio: quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum. Et quod augmẽtum ſequi debeat conditionem eius, cui adijcitur, patet in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. in fi. ff. de dam. infec. ubi Roma. inter cæteros.

Circa quam materiam an & quomodo augmentum dotis reguletur † ſecundum naturam ipſius dotis, uidendum 5
eſt, quòd notatur per Barto. & Doc. in l. ſi marito. §. ſi fundũ ff. ſolu. mat. Et quod conſuluit Pau. de Caſt. in conſilio 344. inci. quamquam. & in conſilio octauo. inci. ad primum, ſecundum primam impreſſionem.

Et quod dicit Bal. in l. ſi conſtante. & in aut. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. unde augmentum dotis poſſet peti in eo foro in quo dos per prædicta.

Et eſt aduertendum; quia tunc demum tractari contingit, quòd augmentum dotis reguletur ſecundum naturam dotis, qñ fit ab eo, qui poteſt illud facere: ut patet in §. j. & 2. in Aut. de equa. do. dum ibi tradit de muliere augente dotẽ: & ibi notat Ang. qñ ſit differẽtia, an ſtatim, an ex interuallo augeat: & ẽt patet. Inſt. de dona. §. eſt & aliud. & in l. ſi conſtante. C.

Source : BIU Cujas

te.C.de dona. ante nup.& de marito augente patet in l. 1. & per totum C.de do.cau.non nu. & de patre & matre augentibus patet in d.l.etiam.& in d.§.cum inter.& in l.1.C.de dona.ante nup.Simile dicimus in legitima aucta a statuto: quia
6 illud augmentum regulatur † secundum naturam legitimæ debitæ de iure cõmuni: adeo ꝙ in ipso augmento filius non potest grauari, sicut nec in ipsa legitima : iuxta l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.test.secũdum Cal.in cons.32.sub rub. de test.incip.an si statutum.circa quod multa scripsi in tractatu meo de statutis excludentibus fœminas à successione, in 10.artic.princ.in 4.q.in antepen. & pen.colum.versic.postremò.Prædicta inducuntur ad q.quam tangit Bal.in d.c.si quis de manso 3.colum.versi.Sed pone dominus.vbi dixit, quòd si dominus infeudauit vasallum de castro reseruatis sibi certis hominibus seu vasallis. Et contingat homines ibi multiplicare tale incrementum, pertinebit ad eũ: cuius erant subditi progenitores: vnde descenderunt isti multiplicati : quia progenitores suos suffecti sequi debent l. cum scimus. C. de agri.& censi.lib.11.sed addes.§. si quis mulierem.ff. loca. vbi promissio vehendæ mulieris super naui sub certa pensione extenditur ad partum editum.& l.possessionem. C.commu.
7 vtri.iu.Sic etiam dicimus, quòd interdicto populo † vel vniuersitate personæ superuenientes sunt interdictæ:vt per Ioã. Cald.in tractatu de ecclesiastico interdicto.in 16.colum. Ad prædicta facit tex.in l.quoties.§.fin.ff.de admin.tut.vbi tutoris dati vis & potestas trahitur etiam ad bona superuenientia.Ita vt pro eis tutor tutelæ teneaẽ, sicut pro alijs,licèt augmenta facultatum sint causa:vt possit tutori dari curator adiunctus l.cum ob augmentum.C. inqui. cau.tut.ha.

Et sic ex prædictis & infrascriptis stat subalterna conclusio,quòd augmentum recipit eas iuris interpretationes:quas recipit suum principale, siue loquamur de interpretatione extẽsiua & ampliatiua:siue de restrictiua & limitatiua·siue declaratiua. Idẽ de correctiua & extinctiua,vt patet ex l.1.in prin.cum ibi no. maximè per Bal.C.de lati.lib.tol. iunctis quæ dicam infra in 20.conclusio.Et his quæ dixit Bal.in d.l. 1. §. ille etiam.circa fin.An autem solennitas & forma requisita in faciendo actũ
8 vel aliquid requiratur in augmento,vel quãdo res:vel† actus augetur, dicam in tract.de forma & solennitate.& est tex. in l.hæredes palam.§. si quid post.ff.de testa. cum glo. in verbo: mutari,& dicam aliquid infra in 8.conclu. princ. 5.fallen. Et quòd augmentum censeatur eiusdem iuris,cuius principale, probat tex.in c.fi.§.1.vbi ita no.Gemin.per illum tex.de concess.præben.in 6.facit quod dixit Bal.in l.3. §.hæc verba.ff.de neg.gest.quòd illud, quod est statutum in principali, extenditur ad accessoria.Ad prædicta facit,quod dixit Bal.in c.1.§. præterea ducatus.de proh.alie.feu.per Fede.dum vult, quòd si marchionibus dentur noua castra, intelligant esse de marchia:ita quòd diuidi nõ possint,sicut nec ipsa marchia: iuxta d.§.præterea ducatus. & castro exempto per principem à ciuitate si crescit,vel augetur castrum:augetur exemptio. Bal. in l.cum fundus.ff.de leg.2. Sic etiam concesso castro cũ me
9 ro & mixto imperio &c. si augetur † à principe territorium simpliciter intelligetur cum mero & mixto imperio : vt per Ang.in Auth.de æqua.do.in §.1.in prin.commen. Ad idem facit:quia aucto regno castrum:vel villa addita debet regi statutis regni, quãdo augmentum fit per modum accessionis: taliter quòd additum sit pars eius cui adijcitur, iuxta ea quæ dixi in 1.conclu. circa diffinitionem & declarationem augmenti.ita dixit Bar.post antiquos in l.si conuenerit.§.si nuda. ff.de pig.act.Bald.in d.l.etiam. & in l.cunctos populos 2. col. C.de sum.Trin.Bart. in tract. de allu.dum tractat de insula 4. colum.& in repet.l.2.pen.colum.C. quæ sit longa consue. & cons.215.Bal.in rub.ff.de re.di.Doct.in l.ex ea.ff.de postu.vbi glo.Guil.de Cu.in l.ingenuum.ff.de sta.ho. Bal.in l.2.in prin. ff.de ori.iu.& in c.translato. de consti.per illum tex. vbi dicitur,quòd translato sacerdotio,necesse est vt fiat legis translatio.Alb.de Rosa.in prima parte sta.q.130.Ang.post Bald.in l. de quibus.pen.colum.ff.de leg.& in l.item si fundi. §. huic.ff. de vsufruc.& in l.si fundus.ff.de pi.Anto.de Butr.in c.fi.in antepen.colum.de consue.Rom.cons.215.incip. præsens casus. & in l.si eum.ff.si quis cau late do.Mari.So.in cons.7.Imo. & alij.in c.cum ex iniuncto.de ope.no.nunt.cum concor. traditis per Alex.in l.1.& in d.l.si ex toto.in princ.ff.de legat.1.pro quo facit; quia patria inferior regi debet legibus superioris. §.fin.vbi Doct.no.& est ibi tex.Instit.de sat.est glo. or. in l.ex ea.ff.de postu.tenet Ioan.And.in addit. Spec.in rub. de treu. & pa.1.q.& Bal.in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.& Guil. de Cu.in l.ingenuum.ff.de sta.ho.do. Ioan. Bap.& Moder.in repet.l.omnes populi.in 1.q.princ.in primis chartis. ff. de iusti.& iu.facit c.cum olim.de consuetu.& c.de his.12.q.2.vbi
10 dicitur † quòd eccle.inferiores debent gubernari secundum ius & consuetudinẽ ecclesiæ superioris, de quo late per Soc. in d.cons.7.sunt tamen prædicta limitanda,vt per Bar. in d.§. si nuda.& in d.tractatu de insula.4.colum. cum quo communiter alij transeunt, nisi accessio, vel additio fiat aliter, q̃ per modum augmenti, quo casu non est augmentum, vt dixi supra eo.1.conclu.declarat Ang.cons.246.incip.vnitorum. vbi facit differentiam inter vnionem & incorporationẽ. faciunt quæ dixit Fel.in c.postulasti.4.colum.de fo.comp.& Mari. in c.sicut vniri.de excess.præla.& Alex.in d.l.1.ff.de legat.1.dum tradunt de talium accessione & augmento ac vnione,vel secundum Bal.in d.l.etiam.& Soc.in con.prealleg.nisi additio villæ ad patriam non fiat simpliciter: sed secundum quid, vt quia villa, vel patria addita & vnita retineat merum & mixtum imperum, & cõsequenter sua statuta.Ex quo infert Bal. ibi: post Cyn.ad q.an stante statuto Paduæ,quòd banniti nõ possint Paduæ morari:vel in eius districtu sub certa pœna : si contingat castrum Landrianæ effici de districtu Paduæ illa prohibitio trahetur ad ipsum castrum,si castrum fuit simpliciter in Patauinos translatum:secus si secundum quid,prout supra dictũ est, videlicet retento in ipso castro mero & mixto imperio,ac facultate statuendi,licèt recognoscat maioritatem ab ipsa ciuitate Patauina, quo casu non fuit simpliciter facta translatio poterunt banniti impunè in ipso castro
11 morari secundùm Cy.& Bal.eo, † quia specialis lex, vel consuetudo, aut ius commune vigens in ipso castro addito erit ibi seruanda,ar.l. Seiæ.§. Tyrannæ.ff.de fun.instruc.ad quod sunt videnda, quæ plenius dicit Nellus in tract. banni in l.6. q.1.partis 2.temporis. Ad prædicta facit, quod dixit Io.And. in addi.Spec. in rub.de treug. & pa.post medium, quòd pax facta per ciuitatem pro se & subditis trahitur ad villam postea adductam vel factam subditam tali ciuitati per l.si seruitus.ff.de ser.vrb.præd.& l.si quis filiabus.ff.de testa.tuto. facit quia pax facta cum sereniss̃imo Rege nostro Franciæ comprehendit etiam terras adhærentes c.1.de postu.prælat. not. Io.And.& alij in c.ad apostolicæ. de re iud. in 6.vnde multomagis comprehendit terras factas subditas, licèt Pau.de Ca. cons.299.incip.viso suprascripto 3.colum,versic. plus dicendum dicat, quòd promissio de aliquem adiuuando non intelligatur, quò ad bona postea quæsita . An autem bannitus ex vna,ex ciuitatibus confœderatis intelligatur in alia bannitus.Nellus in tract.banni.in 2.parte secundi temporis 36.q.&
12 an si statutum Paduæ dicat,ꝙ † bannitus Vincentiæ,intelligatur bannitus Paduæ, priuilegia rebanniendi, quæ sunt in loco Paduæ,& non Vincentiæ trahentur ad bannitum ex loco Vincentiæ, tradit late Nellus in prælleg. tracta. banni. 2. parte vlt.q.Circa quod videri possunt no. per Alex. & Doct. in l.2.ff.de leg. 1. An autem interdictum ecclesiasticum trahatur ad suburbia, ac villas subditas & adhęrẽtes, vide Ioan, Cald.in tract.de eccle.interdi.in 10.col.cum 2.seq. Ad prædicta etiam conferunt, quæ dixi Bal.in l.3.ff.de offic. præsid.de Guasconia subdita regi Angliæ, vt Rex Angliæ non possit extra ipsam prouinciã etiam in regno suo ius dicere de causis Guasconiæ: sed debeat per vicarios suos in Guasconia cõmorantes de ipsis causis, cognosci ex quo ducatus Guasconiæ est separatus a regno Angliæ, secus si esset vnitus & per modum augmenti: quia posset de ipsis causis, in quauis parte regni sui cognoscere.

15 **Prædicta** faciunt ad q.tactam per Dy.& Doct. in d.l. si ex toto.in princ.ff.de leg.1. vt † immunitas cõcessa a collectis trahatur ad collectas superadditas, vel auctas declarando, vt ibi plenè no. cum concor.ibi signatis. Et an illud,quod in futurum ordinatur,si accedat. Primò siue per modum accessorij, siue augmenti reguletur secundũ naturam eius,cui accedit, traditur latè per Bar.in l.si ita.ff.de au. & arg. leg. aliquid in l.damni infecti stipulatio. §.si is qui ædes.ff.de dam.infec.& in l.fin.vbi Cy.C. quæ res pig. oblig. poss.latè per Imo. in cle.literas.de rescrip.vbi aliquid dicit in proposito augmenti.in 10.colum.6.fallen.cum concor.traditis per dom.Fely.in c.fi.vlt.colum. de consti.& multa de hoc dicam infra in 15.& 16. conclu. Et quia dictum fuit, ꝙ villa addita determinatur secundum naturam villæ, cui additur, est aduertendum ad q.quam format Io.And.in addi.Spec.in tit.de censi.§. nunc videndum.in addit. magna circa mediũ. Si in villa subiecta ciuitati habente dererminatum propriũ territorium nobiles ciuitatis faciant aliam villam, an illa villa superaddita teneatur ad onera ciuibus imposita per ciuitatem, an verò ad onera per priorem villam imposita: & de-
14 terminat,quòd † ad onera per villam imposita, ex quo habebat determinatum territorium per iura, per eum allegata, quod limitat dupliciter. Primò si secunda villa fieret a ciuitate ex causa necessitatis propter distantiam hominum, vel ex crescentiam:quia tunc habetur,vt æque principalis & diuisa ab alia villa,seu prima,vel nisi territorium villæ non esset determinatum,vt ibi per eum,& dixit Ioan.And.ibi paulo post in fine additionis prædictę,ꝙ immunitas concessa castro cũ

suis

Source : BIU Cujas

ſuis villis à domino vel ciuitate trahitur ad villas, poſtea per caſtrum factas, de quo per Albe.de Roſ.in d.l. fin. C.quæ res pig.oblig.poſſ.& in prima parte ſtatu.q.116.cum concor. de quibus in vltimis addi.ad Alexan.in l.ſi ex toto.ff.de leg.1. in princ.quod inducit Alb. vbi ſupra ad priuilegium monaſterio conceſſum cum gratijs & capellis, an porrigatur ad gratias & capellas poſtea factas.Et ad immunitatem, quòd quis non teneatur ſoluere collectas de rebus, an trahatur ad res poſtea quæſitas,de quo dicetur infra eo.9.q.princ.

15 **Pro prædicta** † concluſione etiam facit l. fin. ff.de lib.leg. vbi legata liberatione debiti non debentur vſuræ, quæ accedunt debito etiam poſt teſtamentum. Idem ibi dicitur de nouo debito loco primi ſubrogato.

Et dicebat Bal.in conſ.498. incip. in Chriſti nomine factũ proponitur ſub hac forma, prima parte ſecundùm vltimam impreſſionem,quem refert Ro.in l.ventre.ff.de acq.hære. ꝙ ſtatuto excludente fœminam propter maſculũ. Ita tranſmittetur portio:quæ deficiente ſtatuto debita erant fœminę ad hæredes filij maſculi, ſicut portio de iure communi debita maſculo: eo quia portio accreſcens debet ſapere naturã portionis:cui accreſcit: & quia idem iuris eſſe debet de augmento,quod de principali d.l.ſi ex toto.in princ.ff.de leg.1.& d.l. inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pac.dot.licèt Paul.de Caſtr. in l.fin.ff.de acq.hæred. dicant hanc rationem nõ eſſe neceſſariam, de qua materia latè dixi in tractatu meo de ſtatutis fœminas & cognatos à ſucceſſionibus excludentibus in 13. artic.princ.in 6.q.

Ad prædicta facit,quod dicunt Cy.Bar.Bal.Ang. Imo.& Alex.in l.ſi in teſtamento.ff.
16 de vulg.& pup. † quòd prohibitus alienare extra familiã cenſeatur etiam prohibitus alienare partem cohæredis, quæ ſibi obuenit per ius accreſcendi, ſecus in parte quam emiſſet, vt ibi per eos.

Sic & fideiuſſores dati pro maleficio & pœna maleficij teneri poſſunt pro pœna aucta,intelligendo iuxta no.per Bar. & Imol.in l.2.ff.de pu.iudi.per Bar. & Docto.in l.1.ff.de in li. iur.cum concor.de quibus per Ang.in tracta. malefic.in verbo, quas ſi non ſoluerit. & in verbo, pro quo Antonius fideiuſſit.

Generaliter autem, an alicui rei, perſonæ,vel actioni accedens ſapiat naturam ſui præexiſtentis,vel principalis vltra loca not.& præalleg.plura bona, dicit Nellus in tract.banni. in ſecundo tempore.in vlt.quæſt.poſt Bar.in l. 1.§. hæc actio.ff. ſi quis teſt.li.eſ.iuſ.fu & in l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.Et an in ſimplici diſpoſitione veniant futura,eſt alia materia,circa quam laborat Bar.in l.cum ita.ff.de au.& arg.lega. & aliqua bona dicit do. præceptor meus in l. ſi quis iniquũ. §.illud. in fin commen.ff. quod quiſque iur. cum concor. Et incidenter in hoc opere multa dico, videlicet quando veniunt per modum augmenti, & quandoque etiam vbi non veniunt per modum augmenti.

Plura alia ſimilia exempla accommodari poſſent,quæ infra in alijs concluſionibus tangẽtur. Nam per ampliationes, declarationes & limitationes materia aliarum concluſionũ ſub hac comprehendi poſſet.

17 **Prædicta** † concluſio non tantum procedit in rebus ſingularibus,aut diſtributis auctis,puta domo, vel prædio legatis, verum etiam & potiſſimè in rebus vniuerſalibus, vel collectiuis, quæ ſui natura recipiunt diminutionem & augmentum,vt vniuerſitas grex, & ſimilia,vt patebit ex alijs concluſionibus, & maximè ex his, quæ dicã in 15.conclu.circa princ.& in ſeq.Et ibi dicetur,quid in pluribus rebus ſub ſigno vniuerſali contentis vel collectiuo,maximè in verſic.4.ex prædictis:& ibi paulo ante dicam,quid in generali vel indefinita rerum conceptione.

Secundò prædicta cõcluſio maximè procedit in augmento, quod ineſt tempore diſpoſitionis:quia tale augmentum regulariter comprehenditur in diſpoſitione de re ſimpliciter facta, vt patet in multis exemplis traditis in princ. huius
18 concluſionis,& patet in l.creditor.§.fi.ff.de actio. emp. † vbi vendita domo cedit pila facta cauſa domus augendæ, ſuper qua erat faciendum ædificium declarando & exemplificando, prout declarat ibi Pau.de Caſt. facit l. ergo.in princ.ff.de acq rer.dom. vbi vendito fundo ſimpliciter cedit alluuione quæſitum.Et hęc etiam comprobantur ex l.ſi venditor.ff.de act.empt.& l.ſi aqueductus.cum 2.ſeq.ff.de contrahen. emp. vbi ſeruitutes,fiſtulæ,canales,aquęductus,& ſecundum Bal. iura realia & deputata ad vſum ædificij,& loca per quę aqua in domum ducitur, cedunt in venditione domus, quamuis talia ſint ſeparata & extra domum, circa quod videatur tex. in l.in vendendo.§.1.& fin.ff.de contrahen. emp. & prædicta dependent ab illa materia, an res tranſeat cum ſua cauſa, de quo in l.alienatio.ff. de contrahen. emp. facit l. via conſtitui. §.ſi fundus.ff.de ſer.rub.prædi.c.cum non ſit. de deci.& c.recolentes.de ſta.mo.& a materia deſtinationis,hoc eſt,an deſtinatum cedat in diſpoſitione eius, ad quod res erat deſtinata, de qua materia dicam fortè in materia transformationis, & traditur in l.cætera.§.fi.ff.de leg.1.

19 **Ad prædicta** facit: quia vendito vel conceſſo caſtro intelligitur † vel conceſſa iuriſdictio caſtro cohærens,vt no.per glo.& Docto. in c.1.de capi.qui cu.ven.in vſibus feu.cum concor.de quibus per Imol. & Alex.in l.3.in princ.pen.col.ff.de acquir. poſſ. & in l.1.vlti. colum.ff.de iuriſd.om.iud. & per Fel.in c. quod ſedes.vlt.col. de reſcrip.vbi etiam not.quid iuris ſit,ſi dicatur,quòd vendi tur caſtrum cum pertinentijs, aut conc ditur. de quo etiam in c.cum ad ſedem.de reſtit.ſpol.Et an vendito vel conceſſo caſtro intelligantur vendita vel conceſſa prædia,molendina & alia caſtro ſpectantia, traditur in locis prædictis, maximè per Bal.in d.c.1.vbi plura bona principaliter & incidenter dicit de hac materia,an ſub diſpoſitione de re principali vel de aliqua re veniant ei accidentia, vel cohærentia, adiacentia, connexa,vel acceſſoria, quæ materia exigeret tractatum per ſe,& dixit Bar.in l.ſi aliena.§.hoc iure.ff.de vſucap. quòd præſcripto caſtro intelligitur præſcripta iuriſdictio caſtro cohę
20 rens, vel conceſſa caſtro, licèt ſecus ſit † in iuriſdictione perſonæ conceſſa: quia non venit ſub conceſſione caſtri per tex. in d.§. hoc iure. vbi præſcribens fundum etiã præſcribit ſeruitutem fundo conſtitutam vel debitam. Ex hoc dic.præceptor meus do.Iaſ.in l.de quibus 9.colum.ff.de legi. limitat iura diceniia, ꝙ quantum poſſidetur, tantum præſcribitur, & non vltra,vt nõ procedant quò ad acceſſoria rei præſcriptæ. Et per hoc dicit ipſe dominus præceptor meus, quòd in acquiſitis conſuetudine etiam cedunt augmenta,quæ ſunt tẽperanda ex no.maximè per Bal.in l.non modus. C. de ſer.dũ ibi dicitur, quòd conceſſa, vel præſcripta ſeruitute aqueductus ad certum fundum, ſi contingat illum fundum augeri, non debebitur ſeruitus illi augmento ſeu fundo addito per l.1.§. Iulianus. alias ſi quis.ff.de iti.actuque priua. Nam aliud eſt,quòd diſpoſitio trahatur ad augmentum exiſtens tempore diſpoſitionis comprehenſiue taliter, quòd augmentum comprehendatur ſub diſpoſitione de re augmentata facta. Aliud quòd onus debitum rei trahatur ad augmentum ſuperueniens extenſiuum, vt infra dicetur in 12. concluſione, verſic.vbi verò & in 1.& 2.limitatione.

Item prædicta limitantur quantum ad ea, quæ non ſunt de natura rei venditæ: quia non veniunt regulariter in venditione, vel alienatione ſimpliciter vel abſolutè, ſed generaliter & indefinite facta ſecundum Innoc.in c.ex literis.de iure patr. Bald.in l.a procuratore. C.man.cum cor.de quibus per Alex.in *l.3.in princ.pen.col.ff.de acq.poſſ.*

21 Item *fallit* † *hæc ampliatio*, quando venditio eſt facta ad menſuram & ab ignorante accrementum, per alluuionis l. Iulianus.§.ſi Titius.ff.de actio. empt.cum ibi not. vide oĩno.

Prædicta etiam comprobantur ex tex.in l.vxorem.§.legauerat.de leg.3.iunctis ibi no.vbi ſi quis legat res, vel prædia, quæ in ciuitate aliqua habet,continentur etiam,quæ quis habet adiacentia in ſuburbijs, de quo etiam habetur in l. 2. vbi Bar.de verb.ſign.cum concor.facit l. 1. ff. de ſerui. leg. vbi ſiquis habeat duas domos, quarum vna habeat quid ædificatum in alia. Et illas duobus leget, videbuntur legatæ taliter, quòd in ędificatum in alia debeatur ei,cui eſt legatum factũ de ea domo,cui ſeruiebat illud inędificatum,facit l.teſtatrix. §.fi.ff.ſi ſerui.ven.vbi ſi paſcua empta,vt deſeruiant aliquibus fundis,licèt ſeparata ab eis cedunt in venditione fundorum. An autem in dubio cenſeantur empta gratia fundorum,tradit ibi Flo.poſt Bar.facit l.Seiæ.§.Tyrannæ.ff.de fun.inſtrum. & l.prædijs.§.Titio.vſque in fi.ff.de leg.3.Et dixi in 1.conclu. circa fin. vbi de horto cauſa domus & balneo empto, & de alijs emptis cauſa alterius prædij dictum fuit.

22 **Tertiò** Prædicta † concluſio maximè procedit in augmento conuentionali:quia in eo concurrit partium conſenſus ſecundum Bal.in d.c.1.§.ſiquis de manſo. de contro.inue.per d.l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pac. do. de quo dicam in 18.conclu.

Quartò Prædicta concluſio etiam procedit in augmento ſeparato,vt dicam infra in 15.conclu. verſic.4.ex prædictis,cum ſeq.vbi multas aliàs ampliationes quis videre poterit,& dixi ſupra in 2.ampliatione, in fi.

Quintò Prædicta cõcluſio procedit tam in augmento extrinſeco,quàm in intrinſeco: quia ſicut hypothecato fundo ſuperueniens augmentum per alluuionem, vel aliter extrinſece remanet hypothecatum l. ſi fundus.in princ.& l.grege.in prin.ff.de pig.cum concor.in prin. huius conclu.allegatis.pariter remanent hypothecata meliramenta facta in ipſo fundo, quæ ſunt augmentum intrinſecum declarando,vt per Bar.in l.2.C.de prædi.na. lib.11. facit:

Source : BIU Cujas

cit': quia domus ædificata in fundo hypothecato pariter remanet hypothecata l.Paulus.§.dominus.ff.de pig.

23 **Prædicta** conclusio limitatur, vt † non procedat, qñ ratio quæ subest in re aucta cessat in ipso augmento,vel quando est diuersa ratio inter rem auctam,& ipsum augmentum, vt patet in l. si finita. §. ex hoc edicto.ff. de dam.infect.vbi in contumaciam non cauentis de damno infec.fit missio in eam tantum partem quę minatur ruinam, non autem in augmentum, in quo non militat suspitio ruinæ, no.Bar.in l.damni infecti.§.si is qui ædes. eod.tit. ex quo infert ad q.de eo qui fecit domum in solo meo cum promissione, quòd me venientem reciperet cum quinque hominibus, vt nō teneatur me recipere cum decem, si aliam domū ibidem fecerit:quia diuersa est ratio in augmento:quod non venit à fortuna,sed ex labore & impēsa:sed Bar. recte intuenti loquitur, quando est diuersa ratio lucri & damni seu augmenti correspectiuè ad onus nō autem augmenti correspectiuè ad rem auctam,de quo dicam infra in 11. conclu.

Et quòd prædicta conclusio ita demum procedat, quando est eadem ratio in additamento quæ in principali,sequitur Paul.post Colla.in c.cum olim 10.q. de maio. & obed. ex quo infert ad capitulum vt sede vacante succedat etiam in his quæ acquisita sunt episcopo consuetudine, seu quæ competunt episcopo ratione alicuius additamenti vltra ea quæ competunt de iure cōmuni, prout eum intelligunt ibi Moderni illum reprehendentes, licèt Panor. ita latè non loquatur, & dicunt ibi Moder. versic. ad decimam. † tunc censeri subesse diuersitatem rationis,quando subest diuersitas originis, quod mihi ita late loquendo non placet; quia si emero fundum, & eum augeat alluuio,est diuersitas originis: & nihilominus legato fundo debetur etiā augmentum alluuionis,vt latè dicam infra in 15.conclusione, & confunditur ex his quæ dixi supra in hac conclusione,ver.& dicebat Bald. in consi.& c. tunc ergo procedit illud dictum, quòd diuersitas originis arguat diuersitatem rationis, quando quælibet origo est diuersæ & incomparabilis naturæ, vt patet in l.si contra.eum ibi notatis.ff.de vulg.& pup.prout patet in exemplo Bar.in l.damni infecti stipulatio.§.si is qui ædes.pen.quæstio. ff.de dam.infec.& in quæst.tacta de pœna aucta in l.1.ff.de in li.iur.per Bar.& Doct.& per Bar.& Imo.in l.2.Bar.in 1.& in 2. colum.post Dy.ff. de public. iudi. & prout euenit plerunque in his quæ competunt de iure communi.& in his quæ competunt de iure speciali: vt in terminis, in quibus loquuntur moderni in d.q.10.Illud bene verum puto, quòd censetur diuersa ratio,quādo est diuersitas finis & effectus, quo casu nō dicitur proprie augmentum, vt declaraui in prima conclusione post diffinitionem augmenti:& vult Bal. in l. ius ciuile. in duobus locis.ff.de iusti.& iu.& quòd ista diuersitas in origine incompatibili soleat causare diuersitatem finis & effectus, patet in locis prælleg.& maximè in d.l.& si contra.cū ibi no.ff.de vulg.& pup.faciunt quæ dicam infra in sequenti. limitatione, & dicitur etiam diuersitas rationis,quando euidenter ratio quæ militat & est expressa in principali cessat in augmento d.§.ex hoc edicto.facit l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.cum concor.

Et prædicta conferunt ad quæstionem, quòd interdicta terra alicuius domini non intelligatur interdicta terra de nouo acquisita post interdictum, vt per Ioan. Cald.in tract.de eccle.inter.in 10. colum.

25 **Secunda** Limitatio elicitur ex prædictis† videlicet in præced.limitatione,vt scilicet nō procedat prædicta conclusio,quòd augmentum sequatur conditionē rei auctæ, quando diuersa est & incompatibilis origo & natura rei auctæ a natura & origine ipsius augmenti,sed quando diuersus est finis effectus:& hæc diuersitas, finis & effect⁹ ex materia subiecta plerunque demonstratur, vt patet in l. si finita.§.ex hoc edicto.ff.de dam.infec. & ex pluribus iuribus in præce. limitatione alleg. maximè ex not. in l.1. ff. de in li. iur.cum concor.Et secundum prædicta procedit, quod not. Cy.Bar.Bal.Ang.Imol.& Alex.in l.si in testamento.ff.de vul. & pup.dum.dicunt, quòd prohibitus alienare extra familiā intelligitur prohibitus etiā alienare partem cohæredis, quæ sibi deuenit per ius accrescendi;quia ab eodē fonte, seu mediante facto testatoris obuenit:secus autem si illam emisset, vt ibi latius per eos:& ad hæc faciūt, quæ dixit Fel.c.cū olim. ver.ad 10.quæstionem.de maio. & obed.

26 **Tertia** Limitatio etiam colligitur iuxta præcedentem † vt augmentum non reguletur secundum naturam rei auctæ, quando ad diuersum finem tendit augmentum, vt vltra allegata in prædictis limitationibus patet in l. prædijs.§.Titio.& §.balneas.cum 2.seq.ff.de leg.3.vbi emptū ad alium vsum,quam domus,vel rei legatæ licèt domui connexum,vel rei legatæ nō cedit legato domus, vel rei legatæ: patet in l.cum fundus.ff.de leg.2. vbi id quod est possessum a testatore tanquàm diuisum nō cedit legato rei auctæ in tantum: vt si ex vsu testatoris & ex eius voluntate vel vsu rei appareat, quòd ad alium vsum quid factum non dicatur propriè augmentum, nec sequatur conditionem rei ampliatæ iuribus prælleg.& dixi in 1.conclu. post diffinitionem augmenti: & patet in l. si cui ædes.ff.de leg.3.vbi superædificatū ad vsum alterius domus, quæ nō sit legatarij,vel futura eius, non cedit ad eius commodum.facit l.1.ff.de ser.leg. vbi pulchrè tex.in proposito: & generalius potest limitari prædicta conclusio, vbicunq; ædificatum non cedit solo.faciunt etiā quæ dicam in seq. conclusione.

27 **Quarta** Limitatio præcedētibus subalterna est: quòd † vbicunque quid non accedit rei tanquàm illam contingens,sed tanquàm re & consensu sèparatum non sequatur eius naturam:quia non potest dici eius augmentū: vt probat tex.in l.si finita.§.ex hoc edicto.ff.de dam.infec. & patet in l.& an eadem.§.qui cum partem.iunctis ibi not. per Bar.& Ang.ff.de exce.rei iudi.facit,quod dixit Bar.in l.si aliena.§.1.ff.de vsucap.quòd castro concesso non veniat iurisdictio personæ cohærens, sed illa tantum quæ castro cohęret, de quo dixi supra in 2. ampliatione hac eadem conclu. &patet in l.si Titio.§.fin.ff.de vsufr.& in l.interdum.ff.de vsufruc. accre.& in l.3.§.1.ff.quemadmo.vsufru.amit.vbi pars vsufru. vacans accrescit etiam illi vsufructuario, qui portionem suā iudicialiter,vel aliter amisit,& non proprietati, eo quia vsusfructus personæ debetur, & patet ex his quæ dixit Bar. in l. si conuenerit.§.si nuda.ff.de pig.act.de regno aucto, de quo latè dixi supra in hanc conclusione.versic. ad idem facit: quia aucto regno &c.& in 1.conclu. post diffinitionem augmenti. Ratio ad prædicta est phylosophica:videlicet: quòd sicut vnitorum eadem debet esse natura. Ita sèparatorum debet esse separata,vt no.Bal.&Ang.in l.item si fundus.§.huic.ff.de vsufru.& patet in l.procuratoris.§. si plures.ff.de tri. & in l. si certarum.ff.de testa.mil.& no.in l. maritus. C. de dona.inter vir.& vxo.per quæ iura, & maximè per no.in d.l.si certarum. dixi in causa quondā domini Baldesaris Rotarij ciuis Asten. qui reliquit filias succedentes in allodialibus, & agnatos in feudalibus succedentes, quòd debita contracta ob emptionem feudalium bonorum solui debebant per agnatos,& cō tracta occasione bonorum allodialium per filias,habetur in c.1.an agna.vel fi.& maximè per And. de Iser.

28 **Quintò** Limitatur, † vt non procedat, vbicunq; augmentum accedit rei limitatæ,vt dicam in cō clu.seq.Et tunc propriæ non dicitur augmentum, seu secundum sensum & rationem licèt re ipsa & apparenter adhæreat, & videatur augmentum. Idem est si augmentum non simpliciter,sed limitatiuè ac secundū quid accedat: quia tūc per omnia non sequetur naturam rei auctæ,sed seruabuntur reseruata in terminis & secundùm terminos reseruationis, vt per Bal.in l.etiam.vlt.colum.C.de iur.do.vbi dixit,quòd si castrum addatur regno, vel prouinciæ non simpliciter, sed secundum quid, non subijcietur statutis regni, vt dixi supra hac conclu.ver. ad idem facit: quia aucto regno &c.de qua per Rom.in cons.141.incip.eximie Doctor.& 218.incip.prę sens casus.Et latè per do.Mari.Soci.consi.7.

Sextò Limitatur, vt non procedat in augmento, quod immutat formam rei l.repeti.§.fi.ff.de vsufru.vbi si area legata fiat domus, ita quòd non sit amplius area, perit vsufru.faciunt quæ dixi supra in 4.conclu. circa prin. post Innoc.& Doct.in c.1.de consc.eccle.vel alta.& quod ibidem subiunxi in 1.limita.Et idem quandoque est in augmento separato sicut insula: quia non acquiritur vsufructuaria l. item si fundi.§. huic.ff.de vsufru. & ratio ibi patet, de quo aliquid dicm in 15.conclu.4.fallen.

29 **Septimò** † Fallit, si is, cui permissum est aliquid facere, decedet relictis pluribus hæredib. quorum aliqui velint facere,aliqui nō:quia est dare casus,in quibus propter discordiam non licebit in personis auctis, quod licuisset ipsi defuncto.Circa quod videri possunt no. in l.2.§. ex his.vbi Bar.& Alex.in l.4.§.Cato.& in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& per Alex.in l.fraudati. in apostil.ff.de publi.& per Obertum de Cremona in l.si legato.§.si Stichus.ff.de manu. test.cuius verba refert Firma.in reper. in verbo,obligatus.in ver.125.circa fin.& in prædictis locis habetur,an liceat vni ex pluribus hæredibus redimere rem,vel partem suam, quam defunctus poterat redimere nolētibus cohæredibus redimere.faciunt,quæ dicam infra in 10.& 11. conclu.& melius congruit materiæ subrogationis.

Octauò Fallit ratione initij obligationis: quia obligatio augmenti & hypotheca augmenti dotis sumit initium tempore,quo constituitur augmentū l. si constante.§.pactis.cum concor.C.de dona.ante nup.

30 **Nonò** Fallit † in eo augmento, quod fit in re mea contra meam voluntatem: quia non habet naturā

aug-

augmenti l.fin.cum concor.ibi in glo.no.ff.de vsu & ha.quia minus dicitur illud,quod displicet, etiam si sit maius. §. pen. cum ibi no.Inst.de inuti.stipu.& ideo secundum Alb.de Ro. in d.l.si castrum meum feceris me inuito pretiosius, teneris mihi actione iniuriarum l.si seruus seruum.§. sed si puerum. ff.ad l.Aquil. quod est intelligendum iuxta no. in l. si in area. & in l.qui exceptionem.§.1.ff.de condi.inde.& per Bart. in l. in fundo.ff.de rei vendi.

Decimò Fallit quò ad præterita debita vel onera: qa quò ad ea idem nõ iudicamus de augmento,quod de principali l.prouidendum.cum ibi not.C.de decuri.lib.10.vbi ciuis nouiter creatus non tenetur pro debitis prædecessorum, per quem tex.dicit ibi Bar. quòd qui de nouo veniunt in collegio, non tenentur pro debito ante contracto,& quòd ciues nouiter recepti, non teneantur ad collectas, quæ pro debitis veteribus imponuntur, vt etiã not.Dy. in l.incolas.vbi etiam Barto.ff.ad muni.& ista est communis opin.secundum Bar.in l.1.§. si cohærede.ff.ad l.Falci.vbi latè Alex.in fi.commen.volentes,quòd vna villa vnita alteri one ratæ debitis non teneatur contribuere in debitis alterius antiquis,& ante vnionem contractis, distinguendo vt ibi cum concor.per Alex.ibi alleg & in l.1.5.vel 6.col.ff.de leg.1.facit ad hanc limitationem decisio tex.in d.§.si coheredem.& an ex accessione portionis hæreditatis augeatur onus legatorum,habetur in l.pater filiam.§.duobus.ff.ad leg. Fal. & dicetur infra eo.12.conclu.princ.in fi.ac in 13. in princ.

31 **Vndecimò** Fallit † in re, vel portione habẽte onus alteri non habenti onus accedente:qa talis habens onus & alteri non habenti accedens cum onere suo accedit,nec est locus contributioni,vt in d.l.1.§. si cohæredis mei.ff.ad l.Falc.facit l. & si contra.ff.de vulg. & pup. l.Plautius.in princ.ff.de cond.& demon. cum vtrobique no. & habetur in l.1.§.his itaque.& per totum. C. de cad.tol.

Alia limitatio fieri potest de augmento superueniente hæreditati quò ad detractionem Falcidiæ: quia nõ habet se vt principale, nec impedit detractionem Falcidiæ, quando superuenit post mortem testantis l.in quantitate. in princ.ff.ad l.Falc.& dicam etiam in 17.conclu.in fi.vbi etiam dicam de augmento superueniente quò ad taxandum legitimam & congruas dotes.

Alias limitationes quis colligere poterit ex discursu aliarum conclusionum,& maximè 15.& 16.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum vltra limites rei limitatæ verè vel præsumptiuè non datur.*
Sententiæ effectus non extenditur ad augmentum accedens rei limitatæ.
Limitatio ex declaratione mensuræ quando dicatur facta.
2 *Limitatio nunquid ex dictione meum, inducatur.*
Feudum in dubio presumitur limitate concessum.
Lacus publicus quis dicatur, & qualiter in eo ex alluuione procedatur.
3 *Statutum limitans inuitatos ad nuptias non diuidit nuptias patris & filij eodem die factas.*
Extensio fit in dolosi præiudicium, & protenditur dispositio eam ad augmentum.
4 *Dispositio limitata augetur ex adiectione causæ.*
5 *Prohibitio in casu vero an trahatur ad fictum.*
Promissio de recipiendis hospitibus limitata an extendatur.

Sexta conclusio principalis.

1 **Sexta conclusio** principalis sit, quòd † rei limitatę verè vel præsumptiuè vltra limites non datur augmentũ, ita quod id quod est vltra limites nõ comprehenditur in dispositione limitata,esto quòd aliàs tanquàm augmentum posset comprehendi l.serui electione. §. fi. cum ibi no.ff.de leg.1.vbi si lego partem fundi, quam cum Titio cõmunem habeo, & contingat me redimere aliam partem,solum veniet in legato pars legata,& no.Bar. & Docto.in l.si ex toto.in princ.eo.tit.quod limitatur,vt ibi per eos,per text. in l.Iulianus.§.idem Celsus.ff.de act.emp.Et idem & clarius patet in l.in agris.ff. de acq. rer. do. vbi insula non accedit agro limitato,not.glo.in l.egi.§.fi.ff.de exce. rei iud.quæ loquitur de effectu sententiæ, vt non trahatur ad augmentum accedens rei limitatæ per sententiam,& notatur de hoc in d.l. Iulianus.§.si Titius.vbi Bar.declarat, quando dicatur facta limitatio ex declaratione mensuræ,no.etiam Bal.in c.1.§. si quis de manso.de controuer. inue.distinguendo, vt ibi per eum, facit ad propositum l.non modus. cum ibi not. maximè per Bal.C.de serui.vbi seruitus concessa alicui fundo non amplia-
3 tur multiplicato fundo tanquàm limitate concessa. † Et hæc conclusio procedit, siue limitatio sit ab homine facta iurib. prædictis,& maximè d.l.serui electione.§.fin.vbi traditur,an ex verbo meum,inducatur limitatio, siue insit ex natura rei & iuris præsumptione,vt in feudo, quod in dubio præsumitur limitate concessum d.§.si quis de manso.cum ibi no. maximè per Bal. distinguendo, vt ibi per eum. Idem in lacu & stagno priuatis,quorum cõcessio, vel alienatio in dubio præsumitur limitata secundum comprehensionem, quæ inerat tempore concessionis vel alienationis,ita quòd per alluuionem non recipiant augmentum,quo mediante plus acquiratur ei,in quem facta fuit alienatio.l.lacus.ff.de acq.rer.do.l.vicinus. §.fin.de aqua quo.& æsti.l.Rutilia.ff.de contrah.emp. cum concor. Secus autem est in lacu publico: quia eatenus acquiritur,quatenus aqua tegit,& quatenus aqua fluit & refluit l.littus.la 1.& la 2.ff.de verb.sign.not. Bart.Cuma.Ro.& scribentes in d.l.vicinus.§. fin. inferentes ad q.de qua ibi per Bar.no.Bar.in trac.de allu.in glo.in verbo,flumen.in fi.vbi declarat,quomodo dicatur ad propositum lacus publicus,& dicit quòd lacus reip.vt est Perusinus,non dicitur quantum ad propositum publicus.Idem est ex mente Bald.in d.l.non modus.in seruitute aquæ fundo promissa, quæ ex sui concessio-
3 ne censetur limitata. † Et prædicta procedunt, quando limitatio inest rei,quæ aucta postmodum fuit. Ampliantur prædicta ex no.per Bar.in l.inficiando.§.infans.in fi. commen.ff. de fur.vbi vult,quòd stante statuto,vt ad nuptias non possint inuitari,nisi 12.dominæ,vt si pater & filius semel ducant vxores, nihilominus non possint inuitare 24. quia licèt sint duo matrimonia realiter & effectu: tamen quia simul fiunt quò ad solennitatem non dicitur nisi vnum,quod est alibi examinandum.Sed prædicta limitantur ex tex.in d.l.Iulia.§.Titius. secundùm vnum intellectum,nisi in odium dolosi, in cuius præiudicium fit extensio, & protenditur augmentum vltra limites,Item nisi in casu necessariæ adiudicationis,iuxta tex. in d.l.Iulianus.§.idem Celsus.& notatur per Bar.& Docto.in d.l.serui electione.§.fi.ff.de leg.1.

Aliquando tamen limitatio est in ipso augmẽto, vt quia quid augetur limitate,& secundum quid non simpliciter, vt dixi in præcedenti conclusio. in 5.fallen.

4 Item aliquando † dispositio limitata ex adiectione causæ augetur,vt per Bar.in l.libertus.ff.de ali.leg.per tex. in l. si habitatio.§.1.ff.de vsu & ha.vbi relictus fuit vsufru.ad habitandum,cum habitatio ampliet relictum vsufruct.Item ex adiectione prohibitionis inducitur quandoque augmentum, vt prohibitio aliquid operetur per tex. & not. maxime per Bal. & Alb.in l.Proculus.ff.de vsufruct.vbi si legetur vsusfru. hoc addito,quòd proprietas vendi non possit, censebitur etiã legata proprietas: quia aliàs illa prohibitio nullius esset effectus.sequitur Rom.cons.206.2.colum. versic. 3. ista idem est ex identitate & adiectione rationis l.adigere. §. quamuis.ff. de iure pat.l.illud.ff.ad l.Aquil. tradit Bar. in l.omnes populi. in 6.q.princ. ff.de iusti. & iur.dum tractat de extensiua interpretatione, & in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib.& post hum. dum tractat, an prouisio in vnum casum trahatur ad alium, & an prouisio in casu verò, trahatur ad fictum, & est alta & subtilis materia alibi Deo dante suo loco tractanda.

5 † Et ad prædictam conclusionem facit,quod dixit Ioã. de Imol.in l.damni infecti stipulatio. §. si is qui ædes. ff.de dam. infec.dum ibi examinat pen.q.Bar.& dicit, quòd si promisisti me recipere cum quinque hominibus:ex eo quia permisi te ædificare in solo meo,& contingat te nouam & aliam domum ibi ædificare, non teneberis me recipere cum decem hominibus:eo quia promissio de recipiendo fuit limitata ad quinque homines,licet Bar.ibi moueatur per aliam rationẽ, de qua dicam infra in 11.& 13.conclu.& dixi etiam in prece. conclu.1.limitatione. Reliqua ad propositum huius conclusionis videantur in 8.conclu.in 1. limitatione cum seq.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio pœnalis faciendi circa principale trahitur ad augmentum 5.*
2 *Vectigalia antiqua prohibentur augeri & noua instituí.*
3 *Clusam nouam in flumine prohibitus facere per statutum veteri non potest addere, uel detrahere, uel mutare.*
4 *Socius sicut in re communi non potest socio inuito nouum opus facere,ita non potest inuito socio addere, aut detrahere.*
5 *Dispositio stricti iuris an trahatur ad augmentum rei,de qua in dispositione. Et quid de dispositione odiosa.*
6 *Pœna adiecta in statuto censetur repetita in additione.*
7 *Augmentum nonnunquàm in dispositione limitata expresse prohibetur.*

Conclusio septima principalis.

Septima conclusio principalis sit, quòd impotentia † ac dispositio pœnalis, vel prohibitiua & stricti iuris de aliquid faciendo circa aliquod principale censetur inesse vel facta circa augmentum, seu de rem factam non augendo taliter quòd etiã ad augmentum se extendat secundum Cy.Bal.Ang.& Mod. in l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur.per illum text. Hinc prohibitus

alienare

Source : BIU Cujas

alienare extra familiam rem aliquam censetur etiam prohibitus alienare illud, quod sibi obuenit per ius accrescendi, quasi mediante facto testatoris prohibentis obuenerit, secus verò si aliunde emisset secundum Cy.Bar.Ang.Imo.& Alex.
2 in l.si in testamento.ff.de vulg.& pup.Item sicut † prohibentur noua vectigalia instituí, pariter prohibentur antiqua augeri l.2.& ibi Salyc.ac per totum.C.no. vect. im. non pos.& l. vectigalia.in princ.ff.de publi.facit l.omnes.C.de anno.& tri. lib.10.vbi præstatio annonæ,vel tributi per officiales,seu exactores augeri, vel minui non potest, pariter nec augeri, nec minui possunt pensiones & solitæ præstationes ecclesiarũ: vt habetur in c.auaritiæ.de præb. & in c.cum clerici. de pact. intelligendo,vt ibi.Item prohibitus facere per statutum nouam clausam in aliquo flumine non potest veteri clusæ ad-
3 dere, vel detrahere † nec illam ad alium locũ mutare secundum Cyn.Bal.Ang. & Mod.in d.l.ius ciuile. Vbi faciunt generalem regulam,quòd prohibitus facere rem de nouo non potest factã augere:minuere,nec in diuerso statu a priore reponere,not.in l.1.§.opus.ff.de ope.no. nunt. Et faciunt, quæ dicam in materia refectionis de prohibito facere, vt intelligatur prohibitus reficere, siue veterem formam immutet, siue non.

4 **Prædicta** conclusio facit ad sociũ,† vt sicut in re communi nõ potest inuito socio nouum opus facere l.Sabinus.ff.cõmuni diu.l.in re communi.cum simi.ff. de serui.vrb.prædi.Ita nec addere,vel detrahere possit inuito socio,quod hic non examino. facit l. vsufructuarius nouum territorium.ff.de vsufru.&§.præterea.Insti.de act.& d.l.ius ciuile. per quam ibi dixit Bal.in recollectis antiquis, quem refert & sequitur Marti. de Lau. & post cum dominus præceptor meus do.Ias.quod cum duo fratres haberent turrim cõmunem constructam a media parte infra ex lapidibus & a media parte supra ex lignis; & vnus ipsorum fratrum vellet pro tutela castri à media parte supra altero recusante ex lapidibus fabricare,fuisse per Bal.consultũ,quem ipsi fratres concorditer adierant, quòd nisi ambo consentirent, nõ poterat vetus forma immutari, nec illi addi, vel detrahi.

5 Ad† id autem quod dixi de dispositione stricti iuris,vt trahatur ad augmentum rei, de qua in dispositione, videantur quæ dixi in 5.conclu.1.& 2.colum. & de dispositione odiosa in 9.conclu.1.col.& post 1.limita.

Insuper ad id quod dictum est de pœna:facit,quia promissor pœnæ,seu fideiussor tenetur etiam pro pœna aucta,quando augmentum accedit tanquàm in pœnam eiusdem delicti,vt per Bar.& Doct. in l.1.ff.de in li. iuran. & Bar. & Imol. in l.3.ff.de public. iudic. intelligendo, vt ibi. de quo dixi sup. in 4.conclu.in 1..col.Nam ex ibi dictis limitantur prædicta.

Alia exempla circa dispositionem prohibitiuam & pœnalem, vt trahatur ad augmẽtum, dixi in 5.conclu.quæ non repeto.

6 † Item si alicui statuto fiat additio, pœna adiecta in statuto censetur repetita in additione secundum Card.post Lap. in cle.statutum in prin.in 3 oppo.de elec.dixi supra in 5. conclu.princ.1.eius col.duplæ. tamen stipulatio non trahitur ad augmentum,vt dicam in 16.conclu.in 8.limi.

Postremò est aduertendum,quòd prohibitio de principali quandoque non ligat in additione, quæ fit de accessorijs: quandoque permittitur addi ad principale, quod nõ liceret de æque principali,vt patet in l.iudex.iuncta l.Paulus.la 1.cũ ibi not.ff.de re iudi.dicam aliquid in seq.conclu.prima limitatione.

7 Cętera † ad propositum huius conclusionis facientia videri possunt per discursum 5.conclu.princ.Et ad vnum est aduertendum quòd quandoq; expresse prohibetur augmentum in dispositione limitata, vt patet ex dictis Bar. in l.inficiãdo. §.infans. in fin. commen.ff.de fur. de quo dixi in præcedenti conclusione, versic.ampliantur prædicta &c.

SVMMARIVM.

1 *Permissum in principali trahitur ad augmentum.*
2 *Doti ita licitum est addere, sicut patri & matri licitum est filiam dotare.*
3 *Permissio in prohibitis non egreditur permissionis terminos.*
4 *Mulieri an liceat promissam dotem viro constante matrimonio augere.*
5 *Augmentum nihil operatur in his quæ pro forma sunt ordinata, vt sic præcise fiant.*
6 *Adiectio inutilis & excessiua an vitiet.*
7 *Imperfectio census magis vitiat quàm formæ.*
8 *Stipulatio in augmento an procedat.*
Testes discordes in summa nunquid bene deponant & efficaciter.
9 *Iudex post latam diffinitiuam addere vel detrahere non potest.*
10 *Testator sine noua solennitate non potest testamento suo addere.*
Solennitas noua non exigitur in his, quæ in inuentario adduntur.
11 *Addere in libellis ante litem contestatam quis potest, secus post.*

Conclusio octaua principalis.

1 **Octaua conclusio** principalis sit, ꝙ † pmissum in principali cẽsetur etiam in augmento permissum. Et ꝙ cui est permissum facere censetur etiã permissum addere.Et quòd sicut valet principale, ita valet augmentum.exemplum patet in testamentis in l.hæredes palam.§.si quid post.cum §.seq.ff.de test. Sic & habentes potestatem legis condendæ.vel statutorum possunt addere,vt per Bar.in l. si non mortis.in princ ff.de inoffic. testa. & patet in l. 2. ff.de ori.iur.& in l.ius ciuile.iuncta l.seq.in fin.ff.de iusti. & iur.Idẽ patet in libellis ante lit.contest.vt no.in l.edita.C.de eden.&
2 in c.1.de libel.obla.Et patet in dotibus, † quia licitum est patri & matri dotem filiæ etiam constante matrimonio augere l.etiam.C.de iure do.l.inter socerũ.§.cum inter.ff.de pact. dot.& dixi in 5.concl.princ.intelligendo tamen vt in l.si constante.C.de do.ante nup.& in §. de augmentis. cum sequ. in Auth.de nupt.quantum sit ad maritum, & ibi de augmento donationis propter nup.de quo etiam in auth.æqualitas. C. de do.inter vi & vxo. & infra dicetur.Et patet in contractib. & vltimis voluntatibus,in quibus licitum est rem venditam, vel legatam, vel pretium conuentum augere, vt dixi late in 3.conclu. princ.vbi tetigi quid in legibus,statutis, & pœnis: & an habentes potestatem reformandi statuta possint illis addere, vel detrahere, dixi ibidem in versic.& est pro intelligentia in fin.

3 **Et prædicta** † conclusio limitatur, vt procedat in his quæ sunt de genere permissorum: in his enim quæ sunt de genere prohibitorum, si fiat aliqua permissio,nõ licèt egredi terminos permissionis l.ius singulare.& l.quod verò contra.ff.de leg.regulariter autem quod non reperitur prohibitum,intelligitur permissum l.ex eo.cũ vult.ff.de testi.facit l.cum prætor.in princ.ff.de iudi.facit l. fi. §.quadrupli.C.de spon.Hinc secundum Nellum in tract.banni.in 2.parte secundi temporis 29.q.post Old.cum alicui cõceditur facultas limitata, excedens limites † non facit etiam
4 id quod sibi cõcessum est,sed aliud per l.sed si ante.ff.ad Trebel.& l.si communem.§.1.ff.quemad.ser.amit.& l.si pupillorum.§.si prætor.ff.de re.eo.& l.diligenter.ff.mand. de quo dicam in materia formæ.Hinc quamuis liceat mulieri cõstante matrimonio promittere marito dotem: non tamen licèt simpliciter illam augere.Insti.de dona.§.est & aliud in Auth. de æqua.do.§.1.& 2.col.8. & habetur de materia in Auth.de nup.§.de augmentis. & in auth. æqualitas. C. de donæ. inter vir.& vxo.& in l.si constante.C.de do.ante nup.

5 Et † hæc limitatio per omnia non præcederet in accessorijs l.Paulus.la 1.ff,de re iudi.iunctis no.in l.iudex. eo.tit.

Secundò prędicta conclusio limitatur,vt non procedat in his,quæ pro forma sunt ordinata, vt sic præcise fiant:quia augmentum fieri potest:& si fiat,vitiat contractum,vt patet in l.Græce.§.illud.ff.de fideiu.vbi secundum communem opin.si fideiussor plus promittat ꝙ principalis,inutilis est promissio,de qua materia in his quę sunt de forma excessus & augmẽtum vitient,dicam alibi late in materia formæ, quam Deo dante quandoq, plene tractabo. Et quòd in his quæ sunt de forma maiori summæ minor nõ insit,no.Aret.& Alex.in l.qui quartam.ff.de leg.1.post not.in l. 1.§.si stipulanti.ff.de verbo.oblig.

6 Generaliter† autem an excessus & inutilis ac excessiua adiectio vel expressio vitient vltra no.in d.l.Græce.§.illud.& in l.1.§.si mihi.ff.de verb. oblig. & in regula vtile per inutile nõ vitiatur,possunt videri no.late per do. Fel. in c.cum ordinem 1.& 2.col.de rescri.& latissimè in c.ex tenore 2.col. cum pluribus seq. versic.de rescripto nullo.eo.tit.& & aliquid in c. 1. circa 6.colum.versic. limita 2.de re iudi. & aliquid in c.inter cęteras.circa 5.col.ver.4.declara.eo.tit.per dominum præceptorem meum do.Ias.in l.1.in princ.5.col.ff.de iusti.& iur.dũ
7 dicit, † ꝙ in casu non permisso appellare, sed de nullitate dicere,si quis dicat, dico sententiam nullam,& si qua est appello,propter illam appositionem non propterea minus poterit de nullitate dicere,facit quod dixit Bal.in l.si is qui. in fin. commen.ff.de testa.vbi dicit vnum pulchrum dictum,quòd referam infra in 5.limi.Et subdit, quòd magis vitiat imperfectio consensus quàm formæ,facit quod dixi supra in 1.limit. quòd excedens limites commissionis nõ dicitur facere etiã id, quod sibi commissum est.

8 **Tertiò** prædicta conclusio limitatur, † vt non procedat in eo, quod a duorum consensu dependet: nam additio facta per vnum, in qua non concurrit amborũ consensus, non valet sicut principale,cui accedit consensus, vt si stipuler 10.& tu promittas 15. quia in illo augmento de quinque non valet l.1.§.si stipulanti.ff.de verb. oblig. cũ materia, quod inducitur ibi ad multa. Et ad testes deponentes

super

Source : BIU Cujas

super summa, quorũ aliqui de plus deponunt, aliqui de minus: vt in ea summa, in qua concordant secundum communem sententiam, valeat eorum depositio: vt latè examinat Alex. in cons. 64. incip. visa consultatione 2. vol. post Bart. & Doct. in l. cum furti. ff. de in lit. iur. & Ioã. And. & Can. in c. 1. de arbit. & in c. 1. de offic. deleg. cum concor.

9 Quartò fallit † prædicta conclusio, vbi post factum quis est functus officio suo, & cessat potestas facientis: vt in iudice, qui post latam sententiam diffinitiuã addere vel detrahere non potest l. iudex postquàm. ff. de re iud. iuncta l. Paulus. la 1. cum ibi no. ff. eo. tit. cum concor. ibi signatis declarando & limitando: vt ibi, & in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iu. & in c. cum cessante. vbi Moder. de appel.

10 Quintò fallit † nisi in augmento noua solennitas requiratur: quia sine illa non valet additio, vt in testatore, qui vult addere suo testamento l. hæredes palam. §. si quid post. & seq. cum ibi no. ff. de testa. not. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pac. & hæc limitatio magis est declaratio ad hanc conclusionem. Hinc secundum Bald. in l. si is qui. in fi. commen. ff. de testa. si testator facto solẽni testamento, in quo aliquos instituit hæredes per scripturam minus solennem, aliquos addat hæredes, sequens additio nihil valet, & præcedens institutio non vitiatur, licet Bal. in inuentario dicat non exigi solennitatem in addendo, quæ exigitur in faciendo: vt per eum in l. fi. §. cum igitur 3. col. vers. item pone. C. de iure deli. de qua materia dicã dum tractabo de forma.

11 Sextò † fallit prædicta conclusio in limitatis: quia vltra limites non valet additio, vt patet in libellis, quibus ante litem contest. licitum est addere, & non post, vt habetur in l. edita. C. de eden. & in c. 1. de libel. obla. Sic & in sententia, cui ea die potest in accessorijs, videlicet expensis addi. l. Paulus. la 1. ff. de re iud. facit quod latius dixi supra in 6. conclu. & supra eo. in 1. limitatione.

Septimò aliæ limitationes colligi possunt ex discursu aliarum conclusionum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium concessum principali ad augmentum trahitur, vt in decimis ecclesiæ concessis, & alijs multis.*
Et in quibus fallat 8.
2 *Priuilegium exemptionis super decimis vel collectis non soluendis trahitur ad prædia futura.*
Et quid si in præiudicium tertij 12.
Exemptio augetur aucto exempto.
3 *Futura considerantur tribus modis in quæstione, an in dispositione veniant futura.*
4 *Dispositio an trahatur ad futura neutro modo.*
5 *Priuilegium non soluendi vectigalis trahitur ad augmentum.*
6 *Priuilegium transitorium ad hæredes trahitur ad filios, quotquot fuerint.*
7 *Extensio in fauorabili facile permittitur.*
9 *Extensio in præiudicium tertij non facienda.*
10 *Dispositio contra ius dici non debet contra concedentem odiosa.*
11 *Immunitas castro concessa quando ad augmentum non trahatur.*
13 *Priuilegium in præiudicium tertij quando porrigatur ad augmentum.*
14 *Priuilegium, vt Abbas possit familiares ad diuina admittere, trahitur ad coniunctos ex causa necessaria vel probabili.*
15 *Diuitiæ superuenientes priuilegium cessare faciunt, si paupertas fuit causa priuilegij.*
16 *Impetrationes & rescripta an trahatur.*

Nona conclusio principalis.

1 NOna conclusio principalis sit, † quòd beneficium vel priuilegium cõcessum in principali trahitur ad eius augmentum c. quia circa. de priuileg. vbi priuilegium concessum ecclesiæ super decimis episcopalibus retinendis extenditur ad prædia post concessionem priuilegij quæsita & superaddita duplici ratione: prima quia in beneficijs fieri debet larga interpretatio. secunda quia non debet eadẽ res diuerso iure cẽseri: & ꝓ hoc facit tex. no. in §. 1. alias §. aliud. in Auth. de æqua. do. col. 8. vbi patet, quòd illud priuilegium prælationis, quod cõcessum est doti, etiam trahitur ad ipsius dotis augmentum, & per illum tex. Ang. ibi dicit, quòd omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmentum, ex quo infert ad q. vt si imperator mihi cõcedat vnum castrum cum certo territorio, ac cum mero & mixto imperio, & postmodum augeat territorium non exprimendo, qđ vult in augmento me habere merum & mixtum imperium, nihilominus merum & mixtum imperium trahetur ad augmentum. Facit ad prædicta c. ex parte. & c. pen. de decimis. iunctis his quæ dixit Ioan. de Imo. post Bar. & Ro. in l. damni
2 infecti. §. si is qui ædes. ff. de dam. infec. vbi habetur, quòd † priuilegium exemptionis super decimis vel collectis nõ soluendis trahitur etiam ad prædia futura, quod est intelligendum: vt infra eo. 1. limitatione. facit quod dixi supra in 5. concluſ. prin. quòd si augetur castrum exemptum crescit exemptio. Ad quod facit, quod dixerunt Pet. Cy. Ray. & Fulg. in l. fin. C. de sacrosan. eccl. quòd priuilegium concessum ecclesijs, puta ciuitati Asten. vel capellis alicuius ecclesiæ extenditur ad ecclesias vel capellas post priuilegium erectas, argu. d. c. quia circa. & l. pen. ff. de fun. instructo. quibus iuribus obstat c. tua. el 1. de deci. vbi concessio decimarum facta loco tanquàm odiosa non comprehendit futura, & etiam obstat cle. literas. de rescrip. vbi reseruatio beneficiorum non trahitur ad beneficia postmodum de nouo creata, & etiam obstant, quæ dixit Alb. de Rosa. in l. fin. 1. colum. versic. ex prædictis. C. quæ res pig. obli. pos. dum dicit, quòd si monasterium impetrauit à Papa immunitatem a functionibus pontium & viarum, tale priuilegium non extenditur ad ecclesias per ipsum monasterium post priuilegium acquisitas, de quo per eundem in q. 116. primæ partis, in trac. statutorum. & dixi supra eo. 5. cõclu. prin. paulo ante limitationes. Circa quam materiam est
3 considerandum, † quòd aliquando quærimus, an dispositio trahatur ad futura per modum augmenti se habentia, & est materia præsentis tractatus, de qua aliquid per Imo. in d. cle. literas. in 6. fallen. in 11. col. Aliquando verò quærimus, an trahatur ad futura per modum subrogationis, vt in exemplo dato per Ioan. And. in c. fi. de verb. sig. in 6. in nouel. dum dicit, quòd si concessum sit episcopo priuilegium, vt quatuor clerici ad sua officia existentes percipiant fructus beneficiorũ, quamuis nõ resideant in eorum ecclesijs, eodem priuilegio gaudeant clerici post priuilegium loco aliorum subrogati per l. sicut in annos 2. respon. ff. quemad. vsufruct. amit. & d. c. quia circa. cum quo transit Alex. in cons. 78. incipien, in occurrenti 2. colum. 2. vol. quo casu quando futura loco priorũ subrogantur, regulariter comprehenduntur in dispositione simpliciter concepta. vt dixit Ang. in l. si seruitus. in princ. circa fin. commen. ff. de serui. vrba. prædi. de quo in l. filiæ. ff. de condi. & demon. & ista non est materia nostra, pariter nõ est materia nostra, quando quærimus, an † dispositio trahatur
4 ad futura simpliciter, seu neutro modo, prout in casibus præalleg. Et est materia examinata late per Bar. in l. si ita. ff. de auro & argen. legat. & per Imol. in d. cle. literas. & per Alber. de Rosa. in d. l. fi. C. quæ res pign. obli. pos. in qua materia fit distinctio, an dispositio sit de materia fauorabili, & in qua sit facienda larga interpretatio, an de odiosa aut in qua sit facienda stricta interpretatio. Item an dispositio sit de re particulari an vniuersali. Item an dispositio collectiuè concipiatur an vniuersaliter præuideri potuerunt an non, & an agatur de magno vel modico damno, vt ibi latius per eos. Ad propositum redeundo pro prædicta conclusione facit, quod dixit Alb. in d l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. *Si alicui fuerit concessum priuilegium quòd in regno Franciæ non soluat pedagium, & contingat comitatum accrescere regno, quod talis exemptio. vel priuilegium competat etiam in comitatu regno adiuncto, quod prodest ad multa.* Et maximè temporibus
5 istis quibus † christianissimus Rex noster Francorum acquisiuit ducatum Mediolani & alias vrbes, & sunt considerandaverba exemptionis an comprehendant omne dominium regium, & tunc sit generalis etiam ad vrbes postmodum acquisitas, an verò comprehendant regnum Franciæ, vt quia dicatur eximo te a pedagijs super regno meo Franciæ, & tunc patriæ postmodum acquisitæ quæ non sunt incorporatæ regno, nec per modum augmenti annexę non comprehendantur, per ea quæ dixi in 1. conclu. circa fi. & in 5. conclu. alleg. Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. & in tractatu de allu. dum dicit de insu. a. 3. colum. quòd facit ad q. tacitam in l. senatorum. C. de dig. lib. 12. ad exemptionẽ concessam terris fratrum tertij ordinis, vt porrigatur ad vasallos eorum seu terras vasallorum suorum.

6 Prædicta faciunt ad quæstio. † vt priuilegium, vel beneficium transitoriũ ad hæredes, vel quòd non sit personale, iuxta not. in l. 2. C. de epis. & cler. & alicui cõcessum trahatur ad eius filios, quotquot numero fuerunt, & faciunt quæ dicam in sequenti conclusione. per quę ibi dicta apparet idem esse de priuilegio concesso ciuibus, esto quòd ciuitas sit multum in numero ciuium aucta, ut id omnes quantumcunque multum multiplicatos extendantur. Dy. in l. uxori. §. vxori. ff. de leg. 3. vult Inn. c. quãto. dum loquitur de gratia. de censi. an autem plures tunc teneãt locum vnius. facit cle. fi. cum glos. magna, de iure patro. dicam aliquid in 11. quæstio. principa.

7 Et prædicta conclusio † in priuilegijs & beneficijs procedit, etiam si agatur de magno præiudicio ipsius concedentis secundum Pan. in d. c. quia circa. in fi. commen. de priui. & infra dicetur. Et maxime procedit, quando sumus in materia fauorabili, in qua facile permittitur extensio, ut dicit Panor.

Source : BIU Cujas

nor.in c.tua.el 1.& in c.ex parte.lo.2.de deci.facit l.cum quidam.ff.de li.& posthu. & c.odia.de reg. iur. Et quod late habetur in l.fi.ff.de const.princ.Et ꝙ aucto beneficio augeatur concessio, aliqua exempla apparent infra in 13. cōclusione.

8 **Prædicta** conclusio limitatur: † vt non procedat, qñ priuilegium, vel beneficium concerneret præiudicium tertij, si traheretur ad superueniens augmentum, vt patet in exemplo Ang. in l. si seruitus. in princ. pen. colum.ff.de ser.vrba.prædi.dum dicit, ꝙ si Papa eximat episcopum & totam suam diœcesim a iurisdictione archiepiscopi,quòd aucta diœcesi augmento patenti tale augmentū non sit exemptum a iurisdictione archiepiscopi:secus si augmentum sit latens:vt apparere non possit, prout est per alluuionem, de qua materia dicam saltem remissiuè infra in 17. conclu.in 2.fal.& licèt Ang.moueatur ex eo: quia concessio facta respectu certè rei non extendatur ad superueniens res: quæ oculo distingui possunt per d.l.si ita.ff.de auro.& argen.

9 leg.tamen melior ratio est: † quia non debet fieri extensio in præiudicium tertij seu ordinariæ iurisdictionis archiepiscopo spectantis per infra dicenda.facit l. si quando. in princ. C. de inoffic.test.& l.impuberi.ff.de admi.tut.no.Hostien. & ca no.in c.cum capella.de priuil.& in d.c.quia circa.Hinc secundum Io.And.& communiter Doct.in d.c. quia circa. & Ro. in d.l.damni.§.si is qui ædes.in fi.commen.& Alex. in d.consil.177.in 4.colum.cum seq.2.vol. illud quod dicitur de priuilegio exemptionis concesso certis religiosis super decimis episcopalibus non soluendis: vt comprehendat futura prædia,procedit,quando episcopus,de cuius præiudicio agitur, feciſſet hanc exemptionem: quia contra concedentem priuilegium fit larga interpretatio d.c. quia circa. & c. olim. de

10 verbo.signific.& c.cum dilectus.de consue.& d.l.fin.vbi late Mod. de constit. princ. In tantum † vt dispositio contra ius, quæ dicitur odiosa & strictè interpretanda c.1.& 2.de fil.presby. non debeat contra cōcedentem dici odiosa secundum Panor.in d.c.quia circa.Nam si alius superior,videlicet Papa concederet talem exemptionem, tunc secundum Io. Andr. & Doct.præallegatos in præiudicium tertij, vel ordinarij deberet fieri stricta interpretatio: & ad augmentum non fieret extensio c.cū dilecti.de dona.l.2.§.meritò.& § si quis à principe.ff.ne quid in loc.publi.& in l.nec auus. C.de eman. libe. & not.late in d.l.fin.

Et propterea Ro.in d.§.si is qui edes. cum quo transit Ale

11 xan.in d. consi.178. bene dixit, quòd † immunitas concessa castro & eius villis non trahitur ad villas postmodum acquisitas seu superadditas: quando ageretur de præiudicio tertij: Secus si ageretur de prejudicio concedentis immunitatem. quamuis Guid. de Suza.quem refert Ioā.And.in addi. Spec. in titu.de censi.in addi. magna.in fi.dixerit indefinitè, quòd non trahitur ad futuras villas per l.Iulianus. in fin. vbi bonus tex.& l.vxori 2.respon.ff.de leg.3.& l.1.ff.commu. prædi.& l. fi.ff.si ser.ven. quorum opinio est intelligenda secūdum dict. prædictam & ita procedunt,quæ dixit Alb.de Rosa.in d.l. fi. C.quæ res pig.oblig.pos.& in tract.statu.in prima par.q.116. dum voluit, immunitatem a functione pontium & viarum concessam ecclesiæ non trahi stricto iure ad ecclesias acquisitas per ecclesiam immunē, & quòd immunitas a collectis concessa priuatis personis nō trahatur ad bona futura secun dum communem obseruantiam,& secundum Alex.in con.

12 sil.præalleg. dicitur immunitas † cōcessa in præiudicium tertij,si ciuitati sit onus soluendum, vel castro, non autem ipsi principi immunitatem concedendi, vel si statutum arctet comitatenses ad soluendum salarium potestatis, & superior concedat immunitatem alicui villæ:quia eo casu alij comitatenses coguntur ad solutionem integram salarij etiam proportione villam exemptam cōtingente.ad quod faciunt no. per Spec.in tit.de censi.§.2.versic.quid si nimis.& Ioan.And. in c.non minus.de immu. eccle. cum concor.de quibus per Bar.Imo.Alex.& Mod.in l.ab omnibus.in princ.ff.de lega.1. & per Panor.& Cano.in c.accedentes.de præscrip.& per dominum preceptorem meum do. Iasin l.auus.ff.de pac. Et ex hoc sequitur,quòd non est tenenda opi.Ioan.de Imol.in d.§. si is qui ædes.dum dixit, quòd immo priuilegium exemptionis super decimis,vel collectis non soluendis trahitur ad prædia futura etiam ad præiudicium tertij, quem refert Alex. in consi.præalleg.& dominus prẽceptor meus in l.qui filiabus. in princ.ff.de leg.1.Et an iura per Imol. allega. videlicet ad c. pen.& c.ex parte.l.2.de deci.respōdet Alex.in consi.prẽalleg. in pen.& vlt.colum.& Panor.in d.c.ex parte.& in c.tua.eo ti.

13 Dixit tamen Ro. in d. §. si is qui ædes. † quòd fieret extensio immunitatis ad villas postmodum acquisitas:quando essent necessariò connexæ & accessoriæ ad ipsum castrum, per l. si mancipia.ff.de fun.instrum.& l.fi.§.Caio.ff.de lib. leg.l. cum fundus nominatim.ff.de leg.2. Et quia de necessario connexis idem est faciendū iudicium c.super eo, de paro. & quod habetur in c. quanto. de iudi.cum concor. de quibus in glo. & facit l.si finita. §.ex hoc edicto.ff.de dam. infecto.sequitur Alex.in consi.præalleg.Et quæ limitatio etiam potest temperari,vt non procedat in augmento latenti: prout est alluuio: quia ad illud bene porrigitur priuilegium in præiudiciū tertij, vt dixi in princ. huius limitationis post Ang.in d. l. seruitus. Tertia restrictio ad hanc limitationem fieri potest, vbi ageretur de modico damno per not.per Bar.in d.l.si ita. vlti. col.& per tex.in c.quanto.de censi.

14 **Secundò** limitatur prædicta conclusio, † vt non procedat,quando augmentum causaretur ex causa mere voluntaria:vt quia nulla iusta,vel cōueniens, aut necessaria causa subesset secundum Ioan.And. in regula qui sentit.in 6.in mercuria.quem sequitur Alex. in d. consil.178. incip.in occurrenti 2.col.2.vol.vbi dicunt, quòd si Abbas & conuentus habent priuilegium, vt eorum familiares admitti possint per eos ad diuina, tale priuilegium trahetur ad adiunctos ex causa probabili,vel necessaria:aliàs non,puta si actum sit monasterium & eius reditus: ita quòd maior familia sit conueniens,vel necessaria:facit quod dixit Ioā.And.in addi.Spec.in tit.de censi.§. nunc dicendum.in addi. magna, circa medium. dum loquitur de villa nouiter facta ex causa voluntaria, de quo dicam in seq. conclu. vbi adducam aliàs concor.facit quod dixit Rom.in d.l.damni infecti stipulatio. §.si is qui ædes.in fi.cōmen.ff.de dam.infec.dum vult, quòd immunitas concessa a collectis trahatur ad futura prædia primis necessariò connexa:aliàs non,de quo dixi in præce. limit.prope fi.

15 **Tertiò** limitatur, vt non procedat:†quando beneficiū esset concessum propter paupertatē: quia tunc non trahitur ad bona acquisita:immo cessat, vt in beneficio cessionis bonorum & in immunitate propter paupertatem cōcessa:quia cessat cessante paupertate l. cura. §.deficientiū. ff.de mu.& hono.l.his oneribus.§.1.ff.de vaca.mu.nec enim debent inducta ad vnum effectum cōtrarium effectum operari c.intellecto.de iureiur. & regula, quod ob gratiam.in 6. & l.legata inutiliter.in princ.ff.de leg.1.not. Bar.in l.non tantum.§.eos.per illum text.ff.de excu.tuto.Alex.in l. si constante.§.si maritus.ff.sol.matri.in l.sciendum.§.fi.ff.qui satisd.cog. & hæc limitatio non est (vt arbitror) per omnia tenēda, sed secundum subiectam materiam restringenda propter l.senatorum.C.de dig.lib.12.cum ibi nota.& in l.2.C.de episco. & cler.intelligēdo vt in l.semper.§.negotiatio.ff.de iure immu.

Aliæ limitationes colliguntur ex his:quæ dicā infra 13.artic.princ. in limitionibus, videlicet ad illud quod aucto beneficio augeatur etiam concessio.

16 Generaliter autem † an impetrationes & rescripta trahantur ad futura, videri possunt tex.& no.in c.fin.de rescrip.& in cle.literas.vbi latè Imol.eod.tit.tex.in l.3.§. illud. vbi Alexan. & Doct.ff.quod quis.iur.cum concor.ibi signatis. Ex quibus iuribus cum ibi no. suppleri & restringi potest tota hæc conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Debitum auctis personis an auctum.*
Seruitutis constitutio inducit limitationem.
2 *Obligatio contracta occasione certæ rei augetur re crescente,nisi in onerosis.*
Decimarum concessio facta loco futura non comprehendit.
3 *Grauare se velle in infinitum nemo videtur.*
Aequitas scripta rigori præferenda.
4 *Extensio ad futura, quantumcunq; verba contractus sunt generalia,non sit.*
5 *Promittens cuilibet canonico annuatim dare, an teneatur dare canonicis auctis.*
6 *Furnus pro famlia locatus, an extendat se vltra numerum,qui erat tempore locationis.Et quid in molitore 7.8. 10.*
8 *Sermo indefinitè prolatus quando ad futura non trahatur 23.*
9 *Excessus magnus quis dicatur.*
10 *Alimentorum onus crescente infante,cui debentur, crescit.*
11 *Alimenta pupillo per iudicem taxata augentur aucto patrimonio.*
12 *Vasallus an teneatur in pluribus filijs domini,vt tenebatur domino.*
Et quem ex filijs possit in dominum eligere 13.Et si alienare velit,an teneatur omnibus offerre 14.15.
16 *Indiuiduum promissum an debeatur vnicuique filiorum.*
Et quid de diuiduo.
17 *Reseruatio venditoris in fundo non trahitur ad futura.*
18 *Onus nunquid augeatur auctis personis vocatis sub nomine vniuersali uel collectiuo. Et quid in onere causato ex titulo lucratiuo.num.19.24.*
20 *Futura an veniant in legato venditionis, uel donationis.*
21 *Seruitus nunquid ad superadditum extendatur.*
22 *Futura augmenta ta licèt separata re aucta quando ueniant.*

Conclusio decima principalis.

Decima cōclusio principalis sit,

1 quòd † auctis rebus vel personis quibus aliquid onerosum debetur

debetur non augeatur regulariter debitum seu onus rei vel personæ promissum vel debitum: exemplum patet in l. non modus. C. de ser. vbi esto, quòd augeatur fundus, cui debetur seruitus aqueductus, per hoc non augetur ipsa seruitus taliter, quòd ipsi augmento dicta seruitus non debetur, nec ad illud extenditur ius aquæ ducendæ: sed ad illud tantum cui fuit seruitus constituta. hinc aquæ haustus debitus pecori nõ debetur vltra numerum existentem tempore promissionis l. 1. §. illud. ff. de iti. actuque pri. & l. ergo. §. Neratius. ff de ser. ru. præd. & est ratio secundum Bal. inter ceteros. in l. non modus. quia ipsa seruitutis constitutio inducit limitationem, ex quo certo fundo, vel certis fundis fuit cõstituta: & dicit Bal. ibi idem esse in seruitute præscripta; quæ ratio videtur cadẽ cum dicto, nisi suppleatur, quòd inducit limitationẽ in onerosis: quia quis non videtur velle se onerare in infinitum, vel in plus, quàm fuerit expressum l. Rutilia Polla. cum concor. infra allegandis. ff. de contrahen. empt. & l. qui vina in fi. ff. de peri. & commo. rei vendi. & l. qui bona. §. fi. cum ibi no. ff. de dam. infec. Et propterea secundũ Ang. in l. si seruitus. in prin. 2 3. colum. ff. de ser. vrb. prædi. † obligatio contracta occasione certæ rei augetur re crescente, nisi secundum eum ibi, in col. seq. simus in contractibus maximè onerosis. facit l. Iulianus. in fi. cum l. seq. ff. de leg. 3. vbi legato fundo cum instrumentis fundi non veniunt instrumenta, quæ post tẽpus testamenti reperiuntur addita pro instrumentis fundi. Ad idem facit c. tua. el 1. de deci. vbi concessio decimarum facta loco tanquàm odiosa non comprehendit futura: sed ista iura loquuntur, quando augmentum contingit in re debita, non autem in re, cui aliquid debetur.

Et prædicta inducuntur per Bal. & Salyc. in d. l. nõ modus. post antiquos ad q. de eo qui promisit sua impensa manutenere pontem fluminis, vt si flumen fiat latius ex corrosione aquæ non teneatur promissor ad talem impensam, de qua q. dicam infra in 12. conclusione.

3 Ad hanc conclusionem facit c. quanto. de censi. † vbi est expressum, q. si quis fundauerit monasterium: ita quòd ex reditibus ipsius monasterij singulis annis detur procuratio monachis alterius monasterij, & contingat, quòd multum sit auctus numerus monachorum: quibus procuratio debeatur: fit reductio iudicis arbitrio ad antiquam mensuram, seu numerum antiquum. Et hoc ex quadã æquitate, vt ibi, quæ æquitas ex quo reperitur scripta, est præferenda rigori, iuxta l placuit. cũ ibi no. C de iudi. Et sic sunt duæ rationes huius conclu. vna est: quia nemo videtur velle se in infinitũ grauare. vt prædixi. Alia est ex æquitate scripta, maximè in d. c. quanto. alia ratio potest assignari in d. c. quanto. scilicet ne contingat: quem in plus posse grauari, quàm sit emolumentum, quod grauatus percepit, vt dicam infra in 13. concl. ver. facit ad idem, tex. & no. in l. imperator. §. si centum. & seq. vbi glo. Bar. & Doct. ff. de leg. 2. Item alia ratio generalis ad prædicta assignari potest: quia inspicitur præsens tempus, seu tempus dispositionis, siue contractus vltimæ voluntatis l. si ita. & l. medico. in prin. ff. de au & arg. leg. cũ concor. ibi per gl. alleg. d l. Rutilia. Polla. & l. in lege fi. de contra-
4 hen. empt. † vbi non fit extensio ad futura, quantumcunque verba contractus sint generalia, secundum ibi not. Adeo vt vendito lacu & decem pedibus circa lacum, si lacus excrescat, & occupet decẽ pedes circumcirca, non debeantur alij decem pedes. Et qui in fundo vendito sibi reseruat lapidicinas, intelligitur apparentes reseruare, non autem quæ in futurum inuenientur. Et alia potest etiam adduci ratio: quia verba intelliguntur rebus sic stantibus, prout se habent l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau. c. cum inter. de renun. c. quemadmodum. de iureiur. cum vulg. Item quia ad incogitata non refertur dispositio l. cum Aquiliana. cũ concor. ff. de transc. Item ad hanc conclusionem faciunt, quæ volunt Dy. & Alb. de Ros. in l. cui fundus. ff de condit. & demon. quòd si alicui est cõcessum, quòd in aliquo nemore possit incidere aliqua ligna pro se & sua familia, & cõtingat eum, cui fuit facta concessio, decessisse relictis multis filijs, non possit vnusquisque filiorum incidere pro necessitate & vsu suæ familiæ, sed tantum omnes possint, quantum poterat pater tempore concessionis.

5 Ad idem facit † quod volunt Pe. Cy. Alb. Bal. & Sal. in d. l. nõ modus. C. de seruit. & Ang. in d. l. si seruitus. in princ. ff. de ser. vrb. præd. circa fi commen. vbi ẽt Flo. & Ioan. de Imo. in cle. literas. in 11. colum. de rescri. dum volunt, quòd si rusticus promisit omni anno cuilibet canonico Sancti Laurentij dare 10 pro anniuersario, qui canonici tempore promissionis non erant nisi 10. & aucti sunt forte vsque ad 20 non teneatur rusticus omnibus præstare. sed solummodo teneatur iuxta numerum, qui erat tempore prossionis. Hinc dixit Bal. in l. qui filiabus. in princ. ff. de leg. 1. per illum tex. q. in legato facto omnibus ecclesijs alicuius diœcesis non includuntur ecclesiæ postmodum ædificatæ.

6 Ad idem † etiam facit quod volunt Iac. But. in l. fin. per illum tex. C. de sacrosan. eccl. & communiter Docto. in d. c. quanto. & Imo. in d. cle. literas. in 11. colum. de rescrip. quòd si quis ex pacto teneatur coquere panem pro libris decem singulo anno, vel ex concessione furni facta in emphyteusim alicui & eius familiæ, & contingat creditorem decessisse relictis pluribus filijs, vel ampliatam fuisse familiam etiam eo viuo multo plus quàm esset tempore concessionis, non teneatur pistor, vel fornarius coquere vltra numerum, qui erat tempore concessionis, vel pacti.

Facit ad idem, quod in simili dicitur de eo qui promisit alicui molere granum singulis annis pro se & sua familia, siue ex pacto pro certo pretio, siue ex concessione molendini in
7 emphyteusim, vt si aucta sit multum familia † non teneatur nisi vsque ad numerum existentem tempore promissionis secundum Host. Ioan. And. Fed. Pe. Abb. antiquum But. & cõmuniter Doct. in d. c. quanto. de censi. licèt Inno. Pan. & Pet. de Anch. ac quidam alij ibi aliter sentiant. & *Alb.* de Rosa. in auth. hoc ius porrectum. vlt. charta. C. de sacrosan. eccl. quorum opin. sequitur do. Bar. Vero. in tract. seruitutum vrbanarum. sub rub. de furno 5 q. & pro ea adducit plura iura, & inter cætera d l si seruitus. in princ. ff. de ser. vrb. prædi. quæ ex oppositio fundat se in æquitate: & quia nomen familiæ est vniuersale, quo casu siue augeatur, siue minuatur dicitur eadem familia l. peculium. in princ. ff. de leg. 2. l. proponebatur. ff. de iudi. Et Pan. adducit in d. c. quanto. fortiorem rationẽ: quia ex quo minui poterat familia ad commodum molinarij, pariter ad eius incõmodum spectare debeat emolumentum creditori l. secundum naturam. ff. de reg. iur. l. & si contra. de vulga. & pupill. Et retenta hac secunda opi. eam limitat do. Bar. Vero. in tract. præalleg. post Pet. de Anch. & Ioan. de Alema. in d. c. quanto. vt non procedat, nisi in familia quæ simul habitat, per l. tria. ff. de excu. turo. licet quantum ad alia seorsum habitantes dicantur de familia l. fi. cum ibi no. C. de verb. signific. Item nisi conceptа fuisset obligatio per nomina particularia, puta mihi & duobus filijs meis. Item nisi familia esset aucta ex aliquo accidẽti, vt quia is cui molinarius tenetur molere factus sit Doctor vel miles: & propterea teneat maiorem familiam, vel nisi promissio de molendo fuisset facta indefinitè: & aliter, prout ibi latius per eum. Cuius verba non refero· quia non puto trãseundum cum eius opi. Sed tenendum puto aliam & primam opinionem tanquàm æquiorem, pro qua faciunt decisiones præallegatæ: & text. optimus in d. c. quanto. Et videtur magis communis, & eam sequitur Pyleus in q. 48. incip. quidam paterfam. & Bar. Brixi. in q. 50 etiam incip. quidam paterfam. & Imo. in d. cle. literas 11. colum. de rescri. & do. præceptor meus do. Ias. post eos in repet. l. quominus. in 22. q. ff. de flumi. moti per fundamenta pro magna parte supra alleg. & per d. l. cui fundus. in fin. ff. de condi. & demon. insuper mouetur Imo. in d. cle. literas. quia ex persona successio. non debet conditio obligationis immutari l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Et quia non potuit præuideri augmentum familiæ d l. si seruitus. iunctis notatis per Bar. in d. l. si ita. vlti. colum. ff. de auro & argen leg. quod vltimum fundamentum non placet Bal. in d. l. non modus. C. de seruit. quia saltem in genere præuideri poterat, quòd familia augeri posset, de quo dicam infra circa finem huius conclusionis.

8 Primò limitatur & retenta † hac opin. pro magis communi: quæ confirmatur ex his quæ dicam infra eo. ver. ad prædictam conclu. etiã facit &c. limitari potest, vt tũc demum procedat, quando in magno excessu familia excrescet. ita quòd magnum damnũ promissori, seu eius hæredibus resultaret per d. c. quanto. cũ glo. & per no per Bar. in d. l. si ita. vlt. colum. & in l. pen. per illum tex. C. quæ res pig. obli. pos. & in l. si ita stipulatus fuerim illud §. 1. ff. de verb. oblig. & Imo. in d. clem. literas 11. colum. quibus locis dicitur & probatur: quòd sermo generaliter, vel indefinitè prolatus non trahitur ad futura, quando magnũ damnum, vel præiudicium resultaret. & hoc volunt Ang. & Flo. in d. l. si seruitus. in princ. Imo. in l. damni. §. si is qui ædes. ff. de dam. infec. Alex. in consi. 178. inci. in occurrenti 3. col. 2. vol. vbi dixit post Imo. vbi supra quòd si concedo tibi feudũ cum pacto, quòd tenearis me recipere cum familia mea: teneberis me recipere cum familia etiam aucta, nisi foret au-
9 cta in nimis magno excessu, & dicit Alex. magnum † excessum esse, quando excedit vltra dimidiam prioris numeri, arg. l. 2. C. de rescin. vendi. & c. pen. cum ibi not. de emp. & vend. & per tex. in d. c. quanto. vbi erat excessus in triplo. puto tamen hoc consistere in iudicis arbitrio ex qualitate personarum: & rei, cui debetur seu quæ debet, iuxta no. in l. licèt. C. loca. in l. admonendi. ff. de iurciur. dum dicunt, magnam & paruam causam ex qualitate personarũ iudicari, iuncta l. plenum.

Source : BIU Cujas

num.§.equitij.ff.de vsufru. cum concor. Et ad prædicta facit, quod dixit Saly.in d.l.non modus.C.de serui.℘ si te patiente eleuaui domum meam,quæ non debeat tuis luminibus offi cere, cum ex eleuatione tunc non officerem,si contingat te facere cameram : quæ non potest habere lumen nisi depres so muro eleuato , non cogar deprimere propter maximum præiudicium & patientiam tuam.

10 Secundò limitari potest prædicta†conclusio, nisi cre scente familia pariter crescceret reditus mo lendini vel furni per tex.in d.c.quanto. iunctis his quæ latius dicam infra in 14.conclusione,dum tãgam, an aucto reditu rei augeatur pariter pensio iunctis his quæ dicam in 12.con clu.in 2.limitatione.

Tertiò limitatur secũdũ Ang.in d.l.si seruitus . in prin. in 3 .col.ff.de ser.vrb.prædi. vt non procedat in onere tendente in alimoniam,vel bonificationem rei,quando augmentum est intrinsecum:quia augetur onus secundũ rei exigentiam:vt in infante , cui alimenta debentur:quia secundum ℘ crescit,crescere debet onus alimentorum , per l. cum vnus.§.fi.iuncta glo.ff.de ali.& cib.leg. & l. alimenta.§. basilicæ eo.tit.& l.alimenta.§.si is qui a lib.ff.de lib.agno. Idẽ dicit de haustu aquæ promisso ad irrigationem agri sterilis, qui bonificatus exigit maiorem aquã : quia debetur. Et licet ista limitatio sit in se vera:tamẽ ℘ hoc ideo sit:quia onus accedit augmento intrinseco mihi per omnia non placet cum in infante crescente augmentum extrinsecum appareat. ratio est autem:quia materia subiecta ita suadet : quia alimẽta & aqua pro rigando tendunt ad talẽ finem, vt infans & ager crescãt,videlicet infans re & ager bonificatione.de quo aug mento intrinseco dicam late in 18. conclusione.

11 Item in alio †casu augentur alimenta puta in pupillo cui taxata est quantitas alimentorũ per iudicem:quia si augeantur facultates tutor potest & debet excedere quantitatem ta xatam sicut diminuto patrimonio debet diminuere l.ius alimentorum.in fi.ff.vbi pupil.edu.deb.

Alias limitationes quis colligere potest ex ↄclusione seq. & aliquas signabo in fi.huius conclu. quas non sequor.

Ad prædictam cõclusionem etiam facit, quod dicit de vasallo obligato ad cer tum seruitium,cui dñs decessit relictis pluribus filijs & hæredibus:vt talis vasallus nõ propterea teneatur in plus dictis filijs & hæredibus q̃ teneretur eorũ patri, vt no. in c.oẽs.si de feu.fue.ↄtro.vbi gl.Bal.And.de Iser.Alua.& scriben.no.Ang. in l.2.§.ex his.ff.de ver.obl.& in l.loci corpus.§. si fundus.ff.si ser.vend.Et solet notari per aliquos in c.imperialem.§.præte rea ducatus. de prohi. ali.feu.per Fede.in quibus locis cõiter

12 concluditur,℘ † si seruitium sit diuiduum:vt quia præstanda sit pecunia,vel cẽsus, dabitur vnicuiq; hæredum portio sua, si feudum diuiserint l.legatarius.ff.de leg.1. l.stipulatiões nõ diuiduntur.cum concor.ff.de verb.obl.& l.libertus cui.§.denique.cum concor.ff.de ope.li.facit text.not.in l.1.§.si pecunia.ff.depo.quia vnusquisque hæredum representat personã defuncti pro ea parte,pro qua etiam hæres l.cum a matre. C. de rei vend.l.si ab eo.C.de neg.gest.no.gl.in l.2.§. fi. vbi Bar. ff.de præto.stip.facit l.1.C.si cer. pet. & l. ea quæ in nominib. C.famil.erciſc.℘ si feudum non sit diuisum , omnibus simul præstabitur.Et si alteri eorum tantum fuerit adiudicatum ex diuisione illi soli præstabitur,vt latius per Doct. in locis præalleg.Si autem seruitium sit indiuiduum , puta ire ad præliũ, vel sequi dominum,quod quando fit no.Bar.in d.l.2. §. itẽ si in facto.ff.de ver.obl.& in l.4.§.Cato. & in l.stipulationes nõ

13 diuiduntur eo.tit.† tunc potest vasallus eligere vnum ex dominis, seu ex hæredibus domini l.si quis in graui.§.si cũ oẽs. ff.ad Sylla.& secũdùm Bal. in l.1.22.seu 23.q.ff.de re.di.bene faciet vasallus gratificari autiquiori,vel digniori, per no.in l. fi.ff.de fide instr.& in c.1.de maio.& obe.facit quod not. in l. ciues.C.de incol.no.Bal. in c. imperialẽ. §.præterea ducatus. de prohi.ali.feu.per Fed.& in operis diuiduis numero vel tẽpore,licèt non realiter poterit fieri inter dominos diuisio nu mero vel tempore l.4.& l:vt iusiurãdi.§.fi. & l.libertus cui. §. denique.ff.de ope.li.iunctis notatis per Bar. in d.l. stipulationes non diuiduntur 5.col.9.oppo.& in l.in stipulationibus.§. 1.& in l.2. §.1.ff.de verb.oblig.

14 Et ex prædictis potest inferri: quòd † talis vasallus volens alienare feudum teneatur omnibus offerre,& ab omnibus licentiam petere, de quo etiam per Bald.in c.1.in princ.1.col.de prohi.ali.feu.per Fede.Idem in emphyteuta plurium dominorum secundum Guil.de Cu.Bald.& Ang.& Ang. in l.communis seruus.ff.de stip.ser.post Ioan.And.in tit.de loca.§.nunc aliqua . versi.82. per Alb.de Rosa.in l.quid si vno.ad fi.ff.de in diem addic.per Guil.de Cug.in l.si duo patroni.in princ.ff.de iureiuran. cum concor.ibi allegatis.

Et prædicta procedunt,quando feudum tenetur, vel recognoscitur ab ipsis dominis pro indiuiso : nam si pro diuiso, ab illo domino est petenda per feudatarium, vel emphyteutam licentia alienandi, vel illi est oblatio facienda , qui recognoscitur,vt no.in locis proxime alleg.vbi traditur, an si feudum, vel emphyteusis a pluribus dominis per vasallum , vel emphyteutam pro indiuiso recognoscatur , cessans quò ad vnum soluere,vel præstare seruitium , vel alienans aliquibus requisitis & aliquibus ex dominis non requisitis , cadat quò ad omnium portiones , an verò quò ad portiones eorũ tantum,quibus fuit cessatum,vel qui non fuerunt requisiti,seu a quibus alendi licentia non fuit obtenta.

15 Item prædicta † procedunt præsuppositio, quòd quando dominus decessit relictis pluribus filijs & hæredibus,vasallus teneatur ipsius omnibus iurare fidelitatem : feudum ab ipsis omnibus recognoscere, quæ opinio in patria Asten.in homagijs, quæ præstant rustici vasallis regijs & ecclesiæ episcopali Asten seruatur , in qua homines communiter iurant fidelitatem domino pro se & filijs ac hæredibus &c. Et quam opin.tenuit glo. in l. si vsufr. alias si cuius.§.si plures.ff.de vsufruct.& Py.quem refert glos. in dicto cap.omnes.si de feu.fue.contro.Bal.in dicta l.prima. in 22.quæstio.ff.de re.di.Ang.in dicta l. loci corpus . Imol. in d.l.secunda.§.item si in facto.ff.de verbor.oblig. Alua.in d.c. omnes.post And.de Iser.solet not. in l.de pupillo.§. si plurib. vbi Bar.in fin.commen.ff.de ope.no.nuntiat.pro qua opin.fa cit: quia istud , quòd vasallus remaneat pluribus obligatus, contingit ex causa necessaria:puta successionis & diuisionis, ar.l.hæredes mei.§.an ea.& §. item illa.ff. fam.erciscun. secus est in causa voluntaria dicto capit. imperialem . §. preterea. per illum text.faciunt not.per Alexan.in dicto §. ex his . licèt glo.in dicto capit.omnes.& ibi Bart.Bald. in dicto capit. imperialem. §. præterea. de prohibita ali.feu. per Feder. in vlti. colum.& Ioan.Andr.in additio.Specu. in titu. de feu.§.quoniam .versicu.trigesimonono.& plures alij Doct. tenuerunt, quòd omni casu, siue causa sit voluntaria,siue ex necessitate successionis vni tantum sit prẽstanta fidelitas Et est circa prẽ dicta aduertendum: quia nonnulli in dicto capit.omnes. dicunt, vasallum ita demum posse vni ex filijs domini in præstando seruitium indiuiduum gratificari, si plures ex filijs domini concurrunt simul in petendo seruitium : aliàs si successiue petatur, dicunt omnibus illud esse præstandũ: quia hoc intelligo , nisi quando ex hoc vasallus nimium grauaretur per text. in d. c. quanto.iunctis his quæ dixi ad hoc propositum supra hac ea. conclu.

16 Et de liberto † obligato pluribus dominis,seu pluribus filijs vnius domini , videri põt tex.in d.l.cum seruus.cum ibi no.ff.de in ius vocan. & tex. in l.etiam.cum ibi not.C.de obseq.patro.præstan.cum concor. Et hic ad propositum possent adduci plura iura allegat. per Docto. in materia diuidui & indiuidui , videlicet an indiuiduum promissum Titio debeatur vnicuique filiorum & hæredum Titij insolidum,de quo latè in d.l.2.§.ex his.& in d.§. item si in facto.& in d.§. Cato.& in d.l. stipulationes non diuiduntur. cum concor.ibidem alleg.

Ex prædictis redditur dubia decisio Alex. in d. cons. 178. incip.in occurrenti 2.vol.quam sequitur Fir.in trac. de gabellis.in 3.par.8.prin.in fi.dum tenet,℘ conductor gabellę Bon. collegio dominorum sexdecim cum pacto , ℘ ipsis de officio sexdecim exemptio obseruetur, teneatur seruare exemptionem prædictã pluribus extranumerarijs superadditis ob mortem vnius eorum: nam attento ℘ iste cõductor prętendit causam onerosam , exemptio porrigi non deberet ad superadditos,maximè ex causa voluntaria,prout est, qñ plures loco vnius defuncti subrogantur per prædicta, & per ea quæ dixit de causa voluntaria.Cępol.in d.trac.ser.vrba.sub rub.de furno.in fi.& contra Alex.facit tex.in l.si in lege.ff.de contra-

17 hen. emp. † vbi venditor sibi reseruans in fundo vendito lapidicinas intelligitur sibi reseruare præsentes & apparentes, non aũt futuras, & credo tutius esse in puncto iuris tenere contra Alex.quamuis ipse Alex. præsupponat additamentũ fuisse factum ex causa necessaria , quo casu vbi augmentum fit ex causa voluntaria,videtur indubitatum , ℘ onus nõ extendatur ad ipsum augmentum,vt dictum fuit:& not. Alex. in cons.præalleg.2.col. pro quo facit quod dixit Io. Andr. in addit.Spec.in tit.de censi.in addi. magna. circa mediũ. dum vult,℘ si nobiles ciuitatis in territorio villæ subiectæ ciuitati faciant aliam villam ex causa voluntaria, talis posterior villa subesse debeat oneribus anterioris villæ , secus non si fiat ex causa necessaria , vt ibi latius per eum:& faciunt , quæ dixi in præced.conclusione.versic.secundò limitatur.post Io. And. in regula qui sentit, in mercu.in 6.

Facit ad prædictam conclusionem, quod dicitur in præce denti conclusione de priuilegio concesso : vt nõ trahatur ad futura augmenta in præiudicium tertij.

Source : BIU Cujas

18 Cæterùm circa limitationes in hac materia eſt aduertendū: † quia aliqui Doct. in d.c.quanto.& Ang.in l.ſi ſeruitus 3.col.ff.de ſer. vrb.præd. per l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.& Bar.Cępol.in trac. ſer. vrba. ſub præalleg.rub.de furno. vlt. col. voluerunt, ꝙ ſi perſonæ ſub nomine vniuerſali, vel nomine collectiuo vocentur, prout eſt nomē familiæ:tunc acutis perſonis augeatur onus eis debitum,cum ita poſſint perſonę decreſcere,ſicut creſce re:& quia hoc eſt contra mentem & verba tex.in d.c. quāto. & contra no.per Bar.in d l.ſi cognatis.puto tenendū, ꝙ hæc concluſio etiam hoc caſu procedat,vt in dubio, vel vbi non conſtat de contraria mente cōtrahentium,vel diſpoſitione, onus non augeatur,qñ magnus contingeret exceſſus,vel debitor multum grauaretur,iuxta ea quæ dixi ſupra in prima limitatione:an aūt ſub diſpoſitione vniuerſali,vel collectiua veniant futura,dicam in 16. & 16.conclu. & eſt alia materia, quamuis Alex. in conſ.178. incipiente,in occurrenti.1.colu. & fin.ac per totum, illam inculcet cum materia præſentis limitationis.

19 Item eſt aduertendum: † quia Inno.& quidam alij, prout refert Pan.in d. c. quanto. de cenſi.habuerunt conſiderationem,an onus cauſetur ex titulo lucratiuo,& eo caſu dixerūt non eſſe cōueniens, vt aucto numero perſonarum augeatur onus,ne liberalitas illius,qui onus ſibi iniunxit, redundet in maius grauamen:cum ſubueniendum ſit ei,qui donat,ne cū magno grauamine ſuo teneatur.hinc donans non poteſt cō ueniri vltra quàm facere poſſit, deducto ne egeat l.inter omnes.ff.de reiud.An verò onus cauſetur ex titulo non lucratiuo, ſeu ex facto, in quo hincinde aliquid ſit præſtandum, & tunc auctis perſonis pariter augeatur onus, quæ diſtinctio non placet per tex.in d.c.quanto. vbi præſtantes procurationem aliquid receperant, propter quod ad procurationē alteri monaſterio erant aſtricti,& nihilominus non augetur procuratio,licèt numerus monachorum auctus eſſet. & contra & cōtra hanc diſtinctionem facit tex.in d.l.ſi in lege.& multæ deciſiones ſupra allegatę.& contra hoc etiam videtur gl.
20 in l.ſi.C.quæ res pig.obli.poſ.† dum dicit in legato,venditione,& donatione non comprehendi futura: & ſic æquiparat titulum lucratiuum & oneroſum,& ſolum ſe fundat,an ſi ſuperuenientia cōprehenderetur, generaret magnum vel paruum præiudicium,vt etiā ibi dicunt Bar. & ſcribētes,& Bat. in l.ſi ita.pen.col.ff.de au.& ar.le.vnde puto dicendum, ꝙ qñ onus præſtandū reſpectiuè ad aliquid acceptū præſtatur, ſit cōſideranda qualitas & reditus rei, pro qua ſeu propter quā onus præſtatur, & ſm illam qualitatē & reditum reguletur onus,& coniecturemus,an mens diſponentis,vel contrahentium fuerit ſe in plus obligare propter ſuperuenientiam augmenti in perſonis, quibus aliquid debetur, & ad hoc ſolum vī emanaſſe prouiſio dicti c.quanto. quæ non debet eſſe deluſoria & ludibrio. & faciunt quæ latè dicam in 14. conclu. dum tangam,an aucta re, vel reditu augeatur penſio.

21 Cæterùm hæc cōcluſio † fallit in caſu d.l.ſi ſeruitus. in princ.ff.de ſerui.vrb.præd.intelligēdo, prout declarat ibi Alb.de Ro.videlicet ꝙ promiſſa mihi ſeruitute,ne luminibus meis officiat,cum tunc haberem tantū duas cameras & feneſtras,ſi contingat me augere numerum camerarū & feneſtrarum, ad ſuperadditas etiam permiſſio extenditur,& hoc ſuadet æquitas,vt ibi dicit,licèt in c.quanto.de cenſi.ex æquitate qñque contrarium ſit dicendum, & illa æquitas, de qua in d.l.ſi ſeruitus. vī meo iudicio fundari in fauorem luminum, quam cauſam luminū lex voluit eſſe fauorabilem:licèt communis intellectus ad d.l.ſi ſeruitus. aliter ſe habeat,vt.ſ.aucta re veniant futura augmenta: licèt ſeparata, ſicut in diſpoſitione indefinita veniunt futura, tunc demum quando talia futura veriſimiliter potuerunt præui-
22 deri † aliàs nō ſi ſunt magni præiudicij ſm cōmuniter Doc. in d.l.ſi ſeruitus.& Bar.in d.l.ſi ita vlt.col.ff.de au. & ar.leg. & in l.ſi.C.quæ res pigno.ob.poſ.vbi Pe. & Cy.& Pe.& Cy.in l. non modus.C.de ſerui.& Imo.in cle.literas 11.col.de reſcri. & in l.damni.§.ſi is qui ædes.ff.de dam.infec. quod eſt intelligendum,ſi præuideri potuerunt,vel non potuerunt ab eo, q ex conceſſione grauatur: quia eius perſona quò ad hoc conſideratur ſecundùm Doct.in locis præallegatis.& Pet. & Cy. in d.l.non modus.quamuis Ang.in d.l.ſi ſeruitus. in prin.vlt. col.voluerit aliter videlicet, ꝙ ſit conſideranda quò ad hoc perſona ſtipulatoris, inferens ꝙ ſi promiſſum ſit canonicis ſancti Laurentij pro ſingulo anniuerſario decem: ideo non debebuntur decem canonicis auctis: quia imputandum eſt canonicis, qui tpe promiſſionis poterant ſibi prouidere de maiore numero, & dicebat Alex.in propoſito huiꝰ materiæ in d.conſ.178.incip.in occurrenti pen.col. 2.vol. ꝙ tunc non obſtat l. veteribus.ff. de pac. qa vbi agimus de liberatione & reſtringenda obligatione,licèt ſimus in dubio, ſententia eſt pro liberatione ferenda l.Arrianus.ff.de act. & obl.l.abſentē. in princ.ff.de pęnis c.ex literis.de ſpon.in d.l.veteribus. Ideo autem dixi ſupra niſi quando futura venirent, forent magni præiudicij: quia eo caſu quando magnum inſurgeret præiudicium, eſto ꝙ veriſimiliter talia futura potuiſſent præuideri,in dubio non venirent,niſi per alluuionem venirent, vel a caſu:vt inſula,iuxta no.per Bar.in d.l.ſi ita.vlt.col. & in d.l. ſi. C.quæ res pigno.ob. poſ.& Doct.in locis proximè al.cū concor.ſupra eo.in 2.col. 1.limitatione. & licèt Bald.& Sal.in d.l. non modus.dicant,quòd in conſideratio, an futura præuideri poſſint,non ſit tuta in caſibus prædictis, videlicet d.l.ſi ſeruitus.in princ.& in quæſt.per eos tacta in d.l.non modus. eo
23 † quia licèt augmentum ſuperueniens ſeu futura determinate præuideri non poſſint,aut taxatiuè,poſſunt tamen in confuſo pręuideri & taxari taliter,quòd imputari poſſit promiſſori, qui non taxauit & declarauit pro quanto, vel vſque ad quantum vellet obligari vel onus præſtare, propter quod Saly.c.dixit iſtud de præuidendo non bene de iure probari: tamen non eſſet tutum recedere à cōmuni ſententia, quæ voluit hoc attendi,vnde ſecundum Alex.in l.ſi mihi & tibi.§.fi. vlt.col.ff.de leg.1.poſt Bar.in d.l.ſi ita.per illum tex.ſufficit ꝙ numerus vel quantitas præuideri non potuerint:puto tamē, quòd in puncto iuris iſta limitatio & declaratio confundatur cum illa,an ſubſit magnum,vel paruum grauamen,attento quòd Doctores volunt, ſi futura præuideri potuerunt, & non ſubſit magnum grauamen, quòd veniant in diſpoſitione indefinitè concepta,aliàs ſecus, videlicet ſi ſubſit magnū grauamen. Nam idem eſt generaliter dicendum, vt dixi ſupra in ſecunda limitatio.non facta diſtinctione an futura potuerint veriſimiliter præuideri,vel non.

24 Vltimò poſſet fieri alia limitatio ex verbis Panor. in d.c.quāto.circa fi.commen. † dum vult onus augeri auctis perſonis quibus aliquid debetur, quando pariter poteſt onus minui minutis perſonis. pro quo facit, quod dixit Ang.in d.l ſi ſeruitus.in prin.vlt.col.ff.de ſerui.vrb.prædi.dum vult,quòd in contractibus, in quibus poteſt tantum eſſe de commodo, quantum de incommodo,veniunt futura l.3.ff.pro ſocio.& videtur etiam de mente Bar.in d.l.fin.C. quæ res pigno.ob.poſ.ſed quia hæc limitatio videtur contra tex.in d.c. quanto. non puto eam ſequendam: & in veritate aliter ſentit Bar.in d.l.fi. & contrarium tenui in hac met col. ver.Cæterum circa limitationes. vbi declaraui hoc procedere,niſi magnus ſubſequeretur exceſſus.Quod autem dicebat Flori.in d.l.ſi ſeruitus.in princ.ff.de ſer.vrb. prædi. ꝙ ibi ideo aucta re videlicet feneſtris,cui ſeruitus, ne luminibus officiatur, debeatur, augetur ſeruitus, & ſic onus:quia talis obligatio habet cauſam continuā aucta re augeatur obligatio per illum tex.non placet,nec bene iure probatur,immo ex pluribus deciſionibus ſupra relatis apparet de contrario.

SVMMARIVM.

1 *Debitum non augetur debitore relictiis pluribus hæredibus decedente.*
2 *Canon non augetur emphyteuta pluribus relictis hæredibus decedente. Et an tunc liceat canonem diuidere.*
3 *Vaſalli filij plures an teneantur ad maius ſeruitium quàm tenebatur vaſallus 4.5.*
Vaſalli ſinguli filij & hæredes ad iuramentum fidelitatis tenentur.
6 *Vniuerſitas nunquid teneatur pro numero aucto poſt promiſſum.*
7 *Filij plures vnius ex patronis in vocibus per patronos eccleſiæ dandis an teneant locum vnius.*
8 *Hæredum quilibet inſolidum an teneatur, vbi debitor indiuidui deceſſit pluribus hæredibus relictis.*
9 *Seruitus grauior effici non poteſt præter partium voluntatatem.*
10 *Onus rei debitum aucta re non augetur, quando augmentum ſit cum impenſa. Et quid in augmento alluuionis latente* 11.
12 *Augmentum naturaliter inſurgens an cedat oneri aucto.*
13 *Legatum vſusfructus aucto animalium cętu, uel grege naturali incremento augeatur.*
14 *Piſcandi ius aucta aqua an trahatur ad augmentum.*

Concluſio vndecima principalis.

1 VNdecima ſit concluſio,quòd † ſi augmētum ſit in rebus ſeu perſonis, quæ aliquid debent, non augeatur debitum: vt quia debitor decedat relictis pluribus hæredib. facit l.cui fundus.ff.de conditio.& demonſtr.quæ vult,quòd plures hæredes loco vnius perſonæ defuncti habentur. facit l.ſi plures cum concor. ibi not.ff.de pactis, quòd plures vicē vnius obtineant, de quo in clem.fin. cum ſua magna glo. de iure patro.facit l.2.§.ex his.ff.de verbor.oblig. & l.2.§.fi.ff.de præto.ſtip.quòd ex perſona hæredum, vel ſucceſſorum conditio obligationis non mutetur.

Hinc licèt emphyteuta decedat relictis pluribus filijs, ex hoc

Source : BIU Cujas

hoc non augebitur canon, vt quilibet teneatur ad integrum
2 canonem, sed quilibet tenebitur pro virili diuisim † ita tamē ꝙ in terris imperii cessatio vnius alteri quò ad pœnam caducitas habebit obesse secundum glo. no. in l. communi diuidundo. in prin. in glo. magna. ff. commu. diui. & Bar. post Dy. & Iac. But. in l. fraudati. vbi etiam Ro. ff. de publ cum cōcor. latè traditis per do. præceptorem meum do. Ias. in l. 2. in 6s. colum. secundum primam impressionem in 17. q. C. de iure emphy. & sic ex necessitate successionis canon diuidetur secundùm glo. prædictam & Doct. in locis præallegatis. faciūt no. in d. l. 2. §. ex his. maximè per Alex. & ꝙ quilibet insolidū non teneatur. facit tex. in l. pacto successorum. cum ibi not. C. de pactis. & in l. executionibus. ff. de verbo. oblig. cum concor. ibi per glo. allegatis, & facit l. cum vnus. in prin. ff. de adi. lega. & l. alimenta. in princ & l. 2. ff. eo. vbi dicitur, quòd si debens præstare alimenta decedat relictis pluribus hæredibus, omnes illi tenentur ad eorum præstationem pro rata relicti, nec obstat, quòd testator videatur voluisse per vnam personam præstari.

3 **Prædicta** Conclusio confert † ad quæstionem, quæ sæpe in facto occurrit de feudatario, seu vasallo, cui homines villæ tenentur ad operas personales, vel cum bobus, vel ad aliud seruitium, vt si homo meus habeat plures filios, ex hoc in plus non teneantur: licèt ad iuramentum fidelitatis, quod est indiuiduū singuli teneantur, vt per glo. in l. si cui. §. 1. aliàs est l. si vsufru. ff. de vsufruc. Ang. in l. loci corpus §. si fundus. ff. si ser. ver. An. d. l 2. §. ex his. vbi Imol. in §. Item si in facto. in fi. comm ff. de verb. oblig. aliquid per Bar. in l de pupillo. §. si pluribus. in fi. commē ff. de ope. noui nunt. & per And. de Iser. & Alua. ac communiter scribentes in c. omnes. si de feu. fue contro. & per Bal in l. 1. in 22. q. ff. de rer. diu cum concor. ex quo patet, quòd insolidum teneātur in assurgendo, in non mouendo contra dominiū famosam actionem, & in non mouendo contra dominum arma, quæ omnia veniunt in consequentiam iuramenti fidelitatis, vt per Spec. in tit. de feu. §. quoniam. versic. 17. & ad alia teneantur, quæ in non faciendo cōsistunt, vel in operibus obsequialibus, aut non fabrilibus contentis in titu. de noua, & veteri forma fidelita. & per Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb.

4 **Circa quam** materiam † inquantum cōcernit seruitium præstandum a pluribus hæredibus vasalli, plenius loquendo distinguendum est secundū And. de Iser. Alua. & communiter Doc. in d. c. omnes. ꝙ aut seruitium, quod domino erat præstandum, est diuiduū, puta in dando vel in faciendo singulis annis x. rodias seu culturā decem iornatarum boum, quæ in numero & tempore sunt diuiduæ l. libertus. § idemq;. ff. de ope. li. & per Bart. in d. l. fin. §. 1. & in d. l. stipulationes non diuiduntur. in princ. in 5. col. 11. oppo. & in l. in stipulationibus 2. operarum. ff. de ver. obli. vbi per alios, notat glo. in l. 4. in verbo partem. ff. de ope. libe. & tunc vnusquisque filiorū tenebitur pro parte d. l. pacto successorum. cū concor. supra alleg. C. de pactis. fit enim diuisio ipso iure a lege, vt ibi. & l. 1. C. si cer. pet. & l. ea quæ nominib. C. fam. ercis. si verò seruitium est indiuiduum, puta ire ad præ lium, sequi dominum &c. tunc isto casu hæredes vasalli defuncti dare tenentur domino vnum æquè idoneum, qui præstet tale seruitium: cum succedant loco vnius, videlicet vasal
5 li defuncti d. l. cui fundus. ff. de cond. & dem. & debet sufficere domino, ꝙ habeat æquè idoneum l. iam tamē. §. si plures. ff. iudi. solui. l. qui autem. §. 2. ff. de const. pe. vel dabitur volēte domino æstimatio, vt no. in d. l. 2. §. 1. & §. ex his. & §. item si in facto. & in d. §. Cato. & latè in d. l. stipulationes nō diuidun tur. & licèt Spec. in hac quæst. latè fuerit locutus, videlicet in titulo de feudis §. quoniam 9. q. tamen prædicta opinio vide tur communis, quæ procedit secundum Doct. in d. c. omnes & Spec. in d. 9. q. quando quilibet filiorum tenet partem feudi, vel homagij; aliàs enim illi tantum tenentur ad seruitium prædicto modo præstandum, qui possident, & pro ea parte pro qua possid nt l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. l. 1. C. si cer. pet. l. 2. & 3. C. de anno. & tri. lib. 11. Item procedit, quando ratione certæ rei, quæ in homagium tenetur, seruitiū præ statur: & an tunc si crescat reditus crescere debeat onus, dicetur late infra in 14 conclusione. Vbi verò quis tenetur ad ser uitium domino: quia habitat in villa domini, vt quia sit conuentio inter me & homines meos, quòd habitans villā meā teneatur mihi ad certum seruitium, vel ad me sequendum in exercitum, tunc quilibet hæredum tenebitur insolidū: quia causa obligationis est pariformiter vniuersalis, ita cōcernens filios sicut patres, sicut dicimus de pluribus filijs liberti l. 4. & l. vt iurisiurandi. §. fin. ff. de oper. liber. cum causa & obligatio operarum insurgat ex libertate data: & hoc est, quod dixit Spec. in d. versic. nono. in princ. dum dicit, quòd non præstatur opera: quia quis sit hæres, vel in re hæreditaria succedens. sed quia est simpliciter homo sicut in liberto d. l. 4. & ideo si habentes ius successionis & tertiæ venditionis tale ius remitteretur mediantibus certis rodijs, quilibet gau dēs remissione teneretur insolidum ad rodias pro quolibet fumante promissas.

6 **Et prædicta** faciunt ad quæstionem † quam anno iam elapso habui in facto in loco Valisfeuariæ Marchionatus Salutiarum: quia homines illius villæ dudum promiserant dominis facere rodias pro quolibet fumante, seu fogagio, & villa tempore promissionis in triplo multiplicauerat: maximè ex multiplicatione familiarum ab eodem stipite descendentium, & quæ familiæ per diuisionē fecerant plura fogagia dicentibus ipsis hominibus quòd volebant facere rodias pro numero fumantium domorum, quæ erant tempore promissionis. Nam puto in dubio, & vbi verborum qualitas aliud non suadet inspiciendam esse causam promissionis, an sit pariformiter vniuersalis ad plures, sicut ad vnum. pro quo facit gl. in l. 2. C. qui æta. lib. 11. & quod post eam ibi dicit Ioan. de Pla. & Bal. in additio. Spec. in d. §. quoniam. versic. nonò dum volunt, quòd plures fratres seorsum habitantes teneantur facere factiones communis pro pluribus fumantibus, quamuis eorum pater & fratres simul habitantes tenerentur pro vno tantùm fumante: causa enim obligationis quæ a iure, vel ex consuetudine descendit, & respicit fumantes, est pariformiter vniuersalis pluribus diuisim habitantibus sicut vni. faciunt no. per Bald. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. & per Bald. in l. diximus. §. si pater. ff. de excu. tuto.
7 † vbi habetur etiam quid in oneribus personalibus, an autē in vocibus dandis plures filij vnius patroni teneant vicem vnius tantum, est tex. cum glo. magna in cle. fin. de iurepatro. quod facit ad alia, videlicet ad successiones, in quibus plures nepotes ex filio præmortuo loco vnius habetur: & idem de pluribus filijs fratris præmortui l. nepotes. C. de suis & legi. §. reliquum. in Authen. de hære. quali & diffe & §. 1. in Authē. vt fratrum filij. & §. & quia. Instit. de hære. quæ ab intest defe. idem in filijs, quorum contemplatione pater excusatur: quia plures filij patris præmortui locum patris tenent l. nepotes. C. qui numero liber. lib. decimo. & §. primo. cum simi. Instit. de excu. tuto.

8 **Generaliter autem** an † vbi debitor indiuidui puta seruitutis viæ, vel aliter decedit relictis pluribus hæredibus, quilibet hæredum insolidum teneatur, & quomodo sunt infiniti text. in l. viæ. ff. de serui. titu. generali. in l. hæredes. §. an ea. ff. famil. erciscun. in l. legatarius. ff. de leg. primo. quæ materia examinatur in l. secunda. & primo. secundo. & sequen. & in dicto §. Cato. & in d. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. quam materiam transcribere esset diffusum & superfluum. Et prædicta procedunt, quando augmentum est in personis, de quo etiam aliquid dicetur in sequen. conclusione, secunda & quarta limitatione.

Vbi verò augetur alia res, quæ aliquid debet, puta res, in qua constitutus fuit vsufruct. tunc regulariter non augetur vsufruct. vel onus aut debitum. pro quo facit l. non modus. in generalitate sui. C. de serui. l. ergo. in fin. iuncta l. is qui duo. ff. de serui. rust. præd. & melius facit l. stillicidium. & l.
9 cuius. ff. de serui. vrb. prædi. dum prædicta iura volunt † nil agi posse, propter quod grauior seruitus reddatur, quàm tempore impositionis esset. ad quod est optimus text. in l. in sum. aliàs 2. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. & in l. 1. §. item quæritur. de aqua quoti. & æsti. per quæ iura patet, quòd nec vsus aquæ fundo tuo debitus, nec alia seruitus potest augeri. facit text. magistralis in l. si is cui. ff. quemadmo. ser. amit. & faciunt, quæ dixi supra in quinta conclusione. princ. secunda limitatione. dum dixi, quòd concessa, vel præscripta seruitute aquæductus ad certum fundum si contingat fundum augeri, non debebitur seruitus illi fundo, pro augmento: & ꝙ non augeatur vsusfruct. licèt augeatur res, in qua fuit constitutus, patet in l. item si fundi. §. huic. ff. de vsufruct. vbi dicit tex. hoc verum in augmento patenti, sicut est insula: secus autem dicit in augmento latenti, sicut est alluuio: quia bene augetur vsufruct. ex tali augmento, vt infra dicetur in prima limitatione.

Istud autem quòd aucta re quæ aliqd oneros um debet, non augeatur onus, maximè
10 cedit, quando † augmentū fit cum impensa secundum Alb. de Rosa. post Oldr. in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. empt. vbi dixit, quòd in fundo qui tibi de et aquæ haustum, facta fuerit per me noua forma cum impensa nō debeatur ex ista noua aqua haustus aquę per l. 1. §. item quærit quem ita intelligunt. ff. de aqua quo. & esti. ad qđ facit, quod dixit idē Alb. de Ro. in d. l. Rutilia. post Hug. de la fonta. circa cōnem, quæ fuit Parmæ de monasterio, quod locauerat mansum. seu fm Pedemontanos grangiam, in quo māso erant quatuor rotæ

Source : BIU Cujas

molendinorum, cum conductor pro qualibet rota conuenisſet præſtare decem modios grani, & ipſe conductor extruxiſſet nouam rotam: quia fuit determinatum, quòd pro rota ſup eraddita non teneretur cõductor ad decem modios grani, prout de alijs tenebatur. Ad quod etiam facit, quod dixit Bar. poſt gl. & Dy. in l. damni infec. ſtipulatio. §. ſi is qui ædes. in antepen. q. ff. de dam. infec & poſt eum Imo. & Rom. q; ſi permiſi te ædificare in meo ſolo, & tu promiſiſti me venientem recipere cum quinque hominibus, & demũ rurſus ædificando feceris aliam domum, non teneberis ob hoc me venientem recipere cum decem hominibus: quia non eſt par ratio lucri & damni: cum augmentum prædictum noui ædificij fiat cum onere & impenſa, per d. §. ſi is qui ædes. dũ promiſſio damni infecti non trahatur ad domum poſtmodum acquiſitam iuncta l. 3. C. de alluu. & palu. & l. fin. C. de omni agro deſer. lib. 10. iunctis etiam his quæ dicam infra in 13. concluſione, in quarta ſeu tertia fallentia, & quæ dixi ſupra in præced. concluſio. prima limitatione.

11 **Prædicta** tamen, quòd † aucta re non augeatur onus, limitantur, vt non procedant in augmẽto latente alluuionis: quia (vt dictum eſt) aucto fundo per alluuionem, in quo fuit conſtitutus vſusfructus, pariter augetur vſufructus d. l. item ſi fundi. § huic. ff. de vſufruc. ſecus autem eſt, ſi augmentum ſit parens, vt inſula fundo cui debetur vſu fruct acquiſita: quia vſufruct. non debetur in tali inſula per illum text. ratio diuerſitatis traditur ibi. idem eſt in ſeruitute aquæductus ex flumine publico debita tuo fundo per fundum meum vicinum flumini inter medium inter flumen & tuum fundum, quid ſi fundus meus alluuione augeatur, augmentum alluuionis pariter debebit ſeruitutem aquæductus tuo fundo: ſicut debebat meus fundus ante alluuionem. Secus autem ſi vno impetu flumen alueum mutauerit, vt ibi, & idem ſi tu, qui habebas aquæductum ex flumine publico, eras vicinus flumini: quia ille aquæductus pariter debebitur augmento facto per alluuionem: cum ſecus ſit, ſi vno impetu flumen alueum mutaſſet per l. hoc iure: §. ſi aquam. ſecundùm vtranque lect. ff. de aqua quo. & æſti.

12 **Secundò** prædicta † limitantur, vt non procedant regulariter in augmẽto naturaliter inſurgente vel occurrente, non autem hominis facto & cum impenſa: vt eſt in aqua, cui alia aqua naturali curſũ admiſcetur d. l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quo. & æſti. vbi ſi habeam aquæductum ex riuo currente per prædium tuum, & cõtingat in ipſo riuo naſci, ſeu ſcaturire aliam aquam, dicta aqua ſcaturiens etiam cedit in beneficium mei habentis prædictam ſeruitutem, ita vt maiorem aquam pro rigandis prædijs meis, quibus dicta ſeruitus debebatur, habere & recipere poſſim, per quem tex. dixit Alb. de Ro. in d. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. q; ſi habeam aquæ hauſtum in fundo tuo, & contingat ibi naturaliter ſcaturire nouos fontes, poſſim in omni fonte aquam hæurire: licèt ſecus ſit, ſi opera tua & cũ ſumptu & labore fiat nouus puteus ſecundum eum: vt dixi ſupra eo. ver. iſtud autem. pro quo facit, quod dixit dominus Bart. Vero. in tract. ſeruitutum vrba. ſub rubrica de furno. de eo qui promiſit alicui molere, & eius familiæ ſeu coquere panem, vt non teneatur, quando habet maiorem familiã: non ex eo quia ab eo genita ſit, ſeu naturaliter deſcenderit: ſed quia factus ſit Doctor aut miles: aut quia opulenta hæreditas ſibi obuenerit: propter quæ ſit conueniens ipſum tenere maiorem familiam: quia non potuit de hoc promiſſor veriſimiliter cogitare, dicta l. ſi ſeruitus. in principio, ſecundum communem intellectum. ff. de ſerui. vrb. prædio. iunctis his quæ dixit Bart. in l. ſi ita. vltima colum. ff. de au. & argen. leg. & Ioan. de Imo. in cle. literas. in 11. colum. de reſcri. facit l. cũ Aquiliana. ff. de tranſac. iunctis his quæ ad propoſitum prædictorum dicam infra in 13. concluſione, tertia fallentia. & in 14. concluſione, in ſecunda fallentia. & in ſequen. concluſione, in quarta limitatione. Ad idem facit l. vſufructuariũ. §. in viuarijs. ff. de vſufruct. & l. grege. in princ. ff. de pig. & l. ſi
13 grege. ff. de leg. 1 † vbi aucto cetu animalium vel grege naturali augmento augetur vſusfruc. legatum, vel hypotheca. Id autem, quod dixi de augmento, quod fit hominis facto, & cum impenſa, vt ad illud onus non trahatur, nec in eo ius acquiratur, poſſet temperari, vt non procederet quando difficilis eſſet ſeparatio, vel diſcretio; vt in aqua aucta hominis facto, & cum impenſa, in qua aqua ius habebã per rõnem d. §. in viuarijs. cum glo. & ibi notatis, puta ſi habeam ius piſcãdi in tua piſcina, quam auxiſti: licet bene credam, q; vbi poſſet aliquo modo fieri moderatio aliqua, illa eſſet tenẽda, prout eſſet, ſi aucta eſſet aqua hominis facto & cũ impenſa, in qua habeas ius aquæductus pro rigandis tuis pratis: quia ſolet talis aquæductus moderari re ipſa, puta non ducendo maiorẽ aquam quàm prius, non faciendo plures vel maiores canales, vel aquæductus, quàm prius fierent, vel etiam tempore moderari ſolet, puta certo tempore vtendo aqua & certo non, per iura adducta ad propoſitum prædictum, ne fiat ad augmentum, quod ſit cum impenſa extenſio. facit l. cum cõſtet. ff. de aqua quot. & æſti. & eſt expreſſum in l. 1. §. illud tñ eod. tit. quod decidi poteſt ex æquitate cap. quanto. de cenſi.
14 † ita quòd in prædicto iure piſcandi poſſet fieri moderatio in quantitate & vſu, ar. d. l. 1. §. illud tamen. ibi, neque amplioris modi, neque aliàs, cum glo. ff. de aqua quo. & æſti. iuncto §. item quæritur. & l. 2. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. aut onerari habens ius piſcandi ad cõtribuẽdum arbitrio boni viri proportionaliter pro eo pluri quod valet ius ſuum piſcandi iuxta illud, commoda qui ſentit &c. & ex regula, quòd nemo debeat cum aliena iactura locupletari l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi.

SVMMARIVM.

1 *Onus non augetur aucta re circa quam aliquid oneroſum verſatur, vel debetur.*
2 *Onus tutelæ an augeatur auctis pupilli facultatibus 6.*
3 *Salarium nunquid augendum aucto labore: vt in famulo ſcholarium.*
4 *Merces magiſtratus aucto labore eſt augendus.*
5 *Alimentorum qualitas auctis pupilli rebus augeri debet.*
6 *Legatorum onus nunquid augeatur ex acceſſione portionis hæreditatis.*

Concluſio duodecima principalis.

1 **DVodecima** ſit cõcluſio, quòd † aucta re, circa quam, ſeu in qua aliquid oneroſum verſatur, vel debetur, non augeatur onus, & hæc concluſio multum conuenit cum decima concluſione: ita vt iura ibi allegata pro magna parte conueniant huic concluſioni. Et primò exemplum patet, quando circa rem aliquid oneroſum fieri debet, in exemplo tradito per Bald. & Sal. poſt antiquos in l. non modus. C. de ſerui. de eo qui promiſit manutenere pontem ſuper flumine: quia ſi aqua fluminis fiat latior ex corroſione riparum, ita vt longior pons ſit neceſſarius, propter hoc non teneatur promittens ad ampliandum & augendum pontem ſua impenſa, ar. tex. in d. l. non modus.
2 ſecus dicunt Bal. & Sal † vbi augmentum eſſet intrinſecum: vt quia ex corroſione aquæ & eius impetu penſior pons aut pillæ fortiores, denſiores & longiores eſſent neceſſariæ. Ex quo patet ad hanc partem vna limitatio, vt non procedat in onere debito ratione augmenti intrinſeci, ſeu inteſſiui: & facit ad hanc concluſionem pro & contra, quod dixi in 5. concluſione prin. auctis facultatibus pupilli augeri onus tutelę, licèt poſſit peti curator pro adiuncto.
3 **Secunda limitatio** eſt † niſi contemplatione certi reditus onus circa rẽ præſtari deberet, & contingat reditum augeri, per text. in c. quanto. de cenſi. & latius dicetur in 14. cõcluſione. ad quod facit, quod not. Bart. in l. Sęio. in princ. ff. de annu. leg. dum dicit, quòd ſi tres ſcholares conduxerunt famulum pro ſalario ſex ducatorum auri, & contingat numerum ſcholarium augeri & creſcere: quia vnus ſuperueniat, augebitur pariter ſalarium, ſi labor famuli ex hoc augeatur. ſicut vno moriente ſalarium minueretur, ſi contingeret ex hoc laborem famuli minui, quod eſt arbitrio iudicis iudicandum, per text. no. in dicta l. Sęio. Hinc dicit Pau. de Caſt. in l. ſi eadem. ff. de
4 offic. aſſe. quòd † ſi vniantur domino territoria, vel duæ prouinciæ, & vnus rector remaneat remoto alio, erit augendũ, vel duplicandum ſalarium, ex quo augetur, ſeu duplicatur labor, per d. l. Sęio. & idem dicit, ſi vnum territorium diuidatur in duo, & fiant duo iudices: quia diuidetur ſalarium, ſeu minuetur, ex quo labor diuiditur, ſeu minuitur, vult gl. in l. 1. C. de metropo. ber. lib. 10. licet Pau. de Caſt. dicat hoc procedere in officiali nouo non autem in antiquo, quod nõ placet; quia in nouo non cadit dubitatio, niſi quando conuentio repugnaret. & ad hæc Fel. in c. tranſlato 3. col. de conſtitu. allegat alias concor.

Tertia limitatio eſſe poteſt, niſi contingeret onus & augmentum eſſe modicum, per text. & gloſ. in dicto capit. quanto. iunctis his quæ dicam infra in decimaquarta concluſione. maximè in prima fallentia.

5 **Quartò limitatur** † ex his quæ dixi in 10. cõcl. & in præced. in penult. limitatione, verſic. ſecundò prædicta de augmento, quod naturaliter ineſt, & cui onus naturaliter eſt neceſſarium, vt creſcentia in infante: quia ſi promiſi alere infantem vſque ad 20. annos, creſcet onus expenſæ: ſicut ipſe infans creſcet per ibi dicta, & ex dictis in d. 10. concluſione poſſet hęc concluſio ampliari, hinc dicit tex. in l. ius alimentorum. in fin. ff. vbi pupil.

Source : BIU Cujas

pupil.edu.debe.quòd aucto patrimonio pupillorum modus expensarum, seu quantitas pro expensis a iudice taxata potest augeri, sicut diminuto patrimonio est diminuendus, vel diminuenda.

6 Vltimò fallit † in vniuersalibus, seu generalibus, prout est tutelæ: quia onus tutelæ trahitur ad bona superuenientia l. quoties.ff.de admin.tut.cum concor. credo tamen hanc fallentiam sanè intelligendam, & iuxta materiam subiectam. An autē ex accessione portionis hæreditatis augeatur onus legatorum, vide l.pater filiam. §.duobus.cum ibi no.ff.ad legem Falcid.cum concor.& dicetur in seq.conclusio.in prin. & dixi in 5.conclu.princ.10.limitatione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio augeatur aucta re, ex qua aliquid debetur.*
Portio quæ accrescit auget legatorum onus, & decrescens diminuit.
2 *Crementi & decrementi par esse debet ratio, sicut lucri & damni.*
3 *Seruitium aucta re feudali augeri quando debeat.*
Augeri cur debeat in seruitio, quod non augetur in beneficio.
4 *Gabella nunquid aucto territorio augenda.*
5 *Clericorum numerus auctis ecclesiæ reditibus augeri potest.*
6 *Emolumento aucto nunquid onus augendum.*
7 *Scholares conducentes famulum quando debeant ei salarium augere.*
8 *Canon diminuta re in emphyteusi non diminuitur.*
9 *Tributum an augendum aucto prædio per alluuionem.*
10 *Pensio quando non augeatur aucto fundo.*
11 *Molendini conductor an teneatur pro mola quam de suo fecit, stante statuto quòd soluatur collecta de qualibet molendini rota.*
12 *Gabella an debeatur de augmento quod superuenit post solutam gabellam.*
Allibrationis tempus inspiciendum & non augmenti.

Conclusio decimatertia principalis.

1 DEcimatertia conclusio principalis sit, q † aucta re, ex qua, vel propter quam aliquid debetur, obligatio vel onus augetur, vt patet in l. & si contrah.ff.de vulga. & pupil. vbi portio quæ accrescit auget onus legatorum, & quæ decrescit diminuit.not. in l.pater filiam.§.duobus.ff.ad leg.Falc.cum concor.& sic aucta re propter quā quis est de euictione obligatus augetur obligatio euictionis l.sed & si quid.in prin.& l.euicta.in prin.ff.de euic. non sic in duplę stipulatione, vt no.in iuribus præalleg.& dicam infra in 16. conclusione.in vltima ampliatione, seu declaratione.& in octaua limitatione.facit etiam quod no. per gl.Bar.& scribentes in l.si merces.§. vis maior.ff.loc. per But. Imo.Pan.& cano.in c.propter sterilitatem eo.tit.& per Butr. in c.quanto. vbi multum intricate loquitur. de censi. & per Doc.in l.1.C.de iu.emphy.de fundo locato alluuione aucto, vt merces ex eo debita pariter augeatur: sicut si diminueretur fundus, esset defalcatio facienda: vt in d.§.vis maior.& in l.ex conducto.in prin.eo.tit.vbi æquiparantur ista duo,& di-
2 sponitur † q par debet esse ratio crementi & decrementi, lucri ac damni.facit l.secundum naturam.ff.de reg.iur.& d.l. & si contra.cum sim.& propterea aliud dicitur in emphyteusi, vt si augeatur fundus emphyteuticus, non augeatur canon: propterea quia si diminueretur, dummodo in totum nō periret, non diminueretur canon.§.adeo.Instit.loca.& l.1.C.de iur.emphy.cum ibi plenè traditis: ita vt in ea non sit par ratio lucri & damni: ratio autem rationis est, quare non fit defalcatio: quia emphyteusis pro modico datur ad meliorandum d.l 1.cum ibi notatis.& auth.qui rem.cum ibi nota. C.de sacrosan.eccle.& propterea secundum Barto. & communiter Doct.in d.l.1.quando canon est tantus, vt correspondeat reditui, fit defalcatio sicut in locatione ad modicum tempus, & pariter fit augmentatio canonis aucto prædio emphyteutico, de qua materia etiam infra ea.conclusione dicetur.

Et iuxta prædicta dixit Alb.de Ro.post Guid. de Suza.in l.item si fundi.§.
3 huic.ff.de vsufru. q † si augetur res feudalis, augeri debet seruitium, sicut & in re conducta aucta augetur merces: circa quod videatur §.si quis de manso.de controuer.inue.iunctis his quæ dixit infra in 16. conclu. in 7. ampliatione, & in seq. conclu.in tertia fallen.vbi dixi, q id quod non augetur in beneficio, non augetur in seruitio, ita vt quando augmentum feudi non spectat vasallo, non augeatur seruitium d.§. si quis de manso. & an acquisita per hominem meum de mansata sint eiusdem iuris.Spec.in tit.de feu. §. quoniam. ver.9. circa fi. q sic contra Bal.in l.fi.C.de hære.decu.facit quod dicimus aucta causa augeri causatum, seu q ad augmentum causę datur augmentum causati & effectus secundum Anto. de But. in c.illa quotidiana 2.col.de elec.& in c.quanto.de iureiur.&
4 † ideo si alicui sit vendita gabella totius comitatus Astensis pro certo pretio,& contingat comitatū augeri propter vnionem alterius territorij, etiam pretium gabellæ debebit augeri, vt per Ang.in Authen. vt deter.sit nu.cle.in fi.coll.1.de quo per Guil.de Cug.in l.item si fundi.ff.de vsufruct. Ad prædictam conclusionem facit, quod dicimus de tributo: quia aucto prædio tributario per alluuionem, vel extensiue augetur tributum l.2.iunctis no.in l.fin.C.de alluuio.& palu.& in modo solutionis non fit differentia, an augmentum sit latens, puta per alluuionem, an verò apparens: vt si insula accrescat, licèt in modo professionis sic, vt declarat gl. in d.l.2. per tex.in l.fin.C.sine cen.vel reli.& in l.3. C.no. vecti.impo. non pos. & hoc procedit, nisi augmentum ex industria & cultura hominis procedat d.l.fi.C.de allu. & infra latius dicetur, & idem in decimis dicendum est, per no.in c.cū in tua. & in c.cum contingat.de deci.

Ad prędictam conclusionem ēt facit c.
cum M. Ferrarien. cum glos. & ibi no. de constit. iunctis his
5 quæ not. But.in d.c.quanto. dum ibi dicit, quòd † auctis reditibus ecclesiæ augeri potest numerus clericorum etiam taxatus. refert Bart. in l.semper. §.negotiatio.ff.de iu.immu. per illum text. qui vult, excusatum a muneribus propterea, quòd maiorem facultatem habeat in negotiatione, de qua in l.nauicularij.ff.de mu.& ho. si acquirat alias facultates, & fiat extra negotiationem locuples, non amplius excusabitur, sed etiam maiorem partem rerum acquisitarum in negotiatione exponat.ad quod etiam facit, quod dixit Pan. in c.prohibemus.de censi. si ecclesia fuerit donata monasterio ad vsus proprios,& monasterij rē reseruata sibi pensione concessit illam alteri, vt auctis facultatibus debeat augeri pensio, quemadmodum diminutis facultatibus diminueretur, ex quo illa pensio fuit ratione fructuum imposita, vt ibi per eum. facit etiam: quia aucto patrimonio augentur alimenta l.3.in fi.vbi Bar.ff.vbi pup.edu.deb.l.cum vnius. §. 1. ff. de ali. leg. sicut eo diminuto minuuntur, vt ibi.

Facit ad idem text.d.c.quanto. iunctis nota. per Panorm.in cap.cum cleri.de pac.
& in cap.auaritiæ. de præbend. dum ibi dicitur, quòd aucto numero monachorum alterius monasterij augetur procuratio vel pensio illis monachis debita, quando contemplatione certorum redituum est debita, si illi tales reditus aucti
6 sunt, ex quo text. † declaratur, quomodo sit intelligendum illud, quod dicitur, aucto emolumēto augeri debere onus: vt per Mod. in l.Plautius. in princ.com.ff.de conditio. & demonst.qui ad hoc inducunt l.fin.§. qui indiuisam.ff de leg.2. faciunt iura alleg. in princ. huius conclu. ad quod est bonus tex.in l.imperator.§.primo. in verbo, vsurarum additamentum.ff.de leg.2.vbi hoc limitatur, nisi emolumentum a fortuna augeatur, & non iudicio conferentis, vel nisi contingat ex euasione pœnæ, ac expensarum, vt quia sit extrinsecum, de quo latius ibi per Bart. & Docto. & hæc clarius patent ex his quæ dicentur in sequen. conclusione.no. glo. in l. si merces.§.vis maior.in ver.cui.ff.loc. dum dicit, quòd regulariter emolumentum debet concomitari onus l.secundum naturam.ff.de reg.iur.& l.regula.eo.tit. in 6. facit quod dicitur in l.semper.§.negotiatio.ff.de iur.imm.inducendo prout
7 supra proximè induxi. facit l.3. in fi.ff.vbi pup.edu.debe. † q auctis facultatibus augeri debeat quantitas taxata per iudicem pro alimentis pupilli. Ad idem facit, quod dixi in præceden. conclusione post Bar. in l.Sęio.in princ.ff.de ann.leg. de tribus scholaribus qui conduxerunt famulum pro certo salario, vt aucto numero scholarium augeri debeat salariū, si maiorem laborem & maiores operas famulus ex hoc præstabit, vt aucto onere commodum augeatur vel lucrum, sicut econtra, vt prædixi.

Prædicta conclusio fallit, vbi non est par ratio lucri & damni, vt not. Bart.in l.damni infecti stipulatio.§.si is qui ædes.pe.seu antepen.quæstio.ff.de dam. in-
8 fec.& patet in emphyteusi † qua diminuta re canon non diminuitur, vt supra dixi. & idem est in prædio, ex quo soluitur census secundùm Panorm.in cap.prohibemus.in fine.de censi. Nam ex quo dominium spectat ad obligatum ad censum, damnum & lucrum ad eum spectare debet secundum Panor. & de hac fallentia latius dicam infra in seq.conclusione in tertia fallentia.

Secundò fallit secundùm aliquos in augmento latenti, sicut est alluuio secūdum
gl.in l.1.C. de iure emph. & in l.3.iuncta l.2. C.de allu.& pal. sed illa gl.in l.1 reprobatur per Bar.& Doct.& glo.in d.l. 2. & 3.non residet in hoc, quod aucto prædio per alluuionem nō
9 augeatur tributum † sed dicit contrarium,& post eam ita ēt dicunt Doc.volentes tributum pariter augeri ratione totius patrimonij, licèt non rōne rei singularis,& vtilitas est in modo professionis, an augeatur ratione totius patrimonij an

Source : BIU Cujas

ratione rei ſingularis. vt no. glo. in d. l. 2. & 3. per tex. in l. fin. C. ſine cenſi. vel reli. & in l. 3. C. noua vecti. impo nō poſ. & in l. forma. de cenſi. & prædicta vera ſunt, licet in acquiſitione vſufr. fiat diſtinctio, an augmentum ſit latens, vel apparens l. item ſi fundi. §. huic. ff. de vſufruc. cum concor. alleg. ſupra in 11. conclu. prima limit. cum concord. infra allegandis in 18. conclu. & infra in 15. & 16. concluſione.

Ex prædictis apparet non eſſe indiſtinctè veram opi. Ant. de But. & plurimum Doct. in d. c. quanto. dum dicunt auctis reditibus ſeu aucta re, ex qua aliquid præſtatur, per augmentum latens non augeri penſionem. Sed ita demum, ſi augmentum ſit apparens: ſed eſt facienda conſideratio iuxta materiam ſubiectam iuxta ea quæ dicentur in ſeq. concluſione. facit l. omne territorium. cum ibi no. C. de cenſi. lib. 1.

10 **Tertio fallit** † ſi augmentum fiat cum impenſa & labore debitoris, vt ſi promiſi te venientem recipere cum quinque hominibus ex eo, quòd permiſiſti me ædificare in ſolo tuo: quia ſi ibi fecero aliam domum, nō tenebor te venientem recipere cum decem ſecundum Bar. poſt gl. in l. damni infecti ſtipulatio. §. ſi is qui ædes. antepenult. ſeu pen. q. cum quo tranſeunt Imo. & communiter Doct. ff. de dam. infec. iunctis his quæ dixit Albe. de Roſa. in l. Rutilia Polla. de rota addita molendino, & in fi. commē. de aqua nouiter inuenta. ff. de contrah. empt. de quibus omnibus dixi in 11. conclu. circa fin. colum. iunctis etiā his quæ dicam infra in ſeq. conclu. in ſecunda limitatione: & hoc de-
11 pendet ab his quæ dixi ſupra eo. prima limitatione. † Et ſecundùm Bart. Veron. in l. inter publica. ff. de verbo. ſignifica. facit ad q. an ſtante ſtatuto, quòd ſoluatur collecta de qualibet rota molendini, tenebitur conductor pro rota, quam de ſuo fecit.

Quartò fallit in caſu no. per Bar. in l. inficiando §. infans. in fin. commen. de fur. quòd ſi prohibetur contrahens nuptias habere pluſquam 12. homines in nuptijs, quòd pater & filius ſimul contrahentes nuptias non poterunt habere 24.

12 **Poſtremo fallit** in ſolutione gabellæ: † quia ſi de contractu, vel acquiſitione, vel re data in dotem ſolui debet gabella, contingat dari proprietatem nudam in dotem, pro qua ſit ſoluta gabella, & demū vſumfruc. conſolidari cum proprietate, ex tali conſolidatione non erit ſoluenda gabella: eo quia non eſt noua acquiſitio, ſed augmentum primæ, vt per Bart. in l. 1. ff. de iure dot. quod procedit in acquiſitione facta poſt ſolutam gabellam, ſecus ſi ante per ea quæ dicunt Doct. in l. fi. C. de iur. emphy. vt laudemium ſit ſoluendum etiam pro augmento exiſtente tempore laudemij, de quo dicam in ſequen. conclu. verſ. quòd autem.

Cætera circa hanc concluſionē neceſſaria colligi poſſunt ex dicendis in ſeq. concluſione.

13 Item fallit † vbi in regiſtro eſt certum onus vnicuique expreſsè allibratum & determinatum: quia auctis, vel diminutis facultatibus plus vel minus ſolui non debetur: quia in ſpiciendum tempus allibrationis ſecundum Bar. poſt Guil. de Cug. in l. id quod. §. ſi pater. ff. de conſtit. pecu. declarando vt ibi per Alb. & Pau. de Caſt.

S V M M A R I V M.

1 *Penſio aut merces vbi augmentum eſt in bonitate augetur. Diligentia damnum parere non debet.*
2 *Gabella ex noua reformatione ciuitatis aucta augeri debet pretium.*
3 *Augmentum redituum quomodo conſiderandum, vt illis auctis augeatur & penſio. 4. 5. 8. 13.*
5 *Poſſeſſor malæfidei facit fructus ſuos, qui ex impenſa, aut cultura prouenerunt.*
6 *Melioramenta cedunt commodo bonificantis.*
7 *Penſio pro vinea quam conductor plantauit in re conducta non debetur.*
9 *Euictionis quantitas re deteriorata non minuitur.*
10 *Augmentum feudi cur non cedat vaſallo.*
11 *Conceſſio nemorum in emphyteuſim facta per eccleſiam an poſſit rumpi ratione modicæ præſtationis re meliorata.*
12 *Emphyteuta, qui rem meliorem factam pluris vendidit, tenetur ad quinquageſimam non habito reſpectu valoris tempore conceſſionis.*
14 *Cenſus an poſſit augeri ſubſiſtente cauſa, uel per Papam, aut ſupremum principem.*
15 *Obligatio fideiuſſorum nunquid augeatur aucta pœna.*
16 *Taxa beneficiorum non augetur auctis reditibus.*

Concluſio decimaquarta principalis.

1 **Decimaquarta concluſio** ſit, q̄ † vbi augmentum eſt in reditu, ſeu bonitate & intrinſecum, augetur penſio, vel merces, in qua materia pro clara dilucidatione eſt diſtinguēdum, an iſta bonitas & augmentatio reditus ſint cauſata ex induſtria coloni tributarij vel debitoris, & eo caſu non augetur merces, penſio, vel canon, aut tributum ſecundum glo. & Doct. in l. ſi merces. §. §. vis maior. ff. loca. & extra eo. per Imo. Pan. & cano. in c. propter ſterilitatem. & But. in c. quanto. de cenſi. & ſolet notari in c. cum M. Ferrarien. ff. de conſti. ratio eſt in promptu: quia non debet diligentia coloni vel debitoris eis eſſe damnoſa, vt eſt expreſſum in l. fin. C. de allu. & pal. & in l. fin. C. de omni agro deſer. & in l. fin. C. de ſun. reipub. & in l. 2. C. de prædi. cu. lib. 11. & vtrobique hoc not. Ioan. de Pla. poſt ſcribentes, & not. in d. c. cum M.

Aut iſtud augmentum redi- tus cauſatur a caſu, vel aliquo accidenti: vt quia molendina vicina aquæ impetu ſunt deſtructa, propter quod molendinum per me alicui locatum plus ſolito reddidit, & eo caſu augeri debet merces ſecūdum Bar. in d §. vis maior. Imo. Panor. & Doc. in d. c. propter ſterilitatem. quod ſecundum But. & Imo. in d. c. propter. poſt Inno. & Ioan. And. procedit, quando eſt caſus inſolitus, qui veriſimiliter cogitari non potuit, & de hoc eſt glo. magna in fi. in d. §. vis maior. ſequitur Ioan.
2 de Pla. in l. fin. C. de omni agro deſer. lib. 11. Et † per hoc patet, quòd ſi augeatur gabella ex noua reformatione ciuitatis, quæ contra ſtatutum antiquum admittit pannos forenſes, debeat augeri pretium, de quo dicetur infra in 16 concl. ver. 5. prædicta concluſio procedit. Item procedit prædicta concluſio ſecundum But. & Imo. quando reditus augmenta ti ſunt vltra dimidiā eius, quod ſolitum eſt, de quo infra proximè dicam. Aut verò cauſatur ex fructuum abundantia præter caſus prædictos, & tūc augetur merces in caſibus, in quibus ex ſterilitate diminueretur ſecundum glo. Bart. & communiter Doct. in d. §. vis maior. & communiter Doct. in d. c. propter ſterilitatem. quod procedit ſecundū But. in d. c. propter. vbi etiam Imo. ſi reditus ſunt pinguiores ſolito vltra dimidiam, ſicut dicimus ſecundum eos fieri remiſſionē, quando reditus ſunt tenuiores ſolito vltra dimidiam, in quo paſſu ſunt variæ opiniones: & magis communis opinio eſt, quā puto tenendam, tradita per Bar. Bald. Salyc. & communiter Doct. in l. licèt. C. loca. quam conſulendo ſæpe refert & ſequitur Alex. quòd in hoc attendatur vulgi opinio. Et ſecundum prædicta eſt intelligendum quod dixit Panor. in d. c. propter
3 ſterilitatem. dum dixit, quòd † ſi augmentatio eſt ſimpliciter in bonitate prædij, ex hoc non augetur penſio: eo quia dominus ſciens, vel ſcire debens bonitatem, veriſimiliter locauit pro tanto, quantum inuenire potuit, quo caſu exceſſus vltra dimidiam iuſtæ mercedis, ſeu penſionis indubitanter locum haberet remedium l. 2. C. de reſcin. vend. quæ habet locum in contractibus bonę fidei, vt ibi notatur. & patet in l. 3. cum glo. C. commu. vtri. iudi. not. Bar. in l. itē ſi pretio. §. quē admodum. ff. loca. cano. in c. cum dilecti. de empt. & vend. & in eo caſu non dicitur proprie augmentatio reditus: quia aliud eſt, quòd quis iuſta penſione locauerit ſecundum communem reditum prædij, quo caſu conſideramus prædictum augmentum, aliud, quòd quis locauerit minus dimidia ſoliti reditus vel vltra dimidiam, & an tunc reſpectu talis lęſionis poſſit reſcindi contractus, non eſt materia præſentis tractatus, & ex his patet, quòd non ſit indiſtinctè vera glo. in c. quanto. de cenſi. dum dicit, quòd quando certum & determinatum quid præſtatur. non augetur præſtatio, de quo etiā infra in 3. fallentia.

4 **Vbi autem augmentum** † inſurgeret ex valore fructuū: quia vno anno fructus multo plus valerent quàm alio, tunc ſecundum Bar. in d. §. vis maior. & Panor. & cano. in d. c. propter ſterilitatem. non augetur penſio, ſicut non minueretur propter vilitatem: cum eadem debeat eſſe ratio lucri & damni ac augmenti & diminutionis.

Et eſt aduertendum circa augmentum, quod fit a caſu vel Dei prouiſione: quia idem eſt de augmento, quod fit fidelium oblatione in ſua ſubiecta materia ſecūdùm Butr. in d. c. quanto.

Ex prædictis in augmento bonitatis & redituum fieri poteſt concluſio, quòd pariter augeatur penſio vel merces, quod fallit in modico augmento. dicto §. vis maior. & quando intelligatur magnum augmentum, ex quo augenda ſit penſio, dixi ſupra proxime, ergo &c.

5 **Item & ſecundo** † fallit, ſi augmentum redituū cauſatur cultura & impenſa debentis penſionem: quia non augeretur penſio, nec tributum d. l. fi. C. de allu. & palu. cū concor. ſupra allegatis iunctis his quæ dixi in præce. concluſione tertia limitatione. q̄ quo facit: q̄ ēt malę fidei poſſeſſor facit ſuos fructus, q̄ puenerūt ex ſua

ex sua bonificatione, seu cultura & impensa, vt in l. ceterum. vbi Angel. dicit ad propositum vnum notabile dictum. ff. de rei ven. ad quod videantur quę dicam infra in 16. conclu. in sexta ampliatione, ex quo Bal. in d. l. fi. & post eum Ang. & And. de Baru. ac Ioan. de Pla. in l. 2. C. de prædi. naui. & in l. fi. C. de omni agro deser. lib. 11. reprehendunt miseros prælatos, qui volunt augere quantitatem census prædij dati in emphyteusim ædificati, bonificati, vel aliàs facti fertilioris soli-
6 citudine & cultura aut sumptu possessoris: debet † enim secundum eos attendi valor temporis contractus, de quo latius dicetur in sequenti fallentia: cedunt enim melioramenta commodo bonificatis per prædicta, & ex hoc infert Bart. in d. l. 2. C. de præd. naui. ad eum qui emit rem hypothecatā & eam bonificauit & meliorauit: & ex hoc confunditur decisio Fulg. in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dota. dum dicit, quòd pensio promissa per colonum debetur etiā ratione vineæ quam plantauit ipse colonus: quia apparet ex his, quòd veritas est in contrarium: & contra ipsam deci. faciunt quæ dixi supra in 11. conclusi. post Alb. de Ros. in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emp. de conductore molendini, qui addidit rotam, vt pro illa non teneatur soluere domino: nec pro Fulg. facit decisio Bar. & aliorum in l. certo generari. in prin ff. de ser. ru. prædi. vbi dicunt, ꝙ si rusticus promisit dare domino vineæ quartam partem fructuum vineæ, nihilominus tenebitur etiam dare quartam partem fructuū arbo-
7 rum, quas ibi ipse rusticus plantauit: † nam hoc ideo est quia censetur iuris interpretatione facta promissio fructuum terræ vineatæ & sic continentis pro contento, non autē vineæ simpliciter, de quo per Io. And. in addi. Spec. in tit. de loca. in prin. in vlt. addi. Adde quod facit, quod subijcit ibi Io. Andr. post Pileum de colono, qui promisit quartam partem omnium reddituum lapidicinis exceptis: vt non teneatur reddere quartam calcis, quæ fit ex ipsis lapidibus: eo quia ex industria & labore ipsam calcem potius habere dicitur, quàm ex prædio, & quia exceptis lapidibus venit omne id, quod ex lapide fit, vt ibi latius per eum, & dixit Spec. in d. tit. de loca. §. 1. ver. quid si colonus, quòd colono plantante arbores debetur sua pars domino.

Temperanda tamen est hæc limi-
tatio, vt non procedat in procuratione indeterminatè, aut simpliciter, vel contemplatione certorum reddituum debi-
8 ta: quia illa † augetur pro modo necessitatis non distinguendo an casu, vel industria, seu opera sit facta augmentatio secundùm glo. & But. in d. c. quanto. & probatur ex text. in c. cum apostolus. in fi. eo. tit. & est de mente glo. in c. prohibemus etiam. eo. tit. ratio patet ex ibi notatis, simile notatur in c. cum M. Ferrarien. de constit. per glo. & Doct. & per gl. in d. c. quanto. dū ibi dicitur & no. ꝙ augmentatis reditibus ecclesiæ siue ex industria, siue a casu, augeri potest numerus canonicorum, & de vna præbenda pingui potest alteri subueniri, & hoc operatur secundum eos ratio cultus diuini: not. Bal. in d. l. fin. C. de allu. & quia secundum Pan. in d. c. cum M. in communibus reditibus non est facienda prædicta distinctio. cum bona præbendarum sint ecclesiæ, quod est secundum eos intelligendū, qñ ecclesia indiget maiore numero, aliàs aut non posset augeri numerus clericorum, qñ reditus ecclesiæ sunt cultura, industria & sumptu aucti: & ad hāc fallentiam adduci possent plura exempla, quæ adduxi. supra in 11. conclusi. ver. illud autem. post Alb. in l. Rutilia Polla. ff. de cōtrahen. emp. & Bar. in l. damni infecti stipulatio. §. si is qui ædes. in antepen. seu pen. q. ff. de dam. infec.

9 **Tertiò fallit** † prædicta conclusio, vbicunque non est par ratio lucri & damni, seu vbi diminutis reditibus onus non diminueretur per tex. in d. §. vis maior. facit l. ex mille. §. 1. ff. de cuic. vbi dicit, ꝙ sicut deteriorata re non minuitur quantitas cuictionis, pariter non augetur re bonificata, & patet exemplū in emphyteusi: quia sicut diminuta re, vel reditu nō diminuitur canon, ita aucta re vel reditu nō debet augeri canon: vt dixi supra & no. in l. 1. C. de iure emphy. vbi Cy. post Pet. in 6. q. & Alb. de Ro. & Sal. post Iac. de Arena, & Io. And. in addi. Spec. in tit. de loca. §. nūc aliqua. in addi. 36. & can. in c. potuit. vbi Imo. in 22. col. de loca. facit §. quia vero Leonis. in Auth. de non alie. nec est distinguendum secundum Bar. & alios in d. l. an augmentum sit latens, vt alluuio, an vero apparens, quod, vt dixi supra in præced. conclu. & no. in l. 1. C. de iure emphy. per Bar. & alios procedit, nisi canon sit constitutus correspondens reditui rei. facit ad prædicta, quod dixit Bal. in c. 1. §. si quid de manso. de
10 controuer. inue. ꝙ † id quod non augetur in beneficio non augetur in seruitio ex natura proportionabilium seu correlatiuorum, siue causæ & effectus, dicens hanc esse vnam ex rationibus, quare augmentū feudi non cedat vasallo, de quo aliquid dixi in præced. conclu. & latius infra in 16. conclu. in 7. ampliatione. Ex hoc apparet, non esse verum indistinctè illud, quod aliqui dicūt, & maxime Ang. in l. si seruitus. in prin. 3. col. ff. de serui. ꝙ quando certa summa debetur aucta re ex qua debetur non augeatur summa d. §. quia verò Leonis. & l. 1. C. de præd. curi. lib. 10. & ex prædictis patet non esse distinguendum in emphyteusi propria, in qua fructus rei reditui non correspondet an casu, an verò hominis diligentia & cultura aucti sint reditus.

Quod potest induci ad quæstionem, quæ pendet de certis prædijs ab eccl. cōcessis in emphyteusim, quæ tempore cōcessionis erat nemora, & fuerunt concessa in emphyteusim pro canone duc. 10. & præstatione lignorum singulis annis necessaria ad comburendum & domificandum, seu ædificandum ad vsum dictæ ecclesiæ annis iam quinquaginta elapsis per tunc dominum priorem dictæ ecclesiæ, & quam concessionem quærit infringere suc-
11 cessor dictæ ecclesiæ dicens ecclesiam lęsam † quæ prædia sunt satis maioris redditus. eo quia tempore concessionis nemora erant viliſſimi pretij, & nunc sunt in valore, propterea quia vicini habentes nemora illa extirparunt, ita ꝙ modica nemora reperiantur in patria, & etiam sunt maioris reditus propter impensam factam & culturā circa dicta prædia: nā ex hoc non posset ecclesia dici lęsa, & non licèt ipsi successori ex hoc emphyteusim impugnare per prædicta, & per l. fin. cum ibi notatis in proposito per Bal. C. de allu. & palu. & per Io. de Pla. in l. 2. C. de prædi. naui. lib. 11. iunctis concor. quæ in præceden. limitatione adduxi, licèt in simplici locatione aliter dici posset per ea, quę supra dicta fuerunt in prin. huius materiæ: nec enim emphyteusi, de cuius natura est, vt pro modico detur & ad meliorandum, auth. qui rem. C. de sacro san. eccl. iunctis not. in d. l. 1. C. de iure emphy. potest allegari læsio etiam vltra dimidiam iustæ pensionis, vel canonis, & maximè quia emphyteuta se perpetuò obligat secundùm Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc videndum. ver. quid de concessione. & per Bal. in rubr. C. de iure emphy. & dominū præcep. meum in d. l. 1. in 15 col. vbi reprobat Bald. qui aliqñ aliter tenuit: & prædicta limitatio etiam verificatur in cēsu, secundum Pan. in c. prohibemus. in fi. de censi. ea ratione: qa ex quo dominium directū est apud censum soluentem, damnum & lucrum debet ad eum spectare, & consequenter ex augmento plus soluere non tenetur.

12 Quod autem dictum est de emphyteuta † vt aucto reditu, vel valore rei emphyteuticæ non teneatur ad maiorem canonem, non habet locum in laudemio: quia si rem bonificatam plus vendat, nihilominus tenetur ad quinquagesimam non habito respectu valoris tempore concessionis secundū Odofre. & Alber. in l. fin. C. de iure emphy. vbi dominus præceptor meus in 167. col. 1. stampa. ratio est: quia laudemium præstatur considerato pretio, pro quo res venditur, vt sic sit inspiciendum tempus venditionis iure sic disponente, vt est expressum in d. l. fin. C. de iure emphy. & licèt appareat ex prędictis, quare aliud sit in tributo, quàm in censu, vel emphyteusi tamen secundum Albe. de Rosa. in d. l. 1. vlt. colum. vbi do. præceptor meus. C. de iure emphy. ratio diuersa est in tributo: quia præstatur pro numero & contemplatione possessionum d. l. fin. C. sine censi. vel reli. & l. 2. & fi. C. de allu. & l. forma. ff. de censi. non sic in censu vel canone emphyteutico per prædicta.

Quartò fallit, secundum aliquos in augmento latenti, sicut est alluuio, de quo dixi in præced. conclusione & secunda limitatione post Butri. in c. quanto. circa finem, de censi.

13 **Quintò fallit,** † si quæramus, an auctis reditibus augeatur pensio ipso iure: quia augetur ope exceptionis & mediante iudicis declaratione secundum Anto. de Butr. in dicto cap. quanto. de censi. & not. in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. quod quando procedat ibi notatur.

Sextò fallit, si augmentum causetur ex casu consueto, vt dixi in princ. conclusionis.

Septimò fallit, si augeatur valor redituum: quia eo casu non augetur pensio, canon, vel merces, vt dixi supra in princip. huius conclusionis post Barto. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & Panormit. & Docto. in capit. propter sterilitatem. in fin. commen. eodem titulo.

14 **Octauò fallit,** vbi sum⁹ in casu, in quo noua onera imponi nō pñt † quia ex augmē to non augetur onus ſm Anto. de But. in d. c. quanto. in fin. com. de censi. & no. glo. in l. 3. C. nou. vec. impo. non pos. not. Panorm. in d. c. prohibemus. de censi. vbi vult, censum non augeri auctis reditibus rei, propter quam præstatur census, de quo dixi supra in tertia fallentia: & hæc fallentia est secundùm Panormit. limitanda, nisi per Papam, vel supre-

Source : BIU Cujas

mum principem onus augeatur: subdit Panor. post Inno. ibi quòd quando ad vtilitatem propriam vellet prælatus censum augere, hoc non posset: secus si ad vtilitatem alterius ecclesiæ subsistente causa. An autem ex causa necessitatis superioris posset census augeri, not. But. in d.c. quanto. & non est materia nostra.

15 **Nonò fallit**; si natura conuentionis † vel mens & verba aliud suadeant per ea quæ dicunt Bar. & Doct. in l. 1. ff. de in li. iur. & Bart. & Imo. in l. 2. ff. de publi. iudi. dum dicunt, fideiussores datos pro maleficio & pœna maleficij teneri etiam ad pœnam auctam, declarando vt ibi per eos. & dum dicunt aucta pœna augeri obligationem fideiussorum quamuis onerosam ex verbis contrahentium. Idem esse debet negatiuè, vt si verba contrahentium & mens suadeant non augeri, non augeatur. Idem si natura rei, vt ibi, de quo dixi supra multoties.

Decimò fallit in re aucta, pro qua quis est obligatus de dupli stipulatione: quia talis obligatio non extenditur ad augmentum, nisi hoc dictum fuerit: vt dicam infra in 16. conclusione. in vlti. declaratione seu ampliatione, & in 8. limi.

16 **Vltima** limitatio est de cle. si beneficiorum. cum ibi no. de deci. quòd † auctis reditibus non augeatur taxa, de quo in 26. conclu. in fi. 9. limi.

Cęterum est aduertendum, quòd ex dictis in hac conclusione commentatur alia generalior conclusio, quę est, quòd aucto commodo augeatur onus, de quo aliquid dixi in præceden. conclu. ver. facit ad idem tex. quæ conclusio vltra præ dicta limitatur, vt non procedat, si augmentum emolumenti sit extrinsecum, declarando: vt latius per Doct. in l. Imperator. §. 1. & seq. ff. de lega. secundo.

S V M M A R I V M.

1 *Acceptoris ius in ultimis uoluntatibus aucto iure datoris augetur.*
Et in quo augmento procedat 2. 3. 15. 19. 21.
Area legata ædificij ibi factum a testatore venit.
2 *Legitima filio in vita assignata patrimonio aucto augetur.*
4 *Legatum gregis quod legatum fit, uel omnium bonorum 6. 10.*
5 *Dictio, meum, tempus præsens significat 32.*
6 *Fulcimenta futura nunquid veniant legata vxori camera fulcita.*
7 *Legatum fulcimentorum quod legatum fit.*
8 *Prædia post relictum acquisita an cedant legato & commodo legatarij 17.*
9 *Podere quod nomen sit.*
11 *Superadditum quando veniat in legato generali 12.*
Et quid de legato indefinito 13. 18. 21. 25. 30.
13 *Differentia quæ sit inter contractus & vltimas voluntates.*
14 *Libris legatis an ueniant qui post testamentum sunt empti 35.*
16 *Hortus licèt separatus emptus ad vsum domus an cedat legato domus.*
17 *Pascua empta ad vsum mansi licèt separata de legato mansi.*
18 *Modus cognoscendi an res vel materia sit alterius accessio.*
19 *Adiectum rei imperfectæ causa perficiendi cedit legato.*
Et quid si adiectum sit pretiosius 20.
20 *Aes adiectum auro cedit legato auri.*
22 *Augmentum ex illicite acquisitis nunquid cedat legato.*
23 *Vsufructus quando augeatur aucta re cuius vsufructus est legatus.*
24 *Augmentum quod fit a casu, & quod fit a testatore, æquiparantur.*
27 *Fructus & accessiones legatorum & fideicommissorum post moram legatario & fideicommissario acquiruntur.*
28 *Legatum emphyteusis non comprehendit accessionem directi dominij.*
29 *Augmentum quod fit a tertio rei legatæ non cedit legato.*
31 *Augmentum separatum non cedit vsufructui fundi legato.*
33 *Incrementa nunquid veniant in petitione hæreditatis, vbi distinguitur.*
34 *Fructus in rebus singularibus dicuntur accessorij.*

Conclusio decimaquinta principalis.

1 **Decimaquinta conclusio** sit, ꝙ † aucto iure datoris augetur ius acceptoris, quæ conclusio procedit tam in vltimis voluntatibus vt in hac conclusione declarabo, quàm in contractibus: vt in sequenti conclusione patebit. Vnde facio in vltimis voluntatibus talem conclusionem, ꝙ aucta re relicta per vltimam voluntatem augetur relictum, ita quòd ei cui debetur vel acquiritur ex vltima voluntate relictum pariter debeatur superueniens augmentum l. seruum filij. §. si areæ. ff. de lega. 1. vbi legata area ædificium ibi factū à testatore quod est augmentum intrinsecum debetur legatario, & eius lucro cedit sicut area facit l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. pen. ff. eod. tit. & l. cum fundus. ff. de leg. 2. vbi augmentum fundi factum a testatore ex appositione alterius fundi venit in legato sicut fundus: sic augmentum extrinsecum & extensiuum: quod est intelligendum, quando testator illam partem acquisitam non separatim possedit, sed vniuersitati fundi voluit adiungi d. l. cum fundus. & iuribus prælleg. Et ad hoc
2 idem facit tex. in l. lacus. ff. de verb. signific. † Et ex his patet, quòd hæc conclusio procedit tam in augmento intrinseco & intensiuo, quam in extrinseco & extensiuo: & tam in apparente quàm latente & per alluuionem facto: de quo latenter infra dicetur in ampliatione decima. Facit etiam: quia aucto patrimonio defuncti augetur legitima, quæ fuerat inter viuos assignata: videlicet consideratio tempore mortis defuncti: vt per Bal. in l. pactum 6. q. C. de colla. & in l. quamuis. C. de fideicommis. & Imo. Ro. & alios in l. in ratione. la 2. vbi Alex. ff. ad l. Fal. in 3. colum.

Item ex prædictis patet, quòd indubitanter hæc regula procedit in augmento rei singularis seu augmento quantitatiuo & mensuræ, de quo etiam aliquid dicam infra in duodecima ampliatione.

Item prædicta conclusio maximè procedit in augmento quotitatiuo seu in rebus & relictis vniuersalib. & collectiuis & his quæ sui natura recipiunt incrementum & decrementum in toto ac per quotas: vt patet in peculio & grege legatis: quia aucto peculio vel grege etiam augmentum cedit legato l. peculium. in princ. ff. de leg. 2. l. grege. cum sequen. ff. de leg. 1. & §. si grex. Instit. facit l. si mancipia. in princ. vbi glos. & Barto. & l. penult. vbi etiam Bar ff. de fun. instru. vbi mancipia vel instrumenta adiecta post testamentum fundo legato gratia fundi colendi quæ secundum Bart. dicuntur legatum vniuersale cedunt legato fundi. Item dicimus in mancipijs loco aliorum subrogatis declarando, vt in l. filiæ. in fin. ff. de condit. & demonst. Ad prædicta facit text. in l. vsufructuarium. §. in viuarijs. ff. de vsufruct. vbi aucto cętu, cuius vsusfructus est legatus, augetur vsusfructus. faciunt no. per Bar. in l. si ita. pen. & vlt. colum. ff. de auro & argen. leg. & in l. fin. §. quid indiuisum. ff. de leg. 2. & in l. fin. post Pet. & Cyn. C. quæ res pig. oblig. pos. & per Cyn. in l. non modus. C. de serui. per Ang. in l. si seruitus. in princ. ff. de ser. vrb. prædi. per Imo. in l. damni infecti stipulatio. §. si is qui ædes. in pen. q. Bar. ff. de dam. infec. per Alex. consi. 178. incip. in occurrenti. in 2. colum. & fin. 2. vol. & est communis opin. quæ procedit etiam in legatis vni adimendis & in alium transferendis l. filio. in princ. ff. de adi. leg.

4 † Et est aduertendum; quia in istis vniuersalibus, sicut patrimonium, peculium, hæreditas, dos, quæ sunt nomina iuris, aut collectiuis re vel hominis dispositione, sicut grex, vel cum aliquis dicat omnes res meas mobiles &c. non dicuntur ex superuenientibus rebus augeri singula corpora: sed augetur ipsa vniuersalitas, vel ipsum nomen: sicut etiam dicitur decrescere: vt est text. cum glo. not. in verbo, dotis, in l. quod dicitur. in princ. ff. de impen. in rebus dota. factis. & facit tota illa lex per discursum, & dixi in prima conclusione circa fin. Et procedunt prædicta, siue legatum sit vniuersale, seu collectiuum ex natura rei relictæ: puta grex & peculium per iura prædicta ac fundi mancipia & instrumenta dicta l. mancipia. & dicta l. penult. ff. de fun. instructo. etiam secundum Ange. in dicta l. si seruitus. in princip. penult. colum. si
5 adsit verbum meum † quod tempus præsens significat dicta l. si ita. cum ibi not. ff. de auro & argen. leg. vt quia dicam, lego gregem meum, peculium meum: siue secundum Ange. vbi supra oratio sit vniuersalis ratione personarum & collectiua, vt in l. si cognatis. per illū tex. ff. de reb. dub. quod exemplum non est bonum secundum Bar. in d. l. si cognatis. quia nomen cognatis ibi nō capitur vniuersaliter, nec collectiuè, cum proximior vocetur. Sed melius facit d. l. si mancipia. & d. l. pen. & l. peculium. in prin. & §. 1. siue sit vniuersalis ratione signi: vt quia dicā, lego omnes res meas, seu omnia mea bona, quo casu secundum Bar. in d. l. si ita. vlti. col. in princ. ff. de au. & ar. leg. est distinguendum, an quis dicat omnia bona simpliciter, vel vsumfructum omnium bonorum: & eo casu iudicandum est tanquàm de legato rei vniuersalis, quasi oratio sit vniuersalis, & non generalis: puta hereditatis l. quoties. §. fi. ff. de vsufru. l. nam quod. §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebel. vel si dicat simpliciter res meas d. l. nam quod. §. fi. vbi autem quis diceret, lego omnes res meas, quæ sunt in tali villa, vel
6 omnes res meas mobiles: † tunc secundum Bar. in d. l. fin. in vlt. colum. censetur legatum generale & non vniuersale, nec censetur legatum hæreditatis, & non venient futura simpliciter per l. fin. §. 1. ff. de leg. 1. vbi etiam Barto. tenet prædicta iunctis no. in d. l. fin. C. quæ res pig. obli. pos. sed bene venient futura per modum accessionis & augmenti superuenientia, quando principaliter non accedunt seu respectu rei principalis secundùm Ang. in d. l. si seruitus. in princ. in pen. col. ff. de ser. vrb. præd. qui ponit exemplum de eo, qui legat vxori cameram, prout est instructa, vel fulcita, & dicit quòd fulcimēta superaddita post testamentum debentur: eo quia illa fulcimenta superaddita nō veniūt principaliter ad camerā, q̄ est

res

Source : BIU Cujas

res principalis: scilicet ad alia præexistentia fulcimenta augenda: per d.l.pe.ff.de fun.instru.quam l.aliter intelligit Bart. ibidem: secus est secundum Ang. si quis legaret omnes res uxoris in camera existentes d l.si ita quę cõsideratio Ang.ui detur mihi uerbalis: nisi dicamus, quòd opi. Ang. in primo casu sustineri possit, quando legatur camera fulcita, quasi
7 idem sit, quod de fundo instructo, & † quòd legatum fulcimentorum dicatur uniuersale: & eo modo bene procederet opi.Ang. & bene probaretur p d. l. pe. iuncto intellectu Bar. & iunctis no in d.l.fi.§.j.ff.de lega.2. & in d.l.si ita.pe.colu.in fi.cum seq. ubi etiã dicit de legato plurimum rerum indefinite facto, an in eo ueniant futura cum concor. supra alleg. Et prædicta intelligo, quando augmentum superuenit ex re diuersa: nam si augeretur alluuione, uel facto testatoris unus fundus ex pluribus, ita quòd cum primò esset decem iugerum, nunc sit 12. idem est de hoc iudicãdum, quod de re singulari aucta per ea quæ dicta sunt in prin. huius conclusionis, & no. Imo. in l.si ex toto.in prin.ff.de leg.j.

Prædicta inducuntur per Bar. in d. l. si ita. in fi. commen. ff. de
8 au. & ar.le & in l.j.ff.de reb.dub.ad quæstionem, an si aliquis reliquerit alicui mansum, uel podere, quod habet in aliquo loco, & post relictum acquisiuerit plura prædia quæ coli faciebat cum manso, uel podere: talia prædia post relictum acquisita uel empta cedant legato & commodo legatarij: de qua quęstione etiam habetur per Bal.in rub.C.de uer.sig. in qua q.Bar.concludit, quòd in manso qui secundum ius dicitur tantum quantum cum uno pari boum laborari potest c.1.de censi. & c.1.si de feu.fue.contro in usi.feu.si postea acquisita possunt cum uno pari boum simul cum prioribus laborari ueniant in legato: uel si appareat patremfa. uoluisse acquirere, ut augeatur mansus l. quod in rerum. §. si quid post.ff.de leg.1.alias non. In podere autem concludit, quòd quia nõ reperitur nomen iurium, sit de eo dicendum quod de fundo, ut si appareat ex destinatione patrisfamilias fuisse empta ad augendum podere cedant legato d.§.si quid post. alias non, tãquam podere sit nomen generale potius quam uniuersale, cuius contrarium sentit Bal. in d. rub. C.de uer.
9 sig. ubi uult † quòd sit nomen uniuersale: quod puto uerius attenta consuetudine huius patriæ, quæ habet podere pro nomine uniuersali seu collectiuo, quod potest crescere sicut grex, uel sicut instrumenta fundi: iuxta no.in d.l.si mancipia. & l. pe. ff de fun. inst.& dicitur proprię podere in patria ista, quando sunt plures mansi, uel laboreria plurium parium boum: licèt Bar.in l.certarum.in fi.ff.de testa.tute.dubitauerit, an nomen podere sit uniuersale uel generale. ideo ex mente Bal.in rub.prę allegata in legato poderij uenient acquisita iure licito & illicito siue de facto, put ueniũt de natura relicti uniuersali, sicut quando testator diceret, relinquo omnia bona mea l.cogi.in prin.iuncta præceden.ff.ad Treb.cum secus sit in generali legato: quia non ueniunt, nisi res proprię testatoris, ut cum testator, dicit, omnes seruos meos l.quintus.§.argento.ff.de au.& ar.leg.l.suos seruos ff. de leg.3. arg. in l.Marcellus.ff.de rei uen.

10 **Et sic ex prædictis** in hac materia est distinguendum † quia in legato rei uniuersalis ac collectiuæ cum sui natura recipiat incrementum & decrementum, ueniunt superaddita: ita ut inspiciatur tempus mortis testatoris, ut si quis leget omnia bona sua, uel omnes res suas, aut bona sua simpliciter, aut instrumenta fundi, prout supra fuit dictum, iuxta no.in d.l.si ita. per Bar.pe.& 6 colum. & in d.l.fi.§.j.ff.de le.2.& in d.l.si mancipia.in d.l.pe.ff.de fun.instru. Non sic est in legato generis, seu rei generalis, in quo non ueniunt superaddita uel superuenientia: quia non recipit legatum generis augmentum sui natura, sicut uniuersale, ut declarat Pau.de Cast.in l.peculium. in prin.ff.de l.a.cum concor hic alle.& per Bar.in d.l.si ita sed inspicitur tempus testamenti dicta l. fi.§.j.ubi bonus tex. secundum intellectum Bar in d l.si ita.pe.& ult. colu. &
11 Bal.in d.rub.C. de uer. si. puta si diceretur † lego omnes res quas communes habeo cum Titio: uel omnes res quas habeo in loco Ferrariorum, uel omnes res meas mobiles, prout dicitur & no.in locis prædictis: quod procedit secundum Bar.in d.l.si ita.ul.col.& Ang. in l.si seruitus.in prin.ff.de ser. ur.prædi. ulti. colu. etiam si adsit uerbum extensiuum, quod possit adaptari ad aliud, quàm ad res legatas, licèt secus esset, ubi ad res legatas applicaretur, ex quo infertur ad eum qui legauit omnes res suas, quæ sunt & reperiri possunt nunc uel in futurum in tali loco, ut licèt uerbum possunt, sit extensiuum: nihilominus non uenient res superadditæ, propterea quia illud uerbum non refertur ad res scilicet ad uerbum repetitiuum.

Istud autem, quòd in legato generali non ueniant res superadditæ: licet secus sit, ubi uerba prædicta haberent relationem ad uerbum extensiuum in futuris, ut per Alex.cons. 59 inci.super primo.2.col.uersi. quò ad tertium 5.uol.ubi loquitur in laudo & ultima uoluntate, fallit secundum Bar.in d.l.fi.§.j.& in d.l.si ita. nisi ageretur de modico præiudicio.

12 **Item** secundum moder.in l.j.ff.de re.du.fallit † ubi legatum rei generalis aut poderij, præsuppositio quod foret generale, fieret coniunctæ personæ per no. per Bar. in d.l.si cognatis. dum dicit, quòd l. si ita. ff.de au. & argen.le. quæ uult inspici, quòd ad sit tempore testamenti & non mortis testatoris, debet limitari, nisi fiat legatum coniunctæ personæ, quod etiam fuit de mente Bar.in d.l.si ita.ibi, item hæc uera.faciunt not.in lege cum alienam. C.de leg.& in l.si domus.§.de euictione.ff.de leg.j. Sed multum ob.tex. in d l.fi. §.j.quamuis mod.in d.l.1.ff.de re.dub.nitatur respondere: & Bar.in d.l.si cognatis, uidetur loqui in alio casu.& in d.l.si ita. non bene aperit quid sentiat secundum Cepo. in trac.de ser. urb. prædio in rub. de furno.ulti.col.cuius dicta in terminis quæstionis per eum propositæ non sequor, ut patet supra.in 10.conclu.uer.facit ad idem, quod in simili.& uer.in hac materia: & ampliari possent prædicta ex ibi dictis per eum & restringi, ubi dicit idem de particulari dispositione, quod de generali, no.Ang.in l.si seruitus.in prin.pe. colu.ff.de ser.urb.
13 prædi. † ubi facit differentiam inter contractus & ultimas uoluntates, quamuis gl.pe.Cy.& Bar.in le.fin.C.quæ res pig. obli. pos. idem dicant de contractibus, quod de ultimis uoluntatibus, de quo dicam in sequen.conclu.circa quod uideri possunt, quæ dixit Cy in l.placet in fi. C.de sacrosan.eccle. & in l.non modus.C.de serui.

Quid autem sit in legato indefinito, seu per uerba indefinita sumpto, an ueniant superaddita, uel post testamentum superuenientia.declarat Bar.in d.l.si ita.pe. & ul.col.& in d.l. fi.§.j.circa quod non est omittendum, quòd quandoque de tali legato iudicamus, sicut de legato rei uniuersalis: sicut cum quis legat bona sua, uel res suas simpliciter non adiecto termino uniuersali omnes, secundum Bar.in d.l.si ita.ad cuius dicta me remitto iunctis not. per Imol. in cle literas. de rescri. in quibus locis materia huius tertiæ ampliationis diffuse examinatur.

14 Prædicta conferunt † ad quæstionem, de qua per Pau.de Cast.& Mod.in l.cum stipulamur.ff. de uer. obli. quod si testator iussit satisfieri omnibus suis creditoribus de pecunijs, quas habebat in monte Florentiæ mandando illud, quod restaret dari certo hospitali, ut si ipse testator superuiues addiderit multas pecunias: puta ducatos 1000. qui restent deductis debitis, solum intelligantur legatæ pecuniæ, quæ restabant tempore testamenti conditi. de quo etiam per Pau.de Cast.in l.solemus.ff.de condi.& demon. Item faciunt ad quęstionem, quæ fuit in ciuitate Taurini, & in qua consului de testatore, qui legauerat cuidam de Fangis lib. eiusdem testatoris legales, & qui superuiuens multos alios libros legales emit, ut solum uenirent libri extantes tempore testamenti in legato: & ita fuit seruatum in illo legato.

15 Quando † autem aliquid dicatur uniuersale, generale, uel indefinitum ultra not.per Bar. in d. l. si ita. notatur per gl. & Doc.in l.j.in pri.in.ff.de edendo. & in l.scire debemus.in prin. ubi etiam Bar. ff.de uer.obl. Reliqua dicentur in seq.conclu. & infra eo.in pe.fallen. De augmento autem superueniente rei singulari dixi in prin.huius concl.& per totam hanc conclu.dicetur.

Quarto ex proxime dictis patet, quod hæc conclusio procedit in augmento separato: & in his quæ etiam ex capitibus distantibus & separatis consistunt: ut patet in grege & manso seu poderio legato aucto: iuxta ea quæ dixi in præce. conclu.

Est enim possibile, quòd quis augeat poderium, uel mansum ex prædijs contingentibus & ex separatis. & pro tanto pascua empta ad usum mansi licèt separata ueniunt in legato mansi uel poderij.

16 Item † de horto uel alia re quamuis separata empta ad usum domus: & sic de similibus l.prædijs.§. Titio.& seq.ff.de leg.3.l.Seiæ.§. Tyrannæ. cum ibi nota in proposito per Bar. & alios.ff.de fun.instru.cum utrobique notatis. & in l. cum fundus nominatim.ff.de le.2. & l.patronus.in prin.ff. de leg. 3.ubi legata tribu seruorum ueniunt augmenta: & relicto usufructu certorum prædiorum ueniunt pascua alibi existẽtia ad usum ipsorum prædiorum empta uel existentia l. testatrix.§.plures.cum ibi no.ff.si ser.uend. & in l. hoc amplius.§. ut Aphenus.ff.de dam.infec.& d.§ Tyrannæ quod est intelligendum secundum Bar.in d.§.Tyrannæ. quando talia separata sub uno & eodem nomine continentur. Ad hanc conclusionem etiam facit l.cum aurum.§.fi.ff.de aur.& arg.leg. & l.& non sunt.§.fi.eo.ti.nam ut ibi patet, legato argento facto aurum adiectum cedit legato.

Item ad hanc conclusionem facit, quod dicam infra eadem

Source : BIU Cujas

dem conclusione in decima ampliatione, dum loquar de insula acquisita fundo legato: & late faciunt quæ dixi in ulti. conclusione, in 4. limitatione. & quæ dixit Imo. in l. si grege. §. si quis bonorum. & in l. si ex toto. in prin. ff. de leg. j. reliqua dixi supra in 5. conclu. in 4. limitatione. & aliquid dicam infra eo. in j. limitatione.

17 An autem † testator habuerit rem separatam, & quæ dicit alijs fundis addita, pro acquisita uel destinata ad usum prædiorum legatorum, seu pro addita: patet ex his quæ dixi in j. conclusione circa fina. dum dixi, quòd ad hoc coniecturandum statur rusticis regionis secundum gl. in §. præterea. Insti. de rerum di. & Bal. in c. 1. §. siquis de manso. si de feu. fue. con contro. Item inspicitur, an testator ea diuerso nomine nuncupauerit, & diuisim ac diuersimode ab alijs possederit. quia eo casu non censetur illa pro additis & adiunctis habuisse: ut est de mente Bar. in d. l. si ita in fi. cõmen. ff. de au. & ar. leg. & patet in d. l. cum fundus nominatim. in d. l. prædijs. §. j. cum seq. & nota. in d. §. ut Alphenus. & per gl. & Doc. in l. si ex toto. in prin. & in l. quod in rerum. §. si quid post. ff. de lega. 1. & notatur in l. serui electione. §. fin. ff. eo. ti. ubi solet tradi, quòd

18 † quando fundus acquisitus, siue connexus fundo legato siue separatus tẽtus fuit habitus pro separato & diuiso ab alis dicitur augmentum patrimonij & non fundi uel fundorum & accedere personæ & non rebus.

Item fundus qui redditur alijs ut perpetuò sit unitus dicitur augere, & cedit legato tanquam augmẽtum: secus si gratia commodioris culturæ l. Caius. §. j. ff. de lega. 2.

Et ultra prædicta circa modum cognoscendi, an una res uel materia sit alterius accessio, & quæ ex his alteri accedit, dixi etiam in dicta l. conclusio. circa fi. ubi tradidi modum cognoscendi, quando una patria uel uilla dicatur alteri addita. & dixi hoc posse constare ex usu, usuque rei & consuetudine patrisfa. ut est expressum in l. si quando. ff. de au. & ar. leg. & patet in d. l. prædijs. §. j. cum sequen. & in d. l. Sciæ. §. Tyrannæ. cum concor. supra allegatis. & in dubio non præsumitur accessio secundum Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. actio. & dicto tractatu de insula. 3. columna seq. & Ang. in l. item si fundi. §. huic. ff. de usufru. & ad ibi per me dicta me remitto.

19 **Quintò** † Ex prædictis patet, quòd hæc conclusio procedit non tantum in realiter adiectis sed destinatis ad hoc seu deputatis: ut patet in d. l. si non sunt. in prin. §. fi. & late traditur in l. cętera. §. fi. ff. de leg. j. ubi tex.

Sextò prædicta conclusio maxime procedit, quando legatum est dere imperfecta: quia adiectum causa perficiendi post legatum cedit legato l. si statuam. ff. de au. & arg. leg. ubi legata statua brachium postmodum adiectũ debetur. & facit l. pediculis. in princ. eo. ti. ubi legatis pediculis sigilla ænea & similia adiecta cedunt legato: & est de mẽte Bart. in l. si ita in fi. ff. eod. ti. dum dixit seu sentit, quòd legato mansò qui dicitur quantum laborari potest cum uno pari boum, si ei addatur ad supplementum mansi, cum non esse perfectus, tale augmentum cedit legato, de quo dixi supra in 3. ampliatione, & no. Moder. post Bar. in l. 1. ff. de rebus dubijs.

20 **Septimò prædicta** † conclusio procedit, etiã si adiectum sit pretiosius eo cui adijcitur l. cum aurum. & fi. & l. si quando. & d. l. & si non sunt. §. fina. ff. de auro & argento legato. intelligendo ut per Barto. in d. §. finali.

Octauò prædicta conclusio procedit, etiam si adiectum sit diuersæ materiæ d. l. si quando. & d. l. pediculis. in prin. ff. de au. & ar. le. declarando: ut ibi no. ubi æs adiectum auro cedit legato auri, licèt regulariter in alienatione quantumcunque per uerba generalia facta non uenant, quæ non sunt de natura rei uenditæ cap. ex literis. de iure patro. Bal. in l. a procuratore. C. mand. cum concor. de quibus per Alex. in l. 3. in prin. pe. col. ff. de acqui. pos.

21 **Nonò prædicta** † conclusio procedit, etiam si res adiecta foret aliena nunquam a testatore redempta quando sumus in casu in quo acquiri potest eius dominium adijcienti: iuxta not. in l. sed si ex meis. ff. de acqui. re. do. & in l. in rem. §. 2. & 3. cum seq. & per totam l. ff. de rei uen. & in ultimis uoluntatibus est tex. in l. si statuam. ff. de aur. & arg leg. cum concor. in gl. alle. & & idem dici posset in re non alienabili nisi cum uniuersitate, iuxta l. in modicis. ff. de contrahen. emp. & uendi. de qua materia credo me dicturum Deo dante in materia mutationis & transformationis, ubi inferam materiam confusionis unius materiæ uel formæ cum alia ubi melius cadit materia talium adiectorum quàm hic.

22 Quid † autem sit in fundo alieno tempore testamenti empto postmodum testatore habente fundum uicinum uel partem fundi communem, an cedat in legato fundi uicini uel partis fundi communis traditur in l. serui electione. §. fin. ff. de le. j. ubi materia. & aliquid in l. si ex toto. in prin. & in l. quod in rerum. §. si quid post. eo. ti. An autem generaliter ualeat legatum rei alienæ ab ignorante uel sciente factum, est tex. in l. cum alienam. C. de leg. & in §. non solum. Insti. eo. tit. Quid autem de augmento ex illicite acquisitis proueniente dixi supra ea. conclu. 13. ampliatione dum loquutus fui de poderio aucto.

Decimò prædicta conclusio procedit, siue augmentum procedat ex facto testatoris, siue a casu, siue a legatario, de primo patet in l. seruum filij. §. si areæ. & in l. si ex toto. in prin. & in l. quod in rerum. §. pe. ff. de le. 1. facit l. lacus. ff. de uer. signi. l. si statuã. ff. de aur. & arg. leg. cum pluribus concor. supra alleg. & patet

23 in ędibus legatis. † quibus columnæ & marmora post testamentum adiecta cedũt legato. §. ædibus. Insti. de lega. De secundo patet in d. l. quod in rerum. §. pen. ubi legato fundo adiectum per alluuionem cedit legato.

Idem est in legato usufru. quia adiectum per alluuionem etiam uenit in legato usufr. l. qui usumfructum. in prin. & l. si Titio. in fi. & l. si fundi. §. huic. ff. de usufru. & in proprietate hoc procedit, etiam si adiectio non sit contigua: puta quia sit insula, quæ accedat fundo legato l. sæpe. ff. de leg. 3. licèt eo casu aliud sit in usufru. legato: quia legatum usus fru. non trahitur ad insulam postmodum fundo legato acquisitam d. §. huic. cum concor. præalleg. quamuis usus fructus consolidatus cũ proprietate morte usufructuarij cedat lucro eius, cui legata est proprietas non hæredis d. l. si Titio. ff. de usufr.

24 † Ex his est concludendum, quòd æquiparantur regulariter augmentum, quod fit a casu, & quod fit a testatore: ut solet notari in d. l. quod in rerum. §. pen. per illum tex. ubi dominus præceptor meus do. Iason. licet secundum Cy. in l. si ex toto. in prin. & in l. si grege. eo. tit. & Imo. in d. §. pe. & in l. si quis bonorum eod. titu. reperiantur in hoc Doc. uariasse, & quod dixi de augmento rei legatæ facto a testatore ex re sua procedit etiam in augmento facto a legatario ex re testatoris eo sciente & patiente: quia cedit legato: aliàs secus l. cum ita. in prin. ff. de le. 2 glo. in l. Iulianus. §. fi. ff. de leg. 2.

Quid autem si fiat a legatario ex re ipsius legatarij: traditur in l. domos hæreditarias. maxime per Pau. de Ca. & Ale. ff. de leg. 1. Quomodo autem hæc ampliatio procedat in cõtractibus, dicam in seq. conclusione.

25 **Vndecimo prædicta** † conclusio procedit, siue augmentum eueniat in uita testatoris, siue post eius mortem, siue ante testamentum conditum, siue post: ut uult gl. 1. in l. si Titio. ff. de usufru. & patet in l. prædijs. §. Titio ff. de leg. 3. & quando augmentum superuenit ante testamẽtum, seu legatum factum non est proprie materia præsentis tractatus: sed est materia, an res transeat cum sua causa: de quo etiam in l. Sciæ. §. Tyrannæ. ff. de fun. instru. & aliquid dixi supra in 5. conclusione prin. in secunda ampliatione. An autem quæsita per seruum legatum uiuo testatore acquirantur legatario: habetur in l. si tibi homo. §. cum seruos. & in l. quæsitum. §. seruus. ff. de leg. 1.

Duodecimo prædicta cõclusio maxime procedit in legato

26 † etiam rei singularis seu particularis, quæ sui natura habet tractum in futurum, ut fundus qui augetur & minuitur destinatione patrisfamilias: quia eo legato ueniunt augmenta futura: & quòd fundus adhęrens acquisitus l. quod in rerum. §. si quid post. & l. si ex toto in prin. ff. de le 1. no. Ange. in l. si seruitus. in prin. pe. colum. ff. de ser. urba. præd. & Bar. & Doc. in l. serui electione. §. fi. ff. de leg. 1. cum infinitis cõcor. quod procedit, quando pars acquisita fuit simul & non separatim possessa & uniuersitati fundi adiecta l. cum fundus. ff. de leg. 2 cum concor. supra alleg.

Decimotertio prædicta conclusio procedit quò ad fructus & accessiones legatorum & fideicommissorum post moram uel lit. conteſt. quia ab eo tempore acquiruntur legatario & fideicommissario: iuxta l. 1. cum materia sua. C. de usur. & fru. leg. facit l. patronus. in prin. ff. de leg. 3. ubi legata tribus seruorum debentur accessiones & augmenta & commoda tribus a tempore moræ.

Prædicta conclusio limitatur ut

27 † procedat in eo, quod superuenit per modum augmenti, aliàs non: ut per Imo in l. si quis bonorum. & in l. si ex toto. in prin. ff. de l. 2. quod quando sit, dixi late in 1. conclusione circa fi. & supra in hac conclusione in quarta ampliatione, & in hac conclusione principali in 4. limitatione. facit l. prædijs. §. primo. cum seq. ff. de leg. 3. l. cum fundus nominatim.

ff. de

Source : BIU Cujas

ff.de leg.2.ubi bonus tex.& l.quod in rerum.§.si quid post.ff. de lega.1.no.Ang.in l.cum fundus.ff.de pig.& in l.item si fundi.§.huic.ubi Bar.ff.de usufr.& Bar.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pig.act.Bal.in c.j.3.colum cum seq.de ca.qui cu.uen. Bar.in l.si aliena.§.1.ff.de usuris.Et hoc facit ad quæstionem, quòd si testator legauerit emphyteusim,& demum acquisi-
28 uerit directum dominium: † quia non superuenit per modum accessionis & augmenti, sed tanquam ius per se subsistens: & principale aut eque principale retenta communi opi.tradita per Bal.Ang.Sali. & Pau.de Cast.in l.uxor patrui. C.de leg.cum concor.de quibus in l.seruum filij.§.si pocula. ff.de leg.1.reprobata opi.Bar.& sequa.in d.§.si pocula. Hoc etiam facit ad cognoscendum: an pœna aucta dicatur pœna delicti & accessio ac augmentum ad primam pœnam:de quo per Bar.& Doct in l.j.ff.de in lit. iur. & per Bar. & Io. de Imo.in l.2.ff.de pub.iudi. de quo aliquid dixi supra in 4.& 5. conclusione. Faciunt nota.in l.1.ff.de penu leg.& in l.1.§. itē si ita.ff.ad l.Falci.& in l.si quando.§. fi. ff. de leg. 1. cum concord.Item faciunt no,per Bal.& Ang.in l.at ubi.ff.de petitio. hæræ.& per Bar.in l.prætor.§ quod de fructibus. ff. de peti. hæredi.dum tangunt, an pœna occasione rei contracta augeat rem, uel legatum, uel hæreditatem, & secus dicunt, quando pœna occasione personæ committitur, de quo dicam in sequenti conclusione, in 4.fallentia.

29 **Secundò prædicta** conclusio limitatur † ut non procedat in eo,quod fuit additum a tertio: uel quod prouenit ex persona tertij: idest qui non sit testator uel legatarius l. si chorus.§.area.ff. de leg.3.secundum cōmunem intellectum, no.Bar.& Doc. in l.seruum filij.§.si arcæ.ff.de leg. 1. & Alex.in l. si ex toto.in prin.2.notabili.& in l.quod in rerum.§.pe.& in l.domos hæreditarias.ubi late Pau.de Cast.eod.tit.

Quid autem si augeatur pecuniam ab hæreditario seruo: patet in §.peculium.Instit.de lega.

Et prædicta procedunt tam in augmento extrinseco quā in intrinseco:ut sunt domus & ædificia agri iuribus præallegatis:Reliqua in hac materia: & an prædicta procedant,siue tertius sciret rem alienam,uel ignoraret,siue esset in bonafide uel non:siue fecerit de uoluntate testatoris,siue non:siue haberet ius resolutiuum,ut ille qui habet rem cum pacto re catandi,uel maritus ædificans in fundo dotali, traduntur in d.l.domos hereditarias.maxime per Pau.de Cast & Alexan. & in l.diuortio.§.impendi.ff.sol.ma. cum infinitis concordā tijs ibi allegatis.

Et aliquid dicam in seq. conclusione in 6. limitatione.& notatur in d.l.si ex toto.in prin.& in d.l.quod in rerum.§.penul.utrobique per dominum Lancelotum Decium,qui per annum fuit præceptor meus in lectura de mane.

30 **Tertio prædicta** † conclusio limitatur, ut non procedat in his quæ consistūt ex rebus, seu capitibus distantibus, quando legatum fit per uerba generalia: ut quia dicam, lego omnes res meas, uel bona immobilia,seu mobilia, quæ habeo in tali loco secundum Bar.in l.si ita.penul.& ult.col.ff. de auro & arg. le. & in l.fi. ff. de le. 1.iunctis notatis per Cy. in l.placet. C.de sac.san. ecc.& per Bar.in l.fi. C. quæ res pig.obli.pos.intelligendo ut dixi supra eo.in tertia ampliatione.

Item si legatum fiat per uerba indefinita, uel simpliciter, quando agitur de magno præiudicio, & quando futura non potuerunt præuideri:quia tunc superaddita non cedunt legata:secus si agitur de modico præiudicio,uel futura potuerunt præuideri secundum Bar.in d.l.si ita ulti. col.& in l.pen.ff.de fund.instr. & in l.medico.ff.de aur.& arg.leg.& in l.fi.C.quæ res pig. obli. post Pet. & Cy. in l.placet.in fi.commen.C.de sac.san. eccle.& in l.non modus.C.de serui.& Bar. Ang. & communiter Doc.in d. l. si seruitus. in prin.ff.de serui.urb.prædio.no.Alex.in l.si mihi & tibi.§. fi. ulti. colum.ff. de lega.1.

31 **Quarto prędicta** conclusio † limitatur in usu fructu: quia augmentum separatum, sicut est insula, non accedit usufructui fundi legato, uel aliter constituto l.item si fundi.§.huic.ff.de usufru. & dixi supra in 10. ampliatione. Idem in ædificio facto in area legata mutante formam areæ l.repeti.§.fi. ff.qui. mod.usufr. amit.& spero alibi dicere.

Quinto prędicta conclusio limitatur, ut non procedat in legato partis rei ut quia legetur certa pars fundi: quia non ueniunt postea addita l.serui electione §.fi cū ibi notatis.ff.de le.1. intelligēdo ut ibi traditur,no.Bar.in d.l.si ita.ult.colum. & Ang. in d. l.si seruitus.in prin.pe.colum.ff.de ser.urba.prædio.quod puto intelligendum, nisi tale augmentum accederet rei singulari, ut alluuio fundo: ut dixi supra in 3. ampliatione, circa medium no.Imo.in l.si ex toto.in prin.ff.de le.j.

32 **Sexto prędicta** † conclusio limitatur, ut non procedat, quando uerba tempus testamenti uel præteritum respiciunt, & non patiuntur extensionem in futurum,siue ex natura uerborum, siue aliter:puta res meas lego,uel relinquo: quia non ueniunt futura propter uerbum meas, quod tempus præsens respicit d.l. si ita. cum ibi no. per Bar. traditur in d. l. serui electione.§.fi. ubi Mod. & in d.l. seruum filii.§.si pocula.ubi dominus præceptor meus in fi.com.ff.de leg.1.no.Imo.in cle.literas.de re scri.sequitur Alex.cons.178.inci.in occurrenti.3.col.2.uo.Ca non.in c.quia circa. de priuile.facit l. si stipulatus fuero. §.cū stipulamur. & l.si a colono.ff.de uerb.obl.& l.si ita scripsisset. ff.de legat.2. & l.uxori.§.1. ff. de legat. 3. Quod puto intelligendum etiam in augmento latenti:ut per Imo. in l.si ex toto.in prin.ff.eod.tit.faciunt,quæ dixi in 6.conclusione:quod limitatur secundum Alex. consi 59.inci.super primo.2.colu. uer. quò ad tertium 5. uo. ut non procedat,quando ad illud uerbum meum, uel suum, esset adiectum uerbum extensiuum in futurum, ubi loquitur in laudo & ultima uoluntate.

33 **Septimo prædicta** † conclusio est limitanda ex his quę dixi distinguendo Bal.in l.at ubi.quam legit cum l. utrum.ff.de peti.hæredi. iunctis ibi dictis per Angel. dum tangit: an incrementa ueniant in petitione hæreditatis,distinguendo:an sint incrementa intrinseca: puta fructus, reditus & partus rerum hæreditariarum & prædictis similia: an uerò sint extrinseca,ut pœnæ,pretia rerum alienarum, uel peremptarum,& similia: de quibus pœnis Bar. facit unam pulchram distinctionem: ut in l. prætor ait. §. quod de fructibus. ff. de bo. autho. iud. pos. Ad quorum dicta me remitto. & de pœna delicti dixi aliquid supra ea.conclusione in 1.limitatione.& in prima cō clusione,circa fi.necnon in 4 & 5.conclusione principali.

Reliqua ad propositum huius limitationis uideri possunt ex discursu titulorum.ff.ad l.Fal.maxime in lege Falcidia pla cuit.& in l.pœnales. & discursu tituli. ff. ad Treb. & maxime in l. in fideicommissaria. & l.mulier.§.fi.& in istis uniuersalibus & generalibus, licet fructus dicantur augere ac partus
34 hæreditatem: † non sic est in rebus singularibus:quia dicuntur accessorij:ut patet ex his quæ dixi in 1. conclusione, in fi. de quo per Imo.in l.si quis bonorum.ff.de le. 1.

Octauo secundum aliquos fallit in augmento uoluntario: licet secus in necessario:ut per Bar.& alios in l. serui electione.§. fi. ff.de le.1.dum ibi dicitur, quòd si testator habens fundum communem cum aliquo legauit partem suam, & demum aliā emit, debeatur pars redempta ex necessaria adiudicatione: secus si illam uoluntarie emerit: de qua materia ad ibi scripta me remitto.

Nono fallit in fundo qui alijs non adijcitur perpetuò, sed gratia commodioris culturæ le.Caius §. primo. ff. de leg.secundo. & dixi supra in quarta. ampliatione.

35 **Decimo fallit** † si limitatio sit apposita relicto per ea quæ dixi supra in 6.conclusione principali, ex quo constului, ut si quis legauerit libros suos ascendentes ad numerum 70. uoluminum non ueniāt libri postea empti.

Vndecimo fallit quò ad fructus, fœtus & similes accessiones legatorum & fideicommissorum: quia ante lit. contest. seu moram hæredis non acquiritur legatariis uel fideicommissariis, iuxta l. 1.cum materia.C.de usu.le.

Duodecimo potest limitari, ut non procedat in legato peculii: utin §. si peculium. cum ibi not.Insti.de lega.cum similibus.

Vltimo hæc conclusio potest latius limitari ex his, quæ dixi supra hac eadem conclusione in ampliationibus iunctis quæ dixi in 5. conclusione ac in proxime sequenti. iunctis etiam his quæ traduntur per Bar.in dicta lege si ita.ff.de auro & argen. leg. & per Imo. in clemen. literas.de rescrip.& per Cynum in l.placet.C.de sacrosanctis ecclesiis.

SVMMARIVM.

1 *Ius acceptoris aucto iure datoris augetur, & qualiter procedat hæc conclusio.*

2 *Aedificium factum in fundo feudali uel emphyteutico est eorum durante feudo uel emphyteusi.*

3 *Augmentum ualoris rei quando ad emptorem spectet.*
Alluuio est augmentum latens & extensiuum.8.

4 *Augmentum quod fit a casu, & quod a testatore fit æquiparantur.*
Donatum seruo uendito a uenditore ante traditionem lucro credit emptoris.

5 *Iurisdictio ad augmentum extenditur, si concesso castro contingat territo-*
rium

Source : BIU Cujas

rium eius ex alio ampliari.
Augmentum Gabellæ ex reformatione antiqui statuti proueniens emptori quando pertineat.
6 *Præsumere quod minus est debemus.*
Aestimatio in uenditione refertur ad præsentia, & non ad futura.
7 *Regula, quicquid plantatur, seritur, uel ædificatur omne cedit solo, septem recipit limitationes.*
9 *Ager uectigalis iure tantum utilis dominij spectat ad possessorem.*
10 *Publiciana habet etiam locum in adiecto per alluuionem, quæ datur habenti usucapiendi conditionem.*
11 *Augmentum in insula qualiter procedat.*
12 *Lucrum superuenientis augmenti spectat ad eum, cui res debetur ex contractu.*
Venditor nunquid pro augmento aut melioratione rei uenditæ teneatur de euictione.
13 *Augmentum in separatis utrum procedat, & quando 17.*
Futura non ueniunt in donatione omnium bonorum.
14 *Vendere nemo censetur, quod ignorat.*
15 *Apotheca obligata non ueniunt merces superadditæ ab hærede.*
Distinctio inter uniuersalia & singularia, generalia & indefinita.
16 *Incrementa an & quando ueniant post acquisitionem.*
17 *Lacu priuato ampliato augmentum non acquiritur domino.*
18 *Pœna an & quando debeatur ei, cuius est res, propter quam commissa est pœna.*
19 *Pœna fraudati uectigalis nunquid cedat lucro emptoris uectigalis.*
Lucra uenientia uni ex socijs contemplatione personæ non acquirunt societati.
20 *Fundo ad mensuram uendito & aucto ante mensuram cui cedat augmẽtum.*
Et quomodo intelligatur ad mensuram uenditus.
21 *Vsufructuario non acquiritur insulæ ususfructus, quæ accessit fundo usufructus.*
Actio dupli nunquid louum habeat in augmentis & meliorationibus.
22 *Taxatio beneficiorum auctis redditibus nunquid augenda.*
Dos aucto patrimonio nunquid augeatur.

Conclusio decimasexta principalis.

1 DEcimasexta cõclusio sit, quòd † in contractibus aucto iure datoris & re debita ex contractu augetur ius acceptoris, ac ipsum debitum, uel obligatio, ita quòd augmentum superueniens rei obligatæ, uel quæ ex contractu debetur, acquiritur ei, cui res debetur, uel est obligata iuxta terminos obligationis l. si fundus. in prin. & §. si res. & l. Paulus. §. si domus. ff. de pig. & l. grege. in princ. eod. tit. & l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. actio. ubi aucta re hypothecata, uel pignorata augetur pignoris & hypothecæ obligatio. Ad idem facit §. sed & si post. Institu. de emptio. & uend. & l. id quod. ff. de pericu. & commo. rei uen. cum concor. infra allegandis. ubi augmentum post uenditionem superueniens cedit commodo emptoris: ratio est in promptu: quia sicut ad emptorem spectare debet incommodum conueniens est, ut ei spectet superueniens augmentum l. secundum naturam. ff. de regu. iur. & iuribus præallegatis.

2 Prædicta conclusio † maxime procedit in augmento facto per eũ, cui res debetur, uel est obligata: ut patet ex tex. in l. si ego. §. fi. in ultimis uerbis. ff. de publi. nam si hoc est in quasi domino, hoc multomagis esse deber in uero domino, qucd procedit, etiam si talis qui facit augmentum non habeat nisi utile dominium. Hinc ædificium, uel castrum factum in fundo feudali, uel emphyteutico per uasallum, uel emphyteutam est eorum durante feudo uel emphyteusi, secundum Bal. in c. 1. §. si quis de manso. j. columna. de contro. inuest. ubi dicit idem in omni augmento intrinseco, de quo dicam infra in octaua ampliatione.

3 Secundò prędicta † conclusio procedit tam in augmento intrinseco: ut patet ex prædictis. & infra in 5. ampliatione dicetur, quã extrinseco: ut est alluuio d. l. id quod. in prin. ff. de pericu. & commo. rei uen. & l. 1. C. eo. cum concor. infra alle. in seq. ampliatione.

Quid autem in pœnis, reditibus, fructibus & similibus quando ex eis augetur hæreditas, uel dos, uel quid simile, traditur per Bal. & Ang. in l. at ubi. ff. de peti hære. per Bar. in l. prætor. §. quod de fructibus. ff. de bo. aut. iudi. pos. cum concor. ibi allegatis.

Quid autem sit in augmento ualoris rei: an spectet ad emptorem: certum est quòd sic, etiam si proueniat eo quia cessauit seruitus, ad quam fundus uenditus tenebatur, propter quod ualet nunc plus fundus l. habitatione. in prin. ff. de pericu. & commo. rei uen. not. Bal. in rub. C. eo. in fi. ubi dicit, si quomodocũque augeatur pretium, uel si accesserit aliquid rei intrinsecæ, ut fructus, uel aliquæ actiones. Et sic aucto ualore rei post contractum non augetur pretium.

Tertio prædicta conclusio procedit tã in augmento latenti, sicut est alluuio d. §. si nuda. & d. l. id quod. in princi. & d. l. j. C. de peri. & commo rei uend. l. si ego. §. fi ff. de publi. quam apparente sicut est insula l. item si fundi. §. huic. ff. de usufru. cum concor. ibi signatis.

Quod quomodo procedat in habentibus utile dominiũ. infra dicetur in 7. ampliatione.

4 Quintò prædicta conclusio † procedit tam in augmento naturaliter, quàm a casu obueniente: ut patet ex iuribus in præce. uer. allegatis, dum de alluuione dixi. & patet in l. grege. in prin. ff. de pig. de grege aucto: quia naturaliter augetur, & patet in augmento proueniente per ius accrescendi ex morte alterius: ut in l. si Titio. ff. de usufru. & in tota materia iuris accrescendi: æquiparatur enim augmentum quod fit a casu: & quod a testatore. ut dixi in conclu. præceden. & dixit Bal. in rub. C. de peric. & commo. rei uen. in fi. ꝙ augmentum fortunæ spectat ad emptorem.

Quintò prędicta conclusio procedit etiam in augmento facto ab eo, cuius prius res erat, seu qui eam obligauit, uel per contractum alienauit: ut probatur in l. Iulianus. §. si quid seruo. ff. de act. emp. ubi donatum seruo uenditto a uenditore ante traditionem cedit lucro emptoris, iuncta l. cętera. §. pe. & fi. & l. quod in rerum. §. si quid post. ff. de leg. j. facit l. fundus. §. si res. cum ibi traditis. ff. de pig. iunctis notatis in l. si chorus. §. j. ff. de leg. 3. & ideo secundum Ang.
5 in l. item si fundi. §. huic. ff. de usufr. † concesso castro si contingat illud, seu territorium ex alio per modum unionis ampliari iurisdictio extenditur ad augmentum, quod quando fiat per modum unionis, dixi in 1. conclusione circa fi.

Et propterea secundum Bal. & Ang. in l. at ubi. ff. de peti. hære. si Rex uel Baro qui possunt imponere collectas & eas duplicare: puta quando dant uxorem filio, uendant alicui mercatori collectas uel gabellas, & contingat illa dupli cari per eos, eo quod dent uxorem filio, tale augmentum tanquam rem, & non personam respiciens erit emptoris, propter quod do. Phili. Decius consi. 4. inci. & pro tenui. dixit, quòd augmentum gabellæ ex reformatione antiqui statuti proueniens in admittendo pannos forenses contra antiquum statutum pertinet ad emptorem. pro cuius decisionis ueritate sunt consideranda quæ dixi supra 14. conclusio. j. colum. circa augmentum quod causatur ab accidenti. & 13. conclusio. circa. 2. col. uer. & ideo si alicui &c. quod in uendi tione ita demum procedit, ut augmentum factum opera uenditoris etiam ante traditionem cedat lucro emptoris, si ex qualitate pretij hoc possit coniecturari: alias non secundum Ray. de Forli. post Iaco. de Are. cum quibus transit Alexan. in l. si ex toto. in prin. ff. de lega. 1. & Nico. de Nea. in d. l.
6 quod in rerum. §. si quis post. eo. † quia quando qualitas pretij non patitur, ut ueniat augmentum in uenditione, non est uerisimile, quòd uenditor uelit iactare suum: & quia de eo quod minus est præsumere debemus l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. facit quod dixit Bald. in l. fi. §. 1. infra ff. de le. 2. quòd in uenditione æstimatio refertur ad præsentia: & non ad futura.

Quod autem dixi de gabella duplicata ut pertineat ad emptorem secundum Ang. ubi supra procedit nisi gabella sit uendita collegio sub certa forma: puta quòd emptores pro qualibet salina grani debeant recipere unum ducatum. Tunc enim augmentum gabellæ non pertinebit ad emptores: quia in uerbis contractus hoc non comprehenditur, nec uerba contractus patiuntur, emptores habeant augmentũ l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obli. Melius facit quod dixi supra in 6. conclusione, dum dixit, quòd in limitatis non uenit augmentum: subdit Ang. quòd si ex hac duplicatione emptores paterentur damnum: quia tot mercantiæ non deferrentur, possent contra uenditorem agere ad interesse: ut ibi per eum.

Est tamen aduertendum, quòd in contractibus etiam in obligatione rei uniuersalis: licet superaddita ab obligante ueniant in obligatione: tamen secus est, si sint superaddita ab hærede, ut si obligetur apotheca: quia merces superadditæ ab obligante cedunt in obligato non superadditæ ab hærede: ut notatur in l. cum tabernam. ff. de pignoribus.

7 Sexto prędicta † conclusio procedit in augmẽto facto non habente ius in re, etiam si habeat ius putatiuum: ut quia quis emerit rem alteri obligatam, & illam bonificauerit: ut est tex. in l. 2. ubi Bar. & scribentes. C. de præd. na. lib. 11. facit l. Paulus. §. domus. ff. de pig.

Source : BIU Cujas

de pig.intelligendo ut ibi, & iuxta gl. & no. in l.si chorus. §. area.ff.de leg.3.& in l.seruum filij.§. si areæ. ff. de lega.j. & in l.repeti.§.fi.ff.qui.mo.usufru.amit.facit illa regula,quòd quic quid plantatur, scritur, uel inædificatur, omne solo cedit l. adeo §. cum in suo. ff. de acqui. re. do.l.2.C.de rei uen. & §. cum in suo.Insti.de rerum diuisio. quæ regula recipit plures limitationes,quarum sex numerat Alex.post Ro.in l.j.§. nũc uideamus. ff. de ope. no. nun. & septimam tradidit Bar. in tractatu de alueo.7. col. An autem hæc conclusio procedat in habente usucapiendi conditionem ultra prædicta dicam infra eo.in 8.ampliatione.

Et prædicta multomagis procedunt, ubi quis nullum habet titulum nec uerum nec putatiuum : quia acquiruntur bonificatio uel augmentum a tali factum domino rei, intelligendo ut per Doctores in l si in area.ff.de condi.inde.& in l.domos hæreditarias.ubi Alex.& Pau.de Cast.ff.de leg.1.& per Ang.in l.cęterùm. ff. de rei uendi. de malæfidei possessore qui plantauit uineam.

8 Et late per Barto. in l.in fundo. ff. de rei uend. ubi † traditur plene materia facientium impensam uel ędificium in re aliena,siue sint bonæfidei possessores,siue malę fidei,siue ali quod ius in re habentes siue non, iunctis his quæ dixi supra in 14. conclusio. 2. limitatione. Et si quis rem suam augeat, ex aliena, quid iuris sit,dixi in præcedẽti conclusione 9.ampliatione.

Septimò prædicta cõclusio procedit, etiam si augens habeat solummodo ius utile:quia ei acquiritur augmentum : ut dixit Bal. in c.j.§.si quis de manso.de controuer inuest.ubi dicit,quòd castrum & omne augmentum intrinsecum factum in re feu dali, uel emphyteutica, est uasalli,uel emphyteutæ durante emphyteusi,uel feudo.

Quid autem post, dicetur infra in 17.conclusione. Idem patet in augmẽto extensiuo:puta alluuione: ut late traditur in l.1.C.de iure emphyteu. & per Imo.in c. potuit 22.uel 23. col. de loca. ubi refert aliquos distinxisse inter augmentum latens & patens : ut in d.§.si quis de manso similiter patet in augmento uectigalis,seu tributario l.1. & 2.seu fi. C. de allu.
9 & palu. quamuis † ager uectigalis iure tantum utilis dominij spectet ad possessorem l. 1. ff. si ager uectigal. uel emphy. pe.& prædicta traduntur late per Doctores in repetitio.l.de quibus. ubi Barto.in 1.col.& late dominus præceptor meus dominus Iaso.in 9.col. cum concordantijs ibi traditis. ff. de leg.Et licèt prædicta plane procedant in augmento emphyteuticario,uel uectigalis. Tamen in fundo feudali,seu in uasallo est distinguendum:prout distinguit tex.in d.§.si quis de manso. Est tamen aduertendum:quia tale augmentum maxime extrinsecum spectat etiam domino directo iure directi dominij iuribus præallegatis.

Et no.Bald.in d.§. si quis de manso. ubi idem dicit de intrinseco,de quo latius dicam infra in 19.conclusione.& propterea facienda est circa hoc regula, quòd eo iure & modo acquiritur augmentum,secundum quod spectat & se habet pars principalis.facit l.si fundus.in prin.ff.de pig. & not. Bar. in tractatu tyberiadis.j.lib.3.char.in fine.

Octauò prædicta conclusio procedit etiam in habẽte quasi dominium
10 † ut est ille,cui competit publicana,qui est in causa usucapiẽdi : ut est expressum in l.si ego.§.fi.ff.de pub.ubi patet, quòd adiectum per alluuionem potest peti publiciana, quæ nõ datur domino:sed habenti usucapiendi conditionem:quę ampliatio est declarãda & extendenda iuxta ea quæ dicta sunt supra in 6.ampliatione.

Nonò prædicta conclusio procedit non tantum in rebus singularibus iuribus præallegatis,uerum etiam in uniuersalibus & collectiuis & in consistentibus ex capitibus separatis, quæ sui natura recipiunt augmentum:ut in grege & similibus l.grege.in prin.ff.de pig.not:Bar.post Cy.in l.fi.C.quæ res pig. obli.pos. de quo dicam infra in 1.limita.

Decimò prædicta conclusio procedit etiam in separatis: uidelicet his,
11 in quibus sui natura uel iuris dispositione † quamuis non sint uniuersalia ueniunt augmenta uel futura: ut patet in insula : iuxta l.item si fundi.§.huic.ff. de usufr. & §.insula. Insti. de rerum diui. patet etiam in societate l. 3. ff. pro socio. no. Bar.in d.l.fi.C.quæ res pig.obli.pos. uel ubicunque potest esse tantum de commodo, quantum de incommodo per illum tex.secundum Ang.in d l.si seruitus.in prin. pe. colum. ff.de serui.urb.præd.uel ubi agitur de modico præiudicio d. l.fi.cum ibi no:iunctis late notatis in l.si ita.ff.de auro & arg. le.per Bar. & per Cy.in l.placet. in fi.C.de sac.san.ecc.in l.non modus.C.de seruit.cum concor.de quibus per Feli.in c fi.in fi.commen.de constitu. quæ ampliatio restringenda est iuxta ea,quæ dicam in 1.limitatione.

Vndecimò potest hæc conclusio declarari & ampliari latius ex his, quæ dicta sunt in præcedenti conclusione declarationibus & ampliationibus iunctis nota.per Bar.in d.l.si ita. ff. de auro & argen. lega. & in dicta l.fi.C.quæ res pig.obli.pos. post Cy. in d.l. placet. C. de sacrosan.ecc.& in d.l. non modus. C. de serui.& per Imo. in cle.literas.de rescrip.cum concor.supra in 10.ampliatione allegatis.

Duodecimò prædicta conclusio procedit,ubicunq; dam
12 num spectaret ei, cui res debetur ex contractu † quia illi lucrum superuenientis augmenti debetur l.id quod.in prin.ff. de peri.& commo.rei uend.l.1.C.eo.l.sed si postea.ff.de contrahen.emptio l.secundum naturam.cum uulg. ff. de regu. iur.& dixi supra eo.in princi.

Vltimò hæc conclusio procedit etiam in onerosis,ut in obligatione euictionis: quia sicut quis tenetur de euictione pro re uẽdita: ita tenetur pro augmento alluuionis l.sed & si quid.in prin.l.euicta. in prin. ff.de euictio.& patet in l.ex mille.eo.ti Circa quod est aduertendum, quòd non tenentur nisi de euictione actione ex empto:non tamen de duplæ stipulatione,nisi fuerit expresse actum : ut habetur in iuribus præallegatis secundum communem sententiam : & in l.bonitatis.& l.1.eod.ti.in quibus iuribus habetur quid de augmento intrinseco: uidelicet meliorationibus. Et ex hoc patet, quòd Ang.in l.si seruitus.in prin.in 3.col.ff.de serui.urb.præd.non bene dixit, dum dixit, quòd in contractibus maxime onerosis aucta re non augetur obligatio: reliqua ad propositum suppleri possunt ex notatis supra in 10.conclusio.

13 **Prædicta conclusio** limitatur † ut non procedat in rebus separatis: ut quia uendam res,quas habeo in tali loco:& demum alias addam:quia non ueniunt superadditę:pro quo facit l.fi.cum ibi notatis.C.quæ res pigno.obli. pos dum ibi est speciale in hypotheca omnium bonorum, ut ueniant futura eo quia cum non agatur de dominij translatione,agitur de modico preiudicio,secus dicitur,ubi agitur de dominij translatione.

Hinc in donatione omnium bonorum non ueniunt futura:ut per Bar. & alios. in l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de uerb.obliga.per Ang.in l.fi.C.de pac. & in l. 1. ff.de testa. facit tex.cum gl. 1. in l nam & Seruius. §. si uino ff. de negogest.ubi in negotiorum gestore, qui se non uoluit obligare ad administrationem præsentium & futurorum, non cadit obligatio ad futura.faciunt no.in l. nulla.C.de iu.do.& patet in l.Rutilia Polla.& in l.in lege. ff. de contrahen. emptio. per quas leges dixit Bal in l.fina.§.1.ff de leg.2 quòd in uenditione æstimatio refertur ad præsentia, & non ad futura : & illa
14 iura uolunt, quòd † nemo uendere censeatur, quod ignorat,& quòd pacta referantur ad ea tantum quæ apparent: unde circa hanc limitationem est distinguendum ex uerbis Bar.& Doc.in d.l.fi.C.quæ res pign.obli.pos & in l.si ita pen. & ulti.col.ff.de auro & argen.lega.& Ange.in l.si seruitus.in prin.penul.col fi.de serui.urb.prædio.& aliorum Doctorum de materia loquentium, quòd aut sumus in uniuersalibus natura sua,prout sunt hæreditas, grex; peculium & similia, quæ sui natura recipiunt augmentum & diminutionem: & tunc uenient incrementa ex natura rei prouenientia : secus si extrinsecus, ut dixi supra in 9.ampliatione per l.peculium. in prin.ff.de lega.2.& l.grege ff.de lega.j.& l.grege.in prin.ff. qui potio. in pign. habe. facit l.cum tabernam. in prin.cum ibi not.ff.de pign. ubi pignorata apotheca ueniunt superadditæ merces : secus si res,de qua in contractu,non sit uniuersalis natura:sed ex uerborum tantum conceptione : ut quia per uerba uniuersalia quis contrahat : puta dono omnes res meas:quia non ueniũt futura, ut dicitur in d.l.stipulatio hoc modo cõcepta & per Ang.in d. l.fi.C. de pactis.nisi agamus de modico præiudicio. ut in hypotheca d.l.fi.C.quæ res pigno.obli.possunt.

15 Item secus in superadditis ab hærede:† quia obligata apotheca non ueniunt merces superadditæ ab hærede:ut habetur in l.cũ tabernam.in prin.ff de pig.ubi Bar. quamuis obligatio apothecæ fit de re uniuersali: ut ibi . Aut sumus in dispositione generali : ut quia quis dicat dono uel uendo res quas habeo in tali loco:& tunc pariter non ueniant res superadditæ d.l.fi.nisi natura contractus aliud induceret:ut est societas l.2.ff.pro soc o.secundum Bart & Ang.in locis præallegatis.uel nisi secundum Barto.in locis præallegatis super addita seu futura & præiudicium quod potuerunt adducere, potuerint præuideri : quia tunc ueniunt superaddita seu futura,per l.si seruitus.in prin.secundum communem intellectum.ff.de serui.urb.prædio.uel esto quòd potuerit præuideri quantum præiudicium futura parare potuerint, nisi agamus

mus de modico præiudicio: ut est hypotheca d. l. fi. nam si ageremus de magno præiudicio, ut est dominij translatio, ac substantiæ propriæ diminutio, non venirent futura secundum Bar. & Ang post Pe. in locis præallegatis.

Si verò agamus de re singulari: tunc secundum Doctores prædictos non veniunt futura incrementa, nisi quæ per modum alluvionis accedunt d. l. Rutilia. & l si in lege. ac l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. iuncta l. id quod. in principio. ff. de pericu. & commod. rei vendi. ac iunctis nota. per Alexandrum in l. si mihi & tibi. §. fina. ultima colum. ff. de legatis j. † vel nisi talia incrementa veniunt post acquisitionem perfectè factam, quo casu commodum & incommodum spectat domino, vel emptori secundum Angelum in d. l. si seruitus. in principio penultimæ colum. per l. necessario. & d. l. id quod. ff. de pericu. & commod. rei vendi. de quo infra dicetur: & dixi late supra eo in ampliationibus quasi per totum. Idem dicit Angelus in dispositione indefinite cõcepta: ut non veniant futura, vel superadita, nisi tractetur de modico præiudicio, & per productionem ad futura nulla fiat substantiæ diminutio per iura præallegata: maxime d. l. Rutilia. & d. l. si in lege. vel nisi sit incrementum alluvionis rei singulari accedens, declarando ut supra. & infra dicetur iunctis his quæ dixi in præcedenti conclusione, in tertia & quarta ampliatione seu declaratione.

Et in hac materia est aduertendum: quia acquisitum per necessariam acquisitionem a venditore: licèt ex causa onerosa, ex necessitate quandoque acquiritur emptori: licet secus in voluntaria aquisitione: ut in casu l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actio. cmp. notatur in l. serui electione. §. fina. ff. de lega. 1.

17 Quod autem dictum † fuit de augmento alluvionis tanquã a casu procedente procedit etiam in augmento separato: ut est insula quò ad proprietarium: licet sit secus quò ad fructuarium l item si fundi §. huic. ff. de usufru. de quo latius dixi in præced. conclusione in 2. limitatione, cum concor.

Secundò prædicta conclusio in rebus singularibus limitatur: ut augmentum a casu nõ spectet domino rei auctæ, si sit res talis qualitatis, quæ non patiatur sui natura vel iuris dispositione tale augmentum, ut est lacus priuatus: quia si amplietur ex inundatione & abundantia aquarum tale augmentũ non acquiritur domino lacus: sed est eorum, quorum erat solum, super quo aqua se protendit, licet secus sit in lacu publico, quod lex declarat posse augeri pro suo: facit l. vicinus §. fi. ff. de aqua plu. arcen. ubi Bar. inducit ad quæstionẽ, quæ fuit in vallibus Rauennę cum excreuissent ibi aquę & lacus. facit l. littus. la 2 & la 1. cum gl. ff. de uer. signi. facit quod dicimus de usufructuario, cui non spectat usus fructus insulę fundo acquisitæ l. item si fundi. §. huic. ff. de usuf. quia natura usufructui repugnat: ut ibi.

18 Tertiò prædicta conclusio limitatur † ut non procedat in augmento non accedente rei sed personæ, ut patet ex not. per Bal. & Ang. in l at ubi fi. de peti. hære. & per Bart. in l. prætor. § quod de fructibus. fi. de bo. aut. iudi. pos. dum tradunt: an pœnæ debeantur ei, cuius est res, propter quam commissa est pœna: & distinguit, an pœna committatur ratione rei vel ratione personæ: an verò ratione rei & personæ quod inducitur ad venditorem: an ei debeatnr pœna, quam emptor est consecutus sicut augmenta debentur, iuncta l. id quod. in princi. ff. de peri. & commo. rei ven. de quo per Bal. in l. 2. col. uer. extra quæ 10. C. e. Item inducitur ad prælatos, seu episcopos, qui exegerunt plures pœnas tempore eorum administrationis commissas: an debeant esse hæredum: an verò ecclesiæ, de quo per Imo. in c. relatum. el 2. de testa. & late per Barba. in tracta. de præstan. Card. in 3. q. 1. partis in 17. col. cum seq. uer. posset etiam quispiam &c.

Quod etiam inducitur ad quæstionem de pœnis fraudati vectigalis, an cedant lucro emptoris vectigalis: ut per Ang. in d. l. at ubi cum concor. Et ad hoc facit quod dixit Bar. in l. si aliena. §. i. ff. de usur. dum dixit, quòd vendito castro non venit iurisdictio personæ coherens.

19 † Circa quam limitationem videri possunt, quæ latius dixi in præcedenti concl. in j. fallen. & in 5. conclusio. in 2. ampliatione. Et huic limitationi bene convenit tex. cum ibi no. in l. socių qui in eo. §. fi. ff. pro soc. dum ibi dicitur, quòd lucra obuenientia uni sociorum contemplatione personæ non acquiruntur societati: licet societas fuerit occasio. faciunt l. si verò. §. j. cum ibi no. ff. sol. ma. l. debitor. in fi. ad Tre. not. Panor. in cap. postulasti. de concess. præben. & facit l. si hæres institutus. ff. ad leg. Fal. & facit l. venditor ex hæreditate cum gl. in verbo, propter negotiationem. ff. de hære. vel act. uen.

Quartò prædicta conclusio limitatur ex his, quæ dixi supra in 5. ampliatione de augmento facto ab eo qui rem alienauit, quando scilicet qualitas pretij non patitur, ut tale augmentum veniat in alienatione: ut ibi latius dicitur.

Quintò predicta conclusio limitatur: ut non procedat in accremento ante contractum perfectum superveniente, quia non cedit cõmodo emptoris: puta si fundus sit venditus ad mensuram: & ante factam mensuram aliquid per alluvionem accrescat: quia non acquiritur emptori: sed venditori, sicut periculum ad venditorem spectaret l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. emp. l. quod sepe. §. in his. ff. de contrahen. emp. l. necessario.
20 in prin. ff. de pericu. & commo. rei vendi. cum gl. ibi. † idem dicitur de re in pondere, vel numero, vel mensura sui natura consistente: ut vinum; oleum granum, & similia; quorum venditio non dicitur perfecta ante pondus factum, vel mensuram, aut numerationem, declarando: ut eleganter declarat tex. in d. §. in his. & in d. l. necessario. in prin. cum glo. & est tex. notabilis in §. cum autem. ubi glo. plenissima, Instit. de empti. nec inspicitur: an res sit tradita vel non, ut dicatur perfecta venditio, quando reliqua concurrunt. dicto §. cum autem. & d. l. necessario. in prin. & §. 1.

Quomodo autem & qualiter fundus intelligatur ad mensuram venditus: ita quòd mensuratio sit de substantia contractus taliter, quòd ante mensuram factam non dicatur perfecta venditio: declarant Bar. & scribentes in d. §. Titius. & pulchre Are. in consi. 111. & 2. colum.

Sexto predicta conclusio fallit ex his, quæ dixi supra in 6. declaratione: seu ampliatione de eo, qui non habet ius in re, & illam bonificauit, vel in ea ędificauit, quę dicuntur augmenta intrinseca: quia potest petere pretium in meliorationum declarando, ut per Bar. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & per Pau. de Cast. & Alex. in l. domos hæreditarias. cum concor. ff. de leg. 1.

21 Septimo predicta † cõclusio limitatur in usufructuario, cui non acquiritur usus fructus insulæ, quæ accedit fundo, in quo constitutus est usus fructus: licet bene acquiratur in eo, quod per alluvionem accedit l. item si fundi. §. huic. ff. de usufruc & dixi. supra in prima fallen. in fi. & in sequen & est regulare, quòd augmentum usus fruc. acquiratur per consolidationem domino proprietatis l. 4. ff. de iure dot.

Octauo prædicta conclusio limitatur, ut non procedat in actione dupli ex stipulatu, ad quam se obligauit venditor rei, quæ cuincitur: quia quis non tenetur de duplo: pro eo quod obuenit rei emptæ per augmentum extrinsecum, vel intrinsecum: nisi hoc specialiter promiserit l. sed & si quid. in prin. & l. evicta. & l. ex mille. cum ibi no. ff. de evic. licet secundum communem sententiam actio dupli competat ad bonificationem & meliorationem, non quæ superuenit, sed quæ inerat tempore contractus l. bonitatis. & l. 1. ff. eo. ti quæ hoc modo concordant cum l. ex mille. §. 1. quæ dicit, q̃ non augetur quantitas evictionis, si res melior fuerit effecta.

22 Nono prædicta conclusio † fallit in taxatione fructus & redditus beneficiorum præscripta consuetudine annorum 40. quia auctis reditibus non augetur taxatio. clemen. si beneficiorum. in verbo, taxatio consueta. de deci. secundum intellectum Lau. de Pin. ubi dicitur ita seruari in partibus Franciæ, de quo est dicendum ut ibi per Zaba. in 7. q. & per alios scribentes, quæ limitatio magis conuenit sequen. conclusioni. & 14.

Decimo prædicta conclusio limitatur, ut non procedat, vbi ex legis vel hominis dispositione res limitatur, vel ad certum tempus restringitur per ea quæ dicta sunt supra in 7. arti. & potest figurari exemplum in dote, quæ auctis postmodum facultatibus non est augenda secundum opi. quam tenui in tractatu de statutis exclusiuis feminarum 9. arti. 1. q. in fi. licet secus sit in legitima, etiam inter viuos assignata: quia aucto patrimonio augetur: ut ibi dixi & in conclu. præcedenti circa principium.

Vndecimo prædicta conclusio limitari potest ex his quæ dixi supra in 1. limitatione de augmento rei singularis per voluntariam, vel necessariam acquisitionem: & ex discursu eorum quæ dicta sunt supra in declarationibus & ampliationibus: & ex his quæ dicta sunt in præce. conclu. prin. ubi dicuntur, quæ huic conclusioni possunt convenire.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum eo modo procedit quo principale. Ex quomodo diuidatur.*
2 *Præscribens fundum censetur eius augmentum præscripsisse.*
Alluvione quæsitum censetur possidere, qui fundum alluvionatum possidet.

Deci-

3 *Decimarum præscriptio, in una parte agri ad aliam partem trahitur, si ad culturam sit reducta, quamuis ad agrum non trahatur separatum.*
Augmenti diuisio quomodo fieri debeat.
4 *Præscriptio ad separata non trahitur: nec ad ea quæ simul non possidentur.*
Regula, tantum præscribitur: quantum possidetur: quomodo intelligenda, remissiue.
Bona futura in publicatione bonorum non ueniunt.
5 *Fundi publici alluuione non mutantur.*
6 *Augmentum superueniens hæreditati mortuo testatore Falcidiæ non impedit detractionem.*

Conclusio decimaseptima principalis.

DEcimaseptima sit cõclusio
1 generalis, quòd † eo iure, & modo acquiritur & se habet ac pertinet augmẽtum, quo acquiritur, & se habet ac pertinet principale: ut dixi in præceden. conclu. in 7. declaratione: seu ampliatione, & per totam ipsam conclusionem iuncta. 15. iunctis his quæ dicam infra in 24. conclusione in fi. dum dicam quòd augmentum acquiritur & diuiditur proportionabiliter secundum portiones: secun dum quas diuiditur: & pertinet principale. Et hæc conclusio taliter procedit in præscriptionibus & alijs acquisitionibus ultra prædictas. uidelicet in præcedenti conclusio. Idem est de augmento, quod de suo præexistenti, & in præscriptionibus quæ sunt in fieri, patet in l. si ego. §. fi. ff. de publi. ubi qui habet publicianam quæ competit ei qui est in causa usucapiendi ad aliquid etiam illam habet ad superueniens augmentum. Idem in perfecta præscriptione dicit Bal. in l. non
2 modus. C. de serui. ubi dicit, quòd † qui præscripsit fundum, pariter censetur præscripsisse eius augmentum, & ibi dat unam limitationem in præscriptione seruitutis. de qua dixi in 5. q. principali, in uersi. 2. prædicta conclusio, & hoc confert ad decisionem Barto. in tractatu Tiberi. in uerbo, acquititur. circa principium, cum quo transit Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. in 8. colum. uersicu. sed an ista. & Moder. in l. 3. in prin. in 3. nota. ff. de acquiren. possess. ꝙ qui possidet fundum, eoipso possidet alluuione quæsitum, licèt secus sit in insula secundum Bal. ubi supra. facit, quod dixit Bart. in l. si aliena. § 1. ff. de usuca. ꝙ præscripto castro intelligitur etiam præscripta iurisdictio castro coherens, quod non est inconueniens: quia apprehensio & continuatio possessionis castri trahitur & facta censetur in accessorijs & coherentibus & consequenter ad augmentum quæ dicuntur pars rei: ut dixi in prima conclusione, prout not. in l. 3. in prin. ff. de acqui. pos. ubi de hoc per Alex. facit, quod consuluit Panor. in con silio 71. inci. Casus talis est quidam clericus. 2. uolum. cum quo transit do. Feli. in cap. causam. ult. colum. de præscrip.
3 dum dicunt † quòd si ecclesia præscribat decimas in certis agris, licet illa præscriptio non trahatur ad agros, qui postmodum in eadem uilla ad culturam rediguntur capit. cum contingat. de deci. tamen præscriptio perfecta in una parte agri trahitur ad aliã partem eiusdem agri ad culturam postmodum reductam per c. cum in tua. eo. tit.

De alijs autem acquisitionibus generaliter patet in l. in rem. & l. idem est. ff. de rei uen. per totam. & Insti. de re. diui. §. præterea quod per alluuionem: & per discursum tituli. ff. de acqui. re domi. Et facit, quod de augmento castri concessi dixit Ang. in l. item si fundi. §. huic. ff. de usufru. dum dixit, quòd concesso castro si contingat a concedente illud seu eius territorium ex alio per modum unionis augeri, iurisdictio extendetur ad augmentum, quòd quando fiat per modum unionis dixi in 1. conclusio. circa fi. ad quod conueniunt ea quæ dicentur infra proxime in 2. limitatione.

Ex his patet, quòd diuisio augmenti fieri debeat secundum partes principales. scilicet in dubio: ut infra in 24. arti. prin. in fi. quid autem sit inter fratres simul habitantes, non est materia nostra: ut patet infra in fi. huius conclusionis.

Prædicta conclusio est limitanda
4 in † acquisitione per præscriptionem, ut non procedat quò ad res separatas, ut dictum fuit: quia præscriptio ad illas non trahitur, quæ sunt separatæ: & simul non possidẽtur: ut dixit Bal. in rub. ff. de re. diui. 8. columna uer. sed an ista. uidelicet quando non constat, quòd simul possideantur. faciunt no. in l. j. §. si quis. ubi Bar. ff. de iti. actuque priua. ubi no. quod tantum præscribitur, quantum possidetur: circa quod uideri possunt, quæ copiose comularunt do. Fel. in c. auditis 10. col. cum seq. & quasi per totum. de præscrip. & dominus præceptor meus do. Iason in l. imperium. circa. 15. colum. ff. de iur. om. iud. quod temperaui. supra in 4. concl. post eundem dominum præceptore meum in l. de quibus 9. col. ff. de legi. Simile dicimus in publicatione bonorum, in qua non ueniũt futura bona. l. si tibi mandauero. §. is cuius. cum ibi no. ff. mã. no. Bar. in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. & in l. certa forma. C. de iu. fi. li. 10. & in l. 1. ult. colum. ff. de bo. dam. & in l. fi. ubi Bal. C. quę res pig. obli. pos. cum concor. de quibus per Alex. in l. 3. §. illud. ff. quod quis. iur.

5 Fallit etiam in finibus publicis: † puta uillæ uel plebanatus, quæ alluuione non mutãtur secundum Bal. in c. 1. §. si quis de manso. 3. colum. uer. sed nunquid incrementum. de contro. inue. sequitur do. Pe. de Vbal. in tractatu de duobus fratribus. 5. arti. prin. 28. q. ubi dicit, etiam cui acquiratur insula in confinibus nata quò ad iurisdictionem & territorium, ad quod faciunt quæ dixi in 9. conclusione. j. fallentia. in fi. & hanc materiam late examinat do. Francis. Cur. consi. 56. & Bart. in tracta. de allu. in glo. in uerbo, acquiritur.

Aliæ limitationes colligi possunt ex his quæ dicta sunt in duabus præce dentibus conclusionibus: & in 5. conclusione principali, ma xime in 2. limitatione seu ampliatione.

Et est una inter cęteras limitatio de augmento & lucro omnino extra rem, licet accedat propter rem: quia non acquiritur sicut principale l. socium qui in eo. §. fi. ff pro socio. & dixi in præcedenti conclusio. tertia. limita. ubi patet, quòd non est augmentum rei: sed personæ.

6 Alia est limitatio in l. in quantitate. in prin. ff. ad legem Falci. † ubi augmentum superueniens hæreditati mortuo testatore non im pedit detractionem Falcidiæ in principali, nec se habet ut principale: quid autem sit in calculanda congrua dote uel legitima dixi in tracta. de statutis exclusiuis fœminarum, in 9. ar. in j. q. in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum latens facilioris est acquisitionis quàm patens.*
2 *Augmentum latens non uariat rem penes substantiam.*
3 *Augmentum alluuionis in feudo non acquiritur uasallo.*
Melioramenta cedunt emphyteutæ.
4 *Seruitus feudo acquisita cui cedat.*
Augmentum separabile & inseparabile cui acquiratur.
5 *Augmentum conuentionale facilius accidit quàm non conuentionale, nisi fiat a persona prohibita.*
6 *Dotem uxori nunquid uir possit augere.*

Conclusio decimaoctaua principalis.

Decimaoctaua cõclusio fit, quod
1 † augmentum latens facilius acquiritur & accedit quam nõ latens: & intrinsecum facilius quam extrinsecum: conuentionale facilius quàm non conuentionale. De latenti patet in usufructu, in quo augmentum alluuionis, quod est latens etiam cedit ad commodum usufructuarij: licet secus in insu la quæ est augmentum apparens l. item si fundi. §. huic. ff. de usufru. cum ibi no. No. Bal. in c. 1. §. si quis de manso. de controuer. inue. uoluit Ang. in l. si seruitus. pe. colum. ff. si serui. uen. ubi dixit, per hoc inferri, quòd si alicui nobili datum sit priuilegium exemptionis pro toto suo territorio: uel si episcopus cum tota sua diocesi sit exemptus a iurisdictione archiepiscopi, & contingat territorium nobilis uel diocęs. augeri per alluuionem, hoc est augmenrum latens, quòd ad ta
2 le augmentum trahetur priuilegium uel exemptio † cum incrementum latens non uariet rem penes substantiam: aliàs secus, uidelicet si augmentum sit patens: ut quia oculo secernatur: forte quia nobilis acquisiuit prædia, & ampliauit suum territorium: & prædicta sunt de mente Bar. in l. fin. C. quæ res pig. obli. pos. dum dixit, quòd in his quæ sunt singularia, non uenit augmentum futurum, nisi sit augmentum alluuionis: circa cuius rei ueritatem uideri possuut, quæ dixi in præcedenti conclusione circa fi. & in alijs conclusionibus suo loco maxime in 9. cõclusione in 1. limitatione. in fin. Et ad prædicta etiam uideri potest, quod dixi supra in 13. conclusione j. col. circa fi.
3 † Quod autem dixi † de augmento intrinseco, ut facilius accedat quam extrinsecum: uoluit Bal. in d. §. si quis de manso 2. colum. ubi alij, de contro. inue. ubi dixit, quòd quamuis in feudo augmentum alluuionis non acquiratur uasallo nisi secundum distinctionem ilius tex. tamen si fiat ædificium in fundo, uel loco feudali, cedet uasallo durante feudo: sicut melioramenta cedunt emphyteutæ l. 2. cum ibi no. C. de iure emphy. Ad quod facit, quod dicunt Bal. & Sali. in l. non modus. C. de seruitu. & Ang. in d. l. si seruitus. in prin. 3. colu.

ff. de

Source : BIU Cujas

ff. de ſerui. urba. prædio. dicentes, quòd regulariter ampliatio extrinſeca non inducit ampliationem d.l. non modus. ſecus in intrinſeca d.l. ſi ſeruitus. in princi. ſecundum unum intellectum; quod dictum non habeo pro tuto ex prædictis fundamentis: ut in alijs concluſionibus ſuo loco apparet: &
4 † quia in d.§. ſi quis de manſo. eſt caſus ſpecialis, licèt uerum putem ex eo, quòd quicquid plantatur, ſeritur, uel ædificatur, in quibus conſiſtit augmentum intrinſecum, regulariter cedit ſolo.

Et quãdo hoc procedat, quòd intrinſecum augmentum facilius acquiratur, quam extrinſecum, patet in tribus concluſionibus præcedẽtibus: & in alijs ſuo loco per diſcurſum: & de augmento feudi ſiue per alluuionem, ſiue facto feudatarij occurrente aliqua boni. dicit Alua. in cap. 1. §. econtrario. de inue. de re. ali. fa. & ibi inter cætera dicitur de augmento ſeparabili & inſeparabili cui acquiratur, & ſi fuerit acquiſita ſeruitus feudo.

5 De augmento † autem conuentionali quòd facilius accedat quam non conuentionale: etiam uoluit Bal. in d. §. ſi qs de manſo. 2. columna per l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pac. Doc. cum concor. traditis in 5. concluſione principali in prin. Et hoc non eſt mirum: quia ſi partes, in quarum facultate eſt augere, hoc uolunt, nulla adeſt dubitatio: circa quod plura dixi in 3. concluſione in materia augmenti circa diſpoſitiones, & ſimiliter patet in ultimis uoluntatibus, quando teſtator, a cuius uoluntate dependet legatum, illud auget uel realiter l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de le. primo uel per aliam diſpoſitionem: ut dixi in d. 3. concluſione principali circa finem.

Eſt tamen hoc intelligendum, quòd diximus de augmento conuentionali, ut facilius acquiratur, niſi augmentum
6 fiat a perſona prohibita. † unde quando maritus facit augmentum dotis uxori, cum inter eos ſit prohibita donatio, & pariter augmentum dotis iuxta l. prima cum materia de do. cau. non nu. & tex. eſt no. in §. eſt & aliud. Inſtitu. de donа. ſecus erit.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicatur idem in iudicijs de augmento quòd de ſuo principali.*
2 *Actio communi diuidundo datur pro augmento, & ſumptu & melioratione: idem in actione de peculio & petitione hæreditatis.*
3 *Obligatio trahitur ad augmentum, ſiue inſit tempore motæ actionis, ſiue poſt.*
4 *Exceptio quæ competit ad aliquid etiam competit ad eius augmentum.*
Exceptio rei iudicatæ trahitur etiam ad partem uſusfructus, quæ accreuit.
5 *Iuriſdictio accreſcente lite creſcit.*
6 *Iudex & arbiter non poſſunt iudicare ſuper rebus ſuperuenientibus.*

Concluſio decimanona principalis.

DEcimanona ſit concluſio,
1 quòd † in iudicijs idem etiam iudicamus de augmento, quod de ſuo principali, ſeu præexiſtenti: & in actionibus hoc eſt generale: uidelicet quòd ubicunque obligatio trahitur ad augmentum, quod quando ſit patet ex ſuperioribus concluſionibus, pariter competat actio l. ſi ego. §. penulti. & fina. ff. de publi. & l in rem actio. per totam. ff. rei uen. cum obligatio ſit mater actionis l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. & no. in l. 1. in prin. ff. de eden. & in §. 1. Inſti. de obli. per illum tex. quia actio eſt ius proſequendi quod nobis debetur: ut ibi.

Idem eſt in re quaſi debita d.l. ſi ego. §. fi. ubi actio publiciana, quæ datur quaſi domino rei: competit etiam ad augmentum rei omni caſu, quo res principalis peti poteſt: alias non, prout multoties dixi. facit lex ſi quis putans. §. ſi quid
2 poſt. & lex tertia §. fi. ff. communi diui. † ubi pro augmento ſeu acceſſione ac melioratione & ſumptu circa rem facto datur actio communi diui. & damno. & dixit tex. in l. ſi ex duobus. §. in hoc. ff. de pecu. quòd in actione de peculio habetur ratio augmenti & diminutionis: ſic & in petitione hæreditatis: quia in ea ueniunt incrementa diſtinguendo: ut per Bar. in l. prætor ait. §. quod de fructibus. ff. de bo. aut. iud. poſ. & per Bal. in l. at ubi. quam legit cum l. utrum. ff. de pe. hære. quæ diſtinctiones conferunt ad alias actiones.

3 Et prædicta concluſio non tantum † procedit in augmento exiſtente tempore motæ actionis, uerum etiam in ſuperueniente, quando ad illud obligatio porrigitur: ut dixit Ang. in lege fructus. ff. de rei uend. ubi dixit, quòd aucto iure actoris, augetur etiam condemnatio contra reum per illum tex. in fi. iuncta l. ſequen. quæ loquitur de ſuperuenien te augmento per alluuionem: & patet ex l. præterea. eo. ti facit l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edi. & quod notatur per gl. & Doc. in l. non poteſt. ff. de iudi. & in l. 1. C. eo. ubi notatur hoc uerum, etiam quò ad res ſeparatas in iudicijs uniuerſalibus: & ex ibi notatis ampliatur declaratur & reſtringitur hæc concluſio, quæ ex alijs concluſionibus maxime quinta, quintadecima. & 2. ſeq. poſſet latius commentari iunctis notatis per Bar. in d. §. quod de fructibus. & per Bal. in d. l. at ubi. & prædicta puto etiam procedere in laudo & compromiſio per prædicta, & nota. in d. l non poteſt. & ita limitari l. de his. ff. de arbi. de quo infra eo. in fi.

4 † Ad prædictam concluſionem etiam facit: quia exceptio, quæ competit ad aliquid, etiam competit ad illius augmentum, puta alluuionis uel inſulæ l. egi. § fi. ff. de excep. rei in l. ſi Titio. §. primo. ff. de uſufru. ubi patet, quòd petito fundo ab aliquo qui abſoluatur, exceptio rei iudi. obſtabit etiã ratione augmenti. Et quòd effectus ſententiæ, per quam aliquid mihi fuit adiudicatum, ſeu actio quæ mihi competit uigore ſententiæ etiam trahitur ad augmentum. facit l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei uen. dum ibi iudex qui erranter condemnauit te erga me in rei uend. fundi, tenetur etiam te in fructibus condemnare: ſed in contrarium facit tex. in l. & an eadem. § . 1. ff. de exce. rei iudi. qui dicit, quòd exceptio rei iudi. non trahitur ad partem uſufruc. quæ accreuit: ſed ſol. ibi patet.

5 Et † creſcente lite, creſcit etiam iuriſdictio ſecundum Bal. in l. ampliorem. §. fi. per illum tex. C. de appel. quod facit ad ſtatuta, quòd a 10. libris infra talis ſit iudex, ſi lis creſcat ut ibi.

Prędicta concluſio limitatur, ut non procedat in uſufructuario, cui adiudicatus fuit per ſententiam uſufructus: quia talis ſententia non porrigetur ad inſulam in fundo acquiſitam: licèt ſecus ſit in augmento alluuionis d.l. egi. §. fi. & l. item ſi fundi. §. huic. ff. de uſufru.

6 Et eſt declaranda hæc concluſio † ut procedat in his, quæ in modum augmenti accedunt, ut dixi in alijs concluſionibus, & maxime 5. concluſione. & 15. in j. limitatione, & faciunt no. per gl. in l. non poteſt. ff. de iudi. & in l. de his. ff. de arbi. ubi dicitur, quòd iudex & arbiter non poſſunt ſuper rebus quæ cœpto iudicio uel poſt compromiſſum ſuperuenerunt iudicare, quod facit ad quæſtionem: an interdicta terra alicuius domini intelligatur interdicta terra poſt interdictũ acquiſita, de quo dixi in 5. concluſione.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum reſoluitur reſoluta re principali.*
2 *Augmentum alluuionis in fundo dotali cum fundo reſtituendum.*
Augmentum reſoluitur reſoluto per euictionem contractu.
3 *Melioramenta ſunt augmenta intrinſeca.*
4 *Meliorationes per ſuperficiarium factæ cuius ſint.*
Clauſula facta in fundo feudali cuius ſit reſoluto feudo.
5 *Augmenti reſolutio in emphyteuſi quomodo fiat. Item & feudo.*
9 *Melioramenta facta in re dotali cui cedant.*
Impenſa ad perpetuam meliorationem facta cui acquiratur.
Melioramenta neceſſaria, utilia, uel uoluntaria quæ dicantur.
7 *Piſcaturæ partem habens tenetur contribuere in expenſa pro augmento.*

Concluſio uigeſima principalis.

Vigeſima ſit concluſio, quòd ſicut reſoluto iure authoris reſoluitur ius acceptoris l. lex uectigali. ff. de pig. l. ſi a Titio.
1 & ibi Bar. ff. de rei uen. cum concor. † ita reſoluta re principali ſeu diſpoſitione, ex qua talis res debetur, reſoluitur eius augmentum. hoc patet in l. lege. in fine, iuncta l. ſequen. uerſicu. idem reſpondit. ff. de lege commiſ. & in l. eum qui. §. fundo. iuncta l. 2. in fin. cum gl ff. de in diem adiec. in quibus iuribus dicitur, ꝙ reſoluto contractu l. commiſſoriæ, uel adiectionis in diem etiam reſoluuntur acceſſiones, & augmenta, licet durante contractu l. commiſſoriæ, uel adiectionis in diem perfecte celebrato interea acceſſiones ac lucra commodaque & incommoda cedant lucro & periculo emptoris d.l. 2. in fi. & d.l. eum qui. §. 1. & d.l. lege. Idem eſt in feudo c. 1. § ſi quis de manſo. in fi. de contro. inue. ex quo idem patet dicendum in emphyteuta, prout etiam notatur in l. 2. C.
2 de iu. emphy. † Idem eſt in fundo dotali: quia adiectum per alluuionem, ſicut ipſe fundus reſtituitur l. plerunque. in prin. & §. 1. ff. de iure dot. Idem de augmento conuentionali l. ẽt. C. de iure dot. l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de pact. dota. l. ſi conſtante. §. pactis. C. de dona. ante nup. Ad prædictam cõcluſionem faciunt l. ſed & ſi quid. iuncta l bonitatis. & notata in l. ex mille. ff. de euict. ubi patet, ꝙ ſi per euictionem contractus reſoluatur, etiam augmentum reſoluitur, eſto ꝙ ſit alluuionis: & propterea Bart. & Doc. in l. ſi marito. §. ca. fundum. ff. ſol. ma. dicunt, quòd in reſtitutione dotis idem eſt de augmento, quod de principali.

Eſt ta-

Source : BIU Cujas

8 Est tamen prædicta † conclusio temperanda quo ad augmenta intrinseca, sicut sunt ædificia & bonificationes, vt in l. imperator. ff. de in diem adie. quia illa non resoluuntur simpliciter resoluto iure principalis, ut ibi cum fiant cum impẽsa, vt patet in melioramentis factis per habentẽ ius hypothecæ in re hypothecata, vt dixi in 14. conclu. in 2. limit. Et patet etiam in feudo & emphyteusi: quando reuertuntur ad dominum propter finitam generationem, in quib. uasallus & emphyteuta fecerunt meliorationes seu ædificia, quia illa non sunt directi domini, ut late notatur per do. Ias. in l. 2. C. de iure emphy. in l. 2. col. 7. q prin. iunctis his quæ dixi s̃. in 16. conclu. prin. in 7. ampliatione, & notatur per Bal. & Doct. in c. j. §. si vasallus. ubi pulcher tex. in titulo hic fi. lex. notat Bal. in d. c. 1. §. si quis de manso. & Doct. ac Alua. in c. 1. §. econtrario. de
4 inue. de re ali. fa. † nisi per culpam feudũ, vel emphyteusis ad dominum reuerterentur, ut ibi notatur, quam materiam hic non transcribo: quia illam late examinant Bal. & Doct. in locis præallegatis. & do. præceptor meus do. Ias. in loco præallegato, vbi loquitur tam de emphyteuta quàm de colono & superficiario, qui meliorationes fecerunt: an illas repetãt, vel prodant, uel ipsis competat ius auferendi re ad dominum reuertente siue per culpam uel aliter. Et prædicta procedunt, esto ꝙ bonificationes & ædificia ĩ fundo emphyteutico vel feudali facta iure utilis dominij spectent vasallo uel emphyteutæ, & iure directi dominij domino directo, vt traditur in locis prẽallegatis, & per Bal. in d. §. si quis de manso. ubi dicit quòd clusa facta in fundo feudali per vasallum quò ad eius superficiẽ & utile dominium est vasalli: & quò ad directum dominium & substantiam est directi dominij, licet putẽ dominium vtile etiam concernere rei substantiam l. 1 circa fin. cum gl. fi. ff. si ager uect. vbi patet, ꝙ habet vtilem in rẽ actionem. Et gl dicit, ꝙ habet vtile dominium, notatur in l. 1. C de iure emph. & in c. 1 ubi gl. & Doc. de inue. de re ali fa.

5 Illud tamen † quod dixi, vt meliorationes factæ per habentem utile dominium non redeãt ad directum simpliciter, seu tanquam suæ non procedit in melioramentis ad vsum rei temporalem factis, s. pro commodo percipiẽdorum fructuum l. 3. ff. de impen in re. do. fac. & l. diuortio. §. impendi. & per totam. l. ff sol. mat. sed in melioramentis necessariis & vtilibus ad perpetuum vsum rei factis d. l. 3 intelligendo & latius declarando prout in ipsis iuribus & locis traditur. & in l. domos hereditarias. maxime per Pau de Cast. & Alex. ff. de leg. 1. & per Ale. & Mod. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb obl. vbi dicunt de illo, qui habet facultatem recatandi rem, quomodo faciat fructus suos, & melioramenta in re facta. Quomodo autem melioramenta tam intrinseca seu in re quàm exterius facta augeant vel minuant dotẽ, patet in l. quod dicitur. la 1. cum gl. in verbo: dotis. & in l. quod dicit. la 2. iuncta l. 3. & per totum. ff. de impen. in re. do. fa. quod inducipotest ad reliquas res habentes pactum resolutiuum: an ex bonificationibus, ædificijs & melioramentis necessarijs, seu vtilibus augeatur uel minuatur res resoluenda. Quid autem de impensis uoluntarijs patet in l. pro voluntarijs. ff. eo.
6 ti. cum concor † An autem & quæ fructus, partus; fœtus, & lucrum debeant restitui, quando dos restituitur tanquam augmentum dotium, patet in l. dotis. in prin. & §. 1. & in l. plerunque. §. 1. & seq. & in l. si mancipia. cum concor. ff. de iure dot. & per discursum totius illius tit. & ff. sol. mat. & in quauis materia notat Bal. in l. at vbi. ff. de pet. hære. Quæ autem dicantur melioramenta necessaria, vtilia, vel voluntaria, & ad vsum tẽporalem & perpetuum, aut ad necessitatem rei facta, patet in d. l. 1. per totum titulum. ff. de impen. in re. do fa. & gl. in d. l. 1. in uerbo: non sunt declarat, quomodo dicatur impensa extra dotem facta. Sed quid erit in seruitute acquisita feudo per vasallum: an resoluetur resoluto feudo traditur in ca. 1. §. econtrario. vbi Alua. de inue. de re. ali. fa. Quid autem iuris sit de impensa quæ fit gratia fructuum: & ad perpetuam bonificationem rei simul, traditur in l. fi. eo. tit. Quod facit ad quæ-
7 stionem, si † quis habeat partem in piscibus & aquæ sup qua fiunt clusæ pro molendinis, & non habeat partem in molendinis, an si fiat vna clusa propter molendina quę alias nõ fieret pro piscib. tantum, debeat in ea contribuere habẽs ius in aqua pp maius commodum piscium, & ex illa l. fi. patet ꝙ nõ.

Vltimò in dispositionibus est aduertendum, an re integra fiat resolutio vel non integra, iuxta l. ab emptione. cũ ibi no. ff. de pact. & l. j. & 2 C quan. li. ab emp. d. & §. n. Insti. qui. mo tol. oblig. & in l. j. per Bar. ff. de dona. cum concor.

S V M M A R I V M.

1 *Resolutio contractus valorem temporis contractus respicit.*
2 *Pretium ex augmento in pacto legis commissoriæ, uel adiectionis in diem non augetur.*
Laudemium soluitur etiam pro valore augmenti & meliorationis.
3 *Incrementi tempus inspicitur, ubi agitur de euictione.*
Hypotheca in dotis augmento ex tempore constituti augmenti commensuratur.
4 *Valor secundum tempus mortis in habenda legis Falcidiæ ratione inspicitur.*
Excusatio munerum liberorum causa ad futura non trahitur.
5 *Causa præstans immunitatem debet superesse tempore oneris impositi.*
Paupertatis excusatio si pendente appellatione superueniant diuitiæ expirat,

Conclusio vigesimaprima principalis.

VIgesimaprima sit conclusio, ꝙ secũdũ quod tempus augmentum inspiciatur ac solutio & æstimatio & ualor augmenti: & an inspiciatur iuxta ac secundũ valorem & æstimationem sui principalis, dependet ex uarijs figuris causarum: † nam in resoluendo ℨctu inspicimus valorẽ
1 temporis contractus, esto ꝙ superuenerit augmentum alluuionis, vel bonitatis, ut patet in l. lege. in fi. iuncta l. seq versi. idem rñdit. ff. de leg. commis. & in l. 2. in fi. cum gl. iuncta l. eũ qui. § fundo. ff. de in diem addi. licet ad eum qui dicitur velle meliorem conditionem afferre inspiciatur valor superueniẽtis bonitatis & augmenti post tempus ℨctus, declarãdo hoc, ut in l. si prædio. §. j. ff. de in diem addict. vbi si vendidero prædium cum pacto adiectionis in diem, puta ꝙ si intra annum alius mihi meliorem rei conditionem attuleri, fundus sit in emptus, & contingat fundum interea effici meliorem, nõ re
2 soluetur venditio: † esto ꝙ quis mihi interea velit plus tantũmodo offerre, quanti plus valet bonificatio: & idem in stipulatione duplæ quæ venit præstanda pro re euicta, quia inspicitur valor secundum tempus ℨctus, licet in actione ex empto quæ pro euictione datur inspiciatur valor scẽm tempus euictionis, quia illa respicit quanti mea interest carere re. l. bonitatis. & l. 1. cum ibi no. ff. de euict. facit quod dixi s̃. in 14. conclu. 3. fallen. versi. quod autem. vt laudemium soluatur etiam pro valore augmenti & bonificationis. In actione neg. gest. cuius tẽporis valor inspiciatur, notatur in l. siue hæreditaria.
3 ff. de neg. ge. † In incremento ãt extrinseco & alluuionis, vbi ageretur de euictione, inspicitur tempus incrementi l. sed & si quid. in princ. ff. eo. intelligendo, ut ibi no. & in l. ex mil. e. e. tit. In pecunia autem debita cuius temporis valor inspiciatur faciam vnam conclusionem per se quæ erit vltima. Et in alijs rebus soluendis vel reddendis nõ inspicitur valor, sed quòd res soluatur secundum bonitatem tpis ℨctus, nisi a tempore moræ l. res in dotem. ff. de iu. dot. l. cum quid. iuncta l. vinum. cum ibi no. ff. si cert peta. Hypotheca aũt augmenti dotis ex tempore constituti augmenti commensuratur, vt dixi in 5. conclu. princ. in vlt. limitatione. faciunt quæ dixi s̃. 16. concl.
4 1. limita † Item in habenda ratione legis Falcidiæ inspicit valor secundum tempus mortis, ita ut superueniens augmentum non excludat detractionem l. Falcidię. l. in quantitate. in prin. ff. ad leg Fal. & l. in ratione. eo. ti. Et quando augmẽtum est causa alicuius beneficij, prout est numerus liberorum pstans a muneribus excusationem oportet illud esse tempore quo occurrit beneficium, nec sufficit quòd superueniat l. 2. §. munerum & ibi notat. ff. de excu. tuto faciũt no per Nico. de Neap. in ea. l. in prin. in ult. col. notat Bar. in d. l. 2. §. non solum est tex. in l. semper. §. hoc circa. ff. de iure immu. & in l. 2. §. qui ad munera. ff. de vac. mu. cum concor. ibi signatis. & in
5 l. incola. ff. ad muni. ubi late traditur † quòd causa prestãs immunitatem debet superesse tempore oneris impositi.

Secus autem est, vbi augmentum est causa amissionis beneficij, qui etiam si occurrat in tempore appellationis, prout si excusans se propter paupertatem fiat pendente appellatione diues, quoniam tolletur excusatio l. his oneribus. §. auctis ff. de vac. mu. reliqua de augmento iudicio cepto superueniẽte dixi s̃. in 19. conclusione.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum quando suppleat defectum diminutionis.*
Fructus qui augent dotem cum impensis in re dotali factis compensatur.
2 *Emphyteuta arbores non cęduas cędere, & æque bonas replantans fundum nunquid deteriorare dicatur.*
Et quid si pro fundi reparatione hoc fecerit.
Deteriorare regulariter non dicitur, qui tantum meliorationis reddidit, quãtum damni.
3 *Conductor male versatus in uno, si in alio meliorauit ad supplementum expelli non potest.*
Vbertas unius anni cum alterius sterilitate compensatur.
4 *Regula, superueniens augmentum non supplet præcedens decrementum quando procedat 6.*
5 *Intellectus l. ex mille. ff. de euictio.*
7 *Compensatio damni & lucri ac impensæ in re damnificata factæ nunquid fieri debeat.*

Source : BIU Cujas

Concluſio vigeſimaſecunda principalis.

Vigeſimaſecunda concluſio ſit,

1 quòd † quando concurrit ex uno capite augmentum & ex alio diminutio ſeu deterioratio, augmẽtum ſupplet defectũ diminutionis, ſeu deteriorationis, ut patet in l plerunq; . §. ſi ſerui. ff. de iu. do. & in l. in inſulam. §. ſumptus. ff. ſolu. mat. ubi dos, quæ per mortem animalium datorum in dotem minuitur ex natis ex eis in locum de mortuorum ſubmittendorũ ſuppletur, & fructus qui augẽt dotem l. ſi marito. §. ſi fundũ. ff. ſol. mat. compenſantur cum ſumptibus in re dotali factis, q illam minuunt. l. 1. § impenſæ. cum concor. ff. de do. prælega. facit l. vetus. §. fi. cum ſeq. ff. de vſufr. Et ad hoc bene facit l. in fraudem. §. conductor. ff. de iu. fi. vbi a contrario ſenſu proba-
2 tur † q conductor qui excidit arbores fructiferas: & non cẽduas ex fundo, ſubſtituendo alias æque idoneas, ex quib. fundus non ſit deterioris valoris, non dicitur deteriorare fundũ quod dictum Paul. de Caſt. in l. diuortio §. ſi fundum. ff. ſolu. mat. ubi Alex. poſt Cu. & Ang. in l. ſi colonus. ff. ar. fur. ceſ. inducunt ad vaſallos & emphyteutas, facit l. agri. ff. de vſufr. Et hoc bene examinat d. præceptor meus in l. 1. C. de iur. emph. & dixit Bal. in d. § ſi fundum. cum quo ibi tranſeunt communiter Doc. q ſi emphyteuta inciſerit arbores pro fundi reparatione, non dicetur fundum deterioraſſe per l. & ſi ſilua. in fi. cum ſeq. ff. de vſufru. & eſt de mente gl. in d §. ſi fundum. ex quo facienda eſt regula, quòd qui tantum bonificauit, quantum damnificauit, non dicitur deterioraſſe, vel damnum de-
3 diſſe: ideo Bald. in l. ædem. C loca. dicit † q conductor male verſatus in vno, ſi in alio meliorauit ad ſupplementum, non poteſt expelli. Ad prædicta facit l. ſi uno. in princ. ff. loca. & c. propter ſterilitatem. co. rit. ubi vbertas unius anni, & ſic augmentum fructuum cum ſterilitate, & ſic diminutione compenſatur.

Prædicta concluſio fallit, vbicunq; quis p diminutione, ſeu parte diminuta non eſt obligatus, ſeu releuatur ab obligatione: quia tunc augmentum ſuperueniens non ſubintrat locum partis diminutæ. ſed remanet in proprio ſtatu, ac in meris terminis augmenti perinde, ac ſi cum diminutione non concurreret, vt eſt caſus notabilis in l. ex mille. ff. de euic. uerſi. quæſitum. vbi ſi diminuatur fundus mille iugerum venditus ex corroſione aquæ in vna parte de ducentis iugeribus, & in alia parte augeatur de ducentum, & contigat quintam partẽ totius huius fundi diminuti & aucti euinci, propter quod emptor ꝯ uenditorem agat actione duplæ ſtipulationis, debebitur tã tum euictio pro quinta octingentorum, quæ ſunt centum & ſexaginta, perinde ac ſi nullum fuiſſet ſubſequutum augmentum: ita q augmentum r manet in ſuis terminis, & nõ ſubintrat loco partis diminutæ, ex quo text. Ang. ibi in fi. cõ-
4 men. uidetur facere regulam generalem † q ſuperueniens augmentum non ſuppleat precedens decrementum utroq; ſuper eadem re concurrẽte, quæ regula licet procedat in caſu d. l. ex mille. tamen non eſt generalis, ut patet ex prædictis Et quod dixit Ang. in d. l. ex mille in princ. comm. dum dicit, q ubicunq; concurrunt augmentum & diminutio ſimul æqualiter & pariter iudicantur: uidetur ꝯriari ei quod ſubiicit, niſi dicamus, q Ang. intellexit, q ſimul & æqualiter iudicentur, videlicet ſi unumquodque pariter iudicaretur in ſuo ſimplici perinde acſi non concurrerent, ut ſit ſenſus in caſu illo in d. uer. quæſitum, q debeamus de diminutione taliter iudicare, ac ſi augmentum non ſuperueniſſet, quo caſu pro parte diminuta non præſtatur euictio ex duplæ ſtipulatione. d. l. ex mille. in princ. Et debeamus de augmento quod ſuperuenit poſt diminutionem ita iudicare, ac ſi nulla fuiſſet diminutio ſ. ut pro augmento non magis uenditor teneat, q̃ ſi non concurreret cum diminutione, cum pro augmento euicto quis non teneatur ad duplæ ſtipulationem d. l ex mille. §. quòd ſi
5 modo. Rationes ibi ponuntur in tex Et ſic † puto dicendum quòd qñ ubi non concurrerent augmentum & diminutio: & ſic eſſemus in caſu ſimplici, quis non teneretur de diminutione, nec de augmento dato concurſu augmẽ. nõ ſuppleat diminutionem, nec loco diminutionis ſubintret, vt idem iudicemus in mixto & concurſu, quod in ſimplici militabat: & licet in actione ex empto, quæ dat ad intereſſe rei euictæ venditor teneatur pro augmento euicto l. ſed & ſi quid. iuncta l. euicta. in prin. ff. de euict. & vult gl. in d. l. ex mille. non p pterea augmentum ſuperueniens ſubintraret locum partis diminu ę, pro qua uenditor non tenebatur l. euicta. la 2. ff. de euict. ſed tale augm. regulabitur, ſicut de eo iudicaremus, ſi
6 cum diminutione non concurreret ex eo, quia (ut dixi) ubi p diminutione qs non remanet obligatus, augmen. ſuperueniens non ſubintrat locũ diminutionis, nec facit ut ad diminutionem qs magis obligetur. Secus aũ teſſet, ubi quis ex diminutione obligaret, aut releuaretur, quia augmentũ ſuccedit loco diminutionis, ut patet ex his, quæ dicta ſunt in principio huius concluſionis. Et pro tanto anno præſenti conſultus, an ſi flumen Tanagri ex re conducta exportauerit plura iugera ab una parte, cum ab alia parte alluuione plura iugera addidiſſet, fieri deberet remiſſio. Rñdi fieri debere compẽſationem, ſi ſuperaddita ęqualerent per p̃dicta. & eſto q mo dicum damnum ſupereſſet, nõ fieri remiſſionem l. ſi merces. §. uis maior. ff. loca. de quo dicam in materia diminutionis.

Prędicta limitat Bal. in l. ædem. vlt. col. C. loca. in pluribus rebus ſeparatis conductis: quia ſi conductor fuerit in una bene verſatus, & in alia male, poterit expelli, nec fiet compenſatio, quod dependet a materia l. cum eiſdem. ff. de ædil. edic.

7 Vltimò hæc concluſio poſſet plenius † cõmentari ex illa materia an damni & lucri ac impenſæ in re damnificata factæ debeat fieri compenſatio, de quo per gl. Doc. & Bar. in l. ſi negotia. & l. ſi quis negotia. & in l. ſiue hæreditaria. ff. de negoget no. in l. de illo. & in l. & ideo & præce. ff. pro ſoc. eſt text. cum gl. in l. Caius. ff. de vſur. qui loqtur in tut. & admi. reipu.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentum & diminutio paribus paſſibus ambulant.*
2 *Augmentum ſuperueniens hæreditati poſt mortem teſtatoris non præcedit falcidiæ detractionem.*
Augmentum & diminutio æqualiter iudicantur, ubi ſimul concurrunt.
3 *Augmentum non licet petere, ubi diminutio non eſſet petenda.*
Emptor nunquid poſſit euictionis nomine petere diminutionis & augmenti alluuionis æſtimationem.

Concluſio vigeſimatertia principalis.

Vigeſimatertia concluſio ſit, qđ augm.

1 † & diminutio paribus paſſibus ambulant taliter, quòd cui ſpectat onus & grauamẽ diminutionis, pariter ſpectet augmentum, & econtra l. plerunq;. in principio. & in l. ſi mancidia. ff. de iu. do. & ideo quod operatur additio quò ad augmentum, operatur diminutio quò ad detractionem l. ſi ex toto. in princ. vbi Bar. & Doct. ff. de legatis. j. l. id quod. in prin. ff. de pericu. & commo. rei venditæ. dixi ſ. in 13. conclu. in princ. & dicam latius in materia diminutionis quarta & quinta conclu. facit ad prædicta l in quantitate. in
2 prin. & §. 1. ff. ad leg. Falc. † vbi ſicut augmentum ſuperueniẽs hæreditati poſt mortem teſtatoris non impedit, quominus de principali detrahatur Falcidia: ita ſi contingat diminutio, nõ fiet locus detractioni Falcidię taliter, quòd in neutro fiat damnum uel utilitas hæredi ratione Falcidiæ.

Et propterea Ang. in l. ex mille. in prin. commen. ff. de eui. dixit, quòd ubi concurrunt augmentum & diminutio ſimul & æqualiter iudicantur, & hoc probat ille tex. dum in princ. dicit, quòd emptor damnum diminutionis rei vẽditæ, & periculum alluuionis i. augmenti praſtare non tenetur, quod qualiter ſit intelligendum, dixi in præcedenti concluſione.
3 Facit † ad prædicta, quod dicimus, non licere peti augmẽtũ ſeu rem cum augmento, quando quis non eſſet rem cum diminutione capturus, & econtra non licere tradere rem diminutam, vbi quis non eſſet augmentum præſtituturus, ar. l. pe. C. de ſolu & l. qui bona. §. quamquam. ff. de dam. infe. & dicã ſ. in materia monetæ in ultima conclu. in prima declaratione ſeu ampliatione. in prin. necnon in tertia declaratione.

Reliqua dicam in propoſito huius concluſionis in materia diminutionis, ubi dicetur de illa regula, quòd inducta in augmentum non debent operari diminutionem, nec econtra. & in ſeq. conclu. iuncta præcedenti concluſione.

S V M M A R I V M.

1 *Augmentatio alterius ad augmentum unius quando ſequatur.*
2 *Emolumento aucto ſequitur oneris augmentatio. Et idem de diminutione.*
3 *Statuta recipiunt paſſiue extenſiuam interpretationem.*
4 *Pœna diminuta in principali nunquid diminuenda in præſtante opem.*
5 *Dos uel legitima an augeatur aucto patrimonio. Et nunquid aucta dote augeatur donatio propter nuptias.*

Concluſio vigeſimaquarta principalis.

Vigeſimaquarta concluſio ſit, quòd in

1 † correſpõdentibus vel correſpondere debentibus ac portionalibus ad augmentationem vnius ſequitur augmentatio alterius & p pterea ad augmentationem delicti ſequitur augmentatio pę næ l. quicunque. C. de ſer. fugi. l. 3. C de epiſc. audi. licet quandoque contra, ut inſti. ui bo. rapt. in prin. & §. 1. & §. pen. Inſti. de iniu.

Source : BIU Cujas

de iniu. & l. Celsus. ff. de arb. faciunt quæ dixi in 13. conclu. ℘ aucto emolumento onus augeatur, & econtra.

Item si alicui prouideatur in plus, & alicui in minus respectiue vnius ad alium, & contingat augeri prouisionem in eo, cui minus prouidetur, pariter & respectiue augebitur in eo
2 cui in plus prouisum erat. † & idem de diminutione, ut p Bar. & Doc. in l. illud. C. de sacrosan. eccl per l. si ita. § j. ff. de lib. & posth. & l. Clemens. ff. de hær. insti. Secus si prouisio non fiat respectiue l. si alterius. ff. eod. tit. de hæred. insti. & l. si constante. C. de dona. ante nup. ubi patet, ℘ aucta dote non augetur ipso iure donatio propter nuptias: cum sine tali donatione possit dos constitui, & hoc de iure. C. licet secundum iura authē. aliter sit, ut in auth. æqualitas. & seq. C. de pac. do. propter l. prouisionem. & ad hanc conclus. optimè faciunt, quæ dixit Ant. de But. in c. fi. in 32. col. ver. fallit quintò. de consuet. ubi loquitur in iure correctorio, vbi ponit multa exēpla, & multas facit illationes, & maximè quòd aucta uel minuta successione intestati augeatur & minuat̄ portio legitimæ, de quo dixi in tract. de statutis exclu. fœmi. & cogna. a succes. in 9. art. prin. 1. q. in secundo eius casu 7. colum. & s̄. in præcedentibus conclusionibus.

3 Hinc si statutum diceret, ℘ † donatio facta per mulierem extraneo non valeat nisi vsq; ad ducentum ducatos, stante alio statuto ℘ donatio facta affini fieri possit in duplo pluri quam extraneo, & sic loquendo respectiuè, & contingat reformari statutum disponēdo, ℘ valeat donatio facta per mulierem extraneo in tricentis ducatis, censebitur dispositū pariter in donatione facta affini, vt valeat, & fieri possit in duplo, ideſt in sexcentis. idem de diminutione: statuta enim recipiunt passiue extensiuam interpretationem, iuxta not. per Bar. in repe. l. omnes populi. 6 q. prin. ff. de iusti. & iur. & latius Imo & Alex. in l. j. §. j. ff. ad l. Fal. & no. in l. fin. seu in auth. quas actiones. C de sacros. eccl. & in l si constante. ff. solu. mat. sed hoc fallit, vbi non est par ratio in vtroq;, ut in quæstione Bar. in l. libertis. la 2. §. posthumus. ff. de ali. & ciba. leg. ubi dicit, ℘
4 † quando dans opem debet puniri inquantum principalis, si pœna minuatur principali propter confessionem, nō minuetur danti opem, quia in eo cessat ratio: & idem dicit in augmento, si pœna duplicaretur principali propter negationem quia non duplicaretur danti opem: quia in eo cessat ratio augendi: & diuisio augmenti, quæ ad aliquid refertur, diuiditur in dubio secundum partes, ad quas refertur l. adeo. §. insula. ff. de acqu. re. do. & §. insula Insti. de re. di. & dixi s̄. in 17 conclusione. Ita ℘ in correspectiuis de augmento faciendum sit ꝓportionabile iudicium secūdum id quod augetur seu ad qđ augmentum refertur d. l. si ita. cum iuribus præall. An aūt au
5 cto patrimonio † augeatur dos, vel legitima tanq̄ respectiue ad patrimonium debita: dixi in 16. concl. princ. in 10. limitat. Quid autē in dote & donatione propter nupt. dixi s̄. hac ea. cōcl. quod inducitur per Barb. in rub. C. qui admit. in 32. col. circa medium. ad mulierem, q̄ renuntiauit bonis paternis, ut illis auctis debeat nihilominus habere augmētum legitimæ ſm augmentū bonorum, dixi in trac. meo, de statutis exclu. fœminas a succes. ionib. in 9. arti. prin. in 1. q. in si.

S V M M A R I V M.

1 *Interpretatio iuris quæ rei principali inest, augmento etiam inest.*

Vigesimaquinta conclusio principalis.

1 Vigesimaquinta conclusio sit, ℘ † ea iuris dispositio & interpretatio quæ inest rei principali inest pariter augmento; siue loquamur de extensiua & ampliatiua interpretatione, siue de restrictiua & limitatiua, siue de declaratiua, siue de correctiua & extinctiua taliter, ℘ pacta, conditiones, qualitates, restrictiones & formæ quæ insunt, vel sunt apposita in principali censentur inesse & repetita in augmento, vt dixi, & per exempla late comprobaui in quinta conclusione princi. Et hæc conclu. limitat̄, ampliatur, & declaratur ex omnib. alijs cōclusionib.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi quomodo portionem alterius augeat, remissiuè.*
2 *Pars de qua testator a principio non prouidit cui & quando accrescat.*

Conclusio vigesimasexta principalis.

1 Vigesimasexta conclusio fieri possit † circa ius accrescendi, quo mediante augetur alterius portio, quam materiam non examino: cum nō intendam materias ordinarie examinatas trāscribere, nisi ꝓut necessitas operis exiget, aut quando uidebitur mihi illas esse ab aliis minus bene examinatas. Et illam plenè examinarunt D. præceptor meus dominus Iaso. & aliqui alij moderniores post Bar. & alios scribentes super l. re coniuncti. ff. de le. 3. notatur de materia in l. 1. ubi inter cæteros plenè Rom. C quando non pet. par. in l. si mihi & Titio. ff. de uerbo. obli. Aliquid dixi in tractatu meo de statutis fœminas & cognatorum lineam a successionibus excludentibus. In 13. artic. principali,
2 in fi. 3. q 8. artic. prin. 9. q. Cui † autem ac quomodo accrescat pars, de qua testator a principio non prouidit, uideatur text. in l. ex facto etiam. & in l. 1. §. ex fundo. & in l. interdum. §. sed si alter. ff. de hære. insti.

ALBERTI BRVNI ASTENSIS

De diminutione & deteriotatione.

Nvnc de diminutione & deteriotatione & iuris interpretationibus circa illa pariter per conclusiones & regulas dicamus. Quæ materia breuiore compendio quàm materia augmēti perstringetur, cū ex his quæ circa augmenta dicta sunt, maxima ex parte diminutionis & deteriorationis materia declaretur.

S V M M A R I V M.

1 *Diminutio oppositum est ad augmentum.*
2 *Diminutio quid sit.*
3 *Diminuta res dici non potest, cuius forma in totum est perempta. & numero 7.*
4 *Diminutionis species uariæ.*
5 *Diminutio pœnæ per statutum, an sit proprie diminutio.*
6 *Diminutio totam rei dispositionem respiciens: deterioratio potius est dicenda.*
8 *Diminutio quàm multipliciter accidere solet.*
9 *Diminutio quæ ex negligentia accidit nihil moratur bonam aut malam fidem.*
10 *Diminutio rei in substantia non facit rem censeri.*
11 *Homo senescens non efficitur alius homo.*
12 *Diminutio substantialium, naturalium, aut accidentalium contractus an uitiet contractum, vel eum mutet. & nu. 17. & 19.*
13 *Statutum detrahens iuri communi facit dispositionem esse statutariam.*
14 *Ordinarius fit aliquando delegatus per detractionem eius, quod est de iure communi.*
15 *Feudum, in cuius concessione detrahitur aliquid, quod est de eius natura, nō proprie dicitur feudum.*
16 *Libellus fit nouus per detractionem eorum, quæ sunt de substantialibus.*
18 *Nouatio non censetur fieri ex eo, quod in secundo contractu plus promittitur quàm in primo.*
20 *Diminutio id operatur quoad diminutionem, quod adiectio quoad augmentum.*
21 *Contrariorum eadem est disciplina. & nu. 23.*
22 *Collatio beneficij potest probari per testes sicut & renuntiatio.*
24 *Propositum in proposito idem operatur, quod oppositum in opposito.*
25 *Salarium serui diminuitur, labore eius diminuto, & augetur, labore eius aucto.*
26 *Vniuersalia augmentum recipiunt non etiam generalia.*
27 *Dispositum in lucro, censetur dispositum in onere uel damno.*
28 *Diminutio & augmentum pariformiter determinantur.*
29 *Damnum aut lucrum extra rem contingens non communicatur inter socios, quamuis propter societatem acciderit.*
30 *Alimenta pupilli augeri & minui debent pro modo facultatum ipsius.*
31 *Commodum sentire debet, qui onus sentit.*
32 *Succedens in honore, debet etiam in onere succedere.*
Lucri & damni non semper haberi eandem rationem.

Prima conclusio sit circa diffinitionem & diuisionem diminutionis.
1 † Et cum diminutio sit oppositum ad augmētum l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter. & l. si ex toto. in princip. ff. de leg. j. & l. ex mille. ff. de euictio. diffinitio ipsius diminutionis ex diffinitione augmenti per oppositum satis apparet. Hoc sal-
2 tem modo, videlicet diminutio † est præexistentis rei particularis remotio uel interitus. salua rei forma, quæ diffinitio videtur de mente Ange. in consilio 270. incipi. visis & examinatis, ubi dicit multa bona. Et ex his quæ dicta sunt in materia augmenti, apparet, quomodo hæc diffinitio ex genere & differentijs constat.

Et hæc diffinitio non tantum concernit diminutionem substantię, vt si agri, uel domus pars realis detrahatur, uerum etiam deteriorationem, quæ in qualitate & bonitate prout est bonitas, consistit, ut de utroque probatur in dicta l. ex mille. ff. de euictio. & in l. quod sæpe. §. in his. ff. de contrahenda emptio.

Source : BIU Cujas

Alberti Bru. Aſten. De diminut. & deterio.

1 †Ideo autem dixi, ſalua rei forma: quia ſi res ex diminutione eam amittat, dicitur magis interitus & res perempta, quã diminutio vel res diminuta: per not. in c. j. per Inn. & Doct. de conſe. eccle. vel alta. iunctis his quæ dixi in materia augmenti in 3. conclu. prin. in princi. & latius patebit ex his quæ dicã ĩ. an autem ex diminutione fœtuum, fructuum & pœnarum dicatur res minui dixi in materia augmen. in 1. conclu. prope
4 finem. †Eſt autem multiplex diminutio, & multipliciter accedit, ac diuiditur; ſicut de aug. dixi in 2. eius concluſ.

Eſt enim primò quædam diminutio extrinſeca: vt cũ ager meus corroditur ab aqua & flumine publico, ita ut in menſura minus ſit: & intrinſeca, vt cum in domo numerus camerarum minuitur. & mixta, vt cũ homo ſeneſcit: quia groſſities & altitudo ac vigores & ſenſus naturales minuuntur.

Secundò quædam eſt diminutio ipſius ſubſtantiæ, vt proxime dixi. quædam verò eſt diminutio qualitatis, & de utraque patet in l. ex mille. ff. de euic. dum ibi dicit de agro diminuto in menſura & in bonitate deteriorato. facit l. 1. cum ibi
5 no. ff. eo. & dixi ſ eo. †Item dicit Ang. in conſi. 270. quòd ſtatuto minuente pœnam, quæ prius erat de centum ad quinquaginta, quòd non eſt proprie diminutio. eſt aduertendum ꝙ verum eſt, vt non ſit diminutio certę pœnæ, ſed bene eſt diminutio impoſitionis prioris. Item dum dicit, ꝙ ſi pœna corporalis conuertatur in pecuniariam, nõ eſt proprie diminutio: fateor hoc eſſe uerum, quia licet ſit minor impoſitio, tamen eſt diuerſæ rei & ſubſtantiæ: & diminutio eſt circa eãdem rem vel ſubſtantiam defalcatio ſeu detractio.

6 Tertiò quædam eſt † diminutio, quæ reſpicit totam diſpoſitionem, vt eſt diminutio in qualitate, quæ proprie eſt deterioratio, per no. per Bal. in l. pacta nouiſſima. C. de pac. vlt. colum. dũ dicit, quòd qualitas reſpicit totũ, ar. l. j. §. cum adiicit. ff. de uerb. obl. & no. per Bar. & Doc. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obli dum dicunt, quòd ratione qualitatis falſæ licet negare totam poſitionem, quę ſine qualitate uera ſit, de quo ẽt dixi in materia augmenti.

Quædam verò eſt diminutio, quæ reſpicit ſolum partem ipſam diminutam, vt eſt in diminutione ipſius ſubſtãtiæ, cui qualitas adhæret, quia pars remanens non habet in eo, quod remanet, diminutionem. facit l. tabernam. ff. de fun. inſtru. l. ſi ex toto. in prin. ff. de leg. 1. l. legatum. §. fin. ff. de adim. leg. ubi in tota parte non diminuta durat relictum.

Item quædam eſt diminutio extinctiua & per modum interitus: vt cum pars domus ruinam patitur, vel pars gregis perit, de qua dicam in 14. concl ĩ. co. in j. fallen. necnon in 15. in j. & 2. limit. quædam autem ademptiua & detractiua: ut cum de re legata adimo. d. l. tabernam. ff. de fund. inſtru. & d. l. ſi ex toto. in prin ff. de leg. 1. de qua dicam ĩ. co. in 14. concluſione prima limitatione.

7 Item † quædam eſt diminutio, quæ extinguit totam rem: vt cum per eam forma perit, ut in boue mortuo, cuius caro & corium ſupereſt: quia non dicitur ſimpliciter bos, & in arbore ſicca: & hæc diminutio eſt proprie rei interitus, ut dixi ſ. in prin. huius concluſionis. Et de hac dicam ĩ. in 13. concl. 1. fallen. & in trac. de interitu & peremptione. vel cum fit diminutio in indiuiduis quæ ſecundum Bar. in tract. de alueo. §. quòd ſi 4. col. nõ poſſunt augeri, nec minui, quin extinguãtur, vel trãſeant in aliam ſpeciem, de quo dixi in tract. de augmento 1. concluſio.

Quædam vero eſt diminutio, quæ non extinguit formam ſed euenit in materia remanente forma: & iſta eſt proprie diminutio: ut dixi in prin. huius concluſionis.

Item ex verbis Bal. in rub. C. de peri. & com. rei uen. & Bar. in l. exhibitionis. C ad exhib. dum loquuntur de damno, colligitur, quòd quædam eſt diminutio, ſeu damnum in re, quædam de re: quædam circa rem: quædam extra rem: quædã aliter. & dicetur in diſcurſu 20 concl. vbi tangam ad quem ſpe
8 ctet damnum & periculum in re contingẽs. †Et inſuper cauſatur diminutio negligentia & omiſſione ſeu preſcriptione, vt per Bar. in l. ſi prius. in prin. ff. de oper. no. nunc. & dicam ĩ. in 5. concluſ. princ. Item diſpoſitione & dicto expreſſo legis vel hominis. Item a fortuna, ut ĩ. dicetur. & patet in titu. ff. de adimen. lega.

Cauſatur etiam diminutio multis modis, aut demonſtratur ex his quæ dicta ſunt in materia augmenti in ſecunda cõcluſione princip.

Et ad illud de negligentia facit, quod no. Bal. in l. 2. in 7. col. verſi. & primò an perdatur. C. de ſerui. poſt Inno. & Doct. in c. querelam. de elec. & Anto. de But. in repet. c. peruenit. 1. colum. de cenſi.

9 †In qua negligentia non attenditur bona, vel mala fides l. ſequitur. §. ſi viam. ubi Bar. & Doc. ff. de vſuca. Et eſt quæſtio, an iſta amiſſio in incorporalibus fiat ſpatio 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes per l. 2. & l. ſicut. C. de vſuf. cum ibi not. & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeru. vend. cum his plene habentur in l. ſeruitutes. la fi ff. de ſerui. titu. gene. & in c. de quarta. de præſcrip.

An exigatur tempus annorum 40. ut volunt Bart. & Ang. in l. ſi ſic conſtitutæ. per illum tex. ff. quemad. ſer. amitt. Bal. in l. 2. in 2. colum. C. de ſer. & Inn. ac Hoſt. in c. de quarta. de præſcrip. Bar. in l. fi. in prin. poſt gl. ibi. C. de ſerui. Floria. in l. ſeruitutes. la fin. in 10. col. in fi. ff. de ſer. tit. genera. Berthac. in trac. de epiſcopo in 3. par. 1. li. 1. & 2. col. & habetur in trac. de præſcrip. d. Balbi. 5. parte. 8. q.

10 **Secunda concluſio eſt,** † quòd diminutio rei in ipſa ſubſtantia non facit rem cenſeri aliam, dummodo nõ ſit tanta, ut rei formam immutet, ſicut nec augmentum, vt dixi in diffinitione: & latius in materia augmenti, in 3. conclu. prin. in 1. limit. & in 2. conclu. prin. in 2. conclu. eius ſubalterna. hinc ſi altare minuatur remanente forma altaris nõ deſinit eſſe altare, nec perit eius conſecratio: ut ibi dixi poſt no. per Inn. & Doct. in c. 1. de cõſe. eccle. uel alta. An autem in iſtis duret prior diſpoſitio dicam in tract de interitu & peremptione. & ĩ. eod. 14.
11 concl. j. fallen. & per diſcurſum totius huius tract. †Et hæc cõcluſio maxime procedit in naturalibus decremẽtis, ut in homine qui ſeneſcit, quia per talem diminutionem non deſinit eſſe idem homo l. proponebatur. ff. de iudic. idem in populo & grege diminutis l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vniuer. nomi. l. ſi grege. ff. de leg. 1. iuncto §. ſi grex. Inſti. eo.

12 †Quid autem ſit in detractione ſubſtãtialium contractus uel diſpoſitionis aut naturalium uel accidentalium quæ ſint neceſſaria. Bar. in l. per ſeruum. ff. de uſu & hab. §. fi. diſtinguit, dicens quòd ſi ſubſtantialia minuãtur in ipſo actu diſponẽdi ſeu in ipſa diſpoſitione, nõ valet diſpoſitio, ſi uerò adimatur poſt perfectã diſpoſitionẽ, vitiatur adẽptio ꝑ illum text. ꝙ ſi minuantur naturalia, vel accidentalia quanꝙ neceſſaria, adẽptio nõ uitiat diſpoſitionẽ l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfr. pet. quod ſcđm Bal. in d. l. per ſeruũ. §. fi. facit ad multa, ut latius ibi per eũ. de quo dico in tracta. naturalium & accidentalium, & etiam in tract. de forma in primis rubricis. & late dixi in tract. de aug. in 3. conclu. prin. circa prin. & in conclu. ſeq. in 2. eius col.

Tertia concluſio ſit, quòd in diſpoſitionibus detractio in ſubſtantialibus ac qualitate ſubſtantiali ſicut & additio reponit rem in diuerſa ſpecie, & facit illam cenſeri aliam rem, ſecus ſi talis detractio ſit de accidentalibus ſeu qualitatib. non ſubſtantialibus l pacta conuenta. ff. de ℈h. empt. & late patet ex his quæ dixi in materia augm. in 3. concluſ. per totam, vbi promiſcue declaraui materiã huius concl. tam in aug. quàm in diminutione. Et in legibus ut ibi dixi, hoc patet in l. ius ciuile. cum l. ſeq. §. j. cum ibi not. ff de iuſt. & iu. dum ibi dicitur, quòd ius prætorium detrahẽs iuri ciuili facit diſpoſitionem cenſeri prætoriam & regulari ſecundum terminos & prouiſiones iuris prætorij. idem dixi de iure canonico detrahente
13 iuri ciuili, † & de ſtatuto detrahẽte iuri communi, quia facit diſpoſitionem eſſe ſtatutariam, ita quòd debeat interpretari prout ſolent ſtatuta interpretari. & facit, quòd actio ex ſtatuto, ſeu lege competat. intelligendo prædicta, niſi ſtatutũ delicto aliter non alterato ſeu eius nomine non mutato ſolũ iuris pęnam minuat, prout hodie uidemus in pęna adulterij & ſtupri, quia crimen non deſinit eſſe publicum, ut ibi dixi plura in hoc propoſito recolligendo. ad quod facit, quod dixit Signo. in conſi. 251. pe. col. quòd detrahens formæ ſtatuti facit diſpoſitionem in aliam ſpeciem tranſire, in reſcriptis etiã
14 prædicta comprobantur ut dixi in d. 3. conclu. princ. † quia ſi detrahatur in delegatione facta ordinario aliquid de diſpoſitione iuris communis, puta quòd ſummarie & non ſecundũ iuris communis ordinem procedat, ſit delegatus ſecundum no. in c. licet in corrigendis. ubi late Mode. de offi. ord. & per Albe. de Ro. Bal. Ang. Pau. de Caſt. & dominum præceptorẽ meum D. Iaſ. in d. l. ius ciuile. quod non eſt modici effectus, vt ibi dixi poſt alios in locis præalle. ubi etiam dixi poſt Imo. in cle. literas. de reſcrip. quid ſit in reſcripto ad gratias, vel be-
15 neficia, ut quia beneficium curatum fiat nõ curatum. † idem dixi in d. 3. conclu. eſſe in conceſſione feudi, quia ſi detrahat de natura feudi non dicitur proprie feudum c. 1. cum ibi no. maxime ꝑ Bal. de feu. non ha. prop. na. feu. ubi dicit Bal. quòd per formam de nouo datam receditur a ſimplicitate feudi, nam idem eſt, vbi detrahitur per illum tex. & latius dixi in d. 3. concluſi. licèt in non diminutis retineat naturam feudi, ut
16 no. in dicto cap. 1. †Idem etiam ibi dixi in iudicijs, quia detractio ad libellum in ſubſtantialibus facit cenſeri nouum libellũ, adeo quòd noua gabella ſit ſoluenda ſtante ſtatuto quòd de qualibet petitione ſoluatur gabella ſecundũ Bar. & Doc. in d. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. & in l. edita. C. de eden. & Can. in c. 1. de libel. obl. & ſi in crĩalib. hoc eſt, in accuſatione vel ĩqſitione detrahat aliqua qualitas ſubſtãtialis & aggrauãs delictũ, non põt ſequi ex ea cõdemnatio, vel ſi appoſita qualitas non probetur, ut dixi plene in d. 3. conclu. in materia augm.

†Idem

Source : BIU Cujas

17 †Idem dictum fuit in d.3.conclu.procedere in contractibus: quia detractio in substantialibus constituit cōtractum in diuersa specie,& facit esse nouum cōtractum, licèt aliud sit in detractione,quæ fit in accidētalibus, vt est expressum in l.pacta conuenta.ff.de contrah.emp.& in l.iurisgentium.§.adeo ff.de pac & in l.2.ff.de rescin.ven.cum concord. quæ adduxi in d.3.conclu.vbi tradidi plures limita. ad hoc: dicitur enim in iuribus prædictis:quòd diminutio rei vel pretij facit in vēditione & alio contractu simili, vt sit noua vēditio & nouus
18 contractus,† licèt in stipulationibus,& contractibus compatibilibus,vbi ex secundo cōtractu minus promittitur, quàm primo esset promissum,nec olim videlicet tempore Digestorum,ne hodie inducatur nouatio, iuxta l. scire debemus . in prin.cum ibi.no.& l.qui usumfructum.cum ibi etiam not. ff. de verb.obl.& l.fi.C.de noua.& §.præterea.Instit.quib.mod. tol.obl.iunctis no.per Bar.in l.prædia.ff.de act.emp.& in l.pe. ff.de præt.stip.& in l.singularia.vbi etiam alij.ff.si cer.pe & late per Alex in consi.10.inci.visis 2 vol. Ratio diuersitatis est, vt dixi in materia augmenti,in d.3.concl.quia ꝙ minor summa ex secunda stipulatione debeatur,non cōtrariatur primę stipulationi:sed ambæ stipulationes sunt compatibiles, cum interfit nostra,vt ibi dixi,ad idem plures habere actiones . at in venditione facta pro 10.si velimus illam valere pro v.tantum,hoc fieri non contingit, nisi reuocata prima uenditione:cum duæ venditiones de eadem re simul stare nō possint repugnetq; ꝙ aliqua res sit vendita pro 10.& pro 5. tantum. & idem de similibus,qđ est declarandum,vt dixi in d.3. cōcl. in 4.concl.eius subalterna.in ver.idem in contractibus, cum
19 limita.ibi traditis,& maxime in 2.limita. † Et quid operetur in contractibus detractio qualitatis vel accidentalium contractus,dixi ibi late in 4.limita.post tex.& no.in d.l.pacta cōuenta & no.per Bart.& Doct.in l.si fundus.§.si res.ff.de pign. vbi dicitur,ꝙ detractio qualitatis non extinguit hypothecā, idem dictum fuit in d.3.conclus.in materia augment.de vltimis voluntatibus, quia detractio in substantialibus inducit reformationem l.3.§.cum Titio.& l.cū centum. cum ibi no. maxime per Bar.& per totum tit.ff.de adim.leg. quod intelligerem , quando sub commemoratione prioris relicti fieret detractio,vel diminutio prioris relicti in specie vel summa, vt tunc induceretur reformatio, secus si per modum simplicis ademptionis partis relicti vel translationis in alium l.si ex toto.in princ.ff.de leg.1.& l tabernam.ff.de fun.instru.& l.legatum.in fi.ff.de adi.leg.& non obstat §.cum Titio.quia qualitas respicit totam dispositionem,cui adheret,vnde per eius detractionem meritò inducitur facilius reformatio,per ea q̄ dixi in 1.conclu. uersic.tertiò quædam.declarando,vt in d.3. conclu.versic.postremò.de qua materia detractionis in substantialibus vel naturalibus aut accidentalibus dixi in præceden.conclu.post Barto.& Bald.in l.per seruum.§.fin.ff. de vsu & habit.

Effectus autem qui insurgunt, quòd ex diminutione induc atur nouus contractus,vel noua dispositio. dixi in d.3. conclu.in materia aug.per totum.& maxime in versi.effectus autem.& in ver.postremò.in fi.Et ex dictis in d.3. concl. potest hæc conclu.latius declarari,ampliari & restringi.

Quid autem erit in diminuente, vel detrahente de aliqua dispositione solennitatem in totum vel in partem,an censea tur sublatus ipse actus,qui cum solennitate factus fuit, vel cā cellatus,dico in materia formæ,in arti.de correctione & rela xatione formæ uel solennitatis.in 4. & 5.col. & forte infra in materia interitus.

Quid autem erit, si inter contrahendum diminutio sit ex ex parte vnius tantum contrahentium,vt quia mihi stipulanti,vel locanti pro 10.tu de 5.respondeas . vel stipulāti Stichū & Pamphilum,tu Stichum promittas, vel totum,tu partē,dixi in materia augmen.3.conclu.prin.& in quadam alia, & dicam in materia de toto & parte,in illa conclusione,quòd dispositio quæ non potest valere super toto,saltem valet in parte.late ponit Bar.in l.j.§.fi.vlti.col.ff.de verb.oblig. & ista non est proprie diminutio.

49 ducis tollendis.vbi tangitur maxime per Bal.an † onus iniunctum personæ possit per aliũ impleri, & quod dicatur onus vel factum personæ cohærens taliter, quòd ad hæredes non transeat,tradit Bal.ubi s.videlicet in d.§.ne autem.& per Bar. late in l.si sic stipulatus.ff.de verb.obl.& in l. si non sortem.§. libertus.5.col.ver.secundò est uidendum,& vlti.col.uer. sexta differentia.ff.de cond.indeb.ubi tractat post gl.& alios de operis.de quo etiam per gl.in l.a duob.& l.fabriles. ff.de ope. lib.& in l.liberti libertęq;. C.eod.tit.quod non procedit,vbi competit actio ad interesse d.l a duobus.not.Bart.in d l.si sic stipulatus.in fi.com.post Pe.& Cy.in l.veteris.C de contrah. & com.stip.vel vbi opera præterita petitur, quæ cum præstari non possit,datur pecunia l si quando duobus.cum gl.ff. de oper.lib.facit l.mater tua.C.eod.

50 Item fallit vbicunq; † est electa industria personæ, quia cũ obligatio non egrediatur personam perit & cessat, nisi subsit interesse per l.inter artifices.cum ibi no.ff de solut.& not. in l.nemo est qui nesciat.ff.de duo.reis.ita dixit Bart.in l. si sit stipulatus.in fi.ff.de verb.obl.faciunt no per Bal.in l.1.§. ne autem.C.de cadu.tol.no.Pet. & Cyn.in l.veteris.C. de contrah. & commit.stipu.

51 Item fallit † vbi ex pluribus debitoribus quis efficitur non soluendo; quia alii non tenẽtur pro eo etiam in causa alimẽtorum l.3.in fi.de ali.& cib.leg.cum ibi not. dicam aliquid j. in 5.limi.facit l.1.C.ne filius pro patre.

52 Item fallit, † vbi obligatio personalis est ratione rei, vt in homagio & emphyteusi,quia si res illa deueniat ad vnum ex pluribus hæredibus,ille solus tenetur l.3.ff.de ali.& ci.le.l.3 §. si hęres.ff commo.transit nisi res cum onere suo etiam in fiscum l.2.ff.de ali.leg.l.2.C.de prędd.naui.li.12.c. recolentes.de statu mo.& c.cum non sit. de deci.no.Spe.in tit.de feu.§.quoniam.q.9.& habetur in c.omnes.si de feu.fue.contro.& in l.2. vel 3.C.de iur.emphyteu.

53 Item fallit † vbi onus est distributum pro numero personarum,puta quòd quilibet habitans in loco teneatur domino loci præstare,vel facere tot rodias,zapatorias,vel quòd quælibet casata teneatur pro singula persona valẽte laborare seruire vna die de anno.nam si minuantur personæ,minuentur operę,quia nõ debet vnus pro tributo alterius vel onere grauari l.1.cum gl.C.vt mil.& vica.& l.hac diffinitione. cum ibi no.C.de omni agro deser.lib.11 no.Bar.in l.munerum.§. mixta.ff.de mune.& hon. etiam si sit de eadem domo l.legatorum.in prin.ff.de le.2.ubi Bar.in proposito not.in l.2.de apo. pub.lib.10 facit l.3.in fin.ff.de alim.& ciba.le. secus si conuentio staret, quòd villa teneretur domino tot operas præstare, vel quælibet casata tot operas,quia si minuerentur homines de villa,uel de casata,vel aliqui efficerentur pauperes aut impotentes,non minuerentur operæ,vt nota.in d l.2.vbi plene Io.de Pla.& in l.omne territoritorium.vbi etiam gl.& Io. de

Pla.

Source : BIU Cujas

Pla C.de censi.lib.11.& in l.1.C.de omni agro deser. eod.lib.
54 †An aũt per casatas, an vero per capita in dubio intelligatur facta impositio oneris.tradit Barto.in l.4.§.actor.ff.de re iud. Bal.in l.etiam.C.de execu.rei iud.vlt.colum.Et modus imponendi propterea est attendendus, an constituat viri'es distributiones.d.l.legatorum.cum gl.& l.si plures.& l.turpia.§. fin. cum concor.ff.de lega.1.

55 Item fallit † in casibus,in quibus ius disponit,quòd portio deficiens non transeat,nec remaneat cum onere suo, necnõ vbicunq; accrescendi ius cessat: quia tunc ex quo non accrescit portio personæ deficientis,propter quam onus est impositum,pariter onus non accrescit.quod quando sit,patet in l. j §.in primo.cum 5.§.seq.& per totam l.C.de cadu. tol. nota. Bar.in l.re coniuncti.in 2.q.4.prin.ff. de leg.3. in quibus locis tangitur etiam,an & quando portio accrescat sine onere,vel remaneat hæredi.de quo etiam in l.si adimendo.& in l.alumnæ.§.Seia.& in l.filio.§.j.ff.de adim.le.& per Bal.in l.j. C.quando non pe.par. vbi per conclusiones examinat materiam iuris accrescendi,an autem portio deficiens habẽs onus annexum,vbi habet locum ius accrescendi, accrescat inuitis, habetur in d.l.1.§.vbi autem.per Bart. in dicta l. re coniuncti.in 1.quæst.4.princ & in l.neminem.ff.de lega.2.& in l.fi.ff.de acquiren.hæred.

Item hæc conclusio fallit respectu præscriptionis: vt si debens 10.annua decesserit relictis duobus hæredibus, quorũ vnus soluerit,& alius cessauerit tanto tempore,ex quo possit causari præscriptio:vt per Bart.in l.si prius.in prin. ff. de aqua pluu.arcenda.

56 Item fallit † in persona accessoria,vt est fideiussor, qui liberatur liberato principali.l.& hæred.§.fi.cum l.seq.& l.quod dictum.in prin.cum concor.ff.de pact.& ista est diminutio personæ ratione liberationis vel exemptionis.

57 **Vndecima conclusio sit,** quòd diminuto labore † vel onere propter quæ aliquid debetur,minuitur commodum, vel debitum proportionabiliter & pro rata: & econtra diminuto cõmodo minuitur proportionabiliter onus. de primo patet in l.Seio amico.in prin.cum ibi no.ff.de an.leg.no. Bal. in l.j.in 2.oppo.C.de lega.& dixi s̃.eo.in 8.conclu.in princi.q̃ non debetur ob causam regulatur secundum causam annexam secundum Bal.vbi s̃.post Dy.& Iac.de Arc.per d.l.Seio. §.libertis.2.respon.vbi si quis leget libertis,quæ viuus præstabat,non debebuntur sumptus iumentorum, qui præstabantur libertis gratia vtilitatis testatoris.vnde secundũ Bald. vbi s̃.si Doctor debeat legere duas sedes,puta logicæ & philosophiæ,& non legat nisi vnam: vel si debuit legere toto anno, non legerit nisi sex mensibus:non debet habere salarium nisi pro rata.Et si quis leget sena annua Titio,si filiorum suorũ negotia gesserit:mortuo filio,ita vt eius negotia Titius non gerat,minuetur legatũ pro rata filii mortui d.l. Seio. in prin. vbi dixit Bar.quòd si quis seruiat tribus scholaribus sub certo salario,& contingat vnum recedere,taliter quòd labor famuli innuatur,pariter minuetur salarium,de quo dixi s̃.in p̃alle.8.conclu.in prin.vbi latius de hoc dixi,& in tract.de aug. 12.conclus. vbi dixi post glo.in l.1.C.de metro.Beri.lib.11.& Pau.de Cast.in l. si eadem. ff. de offic.assess. quòd si minuatur territorium,vt quia de una prouincia fiant duæ,minuitur salarium officialis,si fiant duo officiales.

58 Limitantur † prædicta,quando commodum,vel debitum sui ratione laboris oneris impositũ,vel sumus in dubio: alias autem minuto labore vel onere debitum non minueretur d. l.Seio.& d.l.illis.iuncta d.l.pe. not.Bal.in d.l.1.2. opposi.C.de leg.& Bar.& Docto.in iuribus præalleg.ideo vt habetur maxime per Bar.in d.l.Seio amico.in prin.ff.de annu. leg. quando fit legatum Titio,si filiorum negotia gesserit, vno filiorũ decedente integrum legatum Titio debebitur:quando Titij contemplatione fuit factum legatum.

Item ad hanc regulam, quòd diminuto commodo diminuatur onus.proportionabiliter,facit,quod dicit Bar.ff.de li. lega.& in l.codicillis.in prin.ff.de leg.3.

Prædicta conclusio,quòd diminuto commodo diminuatur onus.fallit,vbi augmen.commodi spectaret debitori,vel onus præstare debenti:quia eo casu diminuto commodo onus non minuitur l.secundum naturam.ff.de reg.iu.& c. qui sentit.eod.tit.lib.6.no.glo.in l.si merces.§.vis maior.in gl.ma
59 gna.ff.locati.& est ibi tex. † vbi conductori non fit remissio mercedis ex diminutione vel sterilitate, quando conductor non esset aug.commodi præstaturus,not.in l.1.C. de iu.emphyt.vbi emphy.nõ fit remissio canonis ex diminutione rei. propterea quia aug.commodi ad ipsum emphyteutam spectaret,iuxta ea quę latius in proposito isto & totius huius fallentiæ dixi in materia aug.in 13.& 14.conclu.

Secundò prædicta conclusio limitatur, vt non procedat
60 quando aliqua contraria ratio contrarium suaderet † vt patet in l.penales.in fi.ff.ad l.Falcid. ubi minuto legato mihi facto propter legem Falci. non minuitur onus mihi impositũ de fructuo manumittendo,licèt alias ex æquitate & iuris ratione onus esset minuendum, & hoc operatur fauor libertatis vt ibi.ex quo tex.apparet,quòd vbi hincinde est æquitas,prę ferenda sit maior & benignior æquitas, & quòd maior & bẽ nignior ratio vincat minorem,& licet gl.ibi alleget aliam rationem,nihilominus præcedẽs ratio est illa,super qua se fundat ille tex.

Tertiò limitatur, nisi ille, qui capit commodum ex testamento grauatus præstare, sit grauatus omne commodum quod capit præstare:quia licèt minuatur relictum per l.Falcidiam.non propterea minuitur onus.d.l.penales.§.fi.ff.ad leg. Falcid.ratio est in promptu: quia commodum ad eum non spectat,itaque hæc non sit proprie ad præcedentem conclusio.limitatio.

61 Quartò † limitatur,nisi delicto cu'pa vel facto eius qui acquisiuit commodum,res seu commodũ minuatur: quia tũc onus non minuitur:vt est gl.fina.in l.mater.C.ad Tertul.quę vult,quòd si mater,quæ successit filio, cum hæreditas filij esset onerata legaris,transeat ad secunda vota, quo casu amittit proprietatem rerum paternarum existentibus alijs filiis, & solum retinet vsumfructum in ipsis rebus:nihilominus legata non minuantur,quod limitat ibi Bald.cum quo Pau.de Cast.& magis communiter Docto.transire uidentur,nisi ma
62 ter velit etiam vsufructui renunciare.pro quo facit † quod dixit ipse Bal.in l.1.in 2.col.in fi.ver.pone &c.C. de his quæ pœnæ no.ubi dixit,quòd ille qui in pœnam priuatur a testatore hæreditate,excusatur a præstatione legatorum. ad idem facit auth.hoc amplius. C. de fideicom. vbi priuatus remedio illius authen. ab hæreditate excusatur a legatis & ab onerib. hęreditarijs.pro qua opinio.facit l.in ratione.§.cum quidam ff.ad leg.Falcid.& l.cum fisco.ff.ad Sillan.& l.quod dicitur.ff. de iu.fisci.vbi hi a quibus hæreditas aufertur tanquam ab indignis excusantur ab onere legatorum: & hæc opinio uidet communior & tenenda,quicquid dicant Cu. & quidam alii in l.mater.vbi autem onus habet vsumfru. cessante culpa sua in amittendo proprietatem,& alius habet proprietatẽ,quomodo & per quem onera hæreditaria supportari debeant, est tex.in l.fi.§.ubi autem uoluntas.C.de bonis quæ liberis. & est longa materia,iuxta prædicta dixit gl. in l. qui hæredi.§.si pars.ff.de conditio.& demõ. quòd si pars relicti est vsucapta mortuo testatore legatario non minuitur onus: quia sua negligentia sibi imputatur.

Quintò ex notatis in materia aug.maximè in 13.& 14.cõclusione & in præcedenti & seq.concl.hæc conclusio potest plene commentari,declarari & limitari.

Duodecima conclusio sit, quod

63 diminutis † rebus,ex quibus,seu propter quas aliquid onerosum debetur,minuitur debitum uel obligatio & onus exemplum patet in tributo l.2.& 3.C.de allu.& pal.l.2.cum ibi no. C.de prædi. nauic.lib.11. vbi ex diminutione rerum,propter quas tributum præstatur,minuitur tributum: & loquuntur p̃ dicta iura siue intrinsecè, siue extrinsecè res minuatur: puta sterilitate,vel alluuione,no.gl.magna in c.potuit.de locat. & in l.1.ubi alii.C de iu.emphy.idem patet in collectis, siue diminutio sit intrinseca.i.in bonitate:siue extrinseca.i. in diminutione substantiæ:puta per alluuionem:quia census,vel allibratio diminui debet diminuta re allibrata l.forma. §. illam. ff.de censi.facit §.1.in Authen.de collat.quod est temperandum,vt dicetur j̃.in 2.limi.& iuxta l.omne territorium. cum ibi no.C.de censi.& l.1.C.de omni agro deser.lib.12.no. Bal. in l.acceptam.in fi.C.de vsur.vbi dat aliam limit.quæ mihi uidetur dura,& in l.etiam.C.de execu.rei iud.idem patet in pro
64 curatione: † quia diminutis reditibus diminuitur procuratio c.cum apostolus.in fi.iunctis no.in c.prohibemus. de cẽsi.idem est in locatione,quia diminuta re conducta vel deteriorata,minuitur merces promissa,vel si diminutio fit in fructibus propter sterilitatem l.ex conducto.& l.si merces.§.vis maior.ff.loca.c.propter sterilitatem.eod. titu.& infra dicam.
65 Et dicimus † quòd actio de peculio crescit & decrescit sicut peculium l.quæsitum.in prin.ff.de pecu.facit ad prædicta l.& si contra.in fi.ff.de vulg.& pup. vbi portio quæ decrescit hæredi,minuit onus legatorum.

Et plura exempla dari possent,quæ habentur late in tract. de aug.in 13.concl.cum seq.& in superioribus concl.Idẽ patet in diminutione rei,ex qua debet vsusfructus prę stari l.q̃d tamen.in fi.ff.quemad.vsusfr.amit.Idem in alimentis,quę augentur & minuũtur,prout augetur & minuitur patrimoniũ. l.3.in fi.ubi Bar.ff.ubi pu.edu.deb.l.cum vnus.§.1. ff. de ali.le. Et hæc conclusio maxime procedit,quando diminutio contingit facto,uel culpa,aut defectu eius,cui aliquid præstandũ est,ut est tex.in d.l.ex conducto.in princi.& dicam j̃.Quid in

legitima

Source : BIU Cujas

legitima & dotibus,an minuantur minuto patrimonio,dixi in trac.de ſtatu.exclu.fœ.in 9.arti.prin.j.q.pe.col.& ſi. Ad iſta
66 facit,quod dicimus † de principe concedente alicui immunitatem a præſtatione collectæ vel talliæ debitæ ciuitati, vt ciuitas poſſit illam diminutionem imputare in cenſu annno quem principi præſtat:ut per Bar.& Doct.in l.ab omnibus.ff. de leg.1.& Fely.poſt alios in c.accedentes.in antepen.col. vſque in fi.de præſcr.& D.Ia.in l.auus.ff.de pact.facit, quia taxata procuratione per ſententiam, vel compoſitionem, ſi minuantur facultates eccleſiæ,minuitur procuratio: ut per Fel. c.cum ex officij.in 19.col.de præſcrip.poſt Pet. de Anch.conſilio 243.incip.ad prædicta dubia.in fi. & dixi in materia augmenti.Facit quod dicitur de diminutione valoris pecuniæ, vt cedat in damnum principis,qui illam induxit,quò ad cenſum illi præſtandum:vt dico in tracta.de augm.mone.in 7.li. Reliqua quæ ad propoſitum huius concluſionis poſſent adduci dicentur in ſeq.concluſione.

67 Prædicta concluſio fallit,vbi fuit tranſlatum totale† dominium:quia res minuitur periculo eius,in quem fuit tranſlatũ nec minuitur onus:vt per Imo.poſt Petr.in ca.potuit.23.col. de loca.facit quod dixit Pan.in c.prohibemus.de cenſi.dum dicit,quòd quia cenſuarius habet totale dominium,non minuitur onus ex diminutione rei.facit ad qu quam ibi ante eũ ponit Imola de Abbate.quam ponunt Cy.Petr.Bal.Ange.& D.Iaſ.in 4.col.in l.1.C.de iure emphy. idem ſecundum Imo. poſt Petr.in cap.potuit.in 23.colum.de loca.quando tranſlatum eſt dominium vtile in perpetuum, licet ſecus ſi ad tempus:vt ibi per eum.

68 Prædicta concluſio limitatur † niſi culpa debentis contingat diminutio,d.l.ſi merces.§.culpæ. ff. locati. quæ vult non fieri remiſſionem mercedis colono ratione diminutionis, ſeu deteriorationis ac damni,quod euenit culpa coloni,not. Bal.in l.j.in vlt.col.C.de iu.emphy.& idem eſt in collecta, ſeu allibratione,aut tributo:quia non fit in eis diminutio,ſi prædicta ſint diminuta,vel deteriorata culpa debitoris, forte ſine cauſa arbores truncantis.dicta l.forma.§.illam.ubi Barto. quod in tributo vel collecta eſt temperandum ſecundum gl.ibi in uerbo,probauerit.quando culpa eſt ordinata ad caſum & ad finem,vt minus ſoluatur de tributo, vel collecta,p
69 l.2.C.ſine cenſu uel reli.& dicam ĩ.Facit, quod dicimus † diminuto commodo non minui onus,quando delicto,ſeu culpa,vel facto eius,cui commodum debetur, ipſum commodum minuitur,iuxta gl.ſi.in l.mater.C.ad Tertul.cum ibi no. de quo dicam ĩ.eo.

Tertiò fallit prædicta concluſio, vbi auctis rebus non augeretur obligatio: quia æquum pariter eſt, diminutis rebus debitum vel onus non minuatur.dicta l.ſi merces.§. vis maior.verſi.alioquin.ff.loc.& ibi gl.magna.facit l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.& videmus hoc in emphyteuta,cuius canon non minuitur diminuta re emphyteutica caſmate, vel alluuione l.j.C.de iu.emphy.& §.adeo.Inſti.loca.& pariter nõ augetur aucta re emphyteutica, vt not.in d.l.1.& late dixi in tract.de augm.in 13.& 14.conclu.maxime in 3.limit.vbi idẽ dixi in cenſu poſt Panor.in cap.prohibemus.de cenſi.ſquòd quia dominium directum non tantum vtile eſt penes præſtãtem cenſum, quin periculum diminutionis & commodum
70 augmenti debeat ad eum ſpectare. facit † quia diminuta vel deteriorata re non minuitur euictionis obligatio, ſicut nec ea aucta vel bonificata non augetur l.ex mille.ff. de euict.cũ inſpiciatur bonitas temporis contractus l.bonitatis. & l.1.ff. eod.& dixi in materia augm.in 21.& 22.concluſione.

Quartò fallit,niſi diminutio cauſetur ex caſu conſueto: ut eſt tex.in d.l.ex conducto.§.ſi uis.& in dicta l.ſi merces.§. vis maior.& dixi in materia augmenti 14. concluſio. circa prin. quæ limitatio non eſt ad hanc concluſionem generalis.

Quintò fallit quò ad debitum iam contractum, licèt eius executio pendeat, & habeat tractum ſucceſſiuum:quia licèt pendente eius præſtatione & executione diminuantur bona debitoris taliter,q̃ facienda foret remiſſio,vel defalcatio, aut,quòd non poſſet ex toto onus imponi,nõ propterea fiet defalcatio,vel remiſſio in ſolum,vel in partem: ut uoluerunt Guil.de Cu.Albe.de Roſ.Barto.Ange.Fulgo.Pau. de Caſt.& communiter ſcribentes in l.id quod.§.j.cum l.ſeq.ff. de con-
71 ſti.pe.per illum tex. qui vult † ſufficere in actione de peculio debitum eſſe tempore conſtituti & ex cauſa de præterito,vt non minuatur peculium,in quo pater præfertur ob conſtitutum factum a patre,per quem tex.in propoſito dicunt Doct. præalle.ibi,quod ſi extet decretum,vel conſtitutio: ut habẽs mille in cataſtro vel reditum centum librarum teneatur habere uel mittere equum in exercitum, & ſit alicui ita habenti facta iniunctio equum mitttendi vel habendi in exercitu, & cõtingat interea dominui valorem & reditum bonorum eius,cui facta fuit talis impoſitio, nihilominus equum habere in exercitu tenetur,per illum tex.& facit l.incola iam mu-

neribus.cum gl.& ibi not.ff.ad muni.ubi quis tenetur ad debitum collectæ iam contractum,vel ad onus,in quo tempore habili fuit præuentus,licèt deuenerit ad eũ caſum, in quo ſibi amplius imponi non poſſet. Et hoc procedit ſecundum Fulg.& Pau.de Caſt.ibi in impoſitione hominis,vel cum prę ceptum ad æſtimum certi temporis refertur, ſeu in impoſitione legis,vel ſtatuti,quæ ſemper loquuntur l.Arriani.C.de hære.niſi ſecundum Pau. de Caſt. quo ad illam impoſitionẽ quæ facta fuit ante diminutionem vigore legis uel ſtatuti. &
72 hæc limitatio eſt multum no. pro qua facit, quod † dicimus de damno illato in fructibus iam a colono a ſolo ſeparatis,licet in fundo adhuc exiſtentibus, vt eo prætextu non debeat fieri remiſſio.forte:quia immittatur ignis in ipſis: aut exportẽtur:licet culpa coloni abſit.l.damnum.cũ ibi no. ubi Ang. C.loca.no.Bal.& Saly.in l.licèt.C.eo.de qua materia tangunt Saly.Fulg.& Pau.de Caſt.in l.ex conducto.§ ſi vis.ff.eo.& cũ hæc qõ foret inter ve.& dominos fratres conuentus Magdalenæ huius ciuitatis Aſtenſis & nob.Auguſtinum Aſinarum perpetuum conductorem cum pacto emendi,iuxta l.cũ uenderem.ff.eod. quia combuſtæ fuiſſent meſſes in re conducta collectæ,laudaui concordiam ruſticalem propter diuerſitatem opi.quam inueni in locis prędictis:& quia caſus ex ęquitate hoc exigere uidebatur,licèt in puncto iuris tenerem,nullam debere fieri remiſſionem,& concordia ſuccceſſit.

73 Sextò fallit † in modica diminutione: quia propter eam debitum onus vel obligatio non minuuntur. dicta l. ſi merces.§ vis maior.& d.l.ex conducto.§.ſi vis.ff locati.no. in d.c. propter ſterilitatem.& credo hãc limitationem generaliter procedere ad hanc concluſionem. pro qua facit l.Seio. ff.de in integrum reſtit.titu.generali.vbi pro modica læſione non datur in integrum reſtitutio.in qua materia, quòd de minimis non ſit curandum plura collegi,quæ poſui in tract. meo de ſtatutis fœminas & cognatorum lineam a ſucceſ. exclud. Eſt tamen aduertendum ad text.in d.§.vis maior. dum dicit, quòd in partiario colono fit remiſſio etiam pro modica diminutione; eo quia damnum & lucrum ad eum nõ ſpectat, ſed eſt commune inter dominum & eum,cum ſint ſocij. Itẽ eſt aduertendum ad no.per Imo.in d.c. propter ſterilitatem. dum vult,quòd ſi arbores oliueti,aut uites ſint exiccatæ, debeat fieri remiſſio,eſto quòd damnum non ſit magnum, ſed modicum; eo quia frui non poſſit conductor in parte re conducta,per l.ſi quis domum.§.in exuſtis.ff.locati ibi,eius temporis in quo ędificium ſtetit mercedem præſtandam. & l.ſi vno.§.vbicunque.ibi,mercedis exonerationem pro rata.& l. ſed addes.§.ſi quis cum in annum.& d.l.ſi merces.§.ſi vicino. eo.ti.ibi de mercedibus quoque ſi cum eo agatur reputatio eſt habenda,licèt in contrarium videatur l.habitatores.eod. titu.ibi Oſtia feneſtras nimium corruptas locator non reſtituat,quaſi de modica corruptione non ſit curãdum. & l.qui inſulam.eo.ti.ibi,ſi vitiatum ędificium neceſſario demoliturus, ponderando q̃ de ædificio non multum vitiato, quod non ſit ex vitio neceſſario demoliendum,deciſio illius text. non loquatur.

Septimo in locatione plures dari poſſent in propoſito hu
74 ius concluſionis † fallentiæ, & maximè ut uitium ſoli nõ fructuum habeat inducere remiſſionem:ut quia fructus nõ ſint bene maturi,quando colliguntur, vel quòd propter ſpinas, & malas herbas non potuerint multi uel ſani fructus colligi d.l.ex conducto.§.ſi uis.vbi Pau.de Caſt.inter cæteros.ff.locati.Et numerant Doctor. in ca.propter ſterilitatem.ubi plenè Imo.plures modos,in quibus & in ſolo & in fructibus emergit damnum,quorum dicta non liceret tranſcribere,& multa dixi in materia augmenti in 14.conclu. & ex ibi dictis hęc concluſio & præſens materia abundantius declaratur, & an & quando ſterilitas inducat in conductore uel emphyteuta remiſſionem.Et in his ac annuis præſtationibus & beneficijs quando fiat remiſſio,Alex.conſi.112.inci.uidetur j.uol. cum concor.traditis per Fely.in c.ad audientiam.lo 2.verſic.ſexta concluſio. de reſcrip.

75 Octauò fallit † in allibratione habẽte determinatam ſummam oneris:quia diminutis facultatibus non minuitur onus ſecundùm Bar.in d.l.id quod.§.ſi pater.ff. de conſti.pe.quod eſt declarandum,ut per Alber.& Pau.de Caſt.ibi.

Decimatertia concluſio eſt, q̃ diminutis reditibus vel prouentibus rei,ex qua ſeu propter quam aliquid oneroſum debetur diminutionibus ſeu debitum c. cum apoſtolus.in fi.& c.prohibemus.de cẽſi.ubi diminuto reditu minuitur procuratio,& dictũ fuit in præced.concl.Fallit,qñ culpa debentis contingit diminutio fructuum, ut ibi in 2.li.Itẽ quando diminutio cauſatur ex caſu conſueto,ut in 3. limita. Item in modica diminutione,vt in ſexta fallẽtia. Item in multis caſibus notatis in materia locationis,ut in 8.limitat. Item in alijs caſibus poſitis in præcedenti concluſione.

Deci-

Source : BIU Cujas

76 **Decimaquarta conclusio.** †Diminutio, quę est in re, de qua disponitur tempore dispositionis, non facit cessare dispositionem l.domum.ff.de contrah.emp.vbi uędita domo, quæ pro parte erat combusta tempore contractus insciis cõtrahentibus, nihilominus tenet venditio, licèt fiat pretii defalcatio:vt ibi & l.Iulianus §.si venditor.uer.per contrarium. ff de act.emp.vbi vendita hæreditate, ex qua subtractæ erãt plures res,tenet nihilominus venditio, licèt competat actio propter res subtractas,vt ibi.facit l.2.in princi.& l.tenetur. in prin.ff.de act.emp.vbi si mensura dicta nõ inueniatur in fundo vendito : nihilominus tenet emptio, licèt pro parte deficiente habeatur ratio.idem dixit Bal.in l.2 C. de contrahen. emp.de locatione.per l.ex conducto.ff.locati. Ad idem facit
77 l.si post.ff.de peric.& commo.rei vend.vbi dicitur† ꝙ si post inspectum fundum,quem emere volebam,arbores vi vento rum fuerint euulsæ:nihilominus venditio postea de fundo facta tenebit absq; eo,ꝙ arbores venditæ intelligantur:cũ non sint pars fundi:licèt si emptor ignorauerit, & venditor sciuerit,& nõ dixerit,debeat.haberi ratio interesse arborum. facit l.sed si communis.eo.ti.vbi si emam rem, quam cum alio cõmunem habeas,tenet venditio in parte tua, & pretium scinditur.idem est,si emam rem,in qua ignorãs habeo vsumfructum:quia tenet emptio,& pretium officio iudicis minuitur l.suæ rei.in fi.cum l.seq.ff.eo.tit.

Et prædicta conclusio procedit, siue diminutio sit in ipso corpore,siue in qualitate:quo casu potest dici deterioratio l.
78 aliter.ff.de contrah. empt. † vbi vendito auro quod iam erat deterius,quam emptor existimaret, valet emptio . idẽ patet in l.quid tamen.vbi si vendam ignoranter rem auratam,& in qua est aliquid auri pro centum,credens auream tibi pariter credenti illam totam auream,valeat vẽditio, quia aliquid auri est.licèt secus sit,vbi venderetur æs pro auro.facit l.Labeo. ff.eo.tit.vbi emens vetera vestimenta cum crederet noua ab ignorante,non dicit venditionem nullam,licèt fiat pretii defalcatio,quanto minoris fuisset empturus si sciuisset.l. Iulian. in prin.ff.de actio empt.

79 Item prædicta conclusio maxime procedit † quando plures res non uno pretio,sed diuiso pretio emptæ fuissent: quia vna deficiente in alia tenebit uenditio: ut habetur in l. quod autem.§.fin.iuncta l. ꝙ si uno.ff.de in diem adiec.& no.in l.si duos.ff.de contrah.empt.& in l.cum eiusdem. ubi Alber. de Rosa.ff.de ædil.edic. Item prædicta conclusio maxime procedit in legatis,in quibus res videtur legari,qualis est:& sufficit ut talis præstetur l.si legati.l. si a substituto.l.si domus.§.fi. ff.de lega.1.intelligendo ut in l.si res obligata. & in l.Męuius. §.in fundo.& §.fundo.ff.de le.2.& l seruo legato. §. si fundus. ff.de leg.1. & Insti.eod.§. si rem illi.Idem in contractibus,vbi aliquid ex causa lucratiua debetur,vt per Bar.in l.si rem.ff.de solu.Vbi autem non subsit defectus diminutionis,sed vitium rei:ut quia quis uendat rem furtiuam,est tex.in l.si in emptio
80 ne.§.item si.ff.de contrah.empt.qui dicit † ꝙ non tenet venditio: & non est materia nostra.Hæc cõclusio potest plenius commentari ex regula iuris,plus semper.& in toto ti.de reg. iur.in 6.ꝙ qui de toto disponit,etiam de parte disposuisse dicatur,ut per gl.in l.in eo.ff.de regu.iur.de quo etiam in l.non debet emi.eodem titu.quam materiam alibi examinandam reseruo .

81 Prædicta conclusio limitatur , vt non procedat † quando dolus emptoris dedisset causam contractui:quia tũc non tenet venditio.l.si dolo.C.de rescin.vend.l. eleganter.in prin.ff. de dolo.vbi dicitur quid in contractibus bonæfidei , & quid in contractibus stricti iuris,notatur in l.Iulianus.§. si uẽditor. ff.de act.emp.vbi declaratur, quomodo dicatur venditor scire,absq; eo ꝙ dolus det causam contractui: & quomodo eo casu succurratur contra venditorem scientem, quãdo dolus non dat causam contractui.tradit tex.in l.ex empto.§. si quis virginem.ff.de acti.empt.& in l.Labeo libro posteriorum.ff. de contrah.emp.& in d.l.Iulianus.in prin.ubi Bart.in fi.commenti loquitur etiam de falsa asseueratione ab ignorante facta.& videatur not.text. in l.si vina.ff.de pericu.& commod. rei uend.

82 Secundò limitatur , ut non procedat , quando † contemplatione eius,quod ex diminutione abest,facta fuisset uenditio,quasi aliàs non fuisset quis rẽ empturus:quia tunc ex toto cessat dispositio,cum deficiat etiam in eo quod remanet cõsensus l.arboribus.ff.de contrah.emp.qui text. vult hoc procedere,quamuis uterq; diminutionem ignoraret, vt quia arbores in fundo existentes vento euulsæ uel ignæ combustæ essent,quarum cõtemplatione quis fundum emerat:ut quia forte esset oliuetum . licèt ubi non caderet hæc verisimilitudo,secus esset l.si post.ff.de pericu.& commo.rei uen. Quod inducitur per Bal.in l.2.C.de contrahen.emp. ut si quis hodie emisset piscationem lacus alicuius , cuius pisces heri fuissent deuastati me ignorante,ꝙ non teneat venditio propter defectum consensus.Et hoc modo intelligit gl.l.si duos.ff. eo.tit.
83 dum ibi dicitur †ꝙ si qs emerit vno pretio duos seruos,quorum vnus tempore venditionis esset mortuus,cum crederetur viuere:ut in nullo teneat emptio,quasi emptor non fuisset unum sine alio empturus.quod est intelligendum iuxta l. cum eiusdem.& l.Labeo scribit.ff.de ædili.edic.

Tertio limitatur prædicta conclusio,vt non procedat,quãdo quis asseuerasset partem uel qualitatem,quę deest tempore emptionis messis,licèt ambo ignorarent abesse rei presentiam habentes, vt quia quis mensam ligneam vel æream argento coopertam venderet mihi ignoranti pro solida argẽtea credens eam ex toto argenteam : quia nulla est uenditio l.cum ab eo.in fine.ff.de contrahen.empt.cui obstat fortiter
84 tex.in præalle.l.quid tamen.ff.eod tit.dum ibi dicitur† quòd vendita re deaurata,quam ambo credebant insolidum aurũ tenet emptum.quos tex.dicit Bal.in d.l.cum ab eo.§.fin. non posse a contrarietate benè defendi:sed est aduertẽdum, quia in d.l.cum ab eo.in fi.venditor qui credebat purum argentũ, licèt falso & imprudenter, vendebat mensam argento coopertam pro solido argento:& tunc non mirũ, si nulla est emptio,prout etiam est in d.l.quid tamen.in fi.cum ęs pro auro venditur:at in d.l.quid tamen.venditor vendens rem deauratam non dicebat,quòd uenderet illam pro solido auro, licèt ita crederet:quo casu (vt dixi) nulla fuisset emptio,vt etiam vult d.l.quid tamen.in vltimis uerbis.sed rem simpliciter uẽ-
85 debat est bene uerum , quòd quando † quis rem deauratam pro auro vendit,licèt non teneat in illo corpore emptio , tamen tenetur tantum auri præstare , quamuis fuerit ignorans l.Labeo libro posteriorum.ff.eod.titu.Ideo caueant,qui non habent rerum peritiam in talibus,quomodo asseuerẽt:& tute facient rem simpliciter uendere.Et prędicta sunt intelligẽda,nisi asseueratio fiat in modo & quantitate fundi: quia maior quantitas asseuerata non facit cessare emptionem l. 2. in prin.& l.tenetur.in prin.ff.de act.emp.

86 Quartò limitatur,quando † defectus diminutionis extinguit formam:quia tunc dicitur interitus,de qua materia latè dicam in tract.seq.de interitu & peremptione.& aliquid in sequenti lib.& ex dicendis in illa materia peremptionis.

Quintò limitatur,vbi diminutio est in subsẽtialibus, licèt secus sit,vbi sit in naturalibus vel accidentalibus l. per seruũ. §.1.ff.de vsu.& habit.ubi Bar.& Doct.iuncta l.1 §.1.ff.si usufr. petat.notatur in l.pacta quæ contra.C.de pact.faciunt quæ in seq.limit.dicentur.

87 Sextò limitatur,quando talis † diminutio est de toto , uel de maiori parte l.& si consensum.in princ.& l. domum.ff.de contrahẽ.empt.quæ l.domum.dicit,quòd si domus uendita erat tempore vẽditionis exusta in totum, ita quòd ad aream reducta erat,non tenet uenditio, siue ambo ignorauerint,siue emptor sciuerit & non uenditor, siue uenditor & nõ emptor,eo quia cum deficiat substantia rei,quæ uenditur,nõ tenet uenditio,quia defectus corporis & substantiæ magis impedit uenditionem,quàm rei uitium l.in vẽditionib.in prin. & per totam l.& l.alioquin per totam l.cum seq.& l.& si consensum.in prin.iuncta l.Labeo libro posteriorum eo.ti.cum
88 infinitis concor. quia † defectus corporis inducit defectum consensus.d.l.& si consensum.in princ.& d.l. in uenditionib. in prin.cum similibus.vbi autem aliquid de domo remanet, tunc distinguit illa l.quòd aut remansit dimidia pars,vel plus quam dimidia , & teneat uenditio , siue ambo ignorauerint diminutionem & deteriorationem, licèt fiat defalcatio ualoris partis exustę,siue uenditor tantum sciuerit,quo casu tenetur præstare non simpliciter valorem partis deficientis , sed quanti emptoris interest,vt ibi & l.Labeo.siue emptor tantũ sciuerit,vel ambo,quo casu nulla fit pretij defalcatio d.l. domum.cum uolenti & scienti non fiat fraus,etiam re ipsa,nec iniuria l.1.ff.de act.emp.& in regula iuris. Quod si plusquam dimidia pars,& sic maior pars sit exusta & diminuta , si ambo ignorauerint,non tenet uenditio ex uerisimili defectu cõsensus emptoris , & quia substantia in maiore parte deficit , ut dicit tex.ibi.quòd si uenditor tantum sciuerit,in eius odiũ tenet uenditio,vt teneatur quãti interest emptoris domum integram esse & exustam non esse,ut ibi,& d.l.Labeo . quòd si emptor tantum sciuerit,tenet uenditio,ut dicit ibi text.& idem si ambo sciuerint,ut s.pro parte quę supereſt teneat emptio secundùm g o.pe.& in reliqua non,sed dolus cum dolo in ea parte compensetur,licèt tex innuat uenditionem ex toto nullam,quod etiam uult ibi Fulgo in vltimis uerbis , quæ materia est multum scabrosa.

Septimò potest præsens materia limitari,quãdo pars quæ deficit non potest percipi,an sit maior,vel minor, uel sumus in casu,in quo non potest talis consideratio cadere, ut in ca-
89 su l.si duos.ff.de contrah.emp.secundum Fulg.ibi,nam† venditis duobus seruis,quorum unus iam perierat tempore con

tractus,

Source : BIU Cujas

tractus: in eo qui ſupereſt non tenet emptio: ut dicit ille text. & eſt ratio ſecundum Fulg. ibi: quia cum vnus ſeruus non ſit pars alterius: non poteſt fieri hic diſtinctio quam l. vult fieri in d.l.domum. cum l.ſeq.ff.de contrah.emp. an remāſerit dimidia, vel maior, aut minor pars: & hoc eſt de mente gl. in l. cum ab eo. in fi.ff.eod.ti. licèt Fulg. non audeat hanc conſideRationem firmare, de cuius l.ſi duos. intellectu dictum fuit ſupra eodem, in 2. limit.

Octauò hæc concluſio poteſt limitari ex no per Bar. in l.ſi rem.ff.de ſol. de ſoluente rem quę poteſt euocari ex cauſa de præterito. Vltimò poſſet hæc concluſio limitari ex his, quæ notantur in regula, plus ſemper. & in regula, in toto. de regu. iur. in 6. & in l. in eo. & in l. non debet cui. ff.eod. vbi generaliter traditur, an diſpoſitio de toto comprehēdat partem, quā materiā ſuo loco attingo. Et licèt quæ hic dixi pro maxima parte concernant materiam venditionis: tamen ex hoc inferri poteſt ad alios contractus. Reliqua dicam in tractatu de interitu & peremptione.

90 **Decimaquinta concluſio.** † Si tempore cōtractus dicatur, ꝙ res eſt deterior diminuta vel onerata, cum non ſit nihilominus tenet contractus. Nam ſi vendatur res nō diminuta tanquam diminuta, vt quia dicatur eſſe ſubiecta ſeruituti cum non ſit, vel ꝙ vſusfructus ſit alienus cum non ſit, quid iuris. vide tex. no. in l.ſi in venditione. ff. communia prædi. & in l. fundum cum mihi venderes. ff. de act. emp.

91 **Decimaſexta concluſio,** ꝙ † diminutio ſeu deteriora-- tio ſuperueniens in re, de qua fuit diſpoſitum, non extinguit diſpoſitionem, actionem, vel obligationem, vt patet in vltimis voluntatibus in l.ſi ex toto. in prin. & in l.ſi grege. cum ſequen. & in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. ff. de le. 1. vbi minuto grege vel fundo legato caſu vel facto teſtatoris, in parte remanēte durat legatum facit l. peculium. in prin. ff. de le. 2. vbi diminuto peculio vel familia legata, in reliquo durat relictū facit l. tabernam. ff. de fund. inſtr. l. pediculis. §. pe. & fi. ff. de auro & arg le. idem patet in l. 3. §. ſi reddita. ff. commod. ubi durat obligatio & actio ex commodato, licèt diminuta ſit res, vel deterior facta: ut ibi late per Albe. & Saly. poſt gloſ. & per Alber. in l. Iulianus. §. ſed & ſi quis ff. ad exhib. & per Bar. in l. exhibitionis vbi Cy. & alij. C. eo. & idem patet in re depoſita l. 1. §. ſi res. ff. depoſ. & dicetur in conclu. ſeq. Et eſt aduertendum
92 ad d.l.ſi ex toto. in prin. quia vult † ꝙ ſicut per augmentum relictum nō immutatur, ſed res principalis cum augmēto legatario debeatur, ita nec per diminutionem extinguat relictū, ſed quod ſupereſt legatario debeatur, ita ꝙ damnum diminutionis ſpectet ad ipſum legatarium, ita ꝙ diminutio reguletur ſecundum naturam augmenti, nō autem rei legatæ, vt quidam moderni dicebant, quia hoc eſſe non poteſt. Sic & ſi vinum venditum coacuerit, vel mucidum factum ſit etiam antequam emptor fuerit in mora capiendi & deguſtādi, tenebit venditio, licèt periculum ad uēditorem pertineat l.ſi quis vina. in prin. ff. de pericu. & commo. rei vend. idem ſi pendente conditione res deterioretur l. neceſſario. §. ꝙ ſi pēdente. in fi. ff. de peric. & com. rei uen. ex l. quod ſępe. §. in his. cum ibi no. ff. de ϑh. emp. & facit bonus tex. in l. ſerui emptor. ff. de peri. & cō. rei ven. qui loquitur in deterioratione rei emptę, quam emptor tenet titulo conductionis quouſq; pretiū ſoluat. Et prædicta procedunt, ſiue diminutio ſit cauſata a teſtatore, vel diſponente d.l. peculium. in prin. & d.l. tabernam. cum concor. præall. ſiue a caſu d.l ſi grege. & l. Seio. in prin. ſecundum vnum ſenſum, iuncta l. Mela. ff. de annu. lega. dū ibi dī, ꝙ ſi teſtator mihi legauerit 12. vt curam habeam trium filiorum ſuorū, & contingat mori duos, quò ad vnum pro tertia parte durabit legatū. de quo dixi ſ. eo. Et hoc multo magis procedit, vbi facto hæredis, vel debitoris contingit diminutio. d.l. Seio. iunctis no. per Bar. in l. illis libertis. ff. de cond. & dem. & his quæ dicam in ſeq. conclu. j. fallentia, quia tunc in toto durat diſpoſitio, & latius patebit infra eodem, dū dicam damnū diminutionis ſpectare debitori culpoſo vel moroſo, de quo etiam dicam in materia perēptionis. Et hoc maxime procedit in actione ad exhibendum, quia eſto ꝙ res exhibeatur diminuta uel deteriorata, nihilominus dī exhibita l. exhibitionis C ad exhib. dummodo in diuerſa forma nō ex
93 hibeatur l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. eo. ti. ita †ut actio ad exhibendum ceſſet ut ibi, licèt pro diminutione cauſata ex culpa competat actio in factum, per illum text. & ex dolo actio de dolo l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo. & no. Bar. in d.l. exhibitionis. & ϳ. etiam dicetur. Et diminutio in ſoluendo, vt quia quis ſoluat partem rei perfectæ, nō extinguit in reliquo obligationem, vel actionem, vt in ſeq. concluſione dicetur. Item prædicta maxime procedūt in tributo, quod habet certam taxam, quia ſi prædiū fiat ſterile, aliud fertile magis grauatur, ut no. in l. omne territorium. C. de cenſi. & in l. j. de omni ag. deſer. li. 11 Et prædicta fortius procedunt, vbi eſt debi-
94 tum in genere, quia †niſi ſoluatur res integra & ſine deterio ratione, vel quæ perfectè fiat accipientis, debitor non liberatur ab obligatione l.ſi ſeruum. §. ſed & ſi ſic. ff. de ver. obl. l. cū quis. §. qui hominem. ff. de ſolu. vbi Bar. & in l.ſi rem. eo ti. cū concor. Item procedunt, niſi debitor obligatus ad rem in ſpecie non offerat, nec ſoluat intereſſe diminutionis & deterio rationis, quia creditor non tenetur aliter rem capere, & durat tota ac integralis obligatio & actio cum effectu l. qui ſibi aut Titio. §. j. ſecundum unam lec. gl. & ibi Bart. & Doct. ff. de ſolu. ut quia quis nolit recipere ſeruum vulneratum nō facta dicta obligatione, nec roncinum locatum, qui reditur deterioratus, & nō ſufficeret ſola oblatio, vt declarat Pau. de Caſ. vbi ſ. qui etiam bene attingit quæſtionem roncini, & cuius periculo interim ſit, de quo per Albe. de Roſa. in d. §. ſi redi-
95 ta. Item prædicta maxime procedunt, † quando defectus & diminutio eſt extra eandem, licet circa rem, ut quia debitor rei illam tradat, poſtquam alteri fuit pignorata l.ſi rem. ff. de ſol. quia prior durat actio ad effectum, vt libera res detur. facit l. qui res. in prin. eo tit. vbi talis res hypothecata pro dote in pecunia promiſſa in ſolutum data non liberat dantem. ad idem l.ſi hominem. & l. cum quis. §. qui hominem. eo. tit. ubi obligatus dare ſeruum, vel condemnatus noxæ nomine, nō liberatur dando illum ſtatuliberum, vel alteri obligatum, vel ſi alius in eo habeat vſumfructū, & patet in l. qui ſibi aut Titio. eo. tit. debet enim res ita tradi, ut ab eo euelli non poſſit, iuribus prædictis. & l. non uidetur ff. de acq. poſſ. & l. ratio. in prin. ff. de act. emp. cum ſi. Et an & quando debitor liberet, ſi res non efficiatur perfectè creditoris. Bart. diſtinguit in d.l.ſi rem. ff. de ſolu. ubi Pau. de Ca. in d.l. etiam. ſimile ſi obligatus rem dare, aut ex obligatione, pro qua tenetur de euictione, rem tradat ſine promiſſione euictionis, nā prior durat actio ad effectum vt de euictione promittatur l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. obl. & ibi late de hoc traditur, & l. etiam. ff. de ſolu. ut dicitur, poſſe cogi ad rē prima actione, ſi quid iuris cautionis præſtitum non ſit uel deſit, licèt res tradita ſit, quibus autem caſibus & quando ſit cautio præſtanda, tradit Barto. in d.l.ſi rem. & in dicta l. Iulianus. §. primo. ubi etiam Alexan. & alij. ff. de uerb. obl.

Item procedunt, quando eſt defectus in ipſa re, quæ nō eſt mea, ſed mihi debita, ut quia traditur deteriorata, & ſumus in actionibus bonæfidei, quia tunc durat prior actio & obligatio pro conſequendo intereſſe deteriorationis. dicta l. 3. §. ſi reddita. cum ibi no. ff. commo. & d.l. 1. §. ſi res. ff. depoſi. ubi
96 † pro re commodata & depoſita, quæ redditur deteriorata, competit actio depoſiti & commodati ad rem ratione intereſſe. idem & generaliter dicitur de debente generaliter dare, in l. qui ſibi aut Titio. §. 1. ff. de uerbor. obli. idem in actione ſtricti iuris habente inſtar bonæfidei. ut eſt actio ex teſtamento, iuxta l. in minorum. C. in qui. cauſ. in inte. reſt. non eſt nec. quia prima durat actio, ſi res diminuta tradat l. Męuius. §. in fundo. ff. de leg. 2. iuncta l. huiuſmodi. §. ædes. de leg. 1. cū ibi no. vbi ſi hæres in fundo legato ſepelierit, quo prætextu diminutus eſt fundus, adhuc competit actio ex teſtamento ad fundum ratione diminutionis. uel ſi hæres traderet legatario ſine ſeruitute, quæ erat debita domui legatæ ipſam domum legatam, aut ſeruum legatum ab ipſo hærede debilitatum, durat prior actio ex teſtamento pro illa ſeruitute, vel ratione intereſſe debilitationis. idem eſt, ſi vſusfructus fundi legati ſit alienus, uel alteri fundº ſit pignoratus, uel ab alio poſſeſſus etiam uiuo teſtatore d.l. Mæuius. §. fundo. quāuis aliàs damnum in uita teſtatoris contingens, vel ſi legatum ſit prædium alteri debens ſeruitutem hoc ſuccedat ad onus hæredis d.l. fundo. & d. §. ædes. cum concor. de quibus ſ. in prin. huius concluſionis.

Item prædicta procedunt etiam in actione ſtricti iuris, qñ diminutio contingit in re mea, non autem mihi debita, quia
97 prior durat actio l. non ſolum. ff. de rei uend. ubi † licet pro re deteriorata uel ſeruo meo debilitato, ad quem agere uolo, competat mihi actio l. Aquiliæ. ratione debilitationis, uel deteriorationis, nihilominus tamen competit & rei uendicat. no. Cyn. & Bar. in d.l. exhibitionis. faciunt d.l. 3. §. ſi reddita. ff. commo. & d.l. j. §. ſi res. ff depoſiti. inquantum etiam conueniunt rei meæ commodatæ.

Fallit prædicta concluſio, niſi talis diminutio, uel deterioratio extinguat rei formam, ut per Albe. & Saly. in l. 3. §. ſi redditа. poſt gl. ff. commo. & Albe. in l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib. nec enim tunc agi poteſt commodati, vt res commodata reſtituatur, nec depoſiti pariter, ſed agendum eſt ad rei valorem & æſtimationem ac ad intereſſe, ut infra proxime dicetur.

98 Hinc non dicitur † exhiberi res, quæ mutata forma exhibetur d.l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. & non poteſt reddi res etiā ſoluto intereſſe diminutionis ſeu deteriorationis, quādo red-

ditur

Source : BIU Cujas

ditur mutata forma, sed est soluenda æstimatio totius vel interesse, licet si forma non esset mutata secus, secundum gl. & Doct. præall. in d. §. si reddita & Albe. in d. §. sed & si quis. per illa iura Et fortius hoc occurrit in vltimis voluntatibus: quia diminutio extinguens formam extinguit relictum, ut quia legata quadriga vnus equus pereat l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. & latius dicam in tract. de peremptione. vbi hæc limitatio latissime examinabitur & declarabitur.

Quomodo aũt cõcipiatur libellus ad rem pro diminutione vel deterioratione, ponit inter cæteros Bar in d. l. exhibitionis post Cy. & Alb. de Ro. in d. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhib. in fi. commenti.

99 Secundò fallit, nisi † diminutio superueniens fiat contra substantialia dispositionis: quia tunc vitiat dispositionem l. per seruũ. §. 1. vbi Bar. & alij. ff. de vsu & ha. no. in l. pacta quæ ꝺ. C. de pac. secus vbi est circa accidentalia l. 1. §. 1. ff. de vsufr. & alibi Deo dante plenius dicam.

Tertiò fallit in actione stricti iuris, quando quis non prosequitur rem suam, sed sibi debitam: quia nõ durat prior actio ad rem, a qua liberatur debitor, sed actio de dolo datur l. eleganter. §. non solum. cum ibi no. ff. de dolo. & l. qui sibi aut Titio. §. qui stichum. vbi Bar. & alii. ff. de solu. & Cy. ac Bart. in d. l. exhibitionis. C. ad exhi. vbi cõcluditur, quòd si dolus dedit causam deteriorationi, competit actio in factum d. l. exhibitionis. & dixi late ꝺ. hac eadem conclusione in ampliationibus seu declarationibus.

100 Quartò fallit, nisi † diminutio sit causata ex causa q̃ præcedit obligationem, vel aliàs sine culpa, vel mora debitoris, vel vbicunque periculum deterioratione & diminutionis non spectat ad debitorem, iuxta no. per Bar. in l. Neratius. ff. de cõdi. indeb. & in l. si rem. declarando ut ibi. ff. de solu. & per Pau. de Cast. in l. etiam. eo. tit. iunctis his quæ dicam ꝺ. eo. ubi examinabo ad quem spectet interesse diminutionis.

Quintò fallit, nisi creditor simpliciter rem recipiat sine petitione uel protestatione interesse diminutionis vel deteriorationis, secundum Bar. post Cy. in d. l. exhibitionis in fi. com. C. ad exhib. Albe. de Ro. in l. 3. §. si reddita. post gl. ubi etiam alij. ff commo. & in l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhiben & Bart. in d. l. qui sibi aut Titio. §. 1. ff. de sol. ubi Pau. de Cast & in l. etiam. eo. tit. volente creditorem sibi præiudicare distinguendo ut ibi per eos.

Sextò fallit, vbi ex diminutione inducitur nouatio prioris actionis, vel dispositionis, de quo late dixi in materia augmẽti, in 3. conclu. prin. per totum, & maxime in 3. subalterna. Itẽ
101 insurgit alia subalterna conclusio, q̃ † obligatus rem dare, tradere, vel soluere, soluendo vel dando illam diminutã uel deterioratam vna cum interesse diminutionis vel deteriorationis liberetur: declarando, ampliando & limitando, vt ꝺ. iũctis not per Bart. in l. si rem & in l. cum quis. §. qui hominem. ff. de sol. & latè per Albe post Dy. in d. l. 3. § si reddita. ff. cõm. & in l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhi.

102 Ex prædictis insurgit subalterna cõclusio, q̃ † defectus partis nõ obstet in toto iure obligationis, sed iure actionis, quæ materia est amplior ea de qua in hac conclusione, de quo in l. cui fundus. & l. pe. ff. de cond. & demon. & in c. uasallus. lo 1. & lo 2. cum materia. si de feu. feu. com. inter do. & agna. & patet in materia diuidui & indiuidui.

Et ex prædictis apparet, quomodo sint intelligenda iura, quæ dicunt, q̃ non dicitur reddere vestimẽtum, qui illud reddit scissum, nec uas qui reddit collisum, nec tabulam qui reddit rasam l. Labeo. & l. Sabinus. ff. de verb. sign. & generaliter quòd non dicatur reddi res, quæ redditur deteriorata, ut per gl. in l. mulieris §. 1. ff. eod. tit. & quod dicitur in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. & in l. ex hoc. in prin. ff. de alie. iud. mu. causa fac.

103 **Decima septima conclusio sit,** quòd diminuta re etiam in parte adempta uel detracta aut deteriorata durat prior obligatio uel actio taliter, q̃ re diminuta non minuatur actio, vel obligatio, ut patet in l. si ego. §. fi. ff. de publ. ubi empta statua publiciana competit ad brachiũ detractũ. idem in domo empta: quia publiciana competit ad cemẽta postmodum ex domo facta, facit, quia prior actio competit ratione deteriorationis & diminutionis, seu ratione eius interesse, ut per Bar. & Cy. in l. exhibitionis. C. ad exhi & dixi late in præce. conclu. Ad idem est tex. in l. 3. §. si reddita. ff. com
104 mo. ubi gl. Albe. & Saly. dum ibi dicit, † quòd si res commodata reddatur diminuta uel deteriorata, durat prior obligatio & actio quò ad rem, & soluendum est interesse diminutionis & deteriorationis. Ad idem facit, quia solutio partis p fectè liberat pro parte soluta, & in reliquo prior durat obligatio & actio l. si stipulatus. §. 1. ff. de solut. & l. eum qui ita. §. pen. ff. de uerborum obl. l. si non sortem. §. fi. ff. de cond. inde. gl. & Doct. maxime Albe. & Saly. in l. 3. §. si reddita. ff. comm.
105 Cyn. & Bar. in l. exhibitionis. cum materia. C. ad exhi. † vbi autem quis esset debitor generis, puta hominis, non posset dare rem diminutam, puta seruum debilitatum l. qui sibi aut Titio. §. 1. ff. de solu. no. gl. in l. Iulianus. §. j. ff. de verborum oblig. & patet in l. si ex legati. ff. eo. titu. no. Bar. in l. cum quis. §. qui hominem. & l. si rem. & l. qui decem. §. fi. ff. de solu. & in d. l. exhibitionis. C. ad exhib. no. etiam in l. si a substituto. §. hæres. ff. de leg. 1. Reliqua ad propositum huius conclusionis supplentur ex his, quæ dicta sunt in præce. conclu. quæ omnino sunt videnda. & ex his quæ dicentur ꝺ. in 19. concl. dum tangam ad quem spectet damnum & periculũ diminutionis uel deterioratione.

Prædicta cõclusio fallit in his, quæ sunt in potestate detra
106 hentis l. si ex toto. in prin. ff. de leg. 1. ubi † si testator alienet partem fundi legati, in reliquo tantum durat legatum, quod est intelligendum iuxta l. fideicommissa. § si rem. ff. de leg. 3. & §. si rem suam. Inst. eo. facit l. huiusmodi. §. ædes. ff. de lega. 1. l. Męuius. § fundo. in fi. ff. de leg. 2. per quem tex. hęc fallẽtia bene declaratur. idem est, vbi testator ademisset simpliciter, uel alteri legasset partẽ fundi legati, vel rerum legatarum l. tabernam. l. filio in prin. ff. de adi. leg. l. pediculis §. pen. & fi. ff. de auro & ar leg. & l. in rerum. §. pe. ff. de le. 1. facit l. peculium. in prin. ff. de leg. 2. vbi si peculium legatum minuatur, vel familia legata, vel si a testatore seruorum legatorum officia mutentur, in reliquo tantum durat dispositio vel legatum. Ex
107 quibus iuribus insurgit subalterna conclusio: quòd † in his quæ sunt in arbitrij potestate diminutio inducit mutationẽ voluntatis tantum in detracto, & quòd in reliquo duret prior dipositio. Ad quod fortius facit alia regula subalterna, q̃ cassatio partis inducit in reliquis confirmationem, & quod cassatio vnius sit alterius confirmatio: vt not. maxime per Bal. in l. tribunus. per illum tex. ff. de testa. mili.

Hęc limitatio non procederet in hærede detrahente, in cuius potestate non est extinguere, vel minuere legatum. l. huiusmodi. § ædes. & l. quid. §. si hæres. & l. cum res. in fi. ff. de lega. 1. & l. Męuius. §. in fundo. & §. fundo. cum ibi no. ff. de leg. 2. not. in l. si exlegati. ff. de verb. obli. & dicam infra eo. in. 19. conclu. & latius in tracta. de interitu & peremptione.

Secundò fallit, nisi vbi forma ex diminutione extinguit, vt dixi in præcedenti conclu. 1. fallen. intelligendo vt per Paul. de Cast. in l. mortuo. ff. de leg. 2. & late dicam in materia peremptionis.

Tertiò fallit, vbi pars adempta est extincta, vel non appareat, vel vbi sumus in deterioratione, & periculum non spectat ad debitorem, quod quando sit, qualiter procedat, dicã. infra in 19. conclus. vbi dicetur, ad quem spectet dannum & periculum diminutionis & deteriorationis. Ex qua conclu. iuncta præcedenti oportet istam suppleri. Et ex hic & ibi dictis patet, quando procedat regula, quòd diminuta re diminuatur actio vel obligatio, de quo etiam aliquid in meteria augmenti, & in præcedenti conclu. in 5. limitatione. Et ex illic & hic dictis apparet, quomodo procedat regula, quod diminuto iure datoris minuatur ius acceptoris.

Decima octaua cõclusio sit, quòd

108 † diminuto relicto relicti commodo, minuitur proportionabiliter onus occasione rei relictæ impositum. Exemplum patet, primo quia diminuto legato diminuitur grauamen legatario impositum pro rata l. facta. §. Titius. ff. ad Trebel. l. pęnales. §. si Titio. ff. ad legem Falc. l. Plautius. ff. de cond. & demon. cum concor. ꝺ. allegandis. facit: quia portio, quæ hæredi decrescit, minuit onus legatorum d. l. Plautius. & l. & si cõtra ff. de vulg. & pup. substi. Et hoc maxime procedit, quando diminutio relicti causatur ex facto seu ratione personæ grauati: puta ex incapacitate grauati: cui factum est relictum: ut qa quis leget filio suo naturali, qui nõ est capax, nisi duarum vnciarum, fundum ascendẽtem ad quatuor uncias hæreditatis ipsius testatoris, adiecto onere quòd ipse filius naturalis det 10. Sempronio uel hæredi, quia cum non sit capax, nisi de dimidia parte relicti, non tenebitur nisi ad 5. quæ sunt pars dimidia de decem & oneris l. Plautius uer. item scinditur. cum glo. ff. de cond. & dem. l. ei qui non amplius. ff. de cond. & demonst. & quod dictum est de legato procedit etiam in institutione, ut quia filius naturalis instituatur in quatuor vncijs, & grauetur dare mihi 20. ducatos: quia nõ tenebitur nisi ad dimidiam illorum ducatorum 20. cum non sit capax nisi dimię partis, in qua fuit institutus: & hoc procedit non tantum si grauamen sit simpliciter iniunctum: ut quia ab ipso spurio sint mihi vel Sempronio 10. vel 20. legata: aut per uiam modi, ut quia relictum factum sit ipso filio naturali adiecto, one re per verbum, ut puta ut det mihi, uel Sẽpronio 10. vel 20. verumetiam si sit appositum onus per uiam conditionis: ut quia relictum sit spurio, si mihi, uel Sẽpronio dederit 10. uel 20. d. l. ei qui. cum ibi no. maxime per Bar. & per Doct. in d. l. Plautius.

Source : BIU Cujas

Plautius. illa autem 10. quæ minuuntur ex 20. ſi ſit cohæres naturalis, vel ſubſtitutus, præſtari debebunt per eos d.l.Plautius. ver. item ſcinditur. aliàs autem dabũtur filio naturali grauato, qui illa dabit iuxta diſpoſitionem teſtantis l. ſed ſi hoc. §. cuidam. ff de cond. & dem. taliter ꝙ in effectu plus non grauabitur naturalis vel incapax, vt declarat Roma. in d.l. ei qui. quamuis Paul. de Caſt. in d. §. cuidam. ſit perplexus. & quod dixi de incapacitate filij naturalis, procederet etiam, quando pater meus ſtatuiſſet bona in antiquiore de domo perpetuo remanere: nam ſi alteri relinquerem, quem grauarẽ, pro parte legitimæ teneret relictum, & non vltra unde grauamen eſſet proportionabiliter defalcandum ſecũdum gl. in d.l. Plau
109 tius. in verbo, capere. & ĩ. prox. dicetur. Vbi †autem diminutio cauſaretur ratione perſonæ grauari culpam adhibentis: tunc non minuitur onus: ut quia grauatus patiatur rem præſcribi ſecundum gl. in l. qui hæredi. §. ſi pars. ff de cond. & demonſt. facit regula iuris, damnum quod quis ſua culpa ſentit. Et ſub hoc membro continetur illa pars combinationis. Bar in d.l. Plautius. dum dicit, ꝙ quando hæres ab initio non eſt obligatus ad totum relictum propter perſonã legatarii, cui non poterat totum relinqui, onus iniunctum minuitur: eo quia cum hæres propter legatarium exoneretur, debet pati, vt legatarius pariter exoneretur. Iſta tamen deciſio Bart. non loquitur vbi iſte incapax eſſet alteri quàm hæredi dare grauatus, quo caſu ſm Bar. in d.l. Plautius ibi, ſed illis caſibus eſt dicẽdum, ꝙ ſi in vim modi, vel ſimplicis relicti ſit incapax grauatus, fiat talis defalcatio: ſi autem in vim conditionis, aut quis grauatur præſtare de ipſa re, & idem ſit, aut de alia re, vt ſi quis habeat fundum, & grauetur dare pecuniam: tunc non fiat defalcatio, niſi tantum ſuperſit grauato quod ſufficiat ad onus. Item prædicta procedũt: ſi diminutio relicti vſq; a principio ſit cauſata ex qualitate rei: ut quia ſit vſucapta pro par-
110 te: † nam legatarius dictæ rei grauatus partem oneris tãtum pro rata partis non vſucaptæ præſtabit l. qui hæredi. §. ſi pars. ff. de cond. & dem. ubi bonus tex. idem ſi diminutio contingeret: quia illa pars eſſet alienari prohibita, ut per gl. in l. Plautius. in verbo: capere. nec tunc vis eſt, an onus ſit iniunctum in vim modi, vel ꝯditionis, aut ĩ vim ſimplicis relicti, vt utrobique no. & per Dy. in d.l. facta. §. Titius. ff ad Treb. & eſt tex. in d. §. ſi pars. per quem tex. dicit Bar. in d.l. Plautius. idem eſſe vbicunq; facto teſtatoris cauſata eſt diminutio. ut qa teſtator partem legati ademit, uel alienauit. & no. gl. in d. §. ſi pars. vbi etiam per alios ſcribentes. Et hæc maxime procedunt, ubi quis eſt grauatus hæredi præſtare, quod ſi alteri puto diſtinguendum, ubi in vim conditionis relinquitur, an diminutio ſit in re, vel extra rem: in præcedenti uer. dixi in fi.

111 Item prædicta procedunt, ſi †ex impotentia facti cauſetur diminutio relicti, ſeu ex qualitate diſpoſitionis: quia pariter minuitur onus, vt in l. ab omnibus. §. ſi Titio. verſi. item ſi iuſſus. ff. de leg. 1. ubi teſtator legauerat fundum Titio, qui erat vnus hæredum, grauando illum dare 10. omnibus hæredib.. nam ex quo legatũ fundi pro ea parte pro qua eſt hæres, non valet, quia hæres pro parte dominus nõ poteſt ſibiipſi debere: pariter pro ea parte fiet diminutio de 10. nec tunc eſt dicendum, ꝙ hoc procedat: quia grauamẽ erat factum in vim ſimplicis relicti, vel in vim modi, prout uoluit Bar. in d.l. Plautius. volens ſecus eſſe, ſi factum fuiſſet in vim cõditionis: quoniam tex. eſt in contrarium, ꝙ hoc etiam procedit, vbi onus eſt iniunctum in vim conditionis in l. qui hæredi. §. Plautius. in prin. ff. de condi. & demon. nec tunc cadit diſtinctio, an qs ſit grauatus in re, vel extra rem: cum prætupponamus deberi grauamen hæredibus: vt patet in iuribus præalleg. iuxta ea q̃ dixi §. eo. ver j. in fi.

112 Item prædicta procedunt, quando †onus eſt præſtandum hæredi, & diminutio relicti cauſatur ex poſtfacto, eo quia hæres grauatus præſtare relictum licet eſſet a principio in totũ obligatus liberatur ex poſtfacto pro parte, vel propter debita ꝺcta, vel propter rem vſucaptã, vel aliter: quia illud quod occaſione relicti eſt per legatarium præſtandum, pariter & proportionabiliter debet præſtari diminutum d.l. qui hæredi. § ſi pars. ſecundum intellectum Bar. & d.l. Plautius. in prin. eo quia ſicut ipſe hæres exoneratur, debet pati, ut alius exoneretur: per tex in d.l. Plautius. verſi. Paulus reſpondit. & hoc (ut dixi) procedit, quando quis eſt grauatus ad onus erga hæredem puta de 10 habito fundo d.l. Plautius. in prin. vbi Plautius a liberto hæres inſtitutus rogatus fuerat habitis 10. a Titio ei hæreditatem reſtituere, cuius hæreditatis tertiam hodie, uel olim dimidiam patronus beneficio bo. poſſ. ꝺta. liberti auocauit. & ibi dicitur, ꝙ ſicut Plautius hæres de iure exoneratur a præſtatione fideicommiſſorum & legatorum pro ea parte quæ auocatur a patrono, ita debet pati, ꝙ Titius erga ipſum de ſumma ipſorum 10. pro rata exoneretur, nõ obſtante quòd eſſet in vim cõditionis grauatus: nam multo magis ſi in vim modi. vbi autem legatarius, vel fideicommiſſa-
rius non eſſet grauatus erga hæredem, prædicta ratio & prædicta deciſio non procedit. in hoc Bar. minus plenè loquerẽtur: vnde ſua conſideratio non eſt tenenda, niſi in caſu ſuo: ui delicet quòd vbi aliquid eſt hæredi præſtandum: qui hæres a principio inſolidum obligatus ex poſtfacto exoneratur, qa diminuto relicto diminuit onus, ut ſicut hæres exoneratur, ita etiam pati debeat alium exonerari.

113 Item hæres † qñque minuit ꝺ eum qui eſt ſibi obligatus, quandoque contra eum qui eſt erga alium grauatus ſeu alteri obligatus d.l. Plautius. uerſic. diuerſum. & ſi. & vltimo caſu diſtinguitur, an grauatus erga tertium ſit grauatus in re uel extra rem.

Item prædicta maxime procedunt, quãdo diminutio cauſatur facto teſtatoris, puta quia patitur, vel paſſus eſt rem vſucapi, nam tunc onus iniunctum etiam in uim cõditionis minuitur l. qui hæredi. §. ſi pars. ff. de cond. & demon. & idem ſecundum gl. ibi, & Bar. in d.l. Plautius. ſi teſtator legati partem alienauerit vel ademerit. no. per Dyn. in l. facta. §. Titius. ff. ad Treb. & hoc indiſtincte procedit, quando onus eſt hæredi pſtandum. ſi autem alteri perſonæ, puto hoc caſu diſtinguendum, ut dixi ſ. eo. ver. 1. in fi. an grauamen ſit in re, vel extra rem, quando eſt relictum in vim conditionis. Vbi autem diminutio cauſaretur defectu patrimonij cauſato facto teſtatoris, vt quãdo deducitur de legatis Falcidia uel Trebellianica, tunc ſi onus iniunctum eſt in uim modi, vel ſimpliciter, diminuto relicto diminuitur onus, ſecundum gl. Bar. & communiter ſcribentes in d.l. Plautius. ff. de cond. & demõ. Si autem in vim conditionis, tunc aut eſt præſtandum onus hæredi detrahenti, & minuto relicto onus non minuitur d. l. Plautius. ver. diuerſum. non facta differentia inter Trebellianicam, & Falcidiam, ſecundum Bar. ibi. poſt Dy. ratio eſt ſecũdum Bar.

114 ibi. quia † hæres habet detractionem Falcidiæ contra legatarium beneficio ipſius hæredis, & conſequenter priuilegium, quod habet ipſe hæres, non debet in eius læſionem reuerti, ita ꝙ non licet legatario uti dicto priuilegio contra hæredẽ l. ſi iudex. ff. de minor. ſed aliam rationem ibi aſſignat Pau. de Ca. uidelicet, quia cum legatarius habet ab hærede commodum, ex quo hæres poſſet abſtinẽdo priuare legatarium, unde uidetur plus teneri hæredi, licet ſecus ſit in ſeq. caſu ſcdm eũ, quæ ratio videtur mihi perſuaſiua & poſſe morderi. Aut eſt onus alteri præſtandum, ut quia teſtator legauit mihi 10. grauando me, ꝙ Sempronio darem 5. tunc aut grauamẽ eſt in ipſa re, vt quia relictum eſt in pecunia, & grauatus tenetur ad pecuniam, & tunc minuto relicto minuitur onus l. Plaut. in fi. & d.l. pẽnales. §. ſi Titio. ff. ad leg. Fal. & d.l. facta. §. Titius. ff. ad Treb. & l. ſi mihi ſtichũ. ff. de le. j. intelligẽdo tñ, niſi gra-
115 uatus ſit oneratus ſolidũ præſtare. d. §. ſi Titio. † Rõ diuerſitatis inter grauamen per viam conditionis & modi, uel ſimplicis relicti eſt ſcdm Pau. de Caſt in d.l. Plautius. ff. ad leg. Fal. quia cum emolumentum non acquiratur niſi impleta cõditione l. qui hr̃di. §. fi. ff. eo. & conditio voluntarie impleat̃, eſt imputandum implenti, quare ita voluit, cũ poſſit quis plus grauari in vim conditionis, q̃ commodum ſentiat l ſi cui fundũ ff de le. 2. non ſic in modo, vel ſimplici relicto, iuxta gl. & no. in l. 1. C. de his quæ ſub modo. & no. in l. huiuſmodi. in prin. ff. de leg. 1. faciunt quæ hñr in l. imperator. §. cum quidã. ff. de le. 2. uel ſcdm Bar. in d.l. Plautius. in vim modi annexũ cenſetur tanq̃ remuneratio, ut no. in l. ſi quis ſeruum. & in rub. ff. e. tit. de cond. & dem. non ſic in conditione. Aut grauamẽ eſt extra rẽ, vt quia legatus ſit mihi fundus, & ego ſim grauatus dare 10. annua Sempronio, & tunc diminuto legato non diminuitur onus, ſed teneor ad pręſtationem totius, ſi quod ſupereſt hoc patiatur, vel ſi non patiatur, teneor iuxta id quod ſupereſt l. maritum. §. 1. ff. ad le Fal. l. liberto. § j. ff. de adi. leg. & l. videamus. ff. ſi cui pluſquam per leg. Fal. & hoc probat optime tex. in l. ſi mihi ſtichum. ff. de leg. 1. ubi legatarius erat grauatus alternatiuè in re & extra rem, videlicet in dãdo ſtichũ legatum ſibi, uel Semproniũ meum ſeruum, dicitur ibi, ꝙ diminuto legato ſtichi per legem Fal. liberor dãdo qđ ſupereſt de ſticho, licet ſi uelim dare Semproniũ, tenear totum dare ſine aliqua detractione. Et quod dictũ eſt de Falcidia & Trebel. quando minuunt legata vel fideicommiſſa, procedit etiã ſcdm Bar. in d.l. Plautius. quando per licentiæ ſupplemẽtum, ue alio modo a lege introducto innueretur relictum, quod non habeo pro tuto, quia illud quod capitur iudicio teſtatoris, videtur in quartam imputandum l. quoniam nouella. C. de inoff. teſta. de quo in l. in quartam. ff. ad leg. Fal.

116 Item prædicta etiam procedunt † quando diminutio cauſatur a caſu & fortuna, quia diminuto relicto diminuit̃ onus ſecundum Bar. in d.l. Plautius. dum loquitur de diminutione patrimonij, & dum alleg. l. in quantitate. in prin. & §. j. ff. ad le. Fal. in quo caſu puto etiam adhibẽdam diſtinctionem, an in vim conditionis ſit onus adiectum uel non, & an onus ſit in re vel extra rem, ut proxime dixi.

Procedunt

Procedunt etiam prædicta, quando diminutio causatur facto tertij: ut in l. Plautius. in prin. ff. de condit. & demon. ut quia patronus aduocet partem hæreditatis liberti, qui aliū instituit, eum grauando, ut deductis centum hæreditatem. Sempronio restituat; quia fit diminutio de illis. ca. pro rata patrono debita d. l. Plautius. ubi Bar. in prin. idem si tertius usucapiat partem rei legatæ uiuo testatore: quia legatario grauato de dandis 10. fit pro rata defalcatio, etiam si in uim conditionis sit onus adiectum legato: ut ibi: & his casibus si
117 onus sit hæredi præstandum. Ratio est in promptu: † quia si cut hæres exonerat̃, ita debet pati alium exonerari d. l. Plautius in prin. ubi Bart. sed ubi alteri est facienda præstatio, dicta ratio non procedit unde in alio puto distinguendum, an in uim conditionis sit onus appositum, an in uim modi, uel simplicis relicti, & an sit in re uel extra rem: ut dixi supra uer. j. in fi. & supra eo. dum tetigi de diminutione causata facto testatoris. Et tandem in hac materia est mens testantis & onus apponentis consideranda, ut patet in iuribus allegandis infra in 3. limitatione.

Prædicta conclusio limitatur, ut procedat, quando diminutio superuenit post dispositionem, non autem quando onus principio est maius emolumento: quia est imputandū acceptanti cum onere, iuxta l. imperator. §. cum quidam. ff. de leg. 2. & gl. Bar. Paul. de Ca. & cōiter scribentes in d. l. Plautius. ff. de condi. & de. declarando ut in d. l. imperator. §. cum quidam. reliquum dicetur infra in 6. limitatione.

118 Secundo limitatur, ut non procedat † quando onus præstandum est indiuiduum: ut quia consistat in faciendo, ſm Pau. de Cast. in d. l. Plautius. circa fi. commen. ff. ad leg. Fal. & tunc ſm eum licet factum sit integraliter præstandum, cum pro parte factum non sufficiat, nec fieri possit: tamen commodum facti diuidetur: & est gl. quæ loquitur de implemento oneris insolidum in l. pœnales. in fi. per illum tex. & in l. maritum. §. 1. ff. ad le. Fal. uel dici potest, ꝙ tunc deuenimus ad æstimationem facti propter impossibilitatem, & diuidetur proportionabiliter æstimatio per l. si fundus mihi. cum ibi no. ff. eo. tit. facit l. fi. C. de condi. inser. & hoc mihi magis placet, q̃ ꝙ impleatur factū & cōmodū facti diuidatur, q̃n tale factum recipit æstimationem. pro quo facit, quod dixi in materia augmenti in 11. concl. de uasallo obligato ad aliqd indiuiduum dño suo, puta ire ad præliū: ut si sint plures dñi maxime concurrentes in seruitio, possit liberari præstando æstimationem: & in hoc prædictæ gl. non dicerent ueritatem, ꝙ diminuto relicto non diminuatur onus, quæ non abre reprehenduntur: licet credam illa bene sentire, quando est onus indiuiduum, cuius implementum concernit liber-
119 tatis præstationem, † ut si grauauero legatarium, ut seruum manumittat d. l. pœnales. §. si dum ille text. fundat se in æquitate & fauore libertatis, quicquid cum supportatione dicāt Doct. quo casū uel est imputandum acceptanti relictum & non consideranti, ꝙ minuto relicto præstare tenebatur omnino libertatem. uel ꝙ ideo lex putauerit fauendum libertati: quia legatarius commodum sentit propter patronatus quod remanet sibi in seruo manumisso: ita ut ex hoc iuncto fauore libertatis æquitas suggerat minuto relicto nihilominus seruum manumitti. Verum quia facta non sunt semper indiuidua. ut not. per Bar. in l. 2. §. item si ex facto. cum seq. & in l. 4. §. Cato. & late in l. stipulationes non diuidun tur. in 4. & 6. col. ff. de uerb. obl. ideo in factis diuiduis prædicta cessarent, ut etiam dixi in d. 11. concl. in materia augmenti, & ibidem in 10. concl. uer. ad prædictam concl. etiam facit.

120 Tertiò limitatur, ut non procedat † quando quis est grauatus præstare, uel implere onus in totum, uel pro solido ex uerbis uel mente: quia tunc minuto relicto non minuitur onus l. pœnales. §. fin ff. ad l. Fal. & ibi no. & in l. si mihi Stichum. ubi Pau. de Cast. ff. de leg. j. & tunc imputandum est legatario, qui cum haberet facultatem abstinendi, uel non acceptandi relictum, illud cum onere acceptauit. Vbi autem quis esset grauatus præstare totam rem, quam habuit, non esset proprie limitatio: quia non spectaret ad eius commodum, ita ꝙ de commodi diminutione frustra tractaretur, & uideatur Phi. Cor. post Pau. de Ca. in aut. contra rogatus. C. ad leg. Falc. facientes differentiam inter totam & rem integram Et est aduertendum: quia in hac materia lex uult testatoris mentem multum ponderari: ut patet in d. l. pœnales. §. fi. & in l. maritum. §. fi. ff. ad leg. Fal. & in l. liberto. §. j. ff. de annu. leg. & in l. cum pater. §. j. ff. de leg. 2.

121 Quartò limitatur, q̃n † onus est per modum ꝺditionis relicto appositum: quia minuto relicto non semper minuitur onus, quod q̃n sit dixi supra eodem, per discursum post gl. & Bar. in d. l. Plautius. Rōnem differentiæ assignāt ibi Bart. & Pau. de Ca. inter cęteros, quos retuli. supra hac eadem conclusione: per totum, maxime in 3. & 4. col.

Quinto limitatur, q̃n diminutio est in re relicta, & onus est extra rem: quia tunc minuto relicto non minuitur onus l. maritum §. j. ff. ad le. Fal. ubi relictus erat fundus, & legatarius erat grauatus dare summam. idem patet in l. pœnales. §. fi. sed̃m unum intellectum eo. ti. licet aliter intellexerim illum text. s̃. in 2. limita. Idem & clare patet in l. si mihi Stichus ff. de leg. j. & in l. l. liberto. §. fi. ff. de annu. lega. Tunc aūt quis non tenet̃ de onere p̃stare, nisi quatenus suppetunt ualor & redditus rei minutæ: ut in iuribus p̃alleg. & maxime in d. l. maritū. §. j. pp quod intellectus Doct. qui dat̃ ad d. l. pęnales. §. fi. dū loquit̃ de seruo manumittēdo nō pōt procedere. sed ille quē dedi. s̃. in 2 limi. Et hęc ꝓcedunt in onere apposito ꝑ modū ꝺdōnis, non aūt in uim modi, uel simplicis relicti: ſm Bar. in d. l. Plautius. post glo. & dixi. s̃. eo. in prin. in uer. j. in fi.

122 Sextò limitatur, † qñ ex qualitate relicti non pōt dici totū minutum, licèt uerborū generalis & indiscretus sermo aliter sonet; ut si testator legauerit mihi fundum quem cōem cum alio habebat, grauando me, ut darē 10 Titio. nā nō minuit onus, eo ꝙ non debeatur nisi medietas, iuxta l. serui electione. ff. de legat. j. ſm Bart. in d. l. Plautius. ff. ad le. Fal. q̃ limitatio nō est proprie limitatio, cum relictum minui dicat̃: & uenit ad supplementum primæ limitationis supra positæ.

Septimò limitatur, quando culpa grauati commodum esset minutum supra eo. & 5. alijs conclusionibus.

Octauò limitat̃ nisi in grauamine alimentorū ſm gl. in l. maritū. §. j. ff. ad le. Fal. & in l cū pater. §. j. ff. de le. j. sed illa glo. ibi reprobatur. Alias limitationes adde ex 16. concl. in fine.

123 **Decimanona conclusio** sit, ꝙ † concessum uni censet̃ alteri diminutū uel ademptum l. quod in rerū §. si quis post. in fi. ff. de lega. 1. ubi si de fundo legato aliquid adimā, quod alteri fundo non legato destinem, illud uī a fundo legato ademptum, ita ut non cedat legato. ad idem facit tex. in l. trā slato. ff. de adimen. leg. qui dicit, ꝙ si rem uni legatam, alteri legem, prius legatum tollitur. facit tex. in l. si duo. ff. de admituto. ubi pars rerum pupilli commissa uni tutorum ex diuisione tutelæ per regiones ab alterius administratione vī diminuta. facit l. dñicis. C. ubi cāæ fiscal. dum ibi dñici coloni & patrimoniales ab aliorum iurisdictione eximuntur ex cō missione facta perfecto, ad quod facit c. studuisti. de offi. leg.
124 † ubi generalis iudex prouinciæ non pōt cognoscere de cā specialiter a Papa commissa. Quod inducitur per Bal. Cu. Paul. de Cast. Are. & moder. in d. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de lega. j. ad quæstionem, quæ uiguit inter archiepiscopum Mediolani & fratres humiliatorum: nam dicti fratres impetrauerant a summo Pontifice unum de ordine suo qui haberet eos uisitare, ut ex hoc aschiepiscopus eos amplius uisitare & corrigere non possit sicut ante consueuerat. Pro quo facit quod no. Bald. in l j. j. q. ff. de offi. consul. dum ꝙ cludit, ꝙ specialis uisitator derogat generali, sequitur Ang. in l. testamenta omnia. de testa. & Bal. in aut. habita. ul. colu. C. ne filius pro pa. ubi dicit hoc procedere, quando specialis uisitator est datus ad postulationem impetrantis & non motu proprio superioris· facit quia generi per speciem derogatur l. uxorem §. Feliciſſimo. ff. de leg. 3. c. dudum. & c. cum qs. de præb. in 6. & in regula generi per speciem. de quarum decisionum ueritate, & an per iurisdictionem uni concessam uideatur diminuta in eo casu iurisdictio alterius etiam generalis, ita ꝙ uideatur concessa priuatiue & non accumulatiue, late ponit Ro. in consi. 393. inci. præsens consultatio. & do. præceptor meus in d. §. si quis post. & pleniſſime Feli. in c. pastoralis. de offi. ordi. cum concor. per eos allega. post Bal. in l. j. §. ubi autem. 2. colum. C. de cadu. tol. Et in proposito huius conclusionis est bonus tex. in l. si cui ædes. ff. de lega. 3. in fi. faciunt, quæ dico in materia de toto & parte, ꝙ pars derogat integralitati: & supra eo. 16 conclu. in prin. Et hæc conclusio in ultimis uoluntatibus adeo procedit, ut esto
125 † ꝙ concessio sit nulla uel inefficax: nihilominus operetur diminutionem l. legatum sub conditione. §. j. ff de adi. lega. ubi si testator legauerit filiæ hortos instructos, & demum uxori donauerit aliquos ex seruis horti: licèt donatio non teneat, nihilominus ualebit legati diminutio. ad quod est etiā bonus tex. in l. & si inutilis. eo. ti. ubi inutilis translatio perimit legatum. & rationem differentiæ inter contractus & ultimas uoluntates no. ibi Bar quæ materia est intelligenda: ut ibi, & iuxta no. in l. ex pluribus, maxime per Pau. de Cast. & Are. ff. de leg. j. Et sic diminutio nulla facta in actu nullo seu dispositione nulla, nihilominus operatur diminutionē in legatis: secus in hæreditate in testamento nullo diminuta l. hæredes palam. §. si quid post. cum seq. ff. de testa. Et si diminutio legati irritetur pœnitentia, ex hoc non inducitur confirmatio partis diminutæ in primo legato l. filio. §. j. ff. de adi. lega.

Prædicta conclusio limitatur ex his, quæ notant Feli. late in d. c. pastoralis. & moderni in d. §. si quid post.

Source : BIU Cujas

Secundò limitatur,niſi ꝯceſſio facta uni'de eo quod ad alterum ſpectat fuerit non gratia adimendi ſed ad maiorem
126 prouiſionem, per l. quoties.§. fi,ff.de admi. tut. † ubi tutor datus ad augmenta bonorum, quæ pupillo ſuperuenerunt, puta ad hæreditatem maternam, non facit quo minus ipſæ res ſint ſub tutela priorum tutorum: quia ad maiorem prouiſionem & cuſtodiam rerum pupilli datus eſt nouus tutor.

Tertiò limitatur,ut non procedat in dubio in relictis duobus factis de una re inſolidum in una diſpoſitione: ut ſi quis mihi relinquat domum, & ipſam in ipſa diſpoſitione relinquat Titio: quia uidetur unicuique dimidiam reliquiſſe, ſi uterque uelit legatum,uel poſſit acceptare l.1.§.ſin uerò nõ omnes.cum concor.C.de cadu tol.niſi adſit dictio correctiua l.ſi ita ſcriptum fuerit,Titius.in prin.ff.de hære .inſti.

Quartò limitatur quando conceſſio ſequen eſt conditionalis: quia ante impletam conditionem non cenſetur adem ptũ l.quod alij.ff.de adi. lega. Alias limitationes poterit quis colligere ex diſcurſu tit.ff.de adi.lega.

127 † An autem diminutum uni cenſeatur alteri conceſſum dicendum eſt ꝙ non,per iura alleg.ſupra eo.in 14.concl.j.fal len. & per tex.in l. ſi adimendo. ff. de adi.lega. ubi adempto legato ſimpliciter remanet apud hæredem cum ſuo onere: quod eſt intelligendum,niſi contemplatione alterius ſit facta ademptio. l. filio.§. 1. ff.de adi. leg. cum ibi not.per glo. & Docto.

An aũt ſublato onere cenſeatur ſublatum legatum, & econtra habetur in d.l filio. §. 1. & in d.l.ſi adimendo.& in l. alumnæ.§ filia.& in l.pecuniæ.ff. de adimen.lega.maxime ꝑ Bart.& in l.codicillis.in princi.ff.de leg.2.

128 Vigeſima concluſio, ꝙ † damnum & periculum diminutionis ſeu deteriorationis ad quem ſpectet,& an ad debitorem uel creditorem, dependent ex uarijs figuris cauſarum.& poteſt fieri concluſio, ꝙ regulariter ſpectet ad eum, cui res pertinet, ſeu ad dominum rei,uel creditorem, aut cui res eſt peruentura l.cum inter. & l. 1. C. de per.& com. rei uen. & l. id quod.in prin.ff.c. ubi damnum contingens in re uẽdita poſt perfectam uenditionem ſpectat ad emptorem,& in diminutione eſt tex.in l.Lucius ff.de euic.ſed ante perfectam ad uẽditorem: ut ibi & l.neceſſario.ff.eo.titu.& l periculum ff.de pig.& quando dicatur perfecta,declarat tex. cum glo. & ibi no.in d.l.neceſſario. in prin. ff eo.ti & hoc procedit, etiam
129 † ſi emptor teneat rem conductionis titulo, quouſque pretium ſoluerit, quia damnum interea contingens cedit periculo uenditoris,qui eſt dominus:niſi culpa emptoris contingat l.ſerui emptor.ff.de peri.& com.rei uendi.& in permutatione ac contractibus innominatis cum in eis ſit locus pœnitentiæ re integra, damnum ſpectat ad permutantem: ut per Bal in rub.C.de peri.& com. rei uen.ubi idem dicitur in diuiſione,per l.ſi familiæ.C.fa.er.facit de contractu innominato l.fi.uer. & ideo cum ibi allega.in 2. not, ff. de condi.ob cau.de quo etiam traditur in leg.quod te. ubi do.præceptor meus in 4.col ff.ſi cer.pet.faciunt quæ dicam infra in 8 limi- limitatione.Et damnum datum in re communi ad omnes ſpectat l. ſi ut re communi.ff. de noxa.l.ſeruum.§.ſocius.& l. cum duobus.§.1.& §.damna. ff. pro ſocio. Idem in legatis l. non amplius.§.1.& l.quid ergo.§.ſi hæres. & §. fin. & l.cum res. §.1.cum ſimi.ff.de leg.1.& l.grege.eo. tit.& §.ſi grex.In-
130 ſti. eo. Ad idem facit † quia bonæfidei poſſeſſor conuentus rei uendicatione uel petitione hæreditatis, non tenetur de deterioratione, ſi dolus uel culpa ei imputari non poteſt l. non ſolum.cum duo.ſeq.& l.ſi a bonęfidei.ff. de rei uen.& l. illud.ff.de peti.hære. cum ibi no. taliter ut bonęfidei poſſeſſor conuentus petitione hæreditatis,ſi pendente iudicio deſinat ſine dolo uel culpa poſſidere partem rei petitæ,non ſit ultra quam poſſideat condemnandus l. ſi quo tempore. uer. ex diuerſo.eo. titu. de peti.hære intelligendo ut ibi not.iunctis his quæ dicam.infra ea.conclu.in 2.& 3.limit. Facit l.pi-
131 gnus in bonis.C.de pig.act.iuncta l.creditor. eod. titu.† ubi damnum & interitus rei pignoratæ ſine uitio & culpa creditoris obuenta cedunt periculo domini pignoris. Idem in re commodata l.1.C. eo.cum concor. ibidem no. Idem in depoſito:ut in l.1.§.1.ff.depoſi. & Inſti. eo. §. & hæc eſt una ratio, quare periculum ſpectat ad locatorem, & non ad colonum:quia colonus non eſt dominus. Ideo interitus damno cedit locatoris l.ex conducto.& l.maritus.& l.ſi fundus.cum glo. in uerbo,nihilominus.ff.loca nam in fructibus, in quibus habet dominium,ut quando ſunt a ſolo ſeparati,periculum bene ſpectat ad eum. & declarat Bal.in rub. C. de peri. & com.rei uen. uerſic.ſed quæro.not.Bart. in l. 1. C. de iure emphy.

Et in hac concluſione eſt aduertendum ſecundum Bal in rub. C.de peric.& com.rei uen. & Bar. in l. exhibitionis.per
132 diſcurſum.C.ad exhiben.ꝙ † damnum & diminutio multipliciter contingunt, quandoque in re, quandoque de re, quandoque circa rem,quandoque extra rem: & aliter,ut ibi per eos:& infra hac eadem conclu.per diſcurſum.

In dote autem eſt diſtinguendum, an res dotalis ſit æſtimata,uel inæſtimata l.æſtimatæ.ff.ſol.mat.l.quod ſi per eam. ff.de iu.do.iunctis no.in l.ſi inter.C. eo. & in l.ſi æſtimatis. ff. ſolu.mat.

Et hæc concluſio maxime procedit,quando creditor,uel dominus rei foret lucrum,augmentum,uel emolumentum habiturus: quia onus diminutionis & deterioratione ad eũ ſpectat l.ſecundum naturam.ff. de reg.iur.& l.rationi.eo.tit. in 6.& l.& ſi non fuerit.§. 1.ubi pulcher tex.ff.pro ſo.cum cõ cor.alle.ſupra eo.in 5.conclu.1.col.ubi dixi,quandoque contrarium eſſe ex diuerſitate rationis & ſpecialitate caſuum.
123 Hinc uidemus,ꝙ † ſicut ad emptorem poſt emptionem perfectam ſpectat augmentum accedens, pariter ſpectat damnum diminutionis & deteriorationis l. id quod. in prin. & l. neceſſario.in prin.& §.ꝙ ſi pendente in fi.ff.de peric.& com. rei uen. & l.1. C.eo. & §.ſed ſi poſt.Inſti. de contrahen.emp. cum concor. facit l.mille. ff. de euic. de qua dixi in materia augmenti in 23. conclu.cum præce.Et quando ad prædictũ effectum dicatur emptio perfecta, ponunt glo.& Doc.in d. l.neceſſario .in prin. Ad prædicta facit econuerſo l.ſi merces. §.uis maior.ff.loca.ubi damnum diminutionis tunc ſpectat colono debitori, quando ad eum ſpectat emolumentum augmenti,ſimile dicimus de emphyteuta,quia ſuſtinet damnum diminutionis rei emphyteuticæ; quia ad eum ſpectat emolumentum augmenti l 1.cum ibi no.C.de iu.emphy.licèt Bart. & alij multum laborent in l.1.C. de iure emphy.de ratione diuerſitatis inter emphyteutam,ꝙ damnum totius ad eum non ſpectet, & non ita ſit in uenditione: quia damnum totius ad emptorem ſpectat pariter & partis, ut ibi per
124 eos. Illud aũt certum eſt † ꝙ ad effectum proprietatis ſemper interitus ſine culpa ꝺductoris obueniente damno cedit locatori l.ex conducto.& l.ſi fundus.cum glo.in uerbo,nihilominus.& l.maritus.ff.loc.unde eſt diſtinguendum inter interitum quò ad fructus. & quò ad quantitatem & ualorem proprietatis.& de his & alijs plene dixi in materia augmenti 13.& 14.concl. facit quia re deteriorata minuitur cuictio,ſicut nec ea bonificata uel aucta augetur l.ex mille. §. 1. ff. de euict.cum bonitas, quæ ineſt tempore ꝺctus inſpiciatur l.1. & l.bonitatis.eo.tit.de quo etiam dixi in materia augmenti. 21.& 22.& 26.concl.Simile patet in lege Falcidia:quia ſi patrimonium mortuo teſtatore minuatur,ita ꝙ a principio locus non fuiſſet detractioni Falcidiæ: nihilominus legata integra erunt præſtanda, ſicut aucto patrimonio poſt mortẽ teſtatoris non propterea ceſſat in reliquo Falcidia de mero iure l.in rõne loci.in prin.& l.in quantitate.in prin.§.j.§.ff.ad leg.Fal.licèt ſm tex.ibi,hæres recuſando adire,poſſit eo modo legatarios inducere ad compoſitionem. Et quid in Trebellianica, habetur in l. deducta.§.ante diem . ff. ad Trebel. Quid aũt in licẽtia an minuatur diminuto patrimonio.Ale. in d.l.in ratione.la 2.in prin.in 3.conc.poſt Pau. de Caſt.

125 Secundò prædicta concluſio maximè procedit † quando ille cui eſt res debita fuit in mora capiendi: quia ad eius damnum cedit diminutio & deterioratio contingens ſine culpa debitoris l. ſi pro emptore. & l. lectos. & l.illud. ff. de peri.& com.rei uen.& l.2.& l.cum inter.C.eod.titu.qui text. loquuntur in emptore moroſo capere, ut ad eum damnum deteriorationis & interitus ſpectet. Idem in muliere moroſa dotem,quæ debet reſtitui,ſeu rem dotalem capere l.ſi mora.iuncta l.ſemel mora.cum ibi no.ff.ſo.ma.ubi tãgitur,qualem tunc diligentiam uel culpam debitor præſtare debeat: quod procedit etiam ſi primò debitor fuiſſet in mora,& poſtea creditor:quia damnum contingens poſt purgatam moram debitoris cedit ad incommodum creditoris l. illud. ff. de peri.& com.rei uend.& habetur in d.l. ſi mora.& l.ſemel mora.Facit quod dicimus de roncino commodato uel locato deteriorato,ut ſi commodatarius,uel conductor illum uelit reſtituere, maxime cum intereſſe deteriorationis & creditore recuſante capere conductor eum dimittat coram domo domini, qui fugiat uel ſurripiatur, uel ſi ponat ſuper hoſpitio,& moriatur, ut hoc cedat ad damnum domini: ut per Barto.in l.qui ſibi.§.j.ubi alij.ff.de ſolu.& dico.infra eo.in 12.fallen.

136 Tertiò prædicta ꝯcluſio † procedit in deterioratione, diminutione,uel damno a caſu & ſine mora uel facto debitoris ꝯtingente ẽt ſine mora creditoris l.quod te.ff.ſi cer.pe.cũ ibi no.& l.fi.C.de peri.& com.rei uen.ubi mors ancillæ uenditæ a caſu, & non ex præterito uitio contingens, cedit ad damnum emptoris.eſt tex. in l. cum ſpeciem.C.eo.facit.§.at is Inſti.quib.mo.re contrahi.obliga.ubi bonus tex.dũ dicit, culpã præcedere caſum, qñ quis rem periculo expoſuit: ut quia cũ re iuit peregre, uel ubi incurſus erat hoſtium,uel qa naufra-

Source : BIU Cujas

naufragio exposuit idem patet, si res debita incendio perijt, uel negligentia seruorum: cum incendium culpa inhabitantium plerunque committatur. & ad hanc limitationem est gl. in d. l. necessario in prin. ubi Sali. ff. de peri. & com. rei uen. Et quando culpa præcedit casum, uel ex præterito uitio casus contingat aliquid dicam in 5. ampliatione, necnon in 2.

137 fallen. † Et an debitor teneatur probare casum, an uerò creditor uel dominus culpam aut dolũ, tradit Bal. in l. cum ita. §. species ff. de le. 2. cum concor. de quibus per Alexan. consil. 158. incip. in causa & lite. 2. uol. post Bar. in l. si quis ex argentariis. §. prohibet ff. de eden.

Est tamen aduertendum; quia si debitor damnificauerit rem, & postea casu uel facto alterius interierit: ille casus non excusabit debitorem: ut est text. in l. huic scripturæ. §. 1. ff. ad l. Aquil. facit l. si prius. cum ibi not. ff. loca.

138 † Cæterum interitus contingens ex causa de præterito non nocet debitori in causa lucratiua, ut per Bar. in l. si rem. ff. de solut. & l. in ratione. §. imperator. & seq. ff. ad le. Fal. secus in actu oneroso, ut per Bart. in d. l. si rem.

Quid autem si testatoris uoluntate contingat aliquid ab hærede fieri diminuens legatum, hoc cedit ad damnum legatarij l. quid ergo. §. si hæres. uer. si quidem. ff. de le. 1. facit l. si domum. in princ. & §. 1. ff. loc. Idem est, si facto ipsius rei debitæ damnum contingat: ut quia contingat seruum legatum ab hostibus capi. l. quid ergo. §. fi. ff. de leg. j. An aũt factũ serui dantis dãnum in re legata uel re uẽdita cohæredis, noceat dño uel cohæredi, patet in l. si hæredis seruus. ff. de le. 1.

Vltimò quia prædicta iura magna ex parte loquuntur de periculo interitus: ut nõ spectet ad debitorem. & quia dum tangam de interitu & peremptione, remittam me ad hanc conclusionem, quæ est communis ad periculum diminutionis, deteriorationis, uel interitus. Sunt aliæ ampliationes ultra præmissas, in quibus debitor liberatur ab obligatione p interitum, uidelicet quia procedit etiam in eo qui tenetur ad factum l. 4. in fin. & seq. ff. qui satisda. cogan. & ibi Pau. de Cast. ubi liberatur promittens de iudicio sisti per mortem eius qui sistere debebat: facit l. 4. in prin. ff. si quis cau.

139 Quarto prædicta conclusio procedit † qñ facto tertij sine facto & culpa debitoris seu mora ꝓtingat diminutio & deterioratio d. l. cum speciẽ. C. de peri. & com. rei uẽ. & l. arbitro. §. fi. ff. de dolo. & l. lege Aquilia. in ult. charta. ff. ad leg. Aqui. idem est, si ille tertius sit fideiussor l. fideiussor. ff. de dolo. q̃ Bar. legit cum d. §. fi. An aũt debitor teneatur de culpa sui singularis successoris, est tex. in l. Iulianus. ff. de rei uen. & ibi notatur: qũo autem & qua actione succurratur damnum passo, patet ex not. p Bar. in d. §. fi. iuncta l. seq. & in l. Stichus certa die. ff. de uer. obli. ubi Bar. hanc materiam examinat, & ibi an debitor damnificatus teneatur cedere actionem creditori. Et diceretur damnum datum culpa debitoris, si esset datum ab eius inimicis, quorum inimicitia fuisset causata culpa ipsius debitoris l. si merces. §. culpæ. ff. loca. & l. pe. in prin. ff. solu. mat & not. maxime per Bart. in d. §. fi. ubi idem dicitur de dato damno odio creditoris. & per Bar. in d. l. si Stichus certo die. Et si debitor primò damnum dedisset, & postea res facto tertij perijsset, propter hoc debitor non liberaretur a præstatione damni l. huic scripturæ. §. 1. ff. ad le. Aquil. & multomagis debitor liberatur, quando ipse creditor damnum intulit, ut in l. legis. in fi. ff. ad leg. Aquil. no. per Bar. in d. l. Stichus certo die. ubi tangit, an creditor eo casu possit a debitore in aliquo conueniri. faciunt not. per ipsum Bart. in d. §. fi. An autem mora unius noceat alteri, habetur in l. mora. ubi tex. ff. de uerbo. obli.

140 Quintò prædicta conclusio maxime procedit † quando diminutio est extra rem; quia non pertinet ad onus debitoris etiam morosi, sed creditoris l. si sterilis. §. cum per uenditorem. ff. de actio. emp. ubi Bar. & in l. fi. ff. de eo quod cert. loc. & in l. j. in 10. col. C. de sen. quæ pro eo quod interest. cũ concor. facit l. socium qui in eo. §. fi. ff. pro soc. Quod intelligendum est, nisi interesse extra rem contingat uitio rei, seu ex maleficio: quia ad illud tenetur uenditor emptori l. Iulianus. in prin. ubi Barto. ff. de actio. empt. l. si uina quæ in dolijs. ff. de peric. & com. rei uen. no. Bar. in l. 1. 4. colu. C. de sen. quæ pro eo quod interest. not. Bald. in l. 2. C. eo. tit. no. in d. l. 2. & fi. ff. de eo quod cer. loc. ubi hæc materia latius traditur: & in d. l. j. C. de sen. quæ p eo quod inter. Quid autem sit de amissione spei lucri. tex. & scribentes in l. Proculus. ff. de dam. infec. solet tradi in l. 3. §. in fideiussione. cum l. sequẽti. ubi Ale. ff. qui satisdare cogan.

Sexto prędicta conclusio procedit non tantum in obligatione pura, iuxta l. si ex legati. ff. de uerb. obl. & l. quod te. ubi Bart. in 3. oppo. ff. si cer. peta. uerum etiam si res sit debita in diem l. si Stichus certo die. ff. de uer. ob. l. necessario. §. q̃ si pẽdente. ff. de peri. & cõ. rei uen. & l. cum filius. §. fi. ff. de uer. ob.

Septimò secundùm Bal. in rub. C. de peri. & com. rei uen.

141 † periculum & damnum ex natura contractus uel rei uendi tæ proueniens ut in emente usumfructum l. necessario. § fi. ff. de peri. & com. rei uen. uel proueniens ex qualitate personarum, semper sequitur emptorem scientem qualitatem rerum uel personarum. facit l. lex uectigali. ff. de pig. & l. si quis fundum. § & hoc subiungi potest. ff. loca. & l. si uina. § planè. ff. de pe. & com. rei uendi.

Octauò procedit prædicta conclusio, etiam si debitor rei sit in malafide sciens se teneri ad rem creditori; quia nisi cõcurrat mora, ut quia sit interpellatus, nõ tenetur de damno & interitu rei, ut per Bar. & Doct. in l. quod te. ff. si cer. pe. & Bal. post Cy. in l. nec interest. C. quod met. cau. per text. in d. l. quod te. & in l. si a domino. §. si prædo. ff. de pet. hæred.

Nonò procedit, etiam si ante moram procedat interpellatio debitoris l. cum filius. §. fi. ff. de uer. obl. solet tradi in d. l. quod te. ff. si cer. pe.

142 Decimò procedit, etiam † si damnum & diminutio uel deterioratio sit ob hoc, ꝙ res desinat esse in commercio nostro ante moram: quia debitor liberatur l. si mihi alienum. ff. de solu. l. si rem alienam. ff. de uer. obli. & l. si seruum in prin. eo. ti. secus si facto debitoris per l. quid ergo. §. si hæres. & fin. ff. de leg. j. Idem si pecunia reprobetur ante moram: quia sufficit debitori de illa soluere, secũdùm Bar. in d. l. quod te. ubi etiam alij & plene dixi supra in tract. de augmento in ult. cõclu. ubi tetigi materiam monetarum in 2. ampliatione.

Vndecimò prædicta conclusio maxime procedit, quando creditor, seu dominus futurus suscipit in se periculũ & damnum l. si uenditione. ff. de peri. & com. rei uen. qui tex. loquit in emptore uini sub ꝺditione suscipiente in se periculũ.

Duodecimò procedit, etiam si damnum procedat facto debitoris iusta l. qui seruum. §. 1. ff. de uer. obl. l. quid ergo §. si hæres hominem ff. de leg 1.

Decimotertio & fortius si procedat a creditore, ut dictũ est in 4 ampliatione.

Decimoquartò procedit hoc non tantum si res sit perempta, uerum etiam si non reperiatur, ubi sit l cum res ff. de leg. 1. l. cum ita legatum. § species. ff. de leg. 2. intelligendo ut infra in 21. fal. & in l. cum res § itaque. ff. eo. ti.

143 Decimoquintò procedit † non tantum si res desinat exta re, uerum etiam si difficilis sit eius persecutio; quia non nisi cum magna difficultate haberi possit secundùm Bal. post Cy. in l. cum a matre pen. col. C. de rei uen. per tex. in l. cum plures. §. uestimenta. ff. loc. & in l. non dubium. §. fi. ff. de sol. Alex. in l. cum res. in prin. ff. de leg. 1. & l. quid ergo. §. penul. ff. de leg. 1. intelligendo ut ibi.

Quid autem sit, si res auocetur a creditore: est alia materia, de qua per gl. & Bar. in l. si rem. ff. de sol. & l. Neratius. ff. de condi. indebit. Et si uulneratus lætaliter. maturius alia ex causa pereat, non dicetur a me infectus l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. & si testator minuat, facit l. si ex toto. in prin. ff. de le. j.

144 Prædicta conclusio fallit † ubi debitor suscepisset in se periculum & custodiam, ne res diminueretur, uel deterioraret̃ l. j. C. com. & l. j. uer. aũt. & l. si in uenditione. in prin. & l. si uina. § custodiam. cum l. seq. ff. peri. & com. rei uen. & in pignore, no. gl. in l pignus in bonis. C. de pig. act. In eo aũt qui ratione officij tenetur ad custodiam, dicendum est, ꝙ teneatur de casu, nisi illum probet, prout esset publicus caprarius, ut p Bal. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. & late per Alex. in consi. 298. incip. in causa & lite uertente inter Ludouicum. qualiter aũt custodia requiratur in eo qui suscepit, Bart. in l. qui mercedẽ. ff. loca. per illũ tex. uideat̃ l. si uendita. ff. de peri. & cõ. rei uendi. per quæ aũt uerba uideatur susceptũ periculũ, no. maxime per Bal. & Sali. in l sicut. C. de actio. empt. & an sufficiant uerba generalia, no. late in l. sed & si quis §. q̃sitũ. ff. si qs cau. uult glo. in l. 1. C. commo. cum concor. ibi allegatis.

145 Scđò fallit, ubi † debitor damnũ intulit l. non solũ. ff. de rei uẽ. l. si ex legati. & l. si seruũ. § j. ff. de uer. obli. cũ ĩfinitis ꝙcor. uel qñ fuit in dolo, uel culpa, seu cã diminutiõis & deteriorationis l. qd ergo. §. hæres. & fi. ff. de l. 1. ubi dant̃ plura exẽpla. & l. si qis uina. in prin. & l. si uendita. cũ. 2. seq. ff. de peri. & cõ. rei uen. ubi damnum ꝓtingens in re uendita, qñ uẽditor fuit in dolo, uel culpa, spectat ad uenditorẽ. idem in pignore. gl. in l. pignus in bonis. C. de pig. ac. p tex. in l. si nulla. & in l. creditor. eo. ti. q̃ loquunt̃ de re deteriorata extincta. facit l. in cõmo. §. fi. ff. cõmo. quæ loquit̃ in eo qui perdidit rem cõmodatam. Item in dote reddenda l. si filiofamilias. §. maritũ. & §. si uir. cũ ibi not ff. sol. ma. & l. si ꝓstante. §. si maritus. ff. co. qualis aũt culpa exigatur, an leuis, uel alia in ultimis uolũtatib⁹, patet in l. cũ res. §. culpa. ff. de le. j. in dotalibus rebus no. gl. in l. si mora. ubi alij. ff. sol. ma. per l. ẽt. §. licet. eo. ti. & in l. in rebus. ff. de iu. dot. & est longa materia tradita in l. qd Nerua. p Bar. ff. depos. & p Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pi. act. & qñ culpa est ordinata ad casũ fortuitum: est tex. in l. at his. Insti. qui. mo. re ꝺhi. obli. cum concor. alleg. per glo. 2. in l. j. C. cõ-

Source : BIU Cujas

146 mo intelligendo ut in l.utique. §.fi. ff.de rei uen. † uidelicet ſiquis utatur re ad uſum deſtinatum: ut non dicatur in culpa: puta naui in nauigando: & quando culpa ſuccedit poſt moram creditoris,eſt tex.in d.l.ſi mora.& ibi traditur de ipſa materia. An autem debitor teneatur de culpa ſui ſingularis ſucceſſoris:& patet ēt in l.Iulianus.ſecundum unam lect. ff.de rei uen.Quis autem teneatur probare uel debitor casū, uel creditor,aut dñs rei culpam,uel dolum debitoris:dixi ſupra in 3 ampliatione. & eſt hic aduertendum, ꝙ ſi hæres in beneficium aliquid faciat propter quod legatum minuatur, hoc cedit ad ipſius hæredis onus:dummodo ex expreſſa uoluntate teſtantis hoc non faciat:ut eſt tex.notabilis in l.quid ergo,§.hæres.uer.ſed ſi mortuum.ff. de le. 1.qui tex.loquitur ēt, ubi hæres aliàs commode facere non poterat.Et prædicta intelligenda ſunt: niſi debitor qui damnum dedit:iuſta cauſa hoc fecerit l.ſi ſeruum. §.j.ff.de uerb. obli. cum ibi no.
147 & l.quid ergo.§.ſi hæres hominem.ff.de leg.1.†Et non dicitur in culpa qui facit quod eſt conſuetum, uel quod maior pars hominum facit in dicta lege pignus in bonis. Et plures alios caſus numerat Bal.in d.l.quæ fortuitis.ult.col.uerſi. modò ſequitur uidere.Cęterum Bal.in l.2.C.de peri.& com. rei uen.diſtinguit ſex caſus,ad quos uenditor emptori tenetur: & in quolibet declarat, an & quomodo dolus uenditoris non habet nocere emptori bonęfidei.

Vltimò eſt aduertendum, ꝙ debitor damnum dans non liberatur. eſto quòd alterius facto res perierit l.huic ſcripturæ.§.1.ff.ad l.Aquil.facit l.ſi prius.ff.loca.

Tertiò fallit,ubi debitor fuit in mora tradendi l. mora. & l.ſi ſeruum.in prin.ff.de uer. obl. & l. cum inter. C.de peri.&
148 com.rei uen.& l.ꝙ ſi neque.& l.illud ff.eo.ubi † damnum ꝯtingens in re uendita poſt moram emptoris in illam capiendo ſpectat ad ipſum emptorem. ſimile in re quæ uendicatur a malęfidei poſſeſſore:uel ubi agitur petitione hæreditatis l. non ſolum.cum 2.ſeq ff.de rei uen.l.illud.ff. de pe.hær.ſimile in dote danda l.ſi rem.ff.de iu.dot. & idem in dote reſtituenda, quando mulier fuit in mora capiendi l. ſi filiofamilias. §. ſi poſt.& l.ſemel mora.& l.ſi mora.ff.ſolu.mat. cum concor. quod eſt intelligendum, niſi damnum poſt moram emptoris contingens eueniat dolo, uel culpa uenditoris d. l. illud. & no.gl.& ſcribentes in d.l.ſemel mora.& latius in l.ſi mora. ff.ſolu.mat.ubi traditur,an eo caſu culpa debeat eſſe lata,uel leuis, quod in uno uendito non procederet quod ex mora emptoris poteſt effundi.l.j.§.licet.ff.de peri. & com.rei uen. An aūt moroſus teneatur de damno & deterioratione,quę contigiſſet etiam ſi res debita fuiſſet penes creditorem, traditur in §.ſi poſt.& in l.item ſi uerberatum. §.fi.ff.de rei uen. & in l.nemo rem ſuam.ff.de uer. obl. & de tota hac materia latiſſime in d.l.quod te.ff.ſi cer.pe. Et quid ſi debitor moroſus ſit adhuc intra tempus purgandi moram: not. Bar. in l. ſancimus.§. fi.per illum tex.C.de fideiuſ.& Pau. de Caſt. in l. quod te.ff.ſi cer.peta.cum concor.de quibus ibi maxime per do.præceptorem meum. & an dicatur in mora qui non habet ſuo facto facultatem rei reſtituendę, & de quibus caſib. conſtituentibus in mora & a mora excuſantibus: traditur in l.quod te.& inter alia an difficultas a mora excuſet, cum concor. ibi alleg. & aliquid ſ. in 17. fallen. Et an in re aliena mora uel negligentia committatur,patet in l.cum res.§ qui alienus.ff.de leg.j.no.gl.in l.ſi ſeruum.in prin. ff. de uer. obli. ubi Bar.declarat, quomodo moroſus in re mihi debita teneatur ad fructus. Simile in ultimis uoluntatibus l. cum res. §.fi.ff.de l.1.nam licèt poſt moram res pereat caſu:tñ potuiſſet ante moram uendi:ut ibi. Et qñ moroſus teneatur de interitu: Alex.in l cum res.§.culpa.ff.de leg.1. Eſt tamen aduertendum · quia ſi creditor poſt moram offerret ſe capturum: & uenditor eſſet in mora: ꝙ periculum ab eo tempore contingens cederet damno uenditoris d. l. illud. & quod habetur in d.l.ſi mora.& d.l.ſemel mora.

149 Quartò fallit in debente rem † ad pondus; numerum: uel menſuram:aut deguſtationem:ut eſt uinum: qñ dictum eſt, ꝙ deberet deguſtari:ita ꝙ deguſtatio eſt de ſubſtantia l. 1.in prin.& §.1.& 2.ff.de peri. & com. rei uen. iuncta l. ſi quis uina.in prin.eo. tit.& l. ſicut. cum ibi not C.eo.quia damnum puta actoris uel ſaporis contingens ante deguſtationem & moram commiſſam p emptorem in deguſtando ſpectat ad emptorem:ſiue dies ſit pfixa deguſtationi, ſiue non: intelligendo prout latius dī in locis præalle.& dixi in materia augmenti 17.conc.5.limi.Et de rebus uenditis ad pondus,numerum uel menſuram: patet in l.quod ſępe.§.in his.ff.de ℈hen. empt.intelligendo ut ibi rō eſt: quia debitū talis rei eſt conditionale: uidelicet ſi menſura :pondus: uel numeratio aut deguſtatio ſequet:ut in iuribus pālleg.ſi quis uina.in prin.ff. de peri.& com.rei uend.in quib.locis iuncto tex. & lege ſecunda.C.de pericu.& com.rei uen.& iunctis not.in leg.ſicut. C. de act.emp. traditur, quomodo & quando accidere poſſit, ꝙ uenditio non ſit conditionalis: & hoc caſu damnum deteriorationis non tantum rei peremptæ pertinet ad uenditorem ſcđm cōem ſnīam,pro qua eſt tex. in d.l.2.C.de peti.& com.rei uē.licèt aliqui aliter tenuerint, quod procedit, niſi dolus uel culpa uenditoris præſtet cām deteriorationi l.ſi per emptorem.ff.de peri.& com.rei uen.& hoc puto procedere in diſpoſitione oneroſa:ſecus in legato uel donatione:nam in eis uidetur res præſtanda qualis fuit tempore diſpoſitionis uel debiti l.ſi legati.& l.ſi a ſubſtituto.ff.de leg.1. & quod notat Bar.in l.ſi rem.ff.de ſolutio.

150 Quintò fallit † in debitore rei in genere l. incendium. C.ſi cer.pe.l.in rōne.§.incertæ.ff.ad le.Fal.cum ibi no.nam genus perire non pōt,ut ibi:cum concor.ibidem alleg.Fallit niſi facta fuiſſet obligatio certę rei ex illo genere,per l.qui decem. ff.de ſol.in princip.l. fallit ſecundò niſi quis eſſet debitor generis ſubalterni: puta certorum ſeruorum aut certi generis grani: quia mortuis illis oīb. ſeruis, aut perempto toto illo grano debitor liberatur d.l.in ratione. §.incertæ. & declarat gl.in l.legato generaliter.ff.de le.1.facit l.in naue Saupheli.ff. loca.& ſequuntur Bart.& Doc.in d.l.quod te.no.in d.§.incertæ. ubi de materia late ſcribitur, & per Bar. in l.cum quis.§. qui hominem.& in l.qui ſibi Titio.§.1.& in l.ſi rem.ff.de ſol. cum concordantijs.

151 Sextò fallit ſ in debitore quantitatis d. l. incendium. C. ſi cer.pe.ubi no.in d.l. quod te. nam perempta quantitate non perit debitum:quod limitatur,niſi facta oblatione per debitorem creditor fuerit moroſus, & pereat quantitas ſine culpa debitoris: quo caſu ope exceptionis debitor liberatur l. qui decem.in prin.ff.de uerb. obli.no.glo. Bar. & Doc.in d.l. quod te.& liberatur in caſu debitor, ēt ſi quantitas non pereat.uidelicet in caſu l.nulli.C.de erog.mili.an.lib.12.Item limitatur niſi quis eſſet debitor quātitatis limitatę:ut per Bal. in l.acceptam.1.colu. C. de uſur.faciunt q̄ dixi in præce.& 5. fallen.huius concl. & quod dicunt Bar. & alij in d.l. quod te. de debitore certæ pecuniæ, puta groſſorum Peruſinorum, ſi contingat illos reprobari, ut ſoluendo de illis liberetur:de quo dixi in tract.de augmento: ut in ult.concl.ubi tetigi materiam monetarum:ſecunda ampliatione.Tertiò limitatur, ubi aliter eſſet conuentum, uidelicet ꝙ periculum eſſet cre-
152 ditoris l.periculi.C.de nau.fœnore.Quartò limitat, niſi † eſſet debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei;quia perempta ſpecie debitor quantitatis liberaretur l.quidam.§. ſi tibi.& l. Titię textores.§.fin.ff.de leg. 1.cum concor.alleg.per Bar.& alios in d. l. quod te. quæ limitatio qualiter procedat declarat ibi Alex.& D.præceptor meus. Quintò limitatur ſecundum Pa.de Ca.& Ale.in d.l.quòd te.per l.Titius.uer.ſed nec ipſius.ff.de preſcrip.uer.uidelicet qñ do tibi quantitatem pecuniæ:ut ſi quid ultra aliquid fueris lucratus ſit tuum:quia ſi illa quantitas pereat ſine tui culpa periculum eſt meum: reliqua in propoſito traduntur in d.l. quod te.& in l.ſi ex legati.ff.de uer.obli.& in iuribus.ſupra alleg. in qua l. ſi ex legati. aliqui uoluerunt, ꝙ in contractu bonæ fidei debitor quantitatis liberet peremptа quantitate, quod Alex. ibi reprehendit.Et ſi una ex rebus alternatiue legatis donetur a teſtatore in alia durat legatum l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ff.de leg.1.

153 Septimo fallit in debitore † plurium rerum alternatiue l. ſi in emptione.§.pe.ff.de ℈hen.emp. ubi patet, ꝙ primæ pereuntis periculum eſt uenditoris: & alterius emptoris:& in ultimis uoluntatibus patet in l. cum res. §. ſed ſi Stichus. ff. de leg.1.facit l.Stichum aut Pamphilum.ff.de ſol.ubi Bar.late & generaliter examinat hāc materiam diſtinguendo, an ſumus in caſu,in quo electio ſit debitoris, uel creditoris: & an facto uel mora aut culpa debitoris res perierit,aut dānificata ſit. Et ulterius diſtinguendo inter debitū ex ℈ctu & ex ultima uolūtate.Et an creditor fuerit in mora facta ſibi oblatione an nō.Et an & quomodo agaī per illū tex.iuncto tex.ī l.Stichū aut Pamphilū.ff. ad le. Aquil.Cui⁹ dicta trāſcribere eſſet ſupfluū:& in alternatiua ſpeciei uel quātitatis no.ī l.cū res.in prin.ff.de le.1.in locis.ſupra in 6. ampliatione alleg. Et de modo agendi etiam traditur in l.exhibitionis.C.ad exhi. per Bar.& in l. ſi ex legati. & in l.ſtipulationes non diuiduntur.in princi.& in l.ubi autem non apparet.§.fi.iunctis traditis in l.ſi ſeruum.§.fi.ff.de uerbo.oblig.

154 Octauò fallit † in ℈ctu nondum perfecto, uel in ſcriptis, anteq̄ fiat ſcriptura:ut per gl.& Sali.in l. neceſſario. in prin.p illum tex.ff.de peri.& com.rei uen. facit le.2.& le.cū inter.C. eo.tit.no.in l.ſicut.C.de act.empt.& §.cum aūt.Inſti.de contrah empt tunc enim damnum pertinet ad debitorem: iuribus præallega.facit quod dictum eſt in prin. huius ꝯcl.de diuiſione nudo titulo cauſata iuxta l.ſi familiæ.C.fami. er. uel de ꝑmutatione & alijs ℈ctibus innominatis, ut re integra dānū in re ꝯtingēs ſpectet dño,niſi dñs alias fuiſſet rē diſtracturus:ita ꝙ damnū non ſuſtinuiſſet:qa tunc ēt in ꝯtractu innominato ſpectabit illi cui tradenda erat res ex ℈ctu innominato:

Source : BIU Cujas

minato: ut est tex.in l. dedi. § ℣ si ita. & in l.si pecuniam.§. sed ubi. ff. de condi. ob cau. & eo modo hæc est proprie fallentia,de quo dicam in trac.de peremptione. in 5. conclu. in 4 limi.

55 Nonò † fallit in contractu conditionali, uel suspenso l.necessario.§.1.& §.℣ si pendente.ff.de peri.& com. rei uen.f.de secta conditione ut ibi,aliàs autem periculum deteriorationis spectat ad emptorem & interitus ad uenditorem, ut ibi & l cum speciem.cum ibi no.C.eod.titu. Et prædicta procedunt aliter, siue conditio sit tacita, ut quia insit ex natura rei: ut quia uendita sit res aliqua ad numerum pondus: uel mensuram: uel degustanda, quæ intelligitur uendita sub conditione, si emptor degustauerit, & non fuerit in mora degustandi:& si uenditor ponderauerit:uel mensurauerit: tunc enim damnum etiam deteriorationis pendente conditione contingens cedit periculo debitoris:ut dixi. supra eo.in 4. fallen. Reliqua ad propositum huius fallentiæ supplentur ex dictis per Bal.in rub.C.de peri.& com.rei uen. uers.interdum. cum seq. ubi restringit & declarat prædicta, & quod dixi de contractu suspenso,dictum est propter l.seruui emptor.ff.de peri.& com.rei uen. ubi si emptor conuenerit tenere rem titulo conductionis,quousque prætium soluerit, damnum & deterioratio rei inter ea contingens spectat ad uenditorem, nisi culpa contingat emptoris.

156 Decimò fallit † in casu publicationis, qui spectat ad debitorem l.si fundus.secundum unum intellectum 3. respon.ff. loca.glo.& scribentes in d.l.necessario.ubi Bar-

Vndecimò fallit,ubi cõuentum est, ℣ periculum spectet ad debitorem l. si quis uina.§.pe. & fi.ff. de peri.& com.rei uen.& no. gl. & scribentes: maxime Sali. in l. necessario. in prin.co.ti & Bal.in l.2.C.eo.& in l.sicut C.de act.emp.ubi late tangitur de periculo uini uenditi ad quem spectet. facit ad hanc fallentiam, quod dicimus de suscepto periculo rei cõmodatæ in l.j.C.cõmo.facit ẽt l.periculi.C.de nau.fenore.

Duodecimò fallit,ubi diminutio & deterioratio contingit ante aliquod implementum:ad quod tenebatur debitor primò implendum:uel ex pacto,uel rei qualitate: licet contractus diceretur perfectus:ut per Bal.in rub.C.de peri.& cõ. rei uen,j.col uer. interdictum. facit l. qui sibi §.qui Stichum.

157 ff de sol secundum unã lect.dum ibi dicitur † ℣ non teneor capere rem mihi debitam, quæ datur:deteriorata:uel equũ cõmodatum sine interesse deteriorationis: & ℣ si deterius rei contingat: illud cedit damno debitoris, de quo per Bar. ibi post gl.ac Pau.de Cast.& scribentes.& per Alb. in l.Iulianus.§.sed & si quis. ff.ad exhi.& in l.3.§.si reddita.ubi etiam alij.ff.commo.ad quod facit l.si quis uina.in prin. ff. de peri. & com.rei uen iuncta l.1 & l.lectos.ff.eo. dum ibi dicitur,℣ si uenditor non permittit emptorem degustare uinum uenditum degustandum, uel est in mora tradendi:damnum interea succedens cedit periculo ipsius uenditoris. Et quod dicit Bal.in d.rub.C.de pe.& com rei uend.1. colum uer.interdum contractus est perfectus: sed inter traditionem & contractum est aliquid intermedium,vt degustatio in uino, mensuratio in frumento: est intelligendum iuxta ea quæ dixi supra in 4.fallen.

Decimotertiò fallit,ubi res ex præterito uitio damnificat: perit,uel extinguitur:ut dixi supra in 3.& 5.ampliatio.& 2.& 4.fallen.præsupponendo in uenditore,℣ emptor uitiũ ignoraret,iuxta l.in uenditione.in prin.ff.de peri. & com.rei uen. & l.4.§.eo. & dixi supra in 6. ampliatione, est tamen distinguendum,an simus in cõtractu onerosο uel causa lucrativa.

158 Decimoquartò fallit in eo † apud quem dominium de iure speciali remanet uel est reuersurum: quia damnum ad eũ non spectat:secundum glo.quam ad hoc notant Pau.de Ca. Roma.& do.præceptor meus do.Ias.in l.non omnis §.1.ff.si cer.peta.& idem do.præceptor meus in l.1.4.col.seu 5.C.de iur.emphy.dum ibi dicitur,℣ pecunia tradita per pupillum, dominium eius in capientem non transfertur: & ℣ si perijt, perit periculo capientis: ne quod fauore pupilli introductũ fuit, in eius odium retorqueatur: unde hæc limitatio uidet procedere, quando si secus diceremus hoc contingeret, ℣ inductum in fauorem domini de iure speciali in eius odium retorqueretur:vt ibi declaratur,maxime per Alex.Ex quo infert ibi Rom. cum quo scribentes post eum transeunt, ℣ stante statuto Florentiæ ℣ minor uel mulier nõ possint alienare aliquam rem etiam mobilem sine cõsensu propinquorum, & cõtingat minorem uel mulierem equum uendidisse taliter,℣ uenditio de iure communi ualeat, & non de iure statutario:quia non interuenerit propinquorum consensus,& contingat equum mori casu fortuito: morietur periculo emptoris:ne quod statutum est in fauorem minoris uel mulieris,in eius odium retorqueatur.

Decimaquinta fallentia ad præcedentem subalterna est: ubi si damnum contingeret ad periculum domini: uel eius ad quem res est reuersura: inductũ ad eius fauorem in eius odium redundaret:ut in præcedenti limita. dictum fuit.

159 Decimosextò fallit † quando non est in potestate eius ℣ futurus est dominus ex contractu uel uenditoris,quominus rem accipiat: licet etiam non stet per uenditorem l. si debitor.§.uerisimile.ff.de ℨhen.empt. secundum Bal in rub C de peri.& cõ. rei uen.ibi enim erat uenditus fructus oliueti sub assueratione 10.pondo olei,& non fuerunt nisi 5.sed secundum Doc.& Bar.ibi hoc ideo est:quia ibi erat ϙditio,uideli cet si nasceretur tm̃,uel quatenus tantum nasceretur:℘ relatiuum quod natum erit l. Stichum qui meus erit.ff.de leg.1. quo casu damnum interitus non spectat ad emptorem l.necessario.§.℣ si pẽdente.ff.de peri.& cõ.rei uen.& dixi supra.

160 Decimoseptimò fallit † in debitore rei meæ,qui illam alienauit dolose & sciens ipsam meam: nam tenetur de interitu & deterioratione etiam sine sui culpa contingente:esto ℣ illam redemerit ante interitum uel deteriorationem l. 1. §. si rem.ff.depos. licet ſm Pa.de Ca.& modernos in l.quod te. ff.si cer.pet.secus sit in alienante rem mihi debitam, & quæ non sit mea l.fr uenditor hæreditatis.la 2.in prin ff.de he.uel act.uen.facit l.si eum quem. ff. de noxa.quæ limitatio est declarãda,ut per glo.in d.§.si rem.cum iuribus ibi alleg.An aũt & quomodo ultra præmissa debitor teneat̃ de culpa sui singularis successoris: patet in l. Iulianus.ſm unam lectu. ff. de rei uend.Et an dicatur in mora,qui desijt hr̃e facultatem prę standi non tantum dolo: uerumetiam culpa, est tex.in l.mulier.§.sed enim.ff.ad Treb.& not.per Fulgo.Paulum de Cast. Alexan.& do.præceptorem meum in d.l.quod te.

161 Decimooctauò fallit † qũ debitor sciebat rem deteriorãdam & emptori ignoranti uel creditori non propalauit, ut est tex. in l.si uina.in prin. ff. de peri.& com.rei uen.quod facit ad illum, qui sciebat statutum esse,℣ granum non deberet uendi,nis. certo pretio: & ante publicatum ordinamentum emptori ignoranti uendidit pluri pretio, ut emptor possit petere defalcationem secundũ Guil. & alios in l.fraus. & Bar.in l. ℨ legem. ff. de legi. & Barto. in l.quæro.ff.de acti. empt.& Bal in l.2.C.de peri.& com. rei uen.cum concor.

Decimononò fallit, quando debitor rei creditori secum ℨhenti falsum assueruit: uidelicet bonitatem duraturam, quæ non durauit l. si uina quæ in dolijs. ff.de per.& com.rei uen. no. Bal.in l. 2. C. eo. faciunt no.in l.Iulianus.in prin.ubi Bar.in fi.commen .ff. de act. emp. ubi habetur quid iuris de falsa assueratione ab ignorante facta.

Vigesimò fallit in casu l. Titius.uer.sed nec ipsius. ff. de p̃script.uer.quem tex.dicit sing.Pau.de Cast. in l.quod te. ff.si

162 cer.pe. ubi patet quòd † quantitas debita perit periculo creditoris: qui partem lucri uoluit consequi,sequitur Alex.in l. si ex legati.ff.de uer.ob.& est no.limi.ad l.pignus in bonis.C. de pig.act.& dixi supra in 6.limitatione.

Vigesimoprimò fallit,ubi debitor foret lucrum obueniẽs percepturus: quia tunc periculum & damnum ad eum spectat;ut patet ex his quæ dixi supra eo.in 1. ampliatione.

Vigesimosecundò fallit quò ad curam & solicitudinem serui legati,qui ante mortem testatoris aufugit; quia ad hæredem spectat l.cum seruus.& l.si seruus.in prin.cũ ibi not & l seruo legato.§.fi.ff.de le.1.iunctis his quæ habentur in l.cũ res.§.sed si Stichus.& l.quid ergo.in fi.ff.de leg.1.

163 Cæterum in ista materia est aduertendum: quia † res regulariter perit ad damnum domini, ut per Bar. in l. 1. C.de iur.emph.& in l.pignus.C.de pig.act.cum si.

Quod ꝓcedit in eo, qui est dns de iure cõi ſm Ro. & do. Ias in l.non oĩs.in prin.ff.si cer. pe.inferentes ad statutum,℣ in ℨctu minorum uel mulierum debeat certa solennitas obseruari,uel adhiberi, si minor alienet sine illa solennitate,& res pereat; quia non peribit periculo minoris, qui non est dominus de iure cõi sed speciali, de quo per do. Ias. in l. 1.in 4.& 5.col. C.de iure emphy. Et si testator mandat hæredem fideiubere pro Titio, intelligitur periculo hæredis.casus est singularis in l.tribus.ff.de usufr. earum rerum, quæ usu ϙsu.

164 † Et colonus portans pensionem domino defert periculo suo, pro casu etiam sibi contingente in itinere: nisi sit colonus partiarius, uel nisi promiserit frumentum ex certo fundo, & illud portet ſm Ang.in l.item illa.in prin.in fi.commẽ. ff.de consti.pecu & Bal.in l.fi.j col.uer.& nota ℣ debitor.C. de condi.inser.& Panor.in c significante.de pigno.

Vigesimaprĩa conclusio sit, quòd

165 † qualiter interesse damni seu diminutionis & deterioratio nis commensuretur & debeatur ac æstimetur, dependet ex uarijs figuris causarum, & maxime ex iuribus in præcedenti conclusione allega. & ex no. late per Bar. & alios in l.1 C. de sen.quæ pro eo quod interest.& in l.uinum.ff.si cer.pet.& in l.in hac.ff.de triti & in l.1. § in hac. ff.commo. ubi late de materia:quando seu a quo tempore quis incipiat teneri pa-

Source : BIU Cujas

tet ibi. & uſque ad quod tempus: patet ibidem, & in iuribus in præceden. conclu. ſecundum ſua membra alleg. de quo etiam in l. cum res. in fi. ff. de leg. 1. & in l. ſi ex legati. ubi cumulatur materia moræ ratione diei, uel interpellationis. ff. de uerb. obli. de qua in l. mora. ff. de uſur. & in l. magnam. ubi Bal. ff. de contrah. & com. ſtipu. & de bonæfidei poſſeſſore uel malæfidei & non moroſo dictum fuit in prin. ipſius præce. concluſio. & per diſcurſum: & ſi geſtor emerit rem, quæ ſui culpa interierit: quæ tempore interitus minus ualebat: an æſtimabitur ſecũdum tempus emptionis, an uerò interitus. gl. Bart. & Doc. in l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. & diminutio patrimonij in lege Falcidia calculanda quomodo conſideretur: eſt tex. in l. in quantitate. in princi ff. ad legem Falcidiam.

Vigeſimaſecunda concluſio ſit,

ꝙ diminutionis & augmenti quando concurrunt, fit compenſatio, de quo dixi in materia augmenti: ut 22. conclu.

Vigeſimatertia concluſio, quòd

166 † Diminutio debet fieri proportionabiliter ad augmẽtum: ſicut econtra ſupra in 4. conclu. prope fi. Ita ꝙ ex adiectione rationis, uel cauſæ diſpoſitio limitetur, & diminutionẽ capiat, de quo in l. libertis. ubi Bar. in fi. commen. ff. de ali. & ciba. leg. & patet in l. cum pater. §. dulciſſimis ff. de le. 2. ubi teſtator mandauerat omnia bona materna eſſe fratrum ſuorum: ne contingeret ex communione filium ſuum cum eis habere diſcordiam. & ibi dicitur, ꝙ propter illam rationem & cauſam bona materna quæ teſtator non habebat cum fratribus communia, ſed diuiſa. non uidentur eis relicta: & in contractibus not Bart. in l. 2. §. fi. per illum tex. ff. de dona. & eſt materia alibi tractanda, & an ſit differentia inter cauſam & rationem, ponit Bar. in l. demonſtratio. §. 1. 8. q. ff. de cond. & demon.

Vigeſimaquarta concluſio poſſet

167 fieri: ꝙ † reſoluta parte contractus, totus contractus cenſeatur reſolutus: iuxta l. fi. ubi Bar. ff. de accep. & an uitium partis noceat in toto, de quo plene dico in tract. de toto & parte. & an diminutio ſeu defectus qualitatis non perſeuerantis uitiat: ut ſi committatur cauſa canonico, qui poſtea deſinat eſſe canonicus, iuxta no. per Bal. in l. humanitatis. 4. col. uer. ultimò oppo. C. de impub. & aljs ſubſti. & eſt materia pſeuerantiæ, de qua dico in tract. de perſeuerantia.

Vigeſimaquinta concluſio fieri poſſet in materia

diminutionis monetarum: ſed de ea dixi in tracta. de augmento in ulti. conclu.

ALBERTI BRVNI ASTENSIS
De interitu, & peremptione.

SVMMARIVM.

1 *Interitus uel peremptio rei cuiuſp iam quid ſit.*
2 *Diſpoſitio uarijs perimitur modis.*
3 *Subſtantia rei deſinente eſſe libera, deſinit res extare.*
4 *Forma rei ſi corrumpatur: in rerum natura iam non eſſe dicetur.*
5 *Quadriga eſſe deſinit, in qua unus equorum periit.*
6 *Emphyteuſis perit: perempta re emphyteutica.*
7 *Forma in acceſſorijs perempta non inducit peremptionem principalis.*
8 *Perempta eſſe res præſumitur, quæ difficulter, uel omnino non reperitur.*
9 *Eſſe aliquid, ſed non apparere: idem penè eſt, ac ſi non eſſet.*
10 *Commodatarius qui pretium rei commodate ſoluit, relcuatur, ſi ea res ad commodantem peruenit.*
Perdita res quæ dici poſſit.
11 *Ademptum uni dicitur, quod alteri conceditur.*
Obligatio, actio, ius in re & ad rem perditur, ſi ipſa res in totum perimatur.
12 *Stipulatio perit re promiſſa pereunte.*
13 *Domus in maris litore conſtructa ſi diruatur, iure ſoli dominus eius priuabitur.*
14 *Legatum quod collegio relinquitur: euaneſcit, ſi idem collegium diſſoluatur.*
15 *Cenſus per caſtrum debitus extinguitur: ſi caſtrum ipſum diruatur.*
16 *Conſecratio eccleſiæ conſiſtit in exteriori unctione.*
17 *Hæreditate perempta non perit nomen hæredis.*
18 *Emphyteuta a penſione ſoluenda non liberatur: & ſi res emphyteutica ipſius culpa perimatur.*
19 *Venditor agere poteſt ad pretium, etiam ſi res uendita poſt uenditionem perfectam perierit.*
20 *Priuilegia eccleſiæ; caſtri, uel monaſterij caſu dirutorum non perimuntur.*
Iura realia ſi pereant actu: remanent tamen habitu.
21 *Conactio furtiua in odium furis durat: etiam re perempta.*
22 *Geſtor negotiorum agere poteſt ad impenſas factas in re perempta.*
23 *Forma rei perempta, durat actio circa id materiæ, quod reliquum manet.*
24 *Societas, quæ in quadriga contrahitur, durat etiam uno equorum mortuo.*
25 *Domus dirutæ poſſunt peti partes ſingulæ.*
26 *Actio ad duplam ex ſtipulatu ratione partis competere nequit.*
27 *Actio durat etiam forma perempta: ſi principalis materiæ pars manſerit.*
28 *Diſpoſitionem ualidam manere, ſi rei pars potiſſima maneat: qualiter intelgendum.*
29 *Area an uere ſit domus pars præcipua.*
30 *Emphyteuſis domus dirutæ non perit ſolo manente.*
31 *Ius in re perempta ad priſtinam formam reducibili non perimitur de facili.*
32 *Diſpoſitio facta in pluribus rebus ſeparatis non perimitur pereunte maiori earum parte.*
33 *Gregis nullum caput alio principalius eſt.*
34 *Gregis appellatione comprehenduntur oues ſingulæ.*
35 *Grex, familia & ſimilia de ſui natura augmentum admittunt & diminutionem.*
36 *Grex etiam decem ouibus conſtituitur.*
37 *Legatum generale omnium ſeruorum, ualet non obſtante diminutione.*
38 *Acceſſoria perempta non perimunt principale.*
39 *Debitor non liberatur, ſi ſua culpa rei forma perimatur.*
40 *Qualitas perimitur peremptа ſubſtantia, cui inerat.*
41 *Vſusfructus in forma potius quam in materia conſiſtere dicitur.*
42 *Quadrigæ legatum extinguitur uno equorum ipſius extincto.*
43 *Diſpoſitio ceſſabit in acceſſorio: ſi rei principalis forma perierit.*
44 *Diſpoſitio circa rem facta inutilis redditur: ſi rei pars principalis extinguatur.*
45 *Diſpoſitio quandoque ualida manet: licèt pars præcipua rei defecerit.*
46 *Legatum extinguitur, ſi præcipua parte rei manente nomen ipſum aboleatur.*
47 *Vſusfructus quadrigæ differt ab uſufructu equorum in quadriga exiſtentium.*
48 *Teſtator reformans relicta in teſtamento præſumitur uoluntatem mutaſſe.*
49 *Debitum perit pereunte re, ex qua debebatur.*
50 *Promiſſio durat, etiam re perempta, propter quam promiſſum eſt.*
51 *Obligatio perit re perempta, ſi dominium eius rei utile in aliquem tranſlatum ſit.*
52 *Promiſſio, quæ alicuius emolumenti gratia emittitur: non tenet, ſi illud idẽ caſſetur.*
53 *Obligatio uel debitum extinguitur: ſi res intereat, cui, uel in quam aliquid debebatur.*
54 *Diſpoſitio nulla dicitur: quando res, de qua diſponitur, ante diſpoſitionem perfectam perimitur.*
55 *Legatum relinqui poteſt de re, quæ ſperatur futura in rerum natura.*
56 *Aurum cum gemmis quæ in eo ſunt legatum, debetur etiam peremptis gemmis.*
57 *Conceſſio non perit pereunte eo cui facta fuit.*
58 *Falcidiæ de legatis uel Trebellianicæ de fideicommiſſo detrahendæ facultas ad hæredes tranſmittitur.*
59 *Promittens facere quippiam arbitrio cuiuſdam: mortuo arbitro ſtare arbitrio eius hæredis tenetur*
60 *Hæres donationem factam per defunctum ob ingratitudinem reuocare potest: ſicut defunctus ipſe potuiſſet.*
61 *Obligatio, quando tranſeat in hæredes.*
62 *Pœna quando morte extinguatur: & quando ad hæredes tranſmittatur.*
63 *Hæres eius, qui pro maleficio fideiuſſit; quando teneatur.*
64 *Adminiſtratio negotiorum inchoata ad hæredes tranſmittitur.*
65 *Alimenta intereunt ſimul cum perſona cui debeantur.*
66 *Conceſſio facta facultatis quando ſit dicenda perſonalis.*
67 *Seruitus realis differt a perſonali.*
68 *Conceſſio aquæ ducendæ tranſit ad quemuis ſucceſſorem.*
69 *Promittens ſiſtere aliquem in iudicio: eo, quem ſiſtere debuit, mortuo liberabitur.*
Promiſſio de rato euaneſcit eo mortuo qui ratificare debuit.
70 *Legatum collegio ſeu uniuerſitati relictum perit: his ante moram deſtructis.*
71 *Obligatio debitoris mortui moritur, cuius induſtria attendebatur.*
72 *Procurator hæredum mentionem faciens ſe nomine ſuo obligare p̃ſumitur.*
73 *Emphyteuſis eccleſiæ, quæ ſimpliciter conceditur, ultra tertiam generationem non tranſmittitur.*
74 *Hæres uendens rem penes defunctum depoſitam dando pretium ad reſtitutionem rei non cogitur.*
75 *Pactum factum cum dictione taxatiue non tranſit in hæredes.*
76 *Operæ obſequiales quando tranſeant hæredes.*
77 *Præſtatio annua non tranſit ad hæredes.*
78 *Pactum de detinendo ad hæredes non tranſmittitur.*
79 *Obligatio deficit deficiente ipſius cauſa.*
80 *Hæres qui inuentarium confecit, de bonis tantum defuncti: & non de ſuo tenebitur.*
81 *Hæres in foro conſcientiæ non repræſentat perſonam defuncti.*
82 *Debitore mortuo non perit debitum, uel obligatio.*
83 *Iuramenti effectus non perit mortuo debitore qui iurauit.*
84 *Actiones ex maleficio procedentes cum perſona extinguuntur.*
85 *Præſtatio annua non tranſit ad hæredes: ſi fuerit gratuita.*
86 *Obligatio præſtandi nõ perit morte eorum propter quos præſtãdum fuerat.*

Mors

Source : BIU Cujas

Mors omnia soluit.
87 *Accusatio perit accusatore ante sententiam moriente.*
88 *Felonia a uasallo commissa morte domini extinguitur.*
89 *Mandatum morte mandantis finitur.*
90 *Iurisdictio delegati finitur morte delegantis.*
91 *Vulnerans hominem mortuum non punitur statuto puniente uulnerantem.*
92 *Epistola de debito non nocet hæredibus ante eius; qui eam scripsit, morte non perlata.*
93 *Debitor animalis non liberatur mortuum præstando.*
94 *Represalias habens contra aliquos non potest mortuum detinere.*
95 *Percutiens mortuum clericum æque excommunicatur atque si uiuum percussisset.*
96 *Mortuus in ciuitate sepeliri non poterit: qui dum uiueret in ea manere nequiuit.*
97 *Suspensus a patibulo citra iudicis ueniam deponi non potest.*
98 *Bannito uiuo bona impune auferri possunt.*
99 *Corpus debitoris mortui quando licite possit per creditorem detineri.*
100 *Commodum oneratum constitutum non tollitur onere sublato.*
101 *Legatum non deficit conditione mista per casum fauore alimentorum deficiente.*
102 *Legatum quando annelletur sublatione oneris ei adiuncti. & nume. seq.*
104 *Onus adiectum legato an extinguatur extincto legato.*
105 *Obligatio deficit, ipsius deficiente causa.*
106 *Interitus rei regulariter ad dominum ciusdem pertinet.*
107 *Assistere facienti potest: qui per se facere non ualet.*
108 *Accessoria corrunt omnia principali destructo.*
Datoris iuris resoluto resoluitur ius acceptoris.
109 *Pacta per uasallum, uel emphyteutam facta resoluuntur finito feudo, uel emphyteusi.*

PRima conclusio est circa co
1 gnitionem, quid sit perẽptio & interitus & quomodo cueniant. † Est autem peremptio uel interitus amissio uel annihilatio formæ: quia perempta forma siue tota materia remaneat: ut in uase liquefacto & ad massam reducto perit res l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibẽ. Siue aliquid de materia remaneat: ut in quadriga: cuius equus sit mortuus: quia desinit esse quadriga: & perit legatum quadrigæ l. peculium. §. quadrigæ. ff. de legatis. 2. & l. qd tamen. §. fi. ff. qui. mo. usufruc. amit. Et idem ac multomagis si nihil remaneat: ut in ueste combusta, & de his latius patebit in discursu huius tractatus.

Causatur autem interitus quandoque in rem, de qua fuit dispositum: quandoque in dispositione remanente re: ut quãdo cassatur legatum rei.

2 † Dispositionis autem interitus & peremptio multipliciter causantur: quandoque simpliciter annihilando: quandoque nouando: quandoque reformando l. pacta conuenta. ff. de contrah. emptio. & dixi late. in materia augmenti in 3. conclusione princi. quandoque per uiam translationis, quæ multipliciter fit: ut in l. translatio. ff. de adimen. leg. uidelicet transferendo de re ad rem: ut si pro una re legata legem aliã. quandoque de persona ad personam: ut in legato facto uni quod fiat alij l. legatum. §. j. ff. de adimen. leg. aut si iussus nõ dare iubeat alteri dare d. l. translatio, quandoq; si pure datũ mandetur sub conditione dari, uel econtra l. 3. § conditio. ff. de adimen. leg. & d. l. translatio. Et an si uni legatum alteri legetur: uideantur duo rei: an uideatur facta ademptio. declarat tex. in d. l. translatio. de quo etiam in §. his itaque. C. de cadu. tollen. & de hoc feci unam conclusionem in materia diminutionis. An autem per remotionem oneris prior tollatur dispositio: & econtra, faciam unam conclusione infra.

3 † Et dicitur res desinere extare, si non sit amplius in sua substantia libera: ut si columna ponitur in ædificio l. cętera. §. fi. ubi domi. meus Iason in 3. not. ff. de lega. 1. ubi patet, ꝙ tunc perit legatũ iunctis his quæ dixi in col. sequen. in gloss. in uerbo: extinctum. per l. qui uniuersas. ff. de aquiren. pos. Item quidam interitus causatur a casu, quidam facto, uel culpa hominis: & in his facto hominis, quandoque a debitore: quandoque a creditore: uel domino: uel a testatore: quandoque a tertio, uel hærede. §. si res legata. Insti. de leg.

4 Secunda conclusio est, Quòd † peremptaforma rei desinit esse illa res: quia forma dat esse rei l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exh. ubi non dicitur exhiberi res, quando exhibetur præter priorem formam: & non dicit reddere uas qui illud reddit fractũ uel collisum l. Labeo & Sabinus. ff. de uer. sig. ubi idem dicitur de ueste quæ redditur dissoluta. no. in l. mulieris. §. 1. ff. eo. tit. & dixi in materia diminutionis in 4. conclusio. idem dicitur in dictis iuribus de eo qui reddit tabulã rasam, quæ erat picta: cum pictura sit forma tabulæ d. l. Labeo. pariter obligatus ad soluendum capones: capretos: uel alia animalia, non liberatur dando illa mortua. Nam anima licèt sensitiua dicitur eorum uita. & ideo bene dixit tex. in d. l. mulieris. ꝙ res abesse dicitur, cuius forma mutata est: licet materia sit præsens seu corpus, de quo in conclusione sequẽ
5 ti. † Et si pereat unus equus quadrigæ legatæ desinit esse quadriga. l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. ubi hoc ideo perit legatum. idem est in usuf. quadrigæ l. quid tamen. §. fi. ff. quibus mod. usufruc. amit. facit l. Seia. §. j ff. de auro & argen. leg. ubi si testator legauerit unam speciem ornamenti: & illam demum in aliam speciem conuerterit: perit legatum tanq̃ ex mutatione speciei res legata sit extincta: & est pulcher tex. cui concor. l. pediculis. §. fina. ff. eod. titu. dum uult ꝙ legatis inauribus seu ornamentis auricularum, si aliquæ gemmæ adimantur, dummodo remaneat forma eorum: uideli cet inaurium: durat legatum. Sic & usufr. agri; in quo flumẽ alueum fecit: amittitur: licèt ibi piscari possit l. si agere. la 1. ff.
6 qui. modis usufruct. amit. Facit. ad idem † quia perempta re emphyteutica perit emphyteusis l. 1. C. de iure emphy. §. adeo. Insti. de loca. & si pereant res: pro quibus fuit contracta societas: extinguitur societas l. si id quod. ff pro socio. Et diruta funditus domo ædificata in litore maris dominus amittit ius soli, quod reuertitur ad naturam suam l. in tantum. ff. de re. diui. & l. Aristo. eod. titu. & de hoc & de materia: an per interitum rei actio; obligatio & ius partis pereat: dicam infra eodem in 5. cõclusione. Ad prædicta facit quod dixit Bal. in l. nostram. in princi. C. de testa. quòd qui destruit probationem, quæ est de forma: destruit ipsam substantiam, de quo dicam infra in 3. cõclusione. Et prædictis patet, quòd hæc conclusio procedit siue forma cum materia pereat: & sic res ex toto extinguatur: siue pereat forma: & duret materia: ut etiam dixi in conclusione præcedenti.

Et pro tanto hæc conclusio non procederet, quando pars rei esset sublata uel perempta durante tamen forma: ut in domo: cuius pars esset diruta, in qua posset ex parte remanente habitari: ita quòd forma domus supereresset; per l. si cui insulæ. ff. de usuf. intelligendo prout intelligunt Iaco. de Ra. & Alber. ibi, quòd remanserit pars insulæ habitabilis & formam habens: & patet in d. l. pediculis. §. fi. ibi: dummodo inaures remaneant. ff. de auro & argento legato. & dixi in tractatu diminutionis. Et ad hoc bene facit, quod dixit Bar. in d. l. pediculis. § fi. per illum tex. in fin. & ibi: dummodo ma
7 neant inaures. ff. de auro & argento legato. quòd † peremptio formæ in accessorijs inducit peremptionem in principali, uult ibi gl. fina. nam si quis ex ornamento armillarum: in quo plures erant gemmæ. aliquas detraxerit: nihilominus ornamentum debetur, si principalis gemma non sit detracta, quod potest exemplificari in firmalijs: quibus utuntur mulieres nostræ Astenses; in quibus ponitur in medio una gemma principalis & grossa & circuncirca gemmæ minus prætiosæ. Nam si legetur firmalium, cui testator postea adimat aliquas gemmas: nihilominus durabit legatum: nisi adimatur gemma media, quæ est pretiosior seu grossior: & dicam infra in sexta conclusione. uersi. secundò prædicta. in princip. & uer. quartò prædicta. circa finem. Et facit, quod dixit Bal. in l. fundi. ff. quibus. mo. usufru. amit. quòd mutata forma in accessorijs principale non extinguitur.

Et si columna ponatur in ædificio, dicitur esse perempta & desinere extare & pariter alia res iniuncta ædibus: quia de per se non censetur l. qui uniuersas. ff. de acquirenda possessione: ita quòd non est amplius in sua substantia libera: adeo ut legatum columnæ, uel talis rei per talem iniunctionem uel affixionem a testatore factam siue ex causa necessaria siue uoluntaria pereat l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. ubi D. meus in 3. not & in 2. colum. in uerbo, extinctum. dicens secus si hæres hoc faciat.

8 Tertia conclusio est, quòd † si res non reperiatur: uel difficilis sit eius persecutio, habetur pro non extante, uel perempta le. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. l. cum res. §. sed si Stichus. & §. itaque. ff. de leg. 1. ubi patet, quòd si res legata non reperitur, non potest ad illam agi. & dicunt ibi Doc. maxime Bal. & Cu. hoc facere ad discussiones: quia si facta diligenti discussione principalis bona non reperiuntur, esse non credun tur. facit ad hæc l. quòd si neque. §. fi. ff. de peri. & com. rei uen. quę loquitur in re furto sublata. & l. si nulla. C. de pig. ac. & l. & si certus. ff. ad Syl. Et hæc procedunt, nisi culpa, uel dolo legatarij desijt res extare: iuribus præallegatis: & quis teneatur ꝓbare dolũ: uel ꝙ res sit amissa casu, & sine dolo uel culpa, ibi tradit, maxime per gl. & Doc. in d. §. species. & in d. l. si quis ex argentarijs. §. prohibet. ff. de eden. & ꝑ Alex. in cõ. 156. inci. in causa & lite. in 2. uol. Et qualis culpa exigatur, traditur in d. l. cum res. §. culpæ. ubi bonus tex. & an hæres teneatur persequi, uel perquirere rem amissam: & an suo sumptu, uel legatarij: dicitur in d. l. cum res. §. itaque. cum seq. & ibi an debeat cauere de persequendo & de restituendo: si ad

Source : BIU Cujas

ſuas manus deuenire, de quo etiam in l. ſeruo legato. in fi. ff.
9 de leg. 1. Ad prædicta facit; quia † paria ſunt non eſſe, & eſſe & non apparere l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tu. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duas. ff. de le. 2. Et ad id quod dictum eſt ſupra: rem cuius difficilis ſit perſecutio: haberi pro non extante: facit l. quid ergo. §. pe. ff. de leg. 1. intelligendo ut ibi. & l. cum plures. §. ueſtimenta. ff. loca. & l. non dubium. §. fin. ff. de ſol. no. Bal. poſt Cy. in l. cum a matre. ult. col. C. de rei uen. & Ale. in d. l. cum res. in prin. Et eſt aduertendum: quia non per omnia habentur pro non extantibus uel peremptis, res quæ nō reperiuntur: uel quarum difficilis ſit perſecutio: quia fruſtra exigeretur aliqua cautio de illis perſequendis uel reſtituendis: ſi ad manus debitoris deuenerint: ut in iuribus ſupra proxi alle. unde ratione ſolutionis effectualiter non faciendæ habetur pro perempta.

Et relictum alicui: ſi centum dederit hæredi: debetur: eſto, quòd non dentur centum, ſi nullus hæres appareat l. cum ita la 2. in fi. ff. de condi. & demon. Et fideicommiſſum quod nō pōt capi niſi ab hærede: debetur ubi nullus reperitur hæres l. pe. C. ad Treb.

10 † Et ſi commodatarius perdiderit rem commodatam, & conuentus ſoluerit pretium: & res demum uenerit ad manus commodantis: ſuccurretur commodatario ad repetitionem pretij l. in commodato. §. fin. ff. commo. Et prædicta cō cluſio procedit etiam in re quæ longe abſit, ſecundum Bal. in l. mater. pe. col. C. de rei uen. Cæterùm quomodo dicatur res deperdita: poteſt ultra prædicta uideri tex. in le. ſi is qui rem. §. is qui. ff. de fur. & in l. ſi conſtante. §. ſi uxor. ff. ſo. ma. dum dicitur in eis, illam rem dici deperditam, cuius facultas haberi non poteſt, & cuius fructus percipi non poſſunt. Item dicitur deperdita res ei qui aduerſus nullum habet actionē l. Labeo. in fi. ff. de uer. ſig. & ibi paulo ante dicitur: ei rem abeſſe; qui rem ſuam habet quam ignoranter ſoluit. & dicit tex. in l. mulieris. §. 1. eo. ti. quòd res illa dicitur abeſſe: cuius corpus manet, ſed forma eſt mutata, ſicut & ea quæ in rerum natura eſſe deſijt: ut ibi in fi. quæ lex probat optime hanc concluſionem, & dicitur deperdita res, quæ eſt in hoſtium poteſtate l. cum munus. §. fi. ff. de bo. aut. iudi. poſ. Item quæ eſt inundata ab aquis: donec durat inundatio l. ſi inundatione. §. 1. ff. de peri. & com. rei uend. l. 3. §. Labeo. & l. qui uniuerſas. §. item quod a mari. ff. de acqui. poſ.

11 **Quarta concluſio eſt,** quòd † conceſſum uni cenſetur alteri ademptu. uide quæ dixi in materia diminutionis.

Quinta concluſio eſt, quòd perempta ex toto re cum materia & forma, perit ius; actio, obligatio: ac diſpoſitio ipſius rei: ut patet in l. 1. C. de iu. emph. & in §. adeo. Inſti. de loca. ubi ſi pereat res emphyteutica ex toto perit emphyteuſis. idem patet in ſocietate: quia peremptis rebus, in quibus contracta fuit ſocietas l. ſi id quod. §. j. ff. pro ſocio. idem in re pignorata perempta ſine culpa creditoris l. pignus in bonis. iuncta l. creditoris. C. de pig. actio. & l. domo. ff. eo. & l. ſicut. ff. quib. mo. pig. uel hyppo. ſol. idem in re cōmodata l. 1. cum ibi no. C. commo. idem in contractu ſuperficiario: quia deſtructione uel interitu ſuperficiei ſeu domo combuſta: ac deſtructo molendino perit contractus ſuperficiei ſuperficiario. ff. de rei uen. no. Bar. in l. fi. ff. de ſuperfi. & Bal. in rub. C. de iure em
12 phy. & † perempta re promiſſa perit ſtipulatio l. inter ſtipulātem. §. Stichum. cum ibi no. ff. de uerb. ob. idem in uſuf. quia extinguitur ſublata ſubſtantia. la 2. ff. de uſufru. idem in re uē dita ante perfectam uenditionem: quia uenditio ceſſat l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendente. ff. de peri. & com. rei uendi. & perfecta uenditione ceſſat actio ex uendito: ut per gl. in l. tenetur. §. 1. in uerbo: ex re uendita. ff. de act. emp. cum concor. alleg. in materia diminutionis, in 17. concluſio. Idem patet in re legata & perempta: quia hæres non poteſt pro illa a legatario conueniri. l. ſi ex legati. ff. de uer. ob. l. fideicomiſſ. §. ſi rem. ff. de leg. 3. l. cum ita. §. ſpecies. ff. de leg. 2. l. cum res. §. itaque. & ſeq. & l. quid ergo. §. fi. ff. de l. 2. ubi idem dicitur in rebus quaſi peremptis, ſeu quæ pro peremptis habentur: iuxta ea quæ dixi in 2. concl. facit tex. in l. Seia. in fi. ibi: quaſi extinctum. ff. de aur. & argen. leg. facit ad prædicta tex. in l. in tantum. ff. de
13 re. di. qui uult † ꝙ diruta funditus domo ædificata in littore maris. dominus domus amittat ius ſoli, & domus reuertat̄ ad naturam ſuam. facit l. Ariſto. eo. ti. propter quæ iura dixit Bal. in rub. eo. ti. ꝙ diruto & deſtructo penitus molendino facto in flumine publico amittatur ius ædificandi, de quo dicto dicam infra ea. conclu. in 6. limita. Sic & mortuis omnibus de collegio ius collegij extinguit̄, & bona collegij ſunt bona uacantia: ut per Pa. in c. recolentes. de ſta. mo. & per Arch. in c. in nullo. 18. q. 2. & habetur per gl. & Doc. in l. ſicut. §. fi. ff. quod cuiuſ. uni. no. & hoc etiam procedit in uilla & caſtro deſtructis authoritate ſuperioris habentis iuridicam ptā
tem & non tyranni ſine ſpe refectionis: quia amittunt priuilegia & priora iura: & bona fiunt uacantia. & idem in monaſterio taliter deſtructo: ut per Inn. & Cano. in c. cum ex iniūcto. per illum tex. de ope. no. nun. & per Albe. de Ro. Bal. An. Flo. & communiter ſcribentes in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſer. urb. præd. per Bal. & Ang. in l. proponebatur ff. de iudi. ubi Albe. loquitur de hoſpitali deſtructo. & facit tex. in l.
14 pater. §. tuſculanus. ff. de leg. 3. † ubi legatum factum collegio perit diſſoluto collegio: quando non fuit mora in eo dā do, intelligendo ut ibi per Bar. & in l. legatum. ff. de uſuf. leg. facit tex. in c. 2. cum gl. de ope. no. nun. ubi patet, ꝙ deſtructa eccleſia, ceſſant ordinationes de inſtituendis ibi canonicis factæ ac alia pertinentia. & dicit ibi gl. ꝙ deſtructa re pereūt priuilegia, & alleg. concor. & ꝙ deſtructa eccleſia pereant priuilegia: arguit pro & contra gl. in uerbo, deſtructa. in c. & hæc diximus. de qua materia remiſſiue traditur per Alexan. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in fi. commen. ff. de uer. ob. in l. ſi grege. ff. de leg. 1. & in ꝙſi. 43. inci. de celeberrima expeditione. j. uol. cum concor. de quibus per D. Feli. in c. cum dilecta. ult. col. de reſcri. Et propterea dixit Gemi. in c. licèt canō. in princi. 3. col. de elec. ꝙ ſi fit legatum per alimentandis pauperibus in certo hoſpitali deſtructo hoſpitali perit legatum. Cui autem applicentur bona collegij deſtructi, uel monaſterii, aut uillæ: habetur in d. l. ſicut. §. fi. & in d. c. recolentes. & in d. c. in nullo. cum concor. ibi. & ſupra alle. maxime per Fel. in
15 d. c. cum dilecta. facit † quia diruto caſtro extinguitur cenſus per illum debitus, intelligendo ut per Roma. conſ. 417. Facit ad prædicta: quia calix effractus deſinit eſſe ſacer: ſi nihil calicitatis in eo remaneat, ut per glo. in aur. prætera. C. de ſac. ſan. ecc. ubi Doc. Et licet ibi contrarium dicat glo. de eccleſia diruta; quòd non deſinat eſſe ſacra propter ſolum, quod remanet: ut dicit tex. in §. locus. Inſti. de rerum diui. tamen in c. eccleſijs. de conſecra. di j. dicitur aliter, uidelicet ꝙ exuſta eccleſia deſinit eſſe ſacra: uidelicet ſecundum gl. pen. ibi. ſi ita comburatur, ꝙ deſtruatur, uel deſtruatur interitus
16 & exterius: quia † conſecratio eccleſiæ maxime conſiſtit in unctione exteriori: & in unctione & diſpoſitione lapidum. & facit c. de fabrica. ea. diſ. Et plures declarationes & amplia tiones ad hanc concluſionem notaui in trac. dimi. in 20. cō clu. Et ſi columna uel alia res ponatur in ædificio per teſtatorem: ſiue ex cauſa uoluntaria, ſiue neceſſaria: perit legatum l. cętera. §. fi. ubi hoc no. ff. de leg. 1. quia deſijt extare talis res: ex quo non eſt in ſua ſubſtantia libera: per ſe poſſideri non pōt, ita ꝙ de per ſe non cenſetur l. qui uniuerſas. ff. de acqui. poſſeſ. & traditur in d. §. fi. ubi D. meus in 3. no & in 2. colu. in glo. in uerbo: extinctum & dixi ſupra eo. 2. conclu. in fi. An. autem in ædificatis res non dicatur funditus periſſe: niſi ſolū etiam pereat: dicam infra in 6. concluſio. uer. 2 prædicta. & tradit dñs præceptor meus in l. 1. 2. charta. C. de iure emphy. Item perempta re ex qua debetur pecunia ſine mora debitoris, perit debitū. Iaſ. in l. ꝙ ſi eū ſeruū. j. col. ff. ſi cer. pe. in j. not.

Prædicta ꝯcluſio limitatur, ut nō procedat in hæreditate:
17 quia † etiam ſi tota ſit conſumpta, uel deperdita, nihilominus durat nomen hæredis: cum nudo nomine quis poſſit dici hæres: ut in l. cum hæreditatem. ubi Sali. & ſcribentes cum l. ſeq. ff. de hær. uel ac. uen. iunctis no. in l. cum filio. ff. de leg. j. circa hæredes nudo nomine.

Secundò prædicta concluſio limitatur, niſi res pereat mora, uel culpa debitoris, ſeu rē dare debentis: quia durat actio & obligatio rōne intereſſe & ualoris rei l. apud Iulianū. §. ſi poſt moram. ff. de legatis primo. & d. l. ſi ex legati. & d. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. cum ibi not. ff. de uerborum oblig. de qua materia copioſe dixi in materia diminutio. in 20. cō cluſione, quæ concluſio eſt cōis hic & ibi, & dixit Bal. in l. j. in
18 ulti. col. C. de iure emphy. ꝙ † domus emphyteutica ſit combuſta culpa emphyteutæ, durabit emphyteuſis dño uolente, ita ꝙ emphyteuta nihilominus tenebitur ad canonem, an aūt culpoſus uel moroſus teneat̄ ad eſtimationē totius, uel eius tm̄, quod deficit Pau. de Ca. in l. mortuo. in prin. ff. de le. 2. & uide ꝯ. in 8. limita. Et idē ſi ſine culpa ſed facto hæredis, q̄uis ignorantis, quia non perit legatum: declarando ut per Bart. in l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de uer. ob. & D. Iaſ. in l. cętera. §. fi. 6. no. ff. de le. 1. per illum tex. uolentem ꝙ ſi hæres columnam legatam ponat ignoranter in ædificio, debeatur æſtimatio.

Tertiò limitat, ut nō ꝓcedat in debito alicuiꝰ rei in genere, uel alternatiue: qa genus perire non pōt: & qa perempta una ex reb. alternatiue debitis ī alia durat obligatio & actio ut dixi in præallega. 20. ꝯcluſione in materia diminutionis.

Quartò limitatur, ut non procedat in contractibus ultro citroque obligatorijs: quòd ex aduerſo erat debitum, uel implendum: quia ratione illius debiti, uel implementi durat
19 obligatio: ut patet in uenditione: quia † licet perfecta uenditione pereat res uendita: durat nihilominus actio, quam habet uenditor ad pretium nondum ſolutum: ut eſt expreſ-

ſum

Source : BIU Cujas

sum in l.Lucius.ff.de euic.& patet in l.pen.& fin.& l.cum cõuenit.C.de peri.& commo.rei ven. & l.id quod.in princ. & l. si per emptorem.& l. lectos.ff. eod.tit. intelligendo quando venditor culpam non commisit, vel moram: vt latè dixi in materia diminu.in prælleg.20 conclu.Et simile in rebus positis in societate peremptis l.si id quod.§.1.ff.pro socio.intelligenda tamen sunt prædicta iuxta ea quæ dicit Pau.de Cast. in l.mortuo boue.in prin.ff.de leg. 2. Et hæc non procedunt in contractibus innominatis: quia si equus mihi debitus per te ex contractu innominato: vt quia dedi tibi vestem vnam pro eo habẽdo,pereat ante traditionem: perit periculo tuo: vt tenearis mihi restituere vestem: licet non ad effectum vt tenearis mihi tradere valorem equi l.fi.iuncta l.dedi.§.quòd si ita.& melius l.si pecuniam.§.sed vbi.intelligendo,vt ibi.ff. de cond.ob cau.& l.pecuniam.C.eo.& ita intelligitur l. naturalis.§.1.ver.sed si schiphum.ff.de præscri.ver. quod est intelligendum,nisi aliàs dominus fuisset distracturus,ita ꝙ res pernes eum non perisset d.§.sed vbi.& per §.ꝙ si ita.cum cõcor.

20 † Quintò limitatur vt non procedat in ecclesia; monasterio;vel castro dirutis,vel distructis a casu,seu de facto:& non ex authoritate superioris: nec ex iuridica potestate destructis:vel cum spe refectionis:quia durant priuilegia & iura eorum:vt dixi supra in hac conclu.ver.sicut & mortuis.per iura ibi alleg.& dicam in materia refectionis.

Sextò limitatur:vt non procedat in iuribus realibus; quia remanent in habitu,licèt pereant in actu l. seruitutes.§.si sublatum.ff.de ser.vrb.præd.vbi Bal.& Ang & cõsequenter hæc conclusio non procedit in iure, quod quis habet per modũ facultatis: quia non perit perempta re: vt patet in eo qui habet molendinum super flumine, quod si penitus destructũ: quia posset aliud facere secundùm Bar.in l.quominus. in 15. quæstio.ff.de flumi.& in l.fi.vbi Ang. Imo. Cuma.& Pau. de Cast.ff.de vsuc.& Bal.in cons.109.incip.& videtur 1. vol. prima stampa.facit optimè l.qui luminibus.ff.de s.r.vrb.præ.cũ ibi not. dum in domo diruta quæ erat libera durat facultas eleuandi vsque ad cœlum non obstante depressione: iuxta l. altius.C.de serui. & dicam de hac materia in tracta. refectionis iuxta d.l.seruitutes.§.si sublatum.ff.de ser.vrb.præd. & ꝙ Bal.in d.l.tantum.ff.de rerum diu.voluit, quòd destructo penitus molendino facto in flumine publico amittatur ius ædificandi, hoc non procedit,vbi quis habet tale ius per modũ facultatis acquisitum:per prædicta.

Septimò limitatur:vt non procedat post ius quæsitum:iuxta ea quæ dicam in seq.conclu.dum dicam, quod diruta domo post ius quæsitum competit actio ad cementa:quia hæc limitatio congruentius ibi cadit.

21 Octauò limitat,vt non procedat in fure: † quia condictio furtiua odio furis semper durat etiam re perempta: non obstante,quòd dominus fuerit in mora agendi:nisi furem obtulerit l.in re furtiua.in prin.& §.1.& l.fi.ff.de condi. furti.

Nonò limitatur:vt nõ procedat, quando perit substantia, de qua in legato,vel dispositione;& alia fuit subrogata: quia durat dispositio in subrogata non tantum in vniuersalibus: prout est grex:peculium: & similia l. peculium.in princ.ff.de leg.2.& l.grege.cum seq.ff.de leg.1.iuncto.§.si grex. Insti.eo. & l. cum tabernam. in princ.ff.de pig. verum etiam in particularibus:iuxta l.filiæ.§.Titia.ff.de condit.& demon.cum ibi not.per Bar.& Docto.& per Bart. in l. si seruus legatus.§.qui quinque.ff.de lega.1. & in l. quidam hæredem.ff.de vino tri. oleoq; legato.& facit l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3.Et est materia,an subrogatum sapiat naturam eius: in cuius locum subrogatur:alibi tractanda. Et quãdo vna obligatio in aliam transfunditur ex eadem dispositione: puta nisi decem Titio dederis: volo quòd des talem fundum, habetur in l. si quando.§.hæres.ff.de leg.1.in l.1.ff.de penu leg.in l.1.§.si ita. ff.ad legem Falc.in l.1.ff.de in lit.iuran.in l.centum Capuæ.ff. de eo quod cer. loco. per Bar.in l.cũ stipulatus sim.in prin.in vlt.col.ff.de verb. obli. Et quando ex diuersa dispositione est materia nouationis & reformationis, in qua multa dixi in materia augmenti 3.q.princ.

Decimò limitatur in iure,quod quis habet per modum facultatis:vt dixi supra eo.6.limitatione.

22 Vndecimò limitatur:vt non procedat † in actione, quam gestor vel administrator habet propter impensam a se factã in re, quæ perijt:vt si gestor nomine domini rem necessariã emerit,quæ sit perempta:quia durat actio,si sine gestoris culpa perierit l.siue hæreditaria.cum ibi no.ff.de neg.gest.& l.ēt si contra.C. mandati. Idem in hærede,qui impẽdit in domo legata,quæ sine eius culpa exusta est:ꝙ nihilominus impensa debetur l.domos hæreditarias.cum l.seq.ff.de leg.1.

Duodecimò fallit quando supersit materia: nam si testator qui legauit nomen debitoris illud exigat: debetur nihilominus l.fideicommissa.§.si rem.ff.de lega.3. quia licet pereat debitum: supersit pretium eius loco subrogatum, vt ibi dicit tex.sicut quando testator legauit vxori frumentum:& superuiuens illud consumpsit, & aliud loco eius subrogauit: quia debetur, quod extat tempore mortis testatoris, secundum Bar.in l.si seruus legatus.§.qui quinque.ff.de leg.1.per illum tex.in l.quidam hæredem.ff.de vino tri. oleoq; lega. & est optimus tex.in l.filiæ. §. Titia. ff. de condit. & demon. de quo per do.meum Iaso.in l.cętera.§.fi.2. colum.ff.de leg.1.

Aliæ limitationes possunt colligi ad hanc conclusionem ex his,quæ dixi in materia diminutionis, in 20.conclusione: & ex his quæ dicam infra in sequenti conclusione.

23 **Sexta sit conclusio,** quòd † perempta forma rei si aliquid de materia remaneat: potest durare circa illud quod remanet prior dispositio,ac ius,actio & obligatio l.domo.ff.de pigno. actio.l. Paulus. §. domus.ff.de pig. vbi cõbusta domo pignorata vel diruta:ita quòd ad aream sit redácta:durat pignus in ea.facit l.seruum filij.§.si pocula.ff.de leg. 1. vbi legatum poculorum debetur:licèt desierint esse pocula,& fuerint ad massam redacta.facit l.si seruus.§.boue.ff.de condi.furt. vbi mortuo boue mihi subtracto possum vendicare carnes:corium & cornua: & diruta domo cõpetit habenti publicianam actio ad areã & cementa l.si ego. §.fi.ff.de publi.

Hæc cõclusio maximè procedit in iuribus realibus,in quibus si totum integrale ad aliquem spectat:quelibet eius pars pariter ad eum spectabit, non obstante quòd forma sit perempta secundum glo.& Doct.in l.mortuo boue.in prin. vbi Pau.de Cast.ff.de leg.2.facit d.l.si ego.§.fin.vbi diruta domo is cui competit publiciana,quæ est realis potest agere ad cementa.facit ad idem tex.in l.si id quod.in prin.ff.pro so.† vbi

24 si societas sit contracta in quadriga, & vnus equus sit mortuus:quo casu desinit esse quadriga l.peculium.§. quadragę, ff.de leg.2. cum concor. nihilominus in reliquo durat societas propter ius iam competentes in re acquisitum: licèt secus fit in societate contracta in pretio quadrigæ vendendę: quia mortuo vno equo ante venditionem non est dare pretium quadrigæ,in quo subsistat societas conuenta.Ad idem facit d.l.Paulus.§.domus.& l.si fundus.§.si rem.ff.de pignori. vbi durat pignus in domo, quæ post pignus contractum reducta est ad aream:vel in solo cuius forma est mutata.facit l. solum. in fi.ff.de rei ven. vbi dicitur meum, quod ex re mea supersit.Et secundum prædicta procedit l.si seruus. §. boue. ff.de condi.fur. vbi mortuo boue furto subtracto potest dominus petere carnes,coriũ & cornua. & ita loquitur ibi Bar. volens secus esse,vbi ageretur actione personali:& hanc sententiam firmat Alb.de Ros.post antiquos, in l.si conuenit.§. si quis cauerit.ff.de pig.actio. & ita intelligi debet, quod dixit Bart. in l.scire debemus. in princ.circa fi.commenti.ff.de verb.oblig.dum dicit,quòd †domo diruta singulæ partes de

25 bentur & peti possunt: vbi autem totum consisteret in integritate sua,non posset peti pars:puta pes bouis: vel postis lecticæ cõmodatæ l.in commodato.§.duabus.ff.commo. vult Bar.in d.§. boue. nisi quis vellet petere quotã.puta dimidiã; declarando vt per Bar.in d.§.boue.& propterea in summa secundum Bar.in d. §. boue. quandoque possum petere vnum totum integrale tanquàm meum: & tunc eo dissoluto possum petere quamlibet eius partem: per illum text. quoniam possum petere tanquàm mihi debitum: & tunc eo dissoluto non possunt peti partes. & hanc distinctionem optime probat tex.in l.si id quod. in prin.ff.pro so.dum vult in societate quadrigæ contracta vno equo mortuo durare societatem propter ius iam quæsitũ:& secus esse in promissione de contrahendo:quæ producit actionem personalem:iuxta no.in l. in bonæfidei.ff.de eo quod cer.lo.Quod autem dixit Bart. vt singulæ partes rei, cuius forma est perempta actione personali peti non possint: procedit secundum Fulg.in d. §. boue. & Pau.de Cast.in d.l.mortuo boue.ff.de leg. 2. in actionibus stricti iuris: secus autem si sint bonæfidei: per iura alleg. per eos.& per l.naue.iuncta l.1.ff.de euic.dum ibi dicitur, † quòd

26 actio ex stipulatu ad duplam non competit ratione partis & ꝙ secus est in actione ex empto,quæ est bonæfidei: vt etiam dicitur in l.emptorem.§.si quis rem.ff.de actio. empti subdit Pau.de Cast.no.d.l.mortuo boue.aliud in legato:quia est stricti iuris,de quo dicam infra hac ea.conclu.in 1.limit. & licèt actiones ex testamento sint stricti iuris, tamen habent instar actionum bonæfidei l.in minorum.C.in qui.cau.in integ. restit.non est necess.& pro tanto Alb.de Ros.in d.§.boue. dicit, & melius:aliud esse in legato:quia est debitum spe. Nam qñ cessit dies legati:& consequenter legatarius factus est dominus,tunc etiam ipse potest vendicare carnes & corium:vt declarat ipse Pau.de Cast.in d.l.mortuo boue in prin.quia ante diem non debentur,cum bos:nõ autem corium:& caro sint legata,ar.l.debitor.in fi.ff.eo.tit.vbi legatarius petere non debet nisi rem legatam.

Secundò dicta conclusio maximè procedit: quando id quod

27 † quod remanet de re cuius forma eſt perempta eſt potiſſima ſeu principalis pars rei de qua fuit diſpoſitum: nam in ea durat actio & obligatio ac ius & diſpoſitio: & ita procedit l. ſi grege.in fi.ff.de leg.1.iūcta l.domo.ff.de pig.act. vbi domo legata vel hypothecata ſi collapſa ſit,non perit pignus vel legatum:ſed area remanet hypothecata: & debetur iure legati.& iſta eſt communis ſententia quam Dy.Bar. Cuma.Imo. & Pau.de Caſt.& communiter Doct.ſequuntur in d. l. mortuo boue.in princ.& in d.l.peculium.§. 1.ff.de leg.2. reproba ta glo.ibi quæ aliter dicit in l.ſeruum filij.§.ſi arcę.ff.de leg.1. facit ad hoc l.pediculis.§.fi.cum glo.fin.de aur.& arg.leg.vbi ſi ex ornamento gemmarum legato dempti ſint plures lapides a teſtatore:debetur nihilominus legatum,ſi lapis principalis remanſit,de quo dixi in 2.conclu.in fi. ſupra eo. & dicā infra verſic.4.prædicta.circa fi.facit l.quod in rerum. §.fin.ff. de leg.1.vbi debetur nauis renouata ſubſiſtente eadem carina quæ eſt potiſſima pars;de quo dicam in materia refectio-
28 nis. Et eſt aduertendum:quia † ꝙ attendatur potiſſima pars: aliqui ſcribētes in l.ſi grege.ff.de leg.1.vbi. d. p̄ceptor meus, voluerunt procedere in his quæ conſiſtunt ex partibus integralibus & cohærentibus.vt eſt domus,quæ ſecundùm legiſtas conſiſtit ex ſolo & ſuperficie: & ſecundùm logicos ex ſolo,ſuperficie & tecto,iuxta glo.in §.ſi grex.Inſtit.de leg. & in l.rerum.§.1.ff.de vſuc. & in l.ſolum.fi.de rei ven. cui dicto obſtant iura infra allegāda.Facit:quia ædes ſacræ diruto ędificio non deſinunt eſſe ſacræ propter ſolum quod remanet §.locus.Inſti.de re.di. & hoc de iure ciuili · de iure autem cano.conſideratur; an eccleſia ſit funditus deſtructa: & an parietes interius & exterius perierint:vt in c.eccleſijs.cum glo. 1.& in c.de fabrica.de conſe.di.1.ſic & calix,qui non ſit effractus taliter, ꝙ nihil calicitatis habeat, non deſinit eſſe ſacer ſecundùm gl.in d.auth.præterea.vt dictum fuit ſupra. Quòd
29 autem † area ſit potiſſima pars domus:dicit tex. in l. qui res. §.aream.ff.de ſolu.& patet quia ſuperficies cedit ſolo, nō autem econtra l.obligationum ferè. §.placet.ff.de act. & oblig. & Inſti.de re.di.§.cum in ſuo.vult glo.in auth.præterea.C.de ſacroſan.eccl.per d.§.locus.& ita ſaluatur dictum glo. fin. in d.l.ſi grege.& Bar.in d.l.peculium.§.quadrigæ.aliàs. §.1. & in d.l.mortuo boue.ff.de leg.2.Et eſt de mente Bald.in rub.ff.de re.diu.3.colum. dum dicit, ꝙ quando ædificium eſt factum in flumine publico:ſi eſt collapſum intantum, vt fundamenta pro maiori parte ſint ſublata:amittitur ius ædificātis:aliàs non.de quo habetur per Bar.in l.quominus.ff.de flu. in 15.q. cum concor.ibi per D.præceptorem meum alleg. & no.in l. fin.ff.de vſuc.Et ex his ſaluatur opin.Ang.in §. itaque. in Authen.de non alie.quam ſequitur præceptor meus do.Iaſ.in l. 1.in 4.colum.C.de iure emphyt.poſt Imō.in c.potuit.19.col.
30 de loca.ꝙ † ſi domus ruat,non perit exphyteuſis propter ſolum,quod remanet per d.l.1.§.adeo.Inſt.de loca.quod dictū habet pro periculoſo Io.de Ana.in c.conſuluit.de Iude.cum Bal.in d.l.1.in ver.modo reuoco in dubium 3. col. & ibidem Sal.aliter dicant.in quorum opin.inclinant Iacob. de Arena. Cyn.Bar. & Fulg.& ſequaces in d.l.1.in illa q.an ſi non poſſit fundus emphyteuticus propter guerram laborari, teneatur emphyteuta ad canonem,cū concor.alleg.ad hoc per Doct. dixit tamen Bald. in d.l.1.hoc eſſe in facultate emphyteutæ: an velit in emphyteuſi perſeuerare. prædictæ tamen declara tioni obſtat l.peculium.§.quadrigæ.ff.de leg.2. & l.domum. ff.de contrahen. empt. vbi remanente ſolo & maiore parte perit legatum,& cōtractus emptionis,quibus iuribus reſpōdetur ſupra in tracta.dimi.in 2.& 3.conclu.

31 Tertiò prædicta cōcluſio maximè procedit in rebus † quæ vno ſpiritu tantum conſiſtunt, quando id quod remanet de re cuius forma eſt perempta eſt reducibile ad priſtinam formam ſecundum Bal.in d.l.mortuo boue.in princ.ff.de leg.2. exemplum ponit Bal. in area quæ diruta domo eſt reducibilis ad priorem ſtatum: quo caſu diſpoſitio circa domum facta ac ius & obligatio durat,per iura in p̄cedenti ver.alleg. facit l.ſeruum filij.§ ſi pocula.ff.de leg.1.vbi legatis poculis ſi redigantur in maſſam:illa materia debetur.& licèt tex.in l.peculium.§ quadrigæ.ff.de leg.2.videatur velle contrariū· quia mortuo vno ex equis quadrigæ:alij equi ſunt reducibiles ad priorem quadrigam.concordat l.quid tamen.§.fi.ff.qui.mo. vſufru.amit.cum l ſeq.& tamen perit legatum & extinguitur vſufruc. vt ibi nihilominus ipſa iura loquuntur in rebus quæ conſiſtunt ex pluribus corporibus ſimul iunctis:vt dicam in ver.ſequen. Sed adhuc obſtat l.qui vſumfructum. in princ.ff. de vſufruc.ſed ibi in vſufruc. in quo magis forma quàm materia conſideratur:vt dicam infra in 2.limitatione.

32 Quartò prædicta concluſio maximè procedit † in conſiſtentibus ex ſeparatis & diſtantibus corporibus: quia ſi pereat maior pars,& quæ dat eſſe rei: nihilominus durat diſpoſitio de re & circa rem facta: ac ius & obligatio in eo quod remanet,quamuis non ſit potiſſima pars:vt patet in grege legato, qui ſi ad vnam tantum ouem deueniat, nihilominus debebitur illa ouis,nō obſtante ꝙ deſierit eſſe grex §.ſi grex. Inſtit.de leg.& l.ſi grege.ff.de leg.1.cum non poſſit eſſe grex, niſi ſaltem ſint decem animalia l. oues. ff. de abige. & habetur per glo.in cle.1. de deci.ad quod facit, quod dicimus de collegio, ad cuius eſſe tres perſonæ requiruntur l.Neratius. ff.de verb.ſignific.& tamen ſi ad vnam deueniat,nō pereunt iura collegij,ſed in eo reſident.& idē in vniuerſitate quacunquel.ſicut.§.fin.ff.quod cuiuſ.vni.no.c.fi.65.diſt. cū cōcor.& dixi in præcedenti concluſio. & ideo ius eligendi, quod habet vniuerſitas,reſidet in vno c.gratū.de poſtu.prela.de quo per Pau.latè conſ.122.incip. quoniam de inſtrumentis 3. dubio.& 145.incip.in q.in fi.ſed in vniuerſitate hominū maior eſt ratio ſecundum Pau.de Caſt.in d.l.ſi grege.in fi.commenti. quia habet iura quæ poſſunt eis mortuis reſidere, de quo
33 dixi in præce.concl.vnde Cu.in l.peculium. §.quadrigæ.ff.de leg.2.dicebat,hoc ideo eſſe † quia in grege nullum caput eſt alio principalius:ſed hęc ratio non videtur generalis: quia in collegijs aliqua capita ſunt principaliora:& ſic durat in vno collegium:vnde ſecundum Bal.in d.§.quadrigæ. vitiatur ſindicatus collegij, ſi prior collegij ſit excommunicatus: licèt ſecus ſit,ſi alius cum foret excommunicatus, de quo in cap. conſulti. de procu. & in c.ad probandum. de re iud.ſed ſuſtinendo Cu.dici poteſt,ꝙ ad eſſe collegij non exigitur,ꝙ vnus ſit principalis: licèt hoc ſit de bene eſſe ratione regiminis. Cęterùm alia ratio eſſe poteſt: quia quælibet ouis per ſe tantam vtilitatē poteſt afferre,ſicut ſi in grege foret, & eſt eiuſdem vſus:ideo in ſola oue durat legatum:nō ſic eſt in domo & area:ideo non mirum ſi in eis attendatur:an potiſſima vel maior pars remanſerit:vt dixi ſupra in ver.2.prædicta &c. ita vt mens diſponentis ſit eo modo coniecturando, prout eſt vtilitas ac vſus rei.idcirco tex.in l.ſi chorus.in princ.ff.de leg.
34 3.dicit, ꝙ † grege legato ſingulæ oues legatæ cenſentur: & faciunt no.per Bar.in l.ſcire debemus.in princ.in fi.com. vbi alij.ff.de verb.oblig. & per Ang.in l.grege.in princ.ff.de pig. dum dicunt, ꝙ pro debito gregis poteſt agi ad vnamquamque ouem tanquam debitam, non ſic pro debito domus in ſua forma exiſten l.in commodato. §. duabus. ff. commo. & dixi ſupra eo.in ver.hæc concluſio &c.licèt ſit differentia: an legetur vſufruct.gregis, an.10.ouium, quæ faciunt gregem: vt eſt tex.in l. quid ergo. vbi Alb.de Roſa. inter cęteros.ff.de vſufruc.& an ſit differentia dicere:lego gregem & lego omnes oues, tradit Cuma.in d.l. peculium. in princ.& eſt differentia:an quis dicat vendo gregem tanto pretio:an verò ſingula corpora gregis l.ꝙ ſæpę. §.in his.in fin.ff.de contrahen. empt.facit tex.in d.l.quid tamen.§.fi.vbi facit differentiā: an ſit legatus vſufruc.equorum quadrigæ,an quadrigæ, ſi cōtingat vnum equum mori:vt primo caſu in reliquis duret lega-
35 tum ſecundo caſu non. *Ad prædicta facit † quia grex: familia*: & vniuerſalia ſui natura recipiunt augmentum & diminutionē.facit d.l.ſi grege.ff.de leg. 1.& §. ſi grex.Inſtit.de leg. & d.l.grege.in princ.& facit l.ſi teſtamento.§. ſi periero.ff.de excep.rei iudi & l. 3. cum ſimi.ff.de rei vendi. Hinc dicimus, ꝙ in vniuerſalibus pretium loco rei ſuccedit l. ſi rem & pretium.ff.de rei ven. vnde non mirum ſi qualiſcunque ſit diminutio in eo quod ſuper eſt duret legatū: & iſta eſt ratio, quā amplexus fuit iuriſconſultus in l.peculium.in princ.vbi vult, ꝙ legato peculio,vel familia vniuerſa:aut certa familia, puta vrbanis ſeruis,vel ruſticis:aut lecticarijs:aut pediſequis,aliquibus demptis duret legatum in reliquis præmittendo ꝙ talia augeri & minui poſſunt,ſubdens in §. quadrigæ. non ſic eſſe, ſi vnus equus quadrigæ legatę pereat, maximè principalior: & conſiderauit iuriſconſultus, ꝙ in hoc caſu quadrigæ ceſſabat illa ratio,ꝙ augeri & minui poſſit: ideo voluit conſiderari;an amplius conſiſtat quadriga.Et ſi dicatur, cur diuerſum in l.pediculis.§.fin.ff.de au.& arg.leg. ibi, dummodo in aures maneant,dum vult, ꝙ ſi ex pluribus gemmis ſimul vnitis ad faciendum ornamentum aurium quod ſit legatum, plures gemmæ adimantur, inſpiciendū eſſe,an remaneat ornamentum in forma ornamenti aurium: & tunc in reliquis gemmis duret legatum, aliàs nō,cum in talibus ornamentis poſſint plures gemmæ vel minoris numeri poni,reſpondetur ꝙ vbi plura ſeparata veniunt ad formandum certum & reale corpus,vt in ornamento inaurium & quadriga,attendimus: an facta aliquorum ademptione remaneat adhuc forma rei legatæ per d.§.fi.& d.§.quadrigæ.& latius infra dicetur, non
36 ſic in grege:quia † decem oues,licèt faciant gregem,non formant certum corpus reale, licèt corpus imaginatiuum & in intellectu conſiſtens faciant:vel dici poteſt,ꝙ grex:& ſimilia recipiunt augmentum indiſcretè & indefinitè.vnde pariter recipere debent diminutionem, non ſic in ornamentis gemmarum:quia poſſent tot gemmæ vniri,quę formæ ornamenti non conuenirent,& illud à forma ornamenti diuerterent: vnde pariter in diminutione eſt habenda ratio, an forma

Source : BIU Cujas

ma remaneat,vt augmenti, & diminutionis par sit ratio: vt dixi in materia diminutionis in 2.& 3.concl. Et ista sunt multum difficilia ac subtilia a Doctoribus minus bene declarata:nec in d.§.quadrigæ.nec alibi,q̃ viderim, vnde ex his puto in summa distinguendum,q̃ in his, quæ consistunt ex pluribus separatis corporibus,quę sui natura recipiunt augmentum & diminutionem,vt sunt familia, peculium: & hæreditas:& quæcunque vniuersalia: etiam in nummo duret peculium:& tunc qualiscunque sit diminutio,durat dispositio de his facta ac ius & nomẽ peculij d.l.peculium.in princ.vbi idẽ
37 dicitur†in legato generali, puta omnium seruorum meorũ: vel seruorum meorum lecticariorum.Et hoc quò ad ea,quę consistunt ex separatis & distantibus corporibus non habentibus aliquam certam determinationẽ ad formandum certum corpus. Aut talis distantia & separata corpora habent formare certum & determinatum corpus:vt in grege,quod exigit ad sui essentiam 10.oues:vt in prin.huius versi.dixi: & tunc si recipiunt augmentum in infinitum, ita q̃ augmentũ veniat in dispositione,pariter veniet in dispositione id quod supereſt facta diminutione: quamuis nomen & forma deficiant d.l.si grege.in princ.iuncta l.grege.ff.de leg.1.iuncto.§. si grex.Insti.de leg.per rationem l.3.d.l.peculium.in prin. aut non recipiunt augmentum in infinitum: & tunc si vnum nõ est principalius alio,& vniuntur ad formandum certum corpus reale. vt in ornamento gemmarum, aliquibus demptis taliter q̃ forma pereat, extinguitur dispositio & legatum de re illa factum l.pediculis.§.fi. ibi, dummodo maures maneant.ff.de au.& arg. leg.& d.l.peculium.§.quadrigæ. alias si forma duret, licèt aliquæ gẽmæ desint, erit secus.d.l. pediculis.§.fi.loco prælleg.aut vnum est principalibus alio: & tunc si illud principale dat denominationem rei: vt in firmalijs, in quibus lapis medius & grossior dat denominationem alijs demptis,manẽte principali durabit dispositio, vel legatum de tali re facta in illo principali d.l. pediculis. in fin. iuncta glo.fin.& ibi Bar.de quo dixi supra eo.versic. secundò prædicta.& in 2.conclusio.ver.& ad hæc.

Quintò prædicta conclusio maximè procedit in vniuersalibus: & his quæ sui natura recipiunt augmentum & diminutionem:vt dixi in ver.præce. per l.peculium.in prin.ff.de leg. 2.iunctis no.in §.1.ea. l. facit quod dicam infra eo. ver. octauò prædicta.in princ.& fin.& quod dictum est in præcedenti declaratione.

38 Sextò prædicta conclusio maximè prodit † peremptis accessorijs: quia interitus formæ eorum non nocet principali l.fundi.ff.quib.mo.vsufruct.amit.vbi Bald. & dixi supra eo.2. conclu.ver.& ad hæc.

Septimò prædicta conclusio procedit, quando perit forma in contento remanente forma in re continente,vt patet ex iuribus in sequen.ver.allegandis.& in not.text. l. quid tamen.in princ.ff.qui.mo.vsusfr.amit.

Octauò prædicta conclusio maximè procedit, q̃n mens disponentis,vel verisimiliter,vel ex verbis, aut mente ad certam formam vel speciem se non restrinxit: quia tunc dispositio sortitur effectum circa id, quod remanet, perempta forma:vt patet in l. quoties.§.fin.ff.de vsufruct. vbi legato vsufr. bonorum licèt domus,quæ erat in bonis corruat: nihilominus debebitur vsusfruc.areæ,qui aliàs non deberetur:vt dicã infra proximè, quia testator habuit respectum nõ ad formã: sed an quid esset in bonis, & q̃ in hoc consideretur mens & voluntas disponentis patet in l. seruum filij. §. si pocula.ff.de leg.1.& in l.quæsitum. §.illud fortasse.cum ibi not.ff.de leg.3. Et propterea bona fuit consideratio gl. in l. sed & eo.ff.quib. mod.vsusfruct.amit.quæ vult iuncta l.præced. q̃ licèt legato vsufru.domus,quæ postmodum diruta fuit,pereat legatum, ita q̃ non debeatur vsusfruct.areæ.Tamen legato vsufru.fundi,in quò sit villa, quæ sit collapsa, debebitur vsufruc. areæ. quamuis fundus ad villam esset accessorius: quia testator legando vsumfr.fundi;in quo est villa,ad totum fundum respectum habuisse videtur.

39 Nonò prædicta cõclusio maximè procedit † quando culpa debitoris,vel forma interijt· vt declarat Pau. de Castr.in l. mortuo boue.in princ.ff.de leg.2.dicam aliquid infra in 2.limitatione.facit quod dixi in præce.conclu.ver.secundò prędicta:& in materia diminutio.in 17.concl. & est distinguendum,vt per tex.notabi.in l.quid ergo.la 1.§.pen. in fi.ff.de lega.1.& ibi,quid si non perijt·sed desijt esse in commercio facto testatoris vel hæredis vniuersalis: nam distinguendũ est, an hęres qui interfecit seruum legatum habuerit iustam causam sic faciendi.

Decimò prædicta conclusio maximè procedit: q̃n perempta forma remanet nomen primęuum: vt si in peculio legato vnus tantum nummus remaneat:vt per Bar.& Doct.maximè Cu.in l.peculium.§.quadrigæ.ff.de leg.2.facit l. sicut.§.fi. ff.quod cuiusl.vni.no.vbi si de collegio vnus tantũ remaneat, in eo durat ius vniuersitatis,no.Bar.in d.§. quadrigæ. & dixi supra eo.in 4.ampliatione.

Prædicta conclusio limitatur: vt non procedat, vbi quis actione personali rem prosequi intendit:vt quia nõ rem suã: sed sibi debitam petat:tunc quia dissoluta re & perempta forma non potest partem petere.puta si mortuo boue sibi debito quis velit petere carnes; corium & cornua: licèt secus sit, vbi quis ageret rei ven.vt per Bar.in l.si seruus. §.boue.vbi ẽt alij.ff.de condi.fur.& latius dixi supra in 1.amplia.versic.hæc conclusio maximè procedit.

40 Secundò prædicta conclusio limitatur in eo † quod tanꝯ illius substantiæ qualitas adhæret alicui substantiæ, vel corpori,qua perempta illud adhærens perit:vt in vsufructu videmus,qui est qualitas & accidens proprietatis l.2. cum ibi no. per Bal.ff.de vsufruct.vbi etiam Ang.& l.qui vsufr.in prin. cũ glo.& ibi no.ff.eo.vult glo.in l.1.ff.de vsufru. leg. nam si proprietas amittat formam, quam habebat tempore constituti vel relicti vsusfr. perit ipsius vsusfr. concessio & legatum, vt quia domus,in qua constitutus vel relictus fuit vsusfru.comburatur,vel ruat:quia licèt sedimem remaneat, non debebitur areæ vsusfr.idem de vsufr agri legato: quia si ex superuenienti inundatione efficiatur stagnum, non debebitur vsusfru.stagni,in quo pistari potest:vt patet in §.pen.Inst. de vsuf. & in l.si ager.& in l.quid tamen.in prin.vbi alia dantur exempla.ff.quib.mod.vsusfruct.amit.& in l.quoties.§.fi. & in l. qui vsumfr.in princ.ver contra autem.ff.de vsufru.pro quo facit:
41 quia secundum Bal.& Ang.in d.l. qui vsumfru. † vsusfructus magis in forma,quàm in materia consistit l.repeti. §.fi.ff.qui. mod.vsusfru.amit.& dixit Imo.in l.peculium. §.quadrigæ.ff. de leg.2. q̃ in legato proprietatis consideratur materia non forma & in legato vsufr.econtra:quod non est ita passim verum, vt patet in hanc conclusione per totam, & idcirco in vsufruc. congruum est: vt prior forma subsistat; nec sufficit priorem materiam sine priore forma adesse:& certum est,q̃ diruta domo non potest dici vsusfru.areæ.vel soli ille vsufru. qui fuit legatus,nec rectè cõsideranti vsusfr.areæ erit de parte integrali vsufr.domus-cum tendat ad diuersum finem. cũ ergo adhæreat subiecto eo sublato: vt est ex mutatione formæ:vt dixi supra eo in 2. conclu. circa princ.meritò submouetur ipse vsusfructus d.l.2.ff.de vsufru. & prædicta sunt intelligenda,nisi interuenerit mora,vel culpa debentis vsumfruc. per l.si vsusfructus l.& quæsitum.& l.q̃ si hæres.ff.de vsufruc. intelligendo vt in l repeti.§.fi.ff.quib.mo.vsusfr.amit. & ideo
42 si legetur vsufru. † quadrigæ, mortuo vno equo extinguitur vsusfruc.cum desinat esse quadriga d.l.quid tamen.§.fi.Hinc meritò dicitur in l.fi.ff.qui.mod.vsusfru.amit.q̃ legato vsufr. gregis extinguitur legatum,si grex ita minuatur: vt in eo nomen gregis consistere non possit, quod est 10. animalium l. oues.ff.de abi.glo.in cle 1.de deci.cum simi & dicit text. in l. pen.ff.qui.mo.vsusfr.amit.q̃ mortui pecoris caro & corium non debeẽ vsusfructuario,qui per mortẽ pecoris vsusfructus fuit extinctus. Prædicta tñ sunt sanè intelligenda, videlicet q̃n forma totius rei, in qua consistit vsufr.est perempta: nam si pars insulæ legatæ,vel domus remaneat in sua forma, licèt pars perierit,durat totius rei vsusfru.l.si cui insulæ.ff.de vsufr. intelligendo secundum Alb. de Ro. post Iaco.de Rau.ibi, q̃ pars remanens esset habitabilis,& in forma domus vel insulæ,ad quod facit, quod dixit Bart.in l.si finita. §.2.ff.de dam. infect.dum loquitur de parte domus occidentali. ad hoc facit:quia legato vsufruc.fundi,in quo adsit villa,debetur vsusfruct.villæ,etiam si diruat d.l.fundi.cum 2.sequen.ff.qui.mo. vsusfru.amit.

Ad prædictam conclusionem facit, quod dixi de calice consecrato & ecclesia consecrata: quia si frangitur calix, vt nihil calicitatis habeat,& ecclesia funditus ruat, perit consecratio eius,quæ est adhærens,& qualitas ad ecclesiam & calicem, de quo dixi supra in 5.conclusio. facit quod dicam in 4.fallentia de accessorijs.

Tertiò ex proximè dictis in 2.fallentia patet,quòd hæc cõclusio fallit in vsufru.qui perit perempta forma substantiæ & proprietatis:vt ibi latè dixi.

43 Quartò fallit, vbi † perit forma principalis rei: quia in accessorio cessat dispositio:vt not.glo.fi.in l.pediculis.§.fin.vbi Bar.ff.de au.& arg.leg & patet in l.1.& 2.ff.de pec.leg. vbi mamissio, vel mortuo seruo legato cum peculio perit legatũ peculij,de quo in l.quid tamen.in prin.cum duob.ll.præce.ff. qui.mod vsufr. amit.vbi hoc limitatur: & aliam limitationẽ ponit glo. in dicta l.2.ff. de pec. leg. & potest dari alia limitatio,vbicunque accessorium potest stare sine principali: vt latius habetur in regula iuris accessorium.& in l.cum principalis.ff.de reg.iur.& in l.æde.ff.de contrahen.emp.& in l.intelligere.C.de luiti.pig.& l.si ancillas.ff.de leg.1.cum concor.Et licet hæc conclusio videatur probari in l.peculium. §.quadrigæ.ff.de leg.2.dum loquitur de equo principali:tamen secun

dùm

Source : BIU Cujas

dùm glo.ibi non eſt curandum; an ille equus eſſet principalis:vt patet ex tex in l.quid tamen.§.fi.cum concor. ibi alleg. ff.qui.mod.vſufr.amit.& in l.ſi id quod.in princ.ff.pro ſocio.

44 Quintò fallit prædicta concluſio † vbi principalis, vel potiſſima pars rei,de qua fuit diſpoſitum,deficit:quia tunc ceſſat diſpoſitio circa rem facta vel legatum in parte que remanet ſecundum Bar.Cuma.Imo.& Pa.de Caſt.in d. l. peculiū. §.quadrigæ.ff.de leg.2. per illum text. & in d.l.mortuo boue. in princ.eod.tit.& in l.ſeruum filij. §. ſi ante.ff.leg.1.dicentes hoc ideo, ꝙ legato boue non poteſt eo mortuo peti per legatarium corium vel caro:quia anima bouis,quæ eſt principalis,deficit:& in hac opi. videnť cōmuniter reſidere Doct. reprobata gl.in d.l.ſeruum filij.§.ſi areæ.& in d.l. mortuo boue.quæ aliter dicit.Sed cum ſupportatione iſta fallentia ſimpliciter non procedit:nam in vniuerſalibus eſt contra tex.in d.l.peculium.vt dixi ſupra in verſic.quintò prædicta.Item in his,quæ conſiſtunt ex corporibus diſtantibus & ſeparatis eſt cōtra tex.in §.ſi grex.Inſti.de leg.& in d.l.ſi grege.ff.de leg.1.

45 † Item in conſiſtentibus ex partibus integralibus & cohærentibus videtur contra text. in d. §. quadrigæ. & in d.l.ſi id quod.ff.pro ſo.vbi remanet pars maior:& nihilominus deficit diſpoſitio.& obſtat l.domum.ff.de contrah.emptio.dum dicit,ꝙ ſi vēdita ſit domus pro maiori parte combuſta, quā contrahentes non ignorabant combuſtam, non compelletur ſtare emptor emptioni: & ꝙ ſi ſola area remaneat, non poſſit ſubeſſe emptio. Item in his quæ conſiſtunt vno ſpiritu eſt contra tex.in d.l.ſi ſeruus.§.boue.ff.de condic.furti.& in l. ſeruum filij. §. ſi pocula.ff.de leg. 1. Verum quia negari non poteſt quin aliquo caſu attendamus: an pars principalis vel potiſſima remaneat,quod etiam demōſtratur in d. l. domū. in princ.& in l.pediculis. §.fi.ff.de auro & arg. leg. cum concor.traditis ſupra eo.in 2.ampliatio.verſic.ſecundò prædicta concluſio maximè procedit:idcirco ſuſtineri poteſt hæc cōcluſio iuxta ea quæ dixi in d.2.amplia.iunctis his quæ dixi in 4.ampliatio.circa fi.reſtrigendo iſtam limitationem,ne contrarietur aliis ampliationibus & limitationibus. & idcirco iuxta hanc fallentiam dixerunt Bar.& Cu.in d l.peculium.§. quadrigæ. ꝙ ſi diruta domo pereat ſolum inundatione, vel caſmate,conuenta peti non potuerunt:quia pars principalis perijt,quod poſſet procedere in actionibus perſonalibus, vt dictum eſt ſupra in prima ampliatione.

46 Sexto prædicta concluſio limitatur,vt † non procedat, ēt ſi maiōr pars remaneat,ſi nomen rei amittatur:quia tunc perit diſpoſitio & legatum de re factum d.l.peculium. §.quadrigæ.ff.de leg.2.& l.ſi id quod. in princ.ff. pro ſoc. & l.quid tñ. §.fi.ff.qui. mod. vſusfruc.amit. vbi legata quadriga vel vſufr. eius, vel facta conuentione de contrahendo in ea ſocietatē, ſi vnus equus pereat,ceſſat legatum, & ſocietas: cū amplius non ſit nomine & effectu quadriga,in tex. præalleg. & Bart. ac Cuma.in d.§.quadrigæ.nec eſt curandum:an equus principalis deceſſerit ſecundum glo.ibi & tex.præalleg.qui hoc volunt, cenſetur enim diſponens ex quo quadriga in ſui prolatione & ex alluſione vocabuli ſignificat certam formam ad illam habuiſſe reſpectum & non ad equos. vnde text. in d. l.

47 quid tamen.§.fi.facit differentiā:†an teſtator legauerit vſum fructum equitum; an verò quadrigæ: quia ſic quadrigæ ad equos non fuit habitus reſpectus ſed ad formam: & ad hoc eſt bonus tex in l.pediculis.§.fin.ibi, dum modo inaures maneant.ff.de au.& arg.leg.vbi ſi legatur ornamentum aurium ex gemmis conſiſtens,& aliquæ gemmæ adimantur taliter, ꝙ ipſum ornamentum formam amittat, perit in reliquis legatum:& non diſtinguit ille tex.an maior pars remaneat vel minor,ſed ſolum,an forma duret, eſto ꝙ minor pars ſit ſublata,attento ꝙ teſtator ad nomen & formam ſe retulit. Et ſi dicatur,quare non ſic in grege, cuius legatum debetur, etiā ſi ad vnam ouem deuenerit,non obſtante quòd deſierit eſſe grex,aſſignaui plures rationes.ſupra eo.in 4.amplia. Quòd ſi adhuc dicatur, quare legatis poculis ſi redigantur ad maſſam, ita quòd deſinant eſſe pocula, durat legatum l. ſeruum filij.§.ſi pocula.ff.de leg.1.reſpondetur,quòd expreſſio huius nominis non præfefert certam formam, cum plures ſint ſpecies poculorū l.Seiæ dulciſſimæ.ff.de auro, & arg.leg.nec.n. illa ratio, quòd maſſa ſit reducibilis ad pocula, tolleret contrarium de quadriga:quia etiam illa equi,qui ſuperſunt,ſunt reducibiles: vt probat text.in d.§.quadrigæ. & in d.l.quid tamen.in fi.cum l.ſeq.Et ſi quis vellet tenere opi.quòd ſit conſiderandum in quadriga,an principalis equus perierit:quam Bar.Cuma.& Pau.de Caſt.tenent in d.§.quadrigæ. ceſſarent multa contra.iuxta ea quæ dixi in 2.amplia.ſed tex.præalleg. vrgent nos ad tenendum cōtrarium, & quod ibi dicitur per Pau.de Caſt.an currus & reliquæ quadrigæ peti poſſint, minus placet,nec ſua diſtinctio l.probari videtur.Septimò fallit prædicta concluſio, ſi pars remanens, non ſit reducibilis ad priorem formam ſecundum Bal.in l.mortuo boue.in princ. ff.de leg.2.qui dicit, quòd mortuo boue legato idcirco non debetur corium & caro,ſi ante diem legati cedentem perierit bos:quia non ſunt reducibilia ad priorem ſtatum, de qua limitatione dixi ſupra in 3. amplia. & credo me latius dicturum in materia transformationis.

48 Octauò fallit † in rebus in teſtamento relictis reformatis: quia quantum ad illas teſtator cenſetur mutaſſe voluntatē l.alumnæ.§. qui filias.ff.de adi. leg. & ibi no.de quo latius dicam in materia reformationis.

Nonò fallit in nomine debitoris legato:quia ſi teſtator exigat debitum,quo caſu nomen debitoris extinguitur, non tamen debetur pecunia exacta, niſi aliud de mēte teſtantis appareat l.filio.§.fin.cum concor.ibi ſignatis.ff.de adi.le.& l. fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.vbi idem dicitur, ſi teſtator rem legatam alienat voluntarie:quia tunc cenſetur adimere legatum,ſecus ſi alienat ex neceſſitate: ſed tunc non eſt materia noſtra:quia non perit res,licèt legatum adimatur,vt dicit tex.in d.§.ſi rem.& tunc magis dicitur tranſlatio & ademptio,quam rei interitus: licèt pro veritate loquendo non de re ſimpliciter ſed de diſpoſitione ſit interitus diſpoſitionis, & legati, de qua materia Bart. facit pulchram diſtinctionem in l.rem legatam.ff.de adi.lega.

49 **Septima concluſio ſit** † quòd ſi pereat res, ex qua aliquid debetur,puta vſusfructus,perit debitum vel obligatio.§.fi.Inſti.de vſufr.& l.pen.ff.quib.mod.vſufr.pc.& l.ſi cui.ff.de vſufr. intelligendo quando perit totus fundus l.excepta.ff.qui.mo.vſuf. amit.facit.§.adeo.Inſti.loca.& l.1.C.de iure emph.ꝙ perēpta ex toto re emphyteutica perit obligatio emphyteutæ, de qua materia habetur ſupra eo.5.conclu.& infra in ſeq.concl. & in tractatu diminutionis. Et obligatus recipere aliquem in domo per eum fabricanda, ſi corruat illa domus non tenetur illam reficere, vt talem recipiat ſecundùm Bald. in l. eum debere columnam.ff.de ſer.vrb.prædi.& Cep.in tracta. ſeruitutum vrba.c.27.

50 **Octaua eſt concluſio** † quòd perempta re, propter quam aliqd oneroſum eſt promiſſum, vel debitum: nihilominus durat promiſſio,vt in monaſterio vel abbate, cui dedi domum ad finem vt me aleret:nam combuſta domo nihilominus tenebitur ad alimenta ſecundùm Pet.Cy.Bal.Ang. & communiter Doct.in l.1.C.de iure emphy.& Cano.maximè Imo.poſt Pet.de Anch.in c.potuit.in 23.col.de loca.mouentur:quia factus eſt dominus Abbas vnde ad eum debet ſpectare periculum per iura,quæ late allegaui ſupra in 5. conclu. & maxime in 4.limitatione.facit l.pignus in bonis C.de pig.act. Hæc cōcluſio maximè procedit ſecundùm Imo.in d.c.potuit 23.co' quando in aliquem eſt tranſlatum totale dominium.

51 Fallit hæc concluſio † vbi in aliquem eſt tranſlatum vtile tantum dominium ſiue in perpetuum ſiue ad tempus: quia re perempta perit obligatio l.1.C.de iure emphy.no.Imo.in c.potuit. in 23.col.de loca.facit.§.adeo. Inſtit. eo. & idem ac multomagis vbi nullum dominium eſt tranſlatum, ſed fuit tantum locatio ſimplex:vt per Imo. vbi ſupra.

Secundò fallit,quando ego promiſiſſem contemplatione rei mihi promiſſæ,quam habere non potui:quia pariter non obligabit me mea promiſſio l. cum quis decedens. §.1.ff.de leg.3.ibi enim teſtator mihi legauerat fundum,vel ducenta, me grauando,quòd certum quid Męuio præſtarem, cui Mę uio promiſi me præſtiturum,quod teſtator mihi iniunxerat, demum teſtator ceſſauit & annullauit legatum mihi factum.Et ibi dicitur,quòd ex eo liberor a promiſſione & one

52 re.vnde Bar. ibi dicit generaliter † quòd promiſſio facta occaſione alicuius emolumenti ipſo caſu non tenet: ſi autem habuiſſem rem quæ periſſet:ſecus eſſet,vt in prin.huius concl.dictum fuit. facit ad hoc quod dicunt Bart.& ſcribentes in l.fi.ff.de ſolu. quòd ſi ſcholaris ægrotans intendens facere relictum fratribus prædicatoribus de ſuis pecunijs, quæ ſunt apud campſorem, faciat illas a campſore per fratres ſtipulari, eo conualeſcente non poſſint fratres pecunias illas exigere: quia finita eſt occaſio, ideſt legatum, quod non niſi poſt mortem debetur.

Tertiò fallit, quando legatum, cuius contemplatione fui oneratus, fuit nullum:quia onus pariter eſt nullum l codicillis. in princ cum concor.ibi per glo.& Bar.alleg.ff.de leg.2.& ibi traditur.

53 **Nona concluſio eſt,** quòd † ſi pereat res,cui, vel inqua aliquid debetur,extinguitur debitum vel obligatio, quam materiam tetigi ſupra eo.5.conclu.facit l ſi ſeruitutes.§. ſublatum.ff.de ſer. vrba. præd. Et an ciuitas vel villa reſecta recuperet ſtatuta & priuilegia priora,& dicatur eadem.Albe. de Roſa.in l ſi vſusfructus ciuitati.ff.quibus mod.vſusfructus amittatur.vbi alij Doct.& dicam infra.

Decima

Source : BIU Cujas

45 Decima sit conclusio, quòd si disponatur, † de re quæ ante dispositionem perijt, non valet dispositio l.inter stipulantem. §.pen.ff.de verb. oblig. vbi non valet stipulatio hominis iam mortui,nisi alia ex causa peti potuisset:puta quia fuisset mihi furto subtractus, vel qa debitus mortuus fuisset interuenien te mora debitoris.facit l.non moriturum. cum ibi not.C.de contrahen.& commit stipu.& l.eum qui.§.1.ff.de iureiur. & non tantum non valet stipulatio rei, quæ non est in rerum natura, verum etiam quæ esse non potest, vt Hyppocentaurus §.1.Inst.de inuti.stipu.idem patet in legatis.§.ea quoque. Instit.de lega.& §.1.C.de cad.tol.Vbi autem est dubium, an aliqua res perierit,vel non sit in rerum natura, vel non cauet hæres de persequendo & restituendo l.seruo legato.§.1.ff.de leg.1.& dixi supra eo.3.conclu.no.glo.in d.§.ea quoque.quæ in seruo, qui fugit, distinguit: an fugerit ante testamentum vel post,& vsque ad quantum tempus præsumatur homo viuere,& quomodo probetur mors.Bart.in l.2. §. si dubitetur. ff.quemad testa.aper.Can.in c.quoniam.§.porrò.vbi Mari.in 6.colum.& Fely.in vlt.vt lit.non contest.Alex in cons.4.inci.
46 videtur 2.vol.& in cons.25.incip.in causa vertente 4.vol.† Ea autem res quę non est in rerum natura,sed esse sparatur, bene potest legari d. §. ea quoque. & iuribus præalleg. sicut & de ea in contractu inter viuos disponi.quinimo spes vēdi vel locari potest l.si iactum.ff.de contrahen. emp.& quod habetur in l. cotem ferro. §. qui maximos. cum suis concor.ff.de publica. Et hæc rebus, quæ non sunt in aliquo tempore dispositionis, quòd si sint in materia, sed perempta sit earum forma,dicendum est in contractibus non tenere contractū, si pars ad quam res est peruentura nolit l.domum.ff.de contrahen.empt.intelligendo vt ibi,videlicet an maior pars subsistat:&, vt dixi in materia diminutionis in 12. conclu. quòd si area subsistat ex domo vendita etiam inter scientes non tenet venditio.d.l.domum. Et non est mirum,si aliud sit per fecta venditione:quia periculum spectat ad emptorem,vt dixi supra,& quia contractus habuit suū effectum. faciunt no. per Bart. in l.si rem.ff.de solu.in vltimis autem voluntatibus, an legata re,quæ iam amisit suam formam ante testamentū, puto dicendum, quòd veniat in dispositione per l. si quis le-
47 gauerit.cum concor.ibi in gl.alleg.ff.de auro & arg.leg.† vbi legato auro & gemmis,quæ in eo sunt,debetur aurum, etiā si gemmas non habeat. facit l.si cui serui omnes.cum cōcor. ibi in gl.alleg.ff.de leg.1. vbi legatis omnibus seruis cum eorum peculio, debentur serui etiam qui non habent peculiū. pro quo facit: quia res relicta ex testamēto debetur talis qualis est l.si a substituto.in fi. & l. si legati.ff.de leg.1.sunt tamen prædicta declaranda,vt in l.cum seruus. in prin.ff.eo.facit ad prædicta:quia testator videtur legare ius,quod habet in re l. quod in rerum.§.fin.ff.eo.& l.Sticho.ff.de vsufru.leg.Puto tamen hæc limitanda ex his, quæ dixi de rebus quæ post legatum amiserunt formam, quamuis in seruo fugitiuo distinguatur,an ante testamentum vel post: vt per glo.in d. l. cum seruus. Reliqua dixi in materia diminutionis in d. 12. concl.

Vndecima conclusio sit, quòd

48 † mortua persona cui aliquid competit, aut fuit concessum, vel promissum,aut relictum,non perit concessio, vel obligatio,aut relictum,aut is competens,sed transeunt ad hæredes l.si pactum.ff.de proba.l.veteris.ff.de contrahen. & commit. stip.l.1.C.vt act.ab hære.& contra hære.not. Alex.in l.si quis filium.§.1.ff.de acqui. hære. dicens quòd beneficium, quod competebat defuncto etiam competit hæredi eius. Hinc dicit regula iuris,decet.in 6.quòd decet priuilegia principum esse ppetua. Et immunitas vel franchisia alicui concessa transit ad hæredes:vt per d.Iaſ.in l.si sic stipulatus. la grand.4.col. ff.de verb. oblig. Et ius exigendi vectigal a principe vel consuetudine concessum etiam transit ad hæredes:vt per Firma. in trac.gabel.1.parte 12.q.vbi idem dicit de iurisdictione, iurepatronatus & legatis. Et filij & hæredes habent beneficiū circa restitutionem dotium, ne teneantur vltra quàm facere possint sicut defunctus l.etiam.ff.sol.matr.quod dictum ampliat Alex.ibi in fin.com.Et secundum do.Iaſ.in l.qui liberis. §.hæc verba.ff.de vulg. & pup. licet in interdicto non nomi-
49 netur hæres,tamen veniet etiam hæres hæredis.† Et facultas detrahendi Falcidiam de legatis,vel Trebellianicam de fidei commisso transit etiam ad hæredes l. quanquam. cum glo. & ibi no.C.ad leg.Falc.vult Deci.cons.81. Et facultas querelandi testamentum transmittitur ad hæredes, vt plenè traditur in l.si quis filium.C.de inoffic.test. Et facultas denuntiandi,quæ competebat defuncto, competit etiam eius hæredi secundùm Bal.cons.177.incip.in quodam contractu 3. volu. in nouis.& Cors.singulari 50.inci.si clericus.ver. clericus. Simile in iure petendi,vel cōsequendi legitimam: quia transit ad hæredes,vt per Salyc.D.Iaſ.& Doct.in l.Icimus.in prin. C. de inoffic.test.& glo.& Doct.in d.l.quanquam.& patet in c. si pater.de testa.cum concor.de quibus per Deci. d. cons.81. Et si clericus dum viueret potuit disponere de fructibus perceptis,pariter poterit eius hæres,vt per Cors.sing.50 incip. si
50 clericus.ver. clericus. † Et si quis promisit aliquid facere tuo arbitrio,tenebitur te mortuo ad arbitrium hæredis secundū Bal.d.cons.77.incip.in quodam contractu 3.vol.in nouis. Et licentia de ingrediendo, ac pactum executinum transit ad eius hæredem,sicut contra hæredem:vt per Bar.plenè in l.3. C.de pig.cum concor.de quibus per Alex.cons.52. incip. videtur.pen.colum.5.vol.& per Franc. de Are.cōsulendo cum infinitis concor. Et sicut defunctus poterat allegare contractum fœneratitium, ita etiam eius hæres secundùm Pan. in
50 c.ad nostram.vbi Burgos.ff.de empt.& vend.† Item sicut defunctus potuit reuocare donationem propter ingratitudinem,sic & eius hæres lite tamen contestata, & quādo defunctus notitiam habuit de ingratitudine l.fi.C.de reuoc.dona. vbi dicitur, quid in reuocatione propter pacta non seruata, tradit do.Iaſ.in l.cum mota.C.de transac. Hæreditas etiā nō adita transmittitur ad hæredes, declarando vt in l. si fratris. vbi plene Corne.C.de iure delib.& per Bart. in l.ventre.ff.de acq.hęre.Et mortuo legatario ante adeptum legatum quando pure,vel in diem certum fuit ei relictum, legatum transit ad hæredes legatarij l.vnica.§.in nouissimo. C.de cad. tol. & l.si pater.§.surdo.ff.de leg.2.& l.cedere diem.ff.de verb. sign. vbi secus dicitur,si legatarius moriatur ante testatorem, vel ante conditionem impletam,vel euentum diei incerti,intelligendo vt in l.Celsus.in prin.ff.de leg.2.videlicet quòd si iste legatarius,qui decedit viuo testatore, esset grauatus aliquid dare Titio, legatum remanet penes hæredem cum illo onere dandi Titio, de quo etiam in l.1.in princip.C.de cadu.tol.
51 † Maximè autem obligatio transit ad hæredes, vel in hæredes, quando concipitur ad aliquid dandum vel faciendum tempore mortis promissoris vel obligati, seu post eius mortem:vt in l.fi.C.de contrahen.& commit.stipu.& in d.l.quanquam.C.ad leg.Falc. Item quando stipulatio aliàs esset inutilis,nisi etiam intelligeretur de hæredibus d.l.fin.not. Ang.in d.l.si sic stipulatus.post Bar.ff.de verb.oblig.

Item procedit, etiam si expressum sit vnum nomen alterius ex futuris hæredibus: quia nihilominus trāsibit ad alios hæredes secundum Floria.in d.l.si pactum.

Item procedit, etiam si in vna parte instrumenti sit facta mentio hæredum,& non in alia: quia nihilominus in omnibus capitulis intelliguntur comprehensi hæredes,iuxta d.l.si pactum.secundùm Corn. consi.2.incip.circa primum 3. col. 3.volum.

Item procedit, tam si agitur de odio hæredum. quàm si de fauore, vt si agatur passiuè contra hæredes ad obseruantiam promissorum per defunctum l.1.C.vt act.ab hæ. & contra hæredes.voluit Bart.in d.l.si sic stipulatus.in fin. cum qua transeunt alij & D.meus Iaſon licèt Socy.cons.194. contradicat in materia stricta,odiosa & exorbitanti.

Item procedit etiam in pęnalibus & pęnali stipulatione: vt per Ang.cons.362.incip.ex themate 2.col.faciunt quæ notantur per Mod.in l.si quis maior. C. de transac.an illa pœna transeat contra hæredes.

52 † Quod est intelligendum de pœna, quæ prouenit aliter quàm ex delicto: quia proueniens ex delicto extinguitur per mortem delinquentis:cum delicta non transeant ad hæredes l.1.C.ne ex deli.defun.& §.non autē. Instit. de perpe.& tempo.ac.cum concor.traditis in l.si quis post hac.C.de bo. proscri.& per Bar.in l.post contractum. in 3.casu.ff.de dona. & per Ang.Are.in §.si quis autem.in fi.Insti. de inutili stip. & in d.§.non autem.Insti.de pub.iudi. vbi bene examinat hanc materiam, & an in actione pęnali pecuniaria & priuatorum delictorum vel publicorum hæres teneatur:& per D.Iaſo. in l.in actionibus.antepen.colum.ff.de in lit.iur. & tradit Bart. in l. ex iudiciorum.ff. de accusa. nam etiam si quis non esset hæres delinquentis,actio ex delicto periret, vt in d.l. 1. & in d.l.ex iudiciorum. & per do. Iaſ.in l.fi.§.in computatione 2. colum.C.de iure delib. & in l. 2. in 3. colum.ff.de in ius voc.
53 sic † & hæres fideiussoris pro maleficio non tenetur, nisi aliquam pęnam promiserit,vt per Ang.in tract.malefic.in clausula pro quibus Antonius fideiussit. actio tamen iniuriarum & similes non transeunt ad hæredes d.§.non autem.

Item prædicta conclusio maximè procedit in promissione facti affirmatiui:vt per Bar.& alios in d.l.si sic stipulatus.ff. de verbor.oblig.

Item etiam procedit in promissione facti negatiui, declarando vt per Bar.& Doct.in d.l.si sic stipulatus.vbi D.Iaſo.in 3.colum.maximè quando continet interesse non cohærens personæ: vt si promitto seruum non esse furem, secundùm Floria. in d. l. si pactum ff. de proba. in 1. casu princ. & dicit Ange.in d.l. si sic stipulatus. q̄ in promissione facti negatiui

hoc

hoc maximè procedit in tribus caſibus. Primus, ſi hoc agatur tacitè,vel expreſsè.Secundus, ſi præceſſit contractus, de cuius natura hæres tenetur.Tertius, ſi ſtipulatio aliàs redderetur inutilis, niſi comprehenderetur hæres, vt ſi promiſiſti me non impedire,quin poſſim vindemiam tollere, quod limitat etiam Ang vbi ſupra tripliciter. Primò ſcilicet, ſi verbo executiuo tertia perſona addatur. Secundò, ſi promiſſor hæredem habere non poteſt. Tertiò, ſi aliter actum ſit inter partes.

64 Item prædicta concluſio inter cætera procedit † in negotijs ceptis;quia vbi aliàs quid finitur morte,nec tranſit ad hęredes,vt in ſocietate,tutela,& ſimilibus:tamen quò ad negotia cępta plerunque tranſit ad hæredes l. verum. §. pater. & l. actione §.modo.ff. pro ſoci. & quod habeť in l.furti. §.illud. ff.de his quæ no.infa.& facit l.cum oſtendimus.in princ.ff.de hæredi.tu.

Item procedit etiam in non tranſitorijs ad hæredes quò ad ortum obligationis & actionis puta redditionem rationis in tutore, eſto q̄ tutela ſit morte finita. & quò ad actionem pro ſocio & ſociorum reciprocam obligationem d.l. verum.§.in hæredem.ff.pro ſoc.& d.l. furti. §.illud.cum glo. & ibi nota.

Fallit in his quæ ſunt perſonalia & perſonæ cohærent: vt vſusfructus §.finitur.Inſtit.de vſufruc.& l.hæreditatum. & l. ambiguitatem.ff.ad leg.Fal.idem in vſu.& habi.Inſtit.de vſu & habi.in princ.& l.2.& 3.ff.quando dies leg.ce. idem in alimentis l.cum hi.§.conſtat.ff.de tranſact. l. in ſingulis.ff.de ali.
65 & ci. le. vbi dicitur, † quòd alimenta ſimul cum perſona pereunt.& idem eſt in veſtitu relicto ſecūdum Bal. in l.domus. §.fi.ff.de vſufr.Simile eſt in pactis perſonalibus, quæ perſonā non egrediuntur,de quibus habentur plures tex. videlicet in l.iuriſgentium.§.pactorum.& in l.ſi tibi. §. pactum. vbi Bart. declarat quotuplex dicatur pactum perſonale, & quomodo conſtituatur.ff.de pac.tradit Bar. in l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de verbor. oblig. Idem eſt in ſeruitutibus perſonalibus l. pen.ff.de ſer.leg.vbi Bar.declarat, quando conceſſio ſiue priuilegij, ſiue ſeruitutis cenſeatur perſonalis,& quando realis & tranſitoria ad hæredes. idem eſt in facultate conceſſa Titio incidenti lapides in fundo meo, quæ extinguitur mortuo Titio, & non tranſit ad hæredes niſi de illis ſit facta mētio per tex. in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui.ff.de leg.1.Ex quo tex.infe
66 runt ibi Doct.quòd † conceſſio facultatis quæ ſonat in factū & non in ius facta a priuato alicui eſt perſonalis, ita q̄ ad hęredes non tranſit , vt ſi concedam alicui facultatem eundi per fundum meum,non tamen itineris,quod ſonat in ius. vult Bar.in d.l.pen.ff.de ſer.leg.Simile,quòd liceat mihi capere de pomis tuis, vel in viridario tuo cenare, aut deambulare,eſt obligatio perſonalis l.vt pomum.ff.de ſer. tit. generali. & l.pecoris. C. de ſerui.vbi etiam traditur, quando ſeruitus tranſeat ad hæredes.& in l.Mela.per Bar.ff.de ali.& ci.lega.& §.ſed cum factum.Inſti.de ſtip.ſer.vbi ſi ſeruus ſtipuletur licere ſibi ire agere per tuum fundum,non licebit pariter domi-
67 no.Et eſt aduertendum† quia eſt differentia,an aliquid ſit ſeruitus realis, an perſonalis, an pactum a ſeruitute remotum, puta facultas aquam ducendi & pecoris paſcēdi vel ad aquā ducendi:vt habetur in d.l pomum.& in d.l.vt pecoris. Et de materia habetur etiam per Are.in d.§.ſi quid alicui.& in conſil.25.incip.viſo themate 1.dubio vbi tāgit, an promiſſio de non impediendo duci aquam dicatur ſeruitus realis, & Alexan.conſ.18.5.vol.quòd procedit ſecundum Alex. poſt Bald. & Imo. in d. §. ſi quid alicui. quando conceſſio vel legatum alicuius facti affirmatiui fuit facta de facto indeterminato, puta facultas incidendi ligna in meo nemore non expreſſa quantitate: quia videtur electa induſtria perſonæ ſecundum eos, ita vt non tranſeat ad hæredes. pro quo facit l pen.ff.de ſer.ruſt.prædi.prout declarat Bar.in d.l.pen.ff.de ſer.leg.dum ibi conceſſio aquæ facta fratri habenti prædium vicinum vt poſſit illam vbicunque ducere,& ſic indeterminatè, nō tranſit ad hæredes illius fratris tanquàm perſonalis·ſecus autem in facto determinato, puta incidere 10. carratas lignorum: quia facultas tranſiret ad hæredes, vt ibi per eos. pro quo fa-
68 cit l.cum fundo.ff.de ſer.ruſt.prædi. † vbi conceſſio aquæ ducendæ ad certum fundum licèt ſit facta perſonæ , tranſit ad quemcunque etiam ſingularem ſucceſſorem & ſequitur fundum facit l.ſi fundum.ff.de ſer.leg.& no.Bar in l.pen. eod.tit. quod limitat ibi Bar. per illum tex. niſi qualitas perſonæ ſuadeat, vt fit mere perſonalis : vt quia concedatur filiæ iter per domum patris ſui.Item hoc etiam limitatur ex l.& no.in l. ſi neceſſarias. §. de vendendo.ff.de pigno. act. cum concor.ibi alleg.vbi dicitur,quòd pactum de vēdendo pignus cum creditore tranſit ad hæredem ipſius creditoris tanquàm reale, & aliàs limitationes ponit Bar.in ſua diſt. in d. l. ſi ſic ſtipulatus ff.de verb. oblig.

69 Ad prædicta facit † quia ſi quis promittat aliquem ſiſtere in iudicio,liberatur eo defuncto, niſi fuerit in mora: quia ſiſtere eſt factū,quod cohæret perſonæ ſecundùm Bar.& Docto.in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cog. & dicetur infra eod.in vna limita.per ſeq. licet iudicium tranſeat ad hæredes l. tam ex contractibus.ff.de iudi.cum vul.ſimile in iuramēto quod eſt perſonale & non afficit hæredem quò ad periurium: vt per Bal.in auth.ſacramenta puberum.in fin.com. C.ſi aduer. vendi.de quibus alibi,& ſupra dixi. Facit: quia permiſſio de rato mortuo eo qui ratificare debebat euaneſcit, cum tanq̄ cohærens perſonæ ad hæredes non tranſeat,& promiſſor liberatur,vt per Bar.in l pen.per illū tex.ff.rem ra.hab.& Dyn. in c.ratihabitio.de reg.iur.in 6. quod eſt intelligendum, niſi promiſſor fuerit in mora d.l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſd. cog. & l.ſi homo mortuus.ff.de verbo.oblig.& l.apud Iulianum.§.ſi mora.cum concor.ff.de leg.1.vult Bal.in conſ. incipiente nobiles viri.Lanfr.in tract.de arbi.vlt.par. 13.quæſtio.

70 Fallit etiam † quando relinquitur aliquid collegio vel vniuerſitati,quæ ante moram deſtruantur:quia perit obligatio, ſeu relictum diſtinguendo vt per Bar. & Docto. in l.pater.§. Tuſculanus.ff.de leg.2.vbi deficit fideicommiſſum ex poſtfacto,quod a principio tenuit, remanet apud legatarium grauatum.idem dicit Gemin in c.licèt canon.3.colum.de elec. de relicto facto alicui hoſpitali pro alimentādis pauperibus, quòd diſſoluatur, ſic & mortuis omnibus de collegio iura collegij extinguuntur, & bona fiunt vacantia.& idem in monaſterio,caſtro,villa,& ciuitate deſtructis authoritate maximè iuridicam poteſtatem habentis,non autem tyranni, vel caſu l.ſicut.§.fi.vbi Bar.ff.quod cuiuſ.vni.nom. tradunt Inno. & Cano.in c.cum ex iniuncto.per illum tex.de ope.no. nun. Pan.in c.recolentes.de ſtatu monac.Alb. de Roſa. Bal. Ang. & Floria.in l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſer.vrb.præd.Bald. & Ang.in l.proponebatur.ff.de iudi.vbi Alb. de Roſa. loquitur de hoſpitali deſtructo. Cui autem applicentur bona taliter vacantia traditur in d.l.ſicut.& in d.c.recolentes.cum cōcor.de quibus per Fel.in c.dilecta.colum.fi.de reſcrip.& in c. in nullo.28.q.2.Et ſi perſona, cui debebatur iure permittente in alium tranſtulerit ius ſuum, inſpicitur tempus mortis illius,in quem fuit facta tranſlatio:vt per Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in fi.com.vbi etiam Alex. in fi. com.ff.de verb. oblig.& Alex.in l.grege.ff.de leg.1.& conſ.44.incip. de celerrima expeditione 1.vol.cum concor. de quibus per Felyn.in d.c.cum dilecta.colum.fi.

71 Fallit † quando eſſet electa induſtria perſonæ· quia cum perſona perit ius & obligatio debitoris, non autem tranſit obligatio ad hæredes l.inter artifices.ff.de ſolu.Bar.in l.veteris.C.de contrahen.& commit. ſtip. cum concor. de quibus per D.meum Iaſ.in l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de verbo.oblig.vbi declarat,quando dicatur electa induſtria perſonæ: *valet in 2.limi.Cor.conſ.244.pen.col.ver.tamen his 3.vol.latius Alexan. conſ.106.incip.magnifice 3.vol.vbi dicit*, quòd locatio non tranſit ad hæredes, quando eſt electa perſonæ induſtria.

Fallit etiam, quando ſumus in contractu, vel materia, de cuius natura eſt non tranſire ad hæredes:patet exemplum in donatione cauſa mortis per no.l.vbi ita.ff.de dona.cau.mor. & in l.non omnes in princ.ff.ſi cer.peta. in qua ſi fiat mentio hæredum,tranſit in donationem inter viuos.

72 † Idem in procuratore,qui ſi faciat mentionem,hęredum videtur ſe obligare nomine ſuo.Socy.conſ.154.incip.conſultationem 2. col. verſi. quartus caſus. Et in vſufruc. §.finitur. vbi Ang.1.col.Inſt.de vſufruc.ad quod facit quod dixit Fran. de Crema ſing.170.incip.locaui.vbi dixit,quòd licèt locatio tranſeat ad hæredes durante tempore locationis, tamen nō durabit durante tali tempore vſusfructus locatus.Et in ſtipulatione agere licere quia cum contineat merum factum nō tranſit ad hæredes,licèt ſecus ſit in ſeruitute itineris,vel act⁹, quæ iam eſſet conſtituta:quia tranſit ad hæredes in infinitū, eſto quòd de eis facta non ſit mentio,vt habetur per Alex.& Mod.in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.ſi quis ita.ff.deverbo. oblig.& per D.meum Iaſ.in l.ſi ſic ſtipulatus 4.colum.eo.tit. & Socy.in l.4.§.Cato.ff.de verbo. oblig. & ſecundum Doct.
73 proximè allegatos † emphyteuſis eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa non tranſit vltra tertiam generationem,prout etiā dixit Floria.in l.ſi pactum.ff.de proba. niſi eſſet facta mentio hæredum,vt ibi per eos,ſicut in contractu ſocietatis:quia ſocietas morte finitur §.ſoluitur.Inſti.de ſoci.& l.furti. §. illud. ff.de infa.Et per Corne.conſ.122.incip.viſo puncto 1.vol.vbi dicit,hæc nō procedere quò ad lucra & commoda prouenta ex ſocietate,quinimo ſecundùm Bart.in rub.de reb. eccle. non alie.65.col.eo caſu tranſit in ſingularem ſucceſſorem:& cum prædicta opi.tranſit Corn.conſ.30.inci.præſenti. in ver. ſed ſocietas.& Pet.de Vbal.in tract.ſocie.11.par.1.q.Et idem eſt in partiario colono,qui ſimilis eſt ſocio,cuius conductio non tranſit ad hæredes & econtra,vt per Bart.in l.ſi merces. §.vis maior.ff.loca.&habetur per Alex.in apoſtil.ibi,vbi multa alleg.

Source : BIU Cujas

ta alleg. & per Alex. in l. filiofam. §. fi. ff. solu. matr. quod est intelligendum nisi quò ad cepta. Sic & scientia defuncti non transit ad hæredes l. si quidem. in fi. vbi Bal. C. de exce. l. 1. §. fi.
74 ff. depo. † vbi hæres qui vendit rem depositam apud defunctum excusatur a rei restitutione soluendo pretium ratione ignorantiæ. patet in l. qui in alterius. ff de reg. iur. vbi Bar. dicit debere hæredem certificari, quãdo ab eo aliquid petitur occasione rerum defuncti, sequitur Alexan. cons. 69. incip. in causa & lite. in fi. 3. vol. Hyppo. in l. si quis ne quæstio. 7. col. de quæstio. & quæ procedunt, vbi hæres cõuenitur: nam si agit, non est licita ignorantia, cum teneatur prius se informare secundum Bar. in d. l. qui in alterius. & Socy. in l. cum filiusfam. §. in hac. 2. col. ff. de verb. oblig. Et prædicta inducuntur ad excusationem hæredis non soluentis canonem, si dicit, se ignorasse: vt per Corneum cons. 115. incip. licèt litera c. 1. vol. dicentem eum iuuandum saltem ope resti. in integ. & Socyn. d. §. in hac. & Deci. cons. 164. incip. nõ fuisset, vlt. col. ad quod facit quod dixit Alex. cons. 119. incip. titulus. pen. col. & 182. incip. lectis. ver. nec sumus 2. vol. Igneus in l. contractus. ff. de reg. iur. 61. & 62. col. facit l. fi. §. fi. vbi Bar. ff. de leg. 2. & latè do. Ias. in l. 2. in 145. colum. in stampa. C. de iure emphyt. & ibidẽ 81. colum. 32. q.

75 Item fallit † in pacto facto cum taxatiua, tantum vel duntaxat; quia non transit ad hæredes vt per Bar. in d. l. si sic stipulatus. ff. de verb. oblig. vbi D. meus Ias. & in l. qui in futurum. §. si ex altera. & in l. si tibi decem. §. si quis. ff de pac. & ideo d. meus Taurinen. in tract. de feu. in libello de homa. 3. col. dixit, quòd si quis fecerit se hominem meũ cum taxatiua dun taxat, filius eius non tenebitur mihi præstare fidelitatẽ. pro quo facit: quia taxatiua excludit omnia non expressa, prout etiam tenet in feudalibus Curt. iunior cons. 12. incip. factum tale. contra quam limitationem tenuerunt Barb. in c. fi. pen. colum. de emptio. & vend. & Firma. in tract. gabella 13. col. & D. meus Ias. in l. 1. 3. col. ver. quartò limita ff. si quis iusd. nõ ob. iunctis his quæ dixit in l. 1. 3. colum. C. de contratab. & Riminal. in l. si quidem 1. colu. C. de transac. nec enim taxatiua excludit casus similes l. ob æs. C. de prædi. mi. cum concor. de quibus per Soc in l. 1. 57. col. ff. de vulg. & pup. & ample. do. meus Ias. in l. si mora 4. not. ff. solu. matrimo. & alibi dico circa interpretationem, quæ fit ex ratione, de qua taxatiua multa dixit Igneus in dispu. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. in 21. speciali criminis læsæ maiestatis. ideo Corne. in consi. incip. circa primam 2. colum. 3. volum. dimittit istã limitationem pro dubia.

76 Item fallit † in facto cohærente personæ stipulantis affirmatiuè: vt in operibus obsequialibus, quæ non transeunt ad hæredes, nisi quando esset commissa stipulatio ad interesse, vel nisi præcessisset contractus, de cuius natura esset, vt ad hæredes transiret secundùm Bar. in d. l. si sic stipulatus. vlt. colu. & D. meum Ias. in l. centesimis 4. no. eod. tit. de verbo. oblig. vbi exemplificat in promittente venire ad certum locum: & idem do. meus in d. l. si sic stipulatus. vlt. colum. qui dicit in 4. col. quòd factum dicitur cohærere personæ, quando meũ factum est incertum, & indeterminatum tam qualitate, quã tẽpore, vt facultas incidendi lapidem alicui indeterminatè concessa: quo casu concessio dicitur personalis vt ibi per eũ. faciunt, quæ dicentur infra de conuentione personali.

77 Item consequenter fallit in soldata: † seu annua præstatione gratuita: quia hincinde non transit ad hæredes: vt habetur in §. fin. per illum text. quis dicatur dux, mar. co. vbi dom. Præpo. vlt. colum.

Item fallit in pacto ad tempus limitato, puta ad vitam paciscentis: quia non transit ad hæredem l. epistola. §. de inofficioso. vbi D. meus Iason. ff. de pac.

Insuper fallit in conuentione personali, quæ ad hæredes non extenditur l. qui in futurum. §. si ex altera. & l. nisi. & l. si tibi decem. vbi Doct. & Mod. ff. de pac. maximè D. meus Iaso. dicens, quòd pactum dicitur personale, quando est additum verbo executiuo. & dicit Floria. in l. si pactum. in 2. casu prin. ff. de probat. ℭ pactum liberatorium in verbo, executiuo & obligatiuo conceptum. puta promitto tibi, ℭ non petam a te est personale & non transit ad hæredes, de quo plene per Alex. in l. cum seruus. §. si sic. ff. de leg. 1. Est verum, quòd Corneus in cons. 30. incip. in præsenti 2. & 5 colum. 1. vol. dixit, ℭ ita demum pactum additum verbo, executiuo dicitur personale, si referatur ad personam paciscentis, volens ℭ aliàs pactum sit reale, etiam si addatur verbo, executiuo in oratione negatiua. in dubio autem pactum censetur reale: vt ibi per eum cum concor. de quibus per D. meum in d. l. si sic stipulatus in 4 colum. versic. secundo quia quælibet. Item est aduertendum secundum Curt. seniorem cons. 49. incip. memoriæ 68. colum. quod si fiat pactum pro se & hæredibus, nunquã dicitur personale.

78 Item fallit † in pacto de detinendo: quia præsuppositio ℭ tenuerit in personam defuncti iuxta ea quæ dixit Alexan. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. non tamen transit in hæredem, nec illum afficit, iuxta no. in l. si decesserit. vbi Docto. & do. meus. ff. qui satisda. cogan. & Alex. in l. postulante. in prin. circa fin com. ff. ad Treb. vbi do. archiepiscopus Aquen. & Fely. in c. ex rescripto 3. colum. in apost. de iureiur. & Soc. in fallen. 136 & Firma. in d. tract. gabel. in 13. colum. vbi prædicti Doc. concludunt contrarium in tali statuto, volentes quòd si statutum permittat aliquem detineri, liget etiam hæredem, & quòd tale statutum valeat de quo etiam per Barbat. consil. 15. incip. clementissimi 1. colum. 1. volum. & plene Socyn. cons. 293. incip. præsens casus 2. colum. & Fel. in c. quia G. pe. colum. de iudi. & Anto. de Cana. in tract. de execu. instrum. q. 30. dummodo liqueat talem esse hæredem: vt ibi per eum. & idem tenet Benedictus de Bargijs in tract. de instrumento guarentigiæ 1. par. 9. q. & D. meus Ias. in l. qui liberis. §. hæc verba. in fi. com. ff. de vulg. & pup. dicens prædicta procedere, dato ℭ in instrumento debiti contracti per defunctũ non fit facta mentio de hærede, de quo per Floria. in l. iudicio. in fi. com. ff. fam. erciscu. & est aduertendum quia D. archiepiscopus Aquen. in d. l. postulante. dicit, hoc statutum solum procedere in hærede, vel successore vniuersali non extraneo, circa quod videatur Alex. cons. 91. colum. fi. 3. volum. & Præpositus Alexandrinus in c. ex ratione, 20. colum. de appe. de qua materia traditur etiam per Socy. cons. 120. pen. col. & 231. & per Alex. cons. 18. colum. fin. 5. volum. faciunt quæ tradit do. Iason in l. diuortio. §. interdum 3. no. fi. sol. matrim. & Barb. in c. cum sit generale. 10. col. de foro compet. vbi quando quis submitrit se & suos hæredes.

79 Item fallit, si deficiat † onus & causa obligationis. ideo si villa promisit decem, vel centum annua superiori, vt eã protegat: & villa demoliatur, amplius non tenebitur secundùm Rom. cons. 417. incip. in consultatione.

Insuper fallit in pacto facto socero a marito de dote non petenda: quia extinguitur per mortem soceri, & non transit ad hæredes l. si marito publico iudicio. §. 1. ff. sol. matr. & tradit Alex. in l. 1. 11. col. ff. eo. ver. item est aliud speciale.

Item fallit in hærede ab hæreditate se abstinente l. 1. & 2. cum ibi no. C. de absti. & repu. hære. & l. pro hærede. & l. Iulianus. ff. eod habetur per Bolo. cons. 50. vlt. col.

80 † Item in hærede, qui confecit inuentarium: quia non tenetur de suo, sed de bonis tantum defuncti, & quatenus vires hæreditatis defuncti patiuntur, licèt aliàs secus l. fin. C. de iure delib. & Alex. in l. postulante. in prin. ff. ad Treb. iuncta l. debitori. C. de pac. faciunt quæ in hærede succedente in fundo dicuntur in c. 1. an agna. vel filius defunc. maximè per Alua. & do. Præposi. & per D. meum Taurin. in tract. fendorum in clausula. & cum pacto de non alienando, & quid tunc sit in foro conscientiæ, dicam infra proximè.

Item fallit in hærede non conficiente inuentarium quò ab obligationem totius: quia si sint plures hæredes, non conficiens inuentarium tenetur solum pro rata, pro qua est hæres etiam vltra vires hæreditatis l. pro hæreditarijs. C. de her. vel act. ver. d. l. debitori. C. de pac. l. cum a matre. C. de rei ven. vbi Doct. Bar. cons. 152. incip. super his. vlt. colum. Alexan. in l. 5. §. si sortem. ff. de verb. oblig. cum infinitis concor. text. in l. 2. C. de ed. dict.

81 † Item fallit † in foro conscientiæ, secundum quem non procedit quòd hæres representet personam defuncti, & obligetur ex eius facto secundum Pau. de Cast. in rub. ff. de acq. hæred. vbi D. meus Ias. in pen. & vlt. col. & in §. sed istæ. in 26. col. & seq. Institut. de actio. Et in hærede non conficiente inuentarium Rom. in rep. auth. similiter ante pen. colum. C. ad legem Falci. Marti. Laud. in tracta. de primoge. in 3. colum. Bolo. cons. 1. pen. colum.

Item fallit, vbi factum indeterminatum est in cõcessione, cõuentione, vel legato puta incidere ligna, vel lapides in fundo tuo quia est concessio personalis. quæ non transit ad hæredes l. huiusmodi. §. si quis alicui. vbi latè Doct. & Alexan. ac D. Ias. de leg. 1. inferentes ad multas quæstiones, quam legunt cum l. cum seruus. & dictum fuit supra eod. prima limitatione.

Item fallit ratione impossibilitatis, secundum Bald. in l. veteris. C. de contrahen. & commit stip. & infra seq. conclu. Reliqua dico plenissimè in tractatu meo extensionum rub. ad quæ fiat extensio sub verbo ad hæredes.

82 **Duodecima conclusio** sit † quòd mortua persona, quæ aliquid debet, non perit debitum, vel obligatio l. pro hæreditarijs. & l. 1. C. de hære. act. & l. 2. C. de euic. siue sit debitum inter viuos, iuribus præalleg. siue ex testamento l. fi. C. de hære. actio. & C. de cad. tol. l. 1. §. in nouissimo. & l. pater. §. Tusculanus. ff. de leg. 3. ideo hæres tenetur pro re, pro qua tenebatur defunctus. glo. in L. 2. ff. de præt. sti. Hinc dicimus, ℭ malafides defuncti

Source : BIU Cujas

defuncti nocet hæredi l. Pomponius. §. cum quis.cum ſimi. ff.de acq.poſſ. & quòd hæres tenetur exonerare conſcientiã defuncti, vt per Pan. & Cano.in c. cum ſit generale.de foro compe.vbi plenè Fely.in 7.colum.vult Rom. conſ.201. inci. pio deciſione.vbi tenent, quòd hæres ad ipſam exonerationem cogi poteſt.ſequitur Rom. in auth. ſimiliter 66.colum. C.ad leg.Falc.& Pau.de Caſt.conſ.81. incip. in cauſa.& 305.
83 incip.notandum 2.colum.2.vol in nouis.Et videmus† quòd mortuo debitore, qui iurauit non perit effectus iuramenti vt contractus valeat,vt per Bal. in auth. ſacramenta puberũ. in fi. C. ſi aduer. ven. de quò latè per Baueriam in priuilegijs iuramenti.Et hæres tenetur reſtituere vſuras ſicut defunctus ſecundum Lau.de Rodul.in tract.de vſu.71. q. cum quatuor ſeq.Et ſi grauatus dare Titio per teſtatorem decedat,nihilominus durat obligatio dãdi l.pater.§.Tuſculanus.ff.de leg.3. l.Celſus.in princ.ff.de leg.2.l.1.§.1.& 2.& 3. C. de cad.tol.declarando vt ibi. nam onus iniunctum alicui per teſtatorem tranſit ad ſuſtitutum hæredem, vel cohęredem ſeu coniunctum & non extinguitur per mortem grauati. Maximè autem non extinguitur obligatio per mortem grauati & obligati quando fuit in mora l. Pomponius. in princ.ff.de leg.3. & quod not. in l.ex legati. ff.de verbo. oblig. iunctis his quæ dixi ſupra eo.conclu præced.

Item ampliationes ad hanc concluſionem colligi poſſunt ex ampliationibus traditis ad concluſionem præcedentem.
84 Item fallit † in actionibus ex maleficio procedẽtibus,quæ extinguuntur cum perſona §.eſt enim.Inſtitut.de verborum oblig.& l.1.C.ne ex deli.defun.& l.ex iudiciorum. vbi Bar.ff. de accu.& dico alibi loco ſuo.facit, quod dixit Lud.Bol. conſil.8. in 4. col. vbi limitat in aſſaſſinagio, & vbicunque lis eſt conteſt.vt etiam dicitur & no.in locis præalleg.

Fallit etiam vbi electa eſt induſtria perſonæ:quia cum perſona perit obligatio,vt dictum fuit in præcedenti conclu.

Fallit etiam, quando ſumus in materia non tranſitoria ad hæredes,vt ſocietas: quia obligatio ſocietatis non diſſoluendæ non tranſit contra hæredes,cum ſocietas morte finiatur: vt dictum etiam fuit in concluſione præced.

Fallit etiam in pacto ad tempus limitato, puta ad vitam, per not.in l.epiſtola.§.de inofficioſo.ff.de pac.vbi idem dico de obligatione merè perſonali, & de pacto facto cum taxatiua.
85 Fallit inſuper † in annua præſtatione gratuita,quæ hincinde non tranſit ad hæredes, vel in hæredes, vt dictum fuit in præce.conclu.

Fallit etiam in pacto cohærenti perſonæ,vt quòd quis detineri poſſit: quia finitur morte promittentis, vt in conclu. præce.& infra in 15.quòd mors omnia ſoluit.

Fallit etiam, ſi deficit onus, ſeu cauſa obligationis: vt in concluſione præcedenti.

Item fallit in alijs caſibus traditis per do.Iaſ.in l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de verb.oblig.& per Neuizanũ in quodam ſuo nouo volumine.& plene in lib. meo extenſionum, in rub. ad quæ fiat extenſio,in verbo ſeu §. quòd ad hæredes.

Decimotertiò eſſent faciendæ conclusiones, an mortua perſona priuilegiata pereat priuilegium, & an mortua aliqua perſona ex interuenientibus in iudicio, vel compromiſſo,pereant iudicium compromiſſum,de quibus & alijs dico in antedicto libro meo extenſionum ſub eadem rub. ad quæ fiat extenſio, ſub verbo vel §. quòd ad hæredes.

86 **Decimaquarta concluſio** † quòd mortuis perſonis propter quas aliquid eſt præſtandum nõ perit obligatio præſtandi l.illis libertis.vbi Bar.diſtinguit.ff.de condi. & demon. quod dependet ab his quæ dicentur in 16 conclu.

Decimaquinta concluſio generalis eſt, ꝙ mors omnia ſoluit §.deinceps.in Auth. de nup.l.in ſumma.ff.de re iudic.l.in ſingulos.ff.de annu.lega.l.Neratius.ff.de reg.iur.& de hac concluſione D.Hyp.de Marſiliis facit vnã repetitionem in d.l in ſingulos.& multa dixi in 11.conclu.& in materia extenſionum ſub rub. ad quæ fiat extenſio in verbo hæres, &
87 in verbo ſucceſſor. † Hinc mortuo accuſatore perit accuſatio,inſtantia,& omnia acta, quando ſcilicet mortuus eſt ante ſententiam l.fi.§.1.vbi glo.C.ſi reus vel accu.mor. fuc. vbi glo.& l.diui fratres.& l.libellorum. §.1.ff.de acc. & plene per D.Hypp.in l.fi.ff.de quæſt. vbi etiam examinat hanc concluſionem.Et videmus,quòd mors tollit ingratitudinem, adeo quòd mortuo donatario donator non poteſt reuocare donationem ex cauſa ingratitudinis per eum commiſſæ dum viuebat:& ſic mors tollit ingratitudinem commiſſam:ita dixit Ang. in l.his ſolis.C.de reuoc.do.Et idem probat tex.in l. fin.eo.tit.& facit c.fi.de do.& habetur in l.omnimodo. C.de inoffic.teſt.& per Doct.in l. 1. C. de inoffic.do.& idem eſt in adulterio commiſſo per mulierem: nam finitur actio ſeu accuſatio contra mulierem, quæ commiſit adulteriũ per mortem ipſius mariti,ſi ipſe nihil dixit in vita,ideo hæredes non poſſunt hoc obijcere mulieri repetenti dotem ſecundum
88 do.An.in d.c.fi.de dona.† Idem eſt in feudo,quòd felonia vaſalli commiſſa cõtra dominum finitur morte domini. adeo quòd hæredes non poterunt eam opponere vaſallo & eum priuare feudo,ſi dominus nihil dixit in vita:ita dixit gl. & ibi Doct.in l.omnimodo.in verbo non licebit.de inoffic.teſt. & glo.& Doct.in c.1.§.1.in ver.concubuerit.in tit. qui.mo.feu. amit.Et idem eſt in domino committente cauſam cõtra vaſallum,propter quam debeat proprietate feudi priuari: nam ſi vaſallus tacuit in vita per mortem ſuã eſt præcluſa via hęredibus opponendi dictam cauſam.tex.eſt.& ibi Bald.in c.1. §.domino.ſi de feu.contro.inter do.& agna. & volunt Mod.
89 in d.c.1.§.1.qui.mo.feu.ami.† Item mors tollit,ſeu finit mandatum ex parte mandantis l.inter cauſas. in princ.ff.mand.l. mandatum.C.eod.tit.§.1. item ſi adhuc.Inſt.man.idem quò ad mandatarium l.ſi quis alicui.§. morte.ff.manda. Itẽ mors finit ſeu tollit ſocietatem l. ideo. in princ. & l. nemo. & l.verum. § in hæredem.ff.pro ſoc. Item mors tollit irregularitatem:nam clericus percutiens mortuum, etiã ſi habebat animum interficiendi eum,ſi fuiſſet viuus, non incurrit irregularitatem ſecundum Arch.in c.fi. 25.q. 1. Item ſtante ſtatuto quòd vxores & filij ribelliũ non poſſint ſtare in ciuitate,mortuis rebellibus poterunt ibi ſtare:ita dixit Ang.in l.incola. in 10.colum.ff.ad muni.in ſua repe.& Iaco.de Arena in l.Titia. in §.vſuras.ff.de leg.2.& ibi Bar.Bal.& Imo.& Bal.in l.omnes populi.in 9.colum.ff.de iuſti.& iu. & Bal.in l.volũtas.in prin. C.de fideicom.& in l.cum acutiſſimi.in 2.col.eo.tit.& in l.fi. C.de iniur.& in l.2.C.qui ad lib.perue.non poſ.& in l.1.§ qui in perpetuum.ff.ſi ager vect.vel emphy.pe.
90 † Item finitur iuriſdictio delegati per mortem delegantis c.gratum.c. relatum. & c. licèt vndique. vbi plenè per Abb. de offi.deleg.& habetur in l.more.ff.de iur.om.iud.Item crimina morte finiuntur l.defuncto.ff.de pub.iudic. c.quorundam 23.diſt.ideo iudex non debet facere ſuſpendere corpus mortuum ſecundum Iaco.de Arena. Cyn.Pet.& Ang.in l.2. C.qui teſt.fa.poſ.& Bal.in l.1.circa 2.col. C. ne ex deli. defun. & Bal.in conſ. ſuo incip. præſuppoſito &c.& Ang. per illum tex.in l.fi.C.ſi reus vel acc.& Ang.in d.l.defuncto. & Ang. & Imo.in l.quia latronibus.§.ſi quis.ff de teſt. Bal. tamẽ in d.l.2. C. qui teſt. face. poſ. dicit hoc eſſe in arbitrio iudicis & cum eo tranſit ibi Raph. & Ludo.Rom.& Imo.in d.l.defuncto.& Ludo.Rom.in l.ſi evrò.in.§.de viro.in 46. fallen.ff.ſol.matri.
91 Item ſtante ſtatuto † quòd vulnerans hominẽ puniatur,non punitur vulnerans hominem mortuũ,ſecundum Bar. in l.1. in 7.colum.C.qui accu.non poſ.& in l.ſororem.C.de his qui. vt indi.& in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.3.colum. Item mortuo non poteſt legari l.2.in princ. & l.diuus.§.fi.ff.de iu. cod. Item nec corpori mortuo non poteſt dari hæreditas l. quo loco.in fi.ff.de hære.inſtit.habetur in l.1.§. in primo C de ca. tol.Item corpori mortuo non poſſunt dari literæ.& quod dixit Bar.in l.Arethuſa.ff.de ſta.hom. in 1. colum.quòd ſi princeps dicat, reſtituo omnes, ad quos præſentes literæ venerint,quòd mortui non intelliguntur eſſe reſtituti,cũ ad mortuos non poſſint literæ peruenire.& facit ratio:quia Titius ſi eſt mortuus,nõ dicitur amplius Titius ſecundum Bal. in l.1. in 13. col. ver. ſed quid dices &c.C.de confeſ. & idem ſentit ipſe in l.conuenticulam.in vlt.col C.de epiſc. & cle.
92 † Et ſi ſcribo tibi epiſtolam, ſeu literam, in qua confiteor me eſſe tibi debitorem in mille, ſi antequàm iſta epiſtola tibi præſentetur morior,talis epiſtola non nocebit,nec præiudicabit hæredibus meis:ita ſin.dixit Inno. in c.cum dilectus. de ſuc.ab inte.quod dictum reputat ſingulare D.Ant. in c.fi. de confeſ.& Barba in d.c.cum dilectus. & in c.poſt ceſſionẽ. de proba.& Corſe.in ſuo ſin.ſub verbo confeſſio,inci.ſi ſcribo. de quo latius Hyp. in rub. de proba.in materia probationis,quæ inducitur, quando habens literas debiti non proteſtatur in contrarium &c. vide ibi.Item corpus mortuum nõ poteſt baptizari ſecundum glo.& Doct.in c.a nobis. de ſen. excom. Stante ſtatuto quòd pro quolibet animali ſoluatur gabella,non debet ſolui pro animali mortuo ſecundum Bar. in l.cum de lanionis. in princ.ff.de fun.inſtr. & hoc quia animal mortuum nõ eſt in pretio,ſeu in cõſideratione. Et ideo
93 dicimus, † quòd obligatus dare aliquod animal:puta capones,ſi dat illos mortuos,non liberatur:de quo per Bart.Bald. Ang.& Rom.in l.quod te.ff ſi cer.pet.per Bar.Ang.& Imo.in l qui 10.§.fi.ff.de ſol.& eſt bonus tex.in l.1.§. & cum etiam.ff. ſi quadr.pau.fe.di.Item ſi confiteor me hodie vulneraſſe Titium,& apparet ipſum pridie mortuum eſſe,quòd talis confeſſio mihi non nocet ſecundum Bald. in l.inde Neratius.§.ſi quis hominem.ff.ad leg.Aquil.& in l.1.in 8.col. verſi.quintò

præſumi-

Source : BIU Cujas

præsumitur &c.C.de fur.& Ang.in l.is cum quo.ff.de confes. & Imo.in l.is qui reus.ff.de pub.iu.in 33.colu. Item mortuus non potest doctorari ſm Abb.in c.a nobis.de sent.excomm. Item moriens ante executionem mandati ad excommunicandum non est excommunicatus ſm glo.in c.mulieres. de sen.excom. Item mors etiam finit beneplacitū alicuius,qui concessit certum quid ad beneplacitum alicui:nam mortuo concedente finitur tale beneplacitum:ita dixit Spec.in tit.de loc.§.nunc aliqua. ver.150. ibi in verſic. quid ſi dominus Papa.& versi.seq.de quo etiam per Bar.in l.10.aliàs centesimis. §.fi.ff.de verbo.oblig.

94 † Item ſi habeo represalias contra Florentinos,quòd non potero capere Florentinum mortuum,nec impedire transitum ad sepulturam secundùm Bald.in l.cum sit. C. de sepul. vio.quod etiam ipse dixit in trac.suo super statutis. in verbo, pęna.in 9.col.in ver.statutū in defectum. Primò enim mors non tollit excommunicationem: nam excōmunicatio operatur effectum suum in mortuo sicut in viuo.& ideo excommunicans cū excommunicato mortuo cadit in excommunicationem.glo.est in c.ad hæc.extra de priui.quam sequitur Abb.in d.c.a nobis.ratio potest esse:quia cui non communicamus viuo, non possumus communicare mortuo c. sacris.

95 de sepul.& 24.q.2.c.2.† Item percutiens clericum mortuum est excommunicatus, sicut est ille, qui percutit clericum viuum:ita dicunt Doct.in d.c.a nobis.extra de sen.excom.arg. tex.in c.quod in te.de pę.& remiſ.vbi priuilegiū datum clericis de ingrediendo ecclesiam habet locum, vt ibi mortuus sepeliatur. Item hæreticus mortuus punitur de hæresi, nec mors extinguit tale delictum.gl.est 24.q.2.in summa. & plura alia crimina transeunt ad hæredes: & sic nō tolluntur per mortem,de quibus habetur per gl.in §. per contrarium Inst. de hære.quæ ab inte.defe.quam dixit singularē Ioā. de Imo. in c.quoniam frequenter.vt lit.non cōtest.& in l.defuncto.ff.

96 de pub.iudi.†Item qui non potest viuus stare in ciuitate,non poterit ibi mortuus sepeliri. & sic mors non finit delictum seu odium, quod habebat ille,ita dixit text.singu.secundùm Bar.ibi in l.2.ff.de cad. puni. & idem probat tex.in c. cum ad monasterium.post prin.de sta.mon. vbi dicitur,quòd monachus habens proprium repellitur a monasterio in vita & in morte. adeo ꝙ mortuus non poterit ibi sepeliri cum fratribus.facit c.1.de torneamentis.& c super eo.de rap. & facit c. is cui.§.talis.de senten.excommun.in 6.& ibi Do.& facit tex. in c.omnis vtriusque sexus. de pœn. & remiſ. & glo.ord.in c. ex parte. de sepul. quæ enumerat quamplures alios casus similes.

Teneas tamen menti, ꝙ licèt quando quis non potest viuus stare in ciuitate non possit ibi portari mortuus: vt in dictis iuribus,& voluit etiam Pet.de Anc.in cle.1.de pęn.& remiſ.tamen hoc casu poterunt portari ossa illius mortui ad ciuitatem:quia aliud est corpus, siue homo mortuus, & aliud sunt ossa l.2. §.prætor ait. & l. ossa. & l. liberum. ff. de reli. & sum.fun.ita dixit Io.de Ana.in c.2. extra de fur. & d.Floria. in l.mortuorum.C.de relig.

97 Vlterius adde † ꝙ furcha suspensus non potest deponi sine licentia iudicis:ita dixit glo.in cle.1.de pęn.& remiſ.quam refert & sequitur Io.de Ana.in c.fures.in fi.1.col. de fur. facit etiam, ꝙ ſi ex forma statuti bannitus potest impunè offendi in ære & in persona: ꝙ tunc ſi quis occidit bannitum & postea ipsum mortuum spoliat, punitur crimine expilatæ hæreditatit ſm Bal.in l.sororem.C.de his qui.vt indi.allegat rationem: quia licentia data a statuto offendendi bannitum finitur morte ipsius banniti.& idem tenet Bal.in l ex hoc iure 3. col.ff.de iusti.& iu.& Bal.super statutis.in ver.bānitus. in ver. statutum ꝙ bannitus &c.& idem dixit Sal.in l.qui sepulchra. C.de sepul.vio.& Ang. de Are.in trac. suo malefic. in verbo, & vestē cęlestem 1.col.pro quo alleg.tex. in l.diuus.ff.de bo. dam.& dicit Bal.in l.de his.C.de fur.ꝙ talis derobans bannitum mortuum debet furcha suspendi, sicut famosus fur: sed Sal.ibi reprobat eum Lud.Ro.tamen in l.gerit.ff.de acq.hęr. dicit,ꝙ alias seruata fuit in facto opi.Bal.tamen reprobat eū: sed Pau.de Cast.in consi.suo.33.incip. super primo qsito &c. in fi.in hoc dicit,ꝙ ſi bannitus,qui occiditur,statim derobatur,hoc poterit fieri impune:quia quæ incontinenti fiunt,videntur inesse secus ſi ex interuallo,quod dictum habet ratio nem in se:& hoc dictum refert & sequitur d.Fely.in c.quæ in ecclesiarum.in 5.col.de constitu.

98 † Et stante statuto,ꝙ bannitus possit offendi impune,ꝙ ipso viuo poterunt etiam sibi bona auferri impunè: ita dicit Bald.in c.in literis.in 1.colum.de restit.spol. vbi ponderat ad hoc pro valde singulari illum tex.in ver.prædo.in fi. & idem Bald.in l.fi.circa me.C.ſi contra ius vel vti.pub allega.text.in l.1.§.quod prætor.ff.de aleato. per quem dicit melius probari quàm alibi, quòd illa verba impunè offendi intelliguntur in ære & in persona.& idē tenet Bar. in l.nec in ea.ff.de adul. & Bald.in l.3.in fi.C.ſi pen.ap.mors interue. & Pau.de Castr. in l in suis.per illum tex.ff.de lib.& posth.quos refert d. Fely. in d.c.quæ in ecclesiarum.in 5.colum.ver.no.secundò. Item inimicitia morte inimici non est extincta: ita probatur in l. sepulchra hostium.ff.de sepu.vio.vbi sepulchra hostium iam defunctorum possunt impune violari.

99 Vltimò in hac materia no.est verbum Ang.in Authen.vt defun.seu fu.circa princ.in ver. item per hanc legem &c. vbi dicit,quòd ſi ex forma statuti instrumenta confessionata debent mandari executioni ad voluntatem creditoris habentis instrumentum cōfessionatum: quia hoc casu mortuo debitore poterit ipse creditor cum authoritate iudicis facere retinere corpus mortuum sui debitoris, ne sepeliatur, quousque de debito sibi satisfiat,quod dictum refert d.Fely.in c. sicut Iudæi.in 1.col.post me.de iud.de quo videatur,quod dixit Hypp.in sing.199.incip.in iure expressum &c. & in d. l. ſi in singulos. & ista sunt notanda ad istud propositum: & pro ista parte,ꝙ mors nō soluit,nec tollit omnia, sed immo mortuus & viuus æquiparantur.

100 **Sexta decima conclusio** est, quòd † extincto onere vel sublato, non tollitur nec extinguitur commodum constitutum onerato. Et quòd perempta persona propter quam aliquid sit Titio præstandum non perit, nec extinguitur præstatio, distinguendo vt in l. illis libertis.cum ibi not.ff.de condit. & demon.& in l.auia.ff.de annu.le. & per Bald.in l.23.col.C.de leg.facit l.Celsus.in princ.ff.de leg.2.quòd ſi grauo Sempronium legatarium ad aliquid dandum Titio. & Sempronius decedat viuo testatore, legatum redit ad hæredem cum illo onere:nam vt dicit ibi Bar.legata caduca remanent apud hę redem cum illo onere. Et maximè hoc procedit fauore alimentorum: quia ſi Titio legentur alimenta, quamdiu cum filijs testatoris morabitur: mortuis filijs nihilominus decem annua Titio debebuntur d.l.illis libertis.vbi Bar. distinguit l. annua.ff.de annu.leg. & l.1.vbi plene dixi. & Bald.distinguit.

101 C.de leg.1.secundum Bar.in d.l. illis. † quia ſi conditio mixta deficit per casum fauore alimentorum non deficit legatum:aliàs secus: nam extra casum alimentorum esset sequenda distinctio Bal.quæ fuit Dy.vt inspiciatur voluntas testatoris per quem stetit, & dixit Bart. in l. cum quis decedens.§.1. ff.de leg.1.ꝙ promiſſio facta occasione alicuius emolumenti ipso casso nō tenet. Et in materia huius conclusionis quò ad legata Bar. in l. codicillis.in princ.ff.de leg.2.vbi etiam Alber.de Rosa.post Cyn. & Alb.in l.1.§.pro secundo. aliàs.§.in nouissimo.C. de cad. tol. facit distinctionem: quia aut onus impositum legatario est ab initio nullum: aut annullatur ex

102 postfacto. primo † casu aut testator voluit ad legatarium aliquod commodum pertinere, puta interusurium medij temporis.& tunc licèt annulletur onus,non annullatur legatum l. ſi quis eum.ff.de condit.& demon. aut noluit ad eum commodum pertinere: & tunc aut onus annullatur ratione impossibilitatis de natura vel de iure: vt quia turpe,& nō annullatur legatum:quia impossibilitas debet remoueri l.obtinuit.ff.de condit.& demon & l.reprehendenda.C.de inst. & substit.sub cond.fac.& l.1.ff.de condi.instituen. & l.ab omnib. §.1.ff.de leg.1. sed ſi modus impossibilis non contineret turpe,sed respiceret aliquem actum pium:tunc deberet in illum

103 transmutare l. legaui.ff.de vsufr. leg. † Si verò onus est inutile,quia lex non assistit:tunc aut onus est implendum de ipso legato,aut extrinsecus de alio. primo casu aut onus est nullū mixta consideratione legantis & fideicommissarij: & tunc habet locum d.l codicillis.in princ.ff.de leg. 2. quia legatum est nullum quò ad petitionem: sed non quò ad retentionē. Si verò onus est nullum alia ratione: tunc legatum est in totum nullum l.ſi quis quos.ff.de leg.secundo.Si verò onus debet impleri aliunde, quàm ex ipso legato: tunc licèt onus sit impossibile,tamen legatum non vitiatur l.cum filius.§. non iure.ff.eod.de leg.secundo.& l. ab administratione. C. de lega.secundo casu principali quando onus annullatur ex postfacto: tunc aut annullatur facto testatoris: aut alio accidenti.primo casu annullatur etiam legatum, vt l. filio. §. matri. ff.de adi.leg.vbi etiam Bart. secundo casu non annullatur legatum,licèt onus annulletur d.l.pater.§. Tusculanus.ff de lega.tertio.& l.ſi quis Titio.ff.de leg.2.fallit ſi est electus vt minister d. l. ſi quis Titio. Et videnda sunt vltra præmissa scripta Cy.in d.§.pro secundo.

104 † Quid autem sit econtra, ſi legatum sit nullum, an onus impositum per testatorem legatario sit nullum.glo.in d.l.codicillis. in princ. in glo.3.ff.de leg.2.cum qua transit ibi Bart. in fin.commen.distinguit,quòd aut legatum est nullum propter rem quæ legatur: & neutrum tenet vt ibi. aut aliter, & tunc aut a principio,& habetur tanquàm pro non scriptū,& neutrū tenet.aut ex postfacto,& sic in cām caduci: & tūc tenet d.l.1.§.in primo.& §.pro secūdo.vbi Cy.Alb.& scribētes

Source : BIU Cujas

C.de cadu.tol.& prout latius dicitur in d. glo.3. Et quòd deſtructo emolumento cuius contemplatione onus eſt impoſitum ceſſat onus. facit l. cum quis decedens §. primo.ff.de leg.tertio.& vide Barto.Pau.de Caſtr.& Docto. in l. fin.ff.de ſolu.

105 **Decimaſeptima** Concluſio ſit, † quòd ſi deficiat cauſa obligationis vel onus, deficit etiam ipſa obligatio: nam non debetur merces, ſi res conducta auferatur, vel non præſtetur l. ex conducto. in princ.cum concor.ff.loca.vult Alexan. in l. cum mulier.ff. ſolu. matrimo. Et ſi villa promiſit decem annua alicui ſuperiori, vt eam protegat.deſtructa villa non debentur amplius illa decem ſecundum Roma. in conſ.417 .incip.in conſultatione.& plene dico in trac.de cauſis.in regula ℣ ceſſante cauſa ceſſat effectus.& ſupra 11.concluſione.

Decimaoctaua Concluſio eſt, quòd interitus ex ſubrogatis & his quæ loco demortuorum ſubmittuntur ſuppletur l. proponebatur. ff. de iudi.& §.ſed ſi gregis. Inſtitut.de rer. diui.& quod no.in l. diuortio. §. ſi fundum. per Mod. & dom.Iaſ.ff. ſolu.matrim. de arboribus per emphyteutam inciſis quæ ex ſubrogatis ſupplentur.

106 **Decimanona concluſio** ſit, quòd † damnum interitus regulariter ſpectat ad dominum rei,quam materiam plene tetigi in tractatu de diminutione & deterio. in 20. conclu. Et aliquid dixi ſupra eo.5.& 6. conclu. Et ſi negotia tua geſſero & aliquid in vtilitatem neceſſariam fecero, quod pereat,perit periculo tuo. & idem de vtili impenſa l.ſi pupilli. in princ. & l. ſiue hæreditaria. & l. ſed an vltro.ff.de nego. geſt. quod de vtilibus ſallit in pupillo d.l.ſi pupilli.in princip.facit l.& in totum.ff.de impen. in rebus dot. fac. idem ſi factæ ſint impenſæ voluntate vxoris l. vtilium. ff. eod. Aeſtimatio autem rei quæ perijt conſideratur a tempore moræ, vt per Docto.in l. vinum.ff.ſi certum peta.& Bart.in l. in hac.ff.de triti. & in l.1. §.in hac.ff.commo.& per glo. in dicta l.ſiue hæreditatis. vbi etiam Barto.ff.de nego. geſt. tangentes de moroſo, de quo etiam habetur in l.ſi ex legati.ff.de verborum oblig. cum infinitis concor.

107 **Vigeſima concluſio** ſit, quòd † extincto vel ſublato iure ſeu facultate aliquid faciendi non cenſetur ſublatum ius ac facultas alteri facienti aſſiſtendi: nam maritus per lapſum 60. dierum non poteſt vxorem de adulterio accuſare l.miles. §.ſexaginta.ff. de adul. & nihilominus poteſt alteri accuſanti aſſiſtere: vt per Anto. de Butr. & Imo. in cap. irrefragabili. & ibidem Fely. in ſecunda colum.in fin. ff. de offic. ord. vbi ex hoc infert, quòd ille qui non appellauit intra decem dies, quamuis ſit excluſus ab appellando: poteſt tamen alteri appellanti aſſiſtere. de quo in l.ſi quis ſeparatim.ff.de appel.& in cap. vna ſententia.eod.tit.

108 **Vigeſimaprima** concluſio ſit,†quòd deſtructo principali acceſſoria & pertinentia ipſi principali conceſſa corruunt cap. 2. cum glo. & ibi no.de ope. no.nunt.& ſupra eod.in 5.conclu. in 2.colum. & in 4.& 5.limitatione, & plenius in tractatu meo extenſionum in rubrica, ad quæ fiat extenſio.in d.§.quod ad acceſſoria.& in §.quod ad pertinentias.

Vigeſimaſecunda concluſio ſit, quòd reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris l.lex vectigali. ff.de pign.not.per Barto. & Docto. in l.in diem.ff. de aqua plu.arcen.& Bald.in l ſecunda.in 13.q.verſic.iuxta hoc. C.de reſcind.vend.& Socyn.conſil.151.in 12.colum. & Bar. & Docto.in l.voluntate in princ.ff.quib. mod. pign. vel hyp.

109 ſol. & ideo † pacta per vaſallum vel emphyteutam aut alienationes vaſallorum reſoluuntur & finiuntur finito feudo vel emphyteuſi ad dominum directum ſecundum Bald. in l. fin.§.ſed quia noſtra in fin.comm.C.commu. de leg.& Ang. in dicta l.lex vectigali.& Alua. in cap. fin. de contro. inue. & in §.rurſus.qui.mod.feu.amit.& in cap.ſecundo. apud quem ſeu quos quæſtio feu.ter.debe. & in §. ſi clientulus.de alien. feu. & ſi emptor qui promiſit mihi retrouendere, ſi interea apponat onus in re, reſoluta venditione pactum reſoluitur, vt per Barto. in dicta l. in diem. & hoc facit ad liberationes & franchitationes, quas faciunt vaſalli ſuis ſubditis hominibus: vt ceſſent reſoluto feudo ſecundùm dom. Iacobinum de Sancto Georgio præceptorem meum in ſua inueſt.feudali in clauſula, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis decimaſexta colum.verſic.per præmiſſa.Et ſecundum Bal.in l.ſi mater.C.de dona. ante nupt.eſt aduertendum, an reſoluatur cauſa ſubſtantialis vel eſſendi & reſoluatur actus an cauſa finalis quæ momento habuit effectum & non reſoluitur actus.

ALBERTI BRVNI ASTENSIS.
De refectione.

Circa hunc tractatum eſt aduertendũ quòd do.Felyn.in c.cum acceſſiſſent.pen.colum. & fin.de conſtit. aliqua recollegit faciendo vnam concluſionem cum duabus limitationibus. & quia præſens materia eſt multo amplior: neceſſe eſt illam per plures concluſiones tradere.

SVMMARIVM.

1 *Reficere is dicitur, qui rei formam priſtinam tribuit.*
2 *Refectio qualis eſſe debeat.*
3 *Sanguinem comedere licèt eo tempore quo oua licitè eduntur.*
4 *Reſeruatoriæ apoſtolicæ beneficiorum vacaturorum non trahuntur ad beneficia de nouo creata.*
5 *Creatio noua quæ dicatur.*
6 *Refectio creatione ipſa facilior eſt.*
7 *Refectio rei,quæ penitus deſtructa fuit, non inducit eandem rem, quæ prius fuit.*
8 *Demus ſolo manente deſtructa,an ſi reficiatur, ſit eadem dicenda.*
9 *Requiſita in faciendo,procedunt etiam in reficiendo.*
10 *Nuntiatio noui operis quando contra reficientem locum habeat.*
11 *Prohibitio noui operis trahitur etiam ad antiqui refectionem.*
12 *Reficiens rem funditus delatam,nouum opus facere dicitur.*
13 *Mœnia ciuitatis ut abſque principis licentia conſtrui,ſic nec collapſa refici debent.*
14 *Dignitas eccleſiaſtica per ſtatutum vel Papam annihilata reſtaurari poteſt abſque Papæ licentia.*
15 *Diſpoſitio hominis præcedens rei deſtructionem, non habet locum poſt eiuſdem refectionem.*
16 *Legatum domus extinguitur,ſi ea deſtructa penitus per teſtatorẽ reficiatur.*
17 *Legatum alienatione rei extinctum,non reuiuiſcit re in patrimonium legatis redeunte.*
18 *Reparatum non poteſt per naturam idem numero eſſe cum deſtructo.*
19 *Iuriſpatronatus extinguitur, ſi eccleſia penitus deſtruatur, nec refectione reſtituitur.*
20 *Bannitus,vel ad mortem damnatus,nouus homo dicitur reſtitutus.*
21 *Res eo deſtructa animo,vt nunquam reficiatur,nunquam eadem res dicetur.*
22 *Diſpoſitio circa rem,quæ deſtruitur,an duret ſi eadem reficiatur.*
23 *Refectio nauis quo differat a refectione domus.& num.ſeq.*
25 *Iura realia per deſtructionem rei extincta an reuiuiſcant eadem refecta,& an etiam perſonalia.*
26 *Ius debitum domui an duret poſt eiuſdem domus refectionem.*
27 *Iura & diſpoſitiones priores durant poſt deſtructiones, quæ non cadunt in arbitrij humani poteſtatem.*
28 *Eccleſia refecta non dicitur eadem, ſi funditus diruta fuit.*
29 *Compromiſſum per canonicos factum tenet,etiam eccleſia ruinam paſſa.*
30 *Vſusfructus agri aquarum inundatione occupati reſtituitur ceſſante inundatione.& num.32.*
31 *Diſpoſitio circa rem an maneat, quando iuris fictione refecta res eadem cenſetur cum deſtructa.*
33 *Refectum quando iuris fictione idem cenſeatur cum deſtructo.*
34 *Creatio noua quæ dicatur.*
35 *Recreatio quæ ſit, & ex quibus fiat.*
36 *Domus deſtructa ſi reficiatur, noua dicetur, licèt priſtinum manſerit ſolum.*
37 *Ius quæſitum in re,quo caſu duret poſt eiuſdem refectionem.*
38 *Emphyteuſis durat in domo,ſi emphyteuta eam reædificare velit.*
39 *Ius in re amiſſum præſcriptione,an eadem refecta manet idem.*
40 *Dignitas deſtructa,an ſit eadem reparata.*
41 *Teſtamentum arrogatione ſequente perit, ſed recenti iudicio arrogati effecti ſui iuris,reuiuiſcit.& num.ſeq.*
43 *Diſpoſitio extincta ſuſcitari poteſt ex conſequentia prioris diſpoſitionis.*
44 *Deportatus reſtitutus etſi nouus dicitur, bona tamen ſua recuperat.*
45 *Diſpoſitio prior manet in re paulatim deſtructa,quæ paulatim reparatur.*
46 *Domus per hæredem refecta, quò ad ius reale legatarij pro noua non debet haberi.*
47 *Diſpoſitio facta circa rem,quæ paulatim,vel pro parte deſtruitur,durat poſt eiuſdem reparationem.*
48 *Pignus gregis in eodem durat, licèt ex toto particulatim renouetur.*
49 *Legatum nauis manet:deſtructa naui ſalua carina.*
50 *Iudicium idem dicitur,licèt iudices ſubinde mutentur.*
51 *Pignus in re uniuerſali conſtitutum manet etiam illa renouata.*
Aedificare prohibitus an poſſit reficere.
52 *Epiſcopus non ualens nouum cenſum imponere, antiquum tamen poteſt renouare.*
53 *Actus ſine ſuperioris licentia geri non ualens, deſtructus citra licentiam reparari poterit.*
54 *Refectio propriè non dicitur,ſi alia a priore forma introducatur.*
55 *Iudæi ſuas reficientes ſynagogas non debent antiquam formam immutare.*
56 *Nouum fieri meritò dicitur,quod latius,altius & profundius reficitur.*
57 *Idem quandoq; ſecundũ ius præſumitur,quod in ueritate idem nõ diceretur.*
58 *Diſpoſitio eadem manet in re,cuius deſtructæ manet pars potiſſima.*

59 Diſpo-

Source : BIU Cujas

50 *Dispositio prior manet in re non perfecte refecta, sed ad refectionẽ destinata.*
60 *Subrogati in locum interdictorum de vniuersitate interdicta defunctorum, interdicto subiiciuntur.*
61 *Parte rei potiore destructa, eadem non erit res refecta.*
62 *Parte rei destructa præcipua manente, res eadem dicetur refecta.*
63 *Refectio quando eandem rem constituat, & quando diuersam.*
64 *Dispositio prior non manet, si constituitur ex aliquo non valente cadere in partes subrogatas, ex quibus renouatio fiat.*
65 *Vniuersitas si bannita sit, an bannitorum successores censeantur banniti.*
66 *Ecclesia, quæ paulatim reficitur, consecratione noua indigere præsumitur.*
67 *Refici non vetantur, quæ fieri prohibentur.*
Refici permittitur, quod si fieri permissum inuenitur.
68 *Refectum aliquid intelligitur cum qualitatibus & pactis præcedentibus.*
69 *Doctor certo conductus salario si abierit, deinde redierit, eadem pensione dicetur admissus.*
70 *Iura priora resuscitantur, si res in statum pristinum reuertatur.*
71 *Monasterium destructum si reparetur, hisdem quibus ante iuribus potietur.*
72 *Causa interitus rei cessante, res in statum pristinum per se reducitur.*
Testamentum primum si per secundum aboleatur cassato secundo saltem ope exceptionis validum efficitur.
73 *Vsusfructus interitu rei extinctus, ea renouata censetur renouatus.*
74 *Vnione resoluta an redeant in statum pristinum omnia*

Conclusio prima est circa cognitionem, quid sit reficere & eius naturam. & quidem ſm tex in l. 3. §. reficere. ff. de itin. actuq; priui. † Reficere est ad pristinam formam reducere, non dilatando, seu producendo, nec deprimendo: aut exagerendo: ita ꝙ multum differant reficere & facere, volunt Cy. Ang. & Mod. maxi. D. Ias. in l. ius ciuile. ff. de iu. & iu. dicentes ex hoc, ꝙ statuto prohibente fieri nouam clausam nihil addi possit vel detrahi sed solum reficiposſit in eodem statu, vult Bal. in c. cum accessissent 6 col. de consti. dicens ꝙ quando reparatũ habet esse aliter quàm primò, dicitur noua species, alleg. l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. & l. cum plures. §. lex dicta. ff. loc. facit l. 3. § pen. ff. de vi pub Et cum prædicta conclusione transeunt Alan. Panor. & Ioan. de Ana in c. consuluit. per illum text. de Iudę. dicentes
2 † quòd refectio debet esse talis, vt antiqua forma non mutetur, ita ꝙ opus non debeat fieri pretiosius vel magis amplũ. & ille text. loquitur in Iudæis, qui prohibentur nouas sinagogas erigere, & nihilominus possint antiquas reficere nõ mutando antiquam formam: videlicet faciendo opus pretiosius vel magis amplum. Quod est intelligendum de antiqua forma in substantialibus per ea quæ dixi in tract. de augmen. in 3. & 4. conclu. princ. 1. colum. vbi patet, quòd illud de magis amplo non est per omnia verum, nisi in odiosis: quia accidentalia & qualitates non substantiales nõ faciunt rem differre specie, vel in substantia, vt ibi plenè dixi: & vult Ang. in l. & an eadem. §. 1. de excep. rei iud. Et quod dictum est de noua forma inducitur per Panor. & Docto. in d. c. consuluit. ad illud quod dixit glo. in c. admonere. 33. quæstio. 2. & in c.
3 presbyter. 82. q. dum † dicit, licitum esse comedere sanguinẽ illis diebus, quibus licet commedere oua, licèt nõ sit licitum comedere carnes, quæ inde nascuntur: quia mutata forma videtur mutata substantia. facit, quod habetur in c. cum causam. in verbo tempore de testi. & in c. in ciuitate. de vsur. Requiritur etiam ad hoc vt opus vel aliud dicatur reficiposſit, quòd adsit aliquid de priore vel antiquo opere: quia si nihil adsit, sed ex toto perit, dicitur fieri nouus actus, vel noua res, vel species secundum glo. in clem. fin. in verbo creatum de rescr. circa princ. glo. iunctis his quæ ibi dicunt Io. de Lig. & Card. præsertim in 6. quæstio. & quando ex toto non perijt, non dicitur fieri nouus actus, vel nouum opus sed antiquum reficiposſit, propter quod secundum eos dispositio d. clemen. fin.
4 quæ vult † literas apostolicas reseruatorias beneficij vacaturi non trahi ad beneficia de nouo creata, non procedere, quando aliquod beneficium non erat omnino suppressum: vt quia titulus non erat omnino extinctus: nam suppressione reuocata etiam post datam literarum tenebit reseruatio in eo, secus autem si erat omnino suppressum, & titulus omnino annihilatus: quia non obstante tali reuocatione post datam literarum facta videtur nouum beneficium. & idcirco Io. de Ana. in c. consuluit. de iud. dixit, ꝙ quia permissum est Iudeis nouas sinagogas facere & veteres reficere, debet intelligi, ꝙ refectio sit permissa, quando sinagoga nõ esset penitus destructa, motus ex dicto Ang. in §. hoc itaque. in Auth. de non ali. dum dicit, deberi canonem emphyteuticum, licèt domus emphyteutica sit cõbusta, ex quo area remanet, de qua materia cõtinget plenius dicere infra eo. & maximè in seq. concl. Et sic habemus creationem nouam & refectionem seu reficere & de nouo facere. vt etiam declarat Fely. in
5 d. c. cum accessissent. in pen. colum. & fi. † Et illa dicitur noua creatio, quæ non fit ad instar, nec deciditur ab aliquo principio: sed ipsa est principium sui esse per c. 1. §. filia. de suc. feud. vbi patet, ꝙ feudum, de quo fœmina inuestitur ob merita agnatis non obstantibus, non dicitur nouum ſm Bal. in d. c. cum accessissent 6. col. de consti. nam etiã dicitur noua creatio & non refectio, vbi prior est penitus extincta ſm prædicta. vult Fel. in d. c. cum accessissent. col. 1. & dicit Bal. in d. c. cum accessissent 6. col. ꝙ habemus coadunatum, reparatum ad pristinum statum. & recreatum, quæ ſm eum quæ vnũ & idem sunt vel iuris fictione esse censentur, de quibus dicetur
6 infra eo. in 4. conclu. 4 limi. Item habemus restauratum. † Cęterum natura refectionis est: quia facilius aliquid reficitur, quam de nouo creetur: vt habetur in l. qui liberis. §. 1. & fi. ff. de bo. pos. ſm tabu. & in c. cum accessissent. de consti. Item facilius dissoluitur dispositio in eo quod permanet forma perempta, quàm in re funditus destructa & postea refecta renouetur, ſm Bar. & Pau. de Cast. in l. inter stipulantem. §. sacram. in declaratione & apostillatione text. in 2 par. illius text. ver. quam quidem ff. de verb. obli. quia naturale est, ꝙ res pereat & dissoluatur, miraculosum autem & contra naturam ꝙ res dissoluta & extincta reuiuiscat: vt videmus in homine & cæteris rebus. & destructio facilius fit, quàm reformatio ſm gl. Bar. & Ang. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb obli. g. dum apostillant illum tex. & patet in homine, qui facile moritur, & miraculosè resurgit: licèt quandoq; sit oppositum, vt in testamentis, quæ nuda voluntate destrui non possunt l. sancimus. C. de testa. & l. si iure. ff. de leg. 3.

Secunda conclusio sit, ꝙ multum refert quò ad iuris effectus an reficiatur res, vel opus penitus vel ex toto demolitum, destructum, depressum vel collapsum, an quando remanet aliquid de priore opere vel forma: & an si paulatim & particulariter reficiatur, an verò vno & eodem contextu: vt in præced. conclu. fuit dictum. & in sequentibus dicetur, maximè immediatè sequenti: nam † vt ibi plenè dicetur res funditus destructa,
7 si reficiatur, non dicitur eadem res, nec in ea habet locum prior hominis dispositio: secus si non sit funditus & penitus destructa: quia refecta dicetur eadem res, & ad eam trahitur prior hominis dispositio, vt dicetur infra ea 4. concl. in prin. & per discursum, & patet in l. inter stipulantem. §. sacram. vbi Bart. in colum. fin. ff. de verb. oblig. & in l. qui vsumfruct. in princ. ff. de vsufr. & in l. si ita legatum §. fi. ff. de leg. 1. & in l. quid tamen. in princ. §. nauis. ff. qui mod. vsusfr. amit. no. Bal. in l. pacta nouissima colum. fi. C. de pac & in c. cum accessissent 6. colum. de constit. etiam si nihil de priore materia sit mutatum: quia res funditus destructa nihilominus dicitur alia res d. l. quid tamen in princ. & §. nauis. vbi tex. vult, quòd res particulariter refecta, etiam si nihil de priore materia remaneat, dicatur eadem res, & ꝙ in ea duret prior dispositio.
8 † Et potest dubitari, an domus non dicatur penitus seu funditus destructa remanente solo. & idem sit in ecclesia: & puto ꝙ sic, per l. domum. ff. de contrahen. emp. & quod dicit Bald. in rub. ff. de re. diui. & quia solum reficiposſit non potest. & patet in l. seruitutes. §. sublatum. ff. de ser. vrb. præd. vbi patet, ꝙ destructa domo, ita ꝙ solum tãtum remaneat, & postmodum refecta dicitur noua domus & non eadem. faciunt gl. & no. per Bar. Ang. & Pau. de Cast. in l. inter stipulantem. §. sacram. in apostillatione tex. super ver. quanquàm. ff. de verbo. oblig. & ideo Ioan. de Ana. in c. consuluit. de iud. non bene sensit, dum vult illum tex. qui prohibet nouas sinagogas fieri à Iudæis & veteres reficiposſit, intelligi quando veteres sunt ex toto destructæ: vt quia solum fuit occupatum aqua fluminis, vel submersione in abyssum.

Tertia conclusio sit † quòd disposita & requisita in actu faciendo per legẽ, statutum, vel superiorem procedunt & requiruntur in reficiendo, quando erat penitus ac funditus destructus vel abolitus. Hinc stante statuto ecclesiæ, quòd nullum fortalitium fieri possit inconsulto Papa, fortalitium funditus destructum non poterit de nouo reficiposſit Papa incõsulto: licèt secus sit, vbi non esset ex toto destructum secundum Bal. in l. si vt proponis. la 2. C. de nup. post Inno. in c. Pisanis. de resti spol. facit l. 1.
10 § si quis ædificium. ff. de ope. no. nun. dum ibi dicitur, ꝙ † nuntiatio noui operis, quæ non habet locum contra reficientẽ: nihilominus fieri potest, quando res funditus destructa reficitur: quia dicitur tunc esse nouum opus & noua res: & si reficiatur ecclesia funditus destructa, reficiens efficietur patronus antiquis patronis exclusis secundum glo. in c. 3. de iurepat. Sic & in refectione monasterij totaliter destructi requiritur licentia episcopi; secus si non sit totaliter destructum secundum glo. in c. de monachis. 8. quæst. 2. voluit Host. in summa, in tit. de ecc. ædi. §. fi. in fi. facit c. ecclesijs. cũ gl. & c. fabrica. de conse. dist. 1. iunctis no. per Inn. in c. 1. de conse. ecc. vel al. vbi patet, ꝙ si ecclesia sit ex toto destructa, vel collapsa, & de nouo erigatur, est necessaria noua consecratio, etiam si

Source : BIU Cujas

ex eiſdem lapidibus & cementis conſtruatur: licèt ſecus ſit,
11 ſi reficiatur non funditus deſtructa.† Et prohibitus facere no uum opus cenſetur etiam prohibitus antiquum funditus de ſtructum reficere:vt habetur in l. 1. §. ſi quis ædificium.ff.de ope.no.nun.vbi cõcluditur, q̃ contra tale opus reficientem poteſt fieri nuntiatio noui operis, quæ non poſſet fieri contra reficientem opus ex toto non deſtructum.Faciunt quod dixit Ant.de But.& Io.de Ana.in c.Iudei. de Iudæ. q̃ ſtatuto diſponente, q̃ de quolibet contractu debeat ſolui gabella, erit etiam ſoluenda de contractu totaliter refecto:quia cenſetur nouus contractus:ſecus ſi ex toto nõ reficiatur. Ex quo patet,quomodo debeat intelligi,quod dicunt Bar.Bal.Alex. & Doct.in l.edita.C.de eden.circa ſtatutum, q̃ de libello ſolui debeat gabella,vt ſit ſoluenda etiam de libello in ſubſtantialibus refecto vel reformato.meritò dixit Bart.in l.nuptiæ. per illum tex. ff. de ritu nup. q̃ ea quæ requiruntur in confectione actus requiruntur etiam in refectione,de quo dico in tract.de forma, ex quo infert Bart.ibidem, q̃ ſicut in confectione inſtrumenti requirit̃ conſenſus vtriuſque partis:ita & in eius refectione ſi ſit amiſſum per notarium.

12 Et prædictam ſententiam † q̃ reficiens rem funditus deſtructam dicatur nouum opus facere,tenuit glo.in cle.fin. in verbo creatum,circa prin.glo.de reſcr. vbi etiam Io. de Lig. & Card.maximè in 6.q.quam glo.ſupra etiam retuli, inferentes, q̃ diſpoſitio illius cle.quæ vult, literas apoſtolicas benefi cij vacaturi reſeruatorias nõ trahi ad beneficia de nouo crea ta non trahi etiam ad beneficia ante datam literarum omni no ſuppreſſa, & quorum titulus erat omnino annihilatus licèt ſuppreſſio & annihilatio tituli fuerint reuocata poſt datam tamen literarum:quia non obſtante tali reuocatione nihilominus dicitur nouum beneficium: licèt ſecundum eos ſecus ſit,vbi beneficium non erat omnino ſuppreſſum,vel titulus ex toto annihilatus,vel extinctus, quod confuſe exami nat Bal.in c.cum acceſſiſſent 5.col.in fi.cum ſeq.de conſt.vbi videtur limitare, niſi beneficium vel dignitas ſint reparata p correctionem medij ſtatus,vt dicetur infra 8.limitatio. cum ſeq.videlicet eo animo vt prior reuiuiſcat.vbi ſubdit, q̃ talis dignitas reſurgens non habet neceſſariam confirmationem ſtatuti ſuper hoc editi: quia in reſurgente ſimul reſurgit confirmatio, cum reſurgat ex diſpoſitione iuris cõis, ita vt non dicatur noua creatio ſed fit tanq̃ rediens ad naturam ſuam. Subdit q̃ talis dignitas recuperat vaſallos ſuos, quod eſt in-
13 telligendum iuxta ea quę dicam in d.8.limitatione.†Et ſicut ſine licentia principis muri ciuitatis non debent ædificari: ita nec ſine licentia debent refici l.ſacram.§.fin.ff.de re. diui. Facit quod dixit Bart. in l.nuptiæ. ff.de ri.nup. q̃ requiſita in confectione requiruntur in refectione rei ex toto amiſſæ, vt prædixi:& quod no. Hoſt. in ſum.de ec.ædific.§. fi.in fi. Facit etiam:quia q̃n vetus opus reficitur,quod ex toto erat deſtructum,poteſt nuntiari nouum opus: ſecus ſi non erat ex toto deſtructum & reficiatur:quia contra reficientem non poteſt nuntiari nouum opus ſecundùm Doct.in l.1. §. ſi quis ædificium.ff.de ope.no.nun.Et idem dicunt ibi Alb.de Roſa.& in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.obliga. & D.Iaſ.in l. quominus. vlt.q.ff.de flu.in reficiente molendinum ex toto deſtructum,vt poſſit contra eum nuntiari nouum opus. Ex his inſurgit limitatio ad hanc concluſionem: vt non proce-
14 dat † in dignitate eccleſiæ annihilata per ſtatutum eccleſiæ a Papa vel ſuperiore confirmatum: quia poteſt ſine licentia Papæ, vel ſuperioris reſtaurari: quia confirmatio habet vim priuilegij, cui poſſunt ſtatuentes renuntiare c. cum acceſſiſſent.cum ibi not.maximè per Panor.in 5.no. de conſtit.quãuis Bald.ibi vt proximè dixi alleget aliam rationem.

Fallit ſecundò in ciuitate vel villa,quæ ſint authoritate ſuperioris vel per ciues recedentes animo non redeundi deſtructæ: quia ſi reficiantur, recuperant priora ſtatuta,vel priuilegia ſecundum glo. & ſcribentes in l. ſi vſufruct. ciuitati. vbi Alb.de Roſa.ff.quib.mod.vſusfruct.amit. & dicetur infra eo.9.concluſione.

Fallit etiam in re paulatim refecta: quia etiam ſi nihil de priore materia remaneat,nihilominus dicitur eadem res cũ prima, & de ea vt de re funditus non deſtructa iudicamus l. quid tamen.in prin.& §.nauis ff.qui.mo.vſusfr.amit. & dictũ fuit ſupra eo.2.conclu. Quid autem in ponte refecto in eodẽ loco an vectigal ſolitum ſolui debeat.Bal.quòd ſic in l. ſi plures 4.col.C.de condi.inſer.& in l.3.in fi.com.C.de priui. fi. & ſic pons deſtructus & refectus non amittit priora iura.

15 **Quarta concluſio** ſit, q̃ † ſi res funditus deſtructa remouetur, vel largo ſumpto vocabulo reficiatur, non durat circa eam prior hominis diſpoſitio. Eo quia non eſt eadem res cum prima: vt in l.quid tamen.in princ.& §.nauis.ff.qui.mod.vſusfru. amit. vbi legato vſufructu domus,quæ poſtea deſtruatur, ex toto perit vſusfruc. eſto q̃ domus reficiatur. & ſecus eſt, ſi fuerit particulariter refecta: quia durat vſusfru. idem ibi dicitur de naui funditus deſtructa, & ex eiſdem tabulis renouata: quia perit vſusfr.quia non dicitur prior forma durare: licèt ſit eadem materia,& nil ſit additum, vel mutatum de priore materia:& ſecus eſt, ſi ſit particulariter deſtructa & refecta. Et idem eſt de vſufructu inſulę vel ſchiphi,penitus deſtructis & poſtea refectis ſeu renouatis l.qui vſumfruc.in prin.ff.de vſu-
16 fruc. † Idemq̃ eſt in prioritate domus legata: quia ſi teſtator ea funditus deſtructa illam reficiat in eodem loco extinguitur legatum:quia eſt alia domus: vt eſt expreſſum in l.ſi ita legatum.§.fi.ff.de leg.1.Et ſimile eſt de proprietate nauis:quia ſi ex toto deſtructa reficiatur,eſt alia nauis, vt ſonat litera in l.qui res.§.aream.ff.de ſol.& in l. inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verb.oblig.ratio eſt ſm Pau. de Caſt. in l.ſeruum filij.§. ſi areæ.ff.de leg.1.quia domus non debetur, cum ſit alia domus minuſq̃; area: eo quia deſijt eſſe area, & eſt effecta pars nouæ domus,adeo q̃ non reuiuiſcat legatũ,etiam ſi ad areã redierit:quia deſinit eſſe aree illius prioris domus, & effecta eſt areæ nouæ domus, qua diruta non põt amplius dici area prioris domus, quod vltimum dictum reprehendit Alex. in d.§.ſi areæ.& in contrarium facit l.quæſitum. §. illud. ibi, ſæpius.ff.de leg. 3. Et ſi ſeruus legatus poſtmodum a teſtatore manumiſſus redeat in ſeruitutem,ipſum legatum,quod manumiſſione perierat,non reuiuiſcet, cum dicatur nouus homo l. cum ſeruus. ff. de adi. leg. & idem in ſeruo promiſſo l. qui res.§. aream.ff.de ſol. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram.ff.
17 de verborum obligatio. † Sic & in legato, quod alienatione perijt, vel exactione pecuniæ: quia non reuiuiſcit, ſi res legata poſt alienata in patrimonium redeat, vel pecunia cõſumpta l.ſi ſeruus.& l.aliter.ff.de adi.leg. & actio extincta, quæ reuiuiſcit,non dicitur eadem diſtinguendo: vt per Bar. in l.Męuius.§.duobus.in 3.col.ff.de leg.2.vbi paulò ante Bar. examinat,an actio ſemel extincta reuiuiſcat.Facit, q̃ dicatur nouum opus tunc demum, qñ vetus eſt ex toto dirutum vel demolitum.tex in d.§.ſacram.vbi Bar.in col.fi.vult Bald.in c. cum acceſſiſſent.6.col.de conſti.& in l.pacta nouiſſima. col. fi.C.de pac.dicens q̃ noua forma dat nouum eſſe:& patet in l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.vbi Floria.ff.de ſer.vrb.prę̃d.& dico etiam in ſequentibus concluſionibus, & dixi in prima.Et dixit Bal.in l.homo liber.ff.de ſtatu ho q̃ natura non poteſt fa-
18 cere, vt id quod eſt † deſtructum & demum reparatum, ſit idem numero,& q̃ accidentia reſtituta non ſunt eadem numero,& quòd natura recipit facilius proprium eſſe.

Facit etiam ad prædictam concluſionem gl. in l. damni.§. ſi is qui ædes.in verbo,augeri.ff.de dam.infec.dum vult, q̃ ſi ruſticus promiſerit militi aquè frigidam in æſtare in domo ipſius militis,& illa domus comburatur, licèt alia reædificetur,non tenebit̃ amplius ad hoc ipſe ruſticus:dummodo ſm Bar.& alios ibi non ſit conſtitutum ius reale per tex. in l. ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſer.vrb. præd. Et idem dixit gl. ibi, cũ qua tranſeunt ibi Bar.Cu.& Doc.cũ limitatione prędicta de arbore,cuius fructus ſunt promiſſi vt arbore inciſa, vel ventorum proſtrata & deiecta & alia ibidem renata fructus nouæ arboris non debeantur,quod ex mente glo.in l.obligationum ferè.§ placet.ff.de act.& obli.videtur verum,niſi ſup ceſpite prioris arboris alia renata fuiſſet, non aũt ſi ex radi-
19 ce, vel fructibus corruentibus. † Sic & eccleſia iuriſpatronatus funditus deſtructa & refecta non dicitur amplius illa eccleſia ſecundum glo in c.3. de iurepatr.Et idem in monaſterio penitus abolito & refecto ſm gl.in c. de monachis 18. q. 2.& Hoſt.in ſumma ti.de ecc.ędi.§.fi.in fi.facit c. eccleſijs.cũ gl.& c.fabrica.de conſe.diſt.1. iunctis no.per Innoc.in c.1.de conſe.ecc.vel alta.Simile in libello refecto ſm Bar.Bal. Alex. D.Iaſ.& ſcribentes in l.edita.C.de eden.& in contractu refecto,vt p Bar.in l.nuptiæ.ff.de ri.nup.& Io.de Ana. in c. Iudei. de Iudę.& idem in inſtrumẽto amiſſo refecto ſm Bar. in d. l. l.nuptiæ. & dignitas extincta & reſtaurata dr̃ noua dignitas: vt per Pan.in c.cum acceſſiſſent.de conſtit.vbi Bald.in 6.col. de quo infra dicetur in limitationibus:quia plures tenẽt con-
20 trarium. † Sic & in damnato ad mortem vel bannito in integrum reſtituto; quia dicitur nouus homo l. intercidit. ff. de condi. & demon.de quo etiam infra in limitationibus dicetur, quia non eſt abſolutè verum. & idem in ciuitate deſtructa refecta diſtinguendo vt in c. cum ex iniuncto. per cano. de ope.no.nun.& Alb.ac legiſtas in l.ſi vſusfru.ciuita.ff.quib. mod.vſusfr.amit.de quo etiam plenius dicetur infra eo.in limitationibus, licèt ciuitas rebellis per recognitionem recuperata non dicatur de nouo acquiſita ſecũdum Bal.in l.cunctos populos 2.colum.C.de ſum.Trin.

Prædicta concluſio procedit,ſiue agatur de damno vitando l.Paulus.§.fundus. cum pluribus cõcor. quæ patent ſupra & infra.ff.de pign.ſiue de lucro captando l.domus hæreditarias.ff.de leg.1.quamuis glo.aliter ſentiat in l.ſi ita.§.fi.ff.eod. quam Bar. ibi & Doct.communiter reprobant.

Item

Source : BIU Cujas

Item maximè procedit in extinctis actu & habitu secũ dũ Bal.in c.cum accessissent.in 6.colu.de consti.per l.qui res.§. aream.ff.de sol.cum concor.infra in 1.limita adducendis.

21 Item maximè procedit † qñ res destruitur eo animo, vt non reficiatur:quia nunquàm dicitur eadem res: circa illam durat prior dispositio:licèt mutato animo reficiat d.§.areã. & l.inter stipulantem.§.sacram ff.de verb.oblig. cum vtrobique no.vult Alb.de Ros.in l.qui vsumfru. in prin.ff.de vsufru. & dicam infra eo.1.limi. Et ex ibi dictis limitatur hoc dictũ iunctis his quæ dicentur in 5.limitatione.

Item maximè procedit, vbi aliter reficitur,quàm prius esset l.seruum filij.§.si pocula.ff.de leg.1. quod intelligendum est,vt dicam in seq.membro.ver.item aduerten.& in trac. de transfor. ratione tamen sententiæ latæ dicitur idem corpus, licèt diuersificentur qualitates:vt in l.& an eadem. & idẽ corpus.vbi Bar.ff.de excep.rei iudi.

Item procedit, etiam si reficiatur ex eisdem cementis l. quid tamen.in princ.& §.nauis.ff.quib. mod. vsusfruct amit. & l.qui res.§ aream.ff. de sol.& l.inter stipulantem. §.sacram. de verb.oblig.

22 Ista aũt conclusio † ꝙ re funditus destructa si reficiatur ẽt ex eisdem cementis non duret circa eam prior hominis dispositio:quia non dicitur eadem res.limitatur, nisi destructa fuisset eo animo. vt ex eisdem cementis reficeretur l.si res.§. aream.ff.de sol.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de ver.obl.vbi facta promissione nauis,quæ sit funditus destructa animo illam reficiendi, & demum refecta,nõ propterea extinguitur promissio,sicut econtra, si animo illã nõ reficiẽdi fuerit dissoluta, & demum mutato proposito refecta non dr̃ eadẽ nauis,nec circa illã durat prior dispõ,nisi ꝑstaret durare voluntatem disponentis seu contrahentium, iuxta l.si ita.§ fi.ff.de leg.1.facit l.seruum filij.§.si pocula.in fi. ff. eo. In domo autẽ nõ sic est:quia etiã si animo illam reficiendi fuerit destructa: tñ refecta non dicitur eadem domus, nec circa illam durat prior dispositio,nisi constet circa illã durare voluntatem disponẽtis,seu ꝯhentium d.l.si ita.§.fi.& d.§. si pocula.Et ratio diuersitatis est ſm glo.in l.qui vsumfruc.in verbo, legatus.ff.

23 de vsufr. quia † nauis ex eisdem cementis refici põt; non sic in domo:quia plura sunt rudera,quæ nõ veniunt in refectionem:puta calx & alia fragmenta inutilia,ꝙ in naui minus de materia perdatur, q̃ in domo, & quia domus non reducitur ad pristinum statum ęqualiter sicut nauis propter maiorem mutationem,cum modicitas mutationis materiæ non curetur:vt infra dicetur, & istam differẽtiã inuenio magis cõiter approbari per Doct.maximè per Ang.Imo.& Alex.in d.§.sacram.& Ang.in d.§.aream.& Alb.de Rosa.in d.l.qui vsumfr. in princ.vbi vult,possibilitatem considerari. licèt Bart. dicat hanc esse trupham & male: & ipse Bar. assignat aliam rationem videlicet quia nauis consistit in mente tanq̃ mobilis, & non domus,quæ est immobilis, quæ ratio non placet: quia text. considerat mentem reficere volentis nauim vel deponentis de domo tigna animo restituendi & impossibilitatẽ reducendi totam materiam domus ad refectionem, quod

24 non sic cadit in naui.† Vnde in domibus ligneis videtur idẽ dicendum,quod in naui, qñ refectio est possibilis ex eisdem cementis,nec aliter puto verum, quod dicit Alb.de Rosa.in d.l.qui vsumfr.de paruis domibus, quod in eis sit idẽ dicendum,quod in naui.Et licèt glo.in d.l.qui vsumfr. dicat esse in schipho idem dicendum quod in domo,vt si destruatur animo reficiendi & reficiatur,pereat dispositio de eo facta, eo quia in refectione consumitur aliquid de materia,puto ꝙ sit de schipho idem dicendum quod de naui.Nec ob.tex.in d.l. qui vsumfr.quia vt alibi dico in præsenti libro, res refecta nõ dicitur verè & propriè eadem cum primo sed ficte,& in vsufructu cum sit qualitas adhærens subiecto, oportet priorem formam subesse,vult Bar.in l. & an eadẽ. §.1.ff.de except. rei iudi.& in d.§.sacram.Et ad hanc limitationem facit, quod dixit Bal.in c.cũ accessissent.in 6.col.de consti.Circa intellectũ illius tex. ꝙ si recreans rem illã recreet animo nouã constituendi erit noua res: secus si animo priore reficiendi. & pro primo dicto facit d.§.sacram.& §.aream.& l.in fraudem.§.1. cũ ibi no.ff.de mil.testa & pro secundo dicto facit l. qui ex liberis.§.1.& seq.ff.eo.Et ex prædictis soluitur quæstio tacta p Ang.in l.grege.in prin.ff.de pig.de testatore qui habebat nauem & prohibuit hæredem sub pœna priuationis hæreditatis,ne aliquid extra familiam alienaret: nam si hæres casu nauim in aliqua parte fregerit, propter quod totam destruxerit & refecerit,nihilominus alienando eam extra familiã priuatur hæreditate: pro quo facit, quia licèt non dicatur esse eadem nauis,dicitur tamen esse in bonis testatoris,ar.l.quoties.§.fi.ſi.qui.mod.vsufruc.amit.

Secundo prædicta conclusio limitatur, vt non procedat

25 † quò ad iura realia: sed quò ad iura personalia l. seruitutes. §.si sublatum.cum ibi no.ff.de ser.vrb. præd.iura enim personalia faciliùs amittuntur quàm realia l.quia tale.ff.solu.matr.& l.corruptionem.cum ibi no.C. de ser.iura enim realia remanent in habitu etiam re non refecta,& refecta extant in actu, vt declarant Bal.& Ang.in d.§.si sublatum.& hanc limitationem sequuntur Bar.& Doct.in l.inter stipulantem.§.sacram. ff.de verb. oblig. & in l. damni.§.si is qui ædes post glo.ff.de dam.infec.vbi ad idem alleg.l.Paulus.§.domus.ff.de pig.quę optime probatur: quia in refecta durat pignus, vt ibi & l.fin. ff.eo.Et ad prædicta facit l si locus.in prin.ff.quib.mo. vsusfr. amit.& l.Attilicinus.iuncta l.præce. §.fi.ff.de ser.ru. præ. cum concor.de quibus per Alex. in d.l.grege.propter enim spẽ & habitum dicitur seruitus intermissa non amissa,vt ibi,& l.peculium.§.si ære. in fi.ff.de pecu. & no. ibi per glo. dum dicit, ꝙ si vasallus amisit feudum per feloniam, quæ sit ei remissa, dicitur antiquum feudum,& non nouum, ita ꝙ feudum ex veteri concessione durare censeatur. hinc ſm Bald.in c.cum accessissent 6.col. de consti.si dominus inuestiuit filiam propter merita patris, non est abolitum feudum, quin dicatur paternum c.1.& §.1.& §.filia.de suc.feu.alias dicitur interemptum:quia quod interimitur non aboletur c.1.de vas. decre. æta & d.l.Attilicinus.& l.1 §. si quis propter. de iti. actuque

26 pri. & † si rusticus promittat militi dare in eius domo ęstate aquam frigidam,tenebitur etiam in domo refecta dare, si sit ius reale constitutũ:vt per gl.Bar.& Doc.in d.§.si is qui ędes. & ſm Bar.in d.§.sacram.col.fi.id quod dicitur de actione reali,vt duret re penitus destructa & demum refecta.pro quo videtur tex.in l.fi.ff.de pig. non habet locum in actione mixta, sicut est vsufru.per l.qui vsumfr. in princ.ff.de vsufr.& l. repeti.& l.vsusfr.ff.qui.mo.vsusfr.amit. sed in vsufructu cũ sit qualitas adhærens, iura volunt, ꝙ prior forma attendatur, quæ verè non subest re penitus destructa & demum reparata, vt dictum fuit supra eod.& vult Bart. in l.& an eadem.§.1.ff.de except.rei iudi.facit ad prædictam limitationem: quia ponte destructo & in eodem loco refecto solui debet solitum vectigal secundum Bal.in l.si plures 4.colum.C.de condi. inser. & in l.3 in fi.com.C.de priui.fisca.

27 Tertiò prædicta conclusio limitatur † vt non procedat in destructionibus, quæ non sunt in arbitrij potestate: nam in his durant prior iuris dispositio & priora iura priuilegia circa rem refectam per ea quæ dicuntur de ecclesia diruta penitus & postmodum refecta, vt non amittat ex hoc priuilegia indulgentiarum & similia, quando fuit de facto destructa:& sic non ex potestate destruentis:vt no.Inno.& cano.in c.cum ex iniuncto. per illum tex.de ope.no.nunt. Bald.Ang. Albe.Flo.& communiter scribentes in d.l.seruitutes.§ si sublatum.ff.de ser.vrb.præd.& Bald.& Ang. in l.proponebatur. de iudi.& Ale. in l.si grege.ff.de leg. 1. idem dicentes in monasterio destructo & refecto: vt per Alb.in l. proponebatur. de iud.:vbi loquitur de hospitali destructo, & tradit remissiuè d.Felyn.in c.cum dilecta.vlt.colum. de rescrip.no.Bart. & Docto.in l.inter stipulantẽ.§.sacram.ff.de verbor. oblig.cum concor. de quibus per Alexan. qui dicit prædictam opinionem esse communem declarando vt ibi per Bart. qui dicit,

28 quòd † ecclesia refecta considerata quantum ad ipsum ædificium non dicitur eadem ecclesia, postquàm funditus fuit destructa,vt supra etiam dixi: sed cõsiderata pro capitulo & beneficio bene dicitur eadem: & retinet antiqua priuilegia: etiam si destructa non reficiatur:sed tunc ob.gl.in l.æde.ff.de contrahen.emp.dum loquitur de hostibus. & prædicta etiã procedunt in ciuitate destructa, distinguendo an fuerit authoritate superioris destructa sine spe refectionis,& sic de iure,prout fuit Mediolanum, vt dicit Albe. in loco infra alleg. an verò per tyrannum,vel hostes.& sic de facto,vt solet notari per cano.maximè Inn.& Pan.in d.c.cũ ex iniuncto.cũ concor.de quibus per Alexan. in d.l.si grege. & per legistas in l.si vsusfructus ciuitati.vbi Alb.de Ros. tangit de prædictis omnibus.ff.qui.mo.vsusfr.amit.cum concor. de quibus in locis prædictis,& vlterius tangit,quid sit dicendum de ciuitate destructa & consilio communicato reædificata, an dicatur eadem.Ex hoc inferunt Bal.& Ang.in d.l.proponebatur. quos

29 refert & sequitur Alexan.in d.l.grege.quòd † compromissum factum per canonicos tenet ecclesia destructa, quando non fuit authoritate superioris destructa.& ad prædicta facit, qđ no. Floria. in l. Attilicinus.ff.de ser.rust. præd. dum extendit prædicta,vt procedant etiam si destructio de facto facta casata fuerit a casu fortuito: sed ibi iuncto §.præced.de iure reali videbatur tractari amisso per præscriptionem, de quo iure reali quòd non amittatur: dixi supra proximè tertia limitat. Dicitur enim in dicto tex. quòd fons, ex quo ductum aquę habebam exaruerat, & post constitutum tempus ad prędscribendam seruitutẽ ad suas venas redijt,ita vt ex eo aqua fluere incęperit:& quæritur, an restituatur seruitus aquæ ductus præscriptione non obstante,& dicitur ꝙ sic: & cõsequenter ibi erat seruitus realis, ex quo fuerat præscriptione amissa,

Source : BIU Cujas

quaſi ante præſcriptionē licèt exaruiſſet fons duraret quaſi intermiſſa non amiſſa eſſet ſeruitus, vt dixit Bal.in c.cum acceſſiſſent.6. col. de conſtit.nam ſi fuiſſet perſonalis, perſonis & non prædio debita fuiſſet extincta perempto fonte, vt dixi in præce.cōclu.Idem dicit Alb.poſt Fran. Acc.in l.ſi ager,
30 la 1.ff.quib.mod.vſufr.amit. † Si ager in quo conſtitutus erat vſusfr.inundatione aquæ occupetur, & per decennium tempore ſit perditus vſusfructus, ꝙ recedente aqua debebitur vſusfr.præſcriptione non obſtante per d.l. Attilicinus. quod non habeo pro tuto:quia vſusfr. abſque curſu decennij perit propter mutationem formæ ſine ſpe reſtitutionis l.qui vſum fru.in prin.ff.de vſufr iūcta l.quid tñ.in prin.ff.qui.mo.vſusfr. amit.iunctis his quæ dixi in præce.concl.Sed dici pōt,ꝙ male dicant Doc.prædicti præſupponentes vſumfr. ſolo tēpore per inundationē extingui pp iura prędicta,& per tex.in d.l.ſi ager.& ꝙ nihilominus debeatur vſusfr.agri, qñ legatus fuiſſet,& viuo teſtatore inundatio receſſiſſet, ſicut dicimus, qñ legatus fuiſſet vſusfructus areæ.in qua teſtator domum conſtruxit,quæ viuo teſtatore funditus corruit, quòd nihilominus debeatur vſusfructus quaſi materia magis quàm aliud fuerit in conſideratione.

31 Quartò limitatur † vt non procedat, vbicunque refectum iuris fictione cenſetur idem:vt patet in d.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſer.vrba.præd.iūctis his quæ dicit ibi Flo. Ex quo infertur ad Lazarum, qui reſurrexit, vt debuerit recuperare vxorem & bona ſua cum eædem partes ſubſtantiales in eo remanſerint: & reſurrexit moriturus: quia niſi reſurrexiſſet moriturus, ſecus fuiſſet dicēdū ſm B. Thomam de Aquino: eſſet enim eo caſu ſi non foret moriturus additū nouæ formæ,& prior forma alterata, & ꝙñr nouus homo per ea quæ dicent in ſeq.membro poſt Alan.Pan.Io.de Ana. in c.cōſuluit.de Iudę.cū homo ſit animal rōnale,mortale, & prædictā opi.tenuerunt gl.Bar.& cōiter Doc.in l.nam ad ea.de legi.& tangitur per Bartol.in repe.l.1.14 col.C de ſacroſan.eccl.vbi in pen.col.gl & Archi.32.q. c.latæ.per Cy.Bar in l.ex his.ff.de leg.per Bar.in l.ſeruus effectus.ff.de act.& obl. per Ang.Imo. & Alex.in l ſi marito.ff.ſol.mat.cum concor.ibi alleg.Et licèt cōis concluſio ſit,ꝙ recuperet omnia bona:tñ ſm Flo.in d.§. ſi ſublatum.aliqui Doct.dicunt,ꝙ fuit idem homo. aliqui ꝙ non, licèt iuris fictione cenſet idem homo, de quo per Alb. de Ro.in d.l.ex his.poſt antiquos.& in d.§. ſublatū.& Bart.in l.intercidit ff.de cond.& dem.in quo puto tenendū,ꝙ fuerit idē homo:quia anima q̄ eſt forma hoīs,vt dixi in trac. de forma,non perijt,ſed ſemper fuit eadē, & eadem ꝙñr forma redijt,non ſic eſt in deportato reſtituto: vel ſeruo facto libero, vel econtra:quia forma quæ prius erat, ſeu id ex quo illa forma libertatis vel ciuitatis conſiſtebat,perijt:ideo dicitur nouus homo ex noua forma,de quo in d.l.intercidit.

32 † Item prædicta faciunt ad quæſtionem,de qua per glo.in l.ſi ager.la 1.ff.qui.mo.vſufr.amit.dum dicit ſm vnum intellectum illius l.ꝙ ſi vſusfructus agri fuerit amiſſus: eo quia ager fuerit inundatus,& ſtagnū effectus, & demum aqua receſſerit,vſusfr.de æquitate reuiuiſcet: quia tunc iuris fictione cenſetur idem ager,qui intellectus videtur mihi dubius propter l.qui vſumfr.ff.de vſufr.iuncta l.quid tamen.in princ. & d.l. ſi ager.ff.qui.mo.vſusfr.amit.ratio eſt: quia (vt multoties dictū fuit)vſusfructus tanquàm qualitas perijt,ſi priſtina forma nō ſubſit,vt infra & dixi ſupra in limitatione.

Habemus tñ ex illo tex.ſic intellecto iuncta d.l.ſeruitutes.
33 §.ſi ſublatum.† ꝙ lex fingit refectum eſſe idem cum antiqua forma,vbicunque ęquitas ſuggerit,quod puto multū notandum,vbi eſſemus in caſu a lege non prouiſo,& appareret de aliqua æquitate ſcripta,iuxta l.placuit.cum ibi no.C.de iudi. quia tunc idem iuris cenſeri poſſet in funditus deſtructo & refecto quod in eo erat,antequàm periret:& ita pōt intelligi l.& an eadē.§. idem corpus ff.de exce.rei iud.qui tex.dicit ratione cōis vtilitatis idem corpus cenſeri, quando prior forma fuit transfigurata vel mutata eadem materia manente. Pro quorum vberiore intellectu Bal.in c.cum acceſſiſſent. in 6.colu. de conſtit. confusè magis quàm ſubtiliter loquendo dicit,ꝙ habemus coadunatum,reparatum ad priſtinum ſtatum & recreatum,quæ vnum & idem ſunt, vel iuris fictione eſſe cenſentur:& coadunatum ſecundum eum eſt idem numero l.Martius ff.loc.quæ mihi hoc non probat.& idem dicit Bal.de reparatione ad priſtinum exemplar cum fiat circa idem l.2.C.de tempo.& repa.ap. quia iuris fictione reparatū dicitur idem, licèt verè non ſit, ſaltem quando pro maiore parte ſuæ figuræ ſeu formæ erat conſumptum l. domum.ff. de contrahen.emp.quæ lex de reparatione nihil dicit. idem dicit Bal. de recreato: quia cenſetur vnum & idem l.Ariſt.ff. de manu.teſta.vbi damnatus in metallum & cōſequenter habitus pro mortuo ſi reſtituatur, dicitur idem homo. Itē ſm
34 Bald. habemus de nouo creatum & † dicitur noua creatio, quæ non eſt ad inſtar,non deriuatur ab aliquo principio, ſed ipſa eſt principiū ſui eſſe. inferentes ex hoc, ꝙ noua creatio dī,quæ nec actu, nec habitu, nec reſpectiuè alicuius principij fit,nec ad inſtar alicuius prioris ſpeciei,vel formæ,ſiue qñ non remanent reliquiæ veteris ſtatus,vel formæ, ſiue in materia,ſiue in ratione perdurantes, quod eſſe pōt l. ſi quis ſub conditione.ff.de teſt.tut.ſunt enim in reliquis quædam rationes;& ſm Bal. vbi ſupra non dicitur dignitas omnino extincta,quando ſubeſt aliqua ſpes,vel iudicium reparationis, vel remanet aliquis habitus,vel figura, vel memoria in codicib. eccleſiæ non cancellatis per l. peculium. §. ſi ære. ff. de pec.
35 Aliàs autem ſm Bald. vbi ſupra † dicitur recreatio, quæ fieri dicitur de intermiſſo vel ſuppreſſo, non autem de abolito, quæ dicta Bal.licèt videantur colorata & ſubtilia nō placent in pluribus: quia licèt legatum factum in teſtamento coadunetur cum inſtitutione,non dicitur idem cum ea,vt de ſe patet. Et ad id quod dicitur de recreato videtur obſtare text.in l.qui liberos.§.teſtamento.in verſic. iudicio recenti.ff.de bo. poſ. ſm tab. vbi ſola mutatio ſtatus ſine recenti iudicio non ſufficit,& etiam obſtat l.qui res.§.aream.ff.de ſol.& l.interſtipulantem.§.ſacram.ff de verbo. oblig. vbi ſeruus factus liber mutatione ſtatus dicitur nouus homo iuris interpretatione
36 & diuerſus licèt in ſeruitutem redierit.Item † licèt ſolum remaneat,& ſic reliquiæ domus:nihilominus domus funditus deſtructa & refecta dicitur noua domus, vt aliàs dictum fuit per plura iura,& remanent reliquiæ in materia, hoc eſt in cementis, quod eſt contra dicta Bal. quibus reſpondebitur infra eo.8:limit.Et ſi epiſcopus amittat exercitium iuris, quod non poterat expedire ſine capitulo, & demum illud recuperet,tenebitur adhuc capituli cōſenſum requirere: vt per Fel. in c.irrefragabili 2.col.in fi.de offic.ord.

Quintò prædicta concluſio limitatur,vt non procedat,qñ mens teſtatoris duraret in re refecta: quia tunc legatum factum de re,quę poſt legatum ſit funditus deſtructa,& demū refecta debebitur l.ſi ita legatum.§.fi.& l.ſeruum filij.§.ſi pocula.ff.de leg.1. iunctis his quæ circa hoc dicta fuerunt ſupra eo.vbi idem dictum fuit in cōtractibus, qñ ſcilicet (vt puto) dependerent a ſola contrahentium voluntate, vt quia decretum, vel inſinuatio non exigeretur.

37 Sextò concluſio prædicta limitatur,vt nō procedat † poſt ius quæſitum ex diſpoſitione,quo caſu diſpoſitio habet perfectionem·nā ſi res funditus deſtruatur,vel corruat, & poſtmodum reficiatur, adhuc in ea durat ius quæſitum ſecundū Bar.in l.ſi ita legatum.§.ſi domus.ff.de leg.1. vbi alij per l.domus.eo.tit.& l.Paulus.§.fundus.ff.de pig.ideo in iure perſonali ante traditionem rei vel habitam pro tradita ius non dicitur quęſitum l.traditionibus.C.de pac.& §.per traditionem. cum ſeq.Inſtit.de re.diui.nec procederet hæc limitatio l.domum.ff.de contrahen.emp. de qua materia etiam dixi ſupra in 2.limi. vbi etiam dixi, ꝙ hæc limitatio non procederet in vſufr.qñ res,in qua conſtitutus vſusfr.deſtructa fuiſſet, & demum refecta.Facit ad prædicta,quod dixit Bal. in l. 1.col.fin.
38 C.de iu emphy. ꝙ † refecta domo emphyteutica durat emphyteuſis,ſi emphyteuta vult illam reædificare: vt ibi per eū diſtinguentem. facit l. ſi ſeruitus.in princ.ff.de ſer. vrb. præd. vbi Alb.de Roſa.inter alios vbi tex.vult, ꝙ ſeruitus, ne luminibus officiatur, habet locum in luminibus mutatis mutata domo, & hæc limitatio intelligitur etiam in iure fictè quæſito l.domos hæreditarias.ff.de leg.1.& l.qui exceptionem.§. ſi pars. ff. de cond. inde. nam legatum conditionale domus, quæ mortuo teſtatore exuſta ſit,& per hæredem refecta: nihilominus,debetur·quia fingitur retro fuiſſe legatarij perinde,ac ſi legatū,vel contractus fuiſſet purum l. ſi filius. in prin. cum ibi no.ff.de verb.oblig.& l.Balneum.& l.potior.cum ibi no.ff.qui po.in pig ha.iuncta l.a Titio.ff.de fur.

39 Septimò limitatur dicta concluſio † vbi re perempta ius eſſet præſcriptione ſublatum iuſto facti impedimento interueniente;quia in re poſtmodum refecta ſaltem mente in integrum reſtitutione remanet ius præſcriptioni amiſſum l. Attilicinus.iuncta l.præce.in fin.ff.de ſer.ruſti. præd. cum ibi late no.& l.ſi locum.ff. quemadmo.ſer. amit. de quo dixi ſupra eod. in quarta limitat. Et hæc limitatio facit, quòd facilius aliquid confirmetur, vel reformetur, quàm de nouo creetur, de quo in l qui liberis.§. primo.& fin.ff.de bo. poſſ. ſecundum tab.& cap.cum acceſſiſſent. cum ibi no.de conſtitut. de quorum iurium intellectu plenius in ſeq. limitatione dicetur.

Octauò prædicta concluſio limitatur ſm Bal.in d.c.cū ac-
40 ceſſiſſent.in 6.col.de conſti. per illum tex.in illa q. an † dignitas deſtructa & poſtea reparata dicatur eadem dignitas: niſi reparatio fieret per correctionē medij ſtatuti contrarij: quia tunc dignitas reparata dicitur eadem & non noua, ſecus ſm Bal dicendum eſſet,ſi dignitas eſſet reparata per nouum ſtatutū,alleg.l.tribunus.§.fi.ff.de mil.teſt. &l. qui ex liberis. §. 1. & fi.ff.de bo.poſ.ſm tab. & ſupra dixi. Quam limitationē intelligo

Source : BIU Cujas

telligo procedere in his,quæ ab habente arbitrij potestatem mutari possunt per iura prædicta. & l. in fraudem. §. 1. cũ ibi no.ff.de mi.test. & hoc casu ſm Bal. dignitas annihilata magis dr̃ stetisse suppressa propter spem & reliquias prioris status,quæ ratio non placet, vt dictum fuit in 4.limit. sed ratio esse vr̃,quam assignat ibi glo. fi. cõiter approbata iunctis his quæ dixi in dist.4.supra eo. quia ex consequentia antiquæ dignitatis fit recreatio,propter quod Bal.ibi dicit,ꝙ si recreãs intendat facere nouum actum,erit noua res d.l. in fraudem. §.1.& d.l.inter stipulãtem.§.sacram.sicut videmus in d.l.qui liberis.§.1.cum glo.in verbo iudicio recenti: nam tex.ibi di-
41 cit,† ꝙ testamentum ante arrogationem factum propter arrogationem perijt, & ꝙ ex iudicio recenti arrogati facti sui iuris reuiuiscit,non obstante ꝙ in codicillis tale iudiciũ emanauerit,cum per codicillos hæreditas dari non possit, qñ ex testõ,quod perierat,non aũt ex noua voluntate debetur hereditas,& ex hac ratione tanꝝ æqua ius ita disponit, ꝙ testamentum resuscitatum sit idem cũ primo, prout est iuxta ea, quæ dixi in præce.limi. Et si opponatur de l.cum seruus legatus.ff.de adi. leg. vbi legatum extinctum per alienationẽ serui legati non reuiuiscit ipso redempto.respondet ibi Bart. ꝙ voluntas,quæ fuit causa alienationis & ademptionis non remouetur,licèt alienatio cesset.& non obstat l.si chorus. §.seruus.cum ibi no.ff.de leg.3.quia ſm gl. & Bar.ibi reuiuiscit legatum serui,qui fuit postea manumissus,& demum redijt in seruitutem propter nouam voluntatẽ legandi,seu testatoris. & ideo ista cõclusio procedit, qñ disponens extinguit secundam dispõnem derogatoriam primæ animo & intentione vt prima teneat per iura præalle. & probat̃ in l. si seruus.& in l.alteri.ff.de adi.leg.& in l.cũ hic status. §. pene.ff.de do.inter
42 vi.& vxo.†An aũt quod dictum est de testõ,quod reuiuiscit, procedat ipso iure,vel ope exceptionis,tradunt glo. & Doc. in d.l.qui ex liberis.§.fi.& in l.sancimus. vbi plene Alex. C.de test.& Ioan.Fa.in §.non tñ.Insti.qui.mod.test.infir.Nec dicat quisquam, ꝙ hoc modo ex noua voluntate valet prima dispositio: quia in his actibus qui sola voluntate constitui non possunt,prout est testñ d.§.fi.cessat ratio prædicta, & in alijs actibus,qui sola voluntate constitui possunt,ẽt non procedit istud obiectum ꝓp reliquias prioris dispositionis: & quia derogatũ prouenit ex ꝙña ipsius prioris dispositionis, per text. in d.c.cum accessissent. iuncta glo.fi. vbi idem tenent cõiter Doct.& hæc dicta videntur sublimitanda, nisi statim pœniteat reuocantẽ ipsius secundæ dispositionis, iuxta tex.in d.l. in fraudem.§.1.ff.de mil.test.facit l.qui sic.ff.de sol.& l.stipulatus es opus.ff.de fideiuſ.Item ad prædicta faciunt glo. & no. in l.athletæ.§.dat remissionem.ff.de excu.tut. vbi cum excusatio a tutela ob inimicitiam vocati ad tutelam ex testamento & vocatione testatoris peribat & suborta inimitia:nihilominus resurrexit & perseuerante testatore in suo testamento & voluntate etiam coniecturate, hoc est per longũ tempus perit excusatio. & ibi ideo non attenditur, quòd statim pœniteat,vel ex interuallo, quòd materia subiecta hoc non suadet,cum in eo casu hoc non importet iuris ministerium, & semper sit eadem ratio.

Nona limitatio,q̃ insurgit ex his quæ dicta sunt s̃.proxi.in
43 octaua est† ꝙ ex ꝙña antiquæ dispõnis sublatæ & peremptę possit dispõ suscitari, & non dicetur noua dispõ, ita vt prior forma non exigatur confirmatio nec licẽtia superioris: vt patet per iura prædicta.& per gl.fi.cõiter approbatã in d.c.cum accessissent vt ibi tex.dicit,ꝙ dignitas annihilata per statutũ ecclesiæ a summo Pontifice confirmatũ põt ꝙrio statuto sine licentia Pontificis confirmari:eo quia ſm Bal.ibi resurgit per dispositionem iuris cõis,& non dicitur noua creatio,sed tãquàm dignitas rediens ad naturam suam, ar.l.fi.ff.de min. & l.deferre.§.fi.ff.de iu.fisc.ita ꝙ ſm Bal.ibi talis dignitas postquàm resurrexit recuperet vasallos suos, sicut prælatus suppresſę dignitatis sine culpa ipsius prælati reintegratus recuperat ipso iure sine noua inuestitura prælaturã:& cũ ista opi. transit ibi.Ant.de But.licèt Pan.teneat ꝙrium.facit, quod di-
44 cimus † de deportato restituto : quia licèt non dicat nouus homo,vt traditur in l.interdicit.ff.de cond.& dem.nihilominus recuperat bona : vt latè examinat in l.Gallus.§.& quid si tm̃.ff.de lib.& posth.& est aduertendũ, ꝙ legatum factũ alicui non extinguit̃, sed stat suppressum & in pendenti eo deportato vel bannito d.l.intercidit. quod est intelligendũ ſm Bar.ibi,nisi dies legati cedat eo existente deportato, vel bannito,& alia exempla ponit gl.in d.l.intercidit. Et ſm tex. in l. qui res.§.aream.ff.de sol.ꝙ qñ opus refectum censetur idem, ita ꝙ circa illud prior duret obligatio, non censet̃ obligatio fuisse extincta sed cessasse:& idẽ dr̃ in d.l.intercidit. Et de eo qui post captus sit ab hostibus,ponit tex.in d.§.areã.in fin. Et agro ab hostibus occupato:an pereat legatũ vsusfru. eius,est tex.in l.agri.ff.qui.mo.vsusfr.amit.& ſm Bal.in l.cunctos populos.2.col.C.de sum.Trin.ciuitas rebellis ligatur legibus su perioris tanꝝ primæ formæ vel statuti reddita & non de nouo acquisita. Decimò prædicta conclusio limitatur, vt non
45 procedat†in re paulatim destructa & paulatim successiuè refecta;qa esto ꝙ nihil de priore materia remaneat, nihilominus in ea habet locum ac durat prior dispositio: quia dicitur eadem res l.si ita legatum.§.fi.ff.de leg.1.&l.quid tñ.ff si vsusfru.amit.& plene dicetur j̃.eo. vbi fiet de hoc vna conclusio dando multa exempla de populo & grege renouato, de ecclesia mutante prælatos, & de iudicio mutante iudices &c.

Vndecimò limitatur,qñ hęres reficit rem destructam fun ditus per eum:& idem in alio debitore : quia non debet esse in eorum potestate per refectionem & destructionem abolere debitum vel legatum,vt dictum fuit in 6. limi. l.certa. in fi.ff.de leg.1.hinc ſm Pa.de Cast.in l.si ita. §.fi. & in l.seruum
46 filij.§.si areæ.ff.eo. † domus refecta per hæredem non habetur ꝓ noua quò ad ius reale legatarij.facit l.Paulus.§.domos. ff.de pi.& l.seruitutes. §. si sublatum.ff.de ser. vrb. præd.& simile dicit Pau.de Cast.in l.peculium.§.quadrigæ.ff.de leg.2. Et prædicta, quòd non sit in potestate hæredis facere extingui legatum, quomodo procedant in vsufru.si hæres mutet formam,tradit glo.in l.repeti.§.fin.in glo.magna.ff.qui. mo. vsufruc.amit.

Duodecimò limitatur in sententia & executione rei iud· quia sententia lata super aliqua re,esto ꝙ diuersificentur aliquæ eius qualitates, nihilominus poterit fieri executio in illo corpore l.& an eadem.§ idem corpus.vbi Bar.ff.de excep. rei iud.Reliqua dicentur in tractatu de mutatione in conclusionibus tertij membri vbi continget etiam de materia huius conclusionis tractare.

47 **Quinta conclusio** est, ꝙ † qñ res pro parte est destructa,& demũ refecta, vel fuit paulatim & per interualla ex toto destructa,& paulatim refecta, etiã ꝙ nihil de priore materia remaneat, durat circa illam dispositio facta·quia censetur eadem res: vt patet in l.quid tñ.ff.qui.mo.vsufr.amit.& in l. si ita legatum. §.fi.ff. de leg.1. Hinc legata domo quæ particulariter destructa reparetur vel reficiatur particulatim etiã si nihil ex priore materia superſit,nihilominus debetur legatum d. l. si ita legatũ. §.fi.ff.de leg.1.idem est in vsufr. domus·quia remanet vsusfr. in casu prædicto d.l.quid tñ.in prin ff.qui.mo.vsusfr.amit. & legato grege si plures oues mortuæ sint,& aliquæ loco earũ subrogatæ, debebitur totus grex l. si grege.ff.de leg.1.idem si particulatim totus grex sit renouatus l. grege. in prin ff.de
48 pig. † vbi pignus gregis durat in grege ex toto particulatim renouato. idẽ in naui particulatim deest refecta & eius vsusfru.leg.d.l.quid tamen.§.in nauis.& l. proponebatur.ff.de iudi.idem in peculio & familia legatis l.peculium. in prin.ff.de leg.2.idem in legione & populo : quia particulatim renouata dicuntur idem populus & eadem legio est d.l. proponebatur.ff.de iud.simile in collegio vel vniuersitatib. l. sicut. §.pe. ff.quod cuiusque vni.no.quæ omnia iura loquuntur, vbi renouatio fuit in totum particulatim facta,vbi aũt nõ fit in totum,sunt plures etiam tex.tuncq̃; multo magis debet durare
49 dispõ:vt patet in l.quod in rerũ.§.fi.ff.de leg.1.† vbi legata naui q̃ sit destructa remanẽte eadem carina nõ perit legatũ nauis. Itẽ legata quadriga vel vsufr.quadrigæ si vnus equus moriatur:& alius viuo testatore subrogetur, debebitur quadriga l.quid tñ.§.fi.cum seq.ver. & d l. peculium.§.quadrigæ. ff. de leg.2.facit d.l.si grege iuncto §.si grex.Insti.de leg.vbi parte gregis mortua & renouata grex legatus q̃ supereſt nihilominus debetur:sic & homo senex dr̃ idem,qui fuit in iuuentute, licèt partes corporis sint omñes renouatæ ſm philosophum,vt declarat tex.in d.l.proponebat̃.in fin.quo casu pars
50 renouat̃:quia anima nõ renouat.†Sic ẽt dicimus de iudicio: quia licèt mutentur iudices, & alij in locũ priorũ subrogent̃, dr̃ idẽ iudicium:cũ iudex sit vna pars iudicij c.forus.de verb. sign.pro quo facit:quia ecclesia dr̃ eadem,quæ fuit mille annis non obstante mutatione administratorum & prælatorũ: vt no.32.q.3.c.requirat.idem in sede apostolica:quia non perit mutatione & morte Pontificum:sed semper durat in persona successoris c. gratiose. cũ ibi no. de rescri. in 6.idẽ in dignitate Imperiali.§.licẽtia.in Auth.qũo opor. epi. & ĩ Auth. de q̃store.& idẽ in qualibet alia dignitate c.qm̃ abbas. cũ ibi no.de of.deleg.idẽ in fisco l.1.ff.de fun.do.cũ ibi.no.vbi dr̃,ꝙ
51 semp durat & est soluendo.†Itẽ pignorata re vniuersali puta mercantia si renouet̃ pignus durat l.cũ tabernã. in prin.ff.de pig.ex quibus iuribus cũ concor.comprobatur cõclusio nostra, ꝙ res pro parte destructa refecta vel particulatim ex toto renouata, ita ꝙ nihil hoc secundo casu de priore materia supersit,non dicitur noua res. Et eo casu dispositio loquens de faciente pęnalis,vel onerosa ac prohibitio de faciendo ad taliter reficientẽ non extenditur. hinc nuntiatio introducta ratione operis noui non trahitur ad taliter reficientem:quia non dr̃ nouum opus facere ſm Docto. in l. 1. §. si quis ædificium.

Source : BIU Cujas

cium.& l.de pupillo. §.ſi quis riuos.ff.de ope.no.nun. & prohibitus ædificare non videtur prohibitus taliter reficere ſm glo.in c.1.in verbo domibus,de reli.do.in 6.quæ dicit,ꝙ illa cõſtitutio prohibens mendicantes,de quibus ibi, noua loca acquirere ſeu conſtruere, non prohibeta ntiquas domos reficere.facit c.conſuluit.& c.Iudęi.de Iudę.vbi prohibetur Iudęis nouas ſynagogas facere,nõ aũt antiquas reficere . ſic & prohibitus ædificare caſtrum non prohibetur illud reficere ſecundùm Bal.& Ang.in l.1.§.ædificare.per glo.in verbo reficere.ff.de mor.infer.no.Panor.Pet.de Anch. & Io.de Ana. in d.c.conſuluit.facit quod voluit Ant.de But.& poſt eũ Ioã. de Ana.in d.c.Iudęi.dum volunt, ꝙ ſtatutum diſponens ſolui certam gabellam in confectione inſtrumenti non habet locum in refectione,niſi totaliter reficiatur. Ad prædicta facit, quod dicunt Io.And.& Hoſt.in c.ſignificauit.de cenſi.ꝙ
52 ‡licèt epiſcopus non poſſit imponere nouum cenſum eccleſiæ,poteſt tamen antiquum renouare: quia nõ deterioratur conditio eccle.niſi ſecundùm Pan.ibi fuiſſet præſcriptũ contra antiquũ cenſum.Item ad prædicta facit glo. in c.per tuas. in verbo de nouo.de teſti.iuncto tex.in c.2.de feu.vbi qui iurauit non inueſtire de nouo, poteſt inueſtituram per alium factam reformare:quia aliud eſt de nouo inueſtire aliud antiquum concedere,ſm glo.in d.c.2.in verbo inueſtire.Ad prædicta etiam adducitur gl.in c.vt officium.in ver.ad præmiſſa. in 6.de hære. dum vult, ꝙ notarius laicus factus ſacerdos licèt non poſſit inter laicos de nouo inſtrumenta conficere, poteſt tñ antiquas rogationes perficere . & plura alia exempla colligi poſſunt ex his,quæ dixi in præce.conclu.de reſunditus deſtructa & demum refecta·quia illa iura etiam conueniunt prædictis,licèt ea, quæ hic dicuntur de refectione procedant, vbi reficitur res penitus non deſtructa: & ita procedit hæc noſtra concluſio & generaliter iura quæ dicunt,reficientem non dici nouum opus facere:vt patet in l.3.§.refice re.vbi Bar.ff.de iti.actuq; pri.& in l.4.de ope.pu.& in l.ſi C.de Iudę.& in l.1.§.1.ff.de via pu.lo.2. & in l.1. §.reficere.vbi plenior tex.ff. de riuis . & vbi aliter inueniatur impropria eſt loquutio, & ſecundum prædicta eſt intelligenda glo.ſi.in c.cũ
53 acceſſiſſent.de conſti.dum vult † ꝙ actus, qui a principio fieri non poterat ſine licentia ſuperioris, poſſit ſi ſit deſtructus ſine eius licentia refici, vbi Fel.multa accumulat de hac materia.Et eſt aduertendum ad dictum Bal.in d.c.cum acceſſiſſent.6.colum. de conſtit.dum ibi dixit, quòd illa dicitur noua creatio,quæ non ſit ad inſtar,nec deriuatur ab alio principio,ſed ipſa eſt principium ſui eſſe,per c.1.§.filia.de ſucc.feu. vbi patet,quod feudum,de quo fęmina inueſtitur ob merita agnat. non obſtantibus non dicitur nouum . Item eſt aduertendum: quia præſens concluſio procedit,vbi fit refectio ſimilis formæ extinctæ,de qua in l.ſi ita legatum. §.fi.ff.de leg. 1.& in l.qui vſufr.in princ.ff.de vſufr. & in l. quid eum. ver.in nauis.ff.qui.mo.vſufr.amit.nec exigitur, ꝙ ſit omnino ſimilis:quia hoc difficillimum eſt ſecũdum gl.in ver.qualitas, in
54 d.l.qui vſumfructum.Item eſt aduertendũ: quia † vbi fit refectio,de qua in præſenti concluſione, ad hoc vt habeat locũ præſens concluſio,nõ debet eſſe talis refectio, per quã prior forma mutetur:vt quia ędificium fiat amplius,vel pretioſius ſecundum Ala.Pan.& Ioã.de Ana. in d.c.conſuluit.de Iudę. per illum tex.ad quod Pan.alleg.in fi.glo.32.q.2. c.admonere.& c.propoſuiſti 82.diſt.& eſt tex.no.in l.Sęia.ff.de auro & arg.leg. qui loquitur de ornamẽto gemmarum diſſoluto ac facto pretioſiore & caſu additæ fuerunt gemmæ.Non tamẽ exigitur,ꝙ forma refecta omnino ſit ſimilis priori:quia difficillimum hoc eſſet, & quãdoque impoſſibile,vt dictum fuit ſupra poſt glo in d.l.qui vſumfructum. in prin.in verbo qualitas:ex quo inferunt Docto.prædicti,ꝙ ſtante conſtitutione, ꝙ nõ liceat alicui priuata caſtra de nouo erigere: pariter nõ licebit minantia ruinam, vel corrupta reficere,mutando formam antiquam : vt quia fiant pretioſioria vel amplioria. &
55 †idem dicunt de Iudęis ſuas ſynagogas reficere volentibus: quia non debent,nec poſſunt antiquã formam,prout ſupra, mutare,quod intelligo procedere in diſpoſitione prohibitiua,& ſecus eſſe in permiſſiua.Ad quod facit,quod volũt Cy. & Ang.in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iu.videlicet ꝙ ſtatuto prohibente fieri nouam cluſam nõ poſſit illi addi vel detrahi ſed ſolum refici poſſit in eodem ſtatu.& idcirco dixit Bal.in c.cũ acceſſiſſent 6.col.de conſti. ꝙ quando reparatum habet eſſe aliter quàm,primò,dicitur noua ſpecies,alleg. l.ſtipulatus es opus.ff.de fideiuſ.l.cũ in plures.§.lex dicta.ff.lo.facit optimus
56 tex.in l.3 §. reficere.ff.de iti.actuq; pri. quæ vult,ꝙ † quando aliquid quod reficitur fit latius,altius,aut profundius,dicitur de nouo fieri,non autem refici, de qua materia dicam latius infra in materia mutationis formæ ſeu trãsformationis. Sed ad prædicta ob.l.& an eadem.§. idem corpus.ff.de excep. rei iu.vbi licèt addatur priori,ſubeſt prior qualitas hoc eſt prior forma,vt in ſimili dr in d.l.vſufru.in ver.qualitas,in prin.ff.de vſufr. nihilominus dr idem corpus: ſed hoc non ob. quia in exce.rei iu.ſm Bar.in d.§. idem corpus. inſpicitur ſubſtantia, & veritas præſumpta, quod dictum per omnia non placet: quia mutatur ſubſtantia:vt patet ex prædictis. vnde ſm Alb. de Roſ.in d.l.qui vſumfr.dicendũ eſt,ꝙ in d.§.idẽ corpus. eſt ſpeciale·& hoc innuit in tex. dũ dicit, ꝙ pro cõi vtilitate ita
57 receptum fuit.& hæc ſolutio placet,ſm quam dici poteſt†ꝙ ius præſumat eſſe idem,quod verè non eſt idem , ſubſiſtente æquitate: & hoc modo ſaluaẽ ſolutio Bar. in vltimis verbis.
, Ratio aũt ſpecialitatis eſſe põt:quia ex quo pronunciatũ fuit aliquem non habere ius in aliquo corpore,ſi mutata vel alterata priore forma non ſubſiſtente alia noua cauſa debẽt ceſſare effectus ſententię,poſſet talis res pluries peti:& ꝑñr poſſet infinitus numerus litium inſurgere, quo caſu ẽt infinitę ſententiæ exigerentur, quod eſſet contra cõem vtilitatem, in qua cõi vtilitate litium finis & abbreuiatio conſiſtit l. properandum.in princ.C.de iu.& illa iuris præſumptio non põt dici lædere eum,contra quem obijcitur exce.rei. iu. quem ſi læderet,forſitan dici poſſet ceſſare rationem æquitatis: nam ex quo lata fuit ſententia,illum ius non habere, vel minus iuris habere in re,ſi mutetur forma rei, non debet iſte ſine noua cauſa prętendere ius,vel maius ius in re ex mutatione vel alteratione formæ,niſi eſſet talis mutatio,vel alteratio ab ipſo facta, quæ ſoleret ius in re de iure dare vel dominium in eum transferre,de quo infra dicetur.

Prædicta concluſio maximè procedit, vbicunque forma perempta & non refecta nihilominus durat diſpoſitio in eo, quod remanet, de quo dictum fuit in tracta. de dimi. in 19. conclu & de interitu.

58 Item prædicta concluſio procedit†etiam ſi vno contextu aliqua pars deſtruatur, dummodo pars remanens ſit potior pars l.quod in rerum.§.fi.ff.de leg.1.ſm Pet.de Bellaper. Pau. de Caſt.Alex.& Mod.ibidem:nã ſi pars deſtructa fuiſſet vno contextu & pars remanens non eſſet potior pars:ſecus eſſet ſecundum eos, de quo dicetur infra hac eadem concluſio. 1 limit. Idem ſi maior pars deſtrueretur animo reparandi & reficiendi.puta ſi nauis deſtruatur remanẽte carina ea intentione vt reficiatur ſm Alex.in l.inter ſtipulantem. §. ſacram. pen.col.ff.de verb.oblig.per tex.cum glo. in d.l.quod in rerũ. §.fi.& idem ſecundùm Alex.ibidem, vbi res fuit particulariter refecta & particulatim ex toto deſtructa & refecta, non autem vno contextu:quia indiſtinctè dicitur eadẽ nauis, per l.quid tñ.§.in nauis.ff.qui.mo.vſusfr.amit & l.proponebatur. de iud.non diſtinguendo quo animo fuerit deſtructa.& hoc vult glo.in d. l. quod in rerum.quę manente carina non vult diſtingui,quo animo deſtruatur: ea autem non manente ſic. ita vt ſecundùm Doct.prędictos maximè Pau.de Caſt.d.§.fi. ſit diſtinguendum,ꝙ aut remanet potior pars:& tunc nõ ſit diſtinguendũ , an vno impetu fuerit facta deſtructio, vel nõ, & an animo reficiendi vel non.aut nõ remanet potior pars: & tunc ſi paulatim fuerit deſtructa & paulatim refecta,idem eſt dicendum , ꝙ quanta pars remanſit & quo animo fuerit deſtructio facta non ſit conſiderandũ.vbi verò fuit vno contextu deſtructa,inſpicitur,an maior pars remanſerit , & dicitur eadem nauis , etiam ſi facta ſit deſtructa animo non reficiendi d.§.fi.cum glo.Si verò minor pars,aut nulla remanſerit,conſideratur animus deſtruentis.

59 Et ſic ampliatur prædicta concluſio † vt procedat etiã in refectione non perfecta,ſed deſtinata, quando ſcilicet cęptũ eſt aliquid fieri:quia in re deſtinatione refecta durat prior diſpoſitio:vt per Bar.& communiter Doct.in l.cętera.§.fi.ff.de leg.1.& Alb.de Roſ.in tract.ſtatutorum 2.parte q.205.& Alexan. in l.a diuo Pio. §.fi. pen.col.ff de re iudi.& facit l.granaria.& l.fundi in fi.ff.de contrahen.emp.

Item prædicta principalis concluſio facit ad quæſtionem, ꝙ ſi collegium,vel vniuerſitas,in quibus ſint 10.homines,faciant compromiſſum,& mortuis 5.vel 7.totidem ſubrogentur:nihilominus duret compromiſſum , cum idem collegiũ & eadem vniuerſitas remaneat l. proponebatur . de iudi.ſecundùm Bar.in d.l.quod in rerum.§.fi.& ibidem per Mod.& Dy.Bal.& Ang.in d.l.ſi grege.ff.de leg.1.& Bal.& Ang.in d.l. proponebatur. quod eſt intelligendum ſecundum no. in locis prædictis , maximè in d.l.ſi grege . quando factum fuiſſet compromiſſum pro communi vtilitate collegij, vniuerſitatis,vel ciuitatis,aut eccleſiæ:non autem pro vtilitate ſingularium perſonarum,per not.per glo.2.in c.querelam. vbi Doc. ne præla.vi. ſuas.

60 † Item facit ad quæſtionem, quòd interdicta vniuerſitate ſi aliqui ex eis moriantur, & alij ſubrogentur , quòd pariter ſubrogati ſint interdicti:vt eſt glo. or.in c.ſi ſententia.de ſen. excom.in 6.no.in d.l.ſi grege. vbi Are. licet aliter ſit in excõmunicatione dicendum,vt dicã infra eo.in limi.ratio diuerſitatis eſt : quia in interdicto vnus põt pro alio puniri.c.non eſt.de ſpon.nõ ſic in excommunicatione,vt ibi dicetur in limitatio-

Source : BIU Cujas

mitatione, vbi dicetur,an idem sit in vniuersitate bannita.

Item facit ad quæstionem de qua per Bar. post Dy. in l. si ita legatum §.fi.ff.de leg.j.si canonici aliquem elegerint, & mortui sint ante confirmationem, an si noui uelint electionem ualere,sit nihilominus ualida.

Item facit ad q. ℔ si officialis est electus per consilium ea conditione,ut remoueri non possit, nisi per idem cõsilium nihilominus successores in consilio possint illum remouere:quia est idem consilium secundum Albe. in d.l.proponebatur.per illum tex.

61 Prædicta conclusio † ℔ de re pro parte destructa & non ex toto si reficiatur,uel restauretur dicatur eadem res,limitatur,nisi pars destructa fuisset potior pars, & fuisset uno contextu destructa, ita ℔ potior pars uno contextu perierit: nã tunc refecta non dicitur eadem res secundum Pe.de Bellap. Pau.de Cast. Alex.& Mod.in l.quod in rerum.§.fi. ff.de leg.j. quod est secundum eos intelligendum,nisi animo reficiendi fuerit facta destructio:quia tunc etiam si ex toto fuerit destructa & refecta censetur eadem res l. inter stipulantem. §. sacram.ff.de uer.obli.l.quid tamen.§.in naui.ff.qui.mo.u.susfru.amit.l.qui res.§.aream.ff.de sol.idcirco multo magis idẽ esse debet,ubi aliqua pars remansit licèt minima.

62 Vnde quãdo potior pars remanet, refecta dicitur eadem res siue uno contextu,siue non, siue animo reficiendi, siue non fuerit facta destructio, ut dicunt Doc.prædicti: & inter cœteros Pau.de Cast qui clare loquitur & supradictum fuit. ubi uerò pars potior non remanet, est subdistinguendum, an remaneat forma rei an non, quòd si in parte remanet forma rei ipsa res refecta dicitur eadem res. puta si legetur usufr.domus uel insulæ,non extinguitur ususfru.puta si pars domus fit habitabilis secundum Iac.de Ra. & Alb. de Ros.in l. si cui insulæ. ff. de usufr. qui ita intelligunt illum tex.unde si ante refectionem dicitur eadem res, multo magis refecta: cum durauerit semper eadem dispositio,& nunquam fuerit extincta : quo casu refectum non dicitur noua res, ut dixit Bal.in c.cum accessissent. 6. col. de consti. & dictum fuit supra eo.& in conclu.præce.Quòd si non remaneat forma rei in minore parte, subdistinguendum est, quòd aut sumus in casibus perempta forma re, & re non refecta durat etiam in minima re remanente prior dispositio: ut dictũ fuit in tract. de interitu.necnon in trac.de deterioratione,& tunc multo magis dicendum est, ℔ duret in re uel actu refectis aut restauratis.aut uerò non sumus in tali casu: & tunc etiam subdistinguendum est, an particulatim & paulatim sit facta destructio & refectio:& tunc idem sit per iura alle. supra in ampliationibus seu declarationibus.

63 † Si uerò non particulatim sed uno contextu sit facta destructio & refectio, etiam si aliqua pars remanserit non potissima , adhuc subdistinguendum est, quo animo fuerit facta destructio:nam si animo reficiendi,dicitur eadem res: si uerò animo non reficiendi dicitur diuersa res, & non durat circa eam prior dispositio : ut dictum fuit latius in loco præal.ubi uerò non potest cadere talis animus, puta quando casu fuit facta destructio, puto dicendum , quòd siue minor pars remanserit,siue non,refectum censeatur idem, siue particulatim sit facta destructio & refectio siue uno contextu: & hoc probatur in l.si grege.ff.de le.j.& in §.si grex. Insti. eo. ubi si grex legatus ad unam ouem deuenerit,& sic ad minimam partem, cum decem oues constituant gregem:nihilo minus aucto grege usque ad debitum numerum & ultra totus grex refectus seu restauratus indistincte debetur. idest non considerato an uno contextu, an paulatim deuenerit ad unam ouem, & fuerit reparatus, nisi dicamus, quod ibi cesset alio respectu distinctio prædicta:quia ista nomina uniuersalia seu collectiua sui natura recipiunt diminutionem & augmentum,ut dixi.

64 Secundò fallit dicta conclusio † quando dispositio causatur ex aliquo, quod non potest cadere in partes subrogatas, & ex quibus fit renouatio ; quia tunc non durat in eas prior dispositio. puta excommunicata fuit uniuersitas, populus, uel capitulum: contingitque aliquos recessisse, uel mortuos esse, quorum loco alij suntsubrogati, certe licèt dicatur eadem uniuersitas, populus, uel capitulum l. proponebatur. cum concor. ff. de iud.nihilominus tamen isti subrogati non dicentur excommunicati: quia excommunicatio infertur animæ uere delinquenti, non autem representanti, quæ non fuit in culpa c. 19. gl. 24. q.nemo episcoporũ.in fi. 11.q.3. ca. sacra. de sen. excom.l.sancimus.C.de pẽ.& ista est communis opi.relata per Alex.& Mod.in l.si grege.ff. de le. j.ubi Bal.Ray.& Are.& per Ale. & plerosque scribentium in l.inter stipulantem. §. sacram. in fi.com.ff.de uer.obli.tangitur per Bar.& scribentes in d.l. quod in rerum.§.fi.ff.de leg.j. licet secundum Doc.in locis prædictis dubitetur,an uniuersitas possit excommunicari, quod late examinant Mod. in c.dilecte in Christo.in j.& 4.col.de exce.Et ex hoc patet ℔ si uniuersitas aliquid iurauit per sindicum & falsæ,ex hoc successores non dicantur periuri,de qua quæstione tangit Alb. in d l.proponebatur.ff. de iudi.& in d. l. inter stipulantem.§. sacram. ff. de uer. obli. & solet tangi in d.l.si grege. ubi Pau. de Cast.

Prædicta faciunt ad quæstionem, de qua per Nellum in
65 trac.bannitorum, ulti.q.dum dicit, an † uniuersitate bannita mortuis ipsis bannitis possit bannum exigi in persona successorum & uniuersitatis renouatæ. In quo uidetur distinguendum de causa banni & eius exactione:& an sit talis exactio & pœna, quæ possit cadere in uniuersitatem, ita quòd non in singulos: nam talis pœna & exactio quæ non potest cadere in uniuersitatem sed singulos, non deberet afficere successores,& eos qui delicto non consenserunt.distinguendo ut per Bar.in l.aut facta.§. nonnunquam. ff. de pẽ. maxime in pe.& ulti. colum. & per Nellum in trac. præal. in 27.q. 2 par.2.temporis iunctis his quæ dixit Io.de Ana. in ca.dilectus.Io 2.de simo.& d.Fely.plene in c.cum omnes. circa 18. col.de consti.

Tertiò fallit ex dictis in præce.limitatione, ubi in refecto est diuersa ratio.

Quartò fallit in spiritualibus secundum Paul. in c.propo-
66 suisti.de consc.ec. uel altaris dicens † quòd ecclesia paulatim refecta eget noua consecratione quia non dicitur eadem ecclesia uere,sed ficte : & quia in spiritualibus attenditur ueritas & non fictio,de qua quæstione, an ecclesia,uel altare refecta egeant noua consecratione ultra no.in d.c.proposuisti tradunt gl.& Archi in c.ecclesiæ.& c.ecclesijs.& c. si morũ. & c. de fabri.de consec.dist.j.

Quintò fallit,ubi refectio fit in diuersa forma· ut supra eo. uer.item aduertendum.el 2.& seq.

67 **Sexta conclusio** sit quòd † prohibita fieri non prohibentur refici l.j. §. si quis ædificium.cum sua materia.ff.de ope.no.nun.& c.consuluit. de iudẽ. declarando & commentando : ut plenius dictum fuit in conclu.præce.maxime in 3. colum. uer. & ex hoc. & in 1.conclu.

Fallit,ubi est eadem ratio prohibitionis, seu ubi prohibitio se habet ad utrumque,nam si statutum prohibet portari uestes sericas, habet locum etiam in antiquis uestibus sericis refectis secundum Bal. in l.omnes populi.in 9. colu. uer. sed an trahatur.ff.de iusti.& iu.& Cẽpol. in l. mulieres. ff. de uerbo.signi.

Septima conclusio sit, quòd permissum fieri fortius permittitur refici: ut probat c.consuluit.de iudẽ.& l.j.§.si quis ædificium. ff. de ope.no.nun.

68 **Octaua conclusio** est, quòd † actus refectus uel renouatus censetur ac intelligitur cum prioribus modis, qualitatibus & pactis, & circa illum durat prior dispositio,facit tex.in l.pe. §. uxor. ff. sol.matri.ubi si uxor diuertit, seu diuortium fecit cum marito & alteri nubat, demum mortuo secundo morito redeat ad primum,dos primo marito data, intelligitur in hoc seq.repetita, quod facit secundum Barto. ibi & Doct. ad q. de muliere concubina traducta nuptui:ut si post concubina tum alium capiat in maritum quo mortuo concubinarius illam ducat in uxorem ex hoc legitimentur filij prioris matrimonij non obstante secundo matrimonio intermedio.

Item ad hoc facit quæstio tacta per Bal. in l. etiam. in fin.
69 com. C. de iu. do. de † Doctore sub certo salario conducto uel famulo:ut si pluribus annis steterint alibi, uel absentes, & simpliciter redeant Doctor ad legendum & famulus ad seruiendum,quòd inteligantur sub eadem pensione conducti,quòd etiam secundum Bal facit ad q.de domo conducta sub certa pensione, & demum interposito temporis interuallo simpliciter re conducta:nam actus secundarij regulantur a primitiuis d l.etiam.facit : quia secundùm consuetudinem intelligitur facta conductio l. excepto . & l. hoc.C.loc. iuncta l.j.& 2.ff. de ali.& cib. leg. Et quòd reformans uel renouans præsumatur in priore uoluntate perseuerare, uult Pau.de Cast.in l peculium §.quadrigæ.ff.de leg.2.per no.per gl.& Doc.in l.athletæ.§.dat remissionem. ff.de excu. tuto.facit l.filiæ.§.fi.cum ibi not.ff.de condi.& demon.

70 **Nona conclusio** sit,quòd † res in pristinum statum restituta priora iura recuperat l.Attilicinus.cum gl.fi.in fi.ff.de ser.rust. præ. ubi gl. dat concor.c.ab exordio.cum gl.in uerbo Adam 36.dist.gl. in c. si de corpore. 26.q. 6. & est tex.in l. & si forte.in prin.& in l.loci.§.fi.ubi Flo ff.de ser.urba.prædi.quòd delinquens restitutus in pristinum intelligitur etiam ad castra & feuda restitutus.facit tex.in l.intantum. in prin.ff.de ser.urb.præ.& in l.post diuortium.ff. de iure do.& licèt pignus,uel hypotheca fi-

Source : BIU Cujas

ca l uoluntate.ff.qui.mo.pig.uel hyp.ſol.& l.ſicut §.ſuperuacuum.eo.ti & ſecundum Bar. in l. damni.§. ſi is qui ædes.ff. de dam. infe.j. q. ille qui promiſit aliquem gratis recipere in certa domo,ſi domus corruat & reficiatur,tenebitur recipere in domo refecta, ſi conſtitutum ſit ius reale : ſecus ſi perſonale.

71 Et monaſterium, uel eccleſia deſtructum ſeu deſtructa ſi reſtituatur, ſeu reficiatur, recuperat priora iura ſecundum Pau.de Caſt.& Flo in d.l.Attilicinus. aliàs l.ſi unus. §. ſi fons. in fi.com.ff.de ſer.ruſt.præd. poſt Inn.in c. cum ex iniuncto. de ope.no.nun.uult Bal.in c. 1. in j. col.de elec.quando ſcilicet remanſiſſent ſecundum Bal aliquæ reliquiæ prioris monaſterij:alias ſecus,de quo per Feli. in c.cum dilecta. colu.fi. uer.deſtructo monaſterio.de reſcri.ubi idem dicit de caſtro deſtructo ab habente authoritatem ſine ſpe refectionis, ut non recuperet. ſi reficiatur, uel ſi alibi fiat,poſt Alex.conſi. 43. inci. de celerrima. j. uol habetur in l. ſi uſusfr.ciuitati ff. qui mo.uſusfr.amit Et ſi pons aliquis deſtruatur, & in eodē loco reficiatur,ſolitum uectigal erit preſtandum ſecundum Bal.in l.ſi plures. 4. col.C.de ꝑdi.inſer.& in l.3.in fi. cō. C.de pri.fiſ & ciuitas occupata ab hoſtibus & demum recuperata recuperat ac redit ad priora iura.c. paſtoralis. ubi gl.pe.& fi.7.q.1.uolunt Pan. & Cano.in c.ſuper eo. de cenſi. Reliqua dicentur in ſeq.concluſione.

72 **Decima concluſio** eſt,quòd † ſublato impedimento de medio cauſante interitum, præcedentis actus res de ſe reficitur ſeu per correctionem impedientis res in priſtinum reducitur ca. cum acceſſiſſent de conſti ubi per correctionem medij ſtatuti annullanti primum ſtatutum & dignitatem ab ipſo primo ſtatuto conſtitutam ipſum primum ſtatutum & dignitas ab eo collata reſurgit:ut ibi per Bal in 6 col.poſt al os.facit tex.in l.quia liberis. §.fi.ff.de ſec. tabu. ubi primum teſtamentum ſublatum per ſecundum reuiuiſcit caſſato ſecundo teſtamento ſaltem ope exceptionis : ut per gl :& Doc. in d.§ fi.& Doc.in l.ſancimus.ubi plene Alex.C. de teſt.faciunt ad hanc conclu. ea quæ dixit Mar. de Lau. in diſpu.inci.baro j.dubio 8.& 9.co.item facit l.quid tamen in prin. ff. quib. mo.uſusfr.amit.cum l. præce. iuncta l. ſi ager. eo. ti. & l.qui uſumfru.in prin. & l.ſi areæ.ff. de uſufr.& l.repeti.§.ſi areæ.ff.

73 qui.mo.uſusfr.amit. quòd † ſi pereat forma rei, in qua conſtitutus fuerat uſusfr.& demum renouetur, reuiuiſcit uſusfr. no.Doc.in l.ſi conuenit.§. ſi quis cauerit. ff. de pig. & ſecundum gl poſt Azo.in d.l.qui uſumf.in fi. in uerbo leg.in prin. legato uſufru maſſæ argenteæ ſi reducatur ad pocula,ceſſat uſusfr.& ſi pocula reducãtur ad maſſam, & ſic ad priſtinum ſtatum uſusfru.reuiuiſcit, etiam ſi multoties hoc fiat l.quæ ſitum.§.illud fortaſſe.ff.de le.3.|& quod habetur in l. ſi ita legatum.§.ſi domus ff. de le.1.& per Alex. in l.ſeruum filij.§.ſi areæ.ff.eo.& per D.Iaſ.in d.l.ſeruuum filij. §. ſi procula. Et ſi teſtator incidat ſecundum teſtm̃, quod reuocabat primum ut primũ reconualeſcat reconualeſcet d.l.qui liberis.§ fin.ff. de bo.poſ. contratabu. Et ſi epiſcopus amittat aliquod iuris exercitium,quod ſine capitulo expedire non poterat,& demum recuperet, tenebitur adhuc conſenſum capituli acquirere.Sequitur Fely. in c irrefragabili 2. col. circa fi. ff. de offi.or,licèt contra prædicta uideatur facere l. filiæ. §. 1. ubi Bar. ff.de adi.le.

74 An autem reſoluta unione res redeat in priſtinum ſtatum ponit Pe.de Ancha.in regula acceſſorium.in 2. q.in qua examinat materiam acceſſorij.de regu.iur.in 6.Et ſi fratres poſt diuiſionem & executam communiter & pro indiuiſo denuo poſſideant, an cenſeatur inter eos facta recommunio. tradit Ro.conſi. 318. in eo quod quæritur. & D. Iaſ. in lege prima 7. columna uer. quid autem . C. qui teſta. fac. poſ. & uideatur Bal. in lege unus ex ſocijs . in princi. ff. de ſer.urba. prædio.

Prædicta concluſio non procedit paſſim: quia ſtat regula contraria in multis,ut in l.inter ſtipulantem.§. ſacram. ff. de uerb.obli.in l.qui res.§ aream.ff.de ſol.ubi ſi promittitur ſeruus,qui fiat liber,perit promiſſio, licèt redeat in ſeruitutem: quia eſt alius homo,& alia ſeruitus.cui dicto obſtat l.ſi chorus.§.ſi ſeruus.ſecundùm unam literam ff.de leg.3.ubi durat legatum, de quo alibi.

ALBERTI BRVNI ASTENSIS
De mutatione & transformatione.

ISta materia differt a refectione,q̃, ut dictum fuit ſupra in tract. de refectio. in prin. eſt quando aliquid reſtituitur uel reponitur in priorē ſtatum: quòd ſecus ſit in mutatione & trāsformatione, quæ fit ubi in aliam formam reducitur res; ut ibi plene per Bar.& Doct.in l.edita.C.de eden.Et mutatio iſta contingit quatuor aut quinque modis. Primò quando id quod eſt in rudi materia ſeu in maſſa reducitur ad certam formam: ut ſi de argento infecto ſeu in maſſa exiſtente fiant uaſa aliqua .Quandoque ſecundò eſt contra:quia id quod eſt materiatum ſeu quod habet certam formam, reducitur ad materiam ſeu in maſſam : ut ſi uaſa argentea quis liquefieri faciat & ad rudem maſſam reduci deſtructa forma abſque traditione alicuius ſeu alterius formæ . Quandoque & tertiò de uno materiato fit aliud materiatum, ſeu illud quod eſt ſub una forma reducitur in aliam formam & ſic transformatur. Quandoque uerò additur uel detrahitur de priore ſubſtantia . Quandoque uerò duo corpora uniuntur remanente eadem forma. Quam materiam examinabo per ſingula membra prædicta, ponendo ſub ſingulo membro concluſiones quæ mihi occurrent.

Et iſte tractatus diuiditur in tria membra & quodlibet membrum habet ſuas concluſiones ſeparatas.

S V M M A R I V M.

1 *Vſusfructus areæ extinguitur,ſi in ea domus extruatur.*
2 *Diſpoſitio circa materiam an extinguatur materia ad formam reducta.*
3 *Aeſtimatio debetur,ſi res aliena legetur.*
4 *Diſpoſitio circa materiam extinguitur, ſi formatum ex ea ad materiam reduci non poſſit.*
5 *Lana legata non debetur ueſtis facta ex ea.& nu. 6.*
7 *Lanæ appellatione intelligitur etiam filum ex ea factum.*
8 *Diſpoſitio circa materiam quando materiatum comprehendat.*
9 *Materiatum non uenit appellatione materiæ, quando ſunt diuerſæ rationis*
10 *Legatum de omni argento factum qualiter intelligatur.*
11 *Materia ad certum uſum deſtinata uenit nomine talis formæ.*
12 *Carbonum nomine non ueniunt ligna ad carbones faciendos deſtinata.*
13 *Deſtinatum ad aliquid quando pro tali debeat haberi.*
14 *Proximitas ad factum ſeu opus faciendum quando dicatur.*
15 *Deſtinatio quando nihil operetur.*
16 *Deſtinatum quando proximum dicatur ad finem ſuum.*
17 *Pannus nondum inciſus an poſſit dici ad ueſtem deſtinatus.*
18 *Legatum de materia factum quando contineat materiatum.*
19 *Lana tincta an ueniat lanæ appellatione.*
20 *Materia extenditur ad materiatum in ſtatutis.*
21 *Diſpoſitio prior in materia quando duret in materiato,& contra.*
22 *Materia quando in uſufructu magis attendatur,quàm forma,& contra.*
23 *Diſpoſitio facta ratione materiæ, quæ ſæpius tranſit in materiatum durat.*
24 *Diſpoſitio prior an duret materia minuta materiati in materiam conuerſione.*
25 *Factum non dicitur:quod factum non durat.*
26 *Voluntas diſponentis in omnibus eſt attendenda.*
27 *Diſpoſitio facta circa materiam non durat in ſecundo materiato.*
28 *Diſpoſitio de materia materiatum comprehendit in iure iam quæſito.*
29 *Vſusfructus in re conſtitutus rei mutatione extinguitur.*
30 *Pignus an perimatur mutatione formæ.*
31 *Materiæ nomine uenit materiatum, ſi materia conuertibilis ſit cum materiato.*
32 *Permiſſum in materia, an permittatur in materiato,aut contra.*
33 *Subſtantia rei perit perempta rei ſubſtantia.*
34 *Materia aliquando de forma eſſe inuenitur.*
35 *Emphyteuſis perit,ſi res emphyteutica perijt.*
36 *Cancellatio formæ & ſolennitatis inducit mutationem uoluntatis.*
37 *Perempta rei forma,perit quæ in ea diſpoſitio facta fuit.*
38 *Vſusfructus domus non debetur diruta domo.*
39 *Qualitas tollitur,ſi ſubiectum cui inheret tollatur.*
40 *Area domus legatæ debetur etiam domo combuſta.*
41 *Legatum perit,ubi pars eius principalis perijt.*
42 *Legatum perit forma rei legatæ perempta,licèt maior pars manſerit.*
43 *Legatum quadrigæ non debetur,ſi equorum principalis moriatur.*
44 *Legatum in pluribus conſiſtens rebus, ſi quædam pereant, an debeatur in reliquis.*
45 *Domus ex quibus conſtare dicatur,& quando legatum de ea factum debeatur.*
46 *Legatum factum ex his quæ ſpiritum concernunt,non debetur in eo quod ſupereſt.*
47 *Diſpoſitio circa rem perit re ex toto pereunte.*
48 *Emphyteuſis perit re demum tota pereunte.*
49 *Donans bona ſua eccleſiæ, ut ab ea alatur : ali debet etiam bonis peremptis.*
50 *Forma ſi extinguatur,perit eius qualitas, licèt maneat aliqua pars materiæ.*
51 *Vſusfructus areæ non debetur in domo perempta, de qua uſufructus debebatur.*
52 *Diſpoſitio prior quando effectum ſortiatur circa id, quod remanet rei, de qua diſponebatur.*
53 *Diſpoſitio perempta forma rei perit, ſi eius rei expreſſio certam formam ſignificet,*

Diſpo.

Source : BIU Cujas

54 *Dispositio pristina non perit, parte rei, qua disponitur, potissima manente.*
55 *Legatum factum de ornamento ex gemmis confecto perit, gemma principali adempta.*
56 *Syndicatus collegij quando per unum excommunicatum uitietur.*
57 *Dispositio circa rem extinguitur, si forma perempta id quod remanet, ad formam pristinam reduci nequeat.*
58 *Dispositio circa res separatas manet manente minus principali parte.*
59 *Ius uniuersitatis in uno solo residere potest.*
60 *Grex differt a decem ouibus, quæ tamen ipsæ constituunt.*
61 *Vniuersalia rerum diminutionem suscipiunt & augmentum.*
62 *Dispositio circa rem non perit manente primæuo nomine in minima etiam parte.*
63 *Toto integrali ad aliquem spectante, ad eundem spectabit, quælibet eius pars: licèt forma perempta.*
64 *Domus dirutæ legatæ an debeantur partes singulæ.*
65 *Dispositio prior in re perempta durare potest, decipientis odio.*
66 *Ius in re quæsitum non semper perit tota re perempta.*
67 *Contractus super re factus tenet, maiore rei parte manente.*
68 *Dispositio iuris prior non perit, si non in esse facto destruentis res perit.*
69 *Substantia, de qua in legato, pereunte, durat legatum in re subrogata.*
70 *Confirmatio in reliquis inducitur, si pars aliqua cassetur.*
71 *Destructio partis remissionem non inducit.*
72 *Transformatio quid proprie dicatur.*
73 *Forma noua nouum esse rei tribuit.*
74 *Dispositio prior non durat forma rei destructa, licèt alia inducatur forma.*
75 *Dispositio præcedens non seruatur in diuerso in forma.*
76 *Pulli excluſi per alienam gallinam, non sunt eius cuius oua fuerunt.*
77 *Ecclesia refecta non perduntur priora iura.*
78 *Translatio ad alium locum extinctionem operatur.*
79 *Pedagium idem an debeatur si pons ad alium locum tranferatur.*
80 *Transformatio in iure quærendo pœnitentiam inducit uoluntatis.*
81 *Ius alicui quæsitum per formæ mutationem non extinguitur.*
82 *Dispositio prior facta in rebus pluribus separatis, si aliquæ transformentur, manebit in reliquis.*
83 *Obligatione una in aliam transfusa manet prior dispositio.*
84 *Dispositio semper eadem dicitur, ubi uoluntas non mutatur.*
85 *Reddere rem non dicitur, qui in forma diuersa reddit.*
86 *Voluntas mutari præsumitur, mutato officio: uel statu.*
87 *Quadrigæ legatum extinguitur, si equi ad alium usum deputentur.*
88 *Dispositio prior quando mutetur rei in aliam transformationem.*
89 *Legatum debiti extinguitur, si a testatore rursus exigatur.*
90 *Translatio localis mutationem inducit uoluntatis.*
91 *Hæres pro suæ arbitrio uoluntatis non debet posse se a legato præstando liberare.*
92 *Transformatio facit rem diuersi iuris esse quàm antea fuerat.*
93 *Concessio mutatur ad personæ mutationem.*

PRima itaque conclusio primi membri, quæ est circa cognitionem quid sit mutatio uel transformatio remanet ex prędictis expedita.

Secunda conclusio primi membri tractantis quando de rudi materia fit aliquod formale est, quòd ubi dispositio de aliquo se habente per modum rei certæ adherentis: si contingat materiam, cui adherebat talis qualitas, reduci ad aliquam formam seu ad aliquod materiatum, perit dispositio circa talem qualitatem seu de tali qualitate facta. exemplum patet in usufr. qui est qualitas adherens proprietati: ut per gl. Bal.
1 Ang. & Doc. in l.j. & 2. ff. de usufr. & in l.1. ff. de usufr. le.† nam si legetur usufr. areæ, & in ea postmodum fiat ædificium, usufr. extinguitur l. repeti. §. si areæ. ff. de usufr. idem si legetur usufru. massæ argenti: quia si de ea fiat ciphus uel poculär, etiam usufru. extinguitur l. quid tamen. in prin. ff. de usufr. ratio est in promptu: quia mutatione formæ usufr. extinguitur d.l. repeti. §.j. & dicetur infra eo. 7. concl. & aliquid in multis alijs conclusionibus.

2 Tertia conclusio est, ℘ † quando materia reducitur ad aliquam formam, seu de materia fit materiatum, dispositio principalis concernens materiam non extinguitur, si materiatum sit ad materiam reducibile l. si fundus. §. si res. ff. de pig. l. domo. ff. de pig. ac. ubi pignorato solo si fiat domus uel uinea durat pignus. Idem patet in area legata: quia licèt super ea testator domũ ædificauerit, durat legatum l. seruum filij. §. si in area. ff. de le. j. & l. si areæ. ff. de le. 2. ubi si ædificium a testatore fiat, etiam uenit in legato. Idem de promissione areæ: quia durat obligatio, esto ℘ super ea fiat ædificium, nunquam enim desijt esse area: ut dicit tex. in d. §. aream. nec secundum Bar. in l. si ita legatum. §. fi. ff. de le. 1. potest dici, ℘ per impositionem domus super aream testator mutauerit uoluntatem: quia domus debetur sicut quodlibet augmentum rei legatæ iuxta l. quod in rerum. §. si quis post. & l. si ex toto. in prin. ff. de l. j. ubi Ale. in j. no. limitat, nisi sit tertius superædificans. non sic est secundum Bar. quando domus legata ad aream redacta reficitur: quia tunc censetur mutata in dubio uoluntas, cum area non possit dici pars prioris domus: quoniam pars nouæ nec tanquam principaliter legata trahit ad se domũ: cum nunquam fuerit principaliter legata, & legatum partis non recipit incrementum l. serui electione. §. fi. cum ibi no. ff. eo. tit.

3 † Et circa prædicta est aduertendum, an promittatur area aliena, super qua dominus construat ædificium: & tunc debetur estimatio, iuxta d. §. aream. quamuis superædificatum fuerit. Et idem est in legato, quando domus fuit a domino superimposita: cum non possit eo casu area præstari & domo separari: ut dixit Bar. in d. §. si areæ. per l. si chorus. §. areã. ff. de leg. 3. quam Bar. ita intelligit. Pro prædicta conclusione facit: quia legato argento etiam uasa ex eo facta debentur & continentur l. lana. & l. quæsitum. §. illud fortasse. ff. de le. 3. & l. seruum filij. §. si pocula. ff. de leg. j. ratio est: quia magis materia quàm forma consideratur, quia eadem materia semper durat. facit tex. in l. item legato. §. si uxori. ff. de le. 3. ubi legato auro uxoris causa parato debetur aurum postea conflatum, de qua conclusione multa dico in trac. de forma. in prin. in rub. de generali cognitionem formę. in 11. colum. in 19. no. tangendo an digressio de materia in formã faciat censeri rem esse aliam, & an idem sit, si nomẽ, uel forma mutentur.

4 Quarta conclusio est † ℘ quando materiatũ seu formatum non est reducibile ad materiã seu massam, dispositio circa materiã facta extinguitur, & non procedit in tali formato, ita ℘ tunc appellatione materiæ non contineatur materiatum d.l. quę situm. §. illud fortasse. ff. de le. 3. ubi marmore legato: si ex eo fiat statua perit legatum quasi in non conuertibilibus ad rudem materiam censeatur mutata uoluntas, & forma trahat ad se materiam secundum Doc. in d.l. seruum filij. §. si pocula. ff. de leg. j. no. Alb de Ros post Bar. in l. si conuenit. §. si qs cauerit. ubi alij. ff. de pig. act. Hinc si sylua, uel materia aliqua pignori data sit, & ex ea fiat nauis, uel aliud formatum, pignus extinguitur cum non conuertibilis ad rudem materiam. & idẽ est in legato d. §. si quis cauerit. ubi Bar. & Doct. & d.l. lana. ff. de leg. 2. & dicunt Bar. & Doc. in d. §. si quis cauerit. ℘ hæc conclusio procedit in iure quærendo secus esse in iure quæsito preter quam in pignore, de quo infra dice-
5 tur, & dicitur in d.l. lana. ℘ † legata lana uestis ex ea facta nõ debetur: cum non sit reducibilis ad materiam, cui dicto obst. d.l. si seruum filij. §. si pocula. ff. de le. 1. cui non uideo bonam responsionem. quamuis Doc. teneant opi. quæ est expressa in d.l. lana. nisi dicamus, ℘ in d.l. lana. uestis tempore testamenti seu legati iam erat facta, ut sonat ibi litera, quo casu non uenit appellatione lanæ l. si cui lana. ff. eo. tit. de le. 3. & testator habebat puram lanam ultra uestem. uel forte ℘ testator non habebat nisi lanam, de qua fecit uestem cõdecentem ex æquiparatione poculi. & in d. §. si pocula. facta fuit uestis ex lana post legatum, quo tempore lana erat. & hoc est, quod puto uoluisse Cu. in d. §. si pocula. ubi assignat rationem: quia facilius legatum conseruatur, quam extenda tur l. Seia. ff. de au. & ar. leg.

6 Et est aduertendum: quia Cu. non bene dicit in eo † ℘ lana legata debeat pannus ex ea factus: quia est contra tex. in d.l. si cui lana. & multominus debetur uestis ut ibi. & facit ad prædicta l. quæsitum. ff. de usufr. Et solutio Cu. confunditur ex eo: quia argento legato venit poculum factum tempore testameti. Et quoniam animus est ille, qui consideratur in talibus, dicendum est secundum communiter Doc. & Alb. post Iac. But. in d. § si quis cauerit. ℘ quando materiatum est reducibile ad materiam, censetur disponentes non obstante mutatione in proposito perseuerasse, quod uidetur contra tex. in l. Seia. ff. de au. & ar. le. secus si non est reducibile: quia censetur uoluntas mutata, ubi autem constat de uoluntate, est illi standum.

Et prædicta conclusio maxime procedit in usufr. quia in eo non distinguitur, an materiatum sit reducibile, uel non l. qui usumfru. in prin. ff. de usufr. lquid tamen. & l. repeti. §. rei. ff. qui. mo. usufru. amit. & si tertius facit perire legatum, uel hæres, quomodo succurratur usufr. traditur per glo. magnã in d. §. rei. ubi alij scribentes.

Prædicta conclusio limitatur, nisi constet de uoluntate disponentis contraria: ut dictum fuit supra proxime.

Secundò prædicta conclusio limitatur ex no. per Bar. in d.l. quæsitum. §. illud fortasse. cum concor. supra alle. nisi materia sit ad certum finem destinata: quia tunc etiam si non

sit

Source : BIU Cujas

sit reducibilis ad pristinum statum durat ut materia, quousque peruenerit ad certum usum, ad quem est destinata l.
7 sicut lana.ff.dæ le.3. ubi † appellatione lanæ continetur etiã filata, uel purgata, dummodo non sit tincta, uel ad telam, aut ad certum usum reducta: quia utimur lana tincta aliter quam in tela: ut in certis cortinarum, quamuis Bar. ibi de tincta dicat, quod magis procedit ex usu quam proprie. Ex quo infert ad statutum prohibens extrahi granũ extra territorium, ut pariter prohibeat extrahi farinam, quamuis non sit reducibilis ad granum, ita ꝙ contineatur iuris interpretatione appellatione frumenti quousque sit ad panem redacta, cuius tamen contrarium dicit Alb.de Ro.in d.l.si conuenit.§.si quis cauerit.ff.de pig.act. & in 2.parte statu.q. 206. de qua materia etiam dicetur infra eo. 5. conclu. & dico in tract.de forma.

8 Tertiò limitatur, ut non procedat † quando tractamus de iure iam quæsito: quia tunc siue materiatum sit reducibile ad priorem statum ac ad rudem materiam siue non, dispositio circa materiam comprehendit materiatum: ut dicetur infra eo.10.conclu. ubi supplebuntur quæ hic desunt. Et si dicatur, ꝙ pannus & uestis est conuertibilis licèt cum difficultate, ad rudem materiam, ut sensi fieri solere in aliquibus locis, respondetur, ꝙ dato colore non est conuertibilis ad illam simplicem & rudem materiam d. l. si cui lana. nec tunc appellatione lanæ uenit tincta, ut ibi. Et quando non est datus color est, considerandus finis: quia pannus fit ad eum finem d.l.si cui lana & l ligni. §.lignorum. iuncta glo.in §.præce.in uer.refragatur. ff. de leg. 3. dum ibi attenditur consuetudo regionis l. librorum. §. quod tamen Cassius.ff.de le.3.ubi bona gl.in uerbo, non continebuntur. vult Bar.in d l. si cui lana.& sic consideratur aptitudo ac consuetudo regionis: secundum quam consuetudinem pannus, qui in ea regione fit, nõ conuertitur in lana. facit l. quamuis. ff. de au. & ar. le. ubi inspicitur ad quid principaliter aliquid sit destinatum: licet ad alium usum possit accommodari. no. Bart.in d.l. si cui lana. Ex quo infertur, quod prædicta conclusio procedat, siue materiatum non sit sui natura ad rudẽ materiam reducibile, siue ex fine, ad quem sit concurrente usu regionis: ad ea enim quæ frequentius accidunt iuris dispositio se accommodat l.nam ad ea.ff.de legi. & si opponatur de l.si cui lana.§. linum. ubi appellatione lini continetur linum textum, seu tela linea, uel linum tinctum. gl.ibi respondet, ꝙ hoc ideo est: quia forma telæ, uel tinctura est minus pretiosa, quam ipsa materia, hoc est linum, quod nõ placet, ut infra dicam dum de pretiositate loquar. sed credo, ꝙ hoc ideo sit: quia consuetudo loquendi ita se haberet, ut tela linea linum appellaretur per iura praalle. sicut uidemus de Gallis, qui pecuniam argenteam argentum appellant, & tamen argenti appellat. non uenit pecunia: ut dicam infra.in seq.conclu.

Quartò predicta conclusio limitatur, dummodo mutatio fiat ab habente potestatem mutandi dispositionem l. seruum filii.§.si pocula. secundum unum intellectum. & l.cætera.§.fi.ff.de le, 1 uolunt Doc.in d l.si conuenerit.§.si quis cauerit.ff.de pig.act. & dicetur infra ea.conclu.

Quinto prædicta conclusio limitatur, ut procedat in iure quærendo: quia secus est in quæsito, ut supra dictum fuit, & fiet infra eo. una conclu. separata. Reliqua dicentur infra eo 10.& 11.conclu.

9 Quinta conclusio est † quòd quando est diuersa ratio ĩter materiam & materiatum, appellatione materiæ non uenit materiatum: ut patet in l.quintus.§.cui argentum.ff.de au & ar. le.& l.cum aurum.eo.ti.ubi legato auro uel argento licèt ueniat aurum & argentum tam factum & formatum, quàm in fectum & massa existens: non tamen uenit pecunia aurea uel argentea signata: nam ut dixit Bar.in d. l. cui argentum. alia ratio in pecunia signata. quia illa habetur ut expendat̃ l. j.ff.de contra emp.& sic ut uenalis: & id quod est uenalis in dubio nõ cedit in legato etiam uniuersalis ut quia dicat omne aurum seu argentum, sicut dicitur in d.§.quintus l.cui argentum.& in l.pediculis.§.item cum quæreretur.ff.eo.ti de au. & ar. le. non sic in alio auro & argento testatoris, quod habet sui usus causa. Ex quo infert Bar. ubi supra ad habentes pecuniam antiquam, quam conseruant, & quæ non est expendibilis, ut si sit argentea, ueniat in legato argenti per l.si chorus. §:1.ff.de leg.3.ubi pecunia ut mutuò detur, non uidetur esse in loco, ubi iacet, uel de quo in dispositione. ex quo tex. etiam inferunt Bar. & Doct. post gl. in l. uxorem.§. legauerat. ff.eo.ti idem in pecunia quam quis habet in subsidium & non destinatam consumptioni.

10 Prædicta tamen conclusio limitatur † ut non procedat, quando legans omne argentum non haberet aliud argentum, nisi in pecunia signata; quia tunc uidetur de pecunia sentire, ex eo quòd aliud argentum non habet, ut probatur ex tex.in d.§.cui argentum iuncto tex.& no in d.l.pediculis. §.item cum quæreretur.ff.de au.& ar.leg. ubi dicitur, quòd licèt quando quis legat omnia ornamenta sua, non ueniant ea quæ habet causa uendendi: tamen si nulla alia habet præter uenalia, illa ueniunt in legato. facit, quod dixit Bar. in l. uestimentum. eo.ti. per l. si quis seruos.ff.de le. 3. est tex.in l. librorum.§ quod tamen Cassius.eo.ti.& ex prædictis infero, ꝙ etiam apud Gallos, qui pecuniam argenteam argentum appellant, in legato argenti non comprehendatur pecunia argentea, nisi quando ut omnino expendenda haberetur. uel nisi quando quis aliud argentum non haberet. At in cõtractibus ueniunt tam uenalia, quàm non uenialia l.cum tabernam. ff. de pig. uult Bar. in rub. C. de uer.sig.& dicit Io. de Imo.in l.in ratione.la 2 §. diligenter. ff. ad l. Fal. & plene Alex in l.quod te. ff.si cer.pe. & reprobata pecunia non perit debitum tanquam res debita & perempta: cum duret materia reducibilis ad formam, de quo dico in trac. monetarũ. 2.declaratione.

Ex prædictis eliciuntur tres conclusiones. Prima, ꝙ appellatione materiæ non uenit materiatum alienationi uel consumptioni destinatum.

Item ꝙ ubi aliàs appellatione materiæ non ueniret materiatum, ueniet tamen, si testator nihil habeat de illa materia, nisi illam quæ continetur in materiato.

Item ꝙ ubi coniecturata mens testatoris non tantum expressa uoluntas disponentis hoc suadent ap. materiæ ueniat meteriatum.

11 Sexta conclusio huius primi membri est † ꝙ materia ad certum usum uel finem destinata, continetur appellatione uel in dispositione aut legato talis formæ seu materiati, si ad aliquem proximum actum destinationis fuerit deuentum l.uestimentum: iunctis ibi no. per Bar.ff. de au. & ar le. ubi patet, quod appellatione uestimenti uenit pannus nondum incisus paratus ad uestem faciendam, quando aliquid est cœptum: ut quia sit a petia separatus ad eum finẽ, ut ibi dicitur, non si fieret id causa uendendi l. si quis seruos. ff.de leg.3.ex quo infert Bar.in d.l.uestimentum. quòd si testator legat uxori uestes lini & lanæ ueniunt panni linei & lanei ad hoc texti & incepti, ut fiant uestimenta. & in hac materia est dicendum secundum Bar.in l.cœtera.§.si.ff.de le. 1.& ante eum per Alb.de Ro.in 2.parte sta.q. 205. inci. item quærite duas pulchras. quòd aut materia erat destinata in antiquum esse: & tunc destinatum habeatur pro formato & facto l.granaria.& l.fundi.in fi.ff.de ac.emp. & le. argento. §. pe.ff.de au.& ar.le. aut materia non destinat ad primum esse seu pristinam formam, sed ad nouum esse: & tunc non erat cœptum opus fieri, & destinatum pro formato uel materiato non habetur nec comprehenditur sub dispositione loquente de formato uel materiato l.ligni.§.lignum. ff.de le.3.
12 † ubi appellatione carbonum non continentur ligna, unde habent proprium nomen. hoc est sunt materia carbonum faciendorum, ut ibi.& dicit simile gl.in l. librorum. §. quod tamen Cassius. in uerbo non puto.ff.de leg. 3. & patet in le. carbonum.ff. de uer. si ubi titiones non ueniunt nec ap.carbonum nec ap. lignorum. quod intelligitur de titionibus paratis carbonibus ne fumum faciant. facit l lana. ff. de le.3. ubi lanæ ap.non cõtinetur uestis ex ipsa lana facta. Aut opus erat cœptum: & tunc sumus in terminis nostræ conclu. quo casu est dicendum, quòd si opus cœptum erat ualde remotum ab illo opere, ad quod materia erat destinata, talis materia in opere posita non ueniat ap.illius materiati, seu operis ad quod est destinata l.librorum.§.si neque cœpti.ff. de l. 3.& l.uestimentum. ubi dicitur, ꝙ libri cœpti non ueniunt ap seu in legato librorum, sicut uestis nondum detexta. hoc est pannus uestis destinatione a petia non separatus non uenit app. uel in legato uestis.

13 † Aut opus cœptum erat propinquum operi, ad quod erat destinatum, & tunc destinatum habetur pro facto. ita quòd sub dispositione de formato seu materiato ueniet talis materia, seu tale opus cœptum l. & si non sunt.§. quid ergo.ff. de au.& ar. leg. ubi app. agenti facti continetur argentum cœptum fabricari: licet non perfectum propter prædictam proximitatem: & tunc habet locum illa regula, quòd cœptum iuris interpretatione habeatur pro facto, de quo per gl. ibi in uerbo magis. & per Doc. in leg. fina. C. ad Silla. ubi plene Albe. de Ros. & dico in trac. extensionum, sub rub. ad quæ fiat extensio. in §.quod ad destinata facit l. librorum. §. sed & præscripti. ubi librorum app.& libris legatis continentur membrane scriptæ licet nondum consutæ uel postibus inclusæ: & libri nondum emendati,& hoc nisi desistat ab opere cœpto secundum Bar.in d.§.quid ergo. Vnum tamen est in hac materia aduertendum, quod si ap-

Source : BIU Cujas

si apparet de expressa uoluntate disponentis, illa est attendenda & seruanda l.cœtera.§.hoc senatus.ff.de leg. 1. & d.l. granaria.& l.item legato.§.j.& l.si quid. §.inter.ff.de le.3.Et idem si constet de mente disponentis coniecturata, ꝙ uelit in destinato suam dispositionem locum habere d. §. quod tamen Cassius.& d. l. granaria.& d. l. fundi. secundum Alb. de Ro.in d.q. 205. & cum dicta distinctione transire uidentur communiter Doct.in d.l.cœtera § fi.licet Fely.in c. cum adeo.de rescrip. relinquat hanc materiam pro dubia & qua
14 si insolubili:dicitur † autem proximitas ad factum seu opus faciendum ex qualitate operis & facit; quia quicquid dicat Fran.de Are.in cons.6.in fi.& infra dicam: & cum prædicta distinctione transit pulchre Alexan.in l.a diuo Pio. §. fi.pen. colum.ff.de re iud.ubi alle.illam partem quæ se habet,quòd destinatum habeatur pro ente, limitat hoc non procedere in consuetudine uel materia statutaria, ut ibi late per eum. & D.præcep.meum in d.l.quod in rerum.§.fi.quamuis Alb. de Ro.in d. q. 205. aliter sentiat. Item ut dixi limitatur hæc materia,ubi constat uere, uel per coniecturas de uoluntate disponentis. Item limitatur, ubi exigitur facti essentia:quia non sufficit destinatio secundum Alex. in consi. præal. post Bal.in l.in tantum.in fi.cum l.seq.ff.de re.di.& in l.si nondū. C.de fur.per illum tex.& per d. l. fundi. §. item ꝙ insulæ. ex quo soluuntur plura contraria adducta per D.Fely.in d.cap. cum adeo.Item limitatur secundum Alex.in consi.præal pe. col.uer.fortius, ut procedat dispositio in destinato,quando quis habebat firmum propositum aliquid faciendi, non autem si animum simpliciter ad hoc applicabat, ita animus uersaretur in dubio.Item limitantur iura,quæ dicunt,quòd destinatum habeatur pro facto seu pro tali, ut habeant locum,quando non fuit recessum per destinantem uel habentem arbitrij potestatem a proposito, sed durauit dispositio destinantis in re destinata secundum Bar.in d. l. cœtera.§.fi.
15 ult.opp.ff.de le.j. ubi patet † ꝙ si res antea destinata a testore ad certum usum,puta columna ad domum,alteri legetur destinatio illa nihil operetur: secus si de re destinata aliter non disponatur, per d.l. & si non sunt.§.quid ergo.ff.de au. ar.leg.& l.si quid eorum.§ interest.ff. eo. quod etiam uoluit Alb.de Ro.in d.q.205.Ideo autem dixi pro habente arbitrij potestatem:quia non habens potestatem non perimeret dispositionem rei destinatæ d l.cœtera.§.fi.dum de hærede loquitur.Item limitatur secundum Bar.in d.l. cœtera.§.fi.quā do destinatio uersatur circa rem licitam non obligatoriam: quia tunc prodest destinatio, & excusat a pœna distinguendo ut ibi per Bar. ꝙ destinatio operetur circa rem obligatoriam, quando primum propositum ipsius destinantis uel eius cui sibi mandauerat erat obligatorium, per l.j. §.idem Offilius.ff. de exer. non autem alterius personæ per l.3.§.sed si sic. ff. e. & hæ duæ limitationes procedunt, quando de re destinata disponitur, & reliqua antea dicta procedunt, qñ non fuit dispositum de re destinata: sed dubitatur,an in dispositione de alia seu aliqua re facta comprehendatur res destinata ratione destinationis.

16 Et quia dixi supra † quòd destinatum dicitur proximum ad finem,ad quem fuit destinatum ex qualitate operis & rei posset ita concludi, ꝙ dicatur per destinatū proximum regulariter, quando nihil intermedium remanet, quòd transeat in speciale nomen materiati,uel specialem & propriam habeat formam aut specialem uisum: ut patet in l. ligni. §. Offilius.el j.ff.de le.3.ubi sylua ad comburedum parata nondum incisa non uenit appellatione lignorum: quia est pars fundi, & aliud est sylua, aliud uerò ligna incisa tam in usu quàm in nomine & forma.

Itē ligna incisa non ueniunt indistincte app.lignorū, nec ī legato lignorū,nisi sint minuta,ita ꝙ aliud nomē aliumq; usū in eis ueri similiter & ex ꝙsuetudine regionis aut patrisfa.coniecturare non possumus:ligna autē grossa licèt incisa non ueniunt app.lignorum, quia possunt ex eis fieri trabes & specialem formam habent & usum: quia ad domificandum sunt habilia:& ideo materia appellatur & non ligna:ut patet in d. l. ligni. in princ. simile uidemus in legato uestis;
17 quia † pannus nondum incisus nec a petia uel tela separatus licet destinatus ad uestem, habet alium usum & proprium diuersum ab usu destinato, & habet proprium nomen,propriamque formam,quando autem est a petia uel tela separatus. puta decem brachia pro ueste facienda:licet uestis non sit incisa, non habet proprium usum primamque formam: ita ut tunc sit rudis materia uestis, unde cum adsit materia & ex destinatione forma, meritò cōprehenditur app.materiati l.uestimentum,ff.de au.& ar.le.unde meritò tex. in d.§. Offilius.pōderat speciale nomen, an id quod cęptum est de re destinata,sit sui natura aptum ad alium usum destinatum & transiuerit in proprium nomen propriamque speciem,sicut uirgulæ,quæ truncantur ex silua destinata ad comburē-
dum,aut carbones facti ex silua: at ubi contrarium reperiatur,dicendum est,uel quòd qualitas & natura rei hoc faciat, uel consuetudo regionis,aut patrisfa.hoc operetur:ut patet ex gl.j.in d.§.Offilius.cum iuribus ibi alle. & patet in l. libro rum.§.quod tamen Cassius. ff.de le.3. cum concor. quę supra in hac conclu.alle.& patet ex no. per Bart.in d l.si cui lana. dum loquitur de consuetudine patrisfa. ar.l. si quis uinū. ff.de ui.tri. oleoque leg.

Ex prædictis apparet, quomodo intelligenda sunt iura
18 quæ dicunt † quòd in legato facto de materia non continetur materiatum, nec econtra, ut in d.l.librorum.§.quod tamen Cassius. & §.chartis. ubi chartis legatis non continentur libri, & econtra librorum appellatione non continentur chartæ puræ,nec etiam cęptæ scribi, seu libri cœpti scribi:quia intelligo hoc procedere, quando illæ membranæ non erant in certum corpus conglutinatæ, item chartis legatis neque papirus, ne chartæ nondum perfectæ continentur d.§.chartis.

Patet etiam,quomodo sit intelligenda l.seruis. ff. de le.3. ubi expresse dicit, quòd legata materia non uenit materiatum,cum concor.de quibus ibi.in gl. & in l.si conuenit.§.si quis caucrit.in glo.magna.ff.de pig.actio.

Item est aduertendum ad l.si cui lana.in prin. & in fi.ff.de
19 leg.3. dum ibi in prin. † lanæ appellatione non continetur lana tincta, & tamen lana tincta non definit esse materia, nec transit in specialem nomen, nec in specialem formam, nec purpuræ appella. cōtinetur lana nondum tincta: ut ibi in fine, licèt foret ad tincturam destinata :quia Cu. habuit hoc pro difficili in d l.librorum. §. libris. adeo ut dixerit, ꝙ destinatio non attenditur quantum ad nomen rei substantiam:sed quantum ad hoc, an dicatur res in aliquo loco,uel quantum ad qualitates per l. ex facto. ff. de hære insti. & l. huiusmodi §.legatum.ff.de le.1. nam errat Cu. & tex.in d.l. si cui lana.loquitur de qualitate: quia quòd lana tingatur, est qualitas lanæ adhęrens,& nihilominus ibi destinatio nō attenditur. unde puto quòd in his qualitatibus attendenda sit pretiositas, prout supra dixi, licet Cu.in d.l.si cui lana.dicat hoc magis ex usu,quàm proprie procedere,uoluit gl.in l.pediculis.§.Labeo.ff. de au. & ar.leg. Item non est sequenda opi. Cu. quia est contra plura iura ex prædictis. Et si quis uelit in hac materia uidere plures.q.uideat Albe.de Ro in 2. parte statu.in d.q.205.cum seq.Alex.& Mod. in d.§.cœtera. Alex.& Fran.de Are. in consi.præal. & Alexan. in d. l.a diuo Pio.§.fi.pe.col.ff.de re iud.& per Fely.plus cœteris in d.cap. cum adeo.de rescri.

20 † Et in materia statutaria fit talis extensio de materia ad materiatum seu redactum in forma, ne fiat fraus statuto:ut cum statutum prohibet extrahi granum: quia etiam intelligitur prohibere extrahi farinam secundum Doc. in l. non dubium.ubi do.last.in 11. col. C. de legi.uult Bar. in l.quæsitum.§.illud fortasse.ff.de leg.3.& Bal.in l.j. in j.col. C. de fru. & li. expen.& Bar.in l.triticum.ff.de uer.ob.quia aliàs fieret fraus statuto, quicquid teneat Bal.in l.quod non ratione.C. de legi & dicit ibi Bal.quòd statutum prohibens extrahi uinum intelligitur etiam prohibere extrahi uuas, licèt prohibens extrahi uinum non intelligatur prohibere extrahi acetum,secundum D.la.in d.l non dubium 11.col post Bal.in l. j.in fi.com C.de peri.& com.rei uen.& Bar.in l.j.C.de leg.mili.anno.li.12.& dico alibi.

21 **Septima conclusio** est, quòd † quādo ex materia fit unum materiatum,& demum illud materiatum seu reductum ad formam reducitur adhuc ad materiam: ut si de stanno existente in massa fiant scutellæ,quæ postea liquefiant, & reducantur in massam, prout primò erant; tamen durat circa illam prior dispositio,& in proprietatibus hoc est clarum, ut in l.si chorus.§ si areæ. ff. de le.3. ubi area legata,si tertius in ea ædificet & domus ruat,ac ad aream denuo redigatur,seu redeat, debetur legatum secundum magis communiter Doc. in d. §.si areæ. ac secundum intellectum magis communiter datum ibi,& in l.seruum filij.§.si areæ.ff.de le.1.

Et prædicta conclusio fortius procedit in usuf. l. quid tamen.in prin.ff.qui.mo.usuf.amit.cum l.præce.& l.si ager.co. ti.& l.qui usumfr.in prin.& l.si areæ.ff.de usufr.nō ob.† quòd in usufr. magis forma,quàm materia inspiciatur: quia hoc non procedit, ubi usufr.fuit in materia constitutus:quia tūc magis attenditur materia: & ideo ex quo res redijt ad priorem materiam, durat constitutio usus.quæ fuerat peremptа propter exhibitionem formæ iuxta d.l.quid tamen.uer. proinde.& l.repeti.§.si areæ.ff.qui.mo. ususfr.amit.& prædictam rationem adducunt Alb.de Ro.Bal.& Ang.in d.l.quæ usumfr.post gl propter quod bene dixit Ac.post Azo.in d.l. qui usumfr.in fi. in uerbo legatus. in prin. quòd legato usufructu massæ argenteæ,quæ reducatur ad pocula,& demum

ex

ex deſtructione poculorum redigatur ad maſſam, non peribit uſufru.maſſæ.unde Bar.& Doc.in l.ſi conuenit.§.ſi qs cauerit.ff.de pig.ac.dum tractant, an mutatione formæ pereat diſpoſitio,dicunt quòd in uſufructu perit, uidentur nimis effuſe loquuti fuiſſe maxime: quia dicunt hoc procedere,etiam ſi materiatum ſit reducibile ad materiam: nam fateor quòd perijt uſusfr. ſed quòd poſtmodum reuiuiſcit, ita quòd cenſeatur magis fuiſſe ſuppreſſus quàm extinctus,pro ut in ſimili dicit text.in l.qui res.§.aream.ff. de ſo.& ſi in uſufructu hoc pcedit, multomagis procedere poteſt in pignore,quod eſt ius reale: cum in eo inſpiciatur, quòd materiatum ſit reducibile ad materiam, ut dictum fuit ſupra eo. Et idem puto dicendum in actione perſonali, cum pro legato detur actio perſonalis,per l.ſi chorus.ff.de leg.3.

23 Prædicta concluſio † procedit,etiam ſi multoties ex maria fiat materiatum, dummodo materiatum redeat ad rudem materiam,prout prius erat l.quæſitum.§.illud fortaſſe. ff.de leg.3. ubi durat diſpoſitio facta ratione materiæ, quæ ſæpius tranſiuit in materiatum, ſeu quæ ſæpius fuit reducta ad formam,quando materiatum eſt ad materiam reducibile.ſicut euenit in area, ſuper qua fit ædificium; quia deſtructo ſæpius ædificio ſemper remaneat area illa & ſolum illud quod prius erat. & ad hoc faciunt no. per Alex. in l. ſeruum filij.§.ſi pocula.ff.de le.1.reprobata ibidem opi.Pau.de Caſt.iunctis no.per D.Iaſ.in d. l. ſeruum filij. §. ſi pocula.per illum tex. ex quo infert ut ubi per eum.facit l. ſi ita legatum. §.ſi domus ff.eo.de le.1 & non dicat aliquis ꝙ Paul de Caſ. & Alex.non loquuntur in propoſito,quando ſcilicet diſpoſitio facta fuit de materiato,quod ſæpius refectum redijt tandem ad materiam. & ꝙ nos loquimur in caſu econuerſo: quoniam eorum conſiderationes & rationes et am militãt in hoc caſu econuerſo.

24 †Item prædicta concluſio † procedit, etiam ſi materia aliquantulum minuatur ex conuerſione materiati in materiam,per no.per Alb.de Ro.in l.ſi conuenerit.§.ſi quis cauerit.ff.de pig.ac.iunctis no.in l.ſeruum filij.§. ſi pocula. ſecundum unam & communem lec.ff. de le. 1. nam materia uel maſſa argentea legata ſciphus uel poculum ex ea facta debentur,& econtra d. § ſi pocula. quamuis iſta commutatio fieri non poſſit ſine conſumptione materiæ, ut vult gl.in l. qui uſumfr.in prin.in uerbo legatus. ff. de uſufr.ubi Alb.de Roſ. unde idem eſſe debet, ſi ex materia fiat materiatum, & materiatum redeat in materiam, quando diſpoſitum fuerat de materia:licèt conſideratio gl. prædictæ in ratione decidendi non ſit bona, nec ſuſtentabilis.

Item prædicta procedunt,ſiue diſponens, ſiue tertius materiam, de qua fuit diſpoſitum, reduxerit ad materiatum: tunc ſcilicet quando materiatum redijt ad materiam d. l. ſi chorus.§.ſi areæ.ff de lega.3.ſecundum communem intellectum traditum ibi. & per Bar. & Doct. in l. ſeruum filij. §. ſi areæ.ff.de le.1.& dixi ſupra eo.in 1.conclu.

Item prędicta procedunt,ſiue a caſu,ſiue a tertio,ſiue per diſponentem materiatum reductũ fuerit ad materiam, de qua fuerat diſpoſitum: ita ut area legata ſi domus ibi fiat a tertio,quæ auferatur & quomocunque corruat,debeatur legatum d.l.ſi chorus.§ area ff de leg.3 & d.l.ſi area.ubi gl.dicit ędificium fingi nõ affuiſſe.ff.de uſuf.no gl.in l.repeti.§ fi. ff. qui. mo. uſuf. amit. & Pau. de Caſt.in d.l.ſeruum filij.§.ſi areæ. & an medio tempore ualuerit diſpoſitio dictum fuit ſupra.& an fingantur non finiſſe extincta, declarat text. in l. qui res.§ aream.ff.de ſo.& gl.in d.l.ſi in area & facit l. ſi pro
25 parte.§.uerſum. ff. de in rem uer. † ubi non dicitur uerſum, quod nõ durat uerſum & non eſt inanis hæc cõcluſio: quia ubi de materia fit materiatum, bene attẽdimus,an domus, uel debitor,uel creditor,uel alius tertius hoc fecerit, ut per Bar. & Doc.in l.ſi cõuenerit.§. ſi quis cauerit. ff. de pig. act. & quod dixi ſupra in membro præce.

Item prædicta procedunt, etiam ſi tractemus de lucro captando:ut patet in iuribus prædictis, quæ de legatis & relictis loquuntur.ut infra eo.10 concl.uolunt Bar. & Doc. in l.ſi fundus.§.ſi res.ff.de pig.reprobata ibi glo.

Et inſuper prædicta procedunt tam in iure quæſito, quã in quærendo,qđ dictum fuit ſupra eo.in 4. concl.& dicetur infra eo.in 10.concl.

26 †Vltimò in prædictis omnibus attẽditur uoluntas diſponentis tanquam dominatrix, & prædicta procedunt in dubio ſecundum gl.in l.ſi chorus.§.ſi areæ. ff. de le.3. & in l.ſeruum filij.§.ſi areæ.ff de leg.1.& in §.ibi ſeq.& in d.l.ſi in area. ff.de leg.1.& in l.repeti.§ fi.ff.quib. mod. uſusfru.amit.& ſupra eo per diſcurſum.

Octaua concluſio elicitur ex fine præcedentis concluſionis,quod circa prædicta ante omnia attendi debet mens & uoluntas diſponentis.

27 **Nona concluſio** eſt, ꝙ † ſi de materia fiat materiatum, ſeu aliquid formale, & ex illo formato demum fiat aliud formale, diſpoſitio facta de illa materia non trahitur ad tale materiatum, ſeu formatum,puta ſi legetur lana,& demum ex ea fiat pannus, ex quo fiat ueſtis:quia non debetur legatum ſecundum Cu. in l.ſeruum filij.§. ſi pocula ff.de le. 1. quaſi ſit ſecundum eũ ex tali mutatione mutata uoluntas, uult tex. in l. ſi cui lana. in l.lana.ff.de le.3. quod maxime procedit: quia etiam pannus non debetur ſub diſpoſitione facta de lana.facit, quod uolut Bar.in l.quæſitum.§.illud fortaſſe. ff. de le.3.ꝙ prohibitus extrahere granum intelligatur prohibitus extrahere farinam nõ autem panem,qui fit ex grano & farina, de quo dictum fuit ſupra eo. facit quod dixit Pau. de Caſt. in l. ſeruum filij.§.ſi areæ.ff de le. 1. ubi uult, ꝙ ſi domus legata redeat ad aream,quo caſu area debetur & reficiatur,& iterum ad aream deuenit,ꝙ legatum in area amplius non debetur, cum facta fuerit area ſequentis domus,ſed contra Pa.de Ca. tenet ibi Alex.ut fuit dictum ſupra eo.

Et eſt aduertendum: quia ubi materiatum eſt reducibile ad primam materiam, non inſpicitur, an ſepius de materia fiat materiatum, & de materiato fiat reditus ad materiam ſecundùm text. in l. quæſitum. § illud fortaſſe.ff.de leg.3.ex quo dictum Pau.de Caſt.confunditur.

28 **Decima concluſio** eſt,ꝙ † quãdo tractamus de iure iam quæſito: tũc diſpoſito de materia comprehendit etiam materiatum,ita dixit Bar.cum quo alij tranſeunt in l.ſi conuenit.§. ſi quis cauerit.ff.de pig.ac.facit l.ſolum. §. meum.ff. de rei uen. & l.de eo.§.ſi quis ex.in fi.ff.ad exhi. Et idem econtra,ut dixi in ſuperioribus, maxime in trac. de interitu.2.& 6.conclu. & in trac. de dimi in 16.& 17. concluſio. Facit ad iſtam conclu. quia omne quod fit ex materia reſeruata cenſetur etiam eſſe reſeruatum, adeo ꝙ ſi uẽdito uel locato fundo reſeruem mihi lapidicinas, intelligat etiam mihi reſeruaſſe calcem, qui fit ex lapide, uel econtra, ſi colonus promittat ſoluere quartam redditus fundi exceptis ſibi lapidicinis, nõ tenebitur ſoluere quartam de calce,qui fit ex lapidicinis,ut per Io. An.in addi.Spe.in ti.de loca.in prin.in addi.fi.& dixi in trac. de augmen.in 14.uel 15 conclu.Et hæc concluſio procedit, ſiue tractemus de damno uitando, ſiue de lucro captando ſecundum Bar.& Doc.communiter in l.ſi fundus.§.ſi res.ff. de pig.reprobata glo.ibi.

Item ſiue materiatum ſit reducibile ad rudem ſuam materiam ſiue non,ſecundum Bar.in d.§.ſi quis cauerit. & d. §. meum.& d.§.ſi quis ex.

29 Fallit hæc † concluſio in uſuf.qui rei mutatione extingui tur l.repeti.§.rei.ff.quibus modis uſusf.amit.no.gl. in lege ſi fundus.§.ſi rem.ff.de pig.ubi gl.Bar.& Doc.aſſignant rationem:& ita etiam dicunt Iaco.But.Alb.de Ro.Bar.Ful. & Saly.in l.ſi conuenerit. §.ſi quis cauerit.ff. de pig act. ubi Alb. aſſignat etiam rationem,quæ limitatio procedit, ſiue materiatum ſit reducibile ad ſuam materiam ſiue non, ut ibi per eos.facit l.qui uſumfru.ff. de uſufru. & l. quid tamen. ff.qui. mo.uſusfru.amit.

Item fallit hæc concluſio in pignore quãdo materiatum non eſt reducile ad primam materiam ſecundum Bar.& cõmuniter Doc.in d.§.ſi quis cauerit,per illum tex.qui uult, ꝙ ſylua pignorata non intelligatur pignorata nauis ex ea facta,cum non ſit reducibilis ad priorem materiam,ſicut dicimus in iure quærendo in l.quæſitum.§.illud fortaſſe.ff.de le. 3. Et rationem diuerſitatis non inuenio bene aſſignari magis in pignore quàm in alio iure quæſito. Sed puto dicẽdum rationem eſſe: quia ille qui dedit pignori retinet dominium rei.Vnde ſi non dominus ex ſpecificatione & conuerſione materiæ in materiatum fiat dominus l.adeo. §. cũ quis.ff.de acqui.re.do. multomagis dicendum eſt, ꝙ domino mutante amittatur ius pignoris. quod dictum uidetur confundi ex l.Paulus.§. ſi domus.& ex l.ſi fundus.§.ſi res.ubi Ang.ff.de pig.unde poteſt dici, ꝙ ius pignoris ſit debilius l. cum tabernam.in prin.ff.de pig.dum non prohibetur domi num uti re hypothecata:ut per Bar.& Doc.in d.§. ſi quis cauerit.in l.ſi conuenerit.ff.de pig.act.ubi etiam Alb.de Ro.&
30 Saly. † Vel dicendum eſt, quòd non omnis mutatio formæ perimit pignus.ut per Bar.& Doct.in d.§.ſi res.ſed ſola conuerſio de materia in formam quando materiatum non eſt reducibile ad materiam ſecundum Alb.Bar.& Doc.in d.§.ſi quis cauerit.non ob. l.ſi fundus. quia Ang. ibi conatur dare ſolutionem, quòd ibi durat principium & materia prima, hoc eſt ſolũ ut ſolum,licet tranſeat in partem domus,quod non euenit in l.ſi conuenerit.ubi ex ſylua fit nauis: quia nõ durat materia ſiluæ in eſſe propriæ materiæ: quia aliud eſt ſilua & materia ſiluæ:& aliud eſt lignum ex ſilua ſciſſum,ex quo fit nauis l.ligni.in prin. & §. j. uer.proinde. ff. de le.3.ex

quo

Source : BIU Cujas

quo declaratur hæc limitatio: Item est aduertendum: quia secundum Albe.de Ros.& Ful.post Gul. de Cu.in d.§.si quis cauerit in subsidium posset creditor habere recursum ad materiatum & ad nauem,quæ facta fuit ex silua hypotheca ta:ut ibi per eos.

Tertiò limitatur,ubi tertius,qui non sit debitor,uel creditor, materiam reducit ad certam speciem uel materiatum: tunc enim dominium acquiritur specificanti, seu illi tertio: distinguendo prout in l.adeo.§. cum quis.ff. de acqui.re.do. iuncta l.Paulus.§.si domus.ff. de pig. ita dicunt Iac. Bu. Bar. Alb.Saly.Ful. & communiter scribentes in d. §. si quis cauerit.

31 **Vndecima conclusio** est, ℘ † quando materia est conuertibilis ad materiatum, & non perdit nomen suum: tunc tam in iure quæsito quàm in quærendo & pignore appellatione materiæ uenit materiatum secundum Alb.de Ros.post Iac. Bu. in l. si conuenerit. §. si quis cauerit.ff. de pig. act. qui ita declarat l.seruum filij.§.si pocula.ff.de le. 1. & hoc probatur ex duobus iuribus simul iunctis uidelicet ex l.ligni.§.Offili⁹. el j.ff.de le.3.ubi consideratur,an duret nomen materiæ. Itē ex l.quæsitum.§.illud fortasse. ff.eo. ti. ubi consideratur, an materiatum sit ad materiam reducibile, & utrumque concurrit in poculo argento,℘ sub appel.materiæ hoc est argēti continentur,ut dixi supra in 5. conclu. sed ut dixi supra in 4.concl.sufficit ℘ sit cōuertibilis, licet nomen non retineat: ubi plenius de ista conclu.

Duodecima conclusio est, ℘ ad hoc ut duret dispositio de materia in materiato seu formato, non refert, an tractetur de lucro captando,uel de damno,ut dictum fuit in 7.cō clu.circa fi.& in 10. circa prin. post Bar. & cōmuniter Doc. in l.si fundus.§.si res reprobata glo.ibi.ff.de pig.

32 **Decimatertia** Conclusio sit † ℘ permissum in materia non est permissum in materiato: & econtra prohibitum in materia non est prohibitum in materiato: quia cui licet comedere oua,non tamen licèt comedere carnes:ut habeē per gl. & Doc. in c.præsbyter 82.di.& in c admonere 33.q.2.ubi etiam traditur,an prohibitus comedere carnes possit comedere lardum, sanguinem & oua, de qua re dico alibi tractando de causa materiati,cui acquiratur pullus ex mea gallina & tuo gallo: ac ex ouis Titij procedens. & hoc facit diuersitas rationis iuxta ea quæ dicta sunt supra eo.5.concl.

ALio & secundo membro

quādo disponitur de aliqua re formata,quæ post dispositionem destruitur an reducit ad rudem materiam,& dubitatur,an duret dispositio,fiunt infrascriptæ conclusiones:quæ conueniunt ad tractatum de interitu.

35 **Prima conclusio sit** † ℘ perempta forma perit ipsa rei substantia, & consequenter dispositio quò ad ea quæ sunt in potestate & arbitrio disponentis l.Seia.ff.de au.& ar.leg.l.Iulianus.§. sed & si quis.ff.ad exhi.gl.in l.qui usumfr.in prin. fi. de usuf.& in l.peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. ubi mortuo uno equo quadrigæ definit esse quadriga, & perit legatum quadrigæ. Nam ut dicit ibi Bal.post gl. quilibet equus quadrigæ dat ei formam,& remanentibus ibi tribus tantum equis uel minoris numeri non est amplius quadriga: ut patet ex eius diffinitione, uel ex ethimologia uocabuli secundum Bar. ibi nec est mirum,℘ equi, qui sunt de materia quadrigæ sint etiam ratione numeri de forma: quia ut dico in trac. de forma in
34 primis rubricis,† materia aliquando potest esse de forma·& ad hunc effectum facit l.mortuo boue.in prin.ff.de leg.2.cū ibi no.maxime per Bar.Bal. & Pau. de Ca. iuncta l.qui rem. §.fi.ff.de sol.ubi patet, ℘ bos,uel aliud animal mortuum nō dicitur,nec est amplius animal, cum amiserit animam, quæ dat formam animali:ut late dixi supra.Ad prædicta facit l.fideicommissa. §.si rem.ff.de leg.3. ubi si testator exigat debitum legatum: quia extinguitur nomen debitoris & ipsa rei substātia,perit legatum:nisi probetur, testatorem in eadem uoluntate permansisse, quo casu hæres ad summam illius debiti tenetur, uel ad pecuniam exactam,quatenus exiet.& dixit Bal.in l.nostram.in prin.commen.C.de testa quod qui destruit probationem,quæ est de forma, destruit ipsam, rei substantiam, de quo dicam in seq.effectu.comprobatur ex
35 tex.in l.j.C.de iure emph.& in §.adeo. Insti.de loca. † ubi pērpta re emphyteutica perit ipsa emphyteusis. & dixit tex. & in l.in tantum.ff.de re.di.quòd diruta funditus domo ædificata in littore maris dominus domus amittit ius soli & domus reuertitur ad naturam suam.facit l. Aristo.eod.tit.propter quæ iura dixit Bal.in rub.eo. tit. quod diruto & destructo penitus molendino facto in flumine publico,amittatur ius ædificantis. de quo dicam infra 10. conclu.Et non dicitur reddere uas,qui illud reddit fractum, uel collisum l.Labeo.ff.de uer.sig.nec rem exhibere, quando forma eius est perempta l.l.Iulianus.§.sed & si quis.ff. ad exhib. & l.mulieris.§.j.ff.de uer. sig. & idem de ueste quæ redditur dissoluta. d.l.Labeo & dixit tex. in l.si id quod. ff. pro soc. quòd extinctis ex toto rebus,pro quibus societas fuit contracta, extinguitur societas.

Prędicta conclusio procedit,siue res sit perempta,siue habeatur pro perempta: ut quia non reperiatur l.cum ita.§. species.ff.de le.2. quod est restringendum & intelligendum iuxta ibi no.ubi Cu. dicit bona uerba: paria enim sunt non esse, uel non apparere l.duo sunt Titij cum uulg. ff.de testa. tut.& dico in tracta.de interitu & peremptione.

36 **Secunda conclusio est,** ℘ † amotio uel cancellatio solennitatis & formæ inducit pœnitentiā uoluntatis & recessum ab illa in his quæ sunt in potestate & arbitrio cancellantis l. nostram.ubi Bal.& Doct.& l.si unus.C de testa.& l.cancellauerat.& l proxime.ff.de his quæ in testa delen.quam conclusionem plenius attingo in tractatu.de forma,circa finem in rub.de correctione formæ.in 7.q.in 3.col.

37 **Tertia conclusio est,** ℘ † perempta forma rei perit dispositio facta de illa re: uel eius prætextu in his quæ sunt in potestate & arbitrio disponentis l.Seya.in fi.ff.de au. & ar.le.ubi extincta re legata: uel in sua specie seu forma non permanente non debetur rei æstimatio:nec ipsa res, quæ in ea forma nō consistit. simile patet in l. lana. ff.de leg. 3. ubi legata naui si destruatur penitus,perit legatum.idem patet in l.peculium. §.quadrigæ. ff.de leg. 2. ubi legata quadriga si unus ex equis deficiat, perit legatum ex peremptione formæ, quæ ex numero quatuor equorum consistit, ut demon.fuit supra eo. 4.conclu.idem patet in l.pe.ff.qui.mo.usufr.amit.& in l.quid ergo.§.si hæres.ff.de leg.j.& in l.si id quod,in prin. ff.pro soc. & in l.mortuo boue.in prin.cum simili. ff.de leg.2.ubi legato boue qui moriatur,neque corium, neque caro debetur propter peremptam formam: cum bos,cuius anima sensitiua est forma:ut dixi supra eo.j. conclu. amplius non existat. Et prædicta iura procedunt,si forma pereat:uel extinguatur uiuo testatore.

Nam post mortem testatoris attenditur mora, uel culpa hæredis:ut per glos.in d.§.quadrigæ.in d.l. mortuo boue.& in l.si seruus.§.boue.ff de condi.fur.

38 † Et ad prædicta facit:quia si legetur usufr.domus.ea diruta non debebitur usufr. areæ. & pariter si legetur usufr.qui ex inūdatione efficiatur stagnum.§.pe.Insti.de usuf.l.si ager & l.quid tamen. in prin. ubi alia dantur in simili exempla.ff. qui.mo.usufr.amit.& in l quoties.§.fi. & l.qui usumf.in prin. uer.contra autem.ff.de usufru.ubi gl.Bald.Ang. & communiter scribentes assignant rationem: quia usufr. ita legatus magis in forma quàm in materia consistit l. repeti §.fi.ff. qui.mo.usufr.ami.& ideo oportet primam formam subsistere,ut duret legatum, nec sufficit priorem materiam adesse. unde forma perempta non potest dici esse ille usufr.qui legatus fuit:nec enim usufr.areæ diruta domo potest esse usufr. domus,nec recte considerāti usufr. erit pars integralis usufru. domus, sed illius usufr. a primo pœnitus separatus, ut infra dicam.

39 † Item usufr.est qualitas adherens certo subiecto, quo sublato tollit ipsa qualitas.l.2.& ibi Doc.maxime Bal. & Ang. ff.de usufr.& uult tex.in l.qui usumfr.in prin.eo.ti.facit l.fundi.ff.qui.mo.usufr.amit.& ideo dicitur in l.fi.ff.eod.ti. quòd legato usufructu gregis perit legatum, si grex perueniat ad eum numerum, ex quo grex esse non possit. & idcirco secundum Iac. de Ra. & Albe. de Ro. in l. si cui insulæ. ff. de usuf. licet remaneat pars insulæ, quæ non habeat formam, uel non sit habitabilis,perit legatum usuf. insulæ etiam quò ad aream:secus si remaneat aliqua pars formalis & habitabilis per illum tex. Et propterea si legetur usufr. omnium bonorum, destructa domo, uel combusta, quæ erat in bonis,debebitur usufr.areæ: quia testator ad certam speciem ut formam respectum non habuit, sed an uerum sit quòd res sit in bonis d.l.quoties.§. fi. & certum est, quòd destructa uel combusta domo area remanet in bonis. & quòd in usuf.inspiciatur sola forma,no.Imo.in l.peculium.§. quadrigæ.ff.de le.2. Verum prædictis obstat l.seruum filij.§.si pocula.ff.de le.j.ubi licet pocula legata redigantur in massam: nihilominus massa debetur.

40 Item prædictis obstat l.si grege.in fi.ff.de lega.j. † ubi legata domo & demum uiuo testatore combusta & destructa area debetur & durat pignus domus in area domo combusta l.domo.ff.de pig.act.in qua l.si grege.iuncto §. si grex.In

sti.

Source : BIU Cujas

ſti. co. etiam dicitur, quòd legato grege etiam ſi ad unam tantum ouem perueniat,illa debebitur:licet tunc forma gregis & eius eſſentia ſit extincta:cum non poſſit eſſe grex, niſi ſaltem ſint 10.animalia l.oues.ff.de abi.& quod habetur per gl.in uerbo gregibus,in cle.1.de deci. Item ob. l.ſi ſeruus.§. boue.ff.de condi.furt.ubi boue mihi ſubtracto mortuo cõpetit mihi actio ad ipſam carnem etiam particulariter & ad corium & cornua, licèt aliæ res ſint a boue.& etiam obſtat l.domum.ff.de contrahen.emp. ubi quæritur, an duret emptio domus ea combuſta,& diſtinguitur quanta pars remaneat, propter quæ çontraria materia iſta redditur difficillima:& Doc.in d.l.grege.& ubicunque tangunt iſtam materiam illam iudicio meo dimittunt confuſam & minus bene declaratam.

Nam Bar.in d.l.peculium.§.j.per illum tex.ubi Cu.Imo.&
41 Pau.de Caſt ita tenent:& Bar.in d.l.mortuo.in prin.dicit† ꝙ ubique principalis uel potiſſima pars deficit:legatum perit, prout eſt in boue,cuius anima, quæ dat ei uitam & eſſentiã bouis: quia eo extincto perit legatum „ ſimile in quadriga mortuo equo principali d.l.peculium. §.j. & ubi pars potiſſima remanet, non extinguitur legatum, prout eſt in domo legata:quia area ſeu ſuperficies, quæ eſt potiſſima parſ.l.qui res.§.aream.in fi. ff. de ſol.remanet: & ideo ſecundum eum legatum debetur.& hoc uoluit ante eum gl.fi. in d.l.grege. per text.in d.l.qui res.§. aream. & ad hoc facit c.eccleſijs . & c.fabrica. de conſecr. diſ. j. ubi ſi remanet maior pars eccleſiæ,non perit eius conſecratio', alias ſic.facit quod dixit Bal. in rub.ff.de re.di.in 3.colum.dum dixit,quòd quando ædificium eſt factum in flumine publico, ſi eſt collapſum in tantum, ut fundamenta in totum uel pro maiore parte ſint ſublata,amittitur ius ædificantis aliàs non,de qua materia habetur per Bar.in l.quominus 15.q.ubi Moder. ff.de flu.& in l.fi.ff.de uſuc.cum concor. & dicam infra in 10. conclu. ſed hæc diſt.confunditur ex tex. in d.l. grege.ubi remanẽte una oue ex grege debetur legatum: licet minor pars remaneat, & maior ſit extincta.Item confunditur ex tex.in d.§.quadri-
42 gæ.ubi † remaneat, maiore parte nihilominus legatum perit forma rei legatæ perempta. Item confunditur ex tex.in d.l.domum.ff.de contrahen.emp. qui dicit, quòd ſi uendita ſit domus combuſta, quam contrahentes non ignorabant combuſtam, licèt dimidia pars ædificij ſuperſit, aut minor nõ compelletur emptor ſtare emptioni,& quòd ſi ſola area remaneat,non poſſit ſubeſſe emptio, nec tenere cõtractus, quaſi deficiat ſubſtantia:idcirco gl.in d.l.peculium.§. quadri gæ.aliàs § j.dixit, ꝙ ideo ibi uno equo perempto extinguitur legatum.& in l.quid tamen.§.fi.cum l.ſeq. ff.quib.modis uſuſf.amit.ubi eſt ſimilis tex. quia deſinit eſſe quadriga: ſed certe hæc diſtinctio confunditur ſecundum Doc. maxime Paul.de Ca. quia legata domo quæ penitus corruat:quo caſu deſinit eſſe domus,nihilominus area debet, ut dictũ fuit, & legato grege ſi ad unam ouem deueniat, quo caſu deſinit eſſe grex,illa ouis nihilominus debebitur,ut etiam dictũ fuit.Et per prædicta dicebat Pau.de Caſt. in d. §. quadrigæ,
43 quòd † ſi moritur equus principalis quadrigæ, nihil debeatur de quadriga,nec etiam ligna quadrigæ:quòd ſi principalis equus non moriatur,tunc reliqui equi & ligna quadrigæ debeantur:& licèt tex.d. §. quadrigæ . hoc ſonet, tamen eſt contra d.l.quid tamen.§. fi. ff. qui. mo. uſuſf.amit. ubi ex eo quia perit quadriga,perit legatum:& cõfunditur etiam hęc ſua opinio ex d.l.ſi grege,ut dictum fuit. Vnde Bal. d.l.mortuo boue.aliter dicebat,uidelicet quòd quando pars quæ remanet durat:ut pars formalis eiuſdem ſubſtantiæ ſeu totius quod demonſtratur,quando eſt conuertibilis ad illud cuius erat pars:tunc reliquum debeatur, prout eſt area diruta domo:quia ipſa area durat ut pars ſubſtantialis domus,cum ſit habilis ſicut ante & ad ædificium conuertibilis: non ſic etiã ſecundum eum in boue, quia eo mortuo caro non dicitur ut pars formalis domus,nec ſit reducibilis ad primam eſſentiam : & idem eſt de una oue quæ remãſit ex grege:ſed hæc doctrina etiam confunditur ex tex.in d.§.quadrigæ. & in d. l.qui uſumfructum.ff. de uſuf. & in d.l.quid tamẽ.in fi.ff.qui. mo.uſusfru.amit ubi licet pars,quæ ſupererat,eſſet pars formalis conuertibilis ad illud, cuius erat pars:nihilominus nõ debetur,nec ſolutiones datæ per Fran. de Are. in d.l.grege. tollunt cõrraria:& propterea Cu.in d.l.grege.& in d.l pecu-
44 lium.§.quadrigæ . dixit † ubi legatum conſiſtit ex capitibus ſeparatis:quorum unum non eſt principalius altero : legatũ debetur in eo quod remanet.& ita intelligit d.l. ſi grege . & d.l.peculium . in prin.ſed tunc obſtat l.ſi id quod. ff.pro ſoc. & l.ſi ita.ff.de au.& ar. le. unde Bal.in d.§.quadrigæ.uidetur uelle poſt gl.ibi, quòd pereat diſpoſitio, ubi res deuenit ad caſum quod pereat diffinitio,quod non placet Bar. & Doc. quia tenet legatum gregis uel domus:licet pereat diffinitio. & idcirco Mod.in d. l.grege. diſtinxerunt tres ſpecies entiũ iuxta gl.in §.ſi grex.Inſti.de leg.& l.rerum.§.j. ff. de uſuca.& l.in rem.§.at in his.ff.de rei uen.dicentes quòd quædam cõſiſtunt ex capitibus ſeparatis & diſtantibus, ut grex,armentum equitum & ſimilia:& tunc licet plura ex eis moriantur uel maior pars,etiam ſi unus tãtum ex eius remaneat,quod ſupereſt debetur d l.grege. cui membro obſtat d. §. quadrigæ.ubi paret, ꝙ uno equo mortuo alij non debentur.

45 † Quædam uerò conſiſtunt ex partibus integralibus : & coherentibus:ut eſt domus : quia ſecundum legiſtas conſiſtit ex ſolo,& ſuperficie: & ſecundum logicos ex ſolo,tecto & pariete,iuxta l.eum qui ædes.ff.de uſuc.& gl. in l.ſolum.ff. de rei uen.& tunc ſi ſupereſt illud, quod eſt principalius,debetur ex diſpoſitione facta de domo, ſolum enim eſt principalius d.§.aream.in fi.& patet quia ſuperficies cedit ſolo,nõ autem ecõtra l.obligationum ferè.§.placet.ff. de acti. & ob. & Inſti.de rerũ diui.§.cũ in ſuo. cui membro obſtat d.l.domum.ff.de contrahen.emp. & d l.qui uſumf.

46 † Quædam uerò conſiſtunt uno ſpũ, ut hõ, bos & equus: & tunc quod ſupereſt non debetur d l. boue. cui membro obſtat d.l.ſi ſeruus.§.boue.ff.de condi.fur.& d.l ſi ſeruum filij.§.ſi pocula.unde Bar.in d.l.ſi ſeruus.§.boue facit aliam diſtinctionem dicens, quòd quandoque unum totum integrale poteſt a me peti tanquam meum: & tunc eo diſſoluto poteſt peti quælibet pars per illum tex. quãdoque uerò poſſum petere unum totum integrale tanquam mihi debitum actione perſonali: & tunc eo diſſoluto ſine culpa debitoris non poſſunt peti partes d.l.mortuo boue. quam Bar. ita intelligit: ſed hæc diſtinctio etiam confunditur: quia non eſt uerum, quòd legatario uiuente teſtatore competat aliqua actio etiam perſonalis:& quia obſtant multa ex iuribus præalleg.& non eſt generalis:imo prout declarat Pau. de Ca. in d.§.boue.iſta diſtinctio ſimpliciter intellecta eſſet in multis falſa.Et prędictis apparet dici poſſe pro ſolutione contrariorum,ſoluat Apollo: ne tamen hanc materiam pro poſſe cõfuſam relinquam putaui in ea facere aliquas concluſiones ex quibus redditur clarior.

47 **Quarta igitur ſit** concluſio ad præcedentem ſubalterna, † ꝙ quando perijt ex toto res,de qua facta eſt diſpoſitio:puta legatum, uel contractus,pariter pereat diſpoſitio circa illam,& hæc concluſio probatur in l.& ſi conſenſum . in prin.ff.de contrahẽda emp.& in l.j C.de iure emph:& in § adeo.Inſti. eo & in l. fideicommiſſa.§. ſi rem.ff. de leg.3. ubi dicit limitando hoc uerum in legato : niſi duret uoluntas legantis ; quia æſtimatio,uel tantundem debetur hæc concluſio probatur ex tex. in d.l.Seya.circa fi.ibi,extinctum ſit.ff.de au.& arg.leg.& facit l.neceſſario.§ quòd ſi neque.§.j.ff. de peri.& commo. rei uen.& in l.2.ff.de uſuf. facit l. ſi ex legati. & l.inter ſtipulantem.§.Sthicum.cum ibi traditis.ff.de uer. ob.ubi perempta re promiſſa perit ſtipulatio ſic & pignus l.ſicut. in prin. ff. q. mo.pig.uel hy.ſol.facit l.j.cum ibi notatis per Mod. C.de in
48 re emp.iuncto tex.illius l. in uerbo prorſus † ꝙ emphyteuſis pereat ita demum,ſi tota res pereat, & non aliter:quod etiã uoluit Ang.in §.itaque.in Aut. de nõ ali.& dicam.infra in 5. concl.quæ concluſio limitatur:niſi dare debentis culpa uel mora pereat,ut demon.fuit ſupra,& per d.l ꝙ ſi neque.& d. l.ſi ex legati & l.cum eis.in fi.& l.quid ergo. §. ſi hæres.ff.de leg.1.& d.l.inter ſtipulantem.§. Stichum. cum ibi traditis.& l.huiuſmodi.§.ſi cui.ff.de leg.primo. ubi idem in legato generis facta electione,uel oblatione.

Scđo limitatur, niſi poſt implementũ diſpoſitionis fuerit perempta,uel ubi a iure habetur pro impleta: ut ꝙ uẽditor rẽ uenditã tradidit,q̃ poſt traditionẽ,uel aliud,qđ habeat̃ loco traditionis,perit:uel quia non ſteterit p emptorem,quominus traderet. quia non perit ꝯctus,ſed ſupereſt uenditori actio ad preciũ l.fi.iuncta l.prẽce.& l.cũ ꝓuenit.in fi.C de peri.& cõmo.rei uen & l.id qđ.in prin.& l.ſi p emptorẽ.& l.lectos.cũ.2.ll.ſeq.ff.eo.& idẽ patet in rebus poſitis in ſocietate
49 l.ſi id qđ.§.j.ff.pro ſoc.Ex † qua limitatione inferẽ, ꝙ ſi qs donauit & tradidit rẽ eccleſiæ,ut eũ alimentet, & res ipſa poſt traditionẽ pereat,nihilomin⁹ eccleſia teneat̃ ad alimẽta: ꝙ res perit periculo ci⁹,cui⁹ eſt dñiũ l j.C.de iure emph.ubi D. me⁹ laſ.plene ĩ l.4.& 5.col.& Panor.c.fi.de rerũ ꝑmu.& Pet. de Anc.Imo.& Cano.in c.potuit.de loc.& quod not.in l.utique.maxime per Alb.de Ro.Bal.& Ang.ff. de rei uen.

50 **Quinta** Cõcluſio ẽt ad tertiam ſubalterna ſit, ꝙ † qñ forma extinguit̃ remanente aliqua parte de materia:perit eius qualitas,& pariter diſpoſitio facta de qualitate ipſius rei.exemplum patet in calice fracto, qui deſinit eſſe ſacer.aut.præterea.cum gl.& ibi no. C. de ſac. ſan. ec.& patet in uſufru.qui eſt qualitas & accidens proprietatis l.2 & quod habetur ibidem per gl.Bal.Ang. & l. qui uſumf. cum glo.& ibi not.ff.de uſuf.& eſt gl.in l.j.ff.de uſuf.le.quia ſi proprietas amittat formam habebat tꝛe conſtituti uſusfructus

peribit

Source : BIU Cujas

peribit cõcessio ac legatũ facta de vsufructu:vt si domus cõburatur,vel ruat:quia licèt sedimen remaneat,nõ debebitur vsusf.vel si legeẽ vsusf.agri,qui efficiaẽ stagnum:quia vsusf.stagni non debebiẽ l.si ager.& l.quid tñ.in prin.ff.qui.mo.vsusf. amit.& d.l.qui vsumfr.in prin.ff.de vsuf.& §.pe.Inst.c. cũ con
51 cor.supra alleg.† vbi assignauit etiã rõnem: quia vsusfr. areæ nõ est vsusfructus legatus,qñ legatus fuit vsusfructus domus, quæ postea corruit nec vsusf.areæ est pars domus integralis, cum alio modo quis fruatur domo & alio area. Simile si legetur vsusf gregis,qui ad vnã ouẽ deueniat:.vt si legeẽ vsusf. bouis,qui pereat:quia non debebitur vsusfru.vnius ouis, vel carnis,aut corij mortui bouis l.pe.& fi.ff.qui.mo.vsusfr.amit. sunt enim diuersi vsusfructus:& vt dixi supra:si aũt remaneat aliqua pars domus,vel insulæ,debetur etiam vsusfru.areæ l.si cui insulæ.ff.de vsufr.dummodo secũdùm Iac.de Ra.& Alb. ibi duret portio domus formam habens domus, quæ possit habitari. ad prædicta facit l. 1. & 2.ff.de pecu. vbi extincta re principali legata perit legatum in accessorio.

Tertiò limitatur quò ad iura realia, quæ non pereunt re perempta habitum licèt actu exerceri non possint: vt dicam in seq.membro in 2.conclu.& seq.facit l.seruitutes.§.si subla tum.ff.de serui.vrb.prædio.

Quartò limitatur in legato generis: quia pereat vna spẽs, quæ peti potuisset,non perit debitum l. inter stipulantem. §. sacram.ff.de verbo.obliga.& l.qui 10.in princ.ff.de sol.& l.in æde.§.species argenti.ff.ad legem Falc.

52 **Sexta** Conclusio est,ꝙ qñ disp̃ verisimiliter†vel ex verbis vel ex mente certã spẽm vel formã non cõcernit,tunc sortiẽ effectũ circa id quod de substantia vel materia remanet:licèt perempta sit forma rei quæ suberat tpe dispositionis,vt patet in l.quoties.§.fi.ff.qui.mo.vsusf.amit.vbi legato vsufructu bonorũ: licèt dom⁹,q̃ erat in bonis corruat debebiẽ vsusfructꝰ areæ:qa testator nõ habuit respectũ ad formã:sed an esset in bonis:& ꝙ in hoc ꝯsideret mens & voluntas disponẽtis,patet in d l.seruũ filij.§.si pocula.ff.de leg.1.& in l.q̃sitũ.§.illud fortasse.cũ ibi no.ff.de leg.3. Et ꝓpterea bona fuit ꝯsideratio gl.ĩ l.sed & eo.ff.qui.mo.vsusf. amit. q̃ vult iũcta l.p̃cedenti,ꝙ licèt legato vsufr.domus, q̃ postmodũ sit diruta,peat legatũ, & nõ debeaẽ vsusfr.areę:nihilominus tñ legato vsufr.fundi,in quo sit villa,q̃ sit collapsa,debebiẽ vsusf. soli,in quo erat villa,quãuis fundus ad villã esset accessorius: quia testator legando vsumfr.fundi ad totũ fundũ,in quo reperitur tale solum, respectum habuisse censetur.

53 **Septima** Conclusio † ad p̃cedentes subalterna sit, ꝙ qñ disponiẽ de re, cuius expressio significat certã & determinatã formã:perẽpta forma perit dispõ,quasi tunc disponens voluerit in dubio habere respectũ ad formã: & ita intelligo d.l.peculium. §. quadrigæ.ff.de leg.2.& est de mente Cu.ibi in fin.com.vbi Bal.hoc ẽt innuit.Nã quadriga ex sui expressione representat illam formã, q̃ consistit in numero quatuor.vnde ad illã vĩ se restrinxisse testator, quã verbum sonat,& nõ mirũ,si mortuo vno equo perit legatũ quadrigę:& hęc ꝯclusio probaẽ ex l.quid tñ.§.fi.ff.qui.mo.vsusf. amit.vbi tex.dicit,aliud esse,si legeẽ vsusfr.quadrigæ. vt tunc vno equo mortuo extinguaẽ legatũ: aliud verò si legenẽ ęq: quia in reliquis tenebit legatũ Itẽ probatur ex l si id quod.in prin.ff.pro soc.Et credo ꝙ ista sit magis accommodata solutio,q̃ ad illũ tex.hactenus inueniaẽ.nec obstat l.seruũ filij.§.si pocula ff.de leg.1.vbi legatũ poculorũ debeẽ, licèt desierint esse pocula,& ad massam sint redacta:quia licèt expressio huius nominis præseferat rei constantiã, puta ꝙ ad potandum sint habilia, nõ tñ præsefert certam formam, sicut quadriga, & prout si diceretur, lego poculum talis formæ cum plures sint formæ & species vasorum ad potandum habilium l. Seyæ dulcissimæ.ff.de auro & arg. leg. quòd autem attendatur voluntas expressa,dictum fuit in præced. conclu.

54 **Octaua** Conclusio sit: ꝙ † qñ remanet potissima, seu principalis pars rei,de qua disponiẽ: dispõ nõ perit:sed hẽt in ea effectũ: licèt forma q̃ suberat tpe dispõnis perierit.& ita procedit l.si grege.in fi.de leg.1.iũcta l. domo. ff.de pig.act.vbi domo legata vel hypothecata si collapsa sit, non perit pignus vel legatũ:sed area debeẽ & remanet hypothecata:& ista est cõis sntia,quã Dy.Bar.Imo.Cu. Pau. de Ca. & cõiter Doct.sequunẽ in d.l.mortuo boue.in prin.& in l.peculium.§.1.ff.de leg.2.reprobata glo.ibi in d.l.mortuo boue. quæ aliter dicit,& in l.seruum filij.§.si areæ.ff.de leg.1. Est.n. area potissima pars domus l. qui res. §. aream.ff de sol. & ita saluatur glo.fi.in d.l.si grege.& Bar.in d.l. peculium.§.quadrigæ.aliàs.§.1 & in d.l.mortuo boue.in princ.vbi patet, ꝙ minima parte remanente cessat dispositio: vt dixit Bart. in d.§. quadrigæ.in fin.com.& Cuma. post eum per illum tex.dum vult considerari,an remaneat equus principalis, & est gl. no. in l.pediculis. §.fi.in glo. fin.ff.de auro & argen. leg. quæ vult
55 †ꝙ si legetur ornamentum factum ex gemmis,& contingat adimi gemmam principalem ex natura ornamenti, ꝙ legatum pereat & non debeatur in reliquo: & simile exemplum poni põt in firmalijs, in quibus adest in medio vna gemma pretiosior alijs:quia illa adempta perit totum legatum firmalij,per illum tex.qui tex.est notabilis in lapillis ademptis.vt legatum extinguatur, limitando iuxta l.si gemma. eod.tit.vbi gemma specialiter legatur, & in vsufructu hoc est clarum l. quid tñ.§.proinde.ff.qui.mod vsusfr.amit. Item iuxta prædi-
56 cta dixit Bal.in d.§. quadrigæ. ꝙ † licèt nõ vitietur indicatus collegij per excõicationẽ vnius: tñ si ille excõicatus sit prior collegij & persona, quæ actui principali præstet authoritatẽ vitiatur:quicquid sit tali existente excõicato, vt latè traditur in c.consulti.de procur.& aliquid in c. ad probandum. de re iud.nec prædicto tex.in § quadrigæ obstat l.quid tamen. §.fi. ff.qui.mod.vsufr. amit. vbi vno equo perempto perit legatũ vsusfr.non habito respectu an esset principalis:nam ſm Imo. in d.§.quadrigæ. in vsufr. magis inspicitur forma quàm substantia,seu materia.& ita saluatur opin. Ang.in §.itaq;.in Authen.de non alie.quam sequitur d.meus Ias in l.1.in 4.col. C. de iure emphy.post Imo.in c.potuit.in 18.col.de loca.ꝙ si domus emphyteutica ruat, non perit emphyteusis propter solum,quod remanet per d.l.1.& §.adeo.Instit. de locato. licèt Ioan.de Ana.in c consuluit.de Iudę. dicat hoc dictũ esse periculosum.Et ita põt procedere d.l.mortuo boue. dum vult, ꝙ mortuo boue legato neque corium, neq; caro debeatur: quia verum est dicere,ꝙ maior pars perijt: cum anima sit in boue potior pars ſm Bar.Pau. de Cast. & Doct. ibi & pluries dictum fuit supra eo. licèt vt dicam in seq. conclu. d.l. possit habere alios intellectus & alium sensum & ita procedit l.seruum filij. §. si pocula.ff.de leg.1. quia licèt pocula in massam redigantur:tñ massa est potissima pars, vt de se patet.

57 **Nona** Conclusio limitatiua p̃cedentis est,† ꝙ qñ dispõ concernit rem, cuius forma perẽpta id quod remanet non sit reducibile ad pristinã formã;tunc extinguitur dispositio circa talem rem facta: & ita procedat d. l. mortuo boue. in princ.ff.de leg.2.ſm Bal.ibi,vbi mortuo boue extinguitur eius legatũ,nec caro,nec coriũ debeẽ: nã prout dicit Bal.caro & coriũ non sunt reducibilia ad pristinã formã bouis,quę cõsistebat in anima & vita,vt dixi supra eodẽ.quãuis Bar.assignet alium sensum & rõnem circa illũ tex.& ad propositum an pars remanens sit conuertibilis ad primum esse vel non,plura dicam infra. Et hæc conclusio ex mente Bal. in loco præallegato procedit, siue perempta forma remaneat potissima pars,siue non sed minor.Et ex hac cõclusione consunditur illa opin.ꝙ quia in legato vsusfr. cõsideratur forma econtra in legato proprietatis materia seu substantia, vt dixit Imo.in l.peculiũ.§.quadrigæ.ff.de leg.2.intelligendo substantiam prout intelligit Imo. & plures alij, de quo per gl.& Doct.in l.qui vsusfr.in princ.ff.de vsufru.& dicam infra.

58 **Decima** Conclusio est, † quòd in his quæ formantur ex corporibus distantibus & separatis: licèt tot ex ipsis corporibus pereant, quòd pereat forma, quæ ex eis tempore dispositionis perficiebatur, dispositio durat in in eo quod remanet, licèt non sit potissima pars: vt patet in l.si grege.ff.de leg. 1. quasi tunc in quolibet resideat dispositio testatoris: vnde non mirum si grege legato debeatur, quod supereſt, etiam si ad vnam tantum ouem perueniat, vt ibi.& in §.si grex.Instit.de lega.ratio esse potest distãtia: quia grex ex corporibus distantibus constat:vt dicit tex. in d. §. si grex.& domus ex cohęrentibus,& si in domo,quæ consistit ex cohærentibus,attenditur,an potissima pars remaneat: vt dixi in 5.conclusio.in distantibus corporibus ratione distantiæ aliquid plus esse debet, vt etiam si minor pars remaneat,
59 teneat dispositio. Ad idem facit † quia in simili videmus in vniuersitate,vel collegio, ad quorum esse plures personæ requiruntur, & in vno solo ius vniuersitatis respondere põt l. sicut.§.fi.cum glo.ff.quod cuiusvni.no.c.fi.65.dist. cum concor.& ideo ius eligendi,qđ habet vniuersitas, residet in vno solo c.grauatum.de postu.præl.de quo per Pan. latè in cons. 122.incip.quoniam de infrascriptis 4.dubio. & 145. incip. in quæstione.in fi.sed ista ratio nõ vĩ concludens:quia vt declarat Pau.de Cast.in d. l. si grege.in fi. com. vniuersitas hoĩum habet iura,quæ possunt residere eis mortuis: nõ sic in vniuersitate rerũ,vel pecorum,seu pecudũ:& ſm Cu.in l.peculiũ.§. quadrigæ.ff.de leg.2.hoc ideo est in grege: quia nullũ caput est alio principalius, quo casu in qualibet parte durat prior dispositio,vt dictum fuit supra in 3. conclu.in fin. Et sic ratio esse põt: quia quælibet ouis per se põt tantã vtilitatem afferre,sicut in grege foret alatura:& est eiusdem vsus: non sic in domo & area. Ex quo verisimiliter argui potest, ꝙ disponẽs etiam ad quamlibet ouem particulariter respectum habuerit:vt patet in l.si chorus. in princ.ff.de leg.3.quasi idem iuris sit de parte quod de toto l.quæ de tota.ff.de rei vend.cũ vul.
60 ita vt eadẽ subsit conuent.coniectura.†& licèt sit differentia

Source : BIU Cujas

an legetur grex; an decẽ oues, quæ faciunt gregem: vt eſt tex. in l. quid ergo. ff. de vſufr. vbi Alb. & in l. quid tñ. §. fi. vbi etiã Albe. ff. qui. mo. vſusfr. amit. nihilominus tñ hæc differentia probatur ex d. l. ſi chorus. in prin. vbi dicit tex. ꝙ grege legato ſingulæ oues legatæ cenſentur, iunctis no. per Bart. in l. ſcire debemus. in princ. circa fi. com. vbi etiam per alios. ff. de verb. obl. & per Ang. in l. grege in prin. ff. de pigno. dum dicunt, ꝙ pro debito gregis põt agi ad vnamquanq; ouem tanq̃ debitam, nõ ſic pro debito domus in ſua forma exiſtentis l. in cõmodato. §. duabus. ff. commo. vnde deſtructa forma pariter eſſe debet diuerſitas, & fortior debet remanere obligatio &
61 debitum gregis. Item facit † quia iſta vniuerſalia rerum vel corporum: vt eſt peculium; familia, grex· & ſimilia de eorum natura recipiunt diminutionem, vel augmẽtum d. l. peculiũ. in prin. ff. de leg. 2. & d. l. ſi grege. ff. de leg. 1. & d. §. ſi grex. cũ ſeq. Inſt. de leg. & l. grege. in princ. ff. de pig. & l. ſi cũ teſtõ. §. ſi petiero. ff. de exce. rei iud. facit l. 3. in prin. ff. de rei ven. & dico in tract. de augm. in 15. vel 13. conclu. Hinc in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei l. ſi rem & pretium. ff. de peti. hære. ideo non eſt mirandũ ſi quod ſupereſt ſimpliciter debetur: & ex his patet quid de dote & hæreditate diminutis eſſet dicendum. an aũt ſit differentia dicere, lego gregem, vel dicere lego 10. oues ponit Cu. in d. l. peculium. in prin. ff. de leg. 2. Et ſi ad prædicta opponatur de l. pediculis. §. fi. ff. de au. & ar. leg. iuncta gl. fi. vbi inſpicitur, an ademptis gemmis ex ornamento remaneat maior pars, qñ nõ adeſt aliqua principalis, põt dici, ꝙ ex quo gemmæ ibi erant vnitæ, conſiderantur vt capita diſtantia. Et ſi opponaẽ de l. ſi id quod. in prin. ff. pro ſocio. vbi extincto vno equo quadrigę non conſiderato an aliquis equus eſſet principalis, perit ſocietas ea occaſione ꝯcta. Reſpondetur, ꝙ hoc procedit in ſocietate contrahenda & in iure de futuro: ſecus in contracta vt ibi. ꝙ ſi replicetur, ꝙ acquiſitio legati etiam eſt ius de futuro pendens ex futuro euentu: adhuc reſpondetur, ꝙ ibi eſt ius de futuro producendum & cauſandum non in quadriga, ſed ex quadriga: vt quia contrahitur ſocietas non in quadriga: ſed in pretio, quod ex quadriga percipietur in tantũ, vt videatur defenſabilis illa opin. Cu. ex qua põt fieri alia concluſio. Quia vbi aliquid conſiſtit ex capitibus diſtantibus & ſeparatis, quorum vnũ non ſit alio pretioſius, ſi pereat pars etiam maxima, debeatur legatũ etiã in minima parte, prout in grege vel peculio limitãdo prout in ſequenti concluſione. facit l. quod ſæpe. §. in his. in fin. ff. de contrah. emp. Item & alia concluſio, ꝙ in conſiſtentibus ex capitibus diſtantibus & ſeparatis ſui natura & hominis miniſterio vnitis, ſi vnũ nõ eſt principalius alio aliquibus ademptis vel peremptis durat in reliquis prior diſpoſitio, quando in illis reliquis conſiſtit maior pars.

62 **Vndecima** Concluſio eſt, † ꝙ licèt minima pars remaneat: ſi tñ remanet nomẽ primęuũ, non perit diſpoſitio: vt patet in peculio, quod verificatur, ẽt ſi vnus tãtum nummus ſuperſit ſm Cu. in l. peculium. §. quadrigæ. ff. de leg. 2. Et hæc concluſio probatur ex tex. in l. ſi cui inſulæ. ſm intellectum Iac. de Ra. & Alb. de Ro. ff. de vſufr. Et dici põt, ꝙ non perit diſpoſitio nec etiam res, vt in hæreditate, quæ nudo nomine conſiſtit: & de hac materia ſupra in 8. concluſione, quid in collegio, qñ oẽs pereunt, hr̃ in l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vni. no. & dictum fuit ſupra eo. in 3. conclu.

63 **Duodecima** Concluſio eſt, † ꝙ qñ totum integrale ad aliquem ſpectat: ad illũ pariter ſpectet quælibet pars, non obſtante ꝙ forma ſit perempta, & ita volunt gl. & Doc. in l. mortuo boue. in prin. ff. de leg. 2. vbi Pau. de Caſt. & ita procedit l. ſi ſeruus §. boue. ff. de condi. fur. vbi Bar ita loquitur. Nã ille tex. vult, ꝙ licèt bos ſurreptus ſit mortuus: tñ dñs poſſit petere carnes, corium & cornua tanq̃ ſua, & aliud eſt in legato, quod non eſt debitum niſi ſpe, ſm Alb. de Ro. ibi ſubdit Bar. in d. §. boue. ꝙ ſi quis proſequitur actione perſonali, non põt hæc petere forma perempta intelligendo ſm no. in ſeq. membro 2. conclu. 2. limita. vnde cum pro domo publiciana competat actio realis, diruta domo cõ petit actio publiciana etiã ad cementa l. ſi ego. §. fi. ff. de publ. & ſm prædicta intelligi debet, quod dixit Bar. in l. ſcire debe
64 mus. in prin. circa fi. com. ff. de verb. oblig. dum dixit † ꝙ domo diruta ſingulæ partes debentur & peti poſſunt per tex. in d. §. boue. & in l. in commodato. §. duabus. ff. commo. facit l. ſi fundus. §. ſi res. ff. de pig. Et prædictam cõcluſionem firmat etiam Alb. de Roſa. in l. ſi conuenerit. §. ſi quis. ff. de pig. actio. Et hæc cõcluſio declaratur ex tex. in l. ſi eſt. & in l. ſi id quod. in prin. ff. pro ſoc. vbi ſocietas contracta in pretio quadrigæ vendendæ perit mortuo vno equo: cum pretium quadrigæ vendendæ haberi non poſſit, ita ꝙ non ſit facta ſocietas: & ſecus eſſet, ſi ſocietas facta fuerit in quadriga: quia vno equo perempto, nihilominus durat ſocietas ex eo: quia eſt iam ius quæſitum & ſocietas contracta. Et quod dixit Bar. ꝙ ſi quis proſequitur actione perſonali, quam habet rõne rei, ſingulas rei partes, vbi forma eſt perempta, ꝙ hoc facere non poſſit, procedit ſm Fulg. in d. §. boue. in actionibus ſtricti iuris, non aũt in actionibus bonę fidei per tex. in d. §. duabus. & in l. lectos. ff. de peri. & com. rei ven. & hæc conſideratio probatur in l. naue. iunctis no. in l. 1. ff. de euic. dum ibi dicitur, ꝙ actio ex ſtipulatu ad duplum, quæ competit rõne totius, non competit ratione partis, ſed ꝙ actio ex empto bene competit ratione partis, vt etiam dicitur in l. emptorem. §. ſi quis rem. ff. de act. emp. quæ actio ex empto eſt perſonalis & bonæfidei. idem dixit Pau. de Caſt. in d. l. mortuo boue. in prin. ff. de leg. 2. per l. venditori. in fi. ff. de hæ. vel actio. ven. & per l. tenetur. §. 1. in fin. ff. de act. emp. ſubdit quòd aliud eſt in legato, quod eſt ſtricti iuris.

65 **Decimatertia** Concluſio eſt † ꝙ in odium dicipientis põt tenere diſpoſitio facta de re, cuius forma eſt perempta, & de qua pars remanſit, quæ diſpoſitio aliàs non teneret, vt probatur in l. domum. ver. ſin autem. cum gl. ff. de contrah. empt. Hinc ſm Bal. in l. 1. vlt. col. C. de iure emph. ſi domus emphyteutica ſit combuſta culpa emphyteutæ durabit emphyteuſis dño volente. facit: quia odio furis condictio furtiua ſemp durat etiam re perempta, quamuis dñs fuerit in mora agendi, niſi fur rem obtulerit l. in re furtiua. in prin. & §. 1. & l. fi. ff. de condi. fur. & hoc eſt generale ad quoſcunque debitores certæ rei, vel ſpeciei, vt ſemper teneãtur, ſi ob eius culpam, vel moram res ante eius præſtationem ſit extincta vel deteriorata: vt dictum fuit ſupra in quarta concluſione, & patet in l. ſi ex legati. ff. de verborum obligat. Et ſi quæramus, an teneatur ad æſtimationem totius, an eius quod deficit traditur per Pau. de Caſt. in d. l. mortuo. in princ.

66 **Decimaquarta** Concluſio ſit † quòd perempta tota re: ius quod quis habet per modum facultatis non ſemper perit: vt quia habeam ſuper flumine molẽdinum, quod ſit penitus deſtructum: quia poſſum aliud facere ſecundum Bart. in l. quominus. in 15. q. ff. de flu. & in l. fin. ff. de vſucap. vbi Ang. Pau. Imo. Cuma. Pau. de Caſt. Bald. in conſ. 119. incip. & videtur. in primo vol. 1. ſtampa. facit optimè l. qui luminibus. ff. de ſerui. vrba. prædio. nec enim rei ſubſtantia conſiſtit in domo diruta propter ius facultatis ex præoccupatione: vel aliter acquiſitum: & in l. qui luminibus. aderat dominium areæ, iuncta l. diſpoſitione l. altius. C. de ſerui. quòd ſit vnicũique facultas ædificandi in ſuo vſque ad cœlum: vbi autem ſumus extra terminos facultatis dominij ſolum diruta domo periret ipſa rei ſubſtantia & ſolum ad ſuam naturam rediret l. in tantum. & l. Ariſto. ff. de re. diui. & tunc verificatur dictum Bal. in rub. eod. titu. 3. colum. verſic. ſed quid ſi edictum. & videatur l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrb. prædio. iunctis his quæ ibi dicunt Barto. & Ang. & quod dicit Alex. in l. inter ſtipulan. §. ſacram. in fin. com. ff. de verbo. obliga. Ad prædictam concluſionem facit, quod de ponte diruto dicit Bal. in l. 3. in fi. ff. de pri. fiſ. & in l. ſi plures. 4. col. C. de cond. inſer.

Decimaquinta Concluſio eſt, quòd quando ſit diſpoſitio de re, cuius forma ante diſpoſitionem erat perempta: non eſt materia noſtra: & tunc procedit l. domum. ff. de contrahen. emptio. vbi ſit di-
67 ſtinctio, quæ & quanta pars remanſerit: † & dicitur quòd ſi remanſit maior pars, tenet contractus, quòd ſi dimidia, vel minor non tenetur emptor ſtare contractui, ſi nõ vult, quòd ſi tota domus erat deſtructa, non potuit tenere emptio in ſolo. & ratio eſt in promptu: quia deducitur in contractum res quæ non eſt in rerum natura, cum ſolum ſit pars domus d. l. ſolum. ff. de rei vend. & ſupra dictum fuit: & dici non poteſt pars domus, niſi ſit perfecta & in eſſe. at ſi teſtator legat domum, quæ poſtmodum ruat, diſpoſitio teſtatoris, a qua dependet legatum, facta reperitur de domo perfecta. vnde non mirum ſi ea diruta in area conſiſtat legatum. Et ad materiã huius concluſionis videri poteſt §. 1. Inſtitut. de inuti. ſtip. & l. inter ſtipulantem. §. penult. ff. de verbo. obligat. vbi traditur, quòd inutilis eſt ſtipulatio rei iam peremptæ, & ex illis iuribus cum ibidem no. per Imo. in cap. potuit 21. colum. ff. de loca. declarari poteſt & limitari hæc concluſio. & ſi dicatur, ꝙ text. in l. domum. vult maiorem partem remanere, vt teneat diſpoſitio, cuius contrarium dicitur in l. ſi cui inſulæ. etiam ſecundum intellectum Iacob. Butr. & Alber. de Roſa. ff. de vſufructu. reſponde. puto, quòd in l. domum. emptor credens illam in primo ſtatu eſſe emit tali contemplatione. vnde attenditur quod ſit minor pars, ar. l. arboribus. ff. de contrahen. empt. quæ ratio ceſſat in d. l. ſi cui inſulæ.

Decimaſexta concluſio eſt, quòd
68 † vbi de facto & nõ ex iuridica ptãte deſtruẽtis forma perit, vt in eccleſia deſtructa, vel in ciuitate ab hoſtib. ſeu tyrãno, non perit prior iuris diſpõ, nec priuilegia ipſis eccleſiæ & ciuitati

uitati iam conceſſa ſm Inn.& Doc. in c.cum ex iniuncto.per illū tex.de ope.noui nunt.Bal.& Ang.Alb.& Floria.& cōiter ſcribentes in l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.de ſeru.vrb.præd.& Bal.ac Ang.in l.proponebatur.ff.de iudi.& Bar. ac Docto.in in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obli. cum concor. ibi traditis per Alex. & in l.ſi grege.ff.de leg.1.& per Fely. in in c.cum dilecta.vlt.col.de reſcri.tradunt legiſtæ in l.ſi vſusfr. ciuitati.ff.qui.mod.vſusfr.amit. & dixi plenius in materia refectionis.

69 **Decimaſeptima** Concluſio eſt,ꝙ†qñ perit ſubſtantia,de qua in legato,vel diſpoſitione,& alia fuit ſubrogata,durat diſpoſitio in ſubrogata in ſingularibus non tantū in vniuerſalibus, vt eſt peculiū, grex & ſimilia l.peculium.in princ.ff.de leg.2. Alex. conſ.43. in 1.vol.cum concor.de quibus per Fely.in c.cum olim. pen. col.in ver.ad 10.de maio.& obe.& materiam, an ſubrogatū ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur dico in materia extenſio.in rub. ad quæ fiat extenſio. §. quod ad ſubrogata. Et ad materiam huius concluſionis facit l. grege.cum ſeq.ff.de le.1.& l.Titia filiæ.§.Titia.cū ibi no. per Bar.& Doc. ff.de condit.& demon.& l.ſeruus legatus.§.quinque.cum ibi no.per Bar.ff.de leg.1. cum ſimi. Et de pęna ſubrogata an dicatur eiuſdem naturæ Bar & Imo.in l.2.in 1.& 2.col.ff.de publi.iud.Bar.& Bar.& Doct.in l.1.ff.de in li.iur.& qñ ex vna diſpoſitione vna obligatio in aliam trāſfunditur, puta niſi des Titio fundum, volo ꝙ tenearis in centum, quis effectus reſultet:eſt longa materia,de qua in d.l.1.& in l.ſi quando.§.hęres.ff.de leg.1.& in l.1.ff.de penu legata.& in l.1.§.ſi ita.ff.ad leg.Falc.& in l. centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco.iunctis notatis per Bar.in l.cum ſtipulatus ſim.in princ.vlt.col.ff. de verbo.oblig.cum concor.

70 **Decimaoctaua** Concluſio eſt, ꝙ † ceſſatio partis inducit in reliquis confirmationē l.tribunus.§.fi.vbi Bal.ff.de teſt.mili.& facit l. alumnæ. §.qui filias.in fi.ff.de adi.leg.no. Pau.de Caſt.in conſ.266. incip.viſo puncto.circa principium, in vol. antiquorum conſiliorum.Et qui poteſt facere actum ſine ſolennitate,quem antea cum ſolennitate fecerat,delendo,vel cancellando ſolennitatem,videtur velle:vt actus valeat iure priuilegiato d.l.tribunus.§.fi.& volunt Bar.& Doct.in l.in fraudem.§.1.per illū tex.ff.eo.& dictum fuit ſupra eo.3.concluſione.

Decimanona Concluſio eſt,ꝙ deſtructio facilius fit, quàm refectio: vt dixi in materia refectionis in primis concluſionibus.

71 **Vigeſima** Concluſio eſt † ꝙ particularis deſtructio nō inducit remiſſionem l.1.C.de iure emphyt.& §.adeo.Inſtit.de loca.regulariter tñ eſt contrarium l. 2.C.de allu.& palu.& quod dicunt Doct.de locatione in d. l. 1.C.de iure emphy. ita vt regulariter deſtructa parte rei quæ venit in diſpoſitionē pars diſpoſitionis pro rata deſtruatur, intelligendo, vt in ſuperioribus dictū fuit: & prout habetur in l.domum.ff.de contrah. emp. Et niſi culpa debitoris contingat deſtructio per ea quæ dicta ſunt ſupra 12.conclu. & ꝑ Bal.in d.l.1.col.fi.not.Albe.de Roſa.in l.item ſi fundi.§. hinc. ff.de vſufruc.& plene in materia diminutionis.Et peremptio formæ in acceſſorijs non inducit peremptionem in principali ſecundùm Bar.in d.l.pediculis.§ fi.per illum tex.ff.de auro & ar.leg.& Bald.in l.fundi.ff.qui.mo.vſusfr.amit.vbi dixit, ꝙ mutata forma in acceſſorijs principale non extinguitur.

Alio & tertio membro Quando diſponitur de re vnius formæ ſeu ſpeciei,quæ poſt diſpoſitionē transformatur & conuertitur in aliam formam vel ſpeciem iuris, quis ſuccedat. Eſt materia transformationis in qua fiunt infraſcripte concluſiones.

72 **Prima** Concluſio eſt † ꝙ transformatio eſt mutatio vnius rei certo modo formatę in aliam formā, vt habetur in l. edita. C. de eden. cum ſua materia quam lex etiam transfigurationem appellat. l. quid tamen. §.proinde. ff.quib.mod.vſusfr.amit.& quandoq; permutationem: quia vna forma in aliam permutatur:vt patet in l. Seya.in fin.ff.de au.& arg.leg.& eſt etiā tranſlatio, quæ fit de perſona ad perſonam: cum vna res deſignata vni perſonæ in aliam transfertur l.tranſlatio.ff.de adi.leg.& Inſtit.eo. & ſi ex vino fiat acetum,an fiat transformatio,tex. videtur ꝙ nō in l.in venditionibus.§.fi.ff.de contrahen.emp facit l. ſi quis vinum.§.ſi acetum.ff.de vino, tri. oleoq; leg.vbi limitatur, dico in tract.de forma.rub.de generali cognitione formæ 14.colum. & de lacte quod conuertitur in ſanguinem, & de ouo in carnes,dixi ſupra in membro præce.poſt tex. cum glo. in c. preſbyter. 82.diſt.& glo.in c.admonere 33.2.q.2.

73 **Secunda** Concluſio eſt † ꝙ noua forma dat nouum eſſe l.Iulianus.§.ſed & ſi quis. ff. ad exi. text. notabilis in l.qui vſumfruct.in princ.ff.de vſu.l.ſeruum filij.§. ſi pocula.in fin.ff.de leg.1.& l.ſi ager mutet formam, deſinit eſſe ager l.quid tamen.in princ.& l.ſi ager.ff.quib.mod.vſuf. amit.l.adeo.§.quòd ſi tota.& §.cum quis.& §. fi.ff.de acquir. rer.dom.facit in arg.c.in nouo 21. diſt. vbi ordo ſacerdotalis ex nouo teſtamento conſtitutus dicitur nouus ordo extincto priore,quem tex. Pau. & plerique ſcribentium adducūt, vt dignitas extincta demum reſtaurata dicatur noua dignitas extincta demū reſtaurata dicatur noua dignitas, de quo dixi late ſupra.Et non licèt domino vſuario vel domino vtili inuito domino directo vel inſcio aliquid in re facere,quod mutet formam, etiam ſi reddat meliorem ſecundum Alber. de Roſa.in l ſi.per illum text.ff.de vſufruc.no. do.laſ.in l.1.in vlt.charta.C.de iure emphy.Sic & agri areæ vel ſyluæ vſufructu legato perit vſusfr. ſi eorum forma mutetur l.quid tamē. §.agri.cum ſeq.ff.quib.mod. vſusfr.amit. Et ad hanc concluſionem facit l.Labeo & Sabinus.& l.mulieris.§. 1.cum glo. & l.carbonum.cum glo.ff.de verb. ſignific. iuncta l. ligni.§.1.ff. de leg. 3. Hinc lignis legatis non debebuntur carbones ex illis facti,vt ibi.& non dicitur rem exhibuiſſe, qui mutata forma exhibuit d.l.Iulianus. §.ſed & ſi quis.& non dicitur reddita alicui res,nec quis habere,vel habuiſſe rem, quādo habuit transfiguratam,ſeu mutata forma,ita vt dicatur ei abeſſe d.l. mulieris.§.1.cum glo.ita ꝙ non dicatur reddita,etiam ſi pretioſior ſit, vt ibi per glo. & per Alber. de Roſa.in l.3.§.ſi reddita.ff.commo.per l.vſusfruct.§.fin.& l.quamuis.& l.ſi cuius. §.fructuarius.& l. fructuarius nouum.ff.de vſufruct. & l.fin.ff. de vſu & habi.

74 **Tertia** Concluſio huius tertij membri eſt † ꝙ re in forma deſtructa,ſi fiat alia diuerſa: non durat circa illam prior diſpoſitio, & ꝙ ex trāsformatione inducitur mutatio voluntatis l.ſi ita legatum. §.fi.ff.de leg.1.l.Seya. in fi.ff. de auro,& arg.leg.vbi ſi fiat legatum ornamenti continentis plures gemmas, & contingat diſſolui dictum ornamentum, ac additis alijs gemmis fieri nouum: vel aliud ornamentum prius legatum extinguitur, nec gemmæ in priore ornamento contentæ debebuntur. ratio eſt: quia ex tali diſſolutione, ſeu permutatione, vel conuerſione prioris formæ in aliam diſſimilem cēſetur teſtator priorem voluntatē mutaſſe facit l.ſeruū filij.§. ſi pocula.ff.de leg.1. vbi ſi quis legauerit lancē, ex qua fecerit poculum,non debebitur poculum: niſi ex noua voluntate.faciunt quæ dixi in præce.conclu.ꝙ lignis legatis non debeantur carbones:& ꝙ nō dicat̄ res adeſſe, nec reddita nec exhibita,qñ nō eſt eadē forma. Et in refecto diſſimili ſiue eadē ſit penitus materia,ſiue nō:perit: & nō durat prior diſpō l.quid tñ.§.in nauis.ff qui.mo.vſusfr.amit.& l.ſeruum filij.§.ſi pocula.ff.de leg.1.& l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.

75 ad exhi.cum ſimi.† Et diſpoſitio generaliter non verificat̄ in diuerſo in forma,licèt contineat,quod magis eſt, ſm Zab.in cle.quia contingit.in 4.q.de relig.do ita vt nō dicat̄ reddere, qui reddit rem ēt pretioſiorē, qñ reddit diuerſam in forma ſm Zab.vbi ſupra per tex.cū gl.in l. mulieres. §.1.ff.de ver.ſig. limitando vt in ſeq.conclu. Et ſi ouum ſit natum in curti tua ex gallo Titij ex mea gallina,& demum per tuam gallinā fuerit alibi creatus ex eo pullus:cuius erit pullus. Quod conuenit in propoſito ſi tua oua tuæ gallinæ mihi vendideris: vel legaueris:aut oua quæ ex tuis gallinis naſcentur.Nam ouum fuit transformatū in pullum, & non durat oui materia: quia materia oui eſt in carnē conuerſa & pro parte annihilata. In

76 qua qōne quo ad propoſitum noſtrū concluditur, ꝙ † pulli ex ouis creati per aliam gallinam non ſunt eius ad quē oua ſpectabant:vt per Signo.in q.169.inci. in curia barrani inſerta in ſuis conſilijs.Et ſi mutetur ſtatus rei: vt quia tabernā ad balneū vel econtra deputauerim, vel ad habitationem meā reduxerim:perit vſufru.tabernæ relictus l.ſi cui balnei.in fi.ff. qui.mod.vſufr. amit. Et remota re ab aliquo loco,vt in aliud opus transferatur in alio loco, ex hac ſola deſtinatione inducitur pęnitentia prioris voluntatis & receſſus a priore diſpoſitione l.cętera.§.fi.vbi Doct.ff.de leg primo ex quo ampliatur iſta concluſio. Et ſiue ædificium in eodem loco reficiatur, ſiue non, prior diſpoſitio perit, nec durat in refecto l. ſi ita legatum. in princ.ff.de legat. primo.l.tabernam.ff.de fun. inſtru. & quia videor aliter in hoc dixiſſe ſupra in materia re

77 fectionis concludendo † quòd caſtrum & eccleſia refecta in eodem loco non amittunt priora iura.& idem eſſe in ponte refecto,ſuper quo tranſeuntes ſoluebant pedagium.puto dicendum, quòd caſtrum & eccleſia in eodem loco & priore ſtatu refecta quò ad iura acquiſita ſint idē,nec amittant priora iura:transformata autem dicantur aliud,& non recuperēt priora iura:nec in eis duret prior diſpoſitio, dummodo iura territorio vel perſonis magis quàm loco acquiſita non cenſeantur,vt in eccleſia & ciuitate deſtructis, in quibus magis perſonæ quàm locus conſideratur,quod inducitur ad ciuitatem Mediolani aliàs deſtructam an refecta recuperauerint priora iura:quia licèt dicatur aliud rōne ædificiorū, tñ rōne

Source : BIU Cujas

perſonarum ſunt idem, vt per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obl. Et pro prædicta concluſione facit, quod dixit Bal. in l. pe. 4. col. C. de cond. inſer. & in l. 3. in fi. C. de priſi. cū quo tranſit Firm. in tractatu gabellarū in 6. art. prin. pe. q. ℭ ſi pons, pro quo debebatur pedagiū, alibi reficiatur: non debebitur in refecto illud pedagium: quod quomodo ſit in-
78 telligendum infra dicetur. Item † ℭ tranſlatio ad aliū locum operet extinctionē, facit · qa ſi corpus hoīs vel caput ad aliū locum transferat, locus deſinit eſſe religioſus l. antepe ff. de reli. & ſum. fun. ſm iura. fforum & paganorū. Sed iſtis obſtat, quod dr̄ de eccleſia & ciuitate ad aliū locum tranſlatis, vt re tineant priora iura, qñ fuerunt authoritate ſuperioris tranſla ta ſm gl. in c. priuilegiū. de reg. iur. in 6. Inn. in c. 2. de ope. no. nunt. Alb. in l. ſi vſusfr. ciuitati. ff. qui. mo. vſusf. amit. Alex. in l. inter ſtipulantem. § ſacram. vlt. col. ff. de ver. obl. & Alex. con ſil. 43. 1. vol. tunc licèt, qñ authoritate ſuperioris ſunt tranſla-ta: ſed reſponſio patet, quia in hoc procedit in iure quæſito, quod conſiſtit in populo & hoībus rectoribusq; & collegio non in muris eccleſiæ: vt declarat Bar in d. §. ſacram. quia illa iura tranſeunt in ſubrogata, vt per Alex. d. conſ. 43. Et ex hoc patet, ℭ ſi caſtrū, quod ruſtici ex conuentione facta cū dño cuſtodire tenebant̄, fit diruū, & ad aliū locum cōtiguū tran ſlatum, primo deſtructo nihilominus ruſtici teneant̄ ipſum ſubrogatū cuſtodire ſm Alb. de Ro. in d. l. ſi vſusfr. ciuitati. ff. qui. mo. vſusf. amit. vbi dicit, ℭ iſta qō fuit diſputata Paduæ: & ℭ fuit ita deciſum per l. proponebat̄. & l. mortuo. ff. de iud. & per l. legatū ciuitati. ff. de vſufr. leg. & l. fin. C. de ope. pub. & l. legatū. ff. de re. ad ci. perti. vbi pecunia legata ciuitati ad vnū vſum conuertit̄ ad aliū vſum: ſi ad illum vſum conuerti non pōt, ſequit̄ præceptor meus Taurinenſis D. Iacobinus de S. Georgio in trac. de roidis. pe. col. ver. vltimò quæro. Nec ob.
79 quod dixit Bal. in locis præalleg. † vt per tranſitum pontis ad aliū locū tranſlati nō debeat̄ idem pedagiū: quia Bal. loquit̄, ſi benè videatur, qñ locus, in quo ſitus eſt pons, fuerat in con ſtitutione pedagij conſideratus: & ideo nō debet̄ alibi, cum oīa loca ſint libera. vnde qñ pedagiū deberet̄ pro tranſitu flu minis, vel toti territorio locus vnius territorij non eſſet ma-gis in cōſideratione, quā alius: ſicut euenit in ciuitate tranſla ta: quia hoīes & populus repreſentant ciuitatem. vnde locus tranſlationis nō conſideratur: & fuit ſuperioribus diebus in cōſilio dominicali Aſtenſi mota qō, cum ciuitas iſta habeat ius pedagij pro tranſitu pontis tangari, cum pons eſſet diru-tus, ita quod ſuper portu ligneo homines & bruta trāſirent, ad quem ſpectaret emolumentum tranſitus, quod eſt imper tinens ad materiam noſtram.

80 Prædicta ꝯcluſio ꝓcedit † in iure q̄rendo: qa in eo transfor matio inducit pęnitentiā voluntatis. & facit pręſumi fuiſſe à priore voluntate receſſum d l. Seya. in fi. ff. de au. & arg. leg. & d. l. ſeruum filij. §. pocula. & d. l. ſi ita legatum. §. fi. ff. de leg. 1.

Item prædicta concluſio procedit, ſiue agamus de lucro captando, ſiue de damno vitando ſecundum Bar. in l. ſi fun-dus. §. ſi res. vbi etiam alij ſcribentes. ff. de pigno. reprobata glo. ibi & in l. ſi ita. §. fi. ff. de leg. 1.

Fallit p̄dicta concluſio in ciuitate, vel eccleſia transforma tis, in quib. pſonæ magis, q̄ reliqua vel murorū forma cōſide rantur, vt ſunt ſupra eadem concluſione demonſtratum.

81 Fallit † etiam, vbi alicui eſt ius quæſitum: quia per transfor mationē & formæ mutationem non tollitur, nec extinguit̄ ſm Iac. But. Alb. de Ro. Bar. Fulg. Sal. & Doct. in l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pig. ac. & l. cætera. in fi. ff. de legi. niſi in vſufructu: vt ibi dicitur in d. §. ſi quis cauerit.

Fallit etiam in pignore, vbi transformatum nō eſſet reducibile ad priorem materiam, declarando, vt per Bar. & Doc. in d. §. ſi quis cauerit.

Fallit etiam, ſi transformatio fiat a tertia perſona, non aūt a debitore, vel creditore, ſeu vbicunque ex donatione nouæ formæ poteſt quis acquirere dominiū ſecundum Bar. in d. l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pigno. act. iuxta l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. do.

Fallit ēt ſub dubio ſortè, vbi prior diſpō hēret clauſulā de-rogatoriā, quę operat̄ perſeuerantiā voluntatis ꝯrio actu nō obſtante iuxta no. in l. ſi quis in princ. teſt. ff. de leg. 3.

82 Item fallit † qñ ſunt plures res, in quarū aliquib. fuit forma mutata & facta transformatio & aliquibus non: vt ſi legen-tur plures res, & in aliquibus earum forma mutet: quia in re-liquis non transformatis durat prior diſpoſitio, nec pręſumi tur in non transformatis mutata voluntas: cū non ſit abſur-dum in aliquibus tenere voluntatem defuncti, & in aliquib. mutari l. tabernam. ff. de fun. inſtr. vbi hoc no. glo. & eſt tex. in l. ſi ex toto. in prin. ff. de leg. 1. & patet in §. ſi quis rem ſuam. ver. ſi verò. Inſti. de leg. Et ſi fiat transformatio ędificij, non perit diſpoſitio circa contenta in ædificio, niſi iint acceſſo-ria l. tabernam. quia non cenſetur mutata voluntas, niſi quò ad ipſum corpus transformatum.

Itē fallit, qñ transformatū ſuccedit loco prioris, vt dictum fuit ſupra hac eadē cōcluſione de eccleſia transformata, vil-la, vel ciuitate poſt Alex. cōſ. 43. 1. vol. & in l. inter ſtipulantē. 1. ſacrā. col. fi. ff. de verb. ob. cū alijs concor. facit l. quid tñ. §. fi. cū l. ſeq. ff. qui. mo. vſusf. amit. iunctis no. in l. filiæ. §. Titia. ff. de cond. & demon. & vult Alb. de Ro. in l. ſi vſufr. ciuitati. ff. qui. mo. vſusfr. amit. & do. Iac. de S. Georg. in tract. de roidis. pen.
83 col. ver. vltimò q̄ritur. † Et iō ſi vna obligatio in aliā transfun-datur, durat in transfuſa prior iuris & hoīs diſpō, niſi ipſa di-ſpoſitio aliud ſuadeat in ſubrogato, vel natura eius rei q̄ ſub-rogatur repugnet, vt ſi graueris dare fundū, & ſi non dederit cētū l. 1. §. itē ſi ita. ff. ad legē Falc. & l. 1. ff. de pe. leg. & l ſi qñ. § hæres. cū ibi no. ff. de leg. 1. diſtinguendo, vt per Bar. in l. cum ſtipulatus. in prin. col. fi. ff. de ver. ob. & in l. 1. ff. de in litem iur. vbi tangitur, an fideiuſſor rōne principalis etiā ſit fideiuſſor quoad ſubrogata Fallit ēt, qñ apparet durare voluntatem in transformato: quia non perit prior diſpō l. ſi ita legatū. §. fi. & l. ſeruū fi[illegible]. §. ſi pocula. ff. de leg. 1. facit l. cum plures. §. lex dicta. ff. loca. & l. tribunus. §. fin. iuncta l. in fraudem. §. 1. cum ibi no ff. de mil. teſt. vbi ſi teſtm̄ a Pagano cōditū, facto poſtmo dum milite declaretur valere iure militari, valebit vt talē nō mutata aliter priore diſpōne, ſed illa durāte: & ibi adeſt trāſ-
84 formatio de non priuilegiato in priuilegiatū. vnde † ex quo voluntas durat eadem, dr̄ eadem diſpō, quæ prius erat, licèt non idem teſtm̄, cū non priuilegiatū ſit transformatum in priuilegiatum: & ſic eſt ibi caſus, in quo fit transformatio du rante eadem voluntate ac materia & forma ſeu ſolennitate, & eo caſu qñ apparet durare voluntatem in transformato, dicendum eſt, ℭ ſubrogetur & ſuccedat loco alterius l. filiæ. §. fin. cum concor. ff. de cond. & dem. & tunc ſumus in mate-ria, an in ſubrogato duret prior diſpoſitio, de quo dixi ſupra.

85 Quarta Concluſio ad ſecundā & tertiam ſubalterna eſt, † ℭ non dr̄ reddere rem, qui illā reddit in diuerſa forma ēt meliorem, nec exhibere, nec facere, nec rē habere, qui hēt in forma diuerſa, vt in 2. conclu. huius mēbri dictū fuit: quia diſpoſitio nō verificatur in diuerſo in forma. Fallit ſm Zab. in cle. quia contingit. in 4. q. de relig. do. niſi fa-ciens diuerſum in forma faciat etiā illud quod ꝑ forma exi-gitur, vt quia maiori ſummæ nunor inſit. & dico in tract. de forma, in arti. de implemento formæ. & in artic. ſeu rubr. de potentia & effectibus formæ omiſſæ vel adhibitæ.

Fallit etiam fauore religionis: quia ille cui pro pęnitentia eſt iniunctum a pōtifice, vt vadat Romam ſatisfacit intran-do religionem: quia magis facit licèt diuerſum faciat ſm gl. in verbo monaſterium 33. q. 1. faciunt quæ dico plenè in di-cto tract. de forma. locis præallega.

86 Quinta Concluſio eſt † ℭ mutatione officij, artificij, miniſterij, vel ſtatus, mutata cenſet̄ diſpō ſeu voluntas *diſponentis circa iſta, & inducit̄ pęnitentia*, ac reuo catio vo.untatis & relicti: quia in talibus natura eorū cenſet̄ eorum forma l. peculiū. in prin. ff. de leg. 2. vbi mutatis mini-ſtris vel eorū officio legatū factum de miniſtris reuocatur, puta quia quis legauerit vrbanā familiā & illā mutauerit. vel ſi legauerit ſeruos lecticarios & illos ac ipſum officiū muta-uerit, vt ibi, quod eſt intelligendū de perpetua mutatione, vt ibi ꝑ gl. & Doc. facit l. ſi cui balnei. in fi. ff. qui. mo. vſusfr. amit. vbi legato vſufructu hyſtrionis ſi poſt legatū teſtator mute t illum ad aliud officium perit legatū. Quod facit ad qōnem illius, qui promiſit dare ſachū mauum cū pedona, vt nō poſ-ſit dare cū pedona facta dicta, iuxta no. per Bar. Bal. & Doct in l. ſenatores. ff. de ſena. & in l. ſernis legatis. §. 1. ff. de leg. 3. Simi-le paret, ſi mutetur ſtatus rei non mutata ſubſtantia vel re. pu ta ſi res ſacra fiat profana, aut res priuata ad publicos vſus de putetur l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obliga. vel ſi vinum fiat acetum l. in venditionibus. §. idem quæſijt. ſm vnum intellectum. ff. de cōtrahen. emp. & idem ſi legauerim vſumfructū balnei, quod poſtea ad tabernam deputauerim, vel ad habitationem: nam extinguitur vſufr. d. l. ſi cui. Ex quo
87 inferт † ℭ legata quadriga, ſi illi equi ad aliū vſum deputen-tur, legatum diſtinguitur, quod eſt notā. pro dñabus ſeu dñis Mediolan. vtentibus quadrigis, quod aūt ſupra dixi de muta tione miniſtrorū & officij eſt intelligendū iuxta gl. & not. in d. l. ſi cui balnei. cū iuribus ibi alleg. & maximè iuxta l. ſeruis legatis. §. 1. ff. de leg. 3. Item ſi mutatis miniſtris alij ſubrogen tur licèt legatum priorum miniſtrorum pereat in ſubroga-tis pōt durare legatū l. quid tū. §. fi. cum l. ſeq. ff. qui. mo. vſusf. amit. iunctis no. in l. filię. §. Titia. ff. de cond. & dem. & ad hāc materiā facit d. l. inter ſtipulantē. § ſacrā. & l. qui res. §. areā. ff. de ſolu. vbi ſi promittat̄ ſeruus, qui fiat liber, perit promiſſio, licèt in ſeruitutē redeat: quia eſt alius homo & alia ſeruitus, cui dicto obſtat l. ſi chorus. §. ſi ſeruus. ſm vnam literā. ff. de le ga. 3. vbi durat legatū, de quo infra. Et an ſocietas contracta cum filioſa. pereat eo mancipato, tex. in l. ſi id. quod. §. pen. ff. pro ſoc. Si autem legatum fiat vxori, an diſſoluto matrimo-

nio

Source : BIU Cujas

nio per diuortium ei debeatur, tex. in l. 2. ff. de auro & arg le. quòd sic. & in l. item legato. §. pe. & fi. ff. de leg. 3. distinguẽdo vt per Bar. in d. l. 2. & hæc sufficiant ad propositum, licèt infinita exempla accommodari possint maxime de iure postliminij de deportatis & bannitis restitutis, de quibus supra qñ que incidenter dixi. Et si de laico quis fiat clericus, mutatur iudicium c. 1. cum ibi no. de obli. ad ratioci. notant Barto. & Moder. in l. cum quædam puella. ff. de iur. om. iud. & Bar. in l. 1. ff. de pęnis. Et an potestas çassus & reassumptus dicatur idẽ potestas, dico in articulo de declaratiua interpretatione uia identitatis. Et quos iuris effectus operetur mutatio status in contractibus, delictis, iudicijs &c. ponunt glo. Bal. & Doct. in l. 1. C. an ser. ex suo facto. & Insti. de capi. di. & ff. eo. & Insti de hære. qua. & di. §. in extraneis.

88 **Sexta conclusio est** in materia translationis, †ꝙ re in aliam personam translata in his quæ sunt in arbitrij potestate & in iure quærẽdo inducitur transformatio prioris dispositionis & recessus ab illa. puta si res vni legata alteri legetur l. translatio. ff. de adim. leg. & Insti. eo. dũmodo sit pura: quia conditionalis non sequuto implemento conditionis non induceret recessum l. quòd si alii. cum seq. eodem tit. & sola destinatio transferendi potest operari recessum, intelligendo secũdum tex. & no. in l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. & facit l. quod in rerum. §. si quis. in fi. ff. eodem. Idem si alienetur res tam legata ex causa voluntaria & non necessitatis: quia per ipsam alienationem tollit legatum l. fideicommissa §. si rem. ff. de leg. 3. & l. rem legatã. ff. de adim. leg. vbi Bar. plene. & l. tabernam. ff. de fun. instruc. cum concord. ibi per gl. no. & §. si quis rem suam. Insti. de leg. licèt aliter sit in hypotheca l. 3. C. eo. de leg. facit l. si id quod. §. fi. ff. pro soc. vbi societas cum seruo cõtracta finitur eo alienato, & si perseuerent, dicitur noua societas.

89 Et si alicui legetur liberatio debiti, quod testator postea exigat, extinguitur legatum: secus est si solum fiat nouatio. l. fi. §. fi. cum ibi no. ff. de libe. lega. In iure autem quæsito si nõ est personale, sed reale, alienatio & in alium translatio non operatur peremptionem l. si ff. de contrahen. emp. quod facit ad quæstionem, de qua per Bal. in l. si plures. 3. col. C. de cond. inser. & in l. 3. C. de priui fis. & per Firma. in tract gabel. in 6. parte. pen. q. ꝙ Placentinus immunis a gabella alicuius põtis ex contractu cum Venetis contracto, duret immunis ipso ponte in Patauinos translato circa quod me latius non extendo: quia est materia extrauagans: videlicet an res transeat cum causa sua, de qua est tex. in l. prædijs. §. Titio. cum 2. sequen. vsque in fi ff. de leg. 3. & in l. Seię. §. Tyrannæ. ff. de lega. 2. & in l. Caius. § fi. ff. de leg. 2. & in l. si conuenit. §. si fundus. ff. de pign. act. in l. via. §. si fundus. ff. de ser. rus. prædi cum deuolutio fiat cum sua causa, vt per Fely. in c. irrefragabili. 2 col. de offi. ord. nec est in materia alienationis rei iam legatæ omittendum, quod dixit Bal. in rub C. de verb. sign. an si alienatio sit nulla, nihilominus legatum sit extinctum, vt quia testator dicat, lego omnes res, quas habeo in tali villa, & demum aliquas alienet, & alienatio sit nulla: nam nihilominus tenet legatum secundum Bald per l. cum dominus. §. filius. ff. de pen. leg.

90 **Septima conclusio est, quòd** †etiam translatio lòcalis inducit pœnitentiam voluntatis & operatus recessum a priore iure & dispositione: vt plene dictum fuit supra eodem in tertia conclusione. circa primam columnam. uersicu. & remota.

Octaua conclusio est, quod si materia tũ, seu res habens certam formam collocetur ad aliquod opus perficiẽdum, seu destinetur ad opus alterius materiæ & formæ, inducitur reuocatio voluntatis in his, quæ sunt in arbitrij potestate, & de tali re iudicandum est vt de re perempta & non existente eo: quia non est amplius in sua substantia libera, nec pse sumitur, vt in columna vel ligno, quæ ponuntur in domo: quia si legetur talis columna, vel tale lignum, quæ postea ponantur in ædificio, legatum extinguitur l. cætera. §. fi. ff. de le. j. vbi dom. Iaſ. in 3. no. & etiam in 2. col. super gl. in verbo, extinctum facit l. Scia. §. fi. ff. de auro & arg. leg. & quòd non sumatur de per se patet in l. vniuersas. ff. de acqui. poss. & hoc siue testator voluntarie columnam affixerit, siue ex necessitate, nec pretium debetur iuribus prælleg. licèt secus si hæres
91 hoc faciat, ut ibi, † quia non debet esse in potestate hæredis se facto suo a legato liberare l. seruum filij. §. si pocula. secundum vnam lect. ff. de leg. 1. & sic quæ impediunt fienda, non tollunt iam facta l. inter stipulantẽ. §. sacram. vbi Bar. ff. de uerborum obliga. & l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alienis iuris.

Et quando res deuenit ad eum casum, a quo incipere non potest, actus vitiatur l. placet. §. & si pluribus. ff. de verborum obligatio.

Et hic congruenter tangi posset de duabus ecclesijs vnitis an ecclesia alteri ecclesię vnita amittat sua priuilegia, de quo per Panorm. & Docto. in c. quia monasterium. de relig. do. & in c. j. ne se. vac. & habetur tractatus factus. Et de villa alteri vnita vel loco. Barto. in l. prima. C. de metro. Beri. lib. 11. & in l. si conuenerit. §. si nuda. vbi alij. ff. de pign. act. Barto. Imo & Docto. in l. j. §. si cohæredem ff. ad leg. Falc. Alex. in l. 1. in vlt. not. & in l. si ex toto. in prin. 2. no. ff. de leg. 1. Ange. in l. item si fundi. ff. de vsufr. facit tex. in l. Seiæ. §. Tyrannæ. ff. de fund. instructo. & in l. prędijs. §. Titio. vsque in fi. ff. de leg. 3. & dixi in tract. de augm Fely. in c. translato. 4. col. de consti. & de vnione resoluta habetur in dicto tract. vnionis & supra in materia refect.

92 **Nona conclusio est,** †quòd res transformata non est eiusdẽ iuris, cuius erat ante transformationem: ut videmus in vigilijs Dei & sanctorum: quia licebit comedere oua & non pullos ex ouis procreatos, sicut nec carnes, cum & videamus sanguinem in lac conuerti, ex quo fit caseus, quem licet in vigilijs comedere, vt dictum fuit supra eo. de quo traditur per gl. & Doct. in c. admonere. 33. q. 2 & in tex. cum glo. & ibi no ta. in c. presbyter. 82. dist. Et pullus natus ex ouo meo & mea gallina non est meus: ut per Signor. dispu. 169. incip. in curia Barrani.

Fallit, quando subest eadem ratio, vel fraudis suspitio: vt si statutum prohibeat extrahi granum: quia comprehendit ẽt extrahentem farinam, & econtra. & per do. Iaso. in l. non dubium. in 11. colum. C. de legi. vbi idem dicit de portante amphoram vini gratia gustus. Et ex his patet, an licitum circa aliquid liceat etiam in trãsformato: & an prohibitum in vno sit etiam in alio prohibitum.

93 **Decima conclu. est,** †quòd mutatione personæ mutatur concessio & dispositio: quia mutatione pſonæ videmus mutari priuilegium ca. 1. de iure patro. cum concord. traditis per Alex. consilio 25. incip. viso processu. penultima columna. quarto volum. & consil. meo feudalium. intelligendo iuxta text. cũ glo. in l. incola. ff. ad munici. vult Bal. in rubr. C. de vsur. 4. quæstio. uersicu. item quòd mutatione per l. 1. C. de impo. luc. descri. libro 10. Barto. in l. Paulus. in fi. ff. de acquirenda hæreditate. & Petr. de Ancha. consilio 109. incip. prima facie. & facit l. cum quidam. §. cum fiscus. ff. de vsur. & dicit Petr. de Anch. consil. præallega. quòd statutum de fraudantibus dacium cõmunis non habet locum in illo, qui fraudem committeret in pecunijs exactis ab emptore dacij.

Sic etiam videmus mutatione personæ mutari iudicium, vt quia de laico quis fiat clericus. capit. 1. cum ibi not. de obliga. ad ratioci. notant Alexand. & Moder. in l cum quædam puella. in princ. ff. de iurisdict. omnium iudic. & multos effectus quos operatur status mutatio in contractibus, delictis & iudicijs, ponunt glo. Bald. & Docto. in l. 1. C. an ser. exte. & patet Institu. & ff. de capi. dimi. & in extraneis. Instit. de hære. quali. & diffe.

ALBERTI BRVNI ASTENSIS.

De permanentibus seu perseuerantibus in eodem statu.

SVMMARIVM.

1 *Perpetua quædam in iure reperiuntur, & quædam momentanea.*
2 *Temporalis mutatio rei naturam non variat.*
3 *Esse alicubi non dicitur, quod ibi mansurum non est.*
4 *Actus & viuorum & morientium in pendenti esse possunt.*
Dispositio legis, uel statuti qualiter intelligantur de tempore continuo, vel utili.
5 *Statutum puniens eum qui detinet liberum, qualiter intelligatur.*
6 *Tempus appellationis de momento ad momentum computatur.*
7 *Dispositio intelligi debet rebus sic stantibus.*
8 *Factum aliquid esse non sufficit, nisi factum duret.*
9 *Reseruans sibi fructus fatos, de quibus intelligi debeat.*
10 *Posthumus præteritus rumpit testamentum, licèt momento tantum vixerit.*
11 *Qualitatem vnius actus a principio affuisse sufficit, licet non duret.*
12 *Damnatus accusationes cœptas prosequi potest.*
13 *Infinitas in omnibus maxime uitanda.*
Continuatio probatur quandoque per actus non continuos.
14 *Dispositio nunquam ad actum momentaneum refertur.*
Perpetuitatem rei alicuius multa impediunt.
15 *Perseuerantia actus præsumitur in dubio.*
16 *Duratio in iuribus præsumitur, nisi interitus superuenerit.*

Source : BIU Cujas

Alberti Bru. Aſtenſis. De permanentib. &c.

PRima itaque concluſio eſt
1 in materia iſta † ꝙ habemus in iure temporalia & perpetua ſeu permanentia l. 1. ff. pro ſocio. & Inſti. de perpe. & temp. act. Item momentanea & perſeuerantia l. qui ſic. ff. de ſolu. & prout videmus in poſſeſſione momentanea, quæ licèt faciat poſſeſſorem poſſidere: tamen parum durat l. non videtur. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. C. ſi de momen. poſſ. fuc. ap. & quædam perſeuerantia eſt in actu, quædam in habitu: vt uidemus in ſeruitute continua & diſcontinua, & in his quæ nobis competunt per modum facultatis Bart. in l. quod ait lex. §. 1. ff. de adult. dico in tractatu de fine. Item potentia cum aliquibus actibus admixta facit, vt aliquid dicatur continuum l. 1. §. ergo. ff. de aqua quot. & æſti. ꝙ ſecundum Bart. in l. i. in 4 & 5. col. ff. ſolu. matr. inducitur ad teſtem qui dicit vidiſſe Titium poſſidere per 30. annos, vt non obſtante interpoſita abſentia dicatur vidiſſe ſemper poſſidere propter potentiam mixtam cum actibus: vt l. 2. ff. de via pub. & in l. 1. & 2. C. de ſerui. Item de momentaneis & durantibus ponit Bar. in l. inficiando. §. infans. ff. de furtis.

Secunda concluſio eſt circa effectum prædictorum, quòd †tempora
2 lis mutatio rei naturam nõ immutat l. ex facto. §. rerum. ff. de hære. inſti. Et affixa rei, vt ibi perpetuò ſint, dicuntur de re & veniunt in alienatione rei, vt habetur in l. cætera. §. hoc ſenatus. vbi Alex. ff. de leg. 1. Et temporalia obligationem non ſuſpendunt l. cedere diem. ff. de verbo. ſign. Et temporalia non ſunt plena, nec effectiua l. 5. §. fi. ff. de uerb. oblig. Item ſi ſtatutum dicat, quòd de maleficiis commiſſis ſex menſibus elapſis aliquis ſit iudex, & contingat aliquod delictum eſſe permanens puta quia Titius domum ædificauerit indebite ſex menſibus elapſis, quæ permaneat, non dicetur maleficium finitum ſecundum Barto. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de
3 iureiur. †Et non dicitur eſſe in domo, quod non eſt ibi manſurum, ſed temporaliter poſitum l. generali. §. vxori. ff. de vſufru. leg. nec eſſe in loco, quod eſt in trãſitu, adeo vt ratione talis rei quis non ſortiatur forum ſecundum Bart. in l. fi. C. vbi in rem actio. & Panor. in c. fi. 10. colum. de foro compe. facit quod dicit Bar. in l. hæres abſens. §. 2. ff. de iud. ꝙ ſtatim receſſurus contrahens non poteſt ratione contractus conuenire. Et ſtatutum prohibens pannos forenſes intrare ciuitatem intelligitur de intrantibus ut ibi remaneat, non autem per trãſitum ſecundum Pau. de Caſt. in l. cætera. §. ſed & ſi quis. ff. de leg. 1. & Alex conſil. 84. in 4. volu. & dico alibi. Et fugere non dicitur, qui fugit breui reuerſurus ſecundum Bald. in l. 1. in 8. col. ver. quæro quid de errore. C. de ſer. fug. quod Bal. inducit ad ſtatuta loquentia de fugiente. facit ca. vulgaris. §. diuortiũ. de pœni. diſ. 1. & c. præſenti. de præb. in 6.

Tertia concluſio eſt, †ꝙ actus tam moriẽtium quàm viuentium poſſunt ſta
4 re in pendenti & ſuſpenſo, vt plenè diſtinguit Barto. in l. fi. ff. communia prædio. & l. quod Seruius. ff. de condit. ob cau. & quod dixi in tractatu de ſtatutis excluden. fœminas a ſucceſ. in 11. art. prin. 1. q. & 2.

Quarta concluſio eſt, ꝙ an diſpoſitio legis aut ſtatuti intelligatur de tempore continuo vel utili, dependet ex varijs figuris cauſarum: vt per gl. in verbo continuum, in clem. 1. de reſtit. in integ. & in rub. ff. de diuer. & temp. præſcr. vbi Bart. volentes, quòd in dubio tempus cenſeatur continuum, & in dubio computat̃ de momento ad momentum ſecundum Io. And. & Doc. in c. ſuper eo. de appel. & Card. in cle. ſicut. 1. q. eod. tit. & Bal. in l. eos. §. ſinautem etiam eodem titu. & gl. in l. 3. §. minorem. in verbo momentum. ff. de mino. vbi Bar. & alij & gl. in c. ſtatutum. de præben. in 6 Bar. Bal & Ang. in l. 1. ff. ſi quis cau. & Ange. ac Alex. in l huiuſmodi. ff. de uerborum obli. facit ca j. vbi Io. And. de vi. & hon. cler. & c. presbyter. uerſi. triennium. 23. diſt. A ex conſi. vltimo. 3. parte, quod fuit Barba. & intelligitur de continuo in inſtantijs l. properandum. in prin. cum ibi no. C. de iud. l 2. vbi Doct. & auth. ei qui. C. de temp. app. Et ſta
5 tutum † quod ſi quis detinuerit liberum hominem per duas horas, puniatur tali pœna, requirit perſeuerantiam l. ſi quis ita vbi Bal. C. de condi. inſti. Contra autem dicere uidetur Bald. in l. 2. C de ædi. act. puta ſi ſtatutum dicat, quòd redhibitoria poſt ſex menſes proponi non poſſit: aut reſtitutio in integrũ peti: aut non poſſit appellari niſi eadem die, quia qualitas tẽporis reſtringi non cenſetur.

Et ſtatutum, quòd fieri debeat inſinuatio intra ſex menſes intelligitur de ſemeſtri coniuncto non interpolato, vel diuiſo. Et idem de ſtatuto, quòd quis debeat ſtuduiſſe triẽnio ſecundum Bal. in l. quos denique. ff. de excu. tut. faciunt quæ dixit Bald. in l. ſed & ſi quis per prætorem. §. ſi quis ſæpius. ff. ex quibus cau. maio. & in l. 1. C. ſi manci. ita fue. alie. faciunt quę dixit Pau. de Caſt. conſi. 396. incip. uiſis & ponderatis omni-
6 bus in antiquis. & † tempus appellationis cõputatur de momento ad momentum. auth. hodie. cum ibi no. C. de app. & c. quod conſuluit. cum ibi no. de re iud. Idemq; eſt in tempore compromiſſi ſecundum Bal. in l 2. §. ſed quia in fi. C. de lega. & ideo in tempore citationis diſtinguitur, ut per Bal. in l. 2. C. de iure dom. impe. & per Alex. in rub. ff. de diuer. & tem. præſcr. & in l. pater. § ſexaginta. ff. de adul. in apoſtil. Et maxime tempus præſumitur continuum, quando agitur de odio ſecundum Bal. in l. genero. ff. de inſa. & Alex. in l. auus. ff. de calum. Pœna autem in dubio præſumitur temporalis & non perpetua, vt per Dec. in c. ex literis in 5. col. de conſtit. & ibi Fely. in 8. col. ꝙ in dubio aliquid præſumitur eſſe perpetuum, & p̃ ſumitur ita fuiſſe tranſactum, quòd quis perpetuò a lite deſiſtat, ſecundum Bar. in l. cum mota. pen. col. in fi. C. de tranſac. Reliqua in tract. de interitu, nec non præſumptionum verbo perſeuerantia, & uerbo mutatio.

Quinta conclusio eſt quòd diſpo
7 ſitio debet intelligi ſtantibus ſic rebus ſeu ſtantibus terminis, non autem illis mutatis, uel variatis: vt plene dixi in lib. de interpretationibus iuriſtarum ſub rub. qualis fieri debeat interpretatio. ver. ꝙ ſtantibus terminis.

Sexta conclusio eſt, quod non
8 ſufficit aliquid eſſe factum, niſi duret factum, vel perſeueret, l. ſecunda. §. finali. ff. ex quibus cauſis maior. & l. ſi pro parte. §. verſum. ff. de in rem uer. cum multis concor. per gl. ibi alleg. vbi non dicitur verſum, quod non durat verſum, eſt text. in l. prætor. §. hoc autem interdictum competit. in verbo non perſeueret. ff. de oper. no. nun. no. in l. j. §. diuus. ff. de var. & extraord. cog. de illo qui non perſeuerat in officio, & non dicitur fugere breui reuerſurus, vt dictum fuit ſ̃. eo. 2. conclu. nec dicitur ueniſſe, qui non ſtetit c. ſi quis autem. 18. diſt. c. non eſt. 11. q. 3. Et lex vel ſtatutum aliquid concedentia ratione affinitatis intelliguntur de affinitate durante l. cui eorum. §. affinitatis. vbi Bar. ff. de poſtul.

9 Et † reſeruans ſibi fructus ſatos, nõ intelligitur de ſatis ſemel pro ſemper l. cum manu ſata. ff. de contrahen. emp. ſed intelligitur de his, quę ſingulis annis ſeruntur ut ibi. In contrarium faciunt: videlicet quòd ſufficiat factum eſſe, licet non perſeueret, tex. & glo. in l. 1. §. quod ait prætor. in glo. quia ſemel. ff. quorum leg. & in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de lega. 3. & l. ſi quis hæredem. vbi Bal. & plene do. Iaſo. C. de condi. inſtitu. & l. cum vxori. C. quando di. le. ce. & l. fin. §. primo. vbi Bal. C. de indic. vi. tol. vbi Pau. de Caſ. infert ad quæſtionem, in quibus iuribus apparet ſufficere, quòd conditio fuerit ſemel impleta, licèt implementum non duret, tradit dom. Iaſon. in l. in ſubſtitutionibus. in princip. ff. de vulgar. & pupilla. vbi examinat, an ſi quis ingrediatur religionem & non perſeueret, ſit impleta conditio, ſi quis religionem ingreſſus ſit.

Et ſi quis habeat liberos, qui moriantur, ſit impleta pariter conditio, ſi ſine liberis deceſſerit. & Bald. in 1. conſtitu. C. columna fina.

10 Et ſufficit, quòd poſthumus momento viuat, vt preteritus rumpat teſtamentum l. ſecunda & tertia. cum ibi nota. C. de poſthu. hæred. inſtitu. not. dom. Iaſon. in dicta l. ſi quis hæredem. in tertia columna. & notaui in tractat. de ſtatutis exclu. fœminas in 10. arti. princip. quinta quæſtio. prima columna. & in ſexta. artic. princip. in quarto membro. quæſtio. ubi tetigi, an ſtatutum de maritata habeat locum in ea quæ habuit maritum, qui ſtatim mortuus eſt.

Et damnatus vendere, vel locare per ſentẽtiam arbitri vel aliter ſub pœna, ſi uendat, vel locet, non incidit in pœnam ſi non perſeueret in locatione aut venditione, ſed cõtraueniat ut per Barto. Alexand. & Doctor. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de lega. primo. per l. in numerationibus. in fi. de ſolu. & l. ſeruus. ſi hæres & l. Stichus. §. ſi hæres. ff. de ſta. lib. niſi actum ſit, quòd perſeueretur, ut quòd conductor vel emptor rem habeat, aut locans, vel vendens rem haberi patiatur, & prout latius dicunt Doctor. in d. §. meminiſſe. & per Fabia. in tracta. de emp. & uend. in 3. quæſtio. 3. princip. & per Franc. de Are. conſi. 6 j. dubio.

11 †Et ſufficit qualitatem vnius actus affuiſſe a princip. actus, nec eſt neceſſe illam durare ſecundum gloſſ. in clemen. & ſi principalis. de reſcrip. quam ibi nota Panorm. quod eſt intelligendum, vt ſignaui ſuper regula, quòd qualitas adiuncta verbo &c. & in materia formæ quòd ſufficiat illam a principio affuiſſe.

Et iſta regula, ꝙ ſufficiat aliquid vel aliquam qualitatem fuiſſe, licèt nõ perſeueret, inducitur ad quæſtionem de repreſalijs conceſſis ꝑ Mediola. vt ſi poſt conceſſas repreſalias Mediol. banniatur, & amittat iura ciuilitatis Mediolani, nihilominus capi poſſit, ex quo tempore conceſſarum repreſaliarũ erat Mediolanenſis, licèt poſtea deſierit ſecundum Nellũ in

tract.

Source : BIU Cujas

tract.bannito j.parte 2.temporis.in 47.q Et si banniti non debeant in iudicio audiri,& contingat,quòd Titius accusẽt Seium,& ꝙ Titius pendente accusatione banniatur, nihilominus Titius erit audiendus, vt suam accusationem prosequat
12 †quia damnatus non prohibetur cœptas accusationes prosequi l.is qui reus.ff.de publ.iud.vult Nellus in trac. bannito. in 59.q.j.partis 2.temporis.& ibi in q.seq.tangit, quid si patre ꝓsequente iniuriam filij filius banniatur, an bannum filij noceat patri,licèt dici soleat,quòd quæ impediunt contrahenda,etiam impediant iam contracta l.Vranius.cum ibi not.ff. de fideiuss.contra quod facit l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel ali.iu.Et si committatur causa canonico, qui pendente lite desinat esse canonicus. Bal. in l.humanitatis.4.colum. ver vltimò oppono.C.de impu.& aliis sub. Reliqua habẽtur super regula l.boues.§.hoc sermone.ff.de uerb. signifi.quam examinaui in materia declaratiuæ interpretationis,& in materia seu tractatu perfectionis, & in regula quòd verba sunt cum effectu intelligenda.

13 **Septima conclusio** est †quòd infinitas est euitanda, quam cõclusionẽ examinaui in lib.dẽ interpretationibus iuristarum, in rubri. qualis fiat interpretatio, sub verbo seu §. quòd infinitas euitetur.

Octaua conclusio est,quòd continuatio quãdoque probatur per actus, qui non apparent continui,ut si testis dicat se vidisse semper Titium possidere 30. annis hanc domum; quia impossibile est,ꝙ semper viderit,vt per Bar.in l.1.in 5.col.ff.solu.mat.vbi Doc.licèt quandoq; secus sit,vt in probanda seruitute continua vel discõtinua:ut per Bar.& Doc.in l.2.C.de ser. & aqua. facit:quia qui semel fuit dominus vel possessor, præsumitur adhuc talis l.siue possidetis.cum glo.& ibi nota.C. de proba. cum concord.

14 **Nona conclusio** est,quòd † dispositio legis,statuti,uel hominis ad actũ momentaneum non refertur,sed ad duraturum. Nam si statutũ prohibeat pannos forenses intrare, intelligitur vt ibi perpetuò maneant,& non dicitur esse in domo, quod non est ibi mansurum, & de multis aliis de quibus dictum est supra eo. in 2.conclu.ac in sexta.

Decima Conclusio est,ꝙ multa sunt,quæ impediunt aliquid perpetuari,seu perpetuò manere, ut cum dicimus,morte finiri mandatum,societatem & alia, de quibus supra in tract.de interitu.uel quibus modis tutela finitur,uel quibus mod.vsufru.amittatur,uel quib.mod.testamẽta infirmantur:aut priuilegia finiantur, quæ traduntur locis suis, & dum dicimus multa esse, quæ seruando seruari non possunt.

15 **Vndecima** Conclusio est,† ꝙ in dubio præsumitur perseuerantia,adeo ut res quæ semel extitit,presumatur durare: & sic qui dicit non extare debet probare,& per Alex.in l.maritus.in prin.ante fi.commen.ff.ad legem Fal.Et tacita fides data testatori in primo testamento p̃ sumitur durare in secundo testamento l.cum tacitum. ff. de prob.Et de argumento a præsumptione perseuerantis voluntatis Albe.de Ro.in dictionario in verbo argumentum 8.colum.in fi.Et in materia,an quod semel fuit,præsumatur semper tale.Bal.in l.2.C.quando prouo.non est nec.distinguit, ꝙ aut est inuariabile,& præsumitur semper tale.Aut est variabile,vel de necessitate naturæ,vt ꝙ eas,vel de possibilitate contingentiæ vt mors.Et tunc non præsumitur esse semper tale:
16 & hoc in factis.†Sed in iuribus præsumitur duratio, nisi supueniat interitus,vel translatio l.siue possidetis. C. de prob.uel prescriptio,nouatio & quid simile,vt ibi latius per eum.Quę materia ampliatur ex distinctione, an ex præsenti præsumat̃ in præteritum,vel ex præterito in futurum,aut econtra,iuxta no.per Bart.& Bal.in d.l.siue possidetis.C.de probat.& in l.ex persona.C.eo.& per Alex.consi.26.in 2.col.5.volu. & per Socyn.consi.89.col.fi.vbi an qui semel fuit dominus vel possessor presumatur semper talis.

Reliqua dico in tractatu dę perfectione.

SEBASTIANI MEDICIS

De venatione,piscatione, & Aucupio recens editio.

SVMMARIVM.

1 *Bestiæ,volucres,& pisces capientium fiunt.*
2 *Naturali ratione,quod nullius est,occupanti conceditur.*
3 *Inuocatio diuini nominis quid operetur.*
4 *Generaliora præponi debent.*
5 *Præmissa quid operentur.*
6 *Aer est communis,& non potest impediri.*
7 *Mare quid sit,& an in eo piscari possit.*
8 *Flumen quid sit,& quando in eo possit piscari.*
9 *Lacus quid sit,& quando in eo possit piscari.*
10 *Stagnum quid sit,& quando in eo piscari possit.*
11 *Torrens quid sit,& an liceat piscari in eo.*
12 *Torrens vnde dicatur.*
13 *Vallis aquosa quid sit,& an ibi possit piscari.*
14 *Piscinæ pisces non possunt capi inuito domino.*
15 *Venatio ubi fiat regulariter.*
16 *Foresta,Nemus, & Sylua in quo differant.*
17 *Bestiæ appellatione quid veniat.*
18 *Pecudum apppellatione quid ueniat.*
19 *Ferarum appellatione quid contineatur.*
20 *Apes quomodo,& quando capi possint.*
21 *Fauos mellis quis eximere possit.*
22 *Pauonum fera natura dicitur,& qualiter capiantur.*
23 *Cerui quomodo capi possint.*
24 *Animalia,quæ abire,& redire solent:quando capientium fiant.*
25 *Gallinarum fera natura non est,ideo capi non possunt.*
26 *Animalium tria genera.*
27 *Mansueta, & fera animalia an sint capientium.*
28 *Fera accidentaliter mansueta an fiat occupantis.*
29 *Appellatione auium quid contineatur.*
30 *Auibus legatis quæ animalia veniant.*
31 *Volucres quæ dicantur.*
32 *Aquatilia animalia quæ dicantur.*
33 *Pisces quando capientium fiant.*
34 *Venatio in genere sumpta quot habeat species.*
35 *Venatio quibus modis fiat.*
36 *Aucupium quibus modis fiat.*
37 *Piscatio quibus modis fiat.*
38 *Occidere an liceat quęcunque uiuentia.*
39 *Ordo naturæ est,ut imperfectiora sint propter imperfectiora.*
40 *Plantæ sunt propter animalia,animalia autem propter hominem.*
41 *Natura omnia hominum causa comparauit.*
42 *Definitio est initium cuiuslibet tractatus.*

PRAEFATIO.

1 OMnia animalia, quæ mari, Cœlo,& terra nascuntur; simul atque ab aliquo capta fuerint, iuregentium statim illius esse incipiunt,quod † enim ante nullius est,id naturali ratione occu-
2 panti conceditur,§.feræ.Instit. de rerum diuis.l.1. & seq.ff.de acqu.rer.do.capiuntur autem bestiæ,volucres,& pisces,quæ mari cœlo,& terra nascuntur,venatione,piscatione, & aucupio,de quibus tractatum edere decreui, & inuocato diuino
3 Trinitatis prędidio † quo consequamur bonum initium, melius medium,& optimum finem.Doc.cõ.rub. ff. de oper.no.
4 nunc.dixi ego in tract.de leg.& stat.in proęm.num.2.quia†à generalioribus est inchoãdum §.his igitur.Inst.de iust.& iu.
5 nonnulla prius generalia prędari oportet † quæ maxime conducere videntur ad declarationem rei,de qua agitur l.propo nebatur.ff.de castr.pec.l.j.ff.si cert. pet. Notandum igitur est
6 primò,ꝙ † aer,eiusq; vsus communis est l.iniuriarum. §.fi.ff. ne quid in loco publico.§.j.Inst.de rer.diui.Ideo tanquã communis perpetuò in totum occupari non potest l.item lapilli. vbi Bal.ff.de rer.diuis.vnde si quis vti aere prohibuerit, actione iniuriarum tenetur d.§.fi.ex quo sequitur,ꝙ aues,qui sunt in arbore,cum dici possint esse in aere,& volucres,qui in cœlo nascuntur,vbicunq; sint,capientium fiunt,nisi expresse re-
7 periatur prohibitum.Secundò no.ꝙ† mare & collectio multarum aquarum salsarum Bar.in tract.de insula,in prin.cuius quoq; vsus communis est, ad cuius littus nemo accędere ꝓhibetur §.1.Inst.de rer.diuis.in quo nemo prohibetur piscari, sicuti nec etiam in flumine publico d.§.j.ver.flumina.Cępol.
8 tit.de fluminibus.c.31.nu.6.est † autem flumen aliud publicũ aliud priuatur.Publicum flumen seu perenne dr̃,quod semp fluit l.1.§.item fluminum.ff.ne quid in loco publico:priuatũ est,quod ad tempus fluit l.j.§.fluminum.ff.de flumi.Proprietas fluminis publici est principis.Ang.l.flum.ff. de dam. infe. Priuati autem est eius,in cuius agro oriẽ,& discurrit per sua p̃ dia vsq; ad flumen publicum,uel mare gl.l.si quis diurno.ff.si ser.vend.Cœpolla tit.de flum.priu.c.32. Item quod dictum est de mari,& flumine publico,quòd ibi piscari possit intellige etiam de lacu,& stagno, quando sunt in vsu publico, nisi id expresse prohibeatur,vt in lacu permisso, vel nisi sit priua-
9 tus; Cępol.tit.de lacu c.30.nu.6 & no.quòd † lacus est, qui ꝓpetuam habet aquam l.j.§.lacus.ff.vt in flum.publ.nau.lic. sta-
10 gnum † est,quod temporalem continet aquam,ibi stagnantem; quæ quidem plerunque hieme agitur d.l. prima. §. stagnum. eodem titu. Quarto idem in torrentem existente, in

Source : BIU Cujas

11 vsu publico † quia tunc etiam ibi licitum est vnicuique pisca
ri, no. l. 2. §. hoc interdicto. ff. ne quid in loco publico, est au-
tem torrens, qui in hyeme currit, & perenne non est l. 1. §. 2.
12 ff. de flum. & † dicitur torrens à torreo, quod significat ficca-
re, atque arefacere Cępolla tit. de torrente c. 38. nu. 1. Quintò
13 hoc † idem in vallibus aquosis, in quibus licitum est piscari
cuilibet, si sunt publicę, secus si sint priuatæ, no. §. littorũ. Inst.
14 de rerum diuis. Cępol. tit. de vallibus aquosis num. 2. non † ta
men licitum est piscari in piscina; nam pisces ibi collecti pos
sidentur a Domino Piscinæ, Didacus 2. par. relectionis regu-
læ peccatum. §. 8. nume. 15.

15 Tertiò not. quòd † plerunque bestiæ, & ferę capiuntur in
nemore & Syluis. Franciscus Zoanettus l. 2. nu. 144. C. de pac.
16 inter empt. & vend. & differunt in hoc † quòd Hemus latum
sine clausura, & aqua, dicitur foresta. Quando verò est prope
fluuium dicitur sylua, sed quando concluditur muris, vel pa-
lis vocatur barcus, ita Veronensis in Ti. de montibus, nume.
7. in foresta autem & sylua licitum est venari; in viuario autẽ,
seu Parco nequaquam, ita Didacus d. loco proxime citato
nume. 15. ver. Animalia inclusa viuarijs.

17 Quartò notandum est, quòd in præsenti casu. † Appella-
tione bestiæ non venit mortua l. 1. §. bestias. ff. de postul. not.
l. 1. ff. de cadau. pun. Bart. l. cum delanionis. nume. 1. in prin. ff.
de fund. instr. similiter appellatione bestiæ non veniunt ani-
malia mansueta, & domestica, nisi aliter ex communi cõsue
tudine vsurparetur, Ioannes in tract. de primogen. q. 2. num.
7. Bar. l. 1. §. remouet. in 1. not. ff. de postul. Ioan. Bap. l. omnes.
num. 243. ff. de iusti. & iure. Item appellatione bestiæ veniunt
tantum animalia terrestria, non aues, secus appellatione ani-
malis. gl. c. sexto die, ver. bestiæ. 35. dist. Item bestiæ appellatio
ne veniunt Vrsi, Leones, Panteræ quasi mixti sunt, Elephan-
tes, & Camelli, nam & iumentorum operam præstant, & na-
18 tura eorum fera est; Pecudum † autem numero sunt quadru
pedes, quæ gregatim pascuntur, veluti oues, capræ, boues, E-
qui, muli, asini, Cotta in memor. ver. pecudum.

19 Quintò no. quòd † ferarum appellatione non venit canis:
quia proprie fera animalia dicuntur nocentia, ca. fi. de iniur.
Dicitur tamen Apium, Pauonum, Columbarum, & Ceruo-
rum quoque fera natura l. naturalem §. apum. ff. de acqu. rer.
dom. §. apum. Instit. de rerum diuis. ibi. apum quoque fera, id
est non mansueta natura est.

20 Itaque † apes quæ in arbore tuo consederint, antequam a
te alueo, idest vaso, vbi manent includantur, non magis tuæ
intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum
fecerint. Ideoq; si alius eas includerit, is earum dominus erit.
21 Fauos † quoque si quos effecerint, eximere quilibet potest,
antequam integra re, id est antequam interent, vel prius quã
eximantur, si præ videris ingredientem fundum tuum, pote
ris eum iure prohibere, ne ingrediatur; examen quoq; (idest
vniuersitas apium) quod ex alueo tuo euolauerit, eo vsq; in-
telligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis
22 persecutio eius est; alioquin occupantis fit; Pauonum † quo-
que fera, idest non prorsus domestica, uel mansueta natura
est. Nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine euolare, &
reuolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat
23 feram esse naturam; Ceruos † quoque quidam ita mãsuetos
habent: vt in Syluam ire, & redire soleant, quorum & ipsorũ
feram esse naturam nemo negat: In his autem animalib. quæ
ex consuetudine abire, & redire solent, regula comprobata
est, vt eo vsq; tua esse intelligantur, donec animum reuerten-
24 di habeant. † Nam si reuertendi animum habere desierint, ẽt
tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem
animum videntur desinere habere, cum reuertendi consue-
tudinem deseruerint. Gallinarum autem, & Anserum nõ est
fera natura. Id qđ ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt
gallinæ, quas feras vocamus, vt Fasianos: alij sunt Anseres,
quos feros appellamus. Ideoque si Anseres tui domestici, &
gallinæ tuæ domesticæ aliquo modo turbati, turbatæue, sci-
licet per Vulpem, vel per Miluum euolauerint, licèt conspe-
ctum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuę
ue esse intelligũtur, & qui lucrandi animo (scilicet vt habeat
pennas vel oua) ea animalia detinent, furtum committere
intelliguntur §. gallinarum. Insti. de rerum diuis. l. naturalem.
26 §. gallinarum. ff. de acq. rerum dom. & sic notanda sunt † tria
genera animalium, mansueta vt sunt gallinæ, in quibus locũ
habet regula hæc, vt vbicunque sint, domini esse intelligant
d. §. gallinarum. Item fera prorsus, & in his habet locum alte
27 ra regula † quòd occupanti conceduntur §. feræ. Insti. de re-
rum diuis. Item fera naturaliter, sed accidentaliter mansueta,
28 & in his procedit regula, † ut eo vsque esse tua intelligantur,
donec animum reuertendi habeant d. §. Pauonum. Instit. de
rerum diuis.

29 Sextò principaliter not. quòd † appellatione auium, venit
omnis volucris quę oua parit, & pennis decorata est, dicta ab
auijs, idest locis secretoribus, quibus aues delectantur, ad He
30 renn. lib. 1. Auium dulcedo ducit ad auium, vnde † auibus le-
gatis Anseres, & Phasiani, & gallinæ syluestres, & auiaria, i.
gabiæ vbi stant aues debentur, si testator talia habebat, aliàs
secus. Phasianarii autem, id est serui, qui sciunt artificia capiẽ
di aues, & pastores Anserum non continẽtur, nisi id testator
31 expresserit l. auibus. ff. de le. 3. volucres † autem dicuntur quæ
cunque volare possunt, vnde Apes Vespæ, muscę, Papiliones
volucres sunt, non tamen aues.

32 Septimò no. quòd † omnia animalia degentia in aquis ge
nerali nomine aquatilia dicuntur; nam alia corio, & pilis te-
guntur: vt Vituli marini, alia corio tantum, vt Delphini, Cor-
tice, vt testudines silicum duritia vt Ostreæ, & Conchæ, Cru-
stis, vt locustæ, Crustis, & spinis, vt Echini, squamis vt Pisces.
Plinius lib. 9. ca. 12. pelle vt Anguilla, eò dicta qua specie An-
33 guem repræsentat, quæ † aquatilia si fuerint in loco publico
siue mari, lacu, flumine, vel stagno capientium fiunt, nisi ali-
ter prohibitum sit, vt dicetur inferius suo loco.

34 Octauò not. quòd † venatio in genere sumpta tres habet
35 species, scilicet ferinam, aucupium, & piscariam. Ferina † fit
multis modis, s. rethibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, arcus, ia
culis, cuspide, indagine, pennarum odore, canibus, accipitri-
36 bus. Aucupium † autem fit rethibus, laqueis, pedicis præcipi
37 tiis arcu, viscu, hamo. Piscatura † fit rethibus, sagenis, gargu-
stijs, hamis, faculis S. Ant. 1. par tit. 1. c. 3. §. 3. ver. venatio.

38 Nonò, & vltimò no. quòd † homini licet occidere quæcũ
que viuentia ratione carentia. Nã Aug. li. 1. c. 20. vol. 5. de ci-
uit. Dei, dicit quòd illud dictum. (Non occides) non accipit
de frutetis; quia nullus eis est sensus, nec de irrationabilibus
animalibus, quia nulla ratione nobis sociantur, restat ergo,
vt intelligamus de homine, quod dictum est non occides. S.
Thom. 2. 2. q. 64. arti. 1. Dom. Sot. de iust. & iure. lib. 5. q. 1. arti.
1. Pisan. ver. homicidium. il 6. nume. 2. Sylu. il 1. nu. 5. tab. nu. 2.
Nullus. n. peccat ex hoc, quòd vtitur re aliqua ad hoc, ad qđ
39 est ordinata † in rerum autem ordine imperfectiora sunt p-
pter perfectiora, sicut. n. in generationis via natura ab imper
fectis ad perfecta proceditur, & inde est, quòd sicut in gene-
ratione hominis prius est viuum; Deinde animal, vltimò au
40 tem homo: ita etiam ea, quæ tantum viuunt, † vt plantæ, sunt
communiter propter animalia; omnia autem animalia sunt
propter hominem, & ideo si homo vtatur plantis ad vtilita-
tem animalium, & animalibus ad vtilitatem hominis, nõ est
illicitum, Arist. 1. Poli. c. 5. inter alios autem vsus maximè ne
cessarius esse videtur, vt animalia plantis vtantur in cibum,
& homines animalibus, quod sine mortificatione eorum fie
ri non potest. & ideo licitũ est, & plantas mortificare in vsus
animalium, & animalia in vsus hominum, & ex ipsa ordina-
tione diuina dicitur Gene. 1. Ecce dedi vobis omnem herbã,
& vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animanti-
bus terræ. & c. 9. Genes. Omne quod mouetur & viuit, erit vo
bis in cibum; & lex ciuilis ita de hoc disponit dicens, quod
41 videtur absurdum hominem in fructu esse, cum † omnes fru
ctus rerum natura hominum gratia comparauerit l. in pecu
dum. ff. de vsuris. non obst. c. 22. Exod. vbi prohibetur occisio
bouis, & ouis, nã resp. quòd occidere animal alterius est pec
catum quidem, non quia occidit illud, sed quia dãnificat ho-
minem in re sua, vnde non continetur sub peccato homici-
dii, sed furti, rapinæ, uel dãni dati, ita dixi ego in summa pec.
c. p. 1. tit. 4. q. 92. His ita generaliter cognitis deueniẽdum est
42 ad specialiter dicenda, & primò † initium sumam a diffini-
tione, vt dixi ego in Proęm. tract. de definit. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Venatio quid sit & quid piscatio, & aucupium.*
2 *Venatio multiplex, & quæ sit expressiua.*
3 *Venatio adulatoria quæ sit.*
4 *Venatio arenaria quæ dicatur.*
5 *Venatio saltuosa quæ sit.*

QVAESTIO I.

1 PRimo igitur quæro † quid sit venatio? & quotuplex sit? Ad primum resp. quòd venatio est ferarũ persecutio, seu dicas, Venatio est exercitium ordinatum ad captionem animalium terrestrium, sicuti Aucupium ad captionem auium, & piscatio piscium, Sylu. ver. Venatio. nu. 1. in prin.

2 Ad secundum respond. quòd † quædam venatio dicitur oppressiua hominum, & hæc omnino illicita est c. non est. §.
3 his itaq;. 6. dist. quædam † adulatoria, quę fit per verba, & hęc quoque est illicita c. qui venatorib. 86. distin. c. sunt nonnulli.
4 56. dist. c. plurimi. 6. q. 1. Quædã † est arenaria, quę fit in arena & mala

& mala c.infamis.§.tria.3.q.6.quæ permittitur laicis,sed si in de recipiunt pecuniam infames,si causa virtutis probanda faciunt id,non sunt infames,saluis torneamentis,quæ prohibẽtur c.1.de torneamentis. Clericis autem hæc omnino interdicitur.no.c.1.de cler.pug.in duello,quædam † autem est saltuosa,& clamorosa licita laicis,clericis nõ sed quieta vel causa necessitatis,vel recreationis,vt dicitur inferius suo loco gl. c.1.ver.voluptate. de cler.uen.alij ponunt tres species tantũ, videlicet oppressiuam arenariam,& saltuosam.gl.1.c.qui venatoribus.86.dist.Sylu.Tab.Ange. Rosella, & Armilla verb. Venatio Asten.lib.6.ti.50.art.3.Abb.Ant.de Butr.ca.1.nu.3. de cler.uen.præp.d.c.qui venatorib.86.dist.Cassan. in cõsuetudine Burg.rubr.13.§.8.ver.sed aduerte, Host.in summa de cler.uen.nu.1.Turrecem.c.qui venatoribus.nu.2.86.di. Hẽr. Boich.c.1.nu.1.de cler.uen.Iac.Men.de arb.iud.lib.2. Cent.5. Cas.413.num.3.Gemin.c. qui venatoribus.86.dist.Franciscus Marcus Decis.530.nu.1.vol.1.Marian.Soc.sen.c.1.num.6. de cler.ven.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure sit introducta venatio.*
2 *Venatio est iurisgentium.*
3 *Deus creauit omnia in hominum vsum.*
4 *Animalia sunt homini subiecta naturaliter.*
5 *Imperfectiora cedunt in usum perfectiorum.*
6 *Inferiora per superiora gubernantur.*
7 *Homo in statu Innocentiæ dominabatur cunctis,rebus,exceptis Angelis.*
8 *In homine quatuor considerantur.*
9 *Homo in statu innocentiæ ad quid indigeret animantibus.*

QVAESTIO II.

1 SEcundò quæro † quo iure sit inuenta venatio? Resp. esse iurisgentium.§.feræ.Inst.de rerum diuis.ibi. Feræ igitur bestiæ,& volucres, & pisces, & omnia animalia,quæ mari,cœlo,& terra nascuntur,simul atque ab ali-
2 quo capta fuerint,iuregentium statim illius esse incipiũt † qđ enim ante nullius est id naturali ratione occupanti concedi tur,conc.l.1.& 3.& l.quod in littore.ff.de acqu rer.do.no.l.1.
3 ff.de acq.poss.summus † enim Deus omnia animalia creauit in hominum vsum,& cibum ca.1.Genes.facit l.in pecudum. ff.de vsuris.& Cic.li.3.de fini.Cumq; hæc animalia communia ipsa natura fecerit.Planè licet per eandem naturę legem cuilibet primo capienti,ea sibi acquirere Didac.2.pa. Relet. Reg. Peccatũ.§.8.nu.1.S.Th.2.2.q.64.ar.1.D.Soto li.4.q.6.ar. 4. de iust.& iu.Zoanet.l.2.nu.146.C.de pac.inter em.& ven. Aug.Ber.cs.81.nu.3.vol.1.Rim.cons.35.nu.1.Natta cs.604. vol.3.nu.1.cons.522.nu.6 uol.3.cons.375.nu.vol.2.Rol.cõsi.9.nu.2.vol.2.& est Com.opin.de qua per Ias.cons.119. vol.
4 4.Emanuel Soarez tract.Com.opi.ver.venatio.omnia † enim animalia sunt homini naturaliter subiecta. Quod apparet ex tribus.Primò ex ipso naturæ processu sicut.n.in generatione rerum intelligitur quidam ordo,quo proceditur de perfecto ad imperfectum;nam materia est propter formam,& forma imperfectior propter perfectionem, ita etiam est in vsu rerũ
5 naturalium. Nam imperfectiora † cedũt in vsum perfectorum.Plantæ enim utuntur terra ad sui nutrimentum, animalia verò plantis,& homines plantis,& animalibus,vnde naturaliter homo dominatur animalibus,vnde Arist.1.Polit. c.5. vol.5.dicit,quòd venatio syluestrium animalium est iusta, & naturalis,quia per eam homo vendicat sibi, quod est naturaliter suum.Secundò apparet hoc est ordine diuinæ prouidẽ-
6 tiæ † quem semper per superiora gubernat. Vnde cũ homo sit super cætera animalia,vtpotè ad imaginem Dei factus,cõ uenienter eius gubernationi alia animalia scribũtur. Tertiò apparet ex proprietate hominis, & aliorum animalium. In aliis enim animalibus inuenitur secũdum æstimationem naturalem quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus:in homine autem vniuersalis prudentiæ, quæ est ratio omnium agibilium,omne autem quod est per participationem,subditur ei, quod est per essentiam & vniuersaliter.vnde patet, quòd naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem S.Thom.1.p.q.96.art.1.

7 In † statu autem innocentiæ homo non dominabatur Angelis,sed Animalibus imperando,plantis uero,& alijs inanimatis utendo absque vllo impedimento, in ipso enim homine quodammodo sunt omnia: & ideo secundum modum quo dominatur his,quæ in seipso sunt, secundum hunc eun-
8 dem modum competit ei dominari alijs. Est † autem in homine quatuor considerare,scilicet rationem, secundùm quã conuenit cum Angelis,vires sensitiuas,secundum quas conuenit cum animalibus,uires naturales, secundum quas conuenit cum plantis,& ipsum corpus, secundum quod conuenit cum rebus inanimatis. Ratio autem in homine habet locum dominantis,& non subiecti dominio; vnde homo Angelis non dominabatur in primo statu, & quod dicitur Genes.1.Præsit vniuersæ creaturæ, intelligitur, quæ non est ad imaginem Dei viribus autem sensitiuis, scilicet irascibili, & concupiscibili,quæ aliqualiter obediunt rationi dominatur anima imperando.Vnde in statu innocentiæ animalib. alijs per imperium dominabatur. Viribus autem naturalibus & ipsi corpori homo dominabatur, non quidem imperando, sed utendo.

Et sic etiam homo in statu innocentiæ dominabatur plantis,& rebus inanimatis, non per imperium, vel immutatio-
9 nem, sed absque impedimento vtendo eorum auxilio † & quamuis homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumẽtũ; quia nudi erant,& non erubescebant, nullo instante inordinatæ concupiscentiæ motu,neque ad cibum, quia ligni paradisi uescebantur,neque ad vehiculum propter corporis robur,indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem sumẽdam de naturis eorum.Quod significatum est per hoc quòd Deus ad eum animalia adduxit, ut eis nomina imponeret,quæ eorum naturas designant,S.Tho.1.par.q.96.art.1. ad 3.& arti.seq.

SVMMARIVM.

1 *Venatio an sit licitæ.*
2 *Iusgentium permittit venationem.*
3 *Ius ciuile non prohibet venationem.*
4 *Ius Canonicum quando prohibeat venationem.*
5 *Oppressiua uenatio prohibita.*
6 *Adulatoria uenatio qualiter prohibeatur.*
7 *Adulatio triplex.*
8 *Arenaria uenatio non conceditur.*
9 *Taurorum torneamenta prohibita.*
10 *Clerici pugnare non possunt.*
11 *Saltuosa uenatio quando concessa,& quando prohibita.*
12 *Tempore quadragesimę an sit concessam uenatio.*
13 *Feræ uastantes agros expelli possunt quocunque tempore.*
14 *Venatio quieta,quibus permittatur.*
15 *Redditus bonorum consistentes in venatione faciunt, vt etiam clericis uenari liceat.*
16 *Monaci non possunt retinere canes uenaticos in eorum monasterij.*

QVAESTIO III.

1 TErtiò quæro † vtrum venatio sit licita? Respõ. quòd in hoc plura
2 iura consideranda sunt; nam si inspiciatur iusgentium † vtique reperitur licita absolutè venatio ferarum,ut dixi supra in proxima præcedenti q. de iure autem
3 Ciuili † ita disponitur l.vnica.C.de ven.fer.lib.11. vbi occidẽdorum Leonum cunctis facimns potestatem, neque aliquã sinimus quemquam calumniam formidare; bestias autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates detineri percipimus,violatoribus eorum quinas libras au-
4 rifici iuribus illaturis:de † iure autem Canonico facit primo c.vident.86.dist.ibi.Vident homines venatores,& delectantur,vel miseris si se non correxerint,qui enim uenatorem vident,& delectantur,videbunt saluatorem,& triftabuntur,Secundò facit c.Esau.86.di.ibi.Esau uenator erat:quoniam peccator erat:& penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctũ aliquẽ uenatorẽ,piscatores inuenimus sanctos. Tertiò c. quid prodest.86.dist.86.ibi.quid prodest ieiunare iusseribus? abstinere à cibis,& errare peccatis? ut igitur iura iuribus cõ-
5 cordentur,ita distinguendo dicas † aut quæris de venatione hominum oppressiua,& hęc omnino dicitur illicita ca.non
6 est.§.iis.6.di.aut † quæris de adulatoria,& hęc semper, & omnibus est illicita,& infamat c.qui venatoribus.86.dist.c. sunt.
7 46.dist.& no.quòd tribus modis uenatur adulando, † aut tribuendo alicui bonum,quod non habet,vel nimium extollẽdum bonum quod habet,vel approbando malum quod ha-
8 bet c.ueh,qui dicitis 11.q.3.Aut † quæris de arenaria,& tunc aut quęris,utrum sit permissa laicis,aut clericis, si laicis, tunc aut laici pro hoc pecuniam recipiunt, & tunc non est licita, sed sunt infames talem venationem exercentes.Aut non recipiunt,sed hoc faciunt causa virtutis exercendę, & tunc est
9 permissa,nec sunt infames † saluis torneamentis, quæ prohibentur ca.1.de torneam. & Taurorum spectaculis,ut dixi in summa peccat.Cap.P.2.tit.9.excomm.200.Si quæris de cleri-
10 cis,tunc dic † quòd illis uenatio arenaria est omnino interdicta,no.c.1.& seq.de cler.pugn.in duello.

Aut

Source : BIU Cujas

11 Aut † quæris de venatione saltuosa, & tunc aut de clamosa, aut de quieta, seu recreatiua: si de clamosa, quæ in saltu, vel nemore fit hominum, canium, & auium multitudine cõgre
12 gata, tunc aut quæris, nunquid † est omnibus interdicta tempore quadragesimæ, & ieiuniorum, seu præcipuarum festiuitum, c. 1. c. fin. de feriis, quibus homines debent conuenire in ecclesia, & orare, & Resp. quòd ista tũc temporis est prohibita, siue sint clerici, siue laici c. an putatis 8. di. fallit, vbi necessi
13 tas famis vrgeret † vel si feræ venirent vastare segetes, vel uineas l. 2. C. de fer. aut in aliis diebus ferialibus, vel non ferialibus, & tunc laicis est concessa § feræ. Inst. de rerum diuis. clericis vero est omnino interdicta c. 1. § fi. ne cler. vel mona. c.
14 1. de cleri. venat. Si de quieta † seu recreatiua, puta cum rethibus laqueis, canibus cum silentio & modestia, tunc aut quæris de laicis, & illis est permissa, aut de clericis, & tunc aut fit causa voluptatis, vel vagationis, vel nimis frequenter, & tunc est eis interdicta c. 1. de cler. uen. Aut aliquando causa necessitatis, vel utilitatis, & tunc est licita, vt si fiat forsan ad excitãdum calorem naturalem, vel etiam appetitum d. ca. 1. argu. a
15 contrario sensu, similiter † si redditus bonorum etiã religiosorum fuerint in venatione, licebit etiam eis in propriis personis, saltem si familia deficiat, venationem suam recolligere, & vendere, dum tamen hoc faciant tempore competenti: quia hoc non est vagari, sed necessitati, vel saltim utilitati ecclesiæ prouidere, ad quod vnusquisque clericus est adstructus c. præsentium. 7. q. 1. c. qui vere. 16. quæstio. 1. non tamen
16 † possunt religiosi in eorum clausura vbi habitant, venaticos canes retinere, nec venationi exhibere corporalem actionẽ, nisi vrgens necessitas aliter eos adstringant. Clem. ne in agro § porro. de stat. mona. Henricus capi. 1. nume. 2 & sequen. de cler. venat. Host. in tit. de cler. vena. nume. 2. & seq. Quibus autem modis reddatur illicita venatio dicam in seq. quæst.

SVMMARIVM.

1 *Venatio quibus ex causis reddatur illicita.*
2 *Venatio inferens damnum proximo est illicita.*
3 *Personæ qualitas inspicitur in uenatione.*
4 *Tempus uenandi est considerandum.*
5 *Affectus immoderatus reddit uenationem illicitam.*
6 *Venari non potest in loco alterius contra uoluntatem domini.*
7 *Prohibens venationem quando peccet.*
8 *Exercens venationem prohibitam an peccet?*

QVAESTIO IIII

QVartò quia dictum est venationem secundum se esse licitam; est enim vsus naturalis do
1 minij homini præstiti super animalia † per accidens tamen redditur illicita, ideo quæro quibus modis siue
2 causis non liceat venari? Respon. pluribus, primò † uidelicet si fiat cum periculo, aut damno proximi, non considerando si homo percuti possit, aut si damnum inferatur agris, & tũc iudicatur illicita secundum temeritatem, periculum, & damnum. Sylu. ver. venatio. in fi.

3 Secundò † ex consideratione personę, ut quia clericus, vel monachus c. quorundam. 24. dist.

4 Tertiò ratione temporis † cum impeditur debitus cultus exhibendus, vt die festo, & ieiunij c. an putatis. 86. dist.

5 Quartò † ex immoderato affectu, ex qua causa facile omnia humana opera redduntur illicita, Doct. ca. 1. de cleri. ven.

6 Quintò † si contra voluntatem domini quis in eius loco venatus fuerit § feræ. Instit. de rerum diuis. ut dicam in seq. q.

7 Sextò † si quis prohibuerit uenationem in casu, quo non possit.

Septimò si custos non seruauerit fideliter, quod promisit seruare Nau. Man. Conf. ca. 17. nu. 170. Caiet. ver. venatio, do. Sot. lib. 4. de iust. & iure. q. 6. art. 4. Pisan. ver. venat.

8 Octauò † exercens uenationem aliquam ex prohibitis nẽpe oppressiuam, adulatoriam, & arenariam, modis & nominibus, quibus dixi supra in proxima præcedenti quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Venatio an prohiberi possit per principem.*
2 *Ratio triplex, quare princeps venationem prohiberi possit.*
3 *Feræ, volucres, & pisces sunt non solum pro ornamento vniuersi, sed pro vtilitate hominum.*
4 *Princeps loca communia proprio usui dicare potest.*
5 *Princeps inferior non potest prohibere uenationem.*
6 *Ferę, volucres, & pisces sunt communes.*
7 *Pœna afflictiua corporis quando sit infligenda in prohibitione venationis.*
8 *Damna data ob prohibitionem venationis sunt resarcienda.*
9 *Communia etiam iure naturæ possunt per principem uni applicari.*
10 *Lege humana facta est distinctio rerum.*
11 *Lege naturæ permissum potest per l. humanam prohiberi.*
12 *Lege naturæ prohibitum non potest humana lege concedi.*

QVAESTIO V.

1 QVintò quæro vtrum † venatio possit prohiberi per principem? Respõ. quòd sic secundum magis com. opi. Docto. de qua per Didac. 2. p. relect. reg. Peccatum. num. 1. gl. c. qui venatoribus. 86. dist. Caiet. tracta. quæst. 17. ca. 12. Ioan. Medina tract. de rest. q. 12. Dom. Soto. li. 4. de iust. & iure. q. 6. art. 4. ver. pari fermè, Faber. § flumina. Instit. de rerum diuis. Boer. in consuetudine. Bituric. tit. de consuetudine prædiorum. § v. Guliem. ca. Raynutius. ver. & vxorem. num. 869. de testam. Cassan. in consuet. Burg. Rubr. 13. § 7. Grammat. decis. 67. Rebuff. l. vnica. C. de ven. fer. li. 11. Bertr. cons. 255. lib. 1. nu. 9. Tiraq. tract de nobil c. 37. nu. 141. Rolan. consi. 9. num. 1. uolum. 1. Gemi. c. ius naturale. num. 11. dist. 1. Natta consi. 522. nu. 7. volum. 3 cons. 604. num. 2. volu. 3. l. unica. § nemo. de pace tenẽda, de feudis, ibi. Nemo retia sua, aut lequeos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad vrsos, apros, vel lupos capiendos, quibus in locis Doctores omnes concludunt, principem iusta ex causa venationem prohibere posse conc. Turrecrem. c. qui uenatoribus. 86. distin. & nota quòd † venatio potest prohibere per
2 Principem non recognoscentem superiorem triplici de causa. Primò & si venationis locus sit cõmunis ciuitatis, aut oppidi, vetari licitè potest a Principe, & à Domino per viam gu
3 bernationis, nam † feræ, volucres, & pisces non solum ornamento sunt, & decori Reipublicæ, verum & necessitati seruiunt, ob idque non est vulgi temeritati venatio committẽda, sed debet ordine, ac lege fieri ne dispereat.

4 Secundò † quia Princeps etiam communia loca Reipublicæ potest aliquo proprio vsui dicare, neque ad hoc, vt quidam putant, requiritur consensus populi, iustum quippe est, vt pro sua dignitate, gratia recreandi animi, venationem habeat paratam, præter quã quòd apros, & ceruos, & id genus bestias non condecet à Plebis venatu impeti, sed ut reseruẽtur ingenuis, qui præliorum simulacra aduersus eas meditentur. Tertia ratio est, quia prohiberi potest venatio, nempe qa est in loco, non communi oppidi, sed propria ipsius domini, quo suam custodit uenationem; nam si potest. fundi dominus particularis prohibere, ne quis uenationis gratia illud ingrediatur, multo magis princeps § feræ. uer. Planè. Insti. de rerum diuis. ibi planè, qui alienum fundum ingredietur uenandi, aut aucupandi gratia potest a domino, si is prẽuiderit, prohiberi, ne ingrediatur, declaratur tamen primo, ut licèt Prin
5 ceps prohibere possit uenationem † non tamen esse eadem ratio in magnatibus ad custodiendam sui gratia, uetan damque uenationem, quanta in Principe etiam si cum suis iurib. ea fuerit ipsis largitus. Secundo declaratur, vt non conueniat Principi in suo territorio in totum venationem prohibere, sed pro loco, & tempore; nam grauamen fieret nimis popu
6 lo † cum feræ, volucres, & pisces sint iuris gentium communes, & auferetur libertas, tum animum recreandi, tum & quęritandi victum.

7 Tertiò declaratur, vt † in prohibitione cauendum sit ne pœnæ acerbæ statuantur, quia illud non æstimatur furtũ, aut latrocinium, perinde ac dum domus, ac bursæ compilantur. vnde crudele est pœna corporali plecti ingredientes loca uetita venationis gratia, sed satis est, si duplum aut simplum perderent, & plagas, instrumentaque perderent, quòd si in his cresceret contumacia possent relegari in insulam, seu in certum aliquem locum alterum, si vero isto in casu adesset contemptus superioris: tunc non ratione uenationis prohibitæ, sed contẽptus posset pœna corporali puniri pro modo contemptus.

8 Quarto declaratur: ut † stante prohibitione venationis dãna data ob eam resaruantur à Principe his personis, quæ dãna passa sunt, Nõ obst. quod iure naturæ omnia sint commu
9 nia † quia possunt nihilominus a principibus, qui eorum, quę in nullius bonis sunt dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata nõ communia sint § singulorum. Instit. de rerum diuis l. 1. ff. de acquir. rerum dom. etiam absque corporali apprehensione, ad hoc facit, ꝙ sicut occupatio rerum, quæ nullius sunt priuatum iure naturali efficit illud, quod prius commune erat proprium ipsius occupantis l. 1. ff. de acqu. poss. ita ipse Princeps poterit, quæ communia prius erant, nulliusque in bonis habebantur in priuatum iure dominij trãsferre, iure siquidem naturali om
10 nia fuere ab initio communia, & † tamẽ humana lege facta est rerum distinctio inter priuatos, postquam distinctionem

non

Source : BIU Cujas

non licet cuiquam occupare dictam rem,& alicui priuata le ge humana ad dictam.Conradus lib.de contract.q. 10. Præterea princeps facere potest: vt dominium rei priuatæ, quæ dominum habet, absque traditione transferatur in alterum ipsius domini consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam l.fin.C.de sacrosanct.eccl.l.raptores. C. de episcopis & cleric. no.l. tradit. C.de pactis,ergo earum rerum, quæ nullius sunt & principi dispensationi subiacent, poterit princeps dominium absque apprehensione corporali in priuatum transfer re.Hinc etiam constat, principem posse harum rerum quæ communes sunt ex causa occupationem priuatis interdicere,& sic venationem prohibere,ad rationem autem Respō. feras,volucres,& pisces non esse communia positiuè, & affirmatiuè,quia omnium propria sint communis domino causa:sed negatiue,quia nullius sint, & iuri naturali nulli sint applicatæ S.Thom 1.2.q.94.arti.5. Ideo lex humana potest ea vniri potius quàm alteri ex causa concedere: ex quibus infertur,venationem iure naturali omnibus permissam, ex varijs causis posse per principem prohiberi; non enim valet conse
12 quentia,hoc † est iure naturali permissum. Ergo per legem humanam prohiberi non potest,cum multa sint iure naturæ licita,quæ inspecta Reipub.vtilitate,& iusta æquissimum cō munitatis regimen per legem humanam prohiberi possunt:
13 bene procedit argumentum hoc † istud est iure naturæ prohibitum. Ergo lege humana permitti non potest, princeps ergo potestatem habens legis condendę venationem prohibere poterit ex variis causis.Inferior autem a Principe iurisdictionem habens idem agere poterit ad tempus aliquod, & ex causa iustissima,non quidem per legem,quam statuere non valet,sed per edictū:Perpetuò uero non potest princeps qui superiorem habet,prohibere uenationem,nisi ius id per immemorabilem præscriptionem legitimè acquisierit,secū dum Doct.Com.superius citatos,de qua præscriptione dicemus nos inferius suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Venari an liceat in alieno fundo.*
2 *Domino inuito siquis cœperit feras,non tenetur restituere.*
5 *Actione iniuriarum conueniri potest ingrediens fundum, alienum uenandi causa inuito domino.*

QVAESTIO VI.

1 SExtò quæro vtrum †liceat uenari in alieno fundo? Resp.quòd venari licet recreationis causa, ēt in fundo alieno,auibus,& canibus,non autem laqueis,foueis,retib.& cæteris similibus artibus fraudulentis, præter quam in occidendis capiendisq; bestijs nociuis, put sunt leones,lupi,panteræ,& similes c.1.§.nemo retia.de pace
2 tenenda,vnde † captum in agro alieno efficitur capiētis,nec restituere tenetur.gl.l.diuus.ff.de seru.rust.præd.l.3 ff.de acq. rerum dom.Franc.Marc.decis.130.num.14.volum.1.Docto. Com.§.feræ.Insti.de rerum diuis.Franc.Viues lib.2.com.opi. conclu.311.Emanuel Soarez.in tesauro recept.sent.versi.venator.Cœpol.de seru.rustic.præd.cap.de aucupio,Cassan.in consuet.Burg.§.7.quæst 2.Socyn.Iun.consi.58.nume.2.volu. 1.Præposit.ca.omnes.nume.20.dist.1.Guido decis.218.fallit hoc,quando dominus prohibuit,Bartol.l. venationem.ff.de
3 vsur.nam siquis † inuito domino ingreditur alienum fundū venandi gratia,quamuis efficiatur dominus feræ captę,vt dicam in seq.quæst.tenebitur,tamen actione iniuriarum,secūdum com.opin.Docto.§.feræ Institu.de rerum diuis.ibi,nec interest feras,bestias,& volucres,vtrum in suo fundo quis capiat,an in alieno, planè qui alienum fundum ingreditur venandi,aut aucupandi gratia,potest a domino,si is prę uiderit prohiberi ne ingrediatur,quicquid autem eorum cœperis, eo vsque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coerceatur.

SVMMARIVM.

1 *Restitui an debeat quicquid in uenatione captum fuerit.*
2 *Dominium ferarum non habet dominus fundi.*
3 *Terra non fert animalia.*
4 *Auium tria sunt genera.*
5 *Columbarium quando construi non possit.*
6 *Fera vulnerata an sit capientis.*
7 *Apes quando fiant capientium.*
8 *Pauones an fiant capientium.*
9 *Cerui quando fiant capientium.*
10 *Gallinæ non sunt capientium.*
11 *Prohibita uenatione an restitui debeat,quod capitur in ea.*
12 *Clerici an teneatur restituere,quod ceperint in venatione.*
13 *Laici uenantes in die festo an teneantur restituere.*
14 *Capta in uenatione cum certis instrumentis prohibitis an sint restituenda.*
15 *Iniuria fit domino prohibenti uenari in loco suo.*
16 *Venatio facta in loco præscripto,an compellat restituere.*
17 *Venatio facta in loco priuilegiato an restituere faciat.*
18 *Venatio facta in loco,muro circumsepto obligat ad restitutionem.*
19 *Capta in viuarijs quando sit restituenda.*
20 *Capta extra uiuaria quando sint restituenda.*
21 *Columbæ non possunt capi?*

QVAESTIO VII.

1 SEptimò quæro vtrum †restituendum sit quicquid captum fuerit in venatione,piscatione,& aucupio? Respon.quod vbi venatio prohibetur in loco communi,arbitror ad restitutionem nullam teneri, quamuis culpa sit facere contra legem, quoniam cum uenatio sit publica, non præsumitur lex obligare ad restitutionem,sed ad pœnam,si condemnetur:quando vero locus est proprius domini,si locum ipsum ingrediaris,species est furti,& tunc maxime dum muro est cinctus,secus si locus fuerit patulus,nam licet dominus ibi ius uenandi habeat,& alios inde arcere ualeat† non tamen habet ipse
2 dominium ferarum,quæ ibidem nutriuntur, perinde atque
3 arborum,aut terræ nascentium,quia † feras terra non fert, vt cæteros fructus,sed ipsa animalia se generant,& quia eadem animalia vaga sunt,& ad quodcunque diuagandum libera,si ergo dominus fundi non est ferarum dominus, non tenebitur,qui ea cœperit,ei ipsa restituere, qui autem prohibitus feram cœperit,non sibi,sed domino fundi obueniat, in pœnā scilicet,quod ingressus fit fundum alienum inuito domino, & ante sententiam ad nihil tenetur.

4 Circa aucupium uero dicendum est, † aues esse in triplici differentia; nam aliæ sunt meræ sylvestres, & harum aucupium defendere, etiam in fundo proprio iniquum est.Doct. §.feræ.Insti. de rerum diuis. quando quidem nullibi nisi per modum transitus commorantur; aliæ sunt prorsus domesticæ,quas surripere omnino furtum est,& ad restitutionem tenetur §.gallinarum.Institu. de rerum diuis.Aliæ sunt mediæ, vt columbæ, quæ nec prorsus domesticæ sunt, nec prorsus sylvestres; tunc si lex municipalis prohibeat,vt infra certum locum non capiantur, tunc si captæ fuerint infra dictum locum,iudicatur de his sicuti de domesticis dictum est, non tamen sunt eodem rigore vrgendi,ac si de ipso columbario illas furarentur,ubi autem nullæ sunt leges ciuiles: sed solum ius naturale disponit, quod nemini reclamantibus illis, qui damna sunt accepturi, licitum est columbarium extruere,
5 †quando maximè inferretur ingens damnum, & domini pabulum non esset sufficiens pro columbarum numero in columbario existentium; alioquin columbarium erigi potest, quia hoc genus auis non solum est in escam,verum etiam ratione stercorationis,est valde utile Reipubli.Dom.Soto.lib. 6.de iust.& iure q.6.art.4.similiter licèt fera sylvestris ab ali-
6 quo vulnerata sit, ita vt verisimiliter possit capi † tamen non efficitur uulneratis, nisi eam cœperit, & per consequens capiens illam non tenetur restituere,etiam si alius eam vulnerauerit.§.illud.Institu.de rerum diuis. Quæ omnia habentur in §.feræ.Institu.de rerum diuis.ibi,feræ bestiæ, & volucres, & pisces,& omnia animalia,quæ mari,cœlo,& terra nascuntur,simulatq; ab aliquo capta fuerint,iure gentium statim illius esse incipiunt,quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur.Hęc interest,feras bestias,& uolucres,vtrum in suo fundo quis capiat,an in alieno,planè qui alienum fundum ingreditur uenandi, aut aucupandi gratia, potest a domino,si is præuiderit,prohiberi, ne ingrediatur: quicquid autem horum cœperis,eo vsque tuum esse intelligitur,donec tua custodia coerceatur.

Cum vero tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem se se receperit,tuum esse desinit, & rursus occupantis fit:naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cū vel oculos tuos effugerit,vel ita sit in conspectu tuo,vt difficilis sit eius persecutio,de fera vulnerata ita deciditur §.illud. Institu.de rerum diuis.ibi.illud quæsitum est,an si fera bestia ita vulnerata sit,vt capi possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit, statim esse tuam,& eo vsque tuam videri,donec eam persequaris,quòd si desieris persequi; desinere esse tuam,& rursus fieri occupantis.

Alij verò putauerunt,nō aliter tuam esse,quàm si eam cœperis,sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant,ut eam non capias,de animalibus uero partim domesticis,& partim sylvestrib. dicitur in §. apiū.
7 Insti.de rerum diuis.ibi apium † quoque fera natura est. Itaq; apes,quæ in arbore tua consederint,antequam a te includantur,non

Source : BIU Cujas

tur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Fauor quoq; ,si quos effecerint, eximere quilibet potest. Planè integra re si præuideris ingredientẽ fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur, examen quoque quod ex alueo tuo euolauerit, eo vsque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis
8 persecutio eius est, alioquin occupantis fit. Pauonum † quoque & colũbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euolare & reuolare solent, nam & apes idẽ faciunt, quarum constat feram esse naturam. Ceruos quoq; quidam ita mansuetos habent, vt in syluam ire atque redire soleant; Quorum & ipsorum feram esse naturam nemo ne-
9 gat: In † ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula comprobata est, vt eo vsque tua esse intelligantur donec animum reuertendi habeant.

Nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animũ videntur desinere habere tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. & tunc non cadit materia restitutionis, sed bene in primo casu, nisi in secundo lex municipalis aliter disponat. De animalibus etiam prorsus domesticis, ita disponi-
10 tur § gallinarum. Instit. de rerum diuis. ibi. gallinarum † autem, & anserum non est fera natura, idque ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus. Item alij sunt anseres, quos feras appellamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæque euolauerint, licèt conspectum tuum effugerint; quocunque tamẽ loco sint, tui tuæve esse intelliguntur, & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur, & per consequens ad restitutionem tenetur, ex superius dictis col i
11 gitur prima conclusio, quòd † prohibita venatione ob venatoris, vel temporis rationem, aut propter aliam causam, uel publicam, vel priuatam, non tamẽ ex eo quòd animalia sint propria alicuius: acquisitum ex ea non est in conscientiæ iudicium restituendum, quia leges prohibentes venationem non prohibent, neque uetant acquisitionem ferarum, sed vsum venationis causa honestatis, vel simili, idcirco nulla oritur à uenatione prohibita obligatio restituendi, sicuti acquisitum ex meretricio non est necessario in animæ iudicio restituendum, licèt vsus meretricius iure diuino, & naturali dãnatus sit, atque prohibitus, nam si qua obligatio restituendi per venationem prohibitam contingere potest, in hac specie ea deducenda est a commutatiua iustitia, quæ per venationem infringatur, at hæc minimè infringitur cum nullum damnum detur alteri, siquidem captæ feræ nullius sint, nec ex venatione auferatur alicui, quod eius sit proprium, vel ei debitum; igitur nulla est obligatio ad restituendum, hoc tamen dictum limitari potest. dupliciter. primo quando lex in pœnam venantis in loco prohibito obligaret ad restitutionem, nam tunc post sententiam restituere tenetur, non autẽ ante, nisi lex dicat, quòd eo ipso restituere teneatur absque alia declaratione.

Secundò limitatur, quando aliquis emeret ius venandi a principe in aliquo certo loco, nam tunc si quis caperet feras dicto in loco ob damnum datum ementi tenetur restituere vel ad interesse.

Tertiò limitatur, quando venatio esset in fructu, prout cõtingit pluribus in locis, nam tũc quando redditus bonorum consistit in venatione tantum, siquis in tali loco prohibito muro circumsepto aliquid caperet, teneretur restituere. Ampliatur tamen & declaratur hæc prima principalis conclusio
12 vt procedat, etiam si fuerit aliquid captum a clericis: nam † licèt his magis sit prohibita uenatio, quàm laicis: non tamen in iudicio animæ tenentur restituere. Secundò ampliatur ẽt
13 quòd ad laicos † quibus est interdicta venatio tempore festo, ne retrahantur studio venandi a diuinis officijs, glo & Doct. c. Esau. 82. dist. nam tunc etiam, si eo tempore quis venationem exerceat, male quidem agit, sed non tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationẽ habuerit. Tertiò ampliatur, ut procedat † etiam si aliquid cœperit in venatione pro-
14 hibita cum certis instrumentis, prout sæpe contingit Ioannes Medina titu. de restitutione, quæst. 12. Quartò ampliatur hoc idem procedere, etiam si prohibitio facta fuisset per iudicem possunt tamen tolli a iudice in pœnam criminis, non tamen per hoc sequitur, quin fiant capiẽtium, & quòd in foro animæ teneãtur restituere, quamuis grauiter peccauerint transgredientes iudicis præceptum; Quintò ampliatur, ut
15 † quamuis grauis iniuria fiat domino fundi priuati, si uenator cum ingrediatur ipso domino prohibente l. iniuriarum. § fi. ff. de seru. rust. præd. tamen ex hoc non tenebitur ad restitutionem auium, aut ferarum, qui domino vetante fundum alienum ingressus fuerit gl. l. 3. ff. de acquir. rerum dom. Bart. l. 1. § omnia. ff. eod. tit. & est com. opin. ut per Angel. & Can. tiunculam §. feræ. Instit. de rerum diuis. ratio est: quia & si lege humana ob iniuriam domini vetitum sit, ne quis eius agrum eo inuito ingrediatur, non tamen ex hoc acquisitio ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita, nec per hanc prohibitionem feræ ipsius agri domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, immo adhuc liberæ manent iure naturali: vt primò occupantis fiant. Præterea hoc idem probatur tali ratione, nam si in hac specie, feræ ipsius agri priuati essent proprię domini fundi, vel id contingeret per applicationem legis, vel per occupationem, nullum horum hic datur. Ideo adhuc ea animalia cõmunia manent nec in illius bonis sunt, iuxta propriam iuris naturalis rationem: lex equidem humana prohibens, ne quis inuito domino agrum alienum ingrediatur ad venationem exercẽdam, non impedit animalium, quæ nullius sunt, primo occupãtis acquisitionem, nec ea animalia applicat domino fundi, donec & ipse dominus ea occupauerit iure naturali, idcirco venator ad restitutionem non tenetur eorum quidem animalium, quæ a Domino fundi non fuerunt occupata, nam res non potest absque obligatione restitutionis obtineri, quando lex humana, siue in pœnam, siue ob aliam causam impedit primam alicuius rei acquisitionem, constitutio autem prohibens venationem cum pœna, quod captum a venatore pertineat ad dominum fundi prohibentem venationem, non p hoc impedit primam illius rei acquisitionem, sed tãtum sanxit domino fundi restituenda in pœnam vetiti ingressus, vnde donec Iudex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem legemque ipsam exequatur, minimè in conscientiæ foro uenator tenebitur ad ferarum restitutionem.

Sexto ampliatur vt procedat, etiam si fructus agri prohibiti a domino ne quis ibi ingrediatur venandi gratia consisterent in venatione Medina tit. de restitutione q. 12. Quamuis in foro exteriori contrarium sit Item si. §. aucupiorum. ff. de vsufructu. quia ferę existentes in dicto agro non pertinẽt ad dominum iure dominij: cum ipse in his quæ nullius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quàm alius.

16 Septimò ampliatur etiam † siquis venetur in loco alterius præscriptione acquisito, quo casu licet in foro conscientiæ restituere non teneatur, tenebitur tamen in foro exteriori. glo. §. feræ. Instit. de rerum diuis.

17 Octauò ampliatur etiam † siquis venatus fuerit in loco alterius per priuilegium principis concessio; nam etiam eo in casu non tenetur, nisi in foro exteriori restituere.

Nonò ampliatur, hoc idem procedere in venatione facta in locis adhuc publicis per inferiorem a principe absque iusta causa, qui tamen præscriptionem, aut priuilegio ius prohibendi acquisiuit, siquis aduersus hanc prohibitionem venetur, sibi feras acquirit, nec tenetur in foro conscientiæ eas
18 restituere. Altera elicitur conclusio ex supradictis quòd † venatio, piscatio, & aucupium ferarum, piscium, & volucrum in loco proprio, seu quæ priuatim alicuius proprij sint, prohibetur, & quicquid capitur, restitutioni obnoxium dicitur esse, perinde ac si domesticum, ac mite aliquod animal caperetur; probatur hoc ratione commutatiuæ iustitiæ, a qua deducitur obligatio restituendi ex causa acceptionis iniquæ, q̃ processit in damnum atque in iniuriam proximi, cuius propria res capiam, & auferetur, vnde & in hoc casu potest dominus aduersus venatorem agere actione furti §. gallinarum. Instit. de rerum diuis.

19 Ampliatur primo hæc conclusio, vt † venator teneatur restituere animalia capta, quæ priuatim sunt inclusa viuarijs, leporarijs, piscinis, aut stagnis, etiam si dicta animalia exire soleant, modò consuetudinem habeant eundi & redeundi. Idẽ erit in apibus priuato alueo inclusis, & de ceruis priuatæ syluæ muro circundatæ, l. 3. §. item feras. ff. de acqu. possess. Procedit tamen, quando hæc viuaria facta fuerint priuata hominum opera, quòd si ab ipsis animalibus naturaliter facta fuerint, absque industria priuatorum secus erit §. apium. Instit. de rerum diuis.

Secũdò ampliatur, vt restitutio fieri debeat, etiam si capta
20 fuerint extra locum in quo includuntur in vicinio † dummodo consuetudinem eundi, & redeundi non amiserint, adhuc enim propria sunt illius, qui ea inclusérint, Medina tracta. de restitu. quęst. 12.

21 Tertiò ampliatur, vt † si quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario atque ad proprium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem, etiam in animæ iudicio, eritque in foro iudiciali puniendus, Didac. P. 2. relect. § 8. numero 15. de reg. iur. in 6. Alber. l. diuus. nu. 2. ff. de seruit. rust. pred. vbi ẽt Paulus nu. 4. Natta cons. 375. nu. 6. vol. 2. Doc. §. feræ. Inst. de rer. diui. Fran. Marc. decis. 530. nu. 16. Rolandus cons. 9. nu. 19. vol. 2. Nauar. Man. Cons. c. 17. nu. 170.

S V M.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Clericis an sit prohibita uenatio.*
2 *Clerici non possunt alere canes.*
3 *Piscatio fit sine clamore.*
4 *Venatio magis adfert delectationem, quàm piscatio.*
5 *Caro ferina luxuriam fouet.*
6 *Venatio est proximior crudelitati.*
7 *Venatio fit cum maiori periculo, quàm piscatio.*
8 *Venatio est minus decora quàm piscatio.*
9 *Sanctum uenatorem non inuenimus.*
10 *Apostoli fuere Piscatores.*
11 *Venari est magis luxuriæ, quàm rationis.*
12 *Venatio infert damnum agris alienis.*
13 *Venatio rixam parit.*
14 *Oppressiua uenatio prohibita clericis.*
15 *Adulatoria uenatio prohibetur clericis.*
16 *Arenaria uenatio prohibetur clericis.*
17 *Clamosa uenatio quando permissiua clericis.*
18 *Clerici quomodo & quando uenari liceat.*

QVAESTIO. VIII.

1 Octauo q̃ro † utrũ uenatio liceat clericis? Resp. ꝙ de hoc est textꝰ expressus c. 1 de cler. uenatore. ibi eꝑm Prẹsbiterum, diaconum, canes, aut accipitres aut huiusmodi ad uenandum habere non licet. Quòd siquis talium personarum in hac uoluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est tribus mensibus a communione, si presbiter duobus, si Diaconus ab omni officio suo suspendatur. & ca.
2 2. eod. tit. ibi omnibus † seruis Dei uenationes, & syluaticas sagitationes cum canibus, & accipitres, aut falcones habere interdicimus conc. c. 134. dist. & c. Esau. 86. dist. Ratio autem quare uenatio interdicatur clericis, piscatio autem nõ,
3 est multiplex † prima: quia piscatio fit sine clamore, uenatio autem non, secunda propter maiorem delectationem, qua uenator detentus non potest. interim de diuinis cogitare.
4 gl. c. Esau. 86. dist. tertia quia † uenatio fit cum maiori sumptu commeduntque bestiæ, quod Christi pauperes alere deberet cõtra illud Euangelij. non est bonum sumere panem
5 filiorum & dare canibus. Quarta † quia carnes ferinæ luxuriam fouent, & uitia subministrant, quod secus faciunt pisces, ideò tempore ieiunij illæ prohibentur, isti permittũtur.
6 Quinta † quia uenatio est proximior crudelitati, quàm pis-
7 catio. Sexta † quia uenatio magis adfert periculum uitæ homini, quam piscatio; quoniam (ut docet experientia) interimuntur sepè homines a feris, uel semet impetu aliquo præcipites agunt *in illis persequendis*, quod rarò contingit in
8 ipsa piscatione. Septima ratio † quia uenatio est minus grauis, quid enim turpius, quam clericum huc, & illuc pedibus cursitantem, aut equo uolitantem uidere? Octaua ra-
9 tio † quia uenatio caret exemplis sanctorũ uirorum c. esau. 86. dist. ibi. Esau uenator erat, quia peccator erat. & penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem uenatorem, piscatorem, piscatores inuenimus sanctos, cum
10 † piscatio ipsos habeat. Apostulos ante, & post resurrectionem Christi, imimo Christum ipsum approbantem & iubẽtem retia tendi, ac de piscatione comedentem Luc. & Ioa.
11 c. fin. Nona † quia porsequi feras appetitus magis & luxurię quàm rationis, uel necessitatis esse cognoscit. Decima propter damnum quod infertur à uenatoribus agris alienis.
12 Vndecima † propter rixas multas, quæ oriuntur inter uenatores, & inter dominos agrorum prohibentes ingressum
13 eorum † quæ rationes cum cessent in piscatione, meritò unum prohibetur, alterum permittitur; qua in re ita distinguendo dicas: aut loquimur de uenatione hominum op-
14 pressiua, † & hæc indistinctè prohibetur omnibus clericis, quibus interdicitur pugnare, etiam cum infidelibus, nisi de
15 fensionis causa c. ex multa. de uoto, aut † de uenatione adulatoria, & illa quoque omnino prohibita dicitur c. ueh, qui
16 dicitis. 11. q. 3. Aut de uenatione arenaria † quæ fit, cum homines certant cum bestij, & hæc quoque prohibetur clericis c. 1. de cler. uenat. Aut uerò est uenatio ferarum saltuosa uel clamosa † quæ fit cum canibus, & tunc, aut sunt in
17 minoribus ordinibus constituti, & arbitrio iudici puniuntur, aut in sacris, & tunc si habent rddditus in uenatione sicuti plures sunt clerici in Gallia, & licèt eis, cum non faciãt ad uoluptatem, alioquin deberent uitare hanc clamosam uenationem; putarem tamen eas posse, si rarissime hoc facerent causa recreationis. Arg. cap. 1. de cler. uen. dum dicitur in hac uoluptate sæpius detenti: secus ergò si rarissimè, & non causa uoluptatis, sed causa necessitatis puta exercitij, ualetudinis causa, excitando appetitum propter morbum præcedentem c. dilectus. de homicid. dummodò non alat canes de redditibus ecclesiæ, nec eos retineat in pro-
18 pria domo † uenatio uerò quæ fit cum rete, seu laqueo licita est clericis, dummodo frequenter non insistant. gl. 3. ca. Esau. 86. dist. Abb. & Doc. com. c. 1. & seq. de cler. uen. Doct. clem. 1. §. Porrò. de stat. mon. Inno. & Abb. c. dudum. il 2. de elect. Felin. c. auditis. de præscr. didac. 2. P. Relect. c. peccatũ. §. uerò 2. de reg. iur. 6. ubi dicit. Quicquid captum fuerit an clericis, etiam illicite uenantibus, proprium capientium fit, nec iudicio animæ restituendum erit, conc. rosella uer. uenatio, & Armilla numero 2. Bonifat. clem. 1. §. porrò. numero 2. de stat. Monac. tyraq. tract. de nobil. ca. 37. numero 148. conc. c. cum Apostolis. nume. 2. de censibus Zabar. cap. 2. de cler. uen. Præpos c. omnibus. 34. dist. & c. quorundam. ead. dist. Franciscus. Marcus. decis. 530. num. 9. uol. 1. Diaz in praxi crim. cap. 61. pœnam autem clerici uenantis dicetur. in seq. q.

SVMMARIVM.

1 *Pœna clerici ratione uenationis prohibitæ.*
2 *Clerici uenantes uenatione oppressiua, ut homicidæ puniantur.*
3 *Clerici uenantes uenatione arenaria quando afficiantur infames.*
4 *Episcopus uenator qua pœna puniatur.*
5 *Presbiter uenator quomodo puniatur.*
6 *Diaconus & subdiaconus uenantes an puniendi sunt.*
7 *Pœna maior imponitur maiori.*
8 *Ex persona pensatur qualitas delicti, & pœnæ.*
9 *Clericus in minoribus constitutus uenando, qua pœna puniatur.*

QVAESTIO IX.

1 Nonò quæro † quæ sit pœna clerici uenantis uenatione prohibita? Resp. quòd si uenantur uenatione oppressiua hominum, tam clerici quã
2 layci puniuntur pœna homicidij † faciunt enim contra prẹceptum non occides. Turrecrem cap. qui uenatoribus. numero secundo 86. dist. sicuti. fuit Nembrot uenator coram Domino id est hominum oppressor ca. 10. genes. c. fin. §. his
3 itaque 6. dist. Si uerò † uenantur uenatione arenaria, peccãt mortaliter, si uerò locassent ad id operas suas, tam clerici, quàm layci efficiuntur infames l. 1. §. item. ff. de postul. l. 2. §. fin. ff. de his qui not. infamia, si uerò uenantur uenatione sal tuosa; quia episcopum, presbiterum, aut diaconum canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad uenandum habere non dicet. Quod siquis talium personarum in hac uoluptate sæ-
4 pius detentus fuerit † si episcopus est tribus mensibus à cõ-
5 munione, † si præsbiter duobus, si diaconus ab omni officio
6 suo suspendatur † c. 1. de clerico uena. eadem † pœna, qua diaconus, puniatur subdiaconus, ut dicunt Doct. com. d. c.
7 primo & licèt † uideatur imposita maior pœna minori, quàm maiori, quòd est contra illud c. homo 40. dist. cap. nulli. 29. dist. plus tamen punitur hic episcopus & presbiter, quàm diaconus: maior enim reputatur ista pœna in epi-
8 scopo, uel presbitero, quàm suspensio à beneficio in diacono, uel subdiacono propter maius scandalum † ex persona enim consideratur iniuria §. atrox. Inst. de iniur. sic pœna ex persona indicatur parua, uel magna. gl. fin. d. c. 1. de cler.
9 uenatore. quid autem † in clericis in minoribus ordinibus constitutis dicunt Doct. iudicis arbitrio puniri. Ioan. And. & Host. d c. 1. & Dia. in pract. crim. c. 61. numero 7. Iac. Men. lib. 2. Cent. 5. Cas. 413. nume. 413. numero 18. de Arb. Iud. uolum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Venatio. Piscatio, & Aucupium an possint prohiberi, ne exerceantur aliquibus certis instrumentis.*
2 *Feræ, Pisces, & uolucres sunt pro ornamento uniuersi atque pro utile hominum.*
3 *Feræ prohibentur capi cum instrumento fonæ.*
4 *Aues prohibentur capi cum sclopo seu arcabusio.*
5 *Pisces prohibentur capi esca.*

QVAESTIO X.

1 Decimò quæro † an uenatio possit prohiberi, ne fiat cũ quibusdam retibus, uel alijs instrumentis aptis ad ferarum depopulationem? uel hominum periculum? Resp. quòd sic: quia † feræ, uolu-
2 cres, & pisces non solum sunt pro ornamento uniuersi, sed
3 etiam pro utilitate hominum, unde † princeps prohibet uenationem, quæ fit cum instrumento tonæ: quia, eò plures extinguntur. & capiuntur feræ, atque inde sequitur anima

lium

Source : BIU Cujas

lium sylvestrium, & ferarum innumera extinctio, qua Reip.
5 incomoda est, similiter † ne quis cum sclopo aucupetur, cū propter tonitrua arcabusiorum fugentur, & terreant aues,
5 & ferae; item prohibere potest † non quis piscari possit cum esca, qua occiduntur pisces in magna quantitate, prout extant leges super premissis editas à Serenissimo Magno Etruriae Duce in suo magno Ducatu, quae leges consonant cum dispositione iuris communis, not. §. nemo retia. de pace tenenda l. qui foueas. ad l. Aquil. Plat. & Rebusl. l. unica. C. de uen. fer. lib. 11. Bertr. consi. 155. lib. 1. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 16. §. 6 num. 3. Medina tract. de rest. q. 12. Didac. p. 2. Relect. reg. peccatum. §. 8. de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Venatio an prohiberi possit certo tempore.*
2 *Ferae praegnantes non possunt uenari.*
3 *Tempore iciunij quando liceat uenari.*
4 *Die festo quando uenari liceat.*

QVAESTIO XI.

1 Vndecimò quaero † an uenatio prohiberi possit certo tempore? Resp. quòd sic; nam tempore niuium quibusdam in locis, ut in Hispania, non licet uenatio leporum, similiter nec tunc licet
2 perdices aucupari, similiter † tempore quo ferae sunt praegnantes, & uolucres faciunt nidos, ne fiat nimia depopalatio ferarum. & auium. Didac. 2. p. relect. §. 8. numero 3. uer. secundò, de reg. iur. in 6. item † prohibetur tempore iciunij,
3 nisi necessitas urgeret. gl. c qui uenatoribus. 86. dist. c. quid prodest. cad. dist. ibi, quid prodest iciunare uisceribus, & luxuriare uenatibus? abstinere a cibis, & errare peccatis, & ca. an putatis. cad. dist. ibi, An putatis illum iciunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam uigilat, non beatorum martyrum sancta loca perquirit, sed surgens congregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus syluasque perlustrat? Seruulos inquam secum protrahit fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & uoluptatibus suis peccata accumulat aliena; nesciens reum se futurum, tam de suo delicto, quàm de perditione seruorum.
4 Tertiò † tempore festo non est licita uenatio, quando per eam detrahimur ab audienda missa, nisi fortè id faceret propter necessitatem famis. c. licet. de ferijs. idem si apri, lupi, uel ursi, aut similes bestiae uenirent uastare segetes, & uineas; nam tunc etiam clericis uel monacis licita est uenatio Mar. Soci. sen. c. 1. num. 12. de cler. uen. Nar. Man. cons. ca. 13. numero 11.

SVMMARIVM.

1 *Armis an uti possint uenatores.*

QVAESTIO. XII.

1 Duodecimò quaerò † an sit licitum uenari cum armis? Res. quòd non, nisi ad animalia periculosa, ut in uenatioue leonum, ursorum, luporum, & similium. Doct. §. nemo retia. de pace tenenda Veron. tract. de seruit. rust. praed. ca. 21. tit. de aucupatione. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Fossata an fieri possint pro uenatione.*
2 *Laquei quibus tendantur.*
3 *Retia quibus tendantur.*

QVAESTIO. XIII.

1 Decimotertio quaero † an sit licitum fossas aprorum, ursorum causa capiendorum facere, uel laqueos ponere? Resp. quòd si in itineribus fiunt, in eisque bos, uel asinus, uel aliud animal ceciderit, factumque deterius est, uel laquei ponuntur in loco publico, & pecus tuum in eo ceciderit, potes agere contra facientes foueas, uel laqueos ponentes lege Aquilia, nisi denunciassent prius Domino, uel nisi praedictae fierent, in locis, ubi fieri solent l. qui foueas. & l. seq. ff. ad l. Aquil. Veronensis in tract. de seruit. rust. praed. tit. de Aucup. cap. 27. nume. 12. laqueos † autem & retia non tenduntur, nisi ad lupos, & apros, & ursos capiendos, & similes,
2 3 sicuti † nec fossae fiunt, nisi pro isti s capiendis. §. nemo retia, de pace tenenda. Veron. d. loco numero 8.

SVMMARIVM.

1 *Piscatores an possint accendere lumen in littore maris.*
2 *Piscatores accendentes lumen in littore maris, qua paena puniantur.*

QVAESTIO. XIIII.

1 Decimoquarto quaero † an liceat piscatoribus accendere lumen in littore maris? Resp. quòd de hoc est textus apertus l. ne piscatores. ff. de incend. ruina, & naufragijs: ibi Ne piscatores noctu lumine ostenso fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis sunt deducant, sibique execrandam praedam. det praesidis prouinciae religiosa constantia efficiat; & nota
2 † quòd tenentur, & puniuntur, ac si fuissent, raptores. Gandin. & alij in proxi. crim. tit. siquid raptum est occasione incendij, ruinae, & naufragij, numero decimoquinto. & hoc intellige quando lumen ponitur in loco periculoso littoris maris, ut decipi, & falli possent nauigantes, secus autem si poneretur a libi gl. 1. d. l. ne piscatores. ff. de incend. ruina & naufragio, Cepolla tract. de seruit. rust. praed. tit. de igne, numero 6.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius an habeat redditum uenationis, piscationis, & aucupij.*
2 *Vsufructuarius potest prohibere uenationem.*
3 *Vsufructuarius potest uendere ius uenandi.*
4 *Vsufructuarius non est dominus ferarum.*

QVAESTIO. XV.

1 Decimoquinto quaero † utrū usufructuarius habeat redditum uenationis? Resp. quòd de hoc est textus l. item si §. Aucupiorum. ff. de usufructu. ibi aucupiorum quoque & uenationum redditum Cassius ait lib. 8. iur. ciuilis ad fructuarium pertinere, ergo & piscationum, ex quo textu notantur plura, primum usufructuarium posse uenari in eo fundo, in quo usumfructum habet, nec posse an proprietario prohiberi, ne uenetur ipse usufructuarius l. usumfructum. ff. de usufructu.
2 Secundò † quòd ad usufructuarium pertinet, quòd si is permittat, uel licentiam exhibeat uenandi in fundo, cuius usumfructum habet, eademque ratione ususfructuarius poterit prohibere, ne quis fundum ad uenandum ingrediatur.
3 Tertiò † quòd pecuniam pacto promissam pro licentia uenandi alicui ad usufructuarium pertinet; quia cum ipse possit, & ius habeat prohibendi, ne fundum quis ingrediatur, poterit iuste uendere facultatem, & licentiam ingrediendi ad uenandum, uel ad alium licitum usum, non ta-
4 men sequitur † feras intra fundum enutritas, esse fundi proprium fructum, uel eas pertinere ad usumfructuarium iure dominij, cum ipse in ijs, quae nullius sunt, & iure naturali communia censeantur, non plus iuris habeat, quàm quiuis alius. Didac. p. 2. Relect. reg. peccat. §. 8. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Fructus uenationis an sint fructus industriales.*

QVAESTIO. XVI.

Decimosexto quaero quia dictum est uenationes, piscationes, & aucupia esse in fructu l. uenationem. ff. de usuris l. item si §. aucupium l. usufructuarium. ff. de usufructu in d. l. uenationem. dicitur uenationem in fructu fundi negauit esse, nisi
1 fructus fundi ex uenatione constaret † an sint fructus industriales? Resp. quòd sic, quoniam etsi ex corporei sint, tamē in illis plus uersatur, & operatur factum, ac industria hominis quàm natura. Aug. Ber. c. gratis. nume. 16. de rest. spol.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia an immobilia bona dicuntur esse, ferae pisces, & uolucres.*
2 *Vendito fundo an dicantur uenditi pisces existentes in eo.*

QVAESTIO. XVII.

Decimoseptimò quaero † utrum ferae, pisces & uolucres

eres computentur inter bona mobilia an immobilia? Resp. distinguendo, quòd aut conceduntur cum fundo, & iudicatur de illis sicuti de aliis mobilibus solo cohærentibus aut conceditur flumen, uel lacus, & censentur immobilia ca. 1. quæ sint regalia. Si uerò sine fundo, & tunc si conceduntur certi pisces, puta, qui sunt in lacu, uel piscina, indubitanter censentur res merè mobiles. §. item feras, Inst. de rerum diuis. Aut uerò conceditur ius piscandi, & tunc aut ad certum tempus, aut in perpetuum, primo casu erit res mobilis, secũ do autem immobilis. arg. l. diuortio §. si fundum. ff. sol. matr. præterea aut pisces in stagno sunt aut in piscina, si sunt in stagno, censentur res immobiles, si sunt in piscina, sunt res mobiles. Præterea aut ponuntur in stagno, seu piscina, causa custodiæ, aut uerò ut multiplicentur. primo casu censentur res mobiles; secundo autem immobiles Guid. decis. 91. numero 5. ita dicit intelligendam esse l. funes. ff. de act. empti. ibi funes, labia, salientes, fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur, quamuis longe excurrant extra ædificium, ædiũ sunt item canales, pisces autem, qui sunt in piscina, non sunt
2 ædium, nec fundi. ubi Bart. dicit, quòd † uendito fundo ueniunt omnia, quæ sunt intra fundum ad perpetuam utilitatem fundi. & ex hoc arguit à cõtrario, sequitur, quòd pisces non ueniunt in uenditione fundi distracti, in quo est piscina; quia non sunt intra fundum ad perpetuam utilitatem fundi, & ideo non censentur pars fundi, sed uendito stagno uidentur, & uenditi pisces in eo existentes, quia stagna fiunt propter pisces, sicuti arua propter fruges. Et sic cum pisces sint causa finalis ipsius stagni, patet quòd sunt in stagno propter eiusdem utilitatem perpetuam, & ex consequenti pars stagni esse intelliguntur. & hoc uerum, nisi pisces essent in stagno repositi ad modicum tempus: quia tunc censentur ibi positi ad perpetuam utilitatem stagni l. fundi. §. Labeo. ff. de act. empti. addentes ad decisionem q. 1. numero 5. Guid. Cassan. in consuet. Burg. uer. tous Meubles, nume. 23. tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. uer. 12 autres, numero 17. & quod dicitur de piscibus intellige quoque de alijs animalibus ex identitate rationis.

SVMMARIVM.

1 *Interesse an dari possit uenationis piscaturæ, & aucupij.*

QVAESTIO. XVIII.

1 **Decimooctauò quæro** † utrum uenationis, piscationis, & aucupij lucrum cessans peti possit? Resp. quòd non; quoniã incertum est, an capi aliquid posset, & multa accidere possent, ut non caperent, probarique certè non potest. strac. tract. de mercat. titu. de contract. mercat. numero 5. per le. quemadmodum. §. planè. ff. ad l. Aquil. ibi planè si culpa nautarum id factum sit, lege Aquilia agendum, sed ubi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui adeo capti nõ sunt, fieri estimationem; cum incertum fuerit an caperẽtur. idem que & in uenatoribus, & aucupibus probandum. Paul. l. non utique. §. fin. ff. de eo quod certo loco; Roman. sing. 681. Præposit. c. iuuenis. de sponsalibus. Boer. in addit. ad Din. rub. de reg. iur. 6. Abbas. c. cõmissum. de decimis: quòd dictum proccedit, ut habeat locum in littoribus & fluminibus ubi piscatio certa non est, sed admodum rara, & incerta, quod plerunque contingere solet, siquidem piscatores hac ratione sæpius eluduntur, quàm capiant. At ubi piscatio, aut uenatio uberrima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet. profectio tunc, amissio captus piscium, propinquum est interesse, & probabile, unde extimari potest l. ait lex. ff. ad l. Aquil. unde impeditus piscari, aut uenari ab eo, qui iure impedire non poterat, agere ualeat non solum ad retia rupta, eorumque æstimationem, sed ad æstimationem piscaturæ, quæ iuxta tempus & locũ certa imminebat, quin & præter hanc estimationem potest & altera in his piscationibus & uenationibus constitui æstimatio, si uenator, aut piscator certũ quotidie lucrum habeat ex pacto, quod cum altero pepigerit, ut ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura. Etenim ex hac pactione piscator habere debet, p cuiuslibet diei piscatum centum, & ea certissima siue piscatio, uel uenatio uberrima sit, siue sterilis l. si iactum. ff. de act. empti. Didac. 2. P. ralect. reg. peccatũ. §. 8. nu. 12. de reg. iur. 6.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum resarciendum est à uenatoribus.*
2 *Princeps tenetur resarcire damna, quæ præueniunt ex causa prohibitæ uenationi.*

QVAESTIO. XIX.

1 **Decimonono** quæro † utrum damnum datum ex causa uenationis sit resarciendũ? Resp. Primò q̃ uenator tenet ad æstimationem dãni, qđ p uenationẽ dño prohibenti dedit, in qua est habẽda rõ ani maliũ, quæ nisi extraneus uenatus fuisset, dñs fundi eiusque conductor, uel usufructuarius sua fecisset per apprehensionem, habita ratione uenationis, quod in eo fundo per dominum soli exerceri solebat; Secundò tenetur ad damnum quod agri domino intulit uenator in fructibus, & sequentibus, etiam si expressa prohibitio non fuerit præmissa; cum sufficiat tacita quò ad istud dam. Didac. 2 p. relect. reg. peccat. §. 8. nu. 11. de reg. iur. 6. Angel. uer. uenatio num. 2. Tertiò
2 princeps † prohibens uenationem tenetur ad damna, quæ animalia ob prohibitionem inferunt in agris alienis. Dom. soto. lib. 4. de iust. & iure. q. 6. art. 5.

SVMMARIVM.

1 *Iactus retis an uendi possit.*

QVAESTIO. XX.

1 **Vigesimo** quæro † an iactum retis uendi possit? Resp. q̃ sic l. si iactum. ff. de act. empt. ibi si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluerit: incertum huius rei æstimãdum est. sed si quod extraxerit piscium, & rẽdere mihi noluerit; id æxtimari debet, quod extraxit, ubi gl. dicit, quòd illud incertum extimandum est, quantum est uerisimile, quòd esset captum, quod inspicitur, secundum quòd cõsuetum est, etiam si maior sit exstimatio, quàm precium cõuentum, nam id plerunque euenire poterit. Didac. 2. p. relect. peccatum. c. 8. nu. 12. uer. hinc & illud. de reg. iur. 6.

SVMMARIVM.

1 *Decima ecclesiæ an sit soluenda ex uenationibus, & piscationibus.*

QVAESTIO. XXI.

1 **Vigesimoprimo** quæro † an decima sit soluenda ecclesiæ ex piscationibus, & uenationibus? Resp. quòd sic, ubi ex consuetudine soluitur, aliàs secus. Didac. 2. p. relect. c. 8, n. 12. c. peccatum. de reg. iur. 6. Marian. Socin. sen. c. 1. nu. 12. de cler. uenat.

SVMMARIVM.

1 *Expensas an contribuere teneatur piscator partem aquæ habens cum molendino.*

QVAESTIO. XXII.

1 **Vigesimosecundo** quæro † si qs habeat partem in piscibus, & aqua, super quam fiunt clusæ uno molendino, & non habeat partem in molendinis an si fiat una clusa propter molendina, quæ aliàs non fieret pro piscibus tantum debeat in ea contribuere habens ius in aqua propter maius commodum piscium? Resp. quòd non. Brun. tract. de augumento. concl. 20. num. 7. decidit in puncto.

SVMMARIVM.

1 *Donare aliquid uenatoribus an sit licitum.*

QVAESTIO. XXIII.

1 **Vigesimotertio** quæro † an sit licitum donare aliquid uenatoribus? Resp. q̃ de hoc est textus expressus cap. qui uenatoribus. il 1. & 2. 86. dist. ibi qui uenatoribus donant, quare donant? dicant mihi quare dant uenatori? hoc in illo amant, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo uestiunt, ipsam, nequitiam publicant spectaculis hominum. Qui dant histrionibus, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid nõ & ipsa hominibus donantur? non tantum naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani, & in ca. seq. ibi qui uenatoribus donant non hominibus donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & uenator non esset, non ei donares. honoras in eo uitium, non naturam, ubi gl. dicit, quòd illi textus loquuntur de uenatione arenaria, quæ est cum quis pugnat in arena cum bestia, & ad uena

tor

Source : BIU Cujas

tor locat operas suas, quo casu ipse est infamis, & ille qui ei donat, peccat mortaliter secus autem si donaret homini uenatori uenatione licita.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio data contra aliquem, quòd sit uenator, de qua uenatione intelligator.*
2 *Interpretatio fieri debet in meliorem partem.*

QVAESTIO. XXIIII.

1 Vigesimoquartò quæro † si fuerit data exceptio contra aliquem clericum, uel alterum, q̃ sit uenator, de qua uenatione intelliget? Resp. quòd in dubio intelligi debet de uenatione, quę fit recreationis, non autem uoluptatis causa. Archid. ca. qui uenatoribus. 86. dist. Alex. consi. 72. num. 13. uol. 1. cons. 125. uol. 2. Sapient. in addit. ad Abb. c. 1. de cler. uen. Diaz in pra-
2 xi crim. c. 61. Rosella uer. uenatio. interpretatio † enim fit in meliorem partem c. estote. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Venator ingressus in fundo alieno domino non prohibente an possit postea expelli.*

QVAESTIO. XXV.

1 Vigesimotertio quæro † an postquam sum in fundo alieno causa aucupandi Domino non prohibente possim postea expelli? Resp quòd nõ. §. feræ. Inst. de rerum diuis. arg. ibi à contrario sensu non obst. l. quemadmodum. §. 1. ff. ad l. Aquil. nam Resp. quod ibi nullo iure possum habere appensum uel ædificatum in alieno, hic autem causa uenandi iure intro alienum, ut d. §. feræ, igitur post ingressum domino sciente. & patiente non possum prohiberi, ita in puncto. Aret. d. §. feræ. nume. 7. Inst. de rerum diuis.

SVMMARIVM.

1 *Retineri an possit uenator per dominum prohibentem ingredi fundum suum.*
2 *Resistere manu poterit dominus prohibens uenatorem ingredi fundum si aliàs non prodest.*
3 *Bestia aliena reperta in prato suo, quando retineri possit.*

QVAESTIO XXVI.

1 Vigesimosextò quæro † an possit uenator adhuc in fundo retineri, & reddat quod percepit? Resp. quòd non, sed dominus aget actione iniuriarum, si intrauit eo prohibente l. iniuriarum actio. §. pen. ff. de iniur. gl. l. 3. §. 1. ff. de acq. rerum dom. Cy. & Bart. l. 1. §. omnia. eod. tit. omnis enim uenatio pertinet ad uenatorem, & nulla uiolentia per dominum fieri potest, sed tantum modo actione iniuriarum contra eum agi poterit;
2 dominus † tamen poterit uolenti ingredi fundum manu resistere. gl. l. 3. §. planè. ff. de acq. rerum dom. Veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de aucupatione, numero 3. not. l. quem-
3 admodum. ff. ad l. Aquil. similiter eodem modo † si tu reperias in prato tuo alienam bestiam, non est tibi licitum retinere, si dominum cognoueris, sed more ciuili debes expellere eam, si autem dominum non cognosceres posses causa tui iuris cõseruandi retinere l. quintus. ff. ad l. Aquil. Port. §. singulorum. num. 23. Inst. de rerum diuis. Bart. l. prætor. §. si dominus. ff. de damno infecto.

SVMMARIVM.

1 *Regalia an dicantur uenatio piscatio, & aucupium.*
2 *Redditus uenationis, piscationis, & aucupij an sint de regalibus.*
3 *Gabella quando soluatur de his, quæ de uenatione capta sunt.*

QVAESTIO. XXVII.

1 Vigesimoseptimo quæro † an ius uenandi, piscandi, & aucupandi sit de regalibus? Resp. quòd de hoc est textus c. unico, quæ sint regalia, in usibus feud. ibi piscationum reditus, & salinarum & bona committentium crimen maiestatis, qui tex-
tus intelligitur, ne sit edictum prohibitorium ne piscari li-
2 ceat † sed reseruantur principi reditus consueti piscatoriarum, ut est gabella, seu aliud tributum de his, quæ piscatores faciunt, seu de his, quæ à mercatorib. fiunt. Roderichus
3 solaries in alleg. 17. numero 11. dummodo consuetudo † sit talis: ut princeps soleat exigere aliquid, & populus non præscripserit contrarium, Alba. cons. 16. num. 11. uel conuentio inter ipsas aliter interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio principis an acquiratur ius uenandi.*
2 *Remunerationis causa an possit concedi ius uenandi.*

QVAESTIO. XXVIII.

1 Vigesimooctauo quæro † an ius piscandi acquiri possit priuilegio principis? Resp. quòd sic; quia si facultas uenandi, piscandi, & aucupandi quæritur præscriptione; ut dicam in seq. quæst. uidetur quòd etiam priuilegio quæri possit, cum ista æquiparentur. c. cum contingat. de foro competenti, cap. nouit. de iudic. c. si duo. de offic. ord. And. de Isern. ca. 1. §. nemo. de pace ten. Natta cons. 522. nume. 23. quod priuilegium potest concedi à principe, ut aliquis in aliqua parte maris, seu fluminis publici uenari possit, aliosque ne id faciant prohibere. gl. l. uenditor. ff. com. præd. Didac. 2. p. relect. §. 8. numero
2 10. & hoc † maximè concedere potest ex causa remunerationis. Natta d. loco nu. 30. Ioannettus l. 2. nu. 170. C. de pact. inter empt. & uend.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptione an quæri possit ius uenandi, piscandi & aucupandi.*
2 *Iura negatiua an possint præscribi.*
3 *Seruitutes quæ præscribi possint.*
4 *Iura affirmatiua quando præscribi non possint.*
5 *Præscriptio habet uim contractus.*
6 *Consuetudo est maioris efficaciæ, quàm præscriptio.*

QVAESTIO XXIX.

1 Vigesimonono quæro † utrum ius uenandi, piscandi, & aucupandi possit quæri præscriptione? Resp. quòd sic, quando est tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, uel consuetudine legitimo consensu populi statuta. Bald. rub. ff. de rerum diuis. Aret. §. flumina. Inst. de rerum diuis. Balb. tract. pscr. 5. principal. p. 4. q. 6. Crau. tract. de antiq. tempor. 4 p. cap. materia ista. nu. 80. Didac. 2. p. relect. §. 8. nu. 10. de reg. iur. 6. Natta in cõs. 522. nu. 1. & seq. uol. 3. declarat hoc, dũmodo quis plurib. annis piscatus fuerit, & alios prohibuerit, sed si non prohibuisset, q̃uis frequentissimè, & q̃ tot annis solus piscatus fuisset, non quæritur ius ad alios prohi-
2 bendos, ne habeant piscari, unde † licèt iura negatiua non possint præscribi; tamen possunt de consuetudine acquiri, unde siquis pluribus annis solus piscatus fuerit, & alios prohibuerit sciente populo, & non contradicente, uidetur q̃ possit sibi ius quærere ex tacito consensu populi, & sic cum acquirat quasi possessionem cum diuturnitate temporis præscribit, ut dicit Boer. in consuet. Burg. rub. 13. §. secundo numero decimotertio. uersi. des forestum. not. leg. quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscr. Veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de piscatione, numero quarto. cum lege præscriptio. numero primo. ff. de usucap. pro maiori declaratione huius quæstionis notandum est, quòd sunt quædam seruitutes, siue iura, quæ aut negatiua sunt hoc est, quæ con-
3 sistunt in prohibendo, aut affirmatiua dicuntur † si sunt negatiua, acquiritur quasi possessio eorum ex prohibitione alteri facta, ueluti si te uicinum meum uolentem altius tollere domum tuam prohibeam, putans scilicet id, mihi licere, prohibitioniue non contradicas; tunc in quasi possessione esse incipio seruitutis, ne altius tollere queas domum tuam. gl. & Doct. l. prima. C. de seruit. & aqua. l. fin. ff. quemadmodum seruit. amittatur lege finali. ff. de itinere actuque priu. gl. lege qui hominibus ff. de seruitutib. urb. præd. gl. & Doct. c. Abbate. de uerb. sig. huic iuri seruituti, si habet causam continuam, præscribitur decem annis inter præsentes, & uiginti inter absentes; sin uerò causam non habeat continuam, præscribitur tãto tẽpore, cuius initij nulla sit memoria l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. &

æst.

Source : BIU Cujas

& æst.l.1.§.fin.ff.de aqua plu.arc.gl. & Bart.l.2. d. de seru. &
4 aqua, quando † uerò sunt iura affirmatiua, ut puta, quòd mihi liceat ire agere per agrum tuum,aut aquam ducere,& similia; tunc in huiusmodi iuribus nō acquiritur quasi possessio, nisi prius triginta dies eo iure fuero usus non ui, non clam,non precario l.1.§.1.ff.de itinere,actuque priu.Bart.l.j. nume.2.C.de seru.& aqua. unde post inchoatam in his iuribus affirmatiuis quasi possessionem implebitur, sicuti dixi in negatiuis præscriptio decem, aut uiginti annis,si causam iura hæc habeant continuam, uel si causam non habeant continuam,tantum desiderabitur temporis, quantum memoriam hominum excedat,quod & in præscriptione seruitutis negatiuæ dictum est, quibus ita suppositis si cōtingat, quòd aliquis in alienis agris siue nemoribus præscriptione acquirat ius uenandi, ipsi agrorum Domini poterunt iure prohiberi,ne uenētur etiam in proprijs agris, ratio est,quia quamuis ea,quæ meræ facultatis sunt,non possint præscribi c.possessiones.16.q.1.gl.l. solent.ff. de offic.proconsl.Bart.l.2. C.de seru.& aqua. unde si per lōgissimum tempus uenissem ad molendinum tuum molendi causa,aut tu sicut & tui parentes olim antea hospitio diutissime recepisses aliquos certæ familiæ, non ero propterea obligatus molendinum tuū posthac accedere, sed molitorem alibi potero mihi quærere, quoniam illa itio mea fuit meræ facultatis secundùm Petr.Cyn.& Bald.l.j.nu.10.c.de seruit.& aqua,item non eris propterea tu imposterum obligatus recipere prædictos in domum tuam; quia ille actus recipiendi liberam tuam facultatem urbanitatemque respexit.Innoc.c.cum ecclesia.de causa poss.& propriet.Abb.c.Abbate.nu.10. de uerb.sign.ni hilominus si me uolentem accedere ad aliud molendinum molendi gratia prohiberis, putans id tibi iuris esse, egoque prohibitioni tuæ patienter acquieuero, incipies tu quidem esse in quasi possessione illius iuris prohibitiui, cui per tempus longissimum postea præscribi à te recte potest,& iure a te ipse cogar non aliud ac tuum molendinum molendi causa uenire l.si quis diuturno.ff. si seruit.uendicetur. Iaf.l. quo minus.nu.28.& seq.ff.de flum. idem erit si te prohibente dicti de familia domum tuam recipi uoluerint.si tali casu tanto tempore recepti fuerint, cuius initij memoria non est,in contrarium,hoc ius præscribere dicentur, si ergo quis in flumine piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) uolentes inibi piscari, prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi,quorum interest. cōstituitur ex eo in quasi possessione ibidem solus piscandi, ita ut huic iuri præscribere queat.Doct.§.flum.Inst.de rerum diuis.not.l.si quisquam.ff. de diuers.& temp.præscr.Bald. l. item. de rerum diuis.unde ingressus sæpenumero repetitus & prohibitio facta cum patientia subsecuta bonam fidem inducunt,necnon possessionem tribuunt,& per consequens præeunte immemorabilis temporis cursu præscriptio procedit gl. c. Abb.de uerb.sig.
5 Doct.c.non est.de decimis, quæ † præspriptio uim obtinet traditionis & contractus ueritatisque uice fungitur. Bal.l.1. C.de seru.& aqua l.si pupillus.ff.de adm.tutor. Qua præscriptione acquisita non tenetur quis amplius causas aut titulum iuris quæsiti ostendere, uel de illo ullam reddere rationem.Doct.l.siquis diuturno.ff.si seruit.uendic.cap.1.de præscr.6.Doct.l.prima.C.de seruit.& aqua:uetustas enim pro iure, & causa est accipienda l. fin. ff. de aqua plu. arc. & quia piscatio est iurisgentium, constituam hanc regulam,quod loca publica iurisgentium quæ occupanti cōceduntur,longo tempore post occupationem non præscribuntur, quo minus cessante occupatione redeant in pristinam, causam, & iterum concedantur occupanti lege finali.ff.de usucap.limitatur hæc regula,ut non habeat locum in consuetudine: nam licet ea, quæ competunt de iure gentium, præscribi non possint; tamen consuetudine possunt acquiri. Aret.§. flumina.Inst. de rerum diuis.ex quo infertur, quòd si pluribus annis unus solus,in certa parte fluminis publici piscatus fuerit, & alios prohibuerit sciente populo, & non contradicente, quòd est sibi ius quæsitum ex tacito consensu populi,adeo quòd de cętero ipse solus piscari poterit, & alios prohibere, & sic aliud est consuetudo, & aliud est præscriptio, & in hoc differunt: quia ex præscriptione ius unius quod ab eo aufertur alteri applicatur: sed cum ius aliquod applicatur alteri, ita quòd alicui non auferatur: tunc illa proprie dicitur consuetudo: sed in casu isto applicatur ex consuetudine prohibenti, licèt aliquid proprium alicui non auferatur, ergò non dicitur præscriptio, nec istud ius ex præscriptione acquiritur, sed ex consuetudine patiente
6 populo.gl.1.& Bart.l.1.ff.de iniurijs†impræscriptibilia enim acquiruntur consuetudine cap. super §. præterea. de uerb. sign. & ubi per legem tollitur præscriptio, non tollitur consuetudo, & ad inducendam talem consuetudinem opus erit probare, quòd quis fuerit piscatus tempore saltim decem annorum in tali parte fluminis publici, & quòd alios prohibuerit piscari durante illo tempore saltem bis, sciente & patiente populo, seu maiori parte & non contradicente, uel quòd uerisimiliter transierit in notitiam populi, aut maioris partis; quia ista requiruntur ad probationem consuetudinis, not.lege de quibus. ff. de legibus.

Secundò limit.hæc regula: ut procedat in præscriptione communi. uel longissimi temporis, sed non procedit in præscriptione tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium. Angel.dicta lege fin. de usucap. Doct.§. fluminum. Inst.de rerum diuis.

Tertiò limitatur. ex mente Angeli consilio 289 ubi dicit, quòd hæc regula quæ habet,quòd talia non præscribantur, procedit „ si ex hac longissima possessione uelim acquirere dominium eorum, quæ nobis iure gentium communia sunt, sed per ipsam talem possessionem, uel quasi bene acquirimus ius quoddam excipiendi: ut de possessione nō expellamur. Cuius possessionis effectus est duplex.

Primus est; quia si turbamur in ea, agere possumus contra turbantem lege sanè.ff.de iniurijs.

Secundus est;quia antequam expellamur,prohibere possumus, ne quis inter locum nobis inuitis, unde prohibere possumus ratione possessionis nauigationē & piscationem maris, & fluminis; quæ aliàs nobis sunt communia de iure gentium, not.l.si quisquam. ff. de diuers.& temp.præscr. gl.§.flumina. uer. omnibus, Inst. de rerum diuis.Balbus. in tract. præscr. quarta P.f.P. principalis quæstio. sexta per totam.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus realis uel personalis an sit ius uenandi.*
2 *Seruitus personalis extinguitur cum persona.*
3 *Facultas uenandi transmittitur ad hæredes.*
4 *Venatio est in utilitatem hominis.*
5 *Venatio est seruitus iurisdictionalis.*
6 *Iurisdictio quomodo cohæreat personæ.*

QVAESTIO. XXX.

1 TRigesimò quæro † an ius uenandi, piscandi, & aucupandi sit actio realis, uel personalis ? Resp. quòd de hoc sunt opiniones, nam quidam dicunt non esse seruitutem prædialem, quia hæc deseruit ad usum, & utilitatem agrorum uicinorum gl. & Doct.lege. ff. com. præd. quod non contingit in uenatione: cum quis utatur hac facultate in syluis alienis, etiam si agros uicinos non habeat; alij dicunt non esse seruitutem personalem; quia uenandi
2 potestas est, ut puta usus, ususfructus † quia seruitus personalis deficit cum persona, cui debetur lege usus aquæ. ff.
3 de usu & hab. uenandi † autem potestas transmittitur ad posteros & hæredes alij dicunt, neque realem, neque personalem seruitutem esse, sed inter pacta personalia connumerari, quod etiam minimè uerum apparet. Quia(ut dictum est) interiret cum persona, alij dicunt esse seruitutem realem, sed innominatam, quod etiam non est uerum
4 † cum uenatio respiciat utilitatem, ac uoluptatem personæ, Faber.§. eque. Inst de act. cum igitur. non fit facultas uenandi, seruitus realis, nec personalis, nec prædialis, dicendum est argumentando ab effectu, lege debitor. ff. ad Treb.quòd ius uenandi nihil aliud sit regulariter, quàm seruitus à syluis,& nemoribus plebeiorum iurisdictionis nobilium debita † unde siquis priuetur mero & mixto imperio cum iurisdictione, quàm habet alicuius territorij amittit quoque ius uenandi similiter, si Princeps concederet alicui arcem suam sine tamen iurisdictione, certè ius uenandi nō dicetur concessisse, ꝙ si esset seruitus prædialis,seu realis,ad quoscunque successores arcis pertineret. Dicendum est igitur potestatem uenandi esse seruitutem iurisdictionis seu iurisdictionalem,quæ naturam realis seruitutis habet,quæ debetur an subiecto territorio, cohærēti iurisdictioni suæque an re rei: Nam quemadmodum fundus proprietatē habet, ita & iurisdictio suam dicitur habere proprietatem, unde Bald.proprietatem iurisdictionis nominat l.an procuratore
6 C.mandati, & † quamuis iurisdictio dicatur cohære personæ magistratus, sicut dominium rerum personæ domini. Bart.l.1.ff. de iurisd. omn. iud. & per consequens uideretur potius seruitus personalis, ut puta debita personæ eius, qui habet iurisdictionem, nihilominus Resp. iurisdictionem cohærere personæ magistratus secundum quid, ideſt respectu exercitij ipsius iurisdictionis, sed uniuersaliter cohæret subiecto territorio, cuius latitudinē non egredit l. fin.ff. de iurisd.omn.iud.innominata quoque uenationis seruitus di-

Source : BIU Cujas

cetur, cum inter nominatas non computetur. Doct. l.j.ff.de seru.rust.præd.

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ competat contra deteriorantem uentationem.*
2 *Actio confessoria in rem quando competat pro uenatione deteriorata.*
3 *Actio doli quando competat pro uenatione.*

QVAESTIO. XXXI.

1 **Trigesimoprimo** quæro † quæ actio competat pro deteriorata uenatione ? Resp. quòd quatenus liceat dominis syluarum arbores excidere. Poterunr illi ita syluis pprijs frui, quo tñ ipsa uenatio deterior nõ fiat l.j.§.Labeo.ff.de aqua quoti. & est. & est
2 alioquin † ille cui uenatio competit quanti sua intererit à prædiorum dominis per confessoriam in rem actionem erunt consequuturi l.loci.§.in confessoria l.si quis diuturno. §. agi. ff. si seru. uend. quam confessoriam directam soli illi exercebunt, qui iuri uenandi ex immemorabili tẽpore præscripserunt, quòd si dolo malo proprietarij syluarum in ue-
3 nationis detrimentum uersarentur † actionis doli quoque non iniuria fierent rei le. 1. §. denique l.si in meo.ff.de aqua plu arc.l.si eo.ff.si seru.uend.zoanet.l 2.nu.208.C.de pact.inter empt.& uend.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd nullus uenari possit, an ualeat.* ∴

QVAESTIO. XXXII.

1 **Trigesimosecundo** quæro † an ualeat statutum, quòd nullus possit uenari in tali loco? Resp. quòd non: quia uiolentiam inferre dicitur, nisi interueniat consensus eorum, quorum interest, possunt tamen timere de pœna, ne sibi auferatur de facto. Natta cons. 375. nu.2. uide quæ dixi supra cum de prohibitione uenationis disputatum fuit, si statutum tolleret in totum facultatem uenãdi, piscandi, & aucupandi non ualeret.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo prohibens uenationem an ualeat.*
2 *Consuetudo an faciat uenationem illicitam de iure esse licitam.*

QVAESTIO. XXXIII.

1 **Trigesimotertio** quæro † an ualeat consuetudo prohibens uenationem, piscationem, & aucupium? Resp. quòd non si in totum prohiberet. Natta cons. 375. num. 4. uol. 2. dixi in proxima præced.
2 quæst. item quæro, utrum † uenatio à iure prohibita possit per consuetudinem effici licita ? Resp. q̃ non quando esset uenatio nutritiua peccati, aliàs si esset consuetudo licita, & rationabilis faceret uenationem licitam Maria. Soc.sen.c.fi. nu.6. de cler. uenat. uide supra quæst. 28.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quando dicatur committi in uenatione.*

QVAESTIO. XXXIIII.

1 **Trigesimoquarto** quæro † quando dicatur furtum committi in uenatione? Resp. quando syluа, foresta, uel nemus essent muro circumacta, uel uallata sepe, ita quòd feræ essent adeò inclusæ, ut non possent exire, & ammodo sint sub custodia; quia tũc uenantes furtum committerent l.usu fructuarium uenari. §. si in uiuarijs. ff de usuf. l 3. §. item. ff. de acq. poss. l. naturalem. §. seruos. ff. de acq. rerum dom. Natta cons. 379. num. 9. uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an possit prohibere uenationem.* ∴

QVAESTIO. XXXV.

1 **Trigesimoquinto** quæro † an feudatarius prohibere possit uenationem Resp. quòd non; quia subditis faceret uiolentiam Host. c.nõ est. de decim. Iacob. tract. de feud. uer. & cum uenat. ubi tamen non appellaretur post prohibitionem, sequeretur præscriptio, & ubi priuilegium dicat, & cum uenationibus, & dominus ita possideat; nam tunc bene poterit prohibere. Afflictus. §. nemo retia. de pace tenenda. Bossius tit. de regalijs num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæ competat contra prohibentem uenationem cum non possit.*

QVAESTIO. XXXVI.

1 **Trigesimosextò** quæro † quidam prohibens uenationem non habens ad id potestatem qua actione conueniri poterit ? Resp. actione iniuriarum; nam impediens uenationem iniuriam infert. Doct. com. c. non est. de decimis. Decius cons. 197. Grãmat. decis. 67. l. 2. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco publico. Præpos. c. 1. col. 1. quæ sint regalia Ang. cons. 81. nu. 31. uol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Occidens aliquam personam in uenatione an teneatur de homicidio.*
2 *Homicidium inuoluntarium quando non puniatur.*

QVAESTIO. XXXVII.

1 **Trigesimoseptimò** quæro † quidam uenando interfecit aliquem hominem, puta sagitta, uel archobusio, an teneatur de homicidio? Resp. q̃ aut uenabatur. in loco prohibito, an non primo casu aut interfecit prohibentem, aut alterum; si interfecerit prohibentem, tunc, quia dabat operam rei illicitæ, tenebitur. de homicidio, secundo autem casu, aut uenabatur cum armis prohibitis, aut non; primo casu tenebitur de homicidio, secundo autem, aut usus est ea diligentia præcauẽdo, ne interficiat seu percutiat hominem, aut non, primo ca
2 su † non tenebitur, sed reputabitur fortuitus casus, de quo nemo tenebitur. Secundo autem sic, per ea quæ dixi latè ego in tract. de fort. cas P.2. num. 24. & seq. in q. 1. & in q. seq. per totam ad quem locum breuitatis causa te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Serui an peccent uenantes iussu domini uenatione prohibita.*

QVAESTIO. XXXVIII.

1 **Trigesimooctauò** quæro † utrum serui teneantur obedire dominis suis uenari uolentibus uenatione prohibita? Resp. quòd nõ maxime in uenatione oppressiua hominum, uel arenaria, si militer nõ tenetur obedire nolentibus uenari temporibus prohibitis; quia est contra illud præceptum. Primum quærite regnum Dei. isto tamen casu uidentur excusari, si coguntur per iustum metum. Tab. uer. uenatio. num. 2. Pisan. & Angel. d. loco Turrecrem. c. an putatis. 86. dist.

SVMMARIVM.

1 *Serui an efficiantur qui in ludum uenatorium damnantur.* ∴
2 *Damnare in ludum uenatorium quid sit.*

QVAESTIO XXXVIIII.

1 **Trigesimononò** quæro † an serui pœnæ efficerẽtur, quicumque erant dãnati in ludum uenatorium? Resp. quòd sic l. aut damnum. §. quicumque. ff. de pœnis. ibi, quicumque in ludum uenatorium sunt damnati, uidendum est an serui pœnæ efficiãtur; solent enim iuniores hac pœna affici. utrum ergo serui pœnæ isti efficiantur, an permaneant in libertate, uidendum est. & magis est ut hi quoque serui efficiantur: hoc enim tantum distant a carteris, quòd instituuntur uenatores, aut pyricarij, aut in aliquam uoluptatem gesticulandi, uel aliter se mouendi gratia seruos in metallum, uel in opus metalli, itẽ in ludum uenatorium dari solerè nulla dubitatio est, & si fuerint dati serui pœnæ efficiuntur, nec ad eum pertinebũt,
2 cuius fuerint, antequam damnarentur: & nota, quòd † in ludum damnare reos est, eos in exercitationem conficiendi feras in theatro damnatos addicere, ita Budeus in ad not. ad Pandect. d. §. quicumque.

SVMMARIVM.

1 *Venari possit in uia publica.*

QVAESTIO XXXX.

1 **Quadragesimo** quæro, † an sit licitum uenari in uia publica ? Resp. clarum esse, quòd non solum in agris priuatorum, sed ẽt in uia,

& alijs

Source : BIU Cujas

& alijs publicis locis licita est uenatio, atque permissa l.qui foueas.ff.ad l.Aquil.l.in laqueum.ff. de acq rerum dom.Nat ta consi.375.nu.7.uol.2.

SVMMARIVM.

1 *Vsuram an committat, qui uenatur in agro pignoridato.*
2 *Fructus uenationis à computentur in sortem.*

QVAESTIO. XLI.

1 Quadragesimoprimo quæro † quidam mutuauit alicui cē tum, & pro securitate accepit agrum in pign.in quo uenatus,piscatus,aut aucupatus est, an teneat computare in sortem quod accepit? Resp.quòd non, nisi fructus fundi ex ue natione constaret, textus est expressius l. uenationem. ff. de usuris;ibi uenationem in fructu fundi negauit esse, nisi fru-
2 ctus † fundi ex uenatione constaret; nam tunc uenatio est in fructu & computandi essent in sortem l. Item.§.aucupiorum l.usufructus.ff.de usufruc.

SVMMARIVM.

1 *Lupam prægnantem capiens an habeat unum præmium an plura.*

QVAESTIO. XLII.

1 Quadragesimosecundo quæro, stante statuto quòd † capienti lupum,uel uulpē detur aliquod præmium,si quis caperet lupam,uel uulpem prægnantem, an debeat habere unum,uel plura præmia? Resp. quòd ei dabitur unum præmium non plura Bal.l.fin.ff.de liber.causa,not.l.qui in utero ff.de stat.hom.l.2. §. qui autem.ff.de exc.tutor. not.l.in lege. ff.ad l. Falcid. secus si capiat lupam lactātem cum lupatinis. Imola l.in lege.ff.ad l.Falcid. Felin.ca. sicut de homicid.

SVMMARIVM.

1 *Cerui capti quando capientium fiant.*

QVAESTIO. XLIII.

1 Quadragesimotertio quæro † fuit ceruus in nemore inuentus & occisus, uel captus a uenatore, an sit capientis? Resp. quòd si ceruus erat domesticus, qui ire & redire solebat, quamuis id uenator ignoraret, pertinebit ad Dominum. Nec tamen ei actio iniuriarum aliqua competit: cum probabiliter uenator credere potuerit ferum esse, qui si ferus esset,occupantis fieret. Doct. §. ceruos. Inst.de rerum diuis. Alciat.lib.11.parergon cap.2.

SVMMARIVM.

1 *Leones mansueti an possint occidi.*
2 *Bestiæ nociuæ quo tempore possint retinere in Ciuitate.*

QVAESTIO. XLIIII.

1 Quadragesimoquarto quęro † an leones occidi possint? Re sp. quod sic, ampl. etiam si fuerint mansueti, & habiti sint pro derelicto l.unica c.de uen fer.lib. 11.ibi occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam fini-
2 mus quenquam calumniam formidare, bestias † autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus uiolatoribus eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturis:

SVMMARIVM.

1 *Fera fugata canibus cuius sit.*

QVAESTIO. XLV.

1 Quadragesimoquinto quæro † cuius sit fera fugata canibus. Resp. quòd est occupantis, non autem fugantis, quia multa accidere possunt, ne capiatur. §.illud. Inst.de rerum diuis. Alciat.li.11.parergon c. 2.consuetudo tamen aliter se habet,ut dicam in seq.q.præsertim in leporibus.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerata fera an sit uulnerantis, an uerò capientis.*

QVAESTIO. XLVI.

1 Quadragesimosexto quæro † cuius sit fera in uenatione uulnera ta, an scilicet sit uulnerantis, an capientis? Resp. quòd de hoc est textus clarus §.illud.Inst.de rerū diuis.ibi, illud q̄sitū est,an si fera bestia ita uulnerata sit, ut capi possit statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit statim esse tuam, & eo usque tuam uideri, donec eam persequaris. quòd si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis: alij uerò putauerunt, non aliter tuam essem, quàm si eam cœperis: sed posteriorem sententiam nos confirmamus quòd multa accidere soleant, ut eam non capiant. gl. uerò l.5.§.illud.ff de acq. rerum dom.dicit id de consuetudine seruari contrarium, quòd scilicet sit uulnerantis, quàm refert Alciat.libro undecimo Parergon cap.2.Bart.l.quominus.q.5.ff.de flum.didac.2.P.Relect.§.8. numero 13. de reg. iur.6.Cepolla tract.de seru.rust.præd.ti.de Aucupio, numero 5.ego uerò putarē seruandam esse consuetudinem, scilicet dimidiam esse uulnerantis, & aliam capientis: nisi uulnus esset adeo lethale,ut nihil accidere possit, quin capiatur a uulnerante,quando fuerit probatum uulnus.

SVMMARIVM.

1 *Surripiens ouem de ore lupi,gallina de ore uulpis,uel auem de ore falconis an quod accepit,sit accipientis.*

QVAESTIO. XLVII.

1 Quadragesimoseptimo quæro † lupus accipit ouem, uulpis gallinā,accipiter auem, & ea quidam accepit de ore istorum, an teneatur restituere priori domino? Resp.quòd sic l.Pomponius. in fine.ff. de acq. rerum dom.ibi Pomponius tractat, cum pastori meo lupi porcos eriperent, hos uicinæ uillæ colonus cum robustis canibus, & fortibus, quos & pecoris sui gratia pascebat consecutus, lupis eripuit, aut canes, extorserunt: Et cum Pastor meus peteret porcos,quærebatur, utrum eius facti sint porci,qui eripuit, an nostri maneant? Nam genere quodam uenandi id erant nacti:cogitabat enim quemadmodum terra marique capta cum in suam naturalem laxitatem peruenirent, desinerent eorum esse qui cepissent: ita ex bonis quoque nostris capta à bestijs marinis,& terretribus desinant nostra esse;cum effugerint bestiæ nostram persecutionem.quis denique manere nostrum dicet, quod auis transuolans ex area, aut ex agro nostro substulit, aut quod à nobis miluus eripuit? Si igitur desinit: si fuerit ore bestiæ liberatum,occupantis erit quemadmodum piscis, uel aper, uel auis, cum potestatem nostram euaserit,si ab alio capiatur,ipsius fit. Sed putat potius nostrum manere tandiu, quàm diu recuperari possit, licèt in auibus, & piscibus, & feris uerum sit, quod scribit. Idem ait,& si naufragio quid nostrum admissum sit,nō statim nostrum esse desinere, denique quadrupli teneri eum, qui rapuerit.Et sanè melius est dicere, & quod à lupo eripitur,nostrum manere,quamdiu recipi possit,id quod ereptū est.si igitur manet nostrum,ego arbitror etiam furti competere actionem: licèt enim nō furandi animo fuerit colonus persecutus,quamuis & hoc animo fieri potuerit,sed & si nō hoc animo persecutus sit, tamen cum reposcenti nō reddiderit,supprimere,& intercipere uidetur, quare & furti & ad exhibendum teneri cum arbitror,& uendicari abeo exhibitos porcos posse,Veronens.in tract.de seru.rust.præd.tit. de aucupat c.27.num.6.

SVMMARIVM.

1 *Rete illaqueata fera si capiatur,an sit capientis.*
2 *Pisces in rete capti quando sint tenentis,an accipientis.*
3 *Aues in rete capti cuius sint.*

QVAESTIO. XLVIII.

1 Quadragesimooctauo quæro † færa in laqueum meum incidit,an sit mea an uero capientis? Resp. per textum l.in laqueum.ff.de acq.rerum dom.ibi.In laqueum, quem uenandi causa posueras,aper incidit, cum eo hæreret,exemptum eum abstuli, num tibi uideor tuum aprum abstulisse? & si tuum putas fuisse, si solutum eum in syluam dimisissem,eo casu tuus esse desijsset,an tuus maneret? & quam actionem mecū haberes,si desijsset tuus esse, nū in factū dari oporteret quæro? Respon.uideamus ne interfit,laqueū in publico, an in priuato posuerim. & si in priuato posuerim utrum in meo an in alieno. etsi in alieno, utrum permissu eius cuius

Source : BIU Cujas

fundus erat, an non permissu eius posuerim? Præterea utrum in eo ita harserit aper, ut expedire se non posset ipse, an diu luctando expediturus se fuerit. Summam hanc tamen puto esse, ut si in meam potestatem peruenerit, meus factus sit: si autem aprum meum factum, in suam naturalem laxitatem dimisisses, eoque facto meus esse desijsset, actionem mihi in factum dari oportere, ueluti responsum est, cum quidam poculum alterius ex naue deiecisset. Veron.tract.deseruit. rust.prædi. tit.de aucupatione ca. 27. numero 4.Didac.2.p.delect.§.8.Reg.peccatum. de reg. iur.
2 6.Alciat. lib.11.parergon. cap. secundo ubi † de Piscibus in rete captis loquitur. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 13.§.7.
3 numero octauo. & numero decimo. Quid † autem sit dicendum de piscibus & auibus. dic seruandum esse consuetudinem.

SVMMARIVM.

1 *Piscatio quando sit licita.*
2 *Piscari licitum est unicuique in mare, & in littore maris.*
3 *Piscari non potest prohiberi priuata authoritate.*
4 *Pisces capti fiunt capientium.*
5 *Causam ponere licet unicuique in littore maris.*
6 *Piscari quilibet potest in flumine publico.*
7 *Piscari non licèt in flumine priuato.*
8 *Piscatio priuata non potest turbari.*
9 *Piscari non potest. in loco, ubi conuentum fuerit.*
10 *Piscari non potest in loco prohibito per Principe.*
11 *Piscari non potest ubi consuetudo resistit.*
12 *Piscari non potest in loco præscripto.*
13 *Piscatio quando reddatur illicita.*

QVAESTIO. XXXXIX.

Quadragesimononò (cum dictum sit de uenatione) quæro
1 † utrum piscatio sit licita? Resp.quòd in † mari cuilibet licitum
2 est piscari l. uenditor. ff. com. præd. similiter in littore maris l.nemo.§.fin. l.riparum.ff.de rerum diuis.littora.enim sunt omnibus communia, sicuti aer.l.Iniuriarum. §. fin. ff. de iniurijs.undè potest piscari in littore maris, etiam ante
3 ædes meas † & si ipsum piscari prohibeam, teneor actione iniuriarum l. 2. § siquis ff. ne quid in loco publico, nisi ali-
4 ter conuentum esset inter partes d.l.uenditor, unde † cum primum quis pisces in mari, seu littore cęperit eius sunt le.
5 quod in littore. ff. de acq. rerum dom. & in † mari piscantibus licitum est causam in littore ponere, in qua se recipiant
6 le. riparum. ff de rerum diuis. Præterea in † fluminibus & portu ius piscandi commune est omnibus. §. flumina. Inst.
7 de rerum diuis.fallit Primò, quando † flumen est priuatum, aliàs non l.iniurarum actio. §. fin. ff. de iniur. Secundò fallit,
8 quando † ius piscandi est priuatum, putà quia est uenditum per Principē capitulo primo quæ sint regalia.
9 Tertiò fallit † quando esset conuentio cum uicino, ut in domo sua piscari non possit d.l venditor. & ibi Doct.quæ locum habent etiam in fluminibus publicis.
10 Quartò fallit † quando Princeps prohiberet, ne quis piscari posset, ut est in lacu perusino.
11 Quintò fallit † quando esset consuetudo, ut piscaretur solum pro usu publico & non pro priuato, uel pro priuato, uel certo tempore tantum, quia consuetudo uim legis. sustinet, d.l.uenditor §.si constat.
12 Sextò fallit † quando quis præscripsisset ius piscandi, quia tunc alius in eo loco piscari non posset, quæ præscriptio procedit, quando quis fuit in possessione piscandi per tantum tempus, cuius initij memoria non existat, per quod tempus præscribuntur loca publica lege hoc iure §.ductus aquæ ff. de aqua quot. & æsti. de qua dixi supra in quæst.de præscr. Veron. tit.de seruit. rust.præd.titulus.de pisc.capitulo 42. numero tertio. & seq. conclusio igitur sit, quod
13 † piscatio si fiat propter necessitatem, sicuti faciunt illi, qui ex illa uictum quærunt, est licita. Greg. super Ioan. uigesimoquarto ubi legitur, Apostolos post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis: cum Matthęus post conuersionem ad opus telonei non resederit; similiter si fiat propter solatium adhibitis circumstantijs, est etiam licita; si tamen fiat deficiente aliqua debitarum circumstantiarum est illicita, & est veniale, uel mortale, secundum distinctionem, quam supra de uenatione posuimus. Turrec. cap. qui uenationibus.num.6.dist.86.Cassan.tract.de gloria mundi.P.11.Consid.11.

SVMMARIVM.

1 *Piscandi genus duplex.*

QVAESTIO L.

1 QVinquagesimò quæro † quotuplex sit genus piscandi? Resp.duplex, retibus & hamo. gl.Arch. Turrecr. & Bella. ca. est & aliud.uigesimaquarta. quæstio.prima.de retibus dicitur cap.non turbatur uigesimaquarta quæstio. prima ibi.Non turbatur nauis, quæ Petrum habet; turbatur illa, quæ Iudam habet.

Et si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat, in utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per unum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prouidentia nauigat, ab est perfidia, fides superat.

Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo firmamentum ecclesiæ est? Illic ergò turbatio, ubi modica fides; ibi securitas, ubi perfecta dilectio. denique & si alijs imperatur, ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur. Dic in altum Luc. S. hoc est in profundum disputationum.

Quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarum uidere, ideſt scire Dei filium, ut professionem diuinæ generationis assumere? Quam licèt mens nequeat humana plenæ rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen pleni tudo complectitur. de altero uerò genere piscandi dicitur cap. est aliud uigesimaquarta quæstio. prima. ibi est, & aliud Apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari dominus iubet, dicens. Mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & hoc genere piscandi solus Petrus iussus est a domino uti ad finem soluendi tributum.

Vnde dixit Matth.17. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, quem primò apprehenderis, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum assumens da eis pro te, & pro me: quia iam Petrum fecerat capitaneum super alios Apostolos: soli enim Capitanei soluebant tributum. Vnde Aug.li.quæst.nou.test. Saluator noster cum pro se, & Petro dari iubet, pro omnibus soluisse uidetur. Quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post saluatorem omnes in Petro continentur: ipsum enim constituit caput eorum, ut Pastor esset gregis Dominici. Turrecrem. d.cap.est & aliud. dicens gl.ibid.intellige per hamum iurisdictionem, quam ipse præ alijs habuit in uniuersum orbem, unde uocatus est in plenitudinem potestatis: utroque igitur genere piscatus est Petrus primo genere piscandi piscati sunt & alij Discipuli. primum genus piscandi, quod fit in rete, inquisitionem, denotat diuinæ scientiæ & sapientiæ. sapientiæ quantum ad diuinitatem Christi, scientiæ quantum ad humanitatem eiusdem: Secundum piscandi genus, quod fit in hamo, ligandi, atque soluendi potestatem insinuat Petrus autem omnium sacerdotum figuram tenebat rete, ergo Petrus, & alij piscantur: quia non solum sacerdotes, sed & alij prudentes uiri de ministerio sapientiæ, & scientiæ Dei scrutantur, soli Petro conceditur piscari in hamo, quoniam solum sacerdotes habent potestatem ligandi atque soluendi. Retia namque perplexis filis intexta uerborum diuinorum perplexitatem insinuant, quibus de interioribus Christi sacramentis disputatur, in hamo uerò lineæ, ubi uelut funi ferrum coniungitur, ferrea id est inconuincibilia ecclesiæ uincula designantur, uel secundum aliam ministerij considerationem putari potest soli Petro utrumque genus piscandi esse concessum, quippe, & si cæteri discipuli piscantur, specialiter tamen de Petro fit mentio: cum ei soli dicitur.

Duc in altum rethe: in primo genere piscandi signatur uentilatio rationis fidei, in secundo causa depositionis episcopi. Episcopus enim præeminens in sua die cæsi est quasi piscis.

Primò ascendens de mari, quia solo hamo Petri capitur, quando soli Apostolico episcoporum causa criminalis terminanda committitur cap.quamuis.tertia quæstio.7. similiter quando ratio fidei uentilatur, ad sedem Romanam defertur. Hæc. Archid. & Bellam. dicto capitulo est & aliud. 24.quæstio.1.

SVMMARIVM.

1 *Piscari à possit in fundo alieno.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO LI.

1 Quinquagesimoprimo quæro † vtrum quis piscari possit in fundo alieno? Resp. quòd non, si ibi fuerit facta piscaria à Domino l. vsufructuarium. §. si viuarijs. ff. de vsufru. secus si fundus esset inundatus à flumine, & ibi aqua fluens esset, & pisces apportasset: quia tunc credo, quòd ibi posset piscari, sicuti aucupari, arg. l. 3. §. item. ff. de acq. poss. vbi enim est eadem ratio, ibi idem ius statui debet l. illud ff. ad l. Aquil. Are. §. feræ. num. 4. Inst. de rerum diuis.

SVMMARIVM.

1 *Possideri à dicantur pisces.*
2 *Viuaria quæ dicantur.*
3 *Stagna quæ sint.*
4 *Piscina quid sit.*

QVAESTIO LII.

1 Quinquagesimosecundo quæro † vtrũ pisces dicantur possideri? Resp. per l. 3. §. item feræ. ff. de acq. poss. Vbi Iurisconsul. respondit, animalia inclusa viuarijs, & columbarijs priuatis, pisces item in piscinam congregatos à Domino fundi possideri, non sic pisces inclusos stagnis, nec feras in saltibus circumseptis degentes, & euagantes; Nam hæ à Domino fundi minimè possidentur, quod dictũ tamen intellige quò ad dominium non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria, modò saltus & stagna, vtcumque longissimi spatij sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circumsepta, & fabre facta. Nam in eis militat circa ipsa
2 animalia eadem ratio: Et nota, quòd † viuaria dicuntur loci, quibus vel aues, vel pisces, vel ferè continentur ad victum humanum, hominum quidem industria animalibus in ea loca immissis, vt nutriantur aliaque progenerent ad mensarũ delitias l. vsufructuarius. §. viuarijs. ff. de vsufructu.

3 Stagna † dicuntur, quæ temporalem continent aquam stagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur, nec fluit, nec re
4 fluit l. 1. ff. vt in flum publ. nauig. lic. Piscina † verò est ea, in quam pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutrian tur. Didac. 2. P. relect. §. 8. nu. 15. de reg. iur. 6. Alex. l. 3. §. Nerua. num. 3. ff. de acq. poss. & ibi Doct. Con.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, vel quasi an constituatur piscando.*
2 *Cautela pro uenatione.*

QVAESTIO. LIII.

1 Quinquagesimotertiò quæro † quidam in flumine publico piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) volentes ini bi piscari prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi, quorum interest, constituatur ex eo in quasi possessione ibidem solus piscandi? Resp. quòd sic, ita, vt huic iuri præscribere queat. Doct. Com. §. flumina. Inst. de rerum diuis. Bald.
2 l. item lapilli. ff. de rerum diuis vnde † cautela est pro dominis terrarum, vt interdicant subditis venationes, qui si prohibitioni non contradixerint, præscriptoq; dominorum paruerint, dominos suos in quasi possessione prohibendi constituunt, ac ius denique tandem venandi per tempus postea im memorabile perdunt l. 1. & seq. C. de seru & aqua. l. qui luminibus. ff. de seru. vrb. præd. Doct. c. non est. de decimis. Ioan. l. 2. num. 155. C. de pact. inter emp. & vend. Guid. cons. 92. nu. 2. Port. Instit. de rerum diuis. num. 15. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedere potest alicui: vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari.*

QVAESTIO. LIIII.

1 Quinquagesimoquartò quærò † an Princeps concedere possit alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari? Respon. quòd sic glo. l. si quisquam. ff. de diu. & temp. præscr. glo. l. venditor. ff. com. præd. Ruyn. cons. 28. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Aucta aqua an augeatur ius piscandi.*
2 *Pisces egressi inundatione è stagno meo, quando eos vendicare possim.*

QVAESTIO. LV.

1 Quinquagesimoquintò quęro an † aucta aqua augeatur ius piscandi? Respon. quòd sic, si augeatur ministerio naturæ, si verò augeatur facto hominis: tunc habẽs ius piscandi con tribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro eo pluris, quod habet ius piscandi iuxta illud, qui sentit commodum, sentire debet & incommodum. Brun. tract. de aug. & dim.
2 concl. 11. nu. 4. Item quæro † aqua tui stagni ita creuit, quòd plures pisces deuenerunt vsque ad fundum meum, vel ad stagnum meũ, tu vis ipsos pisces sequi, & habere, an possis? Respon. quòd in stagno meo impossibile est eos cognosci, in loco autem meo sicco bene cognosci poterunt; Ideò eos habere poteris. Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. quæst. 24. §. 2. no. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acq. rerum dom.

SVMMARIVM.

1 *Aucto populo an augeri debeat ius portandi pisces.*

QVAESTIO. LVI.

Quinquagesimosextò quæro, piscator obligat° ex pacto portare ad forum qualibet die duas salmas piscium † an teneatur portare plures, si populus augeatur? Resp. quòd sic Bar. l. 3. in fin. C. de priuileg. lib. 11. nisi obligatio fuerit arctata ad certũ numerum personarum.
1

SVMMARIVM.

1 *Conductor piscationis non potest euacuare piscinam.*

QVAESTIO. LVII.

Quinquagesimoseptimò quærò siquis cõduxerit ual les, aut paludes, vt vbi piscari possit, & in eis reperiatur certa pars terræ eleuata ab alueo, quæ tori vulgariter appellantur, & pisces omnes in hyeme se reducunt sub eis, vt in vallis Paduę contingit, an sit licitum cõductori aperire dictos toros, & omnes pisces accipere? Resp. quòd non: quia isto modo ius piscandi destrueretur, nisi alios reponeret, arg. l. si merces. §. conductor. ff. loc. nam conductor in primis tenetur conditionem seruare, quòd siquid in ea prætermissum est, id ex bono & æquo præstandum est. sed ex bono, & æquo est con
1 ductor piscinæ, vt non destruat totam piscinam, † quia debet habere fructus piscandi, non autem omnes pisces, ita vt piscaria consumetur, not. l. 1. & seq. ff. de vsufruct. idem dico, si locaretur ius piscãdi in flumine, vel fonte; aut piscaria; quia non posset omnes pisces tollere. Veron. tracta. de seru. rusti. præd. c. 13. nu. 8. Bertach. tract. de gabell. q. 4. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Communes in quibus aquis sint piscationes.*

QVAESTIO. LVIII.

1 Quinquagesimooctauò quæro † quibus in aquis sint cõmunes piscationes? Resp. in mari, in flumine publico, in stagno, lacu, & similibus. Balb. tract. de præscr. q. 6. quinta q. prin. num. 4. dixi supra in q. de piscatione quando sit licita. Veron. in tract. de seru. rust. præd. c. 42. num. 2. Hugo de officio quatuor prælat. tit. de executione munerum, num. 14. not. Corn. cons. 211. num. 1. & seq. vol. 4. in terminis Ias. l. possideri. §. Nerua. num. 22. ff. de acq. poss.

SVMMARIVM.

1 *Negotiatores an dicantur piscatores.*

QVAESTIO. VIX.

1 Quinquagesimononò quæro † an piscatores dicantur negotiatores? Resp. quòd non l. legatis seruis. ff. de leg. 3. ibi. Legatis seruis exceptis negotiatoribus. Labeo scripsit, eos legato excepto videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent, cubicularios autem, obsonatores, vel eos qui piscationibus præpositi essent, non videri negotiationis appella-

tione

tione contineri, & punto veram esse Labeonis sententiam. vbi Albericus nume.2. dicit, & sic not.quòd piscatores non sunt negotiatores, quod est verum, quando domino tantum piscantur, secus si venderent pisces; quia tunc dicerentur negotiatores.

SVMMARIVM.

1 *Pisces in rete capti an sint capientium.*

QVAESTIO. LX.

1 Sexagesimo quæro † quidam piscator nassas labyrintosq; suo in flumine tendit, deinde æmulũ artis suæ deprehendit, qui casses euacuauerat, piscesque extraxerat, cuius erunt pisces? Resp. dominium piscium occupatoris esse l. in laqueum. ff. de acq. rerum dom. dabitur tamen piscatori iniuriarum actio. l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniurijs; Si tamen pisces ceperit in loco priuato, capiens tenebitur restituere. Alciat. lib. 11 Parergon. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ius aquæ ducendæ ad piscariam an sit seruitus realis.*

QVAESTIO. LXI.

1 Sexagesimoprimò quæro † si concedatur mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam meam, à sit seruitus realis? Respon. quòd sic: quia debetur fundo meo l. pecoris ff. de seru. rust. præd. l. vt pomũ. ff. de seru. Veron. tract. de seru. rust. præd. c. 42. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Vendito lacu an veniant naues piscatoriæ.*
2 *Vendito fundo non veniunt pisces.*

QVAESTIO. LXII.

1 Sexagesimosecundò quæro † an vendito lacu veniant etiam naues piscatoriæ? Resp. quòd sic. Balb. l. 2. C. de verbo. sign facit l. Patronus. §. fin. ff. de leg. 3. vbi legatus vsus balnei comprehendit omnia necessaria ad vsum eius, facit etiam l. 2. ff. de iu risd. omn. iud. Item legato fundo ad vsumfructum comprehendit etiam instrumenta ad fruendum necessaria l. itẽ fun-
2 di. §. seminarios. ff. de vsufru. vendito † tamen fundo, in quo sunt pisces in piscinis, illi pisces non sunt ædium, neque fundi magis, quàm pulli, aut cętera animalia, quæ in fundo sunt l. Iulianus. §. fin. & l. seq. ff. de act. empt.

SVMMARIVM.

1 *Aues, & volucres an sint capientium.*
2 *Aucupatio quomodo prohiberi possit.*

QVAESTIO. LXIII.

1 Sexagesimotertiò quæro † an aues, & volucres sint capientium? Respon ꝙ sic §. ferę. inst. de rerum diuis. ibi, ferę igitur bestiæ & volucres, & pisces, & omnia animalia, & quæ in mari, cęlo, & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint iuregentiũ statim illius esse incipiunt; quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, nec interest feras bestias, & volucres vtrum in suo fundo quis capiat an in alieno,
1 planè † qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia potest à domino si is præuiderit prohiberi ne ingrediatur, quicquid autem eorum cęperis eo vsque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur. Cum autem tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalẽ autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio.

SVMMARIVM.

1 *Apes an occupanti concedantur.*

QVAESTIO. LXIIII.

1 Sexagesimoquarto quæro, † vtrum apes sint capientium? Resp. quòd sic §. apum Inst. de rerum diuisibi. Apum quoque fera natura est. itaque apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alueo includantur, nõ magis tuæ intelliguntur esse, quã volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideoq́ue si alius eas incluserit, is earum dominus erit, fauos quoque si quos effecerint, eximere quilibet potest. Planè integra re si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis persecutio eius est, alioquin occupantis fit.

SVMMARIVM.

1 *Columbas capiens an tenetur restituere.*

QVAESTIO. LXV.

1 Sexagesimoquinto quæro † an columbæ capi possint? Resp. quòd nõ quando abire & redire solent: prout sunt domesticæ, quæ in columbarijs, domibusq; retineri solent, secus autem in Syluestribus. facit §. Pauonum. Inst. de rerum diuisibi. Pauonum quoque, & columbarũ fera natura est, nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euolare, & reuolare soleant. Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam, in ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula comprobata est: vt eousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant, nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videtur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. Ampl. quod dixi supra primo loco, quòd si quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario atque ad proprium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem, etiam in animæ iudicio, eritq́; in foro iudiciali puniendus. Didac. 2. P. Relect. c. peccatũ §. 8. num 14. versi. 3. de reg. iur. 6. Franc. Marc. decis. 530. num. 18. vol. 1. Guid. decis. 217. num. 2. Veron. in tract. de seru. vrb. præd. cap. 77.

SVMMARIVM.

1 *Falconem accipiens cum fetis an teneatur restituere.*

QVAESTIO. LXVI.

1 Sexagesimosexto quæro † quidam accepit accipitrem, vel falconem cum sonaleis in pedibus iniunctis an teneat restituere priori domino? Resp. quòd sic, ita in puncto concludit Bar. in tract. de falcone, quem refert Veron. in tract. de seru. rust præd. c. 21. nume. 7.

SVMMARIVM.

1 *Anseres an capi possint.*
2 *Gallinæ an sint capientium.*
3 *Fasiani capi possunt.*

QVAESTIO. LXVII.

1 Sexagesimoseptimo quæro † an gallinæ, & Anseres capi possunt? Respon. quòd non, si sunt domesticæ, secus autem si fuerint anseres sylvestres, vel fasciani, de hoc est textus apertus §. gal
2 linarum. Inst. de rerum diuisibi. Gallinarum † autem, & Anserum non est fera natura, id quod ex eo possumus intellige-
3 re, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus † vt phalianos, item alij sunt Anseres, quos feros appellamus; Ideoq́; si Anseres tui, aut gallinæ tuæ scilicet domesticæ aliquo modo turbati, turbatæve euolauerint; licèt conspectum tuum effugerint: quocumque tamen loco sint, tui tuave esse intelligantur, & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Pauones an sint occupantium.*

QVAESTIO. LXVIII.

1 Sexagesimooctauo quæro † an Pauones sint occupantium? Respon. ꝙ de hoc est textus expressus §. Pauonum. Inst. de rerum diuis. ibi, Pauonum quoque, & columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euolare, & reuolare solent; Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. In ijs autem animalibus, quæ ex cõsuetudine abire & redire solent, talis regula comprobata est; vt eousque

tua

Source : BIU Cujas

tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant. Nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animū videntur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas venationis quanta sit.*

QVAESTIO. LXIX.

1 **Sexagesimonono** quæro † quæ sit vtilitas venationis? Resp. quòd est vtilis ad multa, & præcipue ad exercitium corporis. Vnde Plato lib. 6. de legibus monet adolescentes ālendis canibus, & reliquæ venationi operam dare, & lib. 7. in fine dicit, optimā esse quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscunque diuina curæ est fortitudo, ij quadrupedes omnes cursu, vulneribus, telisq; manu propria venando vincere debent. Et paulo post sacros hos venatores vbicunq; venari velint, nemo prohibeat, & Cic. lib. 1. offic. suppeditant (inquit) & campus martius, & studia, venandi, honesta exercitia; Diogenes Synopeus teste Laertio in eius vita. pueros, quos instruendos habebat, ad venationem educabat; Heraclides in Politia Cretensium scribit, docebat eum, qui pueris præerat ex lege eos ad venandum educare debere. Lacędemonij ex legibus Lycurgi studia circa venationes per omne tempus agebant, nisi forte militiæ vacarent, teste Plutarco in vita ipsius Lycurgi. Alexander ille magnus post prandium sæpè diem venatu consumebat, vt docet Plutarc. in vita ipsius. Pelopidas Thebanus vir animi virtute, & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem à venationis meditatione accepit: vt tradit idem author in vita illius. Philopæmenes Achaeon Dux insignis quoties ab armis otium nactus esset, venationi operā dabat, & qui opinaretur rei militaris comitem esse, vt idem author est in vita ipsius. Pompeius magnus cum Numidiam victor peragraret venationibus Leonum, & Elephantum ali quot diebus operam dedit. Plinius secundus studijs animū venatu corpus exercebat, vt ipse profitetur lib. 5. epist. ad Apollinarem, idem lib. 1. ad Corn. Tac. scribit, se crebro venationibus interesse, adijciens hæc verba. mirum est: vt animus hac cogitatione motuq; corporis excitetur. Nam vndiq; syluæ, & solitudo ipsumq; illud silentium, quod venationi datum magna cogitationis inuitamenta sunt. Traianus Imperator venationes frequentes cum amicis & familiaribus exercebat, vt tradit Dion. Cassius. Et Adrianus illius in Imperio successor venandi studio vsq; ad periculum tenebat, teste Spartiano. Antonius Pius, venando se multum oblectauit, vt scribit Iulius Capitolinus; Marcus quoque Antonius philosophus venationi operam dedit teste eodem capitulino. Alexander Seuerus venatione se exercebat teste Aelio Lampridio Achilles apud Statium lib. 2. Achilleidos venator dicit.

Quid nunc tibi prælia dicam?
Syluarum, & vacuos seno iam murmure saltus.
Nunquam ille imbelles ossea perauia lynces.
Sectari aut timido passu me cuspide damas
Sternere; sed tristes turbare cubilibus vrsas,
Fulmineosque sues, & sicubi maxima tygris
Aut subducta Iugis factæ spelunca Lænæ
Ipse sedens &c.

Horatius autem lib. 1. epist. 18. de venatione dicit.

Pulmenta laboribus empta
Romanis solemne viris opus vtile famæ
Vitæque & membris?

Et Homerus lib. 5. Iliad. Scamandrium laudat tanquam bonum Senatorem à Diana edoctum.

Fuerunt præterea, qui habuerūt piscinas celebres. Sergius ostrearum viuaria primus omnium habuit; Licinius Murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem excidit iuxta Neapolim, Varro scribit M. Catonem Vticensem cum hæres testamento Luculli, seu Lucilij esset, pisces de piscina eius quadraginta millibus vendidisse. Murenarum viuaria C Hirtius excogitauit, qui cænis triumphalibus dictatorijs Cæsaris sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pōdus. Vedius Pollio immanissimus cum piscinas magno studio coleret, solebat seruos occidere, eosque piscibus vorandos præbere, & hominum cruore pasti delicatiores essent, curauit & piscinas Hortensius orator murenam adeo dilexit, vt mortuā multos dies atractus fleuerit. Antonia Drusi murenæ quam diligebat inaures hoc est ornamentū ex aure dependens abdidit. Cassan. tract. de Glor. mundi. P. II. Consid. si.

SVMMARIVM.

1 *Venatio an spectet ad nobiles.*
2 *Nobilibus quando liceat venari, piscari, & aucupari.*

QVAESTIO LXX.

1 **Septuagesimo** quæro, † vtrum venatio sit exercitium nobile? Resp. quòd sic, imò est propria ac peculiaris Regum & Principum, vt dixi in preced. quæst. vnde Virg. in 8. Aeneidos facit comitari canes Euandrum Regem nobilissimum dicens. Gressumq; canes comitantur herilem; optimi enim Principes venationem exercent, vnde corpus robustius, & anima fortior efficitur, in qua bellica omnia exercentur; nam & in ea equitate & currere, & atroces feras excipere, & æstum frigusque perferre, sæpè famem pati necesse est. Cyrus authore Xenophonte suos non prius ad prandium siue cęnam ire sinebat, quàm sudassent. Itaque in venatione educebat, qua super maximè euocatur. Damnabat autem otium, & desidiam perinde ac rem pestiferum, & corporibus valde detrimentosam; non obst. c. quorundam. 34. distin. & c. qui venatoribus. & seq. 36. dist. & c. 1. & seq. de cler. ven. vbi ars nequissima appellatur, Nam Resp. quòd ibi loquitur de venatione oppressiua hominum, vel arenaria; secundò resp. multa esse suaptè natura & vtilia, & honesta, quæ ex tempore, & persona sunt illicita. Ideo clericis multa prohiberi quæ cæteris sunt permissa: licèt igitur. Clericis prohibeatur venatio, cæteris tamen permittitur. Doct. dictis in locis. Et propterea quod ibi dicitur, venationis ars nequissima, intelligitur quantum ad clericos. Sed & illud intelligitur, si causa voluptatis id faciant, non si recreationis, vel salubritatis gratia; In casu tamen, quo licèt nobilibus, intelligas, dummodo non sit nimium atque immodicum venandi studium, cuiusmodi est pęnè omnibus nobilibus Galliæ, qui ad insaniam vsque eo studio tenentur, aliarum rerum, & publicarum, & priuatarum obliti, & Cic. lib. 2. offic. prodigos eos vocat, qui venationum apparatu pecunias profundunt, & Paris de puteo trac. de syndac. c. 3. inuehit cōtra Principes, qui omnem operam curamque in venationibus reponunt. Notaque est fabula Athæonis venationis omnium hominū studiosissimi, qui in ceruum mutatus, à suis canibus dilaniatus est. Quod non ob aliud finxisse Poetas nonnullis placet, quàm quod omnia bona sua in ca-
2 nes, & venationem insumpserat; nobiles † igitur possunt venationibus, piscationibus, & aucupio modestè operam dare, modò id fiat debito tempore citra agrorum alienorum populationem, neque in eis operam suam præstent, seu locent procerta mercede; nam tunc inter seruilia officia connumerarentur. Tiraq. tract. de Nobil. c. 37. num. 184.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores, qui de uenatione, piscatione & aucupio loquti sunt.*

QVAESTIO. LXXI.

1 **Sexagesimoprimo** quæro, † qui scriptores de venatione, piscatione, & aucupio sint loquti? Resp. plures, inter quos scripsit Xenoph. Oppianus quoque de ead. lib. quinque edidit, & Eratius. Poeta lib. vnum, de quo est illud Ouidij Elegia vlt.

Tityrus antiquus, & erat qui pasceret herbas, aptaque venanti Gratius arma daret. Et Callisthenes libros tres, quem citat Plutarc. lib. de Fluuijs. Sostratus lib. 2. quem citat Strobeus in sem. 62. Marcus Aurel. Olympius Nemesianus Poeta Bellisarius Aquiuiuus, Aragoneus, & Ioannes Elisus de vocabulis venatoris, Michael Angel. Blondus. Adrianus Cardinalis, Petrus Angelius Bargeus lib 6. de venatione scripsit. Dornadilla Scotorum Rex scripsit lib. de venatorijs legibus officina textoris P. 2. Ver. venatio, & ver. piscina. Titus Ioannes Scandianensis lib. 4. Vernacula lingua; Plat. lib. 6. de legibus Cassan. de Gloria mundi P. 11. Consi. 49. & seq. Tiraq. tract. de nobil. c. 37. num. 143. Didac. 2. P. relect. §. 8. Per totum c. peccatum. de reg. iur. 6. Doct. com. §. feræ. Instit. de rerum diuis. l. 3. §. Nerua. ff. de acq. poss. c. nemo. de pace ten. in vsib. feud. c. ius naturale 1. dist. l. 1 & seq. ff. de acq. rerum dom. cap. quorundam 34. dist. c. qui venatoribus. & seq. 86. dist. Veron. tract. de seru. rust. præd. tit. de aucupatione c. 21. & tit. de piscatione. Guid. decis. 218. Guilielm. de Benedictis c. Raynutius. ver. & vxorem nomine, num. 334. & seq. Dom. Soto lib. 4. de iust. & iure q. 6. art. 4. Zoannettus l. 2. nu. 146. & seq. c. de pact. inter emp. & vend. Doct. Com. c. 1. & seq. extra de cler. ven. Rymin. cons. 35. Natta cons. 604. vol. 3. Rol. cons. 9. volum. 2. Summistæ omnes in ver. venatio, dixi ego in summa pec.

cap.

Source : BIU Cujas

cap.p.2.q.31.tit.Boer.in consuet.Burg.rub.17.§.7.q.2. & seq. Emanuel Soarez in thesauro recep.sent.ver.venator. Franc. Viui.in com.opin.lib.2.opin. 311. ver. venari. Iacobus de S. Georgio tract.de feudis, ver.& cum venationibus, Mandos. tract.de inhibit.q.62. Romil. l.1.ff.de acq.poss.Rebuffus, Lucas de penna, & alij l.vnica.C.de venat. fer. lib.11. Romil. in compendio de venatione citato per ipsum in d.l.1.ff.de acq. possessio. Et hæc dicta sufficiant pro complenento huius tractatus de venatione, piscatione, & Aucupio.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II kk LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAa BBb CCc DDd EEe.

Omnes sunt Quaterniones, præter EEe. Duerniones.



VENETIIS, M. D. LXXXIII.

Source : BIU Cujas